Digitized by Google

17
—
11

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

17/11

MAGNA

BIBLIOTHECA

ECCLESIASTICA,

SIVE

NOTITIA

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

VETERUM AC RECENTIORUM.

Google

Digitized by Google

MAGNA

BIBLIOTHECA ECCLESIASTICA,

SIVE

NOTITIA

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM

VETERUM AC RECENTIORUM;

IN QUA

ORDINE ALPHABETICO CONTINETUR

AUTORUM SACRORUM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI,

AUTORUM APOSTOLICORUM & SS. PATRUM

VITÆ COMPENDIUM, ET EORUM SCRIPTA ENUMERANTUR.

SS. SCRIPTURÆ INTERPRETES, PARAPHRASTÆ, COMMENTATORES, CRITICI, nec non SS. EVANGELII CONCIONATORES: HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, S. THEOLOGIÆ DOGMATICÆ, SCHOLASTICÆ & MORALIS, Caſuum Conſcientiæ, Juris Canonici, Polemici, Myſtici, &c. &c. cujuſcumque Religionis ac Sectæ SCRIPTORES,

Simul & CONCILIORUM omnium, tam Generalium quàm Particularium Hiſtoria & Decreta exhibentur.

PONTIFICES ROMANI, eorumque VITÆ, SCRIPTA & BULLÆ indicantur, tum quæ in BULLARIO, tùm quæ extrà BULLARIUM habentur.

FUNDATORES ORDINUM RELIGIOSORUM referuntur.

SCRIPTORUM Ortus, Ætas, Doctrina, præcipuæ res geſtæ &c. Eorum OPERA genuina, ſpuria, dubia, ſuppoſititia, illorumque EDITIONES accuratè recenſentur; deperdita præterea, atque inedita, notantur.

ADDITIS, ut plurimùm, DE SINGULORUM DOCTRINA AC STYLO, ERUDITORUM JUDICIIS.

Cum INDICE AUTORUM ET CONCILIORUM.

OMNIA AB ORBE CONDITO, AD NOSTRA USQUE TEMPORA.

*Operâ & ſtudio **** Jur. Canon. Doctoris & aliorum.*

TOMUS PRIMUS.

Litt. A.

COLONIÆ.

Sumptibus PERACHON & CRAMER.

MDCCXXXIV.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM accuratam BIBLIOTHECAM Opus utiliſſimum fore jampridem ſenſerunt Eruditi: ideoque in eâ elaborandâ non pauci deſudârunt. Inter Veteres illuſtriſſimus eſt *S. Hieronymi* de Scriptoribus Eccleſiaſticis liber. Inter Recentiores verò, ſub finem præcedentis & initia præſentis Seculi gloriam immortalem hâc ratione ſibi paraverunt Scriptores quatuor, Catholici duo: *Lud. Ellias Du Pin*, & D. *Remigius Ceillier*: Proteſtantes totidem, ſcilicet *Guil. Cave* Anglus, & *Caſimirus Oudinus*. Videbuntur forſan tantorum Virorum nomina ab Opere, quod jam in lucem edimus, ſuſcipiendo nos deterrere debuiſſe, ne rem ab aliis perfectam imprudentes tentare diceremur. Verùm aliter judicabit æquus Lector qui ad ſequentia attendere dignabitur.

I. In prædictis Bibliothecis, præſtantiſſimis licèt, non pauca deſiderari. *Guilielmus Cave* ad finem Seculi XIII. tantùm pervenit, & Appendicis ejus Operi adjunctæ Authores *Henricus Wharton* & *Robertus Gerius* initia duntaxat Seculi XVI. aſſecuti ſunt. *Oudinus* non ultrà Typographiæ initia circa A. 1460. progreſſus eſt. *Du Pin* verò præterquàm quòd currentis Seculi Scriptores vix attigit, diorum ultimorum ingentem numerum omiſit. Nec paucos in ejus opere nævos obſervarunt *Richardus Simon* & D. *Matthæus Petitdidier*. Quod R. D. *Remigium Ceillierium* ſpectat, vix ampliorem futuram illius Bibliothecam, ex Præfatione primo Volumini præfixâ colligere eſt, in quâ diſertè monet, ſe plurimorum minoris molis Operum nullam facturum mentionem, ut Concionatorum, Caſuiſtarum, Myſticorum & ſimilium, quorum libros tamen non omninò ignotos remanere, rei litterariæ plurimum intereſt. Heterodoxos quoque, ut vocat, Auctores, tum antiquos tum recentiores conſultò prætermittit. Præterea non paucos magni nominis Scriptores ab illo omiſſos eſſe, facilè unuſquiſque obſervabit, quales ſunt *Martialis* Epiſcopus Lemovicenſis, & *Aurelianus* illius ſucceſſor aliique. Plura denique continebit hæc noſtra Bibliotheca, quàm Erudito illi propoſitum eſt, ſuâ complecti.

II. Duæ ad Seculum noſtrum uſque deductæ Bibliothecæ D. D. *Du Pin* & *Ceillierii* Gallico idiomate exaratæ fuerunt. Nonnulla tantùm prioris Volumina Latinè reddita habentur, & poſterioris unicum tantùm Venetiis promulgatum eſt. Diu etiam antequam prodiiſſet Editio Gallica (A. 1729.) inceptum erat hoc opus noſtrum, cujus Proſpectus in variis Eruditorum Ephemeridibus fuit vulgatus.

III. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ hactenùs editæ ordine Chronologico diſpoſitos exhibent Scriptores. Hæc verò noſtra ORDINE ALPHABETICO. Quemadmodum igitur Hiſtoricorum libri non impedierunt, quominùs Dictionarii Hiſtorici neceſſitatem & utilitatem omnes agnoverint, optimèque excepti fuerint id genus libri: ſic ſupra laudatorum Virorum opera minimè impedire debuerunt, quominùs novum iſtud diverſo ordine diſpoſitum litteratis offerremus. Ordo Chronologicus non contemnendæ quidem eſt utilitatis. Eo quippe continua veluti rerum Eccleſiaſticarum texitur Hiſtoria. Verùmtamen ſæpè interrupta occurrit hæc Hiſtoria ob varietatem Scriptorum qui ad idem tempus referendi ſunt. Præterea maximò methodus illa ſemper laborat incommodô, quòd ſcilicet difficiliùs reperiatur unuſquiſque Scriptor, quum antea tenendum ſit quo vixit tempus, quod ipſum ſæpiſſimè ignoratur. Denique & methodi illius Chronologicæ commoda, ſi quæ ſint, huic noſtro operi aſſeremus, addito ad calcem totius Operis Indice Chronologico Autorum qui in eo reperiuntur.

IV. In præcedentibus Bibliothecis, in ampliſſimâ ipsâ *Elliæ Du Pin* Collectione non accuratè notatas fuiſſe Librorum Editiones, plurimaſque omiſſas, certiſſimum eſt. Huic malo remedium afferre operæ pretium exiſtimavimus. Quàm diligentiſſimè igitur fieri potuit & Operum ſeorſim editorum loca, tempora, Autores indicavimus, & Collectiones, in quibus reperiuntur, retulimus. Sic Eruditi, quos juvabit aut librum aliquem denuò typis ſubjiciendum curare, aut illum Notis & Commentariis illuſtrare, omnes illius Editiones noſſe, ſibique parare poterunt, & qui de li-

bro emendo cogitabunt, quam Editionem quærere debeant, intelligent. Quanti cognitio illa momenti ſit, obſervavit *Petrus Balius*, & de difficultate eam aſſequendi vividè conqueſtus eſt (*a*). Manuſcriptos porrò variorum operum codices, quotieſcumque nobis innoteſcere potuerunt, Editionum enumerationi adjecimus.

Verùm non ob ea tantùm, quæ in præcedentibus Bibliothecis Eccleſiaſticis deſiderata, in iſtâ reperientur, eam aliis præferendam ſperamus. Alia non pauca ſunt illam commendantia, quæ ex Methodi, quam in eâ concinnandâ ſecuti ſumus, expoſitione clariſſimè eluceſcent.

1°. Nullum ex Scriptoribus, qui Eccleſiaſticorum nomine venire poſſunt, omitti curavimus. Habebit igitur hic Lector Scriptores Sacros Veteris & Novi Teſtamenti, eorumque Interpretes, Paraphraſtas, Commentatores & Criticos, Autores Apoſtolicos, Patres Eccleſiæ, & eos omnes qui de rebus ad Religionem Chriſtianam directè ſpectantibus ſcripſerunt, quales ſunt Controverſiſtæ & Polemici. Theologi Dogmatici, Morales, Aſcetici, Quietiſtæ, Myſtici, Catechiſtæ, Syſtematici, Eccleſiæ ſive Judaicæ ſive Chriſtianæ Hiſtorici, Chronologi & Annalium Scriptores, Concionatores, Canoniſtæ, Caſuiſtæ, Scriptores de Vitis Sanctorum, Poëtæ Sacri, Grammatici & Lexicographi Linguæ Sanctæ, qui de Diſciplinâ Eccleſiaſticâ ſcripſerunt, de Liturgiis & Antiquitatibus Sacris, de Juriſprudentiâ Eccleſiaſticâ, Dictionariorum Theologiæ & Moralis Scriptores. Conciliorum etiam præcipuorum, & Ordinum Religioſorum Hiſtoriam addidimus; Scriptores denique omnes, qui adverſus Religionem Chriſtianam, illiuſque dogmata calamum ſtringere auſi ſunt. Huc retulimus Atheos, Pyrrhonios, Deiſtas, Ethnicos, Judæos, Muhammedanos in Occidente notos, Hæreticos cujuſcumque Sectæ. Nec tantùm Viros, ſed fœminas etiam, ſi quæ ſint, quæ Scriptis hujus generis illuſtres evaſerint, quales *Proba Falconia*, *Eudocia* uxor *Theodoſii* Imp. *Roſwida*, *Anna Comnena*, *Elizabetha* Abbatiſſa Schonaugienſis, *Gertruda*, *Mechtilda*, *Brigitta*, *Angela de Fulginio*, *S. Catharina* Senenſis, *alia* Bononienſis, *alia* Genuenſis, *S. Thereſia*, *Maria de la Antigna*, *Armelle Nicolas*, *Maria Coronel* de Agreda, *Antonia Bourignon*, *Maria Alacoque*, *Joanna Maria Bouvieres de la Mothe Guion*, aliæque plurimæ.

Scriptorum defunctorum tantùm Nomina, Hiſtoriam & Scripta in Bibliothecis Eccleſiaſticis hactenùs editis invenimus, excepto D. *Ell. Du Pin* qui ex iis etiam multos memoratu dignos omiſit, nos verò non parùm ornamenti huic noſtræ acceſſurum exiſtimavimus, ſi hodiè ſuperſtites omnes qui res Eccleſiaſticas illuſtrarunt, illi insereremus. Eos igitur adjiciendos curavimus, humillimè rogatos ut ipſimet vitæ ſuæ Commentarios nobiſcum communicare dignarentur: ex eorum famâ & ſcriptis ſuppleturi quod ab illis obtineri non poterit. Sic non tantùm præteriti, ſed præſentis etiam ævi Hiſtoriam Litterariam Eccleſiaſticam hic reperturus eſt Lector. Tantus hac ratione evaſit articulorum hujus Bibliothecæ numerus, quantus in nullâ aliâ reperitur: ſola enim litera A pluſquàm 2600 ſuppeditavit.

2°. Scriptorum illorum omnium primò Vitam, ſeu Hiſtoriæ, quantum à nobis cognoſci potuit, compendium tradimus, indicatis diligenter fontibus ex quibus illud hauſimus. Nec injucundam, nec inutilem eſſe notitiam illam eorum qui libros, quos lecturi ſumus, ſcripſerunt, jamdudum obſervarunt Eruditi. Egregius eſt hâc de re *Thomæ Bartholini* locus, à quo referendo abſtinere non poſſumus. „ De Auctoribus enim librorum, inquit ille (*b*), ſollicitos nos eſſe convenit, non tantùm ut debita „ pro exantlato in Reipublicæ Literariæ commodum labore laus rependatur; ſed quia ex Auc„ tore ſæpè de operum dignitate judicamus. Ex (*c*) Auctorum notitiâ id prætereà commodi hau„ rimus, ut de doctrinâ vel damnandâ vel recipiendâ cenſeamus, & libros pravos fugiamus. Tan„ tum [*d*] igitur in Auctoribus noſcendis momenti poſitum, ut ex illorum vel pietate, vel eru„ ditione, vel partâ famâ, libris increſcat autoritas. In illorum porrò vitam, ætatem, & viven„ di genus inquirendum non minori ſollicitudine, ut expeditius in legendis eorum laboribus verſe„ mur. Vita inter virtutes omnes & experimenta artis, quam quiſque profitetur, acta, fidem „ apud nos operum præclarorum conciliat. Patria, ſeu natale ſolum, ingenii fœcunditatem pro„ det, ſi vel externo Phœbi calore incaleſcant, vel interno pectoris etiam inter frigidos Getas al„ gentemque perpetuâ nive Boream calore excitati, vim mentis exſerant. Auctorum (*e*) ætas „ proſpicienda, ſive Seculi in quo vixère, ſive annorum quos exegère, ratione habitâ. Secula de moribus & „ rerum tractandarum capacitate teſtantur, cùm, ut eleganter more ſuo *Barclajus* diſſerit, omnia Secula „ ſuum habeant genium, qui in certa ſtudia animos mortalium ſolet inflectere. Ad Sacrorum in Eccle„ ſiâ Chriſtianâ Doctorum fata ſi propiùs oculos reflectamus, ſecundùm Seculorum mutationes „ genium quoque mutabilem & ſcribendi genus mutatum deprehendemus „ (*f*). Sed ad nos tandem revertamur.

3°. Hiſtoriæ Scriptoris ſubjungitur ejus Operum Catalogus, notatis quàm diligentiſſimè uniuſcujuſque Operis Editionibus, exceptis tamen Bibliorum Sacrorum, quas omnes recenſendas non exiſtimavimus, quòd fuſiorem requirerent Tractatum, reſque jam à *Richardo Simonio* & *Jacobo Le Long*, Oratorii Presbyteris, ſtrenuè peracta ſit (*g*).

4°. Præcipuis

(*a*) Bayle *Diction.* art. *Audebert.* Rem. (C)
(*b*) *De libris legendis* Diſſert. II. p. 24. edit. Francof. 1711.
(*c*) idem ibid p. 26. (*d*) ibid. p. 35. (*e*) ibid. p. 36.
(*f*) ibid. p. 38. (*g*) *Longianam* Bibliothecam Gallicè redditam; ac pluribus numeris auctam illuſtrare, utilioremque reddere in animo habuit paucos ante annos *Udefh. Catelinot* Monachus Ord. S. Bened. Congreg. S. Vitoni (*S. Vanne*) & S. Hydulphi. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1729. p. 168. & A. 1730 p. 544.

PRÆFATIO.

4°. Præcipuis celebriorum Autorum Operibus, eorum adjicitur Analyſis & Epitome, non admodùm quidem prolixa, ut in aliis Bibliothecis Eccleſiaſticis D. *Du Pin* v. g. factitatum eſt, ſed accurata, & ſufficiens ut Libri & Autoris perfecta habeatur cognitio.

5°. Si præter genuina, aut pro genuinis conſtanter habita Scripta, quædam dubia aut ſpuria ſub Autoris cujuſpiam nomine venire ſoleant, ea etiam ad calcem articuli notavimus, additâ, ut plurimùm, Eruditorum cenſurâ.

6°. In judicando de Scriptorum ingeniû & præſtantiâ proprium noſtrum judicium nunquàm protulimus, ſed quæ ab Eruditis, ſive in Bibliothecis præcedentibus, ſive in variis Litteratorum Ephemeridibus, ſive alibi prolata ſunt, recenſuimus. Unde fieri poteſt, ut diverſa omninò de eodem opere legantur judicia, quæ cùm proprio Autori ſingula tribuantur, de illis judicare poterit Eruditus Lector, imò verò ex illis adcuratiorem ſibi fingere Libri & Scriptoris ideam. Cæterùm in judiciis illis ſi contumelioſa quædam, & affectus aut ſtudium partium nimis redolentia occurrerint, ea, quantùm fieri potuit, reſecuimus, ut ea lubentiùs legere poſſint omnium regionum & ſectarum homines. Nomina quidem *Hæretici* & *Hæreſeos*, ubi de Sectis illis agitur quibus illa conſtanter tribuunt duarum ampliſſimarum in Chriſtianiſmo Sectarum, Pontificiorum ſcil. & Proteſtantium Scriptores, non reſecuimus; ſed in aliis ab ejuſmodi denominationibus abſtinuimus.

7°. Denique, ſi qui Scriptores Eccleſiaſtici libros ad Religionem vel Theologiam minimè ſpectantes ſcripſerint, ab eorum enumeratione, ubi prætertim magno occurrebant numero, abſtinuimus; verùmtamen quoniam fontes unde plura peti poſſint, accuratè indicavimus, inde fit, ut non pauci Juriſconſulti aut Philologi ex iſto opere noſtro noſci poſſint. Hæc fuit Methodus quam in conſcribendâ hâcce Bibliothecâ adhibendam exiſtimavimus.

8°. Ad fontes quod attinet, ex quibus in eâ magno labore collecta hauſimus, præcipuos hic indicare non pigebit. Ingenui enim Scriptoris eſt, ut jam laudati *Bartholini* verbis utar (*h*), palam cum laude & gratiarum actione profiteri, per quos profecerit, ut ſuum cuique tribuatur.

Præcedentibus igitur ejuſdem generis Collectionibus, ſub quocumque titulo prodierint, uſi fuimus, ut ex Catalogo Librorum à nobis adhibitorum ſtatim patebit. Ephemeridum etiam Eruditorum, quæ in variis Europæ locis magno rei literariæ commodo conſcribuntur, Galliâ, Germaniâ, Italiâ, Belgiô, Britanniâ &c. maximus & ferè perpetuus fuit uſus. Quum à Viris ſummâ eruditione præſtantiſſimoque ingenii acumine florentibus conſcriptæ ſint Ephemerides illæ, non aliunde tutiùs haberi poterant de Scriptoribus judicium, eorumdemque Operum Epitome.

Ut omnium Regionum Scriptores Eccleſiaſticos haberemus, diligenter excuſſæ ſunt ſingulorum Bibliothecæ à Viris id unum agentibus elaboratæ. *Gallia* Eruditis feraciſſima, paucos tamen illorum Hiſtoriæ Collectores habuit, vixque alios, qui XVI. Seculi Scriptores attigerint, reperias præter *Antonium Du Verdier de Vauprivas*, & *Franciſcum Grudé de la Croix du Maine*, ſi tamen quoſdam Urbium ac Provinciarum nonnullarum Bibliothecarios excipias, tum ab *Adriano Baillet* in Judiciis de Eruditis, tum præcipuè à *Jac. Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ notatos: quibus addi meretur Hiſtoria Literaria Lugdunenſis, quam ab aliquot annis vulgavit *Domin. de Colonia* Soc. Jeſu Presbyter. Expectat Orbis Eruditus R. P. D. *Riveti*, Congreg. S. Mauri, Hiſtoriam Galliæ Litterariam, vernaculè ſcriptam, quæ Voll. XL. *in* 4. conſtare debet, cujus Volumen primum lucem à paucis menſibus vidit (*i*). At metuunt non pauci, ne idem illi accidat quod ejuſd. Congreg. viro D. *Joanni Lironio*, qui ſingularum Galliæ Provinciarum Bibliothecam Litterariam pollicitus (*k*), poſt editam Carnutenſem (*l*) ſubſtitit, nec ulteriùs, plures licèt effluxerint anni, perrexit.

Hiſpania præſtantiſſimum nobis ſuppeditavit D. *Nicolai Antonii*, Canonici Hiſpalenſis, Opus, quo omnes ampliſſimæ illius Monarchiæ Eruditi ad annum uſque Seculi XVII. ſeptuageſimum recenſentur, eâ diligentiâ & in judicando ἀκριβείᾳ, cui vix quicquam addi poſſit (*m*). Egregiam Collectionem illam à D. *Joſepho Gonzalez de Barcia*, Hiſpaniarum Regi à Conſiliis, continuari, ab Ampliſſ. Viro D. *Blaſio Ant. Naſſarre y Ferriz*, Summo Regis Hiſpaniæ Bibliothecario, didicimus, & promiſſi executionem avidè expectamus.

Inſulæ Britannicæ *Joh. Lelandi*, *Joh. Balei* & *Joh. Pitſei* Collectiones nobis obtulerunt, non magni quidem uſûs, ob ingentes, quibus laborant, nævos, non planè tamen inutiles. Præterea in hoc genere habuimus *Antonii à Wood* Hiſtoriam Oxonienſem. Vitas quoque ſelectorum aliquot Eruditorum *Londini* A. 1681. in 4. editas (*n*), & *Thomæ Smithi* opus ibid. A. 1707. excuſum (*o*), utilius futurum ſi minus fuiſſet prolixum.

(h) *Barthol.* ubi ſup. p. 32.

(i) Duobus Partibus conſtat Tomus iſte, qui tempora Chriſti nativitatem præcedentia, & priora quatuor Eccleſiæ Chriſtianæ Secula complectuntur. Prodiit Pariſiis A. 1733 Vid. *Journal des Sçav.* Sept. hujus anni, p. 142.

(k) De *Lironii* & *Riveti* conſilio ac labore criticè differit D. Phil. le Cerf *Bibl. des Auteurs de la Congreg. de St. Maur* edit. Hagæ-Com. 1726.

(l) Vid. *Journ. des Sçav.* Jul. 1719.

(m) Vid. quæ diximus in hoc Tomo p. 503. a.

(n) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1682. p. 22.

(o) ibid. A. 1707. p. 145.

PRÆFATIO.

Germania Doctorum ſuorum memoriæ ſervandæ, plus quàm dici poteſt, ſemper attenta fuit. Innumera hæc gens omnigenæ molis Scripta, ac proinde labori noſtro auxilia ſubminiſtravit. Illorum titulos hic recenſere ſupervacaneum foret, quos Elenchus librorum, quibus uſi ſumus, exhibet.

Quod *Italiam* ſpectat, habuerunt ejus Urbes celeberrimæ Eruditorum ſuorum Bibliothecarios: Roma, Neapolis, Florentia, Cremona, Verona, Beneventum, Bononia, Perugia, Genua, ut & Provinciæ Umbria & Liguria, quibus addi poteſt *Idea della Storia dell' Italia Letterata* di *Giac. Gimma*, ut & Bibliotheca Italica Gallicè ſcripta, qui recentis Ephemeridis non multis abhinc annis inceptæ titulus eſt. Omnia illa opera, quatenus ad ſcopum noſtrum pertinent, excuſſa ſunt, & quod ab eis duci potuit, adductum eſt. Sed multò majoris fuiſſet usûs, ſi publicâ luce gauderet Univerſalis Scriptorum Italorum Bibliotheca, quam molitus eſt Vir quidam Eruditus *Julius Cæſar de' Filiberti*, ut ex ipſius Epiſtolâ Amſtelodami d. 6. Maii A. 1727 ſcriptâ, didicimus, in quâ ſe jam quadraginta circiter Autorum millia collegiſſe teſtatur, quæ octo Volumina *in fol.* implere poſſe fidem facit.

Siculos Scriptores ab *Antonini Mongitoris* præſtantiſſimâ ſuæ gentis Eruditorum Bibliothecâ, hoc Seculo in lucem productâ, habuimus.

Corſica & *Sardinia* Litteratos præbuit *Auguſtini Oldoini* Athenæum Liguſticum.

Belgium Litteraris adeò ferax, qui illorum Hiſtoriam ſcripſerint, non alios ferè habuit quàm *Franciſcum Sweertium* & *Valerium Andream*, quorum, aliorumque nonnullorum, tentamina nobis non inutilia fuerunt.

Quod *Septentrionales* oras reſpicit, *Joan. Schefferus* Argentoratenſis, & *Joan. Mollerus* Flenſburga Cimber [*p*] Sueciæ, *Alb. Bartholinus* & frater *Thomas*, idemque *Mollerus* & *Alb. Thura* Daniæ, *Dav. Czwittingerus* Hungariæ; *Ephraim Praetorius* Gedanenſes ſeu Dantiſcanos Eruditos nonnullos nobis præſtiterunt. Sed quum in temporibus à noſtris aliquantùm remotis ſubſtiterint, plurima alia evolvenda fuerunt volumina, ut Scriptores Eccleſiaſticos omnes, qui in regionibus illis floruerunt, recenſeri dignos, aſſequeremur.

Major ſeſe offerebat difficultas ubi de colligendis Scriptoribus Eccleſiaſticis *Orientis* actum fuit. Ex quo enim fortunatas olim plagas illas invaſit Muhammedis impietas, obſcurata & tantùm non omninò pulſa fuère Litterarum ſtudia. Bibliothecis tamen Orientalibus *Joh. Henr. Hottingeri* & *Herbelotii* adjuti, imprimis verò egregio & laudatiſſimo *Joſ. Sim. Aſſemani* Opere (*q*), pauca elapſa eſſe cognoſci digna nomina ſperamus.

Nec minus circa *Judæos* Scriptores auxilium præbuerunt *Joh. Buxtorfii*, *Julii Bartoloccii de Celleno* Ord. Ciſt. & *Joh. Chriſt. Wolfii* Prof. Hamburgenſis Bibliothecæ, ex quibus, quum prolixiores ſint, præſertim *Bartolocciana*, præcipua tantùm excerpta, & in compendium contracta ſunt.

De Veteribus *Græciæ* & *Italiæ* Scriptoribus non eſt quod dicamus. Ampliſſimam nobis obtulerunt meſſem *Joan. Gerardi Voſſii*, & *Joh. Alb. Fabricii* Bibliothecæ Græcæ & Latinæ, præſertim Bibliotheca Eccleſiaſtica Hamburgi A. 1718. curâ Cl. *Fabricii* recuſa & illuſtrata, in quâ Scriptores omnes, qui ab *Hieronymo* ad medium circiter Sec. XVII. nimirum uſque ad *Aub. Miraum* Scriptorum Eccleſiaſticorum Bibliothecas concinnarunt, continentur.

Opus noſtrum ampliſſimè commendare eſt, aſſerere, quæcumque in libris illis nunquam ſatis laudandis quærerentur, in huncce quem damus collata fuiſſe. Neque *Antonii Poſſevini*, Jeſuitæ, Apparatus Sacer, Card. *Bellarmini* Liber de Scriptoribus Eccleſiaſticis, neque *Phil. Labbei* de eodem argumento Diſſertationes, neque *Jo. Gottfr. Olearii* brevis Bibliotheca, neque *Jo. Andr. Boſii* Introductio ad Notitiam Scriptorum Eccleſiaſticorum, neque *Adriani Bailleti* de Eruditis Judicia ignota nobis aut neglecta ſunt, ut quamplurimos alios jam omittamus, quos in eorum Elencho recenſebimus.

Cùm habuerint illuſtriſſimi inter Catholicos Ordines Religioſi ſuos Hiſtoricos & Bibliothecarios, Jeſuitæ *Petr. Ribadeneiram*, *Phil. Alegambium* (*r*), *Nathan. Sotwellum*, *Joſ. Juvencium*, Ordo Ciſtercienſis *Carolum de Viſch*, & *Ang. Sartorium*, Dominicani *Jac. Quetif* & *Jac. Echard*, Benedictini D. *Bern. Pezium*, & D. *Phil. le Cerf de la Viéville*, Carthuſiani *Car. Joſ. Morotium*, Carmelitæ *Dan. à Virgine Maria*, Eremitæ Auguſtiniani *Phil. Elſſium*, Scriptorum, qui in ſingulis illis Ordinibus floruerunt, Hiſtoriam potius quàm vehementiora aut frigida encomia inde duci curavimus

Manuſcriptos denique Commentarios de Eruditis præſertim, tùm cùm fuit opus iſtud inchoatum, ſuperſtitibus, ſat multos obtinuimus, quibus ditata eſt Bibliotheca noſtra, v. g. de *Jac. Abbadie*, *Claud. Ameline*, *Dion. Amelotte*, *Ancillonis*, *Joh. à S. Antonio*, *Nic. Archiepiſcopo*, *Claud. Arnaldo*, *Jo. Joſ Aveillon*, *Joan. Aymon* &c.

Sic pleniſſimam Collectionem, & cui maximè conveniat *Magna Bibliotheca Eccleſiaſtica* titulus,

(*p*) Ejuſdem *Molleri* præter *Iſagogen ad Hiſtoriam Cimbriæ Litterariam* Hamb. 1691. in 8. excuſam, amplior habetur, quam non parvi nobis impoſterum auxilii fore ſperamus, *Bibliotheca Septentrionis Eruditi*, Lipſiæ 1699. in 8. publici juris facta. Docti hujus Viri laborem egregiè commendant *Acta Erud.* Lipſ. A. 1699 p. 214.

(*q*) De eo vide in hoc Tomo p. 617. (*r*) De eo vid. in hoc Tomo p. 147.

lus, hic reperturus eſt Lector. Si non citiùs ea prodire potuerit, in causâ fuit quòd Vir doctiſſimus, cui commiſſa primùm fuerat illius cura, ſive aliis diſtractus negotiis, ſive morte præmaturâ occupatus, promiſſis ipſe ſtare non potuit. In illius locum, doctorum aliquot Virorum adhibita eſt opera, qui indefeſſo per plures annos labore hæc congerenda collegerunt, & eo quo cernuntur ordine diſpoſuerunt. Non brevis fuiſſe opellæ tot in libris ſparſa in unum colligere, facilè intelligent Eruditi. *Nulla enim res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul & examinata, nec eſſe quidquam omnium, quod habeat & laudem diligentiæ, ſimul & gratiam celeritatis.* Apul. *de Deo Socr.*

In titulo porrò Operis noſtri, quem plurimos ante annos promulgavimus, duo promiſſa fuerunt, quæ jam in libro non invenienda fatemur. Primum erat Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Compendium, alterum Prolegomena circa rationem legendorum iſtius generis librorum. Verùm tot ab eo tempore prodierunt in hanc rem Scripta, ut inutile id nobis jam viſum fuerit. Nuperrimè publicæ luci traditum eſt Viri Celeb. *Joan. Alph. Turrettini* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Compendium à Chriſto nato uſque ad annum 1700. quod omnium inſtar eſſe poterit. Quod ad Prolegomena pertinet, *Guil. Cave*, *Ellia Du Pin* & *Rich. Simonii* lucubrationes pluſquàm ſufficere curioſis poſſe, perſuaſiſſimi fuimus.

Tria igitur tantummodò monenda ſuperſunt. 1°. Autores Anonymos in unum articulum à nobis collectos non fuiſſe, quia plerorumque jam detecta ſunt nomina, tum ope *Theatri Anonymorum* à *Vincentio Placcio* elaborati, tum propriis noſtris inquiſitionibus, & MSS. plurimis Commentariis. Cæteri, qui ignoti hactenùs remanſerunt, Autores in nimiam excreviſſent molem, vixque qui illis omnibus ſufficeret articulus, elaborari potuiſſet.

2°. Quum Autorum non paucorum nomina in Latinum mutata diverſos præſtare viſa fuiſſent homines, præcipuè ſi non unâ ratione prolata fuerint, omnes ejuſdem hominis nomen efferendi rationes ad ſua loca retulimus, Lectorem ad eum amandando, in quo plenior illius Hiſtoria legi poteſt. Sic v. g. *Petrus Doré*, Dominicanus, in propriis operibus *Deauratus* vocatur, à pleriſque Scriptoribus *Auratus*. Ad ultimum hocce Autoris nomen illius hiſtoriam retulimus, & eo in loco reperiri, ad *Doré* & *Deaurati* nomina monebimus.

3°. De Indice Autorum Alphabetico huic Volumini præfixo obſervandum, nos & Autoris cujuſque ætatem ſeu tempus quo vixit, & dignitatem quâ indutus fuit, in eo adjeciſſe, quod Lectori nec inutile, nec injucundum futurum eſt. Quum porrò de eodem Scriptore non uno in loco nonnunquam dicendum fuerit, v. g. de *S. Auguſtino* Hipponenſi Epiſcopo, ſub hoc nomine, iterumque ſub *Aurelio* ipſius prænomine, duo hæc triave, ubi occurrunt, loca, in quibus de eodem Autore aliquid dictum eſt, in Indice notantur. Unde ſequitur, operæ pretium facturum Lectorem, ſi antequam Articulum aliquem in libri corpore quærat, ſupra dictum Indicem adeat & conſulat.

Cæterùm in ipſius Operis Editione nihil quidquam ad correctionis diligentiam, chartæ nitorem & typorum elegantiam deſiderari, pro virili curavimus. Si quæ ſphalmata in initio Voluminis iſtius remanſerint, ea (non magno ipſa numero) in ejuſdem progreſſu vitata fuiſſe, animadvertet Lector. Si non diſplicuerit hic noſter labor, brevi lucem viſura ſequentia Volumina, omnibus jam ad Editionem diſpoſitis ac fermè paratis, certò ſperari poteſt. Datum d. 1. Aprilis A. MDCCXXXIV.

ELEN-

ELENCHUS
AUTORUM LIBRORUMQUE
Præcipuorum in hoc Opere citatorum,

Unà cum Editionibus, quibus in eo condendo uſi ſumus.

A,

L*Uca d'Achery* Spicilegium ſive Collectio Veterum aliquot Scriptorum qui in Galliæ Bibliotb. delituerant &c. *Pariſ.* 1723. fol. 3. Tom.

Melchioris Adami Vitæ illuſtrium Theologorum &c. *Francof.* 1706. in fol.

Ottonis Aicher Theatrum funebra, *Salub.* 1675. in 4.

Philip. Alegambe Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu, *Antverp.* 1643. in fol.

Natalis Alexandei Hiſtoria Eccleſiaſtica ab Orbe condito ad annum Chr. MDC. &c. *Pariſ.* 1699. fol. 8. Tom.

Leonis Allatii Apes Urbanæ, ſive de Viris Illuſtribus qui ab anno 1630. per totum 1632. Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgarunt. *Hamb.* 1711. in 8.

Amœnitates Literariæ, quibus variæ Obſervationes, ſcripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur. *Francof.* & *Lipſ.* 1705- 1731. in 8. 14. Tom.

Caroli Ancilonii *Melange Critique de Litterature* &c. *Baſil.* 1698. in 12. 3. Tom.

Ejuſdem *Mémoires concernant les vies & les Ouvrages de pluſieurs Modernes celebres dans la Republique des Lettres.* Amſtel. 1709. in 8

Nicolai Antonii Bibliotheca Hiſpana Vetus, complectens Scriptores omnes qui ab Octaviani Auguſti Imperio ad A. 1500. floruerunt. *Roma* 1656. fol. 2. Tom.

Ejuſdem Bibliotheca Hiſpana Nova, continens Scriptores ab A. 1500. ad A. 1672. *Ibid.* 1672. fol. 2. Tom.

Archimbaud *Nouveau Recueil de Pieces fugitives d'Hiſtoire, de Litterature &c.* Pariſ. 1717. in 12. 4. Tom.

Alex. Thom. Arcudi *Galatina Letterata*, &c. *Genua*, 1709. in 8.

Franc. Ariſi Cremona Litterata. *Parma*, 1702. fol. 2. Tom.

Caroli Aradii Bibliotheca Biblica &c. *Roſtoch.* 1713. in 4.

Gothofr. Arnoldi Hiſtoria & Deſcriptio Theologiæ Myſticæ & de Scriptoribus Myſticis & Aſceticis. *Francof.* 1700. in 8.

Joſephi Simon. Aſſeman Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana &c. *Roma*, 1719.1721.1725.1729. in fol. 4. Tom.

Acta Sanctorum illuſtrata à Jeſuitis Antverp. *Antverp.* in fol. 32. Tom.

Alberti Bartholini De Scriptis Danorum Liber, cum addit. Joan. Molleri. *Hamb.* 1699. in 8.

Julii Bartoloccii de Celleno Bibliotheca Magna Rabbinica &c. *Roma* 1675.1678.1683.1693. in fol. 4. Tom.

Samuelis Baſnagii Flottemanvillæi, Annales Politico-Eccleſiaſtici à Cæſare Auguſto ad Phocam uſque &c. *Roterod.* 1706. in fol. 3. Tom.

Petri Bayle *Dictionaire Hiſtorique & Critique*, Roterod. 1720. in fol. 4. Voll.

Ejuſdem *Lettres choiſies avec des Remarques*, Ibid. 1715. in 12. 3. voll.

Joh. Chriſtoph. Becmanni Memoranda Francofurtana, Notitia Univerſitatis, & Catalogus Librorum hujus Bibliothecæ &c. *Francof. ad Oderam* 1676. in 4.

Roberti Bellarmini De Scriptoribus Eccleſiaſticis liber, *Bruxel.* 1719. in 12.

Bibliotheca Hiſtorico-Philologico-Theologica, cum Muſeo Hiſtorico - Philologico - Theologico. *Brema* 1719-1729. in 8. 20. Tom.

Bibliotheque Janſeniſte ou Catalogue Alphabetique des principaux Livres Janſeniſtes, ou ſoſpects de Janſeniſme. 1722. & 1730. in 12.

Bibliotheca Anti-Janſeniana, ſive Catalogus piorum eruditorumque Scriptorum, qui Corn. Janſenii & Janſenianorum hæreſes &c. oppugnarunt. *Pariſ.* 1654. in 4.

Bibliotheca Uffenbachiana Mſta, ſeu Catalogus & recenſio Mſtorum Codicum qui in Bibliotheca *Zach. Conradi ab Uffenbach* Trajecti ad Mœnum adſervantur. *Hala*, 1720. fol.

Bibliothecæ Trajectino-Batavæ Catalogus. *Trajecti*, 1718. fol.

Bibliotheque *d'Antoine du Verdier* Seigneur *de Vauprivas*, contenant le Catalogue de tous ceux qui ont eſcrit, ou traduict en François &c. *Lyon*, 1585. in fol.

Bibliotheque du Sieur *de la Croix-Du Maine* qui eſt un Catalogue general de toutes ſortes d'Auteurs, qui ont eſcrit en François depuis cinq cents ans & plus &c. *Paris*, 1584. fol.

Thoma Pope Blount Cenſura Celebriorum Authorum *Geneve*, 1710. in 4.

Jo. Chriſtian. Blumii Jubilæum Theologorum Emeritorum ſive de Theologis per decem luſtra publico officio functis commentatio. *Lipſia*, 1720. in 8.

Philippi Bonanni Ordinum Religioſorum in Eccleſia Militanti Catalogus. *Roma* 1712. in 4. 4. Tom.

Magnum *Bullarium* Romanum à B. Leone magno uſque ad Benedictum XIII. *Luxemburgi* 1727. in fol. 10. Tom.

B.

A*driani Baillet Jugement des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs* Pariſ. 1722. 4. 7. Tom.

Ejuſdem *Les Vies des Saints*, Ibid. 1724. in fol. 4. Tom.

Joannis Balei Scriptorum illuſtrium majoris Britanniæ Catalogus, à Japheto ad A. C. 1557. *Baſil.* 1559. in fol.

Anton. Baldaſſarri *Compendioſo riſtretto delle vite di Perſonaggi alcuni illuſtri per la Scienza*, &c. Venezia, 1724. in 8.

C.

A*Uguſtini Calmet* Dictionarium Hiſtoricum, Criticum, Chronologicum, Geographicum & Litterale Sacræ Scripturæ. *Venetiis* 1726. & *Luca* 1732. (*ſcil.* Supplementum) fol. 4. Tom.

Henrici Caniſii Theſaurus Monumentorum Eccleſiaſticorum & Hiſtoricorum. ſive Lectiones Antiquæ, cum addit. Jacobi Baſnagii. *Antverp.* 1725. in fol 7. Tom.

Ludovici Jacobi à S. Carolo Bibliotheca Pontificia. *Lugd.* 1643. in 4.

Barthol. Carranza Summa Conciliorum *Colon.* 1701. in 8.

Adriani

Elenchus Autorum.

Adriani à Cattenburgh Bibliotheca Scriptorum Remonſtrantium. *Amſtel.* 1728. in 8.

Gulielmi Cave Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoria Litteraria à Chriſto nato ad A. 1517. *Geneva* 1722. in fol.

Dom Remy Ceillier *Hiſtoire Generale des Auteurs Sacrès & Eccleſiaſtiques, & l'Hiſtoire des Conciles tant generaux que particuliers.* Paris, 1729. 1730. 1732. 1734. 4 voll. in 4. qui contiennent les IV. premiers Siecles, & Tomos I^mi. Latinè *Venet.* 1732. in. 4.

D. Philippe le Cerf de la Viéville *Bibliotheque Hiſtorique & Critique des Auteurs de la Congregation de St. Maur.* La Haye 1726. in 12.

Joan. Chappeaville Geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium. *Leodii*, 1612. 4. in 3. Tom.

Alphonſi Ciaconii Vitæ & Res geſtæ Summ. Pontif. Romanorum & S. R. E. Cardinalium. *Roma*, 1677. fol. 4. Tom.

Ejuſdem Bibliotheca Libros & Scriptores ferme cunctos ab initio Mundi ad A. 1583. cum Obſervation. Franc. Dion. Camuſati. *Pariſ.* 1732. fol.

Pauli Colomeſii Gallia Orientalis, ſive Gallorum qui Linguam Hebræam vel alias Orientales excoluerunt, Vitæ. *Haga Comitu*, 1665. in 4.

Ejuſdem Italia & Hiſpania Orientalis cum notis Jo. Chriſtoph. Wolfii, *Hamb.* 1730 in 4.

De Colonia *Hiſtoire Litteraire de la Ville de Lyon avec une Bibliotheque des Auteurs Lyonnois, Sacrés & Prophanes.* 2. voll. *Lyon*, 1728. in 4.

Franc. Combefis Græco-Lat. Patrum Bibliothecæ Novum Auctarium. *Pariſ.* 1648. f. 2. Tom

Nicolai Comneni Papadopoli Hiſtoria Gymnaſii Patavini. *Venet.* 1726. fol. 2. Tom.

Critici Sacri: ſive Annotata Doctiſſimorum Virorum in Vetus ac N. Teſtament. cum Theſauro Philologico. *Amſtel.* 1698. fol XI. Tom.

Davidis Czvittingeri Specimen Hungariæ Literatæ, Dalmatarum, Croatarum, Slavorum atque Tranſylvanorum Vitas, Scripta &c. continens. *Francof.* 1711. in 4.

D*Ictionaire Hiſtorique* &c. commencé par *Louis Moreri* & continué par d'autres Auteurs. *Baſle* 1731. fol. 6. voll.

Dionyſii Genuenſis Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Francici Capucinorum. *Genua*, 1691. *fol.*

Raymundi Duellii Miſcellaneorum quæ ex Codicibus Mſſ. collegit Libri duo. 1723 *Auguſt. Vind.* 2. Tom. in 4.

L. Ellies Du Pin, *Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques.* Amſterd. 1690-1711. 18. voll. in 4. juſques au XVIIe. Siecle inclus.

Ejuſdem *Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques du XVIIe. Siecle encore Vivans.* Paris. 1708. 2. voll. in 8.

Ejuſdem *Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques du XVIIIe. Siecle* Ibid. 1711. in 8.

Ejoldem *Table Univerſelle des Auteurs Eccleſiaſtiques, diſpoſez par ordre Chronologique*, &c. *Ibid.* 1724. 4. voll. in 8.

Ejuſdem *Bibliotheque des Auteurs ſeparez de la Communion de l'Egliſe Romaine, du XVI. & du XVII. Siecle.* Ibid. 1718. 4. voll. in 8.

J*Acob. Quetif* & *Jac. Echard* Scriptores Ordinis Prædicatorum recenſiti, *Pariſ.* 1719. in fol. 2. Tom.

Georgii Joſephi ab Eggs Pontificium Doctum. *Colon.* 1718. fol.

Ejuſdem Purpura Docta, ſive Vitæ S R. E. Cardinalium Eruditione & Scriptis clarorum. *Monachii* & *Auguſta Vindel.* 1714. & 1729. in fol. 4. Tom.

Philippi Elſſii Encomiaſticon Auguſtinianum in quo perſonæ Ord. Eremit. S. Auguſtini, Scriptis &c. præſtantes, enarrantur. *Bruxel.* 1654. fol.

Epiſtolæ Eccleſiaſticæ & Theologicæ præſtantium ac Eruditorum Virorum. *Amſtel.* 1684. fol.

Erythræi (ſeu *Joan. Vict. Roſſi*) Pinacotheca III. Imaginum illuſtrium Doctrinæ vel Ingenii laude Virorum. *Lipſia*, 1712. in 8.

Euſebii Epiſcopi Cæſar. Opera omnia. *Baſil.* 1570. fol.

Ephemerides Eruditorum.

Journal des Savans de Paris, imprimé à *Amſterd.* 1665-1733 in 12. 100. voll.

Giornale de' Letterati, Roma 1668-1681. in 4. 3. voll.

Acta Eruditorum. *Lipſia*, 1682-1733. cum Supplem. in 4. 65. Tom.

Nouvelles de la Republique des Lettres par *Pierre Bayle* & *Jaques Bernard* 1684-1689. & 1699-1728. *Amſterd.* in 12. 40 voll.

Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique par *Jean le Clerc*, 1686-1693. *Amſterd.* in 12. 26. voll.

Bibliotheque Choiſie par le même 1703-1713. *Ibid.* in 12. 27. voll.

Bibliotheque Ancienne & Moderne par la même 1714-1727. *Ibid.* in 12. 29. voll.

Hiſtoire des Ouvrages des Savans par *Henry Baſnage de Beauval* 1687-1709. in 12. 25. voll.

Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences & des beaux Arts 1701-1733. *Trevoux*, in 12. 218. voll.

Giornale de' Letterati d'Italia 1710-1727. *Venezia*, in 12. 42. voll.

Hiſtoire Critique de la Republique des Lettres tant Ancienne que Moderne par Maſſon, 1712-1718. 15. voll. in 12.

Journal Literaire 1713-1733. *La Haye* 20. voll. in 8.

Nouvelle Bibliotheque choiſie de Mr. *Simon* 1714. *Amſterd.* 1. voll. in 12.

Memoires de Literature par *Salengre* 1715-1717. *La Haye*, 3. voll. in 8.

Nouvelles Litteraires contenant ce qui ſe paſſe de plus conſiderable dans la Republique des Lettres, 1715 1720. *La Haye*, XI. voll. in 8.

Bibliotheque Angloiſe ou Hiſtoire Litteraire de la Grande Bretagne par *Michel de la Roche* & Mr. *De la Chapelle* 1717-1728. *Amſterd.* 15. voll. in 12.

Memoires Litteraires de la Grande Bretagne par *De la Roche*, 1710-1723. *La Haye* 16. voll. in 12.

Bibliotheque Germanique ou Hiſtoire Litteraire de l'Allemagne & des Pays du Nord. 1720-1732. *Amſterd* 26. voll. in 8.

Memoires Hiſtoriques & Critiques 1722. *Amſterd.* 2. voll. in 8.

Bibliotheque Françoiſe ou Hiſtoire Litteraire de la France 1723-1733. *Amſterd.* 18. voll. in 8.

Hiſtoire Litteraire de l'Europe, La Haye, 1726-1727. 6. voll. in 8.

Bibliotheque Raiſonnée des Ouvrages des Savans de l'Europe 1728-1733. *Amſterd.* XI. voll. in 8.

Bibliotheque Italique ou Hiſtoire Litteraire de l'Italie, 1728-1733. *Geneve*, 16. Voll. in 8.

Lettres Serieuſes & Badines ſur les Ouvrages des Savans & ſur d'autres matieres, 1729-1733. *La Haye*, 8. voll. in 8.

Novelle della Republica delle Lettere, 1729-1733. *Venezia* 5. voll. in 4.

Critique deſintereſſée des Journaux Litteraires & des Ouvrages des Savans, 1730. *La Haye* 3. voll. in 8.

Bibliotheque Belgique, 1732 & 1732. *Leide* 1. voll. in 12.

J*O. Alberti Fabricii* Bibliotheca Græca, *Hamb.* 1708-1728. 14. Tom. in 4.

Ejuſdem Bibliotheca Latina, *Venet.* 1728. 2. voll. in 4.

Ejuſdem Bibliotheca Eccleſiaſtica *Aub. Miræi* de novo edita, in qua continentur de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *S. Hieronymus*, *Gennadius* Maſſilienſis, *Iſidorus* Hiſpalenſis, *Ildefonſus* Toletanus, *Honorius* Auguſtodunenſis, *Sigebertus* Gemblacenſis, *Henricus* Gandavenſis, *Anonymus* Mellicenſis, *Petrus* Caſinenſis & *Placidus* Romanus de Viris illuſtribus Montis Caſſini, *Jo. Trithemius* Abbas, & *Aub. Miræi* Auctarium, & de Script. Sec. XVI & XVII. *Hamb.* 1718. f.

Ejuſdem Bibliographia Antiquaria, *Ibid.* 1716. in 4.

Ejuſdem Memoriæ Hamburgenſes, *Ibid.* 1710-1730. 6. Tom. in 8.

Ejuſdem Notitia Scriptorum de Luthero. *Ibid.* 1728. & 1730. 1. Tom. in 8

Ejuſdem Codex Pſeudepigraphus Vet. Teſtam. *Ibid.* in 8. 1722. 2. Tom.

Ejuſdem

Elenchus Autorum.

Ejuſdem *Fabricii* Syllabus Script. qui Veritatem Rel. Chriſt. Lucubrat. ſuis aſſeruerunt. *Hamb*, 1725. in 4.

Joan. Fabricii Hiſtoria Bibliot. Fabricianæ &c. *Wolfenb.* 1718. 3. Tom. in 4.

Fiſchlini Mem. Theolog. Wirtembergenſium. *Ulmæ* 1710. 2. Tom. in 8.

Flacii Illyrici Catal. Teſtium Veritatis, *Francof.* 1671. 4.

GAndolfi Diſſert. Hiſtorica de CC. Celebr. Auguſtin. Scripi. &c. *Romæ*, 1704. in 4.

Germon de Veteribus Hæreticis Eccleſiaſticorum Codicum corruptoribus. *Pariſ.* 1713. in 8.

Geſneri Bibliotheca Univerſalis, *Tiguri* 1545. fol.

Gibert *Jugemens des Savans ſur les Auteurs qui ont traité de la Rhetorique*, Paris, 1713. 3. voll. in 12.

Gimma *Idea della Storia dell' Italia Letterata*. Neapoli, 1723. 2. voll. in 4.

Goetzii Elogia Germanorum Theologorum & Philologorum Seculi XVI. & XVII. *Lubecæ*, 1708. & 1709. 2. Tom. in 8.

Gronovii Obſervat. in Scriptor. Eccleſiaſt. *Daventr.* 1651. 2. voll. in 12.

HAitze [*Petri Joſephi de*] *Moines empruntés & traveſtis*, Colon. (ſive Lugd.) 1696. 2. voll. in 12.

Hiſtoire de l'Academie Françoiſe par Mrs. *Pelliſſon* & *d'Olivet*, Paris, 1730. 2. voll. in 12.

Holmia Literata. *Holmiæ*, 1701. in 4.

Hottingeri Schola Tigurina &c. *Tiguri* 1664. in 4.

Ejuſdem Hiſtoria Orientalis, *Ibid.* 1660. in 4.

Ejuſdem Bibliothecarius quadripartitus. *Ibi.* 1664. in 4.

IMbonati Bibliotheca Latino-Hebræa. *Romæ.* 1694. fol.

Joannis Imperialis Muſeum Hiſtoricum, *Hamb.* 1711. in 8.

Ittigii Bibliot. PP. Apoſtolicorum &c. *Lipſiæ*, 1699. in 8.

Ejuſdem de Bibliot. & Catenis PP. *Ibid.* 1708. in 8.

Juvenci Hiſtoria Societatis Jeſu *Romæ* 1710. fol.

LAſor à Varea (*Alphonſi*) ſeu *Savonarola* Univerſus Terrarum Orbis Scriptorum calamo delineatus, *Patav.* 1713. fol. 2. Tom.

Joan. Launoii Acad. Pariſienſis illuſtrata. *Pariſ.* 1682. 2. voll. in 4 & Genevæ 1732. fol.

Joan. Lelandus de Scriptoribus Britannicis. *Oxonii* 1709. 2. Tom. in 8.

Jac. Le Long Biblioth. Sacra, *Pariſ.* 1723. 2. voll. fol.

Ejuſdem *Bibliotheque Hiſtorique de la France*; Ibid. 1719. fol.

Lettre Critique ſur le Dictionaire de Bayle, 1732. in 12.

Lipenii Bibliotheca Realis Theolog. Jurid. Philoſ. &c. *Francof.* 1685. fol. 5. Tom.

Liron *Bibliothèque des Auteurs Chartrains*. Paris, 1719. in 4.

Lucii Biographia Ephor. Bornenſium. *Lipſ.* 1711. 8.

JOan. *Mabillonii* Analecta Vetera, *Pariſ.* 1723. fol.

Ejuſdem & *Mich. Germain*. Muſeum & Iter Italicum *Ibid.* 1724. 2. Tom. in 4.

Dan. à Virgine Maria Speculum Carmelitanum. *Antverp.* 1680. fol. 2. Tom.

Edm. Martene & *Urſini Durand* Theſaur. Anecdot. *Pariſ.* 1717. fol. 5. Tom.

Eorundem Veter. Script. & Monument. Hiſtor. Dogmatic. Moral. &c. Collectio. *Ibid.* 1724-1733. fol. 9. Tom.

Eorumdem *Second Voyage Litteraire*, Paris, 1724. 4.

Joan. Micrælii Syntagma Hiſtoriar. Eccleſiæ &c. *Lipſiæ*, 1679. 4.

Miſcellanea Lipſienſia, *Lipſiæ*, 1716-1723. 12. voll. in 8.

Mongitor Bibl. Sicula, *Panormi*, 1707 & 1714. f. 2. T.

Bern. de Montfaucon Diariū Italicum, *Pariſ.* 1701. in 4.

Monumenta SS. Patrum Orthodoxogr. &c. *Baſ.* 1569. fol. 2. Tom.

Dan. Georg. Morhoſii Polyhiſtor Literarius, & Philoſ. *Lubecæ* 1714 3. voll. in 4.

Car. Morotii Theatrum Chronol. Ord. Carthuſienſis, *Taurini* 1681. fol.

NEgri *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini*. Ferrar. 1722. f.

Memoires du P. Niceron *pour ſervir à l'Hiſtoire des Hommes illuſtres dans la Republique des Lettres* 1728-1733. *Paris*, 24. voll. in 12.

OLdrini de Scriptor. Peruſinis, *Peruſiæ*, 1678. in 4.

Ejuſdem Syllabus Scriptorum Ligurum, nec non Sarzanenſium, ac Cyrnenſium. *Ibid.* 1680. in 4.

Jo. Gottf. Olearii Biblioth. Script. Eccleſiaſtic. *Jenæ* 1711. 2. Tom. in 4.

Orlandi *Notizie degli Scrittori Bologneſi*. Bolog. 1714. in 4.

Ejuſdem *Origine e progreſſi della Stampa*, Ibid. 1722. in 4.

Caſim. Oudinus de Scriptoribus Eccleſiæ antiquis, &c. *Lipſiæ*, 1722. fol. 3. Tom.

Ejuſdem Veter. aliquot Galliæ & Belgii Scriptor. Opuſcula Sacra, *Lugd. Bat.* 1692. 8.

PAgi (*Anton.*) Critica in univerſos Annales Eccleſiaſt. Card. *Baronii*. Antvarp. 1705. fol. 4. Tom.

Franc. Pagi Pontificum Romanorum geſta, Conciliorum Generalium Acta &c. *Ibid.* 1717-1727. 4 Tom. in 4.

Paſolini *Huomini illuſtri di Ravenna Antica*, Bolog. 1703. fol.

Chriſt. Franc. Paullini Theatrum Illuſtrium Virorum Corbeiæ Saxonicæ. *Jenæ* 1686. 4.

Perrault *les Hommes illuſtres qui ont paru en France dans le XVII. Siecle*. la Haye, 1698. in 8.

D. Matth. Petitdidier *Remarques ſur la Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſt. de Mr. Du Pin*. Paris, 1691. 3. voll. in 8.

Bern. Pezii Biblioth. Benedictino-Mauriana, *Auguſtæ Vind.* 1716. in 8.

Ejuſdem Biblioth. Aſcetica Antiquo-Nova, *Ratisbonæ* 1723. 9. Tom. in 8.

Ejuſdem Theſaur. Anecdot. *Auguſtæ Vind.* 1721. fol. 6. Tom.

Pippingii Memoriæ Theologorum, *Lipſiæ*, 1705. 2. Tom. in 8.

Vinc. Placcii Theatrum Anonym. & Pſeudonym. *Hamburgi* 1708. fol. 2. Tom.

Placidus Romanus, vid. *Fabricii* Bibliotheca Eccleſ.

Petri Poiret Bibliotheca Myſticorum ſelecta. *Amſtel.* 1708. 8.

Anton. Poſſevini Apparatus Sacer ad Scriptores omnes Eccleſiaſticos. *Colon.* 1608. fol. 2. Tom.

Ephraim Prætorii Athenæ Gedanenſes. *Lipſiæ*, 1713. in 8.

Jo. Ulrici Pregizeri Suevia & Wirtenbergia Sacra &c. *Tubingæ*, 1717. in 4.

REchenbergii (Adami) Hiero-Lexicon reale, hoc eſt Biblico-Theologicum & Hiſtorico-Eccleſiaſticum &c. *Lipſiæ*, 1724. 2. Tom. in 4.

Recueil Hiſtorique des Bulles & Conſtitutions, Brefs, Decrets & autres Actes, concernans les Erreurs de ces deux derniers Siecles &c. *Mons* 1697. in 8.

Jacobi Friderici Reimmanni Bibliotheca Acroamatica Theologica, Jurid. Med. Philoſ. &c. comprehendens recenſionem ſpecialem Codicum MSS. Biblioth. Vindobon. &c. *Hanov.* 1712. in 8.

Euſebii Renaudotii Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum. *Pariſ.* 1713. in 4.

Jac. Rilli *Notizie Letterarie, ed Iſtoriche intorno a gli Huomini Illuſtri dell' Accademia Fiorentina*. Firenze, 1700. in 4.

Andreæ Riveti Criticus Sacer. *Lipſiæ*, 1690. in 8.

Rocabertii Bibliotheca Pontificia Maxima. *Romæ* 1698. in fol. 29. Tom.

Angeli Roccæ Opera Omnia, *Romæ* 1719. fol 2. Tom.

Joh. Hinr. Rollii Bibliotheca Nobilium Theologorum, Philoſophorum, Oratorum, Poëtarum, Hiſtoricorum, & Philolog. *Roſtoch.* 1709. & 1710. in 8. 2. Tom.

Roſtochium Literatum, exhibens Literatorum qui

Roſto-

Elenchus Autorum.

Roſtochii A. 1698. & 1699. vixerunt, Syllabus, *Ibid.* 1708. 8.

S*Cævolæ Sammarthani* Elogia Doctorum in Gallia Virorum qui noſtrâ Patrumque memoriâ floruerunt. *Jenæ* 1696. in 8.

Chriſtoph. Chr. Sandii Bibliotheca Anti-Trinitariorum, ſive Catalogus Scriptorum, & Narratio de vita eorum Autorum. *Freiſtad.* 1684. in 8.

Auguſt. Sartorii Ciſtercium Bis-Tertium ſeu Hiſtoria Elogialis Ordinis Ciſtercienſis &c. *Pragæ* 1720. fol.

Andreæ du Sauſſay Continuatio Libri Card. *Bellarmini* de Scriptoribus Eccleſiaſt. *Tulli* 1665. 4.

Jo. Martini Schamelii Nomburgum Litteratum, *Lipſiæ* 1727. in 4.

Jo. Scheffers Suecia Literata, ſeu de Scriptis & Scriptoribus gentis Suecicæ, cum Hypomnematis *Joan. Molleri.* Hamb 1698. 8.

Joh. Henr. von Seelen Stada Literata Doctorum Virorum Stadæ A. 1711. viventium Vitas, honores atque Opera exhibens. *Stadæ* 4. 1711.

Ejuſdem Athenæ Lubecenſes, ſive Commentarius de inſignibus meritis optimorum virorum &c. *Lubecæ* 1719. 4. Tom. io 8.

Jacobi Severtii Chronologia Hiſtorica ſucceſſionis Hierarchicæ Archiantiſtitum Eccleſiæ Lugdunenſis. *Lugd.* 1628. fol.

Sigebertus Gemblac. *vid.* Fabricii *Biblioth. Eccleſ.*

Richardi Simonii Hiſtoria Critica Veteris Teſtamenti. *Amſtel.* 1685. in 4. Lat.

Ejuſdem *Hiſtoire Critique du Texte du Nouveau Teſtament.* Roterod. 1689. in 4.

Ejuſdem *Hiſtoire Critique des Verſions du N. T.* Ibid. 1690. in 4.

Ejuſdem *Hiſtoire Critique des principaux Commentateurs du N. T.* Ibid. 1693. 4.

Ejuſdem *Critique de la Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques de Mr. Ellies Du Pin.* Paris, 1730. 4. voll. in 8.

Jacobi Sirmondi Opera omnia. *Venetiis* 1728. 5. voll. fol.

Sixti Senenſis Bibliothece Sancta. *Colon.* 1586. fol.

Sever. Walth. Slüteri Propylæum Hiſtoriæ Chriſtianæ, ſiſtens enarrationem Scriptorum Veterum atque Recentiorum, *Lipſiæ*, 1696. 4.

Thomæ Smith Vitæ quorundam eruditiſſ. & illuſtr. Virorum. *Londini* 1707. 4.

Theoph. Spizelii Sacra Bibliothecarum arcana retecta ſive Mſſ. Theolog. in præcipuis Biblioth. extantium deſignatio. *Auguſt. Vind.* 1668. in 8.

Ejuſdem Templum Honoris reſeratum, in quo L illuſtrium hujus ævi Orthodoxorum Theologorum Philologorumque imagines, Vitæ & ſcripta &c. exhibentur. *Ibid.* 1673. 4.

Ægidii Strauchii Theologia Moralis, cum *Joh. Frid. Mayeri* Bibliotheca Scriptorum Theologiæ moralis & conſcientiariæ. *Lipſiæ* 1708. 8.

Joh. Anton. Strubberg Index Theologorum Evangelico Lutheranorum Chronologicus. *Lemgov.* 1727. 8.

Franc. Swertii Athenæ Belgicæ ſive Nomenclator infer. Germaniæ Scriptorum. *Antverp.* 1628. fol.

ANton. Teiſſier *les Eloges des Hommes Savans, tirez de l'Hiſtoire de Mr. de Thou avec des additions*, Leyde 1715. 4. voll. in 8.

Alberti Thura Idea Hiſtoriæ Litterariæ Danorum. *Hamb.* 1723. 8.

Joh Tilemanni dicti *Schenck* Vitæ Profeſſorum Theologiæ qui in Academia Marburgenſi docuerunt. *Marburgi*, 1727. 4.

Sebaſtien le Nain de Tillemont *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire Eccleſiaſtique des ſix premiers Siecles.* Bruxell. 1695 &c. 27. part. in 12.

Nicolo Toppi *Biblioteca Napoletana & Apparato agli Huomini illuſtri in Lettere di Napoli e del Regno.* Napoli 1678. fol.

Joh. Trithemius vid. *Fabricii* Biblioth. Eccleſ.

J*Acobi Verheiden* Imagines & Elogia præſtantium aliquot Theologorum cum Catalogis Librorum ab iiſdem editorum *Hage-Com.* 1725. fol.

Caroli de Viſch Biblиot. Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis. *Colon.* 1656. 4.

Vitæ Selectorum aliquot Virorum. *Londini* 1681. 4.

Vitæ Selectæ eruditiſſ. ac illuſtr. Virorum. *Uratiſl.* 1711. 8.

Gerardi Joan. Voſſii de Hiſtoricis Latinis Libri III. *Lugd. Bat.* 1651. 4.

Henn. Witten Memoriæ Theologorum, Philoſophorum, Oratorum, Poëtarum, Hiſtoricorum & Philologorum noſtri ſeculi Clariſſ. *Francof.* 1674. & 1677. 4. Tom. in 8.

Joh. Chriſtoph. Wolfii Bibliotheca Hebræa, ſive Notitia Scriptorum Hebræorum &c. *Hamb.* 1715. 2. T. in 4.

Anton à Wood Hiſtoria & Antiquit. Univerſit. Oxonienſis. *Oxonii* 1674. fol. 2. Tom.

J*O. Conr. Zeltneri* Theatrum Virorum Eruditorum &c. *Norimb.* 1720. in 8.

Guſtav. Georg. Zeltneri Vitæ Theologorum Altorphinorum unà cum Scriptorum recenſione, *Norimb.* 1722. in 4.

Jo. Caſp. Zeumeri Vitæ Profeſſorum Theologos. Juris, Medic. & Philoſ. Academiæ Jenenſis, unà cum ſcriptis à quolibet editis, *Jenæ* 1711. in 8.

Alios forte plurimos Autores in opere citatos reperies, quos in iſto Elencho omiſimus.

CATALOGUS LIBRORUM

THEOLOGICORUM, MISCELLANEORUM

HISTORICORUM, JÚRIS CANONICI &c.

qui reperiuntur apud **PERACHON & CRAMER** An. 1734.

S. Anſelmi Opera ſtudio Monach. Congr. S. Mauri. fol *Pariſ.* 1721.

S. Athanaſii Opera omnia Græcè & Latinè. fol. 2. Tom. *Colon.* 1686

d'Achery Spicilegium ſive Collectio aliquot Scriptorum qui in Galliæ Biblioth. delituerant, cum *Mabillonii* Analectis. fol. 4. Tom. *Pariſ.* 1723.

Arsdekin Theologia univerſa. 4. 3. Tom. *Antverp.* 1718. & *Colon.* 1730.

Alcoranus Muhammedis Arabico-Latinus, cum notis & refutatione *Maraccii* fol. 2. Tom. *Venet.*

Areſii Opera de Cœli Regina & de SS. Papis, Relig. fundatoribus &c. fol. 2. Tom. *Francof.* 1702. fig.

Alvareſii Joſeph illuſtratus ſive Comment. in Geneſim. fol. *Lugd.* 1675.

Alteſerra de Juriſdict. Eccleſiaſt. adverſus Fevretum de abuſu 4. *Pariſ.* 1715.

Amœnitates Litterariæ. 8. 14. Tom. *Ulmæ* 1725-1731.

Adrichomii Theatrum Terræ ſanctæ fol. fig. *Colon.* 1682.

Biblia Sacra Vulgata. fol. *Lugd.* 1725. & 24. 6. Tom. *Col.* 1679.

——— Græca ex LXX Interpr. cur. *Lamb. Bos*, 4. *Franek.* 1709.

——— Hebraica ſine punctis. 12. Amſt. 1701.

——— Immaculata B. V. M. *Scheffers* fol. 22. Tom. *Pragæ* 1712.

Le Blanc Commentaria in Pſalmos. fol. 6. Tom. *Colon.* 1726.

S. Brigittæ Revelationes fol. 1680.

Bocharti Opera omnia ſeu Geogr. Sacra & Hiſt. Animal. S. Script. fol. 4. Tom. *Lugd. Bat.* 1707.

Bonæ Cardin. Opera omnia. fol. *Antv.* 1723.

Bellarmini Controverſiæ Fidei. fol. 4. Tom. *Mediol.* 1721.

S. Bernardi Opera *Herſtii* fol. 6. Tom. *Lugd.* 1687.

Bembi Card. Opera omnia. fol. 4. Tom. *Venet.* 1729.

Concordantiæ SS. Bibliorum fol. *Antv.* & *Colon.* & *Lugd.* in 4.

S. Chryſoſtomi Opera omnia, Græcè & Latinè, fol. 22. Tom. *Francof.* 1698.

S. Clementis Alexandrini Opera Græcè & Lat. fol. *Colon.* 1688.

S. Cypriani Opera *Baluzii*, fol. *Pariſ.* ex Typogr. Regia 1726. & *Venet.* 1728.

Concilium Conſtantienſe magnum œcumenicum &c. fol. 6. Tom. *Francof.* 1700. fig.

Chaſſanæi Catalogus Gloriæ Mundi fol.

Cabaſſutii Notitia Eccleſiaſt. Hiſtor. Concilior. & Canonum. fol. *Colon.* 1725.

Ciceronis Opera c. n. Varior. 4. 4. Tom. *Baſil.* 1691. & 8. 11. Tom. *Amſtel.* 1724.

Caſſiani Opera omnia fol. *Lipſ.* 1722.

Corpus Canonicum Lancelloti 4. 2. Tom. *Colon.* 1730.

Cotelerii Patres Apoſtolici, fol. 2. Tom. *Antv.* 1725.

Dictionarium Poeticum, Geogr. Hiſtor. &c. *L. Loydii* 4. *Genevæ.*

Des Champs de Hæreſi Janſeniana, fol. 1. Tom. *Pariſ.* 1728.

Deſcriptio Pedemontii & Sabaudiæ. fol. 4. Tom. fig. *Holl.* 1726.

Eſpen (van) Opera omnia in Jus Eccleſ. & alia Opuſcula fol. 7. Tom. *Colon.* 1729.

Eraſmi Opera omnia fol. XI. Tom. *Lugd. Bat.* 1707.

Franciſci Polygraphia Sacra fol. 19. Tom. *Aug. Vind.* 1725.

Fabri Conciones. 4. 5. Tom. *Colon.* 1717.

Gerſonis Opera omnia cura *Lud. Ellia Du Pin*, fol. 5. Tom. *Holl.* 1705.

S. Gregorii Nazianzeni Opera, Græcè & Lat. fol. *Lipſ.* 1712

Graveſon Hiſtoria Eccleſiaſtica fol. 22. Tom. *Aug. Vindel.* 1728.

Gonzales ad Decretales. fol. 5. Tom. *Lugd.* 1715.

S. Hippolyti Opera fol. 2. Tom. *Hamb.* 1716.

S. Hieronymi Opera omnia fol. 12. Tom. *Francof.* 1684.

Juliani Imper. & S. Cyrilli Opera Gr. & Lat. fol. *Francof.* 1691.

S. Juſtini Martyris Opera Gr. & Lat. fol. *Colon.* 1686.

Kempis de la Imitacion de Chriſto. 24. fig. *Colon.* 1731.

——— Opera omnia 4. 7. Tom. *Colon.* 1728.

Lactantii Opera omnia 8. *Lipſiæ* 17.5.

Lemos Hiſtoria Congregat. de Auxiliis Divinæ Gratiæ. *fol. Bruxel.*

Muratorii Scriptores Rerum Italicarum fol. 24. Tom. fig. *Mediol.*

Miſchna ſeu Syſtema Rituum, Antiq. ac Legum Hebræorum fol. 6. Tom. fig. *Amſt.* 1703.

Mabillonii & Ruynartii Opera Poſthuma 4. 3. Tom. *Pariſ.* 1724.

Mallebranche de Inquirenda Veritate 4. 1689.

Martene Theſaurus novus Anecdotorum fol. 5. Tom. *Pariſ.* 1717.

——— Veterum Scriptor. & Monum. Collectio. fol. 9. Tom. *Pariſ.* 1724-1733. & Tom. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ſepar.

Manſi Bibliotheca Moralis Prædicab. fol. 4. Tom. *Auguſtæ* 1732.

Noriſii Cardin. Opera omnia. fol. 4. Tom. *Veronæ* 1731.

Oliva de Foro Eccleſiæ. fol. 3. Tom. *Col. Allobr.* 1733.

Origenis Opera curâ *Huetii* fol. 1684.

Paſſerinus de Hominum Statibus fol. 3. Tom. *Lucæ* 1733.

Petavii Rationarium Temporum. 8. 3. Tom. 1720.

Pirhing in Jus Canonicum fol. 5. Tom. 1722.

Pfanneri Syſtema Theol. Gentilis 4.

Philonis Judæi Opera Gr. & Lat. fol. 1691.

Queſnellii Compend. Moralis Evangel. 12. 8. Tom. *Pariſ.* 1694.

Raynaldi Continuatio Annalium Card. Baronii fol. X. Tom. *Colon.*

Roberti Aurifodina Scientiarum fol. 3. Tom. *Colon.* 1731.

Sigonii Operum Tom. 1. 2. 3. *Mediol.* 1731. fol.

Toſtati Abulenſis Opera omnia fol. 27. Tom. *Venet.* 1728.

Vavaſſoris Opera Theolog. & Philolog. fol. *Amſtel.* 1709.

INDEX

INDEX ALPHABETICUS
SCRIPTORUM
In hoc Tomo Primo
BIBLIOTHECÆ ECCLESIASTICÆ
Contentorum.

	Clar. Seculo	
Agerdus (*Nicolaus*) Profeſſor.	XVII.	*Pag.* 1.
Aage (N. de l')	XVI.	ibid.
Aaliſius (*Johannes*) Theologus.	XVII.	ibid.
Aarhuſius (*Jacob. Matthaei*)	*eod.*	1. & 557.
Aaron (*Abraham*) Judæus,	XVI.	1.
alius, Judæus, Rabbinus,	XVII.	2.
Abiob *ſeu* Ariob, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Abu Aldari, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Ben Aſer, Jud. Rabb.	XI.	ibid.
Berachia, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Coben, id eſt, Sacerdos, Jud.	XVII.	ibid.
alius.	XIV.	3.
Cœcus, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Fil. Chajim, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Fil. Eliæ, Karæus, Rabb.	XIV.	ibid.
Fil. Eliezer, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Franco Pinhero, Jud.	*eod.*	ibid.
Hariſcon, *vid.* Aaron f. Joſeph Caraita.		ibid.
Haſſivoni, Jud. Rabb.	*eod.*	ibid.
Fil. Joſeph Caraita, Jud. Rabb.	XIV.	ibid.
Fil. Joſeph Sazon, Jud. Rabb.	*inc.*	4.
de Domo Levi, Jud. Rabb.	XIII.	ibid.
Levita, Jud Rabb.	XVII.	ibid.
alius, Jud.	*eod.*	ibid.
aliàs Antonius Montezinius	*eod.*	ibid.
Magnus Cabbaliſta, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Margalitha, Ex-Judæus.	XVIII.	ibid.
Fil. Moſis, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Piſaurenſis, Jud.	XVI.	ibid.
Fil. Schemuel, Jud. Rabb.	XVII.	5.
alius.	*eod.*	ibid.
alius.	*eod.*	ibid.
Selig, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Aba *Ben* Schelomo Bumela, Jud.	XVII.	ibid.
Abacuc *vid.* Habacuc		ibid.
Abad, Judæus,	*inc.*	ibid.
Abadi *vel* Ebnal-Abadi, Arabs.	*inc.*	ibid.
Abadie, *vid.* Abbadiæus.		ibid.
Abælardus, *vid.* Abelardus.		ibid.
Abai-Houſſain, Mahometanus,	XVII.	ibid.
Abarbanel, *vid.* Abrabanel		ibid.
Abarca (*Petrus de*) Jeſuita,	XVII.	ibid.
Abba, Judæus, Rabbinus.	XVI.	ibid.
alius.	*inc.*	ibid.
Mori *bar* Moſche, Jud. Rabb.	XIV.	ibid.
Abbadiæus (*Jacobus*) Theologiæ Doctor.	XVIII.	ibid.
Abbas, *vid.* Ælfricus.		7.
(*Arnold.*)	XVI.	ibid.
Abbas *vulgò* Abbate (*Claudius*) Sacerdos	XVII.	8.
(Joſephus) Ord. Minimorum, (hic malè Minorum.)	XVII.	ibid.
(*Laurent.*) Eques & Sacerdos.	XVII.	ibid.
(*Stephanus*) Theologus.	XVIII.	ibid.
Abbatia (*Paul. de*)	XVII.	ibid.
Abbatis (*Alb. de*)	*inc.*	ibid.
Abbatiſſa (*Vincent.*) Canonicus.	XVII.	*Pag.* 8.
Abbatius (Bal. Angel.)	XVI.	ibid.
vid. Abbotus.		ibid.
Abbaudus, Abbas.	XI.	ibid.
Abbavilla (*Carolus ab*) Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Joan. ab*) Veſuutinus Archiepiſcop.	XVI.	ibid.
Abbel (*Paulus*)	XVI.	ibid.
Abben Ezra (*Abraham.*) Judæus, Rabb.	XII.	9.
Abbo *Cernuus* dictus, Monachus.	IX.	ibid.
ſive Albo, Floriacenſis Abbas.	XI.	ibid.
Abborus (*Georgius*) Archiepiſcopus.	XVII.	10.
alius, Theologus.	*eod.*	ibid.
(*Robertus*) Epiſcopus.	*eod.*	ibid.
Abbus (*Petrus*) Sacerdos.	*eod.*	11.
Abdalla *ben* Abdalla, Araba,	*eod.*	ibid.
Abulpharagius Benattibus, Presbyter Arabs.	XIV.	11. & 40.
Fil. Salam, Mahometanus.	*inc.*	11.
Berbeus, Princeps Sectæ Mohavedinorum.	XII.	ibid.
Muhamed Abubecher, Arabs.	*inc.*	ibid.
Abdalvahed, Muſulmanus.	*inc.*	ibid.
Abdeel *aliàs* Schonwald (*Abrah.*)	XVI.	ibid.
Abdelmeſſias, Coptorum Monachus.	XVI.	ibid.
Abdias Babyloniæ Epiſcopus.	I.	ibid.
Præfectus domûs Regis Achab.	M XXXI.	12.
Prophera.	M. XXXV.	ibid.
Sphorno, Judæus, Rabb.	XVI.	ibid.
Abel *vid.* Brioco.		ibid.
Abelardus (*Petrus*) Doctor Celeberrimus.	XII.	ibid.
Abeliani ſive Abeloitæ, Hæretici.	V.	14.
Abelly (*Anton.*) Ordin Prædicator.	XVI.	ibid.
(*Ludovicus*) Ruthenenſis Epiſcop.	XVII.	15.
Abelus (*Vitus*)	XVI.	ibid.
Abendana *ſive* Avendana (*Jacobus*)	XVII.	25. & 713.
Abendano *vid.* Avendano.		15.
Abeneph, Arabs,	*inc.*	ibid.
Abercius Epiſcopus Hierapolit. Clar. A. 164. (male hic 564.)	II.	ibid.
Abereinera (*Philip.*)	XVI.	16.
Abeſſer (*Joan. Gottlieb*)	XVII.	ibid.
Abgarus Rex Edeſſenus.	I.	ibid.
Abhuhaibh, *vid.* Auuhau.		17.
Abi Muhamed Ab, Arabs.	*inc.*	ibid.
Abichtius (*Joan. Georg.*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Abillonius (*Andreas*) Vicarius Archiepiſc. Ambianenſis.	XVII.	ibid.
Abiuda, Judæus.	*inc.*	ibid.
Ablavius vel Ablabius, Rhetor & Epiſc. Novatianorum.	V.	ibid.
Abluſiis (*Gaufridus de*) Ord. Prædicator.	XIV.	ibid.
Aboab (*Immanuel*) Judæus, Rabb.	XVII	ibid.
Abou Abilfargi, Arabs, Neſtorianus.	XIII.	ibid.
Abouhab (*Iſaac*) Judæus, Rabb.	XVII.	18.
vid. Auubau.		ibid.
Abou-haian, Doctor Arabs.	XIV.	ibid.

††

About

	Clar. Sec.	Pag.
Abou-hanifah, Doctor Muſulmanus.	VIII.	18.
Aboulaith Candi, Sacerdos Muſulman.	inc.	ibid.
Abou-Obeidah Mamar, Muſulman.	IX.	ibid.
Abouſaid, *vid.* Abuſaid.		ibid.
Abrabanel (*Iſaacus*) Jud. Rabbinus Celeb.	XVI.	ibid.
(*Judas*) Jud. Rabb.	XVI.	21.
alius	XVI.	ibid.
Abraham, *vid.* Aaron.		ibid.
Jud. Rabb.	inc.	ibid.
Abbali, Jud.	XVII.	ibid.
Aben Daguar, Jud. Levita.	XV.	ibid.
Aben David Levi, Jud. Rabb.	XII.	ibid.
Aben Megas, Jud. Rabb.	inc.	22.
Abulaphia, Jud. Rabb.	inc.	ibid.
Akra, *vid.* Akra.		ibid.
Aliagari, Jud.	inc.	ibid.
Badreſclu, Jud.	inc.	ibid.
Bar Chaſariel Jud. Levita.	inc.	ibid.
Bar Chaſdai, Jud. Rabb.	XII.	ibid.
Bar Judæ, Jud.	XIII.	23.
Bar Moſis de Fano, Jud.	inc.	ibid.
Ben ſive *fil.* Arie Leu Kalmankas, Jud.	inc.	ibid.
Ben Aſcher, Jud.	inc.	ibid.
Ben Avigador, Jud.	XVI.	ibid.
Ben Azur, Jud.	inc.	ibid.
Ben vel *Aben* Bonet, Jud.	inc.	ibid.
Ben Chajim, Jud.	inc.	ibid.
Ben Chajim Hirſch Schor, Jud.	XVII.	ibid.
Ben Chanania Jaghel, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Ben Chija, Jud.	XII.	ibid.
Ben David, Jud. Rabb.	inc.	24.
Ben David Arie, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Ben David Halevi, Jud. Rabb.	XII.	ibid.
Ben David Oſtrenſis, Jud.	XVII.	25.
Ben Eli Melech, Jud.	XVI.	ibid.
Ben Jechiel, Jud. Sacerdos.	inc.	ibid.
Ben Iſaac, Jud.	XVII.	ibid.
Ben Iſaac, Jud. alius,	XV.	ibid.
Ben Iſaac Chijuth, Jud.	inc.	ibid.
fil. Iſaac, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Ben Iſaac Laniado, Jud.	XVII.	26.
fil. Iſaac, Jud. Rabb.	XII.	ibid.
Ben Iſaac Tzahalon, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
fil. Iſaac Zemach, Jud. Levita.	inc.	ibid.
Ben Judæ Chaſſan, Jud.	XVII.	ibid.
Ben Judæ, Jud. Karæus.	XVI.	ibid.
Ben Meir, Jud. Rabb. Celebris.	XII.	ibid.
fil. Meir de Balmes, Jud. Doctor.	XVI.	28.
fil. Moſe, Jud.	XVII.	ibid.
vid. Maimonides.		29.
fil. Nathan, Jud.	XII.	ibid.
fil. Schemuel Gedalia, Jud.	XVII.	ibid.
fil. Schelomo, Jud.	XVI.	ibid.
Ben Uſas, Jud.	XVII.	ibid.
fil. Zevi, Jud.	XVII.	ibid.
Bethraban Syrus, *vid.* etiam ſub hoc tit. in Litt. B.	VI.	ibid.
Bivaſc, Jud.	XV.	ibid.
da Boton, Jud.	XVI.	ibid.
Cohen, *ſeu* Sacerdos Jud.	XVI.	ibid.
Irira, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Colonienſis, Jud. Rabb.	XIV.	ibid.
Diſcipulus Iſaaci Luria, Jud.	inc.	ibid.
Ecchellenſis, Maronita,	XVII.	30.
Elias, Sacerdos Jud.	inc.	ibid.
vid. Galante.		ibid.
Hailun, Jud.	inc.	ibid.
Hallevi, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
(*Jacobus*) Jud.	XVIII.	ibid.
Judæus, Rabb.	XVI.	ibid.
Levita, Jud.	XVI.	ibid.
fil. Joſeph, Jud.	XVII.	ibid.
ſenex, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Meir, Jud. Rabb.	inc.	31.
Menachem, Jud. Sacerdos.	XVI.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Abraham Patriarcha.	M. XX.	31.
Piſanus, Jud. Sacerdos.	XVI.	ibid.
Pragenſis, Rector Synagogæ.	XVI.	ibid.
Rovigo, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Samaria, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Seeu, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Uſque, Jud.	XVI.	32.
Monachus, Syrus.	VI.	ibid.
Abrahamitæ Hæretici.	IX.	ibid.
Abrahamus, Jud. Rabb. Celebris.	XVII.	ibid.
Rector Acad. Holmienſis.	XIV.	33.
Waldenſis, Ord. Prædicat.	XIII.	ibid.
Abrahemz (*Galenus*) Mennonita.	XVIII.	ibid.
Abramus (*Nicolaus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Abra-Raconiſia (*Clara*) Carmelit. Monial.	XVII.	34.
Abra Raconiſius (*Carol. Franciſ.*) Vaurenſis Epiſcopus.	XVI.	ibid.
Abravanel, *vid.* Abrabanel.		35.
Abrenethy (*Johan.*)	XVII.	ibid.
Abreu de Mello (*Ludov.*) Comendator Ord. Chriſti.	XVII.	ibid.
(*Petrus de*) Franciſcanus.	XVII.	ibid.
(*Philip.*) Auguſtinianus Reform.	XVII.	ibid.
(*Sebaſtianus*) Jeſuita.	eod.	ibid.
Abron, Athenienſis.	inc.	ibid.
Abſalon Abbas, Ord. Canon Regul. S. Aug.	XIII.	ibid.
Abſchalom, Judæus, Rabbinus.	inc.	36.
Abſelius (*Gulielm.*) Cartuſianus.	XV.	ibid.
Abſtinentes Hæretici, *vid.* Priſcillianus.		ibid.
Abu Achmed Algazali, Araba.	XII.	36. & 321.
Ahmed *Ben* Caſſem, Mahomet.	XVI.	36.
Almaaſar, Arabs.	IX.	36. & 339.
Alpharagh, Karæus.	XII.	ibid.
Abu-al-Ez, Syrus, Presbyter.	inc.	37.
Abubacar, Judæus.	inc.	36.
Abubachar, Arabs.	XII.	37.
Abubakar *aliis* Abrocherim, Socer Mahometis.	VII.	ibid.
Abucara (*Theodorus*) Epiſcopus Caræ.	VIII.	ibid.
Abu Iſaac, Monophylita, Syrus.	XIII.	39.
Abu Iſmael, *vid.* Ancherſen & Pocockius.		ibid.
Abu-Labas, Mahometanus.	inc.	ibid.
Abulbarcas Presbyter Ægyptius.	XIV.	ibid.
Abulbircad, Mahometanus.	inc.	40.
Abulfaragius, Mahometan.	XII.	ibid.
Abul-feda (*Iſmael*) Princeps Arabs.	XIV.	ibid.
Abulpharagius Abdalla Benattibus.	XIV.	11. & 40.
(*Gregorius*) Primas Orient. Jacob.	XIII.	41.
Abulphua, *vid.* Alulphus.		46.
Abulvalidus, Arabs.	XV.	ibid.
Abundius, *vid.* Eleutherius & Zephirinus.		47.
Abuneſtro'ch, Jud. Rabb.	XV.	ibid.
Abuſaid, Samaritanus.	eod.	ibid.
Abuſchacherus (*Petrus*) Copta.	XIV.	ibid.
Acaciani, *vid.* Acatiani.		ibid.
Acacius Epiſcopus Berœenſis.	V.	ibid.
Cæſarienſis.	IV.	ibid.
CPolitanus.	V.	48.
Melitenes.	eod.	ibid.
Acatiani, *vid.* Arius.		ibid.
Acca, *ſeu* Accas, Epiſcopus. Haguilſt.	VIII.	ibid.
Accariſius (*Jacobus*) Epiſcop. Veſtenſis.	XVII.	ibid.
Accetti (*Hieronym.*) Ord. Prædicator.	XVI.	49.
Acetto (*Reginald. de*) ejuſd. Ord.	eod.	ibid.
Acciaiolus (*Angelus*) Florent. Epiſcop.	XV.	ibid.
(*Zenobius*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Acciarellus (*Xaverius*) Jeſuita.	XVIII.	50.
Accoltis ſive Aretinus (*Bened. de*) Junior, Cardinalis.	XV.	50. & 545.
alius, Cardinalis	XVI.	51.
vid. Aretinus.		ibid.
Accurſius (*Franciſc.*) Juriſconſultus.	XIII.	52.
(*Martinus*) Carmelita.	XVI.	ibid.
Aceblaio *vid.* Arreblaio.		
Acemetæ Monachi.	V.	ibid.

Acephali

	Clar. Sec.	*Pag.*
Acephali Hæretici Eutychiani.	V.	52.
Aceracenſis Abbas.	XVII.	ibid.
Acettus de Portæ (*Seraphin.*) Canon. Regul. Lateran.	*eod.*	ibid.
Achacius, *vid.* Achatius.		ibid.
Achæus, Primas Orientis & Seleuciæ Epiſc.	*inc.*	ibid.
Achai Gaon, Jud. Rabb.	VIII.	ibid.
Achaiæ Presbyteri & Diaconi.	I.	ibid.
Achardus Abrincenſis Epiſcop.	XII.	53.
Monachus Ord. Ciſtercienſis.	*eod.*	ibid.
Achatius (*Iſrael*) vid. *Martin.* Bucerus.		ibid.
(*Olaus.*)	XVII.	ibid.
Achaveus, *vid.* de Chaves.		ibid.
Achedunus, *vid.* Actonius & Aſchedunus.		ibid.
Acheln (*Tiburt von*)	XVII.	ibid.
Achelnotus, Archiepiſcop. Cantuar.	XI.	ibid.
Achery (*Lucas d'*) Benedict. è Congreg. S. Mauri.	XVII.	54.
Acheſſari.	*inc.*	67.
Achey (*Claudius d'*) Archiepiſc. Biſuntin.	XVII.	ibid.
Achmed Algazelis.	*inc.*	ibid.
Ben Dervis.	XV.	ibid.
Callipolitanus.	*eod.*	ibid.
Achmet Ebn Zin Alabedin, Perſa Mahomet.	XVII.	ibid.
Achonius (*Boetius*) Canonicus.	XVI.	68.
Achuinus, Mahometanus.	XV.	ibid.
Achworth (*Georg.*)	XVI.	ibid.
Acindynus, *vid.* Acyndinus.		ibid.
Acinius (*Joan.*)	XVII.	ibid.
Acitores, *vid.* Azitores.		ibid.
Acliſſi Al Nagebi, Mahomet.	XII.	ibid.
Acoluthus (*Johan.*) obiit A. 1689.	XVII.	ibid.
(*Andreas*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Acominatus, *vid.* Choniates.		69.
Acontius (*Jacobus*) Theologus & Philoſ.	XVI.	ibid.
Acoſta (*Emanuel d'*) Jeſuita.	*eod.*	70.
(*Franciſcus de*) Auguſtinianus.	XVII.	ibid.
(*Gabriel*) Theolog. Doctor.	*eod.*	ibid.
(*Gabriel*) Judæus.	*eod.*	ibid.
(*Hieron.*) vid. *Rich.* Simon.		71.
(*Joſephus de*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
(*Philippus de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
vid. Andrada (*Sebaſt.*)		ibid.
Acre (*Petrus Sanchez de*) Theol. XVI. *vel*	XVII.	ibid.
Acronius (*Johan.*) Theologus.	XVII.	ibid.
(*Ruardus*)	*eod.*	ibid.
Acropolita, *vid.* Conſtantin. & Georgius.		72.
Aciſrad Judæus.	XVII.	ibid.
Acta Apoſtolorum genuina.	I.	ibid.
Apocrypha.	*eod.*	ibid.
S. Andreæ	*eod.*	ibid.
S. Joannis Evangeliſtæ.	*eod.*	ibid.
S. Matthiæ.	*eod.*	ibid.
S. Pauli.	*eod.*	ibid.
S. Petri.	*eod.*	ibid.
S. Philippi.	*eod.*	ibid.
S. Thomæ.	*eod.*	ibid.
varior. Pontific.	XIV.	ibid.
Canoniſationis *Jo. Nepomuceni.*	XVII.	ibid.
Cauſæ Rituum Sinenſium.	*eod.*	73.
Congreg. de Auxiliis Divinæ Gratiæ, *vid.* Lemos.		74.
Congreg. Cleri Gallicani.	XVII.	ibid.
Conventûs Thorunienſis.	*eod.*	76.
ſeu Delectus Actor. Eccleſiæ à P. *Poiſſon.*	XVIII.	ibid.
Eruditorum Lipſienſia XVII. &	XVIII.	ibid.
Legationis Cardin. de Fuxo.		ibid.
Cardinalium.		77.
Martyrum, *vid.* Theod. Ruinart.		ibid.
Pilati de J. C. D. N.	I.	ibid.
Remonſtrant. *vid.* Remonſtrantes.		ibid.
Sanctorum curâ *Roſweydi, Bollandi, Henſchenii, Cardoni, Janningi, Baertii, Verbevii, Sollerii, Pinii, Cuperi, Boſchii,* Jeſuitarum.	XVII. & XVIII.	77.
Acthoſius (*Gerardus*) Germanus.	XVIII.	98.
Actius (*Guilielm.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Actonius, Ord. Prædicator.	XV.	ibid.
(*Johan.*) Canonicus.	XIV.	98. & 665.
(*Radulph*) Presbyter	XIV.	99.
Acuanitæ Hæretici.	III.	ibid.
Acuña (*Anton. Gonçal. de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
(*Garſias Sarmiento de*) Inquiſitor & Abbas.	XVI.	ibid.
(*Martinus de*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
Acyndinus (*Gregorius*) Monachus Græcus.	XIV.	ibid.
Adabi (*Iſaac*) Eques Perſa.	III.	ibid.
Adæ (*G.*) Archiepiſcop. Antibarenſis.	XIII.	100.
(*Joannes*) Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
Adalardus, *vid.* Adalhardus.		ibid.
Adalbero Epiſcopus Auguſtanus.	X.	ibid.
Adalbertus Archiepiſcop. Moguntin.	XII.	ibid.
Levita, Cluniacenſis.	*eod.*	ibid.
vid. Aldebertus.		
Adalgiſus Monachus Gallus.	*eod.*	ibid.
Adalhardus, Ord. S. Benedict. Abbas.	IX.	101.
Monachus Blandinienſis.	XI.	ibid.
Adamannus Monachus & Presbyter.	VIII.	ibid.
Adamantius, Auguſtinianus.	XVI.	ibid.
Adamarius (*Joan.*) Lorinchius.	*eod.*	ibid.
Adami (*Annibal*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Adamitæ Hæretici.	II.	ibid.
Adams (*Thomas*)	XVII.	102.
(*Gulielmus*) Concionator.	XVIII.	ibid.
Adamus Primus omnium parens. Sec. M. I-X.		ibid.
Alderſpacenſis, Theol. Doctor.	XIII.	104.
(*Andreas*) Capellæ Pontificiæ Præfectus.	XVIII.	ibid.
Anglicus, Canon. Regul. Sti Victor. Pariſ.	*inc.*	ibid.
vid. Attebas.		ibid.
Barkingenſis, Ord. S Benedict.	XIII.	ibid.
Carthuſianus Anglus.	XIV.	ibid.
Cathaneſius Epiſcopus.	XIII.	ibid.
Ciſtercienſis Abbas.	XIV.	ibid.
Senior cognomin. Ord Ciſterc.	*inc.*	ibid.
Colonienſis, Ord. Prædicat.	XIV.	105.
de Corlandon, Laudun. Canonic.	XIII.	ibid.
(*Cornelius*) Theologus.	XVIII.	ibid.
Doctor Anglus.	*inc.*	106.
de Domeranam, Monachus.	XIII.	ibid.
de Eveſham, Ord. Ciſterc.	XII.	ibid.
(*Joannes*) Ord. Prædicator.	XVI.	ibid.
(*Joannes*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Joannes*) Pomeranus.	*eod.*	107.
(*Joan. Chriſtian.*)	*eod.*	ibid.
Magiſter dictus, Canonicus.	XI.	ibid.
de Mariſco, Profeſſor apud Franciſcanos.	XIII.	ibid.
(*Melchior*)	XVII.	ibid.
(*Michael*) Ex-Judæus.	XVI.	ibid.
Monachor. Chaldæor Archiman.	XVII.	108.
Murenuthenſis, Canonic. Londin.	XIV.	ibid.
Perſenniæ Abbas, Ord. Ciſterc.	XII.	109.
Ord. Præmonſtr.	*eod.*	ibid.
de S. Victore, Cano. Regul. Ord. Aug	*eod.*	110.
Adari Mahometan.	XIV.	111.
Adarve (*Joan. de Acuña de*) Prior & Viſitator Giennenſis.	XVII.	ibid.
Adboves (*Petrus*) Ord. Minorum.	XV.	ibid.
Addas, Syrus, *Manetis* Diſcipulus.	III.	ibid.
Addo, *vid.* Ahias.		ibid.
Adecerditæ Hæretici.	*inc.*	ibid.
Adekirchen (*Ambroſ.*) Ord. Prædicator.	XVII.	ibid.
Adela Bleſenſis Comitiſſa.	XII.	112.
Virmandenſis. Comitiſſa.	*eod.*	ibid.
Adelagus Bremenſis Archiepiſcop.	X.	ibid.
Adelardus, *vid.* Adalhardus, & Alardus.		ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Adelardus Cattaneus, Cardinalis.	XIII.	111.
Adelarius *vid.* Adrevaldus.		ibid.
S. Adelarius Epiſcop. Herefordienſis.	VIII.	ibid.
Adelbertus, *vid.* Adrevaldus.		ibid.
Adelbertus Ord. S. Bened. & Abb. Heidenb.	XII.	ibid.
Adelboldus, Epiſcop. Ultrajectinus.	XI.	ibid.
Adelgorius, Archiepiſcop. Magdeburg.	XII.	113.
Adelhelmus, Sagienſis Epiſcopus.	IX.	ibid.
Adelherus Epiſcopus, Ord S. Bened.	*inc.*	ibid.
Adelmannus, Epiſcop. Brixienſis.	XI.	ibid.
Adelmus, *vid.* Aldhelmus.		114.
Adelofagi Hæretici.	*inc.*	ibid.
Adelphidus Græcus.	*inc.*	ibid.
Adelphus, Abbas Ord. S. Bened.	XII.	ibid.
Ademarus, Ord. S. Bened.	XI.	ibid.
Monachus Lemovicenſis.	XII.	ibid.
Adeodatus quidam.	*inc.*	ibid.
Pontifex Romanus LXXVIII.	VII.	ibid.
Ader (*Guilelm.*) Medicus.	XVII.	ibid.
Adhad-Eddin Malek Jezd, Araba.	*inc.*	115.
Adighieri (*Marcus*) Ord. Prædicator.	XVI.	ibid.
Adel (*Cornel.*)	*eod.*	ibid.
Adilredus, *vid.* Ælredus.		ibid.
Adimarus (*Ludov.*) Academ. *della Cruſca.*	XVIII.	ibid.
S. Ado, Ord. S. Bened. & Viennenſis in Gallia Archiepiſcop.	IX.	ibid.
Adolphus (*Chriſtoph.*)	XVII.	ibid.
(*Johan.*)	*eod.*	ibid.
Adoptiani Hæretici.	VIII.	ibid.
Adorationis SS. Euchariſtiæ Moniales.	XVII.	ibid.
Adornus (*Auguſtin.*) Clericor. Regular. Minor. Fundator.	XVI.	116.
(*Franciſcus*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Adragna (*Arcangel.*) Ord. Strictioris Obſervant. S. Franciſci.	XVII.	ibid.
Adrevaldus, Ord. S. Bened.	IX.	ibid.
Adria (*Petrus de*) Vicosquenſis Epiſcopus, Ord. Prædicat.	XIII.	117.
Adriani (*Franciſc.*) Ord. Minorum.	XIV.	ibid.
Adrianiſtæ, *vid.* Hamſtedius.		ibid.
Adrianus Adriani, Jeſuita.	XVI.	ibid.
Græcus.	VI.	ibid.
Monach. Bened. Abbas Caſſinenſis.	*inc.*	118.
Cæſar-Auguſtan. Epiſcop.	VII.	ibid.
Carthuſianus.	XV.	ibid.
(*Cornelius*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
(*Joannes*) Ex-Judæus.	XVII.	ibid.
(*Matthæus*) Ex-Judæus.	XVI.	ibid.
de Veter.-Buſco, Monachus.	XV.	ibid.
(*Zacharias*) Brixianus.	XVI.	ibid.
Adriani Pontifices Roman. *vid.* Hadrianus.		ibid.
Adrichomia (*Cornelia*) Monialis Ord. Auguſtin.	*eod.*	ibid.
Adrichomius (*Chriſtian.*) Præfect. Virginum S. Barbaræ apud Delphenſes.	*eod.*	119.
Adrumetini Monachi in Africa.	V.	ibid.
Adſo, Ord. S. Benedict.	X.	ibid.
cognom. Hermiricus, ejuſd. Ord.	*eod.*	120.
Aduarte (*Didacus*) Ord. Prædicator.	XVII.	ibid.
Advocatus (*Albericus*) Canon. Regul. Lateran.	XIV.	ibid.
Adurnius *vid.* Adornus.		ibid.
Adzenarius Abbas S. Remigii.	XII.	121.
Ædicellius (*Servatius*) Colonienſis.	*inc.*	ibid.
Ædilvulphus, *vid.* Ethelwolfus.		ibid.
Ædituus (*Herman.*) Genuenſis.	XI.	ibid.
Ægeates (*Joan.*) Presbyter Neſtorianus.	V.	ibid.
Ægidianus (*Levinus*) Ord. Ciſterc.	XVII.	ibid.
Ægidii (*Joan.*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Ægidio (*Iſidor. à Sto*) Carmelita.	XVII.	121.
vid. Albertus.		ibid.
Ægidius quidam.	*inc.*	ibid.
S. Ægidius Abbas.	VI.	ibid.
Aſſiſias, Ord. Minorum.	XIII.	ibid.
de Aurelianis, Ord. Prædicat.	*eod.*	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Ægidius (*Benedictus*) Luſitanus.	XVII.	122.
Ord. Ciſtercienſis.	XIII.	ibid.
(*Didacus*) Carmelita.	XIV.	123.
vid. Gilo.		ibid.
(*Jacobus*) Ord. Prædicator.	XV.	ibid.
(*Janus*) Epiſcopus Hafnienſis.	XVII.	ibid.
vel Ægidii (*Joann*) Ord. Prædic.	XIII.	ibid.
(*Joann.*) Ord. Minorum.	XIV.	124.
de Legio, Ord. Prædicat.	XIII.	ibid.
à Leſſinis, Ord. Prædicator.	*eod.*	ibid.
de Levres, Albanenſis Epiſcop. Pœnitentiarius.	*eod.*	125.
de Lovanio, Canon. Regul. Auguſt.	*inc.*	ibid.
Luſitanus, Ord. Prædicator.	XII.	ibid.
Hiſpanus, Ord. Minorum.	*inc.*	ibid.
Siculus, Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
de Orpio, Ord. Prædicator.	*inc.*	ibid.
(*Petrus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Petrus*) Theologus.	*eod.*	126.
Romanus, *vid.* Columna.		ibid.
Archiepiſcopus Rothomag.	XIV.	ibid.
de Roya, Abbas Ord. Ciſterc.	XV.	ibid.
de Canspina, Cardinalis.	XVI.	ibid.
(*Wolff.*)	XVII.	127.
S. Ægil Abbas Fuldenſis.	IX.	ibid.
Ælfredus, *vid.* Alfredus.		ibid.
Ælfricus *ſive* Alfricus, Epiſcopus Wiltonienſis.	X.	127. & 321.
Ælius, *vid.* Antonius.		130.
Ælnothus Cantuarienſis Monachus.	XII.	ibid.
Ælranus Scoto-Hibernus.	VII.	ibid.
S. Ælredus, Ord. Ciſterc. Abbas Rievall.	XII.	ibid.
Ælshutius (*Janus van*) Scholæ Tilan. Rect.	XVII.	131.
Æluvius (*Georg.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Æmilianus (*Bernard.*) Capucinus.	*eod.*	ibid.
Æmilius (*Georgius*) Superintendens Stolb.	XVI.	ibid.
(*Gerh.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Ændevoet (*Joan.*) Theologus & Juriſconſ.	*eod.*	ibid.
Æneas Gazæus, Syrus.	V.	ibid.
Parisienſis Epiſcopus.	IX.	ibid.
Sylvius, *vid.* Pius II. Pontif.		ibid.
Ænetius (*Jacobus*) Germanus.	XVI.	ibid.
(*M. Theoph.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Ænopola (*Georg.*)	*eod.*	133.
Æpinus (*Franciſc.*) Germanus.	XVIII.	ibid.
(*Joannes*) Superintendens Hamb.	XVI.	ibid.
Æquiardus (*Maria*)	*eod.*	ibid.
Ærius Hæreſiarcha.	IV.	ibid.
Ærts (*Philip.*) Ord. Prædicator.	XVII.	134.
Æſchardus (*Joan.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Æſculanus, *vid.* Conradus, Conſtantinus, Gratiadeus, Johannes, Nicolaus.		ibid.
Æſquillus (*Paulus*) Germanus.	XVII.	ibid.
Æternales Hæretici.	*inc.*	ibid.
Ætius Hæreticus.	IV.	ibid.
Ævolus (*Cæſar*) Neapolitanus.	XVI.	ibid.
Affaitati (*Ant. Maria*) Capucinus.	XVIII.	ibid.
Affelmannus (*Joan.*) Profeſſor.	XVII.	135.
Afflictis (*Annibal de*) Rheginus Archiep.	*eod.*	136.
(*Sylveſter de*) Clericus Regular.	*inc.*	ibid.
Afflictus (*Thomas*) Senator Panormitanus.	XVII.	ibid.
Affligemenſis, *vid.* Gerardus & Simon.		137.
Aflas, Mahometanus.	XII.	ibid.
Africanus, *vid.* Julius.		ibid.
Agaffino, Salutienſis Epiſcopus.	XVII.	ibid.
Agapeti Hæretici.	III.	ibid.
Agapetus I Pontifex Romanus.	VI.	ibid.
II	X.	138.
Diaconus Conſtantinop.	VI.	ibid.
Rhodi Inſulæ Metropolita.	V.	139.
Agapius Manichæus.	*inc.*	ibid.
Cretenſis Monachus.	XVII.	140.
Agathangelophilus (*Nicol.*)	*eod.*	ibid.
Agathangelus Capucinus.	*eod.*	ibid.
Agathius *de Giudici* dictus, Profeſſor.	XVI.	ibid.
S. Agatho Pontifex Romanus.	VII.	ibid.

Agatho

	Clar. Sec.	Pag.
Agatho Lector & Bibliothec. CPolitan.	VIII.	140.
Agathobolus Judæus.	IV.	141.
Agellius (*Anton.*) Acernenſis Epiſcopus.	XVII.	ibid.
Agenda variarum Eccleſiarum.		142.
Aggæus Propheta.	Sec. M. XXXV.	ibid.
Agilbertus Monachus Germanus.	XV.	ibid.
Agiles, *vid.* Raymundus.		
Agio Abbas Gallus.	IX.	ibid.
Agitta (*Placidus*) Clericus Regularis.	XVII.	143.
Agius Ord. Bened.	IX.	ibid.
Aglæonius (*Andreas*)	XVI.	ibid.
Agliata (*Bernardin.*) Juriſconſultus.	XVIII.	ibid.
Agnelli, *vid.* Agni.		ibid.
Agnellus Ravennæ Archiepiſcopus.	VI.	ibid.
(*Andreas*) Ravennæ Archiepiſc.	IX.	ibid.
Agnenſis (*Jo. Bapt.*) Sacerdos Cyrnus.	XVII.	145.
Agnes Aſſiſias, Virgo Ord. Minorum.	XIII.	ibid.
Agneſius (*Joan. Bapt.*) Sacerdos Hiſpanus.	XVI.	ibid.
Stæ Agnetis Moniales.	XV.	ibid.
Agni (*Johan*) Ord. Prædicator.	XIII.	ibid.
(*Thom.*) ejuſd. Ord.	*eod.*	146.
Agnoetæ Hæretici.	VI.	ibid.
Agnolus (*Michael.*)	*inc.*	ibid.
S. Agobardus Lugdunenſis Archiepiſc.	IX.	ibid.
Agonyclitæ Hæretici	VII.	148.
Agræus (*Jonas*) Suecus.	XVII.	ibid.
Agramund (*Dominic. de*) Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
Agreda, *vid.* Coronel.		ibid.
Agreſta (*Apollinaris*) Ord. S. Baſilii.	XVII.	ibid.
(*Jacobus*) Clericus Regularis.	*ead.*	ibid.
Agricius (*Matthias*) Ord. Ciſterc.	XVI.	ibid.
Agricola (*Adam. Chriſtian.*) Germanus.	XVII.	ibid.
(*Chriſtoph.*) vid. Schrammius.		ibid.
(*Conradus*) Typographus Noremb.	XVII.	ibid.
(*Daniel*) Ord. Minorum.	XVI.	149.
(*Franciſcus*) Theologus	XVII.	ibid.
Gerckenrot (*Chriſtian.*)	XVI	ibid.
(*Gedeon*) Germanus.	XVII.	ibid.
(*Georgius*) Medicus.	XVI.	ibid.
(*Henr.*)	*ead.*	ibid.
(*Ignatius*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
(*Johannes*) Sectæ Antinomorum princeps.	XVI.	149. & 489.
(*Joſeph.*) Germanus.	XVII.	150.
vid. Leporius.		ibid.
(*Magnus*) Germanus.	XVI.	ibid.
(*Michael*) Aboenſis Epiſcopus.	*eod.*	ibid.
(*Theophil.*)	*inc.*	ibid.
(*Wolfgang*) Germanus.	XVI.	ibid.
Agrifolio (*Gulielm. de*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Agrigentinus, *vid.* Fridericus.		151.
Agrippa Judæorum Rex.	I.	160.
cognom. Caſtor.	II.	151.
(*Henr. Cornelius*) Theologus & Philoſophus Celebris.	XVI.	ibid.
Agrippinus Carthaginenſis Epiſcop.	III.	160.
Aguadus (*Franc.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Joan. Bapt.*) Ord. S. Trinitatis.	XVI.	161.
Aguaio (*Gregor. de*) Ord. Prædicator.	XVII.	ibid.
Agudius (*Ludov. Maria*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Agudo & Valenzuela (*Joan. de*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
Aguero (*Joan.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Petrus Diaz de*) Ord. Hieroſolymit.	*eod.*	162.
Aguilar (*Joſephus de*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
(*Petrus Sanchez de*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
(*Stephanus de*) Theolog. Doctor.	*eod.*	ibid.
Aguilera (*Ferdin. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Aguirre (*Gaſpar Salzedo de*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
(*Joſephus Saenz de*) Cardinalis.	*eod.*	ibid.
Agur Judæus *vel* Salomo Rex Judæor.	M. XXXI.	170.
Agurto (*Petrus de*) Ord. Eremit. Auguſtin.	XVI.	ibid.
alius, Hiſpanus.	XVIII.	ibid.
Agylæus *vid.* ſub tit. Photius.		ibid.
Agynniani Hæretici.	VII.	ibid.
Ahhub Cataritæ, Syrus.	*inc.*	ibid.
Ahias & Addo Judæi.	Sec. M. XXX.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Ahmed *ben* Arabſchah, Muſulmanus.	XV.	171. & 527.
vid. Athriani.		171.
ben. Edris, Theol. Mahomet.	*inc.*	ibid.
fil. Muhamedis, Arabs.	*inc.*	ibid.
Ahumada Mendoza (*Joan. de*) Carmelita.	XVII.	ibid.
Aiadh *ben* Mouſſa, Africanus.	XII.	ibid.
Aiala, *vid.* Ayala.		ibid.
Aicardus, *vid.* Eckardus.		ibid.
(*Philip.*) Ligur.	XVII.	ibid.
Aicelinus, *vid.* Aiſſelinus.		ibid.
Aichmannus (*Martin.*) Cancellar. Witteb.	XVII.	ibid.
S. Aidanus, Lindisf. Epiſc. (*vid. & Avuinas.*)	VII.	ibid.
Aidem *ben* Ali, Mahometan.	XIV.	ibid.
Aidugmiſch Mahometan.	*inc.*	ibid.
Aidonius (*Paulus*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Aiellus (*Cornel.*) ejuſd. Ord.	*ead.*	ibid.
(*Hercul.*) Abbas.	*eod.*	172.
(*Joan. Chryſoſt.*) Ord. Minorum.	XVIII.	ibid.
Aigenler (*Adamus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Aiglerius (*Bernardus*) Cardinalis.	XIII.	ibid.
Aigradus, *vid.* Angradus.		173.
Aiguanus, *vid.* Ayguanus.		ibid.
Airolus, *vid.* Ayrolus.		ibid.
Ailesbury, *vid.* Aylesbury.		ibid.
Ailleranus *vid.* Ælranus.		ibid.
Aillon (*Joan. de*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
vid. Aylloń.		ibid.
Ailly, *vid.* Alliacus.		ibid.
Ailmer, *vid.* Aylmer.		ibid.
Ailranus, *vid.* Ælranus.		ibid.
Ailredus, *vid.* Ælredus.		ibid.
Aimericis (*Paulina de*) Soror Ord. Prædicator.	XVI.	ibid.
Aimericus Ord. Prædicator. Magiſter.	XIV.	ibid.
Aimo, *vid.* Aymo & Haymo.		ibid.
Aimonius, Ord. S. Benedict. Monach.	IX.	ibid.
ejuſd. Ord.	XI.	ibid.
Ord. S. Bened. Abbas.	XII.	174.
Ainardus, Ord. SS. Trinitat.	XI.	ibid.
Aingo de Eſpeleta (*Petrus*) Canonicus.	XVII.	ibid.
Ainſa (*Johan. de*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Ainſworth (*Henric.*) Theologus.	XVII.	ibid.
Aio Monachus Ord. S. Bened.	X.	175.
Aiora (*Joan. de*) Ord. Minor.	XVI.	ibid.
Aioſſa (*Anton.*) Clericus Regular.	XVII.	ibid.
Airas Hæreticus.	IV.	ibid.
Airay (*Henric.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Airoldi (*Paul.*) Ord. Prædicator.	*eod.*	ibid.
Aiſſelinus (*Hugo*) Cardinalis.	XIII.	176.
Aiſchah virgo Muſulmanna.	*inc.*	ibid.
Aitallaha Presbyter Jacobita.	*inc.*	ibid.
Airo, *vid.* Hairo.		ibid.
Akersloot (*Thomas*) Theologus.	XVII.	ibid.
Akiba *fil.* Joſephi, Judæus Rabb. Celebris.	II.	177.
Francofurt. Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Bebr, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
(*Joſeph.*) Jud. Rabb.	XVIII.	ibid.
Akmal. Eddin, Doctor Muſulman.	*inc.*	ibid.
Akra (*Abrah.*) Judæus.	XIV.	ibid.
Akſchad, *vid* Aeſſilcad.		ibid.
Ala (*Joh. Petrus.*)	XVII.	178.
Alaba Eſquivel (*Didac. de*) Corduh. Epiſ.	XVI.	ibid.
(*Petrus de*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
Alabaſter (*Gulielm.*) Theologus.	XVII.	ibid.
Alacoque (*Margar. Maria*) Religioſa.	*eod.*	ibid.
Alagon (*Artaln de*) Comes de Saſtago.	XVI.	179.
Alagona (*Petrus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Alamandi (*Bernard.*) Epiſc. Condomenſis.	XIV.	ibid.
Alamandinus (*Fortun.*) Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Steph.*) Ord. Minimorum.	*eod.*	ibid.
Alamanna (*Archangela*) Soror Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Alamannius (*Coſmus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Joſeph.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Alance (*Ludov. de*)	XVII.	180.
Alandus (*Joan.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Alantſee *ſeu* Alentſenius (*Ambr.*) Carthuſ.	XVI. &	180. 249.
Alanus Teukesburienſis Abbas *Ord. Bened.*	XIII.	180.
Avenion. Epiſcop.	XIV.	ibid.
(*Georg.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
(*Guilelm.*) Cardinalis.	XVI.	ibid.
Anglus, Carmelita.	XV.	181.
vid. Copus.		182.
Magnus, Antiſſiodor. Epiſcop.	XIII.	ibid.
de Rupe, Ord. Prædicator.	XV.	183.
Trecorenſis Epiſcop.	XIV.	184.
Alaon (*Eman. de Brira*) Abbas.	XVII.	ibid.
Alarcon (*Archang.*) Capocinus.	XVI.	ibid.
(*Barthol. de las Rios*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVII.	ibid.
(*Bened. de*) Abbas Ord. Ciſterc.	eod.	ibid.
(*Didac. de*) Jeſuita.	eod.	185.
(*Ludov. de*) Auguſtinianus.	XVI.	ibid.
Alardus Amſtelodamenſis.	eod.	ibid.
(*Anton.*) Ord. Prædicator.	XVII.	ibid.
(*Franc.*) Germanus.	eod.	ibid.
(*Guilelm.*) Theologus.	eod.	ibid.
(*Lampert.*) Diaconus	eod.	187.
(*Nicolaus*) Theologus.	XVIII.	ibid.
Alaſſi, *vid.* Allatius.		ibid.
Alaſchkar, Judæus, Rabb.	XVI.	187. & 345.
Alava, *vid.* Alaba.		187.
Alaudæ (*Euſtach.*) Ord Prædicator.	XV.	ibid.
Alannovicanus (*Martin.*) Ord. Minorum.	*inc.*	ibid.
Alax (*Thomas*) Ord. Prædicator.	XVI.	ibid.
Alaxio (*Petrus de*) Capucinus.	inc.	188.
Alba (*Johan. de*) Carthuſianus.	XVI.	ibid.
vid. Alaba & Alva.		ibid.
Albalate (*Andreas de*) Ord. Prædicator.	XIII.	ibid.
Albamons (*Franciſc.*) Archipresbyter	XVIII.	189.
Albamonte (*Cæſar*) Poëta.	XVII.	ibid.
Albani, *vid.* Annibal.		ibid.
Albanius, *vid.* Gildas.		ibid.
Albanus (*Eadm.*) Theologus Anglus.	XIV.	ibid.
(*Franc.*) Germanus.	XVII.	ibid.
(*Joan. Hieron.*) Cardinalis.	XVI.	190.
vid. Rogerius.		ibid.
(*Sebaſt.*) Joriſconſult.	XVI.	ibid.
Alba Rupe (*Eman. Theod. de*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Albas (*Moſes*) Judæus, Rabb.	eod.	ibid.
Albaſpinæus (*Gabriel.*) Epiſcop. Aurelian.	XVII.	ibid.
Albeinga (*Thom. de*) Ord. Minorum.	eod.	191.
Albelda (*Moſes*) Judæus, Rabb.	XVI.	ibid.
vid. Alvelda		
Albenaco, *vid.* Paſtor.		ibid.
Albergatus (*Anton.*) Vegienſis Epiſcop.	XVII.	ibid.
(*Aataa.*) alius.	XVII.	ibid.
(*Frider.*) Bononienſis.	eod.	ibid.
(*Julius*)	eod.	ibid.
(*Lucius*) Bononienſis.	X.	ibid.
(*Nicolaus*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Alberghinus (*Joan.*) Ord. Minorum.	XVII.	193.
Albergonus (*Eleutherius*) Ord. Minor.	eod.	ibid.
Albergus (*Martius*) Sacerdos.	eod.	ibid.
S. Albericus Ordin. Ciſterc.	XIII.	ibid.
de Capellâ Thoſan, Ord. Ciſterc. Gallus, Cardinalis.	XIII.	194
Italus *vel* German. Cardinal.	XI.	194. & 519.
Trium Fontium Monach. Ord. Ciſter.	XIII.	194.
vid. Albertus, & Verus		195.
Alberius (*Claud.*) Triuncuviranus.	XVI.	ibid.
Albernotius *vid.* Albornoz.		
Albertanus Brixienſis Cauſidicus.	XIII.	ibid.
Alberthoma (*A.*) Theologus.	XVIII.	ibid.
Alberti (*Frider.*)	XVII.	ibid.
(*Jacob.*) Theologus.	eod.	ibid.
(*Matthias* degli) Monachus Oliver.	XVI.	ibid.
(*Nicol.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Alberti (*Jab. Bapt.*) Congreg. Somaſchæ.	XVII.	195.
(*Petrus*) Prior Cluniacenſis.	XV.	196.
(*Valentin.*) Profeſſor	XVII.	ibid.
alii *vid.* Albertus.		200.
Albertinus (*Ægidius*) Germanus.	XVII.	ibid.
(*Alexand.*) Italus.	eod.	ibid.
(*Arnaldus*) Paſtenſis Antiſtes.	XVI.	ibid.
de Cremona, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	201.
(*Edmund.*) *ſive* Aubertinus, Theologus.	XVII. &	201. 703.
(*Franc.*) Jeſuita	eod.	202.
(*Laurent.*) Germanus.	XVI.	ibid.
de Mantua, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XIV.	ibid.
(*Nicol.*) Ord. Prædicator.	eod.	202.
Ord. Minorum.	inc.	ibid.
(*Theodor.*) Cleric. Regul.	XVII.	ibid.
(*Victorius*) Ord. Recollectorum.	*eod.*	ibid.
Albertis (*Albertus de*) Jeſuita.	eod.	ibid.
alius,	XVI.	ibid.
Albertius (*Joan*) Epiſcop. Roeskildenſis.	eod.	203.
Alberto (*Alphonſ. de S.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Blaſius à Sto*) Carmelita.	eod.	ibid.
(*Dominic. à Sta*) Carmelita.	eod.	ibid.
Albertuccius (*Hieronym.*) Ord. Prædicat.	XV.	ibid.
Albertus Ord. Prædicator.	XIII.	ibid.
alius	eod.	ibid.
à S. Ægidio, Carmelita.	XVII.	ibid.
de Albolapide, Ord. Prædicat.	XV.	ibid.
Aquenſis, Canonicus	XII.	ibid.
Archidux Auſtriæ & Cardinalis	XVII.	204.
de Argentina, Presbyter.	XVI.	ibid.
(*Auguſtin.*) Sabaudus.	XVIII.	ibid.
Albertus Baro de Bonſteten	XV.	204.
Bavariæ Dux.	XVI.	ibid.
Bergomenſis, Capucinus.	eod.	ibid.
(*Bernard.*) Theologus.	XVII.	205.
de Capitaneis, Archidiacon.	inc.	ibid.
Carmelita, Siculus.	XIV.	ibid.
Comes ab Hohenberg & Friſing. Epiſcop.	eod.	ibid.
(*Dominic. Staniſl.*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
(*Fulvius*) Italus	XVII.	206.
(*Joan.*) Cardinal. & Archiep. Cracovienſis, Sigiſmundi III filius.	eod.	ibid.
(*Joan.*) Theologus,	XVIII.	ibid.
(*Joan.*) Carmelita,	XV.	213.
(*Joan. Andr.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
de Lauda, Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
(*Leander*) Ord. Prædicat.	XVI.	ibid.
(*Ludovic.*) Eremita Auguſtin.	XVII.	214.
(*Ludov. Carol.*) Dux Luinenſis.	*eod.*	ibid.
Magnus, Ratisbonenſis Epiſcop.	XIII.	ibid.
Marchio Brandeburg. & Cardin. Germaniæ Primas.	XVI.	219.
Meteoſis Diaconus, Ord. Bened.	XI.	ibid.
Miciacenſis Abbas.	eod.	ibid.
(*Nicolaus*) Sacerdos.	XVIII.	ibid.
Noviocampianus	XVI.	210.
de Nuſſia, vid. infra (*Philip.*)		ibid.
Prior Ord. S. Bened.	XIV.	ibid.
Paravinus, Eremita Auguſtin.	eod.	ibid.
(*Paul. Martin.*) Germanus.	XVIII.	ibid.
(*Petrus*) Germanus	XVII.	221.
(*Philip.*) de Nuſſia, Carmelita.	XV.	ibid.
de Placentia, Ord. Prædic.	XIII.	ibid.
Prior Congreg. Cluniac.	eod.	ibid.
(*Raymundus*) Ord. S. Mariæ de mercede Redempt. Captiv.	XIV.	ibid.
de Roma, Ord. Prædic.	XIII.	ibid.
Sarthianenſis, Vicarius Gener. Ord. Minorum.	XV.	ibid.
Ord. S. Bened.	eod.	222.
Stadenſis Abbas, Ord. Bened.	XIII.	ibid.

Albertus

	Clar. Sec.	Pag.
Albertus Vercellenſis Epiſcop. & Patriarcha Hieroſolym.	XII.	223.
vid. Adrevaldus, Alberus, Edmundus Cantuar., Kivet, Mandugaſinua, Galinganus, Olbertus, Albrecht, Clavaius, Pighius, Pius, Aobert de Verſè.		
Alberus (*Eraſm.*) Superintend. Brandenb.	XVI.	223.
(*Ferdin.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
vid. Albertus (*Petrus*)		
Albhart (*Joan. Carol.*) Germanus	eod.	ibid.
Albi (*Henr.*) Jeſuita	eod.	224.
vid. Alba.		ibid.
Albia (*Bernh.*) Cardinalis.	XIV.	ibid.
Albiae (*Achatius d'*) Theologus.	XVI.	ibid.
Albicius, *vid.* Albizius.		ibid.
Albigenſes Sectarii.	XII.	ibid.
Albinus, *vid.* Anglus.		ibid.
Albiniaco (*Joan. de*) Ord. Prædicat.	XIII.	ibid.
Albinianos (*Paul.*) Jeſuita.	XVII.	225.
Albinus. Cardinalis & Epiſc. Alban.	XII.	ibid.
(*Andr.*) Germanus.	XVII.	ibid.
vid. Alcuinus.		ibid.
(*Joh. Georg.*) Rector Numburg.	XVII.	ibid.
(*Michael*) Germanus.	eod.	ibid.
(*Petrus*) Germanus.	XVI.	ibid.
de Valſergues (*Joan.*) Archidiscon.	*eod.*	ibid.
Albizius (*Anton.*) Nobilis Florentin.	XVII.	226.
(*Barthol.*) Ord. Minorum.	XV.	ibid.
(*Franc.*) Cardinalis.	XVII.	227.
(*Thomas*) Ord. Prædicator.	XVI.	228.
Albo Floriac. *vid.* Abbo.		ibid.
(*Joſeph*) Judæus, Rabb.	XV.	ibid.
Albolapide, *vid.* Albertus		229.
Albonius *ſive* Alboinus.	XII.	ibid.
Albornoz (*Ægid. Carrillo de*) Cardinalis.	XIV.	ibid.
(*Gundiſ. Fuentes de*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
Albouni, Muſulmanus	inc.	ibid.
Albrechtus (*Bernard.*) Theologus.	XVII.	ibid.
(*Georg.*) Superintend. Nordling.	eod.	230.
(*Joan.*) Germanus	eod.	231.
(*Joan. Chriſtian.*) Germanus	XVIII.	ibid.
(*Joan. Frider.*) Germanus	eod.	ibid.
(*Joan. Jac.*) Germanus.	eod.	ibid.
(*Laurent.*) Germanus	XVI.	ibid.
Albrenethy, *vid.* Abrenethy.		ibid.
Albrizi (*Ludov.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Albuinus Presbyter.	X.	ibid.
Albupharagius, *vid.* Abulpharagius.		ibid.
Albuquerque, *vid.* Bernardus.		ibid.
Albus, *vid.* Albi, & le Blanc.		ibid.
Albutius (*Aurelius*) Italus.	XVI.	ibid.
(*Paulus*)	XVII.	232.
Alcala & Herrera (*Alphonſus de*) Luſitanus.	*eod.*	ibid.
(*Jacob. de*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
(*Petrus de*) Ord. Prædicator.	XVIII.	ibid.
alius.	eod.	ibid.
Alcamenſis, *vid.* Marianus.		ibid.
Alcantara, *vid.* Franciſcus, & Petrus.		ibid.
Alcaſar (*Ludov. de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Alcedo (*Mauritius de*) Judex Apoſtolicus.	*eod.*	233.
Alcenſia (*Nicol. de*) Carmelita.	XV.	ibid.
Alcharinus (*Joſeph.*) Ord. Prædicat.	XVII.	ibid.
Alcherus (*Andr.*) Ord. Prædicat.	XVI.	ibid.
Monachus Clarævallenſis, *vid.* & Algerus p. 322. n 5.	XII.	ibid.
Alchettabi, *vid.* Daniel Bar-Chettab		ibid.
Alciatus (*Andr.*) Juriſconſ. Celebris.	XVI.	ibid.
(*Joan. Paulus*) Socinianus.	eod.	234.
(*Joan. Paul.*) Jeſuita.	XVIII.	235.
(*Terentius*) Jeſuita	XVII.	ibid.
Alcides (*Laudant.*) Ord. Minorum.	XVIII.	ibid.
Alcimus, *vid.* Avitus.		ibid.
Alcker (*Jacob.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Alcobacenſis, *vid.* Franciſcus.		ibid.
Alcocer, *vid.* Alcoaer.		235.
Alcock (*Joan.*) Elienſis Epiſcopus.	XV.	ibid.
(*Simon.*) Theologus & Philoſoph.	XIV.	ibid.
Alcolea (*Martin. de*) Carthuſianus.	XVII.	236.
Alconchel (*Emman. de*) Ord. Minorum.	eod.	ibid.
Alcono, *vid.* Guillelmus.		ibid.
Alcoranus Muhammedis.	VII.	ibid.
Alcozer (*Franc. de*) Ord. Minorum.	XVI.	239.
(*Hieron de*) Ord. Prædicat.	eod.	ibid.
(*Joan. de*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Alcuinus (*Flaccus*) Caroli M. Præceptor.	IX.	ibid.
Aldabertus *vid.* Aldebertus.		
Aldabi (*Meir*) Judæus, Rabb.	XIV.	242.
Aldana (*Didac. de Tapia*) Sacerdos.	XVI.	ibid.
(*Franc. de*) Miles.	eod.	ibid.
(*Petrus de Tevar*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Aldave (*Dominic. de*) Monachus Ciſterc.	eod.	243.
Aldebertus *vid.* Adelbertus.		ibid.
Gallus.	VIII.	ibid.
(*Petrus*) Ord. Prædic.	XV.	ibid.
Aldegondius, *vid.* Marnixius.		ibid.
Aldenarda (*Nicol. de*) Ord. Ciſterc.	XV.	ibid.
Alderete (*Bernard. de*) Jeſuita	XVII.	ibid.
alius,	eod.	ibid.
(*Joſeph.*) Jeſuita.	eod.	ibid.
Aldhelmus Schireburnenſis Antiſtes.	VIII.	244.
Aldobrandinus, *vid* Cavalcantibus.		ibid.
Ferrarienſis Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
Longobardus, ejuſd. Ord.	eod.	ibid.
vid. Papparonus.		ibid.
de Toſcanella, Ord. Prædicat.	eod.	ibid.
Italus.	inc.	ibid.
Aldovera & Monſalve (*Hieron.*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVII.	ibid.
Aldrevaldus; *vid.* Adrevaldus.		245.
Aldrovandus (*Virgin.*) Carmelita.	eod.	ibid.
Aldwert, *vid.* Richardus.		ibid.
Aleander (*Hieronym.*) Cardinalis.	XVI.	ibid.
(*Hieron.*) Juriſconſ.	XVII.	246.
Alegambius (*Philip.*) Jeſuita.	eod.	247.
Alegre de Caſſanate (*Marc. Anton.*) Carmel.	*eod.*	ibid.
Alegret [*Philip.*] Congreg. Caſſinenſis	XVI.	148.
Alegrinus, *vid.* Halgrain		ibid.
Alemanni [*Ludov.*] Italus	XVI.	ibid.
Alemannus, *vid.* Alexander & Ambroſius.		ibid.
[*R.*] Ord. Eremit S. Auguſt.	eod.	ibid.
[*Daniel*) Germanus.	XVII.	ibid.
Alen [*Eadm.*] Anglus	XVI.	ibid.
[*Theoph. von*] Germanus	eod.	ibid.
Alenconio, *vid* Hyacinthus, Petrus, & Philippus.		ibid.
Alenius [*Julius*] Jeſuita	XVII.	ibid.
Alent (*Joan.*)	eod.	249.
Alentſenius [*Ambr.*] Carthuſ.	XVI. 180. &	249.
Alenus (*Andr.*] Ord. Minorum.	eod.	249.
Aleret [*Andr.*] ejuſd. Ord.	XVII.	ibid.
Alerio (*Joan. de*) Prior Carmelitar.	XIV.	ibid.
Aleſio [*Adrian. de*] Ord. Prædicator.	XVII.	ibid.
Aleſius [*Alexand*] Scotus,	XVI.	ibid.
vid. Alexander Halenſis.		251.
(*Joan.*] Germanus,	XVII.	ibid.
[*Petrus*] Gallus.	XVI.	ibid.
Aleſſandri [*Domin.*] vid. Alexander.		ibid.
[*Gabr.*) vid. Alexandris.		ibid.
Aleſſandro [*Sebaſt.*] vid. Alexandro.		ibid.
Aleſſi [*Auguſt.*] vid. Alexius.		ibid.
Aleſſio *vid.* Aleſio, & *Joan. Bapt.* Alexius.		ibid.
Aleſtry [*Richard.*] Profeſſor.	XVII.	ibid.
Alet, *vid.* Antonius Alet.		
Alethinus [*Chriſtian.*]	eod.	ibid.
Alethocritus [*Chriſtian.*]	eod.	252.
Alethophilus [*Chriſtoph.*] vid. *Valent.* Alberti.		ibid.
[*Gothofred.*] Germanus	XVII.	ibid.
Alexander I. Pontifex Roman. ordine VII^{us}.	II.	253.
II. ordine CLVI.	XI.	254.
III. ordine CLXX.	XII.	255. & 309.

	Clar. Sec.	Pag.
Alexander IV. ordine CLXXXI	XIII.	266.
V. ordine CCVI.	XV.	268.
VI. ordine CCXVIII.	XVI.	269.
VII. ordine CCXLI.	XVII.	271.
VIII. ordine CCXLV.	XVII.	280.
Abbas Aquiſcincti, Ord. Bened.	XII.	281.
ejuſd. Ord.	XIII.	ibid.
Alemannus, Ord. Minorum.	*inc.*	ibid.
vid. Alexandria.		ibid.
Alexandrinus Epiſcopus..	IV.	ibid.
Anglus Congreg. Cluniac.	XII.	283.
vid. Anglus (*Thomas*) n. 3. p. 466.	XVII.	283.
Ceſtrienſis Epiſcop.	XIII.	283.
Bononienſis, Ord. Prædic.	XV.	ibid.
vid. Braſſicanus.		ibid.
Cadomenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Carpentarius, Anglus.	XV.	ibid.
Carpineti Cœnob. Monach. Ciſter.	XII.	284.
(*Daniel*) Ex-Judæus.	XVII.	ibid.
Dolenſis, *vid.* Villa-Deus.		ibid.
(*Dominic.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Eremita, *vid. inf.* Alexander Monach.		ibid.
Eſſebienſis, Canon. Regul. S. Auguſt.	XIII.	ibid.
ex domo Faſſitelli, Molſetanus Epiſcop.	XIV.	ibid.
Alexander, *vid.* Franciſcis.		285.
(*Gabriel*) *vid.* Alexandris.		ibid.
Halenſis, Ord. Minorum.	XIII.	ibid.
Hierapoleos Epiſcopos.	V.	286.
(*Hieron.*) *vid.* Aleander.		287.
Hieroſolym. Epiſcop.	III.	ibid.
Laicus.	*inc.*	ibid.
Lycopolita, Ægyptius.	IV.	ibid.
de Marchia, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XIV.	288.
Monachus Græcus.	XII.	ibid.
(*Natalis*) Ord. Prædicat.	XVIII.	ibid.
vid. Neckam.		309.
(*Petrus*) Carmelita, Doctor Sorbon.	XVI.	ibid.
Sommerſet. *vid. ſup.* Eſſebienſis.		ibid.
vid. Villa-Deus.		ibid.
Alexandria (*Alexand. de*) Ord. Minorum. Generalis.	XIV.	ibid.
vid. Gregorius, Nicolaus, Thomas.		310.
Alexandrinus, *vid.* Clemens, Didymus, Theophilus &c.		311.
Capucinus,	*inc.*	ibid.
Alexandris (*Cajetan.*) Cleric. Regul.	XVIII.	ibid.
(*Gabriel de*) Ord. Prædicat.	XVI.	ibid.
Alexandro (*Sebaſt. ab*) Rubienſis Epiſcop.	XVII.	ibid.
Alexiani Fratres, Ordo Religioſus.	XIV.	ibid.
Alexis (*Guilielm.*) Monachus Gallus.	XV.	ibid.
Alexius *vid.* Comnenus Imper.		ibid.
Ariſtenus, Græcus, Eccleſ. CPolit. Œconom.	XII.	ibid.
(*Auguſt.*) Ord. Prædicat.	XVII.	312.
(*Joan. Bapt.*) Ord. Minor.	*eod.*	ibid.
Melfitanus Epiſcop.	XVI.	ibid.
Nicææ Metropolita.	*inc.*	ibid.
(*Nicolaus*) Ord. Prædicat.	XVI.	ibid.
Presbyter Græcus.	*inc.*	ibid.
(*Simon.*)	XVI.	ibid.
Patriarcha CPolitan.	XI.	313.
Alfama (*Alfonſ. de*) Ord. Carmelit. Vicar. Gener.	XV.	ibid.
Alfani *ſeu* Alphanus (*Thomas Maria*) Ord. Prædic.	XVIII.	313. & 343.
Alfardo (*Petrus*) Theol. Doctor,	XII.	316
Alfaro (*Franc. de*) Ord. B. Mariæ de Mercede.	XVII.	316.
(*Gregor. de*) Abbas Ord. Bened.	*eod.*	ibid.
Alfeldenſis, *vid.* Auguſtinus.		ibid.
Alfinucius, Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
Alfonſus (*Bernard.*) Ord. Ciſterc.	XVII.	ibid.
Burgenſis, Ex-Judæus.	XIV.	ibid.
Carnotenſis, Capucinus.	XVII.	317.
de Caſarubios, Capucinus.	XVI.	ibid.
(*Conradus*) Italus.	*eod.*	ibid.
(*Ferdin.*) Hiſpanus.	XIV.	ibid.
de Fuentiduena.	XV.	ibid.
Hiſpanus, Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Ex-Judæus.	XVI.	ibid.
(*Joan.*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
de Leone, Ord. Erem. S. Aug.	*inc.*	ibid.
de Madrid, Ord. Bened.	*inc.*	ibid.
Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
de S. Maria, Burgenſis Epiſc.	XV.	318.
(*Martin.*) Ord. Erem. Auguſt.	eod.	319.
(*Petrus*) Ex-Judæus	XII.	ibid.
(*Petrus*) Monach. Bened.	XVI.	ibid.
de Portugallia, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XIV.	ibid.
V. Rex Aragoniæ &c.	XV.	310.
VIII. Rex Caſtellæ & Legionis.	XIII.	ibid.
(*Vincent.*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
de Zamora, Ex-Judæus.	XVI.	ibid.
vid. Toſtatus, Vargas &c.		ibid.
Alfordus (*Mich.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Alfredus Rex Angliæ.	IX.	321.
Alfricus *ſive* Ælfricus	X. 127. &	321.
Alfridus, *vid.* Akfridus.		321.
Al-Gazali (*Abu-Achmed.*	XII. 36. &	321.
Algava & Expexo (*Ferdin. Gomez de*) Hiſpan.	XVII.	321.
Algerus Leodienſis Diacon.	XII.	312.
Algoer Theolog. Germanus.	XVIII.	ibid.
Algrinus, *vid.* Halgrain.		ibid.
Aliaga (*Petrus de*) Capucinus.	XVII.	ibid.
Ali-beigh, *vid.* Haſi-beig.		ibid.
Aliberti (*Joan.*) Hiſpanus.	*inc.*	ibid.
Alibrando (*Nicol. Jac. de*) Sacerdos.	XVI.	ibid.
Alibrandus (*Franc.*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
Alienantus, *vid.* Alyevaunt.		313.
Alier, *vid.* Alerio.		ibid.
Alierus (*Steph.*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Alievantus, *vid.* Alyevaunt.		
Aligerius, *vid.* Dantes.		ibid.
Alipius, *vid.* Alypius.		ibid.
Aliſerius (*Jo. Vincent.*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Alitgarius, *vid.* Halitgarius		ibid.
Alker (*Thom.*) Anglus.	*inc.*	ibid.
Alladius (*Petrus*) Hiſpanus.	*inc.*	ibid.
Allain Canonicus Sti. Brioci.	XVIII.	ibid.
Allard (*Claud. d'*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Claud.*) Ord. S. Anton. Vienn.	*eod.*	ibid.
Allatius (*Leo*) Biblioth. Vatic. Cuſtos.	*eod.*	ibid.
Allé (*Hieron.*) Congreg. S. Hieron. Feſulen.	*eod.*	328.
Allegro (*Angel. ab*) Capucinus.	*eod.*	ibid.
Allemant, *vid.* Lallemant.		ibid.
Allemantius (*Anaſtaſ.*) Germanus.	XVI.	ibid.
Allen (*Joſeph.*) Theologus.	XVII.	ibid.
(*Robert.*) Anglus.	*eod.*	ibid.
(*Guillelm.*) Anglus.	*eod.*	ibid.
Alleus, *vid.* Allodiis.		
Alley (*Robert.*) Anglus.	XVI.	329.
Alliacus (*Petrus*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Allian (*Franc.*) Jeſuita.	XVII.	333.
Alliarius (*Tobias*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Alliodus (*Jac.*) Theologus.	*inc.*	ibid.
Allinga (*Petrus*) Belga.	XVII.	ibid.
Allix (*Petrus*) Theologiæ Doctor.	XVIII.	334.

Allmans

	Clar. Sec.	Pag.
Allmans (*Conrad*) Germanus.	XVI.	336.
Allodiis (*Joan. de*) Ord. Prædicat.	XIV.	ibid.
Allonis (*Nicol.*) Archiep. Upſal.	*eod.*	ibid.
Allotus (*Gail*) Anglus.	XVI.	ibid.
Allotus (*Polycarp.*) Ord. S. Baſilii.	XVIII.	ibid.
Alloza (*Joan. de*) Jeſuita.	XVII.	337.
Allwoerden (*Henric. ab*) Theologus.	XVIII.	ibid.
Allyn *vid.* Alanus (*Guilelm.*)		ibid.
Almeda (*Andr. de*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
(*Ethan. d'*) Epiſc. Angrenſis.	XVI.	ibid.
Almainus (*Jacob.*) Theolog. Scholaſticus.	*eod.*	ibid.
Almannus Monach. Ord. S. Bened.	IX.	338.
Almaraz (*Jodoc.* ab) Ord Minorum.	*inc.*	339.
Almaricus Pariſienſ. Canonicus.	XIII.	ibid.
Almaſar, *vid.* Abu Almaſſar.		ibid.
Almeida (*Chriſtoph. de*) Ord. Erem.		
Auguſtin.	XVII.	ibid.
(*Ethan. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Henr. de*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Almeloveen (*Theod. Janſ. ab*) Profeſſor	XVIII.	ibid.
Almenars (*Mich. Angel*) Ord. Minor.	XVII.	340.
Almendaris (*Alph. Henriq. de*) Sidonen.		
Epiſcop. Titularis.	*eod.*	ibid.
Almoli (*Nathan.*) Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Almonazid (*Joseph.*) Ord. Ciſterc.	XVII.	ibid.
Almonazir (*Hieron.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Almoſnino (*Moſes*) Jud. Rabb.	XVI.	341.
Alns, *vid.* Reginaldus.		ibid.
Alnenſis Monaſterii Ord. Ciſterc. Re-		
ligioſi.	*inc.*	ibid.
Alneto, *vid.* Aneto.		ibid.
Alogi Hæret. *vid.* Theodotus Byzant.		ibid.
Alois (*Petrus*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Alolphus (*Chriſtian.*) Germanus.	*eod.*	342.
Alos & Orisza (*Marc. Anton.*) Ord.		
SS. Trinit.	*eod.*	ibid.
Aloſtanus, *vid* Mermannus.		ibid.
Alouette *vid.* Lalouette.		ibid.
Aloyſius (*Decim*) Ord. Prædic.	*inc.*	ibid.
(*Joh. Bapt.* Ord. Erem. S. Au-		
guſt.	XV.	ibid.
Alpalas (*Moſes*,) Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Alparſilius (*Martin*) Camerar. Eccleſ.		
Cæſaraugust.	XV.	ibid.
Alpen (*Joan. ab*) Archidiac. Eccleſ.		
Colon.	XVII.	ibid.
Alpendorp (*Conrad.*) Epiſc. Azotenſis.	*inc.*	ibid.
Alphans (*Euphraſia*) Sanctimonialis.	*inc.*	ibid.
Alphanus (*Aloyſ.*) Italus.	XV.	ibid.
Alphanus (*Carol.*) Italus.	XVII.	343.
Salernitan. Archiep.	XI.	ibid.
vid & Alfani.	XVIII. 313. &	343.
Alpharag, *vid* Abu-Alpharagb.		
Alphen (*Hier. Sim. van*) Profeſſor.	*eod.*	343.
Alpberius (*Paul.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Alphonſus, *vid.* Alfonſus.		344.
Alredus *vid* Ælredus.		
Alſcbech (*Moſes*) Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Alſchekar, *vid.* Alaſchkar.		435.
Alſencis, *vid.* Alcenſis.		ibid.
Alfeld *vid.* Andreas (*Conrad.*)		ibid.
Alſbaher, *vid.* Joſephus.		ibid.
Alſtedius (*Joan. Henr.*) Philoſ. &		
Theol. Profeſſor.	XVII.	ibid.
Altable (*Joſeph. Ruiz de*) Presbyter.	*eod.*	346.
Altacumbs, *vid.* Gaufridus.		ibid.
Altaemps (*Joan. Angel.* Dux d')	XVII.	ibid.
(*Gaudent.* Dux d')	*eod.*	347.
Altamirano (*Balth.*) Commiſſar.		
S. Inquiſit.	XVI.	ibid.
Altamura (*Ambr. de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
(*Joan. de*) *vid.* Ricciardi.		ibid.
Altaras (*Moſes*) Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Altaſerra, *vid.* Alteſerra.		ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Altavantius, *vid.* Atavantius.		347.
Altavilla (*Jacob. de*) Abbas Ord. Ciſterc.	XIV.	ibid.
Altenhovius (*Henric.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Altenraths (*Georg.*) Germanus.	XVI.	ibid.
Altenſtaig (*Henr.*)	*inc.*	ibid.
Altenſtaig (*Joan.*) Theol. Doctor.	XVI.	349.
Alterius ((*Joan. Bapt.*) Cardinalis.	XVII.	ibid.
(*Marius*) Canon. Vaticanus.	*eod.*	ibid.
Alteſerra (*Anton. Dadin de*)	*eod.*	ibid.
B Altfridus, Monaſter. Epiſcopus.	IX.	349.
Althamerus (*Andr.*) Theologus.	XVI.	350.
Althirenius (*Bonamic.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Althoferus (*Chriſtian.*) Superintendens		
Culmbacenſis.	XVII.	ibid.
Althuſius, *vid.* Zimmermannus.		351.
Altieri, *vid.* Alterius.		
Altimura, *vid.* le Quien.		ibid.
Altingius (*Henricus*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
(*Jacob.*) Profeſſor.	*eod.*	353.
Altkircherus, *vid.* Herdeſianus.		355.
Altmannus (*Joh.*) Theologus.	XVIII.	ibid.
(*Joan. Georg*) Germanus.		ibid.
vid. Almannus.		ibid.
Altogradi (*Coſmus Mario*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Altomandus (*Octav.*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
Altomarus (*Clemens*) Cleric. Regular.	*inc.*	ibid.
Alton (*Gervaſ.*)	XVII.	356.
vid. Guillelmus.		ibid.
Altons (*Chriſtian.*) Ex Judæus.	XVIII	ibid.
Altovita (*Anton.*) Archiep. Florent.	XVI.	ibid.
(*Jacob.*) Feſulan Epiſcop.	XV.	ibid.
Altuna (*Petrus Lopez de*) Ord. S. Trinit.	XVII.	ibid.
Altwallerus (*Wenceſl.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Alu, Jud Rabb.	XVII.	ibid.
Alva & Aſtorga (*Petrus de*) Ord. Minor.	*eod.*	ibid.
vid. Alaba.		ibid.
Alvarado (*Anton. de*) Ord. S. Benedict.	*eod*	357.
(*Franc. de*) Protonot. Apoſtol.	*eod.*	ibid.
(*Garſias Lopez de*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
Alvarez (*Alphonſus*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
(*Antonius*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Balth.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Balth.*) Jeſuita.	XVII.	358.
(*Bened.*) Ord. Ciſterc.	*eod.*	ibid.
(*Damian.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Didac.*) Tranenſis Archiep.	*eod.*	ibid.
(*Didac.*) Jeſuita.	*eod.*	359.
de los Reyes (*Eman.*)	*eod.*	ibid.
(*Gabriel*) Jeſuita	*eod.*	ibid.
(*Gabriel*) Eques Ord. Alcantaræ.	XVIII.	ibid.
(*Joan.*) Cardinalis.	XVI.	ibid.
(*Ludov.*) Ord. Ciſterc.	*eod.*	ibid.
(*Ludov.*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	*eod.*	ibid.
de Toledo (*Ludov.*) ejuſd. Ordin.	*eod.*	ibid.
(*Ludov.*) Jeſuita.	XVII.	360.
(*Ludov.*) alius ejuſd. Societ.	XVIII.	ibid.
(*Thomas*) Luſitanus.	XVII.	ibid.
Alvarus (*Anton.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Hiſpanus, Cordubenſis.	IX.	ibid.
(*Joan.*) Solſonenſis Epiſcop.	XVII.	361.
Alneccius (*Cæſar*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Alvelda (*Joan. Gonçal. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Alvelden, *vid.* Auguſtinus.		362.
Alvernis (*Bernard. de*) Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
(*Petrus de*) ejuſd. Ord. &		
Claromont. Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Alvernus, *vid.* Guillelmus Pariſ.		ibid.
Alvewick, *vid.* Martinus.		ibid.
Alvin, *vid.* Stephanus.		ibid.
Alvinczi (*Petrus*) Hungarus.	XVII.	ibid.
Alviſet (*Virg.*)	*eod.*	ibid.
Alolfus, Ord. S. Bened.	XI.	ibid.
Alun (*Robert.*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Alwoerden *vid.* Allwoerden.		363.

Alyevauns

	Clar. Sec.	Pag.
Alyevaunt (*Galfrid.*) Carmelita:	XIV.	363.
Aymantius (*Theoph.*)	XVI.	ibid.
Alyngton (*Rob.*) Magiſter Sophiſticus.	XV.	ibid.
S. Alypius, Afer, Tagaſtenſis Epiſcop. De eô vid. etiam in Vita S. Auguſtini p. 784. cit. (aa)	V.	ibid.
Alypius de Carniniola, Ord. Erem. S. Auguſt.	XV.	ibid.
Alzano (*Barthol. de*) Ord. Prædic.	XV.	ibid.
Alzedo, *vid.* Alcedo.		ibid.
Alzernouchi Arabs.	*inc.*	ibid.
Alzpicueta, *vid.* Azpilcueta.		ibid.
Ama, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Amabili (*Modeſt. à Sto*) Carmelita,		ibid.
vid. & *in art.* S. Audoeni *p.* 711.	XVII.	ibid.
Amabilis (*Baſil.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Amadeus Bajocenſis,, Capucinus.	XVII.	364.
Luſit. *vid.* Meneſius de Sylva.		ibid.
Amalarius Metenſis Diaconus.	IX.	ibid.
Fortunatus dictus, Trevirenſis Archiep.	*eod.*	367.
Amalfi, *vid.* Conſtantinus.		ibid.
Amalfitana, *vid.* Melfitana. Concilia		ibid.
Amalricus, *vid.* Augerii.		ibid.
vid. Almaricus.		ibid.
Amama (*Sixtin.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Aman (*Aquil.*) Ord. Minorum.	XVIII.	369.
Amanatus, *vid.* Piccolominæus.		370.
Amando, *vid.* Fayts.		ibid.
(*Valent. à S.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
Amandus de Caſtello, Marchian. Abbas.	XII.	ibid.
Germanus, Capucinus.	XVII.	ibid.
de S. Quintino, Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Teuro, *vid.* Suſo.		ibid.
Ziriczæenſis, Ord. Minor.	XVI.	ibid.
Amanthis (*Horat.*) J. U. Doctor.	XVII.	ibid.
Amaral (*Franc. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Nicol. Coelho de*) Ord. SS. Trinit.	XVI.	ibid.
(*Petrus de*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
Amaſius, *vid.* Amoroſo.		
Amata (*Antonia Felix*) Soror Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Amat (*Ignat. Hyac.*) *vid.* Graveſon.		
Amatis (*Evangel. de*) Carmelita.	XV.	371.
(*Franc. Maria de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Amato (*Michael d'*) Protonot. Apoſtol. &c.	XVIII.	ibid.
Amatus, Campania oriundus, Epiſcop.	XI.	ibid.
(*Dalmat.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
(*Jacob.*) Juriſconſ.	*eod.*	ibid.
(*Joan. Maria*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
(*Joſeph. Maria*) Monach. Cæleſtinus.	*eod.*	372.
(*Vincent.*) Siculus.	XVII.	ibid.
quidam, Panormit.	XVIII.	ibid.
Ambshoumatah, Mahometan.	*inc.*	ibid.
Ambsia, *vid.* Bernardus.		ibid.
Ambianate (*Georg.*) Capucinus.	XVII.	ibid.
Amboeſius (*Franc.*) Gallus.	*eod.*	373.
Amboſia (*Franciſca de*) Carmelitiſſarum in Britannia Fundatrix.	XV.	ibid.
Amboſianus, *vid.* Bernardus, Georgius & Johannes.		374.
Ambroſiani Hæretici	XVI.	ibid.
Ambroſinus de Soncino Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Ambroſius Abbas.	XII.	ibid.
Alemannus, Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Alexandrinus, *Origenis* Amicus.	III.	ibid.
Didymi Diſcipulus.	IV.	ibid.
vid. Authpertus.		ibid.
Sti Andreæ, Auguſtinianus.	XVII.	ibid.
Camaldulenſis.	XV.	ibid.
Ambroſius à Calvomonte, Capucinus.	XVII.	377.
vid. Catharinus & Coriolanus.		ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Ambroſius (*Dinius*) Ord. Prædic.	XV.	377.
Gallus, Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.	IV.	ibid.
Ordo S. Ambroſii ad Nemus.	XIV.	386.
S. Ambroſii Monales.	IV.	ibid.
Ambroſius Mediolan. Capucinus.	XVII.	ibid.
Florent. Ord. Eremit. S. Auguſt.	XV.	ibid.
Neapolit ejuſd. Ord.	XVI.	ibid.
de Neapoli, Ord. Prædic.	*eod.*	387.
(*Sebaſt.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
de Urbino, Capucinus.	*eod.*	ibid.
Ambroſius & Ambrun (*Petrus*) vid. *Ric.* Simonius.		ibid.
Ambedorſius, *vid.* Amsdorfius.		ibid.
Amé, Jud. Rabb.	III.	ibid.
Amedeus Lauſan. Epiſcop.	XII.	ibid.
Amelincurtius Presbyter.	XVIII.	ibid.
Ameline (*Claud.*) Congreg. Oratorii.	*eod.*	ibid.
Amelius (*Petrus*) Cardinalis.	XIV.	388.
(*Petrus*) junior, Patriarcha Gradenſis & Alexandr.	*eod.*	ibid.
Turonenſis Archiep.	*eod.*	389.
Amelot de la Houſſaie (*Abrah. Nicol.*) Gallus.	XVIII.	ibid.
Ameloe (*Dionyſ.*) Congr. Oratorii.	XVII.	ibid.
Amelry (*Franc.*) Carmelitar. Prior.	XVI.	390.
Amende (*Georg.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Amerbachius (*Henr.*) Theologus.	*eod.*	ibid.
(*Vitus*) Profeſſor.	XVI.	ibid.
Amerpoel (*Joan.*) Friſius.	XVII.	ibid.
Ameſius (*Gulielm.*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Amiax (*Joan. de*) Navarrus.	*eod.*	391.
Amicis (*Joh. Gregor. de*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
(*Ovidius de*) Protonot. Apoſtol.	XVII.	ibid.
Amico (*Felix d'*) Doctor Panormit.	XVIII.	ibid.
Amicus (*Antonin.*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
(*Barthol.*) Jeſuita.		392.
(*Carolus*) Canonicus.	*eod.*	ibid.
(*Franc.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Laurent.*) Ord. Minimorum.	XVIII.	ibid.
Amidanis (*Eliſeus de*) Ord. Minorum.	XV.	ibid.
Amidanus *vid.* Gulielmus.		393.
Amiens, *vid.* Ambianate.		ibid.
Amira (*Georg.*) Patriarcha Maronitar.	XVII.	ibid.
Amirutza, *vid.* Amyrutza.		ibid.
Amlingus (*Wolfg.*) Profeſſor [*vid.* & Anhaltinorum Theol. Confeſſio p. 468.]	XVII.	ibid.
Amman (*Caſpar.*) Theol. Doctor.	XVI.	ibid.
Ammanati, *vid.* Battiferra.		
Ammannus (*Joh.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Ammerbach, *vid.* Amerbachius.		ibid.
Ammianus (*Ludov.*) Tigurinus.	*eod.*	ibid.
Fanenſ. *vid.* Broilus.		
Ammo (*Andr. Godefr.*) Theol. Doctor.	*eod.*	394.
Ammon, Abbas Monach. Nitrienſium.	IV.	ibid.
Adrianopol Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Ammonas Abbas Scetenſis.	V.	395.
Ammonius, Ægyptius, Monach. Alexandr.	IV.	ibid.
Eccl. Alexandr. Presbyter &c.	V.	ibid.
Græcus.	*inc.*	ibid.
Philoſoph. Alexandr.	III.	ibid.
Lamprienſis.	Sec. M. XL.	396.
(*Gaſpar.*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
(*Hieron.*) Germanus.	XVII.	ibid
(*Levinus*) Cartuſianus.	XVI.	ibid.
Francus (*Wolfg.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Ammon, Jud. Rabb.	XIII.	ibid.
Amo.	*inc.*	397.

Amodeus

	Clar. Sec.	Pag.
Amodeus (*Mich.*) Poëta.	XVII.	397.
Amœnus, *vid.* Prudentius.		ibid.
Amolaz (*Franc. de*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
Amolon, Lugdun. Archiep.	IX.	ibid.
Amoraga (*Petr. de*) Ord. Minimor.	XVII.	ibid,
Amore (*Florin. de Sto*)	XVIII.	ibid.
(*Franc. de*) Ord. Minorum.	XVI.	398.
vid. Guilielmus.		ibid.
(*Ludov. de Sto*) Doctor Sorbonic.	XVII.	ibid.
Amoroſo (*Horat.*) Theologus.	XVI.	ibid.
Amort (*Euſeb*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Amos Propheta.	Sec. M. XXXIII.	ibid.
Amour (*de St*) *vid.* Amore.		ibid.
Amphibalus Anglus.	III.	399.
Amphilochius Iconii Epiſcop.	IV.	ibid.
Amphingius (*Samuel*) Theolog.	XVII.	401.
Amphora (*Onuphr.*) Congreg. Regul. Præpoſ. Generalis.	*eod.*	ibid.
Ampigollus *vid.* Rampelogus.		ibid.
Ampos (*Heren. de*) Commendator Ord. S. Antonii.	XVI.	ibid.
Amram, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Rector Soranæ Acad. Jud.	IX.	ibid.
Amrus, Syrus Neſtorianus.	XIV.	ibid.
Amsdorſius (*Nicol.*) Naomburg. Epiſcop.	XVI.	401.
Amulo *ſive* Amularius, *vid.* Amolon.		ibid.
Amundisham (*Johan.*) Monachus.	XV.	403.
Amydenius (*Theod.*) Advocatus Romanus.	XVII.	404.
Amyraldus (*Moſes*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Amyruiza (*Georg*) Philoſophus Græcus, ex Chriſtiano Muhammed.	XV.	405.
Anabaptiſtæ Sectarii.	XVI.	406.
Anabi (*Joſeph.*) Jod. Rabb.	*inc.*	ibid.
Muhammedanus.	XII.	ibid.
Anacletus Pontifex Roman. ordine V.	I.	ibid.
Antipapa.	XII.	407.
Anagnia, *vid.* Anania.		ibid.
Anagninus, *vid.* Andreas.		
Anamodus Subdiaconus Ratispon.	IX.	ibid.
Anan, Jud. Rabb.	III.	ibid.
inſtaurator Karaiſmi.	VIII.	ibid.
Anania (*Joan. de*) Profeſſor.	XV.	408.
Ananjeſus Monachus Syrus.	VII.	ibid.
Patriarcha Syror. Neſtor.	*eod.*	409.
Neſtorian Patriarcha.	VIII.	ibid.
Hirtæ Epiſcop.	IX.	ibid,
Anannius (*Joh.*)	XVI.	ibid.
Añaſco (*Petrus de.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Anaſtaſia, Fœmina Romana.	IV.	ibid.
Anaſtaſio, *vid.* Freywilliger & Hilsiua.		ibid.
Anaſtaſius I. Pontifex Roman. ordine XL.	V.	ibid.
II. ordine LII.	*eod.*	410.
III. ordine CXXIII.	X.	ibid.
IV ordine CLXVIII.	XII.	ibid.
Epiſcop. Nicænſium.	VI.	411.
Sinaita dictus, Patriarcha Antiochenus.	*eod.*	ibid.
Sinaita junior, itidem.	VII.	414.
Sinaita alius, Monachus.	*eod.*	ibid.
Monachus & Abbas.	*eod.*	415.
Eccleſ. Rom. Presbyt. & Apocriſiar	*eod.*	ibid.
Monachus Caſſinenſis.	VIII.	ibid.
Autor libri contra Judæos.	*eod.*	ibid.
Abbas Rom. & ejuſd. Eccleſ. Presb. & Biblioth.	IX.	ibid.
Cæſareæ Palæſt. Epiſcop.	XI.	418.
Pragenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Martinus*) Ord. S Bened.	*eod.*	ibid.
Pariſienſis, Capucinus.	*inc.*	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Anaſtaſius (*Philip.*) Archiep. Surrentinus.	XVIII.	412.
Anatolius Alexandrinus, Laodicenus Epiſcop.	III.	ibid.
CPolitan. Epiſcop.	V.	413.
Anbahoumaiah Religioſus Muſulman.	*inc.*	ibid.
Anca (*Paul.*) Ord. S. Auguſt.	XVIII.	ibid.
Ancharano (*Jacob. de*)	XVII.	ibid.
Ancharanus (*Petrus*) Juriſconſ.	XV.	ibid.
Ancherſen (*Matthæus*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Anchialus (*Mich.*) Patriarcha CPolit.	XII.	424.
Anchieta (*Joſeph.*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
Ancillonius (*David*) Theologus.	XVII.	ibid.
(*Carolus*) Conſiliarius Regis Boruſſorum &c.	XVIII.	ibid.
(*David*) filius, Boruſſor. Regi à Sacris Domeſticis.	*eod.*	427.
Anckelmannus (*Eberhard.*) Profeſſor.	*eod.*	419.
Ancona, *vid* Nicolaus & Triumphus.		ibid.
(*Joan.*) Sacerdos.	XVI.	ibid.
Ancyranus (*Marcel.*) ſub hoc nomine latuit *Jac. Boileau* Doctor Sorbon. quem vide.	XVII.	ibid.
Ancyrianus, Chronographus.	*inc.*	430.
Andala (*Ruard.*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Andalorus (*Franc.*) Sacerdos.	*eod.*	4 2.
Andegavenſis Epiſcop. (Michael Poncet de la Riviere.)	XVIII.	433.
Andegiſus Abbas.	IX.	ibid.
Andenayo, *vid.* Audenayo.		
Andeolus Luteviensis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Andernaco *vid.* Henricus.		
Andernacus (*Olaf.*) Carmelita.	XIV.	434.
Anderoel, *vid* Ændevoet.		ibid.
Anderſonus (*Patric.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Andertonus (*Laur.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Andevet (*Joh.*) Anglus.	*inc.*	ibid.
Andilly, *vid.* Arnaldus.		ibid.
Andlo (*Petrus ab*) fictitium nomen, *forte* Mansfeldius	XVII.	ibid.
Andocianus (*Camil.*) Hiſpan.	*inc.*	ibid.
Andofilla, *vid.* Arles.		
Andrada (*Alphonſ. de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Andreas Nuñez*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	435.
(*Didac. Lopez de*) ejuſd. Ord.	XVII.	ibid.
(*Didac. de Paiva d'*) Luſitanus.	XVI.	ibid.
(*Joan. de*) Ord. S. Trinit.	*inc.*	436.
(*Sebaſt. da Coſta de*) Canonicus.	XVII.	ibid.
(*Thomas de*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
André (*Spiritus*) Ord. Prædicat.	XVIII.	ibid.
Andrea (*Joh. à S.*) Ord. Minorum.	XVII.	437.
(*à Sto*) Ord. Minimor.	XVIII.	437. & 522.
(*Joſeph. de*) Jeſuita.	XVII.	437.
(*Petrus à S.*) Definitor General. Ord. Carmelitar.	*eod.*	ibid.
Andreæ (*Abrah.*) Archiep. Upſal.	*eod.*	ibid.
(*Erneſt.*) Theologus.	*eod.*	ibid.
(*Gabr.*) Theologus.	*eod.*	ibid.
(*God-fr.*) Superintendens Bornenſ.	*eod.*	ibid.
(*Jacob.*) Cancell. & Præpoſ. Tubing.	XVI.	438.
(*Joan. Ern.*) Theologus.	XVIII.	441.
(*Joan. Valent.*) Theologiæ Doctor.	XVII.	ibid.
(*Laurent.*) Præſes Sedis Archiepiſcop. Upſalienſ.	XVI.	442.
(*Laurent.*) Merſoburgenſis Superintend.	XVII.	ibid.
(*Nicolaus*) Suecus.	*eod.*	ibid.
(*M. Olaus*) Suecus.	*eod.*	ibid.
(*Paulus*) Epiſcopus in Dania.	*eod.*	ibid.
(*Paulus*) alius.	*eod.*	ibid.

Andreæ

	Clar. Sec.	Pag.
Andreæ (*Samuel*) Profeſſor.	XVII.	442.
(*Tobias*) Profeſſor.	*eod.*	441.
Andreanus (*Joh. Bapt.*) Jeſuita.	*eod.*	444.
Andreas Abbas Ord. S. Bened.	XV.	ibid.
Ord. Ciſterc.	XVI.	ibid.
vid. Albalate.		ibid.
Anagninus, Cardinalis.	XIV.	ibid.
(*Anton.*) Ord. Minorum.	*eod.*	445.
Apoſtolus.	I.	ibid.
vid. Aſulanus.		ibid.
Auſtriacus, Cardinalis.	XV.	ibid.
(*Balth.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Barbatius, Juriſconſult.	XV.	ibid.
(*Baſil.*) German.	*inc.*	446.
(*Bernard.*) Ord. Eremit. S. Aug.	XVI.	ibid.
Bituricenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Cæſareæ Cappad. Epiſcop.	V.	ibid.
(*Carol.*) Germanus.	XVII.	447.
de Caſſia, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XV.	ibid.
Caſtroregalenſis, Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Conradus*) Superintendens Odernheim.	XVI.	ibid.
Craynenſis Archiep. & Cardin.	XV.	ibid.
Cretenſis Archiep.	VII.	448.
(*Domin.*) Poëta.	XVI.	449.
Edeſſenus, Syrus Neſtorian.	*inc.*	450
(*Emeric.*) Ord. Præmonſtr. Abbas.	XVI.	ibid.
Gallus, Ord. Prædic.	XIII.	ibid.
Hiſpanus, Epiſcopus Megarenſis &c.	XVI.	ibid.
(*J.*) Gallus.	XVII.	ibid.
(*Johan.*)	XVI.	ibid.
(*Johan.*) Alerienſis Epiſcop.	XV.	ibid.
(*Johan.*) Ex-Judæus.	XVI	ibid.
(*Johan.*) Profeſſor.	XIV.	451.
(*Jean. Jan.*) Archiep.	XVII.	ibid.
(*Joſephus*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Italus, Abbas.	IX. X.	ibid.
vid. Leon.		452.
(*Ludov.*)	XVII.	ibid.
Luſatus, Profeſſor.	*inc.*	ibid.
de Modœtia, Ord. Prædic.	XIII.	ibid.
de Novo Caſtro, Ord. Minor.	XIV.	ibid.
Panhyperſebaſtus, Græcus.	*inc.*	ibid.
Paphlago Epiſcop.	*inc.*	ibid.
de Peruſio, Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Presbyter CPolitan.	*inc.*	ibid.
Ratiſpon.	XV.	ibid.
Rhodius, *vid.* de Petra.		453.
Samoſatenſ. Epiſcop.	V.	ibid.
de Trajecto, Ord. S. Bened.	XV.	ibid.
Vallis Umbroſæ Monach.	XI.	ibid.
Venetus, Ord. Servitarum.	XV.	ibid.
Victorinus, *vid.* de S. Victore (*Andr.*)		ibid.
B. Andreaſiis (*Oſaña de*) Soror Ord. Prædicat.	XVI.	ibid.
Andreozzi (*Joach.*) Abbas.	XVIII.	ibid.
Andreu (*Franc.*) Ord. S. Trinit.	XVII.	ibid.
Andreucci (*Andr. Hieronym.*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
Andrews (*Lancell.*) Epiſcopus Anglus.	XVII.	454.
Andri, *vid.* Andry.		455.
Andria *vid.* Adria (*Petrus*).		ibid.
Andrianus (*Zachar.*) Brixienſis.	XVI.	ibid.
Andries (*Jodoc.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Andrieu (*Carol.*) Gallus.	*eod.*	456.
Andronicianus Philoſophus.	*inc.*	ibid.
Andronicus, Camaterus, Præf. CPolit.	XII.	ibid.
Impp. *vid.* Comnenus & Palæologus.		ibid.
Sigurus, *vid.* Ducas.		ibid.
Androtius (*Fulvius*) Jeſuita.	XVI.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Andruzzi (*Aloyſ.*) Cyprius, Profeſſor.	XVIII.	456.
Andry (*Claud.*) Eccleſiaſtes Lugdun.	*eod.*	457.
Andueſa (*Didac. Malo de*) Ord. S. Bened.	XVII.	ibid.
(*Ignat. de*)	*eod.*	ibid.
Anellus (*Joſeph.*) Poëta.	XVI.	ibid.
(*Petrus*) Poëta.	*eod.*	ibid.
Aneſiaco, *vid.* Nicolaus.		ibid.
Aneto (*Joh. de*) Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Anfora (*Onuphr.*) Cleric. Regul. Præpoſ. Gener.	*inc.*	ibid.
Anfoſius (*Domin.*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
B. Angela de Fulginio, Virgo Myſtica, Ord. Minorum.	XIV.	458.
Virgo, *Raymundi* Regis Bohem. filia.	XII.	ibid.
Angelellius (*Petrus*) Lucenſis Epiſc.	XIII.	ibid.
Angelerius (*Gregor.*) Capucinus.	XVII.	ibid.
Angeletius (*Andr.*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
Angeli (*Philip.*) Sacerdos. *vid.* Angeolerius	*eod.*	ibid.
Angelici Hæretici.	IV.	459.
Angelicus Mingevenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Tudelenſis, ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Angelini (*Philip.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Angelis (*de*) Ord. Minorum.	XVIII.	ibid.
(*Alexand. de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Andr. de*) Ord. Minorum.	XV.	ibid.
(*J. Anton. de*) Ord. S. Trinit.	XVII.	ibid.
(*Auguſtin. de*) Congreg. Somaſch.	*eod.*	ibid.
(*Bernard. de*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Eman. ab*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
(*Franc. ab*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
(*Franc. de*) Protonot. Apoſtol.	*eod.*	ibid.
(*Franc. Anton. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Joh. de*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Ludov. de*) Ord. S. Baſilii.	*eod.*	ibid.
(*Ludov. ab*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Ludov. de*) Ord. Eremit. S. Aug.	*eod.*	ibid.
(*Mutius de*) Jeſuita.	XVI.	460.
(*Paulus de*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
(*Petrus de*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
(*Simon de*) Ord. Prædic.	XV.	461.
Angelo (*Barthol. ab*) ejuſd. Ord.	XVI.	ibid.
(*Franc. de S.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Nic. Ang. à S.*) Capucinus.	*eod.*	ibid.
(*Petrus à S.*) Carmelita.	XVI.	ibid.
(*Richard. de S.*) Monach. Caſinenſis.	XIV.	ibid.
(*Thomas de*) Ord. Prædic.	XVIII.	ibid.
Angelocrator (*Daniel*) Theologus & Hiſtoricus.	XVII.	ibid.
Angelus Luxovienſis, Ord. S. Bened.	IX.	462.
Aſtenſis, Capucinus.	XVI.	ibid.
Anachoreta Vallis Umbroſæ.	*eod.*	ibid.
(*Andreas*) Germanus.	*eod.*	ibid.
de Bario, Ord. Prædic.	XV.	ibid.
de Camerino, Ord. Eremit. S. Auguſt.	XIV.	ibid.
Caſtro Gontberienſis, Capucinus.	*inc.*	ibid.
(*Chriſtoph.*) Græcus.	XVII.	463.
de Clavaſio, Vicar. Gener. Ord. Minorum.	XV.	ibid.
de Cremona, Auguſtinianus.	*eod.*	ibid.
de Faggis, *vid.* Sangrinus.		ibid.
Fernenſis, Capucinus.	XVI.	ibid.
Inſulenſis, ejuſd. Ord.	XVII.	ibid.
(*Joan.*) *vid.* Politianus.		ibid.
de Lempoſa, Ord. Minor.	*inc.*	ibid.
(*Michael*) Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Michael*) alius, ejuſd. Ord.	*eod.*	464.
à Raſennâ (*Michael*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
de Raconis, ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
vid. Rocca.		ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Angelus Savonenſis, Capucinus.	XVI.	464.
Saxonicus.	XV.	ibid.
Senenſis, Ord. Erem. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
à Sigeſtro, Capucinus.	XVII.	ibid.
Spedienſis, ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Tiphernenſis, ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Angeoleriis (*Bernard. de*)	XIV.	ibid.
Angerer (*Rayn.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Angerius (*Guillel.*) Ord. Minor.	XIV.	ibid.
Augermondt (*Theodor.*) Ord. Ciſterc.	*inc.*	ibid.
Angerus (*Melch.*) Germanus.	XVI.	465.
Angbien, *vid.* Enghien.		ibid.
Angilram, *vid.* Ingelram.		
Angioini (*Vincent.*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
Angle, *vid.* Langle.		ibid.
Angles (*Joſeph.*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Anglicus (*Adam*) *vid.* Goddam.		466.
Anglus (*Thomas*) Presbyter.	XVII.	ibid.
Angoſciulus (*Spiritus*) Ord. Erem. S. Aug.	XVI.	ibid.
Angradus Monachus.	VII.	467.
Angrianus, *vid.* Ayguanus.		ibid.
Angriſanus (*Joh. Ant.*) Archiep. Surrentinus.	XVII.	ibid.
Anguiano (*Matth. de*) Capucinus.	XVIII.	ibid.
Anguiſciola (*Angel. Gabr.*) Judæus.	XVI.	ibid.
Angularis (*Joan.*)	*eod.*	ibid.
Angulo (*Didac. de*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Franc. de Ribera*) Auguſtinianus.	*eod.*	ibid.
(*Gabr. Perez del Barrio*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
(*Joan. Ruiz de*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
(*Ludov. de*) Hiſpanus.	*inc.*	ibid.
Anguſciola (*Iſembr.*) Ord. Ciſter. Abbas.	XII.	ibid.
Anguſſola (*Baſil.*) Carmelita. Vid. & *Ayguanus* cit. (m)	XVII.	ibid.
Anhorn (*Barthol.*) Theologus.	XVII.	468.
Anianus, Monachus Ægyptius.	V.	469.
Diaconus Celedenſis.	*eod.*	ibid.
Vir ſpectabilis.	VI.	ibid.
Ord. S. Bened.	XV.	470.
Anibaldus Ord. Ciſterc.	*inc.*	ibid.
Anicetus Pontifax Roman. ordine XII.	II.	ibid.
Anichinus (*Deſider.*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Aninyon (*Michael de*) Conſultor S. Officii.	*eod.*	ibid.
Anjos (*Dionyſ. dos*) Auguſtinianus.	XVII.	ibid.
Anſitta (*Mich.*) Germanus.	XVI.	471.
Ankelmannus, *vid.* Anckelmannus.		ibid.
S. Anna Propheriſſa.	I.	ibid.
(*Bonav. à S.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
vid. Comnena.		ibid.
(*Didac. de S.*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Franc. de S.*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
(*Joan. Chryſoſt. à S.*) Auguſtinian.	XVIII.	ibid.
(*Leonardo de S.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Mathurinus à S.*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
(*Matthæus de S.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Stephan. de*) Sacerdos.	XVI.	ibid.
Annabara (*Angel. Maria*) Capucinus.	XVIII.	ibid.
Annatus (*Franc.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Petrus*) Congreg. Doctr. Chriſt. Præpoſ. Gener.	XVIII.	472.
Annibal, *vid.* Hannibaldus.		ibid.
Cardinalis.	*eod.*	ibid.
Annicola (*Paulus*) Abbas Ord. Ciſterc.	XVI.	ibid.
Annius (*Joan.*) Viterbienſis, Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Annona (*Gabr. de*)	XVII.	476.
Annoſis (*Joan.*) Theologiæ Doctor.	XIV.	ibid.
Annoſus (*Fidelis*) Vid. & *Joan.* Floydus.	XVII.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Annunciacano (*Didacus de*) Coadjutor Archiep. Eboracenſis.	XVIII.	476.
Annunciatione (*Alphonſ. ab*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Archan. Gabr. ab*) ejuſd. Ord.	XVII.	ibid.
(*Domin. ab*) ejuſd. Ord.	XVI.	477.
(*Gilcerius ab*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
Annuntiata (*Gabriel de*) Cleric. Regul.	*eod.*	ibid.
Annuntiatione (*Joan. ab*) Ord. Erem. S. Aug.	XVI.	ibid.
(*Joan. ab*) Italus.	XVIII.	ibid.
(*Michael ab*) Carmelita.	XVII.	ibid.
Anomæus (*Clemens*) Germanus.	XVII.	ibid.
Anomorus, *vid.* Anamodus.		ibid.
Anquetinus, Normannus.	XVIII.	ibid.
Ans (*Erneſt Ruth d'*) Canonic. Bruxell.	XVII.	478.
Anſaldo Anſaldis, Rotæ Rom. Decanus.	XVIII.	ibid.
Anſaldus (*Gerar.*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
(*Joan. Anton.*) Genuenſis.	*eod.*	479.
Anſalonius (*Jordan.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Anſalonus (*Franc.*) Poëta.	XVI.	ibid.
Ansbertus, *vid.* Auſpertus.		ibid.
Anſcharius Hamburg. Archiep.	IX.	ibid.
Anſchel, Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Anſcherus Abbas Ord. S. Bened.	XI.	480.
Anſegiſus Abbas Fontanell.	IX.	ibid.
Anſelmi (*Cambio*) Conſultor S. Officii.	XVII.	ibid.
Anſelmis (*Guil. de*) Ord. Eremit. S. Aug.	*eod.*	ibid.
(*Hinerius de*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Anſelmus Andegavenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Antonius*) Abbas Severopolit.	XVIII.	514.
Cantuarienſis Archiep.	XII.	480.
(*Domin.*) Profeſſor.	XVII.	482.
à Forarquivio, Capucinor. Commiſſ. Generalis.	*eod.*	ibid.
Gemblacenſis Abbas.	XII.	ibid.
Havelberg. Epiſcop.	*eod.*	483.
Hyacenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Laudonenſis Decanus.	XII.	ibid.
Leodienſis Canonicus &c.	XI.	484.
Lexovienſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Lucenſis Epiſcop. & Cardinalis.	XI.	ibid.
Marſicanus Epiſcop.	*inc.*	485.
Maſſilienſis, Auguſtinianus.	XVI.	ibid.
Ord. Minorum, Polonus.	*eod.*	ibid.
Olornienſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Pariſienſis Canon. Regul. S. Genovefæ.	*eod.*	ibid.
Rhemenſis, Ord. S. Bened.	XI.	486.
Vicentinus, Ord. Erem. S. Aug.	XVI.	ibid.
de Vitalibus, Presbyter.	XV.	ibid.
Anſgarius, *vid.* Anſcharius.		
Anſideus (*Fulv.*) Canonic. Peruſ.	XVII.	ibid.
(*Pandulph.*) Poëta.	*eod.*	ibid.
Anſillon (*Joan.*) Belga.	*eod.*	ibid.
Anſlaus (*Henr.*) Presbyter.	*eod.*	ibid.
Anſo Laubienſis Abbas Ord. S. Bened.	VIII.	ibid.
Antecurtius (*Joan. Bapt.*) Canon. Regul. S. Genovefæ.	XVIII.	ibid.
Antelmi (*Joſeph*) Vicarius Epiſcopi Pamienſis.	XVII.	487.
Antenor Epiſcopus.	VIII.	488.
Anteſignanus (*Petrus*)	*inc.*	ibid.
Anthaki Saidenſis Epiſcop.	*inc.*	ibid.
Antheon, Arſinoës Epiſcop.	V.	ibid.
S. Antherus Pontifex Roman.	III.	ibid.
Anthimus Patriarcha CPolitan.	VI.	ibid.
Metochites, Bulgariæ Metrop.	*inc.*	ibid.
Anthropomorphitæ, *vid.* Audæus.		ibid.
Anti (*Hyac. Maria*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Anti adiaphoriſtæ.	XVI.	ibid.
Anti-Chriſtiani Hæretici.	*eod.*	ibid.
Anticogenſius (*Theod.*) Germanus.	XVII.	489.
Anti-Dæmoniaci.	*inc.*	ibid.

	Clar. Sec.	*Pag.*
Anti-Dicomarianitæ Sectarii.	IV.	489.
Antidotum contra hæreſes varior. Au-		
thorum.		ibid.
Antigua (*Maria de la*) Soror Ord.		
Minor.	XVII.	ibid.
Antillon (*Thomas de*) Ord. Erem. S. Aug.	*eod.*	ibid.
Antinomi Sectarii.	XVI.	ibid.
Antinori (*Ludov.*) Cleric. Regul.	XVII.	490.
(*Petrus Anton.*) Florentin.	*eod.*	ibid.
Antinorus (*Carolus*) Clericus Neapol.	*eod.*	ibid.
Antiochus Monachus Palæſtinus.	VII.	492.
Ptolemaidis Epiſcop.	V.	ibid.
Antipater Boſtrenſis Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Antiſt (*Vinc. Juſtin.*) Ord. Prædic.	XVI.	493.
Antiſtius (*Lucius*) Nomen fictitium		
ſub quo latuit *Bened. Spi-*		
noza, quem vide in ſuo artic.	XVII.	ibid.
Antitactæ Hæretici.	II.	ibid.
Anti-Trinitarii Sectarii.	XVI.	ibid.
Antoli, Jud. Rabb.	XIII.	494.
Antolinez (*Auguſt.*) Antiſtes Com-		
poſtellanus.	XVII.	ibid.
(*Juſtin.*) Dertuſæ Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Antolinus (*Sebaſt.*) Sacerdos.	*eod.*	ibid.
Antonello (*Nicol. d'*) Italus.	XV.	ibid.
Antonellus (*Nicol.*) Italus.	XVIII.	ibid.
Antonianus (*Job*) Ord. Prædit.	XVI.	ibid.
(*Silvius*) Cardinalis.	XVII.	495.
Antonicius (*Joan. Bapt.*) Ord. Erem.		
S. Auguſt.	XVI.	ibid.
Antonides (*Joan.*) Weſtfriſius.	XVII.	ibid.
(*Theod.*) Belga.	*eod.*	ibid.
Antonii (*Petrus*) Procur. Gener. Ord.		
Prædic.	XV.	ibid.
S. Antoninus Florent. *vid.* Antonius.		ibid.
Antoninus Conſtant. in Africa Epiſc.	V.	ibid.
(*Job.*)	XVII.	496.
(*Marcus*) Vicar. Gener. S. Ca-		
roli Borrom.	*eod.*	ibid.
Placentinus.	*inc.*	ibid.
Antonio (*Bernard. de Sto*) Ord. S.		
Trinit.	XVII.	ibid.
(*Chriſtoph. de*) Ord. Minor.	XVI.	ibid.
(*Jacob. à S.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Joan. à S.*) Ord. Minorum.	XVIII.	ibid.
(*Petrus à S.*) ejuſd. S. Ord.	XVII.	ibid.
Antonius (*Ælius*) Nebriſſenſis,		
Profeſſor.	XVI.	ibid.
Albaterrenſis, Capucinus.	XVII.	497.
Alet, Presbyter Noviodun.	*eod.*	ibid.
ab Alicante, Capucinus.	*eod.*	ibid.
de Ancona, Auguſtinianus.	*inc.*	ibid.
(*Auguſt.*) Germanus.	XVII.	ibid.
de Balocho, Ord. Minor.	XV.	ibid.
de Bitonto, ejuſd. Ord.	*eod.*	498.
Carnotenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
(*Carol.*)	*eod.*	ibid.
(*Domin.*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
Florentinus Archiepiſcop.	XV.	ibid.
(*Franc.*) Jeſuita.	XVII.	499.
Interamnenſis, Capucinus.	*eod.*	500.
Monachorum Pater.	IV.	ibid.
Ordo Monach S. Antonii.	*eod.*	ibid.
Canonicorum S. Antonii Vien-		
nenſis.	XII.	501.
Monachus, *Meliſſa* dictus.	XI.	502.
S. Simeonis Stylitæ diſ-		
cipulus.	V.	ibid.
à Nativitate Ord. Erem. S. Aug.	XVII.	ibid.
de Nativitate, Ord. Minorum.	*inc.*	ibid.
(*Nicolaus*) Canonicus Hiſpal.	XVII.	ibid.
de Padua, Ord. Minorum.	XIII.	503.
Pariſinus, Capucinus.	XVII.	504.
Parmenſis, *vid.* Azarius.		ibid.

	Clar. Sec.	*Pag.*
Antonius [*Paulus*] Profeſſor.	XVIII.	504.
[*Paul. Gabr.*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
[*Petrus*]	XVII.	ibid.
Raudenſis, Ord. Minorum.	XV.	505.
Sancto Felicius, Monachus.	XVI.	ibid.
Senenſis, Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
de Senis [*Thomas*] ejuſd. Ord.	XV.	ibid.
Turnonenſis, Capucinus.	XVII.	ibid.
Antonuccius, *vid.* Antonicius.		ibid.
Antorellus (*Job. Car.*)	*inc.*	ibid.
Anturinus [*Joſeph.*] Jeſuita.	XVII.	506.
Apaczai (*Joan.*) Hungarus.	*eod.*	ibid.
Apafi [*Mich.*] Princeps Tranſylvaniæ.	*eod.*	ibid.
Apalategui [*Joh. de*] Ord. Minor.	XVI.	ibid.
Apaolaza [*Petrus de*] Cæſaraug.		
Archipræſul.	XVII.	ibid.
Aparicio [*Ludov. de*] Ord. S. Trinit.	XVI.	ibid.
[*Michael*] Hierapol. Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Apati [*Nicol.*] Hungarus.	XVII.	ibid.
Apcherius [*Bertrand.*] Presbyter.	*inc.*	ibid.
Apelles, *Senex* apellatus, Hæreticus.	II.	ibid.
Apſelius [*Jerem.*] Germanus.	*inc.*	507.
Aphnimaranus Monachus Syrus.	VII.	ibid.
Aphraates, Syrus.	IV.	ibid.
Aphrodiſianus, Perſa.	*inc.*	ibid.
Aphtardocitæ Hæretici.	VI.	ibid.
Apinus [*Sigiſm. Jac.*] Germanus.	XVIII.	ibid.
Apion, *vid.* Appion.		ibid.
Apocalypſis S. Joannis & aliæ ſuppo-		
ſititii.	I.	ibid.
Apollinaris Abbas, Græcus.	*inc.*	508.
Alexandrinus Epiſcop.		ibid.
[*Claudius*] Hierapol. Epiſcop.	II.	ibid.
[*Franciſc.*] Cleric. Regul.	XVII.	ibid.
vid. Sidonius.		ibid.
Apollinarius Senior, Laodicenus Pres-		
byt.	IV.	ibid.
Junior, Laodic. Epiſcop. &		
Hæreticus.	*eod.*	509.
Apollonii [*Gulielm.*] Theologus.	XVII.	511.
Apollonius cujus genus incertum eſt.	II.	ibid.
Collatius [*Petrus*] Presbyter.	XV.	512.
à Sta Trinitate, Generalis Ord.		
Excalceat S. Auguſt.	XVII.	ibid.
Aponius, cujus genus incertum eſt.	VII.	ibid.
Aponte [*Laurent.*] Cler. Regul.		
Minor.	XVII.	ibid.
[*Ludov*] *vid.* Ponte.		513.
[*Petrus de*] Epiſcop. Majori-		
cenſis.	XVI.	ibid.
Apoſtoli Chriſti Diſcipuli.	I.	514.
Apoſtolici Sectarii.	II.	515.
Apoſtolis [*Petrus ab*] Carmelita.	XVI.	ibid.
Apoſtolius [*Mich.*] Philoſophus		
Græcus.	XV.	ibid.
[*Samuel*] Mennonita.	XVII.	516.
Apoſtolus [*Georg.*] Gallus.	XVI.	ibid.
Apothecarius [*Joan.*] Germanus.	*eod.*	ibid.
Appeldorn [*Herman.*] Cartuſianus.	XV.	ibid.
Appelius [*Joan.*] Germanus.	XVII.	ibid.
Appianus [*Paul. Anton.*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Appion cujus genus incertum eſt.	II.	ibid.
Ægyptius.	I.	ibid.
Applanus [*Conſtant.*] Canon. Regular.	XV.	ibid.
Appoldia, *vid.* Theodoricus.		ibid.
Aprea [*Hieron.*] Poëta.	*inc.*	ibid.
Aprigius Pacenſis Epiſcopus.	VI.	ibid.
Aproſius [*Angel.*] Ord. Erem. S.		
Auguſt.	XVII.	517.
[*Paul. Auguſt.*] Juriſconſ.	*eod.*	ibid.
Aquædunus, Anglus.	XIV.	ibid.
[*Joan.*] Carmelita.	XV.	518.
Aquævilla [*Nicol. de*] Ord. Minorum.	XIV.	ibid.
Aquapontanus [*Joh.*] Jeſuita.	XVI.	ibid.

Aquarii

	Clar. Sec.	Pag.
Aquarii Sectarii (*vide & in artic.* Tatiani.)	II.	518.
Aquarius (*Matthæus*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Martin.*)	inc.	519.
Aquaſparta (*Matth. de*) Cardinalis.	XIV.	ibid.
Aqua-Veteri (*Joan. de*) Carmelita.	XVI.	ibid.
Aquaviva (*Albericus*) Cardinal. Monachus Caſſinen. XI.		294. & 519.
(*Claud.*) Jeſuitarum Rector Generalis.	XVII.	520.
(*Octav.*) Cardinalis.	eod.	ibid.
Aquila (*Anton. ab*)	eod.	521.
(*Bernardin. de*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
(*Caſpar*) Theologus.	eod.	ibid.
[*Franc. de*] Capucinus.	inc.	ibid.
(*Henricus*) Carmelita.	XIV.	ibid.
(*Joan. de*) Ord. Prædic.	XV.	ibid.
(*Jean. de*) Ord. Minorum	XVI.	ibid.
(*Petrus de*) ejuſd. Ord. & Inquiſitor.	XIV.	ibid.
Propheta Anglus. M.	XXXI.	521.
Proſelyta Judæus.	II.	ibid.
Aquilinius (*Cæſar*) Autor Pſeudonym.	XVII.	514.
Aquilinus Syrus.	V.	ibid.
(*Raphael*) Ex-Judæus.	XVI.	ibid.
Aquilius (*Henr.*) Belga.	eod.	ibid.
Severus, Hiſpanus.	IV.	ibid.
Aquilonipolenſis, *vid.* in S. Auguſtino p. 770. b. cit. (12)		
Aquiluvicanus (*Minar.*) Friſius.	XVII.	ibid.
Aquinas, *vid.* S. Thomas.		ibid.
Aquinu (*Anton. de*)	XVI.	ibid.
(*Jacob. de*)	XIII.	515.
(*Ludov. de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
(*Ludov. Henr. de*) Ex-Judæus.	eod.	ibid.
(*Philip. de*) Ex-Judæus.	eod.	ibid.
(*Thomas de*) Cleric. Regul.	eod.	516.
(*Thomas de*) Ord. Prædic.	eod.	ibid.
(*Thomas de*) alius, ejuſd. Ord.	eod.	ibid.
(*Theodor. de*) Carmelita.	XV.	ibid.
Aquiſgranu, *vid.* Guilelmus.		517.
Aquitanus, *vid.* Proſper.		ibid.
Aquivani (*Anton. Jean.*)	XVII.	ibid.
Arabi, Muhammedanus.	XIII.	ibid.
Arabianus.	II.	ibid.
Arabici Sectarii.	III.	ibid.
Arabſchah, *vid.* Ahmed.		171. & 517.
Arachiel (*Cacciat.*) Miſſion. Apoſtol.	XVIII.	527.
Aradillas (*Alph. Gonz. de*) Canonic. Granat.	XVII.	ibid.
Aragon & Borja (*Alphonſ. de*) Auguſtinianus.	eod.	528.
(*Ferdin. Ximenez de*) Archidiac. Bracharenſis.	eod.	ibid.
(*Joan. Pizarro de*) Calatravenſis Eques.	eod.	ibid.
(*Petrus de*) Auguſtinianus.	eod.	528 & 640.
Aragona (*Alph. de*) Jeſuita.	eod.	528.
(*Joan. de*) Siculus.	inc.	ibid.
Aragonia (*Alphonſ. ab*) Archiepiſc. Cæſaraguſt.	XVI.	ibid.
(*Simeon Tallavia de*) Cardinalis.	XVII.	ibid.
Araldus (*Jean. Franc.*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
Aramah, *vid.* Iſaac.		ibid.
Arana (*Anton. de*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
(*Joan. Anaſtaſ.*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Thomas*) Ord. Prædic.	eod.	ibid.
Aranda (*Anton. de*) Ord. Minorum.	XVI.	529.
(*Ludov. de*) Hiſpanus.	eod.	ibid.
Arandiga (*Mich. de*) Ord. S. Trinit.	eod.	ibid.
Araneus (*Clemens*) Ord. Prædic.	eod.	ibid.
Arata (*Auguſt.*) Cleric. Regular.	XVII.	ibid.
(*Cænob. de*)	XIV.	ibid.
(*Joan. Bapt.*)	XVII.	539.

	Clar. Sec.	Pag.
Arator, Ligur, Subdiacon. Eccleſ. Rom.	VI.	530.
(*Steph.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Araujo (*Anton. de*) Jeſuita.	eod.	ibid.
(*Duarte de*) Generalis Ord. Milit. Chriſti.	XVI.	ibid.
Arauxo (*Franc. de*) Segobienſis Epiſcop.	XVII.	531.
Arbaud, *vid.* Porcheres.		ibid.
Arbogaſtus, Argentin. Epiſcop.	VII.	ibid.
Arboleda & Cardenas (*Alph.*) Canon. Bellomunt.	XVII.	ibid.
Arbona (*Guido de*) Monach. Ciſterc.	inc.	ibid.
Arbore (*Domin. ab*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Arboreus (*Joan.*) Doctor Sorbonicus.	XVI.	ibid.
Arboricenſis (*Robert.*)	eod.	532.
Arbretu (*Placid. de*) Abbas Ord. Ciſterc.	XVII.	ibid.
Arbriſſellis, *vid. Robertus.*		ibid.
Arbuſſy (*Anton. d'*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
(*Theoph.*) Theologus.	XVII.	ibid.
Arca (*Joan.*) Sardus.		533.
Arcadius Conſtantiæ Cypri Archiepiſc. ante Sec. VIII.		ibid.
Arcerius (*Joan*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Archambaut (*Bened.*) Oratorii Presbyter.	eod.	ibid.
Archangelus Anicienſis, Capucinus.	eod.	ibid.
Brixienſis, Capucinus.	eod.	ibid.
de Burgonovo, Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
à Sto Gabriele, Ord. Pœnitent.	XVII.	ibid.
vid. Annunciationa.		ibid.
Neapolitanus, Monach. S. Juſtinæ de Padua.	inc.	ibid.
Romanus, Ord. S. Bened.	XVII.	ibid.
Vallonienſis, Capucinus.	eod.	ibid.
Archardus, *vid.* Achardus		ibid.
Archelaus Caſcharorum Epiſcop.	III.	534.
Cæſareæ Cappadoc. Epiſcop.	V.	ibid.
Neapoleos Epiſc.	inc.	ibid.
Archerus (*Jean*) Anglus.	XVII.	535.
Archiepiſcopus (*Nicol.*) Oratorii Presbyter.	eod.	ibid.
Archimbaldus (*Jacob.*) Ord. Prædic.	eod.	ibid.
Archippus Eremita.	inc.	ibid.
Archiruta (*Alexand.*) Abbas Olivetanus.	XVII.	ibid.
Archonius (*Ludov.*) Abbas & Licentiatus Sorbonicus.	XVIII.	ibid.
Archontici Hæretici.	IV.	ibid.
Arcimboldus (*Joan.*) Cardinalis.	XV.	ibid.
Arcis (*Petrus*) Carmelita.	inc.	536.
Oratorii Presbyter.	XVII.	ibid.
Arcifleurus (*Elias*) Socinianus.	XVI.	ibid.
(*Elias*) junior, itidem.	XVII.	ibid.
Arck (*Theod. de*) Presbyter.	inc.	ibid.
Arcones (*Andr. Lucas de*) Jeſuita.	eod.	ibid.
Arcons (*Cæſar d'*) Advocatus.	eod.	ibid.
Arcontici, *vid.* Archontici.		
Arcos (*Franc. de*) Ord. S. Trinit.	XVII.	ibid.
(*Michael de*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Arcozi (*Bened.*) Socinianus.	XVII.	ibid.
Arctander (*Nicol. Laur.*) Epiſcop. Wiburgenſis.	eod.	ibid.
Arcudi (*Alex. Thom.*) Ord. Prædic.	XVIII.	537.
(*Angelus*) Archipresbyter.	XVI.	ibid.
(*Anton.*) filius præced.	eod.	ibid.
(*Franc.*) Nuſcanus Epiſcopus.	XVII.	ibid.
(*Sylvius*) Medicus.	eod.	ibid.
Arcudius (*Petrus*) Presbyter Corcyræus.	eod.	ibid.
Arcularius (*Daniel*) Marpurg. Ephorus.	XVI.	539.
Arculphus in Galliâ Epiſcopus.	VII.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Ardemburgo, *vid.* Joannes.		539.
Ardengus Papienſis, Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Ardenna (*Jacob. de*) Anglus.	XVII.	540.
Ardens, *vid.* Radulphus.		ibid.
Arderia Novator Hibernus.	XI.	ibid.
Ardia (*Anton.*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
Ardillo (*Sebaſt. de*) Monach. Ciſterc.	XVI.	ibid.
Ardizzonius (*Anton.*) Cleric. Regul.	XVII.	ibid.
Ardizzonus (*Paul. Maria*) Clericus Regul.	*eod.*	ibid.
(*Thom. Elias*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Ardo, *Smaragdus* dictus, Ord. S. Bened.	IX.	ibid.
Arduino (*Philip.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Areania (*Vincent. d'*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Areda (*Didac. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Areilza (*Gregor.*) Ord. Prædic.	*eod.*	541.
Areiſius (*Mich.*) Germanus.	XVI.	ibid.
Arellano (*Hieron. Ramirez de*) Ord. Minorum.	XVII.	542.
[*Joh. Salv. Bapt. de*] ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Arembergh (*Carol. de*) Capucinor. Diffinitor Generalis.	*eod.*	ibid.
Arena (*Franc.*) Capucinus.	XVIII.	ibid.
vid. Henricus.		ibid.
(*Sanct.*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Siffrid. de*) ejuſd. Ord.	XV.	ibid.
Arenbechius (*Petrus*) Suecus.	XVII.	ibid.
Areod Germanus.	XVIII.	ibid.
Arends (*Cajus*) Germanus.	XVII.	543.
Arenius (*Olaus Magni*) Suecus.	*eod.*	ibid.
Arenpeckius (*Vitus*) Ord. S. Bened.	XV.	ibid.
Arents (*Daniel*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Arenzano (*Joh. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Arepol (*Samuel*) Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Ares (*Anton.*) Ord. Minimorum.	XVII.	544.
Areſius (*Paulus*) Dertonenſis Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Arethas Cæſareæ Cappadoc. Archiep.	X.	ibid.
alius. Ibid. Presbyter.	XI.	ibid.
Aretis, *vid.* Arezia.		
Aretinus *ſive* Accoltis (*Bened.*)	XV. 50. &	545.
(*Bernard.*) Capucinus.	XVII.	545.
(*Franc.*) Etruſcus.	XV.	ibid.
[*Franc.*] Ord. Minorum Generalis Definitor.	XVII.	ibid.
[*Franc. Maria*] *vid.* Caſini.		546.
(*Guido*) *vid.* Guitmundus.		ibid.
(*Joan.*) Camerar. & Biblioth. *Nicolai V.*	XV.	ibid.
(*Leonard.*) Scriba Diplomatum Varior. Pontific.	*eod.*	ibid.
(*Paulus*).	XVI.	547.
(*Petrus*)	*eod.*	ibid.
Aretius (*Bened.*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Arevalo (*Bernard. de*) Ord. Minorum.	XVI.	548.
(*Joan. de*) Ord. S. Bened.	XVII.	ibid.
(*Roder. Sancius de*) Ovetenſis Epiſcopus.	XV.	ibid.
Arezia *Noachi* uxor.	Sec. M. XVII.	551.
Arezzo, *vid.* Aretinus.		ibid.
Argaez (*Gregor. de*) Ord. S. Bened.	XVII.	ibid.
Argallus (*Joan.*) Theologus.	*eod.*	552.
(*Robert.*) Anglus.	*eod.*	ibid.
Arganantius (*Domin.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Argenſon (*Claud. de Voyer d'*) Abbas.	*eod.*	ibid.
(*Renat. de Voyer d'*) Regis Galliar. Conſil. & Sacerdos.	*eod.*	ibid.
Argentan (*Ludov. Franc. d'*) Capucinus.	*eod.*	ibid.
Argentier (*Georg.*) Lugdunenſis.	XVI.	ibid.
Argentina (*Nicol. de*) Carthuſianus.	XV.	ibid.
vid. Brocardus, Hugo, Thomas.		554.
Argentini (*Raffaello*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Argentinus (*Franc.*) Cardinalis.	*eod.*	ibid.
(*Richard.*) Anglus.	*eod.*	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Argento, *vid.* Argentus.		555.
Argentrè (*Carol. du Pleſſis d'*) Epiſc. Tullenſis.	XVIII.	ibid.
Argentus (*Joan.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Argomanes (*Joan de*) Ord. Minorum.	XVI.	556.
Argonne (*Bonav.* vel *Natalis d'*) Carthuſianus.	XVIII.	ibid.
Arguerius *ſive* Arquerius (*Joan.*) Gallus.	XVI.	557. & 639.
Argyropulus (*Joan.*) Byzantious.	XV.	557.
Argyrus (*Iſaac.*) Monach. Græcus.	XIV.	ibid.
Arhuſius, *vid* Aarhuſius (*Jac. Matth.*)		ibid.
(*Petrus Sim.*) Danus.		ibid.
Ariani, *vid.* Arius.		ibid.
Ariaoo (*Joſeph. d'*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Arianus (*Theod.*) Carmelita	*eod.*	ibid.
Arias de Armenia (*Alvar.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Balth.*) Ord. Prædic.	*eod.*	558.
(*Bened.*) *vid.* Montanus.		ibid.
(*Didac Ximenez*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Franc.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Franc. Ortiz*) Ord. Minorum.	XVI.	559.
(*Matthæus*)	XVII.	ibid.
Ariba, *vid.* Arriba.		ibid.
Aribo, *Cyrinus* dictus, Friſing. Epiſc.	VIII.	ibid.
Moguntinus Archiepiſcop.	XI.	ibid.
Aridenſis (*Petrus*) *vid.* Seicheepée.		ibid.
Arie, *vid.* Lando.		ibid.
Leu, Judæus.	XVII.	ibid.
Arienzo (*Fulgent. d'*) Auguſtinianus.	*eod.*	ibid.
Arigonius (*Jacob.*) Laudenſis Epiſcop.	XV.	ibid.
Arimathæenſis (*Anton.*) ſeu *Joſ.* Grabius, Profeſſor.	XVI.	560.
Arimino, *vid.* Angelos, Gregorius, Henricus, Hugolinus, Matthæus.		561.
Aringhus (*Paulus*) Oratorii Presbyter.	XVII.	ibid.
Ariolti (*Magdal. Salaroli*) Comitiſſa.	XVI.	ibid.
Arioſtus (*Alexand.*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Franc.*) Italus.	*inc.*	ibid.
Aripol, *vid.* Arepol.		ibid.
Aris (*Franc. de*) Centurio.	XVII.	ibid.
Ariſius (*Franc.*) Cremonenſis.	XVIII.	ibid.
Ariſtarchus, Chronographus Chriſtianus.	I.	ibid.
Ariſteas Judæus.	Sec. M. XXXVIII.	562.
Ariſtenus, *vid.* Alexius.		563.
Ariſtides Philoſophus Chriſtian. Athenienſis.	II.	ibid.
Ariſtinos (*Georg.*)	*inc.*	ibid.
Ariſtizavel (*Petrus de*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Ariſton Pellæus, Ex-Judæus.	II.	ibid.
Ariſtobulus Judæus, Philoſophus.	M. XXXVII.	564.
Ariſton (*Zachar.*) Bohemus.	XVII.	565.
Arnulphus, *vid.* Harnulphus.		ibid.
Arius Hæreſiarcha.	IV.	ibid.
Ariz (*Ludov. de*) Ord. S. Bened.	XVII.	566.
Arkevolti (*Schemuel*) Jud. Rabb.	XVI.	ibid.
Arles & Andoſilla (*Martin de*) Archidiac. Pampilon.	*eod.*	ibid.
Arletius (*Joh Caſp.*) Germanus.	XVIII.	ibid.
Arlotus de Prato, Ord. Minorum.	XIII.	ibid.
Armandus, *vid.* Bellovium.		567.
(*Ignatius*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Joan. Butiller, *vid* Raneé.		ibid.
Joan. Pleſſæus, Card. Richelius, *vid.* Pleſſæus.		ibid.
Armano (*Jo. Domin.*) Ord. Prædic.	XVIII.	ibid.
Armbruſterus (*Joan*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Samuel*) Hungarus.	*eod.*	ibid.
Armelle Nicolas, Virgo Myſtica.	*eod.*	568.
Armellini (*Hieronym.*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Armenta (*Joan. d'*) Jeſuita.	XVII.	569.
vid. Arias (*Alvarus.*)		ibid.

Armenteria

	Clar. Sec.	Pag.
Armentariæ in Gallæcis Monach. Ord. Ciſterc. Anonymus.	XVII.	569.
Arminio (*Fulgentio*) Nuſcenſis Epiſcop.	*eod.*	ibid.
Arminius (*Jacob.*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Arnalda (*Agnez*) Portûs Regii.	*eod.*	575 & 614.
(*Maria Angelica*) Abbatiſſa Portûs Regii.	*eod.*	614.
à S. Joanne (*Angelica*)	*eod.*	ibid.
Arnaldus Barchinon. Epiſcop.	XIII.	575.
Bonævallis Abbas Ord. S. Bened.	XII.	ibid.
vid. Arnoldus, & Bernardi.		577.
(*Claud.*) Congreg. Oratorii.	XVII.	ibid.
(*Martin.*) Canonic. Turonenſis.	XVI.	ibid.
Ord. Minorum.	XIV.	ibid.
Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Petrus Anton.*) Ligur.	XVII.	ibid.
de Verdale, Epiſcop. Magalnenſis.	XIV.	ibid.
de Villanova.	*eod.*	ibid.
Andilliacenſis (*Robertus*) Portûs Regii.	XVII.	581.
(*Henricus*) Andegavenſis Epiſc.	*eod.*	582.
(*Anton.*) Doctor Sorbonicus.	*eod.*	583.
[illegible]ndus Gandavenſis, Capucinus.	*eod.*	614.
Arnauld, *vid.* Arnaldus.		ibid.
Arnaya (*Nicol. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Arndius (*Joan.*) Ducatus Lunæburgici Epiſcop. & Superint. Generalis.	*eod.*	ibid.
(*Joſua*) Guſtrovienſis Superintendens.	*eod.*	617.
(*Carolus*) Profeſſor.	XVIII.	619.
Arnedo (*Anton. de*) Capucinus.	XVII.	620.
Arneſius (*Robert.*)	XVI.	ibid.
Arneſtius (*Joh. Henr.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Arnaſtus (*Joach.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Arneveldt (*Theod. de*) Anglus.	XIV.	ibid.
Arnhemius, *vid.* Kivet.		ibid.
Arnigius (*Barthol.*) Medicus.	XVI.	ibid.
Arniſæus (*Henningus*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Arnkiel (*Frider.*) Theologus.	*eod.*	ibid.
Arno Salisburg. Epiſcopus.	IX.	621.
Canonicus Ragularis.	XII.	ibid.
Arnobius Afer, Gentilis, poſtea Chriſtianus.	IV.	622.
Junior dictus, Gallus.	V.	624.
Arnoldi de Uſſingen (*Barthol.*) Ord. Erem. S. Aug.	XVI.	625.
(*Bernard.*) *vid.* Bernardi.		626.
(*Caſpar Frid.*) Livonus.	XVII.	ibid.
(*Michael*) Theol. Doctor.	*inc.*	ibid.
(*Theod.*) Germanus.	XVIII.	ibid.
vid. Arnoldus (*Henr.*)		
Arnoldo (*Matth. à S.*) Carmalita.	XVII.	ibid.
Arnoldus Epiſcop. Halberſtat.	XI.	ibid.
Abbas Lubecenſis.	XIII.	ibid.
vel Arnulphus, Narbonenſis Archiepiſcop.	*eod.*	ibid.
de Roterodamo, Canonicus S. Auguſtini.	XV.	627.
(*Henric.*) Cartuſianus.	*eod.*	ibid.
de Tungris, Leodii Canonic.	XVI.	628.
(*Franc.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Veſalienſis, Canonicus Colon.	*eod.*	ibid.
à Supercaſa, Monachus.	*eod.*	ibid.
(*Franc.*) Hailbrunnenſis.	XVII.	ibid.
(*Philip.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
(*Tobias*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Caſpar*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
(*Nicolaus*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
(*Chriſtoph.*) Profeſſor.	*eod.*	629.
(*Andreas*) Profeſſor.	*eod.*	630.
(*Simon. Joan.*) Ecclaſiarum Balliviæ Inſpector.	*eod.*	631.
Arnoldus (*Gotheſr.*) Inſpector Perlebergenſis.	XVIII.	631.
Bonifontis, Ord. Ciſterc.	*inc.*	635.
(*Staniſl.*) Germanus.	*inc.*	ibid.
Aloſlaus, *vid.* Marmannus.		ibid.
Alrahenſis, *vid.* Arnulphus Saxo.		ibid.
de Auſtria, *vid.* Auſtria.		ibid.
Bonævallis, *vid.* Arnaldus.		
vid. Boſtius.		ibid.
vid. Munickendam.		ibid.
de Villanova, *vid.* Arnaldus.		ibid.
Arnolfus Ord. S. Benad. Præpoſitus.	XI.	ibid.
Arnolletus (*Joan.*) Poëta.	XVI.	ibid.
Arnolphinus (*Barthol.*) Protonot. Apoſtolicus.	*eod.*	ibid.
Arnoul (*Franc.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Arnoux (*Franc.*) Canonicus Reienſis.	*eod.*	ibid.
(*Joan.*) Jeſuita.	*eod.*	636.
Arnpekhius, *vid.* Arenpeckius.		
Arnſchwangers (*Jo. Chriſtoph.*) Theol.	*eod.*	ibid.
Arnſtenius, *vid.* Arneſtius.		ibid.
Arnu (*Nicol.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Arnulphus Aurelian. Epiſcop.	X.	637.
Saxo, Ord. S. Bened.	XI.	ibid.
Lexovienſis Epiſcop.	XII.	ibid.
Mediolan. Hiſtoricus.	*eod.*	638.
Abbas Ord. Ciſterc.	*eod.*	ibid.
de Lovanio, Ord. Ciſterc.	XIII.	ibid.
Canon. Regul. S. Auguſt.	*inc.*	ibid.
Roffenſis Epiſc. *vid.* Ernulphus.		ibid.
Veteris-Montis Abbas, *vid.* Munickendam.		ibid.
Arola (*Franc.*)	XVI.	ibid.
Arpa (*Laur.*) Siculus.	XVII.	ibid.
Arpe (*Petr. Frider.*) Juriſconſult.	XVIII.	639.
Arquerius (*Joan.*) Theologus.	XVI.	ibid.
Arragon, *vid.* Aragon.		640.
Arrarius (*Georg.*) Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Arreblaio (*Petrus de*) Cardinalis.	XIV.	ibid.
Arrelius (*Teo*) Vicarius Dolenſis.	XVII.	ibid.
Arrhabonarii, Sacramantarii dicti.	XVI.	ibid.
Arthenius (*Claud.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
(*Jacob.*)	XVIII.	641.
Arriaga (*Paul. Joſeph. de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Gundiſal. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Roder. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Arrianus Philoſophus Gentilis.	II.	642.
Arriba (*Franc.*) Hiſpanus.	XVII.	643.
Arrighetti (*Maurus*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Philip.*) Canon. Pœnitent. Florent.	XVII.	ibid.
Arrighi (*Joh. Bapt.*) Ord. Eremit. S. Aug.	XVI.	ibid.
(*Laurent.*) Ord. Cruciferorum.	XVII.	ibid.
Abbas & Juris Canon. Profeſſor.	XVIII.	ibid.
Arriola (*Dionyſ. de*) Ord. Ciſterc.	*inc.*	ibid.
Arroio (*Didac de*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
Arrowsmith (*Joan.*) Profeſſor.	XVII.	ibid.
Arroy (*Beſianus*) Theologiæ Doctor.	XVII.	644.
Arrubal (*Petrus de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Arruego (*Joan. de*) Portionarius Eccl. Cæſarau g.	*eod.*	ibid.
Arſcot (*Alexand.*) Anglus.	XVIII.	ibid.
Arſdekin (*Richard.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Arſenius Patricius Roman.	IV.	645.
Autorianus dictus, CPolitan. Patriarcha.	XIII.	ibid.
Leodicenſis, Abbas.	XV.	ibid.
Aſcenſionis dictus, Auguſtinianus.	XVII.	ibid.
Monachus Græcus.	*eod.*	ibid.
Corcyreanenſis Archiep.	*inc.*	646.
Arſtenius, *vid.* Arneſtius.		
Artal (*Joan.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Artapanus, Autor Hiſtor. Judæor.	*inc.*	ibid.

	Clar. Sec.	*Pag.*
Arteaga (*Domin. de*) Ord. Prædic.	XVI.	646.
Artemon Hæreticus.	II.	ibid.
Artemonius *vid.* Crellius (*Sam.*)		ibid.
Arthois (*Ambroſ. de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Arthurus, *vid.* Galfridus.		ibid.
Artiaga, *vid.* Paravicino & Parra.		ibid.
Artington (*Henr.*) Anglus.	XVI.	ibid.
Artiſius, *vid.* Dartis.		ibid.
Artomedes (*Sebaſt.*) Germanus.	XVII.	ibid.
Artopæus (*Petrus*) Theologus.	XVI.	ibid.
(*Joh. Georg.*) Germanus.	XVII.	647.
(*Joh. Dan.*)	*eod.*	ibid.
(*Joh. Chriſtoph.*) Profeſſor.	XVIII.	ibid.
(*Samuel*) Poëta.	*eod.*	648.
Artotyritæ Hæretici.	II.	ibid.
Artry (*Malach.*) Ord. Ciſterc.	XVII.	ibid.
Artuſel (*Damaſ.*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
Artur (*Thomas*) Anglus.	*eod.*	ibid.
Arturus (*Lactant.*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Didac.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
(*Laur.*) *vid.* Faunreus.		ibid.
Artuſius (*Gothard.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Arvernia, *vid.* Alvernia, & Auvergne.		
Vid. etiam ſub tit. Gerardus		
& Petrus.		ibid.
Arundellus (*Thomas*) Cantuarienſis		
Archiepiſc.	XV.	ibid.
Arundinensis (*Joan.*) Uabitenſis Epiſcop.	*eod.*	649.
Arvodulphus, Cœnobita.	XII.	ibid.
Arwaker (*Edmund.*) Anglus.	XVII.	ibid.
Arze (*Baſil. de*) Ord. S. Bened.	*eod.*	ibid.
(*Didac. de*) Caſſanenſis Epiſcop.	*eod.*	ibid.
y Mantilla (*Alphonſ. de*) Ord.		
Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Joh. Diaz de*) Hiſpanus.	*eod.*	650.
Aſael (*Mub. Raph. Judas*) Jud. Rabb.	*eod.*	ibid.
S. Aſaphus, Britannus.	VI.	ibid.
Aſarias de Rubea, Jud. Rabb. de eodem		
& de aliis *vid.* ſub tit. Azarias.	XVI.	ibid.
Aſaricus (*Daniel*) Gedanenſis.	XVII.	ibid.
Aſariel Jud. Rabb.	*eod.*	652.
Asboldus (*Nicol.*) Capucinus.	*inc.*	ibid.
Aſca (*Jodoc. ab*) Carmelita.	XVII.	ibid.
Aſcanio (*Salvat.*) Ord. Prædic.	XVIII.	ibid.
Aſcelinus in Normannia Monachus.	XI.	ibid.
Aſcenſione (*Simon ab*) *vid.* Nuñez.		ibid.
(*Urban. ab*) Carmelita.	XVII.	ibid.
Aſcenſius, Ord. Erem. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
Aquitanus, Ord. Minorum.	*inc.*	ibid.
Aſcenſus (*Fabius*) Jeſuita.	XVIII.	ibid.
Aſchaneus (*Martinus L.*) Theologus.	XVII.	ibid.
Aſchari Doctor Muſulmannus.	X.	652.
Aſche Judæus, Babylonius Princeps.	V.	ibid.
Aſchedunus, *vid.* Actonius & Acton.		ibid.
Aſchendorff (*Guilielm*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Aſcher, *vocatus* Harroſc, Judæus, Rabb.	XIV.	ibid.
(*Jacob.*) Jud.	*eod.*	653.
fil. Joſeph, Jud. Rabb.	XVI.	654.
cognom. Bonan Kresbas, Jud. Rabb.	*eod.*	ibid.
fil. Abraham, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Aſcherus (*Joh. Bapt.*) Ord. Fuljenſium.	XVII.	ibid.
Aſcianus (*Doroth.*) Nomen ſub quo la-		
tuit *Matthias Zimmerman*		
quem vide.	*eod.*	ibid.
Aſcitæ Hæretici.	II.	ibid.
Aſclepiades.	IV.	ibid.
Trallium Epiſcop.	V.	ibid.
Aſclepius Afer.	*eod.*	ibid.
cujus genus incertum eſt.	XVI.	ibid.
Aſcodrogitæ, *vid* Aſcitæ.		ibid.
Aſcoli (*David de*) Judæus.	XVI.	ibid.
Aſcroi (*Laur*) Germanus.	XVII.	ibid.
Aſculo, *vid.* Auguſtinus *&* Jacobus.		ibid.
Aſgil Anglus.	XVIII.	ibid.
Asheburnus, *vid.* Thomas.		655.
Aſheton (*Wilhelm.*) Anglus.	XVII.	655.
Aſhley, *vid.* Sykes.		ibid.
Ashton, *vid.* Aſton.		ibid.
Ashwardby (*Joan.*) Profeſſor.	XIV.	ibid.
Ashwell (*Georg.*) Anglus.	XVII.	ibid.
Aſilius (*Petrus*) Juriſconſult.	XVI.	ibid.
Asketle (*Guilielm.*) Clericus Anglus.	XIV.	ibid.
Askewe (*Anna*) fœmina Angl.	XVI.	ibid.
Aſlicus (*Conrad.*) Profeſſor.	XVII.	656.
Aſmai Doctor Muſulmannus.	IX.	ibid.
Aſpalles (*Joan. Franc.*) Nomen ſup-		
poſititium *Franc. Hottomanni.*	XVI.	ibid.
Aſpilcueta, *vid.* Azpilcueta.		ibid.
Aſpinwall (*Eduard.*) Theol. Doctor.	XVIII.	ibid.
Aſſaf Mahometanus.	*inc.*	ibid.
Aſſaker, itidem.	XIII.	657.
Aſſamah, itidem.	*inc.*	ibid.
Aſſarinus (*Lucas*) Hiſpanus.	XVII.	ibid.
Aſſeline à S. Paulo (*Euſtach.*) Ord.		
Fuljenſium.	*eod.*	ibid.
(*David*) Curatus.	*eod.*	ibid.
Abbas Gallus.	XVIII.	ibid.
Aſſemanus (*Joſeph. Simon.*) Syrus		
Maronita.	*eod.*	ibid.
Aſſenburgius (*Joan.*) Germanus.	XVII.	658.
Aſſenſio (*Mich.*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
Aſſerius Schireburnenſis Epiſcop.	X.	ibid.
Aſſermet (*Franc. Maria*) Ord. Minor.	XVIII.	659.
Aſſignano (*Bened. de*) Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Aſſignies (*Joan. d*) Abbas Ord. Ciſterc.	XVII	ibid.
Aſſigny (*Marius d'*) Theologus.	XVIII.	660.
Aſſinas, *vid.* Ægidius p. 112.		
Aſſiſio (*Dionyſ. de*) Ord Prædic.	XVI.	ibid.
Aſſius (*Joh.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Aſſonlev Illius (*Guilielm.*) Belga	*eod.*	ibid.
(*Hubert.*) Hannonius.	XVII.	ibid.
Aſſum (*Joan.*) Superintendens Weickers-		
heimenſis.	*eod.*	ibid.
(*Wolf. Lud*) Germanos.	*eod.*	661.
Aſſumptione (*Carolus ab*) Carmelita.	*eod.*	ibid.
(*Juſtus ab*) ejuſd Ord	*eod.*	ibid.
(*Joh. Ludov. ab*) ejuſd. Ord.	*eod.*	ibid.
Aſſunta (*Joan. dell'*) Vicarius Gene-		
ralis Auguſtinian.	*eod.*	ibid.
Aſte (*Franc. Maria*) Archiep. Hy-		
druntinus &c.	XVIII.	ibid.
Aſtenſis (*Paul. Maria*) Capucinus.	XVII.	662.
vid. Aſteſanus, Bruno, Con-		
radus, Facinus.		ibid.
Aſterius Arianus.	IV.	ibid.
Amaſeæ Epiſcopus.	*eod.*	663.
(*Turcius Rufus*) ConſulRo-		
manus.	V.	664.
vid. Urbanus.		ibid.
Aſteſanus Ord Minorum.	XIV.	ibid.
Aſtetius (*Caſpar*) Jeſuita.	XVII.	665.
Aſtun (*Nicol. de*) Profeſſor.	XIV.	ibid.
(*Johan.*).	*eod.*	ibid.
Aſtor Quinquarboreus (*Anton. Joan.*)		
Juris utriuſque Doctor.	XVII.	ibid.
Aſtorga, *vid.* Alva.		666.
Aſtormus (*Elias*) Carmelita.	XVIII.	ibid.
Aſtria(*Joh. Bapt.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Aſtroy (*Barthol d'*) Ord. Recollect.	*eod.*	ibid.
Aſtudillo (*Didac. de*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Joan.*) ejuſd. Ord.	XVIII.	ibid.
Aſulanus (*Andr.*)	XVI.	ibid.
Aravantius, *vid.* Arracanti.		ibid.
S. Athanaſius, Alexandrinus Epiſcop.	IV.	ibid.
Athanaſius Eccleſiæ Alexandr. Pres-		
byter.	V.	681.
Patriarcha Alexandr.	*eod.*	ibid.
Junior dictus,	VIII.	ibid.
Patriarcha CPolitan.	XIV.	682.

Athanaſius

	Clar. Sec.	*Pag.*
Athanaſius (*Joh. Bapt.*) Jeſuita.	XVII.	682.
Rhetor Byzantinus.	XVII.	ibid.
Capucinus.	*eod.*	68g.
Pragenſis.	*inc.*	ibid.
Athei.		ibid.
Athelredus, *vid.* Ælredus.		
Athenagoras Philoſophus Chriſtianus.	II.	687.
Athenogenes Martyr celeberrimus.	III.	692.
Athia (*Thom. d'*) Ord. S. Trinitat.	XVII.	693.
Athiah *dictus* Al Mekki, Arabs.	X.	ibid.
Mahometanus.	XII.	ibid.
Athias (*Iſaac*) Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
(*Joſeph.*) Jud. & Typogr. Amſtelod.	*eod.*	ibid.
Athir Muſulmannus.	XIII.	694.
Athriani, Arabs, Muſulm.	*inc.*	ibid.
Atienza (*Andr.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Atowel, *vid.* Ashwel.		
Atratus, *vid.* Evesham.		ibid.
Atrebas (*Adam*) Morinenſis Epiſcop.	*inc.*	ibid.
Attianus (*Anton.*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Attocianus (*Joan.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Attaccanti (*Paulus*) Ord. Servitarum.	XV.	ibid.
(*Jacob.*) ejuſd. Ord.	XVII.	695.
Attaide (*Georg. d'*) Viſenſis Epiſc. &c.	*eod.*	696.
Attardus (*Petrus*) Congreg. Oratorii.	XVIII.	ibid.
Atterbury (*Franc.*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Atterſol (*Gulielm.*) Anglus.	XVII.	697.
Attichy (*Ludov. d'*) *vid.* Doñi.		ibid.
Atticus Epiſcop. CPolitan.	V.	ibid.
Attilius (*Marcus*) *vid.* Serranus.		698.
Atto Epiſcop. Vercellenſis	X.	ibid.
Epiſcop. Pittorienſis.	XII.	ibid.
Au (*L. D. M d'*) Gallus.	XVII.	699.
Avalonius (*Elvan.*) Britañor. Magiſter.	II.	ibid.
vid. Irenæus Capucinus.		700.
Avalos (*Thomas de*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Avancinus (*Nicol.*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Avantius ((*Joan. Maria*) Juriſconſ.	*eod.*	ibid.
Avanzi (*Nicol. degli*) Ord. Eremit. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
Aobenton (*Gulielm. d'*) Jeſuita.	XVIII.	701.
Aoberius, *vid.* Aubery.		ibid.
Aubermont (*Joan. Anton.*) Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Aoberoche, *vid.* Albarupe.		ibid.
Aubert de Verſé (*Natal.*) Gallus.	XVIII.	ibid.
Aubertinus, *vid.* Albertinus.		703.
S. Auberti Canonici Regulares.	XI.	ibid.
Auberius (*Joan.*) Doctor Sorbonicus.	XVII.	ibid.
Aubery (*Joan. Henr.*) Jeſuita.	*eod.*	704.
(*Anton.*) Advocatus Pariſienſis.	*eod.*	ibid.
Aubeſpine, *vid.* Albaſpinæus.		705.
Aubigné, *vid.* Albiniaco.		
Aubin (*Joan. de St.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
vid. Albinus.		ibid.
Aubinus (*N.*) Gallus.	*eod.*	ibid.
Aubremont, *vid.* Aubermont.		706.
Aubry (*Joan. d'*) Abbas Gallus.	*eod.*	ibid.
Aucellus (*Victorin.*) Ord. S. Bened.	*eod.*	ibid.
Aucourt (*Joan. Barbier* d') *vid.* Barbier.		ibid.
Auctus, *vid.* Atto.		ibid.
Auda (*Angel.*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
Audæus Hæreticus.	IV.	707.
Audebertus (*Matth.*)	XVI.	ibid.
(*Steph.*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Audenayo (*Joan. de*) Abbas Ord. Ciſterc.	XIV.	708.
Audentius Toletanus Epiſcop.	IV.	ibid.
Audiani, *vid.* Audæus.		709.
Audicana (*Anton.*) Ord. Minorum.	XVI.	ibid.
Audiſret (*Hercules*) Generalis Magiſt. Congreg. Doctr. Chriſt.	XVII.	ibid.
Audith (*Nicol.*) Generalis Carmelitar.	XVI.	ibid.

	Clar. Sec.	*Pag.*
S. Audoenus Rothomag. Epiſcop.	VII.	709.
(*Joan. Hugo*) Jeſuita.	XVII.	711.
Andomaro, *vid.* Sant-Omerius.		ibid.
Aveillon (*Joan. Joſeph.*) Congreg. Oratorii.	XVIII.	ibid.
Avelden, *vid.* Auguſtinus.		ibid.
Avellaneda (*Didac. de*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
Avellar (*Franc. de*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
Avellinus (*Andr.*) Theatinus.	XVII.	ibid.
Avenarius (*Joan.*) Cizenſis Superintendens.	XVI.	712.
Avendana (*Jac.*) *vid* Abendana.		715.
(*Iſaac.*)	XVII	ibid.
Avendaño (*Alphonſ. de*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Chriſtoph de*) Carmelita.	XVII.	ibid.
(*Petrus de*) Commiſſar. S. Cruciatæ.	*eod.*	714.
(*Sebaſt. de*) Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
(*Didac. de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Avene (*Joan.*) Germanus.	XVI.	ibid.
Avenport (*Chriſtoph. d'*) Ord. Recollect.	XVII.	715.
Aver (*Lamb.*) Jeſuita.	XVI.	716.
Averaria (*Anton.*) Carmelita.	*eod.*	717.
Averbachius (*David*) Superintendens Bornenſis.	XVII.	ibid.
Averoult (*Anton d'*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Averſa (*Raph.*) Præpoſ. Generalis Cleric. Regul.	*eod.*	718.
Aveugle (*Joan. Jun. l'*) Oratorii Presbyter.	*eod.*	ibid.
Avezan (*Joan. de*)	XVII.	ibid.
Avezzanus (*Sebaſt.*) Carmelita.	XVI.	ibid.
Auſrerius (*Steph.*) Juriſconſ.	*eod.*	ibid.
Augerii (*Amalr.*) Auguſtinianus.	XIV.	719.
Augerius (*Edm.*) Jeſuita.	XVI.	ibid.
Augery (*Gaſpar*) Protonot. Apoſtol.	XVII.	721.
Augier (*Petrus*) Gallus.	*eod.*	ibid.
Auguſta (*Nicol.*) Ord. Prædic.	XV	ibid.
vid. David. & Hermannus.		ibid.
Auguſtini (*Marcell.*) Jeſuita	XVII.	ibid.
Auguſtino (*Proſper de*) Sacerdos ſecularis.	*eod.*	ibid.
(*Gregor. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Hilarius à S.*) Carmelita.	*eod.*	712.
(*Michael à S*) ejuſd. Ord.	*eod*	ibid.
(*Octavius de*) Abbas & Protonot. Apoſtol. &c.	*eod.*	ibid.
(*Dominic. de*) Sacerdos.	*eod.*	ibid.
(*Maria Magad à S.*) Sanctimonialis Ord. Carmelitiſſ.	*eod.*	ibid.
S. Auguſtinus (*Aurelius*) Hipponenſis Epiſcopus. [Vid. & verb. *Aurelius.*]	V.	712.
Cantuar. Archiep.	VII.	774.
Auguſtinus de Aſcoli, Erem. Auguſtin.	XIV.	776.
de Cremona, ejuſd. Ord.	XV.	ibid.
Placentinus, ejuſd. Ord.	XVI.	ibid.
Alveldenſis, Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
Papienſis, Canon. Regul. Congreg. Lateran.	*eod.*	ibid.
(*Joan.*) Eremit. Auguſt.	*eod.*	ibid.
Mantuanus, Canon. Regul. Congr. S. Salvat.	*eod.*	777.
Genuenſis, Capucinus.	*eod.*	ibid.
(*Joan.*)	*eod.*	ibid.
(*Anton.*) Tarracon. Archiep.	*eod.*	ibid.
(*Joſeph.*) Jeſuita.	XVII.	779.
Genuenſis, Capucinus.	*eod.*	ibid.
(*Joan.*) Italus.	*eod.*	ibid.
Bagienſis, Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Einſidlenſis Abbas.	*eod.*	780.
Narbonenſis, Capucinus.	*eod.*	ibid.
vid. Bagorius, Favaronibus, Fortunius, Juſtinian, Patricius, Steuchus, Triumphus.		ibid.
Auguſtis (*Camillus de*) Sacerdos.	XVI.	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Auguſtodunenſis [*Jacob.*] Capucinus.	XVII.	780.
Auguſtus Dux Brunſwicenſis.	*eod.*	ibid.
[*Hieron.*] vid. Avoſt,		ibid,
Aubadi Maragah, Perſa.	XIII.	ibid.
Aviano [*Marcus de*] Capucinus.	XVII.	ibid.
Avianus [*Chriſtian.*] Germanus.	*eod.*	ibid.
[*Hieron.*] Profeſſor.	*eod.*	781.
Avigador Karah. Judæus,	XIV.	ibid.
fil. Moſis,	XVI.	ibid.
Judæus, Sacerdos.	*inc.*	ibid.
Bar Natban, Judæus.	*inc.*	ibid.
Avila [*Joan. de*] Apoſtolus Andaluſia-		
nus *dictus*.	XVI.	ibid.
[*Franc de*] Canonicus.	*eod.*	783.
[*Franc.*] Epiſcop. Aſcul.	*eod.*	ibid.
[*Alphonſus de*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
[*Alphonſus de*] alius.	*eod.*	ibid.
[*Ferdin. de*] Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
[*Nicol. de*] Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
[*Stephanus de*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
[*Ludov. de*] Erem. Auguſt.	XVII.	784.
[*Franc. de*] Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
[*Julianus de*] Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
[*Didac. de*] Ord. S. Trinit.	*eod.*	ibid.
[*Felix de*] Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
[*Joan. Roa de*] Ord. Canon.		
Regul. Auguſt.	*eod.*	ibid.
[*Auguſt. Berna de*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
[*Joſeph. Maria de*] Ord. Prædic.	*eod.*	785.
[*Joan. de*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
vid. Davila & Gonzalez.		ibid.
Aviles [*Gaſpar de*] Monachus Ord.		
S. Bened.	*eod.*	ibid.
[*Petrus de*] Jeſuita.	*eod.*	ibid.
Aviñone (*Bartholom.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Aviſon [*Joan. d'*] Juriſconſultus.	XVI.	ibid.
Avitabile [*Cornelius de*] Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
[*Blaſius*] Advocatus.	XVIII.	ibid.
Avitus Presbyter Bracarenſis.	V.	786.
[*Alcimus Ecdicius*] Vienuenſis		
Epiſcop.	VI.	ibid.
Aula (*Jacob.*) Gallus.	XVI.	788.
Aulber (*Joan. Chriſtoph.*) Germanus.	XVIII.	ibid.
Auliſius (*Joan. Domin.*) Theol.		
Doctor.	XVII.	ibid.
d'Aulmont, Ord. Minorum.	*eod.*	ibid.
Auni (*Abrah.*) Syro-Neſtorianus.	IX.	ibid.
Avogader, *vid.* Advocatus.		789.
Avogadra (*Ludovica*) Soror Ord. Prædic.	XVII.	ibid.
Avonius (*Dionotus*) Erem. Auguſt.	VII.	ibid.
[*Joan.*] Carmelita.	XIV.	ibid.
Avoſt (*Hieron. d'*) Gallus.	XVI.	ibid.
Aurai Mahometanus.	*inc.*	ibid.
Auratus (*Petrus*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
[*Joan.*] Profeſſor.	*eod.*	792.
[*Franc.*] Prior Eccleſ. Lugdun.	XVII.	ibid.
Aurbach (*Joan. de*) Presbyter.	XV.	ibid.
Aureliaco (*Durandus de*) Ord. Prædic.	XIV.	ibid.
Aurelianenſis (*Joan.*) Cardinalis.	XVI.	794.
Aurelianenſes alii, *vid.* Orleans.		795.
Aurelianis, *vid.* Ægidius (*Joan.*)		
& Allodia.		ibid.
Aurelianus Lemovicenſis Epiſcop.	III.	ibid.
Arelatenſis Epiſcopus.	VI.	ibid.
[*Petrus*] Erem. Auguſt.	XVI.	796.
Aurelius Antoninus (*Marcus*) Imperator.	II.	ibid.
S. Pontii Socius.	III.	798.
Carthag. Epiſcop.	V.	ibid.
Auguſtinus, *vid.* S. Auguſtinus		
p. 712. & 799.	IV. & V.	
Limarienſis, Erem. Auguſt.	XVI.	800.
(*Joh. Bapt.*)	*eod.*	ibid.
(*Abraham*) Gallus.	XVII.	ibid.
(*Ludov.*) Italus.	*eod.*	ibid.

	Clar. Sec.	Pag.
Aurelius (*Petrus*) vid. *Joan. Verger.*		
de Hauranne.		800.
(*Petrus*) alius, *vid.* Aurelianus.		ibid.
(*Ægidius*) Syndicus Holmenſis.	XVII.	ibid.
Aureolus (*Petrus*) Ord. Minorum,		
Aquenſis Archiep.	XIV.	801.
Auria (*Vincent.*) J. U. Doctor.	XVIII.	805.
(*Anton.*) Jeſuita.	*eod.*	806.
Auribelli (*Martialis*) Ord. Prædic.		
Magiſter.	XV.	ibid.
Auriemma (*Thomas*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
Auriſaber (*Ægid.*) Carthuſianus.	XV.	807.
(*Ægid.*) Carmelitanus.	XVI.	ibid.
(*Joan.*) Germanus.	*eod.*	ibid.
Aurifex (*Nicol.*) Carmelita.	XVI.	ibid.
Auriflos, *vid.* Auriſaber.		ibid.
Aurigny (*Ægid.*) Gallus.	*eod.*	ibid.
Avril (*Franc. d'*) Jeſuita.	XVIII.	808.
Avrillon (*N.*) Ord. Minimorum.	*eod.*	ibid.
Aurimontius (*Jacob.*) Nomen ſuppoſi-		
titium *Jac. Kellers* Jeſuitæ.	XVII.	ibid.
Aurinus (*Vincent.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Aurivillius (*Olaus*) Suecus.	*eod.*	ibid.
(*Petrus*) Profeſſor.	*eod.*	ibid.
(*Olaus*) Suecus.	XVIII.	809.
Aurnhammer, *vid.* Awrnhammer.		ibid.
Aurogallus (*Matth.*) Profeſſor.	XVI.	ibid.
Auſilia (*Hieron.*) Sacerdos.	XVII.	ibid.
Auſoles (*Jacob. d'*) vid. *la Peyre.*		ibid.
Auſonius (*Decius* vel *Decimus Magnus*)		
Burdigalenſis.	IV.	ibid.
Auſten (*Andr.*) Germanus.	XVII.	813.
Auſtria (*Arnold. de*) Carmelita.	XIII.	ibid.
Autharus (*Phil. Ludov.*)	XVII.	ibid.
Autpertus (*Ambroſ.*) Abbas S. Vin-		
centii Ord. S. Bened.	VIII.	ibid.
Abbas Caſſin. ejuſd. Ord.	IX.	815.
Autiſſiodorenſis, *vid.* Guilielmus de		
Seligniaco.		ibid.
Autorianus, *vid.* Arſenius.		ibid.
Auvergne (*Petrus d'*) vid. & Alvernia		
p. 361. & Arvernia.		ibid.
Awdraham (*David*) Judæus.	XIV.	ibid.
Auubau (*Isaac*) Jud. Rabb.	XV.	ibid.
Auubab (*Elias*) Judæus.	XVII.	816.
Avuinaa (*Aidanus*) p. 871. &	VII.	ibid.
Auvræus Doctor Sorbon.	XVII.	ibid.
Auvray (*Joan.*) Presbyter.	*eod.*	817.
Auvré (*Bened. d'*) Ord. Ciſterc.	*eod.*	ibid.
Awrnhammer (*Domin.*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
Aux (*Ludov. Diaz de*) Hiſpanus.	XVI.	ibid.
Auxbœuff, *vid.* Adboves.		ibid.
Auxilius.	IX.	ibid.
Auximanus (*Nicol.*) Ord. Minorum.	XV.	818.
Axel (*Jean. Honor. van*) Advocatus.	XVII.	ibid.
Axonius (*Joach.*) J. U. D.	*eod.*	ibid.
Ayala (*Petrus Lupus de*) Comes Cubicul.		
Regis Hiſpan.	XV.	ibid.
(*Martin. Perez de*) Archiep.		
Valentin.	XVI.	819.
(*Balth. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	820.
(*Philip. de*) Ord. Minorum.	XVII.	ibid.
Faxardo (*Joan. de*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
Ayala (*Anton.* de) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Lucas Fern. de*) Ord. Prædic.	*eod.*	ibid.
(*Didac. Curle de*) Hiſpanus.	*eod.*	ibid.
Aybertus Abbas Ord. Ciſterc.	*inc.*	ibid.
Ayglerius (*Bernard.*) Cardinalis *vid.*		
Aiglerius *p.* 872. &		ibid.
Ayguanus (*Michaël*) Carmelita.	XIV.	ibid.
Aylesbury (*Thomas*) Presbyter		
Anglus.	XVII	821.
Aylett (*Robert.*) Theologus.	*eod.*	ibid.
Ayleworth (*Guil.*)	XVIII.	ibid.

Ayliffe

	Clar. Sec.	*Pag.*
Ayliffe [*J.*] Theologus.	XVIII.	821.
Ayllon (*Franc. de*) Ord. Prædic.	XVII.	Ibid.
Aylmer (*Joan.*) Epiſcopus Londin.	XVI.	812.
Aylon (*Ludov. de*) Hiſpanus.	XVII.	823.
Aymericus Placentinus, *vid. & verb.* Aimericus p. 273.	XIV.	ibid.
vid. Peyraco.		ibid.
Aymo, Ord. Ciſterc.	XII.	ibid.
Aymon (*Johan.*)	XVIII.	ibid.
Ayroli (*Jacob. Maria*) Jeſuita.	*eod.*	825.
Ayto, *vid.* Atto, Hatto & Hayto.		ibid.
Azagra (*Anton. Martinez de*) Sacerdos.	XVII:	ibid.
Azaria (*Samuel* ben) Ex-Judæue.	*inc.*	ibid.
Azarias Abu Samuel, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
Ben Ephraim, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
de Rubeis, *vid.* Aſarias p. 650. &		ibid.
Azatiel, Jud. Rab.	XV.	ibid.
Ben Menachem, Jud. Rabb.	*inc.*	ibid.
fil. Moſia, Jud. Rabb.	XVII.	ibid.
Azaro (*Anton. de*) Ord. Prædic.	XIV.	826.

	Clar. Sec.	*Pag.*
Azelinus Remenſis Monachus.	*inc.*	827.
Azevedo (*Sylveſter de*) Ord. Prædic.	XVI.	ibid.
(*Anton. de*) Erem. Auguſtin.	*eod.*	ibid.
(*Ludov. de*) ejuſd. Ord.	*eod.*	828.
(*Ludov. de*) Jeſuita.	XVII.	ibid.
(*Franc de*) Jeſuita.	*eod.*	ibid.
(*Petrus*) vid. Gonzalez.		ibid.
Azhari Mahometanus.	*inc.*	ibid.
Azitores (*Andreas de*) Ord. Ciſterc.	XVI.	ibid.
Azli Mahometanus.	*inc.*	ibid.
Aznar (*Hieron*) Erem. Auguſt.	XVII.	ibid.
(*Paulus de*) Ord. SS. Trinit.	*eod.*	ibid.
Azor (*Joan.*) Jeſuita.	*eod.*	829.
Azpilcueta (*Martinus de*) Canon. Regul. S. Auguſt.	XVI.	ibid.
Azrak (*Joan.*) Syrus Neſtorianus, Hirtæ Epiſcop.	VIII.	ibid.
Azzoguidi (*Petrus*) Canonicus.	XV.	ibid.
(*Valer. Felix*) Bononienſis.	XVIII.	ibid.
Azzolinus (*Joan.*) Cleric. Regul.	XVII.	833.
(*Decius*) Cardinalis.	*eod.*	ibid.

INDEX CONCILIORUM,

SYNODORUM, COLLOQUIORUM &c.

	Pag.
ABrincatenſe in Normannia A. 1172.	35.
Adanenſe in Armenia minori circa A. 1316. vel 1310.	211.
Adrumetinum in Africa A. 394.	119.
Ænhamenſe in Anglia A. 1009.	132.
Africanum I. (*Carthaginenſe*) *Jul.* A. 402.	137.
II. *Septemb.* A. 401.	ibid.
III. A. 407.	ibid.
IV. A. 408.	ibid.
V. A. 409.	ibid.
VI. A. 410.	ibid.
VII. A. 551.	ibid.
VIII. A. 592.	ibid.
IX. A. 603.	ibid.
Agathenſe in Gallia A. 506.	240.
Agathenſis Diœceſis Confer. Eccleſiaſt. A. 1695.	ibid.
Agaunenſe I. in Burgundia A. 515.	141.
II. A. 888.	ibid.
Agrippinenſe in Germania A. 346.	160.
Airiacenſe in Gallia A. 1020.	275.
Albienſe in Gallia A. 1254.	224.
Alençonienſis in Gallia Synodus A. 1637. *vid.* Amyta'due.	ibid.
Alexandrinum in Ægypto I. A. 230.	310.
II. A. 300. vel 302, 306, 308.	ibid.
III. A. 315, vel 322.	ibid.
IV. A. 314.	ibid.
V. A. 339. vel 340.	ibid.
VI. A. 362.	ibid.
VII. A. 363.	ibid.
VIII. A. 399. vel 400. 402.	ibid.
IX. A. 430.	ibid.
X. A. 633.	ibid.
Alexandrina Synodus A. 453.	ibid.
Alnenſe in Anglia A. 709.	341.
Altemburgenſe in Germania Colloquium A. 1568.	347.
Altinenſe in Italia A. 802.	352.
Ambergenſis in Germania Conſulis & Senatus, A. 1576.	372.
Ancyranum in Galatia I. A. 325.	429.
II. A. 358.	ibid.
Andegavenſe in Gallia I. A. 453.	433.
II. A. 1269.	ibid.
III. A. 1279.	ibid.
IV. A. 1336.	ibid.
V. A. 1365.	ibid.
VI. A. 1448.	ibid.
Angarienſe, *ſeu* Sangarienſe in Bithyniâ A. 391.	457.
Anglicanum I. A. 756.	465.
II. A. 904.	ibid.
III. A. 969.	ibid.
IV. A. 1071.	ibid.
V. A. 1075.	ibid.
VI. A. 1093.	ibid.
VII. A. 1095.	ibid.
VIII. A. 1167.	ibid.
IX. A. 1341.	ibid.
Anhaltinorum Theologorum Confeſſio A. 1581.	468.
Anicienſe ſeu Podienſe in Velaunia A. 1130.	470.
Anſanum in Gallia I. A. 1025.	479.
II. A. 1070.	ibid.
III. A. 1100.	ibid.
IV. A. 1112. duoque alia A. 990 & 994.	ibid.
Antiochenſe in Caria A. 368.	490.
Antiochenum I. A. 252.	ibid.
II. A. 265. vel 266.	ibid.
III. A. 270.	ibid.
IV. A. 330.	ibid.
V. A. 341.	ibid.
VI. A. 345.	ibid.
VII. A. 356.	491.
VIII. A. 357.	ibid.
IX. A. 360.	ibid.
X. A. 363.	ibid.
XI. A. 378. vel 380.	ibid.
XII. A. 443.	ibid.
XIII. A. 447.	492.
XIV. A. 1136.	ibid.
Antverpienſe A. 1576. & A. 1610.	505.
Aquenſis in Provincia Synodus A. 1585.	520.
Aquileienſe I. A. 381.	523.

Aquileienſe

Pag.
Aquileienſe II. A. 553. 524.
III. A. 698. ibid.
IV. A. 1184. ibid.
Aquiſgranenſe I. A. 789. 516.
II. A. 797. ibid.
III. A. 799. ibid.
IV. A. 802. ibid.
V. A. 809. ibid.
VI. A. 816. ibid.
VII. A. 828. ibid.
VIII. A. 836. ibid.
IX. A. 842. 527.
X. A. 860. ibid.
XI. A. 862. ibid.
XII. A. 1022. ibid.
Arauſicanum in Gallia I. A. 441. 531.
II. A. 519. ibid.
Arelatenſe in Gallia I. A. 314. 541.
II. A. 353. ibid.
III. A. 452. ibid.
IV. A. 455. ibid.
V. A. 475. ibid.
VI. A. 524. ibid.
VII. A. 554. ibid.
VIII. A. 813. ibid.
IX. A. 1110. ibid.
X. A. 1234. ibid.
XI. A. 1267. 542.
Ariminenſe in Italia A. 359. 560.
Armachanum in Anglia A. 1158. vel 1171. 567.
Armenum A. 435. 569.
Armoricum in minori Britannia Concilium A. 1079. 575.
Arvernenſe in Gallia I. A. 535. 648.
II. A. 549. ibid.
III. A. 587. vel 588. ibid.

Pag.
Arvernenſes Synodi A. 590. & 1095. 648.
Aſchaffenburgenſe in Germania A. 1292. & 1447. 651.
Aſturicenſe in Gallæcia A. 446. 667.
Arrebatenſes Synodi A. 1015. 1490. 1570. 1588. 694.
Attiniacenſe in Campania I. A. 822. 698.
II. A. 834. ibid.
III. A. 870. ibid.
Audomarenſe in Belgio A. 1099. 711.
Audomaro-Pontanum in Normannia A. 1279. ibid.
Avenionenſe I. A. 1209. 715.
II. A. 1210. ibid.
III. A. 1270. ibid.
IV. A. 1279. ibid.
V. A. 1282. ibid.
VI. A. 1326. ibid.
VII. A. 1337. & alia A. 1457. 1505. 1594. ibid.
Auguſtana Confeſſio A. 1530. 721.
Auguſtanum Concilium A. 951. ibid.
Auguſtodunenſe I. A. 663. 780.
II. A. 1094. ibid.
Aurelianenſe I. A. 511. 793.
II. A. 533. ibid.
III. A. 538. ibid.
IV. A. 541. vel 541. ibid.
V. A. 549. ibid.
VI. A. 645. ibid.
VII. A. 1017. ibid.
Auſcenſe Concilium I. A. 1068. 809.
II. A. 1279. ibid.
III. A. 1300. ibid.
IV. A. 1308. ibid.
Auſonenſe Concilium A. 1068. ibid.
Autiſſiodorenſe Concilium I. A. 578. 815.
II. A. 695. ibid.
III. A. 1147. ibid.

MAGNA

MAGNA
BIBLIOTHECA
ECCLESIASTICA,
SIVE NOTITIA
SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
VETERUM AC RECENTIORUM;
Ordine Alphabetico digeſta.

A

AGARDUS (*Nicolaus*) Danus Wiburgo-Cimber, Lutheranus, Academiæ Soranæ Bibliothecarius, ac in Univerſitate Hafnienſi Eloquentiæ Profeſſor: Obiit anno 1657.

SCRIPTA:

1. *De Stylo novi Teſtamenti.* Soræ 1655. in 4.
2. *Animadverſiones in Ammianum Marcellinum.* Ibid. 1654. in 4.
3. *Diſp. in Tacitum.* Ibid. 1650. in 4.
4. *Diſput. de ignibus ſubterraneis ſuper Juſtinum.* Ibid. 1653. in 4.
5. *Diſp. in Ciceronem de optimo genere Oratorum.* Ibid. 1647. in 4.
6. *De Nido Phœnicis ex Lactantio*: extat cum *Diſp. de uſu Syllogiſmi in Theologia.* Hafniæ, 1647. in 4.
7. *De Republica gerenda.* Soræ, in 4.

* *Bartholin.* de Script. Dan. p. 102. *Le Long* Biblioth. Sacra, p. 590. *Savonar.* Orbis deſcript. *Tom. II.* p.407. c. 2.

AAGE (*de l'*) Edidit Gallicè Sec. XVI.

Meditationes in Pſalmum CVII. Sedani, 1612. in 8.
* *Lippen.* Bibl. Real. Theol. Tom. II. p. 604.

AALSTIUS (*Johannes*) & *Paulus* STEENWINCKEL Miniſtri Evangelii in Hoornar & Schelluynen; qui claruerunt Sec. XVII. Opus quoddam vernaculâ linguâ ediderunt adverſus *Baltazar. Beckerum* ſub hoc titulô

Zeedige Aanmerkingen, Waarin de Gronden, &c. id eſt:

Annotationes modeſtæ, in quibus fundamenta, iiſque innixæ ratiocinationes, Celeber. V. D. Baltazaris Beckeri, circa naturam & operationes ſpirituum, ad verbi Divini normam examinantur. Dordraci, apud Theod. Goris, 1693. in 8.

In eo opere Autores ſupradicti refellere ſuſcipiunt quæ parum orthodoxè ſcripta videntur in Libro *Beckeri* cui titulus eſt: *Le Monde enchanté*, i. e. *Mundus Faſcinatus.*

Præfatio Libri, rationes continet, quibus Autores ad ſcriptum hoc edendum inducti fuerunt. *Prima* eſt ardor ille omnibus naturalis, ex numero faſcinatorum, quo nomine *Beckerus* à ſe diſſentientes indigitat, ſe eximendi, quod ſperant fore, ſimul atque demonſtraverint, abſque ullo rationis & veritatis detrimento contrariam *Beckero*, ſententiam credi & defendi poſſe. *Secunda* ratio, quæ Autores noſtros ad ſcribendum excitavit, eſt provocatio eorum, qui *Gulberti Voetii* veſtigiis inſiſtentes, dogmata *Johannis Coccii* & *Renati Carteſii*, quæ Autores noſtri magni faciunt, averſantur, & ex iis errores *Beckeri* originem ſuam trahere, atque eapropter *Coccejanos* ad refutationem eorum præ aliis obligari, præ ſe ferunt. *In genere* de hôc Librô dici poteſt, quod ſummâ cum moderatione ſit ſcriptus, & quod Autores id, quod in Præfatione in ſe receperant, reipſa præſtiterint. Stylus eſt clarus, nitidus, purus, omnia, ipſos terminos artis, verbis Belgicis exprimens. * *Vid.* Acta Erud. Lipſ. *an.* 1693. *p.* 313.

AARHUSIUS (*Jacobus Matthæus*) claruit Sec. XVII. Hujus extant

1. *Exilium Pietatis*, Lugd. Bat. 1627. in 4.
2. *Grammatica, Reth. Dialect. S. S. de Tropis Sacræ Scripturæ*, vel *Introductio ad Sacram Scripturam.* Hafniæ in 4.
3. *Tractatus de uſu Philologiæ.* Ibid. 1635. in 4.

* *Lippen.* Tom. II. p. 879.

AARON (*Abraham*) claruit Sec. XVI. & Scripſit juxta *Wolf.* in *Bibl. Heb.* Tom. I. p. 114.

Epiſtolam de Senſibus S. Script. in quâ de argumentis Cabbaliſticis, potiſſimùm verò dedecem *Sephiroth* & *Populô Iſraelitico* diſſerit, atque hâc occaſione va-

ria Scripturæ loca illuſtrat Cabbaliſticè; *in fol.* cum Expoſitione R. *Schabtai Schaphtel.*

R. AARON (*Abraham*) Fil. *Menachem* Bacharacenſis, qui aliàs vocatur R. *Aharon Chaſan*, vixit Sec. XVII. Scripſitque

Urim & Thummim (Exod. XXVIII. 30.) qui eſt liber aſceticus & moralis; precesque nonnullas in calce exhibet. Amſtelod. 1653. in 4.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 32.

R. AARON *Abiob*, ſeu *Ariob*, Judæus, claruit exeunte Sec. XVI. Scripſitque

Schemen Hammòr, *Oleum Myrrha* (ex Eſth. II. 12.) *ex Rabb. Comment. collectum*; ſeu *Comment. literalem in lib. Eſther*, Theſſalonicæ editum, A. C. 1601. in 4.

* *Le Long* p. 590. *Wolf.* B. H. Tom. I. pag. 113.

R. AARON *Abu Aldari*, fil. *Gerſon*. Scripſit Hebr.

Comment. in Pentateuchum, cum tribus aliis R. *Sam. Almoſmuo*, R. *Jac. Kniſal*, & R. *Moſ. Albelda*. Conſtant. in fol.

* *Wolf.* B. H. Tom.I. p. 114.

AARON Ben *Aſer*, Rabbinus admodùm celebris, inveniendis Literarum Hebraicarum punctis & accentibus operam dedit, ut nonnulli putant, nec exiguam hoc labore laudem adeptus eſt. Hujus operis ſocium habuit *Jacobum* ben *Nephtali*, cujus memoria hoc nomine non parum etiam inclaruit. Uterque Seculo V. vigebat. *Genebr.* in Chron. ad an. 476. *Serrarius* Lib. 1. c. 8. *de Rabb.* Sunt tamen viri quidam doctiſſimi qui Seculo XI. tantùm floruiſſe hos Rabbinos contenderunt, inter quos Cl. *Buxtorfius* Lib. 1. de Orig. punctat. * *Baſnag.* Hiſt. Jud. Tom. 5. p. 1511.

De illo *L. Cappellus* L. III. Crit. Sacr. *Buxtorfius* in Anticr. p. 513. *Hottingerus* in Theſ. Phil. *Joannes Leuſden* in Philol. Hebr. p. 117. Vocatur à *Julio Bartoloccio de Celleno* in ſuâ *Biblioth. Magnâ Rabbinicâ* Tom. I. p. 93. R. *Aharon Bar Berabbi Moſe* de Tribu *Aſſer*, jungitque eum cum R. *Moſe* ben *David* de Tribu *Nephtali*: Ibi obſervat ſequentia:

1°. Iſtos duos viros Doctores fuiſſe celeberrimos Maſſoretas, qui *de literis & accentibus Pentatenchi* diſceptarunt; præſtantes fuiſſe in Babylonia, [illegible] cœpiſſe circa veram & genuinam Textus Hebraici lectionem & ſcriptionem.

2°. *Aharonem* non fuiſſe Tiberienſem, ut putabat *Cappellus*, nec in Palæſtinâ docuiſſe, ut aſſerebat *Leuſden* diſſ. 13. p. 117. ſed in Babylonia utrumque Doctorum citatum floruiſſe circa A. C. 1034. & creditum *Aaronem* Tiberienſem, quia ejus lectiones à Tiberienſibus & ab omnibus Synagogis per Imperium Romanum diſperſis receptæ fuerunt.

3°. Iſtos Doctores non de *punctis* & *accentibus* diſceptaſſe; ſed de *vocibus* & *literis*, de *dictionibus plenis*, *in ordine ad lectionem & ſcriptionem*: ut notat R. *Elias* præf. 3. ad Libr. *Maſſòreth Hammaſſòreth.*

4°. Eundem *Eliam* vocaſſe *Ben Nephtali* Jacobum: ſed ſe magis credere R. *Ghedalia*, qui eum vocat R. *Moſem* ben *David*.

5°. Varias lectiones *Ben Aſer*, & *Ben Nephtali* repetiri in fine IV. Tom. Bibl. Magnorum.

Joan. Chriſtoph. Wolfius Prof. Publ. Ling. Orient. Hamburg. in ſua *Biblioth. Hebraâ* ſequentia docet p. 116. &c.

α *Genebrardum* erraſſe, quando in *Chronogr.* ſub p. 181. & 451. ſcribit duos iſtos Doctores Principes fuiſſe, qui A. C. 476. in *punctis* inveniendis Tiberiade laboraverint.

β *Joan. Morinum* in *Opuſcul.* ſuis *Hebræo-Samaritícis* p. 240. eos vel circa, vel paulò poſt A. C. 940. vixiſſe, affirmare.

γ Illos non eſſe audiendos, qui binis his Doctoribus vel totum *vocalium* & *accentuum* inventum cum *Raym. Martino* in *Pugione fidei* P. 3. Diſt. 3. c. 19. vel

ſaltem illius incrementum adſcribunt, cum *Lud. Cappello* in *Arcan. Punct. revel.* & *Jo. Morino* Exercit. Bibl. *p.* 410. & *Joan. Buxtorfio* aſſentitur.

δ *Bartoloccium* confundere varietates *Ben Aſcher* & *Ben Nephtali*, cum *varietatibus*, quæ vocantur inter *Orientales* & *Occidentales*. Has *illis*, quod ad inventionem attinet, priores. *Has* circa conſonantes tantùm, *illas* circa vocales & accentus verſari: unde diverſus extat varietatum utriuſque generis Catalogus in calce *Bibl. Rabb.* Sed *Bartoloccii* erroris cauſam ex eô natam eſſe, quòd cùm ipſe videret *Orientales* Nephtalidem ſequi, *Occidentales* verò Aſcheridem, indè conjeceriſt, lectiones Orientalium & Occidentalium κατ' ἐξοχὴν ſic dictas, à lectionibus *Ben Aſcher* & *Ben Nephtali* non eſſe diſtinguendas.

Iſti *Ben Aſer* tribuuntur

1. *Brevis Inſtitutio de Accentibus*, quæ extat in calce *Biblior. Rabbinic.*

2. *Grammatica* eidem adſcribitur in *Raym. Mart.* Pug. fid. *P.* 2. *p.* 277. ſed ſuſpicatur *Buxtorfius* pag. 264. de *Punctorum Antiq.* pro *Ben Aſcher* legendum eſſe *Ben Eſra.*

R. AARON *Berachia* fil. R. *Moſche*, fil. R. *Nehemia* Mutinenſis, claruit Sec. XVI. ſcripſitque Librum ſub titulo

Maavar Jabbòk, *Vadum Jabòk*: Librum Moralem & Aſceticum, qui *tractatus quinque* continet. * *Bartoloc.* p. 89. num. 151. *Wolfius* in B. H. Tom. I. p. 117.

1. Inſcriptum, *Liphthe Tzedech*, Labia Juſtitiæ, ex Prov. XVI. 13. In cap. 40. diſtinctum, *de ratione & officio viſitandi ægrotos, precibus apud eos recitandis*, & *ceremoniis in momento mortis, in ſepulturâ, poſt eam* &c..

2. Inſcriptum, *Sephàth Emeth*, Labium veritatis ex Prov. XII. 19. Habet cap. 37. in quibus *de animâ, quid ſub diſceſſum ejus à corpore agendum ſit? quomodo cadaver tractandum, & veſtibus induendum?* &c.

3. Inſcr. *Siphthè Renanòth*, Labia hymnorum *ſeu* præconiorum, ex Pſ. LXIII. 6. Habet cap. 46. circa idem ferè argumentum, ac præterea, *quid poſt diſceſſum animæ agendum ſit illis, qui morientibus præſentes ſunt*, quid *ſentiendum de percuſſione ſepulcbri*; additis *ſingul. cerimoniarum rationibus.*

4. Inſcr. *Athar Anàn-Hakkettòreth*, Vapor nebulæ ſuffimenti, ex Ezech. VIII. 11. qui tripartitus deprehenditur. α *Ordo conditura aromatica ſuffitus*, de *precatione in luctu funebri*, de *ſuffitu in veteri lege ordinato* &c. cap. 8. β *Oblatio afflictionis*, quomodo vir ſapiens teneatur legere aliquid de *Miſchna*, de *precibus veſpertinis*, de *munditie manuum*, de *homicidâ* & *interfectô*: Ubi aliquot ſcripturæ loca de hâc materiâ expenduntur: capp. 7. γ *Oblatio*, ſeu *Munus Aaronis*, de *precibus* & *ſupplicationibus*; de *ratione legendi ſacrum Codicem per omnes hebdomada dies*; de *pœnâ infernali*; *operibus miſericordia*; *prophetiâ*; de *feris & beſtiis poſt diem Judicii*, quas putans non interituras: Utrum *lupus habitabit* cum agno? &c. de *Lege ſcripta*; de *Oraculo.*

5. Eloquia jucunda, *Imrè nòam*, ex Prov. XV. 26. de *Argumentis Cabbaliſticis*, de *ritibus*, & *variis ad animam ſpectantibus.* Mantuæ, A. C. 1616. in 4. in Domo R. *Juda Samuel. de Peruſia.* In principio Libri extat præfatio *Authoris*, quam ſequuntur quædam carmina in ejus laudem, nec non Libri, compoſita à R. *Gerſ. Iſr. Katzighino.*

Ejuſdem eſt alius Liber, cui titulus:

Meguire baſchachar, *Excitantes Auroram*: de *precibus & officio vigilum Matutinorum.* Mantuæ prodiit.

R. AARON *Cohen*, id eſt *Sacerdos*, Dalmata, Raguſanus, mortuus ante annum 1656. nepos R. *Salomonis Obef*, unde & vocatur *Aaron Cohen Obef*: Hujus eſt

Zekàn Aharòn *Barba Aaronis*, ex Pſ. CXXXIII. 2. qui cum alio Libro *Salomonis Obef* prodiit Venetiis, A. C. 1651. & 1657. in fol. *Hebr.* apud Commiſſ. Vindraminum. Uterque exhibet Commentarium literalem & allegoricum in Pentateuchum, & ex parte quoque Pro-

Prophetæ, Hagiographa & Tractatus quidam Talmudici explicantur.

Hunc Librum *Bartoloccius* in Addend. Tom. I. p. 739. c. 1. & in Tom. IV. n. 1869. tribuit R. *Aaron* B. *Joſeph Saſoa*; Vid. & *Le Long* in Bib. Sacr. Tom. II. p. 591. *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 122.

R. AARON *Cohen*, quem *Lunelenſem* faciunt, vixiſſe creditur A. C. 1334. Illi tribuuntur Libri Morales; quorum alter hoc titulo ornatur:

1. Orchòth Chaiim haarùch, *Semita vitæ longæ* quo *Bartoloccius* poſt *Plantavitium* varia vitæ monita, & ſententias morales comprehendi monet: *alter*

2. Jorè Daàth Haaruch, *Demonſtrans ſcientiam prolixè*; qui Liber etiam Ethicus eſt.

Alium ei adſcribit *Bartoloccius*, cum titulo

3. Sepher Toledòth Aharon: *Librum Generationum Aaronis*; Moralem itidem & Concionatorium: ex Theſſalon. ſed *Aaroni Piſaurenſis* eſſe hunc Librum tuetur *Wolfius* quem vid. in B. H. Tom. I. p. 122. & *Bartoloccium* in Bibl. Rabb. Tom. I. p. 92. n. 157.

R. AARON *Cæcus* (Judæis *multæ lucis*) claruit Sec. XVI. commemoratur à Cl. *Wolfio* in B. H. Tom. I. p. 128. tanquam Autor Libri, cui titulus:

Cidarn, quo continentur *carmina* & *rhythmi*. Mant. A. C. 1566. in 8.

R. AARON f. *Chaiim*, f. *Abraham*, Judæus, Archi-Synagogus Feſſæ & Marochi, qui claruit an 1609. Scripſit

1. *Lea Aharòn*, id eſt, *Cor Aaronis*: duos *Commentarios in lib. Joſuæ & Judicum* quorum alter literalis, allegoricus alter. *Bartoloccius* ait eſſe *Comm. in Prophetas priores*. Peod. Venetiis, A. C. 1609. in fol.

2. *Korbàn Aharon*, id eſt, *Oblationem Aaronis*. Ibid. 1609. in fol. *Comment. in Libr. Siphra*, qui eſt *Comment. in Leviticum*: Hujus Libri quidam crediderunt Authorem eſſe *Judam Bar Elai*, qui tempore *Adriani* vixit; alii, R. *Judam Hakadoſc*; alii R. *Akibam*: alii *Rìa* diſcipul. R. *Jannai*, qui in Babyloniam deſcendit A. C. 219.

3. Modos Aaronis, *Middòth Aharon* de 13. modis R. *Iſmael* interpretandi Scripturam. Venetiis, apud Job. de Gara, 1609. in fol.

* De illô vid. *Bartolocc.* Tom. I. p. 90. n. 154. *Le Long* Tom. II. p. 590. *Wolf.* in B. H. Tom. I. p. 118.

R. AARON fil. *Eliæ*, Karæus, qui dictus eſt *Poſterior*, ut diſtinguatur ab eô qui dictus eſt *Prior*, de quô infra, patriâ Nicomedienſis, ſeu, ut in tractatu R. *Mardochæi* de Karæis, in Synagogâ Ægypti novæ natus; claruit A. C. 1346. juxta *Wolf.* vel A. 1362. juxta *Le Long.* loc. inf. cit.

Tria ſcripta huic tribuuntur, quæ in Karæorum æquè ac Chriſtianorum manibus adhuc verſantur.

1. Gan heden, *Hortus Eden*, ex Gen. II. ſeu, ut alii vocant, *Liber præceptorum*, vel *Comment. in præcepta Judaica*, in quo omnia Karæorum inſtituta per 25. tractatus ita exponuntur, ut ſubind. R. *Sal. Iſaacides* (*Raſchi*) & *Abra Ezra* confutentur. Horum indicem præbet *Joh. Goth. Schupartus* in *Diſſert. de Karæis* p. 63. Extat Hebr. MS. in *Bibl. Leyd.* cod. 14. pag. 405. cod. 21. p. 406. *Catalog.* in fol.

2. Keter Tora, *Corona Legis*; *Commentarius in Pentateuchum*, in quo ſæpiùs in *Aaronem Priorem* animadvertit. Extat ibid. MS. *vid.* Catalog. p. 286. Hujus ut & prioris Libri Latinam verſionem ſperari à ſe juſſit *Joh. Andr. Danzius* Prof. Jenenſis.

3. Gnets Chaiim, *Arbor Vitæ*, ex Gen. II. *Commentatio Philoſophica & Theologica*, ad exemplum *Maimonidæ* in *More Nevochim* quem ſubinde confutat.

* De hiſce legi poſſunt R. *Mardochai* Tractatus de *Karæis* p. 144. 145. 146. *Joh. Gothofr. Schupartî* Diſſertatio de eâ ſectâ p. 63. 70. 74. *Triglandius* de eâdem, p. 186. *M. Chriſtoph. Langhauſen* de menſe veterum Hebræor. Lunari; *Joh. Meyeri* Prolegomena ad Seder Olam p. 189.

Alii Libri ei adſcribuntur, ut

4. Noſter Emounin, *Servans fidem*, ex Pſ. XXXI. 24. de *fundamentis Legis*: cap. CXI. abſolvitur. Mſc. extat in *Cat. Bibl. Leydenſ.* p. 287.

5. Dine haſchita, de *ritu mactationis*. Extat ibid. p. 285.

6. *Commentarius* in *Iſaiam*, uſque ad cap. LX. Hebr. quem *Aaroni* filio *Joſephi* adſcribendum ſuſpicatur Cl. *Wolfius* in B. H. Tom. I. p. 114. ſeq. Hunc in præf. *Bibl. Leyd.* extare docet *Le Long* Tom. II. p. 590.

R. AARON fil. *Eliezer* Præſes Senatûs in Synagogâ Zemphelburgenſi Poloniæ Majoris, clarus Sec. XVII. ſcripſit

Oblationem Aaronis, Compendium omnium rituum qui traduntur in libro *Chataat Aaroa*, nec non de rebus licitis & illicitis. Amſtel. A. C. 1647. in 8.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 116.

AARON *Franco Pinhero*, Hiſpanus, claruit Sec. XVII. patriâ linguâ ſcripſiſſe dicitur à *Wolfio* p. 129. Tom. I. Bibl. Hebr.

Lunarium perpetuum ſupputatum. Amſtel. 1657. in 4.

AARON *Hariſcoa* vid. ſub Nomine AARON fil. *Joſeph Caraita.*

R. AARON *Haſſivoni*, vixit Sec. XVII. memoratus à *Wolfio* in B. H. Tom. I. p. 128. ut potè cujus extant

Animadverſiones quædam in Librum *Precum Judaicarum*, inſertæ *Palatio Sancto* R. *Moſis bar Maimon Albas*, Amſtelodami edito, A. 1653. in 4.

AARON fil. *Joſeph* Caraita, Rabbinus percelebris, circà an. 1300. clarus, Scripſit Hebr.

1. *Commentarios* eoſque doctiſſimos in *V. Libros Moſis.* Hi Mſc. adſervantur in *Bibliothecâ Regis Chriſtianiſſimi* Cod. 37. *& in Bibliot. Sacerdotum Oratorii Pariſienſis*: Codex ſcriptus A. M. 5054. C. 1294. nec non in *Leydenſi*, Codd. 254. 99. p. 405. *Catalog.* in fol. Latinè reddidit *Joh. Danzius*, Jenæ 1710. in fol. *vid.* Le Long *loc. inf. cit.*

2. *In Prophetias Eſaiæ et Jeremiæ*: qui etiam Mſc. adſervantur in *Bibl. Lugd. Batavâ.*

Sunt quibus idem ille eſt ac *Aaron Hariſcoa*, Caraitarum ſectæ etiam addictus, cujus extat

Grammatica Hebraica Conſtantinopoli edita an. 1581. hunc præferens Titulum: *Chelili Jophi*, i. e. *Præſtans pulchritudine.*

Rabbinus hic noſter inter eruditiſſimos Veteris Teſtamenti interpretes à Judæis meritò recenſetur. *Morin.* Exercit. Bibl. *Simon.* Hiſt. Crit. *Hiſt. Jud.* Edit. Paris. 1710. Tom. VII.

Cæterùm putatur dictus *Hariſcoa prior*, ut diſtinguatur à *poſteriore* de quô ſupra, f. *Eliæ.*

Chriſt. Wolfius dicit p. 119. *Bibl.* ſuæ *Hebr.* fuiſſe artis medicum, ſed juxtà R. *Mardochæum, fuiſſe ſapientem admirandum, Theologum & Sanctum Dei*, (quo nomine martyres appellare ſolent Judæi:) Vixiſſe non in Germaniâ, ut vult Cl. *Baſnag.* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 1865. ſed Conſtantinopoli.

Ejus *Commentarius in Pentateuchum* vocatur *Mibchar Selectus*: vel juxta *Bartoloc. Piraſi al hattorà*: quædam excerpta V. C. *Jo. Lud. Frey* Prof. Baſileenſis edidit cum Verſione ſuâ Latinâ & notis; undè manifeſtum fit interpretationes ejus plerumque literales, & Grammaticales eſſe, rariſſimè allegoricas, interdum ex traditionibus Rabbaniſtarum deſumptas. In eum Commentarium nonnulli Karæi commentati ſunt.

Ordinem precum, *Sidre Tephillot*, Aaronem illum integritati ſuæ reſtituiſſe, ac *Canticis rhytmicis* exornaſſe aſſerit *Mardochæus* p. 144. eumque Librum Venetiis A. C. 1500. lucem vidiſſe.

Scripſit præterea juxta *Le Long* in Bibl. Sac. Tom. II. p. 590.

1. *Comment. in Lib. Joſuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Iſaiæ*, ex Arab. linguâ in Hebr. verſum. Extat in *Bibl. Leydenſ.* codd. 9. 30. 63.

2. *Comment. in Pſalmos David.* Hebr. *Ibid.* codd. 4. 27.

Nec non, teſte *Bartoloccio* Tom. I. p.92.n.156. ſub nomine *Aharon* ben *Joſeph.*

1. *More Aharon*, idest, *Doctor Aaronis,* in quo *Talmudicarum fabularum vanitatem* refutat.

2. *Ets chaiim*, id eſt *Lignum vitæ*, quo *de articulis Fidei Caraitarum* fusè pertractat.

Vid. plura apud *Wolf.* in B. H.p.119.

R. AARON fil. *Joſeph Saſon*, Princeps Synagogæ Theſſalon. alias *Aaron Saſon* juxta *Wolf.* in B.H. Tom. I. p. 122. Scripſit

1. *Torath emeth*, id eſt, *Legem veritatis*, (ex Pſ.CXIX, 142.) excuſ. ſecundò Venet. A. C. 1626. in fol. apud Petr. Aloyſ. & Laur. Bragadinum. Quo 232. *reſponſiones Legales* continentur ad quæſtiones de venditione & emptione rerum, commodato & conducto: duabus partibus. Initio Libri poſt Præfationem R. *Joſephi.* filii ſui cautum eſt ab 8. Rabbinis Synagogæ Venetiarum ſub pœnâ excomunicationis, ne quis per decennium hunc librum imprimere, vel imprimi curare auderet.

Eidem tribuitur & alius Liber quem *Aaroni Berachiæ* Bartoloccius; Titulus

2. *Sephat emeth*, i. e. *Labium veritatis*, (ex Prov. XII. 19.) quo Libro explicari dicunt *Toſephot Gemara*: recuſus eſt Liber Amſtel. an. 1706. in 8. & *Bartoloccius* obſervat illum Authorem abbreviate vocari *Haròſch.* vid. *Bibl. Rab.* Tom. I.p.91. n. 155.

3. *Barba Aaronis*: Librum hunc de quo ſub tit. AARON *Cohen* adjudicat noſtro laud. *Bartoloc.* in Tom. IV. n. 1869.

R. AARON *de Domo Levi*, Barcinonenſis, Iudæus, obiit A. C. 1292. teſte *Le Long* p. 590. at juxta *Bartoloc.* Tom.II.p.846. An. 1293. Author eſt

Catechiſmi (*Bartoloc.* vertit *Hachinuch* per *Initiatum*, ſeu *Enceniatum*, aut *dedicatum*) quo exponuntur 613. præcepta, omneſque ritus eò pertinentes ex Jureconſultis, & ritualibus Judæorum libris, *Venet.* A. C.1523. & 1600. apud Dan. Bombergum. Extat etiam mſc. in *Bibl. Vatic.* Compilata eſt hæc Epitome ex operibus R. *Iſ. Alpheſi*, *Harambàm* & *Ramban*, ſecundùm ordinem *Pentateuchi.* (Cl. *Wolfius* in B. H. Tom. I. p. 123. *Bartoloccium* carpit, quod vocaverit hunc Authorem (p. 90.) *Aaronem Zalaba*, non recordatus hâc ſolenni Judæis formulâ, votum hoc exprimi *Zicrono Lechaie haggolam habba*, h. e. *Memoria ejus ſit ad vitam futuri ſeculi*: Cl. *Joan. Henr. Hottingerus* Libro hoc maximè uſus eſt in *Comment. de Juro Hebr.* Tiguri edito, ann. 1656.

. Author *Schalſchelèth* hunc *Aaronem* ex Principibus natum, & Barcinone *Toletum* A. C. 1285. veniſſe aſſerit.

R. AARON *Levita* fil. R. *Joſeph.* f. R. *Benbeniſta*, f. *Joſeph*, f. *Iſaaci*, f. *Zerachiæ*, f. *Schem Tou Levitæ*, Scripſit

Bedeck Habbaith, *Fiſſuram*, ſeu *Rupturam domus*, (ex 2. Reg. XII. 17.) Eſt *Comment.* in Librum R. *Salom. Ben Adderèth*, Thoràth Habbàith *Legis Domeſtica.* Diligenter inſequitur textum Authoris, & ſi quid in eo ſciſſum, defectum ſupplet & reſarcit. Hujus Libri ora *interior* noſtri *Aaronis* animadverſiones, *exterior* verò oppoſitam reſponſionem, quam alii diſcipulo cuidam *Salomonis*, alii ipſi *Salomoni*, tribuunt, exhibet: Prodiit cum Libro ipſo, Venetiis A.1608. In fol. apud Joan. de Cara.

* *Bartoloc.* Tom. I. p. 93. n. 158. *Wolf.* B. H.Tom. I. p. 124.

AARON *Levita* alius, qui vixit Sec. XVII. edidit *Pentateuchum Hebr.* Amſtelod. A. 1670. in 12.

* *Wolf.* B.H. Tom. I. p. 125.

AARON *Levita*, aliàs *Antonius Montezinius* Luſitanus, Villefleurii natus, atque in Indiis ſeculo ſuperiori medio peregrinatus eſt; unde poſtea reverſus Amſtelodamum, *Menaſſen ben Iſraël*, & Judæos alios adiit, de decem tribubus adhuc ſuperſtitibus multa narrans, (a) occaſionemque ſuppeditans ſcribendo libro, quem ſub titulo *Spes Iſraelis* edidit *Menaſſe.* Vixit ille *Aaron* Sec. XVII.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 125.

(a) Relat. hanc exploſit *Theoph. Spizelius*, in libro quem inſcripſit *Elevatio Relationis Montezinianæ* Baſileæ, 1661. in 8.

R. AARON Magnus Cabbaliſta, Princeps *h. e.* Archi-Academicus Babylon. Scripſit duos Libros *Cabbaliſticos*, quorum

1. *Sepher hannekùd*, Liber punctuationis.

2. *Sepher Happardes*, Liber Paradiſi.

De his ſit mentio in fine Libri *Jetzirà*, editionis Mant. A.C. 1562. in 4. ut indicat *Bartoloccius*, Tom. IV. p. 467.n. 1870. vid. & *Wolf.* in B. H. Tom. I, p. 128.

AARON *Margalitha*, Solcovienſis, Doctor quondam inter Judæos Polonos, hinc Lugduni Batav. ad Reformatos converſus, inde in Marchiam tranſlatus, & Doctor Antiquitatum Judaicarum in Academiâ Viadrinâ conſtitutus, poſtea verò Berolini, tum in aulâ Hanoveranâ, & Academiâ Hallenſi verſatus, ac tandem Hamburgi 1712. 9. Octobr. Sacra Lutheranorum amplexus, Scripſit

1. Minchat Aharon, *Oblationem Aaronis*, ſive *Tractatum de paſſionibus Chriſti* ad Jeſ. LIII. Latinè. Francof. ad Viadrum A.1706. in 4. & Berolini, poſteaque Halæ, 1711. in 4.

2. *Diſſertationem de Jure Proditoris ex Tur Choſchen Miſchpath* cum notis *in fol.*

3. *Tractat. Talmudicum Chagiga* cum Comment. *Jarchii* Latinè vertit, notiſque explicavit.

4. *Inſtitutiones de Libro Legis* ex *Tur Joro Dea.*

5. *Septem calamos Candelabri* (Exod. XXV.) *h. e.* ſeptem quæſtiones *de regno & officio Chriſti ad ſolvendum propoſitas & ſolutas.*

6. *Nucleum Doctrinæ Chriſtianæ*, Linguâ Germanicâ.

7. *Annotationes Cabbaliſticas in Oration. Dominicam.*

8. *Annotationes in varia Scripturæ loca* ex Scriptis Talmud. & Rabb.

9. *Angeli fœderis divinam perſonalitatem & incarnationem demonſtratam.*

Elaboravit verſionem latinam Libri *Juchaſin* cum notis.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 124.

R. AARON f. *Moſis*, Pater domûs Judicii in Synagoga Vermiſana, vixit adhuc A. C. 1680. & ſcripſit

1. *Pectorale Aaronis*, quo Libro in Compendio proponit ritus & inſtituta in *Arba Turim* tradita.

2. *Veſtes Aaronis*, h. e. *Conciones allegoricæ & ſubtiles in Pentateuchum.*

3. *Baculum Aaronis*, (Exod. VII. 12.) *Comm. in Haggada*, ſive *Rituale Paſchatis.*

Tria hæc tanquam Mſc. laudantur à R. *Schabtai*, quorum ultimum prodiit Francof. ad Mœn. A. 1678. & 1710.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 123.

AARON Italus, *Piſaurenſis* in Umbria, Judæus, clarus A.C. 1581. Scripſit

1. Toledòth Abaròn, *Generationes Aaronis*, (ex Num. III. 1.) Eſt *Index locorum totius S.Script. quæ in Talmude Babylonico adducuntur.* Indicantur capp. Codicum, fol. & col. ubi reperiri debeant. Excuſ. cum *Concordantiis Hebr.* R. *Iſaaci Nathan*, Friburgi, apud Ambr. Frobenium, A. C. 1581. in fol. Baſileæ, 1587. Venetiis, 1583. ac poſtea an. 1591. apud Bragadinos; ſed in hâc indicantur tantùm *loca Pentateuchi*, & V. parvorum Voluminum, additis etiam locis trium librorum, ſcilicet *Zohar*, *Akedàth* & *Ikarrim*, ubi eadem loca pariter explicantur. In *Colleg. Neophyt. Romæ* reperitur Mſc. in 4. ſine nomine Auctoris.

2. *In Pentateuchum & quinque Meghillòth* cum additionibus. Venetiis, A. C. 1591. & Amſtelod. 1652. in 4.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p.128. *Le Long* p.590. *Bartoloc.* Tom. IV. n. 1871.

R. AARON

R. AARON f. *Schemuel*, (*Samuelis*,) Wilnenſis, pater domûs Judicii Synagog. Francof. & Cracov. mortuus A. C. 1679. Scripſit Libb. IV. Scilicet

1. *Fidem Samuelis*, (ex 1. Sam. III. 20.) *Quæſtiones & reſponſa in ordinem Even Eſer*. Francof. ad Mœnum, 4. 1699.

2. *Benedictionem Sacrificii* (ex 1. Sam. IX. 13.) *Animadverſiones in* Gemaram, *Commentariumque* Raſchi *in eandem*, *&* Toſephot *Codicis* Kodaſchim. *Amſtelod.* 1669.

3. *Benedictionem Samuelis* (ex 1. Sam. IX. 13.) *Conciones in Legem* à filio *Zevi Hirtz* editæ. Francof. ad Mœn. 1682. fol.

4. *Ornatum Samuelis*: *Commentarium in* Gemaram, Raſchi, Toſephot, *novas obſervationes rituales in* Arba Turim. *Wolfius* dicit eum Librum prodiiſſe *Francof.* in 4. ſed tantùm complecti quæ ad *Choſchen Miſchpath* explicandum pertinent.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 130. *Le Long* p. 591.

R. AARON f. *Schemuel*, f. R. *Moſis Schalom*. Sec. XVII. Scripſit

1. *Spiraculum Adami*, (Gen. II. 7.) *de anima*, *inde à primo ejus in mundum introitu*, *ejuſdem perfectione*, *& vitâ rectè agendâ*, *de ſeculo futuro*, *præmio & pœna*. Hanov. A. C. 1617. in 4. Hunc Librum ferè totum in Latinum idioma convertit *Hilarius Prache*. Scripſit &

2. *Beer Scheba*, (ex Joſ. XV. 28.) ſed quo de argumento neſcire ſe fatetur *Wolfius*, quem vid. in *B. H.* Tom. I. p. 130.

R. AARON *Ben Schemuel* vel *Samuelis*, Judæus, Sec. XVII. inclinante clarus, ſcripſit

Domum Aaronis, i. e. *Indicem locorum Biblicorum*, ſecundum ordinem librorum & capitum Codicis Sacri, ita diſpoſitum, ut appareat in quibus libris ſinguli loci explicati ſint. Collectioni huic, Concionatoribus & Interpretibus, ut aiunt, perquam utili, decem ſe annos impendiſſe teſtatur Author. Produit *Francof. ad Viadrum*, apud Becmañum, A. C. 1690. fol. *Hebr.*

Idem *Aaron* dicitur commentatus eſſe in *Maſoram magnam*, quod ſcriptum non produit.

* *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 130.

R. AARON *Selig*, f. *Moſche* (*Moſis*) Salcovenſis, Judæus, ſcripſit librum in 5. partes diſtinctum, ſub titulo

Columnæ ſeptem, Cracoviæ editum in fol. *Hebr.* in quibus

α Animadverſiones in *Zohar* antiquum & novum.

β Tractatus qui in Majori *Zohar* deſiderantur.

γ Indicem locorum *Zohar* utriuſque, quæ in Libris aliis ſunt explicata.

δ Indicem locorum *Tikkunim*, ubi & illa explicantur.

ε Varietates lectionum *Zohar*.

* *Le Long* p. 591. *Wolf.* B. H. Tom. I. p. 118.

A B.

ABA Ben *Schelomo Bumſla*, clarus Sec. XVII. ſcripſit teſte *Wolf.* in B. H. Tom. I. p. 2.

De Arcanis Animæ, ubi de animâ, de percuſſione ſepulchrali, de reſurrectione mortuorum diſputatur. Septem partibus. Amſtel. A. C. 1652. in 4.

De Percuſſione ſepulchrali legi poſſunt *Elias Levita* in Thisbi. *Chriſt. Gerſon* Talmud. Jud. Par. 1. c. 36. p. 311. *Joh. Buxtorf.* in Synag. Judaic. c. 49. Lexic. Talmud. pag. 698. *Zachar. Grapius* in diſſert. ſingulari, Roſtochii, 1699. editâ.

ABACUC. *Vid.* HABACUC.

ABAD. *Bartoloccius* n. 4. dicit poſt *Plantavitium* in Biblioth. Rabbin. n. 148. eum ſcripſiſſe Librum ſub titulo

Hadràth Kodeſc, *Decor ſanctitatis*, (ex Pſ. XXIX. 2.) Sed utrumque falli prætendit Cl. *Wolf.* in B. H. Tom. I. p. 2.

ABADI vel EBNAL-ABADI, Scripſit Librum Arabicum cui titulus

Aacab-Alketab, in quo agitur de variis gradibus pœnarum quas peccatoribus minatur Alcoranus. * *Morerius* p. 5. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

ABADIE. *Vide* ABBADIÆUS.

ABÆLARDUS. *Vide* ABELARDUS.

ABAI-HOUSSAIN f. *Beddr*, fr. *Abbaz*, obiit Anno Hegiræ 981. Author eſt libri, Alcorani contradictiones conciliantis, cui titulus *Aſſar fil Kelaf*. * Morerius *p.* 5. ex *Bibl. Orient.* Herbelotii.

ABARBANEL. *Vid.* ABRABANEL.

ABARCA (*Petrus de*) Aragonenſis ex Jaca urbe, Jeſuitarum ſodalis, docendæ ſacræ ſcientiæ deditus, ferè ſemper vixit in collegiis *Pinciano* & *Salmantino*, ſcripſitque Sec. XVII.

1. *Tractatus Theologicos de ſcientia Dei*, *de concordia*, *de voluntate*, *de prædeſtinatione*, *de Trinitate*, *de Incarnatione*, *de perfectionibus Chriſti*. Item

2. *Hiſtoria de los Reies de Aragon*. h. e. *Hiſtoriam Regum Aragoniæ*.

* Nic. Antonii *Bibl. Hiſp. nov.* Tom. II. p. 130.

R. ABBA vixit Sec. XVI. Hunc ſcripſiſſe dicit *Bartoloccius* p. 1.

Biour, ſeu *Vocabularium*, vel *Explicationem vocum difficilium & peregrinarum quæ in Talmude extant*. Cracoviæ f. A. 1543.

Veretur Cl. *Wolphius* (in B. H. Tom. I. p. 1.) ne ex ſequenti *Abba*, id eſt *Abraham Ben Aſcher*, cujus extat illuſtratio partis τῶν Rabboth, ſit confictus iſte liber.

R. ABBA ſcripſit *Commentarium ſuper primos duos libros* Rabboth *i. e.* in *Geneſim* & *Exodum*, quem MS. Romæ in Collegio Neophyt. 10 4. extare teſtatur *Bartoloccius*, p. 1. ſed credit *Wolphius* (in *B. H. Tom.* 1. *p.* 1.) *Bartoloccium* malè eum diſtinguere à R. *Abrahami* Ben *Aſcher* (de quo dicemus) in eundem librum Commentario.

R. ABBA *Mori bar Moſche*, qui Sec. XIV. ineunte claruit juxta Cl. *Wolphium*, ſed juxta *Bartoloccium* (p. 2.) An. 1100. ſcripſit librum ſub titulo

Minchath Kenaòth; *Munus Zelotypiarum* (ex Num. V. 15.) in quo continentur Epiſtolæ familiares ad R. *Salomonem* Ben *Adderoth*, & alios Rabb. ſcriptæ, quibus Auctor improbat & confutat Legem, quâ Synagogæ Barcinonenſes, A. C. 1304. caverant, ne quis ante 30. ætatis annum (*Schalſcheleth* habet 25. *Bartoloccius* 20. numerat) Philoſophiæ Gentilium operam daret. Judæi eam Philoſophiam abominabantur: vid. Cod. *Sotà* c. 9. §. 14. *Bava Kama* c. 7. *Conſt. l'Emp.* in notis p. 176. *Georg.* *Urſinum* in Antiq. Academicis Hebr. p. 314. *Guiliel. Heinric. Vorſtii* notas ad *Zemach David* p. 255. Epiſt. Hebraic. *Buxtorfii* &c. Librum *Abba Mori* MS. extare Romæ in Colleg. Neophyt. docet *Wolphius* in *B. H. Tom.* 1. *p.* 2. nec non in *Biblioth. Oxon.* ut patet ex ejus *Catalog.* p. 431.

ABBADIÆUS (*Jacobus*) Gall. *Jaques Abbadie*, Sacræ Theologiæ Doctor, Cathedrali Eccleſiæ Laonenſis (vulgò *Killalow*) in Hiberniâ, Decanus, natione Gallus, in Urbe *Naio* (Nay) *Bearnenſis* provinciæ natus eſt A. C. 1658. Qui cùm egregiam literis tùm humanioribus tùm ſacris operam dediſſet *Podiolauri*, *Salmurii*, *Pariſiis*, ac demùm *Sedani*, Doctoris Theologi lauream hâc in ultimâ urbe conſecutus eſt; nec ideo tamen Sacro Miniſterio initiari, dignus licet, prætemporum difficultate, potuit. Verùm *Berolinum* accitus, paucis ante revocatum Nannetenſe edictum annis, Ordinationem ibi ſuſcepit, relictâ ſcilicet cum Galliarum Regis permiſſu Galliâ; ac *Berolinum* deductus ab illuſtr. Comite *Eſpenſeo*, (d'Eſpenſe) Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Equite Primario, qui cùm *Pariſiis* degeret, Gallum V. D. Miniſtrum ſecum adducere juſſus fuerat. Quæ *Berolini* tunc temporis erat Gallicana Eccleſia, paucis ſanè membris

conſtans, in quôdam dicti Comitis ædium Cubiculô congregabatur; at Ser. Elector vetus Palatii ſui Sacellum reſtaurari brevi juſſit, ut in eò Gallico idiomate Sacra Concio haberetur, eique Ser. ejuſdem filii aliquandò intereſſe poſſent. Primus itaque eo in Sacello Concionem habuit Doctor noſter, in quo & Galli Sacra inpoſterum fecêre, dum in vivis fuit Ser. Elector.

Summâ apud Potentiſſimum illum Principem gratiâ valuit *Abbadiæus*, nec parum ipſe è Galliâ profugorum res in Aulâ Brandemburgicâ juvit. Superſtite etiam Electore *Friderico Gulielmo* Annis 1684. 1686. 1688. iter in Hollandiam ſuſcepit, ibique tum conciones nonnullas de quibus infra in Operibus dicetur, tum egregium opus *de Veritate Religionis Chriſtianæ* typis mandari curavit, plaudentibus viris in Republicâ litterariâ Illuſtriſſimis, *Jurieo*, *Bælio*, *Baſnagio de Beauval* &c. Mortuo Electore, & Mareſcallo *Schombergio* cui cariſſimus fuerat *Abbadiæus* in Britannicam expeditionem advocato à *Guilielmo* III. brevi & ipſe *Abbadiæus* à *Schombergio* in Britannicas inſulas advocatus eſt, quem in Hiberniam (*Irlande*) brevi ſecutus eſt. Eo tempore inter ipſos armorum ſtrepitus, Ethices Tractarum Gallicum, cui titulus fuit *l'Art de ſe connoitre ſoi même*, exaravit, qui paulo poſt in Anglicam linguam translatus fuit. *Schombergio* in pugnâ ad Boinam An. 1690. occiſo, Londinum ſe contulit *Abbadiæus*, & Eccleſiæ Gallicæ quam Sabaudicam vocant (*l'Egliſe de la Savoye*) miniſterio addictus eſt, donec ob infirmam valetudinem cœlum mutare cupienti, Laonenſis decanatus (*le Doyenné de Killalow*) in Hiberniâ illi conceſſus eſt, ubi reliquum vitæ tempus exegit ad annum uſque 1727. 2. Oct. quo vita excelſit.

S C R I P T A:

1. *De Veritate Religionis Chriſtianæ*, Gallicè, Roterod. apud Reinerium Leers, 1684. in 8. 2. Voll. *Editio altera auctior*, ibid. 1688. & 1700. Lugd. Et alibi ſæpiùs. Editionem etenim *quintam* memorat *Joh. Alb. Fabricius* (*a*) Roterodamenſem, ann. 1715. 2. vol. in 12. apud Bohm & Levier; *ſextam* ann. 1719. 8. Prodiit etiam Anglicè per H. L. i. e. *Lambertum* Drumorenſem (*de Dromore*) in Hiberniâ Epiſcopum. *Lond.* 1694. 8. & Germanicè cum notis inſignibus & prolegomenis C. L. *Billerbeckii*, Conſil. Regis Britan. in Civit. Cellenſi. *Francof.* 1713. & *Lipſ.* 1721. Hoc autem opus falsò tribui *Joanni La Placette* oſtendit laud. *Fabricius*.

Partibus duabus conſtat hic Tractatus. In 1. deſcenditur ab hac Propoſitione. *Deus eſt*, ad illam, *Jeſus Mariæ filius, eſt Meſſias promiſſus*. In 2. aſcenditur ab hac propoſitione, *Sunt hodie Chriſtiani in mundo*, ad illam, *Deus eſt*: Undè cuilibet colligere facilè liceat *Religionem Chriſtianam veram eſſe*. Cœterùm nulla hic eſt Controverſia, nulla partium affectatio: omnes ac ſingulas Chriſtianiſmi Sectas æquo animo Auctor defendit. Propoſiti magnitudinem ſtylus aſſequitur, ut nullus dudùm prodierit Liber, in quo plus roboris & ingenii, major ratiocinandi & eloquentiæ vis eniteat; teſte *Bælio*, Novel. Reipub. Liter. Menſ. *Octob.* & *Novemb.* 1684. p. 857. Vide & *Acta Erudit. Lipſ.* 1685. Menſe Martio, p. 126.

In Galliâ eruditiſſimis Pontificiis etiam probatum fuit opus illud, & *Spanhemio* Brandenburgici Electoris apud Chriſtianiſſimum Regem legato dixit aliquando Dux *Montauſerius* (*le Duc de Montauſier*) ſe id unum dolere quod Berolini, non Pariſiis degeret libri illius Autor. Eximium quoque de eodem Libro judicium tulit Dn. Abbas *Houtevillius*, ubi dixit *ſolidiorem hoc de argumento Tractatum ſcripſiſſe inter Reformatos* Abbadiæum: *Atheos*, inquit ille, *Deiſtas ac Socinianos propugnavit* &c. Vid *Diar. Erudit.* Aptil. 1722. p. 372. ubi recenſetur *Houtevillii* Tractatus de Religione Chriſtianâ.

2. *Triumphus Providentiæ ac Religionis* &c. 4. voll. Series eſt libri prioris, licèt alio ſub titulo: de illo vid. præclarum elogium in *Bibliotb. Anglic.* Tom. XV. p. 277. Idem videtur eſſe liber qui infra ſub n. 16.

3. Epiſtolarum *de Præſentiâ Reali Corporis Chriſti in Euchariſtiâ* Liber Unicus, *Gallicè*, Hagæ-Comitum, apud Abrahamum Troyel 1685. in 12. Has altum ingenium redolere ait idem Bælius *Novell. Reip. Liter.* 1685. Menſe *Aprili*. Extant itidem Epiſt. IV. cum *Collectione Gallicâ variorum Tractatuum de Euchariſtiâ*, in *Tom. I. p.* 111. *& ſeqq.* Roterodami, apud Fritſchium & Bohme, 1713. in 12. 2. vol.

4. *Conciones de Proteſtantium perſecutione*, Hagæ-Comitum 1686. & alibi decies & quater recuſæ.

5. *Caracteres Chriſtiani & Chriſtianiſmi*, ſive *Conciones* III. *de variis Scripturæ Sacræ Argumentis*, Gallicè, Hagæ-Comitum 1686 & 1697. in 12. apud Abr. Troyel. In 1. agitur *de Spiritualitate Cultûs Divini*. In 2. *de Calamitatibus quibus homo per Evangelium exponitur*. In 3. *de renovatione eorum qui Chriſto Jeſu addicti ſunt*. Sublimia argumenta, ait idem Bælius *Novel. Reip. Liter.* 1686. Menſ. *Mart.* in quibus ſublime ingenii faſtigium mirè pandit *Abbadiæus*.

6. *Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Encomium*, Gallicè. *Berol.* & *Roterod.* apud Rein. Leers, 1684. in 4. de quo vid. *Bælii* Nov. Reip. Litt. *Menſ.* Aptil. 1684. p. 218.

7. *De Divinitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti*. Gallicè, *Roterodami*, apud Leers, 1689. in 12. & 1690.

Inſiſtit in hoc opere eruditus Author iiſdem principiis quibus in præmemorato tractatu *de veritate Religionis Chriſt.* exiſtentiam Dei, ejuſque cognitionem naturalem primò, deinde revelatam, tam in Judaiſmo quam Chriſtianiſmo ſtabilivit; negatque fieri poſſe, ut qui illa admittat, de æternâ divinitate Chriſti diſſentiat: Argumenta ſua in *quinque ſectiones* diſtinguit, quarum I. (Capp. IV.) demonſtrat, ſi ex hypotheſi adverſariorum, quam deteſtatur, Chriſtus non ſit verus Deus, Patri conſubſtantialis, ſecuturum eſſe, quod Mahometiſmus præferendus ſit Religioni Chriſtianæ, imò cum ſumma blaſphemia, Mahometem Chriſto potiorem dicendum fore. *Sect.* II. (Capp. VI.) probatur, ſtante Sociniana vel ſimili hypotheſi, à Synedrio Judæorum juſtè condemnatum fuiſſe Chriſtum, neque hodiè reprehendendos eſſe Judæos, ſententiam illam approbantes. *Sect.* III. (Capp. XII.) prius dicta pluribus deducit, erroris, ſi qui ſit, in credenda Chriſti divinitate, originem & propagationem ipſi Chriſto & ejus diſcipulis imputandam fore. *Sect.* IV. (Capp. V.) demonſtratur, cùm Religio Chriſtiana duabus veluti columnis innitatur, dictis videlicet Prophetarum & Apoſtolorum, quæ inter ſe connexa & harmonica ſunt; tolli tamen omnem illum conſenſum & nexum, ex hypotheſi illorum, qui æternam, & conſubſtantialem Deitatem Chriſti negant. *Sect.* V. (Capp. VI.) commonſtratur, ex eadem hypotheſi, & Judaicam ſive Moſaicam, & Chriſtianam religionem, à ſuperſtitione & dramatico ac theatrico luſu, imò ab ipſa magia liberari & diſtingui non poſſe. *Sect.* VI. & ultimâ (Capp. VII.) ad objectiones præcipuas reſpondet Autor, quarum tria genera facit: quaſdam ait ex ratiocinatione, alias ex analogia fidei, alias denique ex dictis Scripturæ formari: in Cap. 8. ſibi ipſi ſatisfacere conatur Autor circa difficultates in ſublimi illo myſterio obvias. (*b*)

De libro illo verba faciens *Peliſſonius* (Pelliſſon) Gallus, tunc temporis Pontificiæ Religioni addictus, in libello poſthumo quem de Euchariſtiâ ſcriptum reliquit, in haſce erumpit pro *Abbadiæo* preces: *Non tibi ſine te, Domine Jeſu, tam fortiter militatur: hunc famulum tuum, penitius illuminare digneris &c.*

8. *Ars ſui ipſius cognoſcendi*, ſive *de fontibus Ethica diſquiſitio*, Gallicè, *Roterodami*, apud Petr. van der Slaart, 1692. in 8. & 1693. in 12. Prodiit Editio ſecunda auctior *Lugduni*, apud Aniſſon & Poſuel, 1701. in 12.

Duabus conſtat *partibus* liber iſte; in quarum 1a. (datâ definitione Ethices, ſeu Scientiæ morum, quod

ſit

ſit illa *Ars regendi cor virtute, ac felicitatem, rectè vivendo, ſibi parandi.*) tractatur (Capp. IX.) de hominis natura ac fine, perfectionibus, officiis, ac viribus. In 2ª. (Capp. XIX.) corruptionis humanæ origo inquiritur; agiturque de amore proprio, ejus affectuum viribus, ac amplitudine, deque ipſius intemperantia generatim & ſpeciatim.

* Vid. *Hiſt. Operum Erudit.* 1692. p. 506. ſeqq. *Ephem. Erud. Belg.* ejuſd. anni, Menſ. Jul. & Aug. *Biblioth. univerſ.* Tom. XXV. p. 446. *Diar. Erudit.* Tom. XXII. p. 3. & 357. ubi extat Anonymi cujuſdam Epiſtola in quâ libri hujus caput quintum, quæ ſcilicet adverſus *Carteſium* de exiſtentiâ Dei attulit *Abbadiene*, aggreditur.

9. *Gentis Britannicæ Defenſio*, Gallicè, in quâ Jura Dei, Naturæ, & Societatis, ſuper Anglicanâ Revolutione, ſolidè adſtruuntur, adverſùs Auctorem *Moniti ad Profuger.* Londini apud vid. Maller, 1692. 8. * Vide Menſ. Decemb. *Hiſt. Operum Erud.* ejuſdem Anni, p. 175. ſeqq.

10. *Panegyricus Mariæ Reginæ Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hyberniæ, Keſingtoni defunctæ die* 18. *Decembrie* 1694. Hagæ-Comitum 1695. * Vide *Ephemerid. Hamburg.* Tom. II. pag. 141.

11. *Hiſtoria Conjurationum adverſus Regem & Regnum Angliæ*, Gallicè.

12. *Conciones duæ in Coronatione* Annæ *Reginæ* & Georgii *Regis.*

13. *Oratio gratulatoria Gallorum in Angliam Profugorum ad Georgium Regem, in ejus coronatione*, Gallicè.

14. *Liturgiam Eccleſiæ Anglicanæ*, Gallicè verſam recognovit, *Londini*, apud *Varenne & du Noyer*, 1719. 8. Huic præfixa eſt *Epiſtola dedicatoria ad Georgium Regem*, quâ Encomium nullum magnificentius ac Regis Chriſtiani dignius excogitari poteſt; ſiquidem omnia in eo veritate factorum nixa, ad Deum unicè referuntur. Vide *Novellas Liter.* Menſ. *Oct. Nov.* & *Decem.* Tom. X. Part. II. Amſtel. 1719.

15. *De veritate Religionis Reformatæ*, Gallicè, *Roterodami*, apud *Caſp. Fritſchium*, 1718. 8. 2. Vol.

Hic totus eſt eruditus Autor in impugnandâ doctrinâ Pontificiâ, ac defendendâ Proteſtantium Theologiâ. Quatuor in partes diſpertitum eſt opus, quarum prima confutat doctrinam de tranſubſtantiatione; altera poteſtatem Papæ Romani; tertia purgatorium ignem; quarta denique de creaturarum, id eſt, Sanctorum, Angelorum, imaginum, crucis, & reliquiarum cultu religioſo agit, & ubique oſtendit, doctrinas Pontificias lucidè fuiſſe prædictas in Apocalypſi Joannea, cujus interpretationem ab Epiſcopo Meldenſi *J. Benign. Boſſueto* datam refellit: * Vid. *Act. Erud. Lipſ.* Suppl. Tom. VII. p. 228. *Novell. Litter.* Vol. VII. p. 142.

16. *Sigilla ſeptem à Chriſto aperta*, ſive *Providentia ac Religionis Triumphus*, Gallicè, *Amſtelod.* apud *Petrum Roger*, 1721. III. Voll. in 12. De his quæ futura ſunt in hoc opera nullo modo agitur: Oracula tantùm explicantur quæ eventu ſunt confirmata, nec quidquam de rebus noſtri temporis, nedum futuri, auctor diſſerit. Eandem quam in noviſſimo opere adſtruit Methodum, quamvis id haud probè diſſimulatum ſit in *Ephemer. Pariſ.* Hoc unum evincere adgreditur *Abbadiæus*, Apocalypſin bene intellectam, demonſtrationem eſſe veritatis Religionis Chriſtianæ, omni exceptione majorem, ſiquidem in ea reperitur Series Hiſtorica earum rerum quæ ſive in Eccleſiâ, ſive in Imperiò evenerunt à temporibus *Joannis* ad noſtra uſque tempora, imò ad finem uſque mundi, quod ad adſtruendam Revelationis Divinitatem ſufficit. Attamen, ultrà XV. Seculum non progreditur *Abbadiæus*. * Vide *Novel. Litter.* Menſ. *Jan. Febr. Mart.* Tom. XI. Part. I. p. 209. Amſt. 1720.

Cæterum Viri Clar. *Abbadiæi* Opera omnia in unum collecta, recudenda propoſuit *Londini* A. 1727. *Dunoyer* Bibliop. quatuor volum. in 4. ab Autore ſcilicet emendata, reviſa, & aucta, quibus addi debebant alia huc uſque inedita, ſcilicet

17. *Nova methodus probandi immortalitatem animæ*, Gallicè.

18. *Notæ in commentarium Philoſophicum* Petr. Bælii, Gallicè.

Verum hujus conſilii executionem impedíit forſan Autoris celeberrimi hoc ipſo anno 1727 (ut ſupra dictum) obitus. * Vid. *Biblioth. Anglic.* Tom. XV. p. 275. & ſeqq.

Notæ:

Hic non inutile erit præcipua eorum recenſere nomina, qui Religionis Chriſtianæ veritatem, præſtantiam, divinitatem defenderunt ac indicarunt, ante & poſt Celeb. *Abbadie*, ſaltem quæ nobis innotuerunt, omiſſis compluribus deperditis, quorum XXXVIII. refert nunquam ſatis laudandus Clar. *Alb. Fabricius* in Biblioth. Græc. *Vol. 7. à p. 96. ad* 100. Ex Græcis Patribus *Juſtinus Martyr*, *Tatianus*, *Athenagoras*, *Theophilus Antiochenus*, *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*, *Euſebius*, *Athanaſius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Gregorius Nyſſenus*, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus*, *Hermias*, *Theodoretus*: Ex Latinis *Tertullianus*, *Minucius Felix*, *Cyprianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, *Commodianus*, *Julius Firmicus*, *Ambroſius*, *Paulinus*, *Auguſtinus*, *Oroſius*, *Prudentius*, *Junilius Afer*. Ex recentioribus Doctoribus *Thomas Aquinas*, *Raymundus Sebundus*, *Marcilius Ficinus*, *Hieron. Savonarola*, *J. Franc. Picus Mirandulanus*, *Theod. Bibliander*, *Ludov. Vives*, *Donia. Mellinus*, *Ludovicus Granatenſis*, *Petr. Ramus*, *Phil. Mornæus*, *Eilhardus Lubinus*, *Hugo Grotius*, *Joh. Henichius*, *Joh. Cunitus Lenans*, *Simon Patrick*, *Robert. Jenkin*, *Carolus Leslie*, *Joak. Stegmannus* junior, *Jordanus Nicolaus Edenius*, *Edaard. Stillingfleet*, *Jacobus Bernardus*, *Marchio de Pianezza*, *Petr. Daniel Huetius*, *Lud. Ferrandus*, *De La Touche Boeſnier*, *Le Vaſſor*, *Diron*, *Rich. Baxter*, *Gilbertus Burnet*, *Georgius Calixtus*, *Joh. Fabricius*, *Joh. Franciſcus Buddeus*, *Chriſt. Kortholtus Chriſtianus Wolphius*, *Jac. Fayus*, *Paſchal*, *Gerardus van der Meulen*, *Caſp. Calvorus*, *Lud. Baſilide*, *Abrah. Calovius &c.* Plures alios commemorat πολυμαθέστατος *Fabricius*: *Julianum Pomerium*, *Iſidorum Hiſpalenſem*, *Gregentium* Archiep. Tephrenſem, *Æneam Gazæum*, *Johannem Damaſcenum*, *Euthymium Zigabenum*, *Joh. Cantacuzenum*, *Bartholom. Edeſſenum*, *Theophanum Nycænum*, *Nicolaum Hydruntinum*, *Matthæum Hieromonachum*, *Thaddæum Peluſiotam*, *Gennadium Conſtantinopolitanum*, *Theod. Abucaram*, *Samonam* Archiep. Gazenſem, *Andronicum Comnenum*, *Anaſtaſium* Abbatem, *Ephræmum* Syrum, *Rabanum Maurum*, ſive *Amulonem*, *Agobardum*, *Guil. Diaconum*, *Guibertum* Abbatem Novigent. *Odonem* Cantuarienſem, *Petrum* Bleſenſem, *Petrum Damianum*, *Fulbertum Carnotenſem*, *Gilbertum Criſpinum*, *Petrum Cluniacenſem*, *Gualterum de Caſtellione*. Ex recentioribus *Joh. Locke*, *Joh. Clericum*, *Joh. Witty*, *Godfredum Olearium*, *Joh. Englertum*, *Tobiam Eckardum*, *Samuelem Bochartum*, *Ægidium Hunninum*, Doctorem *Williams*, *Joh. Henricum Biſterfeldium*, *Chriſtianum Dreierum*, *Joh. Henricum Alſtedium*, *Paulum Segneri*, *Gulielmum Nicholt*, *Petrum Allix*, *Jeremiam Taylor*, *Joh. Colerum*, *Eliam Benoiſt*, *Joh. Bapt. de Roſemond*, *Joannem le Maire*, *Joſephum Hall*, *Franciſcum Gaſtrel*, *Iſaacum Jaquelot*, *Stephanum New.* Subjungit vir ille Magnus, Scriptores recentiores adverſus *Atheos* pag. 115. adverſus *Judæos* ex Judæis & ex Chriſtianis p. 125. &c. 128. &c. & contra *Mahammedanos* p. 136. de quibus etiam ſuo loco dicemus.

(a) *Syllab. ſcriptor. de Verit. Relig. Chriſt.* p. 556.

(b) Vid. *Acta Lipſ.* 1689. p. 597. *Hiſt. Operum Erudit.* Menſ. Maii 1689. *Bibl. univerſ.* T. XV. pag. 366.

ABBAS, vide ÆLFRICUS.

ABBAS (*Arnold.*) vixit Sec. XVI. Scripſit *De Operibus ſex Dierum.* Antv. 1609. * *Lippenius.*

ABBAS vulgo ABBATE (*Claudius*) Sacerdos Neapolitanus, clarus Sec. XVII. edidit Italicè teſte *Nic. Toppi* p. 65.

Hortum Spiritualem, continentem flores, & fructus exercitiorum diverſorum, circa nonnullas Divinas perfectiones. *Neapoli*, apud Franc. Girol. Colligni, 1640. in 12.

ABBAS (*Joſephus*) Alcamenſis, Ordinis Minorum S. Franciſci Paulenſis, natus 26. Februarii, anno 1602. Regulare inſtitutum amplexus eſt. In ea claruit Theologus ac Concionator doctus. Arithmeticæ fuit etiam peritiſſimus. Diù Cœnobium Alcamenſe rexit, Vicarii munere, ſummâ cum laude: & ibidem extrema clauſit 14. Decembris 1671. Edidit Italicè

1. *Guida dell Anima per la via del Cielo*, h. e. *Dux animæ ad Cœlum*. Panormi, apud Hier. Roſſum, 1646. in 12.

2. *Compendio dell' Indulgenze* &c. h. e. *Compendium Indulgentiarum gratiarumque quibus gaudent Cathedræ, Fratres & ii omnes qui Minimorum fune cinguntur*. Ibid. eod. ann. in 8.

3. *La Venuta de' Magi* &c. h. e. *Adventus Magorum ab Oriente ad Occidentem, naſcente Chriſto*. Ibid. apud Aug. Boſſium, 1660. in 8.

4. *Stato dell' Anima doppo la preſente vita*, &c. h. e. *Status animæ poſt præſentem vitam, in quo de ejuſdem ſede, adventu Antichriſti, ac Judicio univerſali*. Ibid. 1662. in 8.

Prælo parabat, teſte *Mongitore* Tom. I. p. 370.

5. *Obſervationes pro majori commoditate celebrantis*.

6. *Paſſatempo dell' Aritmetica pratica*.

ABBAS (*Laurentius*) Meſſanenſis Eques, & Sacerdos, in Deiparam Virginem ſingularem enutrivit amorem, ejuſque cultum calamo, & exemplo amplificare mirificè ſtuduit.

Extructâ Meſſanæ à fundamentis Eccleſiâ, cui titulum impoſuit, S. Mariæ à Bono Itinere, in ea, Sacellani munere, toto vitæ ſuæ tempore Cœli Reginæ inſervire non deſtitit. Doctrinâ cumulatus effulſit, ac Muſas dilexit, quarum benevolentia apud poſteros innotuit. Claruit Sec XVII. Ipſum laudant *Placidus Samperius* in *Iconologia M. V.* lib. 5. c. 12. pag. 583. *Placidus Reina* in *not. Hiſt. Meſſanæ* p. 2. pag. 528. & *Hippolyt. Marraccius* in *Biblioth. Mariana* p. 2. pag. 10. Edidit Italice

1. *Dialogum inter Magiſtrum & Diſcipulum in vitam & excellentiam ſacratiſſimæ Virginis*. Meſſanæ, apud Sarmantellum, 1613. in 12.

2. *Vitam S. Alberti* carmine eleganti conſcriptam. Florentiæ in 4.

* *Mongitor* Tom. II. p. 4.

ABBAS (*Stephanus*) Panormitanus, natus 1. Julii 1661. adoleſcens in Panormitano Clericorum Seminario, litterarū ſtudiis operam dedit: & abſoluto cum ingenii laude graviorū ſcientiarū curriculo, Philoſophiæ ac Theologiæ Laureâ in Societatis Jeſu Collegio obtinuit. Juriſprudentiæ etiam addictus, Doctoris inſignia in utroque Jure promeruit, & accepit. Ad nonnulla Eccleſiaſtici ordinis munia, ac dignitates gradatim evectus eſt, virtute, doctrina, meritiſque ſatis ornatus, nam primùm Cathedralis Eccleſiæ Panormitanæ Beneficiatus, &, ut vocant, *Vivanderius* electus, à ſacris cæremoniis fuit *Ferdinandi Bazan* Archiepiſcopi Panormitani. *Andrea Regio* Epiſcopo Catanenſi gratiſſimus, *Catanam* ab eodem acceſſitus, Eccleſiæ Catanenſis Canonicus conſtitutus eſt, ibique eximias ingenii, animique dotes abundè detexit, hinc non immerito nonnullis honoribus cohoneſtatus enituit; Examinator enim, & Judex Synodalis, Aſſeſſor, Vicarius & Viſitator Generalis, & Seminarii Catanenſis Rector ab eodem Epiſcopo delectus, ſui æſtimationem concitavit: nam doctrinâ inſigniter excultus, tum in Scholaſtica, & morali Theologia verſatiſſimus, tum etiam Cæſareis, ac Pontificiis juribus apprimè imbutus, inter doctiores ſemper eminuit. Vivit nunc (*a*) Catanæ vir eximius, eruditione, & morum integritate conſpicuus, nunquam à graviorum diſciplinarum ſtudio ſejunctus.

SCRIPTA:

1. *Theologus Principis*, ſeu *Politia Moralis Principum, Ducum, Comitum, Marchionum*. Catanæ, ex typographia Biſagni, 1700. in fol. Hoc opus laudant Monumenta Gallica Trevoltiana *anni* 1702. *tom.* 5. *p.* 171.

2. *Pax Attritioniſtarum, & Contritioniſtarum*, ſeu ad eoſdem *Epiſtola pro concordia*. Ibidem, apud eundem 1703. in 8.

3. *Gladius utraque parte acutus*, quo propugnatur Siculorum fides erga ſuos Principes, ac præſertim Philippum V. Siciliæ, ac totius Hiſpanicæ Monarchiæ Regem, & Pietas erga Sanctam Sedem Apoſtolicam, duabus Propoſitionibus. *Prima*: adeò gravem eſſe in ſubditis obligationem erga proprium Principem, ut nullam patiatur materiæ parvitatem. *Secunda*: Pontificiam dignitatem in Papa adeò firmiter ſiſtere, ut nullo excogitabili eventu poſſit, etiam per totam Eccleſiam, ſeu Concilium Œcumenicum à Pontificatu deponi. Dum *Panormi* excuderetur apud Domin. Corteſium in 4. editionem interrumpere coactus eſt.

4. *L'anno Sagro ripartito in dodeci Eſercitii ſpirituali per ogni primo Mercordi di chiaſcuni meſe, ad honore della Glorioſiſſima Vergine e Martire S. Agatha*. Catanæ apud Biſagnium, 1699. in 8.

Alia edenda moliebatur quæ in lucem emiſſurum ſpem facit *Mongitor*, præſertim

5. *Theologiæ Moralis Tractatum*.

6. *Compendium Theatri vitæ Humanæ, in tres Tomos diſtributum*.

(*a*) Hæc *Mongitor* qui anno 1714. ſcribebat. *Vid.* Bibl. Sicul. *Tom. II. p.* 207.

ABBATIA (*Paul. de*) vixit Sec. XVII. Edidit, teſte *Lippen.* Tom. II. p. 836.

Theorema Geſtorum Thamar, ad Laudem Beatæ Mariæ Virginis. Flor. 1617.

ABBATIS (*Alb. de*) vixit Sec XVII. Edidit, teſte *Lippen.* Tom. II. p. 74.

Vindicias Generales ſeu *Lapidem Lydium* contra *Caſp. Scioppium*, in 12. 1636.

ABBATISSA (*Vincentius*) Meſſanenſia, Canonicus Secundarius Eccleſiæ Meſſanenſis, pietate inſignis, claruit anno 1650. Edidit Italicè

Vitam S. Placidi. Meſſanæ, apud Jac. de Matthæis, 1654. in 4. teſte *Mongit.* Tom. II. p. 273.

ABBATIUS (*Bal. Angel.*) claruit Sec. XVI. quo in lucem emiſit

Diſcuſſarum Concertationum Theologicarum opus. Piſis, in 4. 1594. * *Lippenius* Tom. I. p. 425.

ABBATIUS *Vide* ABBOTUS.

ABBAUDUS, Abbas, Scripſit Sec. XI.

Tractatum de fractione Corporis Chriſti. Extat in *Mabillonii* Analect. p. 52.

ABBAVILLA (*Carolus ab*) vulgò *d'Abbeville*, Capucinus, Sec. XVII. clarus, edidit Gallicè

Tractatum de Sacramento Matrimonii, complectentem ad conjugatos monitiones. Pariſiis 1659. * *Dupin. Biblioth.* in *Tab. Auth. Eccl.* Tom. III. p. 176.

ABBAVILLA (*Johannes ab*) vulgò *d'Abbeville*, Gallus, Archiepiſcopus Veſuntinus, vixit Sec. XVI. In lucem emiſit

Commentarium in Canticum Canticorum. Pariſiis 1521. * *Dupin. Biblioth.* loc. ſuprà cit.

ABBEL (*Paulus*) vixit Sec. XVI. Scripſit in *Lutherum* Germanicè

1. *Abbt zu alten Zell, Schnupttüchlein auf* Luthers *Verluſt über den Kaiſerlichen Abſchrids*, 4. 1532.

2. *Kurtzer Bericht auf* Luthers *Verantwortung und Troſtbrieff an erliche zu Leipſig*. 4. 1533. * *Lippenius* Tom. II. p. 201.

ABBEN-EZRA (*Abrahamus*) Rabbinus, gente ut creditur, Hiſpanus, habitatione Rhodius, cognomento *Sapiens*, quia Philoſophus, Sæculo XII. clarus, Libros XXIV. *in Vetus Teſtamentum* compoſuit. Scripſit etiam *de Grammaticâ, Arithmeticâ, Aſtronomiâ, variiſque aliis argumentis*: Preſſus admodum fuit, & ideo paulumper obſcurus ejus ſtylus; undè ortæ *Adnotationes* nonnullæ, explanandis ipſius *Commentariis* adhibitæ. Hi unà cum *Magnis Bibliis* Venetiis ac Baſileæ editi ſunt, variis conſperſi mendis, quæ in Mſſ. Codicibus non repeĩiuntur.

Libri ejus *de Grammaticâ* Venetiis etiam prodierunt anno 1546. Omnium rariſſimus eſt qui inſcribitur *Jeſud Mora*, & cujus argumentum Theologicum potius quam Grammaticale fuiſſe creditur. Hunc Mſſ. vidiſſe ſe teſtantur *Joh. Morinus* & *Ric. Simon*.

Obiit Rabbinus noſter in Inſulâ Rhodo, anno 1217. quidam tamen volunt obiiſſe eum anno 1174. (a) Valdè tuebatur Traditiones, & vocabat Sadducæos, eos qui earum uſum negabant. * *Genebrard*. in Chron. *Sixt. Sen*. Bibl. Sac. L. 4. *Buxtorf*. de Abb. Elv. *R. Simon* Hiſt. Crit. *Morinus* Exercit. Bibl.

Vid. titul. ABRAHAM *Ben Meir Aben Ezra*, infra.

(a) Eum hoc anno defunctum demonſtrat *Baſnagius* Hiſt. Jud. T. III. p. 16.9. anno ætat. 75. unde nativitatem aſſignat ad A. 1099.

ABBO *Cernuus* dictus, S. Germani Pariſienſis Monachus, atque ut ipſe ultrò profitetur, *Aimoini* ejuſdem Cœnobii Monachi, viri, ut ea ferebant tempora, eruditi, Diſcipulus, patriâ Neuſtrius, claruit circa ann. 880. ac obſidioni Lutetiæ, quæ à Normannis circa an. 887. facta eſt, interfuit; ejuſque *Hiſtoriam* rudi, ſcabro & impolito carmine cecinit, libris tribus rem totam conficiens. Priores Carminis iſtius libros duos edidit *P. Pithœus* (qui tamen hunc cum *Abbone* Abbate Floriacenſi propè finem ſequentis ſeculi florente confundere videtur) inter *Scriptores Hiſt. Franc*. Tom. II. & exinde deſumptos *Aimoini* Hiſtoriæ ſubjecit *Jacobus Breulius* Pariſ. 1603. fol. *Tertium Librum ad Clericos ſcriptum*, quod ad Hiſtoriam nihil omnino pertineret, & ſupra modum ineptus eſſet, omittendum duxerunt. Extant porrò ſub *Abbonis* nomine

Sermones V. à *Lucâ Dacheriô* primùm editi *Spicileg*. Tom. IX. pag. 79. edit. in 4. Pariſiis an. 1669. apud Lud. Billaine, & Tom. I. p. 336. edit. in fol. Pariſ. 1723. apud Montalant.

* De illo *Abbone* Labbeus Tom. I. de *Script. Eccleſ*. p. 24. Nat. Alexander *Hiſt. Eccleſ. Sec. IX*. Cave *Hiſt. Liter*. p. 474. Du Pin *Bibl. Eccl*. T. VII. Sec. IX. p. 198.

ABBO ſive ALBO Floriacenſis, Cœnobii S. Benedicti ad Ligerim, in Epiſcopatu Aurelianenſi Abbas, gente Gallus, patria Aurelianenſis, *Lati* & *Ermengardis* filius, ſub *Wilſaldo* Abbate, in Cœnobio Floriacenſi educatus, & in Academiis Pariſienſi, Rhemenſi, & Aurelianenſi bonis literis imbutus, demum Monaſterii Scholæ præfectus eſt. Ante Annum 960. ab *Oſwaldo* Epiſcopo Wigornienſi in Angliam accitus, Preſbyteratus dignitate fuit honeſtatus, & Cœnobii Rameſcienſis à ſe nuper fundati Scholæ præpoſitus. Poſt biennium multis muneribus ditatus, Floriacum repetiit; ubi poſt *Oylboldi* mortem Abbas electus eſt: nonnullæ illi fuerunt cum *Arnulpho* Aurelianenſi Epiſcopo controverſiæ, quarum occaſione *Apologeticum* ſcripſit, in quo præſertim arguit Epiſcopos, qui Eccleſias & Eccleſiarum bona ſui juris facerent. Claruit circa an. 970. Poſt annum 986. Romam proficiſcebatur, ut privilegia Monaſterio ſuo ampliora à *Joanne* XVI. obtineret. Poſt annum 996. Romam iterum petiit, ut *Arnulpho* Rhemenſi Archiepiſcopo Sede ſua per injuriam ſpoliato apud *Gregorium* V. Pontificem patrocinaretur, utque Monaſterium Floriacenſe, Epiſcoporum Aurelianenſium ditione authoritate Pontificia eximeretur, impetravit. Anno 1004. ad Monaſterium *Squirs*, hodiè *Regulam* dictum, in Vaſconiam itinere ſuſcepto, ut res Cœnobii illius Floriacenſibus priſtino jure ſubjecti diſponeret; orto inter comites ſuos, & monachos Vaſcones tumultu, lancea ventrem transfoſſus, obiit Idibus Novembris, inter martyres a ſuis repoſitus. Hujus vitam ac mortem ab *Aimoino* Monacho Floriacenſi, diſcipulo hujus ac comite, qui præſens aderat, deſcriptam habes in *Bibliothecâ Floriacenſi*, ſtudio *Joannis de Boſco* Cæleſtini, an. 1605. Lugduni apud Horatium Cardinum publicatam.

SCRIPTA:

1. *Epitome de Vitis Roman. Pontificum* XCI. ex *Anaſtaſio* Bibliothecario excerpta. Prodiit unà cum *Anaſtaſio*, curâ *Joannis Buſæi*. Moguntiæ 1602. in 4.

2. *Vita S. Edmundi Anglorum Orientalium Regis & Martyris*, quam dum in Anglia commoratus eſt, à *Dunſtano* rogatus, ſcripſit. Extat apud *Surium* ad 20. Novemb.

3. *Collectio*, ſeu *Epitome Canonum*, à *Mabillonio* edita *Analect*. Tom. II. p. 248. Conſtat capp. 52. quorum plura ad Monaſtici ordinis defenſionem ſpectant: nonnulla etiam Regis miniſterium, & ſubditorum officium erga Principem.

4. *Epiſtola ad Abbatem Fuldenſem*, à *Baluzio* edita, *Miſcellan*. Tom. I. p. 409.

5. *Apologeticum ad Hugonem Francorum Regem pro immunitatibus Monaſterii Floriacenſis*. Extant Fragmenta apud *Aimoinum* in vita *Abbonis* cap. 8. & 9.

6. *Epiſtolæ* II. *ad Bernardum Abbatem Bellilocenſem*, quarum altera habetur integra, altera mutila, *ibid. c*. 10.

7. *Epiſtola ad Gregorium V*. Extat Fragmentum, *ibid. c*. 12.

8. *Epiſtola* hexametris verſibus ad *Othonem Imp*. ſcripta. Habetur Fragmentum, *ibid. c*. 13.

9. *Commentarius in Victorii Canonem Paſchalem* interiit, quo Cyclos annorum ab incarnatione Dominica ad ſua uſque tempora juxta veracem Evangeliorum fidem correxit *Abbo*, & ad an. circiter 1595. dilatavit.

10. *Libri Dialectici & Aſtronomici*, quos ab *Abbone* conſcriptos eſſe prodit *Aimoinus* (a), pariter interierunt.

Cæterum *Epiſtolas* aliquot *Abbonis* in Bibliotheca quadam Pariſina Mſc. nuper repertas eſſe refert *Oudinus* (b) quæ nondum prodierunt.

His addemus ex *Baleo* in Script. Britann. *loc. inf. cit*. nec non *Jac. Le Long* in Bibl. Sac. *p*. 591.

11. *Epiſtolam ad Odilonem Abbatem Cluniacenſem, de Canonibus Evangeliorum*: Vid. Codex Canon. Vet. Eccleſiæ Romanæ *p*. 406. *in fol*. Pariſiis 1687.

12. Abbonis *Apologeticum adverſus Arnulphum* Epiſcop. Aurelian. & *Epiſtolas* hactenus ineditas: Extant in eod. Codice, de quo *Acta Lipſ*. 1688. p. 230.

13. *De Cœna Domini* Lib. 1.

14. *Homilias in Evangelia*.

15. *Epiſt*. 1. *ad Regem Robertum*.

16. *Super calculo Victorii* Lib. 1. *& Additionum* Lib. 1.

17. *De motibus Stellarum* Lib. 1.

18. *De planetarum curſu* Lib. 1.

19. *Rudimenta puerilia* Lib. 1.

20. *Categoriarum Spiritualium* Lib. 1.

21. *De Computo* Lib. 1.

22. *De Evangeliis* Lib. 1.

Accuratiſſimus ſimul & elegantiſſimus eſt *Abbonis* ſtylus, aptæ & concinnæ ſententiæ. Legum Diſciplinæ & Ethices erat peritiſſimus. Ardens ejus cùm in Monachos, tum in Monaſticam vitam Studium, non paucos ei hoſtes peperit: quippe cui, ut ipſe fatetur, & Monachos tueri & eorum oppugnatores perſequi cordi ſemper fuerit.

* De *Abbone* agunt *Cave* Hiſt. Lit. pag. 503. *Du Pin*. Tom. VIII. Bibl. Eccleſ. pag. 49. *Baillet*. ad d. 13. Nov. in Tom. III. p. 206. *Baleus* Cent. XIII. p. 123.

Duo hic adhuc circa *Abbonem* obſervanda:

α In *Canonibus* quos collegit ille, mentionem fieri *Advocatorum Eccleſiæ*, de quibus vir celeb. *Pictetus* in *Hiſt. Sec. XI*. Edit. 1ª. p. 60.

β *Sigebertum* ejus mortem ad ann. 1003. referre.

De eo præter ſupra citatos legi poſſunt * *Du Cheſne* Hiſt. Gall. Tom. III. p. 345. *Sigebert*. in Catal. Script. Eccleſ.

cleſ. c. 139. & in Chron. ad A. 990. *Glaber Radulph.* l. 3. c. 2. *Car. Sauſſeius* in ſuis Annalibus Aurelian. l.4. c.8. *Franc. Pithœus* in Collect. Vet. Hiſt. Franciſcæ Script. *Voſſius* de Hiſt. Latin. c.41. *Oudinus* Tom. II. p. 509. *Nat. Alexandr.* Hiſt. Eccl. ad Sec.IX. & X. p.69.c.2.

(a) De Vit. *Abbonis* cap.3. (b) Suplem p. 319.

ABBOTUS (*Georgius*) Archiepiſcopus Cantuarienſis, gente Anglus, pannorum laneorum Tonſoris filius: Guilfordiæ natus eſt in Comitatu Suthrienſi (*a*) an. 1562. Liberalibus Diſciplinis Oxoniæ imbutus, ejuſdem Univerſitatis Gymnaſiarchus electus eſt an. 1597. Duobus poſt annis Decanatûs dignitatem in Eccleſiâ Wintonianâ adeptus, eâ potitus eſt ad annum 1609. quo in locum *Thomæ Mortonii* Gloceſtrienſis Eccleſiæ Decani ſuffectus fuit. Eò uſque, nec ampla admodum nec ſubita fuerat ejus fortuna; verùm deinceps maximos brevi progreſſus fecit: ſiquidē 3. Decembris 1609. Epiſcop. Licitfeldienſem, menſe Februario 1610. Londinenſem, & ineunte Martio ſequenti Cantuarienſem Archiepiſcopatum obtinuit, (*b*) ad has tamen obtinendas dignitates minus fortaſſe contulerunt ſumma viri doctrina, & ſcitè concionandi peritia, quam Dunbaris Comitis favor, cujus antea Capellanus extiterat. Ejus vivendi ratio omnibus æquè probata non fuit. Multorum in ipſum dicacitatem duo potiſſimùm acuerunt: alterum, nimia ejus in verbi Divini Miniſtros ſeveritas; alterum, ea quam ad *Preſbyterianorum* propagationem adhibebat conniventia. Infenſum præterea habuit *Jacobum* I. Regem, cujus conſilio obſtiterat, cum ei eſſet animus Walliæ Principem cum Infanti Hiſpaniæ matrimonio jungare. Hæc omnia, ſimul & Aulici (*c*) cujusdam odium, graves in eum procellas concitaverunt, quibus tandem obrutus, (*d*) primum in Natalem regionem ſeceſſit, deinde in Caſtellum *Croydon*, ubi ſupremum diem obiit 4. Auguſti 1633. Tumulus ejus variis ornamentis & inſcriptionibus decoratus cernitur in Eccleſia Guilfordienſi, quâ in Urbe Noſodochium, annuis redditibus aſſignatis, inſtituit. *

* *Bayle* in Dict. Crit. *Wood* Antiquit. Oxon. *Lib.* II. *p.* 79.

S C R I P T A :

1. *Quæſtiones ſex Theologicæ, totidem prælectionibus diſputatæ.* Oxoniæ, 1598. Francof. 1616. in 4. *Lat.*

In 1ª. *de Mendacio* agit ex occaſione juramenti, quod quidam in Anglia præſtabant, quamvis non crederent id quod in eo juramento continebatur, *directione ſuæ intentionis*, ut loquebantur, ſe excuſare pertendentes. Omnia mendacia prohibita eſſe tuetur Præſul, & ſequitur ſententiam *Auguſtini*: ſolummodo permittit ea mendacia, quæ meri ſunt joci, quæque qui audit, probè fabulas eſſe intelligit.

In 2ª. *de Circumciſione* tractat, Hiſtoriam filii *Moſis* à *Sephora* circumciſi refert: deinde ex hac occaſione de neceſſitate Baptiſmi, qui circumciſioni ſucceſſit, agit; quam abſolutam eſſe non credit, ita ut infans, qui non accepit, ſalute privetur; culpat adminiſtratum Baptiſmum à Laicis & fœminis.

In 3ª. *Aſtrologiæ Judiciariæ* vanitatem demonſtrat.

In 4ª. *Fideles cultibus idololatricis intereſſe non vult*: ac de reſponſo *Elizæi Nahamani* loquitur; ſed oſtendit *Eliam* ſacerdorum *Baalis* ſacrificiis adfuiſſe, ut argueret.

In 5ª. *de fuga Paſtorum tempore perſecutionis, aut peſtis*: probat factum *Pauli* fugientis Act. IX. Sententiam *Tertulliani*, qui omnem fugam prohibet, improbat: Refert *Moſis* fugam, ut & *Eliæ*, *Pharaonis* & *Jezabelis* furores vitantium. Prophetas latuiſſe, *Chriſtum* ipſum ſeceſſiſſe nè lapidibus obrueretur, & juſſiſſe Apoſtolos fugere: At oſtendit quo caſu debeat fugere, aut manere, & Epiſtolam *Auguſtini* ad *Honoratum* indicat ſuper hoc Argumento.

In 6ª. *Invehitur in eos qui Reformatos accuſant facere Deum authorem peccati, & meram eſſe calumniam probat.*

2. *Doctor Hills Reaſons for Papiſtry, unmasked*; ſeu *Rationes Doctoris Hills in gratiam Pontificiorum, retecta.* Oxoniæ, 1604. in 4.

3. *Sermones*, ſeu *Commentarius in Prophetam Jonam.* Anglicè, 1600. Londini, 4.

4. *Sermones in Iſaia cap. XL. v.* 6. Anglicè. Ibid. 1608. 4.

5. *Tractatus Geographiæ.* Anglicè, Londini 1636. & 1664. in 8.

6. *Tractatus de Perpetuâ veræ Eccleſiæ viſibilitate.* Anglicè, Londini, 1624. Huic Operi nomen non præfixit.

7. *Comment. in cap. XXX. Iſaiæ*, cum verſ. *Conſt. l'Empereur.* Leidæ, 1631. *in* 8.

8. *Hiſtoria cædis Valtolinæ*: quam *Abboto* de quo infra, adſcribunt alii * *Lippen.* Tom. I. p. 623. & alibi.

(a) vulgò *Surrei.* (b) ex *Athenis Oxonienſ.* vol. 1. (c) Dux de Buckingham (d) vid. *Hiſtorical Collections* Joan. Rushvvorth *Tom.* 1.

ABBOTUS (*Georgius*) alius, vixit circa an. 1640. Uſum literarum ei fuiſſe cum *Cyrillo* Alexandriæ Patriarchâ, conſtat ex unicâ quæ ſupereſt ejuſdem *Cyrilli* ad ipſum Epiſtolâ, ex Ægypto Cal. Mart. A. 1616. ſcriptâ, quæ adeò elegans eſt, ut deperditarum deſiderium meritò permoveat. Hujus extant Anglicè

1. *Explicatio in lib. Jobi.* 4. 1640.

2. *Commentarius* ſeu *Annotationes in Pſalmos.* Londini 1651. 4.

3. *Vindiciæ Sabbati* &c. Londini 1641. 4.

Abboto cuidam (forſan eidem) tribui legimus

α *Commonefactionem ad juventutem.*

β *Lib. contra Browniſtas.*

γ *Lac puerorum.*

δ Tractatum *adv. Epiſcopos.*

ε *Hiſtoriam trucidationis in Valtellina.* Londini 1641. & 1652. fol. *Angl.* Hanc editam notat *Ant. à Wood* Londini 1632. quam *Georgio* Cantuarienſi tribuit.

* *Balius* in Dict. Crit. *Lippen.* Tom. II. p. 109. 582. & 690. *Laſor à Varea* Tom. II. p. 560.

ABBOTUS (*Robertus*) Georgii Archiepiſcopi frater natu-major, Epiſcopus Saliſburienſis, Guilfordiæ etiam oriundus an. 1560. Oxoniæ, ut & frater, literis operam dedit, in Collegio quod vulgò *Baillol.* Is cùm Lectoris officio Wintoniæ aliquandiù defunctus eſſet, ad Miniſterium poſteà aſſumptus eſt, primumque Eccleſiæ omnium Sanctorum in eâdem Urbe, deinde in Provinciâ *Northamptonianâ* Parœciæ *Bingham* Præfectus. An. 1597. Doctoris gradum obtinuit Oxoniæ, & Capellanus *Jacobi* I. ordinarius factus eſt, à primis regni illius annis. An. 1609. dicto Collegio præfuit. Poſt triennium Regii Theologiæ Profeſſoris munus adeptus in Academiâ Oxonienſi, adeò gratam *Jacobo* Regi Prælectionum materiam elegit, *Regiam* ſcilicet *Authoritatem*, eamque à *Bellarmini* & *Suarez* cavillationibus vindicatam, tàm doctè tractavit, ut hæc ad Saliſburienſem Epiſcopatum gradus ipſi molita eſſe jure credatur. Verùm Epiſcopali dignitate non diù potitus eſt; ſiquidem ad eam promotus 3. Decembris 1615. obiit 11. Martii 1618. [*a*] Hoc de ambobus Doctorum judicium eſt, *Georgium* in dicendô ſermonis elegantiâ, *Robertum* eruditionis laude præſtitiſſe. * *Bayle* in Dict. Crit.

S C R I P T A :

1. *Pontificiarum ſubtilitatum ſpeculum.* Londini, 1594. in 4. *Anglicè.*

2. *Conciones in Pſalmum CX.* Ibid. 1601. in 4. *Anglicè.*

3. *Antichriſti demonſtratio contra Pontificios.* Londini, 1603. Opus ſummoperè laudatum à *Scaligero*, Scaligeriana *p.* 1. *&* 2. Extat cum *Jacobi* VI. Angliæ Regis *de Antichriſto Commentario.* Londini 1603. Hanov. 1608. in 8.

4. *Apologia Catholici Reformati*, Gulielmi Perkinſii *adverſus Doctorem* Biſhop. *& ejuſdem Doctoris Reſponſionis confutatio.* Londini, 1611. in 4. Anglicè.

5. *Apologia* Johannis Eudæmon *ſocietatis Jeſu, quam* in

in gratiam Henrici Garnerii (*b*) *ſcripſerat*, *Confutatio*. Ibid. 1613. *Lat.*

6. *Exercitationes de Gratiâ & Perſeverantiâ Sanctorum*. Londini, 1578. & 1618. vel 1619. *Lat.*

7. *Animadverſio in* Richardi Thomſoni *Diatribam de amiſſione juſtificationis & gratiæ*. Ibid. 1618. *Lat.*

8. *Catechiſmus* Angl. Ibid. 1646. in 8.

9. *Tractatus de ſupremâ Poteſtate Regiâ*, adverſus *Bellarminum, Suarez, &c. Lat.* Hanoviæ, 1608. in 8. Londini, 1619. in 4. Francof. 1614. in 4. & 1668. in 8. *Contra quem ſcripſit* Eudæmon S. J.

10. *Inſtitutio de regendâ familia*. Londini, 1653. in 8. Anglicè.

11. *De Judicio Domini*. Ibid. 1639. in 12.

12. *Commentarius in Epiſtolam ad Romanos*, IV. voluminibus conſtans. Opus eximium, altam autoris Eruditionem & controverſiarum peritiam commendans. Id in ipſius muſæo repertum, *Bibliothecæ Oxonienſi* donatum fuit.

* Vid. præter *Balium* cit. *Dupinium* in Tab. Auth. Hæret. p. 1247. *Lippen.* Tom. I. *p.* 59. & alibi. *Laſor à Varta* Tom. II. *p.* 394.

(*a*) A. 1617. *Robertum* obiiſſe, ætat. 58. ſepulturnque in Cathedrali ſuâ Eccleſiâ. docet Clar à *Wood* Lib. II. Antiquit. Oxon. *p.* 79. (*b*) *Garnetum* vocat *Ant. à Wood.*

Extitit poſt eum & alius *Robertus Abbotus* Cantabrigiæ oriundus, qui varios Libros Anglicè edidit, quique Verbi Divini Miniſter in Cantio primùm, deinde Londini fuit. (*a*) Is in *Catalogo Bibliothecæ Oxonienſis* tripartitus eſt, ſiquidem ibi dividuntur inter tres ejuſdem nominis authores opera, quæ ab uno & eodem *Roberto* noſtro prodierunt. *Bayl.*

(*a*) *Athen. oxon.*

ABBUS (*Petrus*) Panormitanus Sacerdos, *vir* profecto pietate, ac virtutibus memorabilis: Natus anno 1599. perfectionis ſtudio addictus, ad abſolutiſſimam ſanctimoniæ rationem vitam compoſuit. Etſi omnibus inclytam morum ſuavitatem detexit, ſibi duriſſimum vitæ genus reſervavit. Jejunia frequentabat: ſuper nudos arborum ſurculos brevi ſomno indulgebat; tegulam pro pulvinari adhibere ſolitus. Humilitatem mirificè coluit, ideoque munus Confeſſarii Monialium in Urbe Panormi, pluries à *Joannettino Doria* Archiepiſcopo Panormitano, & S. R. E. Cardinale, ultro ſibi oblatum recuſavit. Charitate in proximos æſtuavit: infirmos præſertim, ac animam agentes magnâ ſedulitate, ac fervore adjuvare ſtuduit, ut mortem ſanctè obirent: aliiſque virtutibus ornatus effulſit. In B. Virginem ardentiſſimo flagravit affectu, cujus Imaginem, quæ ſimulachrum Drepanitanum, toto Orbe celeberrimum exprimebat, ſemper in manibus deferebat. Nec prætermittendum illum, in modò laudatum ſimulachrum, amorem: per multos enim annos ad Deiparæ feſtum, quod *Drepani* magno pietatis ſenſu peragitur 15. Auguſti, ferventiſſimè acceſſit: & *Panormo* diſcedens pedeſtri itinere, ſecum aſellum deducebat, aquâ, aliiſque eſculentis onuſtum; & defatigatam virorum, ac mulierum multitudinem, per æſtuoſam viam ad feſtum proficiſcentem reficiebat; lapſorum vires inſtaurabat, omnes verbo, & exemplo ad illud pietatis officium erga Deiparam incendebat. Poſtremo vitæ ſuæ anno cum ab itineris labore *Petrum* ob ſenilem ætatem avertere ſui conarentur; *requieſcite filioli*, dixit, *eſt ultima hæc ad Virginem itineratio: pergam ut extremum Vale à Domina mea accipiam.* Hinc *Panormum* regreſſus, ſtatim ægrotavit, & editis egregiis virtutum exemplis, magna ſanctimoniæ opinione obiit 23. Auguſti 1663. & in Eccleſia Sti Joſephi Clericorum Regulatium ſepultus eſt. *Petrum* laudat Petrus Tognolettus, in *Paradiſo Seraphico par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *p.* 253. In lucem emiſit Italicè, teſte *Mongitore* Tom. II. p. 127.

Il Conforto dell' afflitto Agonizzante. Panormi apud Hieronymum Roſſellum 1645. in 12.

ABDALLA ben *Abdalla*; Scripſit Arabicè A. Heg. 1012. (C. 1603.) teſte *Joh. Alb. Fabricio* in *Scriptor. de Verit. Relig. Chriſt.* p. 739.

Aſſertionem muneris Prophetici Mohammedis ex Lege, Evangelio, Pſalmis, & Prophetis, cum Divinitatis Chriſti oppugnatione ex libris Chriſtianorum: *MS. in Bibl. Leyd.* n. 506.

ABDALLA *Abulpharagius Benattibus*, Preſbyter Arabs, cui adſignat *Jac. Le Long* Tom. II. B. S. p. 591. opus inſcriptum

1. *Paradiſus Chriſtianorum*, ſeu *breves in Teſtamentum Vet. & Nov. quæſtiones*; videlicet in Pentateuchum; in I. & II. Samuelis; in Jobum; in I. & II. Regum; in Iſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem & XII. Prophetas minores. Quæſtiones in Nov. Teſtamentum: Comment. in Pſalmos: in eos altera Elucidatio uſque ad Pſ. XLVI. Quæſtiones in Evangelia, in Acta Apoſt. in Epiſt. Jacobi, Petri, Joannis, & in Epiſtolas Pauli. *Cod. Bomb. in fol.* Bibl. Vatic. *Aſſemanum* p. 621. Bibl. Orient.

2. Ejuſd. *Commentatia* in Pentateuchum, in Joſuë, in I. & II. Samuelis, in I. & II. Regum, in Sapientiam, Eccleſiaſticum, Eccleſiaſten, Cantic. Canticorum, in Ruth & Jobum, in IV. Prophetas Majores, & in XII. Minores. *Cod. Bomb.* Scriptus A. Martyrum 1095. Hegiræ 680. C. 1379. *ibid. p.* 621. 622.

ABDALLA filius *Salam*, Author *Quæſtionum* Muhammedi circa ejus Prophetiam propoſitarum; ſcripſit etiam Opus ex Libro Apocrypho Danielis Prophetæ deſumptum, in quo citantur *Adami* libri de mundi Creatione: Reperitur in Bibl. Regia, *num.* 410. teſte *Morerio* p. 13. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

ABDALLA *Berbetus*, cognomine *Mohavedinus*, i. e. Unitarius, *Temuellee* in Barbaria oriundus, Ludi-magiſter erat. Princeps fuit ſectæ *Mohavedinorum* vel *Almohadorum*, qui Sec. XII. *Ali Muhammedis* generis doctrinam partim ſectabantur. *Sermonibus* ſuis celebris fuit, quibus ſibi conciliavit amorem Afrorum Tribûs *Miſamuda*, cujus membrum erat, quorum *Marmol* ingenti exercitu ſtipatus *Abrahamum* Maroci Regem vitâ regnóque privavit.

Obiit paulò poſt acceptum devicti *Abrahami* caput; quod ei miſerat Copiarum Dux *Abdul Mumen*, A. ſcilicet Hegiræ 543. (C. 1148.) teſte *Morerio* p. 14.

ABDALLA *Muhamed Abubecher* ben *Muhamed Taurisi*, Philoſophus Arabs, cujus extare docet Cl. *Wolfius* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 4.

Comment. in loca quædam obſcuriora Philoſophica libri *Maimonidæ* (Moce Nevochim) quem ex Arab. Hebræum fecit R. *Iſaac* ben R. *Nathan* Cordubenſis. MS. in Bibl. Vindob. Vid. *Neſſelii* Catal. Mſſ. Orient. 151. n. 59.

ABDALVAHED Ben *Abdalrazak*, cognominatus *Khatbib-Neſſaovi*, Prædicator Muſulmanus, ex urbe *Neſſa*, in Provinciâ *Khoraſan* oriundus, Autor eſt libri cui titulus.

Tage fi Keifiet al alage, h. e. *De virtute remediorum animæ.* * Morerius *p.* 16. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

ABDEEL aliàs SCHONWALD (*Abrah.*) vixit Sec. XVI. & Scripſit Germanice librum in Proph. Danielem, *Das Buch der verſiegelten Rede des Propheten Daniels am. XII. und Offenbahrung Johannis am. XIII.* Cap. Cuſtrin, 1572. fol. * *Lippen.* Bibl. Theol. Tom. I. p. 60. & 486.

ABDELMESSIAS *Elmechini*, filius *Petri* de civitate Georgeæ, Ægyptius nationis, Coptorum Monachus, & Preſbyter Monaſterii S. Macarii in deſerto Ægypti, ordinis S. Antonii, ac unus ex Procuratoribus & Oratoribus Rev. Patris & Dom. *Gabrielis* Patriarchæ Alexandrini, nationis Coptorum, edidit, teſte *Lud. Jac. à S. Carolo* Bibl. Pontif. *p.* 237.

Legationem Patriarchæ Alexandrini ad S. P. CLEMENTEM VIII. *& profeſſionem fidei*: quæ extat ad calcem Tomi VI. *Annalium Eccleſiaſt.* Car.[l] Baronii; ubi Romæ data legitur d. Januar. 15. A. C. 1595.

ABDIAS, Babylonius, inter Scriptores primi ævi Eccleſiaſticos numerari ſolet. Ortu erat Judæus & è LXX. diſcipulis unus, Dominumque noſtrum (ſi modò fidei

fidei ejus ſtandum ſit) in carne vidit , multis Apoſtolorum geſtis & paſſionibus interfuit, ac *Simonem* & *Judam* in Perſida abeuntes comitatus, ibi ab iis primus Babyloniç Epiſcopus conſtitutus eſt. Sed nugę omnia, à nullo Veterum vel ſemel memorata. Dato enim *Abdiam* vel unquam in rerum naturâ extitiſſe, multò magis adhuc aliquid eum ſcripſiſſe incertum eſt. Etenim quos ſub ejus nomine ex vetuſtis admodùm exemplaribus,& 700. penè annorum ætatem præ ſe ferentibus edidit *Wolfg. Lazius* Baſil. anno 1551. fol. *de Hiſtoriâ Certaminu Apoſtolici*, libri X. ab *Abdiâ* Hebraice conſcripti, ab *Eutropio* diſcipulo Græcè converſi, demum à *Julio Africano* in Latinum ſermonem tranſlati, putidi ſunt adeò, ac fabuloſi, ut vix inter Legendas ligneas locum habere mereantur. Unde mirum videri debet quiſquilias hasce *W. Lazio*, viro non indocto & diligentiſſimo, adeò fucum feciſſe, ut in præfatione ſcribere non dubitaverit, tantam inter Actus Apoſtolorum, & priorem horum librorum partem intercedere ſimilitudinem, ut vel *Abdiam* hæc ex *Lucâ* ſumpſiſſe, vel *Lucam* ex *Abdiâ*, credendum ſit; cùm uterque eodem tempore vixerit,& Apoſtolorum diſcipulus extiterit. Nec Cl. *Voſſio* , (*a*) aſſentiri poſſum , hos *Abdiæ* libros, à *B. Auguſtino* deſignari, contra *Adamantium*, cap. 17. ubi hiſtoriolam quandam de Apoſtolo *Thomâ* ex Scripturis Apocryphis refert, quæ in *Abdiæ* libro IX. reperitur. Multæ enim erant fabulæ *Auguſtini* ævo, diuque antea de Apoſtolis confictæ, partim ſcriptæ, partim ore traditæ, quas hujus hiſtoriæ conſarcinator in ſuam farraginem transferre poterat. Quinimo in ipſo iſtius libri initio affirmat impoſtor, ſe ea quæ habet de D. *Thoma* geſtis, ex libro quodam antiquiori, in quem incidit, omiſſis ſupervacaneis exſcripſiſſe. Prodiit etiam hæc *Abdiæ* Hiſtoria, *Colon.* 1569. 12. *Pariſ.* 1571. 8. * Hæc ex *Guill. Cave* Hiſt. Liter. p. 18.

Quod *Abdiæ* ſuppoſitum eſt, nec Hebraicè, nec Græcè conſcriptum eſſe, ſed Latinè exaratum liquet ex alluſionibus frequentibus, quę ex Latinâ Linguâ repeti poſſunt, qualis eſt, quæ Lib. VIII. c. 8. edit. *Fabric.* in verbis, *non everti*, ſed *converti* eum,& Lib. IX. c. 21. p. 727. *impetrabam*, non *imperabam*: *Bartoloccius* malè inter Scriptores Hebraicos retulit ob illos libros.* *Oudin* de Script. Eccl. Tom. II. p. 418. *Bailii* Diction. *J. Albertus Fabricius* in Cod. Apocryph. N.T. p. 389. 727. 402. &c. videndus, ut & *Calmet* Diction. S. S. p. 72.

Conſuli etiam poteſt *Thom. Ittigius* (*b*) qui tantùm in libris *Abdiæ* nugarum contineri ait, ut Inquiſitores ſub *Paulo* IV. cenſorii virgulâ eos notaverint, ut *Eſpencæus* in Scholiis ad librum ſacrarum heroidum animadvertit, unde & *Sixtus* Senenſis *Paulum* IV. hoc ſcriptum tanquam fide indignum inter ſcripta à ſe damnata rejeciſſe refert. &c.

Vitam S. Petri Apoſtoli , ſic *Lud. Jacobus* (*c*) ſcripſit *Abdias* Hebraicè, una cum aliorum Apoſtolorum Vitis, quas ex Hebræo in Græcum vertit *Eutropius* ejuſdem *Abdiæ* diſcipulus. Prodierunt *Pariſiis* 1551. ſtudio *Joach. Perionii* Benedict. *in* 16. & 1571. curâ *Thom. Beauxamis* Pariſini Carmel. Concionatoris Regii. *Baſileæ*, apud Oporinum, fol. *Colon.* 1555. & 1569. in 12. apud Mat. Cholinum, & denuò *Pariſiis* in Hiſtoria Chriſtiana *Laur. de la Barre* Doct. Pariſienſis.

(*a*) de Hiſt. Gr. L. 2. c. 9. (*b*) *Biblioth. Patrum Apoſtolic.* Tom. I. p. 69. (*c*) *Biblioth. Pontific.* p. 237.

ABDIAS, Præfectus domûs *Achab* Regis Iſraël, tempore *Heliæ* Prophetæ , i. e. Sec. XXXI. ante Chriſtum. Crediderunt aliqui (*a*) eum eſſe cujus ſcripta inter Prophetas minores habemus: Cùmque inter diſcipulos *Heliæ* connumerari voluiſſet , Deum illi Spiritum Prophetiæ indidiſſe. Addunt alii (*b*) ipſum fuiſſe virum mulieris illius Sunamitidis, apud quam *Heliſæus* Propheta morabatur ; eumdemque fuiſſe tertium Centurionem ab Ochoſia miſſum, ut *Heliam* comprehenderet, cui illi flammæ pepercerunt: Scriptura tamen nullum horum indicium præbet ; nec eſt ex quo appareat , hunc fuiſſe Prophetam , inquit D. *Calmet* Dict. S. S. *Tom. I. p.* 72. ubi alia quædam.

(*a*) Vid. *Hieron.* in Abdiam. Ita Hebræi plerique.
(*b*) *Doroth.* Pſeudo-Epiph. aliique.

ABDIAS Propheta vixiſſe creditur A. M. 3410. (*a*) Putat *Hieronymus* cum Hebræis, illum ipſum eſſe qui Regiæ *Achab* præfectus, *tulit Centum Prophetas*, *& abſcondit eos in ſpelunca , & pavit eos pane & aquâ* I. Reg. XVIII. 4. Alii exiſtimant illum fuiſſe *Abdiam*, qui *præerat operariis in domo Domini*, II. Paral. XXXIV. 12. Maxima pars eum *Oſeę*, *Amos*, & *Joeli* coævum arbitrantur. Nonnulli tandem (quod veriſimiliùs) putant eum poſt captam Hieroſolymam, *Jeremiæ* & *Ezechielis* tempore vixiſſe. Id mihi non probatur, hunc illum fuiſſe *Abdiam* de quo I. Reg. quippe qui hac ſolùm voce ibi deſignatur, quod *timebat Dominum valde*, ibid. Reg. v. 3. Veriſimilius eſt fortaſſe eum vixiſſe *Achaz* tempore, cum ſcilicet Idumæi ſimul & Iſraëlitæ adversùs Tribum Judæ bellum gererent, quia & ipſe contra Idumæos perpetuò loquitur. Inter XII. Minores Prophetas quartus ordine eſt. Ejus *Prophetia* unico conſtat capite ; *Idumæos* redarguit, qood Judæ inimicis additi, dum ſuper Hieroſolymam ſortes mittebant, ad exitus viarum ſtarent, ut eos qui fugiſſent, interficerent. Prædicit reædificandam Hieroſolymam: domum Iſraël iis dominaturâ, qui ipſi dominabantur : ipſam velut ignem, domum verò *Eſau* velut paleam futuras: apertiſſimè reditum Judæ à captivitate prænuntiat. *Hieremiæ* ſtylum imitatur, ac penè verba tranſcribit.

* De *Abdia* vid. *Hieron.* Comm. in Abd. *Pſeudo-Epiph.* in Vit. Proph. *Dupin* in Prelim. Tom. I. p. 26. *Bellarm.* de Script. Eccleſ. p. 12. *Calmet.* Dict. Bibl. p. 72. *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. Vet. Teſt. Tom. II. Art. IV. p. 201.

(*a*) *Moines empruntés* Tom. II. p. 70. ubi Carmelita fingitur *Abdias.*

R. ABDIAS Sphorno, Italus, Medicus Cæſanerenſia, Judæus, obiit A. 1550. teſte *Jac. Le Long* in *Bibl. Sac. Tom. II. p.* 591. *c.* 2. ubi Hebraicè ſcripſiſſe dicitur

1. *Lumen Domini* , ſive *Explanat. in Pentateuchum.* Venetiis, 1565. & Ferrariæ 1567. 4.
2. *Explanat. in Cantic. Canticorum & in Eccleſiaſten.* Venetiis , 1567. 4.
3. *Judicium juſtum*, ſive *Comm. in Job.* cum alio Comment. R. *Simeonis* f. *Tſemahh.* Ibid. 1590. 4.
4. *Comm. in Pſalmos* , cum textu Biblico. *Ibid.* 1591. 4.

ABEL de Sancto Brioco *vid.* BRIOCO

ABELARDUS , (*Petrus*) natione Gallus , (*a*) Palatio in ingreſſu minoris Britanniç propè Ligerim fluviū in Diœceſi Nannet. oppido oriundus, patrem habuit *Berengarium* equitem, matrem *Luciam* , generis vetuſtate nobiles, ipſe natus circa annum 1080. (alii volunt 1079.) Peractâ domeſticæ educationis curâ , præceptores nactus eſt in Dialecticâ *Roſalinum* , in Philoſophicis *Gulielmum* Campalenſem, Archidiaconum Pariſienſem , dein Canonicum Regularem , denique Epiſcopum Catalaunenſem , quocum in Academiâ Pariſienſi non una ei lis fuit ; in Theologicis *Anſelmum* Eccleſiæ Laudunenſis Decanum , ubi condiſcipulos habuit *Albericum* Rhemenſem , & *Lotulphum* Lombardum, gloriæ ejus æmulos & famæ perpetuos obtrectatores. Pariſios reverſus , & Scholæ Philoſophicæ jam rectură florens, incidit in amorem *Heloiſſæ* (*b*) lectiſſimæ puellæ, *Fulberti* Canonici Pariſienſia neptis, ex quâ furtivo concubitu filium ſuſcepit, nomine *Petrū Aſtrolabiū*, mox verò tam matrem quam partum legitimo matrimonio honeſtavit ; uxore nihilominùs paulò poſt , ut domeſticorum injurias & contumelias evitaret , inter Sanctimoniales in Cœnobio propè Pariſios Argenteolo dicto , in quo puellula olim educata fuerat , collocatâ. Ægrè bæc omnia ferebant *Heloiſſæ* conſanguinei , qui nocte quâdam in *Petri* cubiculum irrumpentes virilia ei exſecuerunt ; extemplò igitur in Monaſterium S. Dionyſii ſe recepit , habitumque induit, ubi ſtudiis, & diſcipulorum, quos frequentes habuit , inſtitutioni ardenter incubuit , & hoc circiter tempore librum *de*

Theologiâ

Theologiâ in lucem (*e*) emiſit, in quo de *SS. Trinitate* & *Unitate divinâ*, argutè nimis & ſubtiliter diſſeruit. Hinc magni in illum clamores excitati, nec unum Hæreſeos impactum crimen. Hinc anno 1120. (*d*) dicunt alii 1121. ad Synodum quandam in civitate Sueſſonenſi præſidente *Conano* Prænestino Epiſcopo, Pontificis tunc in Galliâ legato vocatur, ubi nullius licet erroris convictus, nedum habito cauſæ examine, librum nihilominùs, idque propriis manibus, ultricibus urendum flammis tradere compulſus eſt. Ad Monaſterium Dionyſianum rediens, *Adamum* Abbatem alioſque Monachos ſibi infenſiſſimos expertus eſt, eo quod turpes illorum mores liberiùs coarguerat, infenſiores multò, quod S. *Dionyſium* non modò iſtius Cœnobii, ſed totius Franciæ divum tutelarem, celeberrimum illum Areopagitam Athenienſem fuiſſe negaret; itaque Monaſterium relinquens, in territorium Trecenſe ſe contulit, ubi donatâ terrâ, & conſentiente Epiſcopo, adjunctis quibuſdam Monachorum cellis, Oratorium extruxit, quod in nomine *SS. Trinitatis* fundatum, poſtea ob conſolationis gratiam, *Paracletum*, ſive *Paraclitum* appellavit. Accidit poſt hæc, ut hominem ſuum patria ſibi vendicaret, quippe qui in Abbatem S. *Gildaſii* (*e*) in Britanniâ Armoricâ, electus ſit; verùm ſterile ſolum, & gens pene barbara, & quod pejus adhuc, tetriores Monachorum ſuorum mores, etiam hic loci, pacem & ſolatium denegârunt; quin eò uſque efferbuit Monachorum odium, ut latrones conducerent qui ipſum per viam tranſeuntem interciperent, venenum cibis ejus miſcendum curârent, quo ſumpto, ipſomet caſu abſtinente, ſocius quidam Monachus mox occubuit; & quod magis horrendum, in ipſo altaris ſacrificio, veneno ſacro calici immiſſo, vitæ ejus inſidias ſtruere non verebantur. Deſerto itaque regimine Gildaſiano, in quemnam locum ſe receperit, haud ſatis conſtat; ubicunque fuerit, ecce iterum procella, *iterum nubes poſt pluviam*, renovatur vetus hæreſeos crimen, præcipue apud *Bernardum* Clarævallenſem, celeberrimi nominis tunc temporis in Galliâ virum. Anno 1140. Synodus Senonis (*f*) celebratur, citatur *Petrus*, comparet tandem *Bernardus*, in arenam deſcendit, ſcripta profert, erroris capitula deſignat. Sed cùm *Abelardus* omnia ex adverſariorum ſententiâ agi, ſeque apud parum æquos judices cauſam dicturum eſſe cerneret, ad ſedem Apoſtolicam provocavit. Finita Synodo, dum Romam verſus iter inſtituit, Cluniacum venit, a *Petro Mauricio* Abbate, *Venerabili* dicto, humaniter exceptus. Huic mentem candidè expoſuit *Abelardus* (*g*) ſeque totum ejus judicio ſubmittit, ab eo in monaſterium ſuum aſcitus, eoque mediante redintegrata illum inter & S. *Bernardum* concordia, quin & impetrata ipſius Pontificis abſolutio. Tandem valetudinis causâ Cabilonem ſecedens, in Monaſterio S. *Marcellini* Ordinis Cluniacenſis, non ſine magna ſanctitatis laude diem clauſit extremum April. XXI. an. 1142. ætat. LXIII. Defuncti corpus, prout ipſe dum in vivis adhuc erat per literas rogaverat, *Heloiſſa* conjugi traditum eſt, ab eâ in Cœnobio ſuo Paracletico ſepultum. Duplex ei Epitaphium condidit *Petrus Venerabilis*; poſterioris ſolummodò clauſulam hîc adjiciam.

Eſt ſatis in tumulo, Petrus hic jacet Abailardus,
Cui ſoli patuit ſcibile quicquid erat.

Erat quidem acri admodum ingenio, eruditione ſingulari, in Philoſophicis princeps, in Logicis ſummus, ob egregiam diſputandi peritiam *Dialecticus* dictus; *Dialecticarum*, inquit (*h*) *rationum armaturam omnibus Philoſophiæ documentis prætuli*; in Theologicis paucos habuit æquales. Errores qui ipſi objiciebantur, plures quidem erant, & ſi adverſarii ejus ſint audiendi, periculoſiſſimi, quales ſunt, *Quod Pater ſit plena potentia; Filius quadam potentia; Spiritus S. nulla potentia*, neque de ſubſtantiâ eſſe Patris aut Filii, *Chriſtum non aſſumpſiſſe carnem, ut nos à jugo Diaboli liberaret; Deum nec poſſe, nec debere mala impedire; non peccaviſſe qui Chriſtum ignorantes crucifixerunt; nec in Chriſto fuiſſe Spiritum timoris Domini; poteſtatem ligandi atque ſolvendi Apoſtolis tantùm datam eſſe, non ſucceſſoribus; quod propter opera nec melior, nec pejor efficiatur homo; quod nec opus, nec voluntas, neque concupiſcentia, neque delectatio, cùm movet eam, peccatum ſit; nec debemus eam velle extingui*; breviter hæc de eo *Bernardus* (*i*); *Cum de Trinitate loquitur, ſapit* Arium; *cum de Gratiâ, ſapit* Pelagium; *cum de Perſonâ Chriſti, ſapit* Neſtorium. Hæc, hiſque plura ei objecta ſunt, quæ quidem in hominem vel mediocris ingenii, nullâve religionis ſcientiâ imbutum, haud cadere poterant, quæque ipſe *Petrus* conſtanter pernegavit. Ab his ipſum liberant, ejus qui ſuperſunt libri, præcipue apologia illa, ſeu fidei confeſſio, quâ mentem ſuam perſpicue explicat, & hujuſmodi objecta penitus diluit; & leviſſima plane ſunt, & incautè potius & duriuſcule, quàm falsò aut heterodoxè dicta, quæ in operibus ejus notant ipſi Cenſores Pariſienſes. Verbo dicam: In hoc maximè peccaſſe videtur *Abelardus*, quod ad argutias dialecticas, & inſolentes quoſdam Philoſophiæ terminos, dogmata Theologica, & ſumma quædam fidei Catholicæ myſteria revocare ſit conatus. Notandum denique, plura maleſana dogmata ipſi afficta, ex aliorum libris hauſta eſſe, quæ ipſe pro ſuis nunquam agnovit. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 570.

S C R I P T A:

1. *Epiſtola ad Heloiſſam* IV. quæ Tractatus potiùs quam Epiſtolæ cenſeri poſſunt. In penultimâ de Origine Sanctimonialium, & religionis Monaſticæ eruditè agit; in ultimâ Inſtitutionem ſeu Regulam *Heloiſſæ* & Sanctimonialibus Paraclitícis tradit.
2. *Epiſtolæ aliæ ad diverſos* VII.
3. *Epiſtola ad amicum* ſive *Hiſtoria calamitatum ſuarum*, quam eruditis notis illuſtravit Andreas Quercetanus.
4. *Apologia*, ſeu *Confeſſio fidei*.
5. *Expoſitio Orationis Dominicæ*.
6. *Expoſitio in Symbolum Apoſtolorum*.
7. *Expoſitio in Symbolum Athanaſii*.
8. *Solutiones Problematum Heloiſſæ*.
9. *Adverſus Hæreſes liber*.
10. *Commentariorum in Epiſtolam ad Romanos libri* V.
11. *Sermones* XXXII. *in feſtis per annum legendi*.
12. *Ad Heloiſſam ejuſque Virgines Paracletenſes*.
13. *Introductionis ad Theologiam libri* III. ſive ut ipſe (*k*) alibi appellat; *Opuſculum de fide S. Trinitatis*. Hoc opus frequenti manu tractare ſolebat, & in condendis ſuarum *Sententiarum* libris, penè ſemper ante oculos habuit *Petrus Lombardus*, fatente *Joanne Cornubienſi*, ipſius *Lombardi* diſcipulo ap. *Quercet.* not. ad *Abel.* p. 1159.

Hæc *Abelardi* opera undequaque eruit, collegit, recenſuit, & Præfationem Apologeticam pro *Petro Abelardo* præmiſit *Fr. Amboiſius* Eques, Regis in ſanctiore Conſiſtorio Conſiliarius; edidit verò præfixâ Doctorum Pariſienſium cenſurâ *Andreas Quercetanus*, Pariſ. 1616. 4o. Huic etiam editioni plures ad *Abelardum* & de eo *Epiſtolæ*, *Conſtitutiones*, *Reſcripta & Carmina* inſeruntur. *Londini* verò *Abelardi & Heloiſſæ Epiſtolas* edendas curavit Dn. *Rawlinſon*, mendis quamplurimis emendatis in præfatâ *Amboeſiana* editione obvus: Hoc ea titulo gaudet: *Petri Abelardi Abb. Ruyenſis & Heloiſſæ Abb. Paracletenſis Epiſtolæ è prioris editionis erroribus purgatæ, & cum Codd. MSſ. collatæ*, 1718. 8. Vid. *Novell. Liter.* 1718. p. 39. Plura verò apud *Joan. Clericum* in Biblioth. antiquo-mod. *Vol. IX. A.* 1718. *p.* 348. ubi hujuſce editionis annus errore fortè typographico notatur 1708. & forma in 4. Has quoque Gallicè carmine edidit ſecundò Dn. *de Beauchamps*, Pariſiis, apud Colombat, 1721. in 12. de qua editione *Diarium Erudit.* Tom. LXX. p. 535.

14. Abelardi *Ethicam*, ſeu Librum dictum *Scito teipſum* (*l*) dedit R. P. *Bern. Pezius* (*m*) ex Cod. MS.

MS. Imperialis Monaſterii S. Emmerammi Ratisbon. Cod. S. Bened. eruta à R. P. D. Bened. Bonetio, Benedictino Mellicenſi.

INEDITA:

1. *Liber Sententiarum*, *Sic & Non* dictus Extat MS. in *Bibliothecâ S. Benedict. Cantabrig.* n. 390. & in *Bibliothecâ publicâ* Cod. 168.

2. *Dialectica*, ſeu *Logica*, quam penes ſe MS. ſervavit, & ſeorſim ſe editurum promiſit *Andreas Quercetanus* in not. p. 1160.

3. *Expoſitio ſuper Epiſtolas Pauli*, *Pſalterium*, *& in Geneſin*, adhuc MSS. extare dicuntur (n) hos Manuſcriptos cum *Commentario in Geneſim Heloiſſa ſua nuncupato* ſervat Bibliotheca S. Michaëlis in periculo maris, ex *Joanne Mabillonio* in ſuâ Editione operum S. *Bernardi*, dum notas adjicit *Epiſtola* 188.

4. Meminit ipſe *Gloſſarum*, quas ſcripſit in *Ezechielem*, quas puto periiſſe.

5. *Verſus ejus ad Aſtrolabium filium ſuum*, habentur MSS. in *Bibliothecâ Cottonianâ*, ſub *Vitellio*, C. 8. n. 3.

A quibuſdam creditur *Abelardus* Author libri *Sentent.* quem ad *Pet. Lombardum* pertinere ſupra dixit Clar. *Cave.* Vid. *Morhof.* Polyhiſt. *Tom. II. l.* 1. *c.* 14. *n.* 1.

Abelardi & *Heloiſſæ* plures prodierunt Hiſtoriæ, Gallicè ſcriptæ; 1) ſcilicet ſub titulo *Abelardi & Heloiſſæ amores*, 1675. in 12. quæ tribuitur Advocato Gratianop. *Jac. Alluiſio*: 2) aucta dein titulum nacta eſt *Philoſophi amaſii*, 1697. in 12. Accedunt *Abelardi* & *Heloiſſæ* Epiſtolæ quæ fictitiæ dicuntur: ſeorſim jam prodierant in 8. *prior* ann. 1691. *altera* 1693. quo anno 3) prodiit *Hiſtoria Heloiſſæ* & *Abelardi*, adjectâ illius ardenti ad *Abelardum* Epiſtolâ è Latino verſâ; Hagæ-Comitum apud Joh. Albertum in 12. & mutato titulo 4) *Abelardi & Heloiſſæ amores: Hiſtoria vera*, Ultrajecti 1696. in 12. 5) 1697. ibid. 6) 1703. Lugd. Batavor. 7) Antverp. 1710. apud Nigrum, una cum *Beliſæ & Cleanthi Amoribus*, nec non *Epiſtolis Luſitanis*, (Lettres Portugaiſes 2. vol. 8) *Amores & infortunia Abelardi & Heloiſſa, cum Epiſtolis mutuis*: Auth. Dn. Dubois (*Boſio*) Hagæ-Comitum, 1711. in 12. 9) & amplior editio prodiit ann. 1695. in 12. apud P. Chayer, cum tit. *Amores Abelardi & Heloiſſa*: 10) *Philoſophus amaſius*: Lugd. 1712. in 12. 11) Eam fideliter dedit *Paul. Franç. Godartus de Beauchamps* Auguſtodunenſis, & quidem metricè: *Epiſtolas* ſcilicet *Abelardi & Heloiſſæ*. Pariſiis, 1714. in 8. apud Jac. Stephanum: 12) ibid. apud. Colombat, ann. 1721. *Hiſtoriam* quondam ille pollicebatur, anterioribus omnibus accuratiorem, quam ſi dederit ignoramus. Hæc *Memor. inſervientes Hiſtoriæ Virorum illuſtr.* Tom. I. p. 40. & ſeqq. ubi, & ſuperius, plurima de *Abelardo*. &c.

Vitam verò *Abelardi* Gallicè poſtremò dedit Anonymus, Tomis II. Pariſiis editam, (o) quam ſcilicet Autor in præfatione profitetur ſe hauſiſſe è monumentis fide digniſſimis. Primò enim ipſius *Abelardi* Opera diligenter perluſtravit: deinde Acta Conciliorum Galliæ, Epiſtolas S. *Bernardi* & *Petri* Cluniacenſis, Hiſtoriam *Ottonis* Friſingenſis non obiter inſpexit; denique è ſcriptoribus propioris ævi conſuluit *Amberſii* Apologiam pro *Abelardo*, *Argentrei* & *Pap. Maſſonii* Annales, *Steph. Paſchaſii* Animadverſiones, *Laubinai* Hiſtoriam Britanniæ minoris, *Felibieni* Hiſtoriam Abbatiæ S Dionyſii. Hi uti ſua fideliter è priſcis illis deſumpſerunt, ſic ſcriptorum ſecundæ claſſis relationes eò magis fide dignas cenſet Anonymus noſter, quod, cùm partim amici *Abelardi* fuerint, partim inimici, utrique tamen conſentiant prorſus in præcipuis vitæ ejus circumſtantiis, adeoque ſimul confirment ea, quæ ipſe de ſe rebuſque ſuis memoriæ prodidit *Abelardus*. * Qui plura de illo cupit videat *Natalem Alexandrum* in ſelectis Hiſt. Eccl. Capitibus Sec. XII. part. 3. Diſſert. 7. *Baylii* Diction. Hiſt. Crit. *Budæi* Lexicon Univ. *Arnoldi* Hæreſiol. Tom. I. L. 12. *Obſerv. Hallenſ.* Tom. I. cap. 15. §. 1. 3. qui omnes in vitâ *Abelardi* exponendâ ſunt prolixiſſimi. *Oudin.* Comm. Tom. I. p. 1161. *&c.* ubi Philoſophica ejus opera plurima recenſet. Reſtat, ut paucula adjiciamus de HELOISSA, quam *Petrus* primò amicam, dein conjugem, tandem in ſtatu monaſtico ſororem habuit. Genere erat clara, *Fulberti* Canonici Pariſienſis neptis, poſt connubium, Argentolii primùm Monacha, & ut vocant, Prioriſſa facta, diſſoluta verò hoc Sanctimonialium conventu, anno 1130. Paracletum tranſlata, ubi cæteris ipſi adhærentibus, eam Abbatiſſam præfecit *Abelardus*. Obiit, marito pluſquam XX. annis ſuperſtes XVI. Cal. Junii an. 1163. vel 1164. fœmina planè lectiſſima, eximiis moribus, ingenio eleganti, nullo non diſciplinarum genere exculta, Latinè, Græcè, & Hebraicè docta. Extant inter *Abelardi* Opera, *Heloiſſa* ad *Petrum Abelardum* Problemata XLII. Epiſtola ad *Petrum* Abbatem Cluniacenſem; ad *Petrum Abelardum* Epiſtolæ III. quæ admirabile ingenii acumen, & eruditionem non vulgarem liquido præ ſe ferunt, in quibus ſi qua ſint, quæ immodicum erga *Abelardum* affectum prodant, benigna interpretatione emollienda ſunt. Vide art. *Heloiſſa*. * De *Abelardo* (præter jam citatos) fusè, ut & de *Heloiſſa* Clar. *Piletus* in Hiſt. Sec. XII.

(a) *Abel.* Hiſt. Calam. ſuar. cap. 1. 2 &c. (b) Ibid. c. 637. p. 10. (c) Ibid. c. 9. p. 20. (d) Ibid. c. 10. (e) Ib. c. 13. p. 32. (f) *Otho Friſing.* lib. 1. c. 48 *Ganfred.* vit S. Bernard. lib. 3. c. 5. (g) Vid. Epiſt. *Petri Cluniac.* inter Opp. *Abelardi* p. 335 337 344. (h) Hiſt. Calamit. ſuar. cap. 1. (i) ad *Guidon.* Card. Epiſt. 192. p. 1561. (k) Ad *Gauſrid.* Pariſ Epiſt. 2. p. 334. (l) *Hunc ſuum eſſe, dum adhuc in vivis erat, non ſemel negaſ.* inquit Cl. Caveus. (m) Theſaur. Anecdot. noviſſ. *Tom. III. P. II. p.* 625 (n) Explanat. in Epiſt. Pauli, & Pſalterium *MS.* extare in Bibl. Colb. monet Cl. *Le Long* Bibl. Sac. p. 591. c. 1. (o) A. 1720. in 12. apud *Jo. Muſier & Fr. Barois.* Vid. *Acta Erudit. Lipſ.* A. 1721. p. 263. *Diar. Erudit.* Tom. LXVII. p. 635.

ABELIANI ſeu *Abeloitæ* Hæretici Sec. V. in agro Hipponenſi ſic dicti, erant conjuges, nec tamen conſuetudine conjugali utebantur. *Hi*, ut ait Danæus, (a) *nomen quidem conjugii & nuptiarum retinuerunt, vim autem & effectum earum prorsùs ſuſtulerunt*: Abelis ſcilicet, à quo & nomen accepere, exemplo freti, qui, ut putabant, cum uxore conjunctus, eâ nihilominus abſtinuit: Fallor, ait *Hoffmannus*, aut eò penetraverat fabula quæ totum Orientem jam pridem pervagata eſt *Adamum*, poſt *Abelis* necem, ab uxore abſtinuiſſe per an. 130. Inita ſemel ejuſmodi ſocietate, vir & mulier duos liberos adoptabant, puerum & puellam, quos omnium bonorum deſignabant hæredes, quique ſimul deinceps matrimonio jungebantur iiſdem conditionibus, nempè ut liberos ipſi non procrearent, ſed alienos ſibi adſciſcerent diverſi ſexus. Nec ſanè deerant tenuis fortunæ parentes, qui adoptandam eis ſobolem offerrent. Hæc *Auguſtinus* (b) Ex eo verò quod de hujuſmodi hæreticorum ſectâ ſolus loquitur, licet colligere, hanc non diu, nec multis in locis innotuiſſe. Sub *Arcadii* Imperio nata, ſub *Theodoſio* juniore extincta creditur; & qui ei ſe addixerant, ad unicum tandem pagum redacti, ad Eccleſiæ Catholicæ gremium redierunt. * *Hofman. in Lexico.* Bæl. *Dict. Crit.* Sirmundus *de Hæres* p. 64.

(a) In Lib. Aug. de hæreſ. c. 87. (b) Lib. de hæreſ. c. 87.

ABELLY (*Antonius*) Pariſinus, in Conv. S. Jacobi ordini adſcriptus. exacto ſtudiorum curriculo ad gradus promotus, Licentiatum obtinuit A. 1556. 28. Januar. Exinde tertius Scholæ S. Thomæ Rector A. 1561. electus fuerat, ac in Capitulo Congreg. Gallic. *Trecis* eod. anno confirmatus: at cùm Magiſtro ordinis F. *Vinc. Juſtiniani* diſplicuiſſet, fortè (ait *Echardus*) quòd huic Conventum Pariſ. à Congregatione Gallic. ſegregare tentanti, ſuoque immediato regimini ſubjicere volenti acriùs reſtitiſſet, utut ſit, in Comitiis ordinis *Avenione* 25. Maii 1561. celebratis rejectus fuit, & in Conv. Trecenſem relegatus. Verùm ut vir inſignis erat, brevi in gratiam rediit, ipſo ordinis Magiſtro *Pariſios* eod. anno accedente, variiſque deinceps functus eſt cum laude muneribus, Vicarius etiam Generalis ſuæ Congregat. Gallic.

Galliæ. A. 1565. electus & præfectus per triennium. Eum à Concionibus & Confeſſionibus habuit Regina mater *Catharina Medicea*, quæ illi poſtea (dicunt *Sammarthani* A. 1554.) Abbatiam S. Mariæ Liveiaci in Alneto (*l'Aulnei*) commendari curavit, eique & infulam Epiſcopalem deſtinabat, niſi morte præventa fuiſſet, quam obiit 5. Jan. 1589. (Hic proculdubio errat V. C. *Le Long* (*a*) qui ad hunc annum *Antonii* obitum refert:) ſiquidem addit *Echardus*: Quandonam *Antonius* obierit, mihi hactenus incompertum. * *Vid.* Bælii *Diction.*

Hæc ejus Scripta Gallica:

1. *Epiſtola ad Reginam Matrem Catharinam Mediceam*, edita A. 1563.

2. *Ratio benè precandi*, cum orationis virtute & efficaciâ, exemplo antiquorum probatâ, & brevi Orationis Dominicalis interpretatione, *Pariſiis*, apud *Nic. Cheſneau*, 1564. *in* 8. In Epiſtola nuncupatoria alios duos libellos promittebat, *α*) *Prim, punctum Chriſtiano requiſitum, Credenda*, *β*) *Poſterius*, *Noſcenda quæ facienda*: An promiſſo ſteterit, ignoratur.

3. *Conciones in Jeremiæ Lamentationes*, coram Regina matre habitæ. Pariſiis, apud Mich. de Roigny, 1582. in 8. Opus elegans & eruditum vocat laudatus *Echardus* in *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 293.

(*a*) Bibl. Sac. p. 591.

ABELLY (*Ludovicus*) Epiſcopus & Comes Rhutenenſis (vulgò *Rhodez*) Theologiæ Pariſienſis Doctor, Moliniſtarum defenſor acerrimus, claruit circa an. 1670. obiitque 4. Octobris an. 1691. ætatis 88. * *Memoires* du Tems. *Bælii* Diction.

S C R I P T A:

1. *Medulla Theologica ex SS. Scripturis, Conciliorum Pontificumque Decretis, & SS. PP. ac DD. placitis expreſſa*; in qua quicquid, tum ad fidei myſteria ſanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibuſvis ſecernenda, tum ad Sacramenta debitè conficienda & miniſtranda, tùm ad actiones humanas juxta divinæ legis normam dirigendas, ſpectare poteſt, facili ac compendiaria methodo explicatur. Pluries prodiit, *editio* etenim *nona* numeratur *Pariſienſis* ann. 1667. 2. vol. apud *Georg. Joſſe*, cujus typis jam A. 1650. in 12. prodierat. *Coloniæ*; dein 1673. *Lugduni* 1679. & *Antverp.* apud *J. B. Verduſſen*, 1698. in 12. 2. vol.

2. *Defenſe de la Hierarchie de l'Egliſe & de l'Autorité legitime du Pape & de Meſſieurs les Evêques*, &c. Sive *Hierarchia Eccleſiaſtica legitimaque S. Pontificis ac Epiſcoporum autoritatis Tuitio adversùs Libellum Anonymum*, unà cum Cleri Meditationibus circa Bullam Innocentii X. Pariſ. 1659.

3. *La Vie du Vénerable Serviteur de Dieu, Vincent de Paul, Inſtituteur de la Congregation de la Miſſion.* Sive *Hiſtoria Venerabilis Viri Vincentii à Paulo*, Pariſiis, apud Lambertum, 1664. in 4. Curioſa plura adversùs Janſeniſtas hæc *prior* Editio præbet, quibus caret *ſecunda* ab ipſis curata. (*a*)

4. *Epiſcopalis ſollicitudinis Compendium*, 1668.

5. *Sentimens des SS. PP. & DD. de l'Egliſe ſur les excellences & prérogatives de la B. V. M.* Sive *Sententiæ SS. PP. & DD. Eccleſiæ circa excellentias ac prærogativas B. V. M.* Pariſiis, apud Ren. Guignard, 1675. in 12. Editio 2ª. locis quampluribus aucta, tecenti ordine diſtributis ad Feſta & Solemnitates quas in B. V. honorem inſtituit Eccleſia.

Dividitur Libellus in *Capp.* V. quibus ſubnectitur enodatio difficultatum 12. circa Elogia quæ B. V. dederunt SS. PP. ut & Cultum quem illi exhibet Eccleſia Romana.

6. *La Couronne de l'Année Chrétienne, ou Méditations ſur les plus importantes vérités de l'Evangile*, &c. h. e. *Corona Anni Chriſtiani*, ſive *Meditationes de graviſſimis Evangelii veritatibus, ad ſingulos anni dies*

diviſæ, juxta ordinem officiorum Eccleſiæ. Editio quinta prodiit *Lugduni*, A. 1678. in 12. partibus *quatuor* conſtans, ut & *Burdegalenſis*, Matth. Chappuis, 1684. in 12.

7. *Conſiderations ſur l'Eternité.* Sive *Conſiderationes de æternitate*, pluries editæ, ac ultimò *Bruxellis*, apud Georg. de Backer, 1710. in 12.

8. *L'Idée du véritable Prêtre en la vie de Me. Renard.* Sive *Idea veri Sacerdotis in vitâ D. Renard.*

9. *Opuſcules Spirituels.* Sive *Opuſcula ſpiritualia.*

10. *Manuel de Prières.* Sive *Manuale Precum.*

11. *Eclairciſſement Catholique.* Sive *Catholica Expoſitio.*

12. *Traité des Héréſies & de leurs remédes.* Sive *Tractatus de Hæreſibus* &c. Pariſiis, 1661. 4.

13. *Dénombrement des Héréſies*, Sive *Hæreſeôn Enumeratio.*

14. *Inſtruction Sommaire pour la Confeſſion.* Sive *Brevis Inſtructio ad Confeſſionem.*

15. *Les Vérités Catholiques de la Foy.* Sive *Catholicæ veritates fidei.*

16. *Inſtitution Chrétienne.* Sive *Chriſtiana Inſtitutio.*

17. *De la Vénération & du Culte qui eſt dû aux neuf Ordres des Anges.* Sive *de Veneratione & Cultu debito novem Angelorum ordinibus.*

18. *Vies de S. Joſſe & de S. Fiacre.* Sive *SS. Jodoci & Fiacrii vitæ.*

19. *Avis ſpirituels.* Sive *Monita Spiritualia.*

20. *Aſſurance du Salut.* Sive *Certitudo Salutis.*

21. *Addreſſe au Salut.* Sive *ad Salutem Directio.* Omnia *Pariſ.* impreſſa ab an. 1650. ad 1691.

22. *Sentiment & Maximes du bienheureux François de Sales* &c. h. e. *Mens & præcepta Beati Franciſci Saleſii, de verâ pietate, & modo perveniendi ad perfectionem Chriſtianam.* Pariſiis, apud Seb. Huré, 1653. in 12. (*b*)

(*a*) Bibl. Janſen. p. 254. (*b*) *Biblioth. Anti-Janſen.* p. 40.

ABELUS (*Vitus*) Sec. XVI. Scripſit

Unterricht von denen Kindern der Glaubigen, von dem Exorciſmo, *und von der Kraffe der H. Tauff aus dem Furſtl. Braunſchweigiſchen und Luneburgiſchen* Corpore Doctrinæ, *nach gedruckt.* Tractat de Exorciſmo in Baptiſmo. *Helmſt.* 1591. 4.

* Lippen. *Bibl. Theol.* Tom. I. p. 675.

ABENDANA (*Jacobus*) Judæus, Hiſpanus, Archiſynagogus Londinenſis in Anglia, obiit A. 1695. Scripſitque, teſte *Jac. Le Long* in *Bibl. Sac.* Tom. II. p. 788.

1. *Spicilegium rerum prætermiſſarum in Commentario* R. Salomonis f. Melech. *in loca ſelecta S. Script.* Amſtelod. 1660, & 1685. fol. *Hebr.*

Idem videtur quem ſcripſiſſe dicit *Lippen.* in *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 735.

2. *Perfectionem Pulchritudinis*, ſeu *Comment.* in *Loca ſelecta, Voceſque, ac Res difficiliores S. Script.* Francof. f. 1661.

ABENDANO. Vid. AVENDANO.

ABENEPH Hiſtoricus Arabs, librum ſcripſit

De Myſteriis Ægyptiorum, in quo maximam eorum partem Hebræos ab iis populis accepiſſe contendit. Illius Authoris ſæpè meminit *Athan. Kircherus* in *Oedipo Ægypt.* ac præpeimis *Tom. I. Syntagm.* 4. *p.* 149. teſte *Moreria* p. 22.

ABERCIUS, Epiſcopus Hierapolytanus, parentibus ingenuis, iiſque Chriſtianis, natus, Eccleſiæ Hierapolytanæ Epiſcopus creatur circa ann. 564. Multa ſub *M. Aurelio*, & *L. Vero* à Gentilibus paſſus eſt; iiſque adhuc imperantibus è vivis placide exceſſit. Hujus vitam (*a*) ex Actis Græcis à *Sim. Metaphraſte* collectis, & ex Græcorum Menæo fusè & ad nauſeam uſque deſcripſit P. *Halloixius* (*b*) Sed qualis ſint fidei & auctoritatis hæc Acta, quivis facile videt: nec ſanè hujuſmodi *Abercii* memoriam vel *Euſebius*, vel ulli Veterum nobis tradiderunt. Scripſiſſe dicitur

Librum diſciplinæ, in Presbyterorum & Diaconorum ſuorum uſum, ut & *Epiſtolam ad M. Aurelium Imp.* quæ (ſi *Baronii* (*c*) judicio ſtandum ſit) ſpiritum planè Apoſtolicum redolebat. Hanc ex Græco *Card. Sirleti* Cod. MS. eruerat *Baronius*, eamque integram in Annalibus ſuis ſe exhibiturum eſſe promiſit: ſed caſu aliquo è manibus ejus elapſa, nuſpiam poſtea comparuit (*d*) *Abercii* verò Acta, quæ *Græcè* habentur Mſſ. in Bibl. Cæſ. *Lambecii* Lib. VIII. p. 253. &c. & Coiſliniana p. 211. *Latinè* autem apud *Lipomanum* Tom. VI. & *Surium* ad 22. Oct. Non adeò magnæ eſſe fidei docet *Tillemontius*, (*e*) teſte *Joh. Alb. Fabricio* de Scriptor. circa Verit. Relig. Chriſt. p. 159.

(*a*) Extat ea in *Bibl. Vindob.* Cod. 16. in f. & Cod. 19. MS. in fo. Hiſt. ic teſte *Lambecio*. p. 613. & 614. inter alia plura.

(*b*) Viti. PP. Orient. Tom. II.

(*c*) Vide *Baron.* ad An. 173. N. 15. & not. ad Martyr. Rom. Octob. 12. (*d*) *Cave* Hiſt. Liter. p. 39.

(*e*) *Memor. ad Hiſt. Eccleſ.* Tom. II. p. 299. &c. edit. Pariſ.

ABEREINERS (*Phil.*) Sec. XVI. Scripſit Germanicè librum de *Roſario J. C. & B. V. M.* cui titulus

Roſen-Kräntzlein, darinn die H. Geheimniſſen von den V. Freuden, V. Schmertzen, V. Herlichkeiten Chriſti und Maria begriffen Munchen. 8. 1577. 1581.* *Lippenii* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 686.

ABESSER (*Joannes Gottlieb*) Germanus, Lutheranus, ſcripſit Sec. XVII.

Diſſertationem de Ur Chaldæorum. Vid. Tom. I. Theſauri Diſſert. Philolog. *in folio*, Amſtelodami 1701. ut docet Clar. *Le Long* Bibl. Sac. *Tom. II. p.* 592.

ABGARUS ſive AGBARUS & ABAGARUS Rex Edeſſenus (*a*) inter Scriptores Eccleſiaſticos familiã ducit, ob celebrem illam quam ad *Chriſtum* ſcripſiſſe perhibetur *Epiſtolam* (*b*) ut morbum quo laborabat depellere non dedignaretur. Hæc ex Archivis Edeſſenis deprompta, extat Græcè & Latinè, una cum *Chriſti* Domini ad eundem *Abgarum* Epiſtola apud *Euſebium* Lib. 1. cap. 13. Verùm ſuppoſititias eſſe has *Epiſtolas* contendunt recentiorum haud pauci, ex Pontificiis, *Eraſmus*, *Colerus*, *Canus*, *Bellarminus*, *Elias Dupin*; è Reformatis, *Cocus*, *Rivetus*, *Hornbeckius*, *Spanhemius* junior, & alii. Verùm ego (inquit Cl. *Cave* (*c*) non adeò temerè abjiciendum eſſe cenſeo tam venerandæ vetuſtatis monumentum. Primò enim nullum in toto *Chriſti* Epiſtolæ contextu apparet fraudis, vel νοθείας veſtigium; nihil quod Domini noſtri ſapientiæ, bonitati, dignitati non apprimè conveniat; ipſo non inficiante *Riveto* (*d*) non eſſe aliquid in iis, cur rejiciantur. Secundò magnum apud me pondus habet ſumma *Euſebii* fides & authoritas, qui has *Epiſtolas* ex ipſis Edeſſenorum tabulariis deſcripſit, & è ſermone Syriaco in Græcum tranſtulit; & cùm nec ipſe facilè falli potuerit, neque nobis fucum facere voluiſſe cenſendus erit. Verè de eo *Pearſonus*, (*e*) Deus bone, quantus judex! *Ego verò* Euſebium *tantâ diligentiâ, tantoque judicio in examinandis Chriſtianorum primævæ antiquitatis Scriptis, in quibus traditionem Apoſtolicam contineri arbitratus eſt, uſum fuiſſe contendo; ut nemo unquam de ejus fide, aut de Scriptis, quæ ille pro indubitatis habuit, poſtea dubitaverit.* Tertiò *Euſebio* fidem aſtruit S. *Ephræm* ipſe Syrus, & in Syrorum Scriptis verſatiſſimus, & quod proprius adhuc, Diaconus Edeſſenus. Proferam, quæ habet in Teſtamento ſuo, ex Syriacâ linguâ in Græcam, exinde interprete *Gerardo Voſſio* Latinè verſo: ubi Edeſſenos ſuos ſic alloquitur (*f*) *Benedicta veſtra ſit civitas, in qua habitatis Ipſa enim ſapientum eſt civitas, & mater,* *Edeſſa: quæ quidem etiam palam atque manifeſtè ex ore* Chriſti Domini *benedicta eſt per ſuos diſcipulos, noſtros verò Apoſtolos. Nam quando Rex* Abgarus, *qui hanc civitatem extruxit, rogabat exciperet eum qui peregrinus in terris apparuerat, ſalvatorem, inquam, univerſorum, &* Dominum Chriſtum, *dicebat: Omnia audivi, quæ à te facta ſunt, & quæcunque à reprobis, & aſpernantibus te Judæis paſſus es. Veni igitur huc, & mihiſcum habita; habeo enim mihi civitatem hanc exiguam, quæ tibi & mihi ſufficiet. Cujus etiam fidem admiratus Dominus, mittens eò per nuncios, perpetuò civitati illi benedixit, firmans ipſius fundamenta.* Haſce etiam Epiſtolas citat *Darius* Comes, Epiſt. ad D. *Auguſtinum* (*g*) ut his recentiores taceam. Quòd verò ſcriptores *Euſebio* antiquiores non meminerint, id inde factum eſt, quòd Patres Græci linguæ Syriacæ ut plurimùm ignari nullum ferè cum Edeſſenis commercium habuerint. Nec ullius penè momenti ſunt, quæ in contrarium proferuntur, argumenta: præcipua ad examen revocabo. Obj. 1. Nullam harum Epiſtolarum, vel legationis *Abgarianæ* apud Scriptores Evangelicos haberi mentionem. Fateor; neque enim iis in animo erat cuncta, quæ geſſit *Chriſtus*, literis mandare. Quin diſertè teſtatur S. Johannes (*h*) *multa alia feciſſe Jeſum, quæ non ſunt ſcripta in hoc libro, & quæ ſi ſcribantur ſigillatim, ne mundum quidem ipſum capturum eos, qui ſcriberentur, libros.* Obj. 2. Citari in hâc Epiſtolâ locum quendam è S. *Johannis* Evangelio, quod non niſi poſt plures demum annos conditum ſit. Reſpondeo; Similis quædam ſententiola utrobique, non tamen iiſdem verbis, nec eodem prorſus ſenſu. Hujuſmodi enim Apophthegmatibus Dominus noſter crebrò uſus videtur. Verùm utcunque eadem eſſet ſententia, non tamen indè citatur. Citari quidem videtur locus ex Prophetarum oraculis, quem *Valeſius* ad cap. VI. *Eſaiæ* refert: Alii alibi quærunt. Ego verò illud, γέγραπται, non tam de loco aliquo particulari, quam de communi prophetarum voce intelligendum eſſe exiſtimarem; quo ſenſu apud *Clementem* Romanum, alioſque ſæpe occurrit. Obj. 3. Rationem temporis non conſtare. Dicuntur quippe (ex vulgari *Euſebii* lectione) hæc Edeſſæ acta eſſe anno Chriſti *quadrageſimo tertio*. Sed totum hunc ſcrupulum feliciter exemit Cl. *Valeſius*, qui partim ex emendatioribus *Euſebii* Codicibus MS. partim ex verâ Edeſſenorum Epochâ oſtendit, annum Edeſſenorum trecenteſimum & quadrageſimum (ita enim legendum erat) quo *Thaddæus* Edeſſam venit, in eum ipſum annum cadere, quo *Chriſtus* & paſſus eſt, & à mortuis reſurrexit. Expoſitâ hunc in modum, & confirmatâ ſententiâ noſtrâ, omnia nihilominus doctiorum judicio ſubmitto, nec cum quoquam hâc de re contentionis funem ducam. Miram ſanè magni *Caſauboni*, ejuſque in palæſtrâ Baronianâ ſucceſſoris *Rich. Montacutii* modeſtiam lubens amplector. *De Epiſtolâ* Abgari *Toparchæ Edeſſeni ad Dominum*, inquit Caſaubonus (*i*) *doctiorum judicia audire malim, quam ipſe aliquid pronunciare.* R. Montacutius. (*) *Nec eſt in iis aliquid, cur rejiciantur. Omnia pia, modeſta, & cum Chriſtianâ pietate conjuncta. Sed utcunque mihi ita videantur æſtimanda, unuſquiſque tamen in ſuo ſenſu abundet.* Sanè mirum, *Abgarum* ex auditis fando miraculis *Chriſti*, collegiſſe ſtatim *Chriſtum* Deum eſſe, aut Dei filium; mirum *Chriſtum* dixiſſe ſe miſſurum ex diſcipulis aliquem qui ipſum ſanaret, quaſi ſanare vel abſentem & verbo ſolo & illicò non potuiſſet. Mirum Regulum dicere ſe paratum fuiſſe, ni obſtitiſſet metus Romanorum, Rempublicam & gentem Judæorum bello aggredi, & internecione delere. Extant autem D. N. J. C. & *Abgari* Epiſtolæ duæ mutuæ cum ſubjunctâ narratione de imagine Chriſti non manufacta ad *Abgarum* miſſa, & de *Thaddæo* uno ex 72. Diſcipulis (qui poſt Chriſti aſcenſionem in Cœlum, *Edeſſam* Syriæ profectus, *Abgarum* Principem, & populum *Edeſſenum* convertit ad Chriſtianam religionem) extant, *inquam*, Mſ. in *Bibl. Vindob.* Cod. 207. Th. Gr. chart. antiq. in 4. teſte *Lambecio* Lib. V. p. 335. inter alia plura.

De *Abgaro* plura. *Sam. Baſnagius*, (*k*) qui nec ipſius ad Chriſtum, nec Chriſti ad ipſum Epiſtolam admittit: *Thaddæi* ad eum legationem, ac Chriſti imaginem ei miſſam eſſe negat, ut & *Du*

Pin

Du Pin Bibl. Eccl. Tom. I. p. 1. *Calmet* Diction. S. S.

(*a*) nunc *Orpha*, Urbs Turciæ Aſiaticæ. (*b*) Extat ea Mſ. *in Bibliotb. Coiſlin.* Cod. XXIX. f. l. 174. ut liquet ex ejus *Catal.* p. 83. (*c*) *Hiſt. Liter.* p. 2. (*d*) *Critic. Sac.* l. 1. c. 1. (*e*) *Vindic. Ignat.* par. 1. c. 8. (*f*) Oper. tom. 3. & ap. *Sur* Febr. 1. Num. IV. (*g*) Epiſt. 263. edit. Lovan. *ep. Baron.* an. 31. (*h*) XX. 50. XXXI. 25. (*i*) Exercitat. ad *Baron.* 13. cap. 31. (*) *Origin. Eccleſ.* to. 2. part. poſt. p. 63. (*k*) *Annal. Eccleſiaſt.* Tom. I. p. 251. n. 37. p. 252. n. 37. 40. 41. & p. 281. n. 9.

R. ABHUHABH (*Iſaacus*) vid. AUUHAU.

ABI *Muhamed Ali*, fil. *Alamed*, filii *Hazm*, Andaluſius, Arabico-Hiſpanus, dedit

1. *Deſcriptionem variarum Sectarum & Religionum* duobus voluminibus, quæ ſervantur in Bibl. Leid. ut ex ejus Catal. p. 332.

2. Ejus eſt *Illuſtratio Corani*, niſi alius ſit ille *Aben Muhamed Ali* Andaluſius auctor libri *De amore*, qui in eadem extat Bibliotheca, teſte Catal. p. 371.

* *Nicol. Antonii* Bibl. Hiſp. Vet. *Tom. II. p.* 235.

ABICHTIUS (*Joan. Georgius*) Germanus, Lutheranus, Theol. Doct. Linguæ Stæ Profeſſor Lipſienſis, ineunte Sec. XVIII. clarus, ſcripſit, teſte *Le Long* Tom. II. p. 592.

1. Diſput. *de Jona fugiente* (Jon. I. 23.) Lipſiæ, 1702. 4.

2. Diſput. *de Servorum Hebræorum acquiſitione atque ſervitiis*, (Exod. XXIII. 13.) Ibid. 1704. in 4.

3. Diſput. *de Goele Jobi* (Job. XIX. 25.) Ibid. 1708. in 4.

4. *Oraculum Jeſaianum* à Matthæo, IV. 15. ex cod. Hebræo, ſenſu literali allegatum, (Jeſ. IX. 1.) Ibid. ann. eod. in 4.

5. Diſput. *de ſuppliciis Reipublicæ Judaicæ ſub Symbolis revelatis*, (Jerem. I. 11.) Ibid. ann. eod. in 4.

6. *Artem diſtincte legendi & interpretandi Scripturam Sacram Vet. Teſtamenti.* Ibid. apud Joh. Chriſt. Konig, 1710. 8. quo in libro eô ordine incedit Autor ut *primo* loco de Accentibus Proſaicis, *ſecundo* de Metricis agat, *tertio* quæ prolixe erant propoſita in compendium mittat, *quarto* de Accentuum abuſu quædam moneat, & *quinto* denique in exemplis uſum tam Proſaicæ quam Metricæ Accentuationis perſpicue ſatis & accurate oſtendat. De Accentuatione Hebraica fuſe differit autor, Accentuumque antiquitatem contra *Baſnagium* & *Capellum* defendit.

* *Vid.* plura in *Actis Erudit. Lipſ.* 1711. p. 169.

7. *De Damno ab Atheiſmo in Republicâ.* Lipſiæ, 1703. in 4. teſte *Fabricio* de Verit. Relig. Chriſt. Script. p. 337.

8. *Diſſertatio de Hebræorum Accentuum genuino officio* extat cum *Joan. Francii* Tenebr. lucid. &c. 4. Lipſiæ 1710. * *Vid.* Diar. Erudit. *Tom. XLIX. p.* 514.

ABILLONIUS (*Andreas*) Gallus, Theol. Doctor, Ambianenſis Archiepiſcopi magnus Vicarius, patriâ linguâ ſcripſit Sec. XVII.

Thriumphum Gratiæ ſupra naturam humanam, aliàs *Concilium gratiæ*, ſive *meditationes Theologicas in Concilium II. Arauſionenſe*, & eximium Deciſionum iſtius cum Tridentini Deciſionibus conſenſum. *Pariſiis*, apud Seb. Piquet, 1645. *in* 4.

ABIUDA Hebræus, ſcripſit.

De Characteribus Cœleſtibus, teſte *Athanaſio Kirchero* (*a*) qui *alphabetum Cæleſte* ſive de fatis ex Stellis, ceu totidem literis cognoſcendis, ex ejus mente exhibet, quod ante ipſum fecerat *Jac. Gaffarellus* in Curioſitatt. inauditis, in quibus *Abiudam* ſive *Abiudanem*, quem ipſe vocat, allegat. p. 4. 28. 31. 277. & 283. ed. Lat. & ſpeciatim p. 28. monet, illius librum ex Oriente Mſc. allatum eſſe.

* *Wolff.* B. H. Tom. I. *p.* 13.

(*a*) *Kircher. Oedip. Tom. II. p.* 109.

ABLAVIUS vel ABLABIUS Rhetor celebris, vivebat ſub Theodoſio *Juniori* Sec. V. fueratque diſcipulus Sophiſtæ Troili. *Chryſanthus*, Conſtantinopoli Novatiorum Epiſcopus, Sacerdotem illum conſti-

tuit, hocque in munere exercendo varios promulgavit *Sermones* qui perierunt. Deinceps fuit Nicææ Novatiorum Epiſcopus, ubi eodem tempore Rhetoricam docuit, * *Morerius* p. 31. ex *Socrate* L. 7. c. 12.

Viri ejuſdem nominis meminit *Voſſius* de Hiſt. Lat. p. 690. qui à noſtro diverſus videtur.

ABLUSIIS (*Gaufridus de*) vel ABLUVIIS Gallus, oppido *Abluis* vel *Abluies* aliàs, nunc *Ablis* vernacule dicto, Pariſios inter & Carnutes, cujus diœceſis eſt, medio circiter itinere ſuo ortus, unde pro more agnomen traxit de *Abluſiis* (ſic enim ſcriptum legitur in antiquis monumentis) domus Carnotenſis alumnus, fuit vir magnarum virtutum gloria conſpicuus, infractique animi, ut quæ geſſit cum laude munia facilè comprobant. Inter fidei quæſitores generales Carcaſſonæ vigeſimus primus ordine recenſetur, F. *Nicolai de Abbatiſvilla* domus Ambianenſis filii, & profeſſi circa 1300. ſucceſſor, quo in officio ſocium ſibi aſcivit F. *Hervanm de Anteto*, vulgò *Anet*, ejuſdem diœceſis & domus Carnotenſis alumnum; ſed & coinquiſitorem Carcaſſonæ habuit ſibi adjunctum F. *Fulconem de Sancto Georgio* domus Viennenſis ejuſdem provinciæ Franciæ. Vitâ functus *Lugduni* creditur, inter 1316 & 1319.

S c r i p t a:

1. *Commentaria in IV. Libros Sententiarum*, brevia quidem, ſed optima methodo & dilucida, quæ in Bibl. conventus Carnutenſis ſervari teſtantur. Sacræ Theologiæ Magiſtrum etiam aſſerit; ſed cùm ejus nomen in Catalogo *Bern. Guidonis* non legatur, parca in hoc ei fides, quod non impedit, quin Theologiam in variis Provinciæ Franciæ ſtudiis profeſſus fuerit.

2. *Acta ejus* ut inquiſitoris, plurimi facienda, ceu quæ non parum deſerviunt ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & profanam ejus ætatis in Gallia cognoſcendam. Hæc verò ſervantur partim *Carcaſſonæ* in Archivo Inquiſitionis, partim *Luteciæ* in Biblioth. Regia, partim in Colbert. * De eo latiùs *Echardus* in *Scriptor Ord. Prædicat.* inter quos recenſetur noſter *Tom. I. p.* 532.

R. ABOAB (*Immanuel*) rectiùs quàm ABUHAB, profeſſione Hebræus, gente Hiſpanus, clarus A. C. 1625. obiit autem ante annum 389. (C. 1629.) ut patet ex ejus libro, qui hoc anno a defuncti heredibus editus dicitur: Hujus titulus

Nomologia ſive *Diſſertationes Legales*, quibus probare conatur, traditiones antiquas, ſive legem Oralem veram eſſe, cujus neceſſitatem *parte priore* demonſtrare ſtudet, ſicut in *poſteriore* originem ejus & propagationem, ſimulque ſucceſſionem Doctorum Judaicæ Eccleſiæ ad ſuam uſque ætatem repræſentat: Secutus imprimis eſt *Maimonidem*. Inſeruit (*p.* 144. *ſeqq.*) *Horatii del Monte*, Nob. Itali, Epiſt. Italicam ad ſe datam, de eo quomodo dici poſſit, *Angelicum eſſe tmendare ſe*: cum reſp. ſua Latina, quam ſcripſerat A. C. 1607. *Amſteldami* excuſus videtur liber: cujus meminit *Menaſſe* ben *Iſraël*, in limine libri *de Reſurrectione mortuorum*, ubi eos recenſet, qui ex Judæis *Hiſpanicè* ſcripſerunt. * De eo plures cit. apud *Wolf.* Tom. I. n. 1788.

ABOU, *Abilfargi*, F. *Eltayb*, Arabs Neſtorianus, Sec. XIII. clarus.

De eo extant:

1. *Notæ in Pſalmos*, Arabicè *Bibl. Reg.* Cod. 407.

2. *Commentarius in Matthæum*, Arabicè, *Bibl. Leyd.* Cod. 454.

3. *Expoſitio Evangeliorum Marci, Lucæ & Joannis*, Arabicè ex Syriaco ab eo reddita, anno Martyrum 964. Chr. 1247.

4. *Codex in fol.* Bibl. Segueriana, Cod. Arabico A. 11.

* *Le Long* p. 592.

R. ABOUHAB, ſive ABOAB, (*Iſaac*) ex Breſcia ortus, Judæus, Præſes Senatûs Synagogæ Hiſpanicæ Amſtelodamenſis, claruit Seculo XVII. inclinante.

De eo extat:

Paraphraſis in Pentateuchum Commmentario ſuc cincto mixta, *Hiſpanice* in fol. Amſtelodami 1681. * *Le Long* Tom. II. p. 802.

R. ABOUHAB (*Iſaac*) Hiſpanus, *vid.* AUUHAU.

ABOU-HAIAN vel *Ebn-Haian* idem cum *Athirreddin Mohammed Ben-Joſeph al Andalouſi*, Doctor Arabs, gente Hiſpanus, ſcripſit pluta in *Grammaticam Arabicam*; ut & in linguam *Ateack*, ſeu Turcorum Orientalium, qui vulgò vocantur Tartari. Aggreſſus eſt ipſe Religioſos Mahometanos ſui temporis cùm adverſus eos ſcripſit maledicum carmen. Obiit anno Hegiræ 745. * *Morerius* p. 32. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

ABOU-HANIFAH cognominatus *Ab Nooman*, avum habuit *Thabed*, patriam *Coufa* ubi natus anno Hegiræ 80. Fuit apud Muſulmanos Orthodoxos Doctor percelebris quoad eorum legem: primus enim eſt intet quatuor peculiatium ſectarum principes, quos in Deciſionibus capitum juris indifferenter ſectari licitum. Nec tamen vivens multam ſibi peperit famam; illum enim in urbe *Bagdato* cuſtodiæ tradidit Calypha *Almanſoe*, quia opinionem eorum qui Prædeſtinationem abſolutam & determinativam admittunt, amplecti recuſaverat, quæ Muſulmanis dicitur *Cadha*: verùm ejus doctrinæ tantam fecit famam *Abu Joſeph* ſummus Judex, ac ut ita dicam, Imperii Cancellarius Calyphà *Hadi*, ut qui verè Muſulmanus haberi vellet, *Hanifah* ſectari habuerit neceſſe. Obiit interea anno Hegiræ 150. in carceribus *Bagdati*, quà in urbe, elapſis abhinc annis 335. (Hegiræ 485.) ſuperbum illi erigi juſſit Mauſoleum *Melikſchah* Turcarum Imperator ex ſtyrpe Selgiucidarum, unà cum Collegio *Abou* ſectatoribus præprimis reſervato. Doctoris illius vitam cum elogio ſcripſêre plures magni nominis Autores; ſunt etiam qui nomen ejus in Vetere Teſtamento reperierunt, quique contendunt de illo verba fieri in ſacro codice æquè ac de Propheta Mohammede. Inter omnes Hiſtoricos convenit illum eximium fuiſſe, non ſolùm in cognitione, ſed etiam in praxi Legis Muſulmanæ: vitam enim agebat valdè auſteram & à rebus mundanis alienam; ideo ab omnibus orthodoxis Muſulmanæ Legis tanquam primum Caput & *Iman* habetur; Soli Schiitæ, ſeu *Ali* Sectatores, illum rejiciunt. Præcipua Doctoris illius opera ſunt

1. *Meſnad*, hoc eſt *Fulcrum*; quo Alcorani & Traditionis authoritate nituntur omnia Muſulmaniſmi Capita.

2. Tractatus *Filkelam*, id eſt, *Theologia Scholaſtica*.

3. *Catechiſmus* ſeu *Inſtructio*, cui titulus *Moallem*, hoc eſt, *Magiſter*, in quo contendit fidelem in fide perſeverantem non fieri Deo infenſum, licèt in plurima incidat peccata; peccata nos non abſtrahere à fide, gratiamque inſociabilem non eſſe cum peccato. * *D'-Herbelot Bibl. Orient.* teſte *Morerio* p. 32. ubi curioſa quædam alia.

ABOULAITH Candi, *Iman*, ſeu Sacerdos, & Juriſconſultus magni nominis inter Muſulmannos; hominem doctum, diviti nunquam ſe ſubjicere debere aiebat, quia ille à Deô multa; hic verò pauca accepit; & ſententiam ſuam hoc loco *capitis mulierum* firmabat, in quo dicitur: *Parvi ſunt momenti bona terreſtria, ſed hic eximium accepit donum cui conceſſa fuit Scientia*. Exiguum ille, ſed inſignem pietate Librum Scripſit,

De præparationibus ad orationem, cum titulo *Mocaddemat alſalat*, qui in *Biblioth. Regia* reperitur num. 606.

Ipſi præterea tribuitur Liber inſcriptus

Boſtan, qui forſan alterius.

* *Morerius* p.34. ex *Herbelot*.

ABOU-*Obeidah Mamar* Ben *Almothani*, cui patria *Balſera* urbs Aſiæ; in Grammatica Arabica præprimis excelluit, in quam ſcripſit opuſcula duo inſcripta *Al Moccaddemat*, quæ ſibi ab Autore explicari voluit Califa *Haroun Raſchid*. Inter ejus diſcipulos numeratur quoque *Abou-Othman*. Aliud conſcripſit opus ſub titulo *Megiaz Alcoran*, in quo tractatur *de Metaphoris in Alcorano obviis*. Vir diſſolutus habebatur: obiit in patriâ ann. Hegiræ 209. ætatis 99. cujus exequias nemo comitatus eſt, quod ne unum quidem ad Muſulmaniſmum ſermone convertiſſet. * *D'-Herbelot* Bibl. Orient.

ABOUSAID Vid. ABUSAID.

ABRABANEL (*Iſaacus*) Rabbinus percelebris, è Majoribus Caſtellam Hiſpaniæ, ex Parentibus Olyſſiponem Luſitaniæ agnovit patriam, in eaque natus eſt an. 1437. Is apud *Alphonſum* V. Luſitaniæ Regem multum provectus, maximis ab eo honoribus cumulatus fuit. Verùm eo Rege mortuo, longè diverſam fortunam expertus eſt, *Joanne* II. rerum potiente. Siquidem eo regnanre exulârunt quotquot adminiſtrandis negotiis ſub *Alphonſo* admoti fuerant; hac itaque procellâ actus Rabbinus noſter in Caſtellam quamprimùm ſe recepit, ubi tranſactis tum in docendo, tum in ſcribendo aliquot annis, Venetias petiit, ibique mortuus eſt an. 1508. ætatis 71. Ex quibuſdam ſcriptorum ejus locis patet eum fuiſſe elatioris animi virum, & magnificentiùs de ſuæ ſtirpis nobilitate ſentientem. * *Simon* Hiſt. Crit. V.T. p. 537. cui plura ex aliis addemus.

Eum vocant alii R. *Don Iſaac Abarbanel*, *Abarbinel*, *Abarbenel*, *Abeabaniel*, *Abrabinaël*, vel *Abeavaneli* imò *Feanc. ab Huſen* in præf. ad *Abrabanelis* Comment. in Hoſeam, ſtatuit rectiſſimè dici *Abrabbanelem*. Menaſſe ben *Iſeael*, cujus uxor ex gente *Abrabanelis* orta fuit, dicit *Abrabanelem*. Ex ſtirpe *David* oriundum fuiſſe, in *Spe Iſrael*. p.91. 92. legitur. *Hugo Grotius* in notis ad lib. *de Juee B. & P.* eum vocat *illuſtriſſimum*: Judæi quidam eum appellant *Principem*, ſed hoc commentum exploditur ab *Hoornbeckio* de Converſ. Jud. L. 2. p. 139. *Per. Dan. Huetio* in Dem. Fvangelic. Prop. IX. c. IV. ſ. 14. & *Barroloccio* Bibl. Rabbin. P. III. p. 886. *Abraham B. Dior* in *Sepher Hakkabbala* f. 69. c. 1. affirmat poſt A. 1154. in Hiſpania ex ſtirpe *Davidis* neminem ſuperfuiſſe. De fortunæ ſuæ converſione diſſerit *Abrabanel* in præf. ad *Comment. in lib Joſua* & I. *Lib. Reg.* Confer *Gentii* Hiſtor. Jud. Sect. 51. Cl. *Wolphim* Bibl. Heb. Tom. I. p. 629. obſervat *Abrabanelem* paulò poſt à *Feedinando* Catholico Aulicis officiis fuiſſe admotum, uſque ad A. 1492. quo ipſo cū Rex Religionis causâ Judæos regno pellendos judicaret, ann. ætatis 55. ſolum iterùm vertere coactum, abiiſſe Neapolim in Italiam A. 1493. ubi *Ferdinandi* ac deinde *Alphonſi* Regis gratiam ſibi conciliavit: Cùm verò non longo poſt tempore *Carolus* VIII. Galliæ Rex *Ferdinando* fatis functo, regnoque Neapolitano ſibi vindicato, *Alphonſum* regno pelleret, *Abeabanelem* cum eo *Meſſanam* in Siciliam profectum, poſt hujus verò obitum in varias ſedes, *Corcyram* primò, hinc 1496. *Monopolim* Apuliæ uebem, tum verò *Venetias* ſe cum filio Joſepho contuliſſe, ibique lites inter Luſitaniæ Regem & Venetorum Rempublicam coortas compoſuiſſe; magnamque hoc ipſo nominis famam, (ſi credimus *Menaſſa Ben Iſrael* in *Spe Iſeaelis*) adeptam. Eum itaque tandem A. C. 1508. relictis filiis *Jehuda* Medico & Poëta, *Joſephô* & *Samuele*, defunctum, nec ſine funebri pompâ ab ipſis Venetiarum Magnatibus ductâ Patavii ſepultum eſſe. Præcipua vitæ ejus momenta vid. apud *Bartoloccium* loc. cit. & apud *J. Henricum Majum* in vitâ *Abeabanelis*. Iſte elogia Judæorum & Chriſtianorum de *Abrabanele* congeſſit atque collegit. De eo *Nicolaus Antonius* in præfat. ad *Bibl. Hiſp.* ita loquitur; » *Iſaacus Abrabanelim* ſi à naturâ eum expendes, *ingenioſiſſimus*; ſi à ſtudiis, *doctiſſimus*; ſi ab » induſtria, *totus labor*; idem tamen Chriſtiani nominis, ſi quis alius, *infenſiſſimus hoſtis ac perverſiſſimus*

» *ſiſſimus veri calumniator.* » Valdè etiam laudatur à *Jo. Meyero* in præfat. & in notis ad *Seder Olam* a *B. Aug. Pfeiffero* in præf. *Comment.* ejus *in priores Prophetas* qui ejus εὐμεθοδίαν, πολυμαθίαν & ῥᾳδιομαθίαν celebrat. *Rich. Simon* tamen in *Epiſt. Selectis* Tom. III. p. 11. teſtatur ſe ex ore cujuſdam Judæi intellexiſſe, *Abrabanelem* pro nudo ſententiarum compilatore, & *Raſchii* plagiario haberi. Fuit autem (ſi audias *Bartoloc.* p. 875. c. 2.) Vir perſpicui, ſed peſſimi ingenii, in labore ſtudiorum infatigabilis, jejunii patientiſſimus, vigiliis aſſuetus: Script. verò Sacræ diligens, ſed plerumque mendax explanator, & ita facilis in ſcribendo, ut intra paucos dies, nonnullos Sac. Script. libros explicarit, & ediderit. Fuit & infenſiſſimus Chriſtianorum in ſcripturis inimicus, ut mirum ſit, eô tempore, quô calamô maledicta in Chriſtianos explorabat, Principibus Chriſtianis eodem momento adulabatur. Chriſtianorum conſortia non evitabat, ſed fovebat, ita, ut eum alterum Chriſtianum crediſſes: imùs tamen venenum fovebat, quod atramenti commixtum liquore contra Chriſtianam Religionem evomuit in chartas. Illius Blaſphemias in Chriſtum, in Ejus Eccleſiam, in Sum. Pontificem, Cardinales, Epiſcopos, totumque Clerum, & Chriſtianos omnes, prætertim Romanos, per omnes ferè Comment. S. Script. diſſeminavit &c.

S C R I P T A:

1. *Commentarium in Pentateuchum.* Venetiis, A. 1579. fol. apud Aloyſ. Bragadinum, curâ R. *Sam. Archevolti.* Extat & Veneta editio A. 1584. qua uſus eſt *Jo. Andreas Eiſenmengerus* in *Judaiſmo* ſuo *detecto*, & *Joh. Bened. Carpzovius.* Hanc Inquiſitorum curâ interpolatam & caſtratam eſſe oſtendit *Jo. Wulferus* in Animadverſionibus ad *Theriacam Judaicam* p. 206. Primam editionem Venetam A. 1579. recudi curavit *Henr. Jac. van Bashuyſen* in Gymnaſio Hanov. Profeſ. Theol. & Philolog. digniſſimus, Hanoviæ A. 1710 fol. Multa ex hoc *Abarbanelis* Comment. ſuis in ſcriptis excerpſit *Joh. Buxtorfius* filius. Novam hanc aditionem prioribus multò correctiorem adornavit Cl. *Bashuyſen*, allegationes marginales, diſtinctionum puncta, indiceſque neceſſarios Latinos ad modum Commentarii in Prophetas minores, Lipſiæ editi, multo ſtudio adjecit, lectionemque faciliorem reddidit. Methodus quâ *Abrabanel* in interpretandis Prophetisp rioribus & poſterioribus uſus eſt, eadem in hoc Commentatio eſt obſervata. Nimirùm vel integrum caput, vel ejus partem conſiderat, variaſque quæſtiones movet, quas deinde prolixè reſolvit. Sententias quas proponit, non cæca majorum authoritate, ſed rationibus confirmare ſtudet, ideoque frequenter à Talmudicis vel planè recedit, vel eos ita explicat, ut ſecum conſentiant. Sic Angelorum creationem concionatores in *Breſchit Rabba*, vel ad ſecundum diem, quo firmamentum creatum eſt, vel ad quintum diem, quo aves productæ ſunt, referunt; primo vero die Angelos creatos eſſe ideo negant, ne quis Deum in creatione ſocios & adjutores habuiſſe dicat. Sed noſter *Abarbanel* Angelos primo ſtatim die cum luce formatos eſſe ſtatuit, quia ſcriptura eos nobis ſub luminis ſymbolo proponit, ſine quo aliàs à noſtro intellectu non percipiantur. Hoc *R. Simonis* dicto confirmat, *Deum lumen diviſiſſe, partemque ſibi ſervaſſe*, dicentis, quæ verba, & *Ralbag* de luce intellectuali interpretatus eſt. Plura ſunt in hoc libro, quæ Theologorum meditationem merentur. * Vid. *Act. Lipſ.* ann. 1710. *p.* 233. *ſeqq.*

2. Abarbanelis *Proœmium in Leviticum*, editum eſt cum *Moſis Maimonida* de Sacrif. libro &c. & aliis quæ ex Hebræo convertit in Latinum & notis illuſtravit *Ludov. de Compeigne de Veil.* A. M. Londini, 1683. in 4.

3. *Commentarius* ejus *in Deuteronomium* ſub titulo *Mirchèveth hamiſchnè*, Currus Secundani (ex Gen. XLI. 43.) ſeorſim editus *Sabioneta* A. 1551. fol. apud Tobiam Puam, cum Indice locorum Script. & rerum, & cum integro in *Pentat. Comment.* recuſus ibi Lmon. 1579. fol. In repetitis illius Commentarii editionibus ſublata varia eſſe, quæ in *Sabionetenſi* leguntur, obſervavit Vir Cel. jam citatus *Wulferus* l.c. p. 128.

4. *Commentarius in Prophetas priores*, Neapoli primùm prodierat A. C. 1593. ſed longè correctior Lipſiæ A. 1686. fol. apud Weidmannum, curâ *B. Aug. Pfeifferi.* Alia eſt Hamburg. A. 1687. fol. à R. *Jac. Fidanque* ſpicilegio quodam obſervationum aucta. Debetur autem editio Lipſienſis (a) laudato *Pfeiffero*, qui & præſtantiam Commentarii, & elegantiam operis, dignis elogiis in præfatione exornavit; tum literarum harum paraſtatæ *Feid. Alberto Chriſtiani*, qui vigilem ſplendidi apparatûs curam in ſe ſuſcepit. Textus à mendis quibus prior editio ſcatet, ſollicitâ operâ eſt purgatus: Verſus Biblici in margine notantur, non ad textum ſolum Hebraicum ſeorſim poſitum, ſed in Rabbinico obvium &c.

Quæ in Comment. ad Cap. IX. libri Judicum de *Abimelecho* habet, Latinè converſa, & obſervationibus ſuis illuſtrata ſub tit. *Prudentia civilis Rabbinica Specimen*, edidit Celeb. *Joh. Franc. Buddeus* Jenæ A. 1693. in 12. Ex iiſdem Commentariis varias Diſſertat. Latinè converſas in ſuis in *Seder Olam* notis inſeruit V. C. *Jo. Meyerus*, ut & in *Diſſertationibus* ſuis *Philolog. Theol.* addit *Jo. Buxtorfius.* Quæ ad I. Sam. XXXI. pro defendendâ *Saulis* αὐτοχειρίᾳ attulit *Abarbanel*, ea cum Lat. verſione, notis & confutatione Rev. *Jonæ Coenel. Scheammii* prodierunt Helmſtad. 1700. 4. *Imbonatus* Bibl. Lat. Heb. *p.* 418. teſtatur Commentarium in Prophetas priores Latinè vertiſſe D. *Jo. Rendtorfium.*

5. *Comment. in Prophetas poſteriores* Piſauri A. 1511. & apud Soncinates in Italiâ A. 1520. ac Amſtelodami A. 1641. fol. & elegantior & duplici Indice auctior. Quæ in cap. Jeſ. LII. v. 13. & ſeqq. totumque caput LIII. attulit *Abarbanel*, ea Hebr. edidit, & confutavit *Conſtantinus l'Empereur* Lugd. Bat. A. 1631. 8. recuſa *Francof.* A. 1687. 8. additis illis quæ *Alſchechus* habet, & quæ *Simeon* è Veterum Comment. collegit. Ita & *Seb. Schnellius* ſingul. diſſertat. quæ *Abrabanel* ad C. XXXIV. Jeſaiæ & Obadiæ Prophetiam contra Chriſtianos ſcripſit, Latinè exhibuit & confutavit Altorf. A. 1647. 4. Sic & *Jo. Buxtorfius* f. integram ejus in Comm. ad Jeſ. XXXIV. diſſertat. de eo quod per *Edom* Romani & Chriſtiani intelligantur, Latinam dedit in Mantiſſa ad librum *Coſri* p. 389. *Joh. Bened. Carpzovius* in Diſſert. Academicis p. 93. *&c.* Heb. & Latinè edidit, quæ *Abarbanel* habet ad *Jerem.* III. 16. 17. de Arca fœderis. Hos Comment. blaſphemiis in Chriſtianos ita fœdavit (inquit *Bartoloc.* p. 876.) ut vix pagina ſit, quæ ab hâc peſtiferâ lue inveniatur immunis, ideoque Judæis nullatenùs permittendos eſſe cenſet:

Commentarius in Hoſeam, cui & præmiſſum Proœmium in XII. Prophetas minores, Latinitate donatus, unà cum notis ſuis à Franc. ab Huſen. Lugduni Batav. apud Joh. de Vivie, 1686. in 4. Prodierat ante Hebr. cum ipſo textu Biblico, Groningæ, 1676. in 4. Verſioni autem ſubjunxit notas V. Cl. *ab Huſen*, in quibus non omnium quidem, ne opuſculum nimis excreſceret, ſed præcipuarum atque obviarum ſententiarum, quibus *Abarbanel* delectatus eſt, examen vel explicationem inſtituit: non tam rationibus, quam proprio inprimis vel gentis ſuæ gladio *Abarbanelem*, ubi opus, confodere anniſus, brevitatis gratia, quantum res permiſit, ubique ſtudioſus. Novam præterea Hebræi textus verſionem, non quam veritas poſtulabat, cum aliena tractaret, neque ex ſuo cerebro effictam, ſed ad mentem *Abarbanelis* compoſitam, adornavit, eamque per partes ſuis locis Commentationibus Autoris præmiſit.

* Vid. *Acta Lipſ.* 1686. p. 535.

Sophonias à falſa interpretatione *Abarbanelis* vindicatus eſt per *Brandanum Henr. Gebhardi*, in variis Diſſert. Gryphiswald. A. 1701. & 1702. junctim editis.

Comm. in Abdiam vertit & confinavit poſt *Sebaldum Schnellium*, *Aug. Pfeifferus* ſub titulo *Tract. Philolog. Anti-Rabbin.*

ti *Rabbin. ſtetis verſionem & examen Don Iſaaci Abarbanelis ad Obadiam*, Wittemb. A. 1664. & 1670. 4. ubi ſpeciatim oſtenditur Chriſtianos non eſſe *Edom*, quo nomine appellantur à Judæis, teſtibus *Eiſenmengero* in *Judaiſmo detecto* part. I. p. 636. &c. & part. II. p. 350. & 795. *Joh. Jac. Huldrico* ad *Toldos Jeſchu* p. 110. *R. Hoſmanno* in *Judæo difficulter convertendo* p. 154. *J. Jacobo Schudtio* in *Judæo Chriſticidâ* p. 116. &c. & p. 197. *Hottingero* in *Smegmate Orientali* c. 8. p. 338. & *Buxtorfio* in *Lex. Talmud.* p. 29. &c.

Comment. in Jonam convertit & notis illuſtravit *Jo. Palmcroot* Prof. Upſalienſ. duabus *Diſſertat.* A. 1696. 1699. excuſis, ſine verſione, cum aliis Commentar. Francof. ad Mœn. A. 1697. in 4. a Cl. *Bureklino*. Eundem Latinè à ſe verſum ſervare V. C. *Jo. Rendtorfium* teſtatur *Imbonat.* Bibl. Lat. Hebr. p. 418.

Comment. in Nahum & Habacuc editi à *Jo. Dieterico Sprechero* Hebr. & Latin. A. 1703. Helmſtad. in 4. ſine notis. *Joh. Meyerus* in notis ſuis ad *Seder Olam* utrumque Commentarium inſeruit p. 1027. *Habacuc* ſeorſim recudi curavit ſuaſu Clar. *Relandi* laudatus *Sprecherus*, Hebr. itidem & Lat. in uſum Academiæ Trajectinæ, *Ultrajecti*, apud Thom. Appels, 1710. in 8. V. C. *Jac. Baſnag.* Tom. V. Hiſt. Jud. p. 2144. obſervat dari *Commentarium in Prophet.m*, Latinè converſum à Profeſ. quodam Vienneſi, ex Judæo relapſo.

Comment. in Haggai, Lat. legitur in *B. Scherzeri* Triſol. Orient. *Lipſ.* 1663. Prodiit dein A. 1672. ſub titulo *Opera pretii*, ac denique cura V. C. *Jo. Georgii Abichtii* 1705. ſub titulo *Selectorum Rabb. Philolog.* ed. 4.

6. *Comment. in Danielem*, ſub titulo *Fontes Salutis* (ex Jeſ. XII. 3.) in duodecim fontes & totidem partes diſtinctus, & in Chriſtianos injurius, A. C. 1551. 4. ſine mentione loci. *CPoli* ſuſpicatur *Buxtorfius*, at *Bartoloccius* P. III. p. 878. apud Soncinates; recuſus eſt *Amſtelod.* A. 1647. in 4. Prima editio creditur prodiiſſe *Ferrariæ* A. 1551. Sed aliam vidiſſe ſe aſſerit Cl. Wolfius *Neapolitanam* A. 1497. in 4. De iſto Commentario legi poſſunt *Antonius Hulſius* Part. I. *Theol.* ſuæ *Jud.* Bredæ A. 1653. edit. in 4. *Joh. Bened. Carpzovius* in *Diſſertat. ad Dan.* VII. 13. *Conſtant. l'Empereur* in præf. Paraphraſi *Joſ. Jacchiadæ* in *Daniel.* præmiſſa. Eum Commentar. Latinè vertiſſe dicitur *Buxtorfius*. * Vid. *Wolfii* Bibl. Heb. *Tom. I. p.* 634.

7. *Zevach Peſach*, Sacrificium Paſchatis ab *Abarbanele* datum, eſt Commentatio de ritibus feſtum Paſchatis celebrandi; editus eſt Liber *Conſtantinopoli* A. 1496. *Venetiis* A. 1545. apud Juſtinian. *Cremonæ*, A. 1557. apud Vinc. Conti, & *Biſtrovitzii*, 1593. ſingulæ in 4. Errare autem *Bartoloccium*, *Majum* & *Buxtorfium* qui alias numerant editiones, contendit *Wolfius*. In præfat. iſti Comment. præmiſſa Auctor vitam ſuam delineat.

8. *Mipaaloth Elohim*, Opera Dei, (ex Pſ. LXVI. 5.) Diſputat ibi *Abarbanel* de creatione mundi, contra eos qui illius æternitatem adſtruunt, deque aliis operibus Dei Philoſophicè diſſerit, & varia loca *Maimonidis* in *More Nevochim* illuſtrat. *Venet.* A. 1592. 4. Sunt decem tractatus.

9. Maſcmiah Jeſciuah, *Præco Salutis* (ex Jeſ. LII. 7.) quem A. 1498. Monopoli compoſuiſſe dicit *Bartolocc.* prodiit Neapoli A. 1526. apud R. Judam de domo Gedaliæ, *fol.* Amſtelod. A. 1644. in 4. apud Imman. Benbanaſt. Editionem tertiam laudat *Wolfius*, quæ potiores tantùm Prophetias in uſum prælect. Rabbin. exhibet, eamque non à Cl. *Herm. von der Hardt*, ſed à V. Rev. *Joh. Frid. Wincklero* curatam, ſuperioribus annis (ſcilicet ante 1715. quo ſcribebat) prodiiſſe docet *in fol.* exiguo volumine, loco nec anno edit. notato. Latinam hujus libri verſionem MS. ſervare interpretem *Wulferum* (malè *Wolfen*) accepiſſe dicit *Bartolocc.* ann. 1675. (Tom. III. p. 946.) At dedit ultimam *Joh. Henr. Majus* Fil. Gr. & Or. LL. PP. in Acad. Gieſſ. *Francof. ad Mœnum*, 1711. in 4. de quâ *Act. Lipſ.* Supplem. Tom. VI. p. 312. plura docent, ac inter ea V. C. in eo vertendo id inprimis dediſſe operam, ut preſſè Auctoris verba exhiberet, inſertis duntaxat quæ ad explendum orationis ſenſum pertinere viderentur. Obſervationes in eundem ſuas expectare jubet, quibus & rationes tranſlationis ipſius, & difficilium enodationem, & multorum obſervatu dignorum diffuſam enarrationem, non omiſſis penitùs, quæ ad præcipui hujus Judæorum confutationem pertineant, ſiſtere pollicetur. Verſioni præmittitur *Abrabanelis* vita ab Interprete noſtro ſollicitè conquiſita: Porrò in fine libri adjectæ ſunt *Emendationes Textûs Rabbinici*, ad editionem *Benbeniſti* ann. 1644. pertinentes, quâ uſus eſt noſter, & quam non paucis, iiſdemque genuinam *Abrabanelis* mentem ſatis obſcuram reddentibus, mendis ſcatere obſervavit. Denique *Jura fimbriarum* accedunt, ex R. *Moſe* ben *Maimon* deſcripta, Latinèque reddita, & notis ab Interpr. diligentiſſimo illuſtrata; qui cætera quæ extant *Abrabanelis* ſcripta omnia Latinitate donare inſtituit.

10. Nachalàth Auòth, *Hereditas Patrum* (ex Proverb. XIX. 14. *vel* I. Regg. XXI. 3.) i. e. Comm. in *Pirke Avòth* in gratiam filii *Samuelis*, prodiit Venet. A. 1545. in 4. apud Marc. Ant. Juſtinian. cum ipſo contextu & *Maimonidis* in eundem Comment. ac rurſùs ibid. A. 1567. fol. apud *Georg. de Caballis*; antea verò CPoli A. 1506. cum aliis quibuſdam ejus libris. Compendium hujus Commem. Lublini A. 1604. editum à R. *Jacob bar Elijakim Hailpron* docet *Bartoloccius*; illudque idem putat eſſe *Wolfius* cum eo, quod Cl. *Majus* tribuit R. *Iſrael Haſſiphroni*. Hunc librum itidem *Abrabaneli* tribuit *Plantavit.* n. 446. monet verò eadem opera in Catalog. Veneto adſcribi *Moſi Ægyptio*, h. e. *Maimonidi*, &c.

11. Atèreth Zekenìm, *Corona Senum* (ex Prov. XVII. 6.) Ibi explicatur Exod. XXIII. 20. ſicut & locus Malach. III. 1. ſimulque agitur de promiſſionibus quæ factæ ſunt Patribus, de præſtantia item ac ratione Prophetiæ. Capp. XXV. liber abſolvitur. Prodiit Sabionetæ, apud Tob. Pua *fil.* Eliez. A. 1557. in 4. Mendum legi putat *Wolfius* in *Catal. B. Bodl.* ubi laudatur editio Sabionet. ann. 1575.

12. Roſc amanà, *Caput fidei* (ex Cant. IV. 8.) de articulis fidei Judaicæ. Videtur adverſùs *Maimonidem* præprimis compoſitus iſte liber, in Capp. XXIV. diviſus. *Plantavitium* inde carpit *Bartoloccius*, & alios, qui hunc librum *de Sacrificio Paſchali & de Heredit. Patriarcharum* tractare dicunt. Prodiit *CPoli* A. 1506. in 4. apud R. David. *Venetiis* 1545. apud Marc. Ant. Juſtin. *Sabionetæ* & *Cremonæ*, 1557. 4. *Neapolitanam* editionem laudat *Catal. B. Bodl.* p. 1. Librum iſtum Lat. ſed minus feliciter & obſcurius converſum cum notis ad cap. XIII. & XIV. edidit *Amſtelod.* apud Blaeu *Guil. Vorſtius* A. 1638. 4. unà cum *Maimonidæ* lib. *de Fundam. Legis.* Marci Marini *Brixiani* cenſuras in eundem MSS. in Colleg. Neophyt. Romæ extare dicit *Imbonat.* p. 156.

13. Teſchuvoth, *Reſponſiones ad XII. quæſita R. Saulis* Sacerd. Germani, in quibus difficilia quædam loca libri *More Nevochim* illuſtrantur. Prodierunt Venetiis A. 1574. in 4. juxta *Wolfium*. Mſſ. extare dicit *Bartoloccius* in B. Lugd. Batav.

Scripta *deperdita vel inedita*:

14. Jeſcivòth Meſcichò, *Salutes Meſſiæ* (ex Pſ. XXXVIII. 8.) quem deperditum teſtatur præf. ad *Majene haijeſchua*. Eo expoſita erant dicta vett. Rabbin. de Meſſia, quæ in Talmude extant.

15. Lahakàth Nevilm, *Congregatio Prophetarum* (ex I. Sam. XIX. 20.) ubi de Prophetia Moſis & reliquorum Prophetarum agitur, ex parte etiam Maimonidis *More Nevochim* confutatur.

16. Machazè Sciaddai, *Viſio omnipotentis*, quem ex Luſit. profugus perdidit. In eo de diſcrimine gradus Prophetiæ & Spiritus S. fusè agitur.

17. Sepher Jemòth haolàm, *Liber dierum Seculi*, quo omnes populi Judaici calamitates ad ſuam uſque ætatem perſequi inſtituerat. Editum putat *Carpzov.* Introd. ad Theol. Jud. *p.* 81.

18. Tſedeck Olam, *Juſtitia ſeculorum* (ex Dan. IX. 25.) in III. tractatus diſtinctus, quorum I. de mundo hoc perituro, & ritibus in feſto novi anni & expiationis receptis: II. de mundo altero, ſive animarum paradiſo & gehenna: III. de reſurrectione mortuorum, præmiis & pœnis. Periiſſe ait *Pocockius* ad Port. Moſis *c. 6. p.* 89.

19. Sepher Sciamaim chadaſcim, *Liber Cœlorum novorum* (ex Jeſ. LXV. 27.) ubi de creatione mundi agitur, & cap. XIX. Part. II. *More Nevochim* illuſtratur.

Benzuma, *Vertit* Nic. Antonius *Salvator ſperantium*; quod carpit *Wolfius* apud quem plura vid. in *Bibl. Heb. Tom. I. p.* 627. &c. Legi poſſunt ex Judæis R. *Gedalia* Schalſcheleth Hakkabala *p.* 44. *&c.* R. *Dav. Ganz.* in *Zemach David* Part. I. f. 61. *Imman. Aboab* in *Nomolog.* p. 302. &c. Auctor præf. ad *Maijne Haijeſchua*; ex Chriſtianis *Bartoloccius* Tom. III. n. 915. p. 874. &c. *Andr. Relandus* in *Analect. Rabbin.* pag. 110. 141. *Act. Lipſ.* 1686. p. 527. &c. *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp. Nov. Tom. I. p. 627. *Balius* in *Dict. Crit.* p. 29. &c. *Chriſt. Hendreichius* in Pand. Brandenb. *Joh. Henr. Majus* jam citatus. *Joh. Buxtorfius* nep. in *Catalectis* p. 356. Judicia diverſorum collegit quoque *Bibliothecarius nullis partibus addictus*, Gallicè ſcriptus, in P. VII. p. 549. &c.

(a) Vid. *Acta Lipſ.* 1686. p. 527 ſeq.

R. ABRABANEL (*Judas*) fil. natu maximus *Iſaaci* de quo ſuprà, vulgò *Leo* (*a*) Hebræus, Medicus, & Philoſophus eximius, vixit Sec. XVI. nomenque ſibi comparavit, editis *Dialogis III. de Amore*, ſermone Ital. *Venetiis* 1558. & 1564. 8. itemque 1573. Verſionem Latinam *Joh. Car. Saraceni* inſeruit *Joh. Piſtorius* Script. Artis Cabbaliſt. *Tom. I.* p. 331. *ſeqq.* ubi interpres in Præf. monet, librum illum ab Authore linguâ nec ſplendidâ, nec ſtudioſis omnibus communi ſcriptum eſſe, qui ſibi videatur totam Ariſtotelicam & Platonicam Philoſophiam unà cum ſacrorum voluminum doctrinâ reconditâque ſcientiâ complecti. Verſionem hanc *elegantiſſimam* judicat *Wolfius* (*b*) qui editionem an. 1564. non Italicam putat ſed Latinam, malè autem legi apud *Nic. Antonium* (*c*) anno 1664. eamque eſſe *Saraceni* verſionem ſuſpicatur, quam deinceps in laud. Collectione inſeruit *Piſtorius*. Gallicè vertit *Dion. Sylveſter* (Sauvage) *Lugd.* 1551. 8. & *Pontus de Tiard.* Dedit Hiſpanicam (*d*) *Car. Monteſa* Romanus *Cæſaraugusta* 1584. in 4. ſub tit. *Filoſofia univerſal de todo el mundo.* Hiſpanicam aliam Anonymi memorat *Catal. Thuaneus* (*e*) Venetam, an. 1568. 4. Eâdem linguâ produiſſe *Cæſaraug.* an. 1593. 4. teſtis eſt poſt *Bartolocc.* Cl. *Wolfius* l. c. qui eum carpit quòd hos *Dialogos* Latinè primùm *Venet.* 1564. editos ſcribat. Sunt (*f*) autem qui eorum verum auctorem eſſe *Judam* noſtrum inficiantur, ideo quod locum quendam à Judæo non expectandum in illis invenerint (*g*) ubi dicit, *Enochum*, *Eliam*, *inſuperque Joannem Evangeliſtam, quod ad corpus & animam immortales eſſe.* Verum cùm huic acceptum ferant librum Judæi ipſi, (*h*) de hac re dubitandum non putat *Wolfius*, præcipuè cùm is *S. Joannis* mentionem facere potuerit, non tam ex ſuâ quam Chriſtianorum ſententiâ, ad quam ſeſe eum accommodaſſe vel ex teſtimonio *Schalſcheleth* conſtat, niſi dicere malis, (pergit Vir Cl.) ab inquiſitoribus, quorum cenſuræ ſubjici debuit liber, hoc additamenti inſtar eſſe profectum. Cæterùm *Jehudam* noſtrum vulgò dici *Philonem Hebræum* in Philographia univerſali, legitur apud *Placcium* p. 502. teſte *Wolfio* qui *Jehudæ* carmen in Patris ſui Comm. in *Pirke Avoth* extare dicit in limine edit. Venet. 327. C. 1567. fol. Hujus etiam putat fuiſſe Bibliothecam, quam *Aſarias* in *Meor Enaim* divenditam memorat.

(*a*) *Juda* & *Leo* Hebræis idem ſunt. (*b*) *Bibl. Heb.* Tom. I. n. 731. (*c*) *Bibl. Hiſp. nov.* Tom. II p. 678. (*d*) *Imbonat.* p. 24. n. 75. (*e*) Tom. II. p. 405. *edit. Hamb.* (*f*) *Jac.* *Vindetus de viti fu: Honum ſtam*, Sect 7. pag 158 ed Anglic & 119 edit. Rotterd *Faſc. IV. Epiſt.* *Wandal.* eumque ſequitur *Joh. Decemannus* in *Theatro* Placc *Pſeudon.* p. 416. (*g*) p. 172 ed. Ital. & p. 524. ed. Lat. in fol (*h*) *Schalſcheleth* p. 64. & R. *Aſarias* in *Meor Enajim* lib. I f. 144. & cap. XI p. 59. nec non R. *Imman. Aboab* cit. apud *Placcium* p. 502. *Theatr. Pſeudon.*

R. ABRABANEL (*Judas*) fil. *Samuelis*, fil. *Iſaaci*, ut putat *Wolfius* (*a*) clarus Sec. XVI. ſcripſit *Omnium deſiderio inſerviens* (ex Eccleſ. III. 1.) ubi exponit rationem omnis generis literas v. e. libellos repudii, contractus, Juris Matrimonii, emtionis, venditionis, &c. exarandi. Venet. 312. C. 1552. in 4. Hunc librum *Plantavitius* nu. 284. & *Cavius* (*b*) R. *Eliezeri Aſimmeli* falsò tribuunt, cùm in præf. ipſa auctoris noſtri nomen afferatur.

(*a*) *Bibl. Heb.* Tom. I. num. 779. (*b*) Vid. *Theatr. Anonym.* p. 701.

ABRAHAM (*Aaron*) Vid. AARON (*Abraham*)

R. ABRAHAM, cujus memorat *Wolfius* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 44.

Comment. Inculentiſſimum in Pentat. MS. fol. in Catal. Bibl. Trigland. Codd. Orient. p. 23. Cabbaliſticus eſt ferè totus; cum notis ad *Megilloth.* Locum quendam ejus affert *Triglandius* Diſſ. de Karæis, p. 188.

ABRAHAM ABBALI, fil. *Chaiim Levita*, (unde & *Abraham Segel* vocari ſolet) Kaliſienſis, claruit Seculo XVII. cujus poſt obitum prodiit

1. *Zaith Raguanan* Olea virens, (ex Jer. XI. 16.) qui eſt inſtar commentarii in *Jalkuth Schimoni*, ita quidem, ut ex Talmude *Medraſchim* & aliis libris, interdum etiam ipſius auctoris ingenio ea afferantur, quæ *Simeonis* & commentatoris ejus *Abrahami* fil. *Gedalia* induſtriam effugerunt; *Supplementi* igitur potiùs quam *Commentarii* nomen tuetur. Prodiit *Deſſavia* A. C. 1704. f.

2. *Magen Abraham*, Clypeus Abrahæ (ex Gen. XV. 1.) qui liber compoſitus eſt ad illuſtrandum *Orach Chaiim* qui eſt primus ordo τῶν *Tourim.* Dyrenf. 1692. & 1702. f. Vid. quæ dicuntur ſub tit. *Jacob f. Aſcher.* Librum ejuſd. tit. conſcripſit ABRAHAM f. *Iſaac Laniado*, de quo infra.

* Wolf. *Bibl. Heb. Tom. I. p.* 31.

R. ABRAHAM Aben *Dagnar*, Levita Hiſpanus, & Philoſophus, ſcripſit Sec. XV. Librum cui titulus

Emunà ramà, *Fides excelſa*; quo Moſaicam legem cum Philoſophicis placitis nititur concordare. In eo agitur etiam *de Tranſmigratione animarum*; & an creatæ fuerint in principio rerum, vel quotidie creentur, quando ſc. in corpora infunduntur: Extat mſc. in Bibl. Varie. ſcriptus à R. *Iſaacho* ben *Salomonis* in Provincia Flandriæ an. mun. 5230. Chr. 1470. Papyr. in 4°. * *Bartolocc.* Tom. I. n. 56.

ABRAHAM Aben *David Levi*, junior, Rabbinus, gente Italus, patria Peſcarienſis, clarus ætate *Moſis* Bar *Maimonidis*, Scripſit

1. *Viros animatos.* Hic Liber Legalis eſt, variaſque juris deciſiones complectitur; excuſus reperitur Venetiis 1605. apud Joannem de Gara in 8.

2. *Commentarium in Librum de formatione*, qui *Abrahamo Patriarcha* tribuitur, qui conjunctim cum eodem excuſus eſt Mantuæ an. 1562. in 4. & cujus bonam partem latinam fecit *Joan. Steph. Rittangelius*, & Amſtelodami prodiit an. 1642. apud Joan. & Jodocum Janſſonios Hebraicè & Latinè in 4.

3. *Novellas explanationes in aliquot Talmudicos tractatus*, & præſertim in Codicem *Teſtificationum*: excuſæ reperiuntur in corpore Talmudis Babylonici, Venetiis 1530. apud Daniel. Bombergum in fol.

4. *Animadverſiones* contrà Opera R. Zarachiæ Levitæ.

5. *Animadverſiones* ſuper *Rau Alphes.*

Tandem

Tandem obiit Fiſcariæ veſperâ Sabbati Encæniæ templi an. 1199. & à Sacerdotibus Judaicis tumulatus eſt. Cave ne Rabbinum iſtum confundas cum altero ejuſdem nominis Rabbino, ut malè *Buxtorfius* in Abbreviat. pag. 178. * *Bartoloc.* Bibl. Rab. Tom. I. p. 22.

Quædam autem ex *Wolfio* annotabimus.

Cl. *Wolphius* in *Bibl.* ſuæ Tom. I. p. 46. vocat eum *Ben Dior* Levita, *Haſchemi poſterior*; ſed notat alios æque ac *priorem* Ben David eum vocare, alios verò ut *Alſtedium* in Chronol. p. 419. *Davidem* ad diſtinctionem à *priore*, quem *Ben Dior* dicunt, appellare.

Scripſit *Animadverſiones in Maimonida Jad. Chaſaka.* Referunt *Maimonidem*, ubi audiit *Abrahamum* in hoc opere verſari, dixiſſe, *Nunciate Magiſtro, qui eſt in Piſquera*, quod ſi *inceperit*, (ſcil. ſcribere contra me) *opus non ſit perfecturum*, addiditque eum, per annum non ſupervixiſſe. Ita Auctor *Schalſcheleth Hakkabbala* f. 43. R. *Salomo ben Zemach* in Reſp. ſuis nu. 6. obſervat ſe audiviſſe, *Maimonidem*, viſis *Abrahami* animadverſionibus, dixiſſe, *Nunquam me quiſquam vicit præter artis opeen Authorem.* At non multum huic narrationi tribuendum putat R. *Gedalias*, quia ſi vidiſſet eas *Maimonides*, procul dubio reſponſionem paraſſet: nec ſe legiſſe uſquam quod idem *Simon ben Zemach* refert, *Abrahamum ben Dior* dixiſſe, *Maimonidem eſſe juvenem, ſe verò ſenem & decrepitum*: patet ex his verbis, ſi vera ſit narratio R. *Gedaliæ*, fieri poſſe, ut *prior* Abrahamus hoc *juniore* antiquior, *Animadverſiones* has concinnarit, præcipuè cùm ex *Hilchoth Megnie* c. 8. & ex aliis locis appareat, illum ſcriptorem Animadverſionum ſubſannaſſe etiam *Abin Megas*, qui erat *Maimonidis* præceptor. His argumentis *Bartoloccius* ſe vinci paſſus eſt, & cenſet *Animadverſiones* illas non *juniori* Abrahamo, ſed *ſeniori* tribuendas: At Cl. *Wolphius* non videt cur illis argumentis acquieſcamus, cùm contrarium adſit teſtimonium *Juchaſin* p. 132. deinde verò ipſa *Maimonidæ* vox, *Dicite Magiſtro in Piſquera*, ubi diſtinguit *Abrahamum Piſqueranum*, ab altero, quem *Toletanum* eſſe prætendit. Solutionem difficultatis de ſene *Abrahamo* præ *Maimonide* facilè reperiremus, ſi annum *Abrahami* cognitum haberemus.

In libro cui titulus eſt, *Bahale Hannepheſch*, (Viri animati, vel animoſi) ritus varii deſcribuntur, ad fœminas, præſertim menſtruatas pertinentes. Circa hunc librum carpit *Bartoloccium* Wolphius, quòd duplicem librum ex uno confecerit.

Circa *Commentarium* in librum *Jetſira* de formatione, *Wolphius* ait *Bartoloccium* erraſſe in eo quòd dicit bonam illius Commentarii partem à *Rittangelio* Latinè verſam fuiſſe, ſiquidem eam tantùm præfationis ejus partem interpretatus eſt, quæ de 32. ſemitis exponit.

Wolphius p. 48. duos alios libros refert adſcriptos iſti *Abrahamo*, ſcilicet *Commentarium* in librum *Siphra*, & alium ſub titulo *Cabbala* ſeu *Traditio.*

Ben Schoeb teſte *Juchaſin* p. 132. refert *Eliam* cum ipſo collocutum eſſe, id eſt cum *Abrahamo*, de quo loquimur, & ipſe de ſe teſtabatur Spiritum S. Muſæo ſuo illuxiſſe.

Obſervat *Wolphius* p. 49. ex iſto *Abrahamo*, & ex alio (de quo diximus,) quinque diverſos effinxiſſe *Chriſtoph. Hendreichium* in *Pandectis Brandenburg.* & longiùs à vero aberraſſe in aſſignandis cuique ſcriptis. In *Catalogo Bodl. B.* p. 4. huic minùs rectè tribui *Tredecim modos interpretandi Legem*, Latinè, Cantabrig. A. 1597. 8. ſed hunc librum rectius in eodem Catalogo p. 247. tribui *Abrah. Katanni.*

R. ABRAHAM Aben *Megas*, Hiſpanus, quem *ben Bigas* vocat *Morinus* (a) ex poſteris *Joſephi* ben *Meir Levi*, ben *Megas*, quem *Maimonides* præceptorem habuit, ſcripſit, teſte *Bartolocc.* Tom. I. n. 95. & *Wolf.* Bibl. Hebr. *Tom. I. n.* 113.

1. Sepher Chevòd Elohim *Librum Gloriæ Dei* (ex Ezech. IX. 3.) h. e. *Conciones in Pentateuchum*, CPoli edit.

2. Emèk Haſſiddim *Vallis Siddim* (ex Gen. XIV. 3.) MS. à *Buxtorfio* memoratum.

(a) Exercit. Bibl. p. 245.

R. ABRAHAM *Abulaphia*, gente Hiſpanus, cujus extant

1. *Lux Intellectus*, quo Cabbaliſticè nomen Dei τετραγράμματον explicatur. Is aſſervatur Mſ. in *Bibliothecâ Vaticanâ* in 8. Item

2. Liber *de ſecretis ſeu arcanis legis, de Myſteriis Legis Moſaicæ*, uti *de Prophetiâ*, & modo quo Prophetæ illuſtrabantur, ut futura prædicerent; & de quamplurimis aliis diverſis rebus pertractat; Inſcribitur etiam *Fons aquarum viventium & fons vitæ.* Mſc. habetur Latinè inter Codices Mſc. Hebraicos unà cum aliis opuſculis in *Bibl. Vatic.* in fol. * *Bartolocc.* n. 41.

His addit Cl. *Wolfius* in *Bibl.* ſuæ *Tom. I.* p. 30. duos alios, quorum

1. More hammore, *Doctor Doctorum*, quo contineri ait Comment. in *More Nevochim* Cabbaliſticum.

2. *Comment. in Lib. Jetſira* quem editum eſſe ex eo fortè conjici poſſe putat *Wolfius*, quod *Rittangelius* paginam 25. & 26. illius Libri allegat.

ABRAHAM AKRA. *Vid.* AKRA.

ABRAHAM *Aliagari*, ſcripſit librum ſub titulo *Lenchammeach*, Cor lætum (ex Prov. XV. 13.) ſeu *Commentarium in Maimonidem* de numero præceptorum. CPoli A. C. 1651. 4.

ABRAHAM *Badeeſchi* vel *Bedreſenſis*, ſcripſit Choton Thaphnith, *Signans ſummam* ſive *menſuram* (ex *Ezech.* XXVIII. 12.) qui exponit Synonima linguæ Sanctæ ſecundùm ſeriem literarum. MS. in Bib. Leydenſi, pag. 284. n. 10. ubi vertitur *Sigillum ſyntaxeos.* Hendreichius in *Pandectis Brandenb.* p. 18. ex uno hoc duos ſcriptores fecit; alterum quem vocat *Abraham Badeeſchi*, alterum *Abraham Bederſenſem.* Authorem ignoravit *Bartoloccius*, ait *Wolf.* in Tom. I. *p.* 34. *n.* 57.

ABRAHAM Bar *Chaſariel*, Levita, ſcripſit Librum moralem & præclarum, cui titulus *Filius Regis & Nazaræus*, qui ex Græco in Hebræum, & ex Hebræo in Arabicum tranſlatus eſt. Præfixas habet præfationes & tabulas, in eoque rhythmis & carminibus per dialogum diſſeritur. Mantuæ excuſus fuit curâ & ſtudio R. *Jacobi* Paravini an. 1557. teſte *Bartoloc.* Tom. I. n. 67.

ABRAHAM Bar *Chaſdai*, f. *Samuel. Levita* Archi-Rabb. Barcin. R. *Dav. Kimchii* æqualis, adeòque Sec. XII. inclinante clarus.

1. Ejus eſt *Epiſtola ad R. Judam f. Alphacar* Toletum miſſa, ut conſilium Rabbinos Monſpeſſulanos contra librum Maim. (*More Nevochim*) defendendi abjiceret: excuſa eſt in *Buxtorf.* Inſt. Epiſt. p. 434. ſeqq.

2. Ipſi tribuitur Liber *de pomo Ariſtotelis*, quem ex Arab. Ling. in Hebræam tranſtulit; circa hunc erraſſe *Bartoloccium* (a) credit *Wolphius* (b) quòd dixerit hunc librum ab ipſo *Abrahamo* & Arabicè ſcriptum. Prodiit lib. *Venet.* A. 1519. in 4. *Rivæ Tridenti* A. 1562. 4. *Francof. ad Viadr.* A. 1693. 8. *Gieſſæ Haſſorum* cum Latina verſione Cl. *Jo. Juſti Loſii* A. 1706. 4. Latina *Manfredi* verſio legitur in vetuſtioribus edit. Oper. *Ariſtotel.* Latinis; vid. *B. Græcam* Joh. Alb. Fabricii *L. III. p.* 166. At ex judicio *Eraſmi* non fuit *Ariſtotelis*, ſed *Chriſtiani* hoc opus.

3. Tribuitur quoque ei interpretatio Arabica libri *de Animâ*, in quo *Galenus* cum ſuo diſcipulo *Moria* ſermones miſcet, *de animâ, corpore, & intellectu.* R. *Jehuda*, fil. *Schelomo Chariſi* Hebraicè convertit. Venet. A. 1519. 4. cùm Comment. R. *Iſarles.*

4. Convertit quoque Hebraicè librum *Abu Achmed Algazali*, cui titulus, *Moſne Iſedeck* (Lances juſtitiæ) ex

ex Lev. XIX. 30. Bartoloccius *Tom. II. num.* 567. tribuit hujus libri verſionem R. *Chaſdai Kreskas*; ſed, ex judicio *Wolphii*, perperam.

5. Idem *Wolphius* ait, alium librum ſub titulo, *Filius Regis & Nazaræus*, in quo continentur ſermones & diſputationes inter *Regem* & *Nazaræum* de moribus & timore Dei, rhytmice exaratæ, & parabolis refertæ, primùm *Græcè* ſcriptum, hinc *Arabice*, ab *Abrahamo* noſtro fuiſſe tranſlatum *Hebraice*, & prodiiſſe *Ferrariæ*, deinde *Mantuæ* A. 1557. 8. In *Catal. Bibl. Lugdunenſis Bat.* p. 257. hoc titulo recenſetur: *Filius Regis* (Indiæ) *& religioſus colloquentes: liber Ethicus & Theologicus, ex Græco tranſlatus in Arab. & ex Arabico in Hebræum*: Vide & p. 274. Extat editio *CPolitana* A. 1518. in 4. Obſervat *Wolphius* erraſſe *Bartoloccium* qui hunc librũ tribuit R. *Abrah. Bar Chaſariel* Levitæ, tanquam à noſtro *Bar Chaſdai* diſtincto; nec ut interpreti, ſed ut auctori; deinde in eo quod ex *Græcâ* in *Hebræam*, hinc in *Arabicam* linguam tranſlatum affirmat, ſecutus *Plantavitium* n. 96.

6. Huic noſtro tribuitur quoque *Meditatio animæ*; quem librum infra tribuemus, poſt *Bartoloce*. R. *Abrah.* ben *Chija*.

(*a*) Tom. I. n. 66. (*b*) *Bib. Heb.* Tom. I. n. 79.

ABRAHAM Bar *Juda*, patriâ *Barcellonius* ſeu *Barchinonenſis*, ſcripſit

Theologicum Librum, *Quatuor ordines* nuncupatum, atque in IV. partes diviſum: I. tractat *de Dei exiſtentiâ*. II. *de Divina Providentia*. III. *de Cauſa finali legis Moſaicæ*. IV. *de fine præceptorum ejuſdem Legis*. Extat Mſ. in *Bibl. Vatic.* in 4. *Barcinonæ* Cataloniæ ſcriptus eſt ab *Abrahamo* Ben *Leone* de Cretâ Inſulâ an. 1253. nec typis hactenus mandatus, inquit *Bartoloc.* Tom. I. n. 69.

R. ABRAHAM Bar *Moſis de Fano*; Scripſit teſte *Bartolocc.* Tom. I. n. 99.

Comment. in Cantic. Canticor. Extat Mſc. in *Biblioth. Vatic.* Papyr. in 4.

ABRAHAM Ben *Arie Leo Kalmankas*, ſcripſit

Mangian hachoema (*Fontem Sapientiæ*,) qui liber eſt Clavis & Introductio in doctrinam Cabbaliſt. ex ſcriptis R. *Iſaaci Luria* collecta, ubi ſimul *de opere creationis & ejus arcanis* breviter diſſeritur. Amſtelod. A. C. 1652. in 4. * *Wolfius* p. 34. n. 56. Tom. I.

ABRAHAM Ben *Aſcher* Saphetenſis ex ſuperiore Galilæâ, ſcripſit

Commentarium in *Midràſch Rabbà*, qui tamen in *Geneſim* tantùm extat, dicituque *Mangdani Melech* (ex Gen. XLIX. 20.) *Deliciæ Regis*, & inſignivit nomine *Or haſchèchel*, (*Lumen intellectus*) Prodiit Venetus A. 1561. fol. (non 1567. ut credit *Bartoloccius*,) cum ipſo textu, ad cujus latus alterum *Raſchi* ad alterum R. *Aſcher* Comm. legitur. Idem ille eſſe creditur cum R. *Abba*, quem in *Geneſim* quoque ſcripſiſſe vidimus. * De illo *Bartolocc.* n. 46. & *Wolfius* n. 55.

ABRAHAM Ben *Avigador*, Præſes Senatûs Pragenſis, clarus, teſte *Wolf.* n. 47. A. C. 1543. ſcripſiſſe dicitur

1. *Explicationem in Raſchi.*

2. *Animadverſiones in Arba Turim*, quæ cum ipſo opere extant in edit. Pragenſi Ann. 300. C. 1540. fol. Ejuſdem eſſe putat *Wolf.* l. c.

3. *Coſmographiam Hebr.* MS. in *B. Bodl.* inter Codd. Huntingon. n. 514. ubi tamen in Catalogo mendosè vocari *Abrah. Abigedon* notat Vir Cl.

ABRAHAM Ben *Azur* ſcripſit

Sacrificium Abrahami, hoc eſt Comm. in Librum *Siphri*; ſed hoc nomen confictum putat *Wolfius* p. 33. ex *haſcheni*, quo appellatur R. *Abrah.* ben *Dior*, de quo ſuo loco.

ABRAHAM Ben (*a*) *vel* Aben (*b*) *Bonet* ſcripſit

Comm. in *Midràſch Tanchumà*, & in *Rabboth*, ſeu *Gloſſarium magnum in Pentateuchum*. MSS. in Vatic. 3.

(*a*) Juxta *Wolf* p. 31. n. 59 & *Le Long* p. 591.
(*b*) Juxta *Bartolocc.* p. 17. n. 48.

ABRAHAM Ben *Chajim* juxta *Wolf.* (*a*) vocatur apud *Jac. Le Long* (*b*) Ben *Salom. Hhajim*. Hujus eſt

1. *Lamina aurea* (ex Lev. VIII. 9.) Comm. in *Cantic. Canticorum*, & lib. *Ruth*. MS.

2. *Comment. in Pſalm.* MS. in *B. Bodl.* inter Codd. Huntington. n. 329. Eundem notat *Bartolocc.* (*c*) impreſſionem & correctionem Commentar. R. *Abrahami* ben *Sam. Ghedaliæ* in *Jalkut* ſummâ diligentiâ curaſſe.

(*a*) Bibl. Heb. Tom. I. n. 76. (*b*) Tom. II. p. 595.
(*c*) Tom. I. n. 118.

ABRAHAM Ben *Chajim Hirſch Scher*, ſcripſit Sec. XVII. teſte *Wolf.* Tom. I. n. 77.

Toràth Chaiim (Lex vitæ) ex Prov. XIII. 14. Sunt novellæ explicationes in *Gemaram*, ſaltem in plures tractatus. Lublini edit. A. C. 1624. fol. & Prag. A. C. 1692. fol.

ABRAHAM Ben *Chananiæ Jaghel* de Monſelice Rabbinus, gente Italus, ex famil. *Gal.* inter Hebræos ſatis nota. Is initio ſeculi XVII. relictâ Judæorum ſuperſtitione Chriſtum agnovit tempore *Pauli* V. Summi Pontificis, & a *Camillo* ejus ante Pontificatum nomine *Camillus Jaghel* vocatus fuit. Officium reviſoris librorum hebræorum annis 1619. & 1620. exercuit in Marchiâ Anconitanâ: cujus Subſignationes multæ reperiuntur in libris impreſſis, potiſſimum in Bibl. Vatican ſub numeris librorum hebræorum 22. 23. 24. 25. &c. 45. & 65. Is cùm adhuc in Judaiſmo verſaretur ſcripſit

1. Librum *Doctrinæ bonæ*, Tit. ex Prov. IV. n id eſt *Catecheſis Judaica inter Diſcipulum & Magiſtrum*: quâ per Dialogum articulos fidei Moſaicæ & alia ad mores pertinentia dilucide, breviter & eleganter pertractat. Excuſus eſt Venetus apud Joan. de Gara in 8. Evulgavit autem illum anno 1595. Scripſit &

2. *Mulierem fortem*, (ex Prov. XXXI. 10.) in laudem mulierum virtutibus ornatarum: edit. Vener. an. 1611. apud Danielem Zanetum in 8. * *Bartoloc.* Bibl. Rabb. n. 65.

Liber *Doctrinæ bonæ* prodiit *Venetiis* juxta alios A. 1542. at rectius dixiſſe *Bartoloccium* A. 1595. demonſtrat *Wolfius*. Recuſus eſt *Amſtelodami* A. 1658. Hebraicè dein & Latinè, interprete *Lud. Compiegne de Veil*, Londini, A 1679. 8. & iterum ex ead. interpretatione, *Franequeræ*, 1690. *Joh. Bened. Carpzovius* illæ in *Theologiam Jud. Introductioni*, Pugioni fidei *Raym. Martini* præmiſſæ, cum novâ ſua verſione inſeruit, *Lipſ.* 1687. fol. Eundem *Francof.* A. 1691. cum amplis notis edidit *Laur. Odhelius* Helmſtadii cum novâ verſione Heb. & Lat. edidit *Herm. van der Hardt.* 1714. 8. Quædam ſunt Verſiones Germanicæ, *Amſtelod.* A. 1675. 4. & *Lipſiæ* 1694. 8. Oſtendit *Odhelius* receſſiſſe Authorem libri à communibus Judæorum ſententiis a Chriſto caſtigatis, novi Inſtrumenti præceptiones & phraſes interdum adhibuiſſe: Monet quoque Cl. *Hardtius* præcipuum hoc illius libri inſtitutum eſſe, ut Judæis teneriimum in Chriſtianos amorem commendet. Laudatur iſte liber à *Guſt. Peringero* in Notis ad cap. 1. Biccurim *Maimonidæ*, qui & (*Peringerus*) ſuſpicatus eſt *Jagelium* jam ad Chriſtianos converſum, ſcriptum hoc edidiſſe, at non idem putat *Wolfius* ex eo quod ſuum librum R. *Joſepho de Fano* dedicavit.

Edidit prætcrea alium librum ſub titulo

3. Moſchiang choſim, *Salvans confidentes*, (ex II. Reg. XVII.) ubi traditur ratio curandi peſtilentiam per timorem Dei & preces: *Venetiis*, A. 1587. & 1604. 4.

ABRAHAM Ben R. *Chija*, vel *Chaja* Hiſpanus diſcipulus R. *Moſis Haddarſchan* A. C. 1105. defunctus. Hujus eſt

1. *Megillat hammegilla* (Volumen voluminum) ubi adventum Meſſiæ A. C. 1358. futurum ſtatuit dicitur. *Picus Mirandulanus* de iſto Authore h. c dicit: *Abraham Judæus* A. C. 1464. *Meſſiam eorum venturum*

dixit

dixit ex Aſtrologicâ obſervatione, quod tunc ſcilicet ea primum reditura erat ſiderum diſpoſitio (conjunctio est Jovis & Saturni in ſidere piſcium) *ſub quâ olim* Moiſes *ex Ægypto populum reduxerat, & eductu dederat Legem:* Cujus ſomnii vanitatem demonſtravit *Jo. Friſchmutus* Diſſ. Sing. *de Judaorum amentiâ* Jenæ 1677. *in* 4. Vid. *Marc. Mariu.* Brixienſ. in præf. ad Arcam Noë. *Cappellan.* in *Mari Rabb. inſido*, P. I. c. 5.

2. *Tſouràth haàrets* (de formâ terræ) Vid. *Bartoloccium* T. IV. p. 328.

3. Plures alios libros Aſtronomicos conſcripſit, *de compacto Aſtrologico*, *Arithmeticâ*, *menſibus*, *annis Lunaribus*, *anno Solari*, *Planetis*, & *Sphæris*, de *Geometriâ* &c.

4. Lib. cui titulus eſt *Meditatio animæ dolentis in pulſatione forium pænitentia*, in quo agitur

α De origine & naturâ hominis, & mirabili humani corporis ſtructurâ.

β De iis quibus exerceri in hoc mundo homo debet.

γ De reverſione ad Deum poſt lapſum per pœnitentiam.

δ De arte benè moriendi & ſeculi fine, *MS. in Vat.* 4. * *Bartolocc.* Tom. I. n. 64. *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 75.

R. ABRAHAM Ben *David*, cujus eſt

Schaguàr tſedech, Porta juſtitiæ (ex Pſ. CXVIII. 19.) MS. recenſetur in *Catal. E. Bodlei.* n. 5971. ſine mentione argumenti, teſte *Wolf.* Bibl. Heb. Tom. I. n. 67.

R. ABRAHAM Ben *David Arie*, id eſt *Leonis Mutinenſis*, exeunte Sec. XVI. clarus, vocatur ſimpliciter *Abraham Rophe*, id eſt Medicus. Scripſit teſte *Wolf.* Tom. I. n. 63.

Clypeos fortium (ex Cant. IV. 4.) ubi agitur IX. capitibus de ſtructura conclavium Templi, ratione veſtium, gemmis, earumque proprietate, de officiis Levitarum, cantu & Muſicâ Hebræorum, inſtrumentis Muſicis, eorumque formâ & conditione interiore, ſpeciatimque de 36. illis, quibus uſus eſt *David*. De ratione oblationum, ac naturâ animalium & avium, de linguis peregrinis, de re militari, & inſtrumentis bellicis. In Præfat. allegantur 98. libri ex quibus hæc omnia ſunt collecta.

Accedunt *Scuta tria.*

α Exponit de *matutinâ oblatione quotidianâ*, de *ſuffitu adolendo*; de *Stationibus Sacerdotum*; cum precibus variis & ſupplicationibus; de *feſtis ſolennibus*; de *feſtivitate*, quam in certo atrii mulierum loco, fœminæ in Tabernaculorum feſto olim celebrabant; hæc ſolennitas aquam hauriendi inſtituebatur ſub veſperam diei primi feſti Tabernac. tanto cum gaudio, ut in *Succa* c. V. ſub initium profiteantur, eum qui non viderit lætitiam effuſionis aquæ, nullam unquam vidiſſe lætitiam. Plura legi poſſunt in *Maimonide* & cæteris Judæorum interpretibus, in *Succa* c. V. & VIII. *Buxtorf.* Lexico Talmud. p. 2298. & *Joh. Henr. Otthonis* Lexico Rabb. Philol. p. 199. &c. Adhoc creditur alluſiſſe *J. Chriſtus* (Joh. VII. 37. 38.) Vid. *Salom. Deylingium* Tom. II. *Obſerv. Sacr.* nu. 31. *Surenhuſium* in lib. καταλλαγῶν, p. 353.

β. *De oblatione juge holocauſti* inter duas veſperas facienda; *lectione Sacri Codicis*, & *tribus verſibus Legis* ad preces in oblatione faciendas adhibitis; *jejuniis omnibus*, & *decem diebus pœnitentialibus*, &c.

γ. *De ordine & ratione tractandi Legem* ſingulis noctibus per totum annum, quomodo ſcilicet Hebraicus textus Legis bis, *Targum* verò ſemel, ut & Prophetæ ac Pſalmi, *Miſchna*, *Gemara*, *Medraſch*, *Sohar* legi debeant, ut ſic integra hebdomas, totuſque annus abſolvatur. Prodiit liber *Mantuæ* A.C. 1612. fol. In Catal. Pſeudon *Placciano* p. 6. hic ſcriptor perperàm (juxta *Wolphium*) pro ψευδωνύμῳ habetur, cujus verum nomen ſit R. *Iſaac Alphes.* Noſtri hujus ſunt *Dialogi tres de auro*, qui ſub nomine *Abrahami de Portu Leonis* citantur.

ABRAHAM Ben *David Halevi* Rabbinus, gente Hiſpanus, Rabbinatum exercuit Peſcatiæ non longè à Durio fluvio in veteris Caſtellæ Regno, floruitque tempore *Alphonſi* VII. Regis, & obiit anno 1126. Scripſit Librum magnæ apud Hebræos exiſtimationis & nominis, quem vocavit

1. *Librum Traditionis*, ſcilicet *Doctrina Moſaica* à Majoribus ad poſteros tranſmiſſa: eſtque quaſi abſoluta Chronologia Patrum, Principum & Doctorũ Judaicæ gentis. Hæc, ipſo teſte, Eccleſiæ nota, nempe ſucceſſio veræ doctrinæ per ora Prophetarum atque Doctorũ, uſque ad adventum Domini in quem crediderunt antiqui Patres, vera fuit & legitima (de verâ inquam Doctrinâ intelligimus, non autem de Phariſaicis traditionibus à Chriſto Domino impugnatis) at deinde interrupta quidem in Synagogâ Judaicâ, ſed continuata in Chriſto. Occaſionem ſcribendi hunc Librum Cabalæ præbuit hæreſis Saducæorum, quæ per Hiſpaniarum partes, & præcipuè per Caſtellæ & Legionis regna inter Hebræos tum temporis graſſabatur, eoſque non parùm vexabat. Quidam enim illius ſectæ Doctor compoſito contrà Hebræorum cærimonias ac traditiones libro, eas inanes, vanas, futileſque aſſerebat, veramque Synagogam apud Saducæos reperiri; contra quem Saducæorum anteſignanum inſurgit *Abraham* Levita, librumque componit quò veritatem ſuæ Synagogæ ex duplici capite probare intendit: nempe ex *ſucceſſione* ſeu *traditione* doctrinæ majorum ad poſteros, & ex *univerſalitate* ipſius Doctrinæ. Hunc Librum anno 1161. compoſitum Latinum primo fecit *Genebrardus*, qui deinde anno 1533. impreſſus fuit, *Pariſiis*, & ibidem anno 1572. Hujus exemplar inter Codices latinos *Bibl. Vatic.* habetur unà cum *Conſtantino Manaſſe* in 8°. Prodiit etiam *Baſilea* ex officinâ Frobenianâ an. 1580. cum Latinâ interpretatione è regione textûs Hebraici, quadrato charactere, & in 8. At quia *Genebrardus* in ſuâ tranſlatione exemplari quodam Hebraico eſt uſus, in quo ultrà *Haai Gabòn* non progreditur: ideò in eâ tranſlatione quæ additur in fine ſuæ Chronologiæ Pariſ. excuſæ in fol. an 1600. nonnulla deſiderantur, ea ſcilicet, quæ poſt *Haai Gabòn* in cæteris exemplaribus habentur, uſque ad *Abrahami Aben Eſra* tempora, quæ ab aliquo alio juniore authore addita fuerunt, & in exemplaribus Hebraicis, tum Venetis, apud Marcum Antonium Juſtinianum anno 1545. in 4. tum Baſileenſibus apud Ambr. Frobenium an. 1580. in 8. & iterum apud eundem an. 1590. eâdem formâ reperiuntur.

Præter hunc Cabalæ librum ſcripſit etiam

2. *Reſponſionem* præciſam ad librum Doctoris Saducæi nomine *Aòn-Alphrag*: Cujus fit mentio in hoc eodem Cabalæ libro circà finem, ubi ipſe Rabbinus noſter de ſe ita loquitur: *& ego ſcripſi Reſponſionem ad ejus librum & oſtendi diſcipulis ſtultitiam ejus &c.* quæ quidem hodie, quod ſciam, non reperitur, ait Bartoloccius. Item

3. *Librum de fundamentis* ſeu *Articulis fidei Judæorum.*

Extat præterea Mſ. *Codex* in *Bibliotheca Vatic.* in fol. hoc titulo

4. *Liber fidei excelſa.* qui, ſi *Bartoloccio* fides, nunquam fuit excuſus, & huic *Abrahamo* Ben *David* tribuitur, in quo agitur *de coactione & libertate voluntatis humanæ.* In 3. tractatus dividitur. α *de Principiis naturalibus* & quomodo per ea poſſumus attingere quæ ad fidem ſpectant. β. *de principiis fidei & Legis.* γ. *de Medicinâ animæ*: quâ ſcilicet viâ mederi poſſit, ſi à caducis & mundanis rebus attrahatur. Hic liber moralis eſt & bonus.

Idem Rabbinus quædam etiam opera compoſuit ad Aſtronomicas ſcientias pertinentia. * *Bartoloc.* Bibl. Rabb. *n.* 57. cui quædam addemus ex *Wolf.* Bibl. Hebr. *Tom. I. p.* 39.

Iſte *Abraham* ben *Dior Prior* vocatur etiam, ſeu ut in *Schalſcheleth* eſt, R. *Abraham* ben *Dior*, Ben *R. Jitzchack*, ben *Rabbenu Baruch*; vid. Cl. *Wolphium* in *Bibl. Heb.* Tom. I. pag. 39. Fuit *Toletanus*, teſte

Kimhio

Kimchio in *Comm. ad Zach. XI.* p. 640. *Bibl. Buxtorf.* Alphonſum VII. vocabat Regem Regum. Seculo XII. *Toleti* illum religionis cauſa interfectum eſſe teſtatur *Juchaſin* p. 130. non verò dicit quo anno; *Bartoloccius* vult A. 1180. ut & R. *Dav. Ganz.* Deſinit liber ejus de *Kabbala* in R. *Joſeph* fil. *Meir Levi*, ſ. *Megas*, quem ait obiiſſe A. 1141. In *ſecunda parte* ejus libri de rebus Romanorum à primis initiis ad initium regni Iſmaëlitici diſſerit, ubi multa falſa & ficta; ultimum Romanorum Regem facit *Sebaſtianum*, quem *Marciano* ait ſucceſſiſſe, & illius *Sebaſtiani* tempore ortum *Muhommedem*, cujus æqualis fuerit *Greg. Magnus*. *Tertia pars* continet res geſtas Regum Iſraëlis ſub Templo II. quæ potiſſimùm decerpta eſt ex *Joſepho Pſeudo-Gortonide*. Illa eſt Epitome, quam *Seb. Munſterus* primùm non commemorato authore, *Heb.* & *Latine* edidit Wormat. Ann. 1529. 8. ſub titulo *Compendium Hiſtoriarum Joſephi*. Idem recuſum eſt operâ *Seb. Lepuſculi* Baſil. 1559. 8. Eandem libri partem Latinè vertere cœperat *Joh. Druſii* filius. *Druſ.* in præf. ad Præt. N. T. *Buxtorſius* teſtatur extare verſionem *Conr. Pellicani* Latinam in *Bibl. Tigurinâ*. Vide *Neandri* Catal. libb. *Erotematibus* Heb. L. ſubjunctum pag. 573. *Morinum* L. II. *Exercit. Bibl.* I. c. 3. p. 233. *Gilb. Genebr.* p. 376. Chron. ad A. C. 93. *Joh. Gagnerium* in erud. pręfat. ad *Joſephum Gorionidem* p. 7.

Omiſit *Bartoloccius* editionem *Mantuanam*, A. C. 1514. 4. Noviſſimè prodiit *Amſtelod.* A. C. 1711.

Veroſimile eſt, ait Cl. *Wolphius* p. 44. Arabicè ſcriptum fuiſſe librum cui titulus eſt *Emuna ramà* (*Fides excelſa*,) ſi contra Caræos directus fuit, quorum plerique eâ ætate Arabicè ſcripſerunt; creditque eumdem eſſe librum, quem ejuſdem prorsùs tituli, eundemque MS. *Bartoloccius* p. 18. tribuit R. *Abrahamo ben Dagar Hallevi* (de quo ſupra.) Facilè enim, *inquit*, fieri potuit, ut cùm inectoris nomen idem ſit, vox *Dior* mutaretur in *Dagar*, & argumentum utriuſque idem eſt, cùm in hoc id agatur, ut Lex Moſaica cum Philoſophicis placitis concilietur.

Aſtronomicum ſcriptum, quod eidem tribuitur, *Abrahamo* ſcil. *Ben Dior*, ab eo exaratum eſſe monet liber *Juchaſin* p. 132.

ABRAHAM Ben *David* Oſtrenſis, ex Volhyniæ oppido, ſcripſit Sec. XVII. teſte *Wolf.* in *Bibl. Heb.* Tom. I. n. 64.

1. Librum ſub titulo *Kour Lazahab* Catinus auro (ſcil. probando) ex Prov. XVII. 3. Eſt Commentatius in Paraphraſes Chaldaicas Pentateuchi, ed. *Hanov.* 1614. fol. (*a*) & *Francof. ad Viadr.* fol. A. C. 1681.

2. *De XIII. modis interpretandi Legem* apud Judæos receptis. *Cantabrigia*, A. 1597. Latinè: quem Librum *Hendreichius* in *Pandect. Brandenb.* p. 18. perperam tribuit R. *Abraham* ben *Dior* ſecundo, de quo nos ſub tit. ABRAHAM Aben *David*.

Huic noſtro tribui dicit *Wolfius* alium Librum, quem ipſe recenſet (*b*) ſub tit. ABRAHAM fil. *Keranni*. Hic eſt

3. *Vox Dei* (ex Pſ. XXIX. 3.) Liber Latinè verſus quo 613. præcepta legis cum obſervationibus quibuſdam exhibentur: edidit *Phil. Ferdinandus* Ex-Judæus, Cantabrig. 1597.

(*a*) Juxta *Le Long* p. 593. (*b*) Tom. I. n. 142.

ABRAHAM Ben *Eli Melech* ſcripſit, Sec XVI.

Collectiones manipuli oblivione relicti (phraſis Talmudica.) Eſt Commentarius Cabbaliſticus in lectiones quaſdam Talmudicas, cui junctus eſt R. *Joſeph* Ben *Chaiim* Comm. in X. *Sephiroth*. Ferrar. A. C. 1556. 4. Non igitur agit, ut credebat *Plantavitius* nu. 288. de portione frugum, in agris ſponte pauperibus relictarum, Recenſetur idem liber in *Catal. Bibl. Leyd.* ubi Auctor vocatur R. *Abraham* f. *Ladinthar Juda Almalich*. * Wolf. *Bibl. Heb.* Tom. I. p. 33.

R. ABRAHAM Ben *Jechiel*, Sacerdos Portuenſis, ſcripſit

1. *Villa Jair* (Joſ. XIII. 30.) quo comprehenduntur Cabbaliſticæ vocum variarum interpretationes, ſpeciatim per ſpecies tres, *Notaricon*, *Gematria*, & *Raſche Teboth*, ordine literarum diſpoſitæ. Venetiis 388. (C. 1628.) in 4. apud Petr. Aloyſium & Laur. Bragadinum. Huic libro jungitur

2. *Epiſtola* ejuſd. ad R. *Sam. Chajim*, præceptorem ſuum.

* *Bartoloc.* Tom. I. n. 79.

ABRAHAM Ben *Iſaac*, ſcripſit Sec. XVII. teſte *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 91. librum cui tit.

Captivitas & liberatio, ubi recenſentur bella omnia & exilia quæ Synagogæ Judæorum Mantuanæ obtigerunt. *Venet.* A. C. 1634. 8.

ABRAHAM Ben R. *Iſaac* Bar R. *Juda*, Ben R. *Samuelis Schalom*, gente Catalanus, ſcripſit Sec. XV. Librum Judaicis dogmatibus repletum, cui titulus

Habitaculum pacis, (ex Jeſ. XXXII. 18.) quo, ut ipſe jactat, cœleſtia terreſtribus, divina humanis junguntur. Totus Philoſophicus eſt & Theologicus, ut certè valdè eruditus; complectitur omnes ferè ſcientias & doctrinas, cum naturales, tum divinas, allegoricas & myſticas, nullo tamen ordine ſervato. Siquidem per XIII. Tractatus in quos dividitur, promiſcue tractat *de mundo*, quod non potuerit eſſe ab æterno: de *Deo*: de *Lege Divina*: de *Dei cognitione circa particularia*: de *liberâ hominis voluntate & electione*: de *Divinâ Providentiâ*: de *Intelligentiis ſeparatis*: de *Doctrinâ Cabalæ, & ejus fundamento*: de *Prophetis & Prophetiæ excellentiâ*: de *hominis proſperitate ſeu beatitate*: de *Moſaicâ lege, illiuſque ſacrificiis, & oblationibus*: de *animâ rationali*. de *illius ſtatu extra corpus, & reaſſumptione corporum in Reſurrectione ut & ipſâ animabus unitâ, delectationem & gaudium eis congruum percipere poſſint*: ubi etiam *de Oratione*; & tandem aliquibus quæſtiunculis Philoſophicis diſcuſſis, *de formatione hominis in utero materno, & quomodo uterque parens ad illum concurrat* &c. Hic Liber excuſus eſt Venetiis apud Joan. de Gara, an. 1575. in 4. *Plantavitius* legit ann. 1605. apud eundem *Joan. de Gara*, ſed videtur eſſe mendum. In fine Libri præter Tabulam Materiarum, extat etiam Tabula omnium verſiculorum Sacræ Scripturæ, qui in Libro adducuntur & explanantur.

Cæterum claruit ille anno 1489. obiitque anno 1493. anno ſcilicet expulſionis Judæorum ab Hiſpaniæ Regnis: * *Bartolocc.* n. 85.

Eſt alia editio *Habitaculi pacis* CPoli A. 1538. in 4. apud Eliez. Gerſon. Soncin. cum præf. *Moſis Almoſnino*: Vid. *Wolf.* (*a*) qui Gentiles in eo Libro æquè ac Chriſtianos Scriptores allegari obſervat; & *Andr. Maſium* in *Indice Scriptorum Judaic.* ſubjuncto ejus *Comment. in Joſuam*, eum Librum vocare opus grande & multifariæ eruditionis, quodque de rebus propè omnibus agat, de quibus Judæis diſputare ſoleant.

Non dubitat *Wolfius* eundem hunc eſſe, cujus quæſtionem ad R. *Niſſim* ben *Ruben Gerundenſem*, qui eâdem ætate vixit, miſſam, & de ritu excommunicationis agentem, in *Bibl. Urbin.* Mſſ. extare memorat *Bartolocc.* in Append. ad Tom. I. p. 738. n. 5. ſub nomine *Abraham Schalom*.

(*a*) Bibl. Heb. Tom. I. p. 64.

ABRAHAM Ben *Iſaac Chijuth, Chajuth*, vel *Hhijuth*. Scripſit librum ſub titulo

Holek Tamim (Ambulans perfectè) ex Pſ. XV. 2. ubi redduntur rationes præceptorum ex libris Cabbaliſticis collectæ, literales, allegoricæ, myſticæ & morales, juxta ſeriem Legis. Cracuv. A. 1634. 4. * Vid. *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 91.

R. ABRAHAM fil. *Iſaac*, Granatenſis, Hiſpanus, ſcripſit Sec. XVII.

Librum fœderis, Cabbaliſticum, quem eundem eſſe putat *Wolfius* (*a*) eum cum *Fœdere quietis*, quem ejuſd.

nominis Scriptori tribuit *Juchaſin*, editumque ait Amſtelod. A. C. 1648. 4.

(*a*) *Bibl. Heb.* Tom. I. n. 96.

ABRAHAM Ben *Iſaac Laniado* Italus, clarus A. 1607. (*a*) ſcripſit

1. *Clypeum Abrahæ*, Opus ab Hebræis valdè commendatum, quod tractat *de variis myſteriis legis Moſaicæ*; item *de Circumciſione*, *de Nuptiis*, *Eleemoſynâ*, *Confeſſione peccatorum*, *Reſipiſcentiâ*, & *luctû funebri*: Omnia XVII. quæſitis expendit more concionatorio, & dilucidè pertractat. Excuſum Venetiis, typis Danielis Zaneti, anno 1603. Studiô & diligentiâ R. *Iſaaci Gerſonis* in 4. Scripſit præterea

2 *Explanationem Cantici Canticorum Salomonis*, quem *Nekudoth Haccheſeph* (Puncta argentea, nuncupavit. * *Bartolocc.* n. 86.p.31.

Liber *Magen Abraham* (Clypeus Abrahæ) malè dicitur à *Plantavitio* n. 321. eſſe propriè ſuper commentationem nonnullorum *Talmudis Tractatuum*, quia paſſim adducantur contextus *Talmudis* cum ſubſtratâ commentatione. Librum ejuſd. tit. conſcriptum ab ABRAHAMO *Abbali* ſuprà diximus.

Puncta argentea Venetiis edita dicit *Wolf.* in Tom. I. *Bibl. Heb.* p. 63.

[*a*] juxta *Le Long* p. 594.

R. ABRAHAM fil. *Iſaac* ex Montepeſſulano, ſocer R. *Abrah.* ben *Dior*, & Præſes Senatûs, ſcripſit Sec. XII. teſte *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 93.

Sephèr Haeſcol (Liber botri) in quo *de inſtitutis & ritibus Judaicis*. Bartoloccius Tom.I.n.86.p. 32. putat librum fuiſſe Cabbaliſt. Et quidem hujus Autorem dicunt fuiſſe magnum Cabbaliſtam, & *Eliam* in Muſæo ejus apparuiſſe, quod mendacium eſſe deprehendit laud. *Bartolocc.*

ABRAHAM Ben R. *Iſaac Tzabalon*, Rabbinus, natione Hiſpanus, patriâ ex urbe Galileæ Superioris, Seculo XVI. floruit. Ejus familia, *Tzabalonica* ſcilicet, inter exulantium Cœtum Romæ reperitur, ubi non mediocrem locum obtinet. Viros, ſi qui ſint inter Judæos doctos, ferè ſemper habuit. Rabbinus hic noſter non mediocris Juris Judaici Interpres fuit: Aſtronomus item, & Poëta non vulgaris, ut manifeſtè liquet ex Carminibus ab eo compoſitis, & initio ſuorum operum annexis.

SCRIPTA:

1. *Salus Dei* (ex Pſ. L. 23.) Eſt *Commentarius in Volumen Eſther*, literalis, allegoricus & moralis, ex antiquorum Rabbinorum doctrinâ excerptus, ac proinde curioſus. Prodiit *Hebr.* Venetiis apud Joan. de Gara an. 1595. in 4. non autem 1592. 8. juxta *Plantavitium*, quem erraſſe dicit *Wolf.* Tom. I. p. 64.

2. *Liber Medicina Animæ* (ex Prov. XVI. 24.) qui eſt explicatio & additio ad *Canones pœnitentiales* Hebræorū R. *Iſaaci Luria*: ibidem & apud eund. excuſus, eàdemque formâ, anno itidem 1595.

3. *Manus Sedulorum* (ex Prov. X. 4. & XII. 34.) quo libro tradit modum conficiendi *Calendarium Hebræorum, Chriſtianorum & Iſmaelitarum*, unde in eo tractat *de Ingreſſu Solis in quatuor puncta Cardinalia* ab anno 1594 ad an. 1621. item *de Conjunctione & Oppoſitione Luminarium* ab anno 1596. ad an. 1605. incipit verò ordinare Calendarium ab anno 1522. ad an. 1535. Excuſus reperitur Venetiis ut ſuprà.

Corrigendi ſunt hic *Buxtorſius* & *Hottingerus* qui in Catalogo ſuorum librorum Hebraicorum, hunc authorē vocant *Abraham Tzabulonem* pro *Tzabalonem* * Bartoloc. *Bibl. Rabb.* n. 88.

ABRAHAM fil. *Iſaac Zemach*, Levita, Medicus, cujus *Comment. in Canticum Cantic.* Mſ. in *Bibl. Urbin.* & in *Bibl. R.* Cod. 151. memorat Cl. *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 95.

ABRAHAM Ben R. *Juda Chaſſan*, clarus juxta *Le Long* (*a*) A. 1612. Scripſit

Compoſitiones Collectaneas, ſed ſuccinctas *in Prophetas omnes* & *in Hagiographa* ex *Raſi*, aben *Ezra*, *Kimchio*, *Ralbag.* & aliis compilatas. Excuſæ ſunt Lublini anno 1612. in fol. * *Bartoloc.* Bibl. Rabb. n. 28.

Eo in libro voces Hebr. difficiliores Germanis (parentheſi incluſis) explicari docet *Wolfius* in Tom. I. p. 60.

(*a*) Bibl. Sacr. p. 594.

ABRAHAM Ben *Juda*, Conſtantinopolitanus, Medicus, Judæus, Karæus, clarus A. C. 1520. aut 1530. filios reliquit ſcriptis celebres. Scripſit autem ipſe

Fundamentum Scripturæ, Comment. Grammaticus in S. Scripturam *Hebr.* Mſc. *Bibl. Leidenſ.* p. 283. n.4. teſte Cl. *Wolfio* in *Bibl. Hebr.* Tom. I. p. 59. n. 82.

ABRAHAM fil. *Ketanni*, vid. ſuprà, ſub tit. ABRAHAM Ben *David*, Oſtrenſis.

ABRAHAM, Ben *Meir*, Aben *Ezra*, Rabbinus, Hiſpanus, ab Hebræis communiter *Sapiens* dictus, patriâ Toletanus, ut quibuſdam placet, fuit excellens Philoſophus, Aſtronomus, Medicus, Poëta, Grammaticus, Cabaliſta, & S. Scripturæ famoſus Interpres (*a*) In Aſtronomicis verò ita excelluit, ut quidam ei tribuant modum erigendi cœleſte ſchema, per diviſionem æquatoris in æquas partes: quem *Joan. Monteregius* probavit, & propagavit, utpote in Phyſicâ ratione fundatum, eumque rationalem modum vocavit, & quem ferè omnes Aſtrologi hujus noſtræ ætatis ſequuntur. Variarum etiam Linguarum habuit notitiam, ac præſertim Arabicæ, præclaro ingenio præditus, & rerum perſcrutandarum ita curioſus, ut domi paternæ diù morari impatiens, foras egreſſus ſit, totumque ferè vitæ ſuæ ſpatium in peregrinationibus conſumpſerit: Angliâ, Galliâ, Italiâ, Græciâ, ac aliis diverſis mundi regionibus perluſtratis, tandem in Inſulâ Rhodo vitæ periodum clauſit incerto anno: ſiquidem *David Ganz* ait obiiſſe eum an. 1174. alii verò aut an. 1148. aut 1168. aut 1194. Corrigendus eſt itaque *Genebrardus* qui eum vixiſſe ſcribit ſub an. 1140. Mortuus eſt autem hic noſter Rabbinus ætatis ſuæ 75. (*b*) ſicut ipſemet morti proximus ediſſeruit, uſurpans illud *Geneſeos* XII. 4. *Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egrederetur de Haran*: ubi paululùm immutans ultimam Syllabam, hunc edidit ſenſum *de aſtu ira hujus Seculi*. Ejus corpus poſtea in terram Iſraël tranſlatum non longè à tumulo R. *Salomon.* ſepultum fuit. * *Bartolocc.* Bibl. Rabb. n. 93.

SCRIPTA:

1. *Commentarii in omnes Sacrorum Bibliorum Libros* ſcilicet *in Pentateuchum* &c. Hi admodum prolixi ſunt, ac ferè Philoſophici & multis in locis depravati. Excuſi reperiuntur in *Bibliis magnis* cum aliorum Rabbinorum Commentariis, primùm compilatis à *Daniele Bombergo* & Venetiis impreſſis an. 1526. in 4. tomos diſtinctis, quæ communiter *Biblia magna* vocantur. Hos ab authore *Ordo univerſi* nuncupatos, latinos fecit *Conradus Pellicanus* juxta editionem prædicti *Bombergi*, & in Collegio Neophytarum Romæ Mſſ. reperiuntur in fol. elegantiſſimo charactere, lectu facillimo, Rabbinico tamen, ſcripti ab *Abrahamo Theodoro*, cognomento Conſtantinopolitano, an. 1474.

In Job: Arabicâ linguâ quam perfectiſſimè tenebat R. noſter, primùm ſcriptus hic liber fuit, ut quidam volunt; obſcuras voces ſæpè ex Arabiſmo explicat.

Ejuſdem Commentarios *in Abdiam*, *Jonam*, & *Sophoniam*, in Latinam linguam tranſtulit *Ar. Pontac.* Aquitanicus Burdegalenſis, & cum aliis Rabbinorum Commentariis prodierunt Pariſiis an. 1556. apud Martin. Juvenem in 4. & poſt eum *Joan. Lenſden* Ultrajecti 1657. iterùm evulgavit.

In Joelem, cum verſione latinâ *Gil. Genebrardi*, proſtant Pariſ. 1563. apud eund. Martinum in 4. & *Joan. Lenſden* 1656. ſuis commentariis illuſtravit.

In Oſeam, cum Targum & commentariis R. *Salomonis* & *Kimchi*, variis lectionibus, Excuſus fuit Pariſ. apud

apud Robert. Stephanum 1556. in 4.

In Canticum Canticorum cum verſione latinâ ejuſd. *Genebrardi* impreſſus eſt Pariſ. 1570. apud prædictum Martinum in 4. Idem Commentarius in V. parva volumina, id eſt in *Canticum Canticorum*, *Ruth*, *Threnos*, *Eccleſ.* & *Eſther* excuſus eſt Conſtantinopoli.

Commentariolus in Decalogum excuſus Baſileæ cum Latinâ Interpretatione ac difficilium vocabulorum & abbreviaturarum declaratione *Sebaſt. Munst.* an 1527. & 1529. apud Joan. Frobenium, in 8.

In Inſulâ Rhodo annis 18. ante mortem abſolvit *Commentarios in Prophetiam Danielis* anno 1156. ut ipſe ſcribit in fine hujus Prophetiæ: corrigendus igitur *Plantavit.* qui in ſuâ *Bibl. Rabb.* num. 162. dicit eos abſolviſſe anno 1145.

2. *Liber Secretorum Legis*, quo arcana Pentateuchi Cabaliſticè reſerantur. Mſ. reperitur in *Bibl. Vatic.* in 4. ubi p. 142. dicitur à Rabbino noſtro compoſitus an. 1167.

3. *Fundamentum timoris.* Hunc librum prorſus Grammaticalem *Buxtorf.* filius Hebraicè & Latinè edidit, excuſum Venet. & in *Bibl. Vatic.* extat Mſ. in Perg. fol.

4. *Fundamentum Legis*: hic eſt Cabaliſticus, *de præceptis legalibus* tractans, reperiturque Mſ. in *Bibl. Vatic.* Pergam. in fol.

5. *Myſterium formæ literarum* Cabaliſticè tractat *de literis alphabeti.* Extat Mſ. in *Bibl. Vatic.* Pergam. in fol.

6. *Vivat filius expergefactus*, titulus eſt Libri in quo agitur *de Anima, ejus præmio & pœnâ*, Rythmicis carminibus & elegantibus: in *Bibl. Vatic.* in 4. reperitur. ubi additur alius tractatus *de Regno cælorum*, qui dividitur in VIII. Regna, ubi de æternâ vitâ potiſſimum agitur; unitur cum ſuperiori.

7. *Canticum de animâ* ad modum hymni, cum ejus explanatione: quo *de Animabus hominum* agitur, *quæ quietis tempore, relicto corpore aſcendunt ad Dominum*: habetur Mſ. in *Bibl. Vatic.* Pergam. in 4.

8. *Epiſtola Sabbati*: quam dum in Angliâ eſſet, Londini ſcripſit, non quidem anno 1260. ut quidam volunt: ſiquidem ab iſto anno jam 86. anni dilapſi ab ejus morte fuerant.

9. *Præfatio in Pentateuchum*, quæ habetur initio I. Tomi *Bibliorum Magnorum*, ex quâ videntur excerpta ea quæ *Joſeph de Voiſin* evulgavit ſub titulo *de quinque modis quibus Judæi Legem ſolent interpretari.* Pariſ. 1635. in 8.

10. *Liber aſtrologicus* in VIII. Libros diviſus, reperitur Mſ. in *Bibl. Vatic.* in 40.

11. *Ænigma ſuper literis quieſcentibus*, eſt elegans, & obſcurum, ac proinde difficile, quod latinum fecit & mirificè interpretatus eſt R. *David Cohen de Lara* Amſtelodamenſis & publici juris fecit Lugduni Batav. an. 1658. 4. Hebraicè verò circumfertur cum *majoribus Bibliis* initio 2. Tomi.

12. *Calliditas cogitationis*, parvus ſed elegans Libellus *de pronunciatione literarum* tractans; extat Mſ. in *Bibl. Vatic.* Perg. in 4. Is fortaſſis idem eſt cum eo quem *Hottingerus* ſub tit. *Area Cogitationis* dicit tractare de animâ.

13. *Puritas linguæ* tractat *de re Grammaticâ & Sermone bene formando.* Romæ compoſitus fuit, & excuſus Venetiis an. 1546. in 8.

14. *Bilances linguæ*: eſt *Grammatica abſolutiſſima & optima*, excuſa Venet. anno eod. in 8. Errat *Plantavit.* qui hanc tractare dicit *de Ponderibus*, quē forte fefellit Titulus *Bilances.* Reperitur in *Bibl. Vatic.* Mſ. an. 1146.

15. *Labium purum.* Plantavit. dicit eſſe *librum grammaticalem, & de gutturalium literarum, ſervilium, conjugationum & prænominum formativorum officiis* tractare.

16. *Labium excellentiæ*: liber Grammaticus.

17. *Paradiſus Sapientiæ.* tractat etiam *de re grammaticâ.* Habetur Mſ. in *Bibl. Vatic.* in 4.

18. *Liber Logices* extat Mſ. in eadem *Bibl. Vatic.* Perg. in 4.

19. *Liber de Algebrâ*: Ex ead. *Bibl. Vatic.* Mſ. an. 1385. in 4. Maſſiliæ per manum *David* Bar *Salomonis* Aben *Akroſc.* in 4.

20. *Liber unitas*, tractat *de virtute Numerorum, ab uno ad decem.* Mſ.

21. *Liber Numeri*, tractat *de Arithmeticâ.* Mſ.

22. *Liber de Luminaribus & diebus Criticis*, edit. primò Lugduni 1496. latin in 4. & ibid. an. 1508. poſteà Francofurti 1614. in 12. & Romæ jampridem 1544. in 4. & paulò poſt iterum Lugduni 1550. in 8.

Tranſtulit ex Arabicâ in Hebraicam Linguam, Librum

23. *De Aſtrologiâ Judiciariâ*, cujus titulus eſt *Initium Sapientiæ.* Mſ.

Poſtremò advertendum eſt in *Commentario* Rabbini noſtri *in Pentateuchum* quædam loca notatu digna reperiri, quæ ipſe ita ſignavit: *hic reperitur Myſterium*, ſeu *ibi latet ſecretum.* Ita à quodam anonymo fuerunt explicata, cujus Codex Mſ. reperitur in 4. in *Bibl. Vatic.* anno 1436. exaratus.

24. *Genebrardus* in Chronico pag. 219. mentionem facit cujuſdam *Calendarii Hebraici* ab eodem authore conſcripti.

25. Catalogus librorum Mſſ. Bibl. Cæſar. exhibet *Librum de Nativitatibus*, ſive *de Aſtrologiâ judiciariâ*, ejuſdem Authoris in 4.

26. In *Machazor* Hiſpano extant quædam *Elegantes Compoſitiones* hujus Authoris, uti eſt illa, quæ tempore matutino recitatur, & incipit: *Magnificabo te Deus omnis anima* &c. edit. Venet. 1656. in 8.

27. Et alia in fine precum Diei expiationis, & incipit: *Et ſic magnificabimus te Rex.*

Cæterum Cenſuras ſuper Commentarios R. Aben *Eſra* in *Pentateuchum* collegit *Didacus Lopez* an. 1578. & habentur Mſc. in *Colleg. Neophyt. Rom.* in fol.

Quædam hic de ſcriptore ipſo, & plura circa ejus ſcripta adnotabimus ex Cl. *Wolfio.*

Certiſſimum R. *Abraham*, ben *Meir* Aben *Ezra* Seculo XII. vixiſſe, cum ipſe in calce *Commentarii in Exodum* ſcribat ſe illum abſolviſſe A. 913. id eſt A. C. 1153. In *Danielem* verò teſtetur, curas ſuas *Rhodi* perfectas eſſe A. 916. id eſt A. C. 1157. *Rich. Simon* in *Hiſt. Crit. V. T.* L. III. c. 5. p. 18. negat inter Judæos quemquam eſſe, qui eam litteraliter, tam ſapienter ſcripturas interpretatus ſit. Vid. & *Conr. Pellicani* præfationem in V. T. p. 7. *Pet. Dan. Huetii* Epiſc. *Demonſtrat. Evangel.* Prop. IV. c. 4. §. 2. *Georg. Serpilii* Vitam Eſdræ; *Thomæ Pope Blount* Cenſuram Celeb. Script. p. 270. *Wilh. Schickardi* judicium in *Bechinat Happeruſchim* p. 172.

Scripta ejus Cl. *Wolphius* in *Bibl. Heb.* Tom. I. p. 71. &c. diſtribuit in *Exegetica*, *Theologica*, *Grammatica*, *Philoſophica*, *Aſtologica*, *Mathematica* & *Varia.*

Seorſim prodiit *Commentarius in Legem*, Neapoli, A. 1527. Venetiis A. 1567. cui præfixum eſt carmen rhytmicum cum præfat. de 5. modis interpretandi Scripturam.

Cenſuras in Comment. Aben *Ezra* in Pentateuch. a *Rob. Bellarmino* recognitas in *Collegio Neophytorum* Mſ. extare teſtatur *Car. Joſ. Imbonatus* in *Bib. Lat. Hebr.* p. 217.

Pentateuchus cum triplici verſione Chaldaicâ tribusque Commentatoribus *Raſchi*, *Raſchbam* & Aben *Ezra*, Berolini prodiit A. 1706. in 4. In illo Libro *Dudaim* (Gen. XXX. 14.) ſunt *flores ficus* ex Cant. VII. 14. *Keſchita* eſt *Moneta nomen* (Gen. XXXIII. 9.) *Hajemim* (Gen. XXXVI. 14.) ſunt *gigantes*, vel *mala beſtia*, Vid. *Acta Lipſ.* 1709. p. 495.

Librum *Sodoth hatthorà* (de Arcanis legis) allegat *Reuchlinus* Lib. I. de *Cabbala*: Vid. & *Plantavitium*, n. 474.

Suſpicatur *Wolphius* librum *Fundamenti legis*, (Jeſodh hatthorà) non eſſe diſtinctum à libro *de Arcanis legis*, quamvis à *Bartoloccio* & R. *Schabbatai* diſtinguantur.

Commentarios in Eſaiam, & *XII. Prophetas minores* ab ipſo Authore emendatos & auctos Mſ. habuit *And. Maſius*, & *Guil. Anſlarius.*

Commentarius in Hoſeam Heb. & Chaldaicè cum duplici verſione Latinâ, & trium Rabbinorum, *Raſchi*, *Kimchii* & *Ezra* commentariis, ac ſubjunctis *Guliel. Coddæi* animadverſionibus, prodiit Lugd. Bat. 1621. Verſio Latina Rabbinicorum Commentar. eſt *Jo. Merceri*, & ſingulorum illorum vitæ ex deſcript. *Arn. Pontani* præmiſſæ ſunt. V. C. *Herm. van der Hare* eundem Prophetam cum Rabbinorum trigâ, & *Jonathanis* verſione, ſecundùm editionem Pariſienſem ſine verſione recudi curavit Helmſtad. A. 1702. in 4.

Latina verſio *Merceri* lucem vidit poſt mortem ejus *Petro Cevallerio* curante, Genevæ, fol. ſed iſta verſio non ab omnibus probata.

Commentarii in *Hoſeam*, *Joelem*, *Amoſum*, *Obadiam*, *Jonam*, cum *Targum*, & Commentariis *Raſchii* ac *Kimchii* ex officinâ R. Stephani, Pariſ. A. 1556. prodierunt.

Commentarius in Amos ſeorſim prodiit cum Epp. *Eliæ Levitæ* ad *Munſterum* Baſil. 1531. item in *Joelem*, & *Malachiam* A. 1530.

Obadias Heb. & Chald. cum Maſorâ magnâ & parvâ, & tribus Rabbinis, prodiit Jenæ A. 1678. *Leuſden* Ultrajecti edidit quoque *Jonam* cum Paraphr. Chaldaica, Maſora & tribus Rabbinis, quorum contextus vocalibus inſtructus eſt.

Varii *Aben Ezra* commentariorum Upſaliæ A. 1705. 1708. tum Lipſiæ A. 1705. editi ſunt.

Mercerus edidit Pariſiis Latine *Comment. in Decalogum*, A. 1568. in 4.

Liber *Jeſod Morà* (Fundamentum Timoris) in XII. Capita diſtributus eſt, quibus de præceptis Judæorum variiſque Scientiarum generibus ſuo ordine tractandis agitur, ſtudiumque Sacri Codicis ſcripti *Gemara* permittendum ſuadetur, teſte R. *Sabbatai*, unde *Wolphius* p. 79. l. c. ait fortè liberalius pronuntiaſſe videri *Rich. Simon*, quando in *Hiſt. Crit. V. T.* Lib. I. c. 24. p. 123. ſcopum hujus libri eum eſſe affirmat, ut legem Oralem ſive traditionem commendet. In *Maſora* contemptum quædam ſcripſiſſe in eodem libro *Jo. Morinus* in *Exercit. Bib.* affirmat, quod tamen non ſimpliciter, ſed habito ad ſtudium Talmudicum reſpectu, factum eſſe *Simon* profitetur. Sed inde colligit V. C. falli *Bartoloccium*, & alios cum eo, qui hunc librum merè Grammaticum eſſe aiunt, & eum à *Buxtorfio* filio Latinè verſum: *Nam*, inquit, *neque eſt ullo modo Grammaticus*, *neque Latinè unquam prodiit*. Prodiit CPoli A. 1530. & Venetiis A. 1566. in 12.

Cl. *Wolphius* non putat librum *de Regno Cœlorum* qui jungitur cum libro cui titulus eſt, *Vivat filius expergefactus*, eſſe *Aben Ezra*.

In *Epiſtola Sabbathi*, fingit Author eam miſſam fuiſſe ſomnianti à Sabbatho, ut doceret veſperam Sabbathi non ſubſequentem, ſed antecedentem Sabbathum celebrandam eſſe. Prodiit illa primum cum *Schulchan Aruch* ex R. *Iſaaci Loria* Scriptis excerpto, & Francofurti ad Viadrum 1691. 8. edito apud Joh. Chriſt. Becmannum. Vid. *Act. Lipſ.* hujus anni *p.* 249. Deinde verò Amſtelodami 1709. in 16. recuſo.

Primus Liber *Commentarii Aſtrologici* inſcriptus eſt, *Initium Sapientiæ* ex Prov. IV. 7. Conſtat *Capp. X.*

2. *Liber occaſionum*, ſeu *rationum* C. X.

3. *Liber de libertatibus*: An Aſtra vim inferant libero hominis arbitrio. *C. XII.*

4. *Liber ſecundarum libertatum*, Capp. totidem, de eodem ferè argumento.

5. *De judiciis*, ſive *rationibus ſtellarum*.

6. *De affectibus Lunæ*.

7. *De conjunctionibus luminarium*, & *diebus Criticis*.

8. *De interrogationibus*, alterâ parte *Aſtrol. Judiciariæ*. Eſt Manuſcript. in *Vat.* 4. & in *Vindob.* n. 96. Hebraicè.

Liber cui titulus *Bilances linguæ*, impreſſus quoque Auguſtæ Vindel. A. 1521.

Librum *de Geometriâ* & *Algebrâ*, *Bartoloccius* bis numerat, ſemel eum *Abrahamo Judæo* cuidam *p.* 28. deinde noſtro tribuens ſuo loco.

Librum unius & *Librum numeri* pro eodem habendum putat *Wolphius*.

Aben *Ezra* tribuitur Liber de nomine *Tetragrammato*, in quem Commentarium ſcripſit *Schabbatai ben Malchiel*, in lib. *Aron habberith*.

Item *Domus morum* (Beth Middot,) liber moralis.

Liber *de mundo* contra *Abumasjarem* Scriptorem Arabem Mſ. in *Bib. Lugdun.* inter Codices Scaligeri, p. 277. n. 13.

Liber *de Annis embolymæis* Mſ. in *B. Bodl.* n. 3728.

Sepher Goralòth, liber *de Sortibus*.

Rhythmicum carmen ſuper ludum Scacchorum Oxon. 1694. 8. cum hiſt. *Schaccıluddi*, & poſtea ibid. 1702. 8.

Eidem tribuitur *Carmen contra luſum*, Wittemb. A. 1665. in libro Hebræo, quod alii *Kimchio* adſcribunt.

Refertur quoddam *Aben Ezra* ſtratagema, quo aliquando in navi procelloſo turbine agitatâ, ita uſus eſt, ut cùm pars vectorum in mare conjicienda eſſet per ſortem, ſortitio hæc ita inſtitueretur, ut leves & improbi homines omnes projicerentur, relictis probis. In *Elia Levita* lib. Hatoccava, *Schwenteri* Deliciis Mathematicis p. 79. & *Wolph.* Bibl *Heb. Tom. I.* p. 86.

* De *Aben Ezra* legi poſſunt plura p. 130. 163. in *Juchaſin* & in *Schalſchelleth* p. 41. *Wilh. Schickardi* Bechinar Happeruſchim, *p.* 173. &c. *Rich. Simonis* Hiſt. Crit. V. T. *Leusdenii* Philolog. Hebr. mixt. *p.* 114. *Joh. Henr. Hottingeri*. Hiſt. Eccleſ. Tom. II. e. 12. p. 261. *Chriſt. Hendreichii* Pandect. *Jac. Baſnagii* Hiſt. Jud. Tom. V. p. 1609. &c. *Adr. Relandi* Analect. Rabb. p. 59. &c.

(*a*) Stilum ejus conciſum dicit *Joan. Fabricius* in *Hiſt. Bib. Fabric.* Tom. I. p. 1 [illegible] obſcurum.
(*b*) Eâ ætate obiiſſe A. 1165. docet *Joan. Fabricius* l. c.

ABRAHAM fil. R. *Meir de Balmes* Ben R. *Abrab.* Ben R. *Moſis*, Ben R. *Chiskia de Balmes* Italus, Aletio (*Lecci*) in regno Neapolitano oriundus; Sec. XVI. ineunte Venetiis clarus, Medicinæ Doctor; & juxta *Rich. Simonem*, (*a*) in Scholâ Patavina Doctor; edidit

Mikne Abraham, Peculium Abrahæ, ex Gen. XIII. 7. ſeu, *Grammaticam Hebræam*, quæ Heb. & Lat. cum præfat. *Dan. Bombergii* Lat. prodiit Venetiis A. C. 1523. in 4. Latinam verſionem Bartoloccius (*b*) & poſt eum alii *Dan. Bombergio* tribuunt, quem tamen teſtatur Cl. *Wolf.* (*c*) in præfat. profiteri, ſe aliorum hanc in rem operâ uſum eſſe, & primò quidem ipſius *Balmeſii*; poſt obitum verò illius abſolvit reliqua *Calonymus*, ex quo intelligitur *Balmeſium* noſtrum jam A. 1523. fato functum fuiſſe. Lege de hâc verſione *Rich. Simonem* loc. cit. ubi eam *valdè barbaram* dicit, quâ de causâ *eam minùs quàm textum Hebræum intelligi poſſe* affirmat *Plantavit.* n. 405. *Pet. Dan. Huetium* (*d*) qui *verſionem illam ab Anonymo factam* ait. Grammatica ipſa laud. *Simonio* (*e*) erudita ſatis, ſed ſine methodo ſcripta exiſtimatur. *Munſterus* verò in *Præf. ad Eliæ Grammat.* ait inter alia *Balmeſium magis in infeſtando alios occupatum, quàm in docendo*. Præter edit. Venetam afferri docet *Wolf.* Antverpienſem A. 1564. 4. & Hanovienſem *Hebr. & Lat.* A. 1594. 4. Vertit idem *Abraham* quædam *Averrois*. Alios libros numerat *Bartolocc.* loc. cit. *de Subſtantia orbis*, & *de Demonſtratione*, quem poſtremum Venetiis editum teſtatur.

* Lucta de noſtro apud *Balium* in Dict. Hiſt. Crit. & *Geſnerum* in Biblioth.

(*a*) Hiſt. Crit. V. T. in *Catal. Auth. Jud.* p. 145. non autem 536. juxta *Wolf.* [*b*] Tom I. n. 92 (*c*) *Bibl. Heb.* Tom. I n. 108 (*d*) *de clar. Interpret.* p. 231. ed. Stad. (*e*) *Lib. I.* p. 162.

ABRAHAM fil. R. *Moſe* Heilbronnenſis Clarus A. C. 1639. edidit (teſte *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. p.* 91.) librum cui titulus eſt

Ahavath Sion (Amor Sionis) ex Jerem. XXXI. 3. qui eſt *Comment. in Pentateuchum* & 5. *Megillath* & in

Raſchii

Raſchii Comment. in Pentateuch. *Lublini* edit. A. C. 1639. *Bartoloccius* (*a*) inter Anonymos refert librum hujus tituli; quem tradere methodum concionandi docet poſt *Hotting*.

(*a*) Tom. I. & Tom. IV. n 1592.

ABRAHAM fil. *Moſis Maimonidæ*, vid. MAIMONIDES (*Abraham*)

ABRAHAM filius *Nathan. Jarchi*, avus *Mardochai*, Sec. XII. inclinante vixit; tribuitur ei

Liber Doctoram, quem alii appellant *de ritibus ſeculi*; ſcil. de ritibus ac ratione precum inter Judæos, Hiſpanos, Gallos & Germanos receptis. *CPoli* A. C. 1519. quamvis alii adſcribant R. *Eliakim* genero *Abrahami*; ut *Buxtorfius* poſt Auctorem *Schalſcheleth hakkabbala*. * Wolph. *Bibl. Hebr.* Tom. I. p. 93.

ABRAHAM f. *Schemuel Gedalia*, Hieroſolymitanus, clarus A. C. 1650. ſcripſit, teſte *Wolf*. Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 161.

Fœdus Abrahæ (ex Gen. XIV. 13.) Comment. & Animadv. in librum *Jalkut*, quæ cum ipſo *Jalkut*, Liburni, ſumpt. *Mich. Dias Mocato*, Hiſpani, 2. voll. in fol. prodierunt, quorum alterum in Pentateuchum 410. alterum in reliquos libros Biblicos 420. C. 1660. prodiit. Collegit ſua ex XC. & amplius ſcriptoribus, quorum nomina ſuis ſingula locis adducuntur, & junctim poſt præfat. commemorantur. * De illo & *Bartolocc*. Tom. I, n. 120.

ABRAHAM f. *Schelomo*, Trecenſis, quem *Bartoloccius* (*a*) vocat *Tſarphathi*, id eſt *Gallum*, ſcripſit Sec. XVI.

Sepher Birchàth Abraham, Librum *Benedictionis Abrahæ* (ex Gen. XXVIII. 4.) in quo ſpeciatim quidem de ritu manus lavandi fuſè agitur, & præterea 300 & amplius rituum genera commemorantur. Venetiis A. 1552. 4. * *Wolf*. Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 159.

(*a*) Tom. I. n. 112.

ABRAHAM Ben *Uſas*, vel *Oſas*; Aben *Burgal*, edidit Sec. XVII.

Lechem Abbirim (Panem fortium) ex Pſ. LXXVIII. 25. Sunt novellæ explicationes in Codd. quoſdam Talmudicos, *Venet.* A. C. 1606. & 1615. in fol. *Bartoloccius* (*a*) mendosè vocat *Abraham* Ben *Gaziz*, ſed Tom. III. n. 747. vocat Ben *Azaz*, & Aben *Borgil*. In *Theatro Placciano* vocatur Aben *Oraz*. Liber recuſus Londini 1633. * *Wolph*. Tom. I. *Bibl. Heb.* p. 95.

(*a*) Tom. I. n. 54.

ABRAHAM fil. *Zevi*, edidit Sec. XVII. teſte *Wolf*. Tom. I. n. 142. *Pſalterium Heb.* Veronæ 1644. in 32.

ABRAHAM *Bethraban*, Syrus, ſcripſit, teſte *Le Long* Tom. II. p. 593.

Commentarios in libros Joſuæ, Judicum, Regum, Iſaiæ, XII. Prophetarum Minorum, Danielem, & Canticum Canticorum Syriacè. *Hebed. Jeſu* pag. 7. editionis Romanæ.

ABRAHAM *Bivaſc*, ſeu *Vivax*, Philoſophus Aragonenſis circa annum Chriſti 1492. floruit. Scripſit Librum Theologicum quem vocavit

1. *Viam fidei*, excuſum anno 1522. in ſol. loco Typographiæ non notato; ſed ex qualitate chartæ & characteris apparet excuſum fuiſſe Conſtantinopoli vel Theſſalonicæ. Item

2. *Conciones* nonnullas ex Gen. V. 29. quarum meminit *Hottingerus* Claſſ. I. Bibl. auth. * *Bartoloc.* Bib. Rabb. *n.* 49.

Vocatur etiam ille apud Wolf. *Abraham Bibago*, vel *Bivatt*, & *Bilbag*, fil. R. *Schem Tou*.

Liber qui ei tribuitur, vocatur *Derech emunà haggadol* (Via Fidei magna; *Bartoloccius* vocat ſimpliciter *Viam fidei*, ut & *Plautavitius* n. 131. qui n. 132. librum Fidei magnæ adſcribit R. *Schem Tou*, cujus erroris cauſam eſſe conjicit *Wolfius*, quod auctor fuerit fil. *Schem Tou*. Libri Concionum titulus eſt *Ze ianachame na* (Iſte conſolabitur nos.) Comprehendit Conciones φιλοσοφικο-

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

[φιλοσοφικο-]λόγους CPoli edit. Idem ſcripſit

3. *Lib. de Demonſtratione*, in *Ariſt.* Analytica Priora, MS. in *Vatic.* 4 teſte *Bartoloccio* Tom. I. p. 29. ſub nomine *Abraham* ben *Jom Tou Bivaſc*, quem a noſtro perperam diſtinguere monet *Wolfius*.

4. Lib. Philoſophicum cui titulus *Arbor vitæ* (ex Gen. II.) de quo *Buxtorfius*. * Vid. *Wolf*. in *Bibl. Hebr.* Tom. I. p. 35.

ABRAHAM de BOTON *vel* de BOTEN ſcripſit Sec. XVI. libros tres, quorum

1. *Panis multus*, Lèchem Rab, *id eſt* Quæſtiones & reſponſiones de rationibus loquendi Talmudicis. *Smirn.* A. 1660. 4. vel ſecundum *Bartoloccium* fol.

2. *Lechem Miſchne*, Panis duplex (ex Exod. XVI. 22.) Commentarius eſt in Maimonidæ *Miſchne Thorà*, (Libr. repetitionis, *vel* ſecundariæ legis,) ſive *Jad. Chazakà*, (Manus valida) & in omnes, qui in eundem librum extant, commentarios. Venet. A. 1606. *fol.* apud Dan. Zanetum per R. *J. Gerſonem*, cum præfatione R. *Joſ.* Ben R. *Jada*, Ben R. *Samuel*, Ben R. *Joſ. de Nubu*.

3. *Novella in Codd. quoſdam Talmudicos*, edit. Venetiis A. 1599. 4.

* Vid. *Wolf*. p. 34. n. 58. *Bartolocc.* p. 16. n. 47.

R. ABRAHAM Cohen (*Sacerdos*) Hiſpanus, Synagogarcha Barcinonenſis, clarus A. C. circiter 1540. obiit A. 1550. Edidiſſe dicitur in *Schalſcheleth* p. 65.

1. *Libram piorum* (*a*) cujus autorem putat *Wolf*. R. *Schemuel*. Exaraſſe autem dicitur noſter

2. *Comment. in Quæſtiones R. Acha*.

Bartoloccium carpit *Wolf*. (*b*) quòd utrumque ſcriptum tribuerit *Abrahamo* Piſano.

(*a*) Sic Hebræis vocantur homines eximià pietate conſpicui.
(*b*) *Bib. Heb.* Tom. I. n. 100.

R. ABRAHAM Cohen *Irira*, *Ereta*, vel *Herera*; ſcripſit Hiſpanicè Sec. XVII.

1. *Domum Dei* (ex Gen. XXVIII. 17.) qui in partes VII. & totidem Capp. diſtinctus, doctrinam Cabbaliſticam perſequitur, *Hebr.* converſus à R. *Iſaaco Abuhab*. Amſtelodami edit. A. C. 1655. 4. Ex illo quædam *Lat.* reddita extant in Tom. II. *Cabbalæ denudata*.

2. *Portam Cœli*: Hebr. convertit idem Interpres, edidítque ibid. eod. anno; Latinè inſcritus liber iſte, ſed contractus, *Cabbala denud.* Tom. I. Part. III. *Sulzbaci* 1678. 4. Introductionem in Cabbalam præſtat, ejuſdemque dogmata cum Philoſophia Platonica confert.

3. *Logicam* ſub tit. *Abrah. Cohen de Herera epitome y compendio de la Logica*, &c. Scripta eſt methodo Ariſtotelica, in VII. partes diſtincta, quas ſequitur Catalogus definitionum, deſcriptionum, terminorumque variorum, quorum in Theologia Scholaſtica, Metaphyſica item, & Naturali ac Morali Philoſophia uſus eſt. Uterque libellus ſine anni locique mentione excuſus eſt in 8. ut docet Celeb. *Wolf*. Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 101.

R. ABRAHAM Colonienſis Sec. XIV. clarus, ex Hebræo Latinè vertiſſe dicitur *Coronam bonæ famæ*, quam verſionem in *Vatic.* MS. extare teſtatur *Bartolocc.* (*a*) Liber agit Cabbaliſticè de nomine *Tetragrammato*. Hunc MS. vidiſſe in Biblioth. R. C. n. 125. An. 120. (C. 1360.) exaratum fol. & 4. ait *Grodeckius* (*b*) qui hujus Autorem putat eſſe R. *Abrahamum Keloniâ*. Credit autem *Wolfius* (*c*) poſt *Labbeum* (*d*) eſſe R. *Jacob* ben *Aſcher*, eò præcipuè quod eodem tempore vixerit ille, quo exaratum diximus MS. Regium. Alium hujus tituli librum MS. quoque in Vatic. reperiri docet *Bartolocc.* Tom. IV. n. 1936.

(*a*) Tom. I. n. 114 & Tom. IV. n. 1533.
(*b*) *Theatr. Place.* p. 701. n. 301.
(*c*) *Bib. Heb.* Tom. I. p. 144.
(*d*) Bibl. nov. MSS. p. 290.

ABRAHAM Diſcipulus R. *Iſaaci Luria*, ſcripſiſſe dicitur

Gale raſaia (ex Dan. II. 29.) *Revelator arcanorum*.

qui manu exaratus de rebus ſtupendis methodo Cabbalisticâ per *Tſiruphin* (*a*) & *Gematriot*, nec non de metempſychoſi exponere dicitur.

* *Wolfius* Bibl. Heb. *Tom. I. p.* 22.

(*a*) Ea eſt Cabbalæ artificialis ſpecies, quæ facta combinatione literarum, variis modis tranſpoſitarum, novas voces atque adeo notiones producit.

ABRAHAM *Ecchellenſis*, Maronita Doctiſſimus, Theol. D. Syriacæ ſimul & Arabicæ linguæ, Romæ & Pariſiis Profeſſor Regius, Romà accitus eſt Pariſios, ut componendis *Magnis Bibliis* operam daret. Arabicos libros nonnullos Latinè reddidit, alioſque Romæ adversùs Proteſtantes edi curavit, in quibus Orientalium Opiniones cum Eccleſiæ Romanæ dogmatibus conciliare conatur: Ibi ſimul & annotationes quas *Catalogo Chaldæorum Scriptorum ab Eben Jeſu compoſito* adjecit, ac typis mandavit Romæ 1653. reſtantur eum exercitatiſſimum fuiſſe in Theologicis Libris Arabicè & Syriacè conſcriptis. Eàdem methodo uſus eſt in componendo Libro cui titulus, *Eutychius vindicatus*, in quo *Hottingeri* errores in *Hiſtoriâ Orientali* admiſſos carpit. Obiit Romæ A. C. 1664.

SCRIPTA:

1. *Antonii Magni Abbatis Regula, Sermones, Documenta, Admonitiones, Reſponſiones, & Vita duplex.* Omnia ex Arabico Lat. reddita. *Pariſiis*, apud Taupinart, 1646. in 8. Ediderat ipſe ante quadriennium (ut in Præſ. docet) Smi hujus Viri *Epp. XX.*

2. *Semita Sapientiæ*, ſive *ad ſcientias comparandas Methodus*: Lat. verſa ab eodem cum ejus notis. Eruit ex MS. Arab. anonymo Bibl. Mazarinæ: prodiitque ibid. eod. anno; In *Capp. XIII.* diſpertitur Liber: 1) de præcepto diſcendi: 2) de intentione: 3) de electione generis ſcientiæ, Præceptoris, Socii, necnon de conſtantia ſtudioſi: 4) de honore ſapientiæ, & ſapientibus deferendo: 5) de diligentia & aſſiduitate: 6) de lectionis amplificatione, quantitate, ac ordine: 7) ſuâ Sorte Philoſophus ſit contentus, ac in Deo ponat fiduciam: 8) de tempore comparandæ Sapientiæ: 9) de Animi moderatione & in proximum charitate: 10) de progreſſu in ſtudiis Sapientiæ faciendo: 11) de Religione, & Pietate: 12) de iis quæ memoriam augent, vel oblivionem inducunt: 13) de illis quæ bona augent, vel impediunt, ac de iis, quæ vitam producunt, vel corripiunt.

3. *Apologia de editione Bibliorum Polyglottorum Pariſienſ.* Ibid. 1647. 8. quo anno prodierunt

4. *Epiſtolæ Apologeticæ duæ*, in quibus diluuntur calumniæ ac imposturæ adversùs Syriacam libelli Ruth editionem, & ejus Latinam verſionem, à Magiſtro *Valer. de Flavigny* &c. congeſtæ, iſtiuſque errores quamplurimi deteguntur.

5. *Epiſt. Apologet. tertia*, in quâ reſpondetur ad Libellum Dn. *Gabr. Sionitæ*, diluunturque calumniæ quamplures in eo contentæ adversùs Auctorem.

6. *Eutychius vindicatus.* Romæ, 1661.

Latinè item vertit *Enchiridion ſtudioſi*, Arabicè conſcriptum à *Borhaneddino Alzernouchi*. Vid. *Acta, Lipſ.* A. 1710. p. 151.

* De *Abrahamo* vid. *Morini* Excercitt. Bibl. *Simon.* Hiſt. Crit. V. T. *Le Long* B. S. *Tom. II. pag.* 593. Bælium in *Dict. Hiſt. Crit. Litt. E.* Lud. Eliam Dupin. *Bibl. Eccleſiaſt. nov.* Sec. XVII. Tom. XVIII. p. 200.

ABRAHAM ELIAS *Sacerdos*, ſcripſit

Comment. in XIII. *Middot* ſive modos interpretandi Sac. Script. R. *Iſmael*: Hunc librum MS. extare in *Vatic.* ſ. teſtatur *Bartoloccius* n. 45.

ABRAHAM GALANTE *Vid.* GALANTE (*Abraham*)

ABRAHAM HAIUN, ſcripſit

Amaroth Thehorot, Eloquia pura, (ex Pſ. XII. 7.) *Bartoloccius* ex *Plantavitio* nu. 61. *Conciones in Pentateuchum* exhibere teſtatur; at *Wolphius* credit rectiùs judicari *de pœnitentiâ & pietate* loqui. Prodiit *Theſſ.* 4. A. C. 1596. unà cum libro *Maimonidis* Nimſa.

R. ABRAHAM *Hallevi*, Ben R. *Iſaac Tamach*, ſic vocatur apud *Bartolocc.* (*a*) verùm apud *Wolf.* (*b*) Abraham *Tamach* fil. *Iſaac.* Scripſit Sec. XVI.

Bijùr Scir Haſcirim, *Elucidationem Cant. Canticorum*, Sabionet. edit. A. C. 1559. in 12. *Venetam* editionem commemorat *Le Long* (*c*) anni 1609. in 8. MS. extare dicit *Bartolocc.* in *B. Urbinat.*

(*a*) Tom. I. p. 718. n. 7. & Tom. IV. p. 465. n. 1867.
(*b*) *Biblioth. Heb.* Tom I. n. 167.
(*c*) Tom. II. p. 594.

ABRAHAM (*Jacobus*) Cordubenſis Sec. XVII. clarus, edidit, teſte *Wolf.* Bibl. Heb. Tom. I. nu. 90. *Pentateuchum Hebr.* Amſtelod. A.C. 1701. in 12.

R. ABRAHAM, Judæus Sec. XVI. clarus, ſcripſit *Hebr.* teſte *Jac. Le Long Tom. II. p.* 592. opuſculum cui tit. *Lib. abſconditus.* Comment. in Canticum Canticorum *Sabioneta* 318. (1558.) 8. *Praga* 372. (1601.)

R. ABRAHAM *Levita* Ben *David*, Ben *Abdia*, Ben *Abrahami*, Ben R. *Moſis Maimonidis*, ſcripſit

Expoſitionem in Prophetiam ſuper myſterium finale, hoc eſt, *adventus Meſſiæ.* Hæc inventa fuiſſe dicitur in deſolatione ſeu ruinis Hieroſolymitanis, & ad calcem uniuſcujuſque partis Prophetiæ addita fuit explicatio. Scripta fuit Hieroſolymis an. 1516.

* *Bartolocc.* Bibl. Rabb. *Tom. I. n.* 63.

ABRAHAM *Levita* f. *Joſeph* f. *Abraham Perez*, Cracovienſis, ex patriâ ob perſecutionem publicam expulſus A. 1656. *Hamburgum*, & hinc *Amſtelodamum* venit, ubi illuſtravit

Megilloth Taanith, (Volumen *afflictionis* ſive *Jejunii*,) quod prodiit cum Commentario duplici, quorum alter ex Talmude utroque, ſub tit. *Comment. Abrah. Levita*, alter verò ex variis libris collectus, dicitur *Novellæ explicationes* R. *Abrah. Levi.* Amſtelod. A. C. 1656. 4. (*a*) Extat præterea liber iſte *de Jejunio* cum Tractatu *Joan. Meyeri de temporibus ſacris & feſtis diebus Hebræorum*, Amſtelod. edito, apud Johan. Pauli, 1724. 4. (*b*) Illuſtrat autem liber is (*de Jejunio*) quem Amſtelodami jam A. 1649. (*c*) editum dicunt, hiſtoriam *Ezræ*, *Nehemiæ*, ac *Maccabæorum*, enarratque res geſtas à condito templo ſecundo uſque ad urbis everſionem, itemque Judæorum perſecutiones, quibus obnoxii fuerunt, potiſſimùm ſub regno Græcorum. Conſtat Capp. XII. pro numero menſium, ac ſingulis ſub menſibus memorantur dies feſti Judæorum, qui celebrantur ob miracula Dei exſtinctaſque perſecutiones. In fine demùm capitis ultimi breviter commemorari videas dies *Jejunii.* Adjunctus habet hic liber non ſolùm verſionem *Meyeri*, ſed & notas notæ optimæ: è quibus duas duntaxat excerpimus pro ſpecimine: Scilicet *pag.* 13. *ſeqq.* diſputat de *Karæis*, oſtenditque eam ſectam jam ante natum Chriſtum viguiſſe, ac Sadducæorum grege vetuſtiorem eſſe: ſimul refellit plures doctiſſimorum virorum errores de Karæis: *P.* 62. *ſeqq.* docet, ex hoc libro certiores nos reddi de *Herodis M.* menſe & die emortuali, ſimulque vetuſtatem hujus libri propugnat adversùs *Bern. Lamium*, (Lamy)

(*a*) *Wolf. Bibl. Heb.* Tom. I. p. 68. n. 106.
(*b*) Vid. *Acta Lipſ.* Supplem. Tom. IX. *p.* 141. *ſeqq.*
(*c*) *Ibid.* p. 144.

R. ABRAHAM *Levita*, Senex, diſcipulus R. *Moſis Corduero*, adeoque Sec. XVI. clarus Hieroſolymis. Hujus extant, teſte *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 104.

1. *Solvens nodos* (ex Dan. V. 12.) ubi commentatur *de LXX. Hebdomadibus Danielis.* Judæis CPolitanis probatur, inquit *Bartolocc.* Tom. I. nu. 83. ſed revera, multa futilia, & contra textum ſacrum proponit. *CPoli* prodiiſſe A. C. 1505. 4. docet *Jac. Le Long* Tom. II. p. 594.

2. *Or.*

2. *Ordinationes Sabbathi*, ſive *de ratione Sabbatum celebrandi*: editus in calce libri *Rechith Kochma*, Baſil. A. C. 1603. & Cracov. 1667. 8.

3. *Prophetia Nachmann Ketupha* fil. *Pinhas*, qui vix natus vatem egit, ſtatimque iterum obiit, explicata.

4. *Revelator arcanorum*, de quo ſub tit. *Abrahami* diſcip. R. *Iſaaci Luria*, quem eundem eſſe cum hoc noſtro putat *Wolf*. qui ei tribui dicit in *Noſtos Chochma* p. 195. MSS.

5. *Tikkune* (Conſtitutiones) *Schabbat*, cum ſubtilibus obſervationibus; it. *Comm. in Idra*, & varias ſectiones ſ *Sohar*, præterea expoſitionem 32. Semitarum.

R. ABRAHAM *Meir*, f. *Juda Meir*, Judæus, ſcripſit, teſte *Le Long* Tom. II. p. 594.
Comment. in Pſalmos, Hebr. Sabtai.

ABRAHAM Menachem *Porto*, Sacerdos Germanus, fil. R. *Jac.* Cohen *Medici de Porto*, à *Plautavitio* n. 370. vocatur R. *Menachem* ben *Jacob Poeto*: claruit autem, juxta *Jac. Le Long* (Tom. II. p. 594.) A.C. 1584. diciturque ſcripſiſſe

Minchà belulà h. e. *Munus confuſum* (ex Levit. I. 26. & IX.4.) Eſt explanatio *in Pentateuchum*; ed. *Veronæ* A. C. 1574 4. teſte *Bartoloce*. Tom. I. n. 97.

ABRAHAM Patriarcha, ſecundum communem Cabaliſtarum ſententiam, ſcripſit

1. *Librum formationis*, planè Cabaliſticum, & ex quo, quotquot de Cabala ſcripſerunt, tanquam ex turbido fonte biberunt, & hauſerunt totam illam tam ſublimem & reconditam Judæorum Theologiam, quam myſticam vocitantes, de eâ mira jactant & effutiunt Judæi. Hæc 32. Semitis comprehenditur, quæ 22. Alphabeti literis & decem *Sephiroth* conſtituuntur; ſed ita velamine Cabaliſtico tecta traduntur, ut neceſſe fuerit, utcunque à Commentatoribus illuſtrari. Sic in eum ſcripſerunt R. *Abraham* ben *David*, R. *Aaron* magnus, R. *Saadià Haggaòn*, R. *Judas Levi*, R. *Moſes* notril, R. *Moſes* bar *Nachman* & alii quamplurimi. Prodiit Mantuæ An. 1562. cum Commentariis *Moſis Boeril* & aliorum, cui præfixa eſt duplex Præfatio in 4. Textus eſt impreſſus quadrato Charactere, at Rabbinicorum Commentarii Rabbinicis Literis elegantibus diligentique curâ excuſi ſunt. In Præfatione R. *Abrahami* ben *Davidis* recenſentur 32. ſemitæ, & ab eo explanantur. Has Latinas fecit & notis illuſtravit *Joannes Stephanus Rittangelius* & evulgavit Amſtelodami an. 1642. in 4. Aliqui putant hujus Libri Autorem fuiſſe R. *Akiba* quem vid. ſuo loco.

Scripſiſſe præterea fertur

2. *Pſalmum* 89. *Miſericordias Domini in æternum cantabo*: & id putant communiter Judæi. * *Bartoloc*. Bibl. Rabb.

Libri *Jetſira*, qui malè tribuitur *Abrahamo* Patriarchæ mentio fit in *Sanhedrin* c. 7. §. 9. edit. *Coccei*, unde ante perfectum corpus Talmudicum exaratum eſſe exiſtimatur. Ille liber magnæ erat apud Judæos exiſtimationis; qui juxta *Lambecium* p. 52. *Prodeomi hiſt. liter.* majore ex parte Pythagoricam philoſophandi rationem ex literis & numeris complectitur. Diſtinguitur in cap. 6. quorum ſingula, ſuas habent ſectiones. Pauçis conſtat foliis, ſed pauci ſunt libri, quorum Codices MS. adeò à ſe invicem diſſentiant. Latina libri verſio *Guil. Poſtelli* curâ cum ejus notis prodiit Pariſiis A. 1552. 8. Vid. Biblioth. *Geſneri* p. 263. *Spizelius* in *Specim. Bibl. Univ.* Latina eſt Baſileenſis A. 1587. quæ extat in *Piſtorii* Script. Artis Cabbal. *Tom. I. p.* 869. quam verſionem alii *Joh. Poſtello*, alii cum *Morino* Exercit. Bib. *p.* 364. & *Gab. Groddeckio* in *Theatro Plantiano* p. 69?. *Joh. Reuchlino*, alii *Paulo Riccio* tribuunt.

R. *Abraham Ben Dior* tres hujus Libri partes conſtituit; 1. *de mundo*, 2. *de motu & tempore*, 3. *de anima*.

Memoratur editio illius libri Hebræa Veneta, Commentario inſtructa, quam *Buxtorfius* primùm in *Bib. R.* tum *Spizelius* in *Specim. Bibl. Univerſ.* ac *Scipio Sgambatus* in *Archivis V. T.* p. 193. Sed omnes ſine anno deſignato recenſent. Ultimus *Sabionetenſem* quoque indicat. *Mantuanam* editionem Hebr. A. 1562. & *Amſtelodamenſem* cum Comm. *Haaravad* A. 1642. 4. commemorat *Lippenius* in *Bibl. Theol.* Tom. I. p. 475. Addendam eſſe *Pragenſem* docet *Wolphius* p. 28. Recuſus eſt *Dyrenfurti* & *Amſtelodami* A. 1705. in 12. 1706. 16. 1713. 12. Liber hic totus hinc inde diſperſus Heb. & Latin. extat in *Kircheri* Oedipo Ægypt. *Tom. II. P. I.* Multi in eum commentati ſunt qui nondum editi. Sunt qui putant eſſe tantùm fragmenta libri *Jetſira*. Judæi adeo æſtimant hunc librum ut R. *Jehuda* teſtetur *Jeremiam* Prophetam eum ſedulò legentem aliquando à *filia vocis* (*Bathcol*) admonitum eſſe, ut tres annos integros illi impenderet * Vide *Kircheri* Oedip. *Tom. II. p.* 244. Vid. & *Fabricium* in *Cod. Pſeudepig. V. Tom.* p. 381. *Heideggerum* Exercit. de Patriarch. *Part. II. p.* 143. *P. Balii* Diction. *Tom. I.* ſub *Abrahamo* & *Akiba*. *Joh. Morinum* in *Exercit. Bibl.* p. 372. &c.

Tribuitur *Abrahamo* Pſ. LXXXVIII. ex ſententia R. *Arama*. Judæi Orientales, Arabes, & Perſæ plura memorant. *Zend*, *Pazend*, *Voſtha*, *Sepher* de quibus *Herbelot* in *Bib. Orient.* p. 11. & 16. *Thomas Hyde* de *Relig. Vet. Perſar.* p. 28. *Aſtrologicum* ejus ſcriptum à *Julio Firmico* l. 4. Matheſ. laudatur, de quo *Clericus* in *Bibl. ſelecta* Tom. II. p. 254. Liber ejus *de Idololatriâ* citatur in *Gemara* Cod. *Avoda Sara* p. 108. *Apocalypſis* quoque ei tributa à Sethianis, teſte *Epiph.* hæreſ. XXXIX. c. 5. de quibus omnibus legendus *Fabricius* l. c. p. 401. Vid. & *Aug. Calmet* Dict. Bibl. *Tom. I. p.* 77. &c. & plura in *Hiſt. Eccleſ. V. T.* Nat. Alexandri, *Tom. I. p.* 161. &c. Conſulendus & libellus Gallicus anonymi, cui titulus *Conſiderationes circa vitam Abrahami*, Pariſiis edit. apud P. le Monnier 1671. in 12. *Abrahami Patr. Teſtamentum* ab Anon. ſcriptum extat in *Bibl. Vindob.* Cod. 337. MS. Th. Ge. membr. antiq. in 8. teſte *Lambecio* Lib. V. p. 439. inter alia plura. De *Abrahamo* Adr. Bailler *in Vit. Sanct. Tom. IV.* ad d. 9. Octob.

ABRAHAM Piſanus, *Italus*, f. R. *Iſaac* f. R. *Jechiel*, Sacerdos & Philoſophus, obiit Bononiæ A. C. 1554. Hunc *Bartoloccius* Tom. I. n. 107. obſervat ſcripſiſſe contra R. *Nachmanida* Animadverſiones in Moſis Maimonidæ *Jad Chaſaka*, & oſtendiſſe, eum, *Maimonidem* non fuiſſe aſſecutum. MS. in Vatic. 4. Perperàm eidem bina ſcripta tribuere *Bartoloccium*, notat Cl. *Wolfius* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 136.

R. ABRAHAM *Pragenſis*, Rector Scholæ & Synagogæ Pragenſis, quem A. 303. C. 1543. Pragæ obiiſſe teſtatur R. *Dav. Ganz*, qui eum appellat *virum magnum & præſtantiſſimum in doctrina Legis*, ſcripſit, teſte Clar. *Wolf*. Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 139.

1. *Expoſitionem Comment.* R. *Salom. Iſacidæ*.

2. *Animadverſiones in Ordinem Orach chaiim*, quæ eſt pars 1. libri *Arba Turim*.

3. *Fœdus Abrahæ*: quem libellum exiguum *de quatuor ſpeciebus Arithmetices* exponere ait *Buxtorfius*, Cracov. 8. editum. At *Schabbatai* Pragæ editum eſſe rectiùs docere putat laud. *Wolfius*.

R. ABRAHAM *Rovigo* h. e. *Rhodiginus*, fil. *Raph. Rovigo*, ſcripſit teſte *Wolf*. Bibl. Hebr. *Tom. I. n.* 152.

1. *Quercetum Abrahæ*, (ex Gen. XXI. 33.) Comment. in lib. *Zohar*. Francof. 1701. fol. Idem Hieroſolymis attulit

2. *Clavem libri Zohar*, Amſtelod. 1710. 8. edit.

R. ABRAHAM Samaria, Judæus, ſcripſit, teſte *Le Long* Tom. II. p. 595.
Comment. libri Zohar in Geneſin, qui dicitur *Lex veritatis*, Hebr. in 4. Theſſalonicæ A. C. 1604.

R. ABRAHAM *Seeb* vel *Zeeb* fil. *Benjamin*, Briskienſis in Lithuaniâ, concionator in variis Synagogis Sec. XVII. celebris, de quo *Wolfius* (*a*) & *Jac. Le Long* (*b*) Obiit A. C. 1698.

Scripta:

1. *Semen Abrahæ*, (ex Gen. XXI. 12.) h. e. Comment. literalem in Pentateuchum. *Soliſbaci*, 1659. fol.

2. *Comment. in X. Coronas*, quæ commemorantur partim in Talmude, partim in Comment. *Bechaii* in Pentateuchum, quales ſunt *corona exitus ex Ægypto*, *Sacerdotii Aaronis*, *oblationis*, *ignis cœlitùs delapſi*, &c. de quibus ſingulis noſter fuſiùs commentatur. Prodiit libellus ſine loco & anno edit. in 4.

(a) Tom. I. Bibl. Hebr. n. 72. (b) Tom. II. p. 593.

ABRAHAM *Uſque*, Judæus Religione, gente Luſitanus, Sec. XVII. clarus, Celebris illius *Bibliorum Hiſpanic.* editionis Autor eſt, quæ *Renata* Duciſſæ Ferrarienſi dicata. *Ferrariæ* prodiit An. 1553. Hæc ex Hebraico textu ad verbum tranſlata non nihil habet caliginis, ſiquidem qui in eâ reddendâ adhibitus eſt verborum contextus, is Synagogam nimis redolet. In *Hollandiâ* iterum edita eſt an. 1630. mutatis quibuſdam vocibus, ut perſpicuitati conſuleretur. Verùm prima Editio longè præſtantior eſt, & majori in pretio apud Eruditos * *Simon* Hiſt. Crit. L. 5. c. 16.

De eâ verſione Hiſpanicâ vid. & *Jac. Le Long* in Bibl. Sacr. *Tom. I. p. 364. c. 2. ſect. 3.* qui & *in Indice* p. 540. c. 2. obſervat eum vulgò vocari *Oſibe*. Notat Cl. *Wolfius* Bibl. Hebr. Tom. I. p. 31. *Abrahamum Uſque* non feciſſe illam verſionem Hiſpanicam, ſed tantùm excudi curaſſe, ab aliis, qui non nominantur, Judæis elaboratam; quod patet ex verbis quæ in calce edit. *Ferrar.* leguntur, & Latinè ita habent: *In gloriam & laudem Domini noſtri finiuntur præſentia Biblia, ex fonte Hebræo Hiſpanice per eruditiſſimos viros tranſlata, operâ & ſtudio* Abrah. Uſque *excuſa* Ferrar. *ſumptibus Jom Tov Athias* Fil. *Levi Athias*, 5313. (C. 1553.) In editione verò eodem anno & loco, ſed in uſum Judæorum facta legas hæc ſub calcem: *Operâ & ſtudio* Duarte Pinel *Luſitani excuſa* Ferrar. *ſumptibus* Hier. de Vargas *Hiſpani*, Matr. 1553. Huic noſtro tribuit idem *Wolfius* librum qui inſcribitur

Ordo ſeu Ritus feſti novi anni & expiationis. Prodiit *Hiſp.* Ferrariæ, 1553. 4.

* De *Abrahamo* hoc vid. *Bartolocc.* n. 103. & ſub tit. *Duart Pinel* n. 411. ac n. 706. ſub nom. *Jom Tov Athiàs*.

ABRAHAM Monachus ex loco Meſopotamiæ *Nephtar* (a) oriundus, Sec VI. vergente claruit. Ejus memoriâ colunt Syri die 13. Mart. ut in Calendario Cod. Syr. Vat. 25. & 26. his verbis Latinè redditis: *Abbatis Abraham Nephtareni*, ubi & ab utroque celeberrimo *Abrahamo* diſtinguitur, nimirum à *Scetenſi* Siſois diſcipulo & *Agathonis* ſocio, de quo in *Apophtegmatibus* Patrum *Coteleriani*s pag. 395. 607. 666. & 767. & à *Chiduenſi* S. Ephræmi diſcipulo; cujus meminerunt *Sozomenus* (b) & *Nicephorus* (c) Hujus enim *Abrahami* mentio fit in eodem Kalendario die 24. Oct. *Scetenſis* verò die 14. Maii.

De hujus noſtri ſcriptis hæc *Sobenſis* in Catalogo p. 91. apud *Aſſemanum* Tom. I. *Bibl. Orient. Clem. Vatic.* de Script. Syris, *cap. 35. p.* 463.

Abraham Nephtarenus varias habet compoſitiones. Extant *Sermones octo* in Codd. Nitrienſibus 18. 19. & in Cod. noſtro Syriaco 6. qui *De Monaſtica Inſtitutione* inſcribuntur: ſunt autem omnes aſcetici & adhortatorii, quorum initia accipe.

1. *Quoniam novi propoſitum tibi eſſe ad vitam incedere, ſtratamque à Domino noſtro viam terere* &c. Cod. Nitr. 18. p. 214. Cod. noſtro Syriaco 6. p. 282. & Cod. Nitr. 19. p. 172. ubi in fine ejuſdem Sermonis, fragmentum ex ſeptimâ Macarii Alexandrini Epiſtolâ continua oratione ſubjungitur, in hæc verba: *Sive ſtes, ſeu te inclines, ſeu genu in oratione flectas, mentem tuam ad Deum dirige* &c.

2. *Compertum tibi arbitror, Frater, eum qui longinquo itineri ſe committere conſtituit, ſe primùm explorare: tùm verò comites quærere eos, cum quibus valeat ſimul incedere* &c. Cod. Nitr. 18. p. 216. Nitrienſi 19. p. 176. & Syr. noſtro 6. p. 283.

3. *Continuò memineris promiſſionis tuæ, ne in ſocordiam incidas. Deſignatum tibi ſcopum intuere, ne aberres* &c. Cod. Nitr. 18. p. 218. Nitrienſi 19. p. 184. & Syr. 6. p. 284.

4. *Exhibe formam novi ſæculi in converſatione tua in hoc ſæculo, & exprime imaginem regni in tuo ſpirituali nomine* &c. Cod. noſtro Syr. 6. p. 285.

5. *Amor hujus ſeculi Deum provocat ad iram, quia mentem in errorem abducit, & viſum hebetat* &c. Cod. Syr. 6. p. 286. & Cod. Nitrienſi p. 179.

6. *Qui ad exitum vitæ pervenerunt, iis ſupervacanea videntur res codicum & voluminum, hoc eſt libros conſcribere* &c. Cod. Syr. 6. p. 287.

7. *Ingens eſt opus veritas: Lux eſt tenebrarum expers: Ante omnia opera tua poſſide veritatem, & ante omnes actus tuos poſſide fidem* &c. Cod. Syr. 6. p. 288.

8. *Munda cor tuum, & cogitationes tuas demitte. Quamquam peccatum enueeis, ne tibi plaudas ante exitum tuum* &c. Cod. Nitr. 19. p. 181.

(a) Nephtar, *aliis* Nephtat, *vel* Netphat, *non urbis, aut oppidi nomen eſt, ſed putei, ubi ſacer ignis à ſacerdotibus Hebræorum, Babylonem tranſmigraturis, abſconditus fuerat: pro quo Syriaca verſio habet* Puteus purificationis.
(b) Sozom. *lib. 3. cap. 16.* (c) Niceph. *lib. 9. cap. 14.*

ABRAHAMITÆ, Hæreticorum ſecta, Arabibus dicta *Ibrahimiah*, a nomine ejus Authoris, *Ibrahim* vel *Abraham*. In Antiochiâ urbe patria renovavit ille Paulicianorum, ſeu Paulianiſtarum ſectam, jamque Syriorum maximam partem corruperat. Verùm iis fortiter obſtitit ſedens Antiochenus Patriarcha *Cyriacus*, A. Heg. circiter 190. C. 805. imperante in Oriente *Nicephoro*, in Occidente *Carolo Magno*. Divinitatem Chriſti negabant *Paulianiſtæ*, de quibus nos ſub tit. PAULUS Samoſatenus. * *Morerius* ex *Herbelotio*.

R. ABRAHAMUS, Doctor excellentiſſimus, Patrem habuit R. *Mardochæum*; Avum *Julium* quendam, à beneficentiâ, modeſtiâ & ſuavitate canticorum Nepoti laudatum; Patriam *Phas*, h. e. urbem illam *Colchidos* ſive *Mingrelia* celeberrimam, quæ iſtô nomine non à Judæis modò, ſed & Arabibus, præſertim *Geographo Nubienſi* 89. 3. 11. vocitatur; Latinis & Græcis *Phaſis*, Italis *Fazzo* dici ſuevit. Sita fuit ad fluvium cognominem, quem Turcis *Fachs*, indigenis *Rione* appellari, autor eſt Itinerarii Perſici conditor, *Johannes Chardinus*, ex quo & hoc novimus, veſtigia urbis illius, non minus ac *Sebaſtopoleos* injuriâ temporis ac bellorum penitus fere intercidiſſe. Et ſane conqueritur Noſter, iratum Numen patriam ſuam evertiſſe, ſeque adeò lares ſuos, omneſque fortunas linquere coactum fuiſſe, unde apud ſe conſtituerit ex profanis illis regionibus in terram Sanctam commigrare. Devenit igitur *Kirjath-Arbam*, quæ & *Hebron*, ſedemque ibi fixit. Cumque in patriâ olim urbe Sapientum cœtibus immixtus, quicquid ſapientiæ ex traditione aut ſpeculatione haberi poſſe credunt Judæi, impiger imbibiſſet, vaſtum hic in *Sohar* commentarium concinnavit, quem *Sepher Kirjath-Arba* appellatum voluit. At cum anno 379. i. e. Chriſti 1619. oppidum illud diriſſimâ peſte corriperetur, fugâ, ſuæ ſuorumque ſaluti conſulendum ratus, *Hieroſolymam* petiit. Verùm & illam eôdem malô laborare compertus, iter remenſus eſt in *Hebronis* viciniam, ubi votum conceptis verbis fecit, hoc, (de quo infra) opus conſcribendi, ſi præſentiſſimum illud capitis periculum incolumis evaſiſſet. Pervenit tandem *Gazam*, quæ quondam ad tribum Judæ referebatur, (Joſ. XV. 46.) Illic votum exſolvit, *omniaque Fidei Judaicæ capita* non ex Scripturæ dictis, nec Talmudiſtarum allegoriis, multo minus rationibus Philoſophorum, ſed ex mera Kabbala ſeu Theologia myſtica in *Sohar* præſertim latente, commodo ordine ſtylôque, ut res ferunt, facili, explicare aggreſſus eſt: in libro ſcilicet cui titulum fecit

1. *Benignitas Abrahami*, Soliſbaci edit. ſumpt. Moſis Blach, A. 445. (C. 1685.) 4. Operis hujus Præfatio-

fationem (in quâ ſupra narrata docet Autor) *Lapidem fundamentalem* inſcripſit, unde dehinc (ad Zach. III. 9. alludens,) *Septem fontes*, (h. e. libros) deducit, quorum quilibet in bene multos *fluvios*, (ſeu capita) diffunditur. Singulis *fontibus* ex Biblicis locis,(ubi ipſi *fontem* perpetuo notat, quamvis incongrue, quandoque & præter mentem Authorum Sacrorum, quo ſaltem ad allegoriam ſuam loca illa quadrarent,) nomina petit. *Primus* ei dicitur *Fons omnium*, (*Exod*.X. 15.) agitque de Dei providentiâ ac præſentiâ gratioſâ. *Alter* fons invocantis (*Jud*. XV. 19.) de cœli & terræ machinâ, divinæ item legis quidditate, excellentia, ſtudiô nocturnô, atque renovatione futurâ, credenda ſuggerit, adjectis variis diverſorum præceptorum Moſaicorum rationibus. *Tertius* Fons terræ (*Num*.XXII. 5.) in terræ Iſraëliticæ prærogativis proferendis totus eſt. *Quartus* Fons Jacobi (*Deut*. XXXIII. 28.) exponit, quantum cætera animalia homo, hominem Iſraëlita, Iſraëlitam, quid ? ipſos Angelos, Juſtus antecellat. Porro quid ſit peccatum, quid pœnitentia, confeſſio, timor Dei, mors denique juſtorum, ſtatuſque animæ ſeparatæ. Sed hæc poſteriora largius haurire licebit ex fonte *quinto*, cui, (ex *Gen*. 14. 7.) *Fons Judicii*, nomen eſt ; ſcatet is obſervationibus de defunctorum præmiis & pœna, de Paradiſo & Gehenna, de revolutionibus animarum ? Succedit *Sextus* Fons Hortorum (*Joſ*. XV. 34.) de 70. Angelis præſidibus gentium, de præeminentiâ, quâ una gens magis quàm altera gratioſam Dei præſentiam mereatur ; item de 70. linguis. *Septimus*, idemque ultimus, eſt *Fons Hædi* (*Joſ*. XV. 62. *Cant*. I. 14.) ac conſiderandа exhibet putamina, concupiſcentiam bonam & malam, Diabolos, hujuſque furfuris alia. Fluentia iſthæc omnia confluunt in *piſcinam Abrahami*,(phraſi deſumptâ ex *Gen*.XXVIII. 4. ubi tamen, ne nomen illud ab allegoriâ alienum eſſet, neglectis vocalibus *Berechath* Piſcinam, pro *Bircath* benedictionem, legiſſe videtur,) ſive conſtituunt hoc *Abrahami Mardochaidis* opus, quod novendecim omnino plagulis abſolvitur,& in fronte titulum ex *Mich*. VII.20. adſcriptũ præfert CHESED LE ABRAHAM, *Benignitas Abrahami*. ſenſu duplici, ut ſcilicet innuatur tum *benignitas* divina, quam *Abrahamus* noſter ſuis peſtiferæ tempore expertus eſt, tum propria *benignitas Abrahami*, qui magnificè de fœtu hoc ſuo ſentit, magnumque eo ipſo *beneficium* apud gentem ſuam poſuiſſe ſe, conſidit. Ut verò ſuum cuique tribuat, annotat ad ſingulorum capitum finem, num obſervationes inibi contentas ex propriô ingeniô, an ex R. *Iſaacb Lorienſi*, aut R. *Moſe Corduero*, aut *manuſcripto* quodam *anonymo*, deprompſerit.

* Vid. *Acta Erud. Lipſ*.1687. *p*. 88.

Hujus præterea

2. *Splendores Solis*: Comment. in librum *Sohar* uſque ad Paraſcham *Schemoth*, quouſque eum deductum & *Venet*. 410. C. 1650. 4. editum teſtatur *Juchaſin*, qui addit eſſe partem libri *Lux Solis*. Battoloce. (*a*) art eſſe Epitomen Commentariorum, quos R. *Abrah. Galante* in librum *Sohar* ſcripſit. Ceterum ex hoc noſtri libro tres tractatus initiales libri Sohar, qui in Tom. II. *Cabbala denudata* extant *Part*. *II*. paſſim illuſtrati ibidem leguntur; (*b*) idem ille liber videtur quem vocat Cl. *Le Long* (*c*) Civitas quadrata : *Comment. in Sohar*.

(*a*) Tom. I. p. 25. ſub tit. *Abraham Aquilai*. (*b*) *Wolf*. B. H. *Tom. I. n*. 116. (*c*) Tom. II. p. 594.

ABRAHAMUS A. Rector primùm Academiæ Holmenſis, deinde poſt repudiatum librum liturgicum, de Pontificia doctrina ſuſpectum,quem Rex *Joannes* in Suecia publicari curaverat, in exilium ejectus, tandem Archiepiſcopus Upſalienſis, tractatum edidit

De Sacerdotio Chriſti ; *& ſorum Adiaphororum* : quo probavit, fieri etiam Adiaphora tempore confeſſionis neceſſaria ; item alia ſcripta elenchtica contra Liturgiam regno Sueciæ obtruſam. * *Micralius* in Syntagm. Hiſtor. Eccleſ. *Lib*. *III*. *Sect*. *II*. inter Doctores Lutheranos, *p*. 732.

ABRAHAMUS *Waldenſis*, gente Anglus, patriâ Cantuarienſis, laudatur ex fide *Ambroſii Gozzei*, Pu Pourit. II. l. 1. col. 113. ad A. 1300. floruiſſe teſtantium, & *Altamura* ad 1299. referentis ; ceu qui Sacræ Theologiæ Magiſter fuit Cantabrigienſis, dicuntque ſcripſiſſe *ſuper IV. libros Sententiarum*, & *ſuper libros Ariſtotelis de Logica, Phyſicorum*, & *de Anima* : ſed nullus iſtius nominis meminit *Piſeus*, nec alii Nomenclatores Angli * *Echard*. Tom. I. p. 465.

ABRAHAMZ *ſeu* ABRAHAMSZ (*Galenus*) Medic.Doctor, Miniſt. Amſtelod. Mennonitarum. Edidit Belgico-Gallicè

Apologiam Mennonitarum. Amſtelod. 1704. 8. apud *Gerard*. *Kuyper*. Iſte *Abrahamz* tuetur, Mennonitas non ſuam originem debere ſeditioſis Monaſterienſibus ; nec aliis qui circa A. 1530. turbarunt Europam ; & capita doctrinæ in quibus differunt ab aliis ſocietatibus eſſe conformia opinionibus SS. Patrum : Author dicit *Conſtantinum* M. introduxiſſe mundum in Eccleſiam ; ſed fuiſſe quoſdam, qui ſe oppoſuerunt erroribus, & inter alios *Valdenſes*. Citat plures qui de *Anabaptiſtis* benè locuti ſunt, *Eraſmum*, *Franc. Ridderum*, *Arnoldum Poelembourg*. Duas Epiſtolas *Gulielmi* III. ad Elect. Palat. quæ fecerunt ut ceſſaverit perſecutio adverſus Mennonitas, facta ab An. 1694. Dicit Mennonitas differre ab aliis ſocietatibus.

1. Eos credere mandata moralia Novi fœderis eſſe nova.

2. Baptiſmum reſpicere tantùm adultos.

3. Prohibere omne juramentum, & omnem reſiſtentiam.

Obſervat Author *Ephemeridum Pariſienſium* A. 1707. T. 36. p. 501.

Ipſos negare peccatum Originale, nec velle litigare cum Socinianis circa divinitatem Chriſti, ſatis eſſe putantes credere Jeſum eſſe verè Chriſtum filium Dei.

ABRAMUS (*Nicolaus*) Societatis Jeſu, patriâ Lotharingus, Diœceſi Tullenſis, natus eſt 1589. Anno 1606. Societatem ingreſſus, quarto ſe voto aſtrinxit an. 1623. humanioribus primum literis edocendis operam dedit ; deinde Theologiam publicè prælegit in Academiâ Muſſipontanâ, quo tandem munere per XVII. annos feliciter obito, mortuus eſt 7. Septemb. 1655. * *Sotwel* Bibl. Script. Soc. *Bayl*. Dict. Crit.

S c r i p t a :

1. *Notæ in Paraphraſin Evangelii ſecundum Joannem, græcis Carminibus à Nonno ſcriptam*. Pariſ. editæ apud Sebaſt. Mabr. Cramoiſy, 1622.in 8. Huic operi addidit *adulteræ mulieris hiſtoriam* 71. *metris confectam*, quæ deſiderabatur.

2. *Pharus veteris Teſtamenti* ſive *Sacrarum quæſtionum Libri XV*. cui ſubjungitur longus admodum *Tractatus de veritate & mendacio*. Ibid. 1648. fol. apud Joh. Joſt & Matur. Henault.

Lib. α eſt Hexaemeron ſeu de opere ſex dierum : β de Fluviis & loco Paradiſi. γ de Benedictionibus Noë. δ de Diviſione linguarum. ε de prima Regnorum inſtitutione. ζ de regno Aſſyriorum. η de Abraham Patriarcha. θ de Pharaone. ι de mora filiorum Iſrael in Ægypto. κ Chronologia Judicum. λ de Tranſmigrationibus Babylonicis. μ Darius Medus. ν de Juditha. ξ de adventu Meſſiæ & LXX. hebdomadibus Danielis. ο de Principio & fine earum.

3. *Vitæ Chriſtianæ Axiomata*.

4. *Grammatica Hebraica*, Latinis Metris. Pariſiis, apud Matur. Henault, 1645. & Divione, 1651. in 4. teſte *Imbonat*. n.648.

5. *Vincentii Caraffæ Vita*, ex Ital. *Bartoli* Gallicè tranſlata, ut &

6. *Vir Literatus*, &

7. *Inopia ſuâ ſorte contenta*.

8. *Commentarius in Volumen III. Orationum Ciceronis*. Pariſiis, ann. 1631. in fol. magnæ molis opus, accu-

ratâ

rarâ Logices analyſi commendandum, duobus Tomis conſtans: unde dixit *Bailletus* (*a*) amplum nimis Commentarium, qui ſubitò lectorem à lecturâ removeat. Multâ attamen literaturâ conſperſæ ſunt, quas adjunxit, notæ.

9. *Comment. in Virgilii Æneid.* Muſſiponti, apud Caſp. Bernardum, 1632. & Rothomagi, apud Rich. Lallemant, 1633. in 8. Hunc memorat *Alegamb.* (*b*) at *Comment. in Virgilii Opera* Rothomagi produiſſe docet *Bailletus* l. c. 1648. in 8. quem brevem, facilem, nitidum, ſtylo ſatis eleganti, commentario ſæpè in paraphraſim mutato, Lectori utiliorem dicit.

De *Abrahamo* hæc *Reineſius* (*c*) *Si me cum tot rationibus audire hic noles, vel hujus* (*Nicolai Abrami*) *auctoritati cede.* Eſt enim ſanè quam doctiſſimus, & maximè idoneus explicando *Tullio*: mirum eſt profectò tanti nominis virum, adeò fuiſſe incognitum, ut *Heinſium*, *Caveum*, *Miræum* & *Oudinum* penitus latuerit.

(*a*) *Judicio Erudit.* Tom. II. n. 519. (*b*) *Bibl. Script. S. J.* p. 347. c. 2. (*c*) *Epiſt. ad Hoffman. & Rupert.* p. 155.

ABRA-RACONISIA (R.M. Clara) à *Sto Sacramento* dicta, nata in Diœceſi Carnutenſi, ejuſdem familiæ quam Epiſcopi Vaurenſis de quo infra, illius, ut ſuſpicatur *Lironius* (*a*) vel R. P. *Angeli* Capuccini ſoror, ultima (tres enim habuit) à Calviniaſ ſe abduxit, & ad Pontificios abiit, ſuadente *Berullio*, A. 1592. vel 1593. S. R. E. poſtmodum Cardinali: Religionem poſthac amplexa eſt apud Carmelitanas, cùm primùm in Galliâ inſtitutæ ſunt. Scripſit ipſa *ſua Abdicationis hiſtoriam*, quæ extat cum vita Card. *Berullii*, Lib. I. cap. 5.

(*a*) *Bibl. Auth. Gall.* Lib. I. p. 241.

ABRA-RACONISIUS (*Carolus Franciſcus*) vetere ac nobili proſapia ortus eſt in agro Carnutenſi, ubi vicus cognomentum majoribus dedit. Quam cum nutricis lacte Calvinianam Religionem ſuxerat, adulta ætate depoſuit, & Catholicæ communionis effectus particeps, in Academiam Pariſienſem intravit. Ut erat ſubtiliſſimi vir ingenii, ad Philoſophiam docendam ſe applicuit: eam per integrum ferè ſexennium, cum tanta celebritate nominis eſt profeſſus, ut ad eum infiniti auditores undique advolarent: eo res apud pleroſque devenit, ut qui ſcholas illius non frequentaſſet, ἀφιλόσοφοι haberetur. Interea locum in Theologica Navarrici Gymnaſii ſodalitate obtinuit, & anno 1617. ſuos in *Ariſtotelem* Commentarios prælo mandavit, qui & Pariſiis & alibi ſæpius recuſi fuerunt. Hoc eòdem annô, quia capaciſſimi erat ingenii, reſponſionem ad quatuor Charentonii Miniſtros & ad duos *Petri Molinæi* tractatus, adornavit. Tum anno 1618. in Sacra Facultate magiſterii Lauream accepit, & brevi fuit *Ludovico* XIII. à ſacris concionibus & eleemoſynis. Hinc Theologiam in Navarræ ſcholis docuit, inde pios ad populum Sermones inſtituit, Theologicaſque lucubrationes edidit. Quæ omnia *Jacobus Vaſſeurius* graphicè depingit in epiſtola, quam ad *Raconiſium* anno 1620. Novioduni miſit Lutetiam. *Tuum*, inquit, *ſplendori ſplendorem adjicere, alienas tenebras & fumos illuſtrare bene agendo, ſapientes monendo, per arduum vita callem procedendo: hoc, inquam, tuum. Hinc veteraſcis tot ſumptis non fruſtra laboribus, dum hydras conficis ſcriptis & voce, dum pulpita conſcendis, in mores & tempora quaſi fulmen irruis, palantes agnos ad caulas reducis, Patrum libros diligenter evolvis: inde nimirum ſenium crinibus tuis fronti rugas, renibus calculum, auribus tinnitum, pulmonibus noxium fluxum accerſis. Sed agedum, ſi per hanc viam mors non erit ignobilis viro nobili, quem mori ſtantem oportcat ut inveniat adveniens Dominum vigilantem. Quanquam hæc non mortis, ſed vita via eſt, ut ſalutis parens labor. Et tuam fidem, mi Franciſce, bene agendo defatigari cum non poſſis, poſſes ceſſare vero valendo & exultando, ἐν τῷ διαιτᾶσθαι τὸ ὑγιαίνειν, ἐν τῷ ὑγιαίνειν τὸ χαίρειν novimus propagari. Sic inter vota veterum primum nuncupaſſe, trium inſtar fuit. Id cauſa eſt, cur te & valentem & gaudentem perpetuo videamus, quem unquam non bene agentem. Nuſquam enim pedem infero, cum ab hac urbe effero, ubi te non conſpicer manum admoventem Cariſſi naviculæ, ſentinam exhaurientem, ſoros curſitantem, malos ſcandentem: idem in agro, idem in vite patrisfamilias indeſeſſus cogitas. Unde vel Pariſiis è Cathedra audio detonantem, & Medardi noſtri ſalta in lucem proferentem, vel ambianis Lazari manes ad corpus cientem, morti opprobria decantantem, lucis ac vitæ cumulantem laudes, advena ſuſpicio: Si loqueris, ſtellulis & gemmulis intermicat oratio. Tu namque es gemma, non illa Jovis levitate & mollitie famoſa, cum ſtet quadro mens tibi. Ita gravis dubiam neſcis ſententiam. Ita fulges auro, ab ore cum fundis verba, ſpargis flores & fragras cum morata projicis ſemina: flores, inquam, non illos rurſum Jovis inodoros, ſolumque conſpicuos. Summatim dicam & ſemel, cum dicendi elegantia certat in te virtutum fragrantia. Preu, quo vocat: neminem adeſſe, ſed ſequi jubes.* Hæc ille vir ab omni aſſentatione alieniſſimus, qui rem, uti viderat, geſtam literis ſuis commendavit. Sic igitur vitam ſemper inſtituit, ut nuſquam ea moliri deſtiterit, quæ vel ad inſtillandum humanis mentibus pietatis ſenſum, vel ad extirpandas hæreſes pertineret: hoc eſt, quoad vixit, verum Chriſtianæ legis Doctorem egit. Cùm annô 1637. renuntiatus & in æde Navarrica conſecratus eſt Vaurenſis Epiſcopus, nihil, etſi jam ſenex, de prioris vitæ ſtudiis remiſit, nihil relaxavit. In ſuam perrexit Eccleſiam, & maximis cum documentis inſtruxit, conflictatumque variis ſæculi calamitatibus populum conſolatus eſt: Sive cum id quod potuit, opis & auxilii tulerit: ſive cum patientiam propriam Chriſtianorum virtutem prædicarit. Et certe nihil aliud, quod ab eo requiri potuerit, niſi fortaſſis paulo major in paſtorali munere aſſiduitas. Certis de cauſis cum reverti ſſet Lutetiam, cum duabus fortiſſimis athletis dimicandum ſibi eſſe ſtatuit. Unus eſt *Antonius Arnaldus*, Pariſienſis Theologus, qui nuper librum *de Frequenti Communione* ſcripſerat. Alter eſt *Cornelius Janſenius*, Iprenſis Epiſcopus, qui omnem *Auguſtini* de gratia doctrinam tribus ſe tomis comprehendiſſe venditabat. Utrumque pluribus, iiſque acerrimis, ſcriptis eſt adortus, nec unquam deſiiſſet inſectari, niſi dum accuratæ commentationis gratia ſeceſſit in natale ſolum, mors illum immatura de medio ſuſtuliſſet anno 1646. d. Julii 16. Quem tunc omnes boni tanquam de Catholica Eccleſia bene meritum luxerunt.

Huc uſque *Launoius* (*a*) Hæc autem docet R. P. *Lironius* in Bibl. Auth. Gall. *Lib. I. p.* 240.

Raconiſius, ut audio ex libris aliquot recenter vulgatis, *famam ſibi extinxit*, *Epiſtolâ datâ ad S. P.* (*b*) *adverſus librum* de Frequenti Communione; *eam autem ambiguo & æquivoco reſponſo denegavit*, *quod dedit Epiſtola vehementi à Clero Gallicano A. 1645. ad S. P. hâc de re miſſam: Solenni etenim Decreto ſanxerat Conventus, ut ad Metropolitanum remitteretur Epiſcopus* (Raconiſius) *contra quem juxta Canones inquireretur, ſi exhibeam ipſi epiſtolam, ſuam agnoſceret. Crimini illi vertitur quod in Diœceſi ſuâ rarò ſit commoratus, tantumque ſibi odium in Epiſcopatu Vaurenſi contulerit, ut eum repetere non auſus ſit. Nec felicius ab ipſo ſcripti ſucceſſerunt libri, ſiquidem ejus in omnibus ſcientiis imperitiam & judicii defectum demonſtrant in data reſponſa.*

Scripta ejus tum Latina tùm Gallica ex *Launoio* & *Lironio* l. c. nec non ex *Lippen.* Tom. II. p. 56.

1. *Curſus integer Philoſophiæ*: Adjectæ ſunt quædam morales digreſſiones ad uſum Concionatorum ex Ethica deſumptæ. Pariſiis 1617. & 1632.

2. *Metaphyſica*, numeris omnibus abſoluta. Ibid. apud Dion. Noveum, 1624. & 1634.

3. *Tractatus de anima, corpori unita, & ab eo ſeparata.* Ibid. 1632.

4. *Reponſe aux 4. Miniſtres de Charenton, & à deux ecrits de Pierre Du Moulin*, l'un *de la Puiſſance de Dieu & de ſa volonté*, l'autre *de ſa Providence*, h. e. *Reſponſio ad 4 Miniſtres.*

Miniſtros Charentonios, ut & ad duos Petri Molinæi libros, quorum I. de Dei poteſtate & voluntate, II. de ejus Providentia: Ibid apud Pet. Forgé, 1617.

In eâ tractatur 1 de Regula fidei: 2 de D. Petri & S. P. authoritate: 3 de Purgatorio: 4 de bonorum operum pretio: 5 de juſtificatione & ſalutis certitudine: 6. de Indulgentiis: 7. de SS. Euchariſtiæ Sacramento: 8. de Communione ſub utraque ſpecie: 9. de Reformationis nomine: 10 de titulo & nomine Præconum V. D. 11. de Eccleſiæ Reformatæ titulo: 12. de interceſſione Sanctorum: 13. de Imaginum veneratione: 14. de frequenti uſu Sacramentorum: 15. de libero arbitrio: 16. de impoſſibilitate præceptorum Dei: 17. de Prædeſtinatione & Reprobatione: 18. de Authore peccati.

5 *Triomphe de la Verité* &c. h. e. *Triumphus veritatis*, adverſus *Molinæum*: Ibid. apud Iſ. Meſnier, 1618.

6 *La Confeſſion de foi des Miniſtres percée à jour* &c. h. e. *Confeſſio fidei Miniſtrorum cribrata, ejuſque clypeus dilaceratus*, ſive *Confeſſionis hujus examen integrum, cum eorum refutatione qua in Clypeo fidei adducit Molinæus*. Ibid. 2. vol. 1620. & 1621. apud Lud. Bullengerum.

7. *Lettres Spirituelles & inſtructives pour tendre à la perfection* &c. h. e. *Literæ ſpirituales & inſtructivæ ad viam perfectionis ineundam, cum oratione de corporis & animi tumultu & congruis remediis: Exercitio inſuper animæ pia ad totum diem*. Ibid.

8. *Riches & excellens paralleles entre Dieu & l'ame* &c. h. e. *Eximiæ & præſtantes inter Deum & animam comparationes, imaginis divinæ prototypus*: Conciones ſunt, habitæ ann. 1622. Pariſiis editæ apud Lud. Bullengerum 1625.

9. *Examen & jugement du Livre* de la Frequente Communion *&c.* h. e. *Examen & judicium Libri* de frequenti Communione *adverſus eundem*, ſub *Arnaldi* Doct. Sorb. nomine editum: additur *Tractatus de Directore ſolido & Apoſtolico, Directori recentiorum Prophetarum oppoſitus*. Ibid. 1644. in 4. apud Gabr. Cramoiſy.

10. *Briéve Anatomie de la Reponſe au Livre de l'Eveque de Lavaur* &c. h. e. *Brevis Anatomia libelli Anonymi* cui tit. *Reſponſio ad Librum Epiſc. Vaurenſis*. Ibid. apud Mathur. & Joan. Henault, 1645. in 4.

11. *La primauté & ſouveraineté ſingulière de St. Pierre* &c. h. e. *D. Petri Primatus & Superioritas, Script. S. Conciliis, S. P. ac SS. PP. probata*. Ibid. ann. & forma iiſd.

12. *Continuation des Examens de la Doctrine de l'Abbé de St. Cyran* &c. h. e. *Continuatio Examinis Doctrinæ Abbatis San-Cyrani, & ejus Cabbala: inſerviens reſponſo ad Librum* de Traditione Eccleſiæ, *ſub* Arnaldi *nomine vulgatum*. Ibid. ann. & forma iiſd.

13. *Déclaration de Mr. L'Evéque de Lavaur* &c. h. e. *Declaratio Epiſcopi Vaurenſis circa ejus Epiſtolam ad S. P. Conventui Cleri Gallicani oblata*. Ibid. 1646. 4. apud Lud. Bullengerum.

14. *Oratio funebris Regis Ludovici XIII.*

(a) *Hiſt. Acad. Pariſ.* Tom. II. p. 848. (b) *Innocentium* X.

ABRAVANEL vid. ABRABANEL.

ABRENETHY (*Johannes*) Anglus Sec. XVII. clarus, ſcripſit vernaculâ linguâ

1. *Medicinam animæ*, Londini 1622. 1630. 4. & *Germ.* Francof. 1636. Hanoviæ 1654. & 1664. 8. & *Lat.* ibid. 1634. 8.

2. *The Duty and Dignity of a Chriſtian* (de Chriſtianiſmo:) *Lond.* 1620. 8.

3. Lib. cum titulo *Violenta Deſperatio*, 4. *Lat.*

4. *De Malo Murmurationis*. Londini, 1630. 4. *Lat.*

5. *Phyſick for the ſoul, and à Treatiſe on Matth. IX.* 12. Londini, 1622. 4.

6. Tractat inſcriptum *Dolor impatientiæ*. Chriſtianus & cœleſtis liber, 1630. 4. *Lat.*

* *Lippen*. Bibl. Theol. *Tom I.* p. 53. 274. 502. *Tom. II.* p. 86. 259. 264. 317. 338.

ABREU *de Mello* (*Ludovicus*) Portugallenſis, natus *Villa Viçioſa*, Equeſo, Commendator ordinis Chriſti, Alcayde Major de *Melgaço*, Sec. XVII. ſibi famam acquiſivit in patriâ, varia ſcribens Poëmata *in Nativitatem J. C. Aſſumptionem B. Virginis* &c. Ulyſſipone edita ann. 1621. 1642. & 1659. *Moreno* teſte ex *Mem. Portug.*

ABREU alias de ABREGO (*Petrus de*) Franciſcanus Bæticæ Provinciæ, Lector Theologiæ emeritus, quam *Hiſpali*, *Urſaoneque* in ſchola tribus ac viginti annis profeſſus eſt, Sec. XVI.

Scripſit Hiſp.

1. *Expoſicion ſobre las palabras de la Virgen nueſtra Señora*, hoc eſt, *Eorum verborum explanationem, quæ Deiparam virginem feciſſe prodiderunt uſquam Evangeliſtæ*. Gadibus, apud Ferdinandum Rey, 1617. in fol.

2. *Expoſitionem Cantûs Magnificat anima mea*, &c. Ibid. eod. anno.

3. *Expoſitionem in Canticum trium puerorum*. Ibidem, apud Clem. Hidalgo, 1610.

* Nicol. Antonii *Bibl. Hiſp. nova*, Tom. II. p. 130.

ABREU (*Philippus*) natus ann. 1614. claris parentibus in urbe *Torres Vedras* (Turres Veteres in Portugallia, Congregationem Auguſtinianorum Reformatorum ingreſſus eſt, fuitque juſſu Regis *Joannis* IV. conſtitutus Theologiæ Profeſſor in Univerſitate Eboracenſi (*Evora*) Servatur apud RR. PP. ejuſdem ordinis *Ulyſſipone*, Tractatus ab eo ſcriptus, in quo *myſterium Scalæ Jacobi* explanat, illud ad Ethicen accommodans.

* *Morerius* ex *Memoriis Portugalliæ*.

ABREU (*Sebaſtianus*) Luſitanus, domo ex oppido *Crato* militaris ordinis in Transtagana Provincia, natus A. 1594. S. J. ingreſſus eſt anno ætat. 15. *Eborenſis* Academiæ S. Theol. Profeſſor primarius extitit per totidem annos, ejuſdemque Cancellarius, ac inde Romæ librorum Cenſor conſtitutus eſt. Scripſit autem

1. *Vitam R. P. Joan. Cardin, ejuſd. Societ.* Eboræ, 1649.

2. *Inſtitutionem Parochi* ſeu *Speculum Parochorum* ad verba Concilii Trid. Seſſ. XXII. cap. 1. de reformatione. *Ibid.* 1665. fol. * *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. nov. *Tom. II.* p. 224. & *Morerius* p. 42.

ABRINCATENSE Concilium apud Normannos in confinio Britanniæ Minoris an. MCLXXII. v. Cal. *Octobr.* præſentibus Pontificis Legatis congregatum. In quo *Henricus* II. Angliæ Rex à *Thoma* Cantuarienſis cæde anteà abſolutus, ſecund jam vice abſolvitur, & Decreta quædam per Pontificis Legatos de moribus Eccleſiæ conſtituta, promulgantur. Extant *Acta* & *Decreta* XIII. apud *R. Hoveden*. Annal. Part. II. fol. 302. pag. 2. inde apud *Spelman*. Conc. Brit. *Tom. II. pag.* 99. Conc. *Tom. X.* p. 1458. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 612.

ABRON, Athenienſis, ſcripſit

1. *De Sacrificiis & Feſtis Veterum Græcorum*, Steph. Βάτη, δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς ὅθεν ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητής, περὶ ἑορτῶν, καὶ θυσιῶν γεγραφώς. Scripſit &

2. Περὶ Παρωνύμων: cujus operis idem meminit in *Argor. Athenæ*, & alibi ſæpius. Alius fuit *Abron* Phryx aut Rhodius, Grammaticus, *Tryphonis* diſcipulus, qui Romæ Rhetoricam docuit; Servis parentibus procreatus, ut ex *Hermippo* tradit *Suidas*. * Hoffman. *Lexicon Univ.* Tom. I. p. 21.

ABSALON Sprinkirbacenſis Abbas, Ordinis Canonicorum Regularium divi Auguſtini, in Archiep. Trevirenſi, Canonicus primùm Regularis in Abbatia S. Victoris Pariſienſis, A. circiter 1210. floruit (a) ex *Cæſario* Heiſterbacenſi, qui (b) illum velut ſibi Synchronum aut ætate proximum allegat, de quo præclara narrat (c) quæ tamen an vera ſint dubitat *Oudinus*, Tom. II. p. 1713. ubi verba *Cæſarii* refert. Scripſit autem *Sermones* doctos & elegantes, quos *Dan. Schillingus* ejuſd. Eccleſiæ Sprinkirb. Abbas imprimi procura-

vit

vir, Coloniæ A. 1534. hoc titulo

Sermones feſtivales L. Abſalonis Abb. Sprinkirb. quorum aliquos recudi curavit *Pet. de Alva & Aſtorga*, in ſuo *Mariali.*

Alium autem fuiſſe eodem tempore *Abſolon* Abbatem S. Vict. Pariſ. obſervat *Oudinus*, eumque obiiſſe A. 1203. d. 17. Sept. ſub cujus nomine ex Catal. veteri Bibl. S. Victoris, A. 1513. confecto, extant *Sermones XXXIV. de diverſis argumentis* in Bibl. S. Vict. Litt. JJ. 10. quorum primus in *Aſcenſione Domini* ab his verbis incipit: *Post nubem aſcenſum tuum Domine, qui ambulas ſuper pennas ventorum. Verba quæ audiſtis, fratres dilectiſſimi, multam nobis præbent materiam gaudiorum* &c. Iſtos autem ſcire ſe affirmat Vir Cl. eſſe ex illis L. qui impreſſi extant ſub nomine *Abſalonis Abb. Sprinkir.* quippe qui fuerit Abbatiæ hujus S. Vict. Pariſ. Canonicus; & pluribus aliis ſuam firmat ſententiam: *Vidi enim* (inquit) *in Bibl. Vict. MS. Codicem, ubi iſti Sermones ita inſcribuntur*: [Sermones Vener. Abſalonis Canon. Regul. apud S. Victorem ad muros Pariſienſes, & poſtmodum Abbatis in Germania] unde *Poſſevinum* & *Joh. à Toleſa* carpit quod *Sermones* noſtri *Abſalonis* tribuant *Abſoloni* Abbati S. Vict. Pariſ.

(a) Errat *Moreus*, qui p. 97. claruiſſe ait A. 1210. quo nondum natus erat (b) in Op. *de Miraculis ſuorum temp.*
(c) *ibid. Lib. I. cap.* 89.

R. ABSCHALOM Orientalis, Scripſit teſte *Wolf.* Bibl. Hebr. *Tom. I. n.* 168.

Imre Schefer *Verba jucunda* ex Gen. XLIX. 21. quem librum ut Comment. in Legē *Lablini* editum eſſe & in Abrah. Balmeſii *Mikne Abraham* citari monet *Buxtorfius*. In *Theatro* vero *Placciano* p. 684. obſervatur librum eſſe potiùs Grammaticum qui à *Rob. Martini* in Catal. librorum ſuorum tribuitur R. *Naphtali bar Aſcher*: at eos planè diſtinctos docet *Wolfius*.

ABSELIUS (*Gulielmus*) gente Flander, patriâ Bredanus, Cartuſianus, Profeſſus Domus Capellæ, & Brugenſis Prior, vir, ut genere nobilis, ita Scriptis clarus, denatus eſt an. 1471. Religioſæ inſtitutionis 40.

SCRIPTA:

1. *Tractatus ad ſemper candidam Cæli Reginam.*
2. *De verâ pace*, lib. inſcriptus *Hugoni de Vercondit*, Trajectenſi, Monacho Vallis gratiæ.
3. *De Oratione Dominicali* carmine eleganti, ad cariſſimum ſibi Priorem Carmelitanum prope Angiam.
4. *De verâ pace Epiſtola varia*, ad Chriſto dicatam Virginem, genere, moribus, ac literarura perinſignem *Mariam de OSS.* cariſſimam ſibi ex ſorore neptem, atque apud Teneremundanos Virginū Birgittinarum Abbatiſſā.
5. *Speculum, & de Officio Marthæ.*
6. *Dialogi inter Patrem, & filium Spiritualem.*
7. *Vita D. Ægidii Rhytmo dulciſſimo.*
8. *Opus ſuper Geneſim, Pſalterium & Canticum Canticorū.*
9. *Codex Scriptus* An. 1441. Pariſiis *Bibl. Cæleſt.*

* *Le Long* p. 595. *Voſſius* de Hiſt. Lat. p. 564. *Morotii* Theatr. Ordin. Carthuſ. p. 94. *Morerius.*

ABSTINENTES Hæretici, *vid.* PRISCILLIANUS

ABU *Achmed Algazali*, juxta *Wolf.* (a) *Bartoloccio* (b) *Achmad Algozali*, Philoſophus Arabs, qui pleniùs à *Pocockio* (c) vocatur *Abu Hamed Mohamed* fil. *Mohamed* fil. *Mohamed Ibn Achmed Algazali* Tuſenſis, natus A. Heg. 450. C. 1072. obiit 505. C. 1127. & ſcripſit Arabicè

1. *Mehamtsachèd* (Ille qui unit.) Tract. *de Unitate Dei*, adversùs Chriſtianos, in III. Partes diſtinctus, qui Hebr. verſus à R. *Moſche* ben *Joſue* MS. extat in Bibl. Vat. *Demonſtratio Iſlamiſmi* vocatur liber iſte, teſte *Pocockio* l. c. huncque oppoſitum ait *Chriſt. Ravius* (d) omnibus in ſecta Mahumedana non viventibus.

2. *Lib. de Moribus*, à R. *Abrahamo* ben *Chaſdai* Hebr. converſus, ſed ab ipſo interpolatus: MS. in Bibl. Vindob. (e) R. *Schabtai* librum hunc appellat *Bilances juſtitiæ* (ex Lev. XIX. 36.) eumque Commentario R. *Zaid* ben *Zaid* illuſtratum, ſed MS. ait. Obvium etiam eſſe in Bibl. Lipſ. conſtat ex Cl. *Goetzii* Programmate, quo illa aperienda indicitur, p. 21.

3. *Deſtructio Philoſophorum*, adversùs *Averroem*, qui huic oppoſuit *Deſtructionem deſtructionis.*

4. *De opinionibus Philoſophorum*, quem ab *Iſaaco Albalag* Hebr. converſum A. C. 1307. & notis illuſtratum extare in Bibl. Vatic. teſtatur *Bartolocc.* Recenſetur & in Catal. Bibl. Leyd. p. 287. n. 47. inter Codd. Warnerianos, ut & in Bibl. Bod. n. 3714.

5. *Logicam* MS. cum Comment. R. *Moſis Narbonenſis*, Hebr. in Bibl. Bodl. Eandem eſſe putat *Wolfius* cum Lib. *de utilitate Logices*, de quo *Bartolocc.* MS. in Bibl. Vatic.

6. *Logicam*, *Metaphyſicam* & *Phyſicam*: quæ Hebraicè facta cum Comment. inter MSS. Warnerian. in Catal. Bibl. Leyd. p. 283. memorantur, ſicut *varia* ejus *Philoſophica* itidem Hebr. 4. in Bibl. Medicea deprehendi teſtatur MSS. illius Bibl. Catalogus, *Joh. Alb. Fabricii* Prodromo Hiſt. Litt. *Lambecii* ſubjunctus.

* Vide de illo præter cit. *Raym. Martini* in Pug. Fidei Part. I. c. V. p. 208. ſeqq. *Leonem Afric.* p 262. Bibliothecam Hotting. *Pocockium* ad Portam Moſis p. 118. *Geſnerum*, & *Chriſt. Hendreichium* in Pand. Brandenb. p. 114. qui tamen ex uno tres effinxit, ut notat laud. *Wolfius* p. 4.

(a) *Bibl. Heb.* Tom. I. n. 6. (b) Tom. I. n. 6. (c) Præfat. ad *Ebn Tophail.* (d) *Panegyr.* II. p. 26. (e) *Neſſelius* p. 149.

ABU *Ahmed* Ben *Caſſim*, Amaſia *Natoliæ* urbe oriundus, publicè expoſuit ann. Hegiræ 888. (C. 1510.) librum quem ſcripſerat R. P. *Ahmed* Ben *Athaallah Al Crimi* de *præcipuis Muſulmana Religionis Capitibus* * *Morerius* ex *Herbelot.* Bibl. Orient.

ABU ALMAASAR ut vocatur à *Seldeno* (a) & ab aliis *Abu Almaſchaar*, vel *Abu Maſſar*, vel *Abu Maſar*, vel *Albuaſar*, vel *Abalachi*, vel *Japhar*, Philoſophus Arabs, clarus Secul. IX. obiit A. 886. Inſignis hujus Aſtrologi extant

1. Libri VIII. *de magnis conjunctionibus & annorum revolutionibus*, Lat. editi Auguſt. Vindel. A. 1489. ab Anonymo Hebr. verſi MSS. teſte Cl. *Wolf.* (Tom I. n. 8.) poſt *Bartolocc.* In iſto Opere tuetur fata Religionum pendere ex Syderibus, *Judaicam* ex Conjunctione Jovis & Martis, *Ægyptiacam* ex Conjunctione Jovis cum Sole, *Turcicam* ex Conjunctione Jovis cum Venere, *Chriſtianam* ex Conjunctione Jovis cum Mercurio.

2. *Selecta* ex Arab. verſa MSS. in Bibl. Lugd. B. (b) ubi etiam *Aben Ezra* de Mundo Liber contra *Abumaſarem* ſcriptus recenſetur.

* Plura de noſtro vide in *Hotting.* Hiſt. Orient. I. 8. *Throph. Spizelii* Specimen Bibl. Univerſ. & *Hendreich.* Pand. quos citat laud. *Wolfius* Bibl. Heb. *Tom. I. p.* 5.

(a) *Præf. ad Eutych. Origg. Alexand.*
(b) *v. Catal. p.* 277. *n.* 13.

ABU ALPHARAGH Karræus & hæreticus Saducæus circa annum 1200 vivebat. Scripſit

Commentarium ſuper Pentateuchum Moſis, ubi acerrimè contrà Hebræos Rabbaniſtas, eorumque Traditiones, Cærimonias, & oralem legem oppugnabat: contrà quem Rabbinus *Abraham* Levita Ben *David* ſtrenuè decertavit, compoſito libro contra librum, ut ipſemet teſtatur in ſuo libro Cabalæ circa finem. Hujus Karræi hæretici ſcripta, quæ in Hiſpaniam quidam *Taraſi* filius invexerat, periiſſe credit, *Bartoloccius* Bibl. Rabb. *Tom. I. n.* 9. Plura de illo Cl. *Wolfius* Tom. I. n. 9. & in *Diſſert.* ſuâ *de Karæis.*

ABUBACAR ben *Tſich*, vel ABUBECHER ben *Saig* ſcripſit Arab.

1. *Epiſtolam de diſceſſu* ſive *abductione animæ à rebus mundanis ad Deum*, quæ à R. *Chaiim* Ben *Jada* Aben *Vivaſch* Hebr. reddita MS. extat in 4. in Bibl. Vaticanâ, in quâ ejuſdem reperitur

2. *Liber de Philoſophiâ*: cum Comment. R. *Moſis.*

* Vid. *Bartolocc.* Tom. I. n. 13.

ABU.

ABU-AL-FZ Chadr. Preſbyter, cujus extant MSS. in Vatic. inter Codd. Amidenſes n. VIII. in 4. bomb. 151. literis Chaldaicis exarato,

De Eccleſia dedicatione Homilia II. Vid. *Aſſemanum* Tom. I. *Bibl. Orient.* p. 583.

ABUBACHAR ben *Tapil* ſeu *Thaphel* (*a*) vel ABU *Jaafar Ebn Tophail* (*b*) & apud *Wolf.* (*c*) AVI *Jaafar Ibn Thophail*, gente Arabs, patriâ Hiſpanus, ſcripſit

Epiſtolam ſive *libellum* Arab. de *Hai Ebn Jokdhan*, quem fingit adhuc infantem, à matre expoſitum, & in peregrinam terram per mare ejectum, a capra verò deinde nutritum, tandemque, procedente ætate, meditationis beneficio eò provectum eſſe, ut non ſolùm naturæ arcana, & ſe ipſum, ſed Deum quoque & profundiorem ſcientiam, quæ à Theologiâ Myſticâ impuritore parum abeſt, perſpexerit. Librum hunc primùm *Eduard. Pocockius* Arab. & Lat. Oxon. 1671. 4. edidit, recuſum ibid. 1699. 4. ſubtit. *Philoſophus Autodidactus*, ſive *Epiſtola, in quâ oſtenditur, quomodo ex inferiorum contemplatione ad ſuperiorum notitiam mens humana aſcendere poſſit.* MS. inveniri ait *Wolf.* l. c. (poſt R. *Schabbatæum*) in Bibl. Leid. in Cod. Warn. qui, teſte Catal. p. 283. inter cetera ex Arab. *Hebr.* verſa complectitur *Hiſtoriam Animalium* (*d*) *filii Joctan, vocati Jechiel F. Uriel, cum Comm. Abi Bier F. Tophail Hiſpani.* Bartol. monet ſcripſiſſe noſtrum *Abubecher* de *Vita Eremita*, qui liber cum Comm. Anonymi Hebr. extet in Bibl. Vindob. Et ſanè *Neſſelius* (*e*) eundem librum appellat tractatum Philoſophicum reconditæ eruditionis, in quo multi peregrini autores citentur, codicemque rarum eſſe addit, ac antiquo charactere Hebr. ſcriptum. In B. quoque Bodl. verſio hujus libri Hebraica extat n. 257. inter Codd. *Roei* n. 11. qui ita recenſetur: *Liber de Hai fil. Joctan, auctore Abu Becro Ibn Topheil, cum Comm. R. Moſis Narb. ex Arabico.* Eod. Cod. dicitur contineri *Expoſitio intentionum Abubecri fil. Alſaigh in libro ſuo de regimine ſolitarii, nec non de poſſibilitate conjunctionis ſeu communicationis cum Deo, auctore Abuwalid Abenruſhd* ſive *Averroes, cum Expoſitione Magiſtri Vidal & R. Moſis Narb.* Auctorem verſionis Hebr. ignorare ſe fatetur *Pocockius* in præf. ad ſuam editionem Latinam, ad quam facta eſt alia verſio Belgica, Amſtelod. 1672. 4. & Anglicana Lond. 1686. 8. curata. (*f*) Cæterum noſter hic *Ibn Thophail* Sec. XII. vixit, (quod *Pocockium* in præf. ad eum, & ex ſcriptoribus à ſe allegatis, & aliis, apud ipſum videndis, argumentis, evincere teſtatur *Wolf.* p. 15.)

(*a*) *Bartol.* Tom. I. n. 11 (*b*) *Nic. Anton.* Bibl. Vet. Tom. II. p. 252. (*c*) *Bibl. Heb.* Tom. I. n. 31. (*d*) Eam ſic appellatam putat *Wolfius* quia in fabuloſa hac narratione refertur, *Ibn Jokdhan*, ſibi relictum, ab animali dilecto primum philoſophandi initium feciſſe. (*e*) Catal. MSS Orient. n. 133. (*f*) De illâ fusè *Clericus* Bibl. Univ. *Tom. III. A.* 1686 *p.* 77. *ſeqq.*

ABUBAKAT, aliis ABROCHERIM, ſocer Mahometis, *Alcoranum* peculiariter interpretatus eſt, *Muphty*, Saracenorum dictus. Se primùm conſtituit *Caliphum* i. e. *Succeſſorem*, vel *à-Deo-datum*: qui ſedem primò Cufæ, deindè Babylone habuerunt A. C. 640. *Mirkondus* Chron. Aliis etiam *Abubacher*, *Abubaquer*, vel *Abubecher*: eum excepit *Hamar*, ſeu *Omar* I. poſt regnum annor. II. menſ. 6. quo durante varia crudelitatis documenta dedit. * *Hoffman* ex *Cedreno* in Heraclio.

ABUCARA (*Theodorus*) h. e. *pater* ſive Epiſcopus *Caræ* (an in Palæſtina, an verò in Moſopotamia incertum) *Joannis Damaſceni*, ut ipſe *Abucara* (*a*) profitetur, diſcipulus; Theologiæ ac Philoſophiæ, Arabicæque peritus linguæ, & ſcriptis adverſus Judæos, Muhammedanos, Neſtorianos, & Jacobitas, Severianos & Origeniſtas clarus fuit circa A. C. 770. adeoque a *Theodoro* Cariæ in Thraciæ & Laodiceæ poſtea Epiſcopo, *Photii* amico primùm, deinde deſertore & in Synodo VIII. A. C. 869. *Ignatii* ſecuto partes, haud dubiè diſtinguendus, (*b*) perinde ut à *Theodoro* Rhaituenſi, qui circa A. 660. claruit, & à *Theodoro* Hagiopolitano, ſive Antiocheno, ſub cujus nomine opuſcula quædam *Abucaræ* publicavit *Caniſius*, Tom. II. part. II. *Antiq. Lect.* p. 473. * De *Theodoro* noſtro plures, inter quos *Bayl.* Dict. Crit. *Imbonatus* nu. 829. *Dupin* Bibl. nov. *Sec. IX.* p. 109. at prolixior *Joh. Alb. Fabricius* qui accuratè perquam *Abucaræ* opuſcula ſequenti ordine recenſet in Tom. IX. *Bibl. Græca*, p. 176. ſeqq.

Edita Theodori Abucaræ opuſcula, Græcè ſcripta.

Majores numeri præmiſſi *Greſerianam*, minores editionem *Genebrardi* reſpiciunt.

15. I. *Dialogus de quinque inimicis*, morte, Diabolo, maledicto Legis, peccato & inferno, *à quibus nos Chriſtus liberavit.* Edit. Ingolſtad. p. 376. Vertit præter *Genebrardum* Turrianus: Incipit: Πέντε θανατηφόρο ἐχθρὲς ἔχομεν.

II. *Explanatio vocum quibus Philoſophi utuntur, & confutatio hæreſis Acephalorum, Severianorum*, id eſt *Jacobitarum* p. 386. Incipit. Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἱερεῦσι καὶ κηρυκικοῖς. Vertit *Turrianus.*

1. III. *Dialogus cum præfecto curſus publici Emeſeno, qui petierat ut ratiocinatione demonſtraret DEUM eſſe*, p. 414. Incipit: Ἐπειδὴ, ὦ ἄνθ[illegible], ἠξίωσας. Verterunt *Genebrardus* & *Turrianus.* De MS. Cæſ. vid. *Lambecium* V. p. 78.

IV. *Epiſtola continens de Chriſto fidem orthodoxam* Chalcedonenſis Concilii, *miſſa à B. Thoma Patriarcha Hieroſolymitano ad hæreticos in Armenia, Arabicè verò dictata a Theod. Abucara, & in Græcum ſermonem tranſlata à Michaele Presbytero & Syncello Eccleſiæ Hieroſolym.* p. 428. Incipit: Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. De MS. Cæſ. vid. *Lambecium* V. p. 13. Vertit *Turrianus.*

V. *Reſponſio brevis ad quæſtionem.* Διὰ τί λέγομεν ὅτι &c. *Quare ſicut dicimus: Humanitas Chriſti eſt ipſa humanitas Petri & Pauli, & uniuſcujuſque hominis, non ſic dicimus corpus Chriſti quod ſumimus & participamus, idem eſt Petri & Pauli, & cujuſvis corpus?* p. 451. Etiam hoc memorat MS. *Lambec.* V. p. 78. Vertit *Turrianus.*

VI. *Exemplum quo oſtenditur quomodo macula peccati Adami, & per incarnationem Salvatoris noſtri, expiatio ad univerſum genus humanum pervenerit.* Vertit *Turrianus.* p. 452. Incipit: Φασὶν οἱ γεωργοὶ, ſive, ut in MS. Cæſ. apud *Lambecium*: Οἱ γεωργικοὶ

4. VII. *Dialogus de luctatione Chriſti cum Diabolo.* Incipit p. 452. Λέγε Θεὲ [illegible] καὶ περὶ τὸν Διάβολον πάλαισας. Verterunt *Turrianus* & *Genebr.* MS. Græcè, *Lambec.* V. p. 78.

3. VIII. *Interrogatio Arabum contra Chriſtianum.* p. 458. Incipit: Εἰπέ μοι, Χριστὸς Θεὸς σου ἐστίν. Vertit *Turrianus*, ut & *Genebr.*

7. IX. *Quæſtio*, ab Agareno, *eidem Chriſtiano propoſita.* p. 460. Incipit: Εἰπέ μοι οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Χριστόν. Verterunt *Turrianus* & *Genebr.*

8. X. *Diſſertatio adverſus Judæum*: p. 462. Incipit: ὁ Ἰουδαῖος, ἐγώ σοι, φησίν. Verterunt iidem.

9. XI. *Adverſus Neſtorianum*: de eo Matth. XXVIII. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas.* p. 466. Vertit uterque.

XII. *Interrogatio contra Neſtorianum* p. 468. Incipit: Τίς ὁ καθ' ἡμῶν Χειρόγραφον. Vertit *Turrianus.*

11. XIII. *Interrogatio altera adverſus Neſtorianum*, Incipit: Τίνα φῂς εἶναι τὸν σὸν Χριστόν. Verterunt *Turrianus* & *Genebrardus.*

12. XIV. *Dialogus cum Neſtoriano.* Incipit: Διὰ τί βούλει τὴν Μαρίαν ὀνομάζειν; Vertit *Turrianus* pag. 470. itemque *Genebrardus.*

XV. *Ad Neſtorianum.* p. 472. Incipit: Διὰ τί λέγεται ὁ Χριστὸς: Vertit *Turrianus.*

2. XVI. *Quæſtio ab infideli, Abucaræ propoſita*: p. 474. Incipit: ναὶ, φησὶ ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ τὸν Θεὸν εἶναι λέγεται. Vertit *Turrianus* & *Genebrardus.*

XVII. *Quæſtio à fideli propoſita, quomodo cum CHRISTUS clare pronunciet* (Joh. III. 5. qui non eſt natus ex aqua & ſpiritu S. non intrabit in regnum cœlorum: *fieri poteſt, ut qui ante adventum ejus fuerunt juſti, non*

baptizati in id ingrediantur ? Vertit *Turrianus*. Incipit : ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη p. 476. *Abucara* reſpondet CHRISTUM pro illis baptizatum eſſe, & aquam è latere Chriſti fluentem eos ſanctificaſſe. Quam ipſius reſponſionem ſingulari diatriba ad examen revocavit B. D. *Thomas Ittigius* de *Baptiſmo fidelium ante Chriſti adventum defunctorum, per aquam quæ ex ejus latere fluxit*. Lipſiæ, 1698. 4. atque in *Enneade ejus diſſertationum*, ibid. 1702. 8.

XVIII. *Ex concertationibus cum Sarracenis, ex ore Joannis Damaſceni* : Hoc opuſculum Græce & Latine primus edidit *Michael le Quien*, Pariſ. 1712. Tom. I. Operum *Jo. Damaſceni* p. 472. Nam *Gretſerus* tantum ediderat p. 478. ex verſione *Turriani*, cum Græcum in Codicibus Bavaricis non reperiſſet. Incipit : Ἐπειδή μοι ὦ Ἐπίσκοπε.

XIX. *Mahometem non eſſe ex Deo*. Incipit : Ἐθ... τῶν Σαῤῥακηνῶν ὑποκριτῶν. Vertit *Jacobus Gretſerus*.

XX. *Quod Mahometes fuerit hoſtis Dei & à Dæmone obſeſſus*, p. 482. Incipit : Εἰ πιστεύεις τῷ ὑπ' αὐτοῦ ... Vertit *Gretſerus*.

XXI. *Dogma ad confirmationem Chriſtianiſmi ex vocibus humilibus & abjectis prædicationis Evangelii*, p. 484. Vertit *Turrianus*. Incipit : Τῶν εὐλογημένων Σαῤῥακηνῶν.

XXII. *Dialogus cum Sarraceno*, oſtendens *Panem myſtica benedictione fieri Corpus Chriſti*. p. 490. Vertit *Turrianus*. Incipit : Διὰ τί, Ἐπίσκοπε, ἐμπαίζετε ὑμεῖς.

10. XXIII. *Quod Chriſtus homo factus ſit ſimul verus Deus*. p. 492. Vertit *Genebrardus*. Incipit : ὁ Χριστὸς ... ὅτι ἡ δύναμις ὁ υἱός.

XXIV. *De una uxore ducenda*. pag. 492. Incipit : Πόθεν ὑμῖν ὦ Ἐπίσκοπε φαίνεται ἡ μονογαμία. Vertit *Turrianus*.

5. XXV. *Demonſtratio quod Deus habeat Filium conſubſtantialem, ut ipſe carentem principio & coæternum*. Hoc opuſculum primus Græcè & Latinè edidit *Joan. Bapt. Cotelerius* ad Lib. V. *Conſtitution. Apoſtol.* cap. 7. Tom. I. *Patrum Apoſtol.* p. 307. Nam *Gretſerus* tantùm Latinè p. 497. ex *Turriani* verſione dederat. Incipit : Τῶν ἀγαρηνῶν τὸ φρόνημα. Vertit etiam *Genebrardus*.

XXVI. *Dialogus demonſtrans quod Pater ſemper generat, Filius autem ſemper generatur*, p. 500. In quodam Codice Bavarico perperam tribuitur *Theodoro* presbytero τῆς Ῥαϊθοῦ. Incipit : πότερον σοι δοκεῖ ; Vertit *Turrianus*.

XXVII. *De nominibus Dei*. pag. 502. cum *Turriani* verſione, quam perinde ut duorum quæ ſequuntur opuſculorum vulgaverat *H. Caniſius* Tomo IV. *Antiquar. Lect.* retuleratque ad *Theodorum* Hagiopolitanum. Incipit : τὸ Θεὸς ὄνομα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας εἴρηται.

XXVIII. *Dialogus heretici & Orthodoxi de Deo & Deitate*. pag. 506. Incipit : Πότερον σοι δοκεῖ ; τοῦτο ἐστι Θεός. Vertit *Turrianus*, ſed ita ut poſtremam partem, quam ex Codice Bavarico addidit vertitque *Gretſerus*, ignoraret.

XXIX. *Cum Neſtoriano diſputatio*. p. 514. Incipit : Ἰδὲ πάντες οἱ ἀγῶν. Vertit *Turrianus*.

XXX. *Diſputatio cum Jacobita*. pag. 518. Incipit : Πότερον σοι δοκεῖ, ὁ Χριστὸς Θεός. Vertit *Turrianus*.

14. XXXI. *Quæſtio quam Origeniſta Fideli proponit*. p. 520. Vertit *Genebrardus*. Incipit : Ποία δικαιοσύνη, δίκαιῳ ἢ πιστεύσαντι χεῖρον ἁμαρτήσαντος ...

6. XXXII. *Contra Saracenos Theopaſchitas*. p. 522. ex *Genebrardi* verſione, Græca enim *Gretſerus* non reperit. Incipit : *Alio in conventu Sarracenum*.

13. XXXIII. *Dialogus cum Neſtoriano* p. 524. Incipit : Εἰπέ μοι, τὸ Χριστὸς ὄνομα. Vertit *Genebrardus*.

XXXIV. *Tempus an ſit in tempore ?* p. 524. Incipit : ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ. Vertit *Jacobus Gretſerus*.

XXXV. *Diſceptatio cum Sarraceno de auctore boni & mali*. p. 526. Incipit : Τίνα λέγεις αἴτιον καλῶν τε καὶ κακῶν : Vertit *Gretſerus*.

XXXVI. *Verbum Dei num creatum an increatum ?* p. 531. Incipit : Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνά ... : Vertit *Gretſerus*. Idem in controverſiam vocatum noſtra ætate. *Vid. Rev.* Georgii Nitſchii *Beantwortung der Frage, ob die heilige Schriſſt Gott ſelbſt ſey*. Gothæ, 1714. in 4.

XXXVII. *Quæſtio duplex*, una *de Maria beatiſſima vivat ne an mortua ſit* : altera *num Deus etiamnum creet ?* p. 534. Incipit : ἐν λέγετε ..., ἀπέθανεν ἢ ζῇ. Vertit *Gretſerus*.

XXXVIII. *Uter major ſanctificans* (Joannes Baptiſta) *an ſanctificatus ?* p. 534. Incipit : τίς ἐστι ... σου μείζων. Vertit *Gretſerus*.

XXXIX. *Ad aliquem qui percontatus fuerat de diſtinctione mundorum & immundorum eſculentorum, quatenus illa in Novo Teſtamento obſervaretur ?* Incipit : Ἐκ ἀποχῶν καὶ μεταλήψεως ἀκαθάρτων. Vertit *Gretſerus*. Subjicitur p. 538. Scholion *Arethæ* de eodem argumento, ἄδηλον, ἀπίθανα, notatque *Gretſerus* ſe in altero Bavarico Codice, aliquoties diſſertatiunculis *Abucaræ* hoc pacto ſubnotata quædam reperiſſe. Et adſcripſiſſe quoque ad oram ſuæ verſionis, aliquot hujuſmodi ſcholia *Arethæ* Epiſcopi *Turrianum*, illius (ut putat *Fabricius*) *Arethæ*, Seculo X. clari.

XL. *Photii excerptum ex eodem Theodoro Epiſcopo Carrarum, de Adami corpore, an paſſibili ?* p. 541. Incipit : Χρὴ εἰδέναι. Vertit *Gretſerus*.

XLI. *Quid ſit mors, & quomodo mors morti dedatur, (nam & hoc docet Eccleſia) &, ecce morimur*. p. 540. Incipit : Θάνατός ἐστι ... Vertit *Gretſerus*.

XLII. *Brevis Doctrina de Divinis nominibus, tam communibus ſanctiſſimæ Trinitatis, quàm propriis cujuſque Perſonæ*. p. 542. 547. Incipit : Ἔστι ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἁγίας Τριάδος δηλοῦντα. Vertit *Gretſerus*.

Hæc opuſcula XLII. ad calcem *Hodegi Anaſtaſiani* utraque lingua primus *Ingolſtadii* edidit *Jacobus Gretſerus* S. J. 1606. 4. unde recuſa ſunt Latine quidem in *Bibliotheca Patrum* edit. *Colonienſis* A. 1618. *Tom. IX.* & *Lugdunenſis* A. 1677. *Tom. X. /* Græcè & Latinè verò in *Auctuario Ducæano* Pariſ. 1624. *Tomo I.* & in *Bibliotheca Patrum* Pariſ. 1644. & 1654. *Tomo XI.* Ex illis XLII. opuſculis *Gilbertus Genebrardus* Latinè verterat hæc quindecim, quæ cum *Gretſeriana* editione ſic licebit conferre.

Genebr.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
Gretſer.	III.	XVI.	VIII.	VII.	XXV.	XXXII.	IX.	X.	XI.
	10.	11.	12.	13.	14.	15.			
	XXIII.	XIII.	XIV.	XXXIII.	XXXI.	I.			

Extant ex *Genebrardi* verſione in *Bibliotheca Patrum Pariſienſi* A. 1575. *Tom. V.* & A. 1579. *Tom. IV.* Etiam tria ex his opuſculis Latinè, *Franciſco Turriano* interprete, in lucem emiſerat *H. Caniſius* Tomo IV. *Antiq. Lection.* nimirum XXVII. XXVIII. & XXIX. *Ingolſtad.* 1603. in 4. recuſa in *Bibliotheca Patrum Colonienſis* ſupplemento, ſive *Tom. XV.* A. 1622. vulgato, & in *Pariſienſi* A. 1654. *Tom. IV.* His denique accedit

XLIII. *De unione & incarnatione, quodque Perſona fuerit incarnata, Divina autem Natura Humanæ unita in Perſona Dei verbi*. Hoc opuſculum ex MS. *Bodleiano* primus edidit, Latinamque verſionem adjunxit *Andreas Arnoldus* Norimbergenſis, Pariſ. apud Vid. Edm. Martini & Joh. Boudot, 1685. 8. ad calcem (c) *Syntagmatis doctrinæ ad Clericos & Laicos* ſub S. *Athanaſii* nomine, & *Valentiniani* ac *Marciani* Impp. *Epiſtolarum binarum* ad *Leonem M.* Incipit : ὁ περὶ σαρκώσεως ἔστω σαρκώσεως. Idem opuſculum MS. in *Biblioth. Cæſarea*, memoratur à *Lambecio* V. p. 78.

Quid autem contineant hæc ſcripta, docebit *Dupinius* loc. ſuprà cit. Variæ in iis (*inquit ille*) Scholaſticæ de myſteriis quæſtiones agitantur, vocumque Philoſophicarum, quibus ad ea explicanda utuntur, ſenſus inquiritur. De Trinitate & Incarnatione ſpeciatim verba facit. Probatâ ratiocinio naturali Dei exiſtentiâ, Trinitatem eâdem viâ probare conatur. Jeſum Chriſtum eſſe Meſſiam oſtendit. Ipſum eſſe Deum, Infideles docet. *Muhammedem* impoſtorem eſſe contendit. Incarnationis neceſſitatem probat, & effectus explicat. De eâdem errores *Neſtorianorum*, *Eutychianorum*,

rum, Jacobitarum, *Theopaſchitarum*que confutat: unicamque hypoſtaſim, duas verò naturas in Chriſto admittit. Sarracenorum quæſtioni de Euchariſtia reſpondens, panem & vinum Menſæ Sacræ à Sacerdote appoſitum, in Corpus & Sanguinem Chriſti commutari S. Spiritus deſcenſû, clare innuit. *Origeniſtarum* errorem de diuturnitate pœnarum damnatorum rejicit. Muliere unicâ æquius & honeſtius quam pluribus uti, adversùs Saracenos oſtendit. Nec peccati autorem Deum eſſe commonſtrat. B. Virginem non eſſe mortuam contendit. Plures (uno verbo) ſubtilioris Theologiæ quæſtiones exagitat.

(a) Vid. tit. Opuſc. XVIII (b) *Non ita cenſuit Vir Cl.* Guil. Caveus qui Hiſt. Liter. p. 468 Theodorum Abucaram *duplicem facit, quos ambo ad A. 867. collocat, & Caria Archiepiſcopus fuiſſe ait; priorem vero à Photio Patriarcha CP. ad ſedem Laodiceanam ſi non translatum, ſaltem deſignatum, cui eadem hæc relata ſcripta adſcribit.* (c) Vid. *Acta Lipſ.* 1681. p. 509.

ABU ISAAC BEN ASSALUS vel BENASSALI, natione Ægyptius, patriâ, ut videtur, Alexandrinus, è Sectâ Monophyſitarum, claruit, (teſte *Fauſto Nairono*) Sec. XIII. Multa nec inerudita opera edidiſſe teſtantur *Ecchellenſis* & *Naironus* apud *Caveum* Hiſt. Liter. *p.* 642. Hæc autem recenſet *Aſſemanus* Bibl. Orient. *Tom. I.* de Script. Syris Orthod. *p.* 623.

1. *Collectio Canonum* in Part. II. diviſa: *Præfatio* de Codicibus, è quibus ſuam collectionem Auctor adornavit. *Pars I.* in Capp. XXII. videl. de Eccleſia: de ſacris libris: de Baptiſmo: de Patriarchis: de Epiſcopis: de Presbyteris: de Diaconis: de reliquis Clericis: de Sacerdotibus in genere: de Monachis & Monialibus: de Secularibus: de Miſſa: de Euchariſtia: de Oratione: de Jejunio: de Eleemoſyna: de Eleemoſynario: de Decimis, & primitiis, & votis, & legatis piis: de Dominica, & feſtis diebus: de Martyribus & Confeſſoribus, & Apoſtatis: de Infirmis: de Defunctis. *Pars II.* in Capp. XXIX. videl. De cibo & potu, & domicilius, & artibus, quæ Chriſtianos decent: de Sponſalibus, & dote & matrimonio: de Concubinatu: de Donationibus: de mutuo, & pignore, & feudo, & fidejuſſione: de commodo: de depoſito: de Procuratione: de Libertate, & ſervitute, & manumiſſione: de Minoritate: de Venditionibus: de Societate: de violentia: de locatione, & canone: de ædificiis, & viis publicis: de mutuo: de confeſſione: de rebus amiſſis: de Teſtamentis: de Hæreditate: de Judice: de Regibus: de Teſtamento Veteri, & Novo: de pœnis Apoſtaſiæ: de Homicidio: de Fornicatione: de Furto: de Pœnis, de Capillis, de Circumciſione, & de Confeſſione auriculari. *MSS. in Vatic. inter Codd. Arabicos, Cod. X. in fol. bomb.* 259. ſcript. an. Martyrum 1005. Heg. 687. Chriſti 1289.

Hujus *Collectionis* meminit *Caveus* ubi ſupra, ſub tit. *Collectio Canonum, & Eccleſiæ Alexandrinæ Conſtitutiones*, cujus Præfationem *Arabicè* citari docet ab *Abrahamo Ecchellenſi* Eurych. Vindicat. *Part. II. cap.* 17. *p.* 168. & in *Epiſt. ad L. Allatium* de Synod. VIII. p. 629.

2. *Solutio difficultatum Evangelii*, MS. ibid. Cod. XI. in 4. bomb. 133. *ſcript. ann. Mart.* 1177. *C.* 1461.

Quæſtionum Eccleſiaſticarum opus (& fortè idem) memorat laud. *Caveus*, cujus ex *Quæſtione XXIII.* locum prolixum de illis Chriſti verbis, *Quodcunque ligaveris ſuper terram* &c. *Arabicè* & *Latinè* profert cit. *Ecchellenſis* ibid. c. 22. p. 220.

3. Liber inſcriptus *Margarita pretioſa de Fide Orthodoxa*, in XV. Capp. diſtributus, *videl.* de Trinitate: de Deo Verbo: de Incarnatione: de Chriſti baptiſmo: de ejuſdem tentatione in deſerto: de Chriſti operibus, à Baptiſmo Joannis uſque ad Paſſionem: de ejuſdem Paſſione: de Morte: de Sanguine & aqua quæ ex ipſius latere fluxerunt: de deſcenſu ad Inferos: de Reſurrectione: de aſcenſione: de ſecundo adventu: de Paracleto: de Trinitatis conſubſtantialitate: *MS. ibid. Cod. XII. in fol. bomb.* 169.

4. Liber *de Kalendario & Epochis*, in Capp. XV. diviſus, queis præmittit *Carmina* ad inveniendum Epactam, Paſcha Judæorum, Paſcha Chriſtianorum, Feſta Coptorum, annum Arabicum, & Ægypriacum, & quemlibet diem menſium Coptorum, Græcorum & Syrorum. I. Modus inveniendi Paſcha Reſurrectionis: de Epacta Lunæ: de Paſchate Judæorum: de Epacta ſolis: de Sacro Paſchate: de Jejuniis. II. De Quadrageſimali Jejunio. III. Modus inveniendi Moharramum, primum ſcilicet menſem Arabum & baſem anni, & menſes Arabicos. IV. Modus extrahendi Arabicos ex Copticis. V. Modus inveniendi initia menſium Syrorum. VI. Supputatio annorum ab initio Revolutionis Lunaris. VII. Copticos ex Arabicis deducere. VIII. Horas menſium invenire: IX. Biſextum annum a non Biſexto diſcernere. X. Feſtos dies, qua quique hebdomadæ die occurrant, cognoſcere. XI. Qua hora Luna oriatur, aut occidat, aut currat, deprehendere. XII. De Conſtellationibus, de qualitatibus & diviſionibus earum: & quænam ex ipſis oriatur, occidat, aut medium curſum teneat. XIII. Epocham ab Adamo ad Chriſtum invenire. XIV. de anno Biſextili. XV. Copticos annos ex Arabicis, & è contrario, invenire: De annis mundi: Feſtos Chriſtianorum dies ex menſibus Arabicis deducere: Periodum componere: Tabulam Feſtorum mobilium deſcribere. *Series* Patriarcharum Alexandrinorum à S. Marco ad Gabrielem octogeſimum ſextum illius ſedis Patriarcham, qui obiit anno Mart. 1094. Chriſti 1378. recentiori manu aucta. *MSS. ibid. Cod. XIII. in fol. bomb.* 142. ſcript. anno Mart. 1070. Chr. 1324.

5. *Expoſitio in Epiſtolas Pauli*, MS. ibid. Cod. XIV. in fol. bomb. 71.

6. *De Fundamentis Fidei* Partes V. *Pars I.* Capp. XV. Index Auctorum, quorum teſtimoniis utitur: de Deo: de Mundo: de Homine: de tribus Chriſtianorum ſectis, videlicet Jacobitarum, Melchitarum, & Neſtorianorum: de Hæreſibus: de Fidei articulis: & de veritate Evangelii: *Pars II.* de Divinis Attributis, & Perſonis, Capp. IV. *Pars III.* de Incarnatione, & una Chriſti natura: (qua hæreſi Auctor laborabat) Capp. XXVI. *Pars IV.* de B. V. Maria: de Cruce: de Canonibus & Officiis divinis: de Prophetis & Apoſtolis: de Angelis & Dæmonibus: de Patriarchis & Epiſcopis: de Pœnitentia & Confeſſione auriculari: de judiciis & pœnis: de morbis & morte, Capp. XIV. *Pars V.* de Antichriſto & Reſurrectione mortuorum: de Paradiſo & Inferno, Capp. XI.

Ejuſdem brevis Tractatus de *Fundamentis fidei*: MSS. ibid. Cod. XV. in fol. bomb. 244.

Iterùm Codice XXX. reperit *Aſſemanus* ubi ſupra, *p.* 616.

Abu-Iſaac Benaſſali *de Fundamentis Fidei*: *De Unione Hypoſtatica Verbi: de Trinitate & Incarnatione*: Adversùs eos, qui negant Chriſtum crucifixum: *De Chriſto judice, & de extremo judicio.*

ABU-ISMAEL Author *Poëmatis Tograi*, de quò vid. ſub tit. ANCHERSEN & POCOCKIUS.

ABU-LABAS Cordubenſis, commentatus fuit *in Alcoranum*, cujus verba pro aſſerenda fabula *Racham* avis, quæ ſola ſcit *Moſis* ſepulchrum, citantur à *Samuele Bocharto* part. II. *Hierozoici* Lib. II. cap. 26. qui & ſub appellatione Cordubenſis Alcorani commentatoris iterum laudat *Lib. VI. cap.* 14. quo ſub nomine extare dicitur in *Bibliotheca Leidenſi* undecim Tomis inter Libros mſſ. poſitos è legato *Levini Warneri*, ut ex ejus Bibliothecæ conſtat Catalogo.

* *Nicol. Anton.* Bibl. Vet. Arab. Hiſp. *Tom. II. p.* 237.

ABULBARCAT *Ben-Cabati* Presbyter Ægyptius. Hujus extant MSS. in *Vatic.* inter Codd. Arabicos ab *Aſſemano* ex Oriente advectos, Cod. XXXII. *in fol. bomb.* 126. ſcript. anno Mart. 1050. Heg. 734. Chr. 1323.

1. *De Fundamentis Fidei* Partes duæ. *I.* in Capp. XXIV. de Deo trino & uno: de Chriſto: de reſurrectione mortuorum: de ſacris imaginibus: de Baptiſmo & de Euchariſtia: *Pars II.* in Capp. V. de oratione: de jejunio:

de eleemoſyna : de præſtantia Legis Chriſtianæ : & de p. ecept. Evangelicis.

2. Liber inſcriptus *Lampas Tenebrarum & Declaratio Officiorum*, MS. ibid. inter Codd. Arab. a *Clem. Caracciolo Neophito* exſcriptos, Cod. II. in fol. 295. *exſcript. ex Archetypo Bibl. Colleg. Urbani de Propag. Fide.* Dividitur autem in Præfationem & Capp. XXIV. Ac I. de Fide in Trinitatem & Incarnationem, ubi Sectam Jacobiticam propugnat, hæreſiumque Catalogum recenſet : II. Symboli Nicæni expoſitiones duæ, *altera* Auctoris, *Severi Mocaffai* Epiſcopi Aſmonæorum *altera*, una cum hiſtoria *Dioſcori*, *Severi*, & *Jacobi Baradæi* quorum errores à *Mocaffao* & *Abulbarcato* admittuntur : III. de œconomia Domini ab Incarnatione uſque ad aſcenſum in Cœlum, deq; Apoſtolorum electione & Eccleſiæ fundatione: IV. de geſtis XII. Apoſtolorum & LXX. diſcipulorum: V. Syllöge Canonum Apoſtolorum & Conciliorum generalium atque particularium, nec non Canones Patrum & Patriarcharum Alexandrinorum, & Statuta Imperatorum: VI. de Libris Canonicis Veteris & Novi Teſtamenti ; Canones Ammonii & Euſebii in Evangelia : & Tractatus de veritate fidei Chriſtianæ : VII. Catalogus Scriptorum Eccleſiaſticorum : VIII. de Eccleſia ejuſq; Dedicatione : IX. de Chriſmate, ejuſq; confectione & conſecratione: X. de Patriarchæ electione & conſecratione : XI. de Epiſcoporum electione & conſecratione : XII. de Presbyterorum ordinatione : XIII. de Ordinatione Diaconorum, Hypodiaconorum, aliorumq; inferiorum ordinum: XIV. de Monachis & monaſteriorum regimine : XV. de Baptiſmo : XVI. de Horis diurnis & nocturnis : XVII. de Liturgia, & Euchariſtia : XVIII. de Quadrageſimali Jejunio, & hebdomada Paſſionis : XIX. de Quinquageſimali tempore à Paſchate reſurrectionis uſque ad Pentecoſten: XX. de Matrimonio : XXI. de exequiis defunctorum, & oleo infirmorum. XXII. Lectiones ex Veteri & Novo Teſtamento per annum feſtoſq; dies, juxta ritum Coptorum : XXIII. Kalendarium Coptorum : XXIV. de picturis & imaginibus ; de campanis ; de frequentatione Euchariſtiæ ; de thure; de conventu in Eccleſia ; de zonis ; de candelis & lampadibus : de crucis ſigno, quod unico digito a Coptis formatur : de nudatione pedum in Eccleſia : de tonſione capillorum : de tonſura clericorum ; de cooperiendis amictu capitibus in Eccleſia : de confeſſione auriculari: de conſervatione Euchariſtiæ, ejuſq; de loco in locum tranſlatione : de fabarum & lupinorum uſu: de ſalis commiſtione cum Eulogiis : de baculorum uſu in Eccleſia: de octo tonis, & cantu Eccleſiaſtico : de aqua probationis : de benedictione calicis · nomina denique dignitatum & officiorum Eccleſiæ.

ABULBIRCAD aliis ABULBARACAT Syrianus Baſſorenſis, ex Judæo Muhammedanus, Medicus, Auctorem ſe venditavit *Verſionis Arabicæ Pentateuchi*, quæ extat in *Bibliothec. Reg. Pariſienſ.* Cod. 370. f. at doctiſſ. *Jac. Le Long* (*a*) dicit eam eſſe *Abuſaidi*, (de quo vide infrà.) Noſtro autem vindicat (*b*) *Commentar. in Eccleſiaſten* Arabicè. *Bibl. Bodl.* cod. 6076. Hujus fragmenta laudantur a *Pocockio* in notis ad *Portam Moſis* p. 289. 190. teſte Cl. *Wolfio* Tom. I. p. 7.

(*a*) P. I. p. 117. & 541. (*b*) P. II. p. 595.

ABULFARAGIUS Ben *Ali* Ben *Al-Giouſi*, nomen Doctoris cujuſdam qui & cognominatur *Hanbali*, quia Hanbalitarum ſectator erat, nec non *Vaez*, ſive Prædicator, ut pote Prædicatorum ſui temporis facilè Princeps, pluris etenim habentur quæ de illo extant *Homiliæ* aut *Conciones*. Natus eſt anno Hegiræ 510. obiit autem ann. 597. (C. 1119.) * *Morerius* ex *Herbelot.*

ABUL-FEDA (*Iſmael*) Princeps Hamæ in Syriâ an. Hegiræ 743. ibi obiit an. 746. C. 1345. Scriptor inter Arabes probatiſſimus, opus Arabicum conſcripſit *De Vitâ & rebus geſtis Mohammedis Moſlemicæ Religionis Auctoris, & Imperii Saraceniçi Fundatoris* : quod ex Cod. MS. *Pocockiano* Bibl. Bodl. Arabicè & Latinè edidit, *Oxonii*, 1723. *fol.* cũ Præfatione & notis, *Jo. Gagnier*, Arab. linguæ in Acad. Oxonienſi Profeſſor publ. qui in Præfat. ſatis ampla, Chriſtianos primo loco qui vitam & res geſtas Mohammedis deſcripſerunt, ſcilicet *Maraccium* (*a*) *Bælium* (*b*) *Humphr. Prideaux* in ſingulari libello, & *Herbelotum* (*c*) cum juſta epicriſi recenſet, ac alia, quæ ad *Abulfedam* pertinent, ex iis ſubjungit, Anachroniſmum de præfectura illius provinciæ Hamah, *Pocockio* falsò à *Balio* tributum, examinat, magnamque *Gravii* hallucinationem detegit. Dein ex ipſorum Arabum monumentis de *Abulfeda* regimine, vita, ac ſcriptis quædam affert, & de illuſtri ejus opere Geograph. a ſe aliquando edendo, ac Aſtronomico, in *Bibl. Bodl.* latente, diſſerens, illud contra *Renaudotium* defendit, ſimulque *Pocockii* aſſerta de verſione Arabica Codicis Sacri, & de Era Hegiræ vindicat. Tandem circa Chronologiam *Abulfeda*, ad computum LXX. Interpretum inſtitutam, nonnulla obſervat, & novum MSS. OO. *Bibl. Bodl.* Catalogum, vitaſque ſucceſſorum *Mohammedis* promittit. Vita autem *Mohammedis*, quæ ſequitur, LXXIII. Capp. abſolvitur, quibus de illius nativitate, protapia, educatione, matrimonio, itineribus, miſſione ejus divina, (ut perhibent,) aſcenſione in Cœlum, fuga, & Epocha Hegiræ inde dicta, aliiſque ante illam Epochis celebrioribus, de bellis ejus variis, de legatis, quos miſit ad Reges, ac in fine de morbo, obitu, ſepultura, ætate, corporis forma, indole naturæ, liberis ejus & uxoribus, ſcribis, armis, & ſociis agitur. In Notis adjectis, quas ex *Corano*, *Sonna*, ſeu Traditione & aliis hiſtoricis Arabicis concinnavit, multa notatu digna complexus eſt. * Vid. *Acta Lipſ.* A. 1724. p. 390. *La Roche* Mem. Litt. de la Grande Bret. *Tom. XIV. p.* 433. Biblioth. Franç. *Tom. V. p.* 54.

(*a*) *Marac.* in prodr. Alcor. (*b*) *Bal.* in Dict. Crit. [*c*] *Herbelot.* in Bibl. Orient.

ABULPHARAGIUS *Abdalla Benattibus*, de quo jam verba fecimus *p.* 11. ſub tit. ABDALLA *&c.* hic reponi poteſt propter addenda quæ præbet *Aſſemanus* Tom. II. *Bibl. Orient.* p. 309.

Bar-Hebræus (de quo infra) in Chron. Syr. *Part. I. fol.* 112. obitum & ſcripta *Abulpharagii Benattibi* ſive *Ebn-attibi* refert in hæc verba : » .... Anno Græc. » 1355. (*Chriſti* 1044.) exeunte Oct. obiit *Abulpha-* » *ragius* pius Monachus Neſtorianus, vir doctus & Philo- » ſophus. Hic utrumque Teſtamentum Sermone Ara- » bico commentatus eſt : libros etiam *Ariſtotelis* uſurpa- » vit : & Catholicos ejus gentis (h. e. *Patriarchas Neſto-* » *rianorum*) pluribus redarguit, quod Eccleſiaſticam » eruditionem negligerent. Verùm in Syriacâ linguâ » parùm mihi verſatus fuiſſe videtur: menda enim in ip- » ſius commentariis paſſim occurrunt.....

Hujus *Abulpharagii* opera aliquot Arabica ex Ægypto attuliſſe ſe teſtatur *Aſſemanus*, quorum eſt Tractatus qui *de Hæreditate* inſcribitur, exaratus anno Chriſti 1224. duobus nimirùm annis ante *Bar-Hebræi* nativitatem. Ejuſdem *Benattibi* Epiſtola Arabica extat in Catal. librorum *Andr. Scandar* num. 36. quâ ſeſſiones *Eliæ* Epiſc. Niſibeni, ſeu diſputationem ab eo cum *Abulcaſemo Hoſaino* filio *Ali Africano* de Religione Chriſtianâ habitam laudat, & Auctorem ut eam in publicam lucem edat, hortatur. Atqui ea diſputatio anno Heg. 419. Chriſti circiter 1028. contigiſſe dicitur, ducentis nimirum ante *Bar-Hebræum* annis. Sed *Pocockius* ipſe, qui *Hiſtoriam Dynaſtiarum* Latinam fecit, obitum *Benattibi* ad annum Heg. 435. ex *Bar-Hebræo* conſignat *p.* 233. his verbis : *Anno* 435. *obiit Abulpharai Abdalla Ebnol Tiyeb Erakenſis* &c. Quæ cùm ita ſint, mirum cur idem Auctor in Præfatione de *Bar-Hebræo* ſcripſerit : » Nec dubito » eundem eſſe quem *Ebn Hariri Tacritenſis* in libro *de* » *Fundamentis religionis Chriſtianæ*, nomine *Abulpharagii* » *Abdallah Ebnol Taiyeb* ſæpius laudat, & pro *Al Taiyeb* » reponendum *Al Tabib*, quod & *medicum* ſonat.

Scripſit autē præter memorata, ex eod. *Aſſemano* p. 621.

Tract. *de præſtantia jejunii, eleemoſynæ & orationis* : *Reſponſiones ad Quæſita Patriarchæ Neſtorianorum* : *De Here-*

redi-

reditate II. *De divinis officiis:* MSS. inter Codd. Arab. num. VI. in fol. bomb. 352. cum *Paradiſo Chriſtianorum*, cujus titulum non integrum exſcripſit cit. *Le Long*: hæc etenim verba omiſit: *De morte Prophetarum, & Apoſtolorum.* Quædam verò immutavit, dicens in *XII. Prophetas minores*, cùm dicat tantum Aſſemanus *in Oſée, Jonam & Aggæum.*

In tit. *Comment. in Pentateuchum* &c. omiſit *in Judices*. Extat opus iſtud *ibid.* num. VII. in fol. bomb. 398.

Tractatus *de Hæreditate*: ibid. num. V. in 4. bomb. ſcriptus anno Mart. 940. Chr. 1224.

Expoſitionis Pſalmorum Pars II. à Pſ. 33. ad 61. inter Codd. And. Scandar, *num.* 49. *in* 8. *bomb.* 209. Arabicis literis & ſermone. * *Aſſemanus*, Tom. I. p. 511.

ABULPHARAGIUS (*Gregorius*) Primas Orientis, qui & *Bar-Hebræus* vocatur, ſcriptorum Jacobitarum facilè princeps, patria Melitinenſis, patre *Aaron* Medico, anno Græcorum 1537. Chriſti 1226. natus eſt, ex quo *Bar-Hebræi*, hoc eſt, Hebræi filii cognomen traxit. Nepotem ex fratre *Michaelis* Patriarchæ eum appellat *Renaudotius* Tom. II. p. 469. ex fide *Codicis Colb.* A puero Græcæ, Syriacæ & Arabicæ linguis ſtrenuam operam dedit: mox Philoſophiæ ac Theologiæ curſu emenſo medicinam ſub patre aliiſque ejus ætatis celeberrimis, quos ipſe in libris ſuis laudat, medicis coluit: quibus in ſtudiis quantum excelluerit, ſcripta ejus declarant.

A. C. 1243. invadentibus in Armeniam Tartaris, Melitina abſcedere cum parentibus cogitavit. Anno ſequenti Antiochiam venit, ut idem refert in *Chronico Arabico*, quod *Hiſtoriam Dynaſtiarum* inſcripſit. Hinc Tripolim Phœniciæ urbem petiit, ut de ſe ipſo refert in Chronico Syriaco *Par. II. fol.* 322. ubi ab *Ignatio Sabâ* Patriarcha anno ætat. 20. Epiſcopum Gubæ ſe ordinatum fuiſſe teſtatur: Anno ſequenti idem *Ignatius* cum ab Eccleſia Gubæ ad Lacabenam tranſtulit. In ſchiſmate, quod poſt obitum *Ignatii* ob *Dionyſii Augur* & *Joannis Bar-Maadani* ambitum ab A.C. 1252. eam ſectam afflixit, *Abulpharagius* Dionyſii partes ſecutus, ab eodem ad Epiſcopatum Alepenſem promotus eſt. *Dionyſio* verò A. 1261. & *Joanne* A. 1264. ſublatis, ab *Ignatio* ſeu *Joſue* Patriarcha, cui eodem anno omnes Epiſcopi ſuffragium dederant, ex Alepenſi Eccleſia ad Maphriani, hoc eſt, Primatis Orientis dignitatem evectus, eandem uſque ad ann. 1286. tenuit. Hæc idem *Abulpharagius* de ſe ipſo narrat in Chron. Syriaco *Part. II. & III.* quæ *Gregorius* ſeu *Barſuma* ejuſdem frater & in Epiſcopatu ſucceſſor, poſt ejus obitum proſequutus, ſcripta etiam recenſet. *Abulpharagius* quidem de ſuâ electione in Primatem Orientis ſcribit *Part. II.* Chronici *fol.* 335. *Part.* verò III. à *fol.* 404. quæ in eo Primatu geſſit, deſcribit. Obiit autem die 30 Julii ann. Græc. 1597. Chriſti 1286. Cadaver ex urbe Maraga, ubi deceſſit, in Cœnobium S. Matthæi deportatum, ibiq; conditum. Cæterùm quæ narrantur de *Bar-Hebræi* exequiis à Chriſtianis Jacobitis, Neſtorianis, Armenis, atque Græcis celebratis, manifeſti mendacii convincunt hiſtoricum Mahometanum *Ebn-Chalican*, qui *Bar-Hebræum* à Chriſti fide ad Mahometanam perfidiam defecisse teſtatur apud *Pocockium*: Vid. *Renaudot*. Tom. II. *Lit. Orient.* p. 470. Duplicem ex uno *Abulpharagio* Auctorem effinxit *Caveus*: priorem vocat *Gregorium Barebræum* Hiſt. Liter. *p.* 642. ad A. 1270. alterum *Gregorium Abulpharaium*, *Ibn Ha-Kima* dictum, *Aaronis* Medici Malatienſis, vulgò *Ibn Kopb* vocati, filium, *ibid. p.* 650. ad A. 1284.

S C R I P T A:

1. *Liber negotiationis negotiationum.* Phyſica & Theologia.

2. *Liber Pupillarum.* Iſagoge, Categoriæ, Perihermenias, & Sophiſtica.

3. *Liber Sermonis Sapientiæ.* Eſt breve Philoſophiæ ac Theologiæ compendium in *quatuor Partes* diviſum, cujus præfatio incipit *Sublimis et in una eſſentia Dominus noſter.* In *primâ* autem *parte* continetur Compendium Dialecticæ per Capita IX. In *ſecundâ* Compendium Phyſicæ per Capp. XXXII. In *tertia* Compendium Theologiæ per Capp. XXXIII. In *quartâ* agitur per Capp. XXX. de libero arbitrio, de Anima, de Paradiſo & Inferno, de Miraculis, de Prophetia, & de Reſurrectione. Exemplar Syriacum ex auctoris autographo deſcriptum, additâ è regione Arabica interpretatione: de quo loqui videtur *Renaudotius* Tom. II. *p.* 471. dum inter opera *Bar-Hebræi* recenſet *Compendium Logicæ* Syriacè, quod in *Bibl. Medicea* exſtare affirmat.

4. *Liber Aſcenſûs mentis*, de doctrina Planetarum, & motu Stellarum: Laudat hunc librum *Renaudot.* loc. cit. his verbis, *Compendium Aſtronomiæ & Coſmographiæ*, Syriacè in *Bibl. Regia Pariſ.*

5. *Liber magnus Sapientiæ Sapientiarum*, in quo collegit & digeſſit partes ad ſapientiam pertinentes, & opiniones Philoſophiæ Ariſtotelicæ. Extat in *Bibl. Medicea*, teſte *Renaud.* loc. cit. ubi hæc de eo: *Compendium Philoſophiæ Ariſtotelicæ ſecundum librorum Ariſtotelis ordinem, cum eorum Epitome*, Syriacè: Et una linea interjecta: *Philoſophia integra Syriace* 2. *vol. in eadem* (h.e. in *Bibl. Med.*) quibus verbis intelligenda putat *Aſſemanus* (quæ num. 11. ad 16. ac 24. 26. & 28. recenſet) Medica & Philoſophica *Bar-Hebræi* opera.

6. *Liber Medullæ Myſteriorum*, ex Arabico in Syriacum converſus.

7. *Liber de interpretatione ſomniorum*, quem juvenis ſcripſit.

8. *Liber Columbæ de regimine Anachoretarum directoro carentium.*

9. *Anaphora*: Laudatur ab *Edeneſi* in libr. Candelabrorum *c.* 7. *de hæreticis liturgiarum auctoribus. num.* 17. Hujus initium *Domine terribilis & potens.* Prodiit Latinè per *Renaudotium* Tom. II. *p.* 456. & Syriacè MS. extat in Cod. Nitrienſi 3. *fol.* 89. ejuſq; meminit auctor *Catalogi Anaphorarum* apud *Schulting ium* Tom. III. *p.* 106. *n.* 35. hic tamen in anno ætatis *Bar-Hebræi* hallucinatus ſit, *Gregorii* Anaphoram Chaldaice compoſitam dicens A. C. 1130.

Idem *Liturgiam S. Jacobi Apoſtoli* recenſuit & in compendium redegit, quam *Renaudotius* publicavit *Tom. cit. p.* 126. Ejus exemplar MS. habetur in Bibl. Vatic. Cod. Syr. 32. *fol.* 121. cum hoc titulo: *Anaphora minor S. Jacobi fratris Domini. Renaudotium* erroris arguit *Aſſemanus*, quod p. 132. loc. cit. *Gregorium* quendam Hieroſolymitanum Metropolitam laudatę *Anaphoræ* abbreviatorem dicat, legens in ejuſdem titulo annum Græcorum 1903. Chriſti 1591. omiſſâ fortè literâ Syriacâ, quâ admiſſâ annus habetur Græcorum 1593. Chriſti 1282.

10. *Symbolum fidei.* Extat in Cod. Syr. 27. *fol.* 41. cum hoc tit. *Fides Patris noſtri Mar Gregorii Primatis Orientis*: ipſumque vidiſſe ſe teſtatur *Aſſemanus* ad calcem *Dialecticæ Syriacæ* ejuſdem *Bar-Hebræi* in Cod. MS. Syr. qui extabat apud Cl. *Baſilium Iſaac Ninivet* Archiepiſcopum, ad autographum autoris collatum, ut amanuenſis teſtatur, & quantum ex forma characteris colligi poteſt, exaratum à *Joſue* Monacho ac Presbytero circa annum Græc. 1640. Chriſti 1329. Eadem enim creditur eſſe hujus Codicis ſcriptura, ac libri, qui *Radiorum* nuncupatur: cujus initium: *Credimus in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Sanctam & increatam Trinitatem* &c. Ubi *Bar-Hebræus* poſtquam catholicum planè dogma de Trinitate expoſuit, ad Incarnationis myſterium deſcendens, fundamenta quidem Neſtorianorum & Eutychiariſtarum evertit, ſed ab errore Monophyſitarum & Monothelitarum haudquaquam recedit.

11. *Commentaria in Sacram Scripturam.* Syriacè *Horreum myſteriorum*, Arabicè *Theſaurus myſteriorum* inſcribuntur, ſub quo titulo citantur ab *Hottingero* in *Bibl. Orient.* & à *Renaud.* Tom. II. *p.* 471. qui teſtatur hoc opus exſtare in *Bibl. Medicea*, Arabicè, charactere Syriaco.

riaco. Syriacè verò ex apographo ad Auctoris autographum collato eleganter deſcriptum habetur in *Bibl. Collegii Maronitarum* Romæ inter Codd. Berœenſes nu. 9. in 4. bomh. 99. conſtatque *foliis* 233. cui ad calcem hæ adnotationes appoſitæ ſunt. *Prima* ad autographum *Bar-Hebrai* ſpectat *fol.* 233. à tergo. *Explicit Epiſtola ad Hebræos cum quâ & abſolutus eſt Liber Horrei myſteriorum ſcriptus manu ipſius Auctoris τοῦ μακαρίτου Bar-Hebrai, quem inchoavit medio menſe Canun priore* (Decembri) *anno Græc.* 1589. (Chriſti 1277) *feria quarta exeunte; abſolvit verò die tertia menſis Ab* (Auguſti) nimirùm ſeptem menſibus & undeviginti diebus. *Altera* adnotatio primi exemplaris ex autographo *Bar-Hebrai* deſcripti, ibidem: *Exaratus fuit hic liber anno Græc.* 1665. (Chriſti 1354.) *per quendam Venerabilẽ Sacerdotem ac Monachum, quem Dominus in regno ſuo cœleſti magnificet.* (Quæ verba, ut obſervat *Aſſemanus*, non amanuenſis ſunt, ſed *Joannis Gariri*, qui amanuenſem, ex quo hunc Codicẽ exaravit, laudare voluit: nimirum *Joſue* Monachum ac Presbyterum, qui cuncta ferè *Bar-Hebrai* opera ex ipſius auctoris exemplari deſcripſit: nam annus Græcorum in hoc Codice annotatus reſpondet epochæ libri *Radiorum* ab eodem *Joſue* exarati, de quo infra.) *Collatum autem fuit hic liber ad exemplar propriâ ipſius τοῦ μακαρίτου patris noſtri Maphriani auctoris manu exaratum. Laus Deo in ſeculũ ſeculorum. Amen.* Adnotatio denique *tertia* Syriacis literis, ſed ſermone Arabico, deſcriptoris hujus Codicis manu exarata *fol.* 234. *Gloria Patri & Filio &c. Domine Deus noſter Jeſu Chriſte.... parce & dimitte peccata famuli tui.... Presbyteri Joannis filii Abdalla ebn-Garir: qui operam dedit, & laboravit in ſcriptione & innovatione hujus magni Theſauri.... Id accidit ineunte anno Græc.* 1946. *Chriſti* 1635. Nimirum anno poſtquam eundem librum exarare cœperat, ut idem *Joannes* teſtatur *fol.* 1.

Quid in hoc opere præſtiterit *Bar-Hebræus*, paucis complectitur *Renaudotius* loc. cit. *In eo*, inquit, *multi Sacræ Scripturæ loci explicantur, non modò ſecundùm literam ex LXX. Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & aliorum verſionibus, ſed etiam ſecundùm doctrinam SS. Patrum Græcorum & Syrorum, quos inter adducuntur Moſes Barcepha, Joannes Daraenſis, & Dionyſius Barſalibi.* Ipſe verò *Bar-Hebræus* rationem ac methodum operis ſui reddit, quam videre licet apud *Aſſemanum*: Quâ verò ratione ſimplicem Syrorum verſionem *debile fundamentum* vocet, idem *Bar-Hebræus* latè exponit in *Grammatica Syriaca*, (quam *librum ſplendorum* inſcribit,) *Part. I. cap.* 1. nonnullos in eâ nævos notans, ibidem legendos, quibus (recenſito *Bar-Hebrai* tractatu, quem hac de re inſtituit *Part.* 4. *cap.* 4. *ſect.* 6. cum titulo *Quod verſio τῶν ſeptuaginta exactior ſit verſione ſimplici*) notas aliquot ſubjicit *Aſſemanus*, ne quis, *inquit Vir Cl.* putet *Bar-Hebrai* obſervationibus & cenſuris minoris faciendam ſimplicem Syrorum verſionem, quam antiquiſſimi Patres *Ephræmus*, *Baſilius*, *Theodoretus*, *Chryſoſtomus*, *Auguſtinus* & *Sarugenſis* frequenter laudant. Hic autem ad *Horreum myſteriorum* revertitur *Aſſemanus*, his verbis: In eo *Bar-Hebræus* variantes Scripturæ lectiones ponit, Syriacas quaſdam emendat, voces lectu difficiliores quibus afficiendæ ſint punctis vocalibus declarat: Scripturæ denique ſenſum conciſis verbis enucleat. Uno verbo Theologum agit, Grammaticum & Criticum, *Dionyſium Barſalibæum* & *Jacobum Edeſſenum* æmulatus, quorum prior ſacros Codices doctè commentatus eſt, poſterior Syriacam Bibliorum editionem punctis vocalibus appoſitis dilucidavit, ſingulari edito hac de re tomo.... Hunc autem ordinem ſacrorum librorum ſervat: nimirùm primò commentatur *Pentateuchum*, deinde libros *Joſue*, *Judicum*, *Samuelis* primum & ſecundum, *Pſalmos*, primum & ſecundum *Regum*, *Proverbia*, *Eccleſiaſticum*, *Eccleſiaſten*, *Cantica*, *Sapientiam*, *Ruth*, *Suſannæ hiſtoriam*, *Job*, *Iſaiam*, *duodecim Prophetas*, *Jeremiam* cum *Threnis*, *Ezechielem*, *Danielem* cum hiſtoria *Bel idoli*, & *Draconis*: quatuor *Evangelia*, *Actus Apoſtolorum*, *Epiſtolas Jacobi*, *Petri* & *Joannis*, & *Pauli XIV.*

Tabulas *decem* Commentariis inſerit, quarum *prior* fol. 46. manſiones duas ſupra quadraginta filiorum Iſrael complectitur: *Altera* fol 52. Chronologica eſt ab *Adamo* uſque ad *Moſem*, in qua Hebraicæ, Syriacæ & Græcæ editionis calculum quidem notat, ſed Græcam ſequutus, annos colligit ab orbe condito ad *Moſem* incluſivè 3882. *Tertia* fol. 65. item Chronologica, a *Joſue* filio *Nun* uſque ad *Saul* Regem, hoc eſt, ab anno mundi 3882. ad annum 4411. *Quarta* fol. 117. à *Saul* primo Hebræorum Rege ad *Sedeciam*, hoc eſt, ab anno 4431. ad annum 4915. *Quinta* fol. 161. à *Nabuchodonoſor* uſque ad *Veſpaſianum* Imp. ubi Reges Chaldæos recenſet, Medos, Perſas, Ægyptios & Romanos ab *Auguſto* ad *Veſpaſianum*: ab anno 4915. ad annum mundi 5585. quo excidium Hieroſolymæ contigiſſe affirmat. *Sexta* fol. 163. Canones decem concordiæ Evangeliſtarum ex mente *Euſebii*. *Septima* fol. 165. genealogia *Chriſti* ab *Abrahamo* uſque ad *Chriſtum* ex Matthæo. *Octava* fol. 170. nomina & paſſiones Apoſtolorũ. *Nona* fol. 201. genealogia *Chriſti* ab *Adamo* ad *Chriſtum* ex Matthæo & Luca. *Decima* denique *fol.* 205. nomina ſeptuaginta diſcipulorum *Chriſti*.

Verſiones denique, & Auctores quibus in hoc libro utitur, hi ſunt. Inprimis Hebraicus Textus, & Græca verſio LXX. Interpp. paſſim. Samaritana *Gen. cap. IV.* Armenica & Ægyptiaca, ſeu Coptica in Pſalmos frequenter. *Symmachus*, *Aquila* & *Theodotion*: & Pentapla & Hexapla *Origenis* ſæpe. *Baſilius*, *Athanaſius*, *Chryſoſtomus*, *Nazianzenus*, *Cyrillus* Alexandrinus, *Epiphanius*, *Origenes*, *Ephræm*, *Jacobus* Sarugenſis, & *Edeſſenus*, *Julius* Papa, *Severus* Antiochenus, *Philoxenus* Mabugenſis, *Moſes Barcepha*, *Daniel* Salachenſis, *Hippolytus* Romæ, *Theodorus* Mopſveſtenus, *David* Monachus *Pauli* filius, *Africanus*, & *Georgius* Arabum Epiſcopus. Præterea duæ aliæ Syriacæ, præter ſimplicem cui preſſe inhæret, verſiones identidem citantur, nimirùm *Heracleenſis*, & *Karkaphenſis*, hoc eſt, *Montana*, quâ videlicet utuntur montium incolæ. Demùm ſingulis ferè paginis notantur variæ lectiones, ſeu punctationes *Neſtorianorum*, hoc eſt *Chaldæorum*, qui *Neſtorii* labe infecti ſunt: & ſemel refertur *Joannes Maro* in librum Sapientiæ; & bis Codex *Michaelis* Patriarchæ Jacobitarum in *Gen. cap. XII.* & in *Cantica*. Et quidem *Joannis Maronis* nomine cenſuit Cl. *Stephanus Edeneſis* eum *Joannem* deſignari, qui primus fuit Maronitarum Patriarcha: Verùm ex eodem *Bar-Hebræo* in Part. II. *Chronici Syriaci*, fol. 286. liquet, de altero *Joanne Marone* ſermonem ibi eſſe, qui nimirùm anno Græc. 1212. Chriſti 901. claruit.

12. *Theologia*, cui titulus *Candelabrum ſanctorum de Fundamentis Eccleſiaſticis*. Exſtat Arabicè quidem, literis tamen Syriacis in *Bibl. Regia Pariſ.* teſte *Renaudotio* Lit. Orient. *Tom. II. pag.* 471. ubi hunc librum vocat *Demonſtrationes intellectuales*, ſeu *expoſitionem & demonſtrationem Religionis Chriſtianæ*. Syriacè verò tum in *Bibl. Medicea Palatina*, tum in *Vatic.* Cod. 26. in *fol. parvo bombyc.* 333. Præfatio incipit: *Laudes infinitas* &c. ubi divino invocato numine rationem totius operis reddit, methodumque exponit. Opus autem in *duodecim* (ut vocat) *Fundamenta* dividit, & unumquodque Fundamentum, in *Capita*, *Sectiones* & *Scopos*. Fundam. I. de Scientiâ ſimpliciter: II. de Naturâ univerſè; ubi de conditu mundi, & de opere ſex dierum. III. de Theologiâ, *h. e.* de Deo uno & trino: IV. de Incarnatione Dei Verbi: V. de Subſtantiis cœleſtibus, *h. e.* Angelis: VI. de Sacerdotio terreſtri: VII. de malis ſpiritibus, *h. e.* Dæmoniis. VIII. de Anima rationali: IX. de libero arbitrio, & libertate, de fato & neceſſitate, & de fine: X. de Reſurrectione mortuorum: XI. de Conſummatione ſeculi & Judicio: & de retributione bonorum & malorum: XII. de Paradiſo Eden.

Quum de luce & tenebris *Fundam. II. cap.* 3. *ſect.* 1. *ſcop.* 6. diſſeruiſſet, diemque nocte priorem fuiſſe ex *Baſilio* & *Chryſoſtomo* adverſus *Ephræmum* probaſſet, peculiarem Syrorum Jacobitarum morem ſugillat, qui

feria

eria quarta & ſexta poſt occaſum Solis jejunium ſolvunt.

Quod de Deo ſcribit *Fundam. III. cap.* 4. ſect. 1. & 2. *Viſum* ſcilicet, & *Auditum* ei tribuens, id *Bar-Hebræus* in ſenſu *cognitionis intellectualis* accipit, ut nimirum rerum omnium materialium perfectam quidem, ſed immaterialem cognitionem Deo adſtruat. Fatetur autem *Aſſemanus*, ex argumentis, quibus Deum *videre* & *audire* probat, hoc abſurdum facilè ſequi, ut tres alii ſenſus, olfactus ſcilicet, guſtus & tactus Deo tribuantur; quem tamen *incorporeum eſſe* cap. præcedenti ex profeſſo oſtendit.

Acerrimam inter Neſtorianos quæſtionem agitatam fuiſſe teſtatur, *an Chriſti humanitas divinitatem viderit?* Quum enim *Fundam. III. cap.* 6. *ſect.* 3. *ſcop.* 2. ad objectiones eorum reſpondiſſet, qui Deum oculo corporeo videri poſſe contendunt, & producta è Scripturâ teſtimonia de viſione animæ expoſuiſſet, ſubjungit: *Ex his facilè diluitur ex pingui craſſaque minervâ nata quæſtio in quam offenderunt Neſtoriani ſub Timotheo eorum Catholico, aliis Divinitatem Domini noſtri ab ejus Humanitate videri aſſerentibus, aliis negantibus. Quod ſi ad hoc directi fuiſſent, ut oculos corporeos, qui incorporeum quidquam videre nequeunt, ab oculis animæ, quibus id permiſſum eſt, diſtinguerent, non adeò adversùs invicem exarſiſſent, ut ſe mutuo citra cauſam anathematizarent.* Vide *Renaudotium* Obſervat. in *P. Allixii* notas *p.* 203. ubi ex Hiſtor. Arab. MS. Catholicorum Neſtorianorum eam controverſiam ſub *Timotheo* circa A. C. 760. viguiſſe affirmat.

Illud *Chriſti Domini* de Spiritu Sancto, *de meo accipiet*, quod Theologi non modo Latini, verùm etiam Syri de proceſſione ſubſtantiali & æterna ejuſdem Spiritus Sancti ex Filio intelligunt, *Bar-Hebræus* Græcorum ſchiſmaticorum errore imbutus, ad ſolam temporalem & externam Spiritûs Sancti per Filium manifeſtationem traducit *Fundam. III. cap.* 9. *ſect.* 1. *ſcop.* 1. *animadv.* 9. cujus rationes adducens *Aſſemanus*, iis nihil ineptius concludit.

Nec minùs inepta exiſtimat argumenta, quibus unam in Chriſto naturam eſſe contendit toto *cap.* 4. *Fundam. IV.* ubi *perſonam* ſeu *hypoſtaſim* cum *ſubſtantiâ*, ſeu *naturâ ſingulari* perperam confundit. Quod verò errorem ſuum auctoritate *Gregorii Thaumaturgi* & *Nazianzeni*, *Julii* Papæ, *Procli* CPolitani, *Theodoti* Ancyrani, *Athanaſii* & *Cyrilli* Alexandrini *ſect.* 3. *ejuſd. cap.* 4. confirmare nititur; depravatis Patrum Codicibus uſum fuiſſe contendit *Aſſemanus*, quemadmodum, (inquit Vir Cl.) ab initio exortæ hujus hæreſeos animadverterunt Catholici apud *Evagrium* lib. 3. *Hiſt. Eccleſ.* cap. 31.

Ad calcem *Fundam. IV.* quum hæreſes XXV. circa Incarnationem recenſuiſſet, *ſextam ſuprà vigeſimam* ſubjungit *Euſebii* cujuſdam *Edeſſeni*, in hæc verba. *Hic habuit nonnullos ſenex diſcipulos, qui ſomnia & malorum dæmonum operationes, revelationes ſpiritûs appellant, aiebantque eos, qui ad ſe acceſſiſſent, eo ſpiritûs munere donari, ut nec ſi cum mulieribus concumberent, ſentirent: nec quidquam prodeſſe Corpus, quod ſumimus.* Quæ ſunt ex Origeniſtis & Meſſalianis hæreticis deſumpta deliria.

Trigeſimam verò & poſtremam hæreſim *Stephani Bar-Sudaili* commemorat, quem librum etiam ſub nomine *Hierothei* edidiſſe teſtatur. *Hic affirmavit finem pœnarum aliquando futurum, nec impios in ſæculum ſæculorum puniendos fore, ſed per ignem purgandos: atque ita & malos dæmones miſericordiam conſecuturos eſſe; & cuncta in divinam naturam transmutanda, juxta illud Pauli,* ut ſit Deus omnia in omnibus. *Scripſitque librum in confirmationem hujus opinionis, quem & nomine* Hierothei *præceptoris S. Dionyſii inſcripſit, quaſi à* S. Hierotheo *editus fuiſſet, quemadmodum & plures exiſtimant.*

Hæreſum Catalogo animadverſionem ſubtexit, ex quâ liquet, *Bar-Hebræum* in eo fuiſſe Politicorum errore, ut crederet, controverſias, quæ ejus tempore Orientales inter & Occidentales, & inter Orientales ipſos circa Incarnationem Verbi vigebant, meras eſſe Theologorum opiniones, non hæreſim continere.

Quod autem de Græcis & Maronitis habet, hos ſcilicet unam duntaxat duarum naturarum voluntatem & operationem aſſerere; Græcos verò uſque ad *Maximi* monachi, *Theodorici* Harranitæ (alias *Theodori Abucaræ*) & *Joannis* Damaſceni tempora in eâdem hæreſi fuiſſe; hæc *meram calumniam* vocat *Aſſemanus*, ex *Bar-Hebræi* cerebro ad denigrandas illas gentes, quæ Jacobitis maximè infeſtæ ſunt, confictam.

Circa Euchariſtiæ Sacramentum, idem ac *Barſalibæus* ſentit *Bar-Hebræus*, qui ſic habet *cap.* 2. Fundam. VI. ſect. 4. fol 189. *Quemadmodum natura humana Domini non naturâ, ſed propter Unionem cum naturâ divinâ, Deus dicitur & eſt; ita & panis hic & vinum non naturâ corpus & ſanguis ſunt, ſed propter gratiam Spiritûs, qui ipſis illabitur, corpus & ſanguis Chriſti dicuntur.* Id quo ſenſu intelligendum ſit, mox explicat ad hanc Objectionem reſpondens. OBJECTIO: *Si panis, inquiunt, & vinum propter Spiritûs gratiam corpus ſunt & ſanguis Dei; corpus autem Dei & ſanguis propter unionem cum Deo, Deus ſunt; panis igitur iſte & vinum Deus ſunt. Quod quis admittat?* Reſponſio: *Si panem & vinum naturâ corpus & ſanguinem diceremus, corpus autem & ſanguinem naturâ Deum; tùm vera eſſet illatio veſtra. At quum res non ita ſe habeat, ſed nos panem quidem & vinum propter Spiritûs gratiam corpus & ſanguinem, corpus autem & ſanguinem Dei non naturâ, ſed propter unionem cum Deo, dicamus; falſa eſt veſtra illatio.*

Denique ut *Barſalibæum* circa Euchariſtiam, ſic & *Barcepham* circa Animarum corporibus exutarum ſtatum ſequitur *Fundam. VIII. cap.* 7. *ſect.* 3. *fol.* 239. & *Fund. XII. cap.* 1. *ſect.* 3. *f.* 319. ubi Animas Juſtorum in Paradiſo terreſtri uſque ad communis Reſurrectionis diem detineri ſcribit, & medium etiam quendam hominum ſtatum fingit, qui nec in Cœlum cum Sanctis admittentur, nec in inferos cum damnatis detrudentur: ſed in eodem Paradiſo æternum vivent.

Auctores quorum teſtimonio utitur, hi ſunt. E Græcis *Dionyſius* Areopagita, *Baſilius*, *Athanaſius*, *Julius* Papa, *Gregorius Nazianzenus*, & *Nyſſenus*, *Amphilochius*, *Gregorius* Thaumaturgus, *Theodotus* Epiſc. Ancyræ *Methodius*, *Chryſoſtomus*, *Evagrius* Ponticus, *Proclus*, *Cyrillus*, *Antiochus* Epiſc. Conſtantiæ, (qui forte idem ac *Antiochus* Ptolemaidis in Phœnicia Epiſc.) *Joannes* Scholaſticus ex *Eſaja*, ſeu *Scythopolitanus*, & *Severus*. E Syris verò S. *Ephram*, *Jacobus* Sarugenſis, *Jacobus* Edeſſenus, *Joannes* Epiſc. Daræ, *Joannes* Baſorenſis, *Moyſes Barcepha*, *Philoxenus* Mabugenſis, *Joannes* Monachus, *Narſes* Doctor Neſtorianus, *Jacobus Adelphotheus*. Denique Hiſtoria *Barſuma* Archimandritæ, ubi Eutychianiſmum, quo *Barſumam* infectum fuiſſe demonſtravit *Aſſemanus*, ad *Samuelem* ejus diſcipulum traducere fruſtrà conatur *Bar-Hebræus*, Fund. IV. *cap.* 6. *ſect.* 2. & 3. ut contendit *Aſſemanus*.

13. *Liber Radiorum*, ſeu *Theologiæ compendium*: In *decem Partes* dividitur: *Pars* I. de opere ſex dierum: II. de Theologiâ ſeu de Deo uno & trino: III. de Incarnatione Dei verbi, ubi poſtquam proprietates humanitatis & divinitatis in Chriſto ſalvas eſſe & incolumes poſt unitionem aſſeruit, ad Catholicorum ſententiam propè accedit, cum dicat, *duplicem eſſe Chriſti naturam*. *Pars* IV. de Angelis: V. de Spiritibus malis: VI. de Anima: VII. de Sacerdotio; ubi de ſingulis Sacris Ordinibus, de Baptiſmo, de Liturgia & de Defunctorũ exequiis: VIII. de libero arbitrio & fine, ubi de bono & malo; de fide & operibus, de Sacramento Pœnitentiæ, & de retributione bonorum & malorum: IX. de fine utriuſque mundi, parvi ſcilicet & magni, & de initio novi ſæculi; ubi de morte, de fine mundi, & de reſurrectione: X. de Paradiſo Expoſitio literalis & parabolica. Citatur Epiſtola *Severi* ad *Petrum* Monachum *Par.* 6. *cap.* 3. *ſect.* 3.

Ad calcem Codicis (qui eſt inter *Ecchellenſes Arab. XI. in* 8. *bomb.* 2.6.) epocham librarius appoſuit, quâ liber ille abſolutus dicitur fer. 6. die 28. Sept. ſolaris

laris, ann. Græc. 1641. (Chr. 1339.)

14. *Liber Directionum*, ſeu *Epitome Eccleſiaſticorum Canonum & legum ſecularium*. Hujus meminit *Renaudotius* Tom. II. *p.* 471. in hæc verba: *Collectio Canonum & Conſtitutionum Civilis Juris per locos communes: Opus eximium. Extat Syriace elegantiſſime ſcripta in Bibl. Colbert. ut ibidem totius operis verſio Arabica. Reperitur etiam in Medicea.*

Idem opus Syriacè pereleganter exaratum nuper, inquit *Aſſemanus*, pro Vaticana Bibliotheca comparatum eſt ab amiciſſimo *Andrea Scandar*, ibidemque extat *Cod* 23. *in fol. bomb.* 239. Syriacis literis recentioribus, & ſermone nitidiſſimè exarato, cui ad calcem librarius epocham adjunxit, quæ librum abſolutum docet ann. Græc. 1901. (Chr. 1589.) menſe *Canun* priore (*Decembri*) feria 2. qua inchoatur Jejunium Nativitatis. *Duas* autem *Partes* complectitur: *Prima* eſt de rebus Eccleſiaſticis: *altera* de cauſis ad laicos ſpectantibus. Opus integrum decurrit ſub Capitibus XL. quæ in ſectiones aliquot ſubdividuntur. Præfatio incipit: *Quid prodeſt homini, inquit quidam apud nos celeberrimus* (*Anthimum* Patriarcham intelligit) *ſi pro ſtabilienda ſide laborem qualemcunque ſuſcipiat, robur vero Sacrorum Canonum, quibus Eccleſiaſticus ordo coercetur & confirmatur, deſtruat?* Collectionem hanc componit *Bar-Hebraus* ex Canonibus Conciliorum, Conſtitutionibus Patrum, Prudentum & Doctorum Eccleſiæ Reſponſis, Imperatorum denique Chriſtianorum legibus, quas ex Epitome Juris Juſtinianei, Novellis & Baſilicorum libris in ſuam linguam Syri Arabesque tranſtulêre. Prætereà teſtimonia uſurpat ex Didaſcalia, ſeu Conſtitutionibus Apoſtolorum, ex Canonibus eorumdem; ex Clementinis variis; & ex Conciliis Nicæno, CPolitano, Epheſino, Chalcedonenſi, Neocæſarienſi, Ancyrano, Laodiceno, Antiocheno, & Gangrenſi, de quibus in Præfatione: E Græcis laudat *Dionyſium* Areopagitam in libr. de Eccleſiaſtica Hierarchia, *Dionyſium* Patriarcham Alexandrinum, *Euſtathium*, *Origenem*, *Athanaſium*, *Timotheum* Alexandrinum, *Baſilium*, & *Severum Antiochenum*, ex quo fragmentum citat *cap.* 1. *ſect.* 1. de ritu conſecrationis Templi & Altaris, & *cap.* 2. *ſect.* 2. aliud de baptiſmo & ordinatione hæreticorum non iterandis. E Syris *Rabulam* & *Jacobum* Edeſſenos Epiſcopos paſſim; *Philoxenum* Mabugenſem, *Georgium* Arabum Epiſcopum, *Joannem* Scholaſticum, *Joannem* alterum Telæ Mauzalcæ, *Cyriacum* Amidæ, Perſarum Synodum, *Liſum* quendam *cap.* 1. *ſect.* 6. & *cap.* 6. *ſect.* 2. Patriarchas Jacobitarum *Dionyſium*, *Cyriacum*, cujus hanc in *Hierothei* librum cenſuram refert *cap.* 7. *ſect.* 9. »Liber *Hierotheo* inſcriptus nequaquam illius opus eſt, » ſed fortaſſe *Stephani Bar-Sudaili* hæretici.» at *Ignatium*, Michaëlem Seniorem, quem in cœnobio S. *Ananiæ* duodecim Canones condidiſſe reſtatur *cap.* 7. *ſect.* 10. & *Joannem* Patriarcham, ex quo octo Canones in Synodô habitâ menſe Febr. ann. Græc. 1180. Chr. 869. refert *cap.* 2. *ſect.* 2. Denique de libris, quos inoffenſo pede percurri poſſe apud Jacobitas affirmat, hæc habet *cap.* 7. *ſect.* 9. » Libri quoque Doctorum, qui in ſancta » Eccleſia, (hoc eſt, *apud hæreticos Jacobitas*) legun» tur, hi ſunt: *Dionyſii* Athenienſis libri 3. & Epiſtolæ » 10. *Baſilii* Orationes 29. *Gregorii Nazianzeni* tomi » duo, Orationes 47. & Epiſtolæ variæ 31. *Severi* to» mi 3. homiliæ Epithroniæ, *h. e.* in throno habitæ » 124. & aliæ Epiſtolæ. *S. Ephræm* & *S. Iſaac* Ser» mones 214. *S. Jacobi* Sarugenſis 182. Homiliæ, & » Sermones per anni circulum 155. pro majori parte » ſunt *S. Joannis Chryſoſtomi*, & *Cyrilli*, & *Theodori*, & » *Archibeti* & aliorum. *Hiſtoriæ* Patrum & Doctorum » & Martyrum 125. *Palladii* liber *Paradiſus* inſcriptus, » tomi tres: *Baſilii* in Hexaëmeron Orationes 9. *Ja» cobi Edeſſeni* in idem Orationes 7. & liber unus de » Theologia, & plures Epiſtolæ. Commentaria *S. Ephræm* » & *S. Joannis*, & *Moyſis Bar-Cephe*, & *Bar-Salibi*. Hæc nimirum duntaxat opera *Bar-Hebræus* ad manus habuit, vel ſaltem præ cæteris probavit. Nam longè plura ſcripſiſſe auctores Syros tùm Orthodoxos, tùm Jacobitas, quæ hodieque extant, Archiva Monaſteriorum in Oriente & Bibliothecæ in Europa ſatis convincunt.

Quod autem *Bar-Hebræus* Nomocanonem hunc poſt libros *Candelabri ſanctorum*, & *Radiorum* conſcripſerit, idem declarat *loc. cit.* ubi quum *Ariſtotelis* libros enumeraſſet, & ex iis, quæ Chriſtianæ Philoſophiæ duntaxat conſentiunt, colligenda eſſe monuiſſet, ſubjungit: » Quemadmodum & nos collegimus in libro noſtro, » cui titulum *Candelabri Sanctorum* fecimus, & in alio » minoris molis, quem *Radiorum* inſcripſimus, diſpu» tantes in iis adverſus eos auctores, qui Deum qui» dem noverunt, ſed non ut Deum decet, laudave» runt. » Extat Nomocanonis Fragmentum *Cod. Syr. XXVIII. in* 8. *bomb.* 178.

15. *Ethica de præſtantia morum juxta mentem Patrum anachoretarum, & Doctorum probatorum.* Extat inter libros *Andreæ Scandar* num. 25. in 8. *bomb.* 219. Syriacis literis & ſermone, exaratus circa annum Græc. 1641. Chr. 1330. In fine mutilus. De illo *Renaudotius* Tom. II. *Lit. Orient.* p. 471. *Sermones Ethici & Philoſophici* Syriacè in Medicea. Exemplar Chaldaicis literis exaratum habetur in Collegio Maronitarum Rom. ex quo locum profert *Naironus* Evopl. *Part. I. p.* 52. E Syriaco Arabicum fecit *Joannes Gariri* Presbyter Damaſcenus, cujus autographum habetur in *Bibl. Vatic.* inter Codices Ecchellenſes *num.* 12. *in* 4. *bomb.* 109. cui ad calcem hæc nota apponitur: *Abſolutus fuit die Dominica* 20. *Julii.... ann. Græc.* 1956. Chr. 1645.) *Hegira Arab.* 1056. *die* 6. *menſis Gemadi ſecundi.* Præfatio incipit: *Quoniam ea quæ ſub noſtram comprehenſionem cadunt.* Opus in *Partes IV.* dividitur, & unaquæque Pars in capita & ſectiones. *Pars I.* de motibus & exercitiis corporis componendis, *Capp.* 9. continens: *Cap.* 1. de Oratione & Horis Canonicis & Liturgia: 2 de opere manuum, de lectione librorum, de meditatione, de diſtributione horarum, de flexione genuum: 3 de vigilia & ſomno: 4 de Pſalmodia: 5 de Cantibus: 6 de Jejunio, ubi *ſect.* 6. de numero & diebus Jejuniorum apud Syros plurima notat, quibus Canonem ſubjungit *Cyriaci* Patriarchæ de Jejunio feriæ quartæ & ſextæ: *Cap.* 7 de ſilentio: 8 de peregrinatione: 9 de profectione in urbem Hieroſolymam: quâ de re duas gentilium ſuorum in *ſect. I.* refert opiniones: *Alteram* monachorum quorundam & eremicolarum, qui quum Deum in ſpiritu & veritate colendum ex Evangelio didiciſſent, cœleſtem, non terreſtrem Hieroſolymam quærendam eſſe affirmabant. In hanc ſententiam profert fragmentum Epiſtolæ *Joannis Bar-Finchoje Monachi Orientalis* (h. e. Chaldæi) *ad quendam eremitam amicum.* Alteram communiorem Clericorum Regularium, & populi qui peregrinationem ad loca ſancta verbo & exemplis valdè probant; cujus proindè utilitates *Bar-Hebræus* in ſequenti ſectione tradit, modum etiam capeſſendi illius ſacri itineris, & quid in ſancta urbe dicendum vel agendum, accuratè deſcribens. *Pars II.* de regimine corporis circa victum, in *Capp.* 6. diviſa: *Pars III.* de pravis animi affectibus purgandis, *Capp.* 12. *Pars IV.* de anima virtutibus exornanda, *Capp.* 16.

Citantur in hoc opere paſſim *Apophthegmata* Patrum, *Palladii* Hiſtoria Lauſiaca, *Macarius* uterque, *Iſaac* Abbas, *Marcus* Eremita, *Evagrius* Ponticus, *Joannes* Dilatæ, *Iſaac* Ninivita, *Joannes Climacus*, *Joannes* alter *Archimandrita*, *Joannes Bar-Finchoje*, *Ephræm* Syrus, *Jacobus* Sarugenſis, *Jacobus* Edeſſenus, *Lazarus Bar-Sabta*, *Joannes Tela*, *Cyriacus* Patriarcha, *Joannes* Patriarcha, ut *Baſilium*, *Nazianzenum*, aliosque Græcos Patres omittam.

16. *Liber narrationum facetarum* cui Arabicè tit. *Expulſio mæſtitiæ.* Extat in Vatic. *Cod. Syr.* 27. *in* 8. *bomb.* 159. Præfatio incipit *fol.* 80. *In nomine tuo benedicto* &c. Opus *Capp. XX.* abſolvitur: *Cap.* 1. Græcorum Philoſophorum ſententiæ: 2. Sententiæ Sapientum Perſarum: 3. Sententiæ Sapientum Indorum: 4. Sententiæ Sapientum Hebræorum: 5. Sententiæ Monachorum

Google

rum Chriſtianorum : 6. Sententiæ Regum & Sapientum Moslulmanorum : 7. Sententiæ quorundam Sapientum : 8. Sententiæ Continentium & Seniorum Arabum : 9. Apophtegmata Medicorum : 10. Fabulæ animalium irrationalium : 11. Narrationes eorum qui ſomnia & incantationes interpretati ſunt : 12. Narrationes de hominibus liberalibus : 13. de Avaris: 14. de Artificibus : 15. de Comicis & Mimis : 16. de Idiotis : 17. de Stultis & energumenis : 18. de Furibus & latronibus : 19. Caſus admirabiles : 20. Apophtegmata Sapientum.

17. In eod. Codice habetur etiam *Lunarium* & *Calendarium* a fol. 44. ad 80. quod ejuſdem Auctoris opus eſſe videtur, iis verbis in Catalogo *Barſumæ* deſignatum p. 271. *Kalendarium pro Tyronibus, unde ſine labore computum anni eruere valeant.*

18. *Grammatica Syriaca*, quæ inſcribitur *Liber ſplendorum* : Initium; *Gratias tibi ago Deus Pater* : In quatuor *Partes* diviſa, in quibus de Nomine, de Verbo, de Particula, & de Participio. Laudatur à *Renaud.* Tom. II. p. 470. *Grammatica Syriaca ampliſſima, cui adjuncta eſt ars metrica*, Syriacè *ab auctore ſcripta*, & Arabicè *ab ipſo, ut exiſtimari poteſt, converſa exſtat in Bibl. Colbert. & in Medicea.* Exemplar elegantiſſimè exaratum habetur in *Biblioth. Collegii Maronit. Rom.* cum hac nota metrododecaſyllabo ad calcem : *Abſolutus fuit* liber Splendorum *menſe Nov. fer. 4. die prima, anno Græc.* 1949. Utitur *Bar-Hebræus* auctoritate Verſionis Syriacæ Vulgatæ, *Heracleenſis*, & τῶν LXX. *Ephræmi*, *Iſaaci*, *Jacobi Sarugenſis* & *Edeſſeni*, *Narſetis*, *Antonii* Rhetoris, & *Pauli* auctoris verſionis τῶν LXX. apud Syros : Præterea Græcorum Scriptorum, quorum Opera in Syriacum ſermonem converſa ſunt, ut *Procli* & *Serapionis* Medicorum, *Dionyſii* Areopagitæ, & *Gregorii Nazianzeni*, cujus duas extare apud Syros tranſlationes affirmat *Part. I. cap. 5. ſect. 4.* alteram antiquiorem Neſtorianorum, recentiorem alteram à *Jacobo Edeſſeno* elaboratam. Atque hic notandum in gratiam Syriaci Sermonis ſtudioſorum, quod *Bar-Hebræus* refert, eam nempe linguam arte ac methodo in Scholis doceri cœpiſſe ſub *Jacobo Edeſſeno* ; quando videlicet occupantibus Syriam Saracenis, ſermo Arabicus vernaculam indigenarum linguam, ut fieri ſolet, ferè everterat.

19. *Grammatica ſub metro S. Ephræm.* Exſtat in *Bibl. Collegii Maronit.* cum notis marginalibus ejuſdem Auctoris, qui duabus ſe hebdomadis opus abſolviſſe teſtatur in Præfatione. Recenſetur à *Renaud.* loc. cit. his verbis : *Grammatica compendium ſatis prolixum, ſecundum Dialectum Edeſſenam, quæ Niſibenâ purior fuiſſe dicitur* : Syriacè *in Medicea* : Ad calcem operis ſubjungitur *Tractatus de vocibus æquivocis* ordine alphabetico, cujus exemplar Syriacè extat in *Bibl. Vatic.* quâ de re alios quoque Syros auctores tum Neſtorianos, tum Jacobitas *Bar-Hebræum* ſcripſiſſe obſervat, nimirum *Joſue Bar-Nun*, *Honain* Medicum *Iſaaci* filium, *Joſephum Huzitam*, & *Eudochum* Presbyterum Meletinenſem.

20. *Liber Carminum.* Exſtat in *Bibl. Collegii Maronit. Rom.* ex quo fragmentum protulit *Naironus* Evopl. *Part. II. pag.* 116. Exemplar à *Sergio Riſio* nitidiſſimè exaratum, nactum ſe eſſe in Syriâ teſtatur *Aſſemanus*, qui Carminum Catalogum præbet *Tom. I. p.* 616. Cod. Syr. XLV. *in fol. bomb.* 108. ubi inter alia extant XIII. ad *Ignatium Sabam* Patriarcham, qui ipſum in quodam ſpecu Antiochiæ monachum agentem viſitavit. In *Bibl. Vat.* duo *Bar-Hebræi* Carmina leguntur *de Rebus divinis, & de perfectione morum ſapientiam indefeſſo labore quærentium.* Carmen per ſtrophas decurrit : ſingulæ ſtrophæ duobus conſtant verſibus, quibus *Chamiſius* filius *Carduchi* alios duos de ſuo adjecit, citra ullum contextûs aut ſententiarum hiatum vel variationem. Ejuſdem *Bar-Hebræi* Carmen *de Sapientia divina*, ſub nomine *Veteris Philoſophi Syri* Latinè ac Syriacè prodiit, cujus initium : *Obvia mihi fuit in orbe Puella, cujus fulgor ſolem offuſcat.* Extat MS. in memorato Codice. Vid. & Cod. V.

21. *Chronicon Arabicum*, quod inſcribitur *Liber Dynaſtiarum* : Extat MS. in *Bibl. Vatic.* Cod. Ecchell. 10. *in 4. bomb.* 351. ab *Adamo* ad *Bar-Hebræi* ætatem perductum, h. e. ad ann. Græc. 1587. Chriſti 1276. Prodiit *Arab.* & *Lat.* interprete *Ed. Pocockio*, ex parte quidem ſub hoc titulo *Specimen Hiſtoriæ Arabum, ſive Gregorii Abul-Faragii Malatienſis, de origine & moribus Arabum ſuccincta narratio, cum latina verſione & notis* Eduardi Pocockii, *Oxon.* apud H. Hall, 1650. in 4. (quam vidimus.) Integrum vero, *Hiſtoria compendioſa Dynaſtiarum* Eduard. Pocockio interprete *Arab.* & *Lat.* Oxon. 1663. *à mundo condito uſque ad annum Alexandri* 1596. nam quinque poſtrema folia, quibus res Mogulenſium geſtæ ab anno *Alexandri* 1587. ad annum 1596. in *Pocockii* verſione deſcribuntur, in manuſcripto Ecchellenſi deſunt. Nec *Bar-Hebræi* fœtus ſunt, ſed anonymi continuatoris, ut liquet ex teſtimonio *Barſumæ* ejuſdem *Bar-Hebræi* fratris, quod refert *Aſſemanus* p. 264. Vid. *Addenda* Tom. II. p. 477.

Quod verò *Pocockius* in Præfat. ad lectorem affirmat, *Bar-Hebræum* cum *Abulpharagio Abdalla Ebn-Attibo* unum eundemque eſſe, id *Bar-Hebræi* ipſius auctoritate refellitur, qui in Chron. Syriaco *Part. I. fol.* 112. obitum & ſcripta *Benattibi Abulpharagii* refert, cujus verba apud *Aſſemanum* reperies.

Auctores, quorum in *Hiſtoriâ Dynaſtiarum* fit mentio. *Hermes Triſmegiſtus*, *Ananus* Monachus Alexandrinus Chronologus, (quem *Abinanum* Pocockius ex depravato MS. Codice reddit;) *Africanus*, *Andronicus*, *Euſebius*, & *Jacobus* Edeſſenus, *Porphyrius*, *Apollonius*, Anonymi auctoris *Chronicon* antiquum Syriacum, *Philemo* Phyſiognomus, *Nicolaus*, S. *Ephræm*, *Iſaac* Syrus, & *Jacobus* Sarugenſis. *Sergius* Rhæſinenſis, *Joannes* Grammaticus Alexandrinus, *Paulus Æginetа*, *Theophraſtus*, *Aaron* Presbyter Alexandrinus, *Theodinus*, *Theophilus* Edeſſenus Maronita Aſtronomus, Hiſtoricus, & *Homeri* interpres, *Joannes Ebn-Batrick*, h. e. *Patricii* filius, *Haſan Ebn-Sahel* Aſtrologus, *Joannes Meſue*, *Honain Ben Iſaac*, *Hobaiſus*, *Georgius Ebn Bachtiſua*, Bachtiſva *Gabrielis* filius, *Saporis* Sahelis filius, *Habaſus* Aſtronomus, *Alpharganus*, *Abdalla Ebn-Sahel*, *Mohammed Ebn-Muſa*, *Ebn-Maaſar*, qui vulgò *Albumaſar*, *Ebn-Sina*, qui vulgò *Avicenna*, *Jacob Al-Cendi*, *Koſta* ſeu *Conſtans*, *Lucæ* filius, *Mohammad*, *Achmed*, & *Haſan*, filii *Muſæ Ebn Schacher*, *Thabeth Ebn Korra* Sabæus, *Abu-Naſr Alpharabius*, *Joſeph Saber*, *Mohammad Ebn Giaber Al-Battanius*, vulgò *Albategnius*, *Thabeth Ebn-Senan*, *Senan Ebn-Thabeth* Aſtronomus, *Mattheus Ebn-Junes* Dialecticus, *Aphriba* Ebn-Adi, Ebn *Hamid* Ebn *Zacharia* Tagritenſis, *Abdarrachmanus Suphi Razenſis*, Aſtronomus, *Nadiſolnaſsus*, *Abraham Ebn Helal* Sabæus, *Mohammad Ebn Jabia Al-Buzjani* Mathematicus, *Abu-Ali Iſa Ebn Zaraa* Dialecticus, *Abul Rihan Mohammad* Biruneſis, *Abulpharagius Abdalla Ebn-Attib*, *Ebn Botlan* Medicus, *Jabia Ebn Iſa Ebn Giazla* Medicus, *Abulhaſan* Aſtrologus, *Hebatolla* ſeu *Hebetalla*, tres hujus nominis Medici celebres, Chriſtianus, Judæus & Mahometanus, *Samuel Ebn Juda Andaluſius*, Medicus, Judæus, *Jabia Ebn Said* Medicus, *Moſes Maimonides* Judæus, *Sahed Ebn Hebatolla* Medicus, ejuſq. frater *Abulchair* Archidiaconus, *Mohammad Al-Razi*, vulgò *Razes*, ejuſq; diſcipuli, *Abdarrachmanus* Sarcaſenſis Medicus, *Ali Ebn Habal*, *Saed Thomæ* filius, *Joſeph Jabiæ* filius, Septenſis Medicus, *Hafron* Edeſſenus Medicus, *Giamaladdinus* Kophti, *Negemaddinus* Nahageviuenſis, *Theodorus* Antiochenus, *Naſir* Tauſenſis, *Negemaddinus* Kazuinenſis.

22. *Chronicon Syriacum*, ab orbe condito, ad ſuam uſque ætatem perductum, & in Partes III. diviſum. Extat MS. in *Vatic.* Cod. Syr. XXIV. *in 4. bomb.* 421. Syriacis partim antiquis, partim recentioribus literis, & ſermone exaratus. Fragmentum verò habetur Cod. XXVII. *in 8. bomb.* 159.

Pars I. *Chronicon Patrum & Regum*, in quo de rebus geſtis

ſtis ab *Adamo* ad Regnum Chaldæorũ ſub *Nabuchodonoſor*: a Chaldæis ad Medos & Perſas: ab his ad *Alexandrum M.* & *Ptolemæos* Ægypti Reges: mox de Imperatoribus Romanorũ in Occidente & Oriente uſque ad *Heraclium*: de num à *Mahomete*, Arabumque Imperio uſque ad Regnum Tartarorum, quos Mogulenſes vocant, ad annum Græc. 1600. Chriſti 1289. per capita 332.

Pars II. *Chronicon Patriarcharum Antiochiæ, & Jacobitarum*, bipartitum: & *prior* quidem *pars* inſcribitur *Series Summorum Pontificum Veteris Teſtamenti* ab *Aaron* uſque ad *Hananum* Caiphæ ſocerum, *h. e.* uſque ad paſſionem Domini: *Altera* verò, *Hiſtoria Summorum Sacerdotum Novi Teſtamenti*; ubi præjactâ de Pontificatu *Petri* Apoſtoli ac Sedibus Patriarchalibus ab ipſo fundatis præfatione, ſeries reſque geſtæ Patriarcharum Antiochiæ accuratè deſcribuntur ab *Evodio* ad *Ephræmum* Amidenſem, qui eo tempore Eccleſiam Antiochenam rexit, quo *Severus* ob hæreſim ſede pulſus, Ægyptum & Syriam Monophyſitico errore inficiebat: Poſt *Severi* obitum ſequitur exacta Patriarcharum Jacobitarum hiſtoria à *Sergio*, qui primus ei genti præfuit, ad *Nemrod* cognomento *Philoxenum*, qui obiit anno Græc. 1596. Chr. 1285. Hinc ab anonymo continuatur eadem hiſtoria uſque ad *Noe* Libanotam, qui anno Græc. 1804. Chr. 1493. ordinatus fuit.

Pars III. *Chronicon Primatum, Patriarcharum, & Maphrianorum Orientis*, tum Chaldæorum Orthodoxorum, tum hæreticorum Neſtorianorum & Jacobitarum, à *Thoma* Apoſtolo, ejuſque diſcipulis *Adæo* & *Aghæo* uſque ad *Jaballaham*, qui anno Græc. 1593. Chr. 1282. Neſtorianis præerat, & à *Marutha* primo Jacobitarum Maphriano, qui anno Græc. 939. ordinatus fuit, uſque ad annum 1597. quo *Bar-Hebræus* ipſe eam dignitatem apud ſuos gerebat. Continuatur eadem Maphrianorum Jacobitarum hiſtoria ab anno Græc. 1597. uſque ad annum 1807. quo Abraham à Noë Patriarcha Orienti præfectus eſt.

Opus luce dignum, & omnium, quæ *Bar-Hebræus* edidit, doctiſſimum æquè ac utiliſſimum, præſertim ſi de ſecundâ & tertiâ parte ſermo ſit, quibus Eccleſiaſtica Syrorum Neſtorianorum & Jacobitarum hiſtoria Græcis Latiniſque prorſus ignota mirificè illuſtratur. Sed & prior pars, quam idem Auctor Arabicè poſtea publicavit, & *Pocockius* Latinè interpretatus eſt, longè plura continet quam Hiſtoria Dynaſtiarum, ſive facta Arabum & Mogulenſium ſpectes, ſive res Chriſtianorum in Thracia, in Syria, in Meſopotamia & in Perſide.

Cauſam & methodum Chronici, auctoreſque quos ſequutus eſt, refert in præfatione; *Euſebium* ſcilicet Cæſareenſem, *Socratem* Scholaſticum, *Zachariam* Rhetorem, *Joannem* Aſiæ, & *Dionyſium Tel-Mabarenſem*, ac præterea in priori parte *Anianum* laudat, *Methodium Arad Chananæum*, *Aſaph*, *Joſephum* Hebræum, *Artemonem*, *Andronicum*, *Epiphanium*, *Clementem* Alexandrinum, *Georgium*, *Georgium* alterum Arabum Epiſc. *Jacobum* & *Theophilum* Edeſſenos, & *Africanum*.

Epocham Seleucidarum, quæ & Græcorum & Alexandrea dicitur, ab orbe condito ad ſuam uſque ætatem ex diverſis Auctorum ſententiis hac ratione colligit » Ab *Adam* ad *Seleucum* juxta *Euſebium* anni 4889. Juxta *Andronicum* 5083. Juxta *Georgium* Presbyterum Regtenſem 5085. Juxta *Africanum* 5083. Juxta *Theophilum* Edeſſenum 5197. Juxta *Jacobum* Edeſſenum 5149. Juxta *Georgium* Epiſc. Arabum 4929. Juxta *Anianum* 5180. & menſes x. cui & Græca τῶν LXX. verſio conſonat. Ea verò quã hodiè Græci tenent, *Theophilo* Edeſſeno conſentit. Si igitur perfectis Seleuci annis 5197. & perfectis anni imperfecti, cujus initiũ Teſri prior, h. e. October, menſibus unum menſem addamus; habebimus annos perfectos ſolares ab *Adam*, menſeſque itidem perfectos ex anno imperfecto, cujus initium ex Septembri ducitur, quum nunc dies currat decima Sept. anni Græc. 1587. Si, inquam, anno 1586. annos 5197. & menſibus undecim menſem unum addamus, colligemus univerſim annos 6784. & dies 10. Sept. hujus anni imperfecti ad annum 6785. refertur.

Anni ab orbe condito ad Paſſionem Domini, colliguntur » ab *Adam* uſque ad annum, quo paſſus eſt Servator noſter, anni 5539. Is verò annus Dominico die inchoatus fuit. Secundùm *Hippolytum* verò, & *Joannem*, & *Mar-Jacobum* 5550. Secundùm *Euſebium* 5232. Secundum *Syros* 4156. Secundùm *Africanum* 5532. Secundum *alios* 5320. Secundum *traditionem multorum* 5509. Secundùm *Andronicum* anno Græc. 342.

Initium Hegiræ Mahometanæ ex *Bar-Hebræi* ſententia: » Computus quoque annorum lunarium Arabicorum ab hoc anno inchoatur, qui eſt ab Adam 6130. idemque Græcorum 993. & à Redemptore noſtro ſexcenteſimus vigeſimus quartus. » Quià (nimirum addit *Aſſemanus*) Chriſtum natum putat anno Græc. 309. non 311.

Auctores, quorum ſcripta laudat. *Hipparchus* Mathematicus, *Hippocrates*, *Plato*, *Ptolemæus*, *Galenus*, *Alexander Aphrodiſius*, *Theon* Alexandrinus, *Sergius*, *Athanaſius*, Amidenſis, *Philagrius*, *Simeon Taibutha* Monachus, *Gregorius* Epiſc. *Theodoſius* Patriarcha, *Honainus*, *Aaron* Presbyter, *Georgius* filius *Bochtjeſu* Elamita, *Theophilus* filius *Thema* Edeſſenus, *Bochtjeſu* filius *Georgii*, *Iſa Abu Coraiſi*, *Gabriel* fil. *Bochtjeſu* Neſtorianus, *Iſaac*, *Hobaiſus* filius *Haſan*, *Thabet Abul-Haſan* filius *Korra*, *Thabetus* alter, filius *Sinan* filii *Thabeti* majoris, *Abu-Ali Haſan* fil. *Haitam* Geometra Baſorenſis, *Avicenna*, quem Arabes *Abu-Ali Hoſain Ben-Sina* vocant, *Abulpharagius* Monachus Neſtorianus, *Joſeph* Monachus Jacobita, *Joanne Bar-Suſan* Patriarcha Jacobitarum, *Jahia*, h. e. *Joannes* fil. *Giazla*, Medicus Bagdadenſis, *Baſilius* Epiſc. Edeſſenus Jacobita, *Dionyſius Bar-Salibi*, *Fachreddinus Razi* Scriptor Arabs, *Mohaddab* Medicus Bagdadenſis, cognomento *Bar-Habal*, *Naſir* Mathematicus & Philoſophus.

Regni Perſici initium, quod ad annum *Alexandri Severi* quartum & Græcorum 538. conſignat *Agathias* ad annum 542. at mendum in notis arithmeticis obſervat *Aſſemanus*.

Nazaræorum in Phænicia, (ſectæ hominum ex Mahometana perfidia profluentium,) curioſam originem & hiſtoriam tradit, ejuſque ortum ad annum Græc. 1202. refert.

Demùm in ſecunda & tertia Parte Chronici continentur à *fol.* 244. Series Pontificum V. T. ab *Aaron* uſque ad *Hananum*, ſub quo paſſus eſt Chriſtus. A *fol.* 247. Series Patriarcharum Antiochiæ à S. *Petro* Apoſtolo ad *Severum* Acephalorum primipilum. A *fol.* 265. Series Patriarcharum Jacobitarum Syrorum ab eodem *Severo* uſque ad *Philoxenum*, qui Jacobitis præerat anno Græc. 1596. A *fol.* 340. Series eorundem Patriarcharũ, ab anno, qui ſuprà, uſque ad ann. 1804. A *fol.* 353. Series Primatũ & Patriarcharum Orientis, qui Chaldæis & Aſſyriis præfuere à S. *Thoma* Apoſtolo ad annum Græc. 939. A *fol.* 365. Series Maphrianorum Jacobitarum, & Patriarcharum Neſtorianorum ab anno, qui ſuprà, uſque ad annum 1807.

Hiſce, (quæ omnia ex *Aſſemano* ſelegimus *Tom. II.* Bibl. Orient. *à p.* 244. *ad* 321.) ſubjungit doctiſſimus Maronita in gratiam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſorum, Epitomen hiſtoriæ Syrorum Jacobitarum & Neſtorianorum, ex *Abulpharagii* Chronico concinnatam.

* Vid. præter loc. cit. *Catal. Codd.* Tom. I. & II. paſſim, & in *Erratis*.

ABULPHUS. *Vid.* ALULPHUS.

ABULVALIDUS *Ben-al-Sciochna*, Scriptor Arabs, cujus extat MS. teſte *Aſſemano* Tom. I. *Bibl. Orient.* p. 628.

1. *Chronicon ab ineunte Hegira uſque ad annum* 806. Bibl. Vatic. Cod. Arab. 48. *in fol. bomb.* 146. ſcriptus anno Heg. 850.

2. *Chronicon aliud copioſius à Mahomete uſque ad annum*

num Heg. 806. Ibid. Cod. 49. *in fol. bomb.* 115. ſcriptus anno Heg. 972.

ABUNDIUS : Vid. ELEUTHERIUS & ZEPHIRINUS.

ABUNESTRO'CH Rabbinus, ſcripſit

Epiſtolam ad Synagogam Gerundenſem anno 1412. in quâ certiorem eam facit de voluntate ſummi Pontificis (*Petri de Luna* Antipapæ, qui & *Benedictus* XIII.) ut inter Judæos & *Hieronymum à S. Fide* iniretur diſputatio *de adventu Meſſiæ* & aliis articulis fidei Chriſtianæ. Habetur hæc *Epiſtola* in Salomonis *ben* Virga *Scevet Jehudà* (*a*) ubi aliud tēpus huic diſputationi aſſignatur, nempe annus Chr. 1356. quod mendum eſſe dicit *Bartoloc.* Tom. I. n. 17. & reverà ad A. 1412. aut 1413. eam refert *Baſnagius* Hiſt. Jud. Tom. V. p. 1875. ubi plura narrat, dicens (p. 1883.) Conferentiam initam fuiſſe d. 7. Febr. 1413. finitam d. 10. Maii 1414. *Hieronymum* verò ſcriptum præſentaſſe 10. Nov. & approbatum 10. Dec.

(*a*) p. 125. ſeqq. edit. Lat. *Georg. Gentii.*

ABUSAID Samaritanus, fil. *Abul-hacein*, fil. *Abuſadi*, *Pentateuchum* ex Hebræo-Samaritano in linguam Arabicam convertit, notaſque adjecit & præfationem. (*a*) Codex in fol. literis Arabicis exaratus, antiquus & bonæ notæ ; præmittitur ſingulis paragraphis textus Hebraicus characteribus Samarit. Legitur ad finem libri Geneſeos : *Abſolutus fuit liber primus, Deo juvante, d. 8. Menſ. Dhulkada A. Hegiræ* 836. (C. 1432.) Subjiciuntur literâ Samaritanâ, idiomate Hebræo mixto plurima Samaritanorum teſtimonia, quæ Codicis fidem & authoritatem conſtituunt. MS. in *Bibl. Reg.* Codd. 368. 370. 371. Hæc & alia V. C. *Le Long* in *Bibl. Sac. Tom. I. p.* 117. qui, *Abuſaidum* A. 1070. claruiſſe dicens (*b*) procul dubio fallit, quoniam eum An. 1432. abſolviſſe libr. in *Geneſin* ſupra dixit.

(*a*) Hanc vertit doctiſſ. *Lud. du Four de Longuerue*, Abb. S. *Joannis de Jardo* ad Melodunum.
(*b*) Tom. I. p. 541. c. 1. & Tom. II. p. 501. c. 1.

ABUSCIACHERUS ſeu ABUSCIOCRUS *Ebnarrahebi Abilcarami* vel *Abicarami* (*Petrus*) ex gente Coptorum, Diaconus Eccleſiæ S. Mariæ in Moallaka in Cairo vetere, vixit Sec. XIV. ut liquet ex ejus ſcriptis ab *Aſſemano* memoratis *Tom. I.* Bibl. Orient. *p.* 626. & *Tom. II. p.* 510.

Liber inſcriptus *Demonſtratio*, compoſitus anno Mart. 987. Heg. 669. *Bibl. Vatic.* inter Codd. Arab. *And. Scandar*, num. 42. *in* 4. *bomb.* 305. Arabicis literis & ſermone exaratus die 28. Januar. anno Græc. 1890. & num. 31. inter Codd. *Aſſemani*, in fol. bomb. 246. ſcriptus propria Auctoris manu anno Mart. 998. Chriſti 1382. Dividitur in Capita L. *Cap.* 1. De compoſito. 2. Quod Deus ubique eſt, & quo pacto. 3. De unione. 4. De ſubſtantia. 5. De perſona. 6. De differentia perſonæ, ſubſtantiæ & naturæ. 7. De naturâ. 8. De voluntate & operatione. 9. De ſigno Crucis. 10. De proceſſione Spiritûs Sancti. 11. De Sacerdotibus, qui Deum peccatis offendunt. 12. De iis, qui blaſphemant in Spiritum Sanctum. 13. Quod juſtitia fidei ex juſtitia operum demonſtratur. 14. De circumciſione. 15. De repudio. 16. De Euchariſtia. 17. De Azymo & fermentato. 18. De ſumptione aquæ, & eulogiæ poſt Euchariſtiam. 19. De eſu Chriſti poſt reſurrectionem, de eſu Angelorum, deque multiplicatione panis à Chriſto factâ. 20. De arbore quam Deus Adæ interdixit. 21. Quod Adam feria ſexta creatus eſt, eâdemque peccavit, & eâdem ejectus eſt de Paradiſo. 22. In illud Chriſti Domini, *Non eſt bonus, niſi Deus.* 23. In illud, *Quodcumque ligaveritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlo.* 24. De ſacrificiis & idolotytis. 25. De ablutione manuum & pedum, & de purificatione. 26. De Cultu Creatori, non creaturis exhibendo. 27. De Angelico Triſagio. 28. Quod Deus omnia poteſt. 29. Quod opera Dei non pendeant à cauſâ. 30. Quod Deus prænoſcit id quod agit. 31. Quod Deus eſt ſcientia, potentia & vita. 32. Quod Deus eſt potens. 33. Quod Deus eſt vivens. 34. Quod Deus eſt audiens & videns. 35. Quod Deus eſt loquens. 36. Quod Deus eſt volens. 37. Quod exiſtentia Dei eſt ipſa ejus potentia, non quid ſuperadditum. 38. Quod unus eſt, mundi opifex non plures. 39. Quod Deus eſt unus natura, & trinus perſonis. 40. Quod eſſentia non eſt quid ſuperadditum attributis. 41. Quod Chriſtus eſt Deus, & quod Maria eſt ejus mater ; & de ſeſſione ad dexteram Patris, deque reſurrectione & judicio. 42. Unam eſſe Chriſti ſubſtantiam, & unam perſonam. 43. De manſione Chriſti in utero ſuæ matris. 44. De bonis naturæ, & hominum ætatibus, quæ à Deo definita ſunt. 45. De fato. 46. De ſtatu ſpirituum corporibus ſolutorum. 47. De ordinibus Sacerdotū. 48. De jejunio Quadrageſimæ. 49. De hora ſolvendi jejunium. 50. De Judice, & Judicio.

A C.

ACACIANI Vid. ACATIANI.

ACACIUS Epiſcopus Berœenſis, ortu, ut videtur, Syrus, in monaſticâ diſciplinâ ab ineunte ætate exercitatus, in Gandari, vici prope Antiochiam ſiti, Monaſterio ſub *Aſterii* regimine emendatiſſimè vixit. Dum Preſbyter adhuc eſſet, rem Catholicam adverſus Arianos, (à quibus multa paſſus eſt) ſtrenue promovit ; ab *Euſebio* idcirco *Samoſatenſi* circa ann. 378. ad Epiſcopatum Berœæ provectus : quæcunque ab eo ſcripta ſuperſunt, Epheſini Concilii tempore exarata ſunt. Poſt ann. 381. *Acacius* (tunc etiam) πανταχοῦ γῆς ϗ θαλάττης ἀοίδιμος : inquit *Theodoritus* (L. 5. c. 23.) à *Flaviano* Romam miſſus eſt, ut Occidentalium Epiſcoporum communionem *Flaviano* impetraret, & Schiſma Antiochenum tandem aliquando exſtingueret : quod fœliciter effecit. Ineunte ſæculo quinto conſpirantibus adverſus *Chryſoſtomum* Antiocho, *Severiano*, aliiſque acceſſit ; & in Synodo ad *Quercum* habitâ eum deponendum cenſuit. Ortâ deinde à *Cyrillum* inter & *Neſtorium* controverſiâ (quo tempore ob ſpectabilem viri canitiem & virtutem pater & magiſter omnium Epiſcoporum paſſim audire cœpit) datis ad *Cyrillum* literis, litem iſtam nudam eſſe de nomine quæſtionem contendit, & *Neſtorium* excuſare conatus eſt. Concilio Epheſino non interfuit ; ſed Synodale ſuffragium ſuum adversùs *Cyrillum* ferendum *Paulo Emeſeno* delegavit ; & Orientales Epiſcopos per literas admonuit, ut *Cyrillum* Apollinariſmi reum agerent. Mox, finitâ Synodô, literis apud Imperatorem egit, ut non ſolùm *Neſtorii*, ſed etiam *Cyrilli* & *Anathematiſmos* damnationem confirmaret ; cujus conſilio primò quidem obtemperavit *Theodoſius* (uti ex Actis & Epiſtolis Epheſinis conſtat) datoque ad *Joannem Comitem* mandato, ſingulos deponi juſſit : verum meliora demum edoctus æquiora edixit. An. 432. Synodo à *Joh. Antiocheno* Berœæ habitæ interfuit, pacemque Orientales inter ac *Cyrillum* ineundam omnibus modis ſuaſit, quam & literis ad *Cyrillum* & *Cæleſtinum* ſcriptis pro virili promovere non cunctatus eſt. Obiit admodùm grandævus circa A. 436. Ex pluribus, quas ſcripſit, *Epiſtolis* extant tres ; *binæ* ad *Alexandrum Hierapolitanum*, Primatem ſuum, inter Epiſtolas Epheſinas, n. 129. 143. *unica* autem ad *Cyrillum* Gr. Concil. Tom. III. p. 382. (*Cave* p. 268.) Extat ea in *Bibl. Vindob.* Cod. 77. MS. Th. Gr. chart. antiq. & optimæ notæ in fol. inter alia plurima, teſte *Lambecio* p. 240. Lib. III.

ACACIUS Epiſcopus Cæſarienſis, eò quòd luſcus erat, Μονόφθαλμος dictus, *Euſebii* Cæſarienſis Diſcipulus, non tantum proprio Marte, ſed & ex Magiſtri ſui famâ ſummam & eloquentiæ & eruditionis laudem conſecutus eſt. Anno 340. (*a*) mortuo *Euſebio* in Epiſcopatu Cæſarienſi ſucceſſit. Homo in fide varius, & ingenio vafer, qui ſententiam ſuam pro re natâ variare probè novit : ἐπαινῶν μὲν τὴν δόξαν, ἐπέξεε δὲ τὴν γλῶτταν, ut verè de eo *Philoſtorgius* (*b*) neque cum Arianis Filium κτίσμα ἓν τῶν κτισμάτων affirmabat, neque cum Semi-Arianis ὁμοιούσιον, ſed ſimpliciter ὅμοιον, vel ὅμοιον κατὰ τὴν βούλησιν μόνον, *ſolâ voluntate*

Patri

Patri ſimilem eſſe voluit. (c) Anno 341. Concilio, quod Antiochiæ in Encæniis habebatur, interfuit; in Sardicenſi, anno 347. una cum aliis depoſitus; quam quidem ſententiam ipſe cum Sociis ſuis eodem tempore in Pſeudo-Synodo Sardicenſi in Catholicos Epiſcopos retorquebat. Anno 359. cum Synodus Seleucienſis duas in partes dirimeretur, Semi-Arianorum, qui Nicænum Concilium exceptâ unicâ voce τῷ ὁμοουσίῳ approbârunt, quibus dux erat *Georgius* Laodicenus, & anti-Nicænorum qui Nicænam fidem penitus abrogandam, aliamque conſcribendam eſſe contendebant: huic parti caput erat *Acacius*, qui, oblato in Synodo fidei libello (d) non modò τὸ ἀνόμοιον, ſed etiam ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον penitus rejecit. Prævalentibus autem Semi-Arianis ipſe cum ſuis depoſitus eſt: Verùm, arrepto mox ad Conſtantinopolin itinere, & tum proceribus, tum ipſi *Conſtantio*, apud quem nihil non poterat, in partes ſuas pertractis, conciliabulum coegit; in quo etiam τὸ ἀνόμοιον profitentibus ſuppetias tulit; *Baſilium* Ancyranum, alioque ſibi adverſantes deponi curavit: quin & ſi *Philoſtorgio* (e) fides, Cæſaream properans, viduatis Eccleſiis Epiſcopos conſtituit, qui τὸ ὁμοιούσιον colebant. Nec id à vero abludere ſatis oſtendit verſatile inconſtantis viri ingenium, qui regnante inſuper *Joviano* libellum à ſe aliiſque compoſitum, & chirographo ſuo ſignatum Imperatori obtulit, in quo Nicænam fidem, & conſubſtantialitatis doctrinam diſerte confirmavit. E vitâ migravit circa annum 366. Vir erat, teſte *Sozomeno*, (f) ἱκανὸς τε νοεῖν καὶ φράζειν ἀστεῖος. *copioſus in ſententiis, & in dicendo elegans*, adeo ut plurimos libros haudquaquam contemnendos reliquerit. De ſcriptis ejus hæc *Hieronymus* (g) Elaboravit *in Eccleſiaſten Volumina* XVII. & *συμμίκτων ζητημάτων* VI. & multos præterea diverſoſque *Tractatus* compoſuit, & in his librum ἀντιλογίαν dictum *adverſus Marcellum*, ex quo bene longum fragmentum babet *Epiphan.* Hæreſ. 72. item de vitâ Præceptoris ſui *Euſebii* ejus meminit *Socrates* (h), ſed qui cum cæteris jam pridem periit.

* *Cave* Hiſt. Liter. p. 129.

Confer *Hieron.* l. c. qui *Baronium* ad A. 357. conſulendum indicat. Cæterum *Acacii* Volumen *ſelectarum quæſtionum in diverſos S. Script. libros* memorat cit. *Le Long* qui ex *Poſſevino* audit, non pauca hujus fragmenta legi in Catena Græca ſuper Geneſim.

(a) A. 338. ſi fides *Dupino* Sec. IV Tom II p. 122. (b) L. 4 c. ult. (c) Vid. *Epiph* Hær. ſ. 73 *Socrat.* l. 2. c. 40. (d) Ext. t apud *Epiphan.* LXXIII. 25 teſte *Jo. Alb. Fabricio* Bibl. G. Tom VIII. p. 337. (e) L. 4 c. 1. (f) L. 3 c. 2. (g) *De Script. Eccleſ.* c. 98. non autem c. 28. ut legitur apud *Jac. Le Long* Tom. II. p. 595. ubi Volumina XVIII. perperam numerat. (h) L. 2. c. 4.

ACACIUS, Orphanotrophii Conſtantinopolitani Præfectus, dein ab ann. 471. Epiſcopus CP. (a) An. 476. cùm *Baſiliſcus* tyrannus edictum contra Synodum Chalcedonenſem promulgarat, & à quamplurimis Epiſcopis, Aſiaticis præſertim, pluſquam quingentis ſubſcribi fecerat, *Acacius* invicta animæ conſtantia fidem Catholicam propugnavit, & autoritate ſua apud plebem CP. & Monachos effecit, ut tumultum graviſſimum veritus *Baſiliſcus* edictum prius miſſis antencyclicis literis revocaret, & Concilium Chalcedonenſe confirmaret. Quin & Epiſcopi Aſiæ, qui *Baſiliſco* in fidem graſſanti manus dederant, audaci *Acacii* zelo territi, oblato ei pœnitentiæ libello, neceſſitatem à *Baſiliſco* ipſis impoſitam cauſarentur, & Chalcedonenſem fidem à ſe teneri profiterentur. Poſt diuturnam cum *Simplicio* Papa de autoritate ſedis ſuæ velitationem ann. 483. à *Joan. Talaia* apud eundem accuſatus eſt, quòd *Petro Mongo* faveret, ſibi verò aditum ad ſedem ſuam præcluderet. Pœnam *Acacio* infligendam meditatus *Simplicius*, poſtquam literis ad Imperatorem crebrò multis operam luſiſſet, curis iſtis intermortuus eſt. Cauſam ſuſcepit, atque acriùs urgebat *Felix* Simplicii ſucceſſor, qui aſſiduis *Joan. Talaia* querelis incitatus, miſſa ann. 483. Conſtantinopolim legatione, quæ incaſſum eccidit anno ſeq. habita Romæ Synodo, *Acacium* damnavit, & anathemate percuſſit: ſententiam tamen aliquantulùm divulgare diſtulit, donec recentibus *Acacii*, qui *Calendionem* ſede Antiochena eodem anno exturbavit, factis commotus, habitâ exeunte anno altera Romæ Synodo, ſententiam anathematis iterum vibravit. Pontificis autem fulmen adeò inſuper habuit *Acacius*, ut Papæ nomen è ſacris tabulis eximeret, quod ex *Baſilio Cilice* refert *Nicephorus*. (b) Sedem nihilominus quamdiu vixit, quietam tenuit *Acacius*, ac in pace obiit anno 488. Nomen illius è ſacris Diptychis, enixe id poſtulante *Hormiſda* Pontifice, *Juſtinus* Imp. ſuſtulit, anno 519. Extant ab eo ſcriptæ

Epiſtola II. *altera* Gr. Lat. ad *Petrum Fullonem* de Triſagio *Concil.* Tom. IV. p. 1108. *altera* Lat. ad *Simplicium* de Eccleſiæ Alexandrinæ ſtatu, *ibid.* p. 1080. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 291. Vid. & *Nat. Alexandri* Hiſt. Eccleſ. *Sec. V.* p. 92.

(a) *Evagr.* l. 3. c. 4. (b) L. 16. c. 17.

ACACIUS, Melitenes in Armeniâ ſecundâ urbis Epiſcopus, claruit ann. 431. Acerrimus *Neſtorii* oppugnator, & *Cyrilli* defenſor: licet iſtius cauſæ non parum nocuit, dum apud Imperatorem Deitatem eſſe paſſibilem contenderet: quo nomine commotior factus *Theodoſius*, *Cyrillum*, ejuſque fautores diu averſatus eſt. Concilio Epheſino interfuit, ubi colloquium cum *Neſtorio* paulo ante Synodum inchoatam privatum inſtituit; quo detectos illius errores, Concilii Patribus mox expoſuit. Domum redux, Synodi autoritatem conſtantiſſimè quoad vixit tutatus eſt: & pacem Orientales inter & *Cyrillum* ſanciri, ac ſancitam conſervari pro virili ſategit. Extat Gr. Lat.

Homilia in Synodô Epheſinâ habita, quâ fidem Cath. contra Neſtor. ſtrenue aſſerit; Concil. Tom. III. pag. 983. (a) Latinè *Epiſtola ad Cyrillum* inter Epiſtolas Epheſinas a Lupo editas num. 172. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 269.

(a) Extat & MS. in *Bibl. Vindob.* Cod. 77. Th. Gr. chart. antiq. in f. teſte *Lambecio* p. 243. Lib. III. inter alia plura.

ACATIANI ſeu SEMI-ARIANI Hæretici, de quibus ſub tit. ARIUS.

ACCA ſeu ACCAS, Epiſcopus Hagulſtadenſis, natione Anglus, *Boza* Archiepiſcopi Eboracenſis, & S. *Wilfridi*, quocum Romam profectus eſt, diſcipulus. Vitam monaſticam pro ſæculi ſui more impensè coluit, venerabili *Beda* admodum familiaris. Claruit anno 705. & deinceps, tandem Epiſcopali infula ornatus. Etſi enim in libris quibuſdam impreſſis Abbas tantum vocetur, erat tamen, ut ex codice MS. *Lambethano* & Cl. *Voſſio* (a) liquet, Epiſcopus Hagulſtadenſis, ſuamque ſedem nobiliſſima Bibliotheca auxit & ornavit. *Beda* ſuperſtes obiit A. C. 740. XIII. Cal. Mart. ac ſepultus eſt in Eccleſia Hagulſtadenſi, miraculis poſt obitum clarus: (b) ejus corpus *Dunelmum* tandem eſt tranſlatum. (c) Plura ab eo ſcripta commemorant *Balæus* & *Pitſeus*, nempe

1. *De vitis & paſſionibus Sanctorum, quorum reliquiæ in Eccleſia ſua econdebantur.*
2. *De Eccleſiaſtico ſui Chori officio.*
3. *Carmina varia.*
4. *Epiſtolas ad diverſos.*

Extat inter *Bedæ* Opera *Epiſtola ejus ad Bedam*, quâ ipſum ad illuſtrandas ſacras Scripturas, præcipuè Evangelium S. *Lucæ* hortatur. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 406.

(a) *De Hiſt. Lat.* p. 278. [b] Vid. *Hug. van Heuſſe* Batavia Sacra *p.* 47. [c] Vid. *Balæus* Cent. I. *p.* 87.

ACCARISIUS (*Jacobus*) Philoſophiæ ac S. Theol. Doctor Bononienſis, Orator facundus, Romæ S. Officii Qualificator, ac Philoſophiæ Lector in Collegio Sapientiæ, Veſtenſis Epiſcopus, Rhetoricam in Acad. Mantuana toto quadriennio cum laude profeſſus eſt; obiit autem A. 1654. d. Oct. 9. ac ſepultus manet in

Catho-

Cathedrali Veſtenſi : Varias *Orationes* Romæ, Coloniæ, Mantuæ, & alibi habuit, quas inter

1. *In funere Anniverſario Greg. XV.* Romæ habita in Templo S. Joannis Evang. *Romæ* 1629. 4.

2. *De Joanne Evangeliſta ;* Romæ habita in Sacello Pontificio. Ibid. ann. & forma iiſdem.

3. *De eodem* , habita ibid. A. 1628. *Roma* eod. ann. & forma.

4. *De Deo Trino , & Uno* , habita ibid. prodiit A. 1631. 4.

5. *De Paſſione Chriſti* , habita in Romana Acad. *Roma* 1633. 4.

6. *Oratio ad Cardinales in Conclavi de maturanda Pontificis electione* , 1644.

7. *Ad populum & Clerum* , in Veſtenſi Cathedrali , habita , cùm Epiſcopatûs poſſeſſionem iniret.

8. *De Laudibus S. Andreæ Corſini.*

9. *De laudibus S. Gregorii P. M.*

Scripſit &

10. *Hiſtoriam rerum geſtarum à S. Congregatione de Propaganda fide*, 1630. 1631.

11. *Vindicationes tum nonnullarum Greg. XV. Conſtitutionum , tum quorundam Alph. Ciacconii , ac Jo. Bapt. Adriani locorum in deſcribendis Summorum Pontificum & Cardinalium vitis ac rebus geſtis.*

12. *Defenſionem Conſtitutionis Greg. XV. de eligendo Pontifice*, adverſus Anonymum.

* Vid. alia apud *Orlandum* de Script. Bonon. *p.* 129. Hujus quoque meminit *Leo Allatius* in Apibus Urb. *p.* 190. & *Miraus* Sec. XVII. cap. 233.

ACCETTI (*Hieronymus*) Ord. Prædicatorum, Urceanus patriâ, profeſſione Brixienſis, Commiſſarii Sanctæ Romanæ Inquiſitionis ſocius , & ipſe aliquando Generalis Cremonæ Inquiſitor, ad Fundanas , inquiunt , Infulas à Summo Pontifice deſignatus eſt , ſed morte immaturâ A. 1560. ereptus, conſecrationis munus non obtinuit. Ab eo prodiit in lucem editus

Tractatus de Theologiâ Symbolicâ , Scholaſticâ & Myſticâ, Veſpaſiano Gonzagæ Duci Sabionetæ nuncupatus. Locus & annus editionis ignoratur.

Alia plura in *re Dogmatica* ſcripſiſſe dicit *Rovetta* , ſed quænam & ubi ſint ſaltem MS. non indicare teſtatur *Echardus* Tom. II. p. 174.

ACCETTO (*Reginaldus de*) Ord. Prædicatorum, Siculus , Maſſalubrenſis patriâ, profeſſione Conventus S. *Petri* Martyris Neapolit. alumnus, Sacræ Theol. Magiſter, Sacer Orator & facundus dicitur , qui obiit A. 1590.

Multos libros ſcripſit , ſed ferè omnes Italicè , inter quos

1. *Trattato dell'anno Santo.*

2. *Trattato del Celibato, ed un altro delle richezze ſpirituali della Chieſa.*

Alius eſt liber Latinè ſcriptus, qui in Indice *Bibl. Barber.* Rom. recenſetur :

3. *Salutationes ad Sanctiſſimum nomen Dei dicenda à Confratribus Societatis ejus.* Neapol. 1581. in 16.

* Vid. *Echard* Tom. II. p. 299.

ACCIAIOLUS ſeu ACCIAIVOLUS (*Angelus*) nobilis Florentinus , filius *Jacobi* & *Bartholomea de Ricaſolis*, ex Epiſc. Rampollano in Regno Neapolit. tranſlatus eſt ad Florentinam Eccleſiam A. 1383. ſedente *Urbano* VI. à quo Presbyteris Cardin. tit. S. *Laurentii* in Damaſo primò , mox à *Bonifacio* IX. Epiſcopis Oſtienſibus, & Veliternis adſcriptus eſt. Piſis deceſſit pridie Idus Junii , anno 1407. & in Cathedrali Piſana ſepultus , in qua jacuit uſque ad annum 1550. quo ejus corpus ad nobilem Florentinam Cartuſiam delatum eſt , ac ſepultum ad medium ejus nobiliſſimæ gentis ſubterranei ſacelli , in quo in candida marmorea tabula , ne tanti viri memoria periret, ejus effigies cum ſequenti Inſcriptione ſpectatur :

MONUMENTUM HOC ANGELO ACCIAIOLO CARD. ET EPISCOPO OSTIENSI S.R.E. CANCELLARIO, EJUSQUE GERMANO FRATRI DONATO EQUITI CLARISSIMO SIBIQUE DONATI INSTAURARUNT ANNO SALUTIS MDL.

Paul. Corteſius lib. 1. *de Cardinalibus* , qui aliquid ſcripſerunt, hæc habet : *Sed inferioris ætatis maxime Acciaiolus laudari ſolet , quòd & habitus ſit in ſenatoria ſententia dicenda ſapiens, & quòd ab eo ſcriptus ſit*

Apologeticus libellus contra Tranſalpinos Senatores de *Urbani* VI. electione, *in quo non tam differendo diſputatur , verum* Robertus *Allobrox* (*Clemens* VII. *Antipapa*) *poſſet extraordinaria ſuffragatione legi , quàm ea exquiratur via , qua naſcentium malorum eſſet extinctura facem.*

* Vid. plura apud *Ciacconium* ad A. 1378. Tom. II. p. 659.

ACCIAIOLUS (*Zenobius*) Ord. Prædicatorum , Florentiæ nobili genere natus A. 1462. puer cum familia ſua civitate pulſus, in patriam à *Laurentio de Medicis* Leonis X. patre revocatus eſt , anno ætat. 16. Cùm autem civium diſſenſionibus agitaretur Florentina Reſpublica , vir ætate maturus noſter , *Hieron. Savonarolam* , apud S. Marcum convenit , ab eoque , ut ordini ſuo cooptaretur , obtinuit , quod circa A. 1494. eveniſſe credunt. Cùm veſte Dominicana Spiritum SS. à ſe electi parentis ſimul induit , quique muſis humanioribus antea Græcis & Latinis delectabatur , totum ſe SS. Eccleſiæ Doctorum lectioni dedit. Bibliothecam in S. Marci commodum nactus Codd. MSS. refertiſſimam, quam nempe erexerat , ditaratque *Coſmus* I. *Medices Magnus* dictus , ejuſque nepos *Laurentius* I. Muſarum pater laudatus , libris è Græcia multo ære comparatis locupletiorem non ſecùs ac gentilem fecerat, iis evolvendis incubuit , ac quæ PP. Græcorum in utraque Marcia noſtra (ait *Echard.*) & Medicea nondum in lucem data opera invenit , ex Græcis bonis Latinis auribus æquè bona reddere, in rem Chriſtianæ fidei labore pertinaci nec improbo ſategit. Cùm autem *Joannes* Cardinalis *de Medicis* ad Summum Pontificatum A. 1513. d. 10. Mart. fuit aſſumptus, *Leo* X. dictus, mox ad ejus pedes venerabundus acceſſit *Zenobius* , nec ſolum perbenignè ab eodem acceptus , ſed & inter familiares aſcitus, ac in Oratorio S. *Sylveſtri* Romæ cum honorario ſtipendio collocatus , & tandem Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus , A. 1518. quam pro dignitate tutabatur provinciam eruditis omnibus probatus, cùm plura meditans, præmatura morte ſublatus eſt , ætat. vix 58. abſoluto anno , Chriſti 1520. quem in templo S. *Mariæ* ad Minervam ſepultum ferunt.

Scripta:

1. *Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi opuſculum in Hieroclem, F. Acciaiolo Interpretr.* Venetiis, Aldi Manutii 1502. in fol. cum Vita *Apollonii* Græce & Latine. Iterum *Pariſiis* , Joan. Parvi in 8. chartis XXIV. abſque anno editionis , quam tamen ex adjunctis conjicere eſt anno 1511. produiſſe. Rurſus curis *Gyberti Longolii* ad calcem Hiſtoriæ de Vita *Apollonii* à *Philoſtrato Lemnio* libris VIII. ſcriptæ ; *Coloniæ* Joan. Gymnici 1532. in 8. In his editionibus præfigitur *Zenobii prologus ad magnificum virum Laurentium Petri Franciſci filium Medicem in hoc Euſebii opuſculum, quo Hierocles confutatur, auſus ex Philoſtrati hiſtoria Apollonium Tyaneum Jeſu-Chriſto Salvatori noſtro conferre.* Verſionem iſtam *Luc. Holſtenius*, teſte *Joan. Fabricio* (*a*) quibuſdam in locis à Græci exemplaris fide , & auctoris mente abeuntem interpolavit.

2. *Olympiodori in Eccleſiaſten Salomonis Enarratio*, eodem Interprete. *Pariſiis* R. Stephani 1511. in 4. Rurſus *Baſileæ*, Joan. Bebelii 1536. in 8. Ibid. Henrici Petri 1551. in 8. cum aliis veterum Theologorum opuſculis : & deinceps in ſeqq. *Olympiodori* Operum editionibus.

3. *Theodoriti Cyrenſis Epiſcopi de curatione Græcarum affectionum Libri* XII. *Pariſiis* , Henrici Stephani 1519. fol. *Antverpiæ* , Joan. Stelſii 1540. *Heidelbergæ*, curis Sylburgii 1592. fol. Quibus in editionibus integra exhibetur

tur epiſtola interpretis ad *Leonem* X. nuncupatoria, cujus pars poſterior tantum in ſeqq. *Theodoriti* editionibus repræſentatur.

4. *Juſtinus Philoſophus Martyr dictus* ab eodem Latine redditus è Græco dicitur à *Leandro* (*b*) & *Poccianti*. Non tamen integrum vertiſſe putat *Echard.* noſter.

5. Extat in *Bibl. Medic.* Flor. Plut. LXXXI. n. 7. codex Græcus MS. in 4. Titulus: *Ariſtotelis Ethica Nicomachea cum ſcholiis & gloſſis interlinearibus: Libri X. ex emendatione F.* Zenobii Acciaioli, *abſoluta die 22. April.* 1504. Pr. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος: *ſcriptus eſt hic codex in Abbatia ſuperjamta Deipara Cryptopheretz* à Joanne Roſo 31. *menſis Aug.* 1476. ſcilicet quoad textum Philoſophi.

6. Præter hæc, inquit *Poccianti*, legi ejuſdem *Zenobii Epiſtolam ad Jo. Franciſcum Picum Mirandulam*; Quintam dicunt inter Mirandulanas lib. 1. edit. *Baſil.* Henr. Petri, 1601. fol. p. 820. at mendosè apud *Echard.* legitur datam eſſe *Florentiæ* prid. Id. Maii 1602. è S. Marc. Legendum procul dubio 1502. ſiquidem A. 1520. fato functus eſt *Zenobius*, cujus tamen in edit. Henr. Petri Operum *Pici Mirandulani*, A. 1557. fol. quam vidimus, nulla prorſus fit mentio. Alias plures *Zenobium* ad *Picum* dediſſe *Epiſtolas*, ex hujus ad illum datis reſponſis conjicit Cl. *Echard*, ſed quæ non editæ perierint, niſi forſan (ait ille) in Mirandulanorum Principum ſcriniis MS. ſerventur.

Ut Poëticæ artis callentiſſimus, *edidit

7. *Poemata & Comœdiæ de Epiphania.*

8. *Carmina & Orationes in laudem Leonis X. Papæ.*

9. *Politiani* ſimul & *Alexandræ Scalæ* (quam verè *Muſam Etruſcam* dicas) *Mich. Marulli* uxoris *Epigrammata Græca* in unum redegit; & imprimenda curavit.

10. *Oratio de laudibus Urbis Neapolis* ab eo dicta in comitiis ordinis generalibus, ibi A. 1515. coactis, & typis impreſſa.

11. Alia *de laudibus Urbis Romæ.*

12. *Chronicon Conventus S. Marci de Florentia.*

Cæterùm *Zenobius* vir fuit, teſte *Leand. Alberto* (*c*) literis Græcis & Latinis exornatus, maximo ſemper in pretio ab omnibus literatis habitus, cujus carmina dulciſſima & elegantiſſima, ſententiis optimis undequaque redolentia. Vir doctiſſimus & probus appellatur ab *Henr. Erſtio* apud Cl. *Joan. Fabricium* qui (*d*) (errore fortè typographico) *Zenobium* A. 1536. floruiſſe dicit.

* De illo *Altamura* & poſt eum *Echard* in *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 44. &c. Vid. & *Balium* in *Dict. Hiſt. Crit.*

(*a*) *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. I. p. 91.
(*b*) *Deſcrizz. d'Ital.* p. 40.
(*c*) *de Vir. Illuſt.* f. 154. (*d*) *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. I. p. 93.

ACCIARELLUS (*Xaverius*) Catanenſis, Societatis Jeſu, in lucem expoſitus primo Decembris 1655. ad Societatem acceſſit 15. Novembris 1671. in qua ſolemnia quatuor emiſit vota 2. Februarii 1689. Abſoluto ſtudiorum curriculo, ſacræ eloquentiæ operam dedit; ideoque egregias Concionatoris partes, ſumma cum laude exercuit in præcipuis Siciliæ civitatibus: à facundia, & multiplici eruditione celebratus: & inter præſtantiores verbi Dei præcones, non immerito connumeratus eſt. In Melitæ Inſula præſertim, è ſuggeſtu magnâ omnium frequentiâ auditus, ſingulari plauſu, ac honore honeſtatus eſt à Magno Hieroſolymitanum Equitum magiſtro *Hadriano de Wignacourt*, ac ab Equitibus ejus Ordinis. Drepani etiam ea acclamatione exceptus fuit ut viri literati in ejus laudem libellum poëticum ediderint Italice an. 1675. cui nomen *La Gratitudine Trapaneſe al merito del M. R. P. Saverio Acciarelli della Comp. di Gieſu, Predicatore Quareſimale dell'anno* 1675. Cum per plures annos quadrageſimale curriculum confecerit, demum Calataniſſectæ, menſe Septembri anno 1702. vivere, & declamare deſiit. Ipſum laudat *Domin. Guglielminus* in *Catana deſtructa*, pag. 90.

Edidit Italicè:

1. *La vera Beneficenza ancor nelle diſgrazie favorevole, ſopra il Patrocinio di S. Agata V. e M. verſo la Città di Catania nell ocorrenza del Terremoto dell anno* 1693. Catanæ, apud Biſagnium, 1693. in 4.

2. *Il Nuovo Nume della Fortuna colla vela della ſacra Lettera favorevole à Meſſineſi*, Meſſanæ ex typographia Maffei, 1699. in 4.

3. *Le Delizie dell Amor Nazareno nel coltivare in terra le Primavere del Paradiſo. Diceria Sagra di S. Roſalia Vergine Palermitana.* Panormi, typis Auguſtini Epiri, 1700. in 4.

Prælo paraverat Italicè

1. *Officinam Sacram*: ſive *de Mirabilibus Sanctorum.*

2. *Vite de Veſcovi di Catania, da S. Berillo, primo Veſcovo, è diſcepolo di S. Pietro, ſino à D. Franceſco Maria Caraſa, con'e Notizie di tutto ciò, che di memorabile e accorſo ne'loro tempi nella Santa Chieſa e nel Regno di Sicilia.*

3. *Il Perchè*, in quo controverſa varia puncta Hiſtorica tractantur, quæ in Hiſtoria Eccleſiaſtica occurrunt.

4. *Eſempi ameniſſimi, e curioſiſſimi, ſacri, e morali.*

5. *Dicerie Sacre.*

6. *Freneſie d'alcuni huomini facinoroſi, che hanno ingannato il mondo.*

* Hæc *Mongitor* Tom. II. p. 300.

ACCOLTIS (*Benedictus de*) Junior dictus, ut ab altero diſtinguatur, qui A. 1376. floruit, (quem avum habuiſſe creditur,) natione Italus, patria Florentinus, domo *Aretinus*, natus eſt A. 1415. (*a*) non autem A. 1514. juxta *Imbonatum* (*b*) & in patria obiit A. 1466. (*c*) *Michaelis Accolti*, Advocati & Jurium Civilium apud Florentinos interpretis filius, JCtus & ipſe, & Florentinæ Reipublicæ Secretarius, celeb. *Franc. Aretini* frater; paterque *Petri*, primùm in Sac. Rota Romana Auditoris, dein Cardinalis, & *Bernardi* cognomento *Unici*, qui *Nepeſis* Dominus ex donatione *Leonis X.* eſt factus; imò & avus *Benedicti* ex filio *Michaele*, qui à *Clemente* VII. cui à Secretis fuerat & ipſe ad Cardinalatûs apicem promotus eſt, & *Franciſci*, Eccleſiæ Anconitanæ Antiſtitis.

In publicum emiſit

1. *Libros IV.* (V. perperam numerat *Imbon.* l. c.) *de bello à Chriſtianis contra Barbaros geſto, pro Judæa & ſancto ſepulchro recuperando*: quos primùm edidit *Rob. Reineccius* in *Collectaneo variorum* p. 1171. Francof. A. 1574. *Italice* prodierunt *Florentiæ* A. 1621. & *Latinè* ibid. apud Zen. Pignonium, 1623. in 4. curante *Thoma Dempſtero.*

2. *Epiſtolarum & negotiorum publicorum ſuâ ætate geſtorum libros ac tractatus plures* collegit, qui MSS. in Archivis Florentiæ aſſervantur.

3. *Dialogus* ejus *de Præſtantia Virorum ſui ævi*, prodiit primùm ex Bibliotheca Ill. ac eruditiſſimi Viri D. *Ant. Magliabequii*, Parmæ, apud hær. Mar. Vignæ, 1689. in 12. Parmenſem aliam editionem vidimus A. 1692. 8. Extat & ille in *Theſ. Antiquit. & Hiſtor. Italiæ*, Tom. IX. Part. VI. *Petri Burmanni* curâ edito *Lugd. Batav.* ap. Pet. van der Aa, 1723. fol. de quo *Act. Lipſ.* 1725. p. 202. Nihil aliud eſt libellus ipſe, quàm Apologia adverſus ſuperſtitioſos antiquitatis cultores, & modernæ virtutis contemptores; atque uti in formam Dialogi eſt redactus, ita duos de argumento ſupradicto diſceptantes repræſentat. Quæſitum nempe in convivio apud amicum fuerat, veteresne illi, quorum adeo celebre nomen eſt, virtute ſeu peritia illarum artium, quæ ad liberos pertinent homines, his, qui noſtra ætate vel etiam longè priùs fuerunt, viris præſtitiſſent; cumque nonnulla protuliſſet hic *Aretinus*, docuiſſetque, vetuſtis ſeculis ejuſmodi rerum non omninò palmam concedi oportere; quidam adoleſcens literarum eruditus, iſque his *Aretini* verbis commotus, ex adverſo contendit veteres illos diſciplina rei militaris, & prudentia

Digitized by Google

dentia in rebus publicis privatiſque, & ingenio, & doctrina liberalium artium, atque etiam moribus & integritate vitæ, hujuſce & proximarum ætatum hominibus longè fuiſſe ſuperiores. De illis autem ſe loqui addit, qui vel apud Græcos & Macedones quondam, vel apud Pœnos, Romanoſque vigente Republica, vel parum poſtea ſub Romanis Principibus floruiſſent. His enim neminem recentiorum ſive illis poſteriorum vel minimum comparari poſſe, ſeu bellicas laudes, ſeu mores vitamque domeſticam, ſeu literarum peritiam, ſeu prudentiæ juſtitiæque modum, ſive etiam continentiæ clementiæque gloriam contemplari quis velit. Quam ſententiam ſuam ubi idem doctus juvenis, qui loquens introducitur, exemplis benè multis ac ſpecioſis ex Græca & Romana hiſtoria ſtabilivisſet, deteriora omnia in ſui ævi Ducibus bellicis, Theologis, Philoſophis, Rhetoribus ac Poëtis deprehendi oſtendit, & Clericorum inprimis vitia hac ipſa occaſione acriter percenſet ac detegit. Verum *Accoltus* cùm diſcurſum hunc collocutoris ſui ſat patienter exaudiviſſet, ſcitè non minùs quàm eruditè de præſtantia Virorum ævi ſui diſſerere incipit. Ac primum quidem non inficiatur, fuiſſe multos è primis ſeculis claros atque illuſtres viros, quibus ſimiles poſtea vix ulli ſint reperti; quales è belli Ducibus agnoſcit. *Caium Cæſarem, Alexandrum M. Scipiones*, *Hannibalem*, *Pompeium*, & quoſdam tùm Græcos, tùm Latinos; è Philoſophis *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Theophraſtum*, *Carneadem*; è Rhetoribus *Ciceronem*, *Demoſthenem*, *Iſocratem*, &c. è Mathematicis *Ptolomæum*, *Euclidem*, *Nigidium*: ex Hiſtoricis *Livium*, *Salluſtium*, *Herodotum*, *Thucydidem*; ex Poëtis *Homerum*, *Pindarum*, *Virgilium*, *Naſonem* &c. Verùm & hoc cogitandum collocutori ingerit, res antiquorum belli Ducum etiam mediocres, imò & parvas, pro maximis ab eloquentiſſimis ſcriptoribus fuiſſe venditatas, & ſi vel maximè magnæ illæ fuerint, non fuiſſe tamen tales, ut non ab aliis poſtea majores vel pares ſæpenumerò ſint factæ. Defuiſſe autem per octingentos ferè annos ob barbariem temporum ſcriptores, qui multa tum bello, tum pace incluta facta monumentis literarum conſignare potuerint. Quemadmodum autem tota hæc ſcriptio non alium habet ſcopum, quam laudem *Florentiæ*, imò totius *Italiæ*: ita exempla Virorum ævo ſuo præſtantium ex *Florentinis* imprimis, viciniſque Rebuſpublicis atque urbibus adducit, & primùm quidem Ducum bellicorum invictæ fortitudinis, quos *Leon. Aretinus in Hiſt. Florent.* celebraverat, *Philippi* item Florentini, cognomento Hiſpani, *Franciſci Carminiola*, atque aliorum plurium; dein Virorum ſapientia & autoritate ſuo tempore eminentium, *Coſmi* inprimis *Medicei*; porrò Rhetorum & Hiſtoricorum, *Leon.* & *Car. Aretinorum*, *Poggii*, *Jannozi*, *Guarini*, aliorum; Poëtarum, *Dantis Aligerii*, *Franc. Petrarchæ*, & *Joh. Boccaccii*; Philoſophorum *Alberti M. Thomæ*, *Lombardi*, *Scoti* aliorumque Scholaſticorum; JCtorum elegantia quidem, eloquio & literarum peritia priſcis non parium, ſed ſcientia tamen & ingenio illis ſuperiorum; Sanctorum, B. *Franciſci*, & B. *Dominici*, & Pontificum quorundam ſanctitate & eruditione clarorum, ut & *Thomæ de Aquino*, *Joh. Colambini* Senenſis, aliorumque, quibus & B. *Brigida*, *Clara*, *Franciſci* Soror, & *Catharina* Senenſis accenſentur; præter eruditorum alios complures, ſanctimonia vitæ conſpicuos. Cæterùm quod Collocutor ſupradictus Clericorum inprimis ordinis vitia longè maxima & ſcandalis plena detexiſſet, *Accoltus* ad illas quoque invectivas reſpondet, percurrenſque omnium temporum hiſtoriam, nullum ſeculum vitiis vacuum fuiſſe erudiciſſimis exemplis demonſtrat. * Hæc *Acta Lipſ.* A. 1690. p. 510.

(a) Ita *Voſſius* de Hiſt. Lat. p. 580. *Oudin* Tom. III. c. 2582. *Cave* Hiſt. Liter. *Append.* p. 110 (b) *Bibl. Lat. Heb.* p. 329. (c) *Act. Lipſ.* 1690. p. 511.

ACCOLTIS (*Benedictus de*) aliàs ACCOLTUS *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I. ſeu ACCOLTIUS, natione Italus, patria Florentinus, origine tamen *Aretinus*, Cardin. *Petri de Accoltis* nepos, Florentiæ in lucem editus d. 29. Oct. A. 1497. patre *Mich. de Accoltis*, matre *Lucretia de Alamannis*, nobiliſſimâ ac lectiſſimâ fœminâ. Adoleſcens Florentiæ literas humaniores accuratiſſimè didicit, quem *Bembus* bonis artibus deditum, nihil niſi bona ſtudia, bonoſque mores cogitantem, & colentem vidit. Ad Piſanam inde Academiam miſſus, decurſo Philoſophiæ ſtudio, Juriſprudentiæ operam dedit, ac ſuſceptis in eâ facultate inſignibus, ad Romanam Curiam ſe contulit, ubi ſub *Petri* patrui Cardinalis viri clariſſimi contubernio ac diſciplina magnos in literis & pietate fecit progreſſus. Apoſtolicus Abbreviator primum, mox Gaditanus Epiſcopus in Hiſpania à *Leone* X. deinde Cremonenſis, & Ravennatenſis Epiſcopus ex patrui reſignatione, ab *Hadriano* VI. creatus, Brevium à ſecretis fuit; ad purpuram à Clemente aſcitus anno ſuæ ætatis 30. S. *Euſebii* titulum obtinuit Cardinalis, Polliaſtrenſem & Bovinenſem in Regno Neapolitano Eccleſias adminiſtravit, S. *Bartholomæi* ditiſſimæ Abbatiæ in Saltu Ferrarienſi Commendatarius ab ipſo *Clemente* allectus, & ab eodem Piceni de Latere Legatus, & Fanenſis civitatis perpetuus Gubernator factus, provinciam illam ſummâ cum prudentiâ & æquitate ad *Pauli* III. tempora feliciſſimè rexit: pro legatione Marchiæ Anconitanæ litem habuit cum *Hippolyto* Card. *de Medicis*. Arcem Anconitanam conſtruxit, ſeu reſtauravit, in quâ hæc memoria:

CLEMENTIS VII. PONT. MAX. AUSPICIIS, BENEDICTUS ACCOLTUS CARDIN. RAVENNÆ MARCHIÆ ANCONITANÆ LEGATUS HANC URBEM TOTAMQUE PICENI PROVINCIAM, HAC ETIAM ADDITA ARCE TUTIOREM FECIT, ET AB HOSTIUM INCURSIBUS FIRMIOREM REDDIDIT ANNO DOM. MDXXXIV. PROCURANTE BALDO VINETO EPISCOPO ANCONITANO, EJUS FRATRE EX AMITA.

A *Carolo* V. Imperatore adamatus & clarus habitus eſt: Carmina mira concinnat compoſuit, & omnem penè Ciceronis phraſim attigit ille, ad quem *Bembi*, *Sadoleti*, *Pauli Manutii*, *Cælii Calcagnini* plures leguntur *Epiſtolæ*: hos enim pluresque alios viros doctiſſimos coluit, ac in deliciis habuit.

Die Lunæ 15. April. A. 1535. *Pauli* III. juſſu, detentus eſt in Caſtro S. *Angeli*, à quo poſt ſex menſes, die ſcilicet ultima Octob. ejuſd. anni, cùm prius erraſſe ac deliquiſſe ſe falſus fuiſſet, ſolutis 59. millibus ducatis aureis ſolis dimiſſus eſt. Florentiæ de literis benemeritus, die 21. Sept. deceſſit, A. 1549. ætatis LII. ibique in Eccleſia S. *Laurentii* ſepultus jacet. Vir, qui ob ſingulares animi dotes, ac in rebus gerendis prudentiam, magno ſemper apud Chriſtianos Reges & Principes fuit in pretio, quem Sacri Collegii decus & ornamentum *Lud. Areoſtus* appellat: de quo *Rubeus* in *Hiſt. Ravenn.* lib. IX. & monumenta præſtantiſſimi viri *Leon. Accolti* plura habent, teſtante *Ciacconio* (a) apud quem cumulata videas plurima de *Benedicto* noſtro virorum illuſtrium elogia, quem ſcripſiſſe refert ex *Gyraldo*, Nomenclatorem (b) ſecutus,

1. *Libellos quoſdam*, quales verò non notat.

2. *Epiſtolas multas*, quarum V. inter Epiſtolas leguntur, & nonnullæ cum *Sadoleti* literis editæ ſunt.

3. *De Bello ſacro Libb. IV.* quorum *Jac. Gaddius* in Tom. I. *de Scriptor. non Eccleſiaſticis*, non hunc Cardinalem, ſed alium (de quo ſupra) *Bened. Accoltum* hujuſce avum, Reipublicæ Florentinæ à Secretis auctorem facit.

Extant nonnulla hujuſce noſtri Cardinalis Carmina, inter illa illuſtrium Poëtarum, quæ Florentiæ edita ſunt A. 1562.

(a) *Ciaccon.* Tom. III. ad A. 1522 p. 477.
(b) *Nomencl. S. R. E. Cardd.* p. 121.

* De eo quoque *Caſim. Oudinus* Tom. III. c. 2582.

ACCOLTI alii ſunt, quos vid. ſub tit. ARETINUS.

ACCURSIUS (*Franciſcus*) filius *Accurſii* Bonon. Profeſſ. Juris Civil. Florentiæ natus, obiit an. 1229. ætatis 78. Notis ſuis illuſtravit

1. *Corpus Juris Canon.* 3. Tom. f. 1604. impreſſum.

2. Ejus *Caſus longi ſuper V. Libb. Decretal. & Summarii ſuper ſextum Decretalium*, edit. Baſil. 1479. & Argentin. 1484. f.

3. *Caſus breves ſuper VI. & Clementinas* Argent. fol. 1485.

* Vid. *Paul. Freherum* in *Theat. viror. erud. clarorum*, part. 2. ſect. 4. p. 784. & poſt eum *Oudin.* Tom. III. c. 708. *Diar. Erudit.* Tom. LXXI. p. 90.

ACCURSIUS (*Marianus*) Tuſcus, de Vaſtalia, aliis de Caſtello, Senenſis, Carmelita Th. Doct. & Profeſſor clarus A. 1563. Scripſit teſte *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *Tom. II. p.* 595.

Lucubrationes in quosdam S. Scripturæ locos.

ACEMETÆ, Monachi quidam Sec. V. quorum meminit *Nicolaus* I. Epiſt. X. & *Gelaſius* adverſus *Neſtorium*, ſic dicti à Græcis, quod in eorum Monaſteriis divinæ laudes diu noctuque, nullo interpoſito ceſſationis intervallo celebrarentur, diviſa in hunc finem in tres claſſes monachorum Sodalitate, ita ut peracto à priori officio, ſecunda & poſtea tertia ſuccederet. Hujuſmodi inſtituti Autorem agnoſcit *Nicephorus Caliſtus* (lib. 5. c. 23.) S. *Marcellum Apamienſem*, cujus feſtum agunt Græci die 29. Nov. alii *Alexandrum Abbatem*, cui ille ſucceſſit in eâ dignitate. Florebat *Alexander* A. 420. de quo conſule Autorem Vitæ illius c. 5. apud *Bollandum* 15. Januar. Monaſterii CPolitani, in quo hujuſmodi pium inſtitutum florebat meminerunt paſſim Scriptores *Evagrius* (lib. 3. cap. 18.) *Theophanes* p. 104. *Cedrenus* in Leone &c. Ejuſmodi inſtituti non ſolùm fuiſſe Monachos apud Græcos, ſed etiam Fœminas indicat imago S. *Anna* Græcæ, inter tales Sanctimoniales celeberrimæ, quam expoſuit P. *Beurier* Cæleſtinus in catalogo Sanctimonialium, n. 35. atque floruiſſe anno 760. Quonam habitu induerentur incompertum eſt, imò nullum proprium habuiſſe opinor, cum in variis monachorum Inſtitutis hic pſallendi mos eſſet, ob ingentem eorum numerum, ſicut incertum eſt an à Græcis Orientalibus talem morem Monachi Occidentis, an vero ab illis illi hauſerint, cum à primæva monaſteriorum origine in Eccleſia Romana fuiſſe conſtet. Certe D. *Bernardus* in vita S. *Malachiæ* ait, tam magnum fuiſſe monachorum numerum, ut ſuccedentibus ſibi viciſſim choris continuarentur ſolemnia divinorum, ita ut ne momentum quidem diei ac noctis vacaret à laudibus. Eſt tamen qui affirmet, Veſtem fuiſſe viridem rubea cruce ſignatam, ſupra quam mantellum ſeu cappam imponebant, & caput velo nigro contegebant.

* *Bonanni* Tom. II. Art. I.

ACEPHALI. Ita vocati Eutychiani quidam, quorum originem Sec. V. ſic exponit *Leontius*, apud *Jac. Baſnagium* (Annal. ad A. 482.) *Conjunctione per* Henoticum *factâ* Petrus (*Mongus*) *apud Alexandrinos in honore præcipuo erat, probatoque* Henotici *ſcripto, ſolio potitur Alexandrino, nec jam amplius occulte, ſed palam erat Epiſcopus. Quidam tamen nimio contra Synodum Chalcedonenſem odio impulſi, ſeceſſionem à* Petro *faciunt, nec cum illo communicabant, ob eam cauſam, quod* Henotico *probato, Synodum anathemate manifeſto non fuiſſet execratus. Atque hi vocantur* Acephali, (*id eſt* capite carentes) *quòd Patriarcham ſuum minimè ſecuti, ſeorſum communicarent. Hinc* Petrus, *qui populum multipliciter ſcindi videret, tandem palam Synodum anathematizare cogitur, quò fiebat, ut pariter &* Henoticum *reſciperet, & palam anathemati Synodum ſubjiceret. Verùm ne ſic quidem* Acephali *cum eo communicabant, quia ab initio* Henoticum *approbaſſet, non anathematizata Synodo.* Ad Sectæ notitiam ſic *Niceph.* apud eundem: *Epiſcopis & Sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptiſmus juxta ſolemnem & receptum Eccleſiæ morem apud eos adminiſtratur, neque oblatio, aut res divina facta, myſteriumve Eccleſiaſticum, ſicuti mos eſt, celebratur. Communionem verò illi à plurimo tempore aſſervatam, habentes, feriis Paſchalibus in minutiſſimas inciſam partes præbent convenientibus ad ſe hominibus. Quo tempore quam quiſque voluiſſet placitam ſibi ſumebat poteſtatem.* Hinc poſtmodum orti *Tritheitæ*, *Agnoetæ*, *Theopaſchitæ*, *Jacobitæ*, *Armenii*, *Severitæ*, *Aphtardocitæ*. In ea ſecta præcipuè eminuit *Severus* Antiochenus, qui unam Verbi & carnis naturam prædicabat. *Baronium* autem, quod *Acephalos* cum *Hæſitantibus* permiſceat, carpit laud. *Baſnagius* qui S. *Joan. Damaſceni* Librum contra *Acephalos* ſeu *Monophyſitas* inſeruit *Tom. II. Part. I.* Lect. Antiq. *Henr. Caniſii*, edit. Amſtelod. 1725. in fol.

ACERACENSIS *Abbas*, gente Gallus, Theologiæ Doctor Sec. XVII. Regi Chriſt. ab Eleemoſynis & Concionibus, vernaculè ſcripſit

Exercitia ſpiritualia, duabus partibus, quarum I^a. ad veram perfectionem Chriſtianam ducit; II^a. modum docet quo pati debet Chriſtianus vitæ mala & ærumnas, viaſque quibus utendum ut ægrotis ac moribundis ſubveniat. *Pariſiis* edit. apud Mich. le Petit, 1673. *in* 12. Autorem, quem tacet titulus Libri, indicat Approbatio.

ACETUS de Portis (*Seraphinus*) Italus, Firmanus, Canonicus Regularis Lateranenſis, obiit 1640. & ſcripſit, teſte *Jac. Le Long* Tom. II. p. 595.

Commentaria in Apocalypſim.

ACHACIUS *vid.* ACHATIUS.

ACHÆUS inter Maphrianos ſeu Primates Orientis ab *Aſſemano* (Tom. I. *Bibl. Orient.* p. 401.) laudatus, Seleuciæ Epiſcopus, ſedit annos ſeptem, quibus monaſticam vitam cum Epiſcopatu conjunxit. *Auctor* diſcipulum *Abdæ* eum dicit, *Jezdegerdis* legatione ad *Biborum Saporis* filium in Perſide functum teſtatur: mox ſubjungit. » Quum autem hic Pater in Perſidem perve» niſſet, eaque pro quibus allegatus fuerat negotia ex» pediiſſet, inveſtigavit ſepulchra Martyrum, qui ſub » *Sapore* martyrium adepti fuerant, & quam ob cau» ſam unuſquiſque eorum mortem occubuit, ſcripſitq; » eorum *hiſtoriam*. Mox ad *Jezdegerdem* regreſſus, cun» cta quæ ſibi acciderant, eidem ſignificavit: *a* quo per» honorifice exceptus, libera & abſoluta quoad regimen » commiſſarum ſibi ovium poteſtate uſus eſt: præcepit» que Patribus, ut cuicumque domui anathema dice» rent, in qua quidquam ex doctrinis veneficorum, aut » inſtrumentis magiæ reperirent: nam Marcionitæ qui» dam & Manichæi habitum ſimulantes, venenum ſec» tæ ſuæ in vulgus occultè ſpargebant. *Librum itaque* » *Achæus* compoſuit, *in quo Martyrum geſta qui in Ori*» *ente paſſi ſunt, latè perſequitur*; eademq; & *Daniel Ma*» *riæ* filius in ſuâ *Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ* confirmat. Sed & » Hiſtoria S. Abdæ præceptoris ſui idē Achæus publicavit.

R. ACHAI GAON claruit in Academia Sorana Babyloniæ, A. 4510. (C. 750.) ob merita ſua dignus, qui Geonatus inſignibus ornaretur, qua tamen dignitate privatus fuit, ex odio *Æchmalotarchi* R. *Samuel* f. *Mori*, qui famulum ejus *Nithrouaum* ipſi prætulit. Hac itaque injuria perculſus, ex Babylonia in Terram Sanctam profectus eſt, ibique circa A. C. 761. obiit. Scripſit in Babylone

Sceeltòth i. e. *Quæſtiones* 470. ubi de ritibus & inſtitutis ceremonialibus omnibus in Lege obviis ſecundùm ſeriem Paraſcharum Pentateuchi exponitur. *Venet.* 306. C. 1546. fol. apud Dan. Bombergum, ex antiquo Cod. MS. apud R. *Eliam Chalpan* invento. Librum hunc, monet R. *Abrah.* ben *Dior*, à ſequentium ſeculorum hominibus diligenter examinatum & ab omni errore immunem deprehenſum eſſe.

* *Bartolocc.* Tom. I. n. 180. & Cl. *Wolfius* Tom. I. n. 210.

ACHAIÆ Presbyteri & Diaconi qui martyrio S. *Andreæ* Apoſtoli interfuerunt anno 59. *Epiſtolam de ejus Paſſione* ſcripſiſſe dicuntur. Exſtat Lat. apud *Lipomannum* &

num & *Surium* ad 30. Novembris. Quæ utut antiqua, & pro legitimâ a *Bellarmino* (*a*) *Poſſevino*, *Labbeo*, &c. defendi ſoleat; nihilominus a longe majori eruditorum parte tanquam ſpuria rejicitur, quin & olim à S. *Philaſtrio* Brixienſi, ab *Innocentio* I. & *Gelaſio* Papis, in Apocryphorum cenſum detruſa eſt. Certe *Baronius* non uno loco damnare videtur: viz. anno 44. *Sect.* 42. 43. anno 69. *Sect.* 34. neque ipſi *Bellarminus* & *Labbeus*, etſi defendant, certò tamen genuinam eſſe pronunciare audent. Hanc licèt ab omnibus rejectam recoxit & tanquam Acta genuina, & ſincera propugnavit *Nat. Alexander* Hiſtor. Eccleſ. Sec. I. *Cap.* 10. *Art.* 8. Verum res ei infeliciter cedit. Palmarium, quo utitur, argumentum à Patrum Autoritate ducitur; nullos verò profert teſtes ſæculo octavo, eoque exeunte, vetuſtiores: *Etherium* Uxamenſem anno 789. *Remigium* Antiſſiodorenſem anno 880. *Petrum* Damianum anno 1057. *Lanfrancum* Cantuarienſem anno 1070. S. *Bernardum* anno 1215. *Ivonem* Carnutenſem anno 1092. quaſi verò ii omnes de re pluſquam ſeptingentis, vel mille ante ſe natos annis geſta, ſententiam dicere queant. Sed in officio S. *Andeæ*, ut cum *Bellarmino* & *Natali* pergam (inquit Cl. *Cave*) Eccleſia hæc Acta legit. Quaſi verò in Breviario Romano, etiam maximè correcto, nulla ſcripta Apocrypha & ſpuria uſurparentur. Extitiſſe olim *Philaſtrii* tempore *Andeæ* Acta, ſed à Manichæis fœd corrupta, non negatur; verùm ab hodiernis planè aliena. Certè quæ hodie extant, ab aliquo mediæ ætatis Monacho conficta videntur. Sunt quidem in ipſis Actis quæ Apoſtolicorum temporum Scriptori minimè conveniunt: Ipſa inſcriptionis forma nova planè ſit, & ſingularis, *ab univerſis Eccleſiis quæ ſunt in Oriente, & Occidente, & Meridiano, & Septentrione*: cujus ſimile exemplum haud alibi reperies. Ut alia mittam, quis credet Apoſtolicæ ſimplicitatis virum in oratione quam ad Pro-conſulem habuit, tot comptas & concinnas Antitheſes de ligno prævaricationis, & de ligno Paſſionis, de terrâ immaculatâ unde factus primus homo, & de virgine immaculatâ quâ natus eſt Chriſtus perfectus homo, aliiſque huc ſpectantibus habuiſſe; vel tam elegantia & planè inepta ad crucem ſuam verba feciſſe? Quis credet immenſam penè totius Provinciæ multitudinem ad occidendum *Ægeam*, & *Andream* Apoſtolum, fractis carceris januis, liberandum, Patras veniſſe? Quis credet mitiſſimum Apoſtolum, *Ægeam* Proconſulem pro Tribunali ſedentem, *filium mortis*, & *ſtipulam æternis paratum incendiis* vocaſſe; eique palam impudentiam objeciſſe? Ut de modo alligandi ad crucem, deque carnificibus, qui jubente *Ægeâ*, manus ad crucem, ut inde Apoſtolum ſolverent, miſerunt, fruſtra tentantibus, ſtupentibus eorum brachiis quotieſcunque extenderentur, nil dicatur. Denique quis non mirabitur in Præfatione tam accuratam & ſubtilem SS. Trinitatis explicationem adhiberi? Et de proceſſione Spiritûs Sancti tam perſpicuè agi? Quæ non niſi ſequioribus Eccleſiæ ſæculis agitari cœperunt. *Baronius* (*b*) quidem hanc de Spiritu Sancto clauſulam in antiquis MSS. haberi negat. At quis novit, inquit Cl. *du Pin* (*c*) an in nonnullis non fuerint deleta potius hæc vocabula, quàm in cæteris addita? Subditque pro candore quo pollet eximio, hanc Paſſionem, ſaltem ut ſcriptum dubium reſpici debere; quod, autore *Hieronymo*, nulli probando fidei dogmati inſervire poteſt. Uno verbo: Tota horum Actorum compages ineptum monachorum ingenium & zelum manifeſto ſapit. *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 17.

(*a*) *de Script. Eccleſ.* p. 51. (*b*) *ad Martyr. Rom.* Novemb. 30. (*c*) *Biblioth. Nov.* T. I. p. 29. Edit. Lat.

ACHARDUS ſive ARCHARDUS Abrincenſis Epiſcopus, gente Anglus, *Beidlingtonenſis* juxta Cl. *Voſſium* (*a*) *Northumbrenſis* juxta *Caſ. Egaſſ. du Boulay* (*b*) at juxta *Sammarthanos* fratres (*c*) *Normannus*, patriâ *Domfrontenſis*, Sec. XII. clarus, ex eo Anglus putatur, inquit *Morerius* (*d*) quòd Neuſtria tunc temporis Anglis ſubdita eſſet: Hic vir, ait *Caſim. Oudin* (*e*) vitæ integritate & eruditione multiplici mirificè florens, in humanioribus literis adoleſcentiam, in Philoſophia juventutem, in Theologia maturiorem ætatem ita collocavit, ut in ſingulis ſingulares fecerit progreſſus. Canonicus regularis ordinis S. *Auguſtini*, & S. *Victoris* Pariſienſis ſecundus Abbas extitit; *Gilduino* A. 1155. demortuo ſuccedens. Anno verò 1162. mortuo *Herberto*, Eccleſiæ Abrincenſis Præſul factus eſt. Multi apud *Henricum* II. Angliæ Regem in gratiâ fuit: ſiquidem *Alienoram* ipſius filiam, *Alphonſi* IX. Caſtellæ Regis poſtea uxorem in Baptiſmate ſuſcepit: denique 29. Martii 1171. mortuus, in Eccleſia Luzernenſi Abrincenſis Diœceſis ſepultus eſt, ubi hoc epitaphium legitur:

Hic jacet Achardus Epiſcopus, cujus charitate ditata eſt paupertas noſtra:

Sequentem etiam inſcriptionem habet Cod. MS. S. Victoris:

Hujus oliva domus Anglorum gloria cleri,
Jampridem dignus cœleſti luce foveri,
Felix Achardus florens ætate ſenili,
Præſul Abrincenſis, ex hoc ſignatur ovili.

S C R I P T A:

1. *De Tentatione Chriſti in deſerto*, MS. in Bibl. S. Vict. Pariſ. Lit. SS. 19. fol. 162. quod incipit, *Ductus eſt Jeſus in deſertum, ut tentaretur à Diabolo*, &c.

2. *De diviſione animæ & ſpiritus*, MS. ibid. Lit. LL. 7. & H. 15. incipiens, *Subſtantia interior quæ unà cum corpore conſtituit hominem* &c. MS. etiam habetur in Univerſit. Cantabrig. Cod. 1558. in Bibl. Collegii S. Bened. Cod. 291. n. 9.

3. *De S. Trinitate*; quod ubi extet non docet *Morerius*.

Huic etiam tribuunt quidam *Vitam S. Geſelini*, quam *Achardo* de quo mox adſcribunt alii.

ACHARDUS, Philoſophus inſignis, Theologus illuſtris, Monachus Ciſtercienſis, & ſub S. *Bernardo* Novitiorum in Cœnobio Claravallenſi director; quod munus ejuſdem juſſu in aliis hujuſce Ordinis Monaſteriis obiit. claruit an. 1140. Scripſit

1. *Vitam S. Geſelini Eremitæ*, quam in lucem protulit *Arnoldus Raiſius* Duaci 1626. in 12. typis Petri Auroy.

2. *Conciones* etiam aliquot breviores *ad Novitios ſuos* ſcripſiſſe dicitur; quæ an alicubi extent, non liquet.

* *Cave* Hiſt. Liter. p. 579. *Du Cange* in Indice Autorum præmiſſo *Gloſſ. Latinit.* Hallervord. *Spicil. de Hiſt. Lat.* p. 7. poſt alios. *Du Pin* Bibl. Eccl. *Tom. IX.* p. 196.

(*a*) *de Hiſt. Lat.* Lib. II. p. 421. (*b*) Sec. IV. *Univerſ. Pariſ.* in Catal p. 715. (*c*) *Gall. Chriſt.* Tom. IV. p. 925 (*d*) *Dict. Hiſt.* p. 64. (*e*) *de Script. Eccleſ.* Tom. II. p. 1298.

ACHATIUS (*Iſaël*) Vid. BUCERUS (*Mart.*)

ACHATIUS (*Olaus*) gente Suecus, patria Salemontanus, clarus Sec. XVII.

D. Johannis Gerhardi Theologiam practicam vertit in ſermonem popularem, & excudi fecit Aroſiæ per Ol. Olai Anno 1624. impenſis Achatii Olai Paſtoris in *Sala* in 12.

* *Schefferi* Suec. Litt. *p.* 132.

ACHAVEUS (*Thomas de*) vid. de CHAVES.

ACHELN (*Tiburt. von*) Germanus, vernaculè ſcripſit Sec. XVII. opus de *Pædo-Baptiſmo*, cui tit. ex *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. II.* p. 288.

Troſt-Schrifft an alle Chriſtliche adeliche und ander Stande Frauens-Perſonen, die biſweilen in groſſen ſorgen ſtehen, wen ſie ihre liebe Kinder verlohren ehe ſie haben Konnen getaufft werden. Amberg. 1615. 4.

ACHELNOTUS ex Cantuarienſis Eccleſiæ Decano, Archiepiſcopus, (*a*) genere quidem Anglus, *Livinge* primati mortuo in eadem ſede ſucceſſit: qui dum ex more Romam adiret, ut ſumpto metropoli. ſive pallio, in Pontificis juraret fidem apud Papiam Inſubrium urbem,

urbem, S. *Auguſtini* brachium, (*b*) uno auri talento & centum argenti comparavit, atque ad *Leofricum* Ceſtriæ Conſulem, Coventriæque Comitem miſit. Fuit noſter *Canuto* Anglorum Regi adeo charus, ut ejus operâ & ingeniô, *Polydoro* teſte, in rebus agendis ſit maxime uſus.

Edidit autem

1. *De Diva Maria laudibus* Lib. 1.
2. *Ad Leofricum de S. Auguſtino* Lib. 1.
3. *Epiſtolarum ad diverſos* Lib. 1.

Feruntur & alia. In libro de Mariæ laudibus, *Fulbertum* Epiſc. Carnotenſem, ejus virginis in ægritudine quadam ſuxiſſe mammillas narrat. Obiit autem d. 26. Nov. A. C. 1038. *Haraldo* I. regnante.

* *Baleus* Cent. II. p. 152.

(*a*) *Monachum Benedictinum* extitiſſe quidam volunt. *Vid* Diction. *Morer.*

(*b*) Hic notandum quod ibi ſem legitur, Hipponenſis Epiſcopi corpus integrum non ita pridem, ut fertur, repoſuiſſe S. P. *Benedictum* XIII. p. m.

ACHERY (*Lucas d'*) Benedictinus è Congregatione S. Mauri, gente *Gallus*, provinciâ *Picardus*, Quintinopoli *Auguſtâ Veromanduorum* natus eſt anno 1609. Juvenis admodùm, Monaſticam vitam amplexus (*a*) ſeculum non corpore tantùm, ſed & animo penitus deſeruit, Profeſſioniſque ſuæ ac pietatis officiis totum ſe dedit. Verùm cùm ei ſe Congregationi adjunxiſſet, quæ Literarum laude celeberrima eſt, optimorum quorumcumque Librorum lectioni, ac Manuſcriptorum præſertim indagationi reliquum temporis impendebat. Ab oratione ad Literas, à Literis ad orationem nullis induciis tranſibat. Brevi itaque tum in pietate, tum in ſcientiis profecit, & apud Religioſos ob virtutem, æque ac doctos ob eruditionem, magno in pretio fuit. Inter illos multi & quidem pietate inſignes eo duce in ſpiritualibus uſi ſunt; & Docti familiaritatem ejus ambire, & conſilia exquirere inhoneſtum ſibi non putaverunt. Aliis ad ſanctificationem opi erat aliis ad eruditionem, ad quam non parum conferebant tum Viri docti monita, tum MS. Codices benignius ipſis commodati. Bibliothecæ *San-Germanæ*, cui præerat, volumina ordinavit, in Catalogum redegit, eamque recentioribus Libris magnâ curâ collectis plurimum auxit. Multus illi erat uſus cum reliquis ejuſdem Ordinis Monaſteriis, unde monumenta nova atque eximia, quæ in publicum proferret, plerumque eruebat. Solitariam vitam egit, longè ab hominum frequentiâ, colloquiis vanis, & conſuetudinibus: parciùs ac modeſtè loquens. Tandem labore, infirmitatibus ac ſenio confectus, diem ſupremum obiit *Pariſiis* in Cœnobio *San-Germano Pratenſi*, 29. Aprilis 1685. ætatis anno 76. (*b*) * *El Du Pin* Bibl. Nov. *Secul. XVII. p.* 144. Laudatur etiam ab *Adr. Baillet* Tom. II. *Judic. Erudit.* p. 476.

S c r i p t a:

1 *S. Barnabæ Epiſtola Græcè & Latinè, Hugonis Menardi Notis illuſtrata.* Pariſ. 1645. Hujus Epiſtolæ Verſionem *Menardus* ejuſdem Congregationis Monachus, deſcripſerat ex MS. quodam millenario Codice *Corbienſi*, eique id quod ſupererat Græci Textûs à *Sirmundo* collati adjunxerat. Verum, cum nondum prodiiſſet in lucẽ, mortuo ſcilicet *Menardo* antequam eam typis mandaſſet, Græcè & Latinè edi curavit *L. d'Achery* cum notis *Menardi.*

2. *Lanfranci Cantuarienſis Epiſcopi Opera*, Pariſ. apud Billaine 1648. folio. Hęc antea inedita collegit, digeſſit & propriâ manu exarata notis illuſtravit *L. d'Achery*, quibus etiam nonnulla ſubjecit monumenta non exigui momenti: *Chronicon* ſcilicet *Beccenſe*: *B. Helluini* & quatuor priorum Beccenſium Abbatum, *S.* item *Auguſtini* Anglorum Apoſtoli *Vitam*: duos *de Euchariſtiâ* tractatus *Hugonis* Lingolnenſis Epiſc. & *Durandi* Abbatis Troarnenſis, adverſus *Berengarium*. B. *Lanfranci* Comment. *in Epiſtolas Pauli* primùm edidit *Dacherius* ex MS. Abbatiæ S. Melanii (*Melaine*) Rhedonenſis. Nova hæc editio præterea B. *Lanfranci* Statutis pro ordine S. *Benedicti* ditata eſt, ejus item in aliquot *Caſſiani* Conferentias annotationibus, orationis compendio quam in Londinenſi Concilio A. 1072. de primatu Cantuarienſis Eccleſiæ habuit, tractatu quodam *de Euchariſtia* adverſus *Berengarium*, ac alio denique *de ſecreto confeſſionis* (*c*)

3. *Indiculus Aſceticorum qua inter Patrum Opera reperiuntur ab Aſceta Benedictino digeſtus.* (ſub quo nomine *d'Achery* latet.) Pariſ. apud Lud. Billaine, 1648. & 1671. 4. quæ editio priori multò amplior. Hoc in opere uniuſcujuſque libri pretium ac utilitatem oſtendit, varias perſonarum ſpecies quibus proprii ſunt varii, quorum lecturam ſuadet, libri, in margine deſignans (*d*)

4. *Venerab. Guiberti, Abbatis de Novigento, Opera omnia, cum Appendice, Additamentis variorum Opuſculorum, Notis & obſervationibus D. Lucæ d'Achery.* Pariſ. apud *Billaine* 1651. fol.

5. *Regula Solitariorum*, ſive *Exercitia quibus ad pietatem & ad Eccleſiaſtica munia Candidatos inſtituebat Sec. circiter IX.* Grimlaicus *Sacerdos*; edita à *D. Luc. d'Achery*, cum notis & obſervationibus, quibus quæ in his Authoris obſcura occurrunt, elucidantur. *Pariſ.* typis Edm. Martini, 1653. in 12.

6. *Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, in Seculorum Claſſes diſtributa*, collecta à D. *Luc. d'Achery* & edita à D. *Joh. Mabillonio*, qui Notas & Obſervationes adjecit.

Sec. I. à Chriſto VI. prodiit *Pariſ.* apud Billaine, 1668. fol.

Sec. II. à Chriſto VII. *Pariſ.* apud Saureux, 1669. fol.

Sec. III. à Chriſto VIII. *Pariſ.* apud Billaine, 1672. fol. 2. voll.

Sec. IV. à Chriſto IX. *ibid.* 1677. 1680. fol. 2. voll. (*e*)

Sec. V. à Chriſto X. *ibid.* apud Martin. 1685. fol. (*f*)

Sec. VI. à Chriſto XI. *ibid.* apud Car. Robuſtel, 1701. fol. 2. voll. (*g*)

De his plura ſub tit. MABILLON.

7. *Veterum aliquot Scriptorum qui in Gallia Bibliothecis delituerant, maximè Benedictinorum, Spicilegium* XIII. voll. in 4. quorum Tomus IIIus apud *Dion. Bechet* A. 1659. X. & XI. apud Vid. *Car. Saureux*, A. 1671. & 1672. XII. apud *Guil. Deſprez* A. 1675. XIII. apud Vid. *Martini* A. 1677. cæteri verò apud *Car. Saureux* ab A. 1655. ad 1669. prodierunt. (*h*) Præfixæ ſunt ſingulis Voluminibus Præfationes eximiæ de Monumentis quæ in Opere continentur, & ad calcem ultimi ſubjuncti ſunt totius Operis Indices tres generales, I. *Tractatuum*, II. *Rerum*, III. *Monumentorum*, ordine Chronologico digeſtus. Opus argumentorum momento, numero ac varietate præſtantiſſimum; de quo vid. *Ephem. Erud. Gall.* 1665. p. 47. 1667. p. 48. 615. 1668. p. 901. & *Ephem.* XII. an. 1675. p. 157. *Ephem.* XIII. *Erud. Ital.* an. 1676. *Ephem.* VII. *Erud. Gall.* an. 1678. p. 73. *Ephem.* XVIII. *Erud. Ital.* an. 1677.

(*a*) A. 1632. d. Oct. 4. *in Abbatia S. Trinit. Vindocinenſis* (de Vendôme.) *Vid.* Dn. le Cerf *Biblioth. Auth. Congreg. S. Mauri* p. 4. (*b*) Obiiſſe eum A. 1685. d. 26. Apr. ætat. 78. dicit Dn. *le Cerf* l. c. at in erratis hujuſce libri in *Bibl. Gallic.* (Biblioth. Franc.) *Tom XI p.* 89. annus notatur 76. [*c*] *le Cerf* p. 2. [*d*] *ibid.* Vid. & *Colomeſii* Biblioth. ſelect. p. 168. [*e*] *Diar. Erudit.* A. 1680. p. 152. [*f*] *ibid.* A. 1685. p. 506. [*g*] *ibid.* A. 1702. p. 26. & 52. [*h*] Dn. le *Cerf* l. c. p. 4.

Hunc autem titulum præfert Editio poſterior *Spicilegii*. *Spicilegium ſive Collectio Veterum aliquot Scriptorum qui in Gallia Bibliothecis delituerant: olim editum operâ ac ſtudio* D. Lucæ d'Achery, *&c. Nova Editio priori accuratior, & infinitis propè mendis ad fidem MSS. Codd. quorum varias lectiones V. C.* Steph. Baluze, *ac R. P. D.* Edm. Martene *collegerunt, expurgata, per* Lud. Franc. Joſ. de la Barre, *Tornacenſem.* Pariſiis, apud Montalant, 1723. in fol. 3. voll.

Licèt operum plerorumque hic collectorum ſingularis apud nos ſuo loco fiat mentio, attamen ut clarius innoteſcat tanti pretii opus, monumentorum in eo contentorum indicem ordine alphabetico ſubjungemus.

Abbatis

Digitized by Google

A *Abbatis* Evershamenſis *Epiſtola ad Geraldum Epiſc. Tornacenſem.*

Abbonis, Monachi S. Germ. à Pratis *Sermones V. ſeletti.*

Adelardi Abbatis, *Statuta antiqua Corbeiæ.*

Adela Viromandenſis Comitiſſa *Præbendam S. Quintini confert Canonicis Regg. Belvacenſibus.*

Adelais Marchioniſſa, *Ne quis monetam Viennenſem adulteret, vetat.*

Ado Archiepiſcopus Viennenſis *Eccleſiam Velneuſem confirmat Eccleſia Sancti Eugendi Jurenſis.*

Adrevaldi *Opuſculum de Corpore & Sanguine Domini, contrà Joannem Scotum.*

Ægidii Archiepiſcopi Rotomagenſis, *Epiſtola ad Ludovicum X. Francorum Regem.*

Æneæ Pariſienſis Epiſcopi *Liber adverſus Græcos.*

Æneæ Sylvii, poſtea *Pii Papæ II. Epiſtola de fornicatione, ad Hippolytum Mediolanenſem.*

Affiligemienſis Monaſterii *Hiſtoria.*

Ahytonis Epiſcopi Baſileenſis *Capitulare.*

Ainardus de Bainaco *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

M.CLIV. *Albienſe* Concilium, *præſidente Zoeno Epiſcopo Avenionenſi A.S. Legato.*

Albigenſium Epiſcoporum *Chronicon.*

Albini Alcuini *Epiſtolæ duæ ad Galliculinlam.*

Epiſtola ad Fridugiſum.

Præfatio ad Arnonem Epiſcopum Saltzburgenſem in expoſitionem Pſalmorum quos Pœnitentiales & Graduales vocant, ac Pſalmi 118.

Aldefonſus Hiſpaniæ Imperator *Cluniacenſi Monaſterio donat Abbatiam SS. Facundi & Primitivi.*

Aldricus Archiepiſcopus Senonenſis, *Abbatiam S. Remigii Senonenſis ad Varellas transferri in Concilio permittit.*

Alexandri Papæ III. *Epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Remenſem, ac ſuffraganeos ejus.*

Alexandri Papæ IV. *Epiſtola IV. ad Ludovicum IX. Francorum Regem.*

Epiſtolæ duæ ad Prælatos Franciæ.

Alphonſi Hiſpaniarum Regis *Epiſtola ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.*

Alphonſus Pictavenſis Comes *Libertates & conſuetudines villæ Ricomago concedit.*

Alphonſus Aragonum Rex *Monaſterium Fratrum Minorum in Inſula Majorica fundat.*

Alienoris Anglorum Reginæ *Epiſtola ad Alexandrum Papam III.*

Ad Hyacinthum Cardinalem.

Amalarii Epiſcopi *Epiſtola.*

I. *ad Hieremiam Archiepiſcopum Senonenſem.*

II. *ad Jonam Epiſc. Aurelianenſem.*

III. *ad Rantgarium Epiſcopum Noviomenſem.*

IV. *ad Hettonem Monachum.*

V. *ad Guntardum.*

VI. *De obſervatione quadrageſima.*

Amalricus Miles *Majori-Monaſterio Senicurtem donat.*

Ambianenſis Noſocomii *Statuta,*

Ab Innocentio Papa III. confirmantur.

Amedei, dicti *Felicis Papa V. Literæ, quibus declarat ſe, tametſi Papatui renuntiat, ea quæ ſui Pontificatûs tempore acta ſunt, rata eſſe velle.*

Ejuſdem *Literæ, quibus abrogat cenſuras omnes ratione ſchiſmatis latas.*

Ejuſdem *Literæ, quibus electiones, privilegia, & cætera id genus à ſe collata, valitura decernit.*

Amicus (Geraldus) *à Venerando Epiſcopo Cavellicenſi monitus, nonnulla Monaſterio S. Andreæ reſtituit.*

Anaſtaſii Papæ *Epiſtola ad Chlodoveum I. Fr. Regem.*

Andegavenſium Eccleſiarum *S. Nicolai & S. Laudi confraternitas.*

Andreæ Hungariæ Regis *Epiſtola ad Gregorium Papam IX.*

Andreæ de Lucemburgo Epiſcopi Cameracenſis *Teſtamentum.*

S. *Andreæ* Viennenſis *Monachorum Conſtitutio, quâ ſibi furtum utenſilium interdicunt.*

Andrenſis Monaſterii *Hiſtoria.*

Anduſia, (Bertrandi de) & *Guillelmi* Montiſpeſſulani Domini *Pactum, pro ineundo matrimonio filii & filiæ ipſorum.*

Angilguini ac *Rimuldis* ejus conjugis *Donationes Eccleſiæ Ambianenſi factæ.*

Angilmarus Archiepiſcopus Viennenſis, *Mauringo facultatem condendæ Eccleſiæ tribuit.*

Angliæ *Statuta antiqua, in quibus totius Regni comitia ordinantur.*

Anſelmi Havelbergenſis Epiſcopi *Libri tres: I. de variis Chriſtianæ religionis formis: alii duo Diſputationum adverſus Græcos.*

Anſelmi di Ribodimonte *Epiſtola ad Manaſſem Archiepiſcopum Remenſem.*

S. *Anſelmi* Archiepiſcopi Cantuarienſis *Tractatus Aſceticus.*

Epiſtola I. *Ad Lanfrancum Archiepiſcopum Cantuarienſem.*

II. *ad Richardum Monachum Beccenſem.*

III. *ad Robertum, Seyt, & Edit.*

IV. *ad Hugonem Monachum.*

V. *ad Wilhelmum amicum.*

VI. *ad Herbertum Epiſcopum Thioferdrenſem.*

VII. *ad Anſelmum nepotem.*

VIII. *ad Walterum Cardinalem, Apoſtolicum in Angliâ Legatum.*

IX. *ad Epiſcopos Hiberniæ.*

Aptenſis Monaſterii *S. Crucis inſtitutio.*

Araldus Epiſcopus Carnutenſis *Præbendam Eccleſiæ ſuæ confert Monachis Cluniacenſibus.*

Arbercus Miles, *ejus uxor & filius ſocietatem ineunt cum Monachis S. Andreæ Viennenſis, ut piorum operum ipſorum participes fiant.*

Arbricella (Robertus de) *Quæ à variis acceperat in Diœceſi Petragoricenſi, transfert in Geraldum de Salis.*

Archembaldi Eccleſiæ Aurelianenſis Subdecani *Epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Senonenſem.*

Archembaldi de Borbonio *Pactum initum cum Petro de Blot coram Henrico Anglorum Rege.*

Arkea villæ *Leges à Jacobo Abbate S. Bertini conceſſa.*

Arienſium in Arteſia *Conſuetudines*, dictæ *Amicitiæ Leges.*

Armanni de Omellaz, ac Sibyllæ *Pactum de futuro matrimonio.*

Arnaldus de Monte-incenſo *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

Arnaldi de Corbeiâ Cancellarii Regis Francorum *Oratio habita in Concilio, ut Obedientia Benedicto XIII. ſubtrahatur, donec ceſſioni conſentiat.*

Arnulfi Lexovienſis Epiſcopi *Sermo in Annuntiatione B. Mariæ.*

Epiſtola. I. *ad Alexandrum Papam II.*

II. *ad Albertum & Theodinum Cardinales, Sedis Apoſtolicæ Legatos.*

III. *ad Robertum Archiepiſcopum Rotomagenſem.*

IV. *Judicium in cauſa teſtamenti Hugonis de Pinu.*

V. *ad Henricum Anglorum Regem.*

VI. *ad Lucium Papam.*

VII. *ad S. Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem.*

VIII. *ad Alexandrum Papam II.*

IX. *ad Henricum Anglorum Regem.*

X. *ad Albertum & Theodinum Cardinales, Sedis Apoſtolicæ Legatos.*

XI. *ad Willelmum Epiſcopum Cenomanenſem.*

XII. & XIII. *ad Cæleſtinum Papam.*

Fragmentum Sermonis.

Tractatus in Gerardum Epiſcopum Engoliſmenſem.

Arnulfus de Monceaux *Matrimonium init cum Agnete.*

Artaudus de Roſſilione *Guillelmum filium ſuum emancipat, ac eidem Caſtrum novum donat.*

Eidem alia donat.

Digitized by Google

Aſſchaffemburgenſis Diætæ Concluſiones.

Atrebatenſis Synodus à Gerardo Cameracenſi ſimul & Atrebatenſi Epiſcopo celebrata.

Atrebatenſium Epiſtola ad Rainoldum Archiepiſcopum Remenſem.

Ad Urbanum Papam II.

Atrebatenſis Civitatis Jura & conſuetudines.

Attonis II. Epiſcopi Vercellenſis Opera, ſcilicet Capitulare.

Libellus de Preſſuris Eccleſiaſticis.

Epiſtola. I. ad Valdonem Epiſcopum.

II. III. IV. ad Fideles ſuæ Diœceſeos.

V. ad Azonem Epiſcopum.

VI. ad Ambroſium Presbyterum Mediolanenſem.

VII. ad Clericos Diœceſis Vercellenſis.

VIII. ad Eoſdem.

IX. ad Epiſcopos Italiæ.

S. Audoeni Archiepiſcopi Rotomagenſis, Vita S. Eligii Epiſcopi & Confeſſoris.

S. Audoëni Monaſterio Rotomagenſi traditur Abbatia BB. Martini & Wigani de Siggi.

MCCIX. Avenionenſe Concilium.

Avenionenſis Monaſterii S. Andreæ Statuta, ad inſtaurandam Monaſticam diſciplinam.

Avenionenſium Cœleſtinorum & Petri Comitis de Lucemburgo Tranſactio.

Avenis v. Balduini.

Aviti Viennenſis, aliorumque Epiſcoporum Collatio cum Arianis, coram Gundebaldo Burgundionum Rege.

Aurelianenſis Synodi anni circiter MXVII. Geſta.

Aurelianenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Canonici ſocietatem ineunt cum Monachis Cluniacenſibus.

MLXVIII. Auſcenſe Concilium, præſidente Hugone Cardinali.

Aymarus Archiepiſcopus Lugdunenſis, Jubet more antiquo Archiepiſcopum Lugdunenſem & Eduenſem Epiſcopum, alterum alterius ſedem vacantem tenere & adminiſtrare.

BAinaco (Ainardus de) Nonnulla donat Roberto de Arbricello.

Balda Virgo Eccleſiam S. Mariæ de Valle dotat.

Baldricus Epiſcopus Dolenſis Confirmat Monaſterio S. Florentii bona, quæ in ſua Diœceſi ſita ſunt.

Baldricus Noviomenſis Epiſcopus Lebunenſi Monaſterio confirmat, quæ eidem à Boſone Milite reſtituta ſunt.

Balduini de Avenis, Genealogiæ ex Chronicis Hannonienſibus collecta.

Banza (Raimundus de) & Aſtorga uxor ejus Nonnulla donant, ac filium offerunt Eccleſiæ Cadurcenſi.

Barnoini Archiepiſcopi Viennenſis Præceptum, quo multa confert, aut collata confirmat Eccleſiæ S. Teuderii.

Idem Ratberto facultatem tribuit reſtaurandi Eccleſiam S. Blandinæ.

Idem Teutberto Comiti Villam Mantulam, & alia prædia uſu fructuario poſſidenda donat.

Barro (Gaufridus de) Pauperibus Magiſtris in Theologica facultate ſtudentibus Pariſiis donat, quæ ſibi à Roberto de Serbona collata fuerant.

S. Bartholomæi Eccleſia in pago Altienſi fundatur.

Bartholomæi Epiſcopi Laudunenſis Judicium, quo terra de Cais Monachis Lebunenſibus aſſeritur.

Baſileenſis Concilii Epiſtola ad Monachos Cluniacenſes.

Ejuſdem Epiſtola ad Rodericum Comitem de Villandrando.

Idem Pecuniam mutuam accipit à Joanne Abbate Ciſtercienſi.

Ejuſdem Literæ, quibus Ordini Ciſtercienſi intimantur facta contra Eugenium Papam IV.

Beatricis Reginæ Siciliæ Teſtamentum.

Bedæ Martyrologium Heroicis verſibus ſcriptum.

Bellilocenſi Monaſterio Eccleſiam S. Saturnini debere attribui, duello probatur.

Bello-Ferte (Raterius de) Nonnulla donat Eccleſiæ Cadurcenſi.

Bellejoco (Humberti de) & Guichardi filii ejus ſtatuta, quibus libertates civium Bellævillæ aſſeruntur.

Bellojoco (Hugonis de) Epiſcopi Claromontani, Humberti Bellijoci Domini, & aliorum fratrum Pactum de ſe mutuo tuendis.

Bellojoco (Humbertus de) Elizabetham filiam, viduam Simonis de Luzi, Rainaudo de Foreſio nuptum dat.

Bellojoco (Ludovicus de) Confirmat libertates ac jura civium Tyſiacenſium à prædeceſſoribus ſtatuta.

Bellojoco (Margareta de) Renunciat omnibus bonis Joannis de Cabillone Autiſſiodorenſis Comitis mariti ſui, nuper fato functi.

MCXIV. Belvacenſis Concilii Geſta.

Belvacenſis Cœnobii S. Quintini Fundatio, ac dedicatio.

Belvacenſis Cœnobii S. Quintini, & Monaſterii B. Joannis in Valle Carnotenſi, Aſſociatio.

Belvacenſis Noſocomii Regula.

Ejus Statutum quoddam confirmat Joannes Papa XXII.

Litera Joannis Epiſcopi Belvacenſis de juriſdictione Epiſcopali in idem Noſocomium.

Benedicti de Aurea Claſſis Francorum Regis Capitanei, Epiſtola ad Protectores S. Georgii.

Benedicti Papæ III. Confirmatio Privilegiorum Corbeiæ.

Benedicti Papæ XIII. Epiſtola ad Academiam Pariſienſem.

Altera ad eamdem.

Epiſtola ad Ducem Bituricenſem, continens alteram ad Carolum VI. Franc. Regem.

Epiſtola ad Carolum VI.

Bulla Contra Regem Francorum & alios à ſua Obedientia recedentes.

Altera Bulla in eoſdem.

Epiſtola ad Cardinales qui olim Obedientiæ ſuæ fuerant.

Benedictinorum Abbatum in Provincia Narbonenſi Decreta, ad reſtaurandam diſciplinam Regularem.

Berardi (Joannis) Chronicon Abbatiæ Caſaurienſis, ſive Piſcarienſis.

Bercarii Presbyteri, Hiſtoria Epiſcoporum Virdunenſium.

Berengarii Epiſtola ad Ricardum.

S. Bernardi Epiſtola ad Gauſridum Abbatem S. Medardi.

Ad Rainaldum Abbatem.

Ad Innocentium Papam II.

Bernardus de Minerbâ Nonnulla donat Monaſterio S. Pontii Tomeriorum.

Bernardus Traucapetus Nonnulla donat, ac filium offert Eccleſiæ Cadurcenſi.

Bernardi Atonis Vicecomitis Nemauſenſis Pactum cum Ildefonſo Aragonum Rege.

Bernardi Comitis Convenarum pactum matrimonii cum Maria filia Guillelmi Domini Montiſpeſſulani.

Bertoendi Epiſcopi Catalaunenſis Privilegium Monachis Dervenſibus datum.

Bertrandi de Anduſia, & Guillelmi Montiſpeſſulani domini Pactum, pro ineundo matrimonio filii & filiæ ipſorum.

Beſſarionis Cardinalis Epiſtola ad Ludovicum XI.

Beſuenſis Abbatiæ Chronicon.

Birontio (Guillelmus de) Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.

Blot (Petri de) & Archembaldi de Borbonio Pactum initum coram Henrico Anglorum Rege.

Bonacurſi Vita hæreticorum, ſive Deſcriptio hæreſium quas Cathari profitebantur, & earum confutatio.

S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini & Martyris Statuta quædam ſelecta.

Bonifacii Papæ VIII. Epiſtola ad Regem Majoricarum.

Bonifacii

Bonifacii Papæ IX. *Litero ad univerſos fideles.*
Bulla *ad Carolum VI. Regem Francorum.*
Altera Bulla *ad eundem.*
Epiſtola ad Conſilium Regis Francorum.
Altera *Epiſtola ad Francorum Regem.*
Borbonii (Joannis) Epiſcopi Aniacienſis , *Epiſtola ad Ludovicum XI.*
Berbonio (Archenbaldi de) *Pactum initum cum Petro de Blot coram Henrico Anglorum Rege.*
Borcardus Comes *Nonnulla donat Monaſterio S. Andrea Viennenſis.*
Broſſano (Simonis de) Cardinalis *vulgò* Mediolanenſis , *Declaratio in cauſa ſchiſmatis , dum in extremis ageret.*
Burgidolenſis Abbatiæ Monachorum *Epiſtola Encyclica, Vitam , & Opera Hervei continent.*

CAdurcenſes Canonici *Nonnulla donant Gausberto de Caſtronovo , eá lege ut ſilius Canonicum habitum apud ſe induat* &c.
Celeſtini Papæ II. *Epiſtola ad Monachos Cluniacenſes.*
Calliſti Papæ II. *Epiſtola ad Ludovicum VI. Regem Francorum.*
Ad Gaufridum Carnotenſem , *Joannem Aurelianenſem , & Stephanum Pariſienſem Epiſcopos.*
Idem *Confirmat remiſſionem Maraſcalia & Canaria in villa Tuſſiaco conceſſam Eccleſia Biſuntina.*
Calliſti Papæ III. *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*
Ejuſdem *Votum.*
Altera *Epiſtola ad Carolum VII.*
Tertia *ad eundem.*
Campofregoſo (Jani de) Januenſium Ducis *Epiſtola ad Carolum VII. Francorum Regem.*
Canonici *Qui Epiſcopis locum in ſuis Capitulis dare nolunt , arguuntur.*
Canonum *Antiqua Collectio facta in Hibernia. Ex ea tantum habentur Capitula ſelecta.*
Canonum Pœnitentialium *Collectio antiqua.*
Cardinalium *Qui Urbanum Papam VI. elegerant , Epiſtola ad Cardinales qui Avenione remanſerant.*
Cardinalium *qui ab Urbano Papa VI. deſciverant , Epiſtola ad Reges ac Principes.*
Eorundem *Epiſtola ad Academiam Pariſienſem.*
Idem *Quomodo Petrum de Luna , ſive Benedictum Papam XIII. elegerint.*
Eorumdem *Epiſtola ad Carolum VI. Regem Francorum.*
Eorumdem *Epiſtola ad Benedictum XIII. quibus eum ad Concilium Piſanum vocant.*
Eorumdem *Literæ ad univerſos Prælatos , quibus eos ad Concilium Piſanum convocant.*
Eorumdem *Epiſtola ad Benedictum XIII.*
Cardinalium Collegii Romani *Litera , quibus ſe in neutram partem inclinare declarant.*
Eorumdem *Litera ad Prælatos Obedientiæ ſuæ , quibus eos ad Concilium Piſanum convocant.*
Cardinalium utriuſque Collegii *Epiſtola ad Academiam Pariſienſem , aliam ejuſdem ad Carolum VI. Francorum Regem continens.*
Eorumdem *Epiſt. ad Carolum VII.*
Carlomanni Franc. Regis *Præceptum in gratiam Monaſterii S. Polycarpi in Diœceſi Narbonenſi.*
Præceptum , quo omnia quæ à prædeceſſoribus ſuis Eccleſia Aurelianenſi conceſſa ſunt , confirmat.
Caroli M. Regis Franc. & Imperatoris *Genealogia.*
Caroli Calvi *Præceptum , quo privilegia Corbeiæ collata confirmat.*
Præceptum , quo Monſaurem Eccleſiæ Lugdunenſi reſtituitur.
Præceptum , quo alia prædia eidem Eccleſiæ reſtituuntur.
Præceptum , quo Monaſterium S. Porciani Monachis Herenſibus confert.
Præceptum , quo approbat fundationem Monaſterii S. Andreæ , in Diœceſi Elnonenſi.
Fundatio Monaſterii S. Cornelii Compendienſis.

Caroli Regis Provinciæ *Præceptum , quo Villam Urbanam Eccleſiæ Lugdunenſi reſtituit.*
Præceptum , quo varia eidem Eccleſiæ confert.
Præceptum , quo Tornonem eidem Eccleſiæ reſtituit.
Præceptum quo Fiſiniacum eidem Eccleſiæ reſtituit.
Præceptum , quo Leviam eidem Eccleſiæ reſtituit.
Servi cujuſdam manumiſſio.
Caroli Simplicis *Præceptum , quo privilegia Corbeiæ collata confirmat.*
Præceptum in gratiam Mon. S. Aniani , in Diœceſi Narbonenſi.
Carolus Craſſus Imperator *Confirmat Præceptum Lotharii Imp. in gratiam Abbatiæ Grandis-Vallis.*
Caroli IV. Francorum Regis *Ordinatio pro expenſis Domus Reginæ.*
Idem *Jubet Reliquias Capellæ ſuæ Pariſienſis expenſis Domus Dei ad ſe deferri , ac eidem Domui Dei nonnulla donat.*
Idem *Ludovicum Caroli Comitis Valeſiæ patrui ſui filium ſeptennem emancipat.*
Ejuſdem *Epiſtola ad Jacobum Aragonum Regem.*
Carolus V. *Monaſterium Celeſtinorum Meduntæ fundat.*
Caroli VI. *Epiſtola ad Clementem Papam VII. aliam ad Bonifacium Papam IX. continens.*
Ejuſdem *Epiſtola duæ ad Collegium Cardinalium qui Avenione morabantur.*
Ejuſdem *Legatio ad Benedictum Papam XIII.*
Ejuſdem *Literæ , quibus quid ſubſtractionis tempore agendum ſit decernit.*
Ejuſdem *Epiſtola ad Cardinales Romæ morantes , poſt mortem Bonifacii Papæ IX.*
Ad Gregorium Papam XII.
Ad Regem Aragonum.
Caroli VII. *Epiſtola ad Fridericum Regem Romanorum.*
Fœdus cum aliquot Principibus Imperii.
Epiſtola ad Eugenium Papam IV. de fidelitatis juramento , quod ibi Prælati omnes præſtare debent.
Ad Cardinales.
Mandata data ſuis Legatis pro pace Eccleſiæ conciliandæ.
Epiſtola ad Nicolaum Papam V.
Ad Cardinalem Nicænum.
Ad Sigiſmundum Auſtriæ Ducem.
Ad Nicolaum Papam V.
Ad Ducem Clivenſem.
Ad Archiepiſcopum Colonienſem.
Ad Joannem Huniad.
Ad Dionyſium Cardinalem Strigonienſem , & aliquot Hungariæ Proceres.
Diploma commeatus Arnoldo Duci Romam eunti conceſſum.
Epiſtola ad Alfonſum Aragonum Regem.
Ad Fridericum Imperatorem.
Ad Nicolaum Papam V.
Ad Archiepiſcopum Moguntinum , Albertum &c.
Epiſtola duæ ad Calliſtum Papam III.
Epiſtola ad Ludovicum Delphinum.
Idem *Academiam Cadomenſem ab Eugenio Papa IV. erectam confirmat.*
Caroli VII. *Legatorum Oratio in Conventu Mantuano.*
Eorundem *Reſponſio ad Orationem Pii Papæ II.*
Caroli VIII. *Epiſtola ad Cameram Computorum.*
DXXV. Carthaginenſis Synodi *ſub Bonificacio Epiſcopo habita pars II.*
DXXXV. Carthaginenſis Synodi *ſub Reparato Epiſcopo habita fragmentum.*
Caſalus Benedicti Monachorum *Epiſtola Encyclica , vitam Andreæ Abbatis continens.*
Caſaurienſis Abbatiæ *Chronicon.*
Caſtellione (Philippus de) Epiſcopus Trecenſis , *Inſtituit Canonicos Regg. S. Quintini Belvacenſis in Eccleſia S. Georgii.*

Idem

Idem *Præbendam in Eccleſia Cathedrali, & Eccleſiam S. Mariæ confert Canonicis S. Georgii.*

Caſtrenſium Abbatum *Chronicon.*

Centulenſis Monaſterii *Sancti Richarii Chronicon.*

Chavanon (S. Petri de) *Vita & miracula.*

Chlodovei I. Francorum Regis, *Fundatio Abbatiæ Miciacenſis S. Maximini.*

Chriſtierni Daniæ Regis *Epiſtola ad Carolum VII. Francorum Regem.*

Chriſtophori Papæ, *Confirmatio privilegiorum Corbein.*

Chrodegangi Epiſcopi Metenſis *Regula Canonicorum.*

Ciſomienſis Monaſterii *Hiſtoria per chartas quaſdam ſelectas.*

Clarii primum Floriacenſis, deinde S. Petri Vivi Monachi, *Chronicon S. Petri Vivi Monaſterii Senonenſis.*

Clemangiis (Nicolai de) *Liber de ſtudio Theologico, ad Joannem de Pedemontio Baccalaureum.*

Clemens Papa IV. *Decernit Henricum III. Anglorum Regem, & filium ejus Edmundum Regni Siciliæ veros nunquam fuiſſe poſſeſſores.*

Idem ſuo & Apoſtolicæ Sedis nomine *Regnum Siciliæ Carolo Andegaviæ & Provinciæ Comiti confert.*

Idem *Confirmat privilegia à prædeceſſoribus ſuis Ludovico IX. Francorum Regi conceſſa.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Abbates S. Dionyſii in Francia & S. Germani à Pratis.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Jacobum Aragonum Regis filium.*

Clementis Papæ VI. *Epiſtola.*

I. *ad Joannam Francorum Reginam.*

II. *ad eandem.*

III. *ad Joannem Archiepiſcopum Rotomagenſem.*

IV. *Et reliquæ numero novem ſupra viginti, ad Joannem Regem Francorum, & Joannam Reginam, continentes varia privilegia Francorum Regibus conceſſa.*

Ejuſdem *Bulla contra adulteratores monetarum.*

Clemens Papa VII. *Regnum Adriæ inſtituit, ac donat Ludovico Duci Andegavenſi.*

Ejuſdem *Epiſtola duæ ad Uladiſlaum Polonum.*

Cluniacenſis Monaſterii *Antiquiores Conſuetudines collectæ à S. Udalrico Monacho Benedictino.*

Colonienſis Studii *Epiſtola ad Academiam Pariſienſem.*

MLXXXV. Compendienſe Concilium, *In quo Eccleſiam SS. Acei & Acheoli Canonicis confert Rorico Epiſcopus Ambianenſis.*

In eodem *Privilegia Eccleſiæ SS. Cornelii & Cypriani confirmantur à Philippo I. Francorum Rege.*

Concheſis Conventus *Epiſtola ad Raimundum Comitem Toloſanum.*

Condati in Diœceſi Sueſſionenſi *Conſuetudines.*

Condeto (Petri de) *Epiſtola.*

I. *ad Priorem Argentolii.*

II. *ad Theſaurarium S. Framboldi.*

III. *ad Matthæum Abbatem S. Dionyſii.*

IV. *ad Priorem Argentolii.*

Condomenſis olim Abbatiæ, nunc Epiſcopatus, *Hiſtoria.*

Conradus Burgundiæ Rex *Monaſterium Grandis-Vallis inſtaurat.*

Ejuſdem *Præceptum, quo varia donat Monaſterio S. Andreæ Viennenſis.*

Corbeiæ Veteris *Statuta antiqua, primitus ab Adalardo Abbate ſcripta.*

Corbeia (Arnaldi de) Cancellarii Regis Francorum *Oratio habita in Concilio, ut Obedientia Benedicto XIII. ſubtrahatur, donec ceſſioni conſentiat.*

Criſpiaci *Communiæ leges.*

D*Eodericus* Metenſis Epiſcopus *Plurima ſanctorum corpora in Italia reperit.*

Deſiderius Epiſcopus Morinenſis, *Confirmat fundationem Abbatiæ Monialium Ord. Ciſterc. in Blendeca prope S. Audomarum in Arteſia.*

S. Dionyſii *Chronicon breve ad Cyclos Paſchales.*

S. Dionyſii in Francia Monachi *Societatem ineunt cum Monachis S. Remigii Remenſis.*

Divionenſis Monaſterii S. Benigni *Chronicon.*

Dungali Recluſi *Epiſtola ad Carolum-Magnum.*

Durannus Epiſcopus Cabilonenſis *Litem dirimit inter Epiſcopum Lingonenſem, & Comitem Nivernenſem ac Forenſem de præbendis Tornodorenſibus.*

E*Bbonis* Archiepiſcopi Remenſis *Apologeticum.*

Ebrardus de Madelano *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

Eduardi Primogeniti Regis Anglorum *Litera procuratoria ad contrahendum matrimonium cum Alienora ſorore Regis Caſtellæ.*

Emmo & *Iſabella* uxor ejus *Monaſterio S. Andreæ Viennenſis non pauca donant, ob filii ſuſceptionem in Monachum.*

Ephibii Abbatis *Teſtamentum.*

Ermengardis Regina Burgundiæ *Eccleſiam S. Joannis donat Monaſterio S. Andreæ Viennenſis.*

Ermengardis filiæ Bernardi Vicecomitis Biterrenſis *Matrimonium cum Gauſredo de Roſſilione.*

Ernulſi Monachi Benedictini, poſtea Roffenſis Epiſcopi, *Epiſtola ad Walchelinum Epiſcopum Wentanum.*

Ad Lambertum.

Eugenii Papæ III. *Epiſtola ad Clerum & populum Tornacenſem.*

Ad Ludovicum VII. Francorum Regem.

Eugenius Papa IV. *Academiam Cadomenſem erigit.*

Evrardus Epiſcopus Ambianenſis *perſonatus tres in Eccleſia Ambianenſi addit, & eorum reditus ac munia præſcribit.*

MLXXXI. Exoldunenſe Concilium, *Præſide Hugone Dienſi, A. S. Legato.*

Exucii (Grimaudi) & Guilielmæ *Pactum de matrimonio.*

F*Acundi* Hermianenſis Epiſcopi, *Epiſtola in defenſionem trium Capitulorum.*

S. Fauſtini Epiſcopi *Sermonis fragmentum.*

S. Felicis Tubzocenſis Epiſcopi & Martyris *Paſſio.*

Felicis Papæ V. *Vide* Amedei.

Ferdinandi Regis Siciliæ *Epiſtola ad Laurentium de Medicis.*

Ad Ludovicum XI. Regem Francorum.

Fernandi filii Alfonſi Regis Caſtellæ, & *Blancha* filiæ Ludovici IX. Francorum Regis, *Matrimonium per Procuratores.*

Ferrandi filii Jacobi Regis Majoricarum, *Matrimonium cum Iſabella filia Philippi d'Ibelin, Seneſcalli Cypri.*

Flori *Collectio Legum & Canonum.*

Fontanellenſis Monaſterii *S. Wandregeſili Chronicon.*

Fontanenſis Monaſterii B. Mariæ *Hiſtoria, à Peregrino Abbate ſcripta.*

Foſſliacenſium Canonicorum *Statutum, ad mores reformandos.*

Formoſi Papæ *Privilegium in gratiam Monaſterii S. Tenderii.*

Fortunati Presbyteri, *Vita S. Medardi Epiſcopi & Confeſſoris.*

Franciſcus de Tuderto, Cardinalis, Epiſcopus Florentinus, & Innocentii Papæ VI. Major Pœnitentiarius, *Petrum Ducem Borboneſii excommunicatum ob debita non ſoluta, poſt mortem abſolvit.*

Francorum Regum, *tam primæ, quàm ſecundæ ac tertiæ ſtirpis Genealogia.*

Frederici Archiepiſcopi Colonienſis *Epiſtola ad Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem.*

Friderici Imperatoris *Epiſtola ad Comitem Sueſſionenſem.*

Ad Nicolaum Epiſcopum Cameracenſem.

Friderici II. Imperatoris *Epiſtola ad Regem Bohemiæ.*

Friderici III. Imp. *Epiſtola ad Sabaudiæ Ducem.*

Ad Carolum VII. Francorum Regem.

Frollanti Epiſcopi Sylvanectenſis *Epiſtola ad Berengarium.*

Fulberti Epiſcopi Carnotenſis *Epiſtola de bonis Eccleſiarum,*

Digitized by Google

rum , & rebus ſacris.

Fulcuini Abbatis *Hiſtoria Abbatum Lobienſium.*

Furnenſis Monaſterii Beatæ Mariæ *Inſtitutio.*

Fulconis Comitis Andegavenſis , *Hiſtoria Andegavenſis fragmentum.*

G. A. Cluniacenſis Monachi *Epiſtola ad Petrum Priorem S. Joannis.*

Galcheri de Salinis *Matrimonium cum M. de Borbonio diſſolvitur.*

Galeacio Vicecomiti *Licentia datur matrimonium contrahendi cum Catharina filia Barnabovis Vicecomitis.*

Gallicanæ Eccleſiæ Prælatorum *quos Pariſios convocaverat Dux Bedfordiæ , ut ab Eccleſiaſticis viris eadem ſubſidia , quæ à laicis obtinuerat , reſponſio.*

Gallicanæ Eccleſiæ Prælatorum Biturigibus Congregatorum , *Epiſtola ad Francorum Regem , quâ petunt ſe à novo quodam ſubſidio liberari.*

Gaſto Bearnenſis Vicecomes *filiam ſuam Guillelmam Sancio Regis Caſtellæ filio nuptum dare ſpondet.*

Gaufridus Griſea-gunella *dictus*, Andegavenſis Comes, *Monachos in Eccleſia S. Albini conſtituit.*

Gaufridi de Roſſilione, & *Ermengardis* filiæ Bernardi Vicecomitis Biterrenſis *Matrimonium.*

Gaufridi Epiſcopi Catalaunenſis *Epiſtola ad Stephanum Epiſcopum Pariſienſem.*

Gaufridi de Meduana *Epiſtola ad Petrum Abbatem SS. Sergii & Bacchi.*

Gaufridus Epiſcopus Carnutenſis *eligendi Decani licentiam Canonicis concedit.*

Ejus *Epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Senonenſem.*

Ad Stephanum Epiſcopum Pariſienſem.

Altera ad eundem.

Gaufridus Epiſcopus Avenionenſis *litem inter Epiſcopum Cabellionenſem , ac Monachos S. Andreæ dirimit.*

Gaufridus de Barro *Pauperibus Magiſtris in Theologicâ facultate ſtudentibus Pariſiis donat , quæ ſibi à Roberto de Sorbona collata fuerant.*

Gaufridi Epiſcopi Ambianenſis *ordinationes pro Canonicis S. Matthæi de Foilliaco.*

Gausbertus *eligitur Epiſc. Cadurcenſis.*

Gelant (Nicolai) Epiſcopi Andegavenſis , *Statuta Synodalia.*

Gelaſii Papæ *Epiſtola ad Ruſticum Epiſcopum Lugdunenſem.*

Gellonenſe *Martyrologium* , ſive S. *Guilielmi de Deſerto.*

Gemblacenſium Abbatum *Geſta.*

Georgii Pogiebracii Bohemiæ Regis, *Epiſtola ad Matthiam Corvinum Hungariæ Regem.*

Geraldi de Gordonio , Cadurcenſis Epiſcopi , *Teſtamentum.*

Geraldi Epiſcopi Cadurcenſis *Epiſtola ad Fridericum Imperatorem.*

Geraldus Amicus à Bertrando Cavellicenſi monitus , *S. Andreæ Monaſterio nonnulla reſtituit.*

Gerardus Epiſcopus Noviomenſis *Approbat Noſocomii fundationem.*

Gervaſius *Eccleſiam S. Guingualoei dat Majori-Monaſterio , amotis inde Canonicis.*

Girardus Epiſcopus Eduenſis , & *Joannes* Miles *Eccleſiam S. Hilarii Sinimuri Trienenſis fundant.*

Giruinus & uxor ejus Conſtantia *Non pauca donant Monaſterio S. Andreæ Avenionenſi.*

Gladbacenſis Monaſterii S. Viti fundationis *Hiſtoria.*

Godefridus Epiſcopus Ambianenſis , *Confirmat quæ Lebunenſi Monaſterio donata ſunt à Roberto Flandrenſi Comite, & à Roberto Peronenſi.*

Idem *Confirmat quæ Lebunenſi Monaſterio ab Otberto Præpoſito donata ſunt.*

Godefridi (Joannis) Cardinalis Albienſis , *Epiſtola ad Ludovicum XI. Francorum Regem.*

Ejuſdem *Oratio de promotione Joannis Baluë ad Cardinalatum.*

Ejuſdem *Oratio ad Henricum Regem Caſtellæ.*

Golſcheri Monachi , *Hiſtoria Epiſcoporum Trevirenſium.*

Gordonio (Geraldi de) Cadurcenſis Epiſcopi , *Teſtamentum.*

Gornaco (Hugo de) *Fundat ac dotat Abbatiam Bellofontenſem Canonicorum Ordinis Præmonſtratenſis.*

Gregorii Papæ VI. *Litteræ ad univerſos fideles quibus eos ut indigenti Romanæ Eccleſiæ ſubveniant, hortatur.*

Gregorii Papæ VII. *Litteræ commendatitiæ data Berengario poſt Concilium Romanum.*

Gregorii IX. (*Acherio* VII. videtur) *Epiſtola ad Dominos Nigellæ & Bovæ.*

Gregorii Papæ IX. *Epiſtola* I. *ad Archiepiſcopum Remenſem , & Epiſcopum Atrebatenſem.*

II. *ad Petrum de Collemedio , Apoſtolicæ Sedis Legatum.*

III. *ad eundem.*

IV. & V. *ad Raimundum Comitem Toloſanum.*

VI. *ad Epiſcopum Tornacenſem.*

VII. *ad Ludovicum IX. Francorum Regem.*

VIII. *ad Reginam Francorum.*

IX. *ad Comitem Toloſanum.*

X. *ad Epiſcopum Tornacenſem.*

XI. *ad Comitem Toloſanum.*

XII. *ad Prælatos Provinciæ.*

XIII. *ad Comitem Toloſanum.*

XIV. *ad Ludovicum IX. Francorum Regem.*

Gregorii Papæ XI. *Epiſtola ad Guidonem de la Tremoille.*

Idem *Carolo V. & ſucceſſoribus ejus concedit, ut Capellam Montis Calvariæ Hieroſolymis conferre poſſint.*

Idem *Carolo V. ac Joannæ Reginæ concedit , ut ova, lac , butyrum , & caſeum in Quadrageſima poſſint comedere.*

Ejus *Teſtamentum.*

Gregorius Cardinalis Presbyter & *Pontius* Abbas Cluniacenſis , *Litem inter Epiſcopum Baſileenſem , ac Monachos S. Blaſii dirimunt.*

Grimaldi Exucii & *Guillelmæ Pactum de matrimonio.*

Grollaye de Villiers (Joannis de la) Epiſcopi Lombarienſis , *Epiſtola ad Ludovicum XI. Regem Francorum.*

Gualterus Epiſcopus Lingonenſis *Carthuſiam Luvinjacenſem fundat.*

Gualteri Abbatis S. Martini Laudunenſis *Epiſtola ad Gerardum Epiſcopum Tornacenſem.*

Gualteri de Maurienania Epiſcopi Laudunenſis *Epiſtola,*

I. *ad Guillelmum Monachum.*

II. *Ad univerſos fideles.*

III. *Ad Magiſtrum Theodericum.*

IV. *ad Magiſtrum Albericum.*

V. *ad Petrum Abaelardum.*

Gueregiaci (Guidonis) *Teſtamentum.*

Guerila (Humb.) *Teſtamentum.*

Guifredi Comitis Cerritanenſis *Teſtamentum.*

Guigonis Comitis Forenſis , *Concordia cum Clericis Eccleſiæ Lugdunenſis.*

Guillelmus Burgundiæ Dux *Nonnulla donat Monaſterio Viennenſi S. Andreæ.*

Guillelmus Aquitaniæ Dux *Decernit , ut menſæ Canonicorum Brivatenſium ablata reſtituantur.*

Guillelmus Aquitaniæ Dux *Monaſterium S. Mariæ in ſuburbio Pictavenſi fundat in uſum Monachorum Cluniacenſium.*

Idem *Monetam de Niort donat Monaſterio Cluniacenſi.*

Guillelmi Domini Monteſpeſſulani , ac *Bertrandi* de Anduſia *Pactum , pro matrimonio filii .... filiæ ipſorum.*

Guillelmi Domini Montiſpeſſulani *Teſtamentum.*

Guillelmi Montiſpeſſulani *Domini propter nuptias, facta Mathildi ſorori Ducis Burgundiæ.*

Guillelmi Domini Montiſpeſſulani *Jusjurandum præſtitum Joanni Epiſcopo Magalonenſi.*

Guillelmi

Guillelmus Montiſpeſſulani Dominus, *Matrimonium contrahit cum Agnete.*

Guillelmi Montiſpeſſulani *Pactum de futuro matrimonio filii ſui cum Tiburgâ filiâ Raimundi Atonis.*

Ejuſdem *Sacramentum fidelitatis, factum Raimundo Comiti Toloſano.*

Guillelmi Montiſpeſſulani Domini *Teſtamentum.*

Guillelmi de Nangis, Monachi S. Dionyſii in Francia *Chronicon.*

Guillelmi Comitis Toloſani, & *Guillelmi* Comitis Barcinonenſis *Concordia pro caſtro de Laurago.*

Guillelmi Comitis Forcalquerii, & *Margareta* ejus uxoris *Epiſtola ad Blancham Trecenſem Comitiſſam.*

Guillelmus Epiſcopus Petragoricenſis, *Roberto de Arbricellis locum, qui in Sylva Cadnni dicitur Salvitas, donat.*

Idem *varia dona Roberto de Arbricellis collata confirmat.*

Guillelmus Epiſcopus Noviomenſis, *In Noſocomio ejus urbis Presbyteros ſex degere jubet.*

Guillelmus Archiepiſcopus Rotomagenſis, *Dominium Regis in Normanniâ ab interdicto liberat.*

Ejuſdem, ac cæterorum Normanniæ Prælatorum *Epiſtola ad Philippum IV. R. F. de Jure patronatus.*

Guillelmi Majoris, ſive *le Maire*, Epiſcopi Andegavenſis, *Geſta ab ipſomet ſcripta.*

Guillelmi Majoris, Epiſcopi Andegavenſis, *Statuta Synodalia.*

Guillelmus Abbas S. Eparchii, *Quid de bonis Monaſterio ſuo à Guillelmo Sudra & uxore ejus Ermengardâ collatis faciendum ſit praſcribit.*

Guillelmus Præpoſitus Cadurcenſis *Juſjurandum præſtat, ſe perſonas, jura, ac libertates Eccleſia Cadurcenſis defenſurum.*

Guillelmi Abbatis, *Chronicon Andrenſis Monaſterii.*

Guillelmus Vicecomes S. Cyrici *Nonnulla donat Eccleſia Cadurcenſi.*

Guillelmus Comes Moretonii *Abbatiam SS. Trinitatis pro Monialibus fundat.*

Guillelmus de Burontio *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

Guillelmus de Rocamaurâ & *Petrus* ejus frater *Nonnulla donant Monaſterio S. Andrea.*

Guillelmi de Tortosâ *Teſtamentum.*

Guillelmi de Turre *Matrimonium cum Sebelia filia Arnaldi de Villis paſſantis.*

Guillelmus de Turre & Guillelma *Matrimonium ineunt.*

Guillelmi de Urſinis Franciæ Cancellarii, *Epiſtola ad Nicolaum Papam V.*

Gunzonis Levitæ Novarienſis *Epiſtola ad Attonem II. Epiſcopum Vercellenſem.*

H. Epiſcopi Maſſilienſis *Epiſtola ad Innocentium Papam IV.*

Haimonis *Commentarii in Epiſtolam I. ad Corinthios fragmentum.*

Hariulfi Monachi, *Hiſtoria Monaſterii Centulenſis S. Richarii.*

Heldebertus Epiſcopus Avenionenſis, *Non pauca donat Monaſterio S. Andrea.*

Helegrina *Dotem ſuam Siſenando vendit.*

Helia Hieroſolymorum Patriarchæ *Epiſtola ad Carolum Calvum Imperat. Epiſcopos, ac Nobiles Galliarum.*

Helias Cenomanenſis Comes, *Nonnulla donat Monaſterio S. Petri de Cultura.*

S. Henricus Alemannorum Rex, poſtmodum Imperator, *Epiſcopo, & Abbati S. Michaelis in Poscariana omnia bona & jura ſua confirmat.*

Henrici IV. Imperatoris *Epiſtola* IV. *ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.*

Henrici Romanorum Regis *Epiſtola ad Monachos Cluniacenſes.*

Henricus I. Francorum Rex *Fiſcum Unigradum immunem Eccleſia Carnutenſi concedit.*

Ejuſdem *Diploma, quo injuſtam conſuetudinem in urbe Aurelianenſi abrogat.*

ACHERY

Henrici II. Anglorum Regis *Epiſtola ad Innocentium Papam II.*

Henricus III. Anglorum Rex & *Ludovicus* Philippi Auguſti filius *Pacem ineunt certis quibuſdam legibus.*

Henrici Comitis Ruthenenſis *Teſtamentum.*

Henrici IV. Anglorum Regis *Epiſtola ad Nicolaum de Cuſa S. R. E. Cardinalem.*

Henrici Portugalliæ & *Raimundi* Gallæciæ Comitum *Epiſtola ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.*

Henrici Archiepiſcopi Senonenſis *Epiſtola ad Stephanum Epiſcopum Pariſienſem.*

Henricus Epiſcopus Trecenſis *S. Bernardum, & Claravallenſes Monachos mittit in poſſeſſionem Bulencurta.*

Henrici Huntindonenſis *Epiſtola de contemptu mundi ad Walterum.*

Heribertus Viromandorum Comes, *Jura & libertates Abbatia S. Praject in urbe S. Quintini aſſerit.*

Herimanni Abbatis *Narratio reſtaurationis Abbatia S. Martini Tornacenſis.*

Herivei Epiſcopi Eduenſis *Teſtamentum quo non pauca Eccleſia ſua confert.*

Hieremia Archiepiſcopi Senonenſis *Epiſtola ad Amalarium.*

S. Hieronymi nomine inſignitum *Martyrologium.*

Hieronymi *Epiſtola ad Conſtantium, ſive Prologus ejus Operis quod inſcribitur* Comes.

Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi ac deinde Archiepiſcopi Turonenſis *Epiſtola*

I. *ad Guillelmum Wincestrenſem Epiſcopum.*

II. III. IV. V. VI. VII. *ad Amicos.*

VIII. *ad Honorium Papam.*

IX. *ad Epiſcopum qui ſandalia miſerat.*

X. *ad Epiſcopum quemdam.*

XI. *ad Henricum Anglorum Regem.*

XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. *ad diverſos.*

XVIII. XIX. XX. XXI. *ad Innocentium Papam II.*

XXII. *ad amicum.*

XXIII. *ad Ranulfum Epiſc. Dunelmenſem.*

XXIV. *ad Algarum Priorem S. Cuthberti.*

Hildeburgis Ibrienſis Comitiſſæ *Vita.*

S. Hildefonſi Epiſcopi Toletani *Epiſtola dua ad Quiricum Epiſcopum Barcinonenſem.*

Hincmari Archiepiſcopi Remenſis *Epiſtola ad Carolum Calvum.*

Honorii Papa II. *Epiſtola ad Canonicos Eccleſia Turonenſis.*

Ad Ludovicum VI. Francorum Regem.

Ad Alexandrum Epiſcopum, & ad Clerum Leodienſem.

Honorius Papa III. *Regulam Noſocomii Noviomenſis approbat.*

Hugonis Italiæ Regis & Comitis Provinciæ *Praceptum, quo confirmat qua Monaſterio S. Theuderini collata ſunt.*

Hugo Burgundiæ Dux *Eccleſiam in caſtro de Avalone donat Monachis Cluniacenſibus.*

Hugo Comes Trecenſis & uxor ejus Conſtantia, *Terram Rumiliacum donant Eccleſia Moliſmenſi.*

Hugonis Archiepiſcopi Lugdunenſis *Epiſtola ad Robertum Flandria Comitem.*

Ad Mathildem Comitiſſam.

Hugo Nivernenſis Epiſcopus *Eccleſiam, ſive Monaſterium S. Stephani inſtaurat, atque ibi Canonicos inſtituit.*

Hugo Epiſcopus Autiſſiodorenſis *Complurium Eccleſiarum decimas Canonicis ſuis concedit ea lege, ut tota Quadrageſima communiter comedant.*

Hugonis Epiſcopi Eduenſis, & *Radulfi* Archiepiſcopi Lugdunenſis *Ordinationes pro adminiſtratione Archiepiſcopatus & Epiſcopatus, ſede vacante.*

Hugonis Abbatis Cluniacenſis *Statuta in gratiam Alfonſi Hiſpaniarum Regis.*

In gratiam Lamberti Abbatis S. Bertini.

Hugonis Abbatis Cluniacenſis *Epiſtola ad Philippum I. Francorum Regem.*

Hugonis

Hugonis Abbatis Cluniacenſis *Epiſtola ad Fridericum Imperatorem.*

Hugonis Pictavini *Hiſtoria Monaſterii Vizeliacenſis.*

Hugo Caſtrinovi Dominus *Confirmat ea quæ Canonicis Regg. S. Vincentii in Nemore donaverat.*

Hugo de Gornaco *Fundat ac dotat Abbatiam Belloſanenſem Canonicorum Regg. Ord. Præmonſtrat.*

Hugo de la Rocca *Filium ſuum offert in Eccleſia Cadurcenſi.*

Hugo de Vers, & *Thomas* ejus alumnus *Duas præbendas fundant in Eccleſia S. Matthæi de Fuiliaco.*

Humberti Bellijoci, & *Guichardi* ejus filii *Statuta, quibus libertates Civium Bellavillæ aſſerunt.*

Humberti Bellijoci, & fratrum ejus *Pactum de ſe invicem juvandis.*

Humbertus Bellijoci *Eliſabetham filiam, viduam Simonis de Luzi, Rainaudo de Foreſio nuptum dat.*

Humberti Guerilla *Teſtamentum.*

Hunad (Joannis de) *Epiſtola ad Dionyſium Cardinalem Strigonienſem.*

J*Acobus* Aragonum Rex *Pactum init cum aliquot Principibus viris, ad Bellum Saracenis in inſulis Balearibus inferendum.*

Ejuſdem *Edictum pro pace & trenga ſervanda.*

Ejuſdem *Tranſactio cum Epiſcopo & Capitulo Barcinonenſi, de electione Epiſcopi Majoricarum.*

Ejuſdem *Tranſactio cum Joanne Epiſcopo Magalonenſi.*

Ejuſdem *Teſtamentum.*

Ejuſdem *Alterum teſtamentum.*

Idem *Abdicato regno, Monaſticum habitum induit.*

Jacobus Jacobi Aragonum Regis filius, *Procuratores conſtituit ad contrahendum matrimonium cum Sclarmunda filia Rogerii Comitis Fuxenſis.*

Jacobi Aragonum Regis *Epiſtola ad Carolum IV. Regem Francorum.*

Ejus concordia cum Jacobo Rege Majoricarum.

Jacobi Abbatis S. Bertini, *Leges villæ de Arkes.*

Jacobi Scotiæ Regis *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Jacobi de Vitriaco Epiſcopi Acconenſis, *Epiſtola ad Honorium Papam III.*

Jacobi Juvenalis de Urſinis, Epiſcopi Pictavenſis, *Epiſtola ad Cameram Computorum.*

Jani de Campofregoſo Januenſium Ducis, *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Idalis Epiſcopi Barcinonenſis *Epiſtola ad Julianum Epiſcopum Toletanum.*

Ad Zuntfredum Epiſcopum Narbonenſem.

Jauſeranna de Medullione vidua, *Deo ſe offert, ac nonnulla donat Monaſterio Sancti Andreæ.*

Ildebrandus Longobardus *Dotem dat conjugi ſuæ Ingæ.*

Ildefonſus Aragonum Rex, *Hugoni Comiti Rutenenſi Vicecomitatum Carlatenſem lege feudi concedit.*

Ejus pactum cum Bernardo Atonis Vicecomite Nemauſenſi.

Idem *Monaſterium S. Mariæ de Sylvâ Regali fundat.*

Incerti *Sermo in Natali Domini.*

Incerti *Adnotatio de Synodo.*

Incerti *Epiſtola ad Magiſtrum Militiæ Templi.*

Incerti *Opuſculum de Corpore & Sanguine Domini.*

Incerti *Genealogia Regum Francorum, tam primæ quam ſecundæ ac tertiæ ſtirpis.*

Incerti *Proſapia Rollonis primi Normanniæ Ducis.*

Incerti *Deſcriptio temporum quibus varii Ordines inſtituti ſunt.*

Incerti *Chronicon Eccleſiæ S. Dionyſii, ad Cyclos Paſchales.*

Incerti *Chonicon Monaſterii Moſomenſis S. Mariæ.*

Incerti *Hiſtoria fundationis Monaſterii S. Viti Gladbacenſis.*

Incerti *Chronicon Cœnobii Valciodorenſis.*

Incerti *Hiſtoria Abbatum Gemblacenſium.*

Incerti *Hiſtoria Monaſterii Affligemienſis.*

Incerti *Brevis Hiſtoria Cœnobii Viconienſis.*

Incerti *Hiſtoria Monaſterii Ciſonienſis.*

Incerti *Chronicon Epiſcoporum Metenſium.*

Incerti, *ſed Monachi S. Dionyſii in Francia, continuatio Chronici Guillelmi de Nangis.*

Incerti, *Altera continuatio ejuſdem Chronici.*

Incerti *Chronicon Barcinonenſe.*

Incerti, *ſed Monachi Majoris-Monaſterii, Geſta Conſulum Andegavenſium.*

Incerti, *Geſta Dominorum Ambaſienſium.*

Incerti *Chronicon Fontanellenſis Monaſterii S. Wandregiſili.*

Incerti *Chronicon Monaſterii S. Benigni Divionenſis.*

Incerti *Epiſtola ad Monachos S. Benigni Divionenſis.*

Incerti *Epiſtola ad Incertum.*

Incerti *Epiſtolæ duæ ad Stephanum Epiſcopum Pariſienſem.*

Incerti, ſed Nobilis Galli, *Epiſtola ad Eugenium Papam IV.*

Incerti, *ſed Abbatis Monaſterii S. Germani, Epiſtola ad Widonem Epiſcopum Virdunenſem, de Hungaris.*

Ejuſdem, *Cur Eccleſia in memoriam SS. Veteris Teſtamenti non dedicentur.*

Ingelranus *Abbatiam Hamenſem fundat.*

Indulgentiæ *conceſſa in dedicatione Eccleſiæ S. Mariæ de Correno.*

Innocentii Papæ II. *Epiſtola ad Hugonem Archiepiſcopum Rotomagenſem.*

Ad Petrum Abbatem Cluniacenſem.

Ad Ludovicum VI. Francorum Regem.

Ad Gauſridum Carnutenſem, & Stephanum Pariſienſem Epiſcopos.

Ad Stephanum Pariſienſem.

Ad Alviſum Aquicinctinum Abbatem.

Ad Remenſem ac Senonenſem Archiepiſcopos.

Innocentius Papa III. *Confirmat Statuta Noſocomii Ambianenſis.*

Innocentii Papæ III. *Epiſtolæ duæ ad Philippum II. Francorum Regem.*

Epiſtola ad Joannem Anglorum Regem, qua Angliæ regnum in feudum recipit.

Innocentii Papæ IV. *Epiſtola ad Epiſcopum, Clerum, & populum inſulæ Majoricarum.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Abbatem Monaſterii Regalis.*

Innocentii Papæ VII. *Epiſtola ad Academiam Pariſienſem.*

Joanna Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa, *Domum Hoſpitalem Inſulis fundat.*

Eidem leges dat.

Joanna *Renuntiat bonis mobilibus ac debitis Philippi Navarræ Regis mariti ſui, nuper fato functi.*

Joannæ filiæ Ludovici XI. Francorum Regis, ac Biturigum Duciſſæ *Teſtamentum.*

Joannis Papæ XIX. *Epiſtola ad S. Odilonem Abbatem Cluniacenſem.*

Joannes Papa XXII. *Confirmat Statutum quoddam Noſocomii Belvacenſis.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Carolum Comitem Marchiæ.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Sancium Regem Majoricarum.*

Idem *Ludovicum Borbonenſis Ducem à juramento quodam abſolvit.*

Idem *cum Jacobo de Borbonio Ludovici Ducis filio diſpenſat, ut matrimonium in tertio conſanguinitatis gradu contrahere poſſit.*

Joannis Papæ XXIII. *Electio.*

Joannes Francorum Rex *Ordinem Militum Stellæ inſtituit.*

Idem *Fundat Eccleſiam Canonicorum S. Audoeni pro dictis Militibus, ſub nomine Nobilis Domûs.*

Eam fundationem confirmat.

Idem *Ludovico alteri filiorum Comitatus Cenomaniæ & Andegaviæ confert.*

Joannes Portugalliæ Rex *Alcobaciæ Monaſterio Monaſterium Cetcenſe donat.*

Joannis Anglorum Regis *Epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Cantuarienſem.*

Ejuſdem *Ordinationes ad tranquillitatem Regni ſtabiliendam.*

Joannis Cardinalis S. Angeli *Epiſtola ad Calliſtum Papam III.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Joannis Godefridi Vide *Godefridi.*

Joannis Epiſcopi Belvacenſis *Litera de Juriſdictione Epiſcopali in Noſocomiam Belvacenſe.*

Joannis Epiſcopi Magalonenſis *Concordia cum Jacobo Aragonum Rege.*

Joannis Borbonii, Epiſcopi Anicienſis, *Epiſtola ad Ludovicum XI. Regem Francorum.*

Joannis Borbonii Ducis, *Leges in blaſphemos lata.*

Joannis de la Grollaye de Villiers, Epiſcopi Anicienſis, *Epiſtola ad Ludovicum XI.*

Joannes Miles *Cum Girardo Epiſcopo Eduenſi fundat Eccleſiam Collegiatam S. Hilarii Siniumri Brienuenſis.*

Joannis Monachi, *Chronicon Abbatiæ Reſuenſis.*

Joannis Berardi *Hiſtoria Monaſterii Caſaurienſis.*

Joannis de Humad *Epiſtola ad Dionyſium Cardinalem Steigonienſem.*

Joannis de Lucemburgo, & uxoris ejus *Teſtamentum.*

Joannes Martini *ſe*, *ac liberos tradit Girardo Comiti Ruſcinonenſi.*

Jonæ Epiſcopi Aorelianenſis *Libri tres de Inſtitutione Laicali.*

Opuſculum *de Inſtitutione Regia.*

Jonas Epiſcopus Eduenſis, *Multa Eccleſiæ ſuæ confert.*

Idem *Fundatam à Tancrado, & ab Abardo ejus filio dotatam Eccleſiam conſecrat.*

Joſephi Sacerdotis, ex Cancellario Regis Aquitanorum Præceptoris Regis Ludovici, *Hiſtoria translationis corporum SS. Ragnoberti & Zenonis.*

Iſaaci Abbatis Stellæ *Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Pictavenſem.*

S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi *Liber de Ordine Creaturarum, ad Braulium Epiſcopum.*

Iſidori Cardinalis Sabinenſis ſive Ruthenenſis, *Epiſtola ad univerſos fideles de expugnatione Conſtantinopolis.*

Iterius de Moyſidano *nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

Jubelli Archiepiſcopi Turonenſis *Decreta pro Eccleſia Briacenſi.*

Juſti Epiſcopi Orgelitani *Epiſtola ad Sirgeum Papam.*

L*adiſlai* Hungariæ Regis *Epiſtola ad Calliſtum Papam III.*

Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis *Conſecratio Romæ.*

Epiſtola ad Rainoldum Archiepiſcopum Remenſem.

Ad Capitulum Eccleſiæ Remenſis.

Iter ad Clarum-montem.

Lanfranci è Monacho Beccenſi Archiepiſcopi Cantuarienſis *Sermo*, ſive *Sententia.*

Lateranenſis Concilii anni MCLXXIX. *Subſcriptiones.*

Lateranenſis Concilii IV. *Sententia de terra Albigenſi.*

De eodem *Narratiuncula.*

Lauſanenſis Synodi *Decretum, quo abrogat cenſuras occaſione Schiſmatis inflictas.*

Alterum, *quo rata eſſe decernit quæ ſchismatis tempore acta ſunt.*

Laurentii Abbatis Weſtmonaſterienſis, *Epiſtola ad Alienorem Anglorum Reginam.*

Laurentii de Leodio Monachi, *Hiſtoria Epiſcoporum Virdunenſium.*

Leonis Papæ VII. *Epiſtola ad Hugonem Francorum Principem, ac S. Martini Turonenſis Abbatem.*

Leonis Papæ IX. *Confirmatio Privilegiorum Corbeiæ.*

Epiſtola ad Francos quâ eos ne ſui Apoſtoli Remigii Remenſis feſtum celebrent, hortatur.

Leontii Arelatenſis *Epiſtola ad Hilarium Papam.*

Leudegarius Archiepiſcopus Viennenſis *Monachis S. Andreæ, Ne quid de rebus obedientiarum ſibi commiſſarum uſurpent, prohibet.*

Liciniani Epiſcopi *Epiſtola ad Gregorium Papam I.*

Lobienſium Abbatum *Geſta.*

MCIX. Loſdunenſe Concilium *celebratum à Girardo Epiſcopo Engoliſmenſi.*

Lotharii Imp. *Præceptum, quo Amolmi Archiepiſcopo Lugdunenſi prædia quædam reſtituuntur.*

Præceptum quo Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi alia prædia reſtituit.

Præceptum quo villam quamdam Jonæ Epiſcopo Eduenſi reſtituit.

Præceptum, quo confirmat fundationem Abbatiæ Grandis-vallis.

Præceptum, quo S. Petri Jurruſium Eccleſiam Lugdunenſi Eccleſiæ confert.

Præceptum quo Saviniacum eidem Eccleſiæ confert.

Præceptum quo Nantuadenſe cœnobiũ eidem Eccleſiæ donat.

Præceptum, quo alia eidem Eccleſiæ donat.

Lotharii Regis Provinciæ *Præceptum quo Caduliacum & Liviam eidem Eccleſiæ donat.*

Præceptum, quo alia bona eidem Eccleſiæ reſtituit.

Præceptum, quo eidem Eccleſiæ reſtitui jubet, quidquid a variis hominibus quovis tempore fuerat uſurpatum.

Præceptum, quo commutationem quamdam eidem Eccleſiæ damnoſam reſcindit.

Lotharii Francorum Regis *Præceptum in gratiam Monaſterii SS. Michaelis & Germani.*

Præceptum quo bona Monaſterio Grandis-vallis collata confirmat.

Lotharii II. Imperatoris *Litera in cauſa Innocentii Papæ II. ac Petri Leonis.*

Lotharingia (Margaretæ à) uxoris Renati Ducis Alençonii *Teſtamentum.*

Lucemburgo (Andreæ de) Epiſcopi Cameracenſis *Teſtamentum.*

Lucemburgo (Joannis de) & uxoris ejus *Teſtamentum.*

Lucemburgo (Petri de) *Concordia cum Cæleſtinis Avenionenſibus.*

Lucius Papa III. *Canonicis Carnutenſibus pluralitatem beneficiorum prohibet, ac reſidentiam præſcribit.*

Ludovici Pii Imp. *Diploma quo privilegium quoddam Aldrici Archiepiſcopi Senonenſis de Abbatia S. Remigii ad Varellias transferenda, confirmat.*

Ejuſdem *Præceptum in gratiam Eccleſiæ S. Juliani Brivatenſis, quam Berengarius Comes reædificaverat.*

Ludovici Pii ac Lotharii Imp. *Diploma, quo Conſtitutionem Jonæ Aurelianenſis Epiſcopi pro inſtauratione Monaſterii Miciacenſis confirmant.*

Ludovici Regis Burgundiæ *Præceptum in gratiam Monaſterii S. Tenderii.*

Ludovici VI. Francorum Regis *Epiſtola ad Calliſtum Papam II.*

Carnutenſis Eccleſiæ ſervos in jure pro liberis haberi jubet.

Leges pacis Landuni conſtituit.

Ejus Epiſtola ad Legatum Apoſtolicæ Sedis.

Ludovicus VII. Francorum Rex, *Monialibus Hedecenſis Abbatiæ decimam concedit panis ad Curiam allati dum Pariſiis moratur.*

Idem *Godefrido Lingonenſi Epiſcopo ablata ab Odone Burgundiæ Duce, reſtitui jubet.*

Idem

Idem *Libertates confert Epiſcopo & Eccleſiæ Laudunenſi.*

Idem *Monialibus Hederenſibus donat, quidquid de Capiceri è Pariſienſi, ſede Epiſcopali vacante, percipiebat.*

Idem *Confirmat Privilegia Eccleſiæ Narbonenſis.*

Idem *Nonnulla donat Fratribus S. Joannis de Sebaſte.*

Idem *Approbat donationem Eccleſiæ Aurelianenſi factam à Manaſſe Epiſcopo.*

Ludovici filii Philippi Auguſti, & *Henrici* III. Anglorum Regis *Fœdus quo pacem inter ſe ineunt.*

Ludovici IX. *Stabilimentum de Judæis.*

Idem *Cenomaniam & Andegaviam Carolo fratri Comiti Provinciæ donat.*

Idem *Confirmat judicium prolatum ad dirimendam litem inter Hugonem Marchiæ Comitem & Petrum Baudrandi.*

Idem *Confirmat eleemoſynam quæ diſtribui ſolebat tempore Quadrageſimæ, ac nonnulla donat Domui Dei Pariſienſi.*

Idem *Mulieribus Leproſis de Salceia confirmat, quæ à proavo ſuo donata fuerant.*

Idem arbiter electus ab Henrico III. Anglorum Rege, & Magnatibus rebellibus, *Sententiam promulgat.*

Idem *Sylvanectenſem Eccleſiam S. Mauricii fundat.*

Idem *Privilegium S. Juliano Brivatenſi conceſſum à Carolo Calvo, & à Ludovico VII. confirmatum confirmat.*

Ejus *Lex de Talliis aſſidendis.*

Ejus *Epiſtola ad Matthæum Abbatem S. Dionyſii in Franciâ, & Simonem de Nigella.*

Altera *Epiſtola ad Matthæum Abbatem.*

Ludovicus X. *Servos omnes in domaniis ſuis manumitti jubet certis quibuſdam legibus.*

Idem *Servos ad libertatem obtinendam adigi jubet.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Gazonem Epiſcopum Laudunenſem.*

Ludovici Delphini *Epiſtola ad patrem Carolum VII. Regem Francorum.*

Ejuſdem jam Regis *Ludovici* XI. *Epiſtola ad Cancellarium, &c.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Ferdinandum Regem Siciliæ.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Cameram Computorum.*

Ejus Legati *Oratio Romæ habita in causâ Joannis Baluæ Cardinalis, in carcerem miſſi.*

Ludovicus Bavarus Imp. *Ludovico Comiti de Oetingen poteſtatem dat negotia quædam tractandi cum Humberto Delfino Viennenſi.*

Idem *Humberto Regnum Viennenſe confert.*

Ludovicus Rex Hieroſolymitanus *Procuratores inſtituit ad contrahendum nomine ſuo matrimonium cum Tolanda Joannis Aragonum Regis filia.*

Ludovicus Bellijoci Dominus *Confirmat libertates ac jura civium Tyſiacenſium, à prædeceſſoribus ſtatuta.*

Lugdunenſis Eccleſiæ Clericorum, & *Guigonis* Comitis Forenſis *Concordia.*

Lugdunenſis Eccleſiæ *Statuta, ſeu Conſuetudines.*

Luna (Petri de) *Electio in Summum Pontificem.*

S. Lupi Epiſcopi Trecenſis *Epiſtola ad Apollinarem Sidonium Epiſcopum Arvernorum.*

M*Adelano* (Ebrardus de) *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

S. Majoli *Electio in Abbatem Cluniacenſem, vivente Haymardo Abbate.*

Maire (Gulielmi le) Epiſcopi Andegavenſis, *Statuta Synodalia.*

Marbodi Epiſcopi Redonenſis *Epiſtola ad Hildebertum Epiſcopum Cenomanenſem.*

Marca (Petri de) Archiepiſcopi Toloſani, *Epiſtola ad D. Lucam d'Achery.*

Margareta de Bellojoco *Renuntiat omnibus bonis Joannis de Cabilone mariti ſui nuper fato functi.*

Margareta à Lotharingiâ, uxoris Renati Alençonii Ducis, *Teſtamentum.*

Maria Aragonum Regina *Montemorſilonum, & alia caſtra Petro Marito donat.*

Ejus *Teſtamentum.*

Martini Papæ II. *ſive* IV. *Proceſſus contra Petrum Regem Aragonum.*

Proceſſus depoſitionis ejuſdem

Martini Papæ III. *ſive V. Epiſtola ad Joannem Regem Caſtellæ.*

Ad Carolum VI. Regem Francorum.

Ad Mariam Reginam Francorum.

Martini Epiſcopi Dumienſis *Epiſtola ad Mironem Suevorum Regem*: ſive *Prœmium libri* quem inſcripſit, *Formula vitæ honeſtæ.*

Martini (Joannes) *ſe ac liberos tradit Girardo Comiti Ruſcinonenſi.*

Matthæi Abbatis S. Dionyſii in Francia, & Simonis de Nigellâ *Epiſtola ad Philippum III. Francor. Regem.*

Mauricii Archiepiſcopi Rotomagenſis, *Epiſtola V. ad Decanos.*

Mauritania (Gualteri de) *Vide* Gualteri *de Mauritania.*

Meduana (Gaufredi de) *Epiſtola ad Petrum Abbatem SS. Sergii & Bacchi.*

Medullione (Janſſeramna de) vidua *ſe offert, ac nonnulla donat Monaſterio S. Andreæ.*

Metenſium Epiſcoporum *Chronicon.*

Miciacenſis Abbatiæ *Fundatio.*

Milo Morinorum Epiſcopus *confirmat quæ Abbatiæ Caricampi collata ſunt.*

Minerba (Bernardus de) *Nonnulla donat Monaſterio S. Pontii Tomeriarum.*

Miratorienſis Abbatiæ *Fundatio & antiquit.*

Monceaux (Arnaldus de) *Matrimonium init cum Aguete.*

Monte-incenſo (Arnaldus de) *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

MCCI VIII. Montiſpeſſulani Concilii præſide Jacobo Archiepiſcopo Narbonenſi, *Statuta.*

Montiſpeſſulani Conſulum *Juſjurandum.*

Moſomenſis Monaſterii Sanctæ Mariæ *Chronicon.*

Moyſdano (Iterius de) *Nonnulla donat Roberto de Arbricellis.*

N*Angis*, vide *Guillelmi.*

MXCVI. Nemauſenſis Concilii *Actorum Pars.*

Niceti Epiſcopi *Tractatus de Vigiliis Servorum Dei.*

Ejuſdem *Tractatus de Pſalmodiæ bono.*

Nicolai Papæ I. *Reſponſa ad conſulta Arduici Archiepiſcopi Veſontionenſis.*

Nicolai Papæ III. *Epiſtola ad Philippum III. Francorum Regem.*

Nicolai Papæ V. *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Ad Guillelmum Franciæ Cancellarium.

Ejuſdem *Bulla in Amedeum, qua eum omni dominio Sabaudiæ privat.*

Altera, *Quâ omnia quæ Schiſmatis tempore acta ſunt, nulla eſſe decernit.*

Epiſtola ad Carolum VII.

Altera *ad eundem.*

Ejus & *Caroli* VII. *Oratorum Tractatus cum Oratoribus Amedei, ſive Felicis* Papæ V.

Ejus & *Ludovici* Delfini *Oratorum Tractatus cum iiſdem.*

Ejus *Epiſtola ad Carolum VII.*

Ejus *Bulla qua ieritas decernit Cenſuras omnes ratione Schiſmatis inflictos.*

Epiſtola ad Carolum VII.

Ad Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolanenſem.

Ad Carolum VII.

Nicolai Gelant, Epiſcopi Andegavenſis, *Statuta Synodalia.*

Nicolai de Clemangiis *Liber de ſtudio Theologico ad Joannem de Pedemontio, Baccalaureum.*

Nicolai Petit *Epiſtola ad Guillelmum de Urſinis Franciæ Cancellarium, in qua narrat quæ in Conventu Mantuano acta ſunt.*

Nicolai Triveti, Ordinis Fratrum Prædicatorum *Chronicon.*

Normanniæ Prælatorum *Epiſtola ad Philippum II. Francorum Regem, de Jure patronatus.*

Eorumdem *ad Philippum IV.*

Noviomenſis Eccleſiæ Decani *Juſjurandum* cum recipitur.

Nunonis Sancii, Domini Ruſcinonis, *Edictum pro pace ſeu trenga ſervanda.*

S. ODilo *Eligitur in Abbatem Cluniacenſem, vivente S. Maiolo Abbate.*

Ejus *Epiſtola ad Paternum Abbatem S. Joannis Pinnatenſis.*

Ad Garſiam Regem Navarræ.

Ad matronam quamdam.

Odonis Francorum Regis *Præceptum in gratiam monaſterii S. Polycarpi, in Diœceſi Narbonenſi.*

Odo Comes Palatinus Francorum Regis, *vulgò* Campaniæ Comes, *Eccleſiam S. Martini Sparnacenſis fundat, in Diœceſi Remenſi.*

Odonis Epiſcopi Tuſculani, *Epiſtola ad Innocentium Papam IV.*

Odonis Canonici Regularis *Epiſtola VII. ad diverſos.*

Omelaz (Armanni de) ac *Sybilla* filiæ Petri de Obillone *Pactum de futuro matrimonio.*

P. MXCII. Pariſienſe Concilium, *in quo bona Eccleſiæ SS. Cornelii & Cypriani Compendienſis confirmantur.*

Pariſienſis Academiæ *Epiſtola ad Benedictum Papam XIII.*

Ad Carolum VI.

Ad Synodum Colonienſe.

Ad Clementem Papam VII.

Ad Cardinales Collegii Avenionenſis.

Ad eoſdem poſt mortem Clementis.

Appellatio à Benedicto XIII.

Pariſienſis Academiæ *Statuta antiquiora.*

Pariſienſis Eccleſiæ Canonicorum *Epiſtola ad Paſchalem Papam II.*

Pariſienſium Abbatum & Clericorum *Epiſtola ad Innocentium Papam II.*

Pariſienſium Civium, & Academiæ Pariſienſis *Juſjurandum.*

Pariſienſis Curia *Declarat, Regem in vacationibus Canonicatuum Ambianenſis Eccleſiæ jus Regalium non habere.*

Paſchalis Papæ II. *Epiſtola, ad Archiepiſcopos* & *Epiſcopos Galliarum.*

Ad Daimbertum Archiepiſcopum Senonenſem.

Ad Lambertum Epiſcopum Atrebatenſem.

Ad Radulphum Archiepiſcopum Remenſem.

Ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Provinciarum Remenſis, Senonenſis, ac Turonenſis.

Ad Daimbertum Senonenſem.

Ad Guidonem Archiepiſcopum Viennenſem.

Ad Clerum & Populum Atrebatenſem.

Ad Lambertum Epiſcopum Atrebatenſium.

Ad duodecim Arbitros.

Idem *Bona Epiſcoporum Carnutenſium vitâ functorum jubet intacta ſervari.*

Ejuſdem *Epiſtola de Legatione S. A. datâ Girardo Epiſcopo Engoliſmenſi.*

Paſchaſii Ratberti, Abbatis Corbeienſis, *Opuſculum de Partu Virginis.*

Pauli Papæ II. *Epiſtola ad Ludovicum XI. Regem Francorum.*

Altera ad Archiepiſcopum Lugdunenſem.

Perpetui Epiſcopi Turonenſis, *Teſtamentum.*

Epitaphium.

Pertico (Stephanus de) *Eccleſiæ Carnutenſi nonnulla donat.*

Petengenſium Canonicorum *Epiſtola ad Capitulum Tornacenſe.*

Petit (Nicolai) *Vide* Nicolai.

S. Petri Chryſologi *Sermones V. in Orationem Dominicam, ad Catechumenos.*

S. Petri de Chavanon *Vita & Miracula.*

Petri Aragonum Regis *Matrimonium cum Maria Guilielmi Montiſpeſſulani filiâ.*

Sanciam filiam Raimundo filio Raimundi Ducis Narbonæ nuptum dare ſpondet.

Montempeſſulanum Guilielmo de Montepeſſulano donat.

Petrus filius Jacobi Aragonum Regis, *Conſtantiæ uxori ſuæ dotem conſtituit.*

Petri de Condeto *Vide* Condeto.

Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacenſis, *pro Rodulfo de Perronâ benefactore ordinat miſſas ac preces, cum Cluniaci, tum in toto Ordine celebrandas.*

Petri Archiepiſcopi Rotomagenſis *Concordia cum Canonicis S. Mellonis Pontiſarenſis.*

Petrus Electus Lugdunenſis *fidelitatem Regi exhibet.*

Petri Patriarchæ Hieroſolymitani, & Epiſcopi Rutenenſis *Litera hortatoria ad expeditionem tranſmarinam.*

Petri de Marcâ vid. *Marca.*

Petri Cellenſis, Abbatis S. Remigii Remenſis, *Tractatus de diſciplinâ clauſtrali.*

Epiſtola ad tres Monachos Ciſtercienſes.

Altera ad eorum duos.

Petri Comitis de Lucemburgo, *Concordia cum Cæleſtinis Avenionenſibus.*

Philippus de Caſtellione Trecenſis Epiſcopus, *Inſtituit Canonicos Regulares S. Quintini Belvacenſis in Eccleſiâ S. Georgii.*

Idem *Præbendam in Eccleſiâ Cathedrali, & Eccleſiam S. Mariæ confert Canonicis Regg. S. Georgii.*

Philippus I. Francorum Rex *Bona Epiſcoporum Carnutenſium vitâ functorum jubet intacta ſervari.*

Philippus II. *Eccleſiæ Eduenſis Regalia quæ uſurpaverat, Lugdunenſi Archiepiſcopo reſtituit.*

Ejus *Conſtitutio de jure Patronatûs in Normanniâ.*

Altera de modo tenendi feuda diviſa.

Lex de Cruce Signatis.

Litem dirimit inter Blancam Trecenſem Comitiſſam & Erardum de Brenâ.

Cum eo *Fœdus Roberti Archiepiſcopi Rotomagenſis.*

Ejus *Conſtitutio de Judæis.*

Reſponſa ad poſtulata Clericorum.

Philippi filii S. Ludovici *Matrimonium cum Iſabella filia Jacobi Regis Aragonum.*

Ejuſdem jam Regis *Philippi* III. *Epiſtola, ad Matthæum Abbatem S. Dionyſii, & Simonem de Nigellâ.*

Ad Regni Optimates.

Ad Matthæum Abbatem, & Simonem de Nigellâ.

Ad Abbatem & Monachos S. Dionyſii.

Ad Matthæum Abbatem, & Simonem de Nigellâ.

Ejuſdem *Teſtamentum.*

Philippi filii *Philippi* III. *Conventiones pro Matrimonio contrahendo cum Johannâ filiâ Theobaldi Navarræ Regis, & Blanchæ Reginæ.*

Idem jam Rex *Philippus* IV. *omnes Prælatos ac perſonas Eccleſiaſticas Regni ſui bona à ſe acquiſita quiete tenere jubet, modo decimam ſolvant.*

Idem *ob victoriam in Flandriâ relatam centum libras annuatim ſolvendas tribuit Eccleſiæ Carnutenſi.*

Idem *Ludovico fratri Comitatum Ebroicenſem, & aliquot Præpoſituras aſſignat.*

Ejus *mandata data Petro de Paredo, Domino de Chezâ, Priori de Menillo ad Curiam Avenionenſem.*

Idem

Idem *debita à ſe contracta jubet ad diem præfixum ſolvi.*

Philippus V. *Albertum de Roye Concilio Senonenſi adeſſe jubet, eique mandata ſua dat.*

Philippus V. Francorum Rex, *Privilegia Narbonenſis Eccleſiæ confirmat.*

Idem *praſcribit juſjurandum quod præſtare debent Tabelliones.*

Idem *Bernardum de Morenl Franciæ Mareſcallum jubet dignitati ſuæ renuntiare, ut inſtitutionem ac regimen Joannis filii ſui ſuſcipiat.*

Idem *Italos Principes hortatur ut Romanam Eccleſiam propugnent, & hæreticos recens exortos perſequantur.*

Idem *Joanni filio emancipato Normanniæ Ducatum, & Comitatus Andegaviæ ac Cenomaniæ confert.*

Philippi Burgundiæ Ducis *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Philippi Comitis Flandriæ *Eleemoſyna.*

Philippus Epiſcopus Belvacenſis, *Eccleſiam Urſivillarem Monachis Lebunenſibus concedit.*

Philippi Abbatis *de Eleemoſyna Epiſtola ad Alexandrum Papam III.*

Pilei de Prata Archiepiſcopi Ravennatis S. R. E. Cardinalis *Epiſtola ad Ludovicum Flandriæ Comitem.*

Pipini I. Francorum Regis, *Privilegia Monachis Figiacenſibus data.*

Pipini Aquitaniæ Regis *Præceptum, quo bona S. Juliano Brivatenſi collata confirmat.*

Piſani Concilii *Hiſtoria.*

Piſanum Concilium.

Piſcarienſis Cœnobii *Chronicon.*

Piſtenſis Conventus, *in quo bona Abbatiæ S. Germani Antiſſiodorenſis confirmantur.*

Pii Papæ II. *Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum.*

Ejuſdem *Reſponſio ad Orationem Guillelmi Epiſcopi Pariſienſis, & Oratoris Regis Francorum.*

Ejuſdem *Altera Oratio, qua reſpondet Oratoribus Regis Francorum.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Carolum VII.*

Ad Epiſcopum Atrebatenſem, A. S. Legatum.

Ad Joannem Borbonii Ducem.

Podio-Alto (Roſtagni de) *Teſtamentum.* Ejuſdem *Codicillus.*

Pontiſarenſium Canonicorum S. Mellonis *Concordia cum Petro Archiepiſcopo Rotomagenſi.*

Pontius Abbas Cluniacenſis *Cum Gregorio Cardinali Presbytero litem dirimit inter Epiſcopum Baſileenſem ac Monachos S. Blaſii.*

Pontius Archiepiſcopus Arelatenſis *Indulgentias concedit in Dedicatione Eccleſiæ, & confirmat privilegia Monaſterio Montis-Majoris conceſſa à Summis Pontificibus.*

Pontius Gabalorum ac Foreſii Comes, *Eccleſiam Canonicorum Coſiden ... um fundat.*

Pontius Vicecomes Podemniaci, *Matrimonium contrahit cum Adelaide filia Garnerii de Triangulo.*

Potamii *Epiſtola ad Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum.*

Prata (Pilei de) Vide *Pilei.*

Q*Uirici* Epiſcopi Barcinonenſis *Epiſtolæ duæ ad Hildefonſum Epiſcopum Toletanum.*

R*Adulfi* Archiepiſcopi Lugdunenſis, & *Hugonis* Eduenſis Epiſcopi *Ordinationes pro adminiſtratione Archiepiſcopatus & Epiſcopatus, ſede vacante.*

Raganfridi Archiepiſcopi Viennenſis *Privilegium, quo Eccleſiæ S. Albani in villa Vogoria, bona omnia reſtituit.*

Raginardus in Concilio Auguſtodunenſi excommunicatus, *Injuſtam conſuetudinem dimittit.*

Raimundus Burgundionum Comes, *Eccleſiæ Biſuntinæ non pauca donat.*

Raimundi Gallæciæ, & *Henrici* Portugalliæ Comitum *Epiſtola ad Hugonem Abbatem Cluniacenſem.*

Raimundus Comes Toloſanus, *Nonnulla donat Monaſterio Avenionenſi Sancti Andreæ.*

Raimundus Comes Toloſanus, & Provinciæ Marchio, *Donationem ab Iſnardo factam Monaſterio Avenionenſi S. Andreæ confirmat.*

Idem Donationes à Bertrando Jordano *Eidem Monaſterio factas confirmat.*

Raimundus Comes Toloſanus *Ab excommunicatione à Fr. Prædicatoribus prolata, Epiſcopos appellat.*

Raimundus Berengarii Provinciæ Comes, *Sanciam filiam Raimundo Comiti Toloſano nuptam dare ſpondet.*

MXCVI. *Raimundus* Comes Toloſanus, *Terram S. Ægidii in valle Flaviana, Odiloni Abbati donat.*

Raimundi Comitis Melgorienſis *Teſtamentum.*

Raimundus de Banza, & Aſtorga uxor ejus, *Nonnulla donant, ac filium offerunt Eccleſiæ Cadurcenſi.*

Rainaldus Burgundiæ Comes, *Mareſcalciam & Canariam Eccleſiæ Biſuntinæ remittit in Villa Cuſſiaco.*

Rainaldus Archiepiſcopus Remenſis, *Confirmat inſtitutionem Canonicorum Regularium in Eccleſia Sparnacenſi S. Martini.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Robertum Epiſcopum Tornacenſem.*

Rainaldus Epiſcopus Noviomenſis, *Fundationem Noſocomii Noviomenſis approbat.*

Rainaldus *Eligitur in Abbatem S. Albini Andegavenſis, vivente Gunterio Abbate.*

Rainoldi Archiepiſcopi Remenſis *Epiſtola ad Lambertum Electum Atrebatenſem.*

Ad Urbanum Papam II.

Ad Robertum Flandriæ Comitem.

Ad Lambertum Epiſcopum Atrebatenſem IV.

Raterius de Belloforte *nonnulla Donat Eccleſiæ Cadurcenſi.*

Ratherii ex Monacho Lobienſi Epiſcopi Veronenſis, *Opera, ſcilicet Volumen Perpendiculorum ad Hubertum Epiſcopum Parmenſem, de contemptu Canonum.*

Conjectura deliberativa Leodii acta.

Qualitatis conjectura.

Diſcordia inter eum & Clericos.

Apologeticus liber.

De Clericis ſibi rebellibus.

De Abbatiola, in qua Monachis clericos ſubrogaverat.

De nuptu cujuſdam illicito.

Epiſtola ad Martinum Epiſcopum Ferrarienſem.

Ad Eccleſiam Romanam.

Ad Joannem Papam XIII.

Ad Epiſcopos Italiæ, Galliarum, & Germaniæ.

Ad Incertum.

Ad Patricum de Corpore & Sanguine Domini.

Synodica ad Presbyteros ſuæ Diœceſeos.

Itinerarium Romam euntis.

Sermo I. de Quadrageſima.

Contra reprehenſores ejus Sermonis.

Sermo II. de Quadrageſima.

Sermones tres de Paſcha.

Sermo poſt Paſcha.

Sermones duo de Aſcenſione Domini.

Ratramni, Monachi Corbeienſis *liber de eo quod Chriſtus ex Virgine natus eſt.*

Ejuſdem *Libri IV. contra Oppoſita Græcorum.*

Remenſium Monachorum *S. Remigii literæ, quibus ſocietatem ineunt cum Monachis S. Dionyſii in Francia.*

Ribodimonte (Anſelmi de) *Epiſtola ad Manaſſem Archiepiſcopum Remenſem.*

Richardus Marchio Normanniæ *Multa confert Eccleſiæ Carnutenſi, ut damna quæ ei intulerat, reſarciret.*

Ejus *Donatio propter nuptias Adelæ facta.*

Richerii Monachi, *Hiſtoria Abbatiæ Senonienſis in Voſago.*

Roberti Archiepiſcopi Rotomagenſis *Fœdus cum Philippo II. Francorum Rege.*

Roberti Archiepiſcopi Remenſis *Epiſtola ad plures Archiepiſcopos & Epiſcopos.*

Robertus de Arbricellis, *Quæ ei à variis in Diœceſi Petragoricenſi collata erant, transfert in Gerardum de Salu.*

Robertus de Sabulio, & uxor ejus Hadulſa, *Eccleſiam S. Machuti, & nonnulla donant Majori-Monaſterio.*

Roberti de Sorbonâ *Teſtamentum.*

Rocamaura (Guillelmus de) ac *Petrus* ejus frater *Nonnulla donant Monaſterio Avenionenſi S. Andreæ.*

Rocca (Hugo de la) *Filium ſuum offert in Eccleſia Caducenſi.*

Rodulſi Burgundiæ Regis *Preceptum, quo confirmat quæ Monaſterio S. Andreæ Viennenſis Conradus pater ſuus donaverat.*

Aliud, quo ea quæ eidem Monaſterio à patre ſuo Conrado & matre ſua Mathilde donata ſunt, confirmat.

Rodulphi Monachi Marcianenſis, ac deinde Abbatis S. Trudonis, *Vita Lietberti Epiſcopi Cameracenſis.*

S. Romanæ Virginis & Martyris *Vita.*

MLXXXV. *Rorico* Epiſcopus Ambianenſis, *Eccleſiam SS. Acei & Acheuli Canonicis confert.*

Roſſilione (Artaudus de) *Guillelmum filium ſuum emancipat, ac eidem Caſtrum novum donat.*

Eidem alia donat.

Roſtagni de Podio-alto *Teſtamentum.*

Ejuſdem *Codicillus.*

Rotomagenſis Eccleſiæ Chronici *Fragmentum.*

Rotomagenſis Cleri *Epiſtola ad Honorium Papam II.*

Rotomagenſi Eccleſiæ S. Audoeni *Dona facta confirmantur.*

Eidem *Donatur Abbatia BB. Martini & Wulgani de Siggi.*

S*Abulio* (Robertus de) & uxor ejus Hadulſa, *Eccleſiam S. Machuti, & nonnulla donant Majori-Monaſterio.*

Sancius Majoricarum Rex *Confirmat feudum à prædeceſſoribus ſuis Dominis de Sancto-Joanne collatum.*

Sancii filii Regis Alfonſi *Matrimonium cum Guillelma filia Gaſtonis Vicecomitis Bearnenſis.*

Saura Jacobi Majoricarum Regis filia naturalis, *Matrimonium contrahit cum Petro Gaucerandi de Pinoſio.*

Sclarmundæ Majoricarum Reginæ *Teſtamentum.*

Senonenſe Concilium, *in quo Aldricus Archiepiſcopus concedit privilegium de Abbatia S. Remigii ad Varellias transferenda.*

Aliud, *in quo Wenilo Archiepiſcopus ſuperius Privilegium confirmat.*

MCCCL. Aliud *Præſide Guillelmo Archiepiſcopo celebratum Pariſiis.*

MCCCCLXXV. Aliud, *Præſide Triſtando de Salazar Archiepiſcopo.*

Senonenſis Archiepiſcopus (incertum quinam) *Excommunicationem fert in pervaſores rerum Eccleſiaſticarum.*

Senonienſis Monaſterii *Sancti Petri Vivi Chronicon.*

Senonienſis Abbatiæ *Hiſtoria.*

Severi *Epiſtola V.*

Siggienſis Abbatia *BB. Martini & Wulgani fundatur, ac traditur Eccleſiæ Rotomagenſi Sancti Audoeni.*

Sigibertus *Invaſor rerum Eccleſiæ S. Mauricii Viennenſis, eas reſtituere cogitur.*

Simon Comes Montisfortis, *Centum ſolidos anniverſario Amiciæ matris ſuæ aſſignatos confirmat.*

Simon de Breſſiaco, S. R. E. Cardinalis, vulgo Mediolanenſis, *Declaratio in cauſa Schiſmatis, dum in extremis ageret.*

Sixti Papæ IV. *Epiſtola ad Ludovicum XI. Regem Francorum.*

Smaragdi Abbatis, Ordinis S. Benedicti, *Via Regia.*

Sorbona (Roberti de) *Teſtamentum.*

Stephanus Arvernorum Epiſcopus *Liziniacum donat Eccleſiæ Brivatenſi S. Juliani.*

Eccleſiam Liziniacenſem *pro XII. Canonicis fundat.*

Stephani Epiſcopi Pariſienſis *Epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Senonenſem.*

Ad Gaufridum Epiſcopum Carnutenſem, A. S. Legatum.

Ad Henricum Senonenſem.

Ad eundem.

Stephani, Archiepiſcopi Cantuarienſis *Epiſtola ad Joannem Anglorum Regem.*

Stephani Epiſcopi Noviomenſis, *Ordinationes pro Noſocomio ejuſdem urbis.*

Ejus *Prologus ad Regulam fratribus ac ſororibus Noſocomii datam.*

Stephani Canonici Regularis, *Vita S. Petri de Chavanon.*

Stephani Comitis Carnutenſis *Epiſtola ad Adelam uxorem.*

Stephanus de Pertico *Nonnulla donat Eccleſiæ Carnutenſi.*

Sueſſionenſe Concilium, *in quo confirmatum eſt Privilegium Monaſterio S. Dionyſii conceſſum à B. Landerico Epiſcopo Pariſienſi.*

Sueſſionenſis Monaſterii S. Medardi *Chronicon.*

Sueſſionenſis *Communia Conſuetudines.*

Symmachi Papæ *Epiſtola ad Avitum Archiepiſcopum Viennenſem.*

T*Eutbertus* Comes *Villam Mantulam Eccleſiæ Viennenſi donat.*

Tiburga *Renuntiat pactis matrimonialibus, quibus tam adhuc infantem parentes ſui, filio Guillelmi Domini Montiſpeſſulani dare ſpoponderant.*

Theobaldus Francorum Comes Palatinus, *Odonem filium dat ſalutaribus aquis abluendum Hugoni Abbati Cluniacenſi, eique Monaſterio Coſſiacum donat.*

Theobaldus Comes Palatinus, ſive Campaniæ, *Canonicos Regulares in Eccleſia Sparnacenſi ſancti Martini inſtituit.*

Theobaldi Stampenſis *Epiſtola ad Epiſcopum Lincolnienſem.*

Ad Pharitium Habendonenſem Abbatem.

Ad Margaretam Reginam.

Ad Philippum Amicum.

Ad Roſcelinum Compendienſem clericum.

Theodericus Ambianenſis Epiſcopus *Confirmat quæ Abbatiæ Caricampi collata ſunt.*

Eccleſiam S. Martini in Abbatiam promovet.

Theodorici Francorum Regis, *Privilegium Monachis Dervenſibus datum.*

S. Theodori Studitæ *Sermo de S. Bartholomæo Apoſtolo, interprete Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario.*

Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis *Capitula.*

Theodulſi Epiſcopi Aurelianenſis *Fragmenta Sermonum.*

Theonæ Epiſcopi *Epiſtola ad Lucianum Præpoſitum Cubiculariorum.*

Thomas Flandriæ & Hannoniæ Comes, *Domui Hoſpitali Inſularum leges dat.*

Thomas Epiſcopus Wratiſlavienſis *Monachos Ciſtercienſes inſtituit in Monaſterio de Caments.*

MCXIX. Toloſanum Concilium *Præſidente Caliſto* Papa II.

MCCXXVIII. *Aliud.*

Tornacenſis Monaſterii ſancti Martini *reſtauratio.*

Tornacenſis *Communia Conſuetudines.*

Tertoſa (Guillelmi de) *Teſtamentum.*

Trancapetus (Bernardus) *Nonnulla donat, ac filium offert Eccleſiæ Caducenſi.*

MCIV. Trecenſe Concilium, *in quo bis approbatur donatio ab Hugone Trecenſi facta Eccleſiæ Moliſmenſi.*

Trevirenſium Epiſcoporum *Hiſtoria.*

Trivetti. *Vide* Nicolai.

Trudonenſium Abbatum *Geſta.*

MXCVI. Turonenſe Concilium, *in quo Urbanus Papa II. decernit Abbatem Cormeriacenſem baculum paſtoralem ſumere debere ex ſepulcro S. Martini.*

Turre

Turre (Guillelmi de) *ac Sebelia* filiæ *Arnaldi* de Villis paſſantis *Matrimonium*.

Turre (Guillelmus de) *Matrimonium init cum Guillelma*.

V Alciodorenſis Cœnobii *Chronicon*.

Valliaci pagenſium *Conſuetudines*.

Vallis Scholarium Ordinis *Inſtitutio*.

S. Udalrici, *Antiquiores Conſuetudines Monaſterii Cluniacenſis*.

Vers (Hugo de) *ac Thomas* ejus alumnus *Duas præbendas fundant in Eccleſia S. Matthæi de Foilliaco*.

Viconienſis Cœnobii *Hiſtoria brevis*.

Viennenſis Synodus *in qua Præſide Alexandro Archiepiſcopo lis inter duos Abbates ſopita eſt*.

Villereys villæ *Jura & libertates*.

Virdunenſium Epiſcoporum *Hiſtoria*.

Vizeliacenſis Monaſterii *hiſtoria*.

MXCVI. *Urbani* Papæ II. *Decreta in Concilio Nemauſenſi*.

Confirmat Donationem terræ S. Ægidii in Valle Flavianâ Odiloni Abbati factam à Raimundo Comite Toloſano.

Decernit Abbatem Cormeriacenſem baculum paſtoralem ſumere debere ex ſepulchro B. Martini.

Ejus *Epiſtola ad Rainoldum Archiepiſcopum Remenſem, ac ſuffraganeos ejus*.

Ad Robertum Flandriæ Comitem.

Ad quoſdam Abbates.

Ad Gualcherum Epiſcopum Cameracenſem.

Ad Lambertum Epiſcopum Atrebatenſem.

Ad Guarnerium de Caſtellione.

Ad Richerium Archiepiſcopum Senonenſem.

Ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Franciæ.

Ejus *Decretum, quo Atrebatenſi urbi ſuum Epiſcopum reſtituit*.

Urbanus Papa III. *Domos in Clauſtro Eccleſiæ Carnutenſis laicis dari, aut locari vetat*.

Urbanus Papa V. cum *Ludovico Borbonenſi* Duce, & *Anna* Beraldi *de Alverniæ* filia *Diſpenſat, ut matrimonium contrahere poſſint*.

Idem Carolo V. Francorum Regi *Concedit, ut ei Confeſſor ſuus indulgentiam peccatorum omnium in mortis articulo poſſit impertire*.

Urbanus Papa VI. *Diſpenſat cum Galeacio Vicecomite, & Catharina filia Bernabovis Vicecomitis, ut matrimonium contrahere poſſint*.

Urſinus (Jacobi Juvenalis de) Epiſcopi Pictavienſis *Epiſtola ad Cameram Computorum*.

Urſinus (Guillelmi de) Franciæ Cancellarii, *Epiſtola ad Nicolaum* Papam V.

W *Andalberii* Diaconi Prumienſis *Martyrologium, cum variis appendicibus*.

Walterus Epiſcopus Tornacenſis *Confirmat ſtatuta domus Hoſpitalis Inſularum*.

Wenilo Archiepiſcopus Senonenſis, *Confirmat Aldrici predeceſſoris ſui privilegium de Abbatia S. Remigii ad Varellias transferenda*.

Wido Matiſconenſis Comes *Monachum induens, non pauca confert Monaſterio Cluniacenſi*.

Wimundi è Monacho Abbatiæ de Cruce S. Leufredi Archiepiſcopi Averſani, *Epiſtola ad Erfaſium de Deo uno & trino*.

Witfredus Eccleſiæ Viennenſis S. Mauricii advocatus, *Sigibertum in judicio cogit ea quæ invaſerat reſtituere*.

Z *Achæi* Chriſtiani & *Apollonii* Philoſophi *Conſultationum libri tres*.

ACHESSARI cognomen *Ahmed* ben *Abdalcader Roumi*, Axara oriundus, ſcripſit

1. *Megma Almegiales, ou-Almaſſihât*: qui eſt Liber moralis, in Colloquia C. diviſus, *Bibl. Reg. Gall.* n. 607.

2. *Taalik*: Sunt *Apoſtillæ* ſeu *Scholia* in lib. *Eriadi*, cui tit. *Erſchâd Alâcl* (Ars ratiocinandi) Logicam quandam exhibens. * *Moreriùs ex Herbelot*.

ACHEY (*Claudius d'*) Archiepiſc. Biſuntinus in libero Comitatu Burgundiæ, ſtatuit in Synodo, promulgavitque die 26. Maii 1648. inter cætera, ut Bulla *Urbani* Papæ VIII. contra *Janſenii* librum, cui titulus *Auguſtinus*, ab omnibus cum veneratione admitteretur: ne quis ad curam animarum reciperetur, niſi qui poſt ſolemnem Concilii Tridentini Fidei profeſſionem, formulam adjectam coram Vicario Generali attente legiſſet juraſſetque: Prohiberetur lectio piorum in ſpeciem operum *Antonii Arnaldi* Sorb. Doctoris *de Frequenti Communione*, & *Joan. du Vergier de Hauranne* San-Cyrani Abbatis, variorum opuſculorum Authoris.

Statuta illa Synodalia habes *pag.* 124. & ſeqq. *Triumphi Cathol. Verit.* Part. III. & in *Appendic. Ripaldæ*, & *Anti-Janſeni*, & *Laur. Ricardi*, edit. Colonienſis. * Hæc *biblioth. Anti-Janſen.* in 4. Pariſ. 1654. *p.* 7.

ACHMED ALGAZELIS cujus extant in Vatic. teſte *Aſſemano* Tom. I. *Bibl. Orient.* p. 580.

1. Lib. *de conſolatione ad eos qui aſceticam vitam ducunt*.

2. Tractatus *de anima & ſpiritu*. Cod. Ecchell. LVI. Arabicè *in* 4. *bomb.* 124.

ACHMED Ben-Dervis *Caraſenſis*, cujus recenſet *Aſſemanus* l.c. *p.* 629.

Apologiã ſectæ Mahometanæ adverſùs Chriſtianos & Judæos, in quatuor Capita diviſam. 1 Defenſio Alcorani. 2 Reſponſio ad Objectiones Judæorum & Chriſtianorum. 3 Objectiones CVII. adverſus Judæos & Chriſtianos. 4 Prophetiæ L. de Mahomete ex Vet. & Nov. Teſtament. *Bibl. Vatic.* Cod. Arab. LXX. *in* 4. *bomb.* 44. Codex exaratus ineunte *Gmadi* priore, anno Heg. 789.

ACHMED Callipolitanus, cujus librum recenſet *Aſſemanum* l. c. *p.* 579. cui titulus

Lumen amantium, ubi plures fabulæ de creatione mundi, de Chriſto, de Mahomete, & de altero ſeculo. *Extat in Vatic. inter Codd. Ecchell. num.* 43. *in* 8. *char.* 71. Codex Turcicè ſcriptus ab Auctore anno Heg. 855. tranſlatus autem in linguam Arabicam, & literis Syriacis exaratus ab *Athan. Saphar.* anno Chr. 1688.

ACHMET *Ebn Zin Alabedin*, nobilis Perſa, ex metropoli *Hiſpahan* oriundus, vixit Sec. XVII. Elaboratum ſcripſit librum in gratiam Muhammedanæ Religionis, adverſus Chriſtianam, cujus occaſio hæc fuit. Mogolum Imperator *Acbar*, politicis quibuſdam rationibus ductus, ad Chriſtianiſmum ſe pronum præbuit, quâ de re ſcripſit A. 1595. ad *Matthiam d'Albuquerque* Indiarum tunc temporis Pro-Regem, ut ad ſe, in Agrenſem Aulam reſidentiæ locum, Sacerdotes aliquot mitteret, rogans. Benignè igitur accepit Imperator ad ſe miſſos Jeſuitas tres, *Hieron. Xaverium*, Goani Collegii Rectorem, *Eman. Pigneiro*, ac *Bened. de Gois*. Chriſtianis, eo jubente, conſtructa fuit Eccleſia, quam privilegiis non minimis ditavit, quæ ſucceſſor *Acbari*, A. 1604. defuncti, confirmavit. Duo, *Acbari* juſſu, publicavit opera *Xaverius*, *Hiſtoriam* ſcilicet *J. C.* quam Latinè verſam & notis illuſtratam edidit *Lud. de Dieu* Lugd. Bat. A 1639. alterum cum tit. *Speculum veritatis*, quo Religionem Chriſtianam adverſùs Muhammedanam defendebat, cui *Achmetus*, cùm in ſuas manus incideret, ſubitò oppoſuit librum inſcriptum *Frangens Speculum* (le Briſe-Miroir) in quo Jeſuitam acerbè propugnavit, oſtenditque, eum, non Religionem Chriſtianam, ſed ſuperſtitionem ac Idololatriam docere. Vehementer hoc ſcriptum perterruit Romanam de Propaganda fide Congregationem, quæ Religioſis duobus, Perſæ reſpondendi munus commiſit: prior ſcilicet R. P. *Bonav. Malvaſia* Franciſcanus Bononienſis, reſponſum edidit A. 1628. hoc tit. *Dilucidatio ſpeculi verum monſtrantis*; alter *Phil. Quadraguolo* ejuſd. Ordinis, cujus reſponſum prodiit Latine A. 1631. & Arabicè A. 1637. hoc tit. *Apologia Religionis Chriſtianæ*,

riate, quæ in Oriente miſſa apud Mahometanos diſperſa fuit. * *Moretius.*

ACHONIUS (*Boetius*) & *Alb.* LAURENTIUS, gente Dani, Canonici Roetchildenſes, *Lagonis Urnii*, Epiſcopi ſui auſpiciis, ſ ediderunt Sec. XVI.

Breviarium Roeſchildenſe caſtigatum, Pariſ. 1517. in 4. aliaque ſcripta publicare viſerunt, teſte *Barthol.* de Script. Dan. *p.* 16. & *Mollero* in Spicil. p. 7.

ACHUINUS idem qui *Mohammed* ben *Mohammed*, A. C. 1498. defunctus, librum commentatus eſt quem ſcripſerat in Alcoranum *Beidhavi*, ſub tit. *Anovar-altenzil*, teſte *Morerio* poſt *Herbelotium.*

ACHWORTH (*Georgius*) Anglus, floruit circà A. 1570. ſcripſitque, teſte *Lud. Elia Dupin*, in Tab. Auth. Anti-Pontit. *Sec. XVI. p.* 1207.

Prolegomenorum Libb. II. *de Anarchia Romana, adversùs Sanderianam Monarchiam.* Londini, 1573.

ACINDYNUS. vid. ACYNDINUS.

ACINIUS (*Joannes*) memoratus à *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 639. ut qui ſcripſerit Sec. XVII.

Quæſtiones Theol. quibus à Theol. A-Catholicis ſeceſſionem facit. Francof. 1676.

ACITORES (*Andreas de*) vid. AZITORES.

ACLISSI *Al-Nagebi* vel *Nagibi*, idem cum *Schehabeddin Ben Maad*, ſcripſit librum *Anovar, al Athar fi fadhl Nabi al mo htar*, in quo tractatur *de virtutibus & prærogativis Muhammedis.* Obiit A. C. 1155. Eum quidam vocant *Achliti*, cui tribuitur adhuc liber inſcriptus

Bakiat al Saichat, cujus eadem fermè materia, teſte *Morerio* ex *Herbelot.* Bibl. Orient.

ACOLUTHUS (*Joannes*) pater *Andreæ* (de quo infra) librum ſcripſit contra Pontificios, cui tit.

Lux in tenebris: ex *Placc.* Theatr. Anonym. *n.* 788.

ACOLUTHUS (*Andreas*) Sileſius, Vratiſlavienſis, Luther. in Regia Societ. Scient. Boruſſ. Brandenb. Socius, Ling. Orient. Prof. in Gymn. Elizabeth. necnon Archidiac. & Sen. in templo Bernhard. Vratiſlav. cujus vitam ſubſequenti Epitaphio deſcriptam dat *Pippingius* Dec. X. Mem. XCVIII.

CELEBREM VRATISLAVIENSIUM
THEOLOGUM POLYGLOTTUM
ANDREAM ACOLUTHUM
Anno MDCCIV. die XVI. Novemb.
Solennibus Exequiis ſepulchro traditum
hoc dignum Monumento cenſuit
MARTINUS HANKIUS.
D. O. M. S.
Qua mente, qua Lingua,
per tot Linguarum, tot Mentium formas,
Peregrinator contendas in Patriam,
multum intereſt.
Nulli ſufficit mortalium ordini
ad obtinendam ubique Stationem commodam
una Semper aut Mens, aut Lingua.
Requiris cauſam ?
Ipſa mutabilis Locorum Temporumque diverſitas,
quemadmodum Mentibus, ita Linguis
ſevera Neceſſitatis Lege
varium, quem commendat, recipiendum imperat genium.
Quis cum Mente Linguam beet Habitus,
tot Viarum, tot Diverſoriorum Diſcriminibus
in tuam Rem ſatis accommodatus,
Exemplo melius addiſces, quàm Præcepto.
Singulare hoc ſub Marmore jacet Ingenium,
ANDREAS ACOLUTHUS
Virilis Sectator
Studioſorũ ad Erudiendas & Linguas & mentes facientiũ,
Intra Sileſiæ Civitatem Bernſtadium
Anno MDCLIV. die VI. Martii Natus :
Quantum Indoli ſuæ ſtatuebat oportunum,
imitaturus
Patrem magnus & Dotibus, & Meritis venerabilem,

JOHANNEM ACOLUTHUM, S. Theolog. Doct.
Uratiſlavienſium Eccleſiarum & Scholarum
Auguſtanæ Confeſſioni addictarum Inſpectorem:
Avum *Bartholomæum*, Proavum *Johannem*, Atavum
Martinum Acoluthos,
ab An. MDLXIII. Theologos & Doctrina & Vita
præclaros :
Matris JUSTINÆ, moribus honeſtiſſimis Matronæ,
Patrem ANDREAM ECCARDUM,
Namſlavienſem Eccleſiaſten Primarium :
à teneris & Linguam & Mentem exercebat Literis.
In Vratiſlavienſium Eliſabethano Gymnaſio
Sedulus Doctorum fidorumque Magiſtrorum Auditor,
ſupra cæteros ex meritis æſtimabat
Caſparem Hofmannum, Eliam Majorem, Danielem Sartoriũ,
Chriſtianum Hofmannum, Martinum Hankium,
Johannem Gebhardum,
Eliam Majorem, Rectorem & Inſpectorem.
Ampliſſimam Linguarum, inprimis Orientalium Notitiã
mirabili proſequens Deſiderio,
Latinis, Græcis, Hebraicis non contentus,
Celebrem nactus Inſtitutorem
Auguſtum Pfeifferum, Phil. & Theol. Doctorem.
in Olnenſium Ducatu, prius Medziborenſem, poſtea
Stroppenſem
Paſtorem & Seniorem,
tandem Civitatis Lubecenſis Præſulem,
primis Literarum Elementis
Rabbinicis Chaldaica, Syriaca, Perſica, Æthiopica,
Mauritanicis Turcica, Copticis Armenica, deniq; Chinenſia,
facili copulabat vinculo.
Wittebergenſem Ann. MDCLXXIV. ſub Autumnum
ingreſſus
Academiam,
præcipuis Rerum acquirendis Scientiis,
Metaphyſicis, Mathematicis, Politicis, Theologicis
cupidiſſimam erudiebat Mentem :
Excellentiſſimis addictus Profeſſoribus
Balthaſari Stolbergio, Mich. Strauchio,
Conrado Samueli Schurtzfleiſchio, Theod. Daſſovio,
Sam. Pomario, Abrahamo Calovio :
ab Anno MDCLXXVIII.
Lipſienſibus etiam creber Auſcultator Doctoribus
Johanni Oleario, Valentino Alberti,
Johanni Adamo Scherzero,
Publicis donatus Philoſophici Magiſtri honoribus,
Præſes publice Diſputationem, privatim juvenibus
Collegium
proſpero habebat ſucceſſu.
Poſt hæc
ad majorem Orientalium Linguarum culturam
præcipua convertebat Curarum momenta.
Singulari adeptus fato
Publicatum Armenico Sermone divinum codicem,
annotationibus illuſtraturus totum,
Anno MDCLXXXII.
Primus Armenicorum Characterum in magna Germania
ſpecimen,
Obadiam edebat Prophetam.
Poſt Biennium
Amaras ob Zelotypiam Fœminis Judaicis Aquas
Amplo declararas Commentario
curioſis vetuſtatum ſcrutationibus reddebat dulces :
Academico dignus habitus Polyglotti Profeſſoris officio.
At in hanc Metam oculum defigenti
Mentem mutabat Lipſienſe Contagium,
Domicilium Vratiſlavienſe mutabat Linguam.
Ordinariis additus Eccleſiæ Vratiſlavienſis Doctoribus,
ab Anno MDCLXXXIV. ad S. Salvatoris Templum
Concionator :
ab Anno MDCXC. ad S. Bernhardini ædem Diaconus
Senior :
Germana Mente, Lingua Germana
Chriſtiano ſerviebat populo :

ab

ab Anno MDCLXXXIX.
Extraordinarius in Eliſabetano Gymnaſio Profeſſor,
Hebræam juventuti ſuperiori tradebat Linguam:
cæteris per horas ſucciſivas intentus orientalibus linguis
Magno Turcarum cum Chriſtianis Bello
pretioſis obtinebat ex Hoſtium ſpoliis
conſcriptum Arabico ſermone primigenio Alcoranum,
Interpretatione tum Perſica tum etiã Turcica explicatũ:
Unicum hoc Religionis Mahumedicæ propugnaculum,
inanibus Principiorum ſubnixum Fundamentis
opere Latino, in Germanicum deinceps mutando,
diſſolvendum, oppugnandum, deſtruendum
perpetuo aggrediebatur Propoſito.
Id A. MDCXCVI. executioni tandem videbatur
proximum,
cum
Potentiſſimus S. Romani Imperii Elector Brandenburgic.
FRIDERICUS III.
Primus poſtea Boruſſorum Rex,
cognito Autoris præſentis per alloquium deſiderio,
ſumma in Literas Clementia,
quotannis ſuggereret liberale ſubſidium,
ſuas in terras evocando pleniſſimum promitteret Otium:
Regiæ Scientiarum Boruſſicæ Societatis crearet Collegã.
Tamen is
rem tot Curis, tot impendiis ſuſceptam
obſtaculis quo ſerius, eo validius ſuffiaminantibus
ſolam continebat ſemper intra ſpem.
Domi etiam, non tantum Foris
meliores non tam ſæpe, quam deteriores ſentiebat vices,
Mentem fatigantes, excrescentes Linguam.
Anno MDCLXXXV. die VII. Maii,
aſſumtam in Matrimonium *Mariam*,
placidis piiſque moribus puellam,
Civis Vratiſlavienſis inter Tinctores Senioris,
Michaelis Mayeri & *Mariæ Copiſiæ* Filiam,
duorum Liberorum Genitricem,
ultra quintum annum inter ærumnas ſolatium,
præmiſſa Filia *Juſtina*, relicta *Johanna Eleonora*,
An. MDCLXXXIX. ætatis XXII. die II. Febr.
ereptam lugebat.
Privatis conſulturus neceſſitatibus
Anno MDCXCII. Februarii III. die
ſuo annectebat ſociam thoro
ANNAM ROSINAM Virginem
Fœmineis ſupra multas conſpicuam Prærogativis:
Patre prius Olſnenſium, poſt Vratiſlavienſium Theologo,
rara ſimul Eruditione, ſimul Pietate claro,
CAROLO ORTLOBIO Philoſophiæ M.
Matre *Anna Roſina*, *Johannis Letſchii*,
Bregenſium Primarii Theologi filia, progenitam Filiam.
Quam,
Filia *Johanna Sophia*, cœleſtibus adjuncta,
Filios *Benjaminem*, *Ephraimum*, *Johannem Carolum*
ſuperſtites retinentem,
flebilem reliquit Viduam;
peculiari dudum fato
miras ferentem referentemque vices,
Mente valida, prompta Lingua:
irritabiles, non-declinabiles.
Ipſe
primis ab annis
Multiplices totum per ævum paſſus ægrimonias,
ad ultimum
copioſis adaugebat Remediis:
Prævio imminentis Mortis ſenſu
veram, id eſt, beatam Vitam
intentioribus expetebat deſideriis.
Eam intrabat,
poſt exactos Annos L. Menſes VIII.
Anno MDCCIV. die IV. Novembris,
exoptatum Mentis & Linguæ laboribus imponens Finẽ:
inter Literatos
Felicibus additus, ſubductus Infelicibus.
Vides jam, viator, pro via neceſſariam

unam iter agenti nec Mentem nec Linguam:
unam iter finienti & Linguam & Mentem:
Mentem, qua ſe totum conſecret DEO:
&, qua ſe totum commendet DEO Linguam.
Mentis Regimen non ſemper patitur Lingua:
Mens ſola Deo fiat Lingua.
Intellectum Veritate, Sanctitate Voluntatem
poſſidentibus illuſtrem DEO junctis Hominibus
nunquam non eſt
Mens, interior Lingua: Lingua, exterior Mens.

S c r i p t a:

1. *De Prædicationum inuſitatarum Exiſtentia*, *Diſſ.* Lipſ. 1677. habita, & edita.

2. *Obadias Armenus*, quo, cum Analyſi Vocum Armenicarum Grammatica, & Collatione Verſionis Armenicæ cum fontibus aliiſque, maximam partem Orientalibus Verſionibus, exhibetur primum in Germania ſpecimen Characterum Armenicorum, in celeb. Acad. Lipſ. procuratorum, *Lipſ.* 1680. in 4. Textus Armenicus impreſſus eſt (inquit *Jac. Le Long*, pag. 159.) juxta editionem *Amſtelod.* An. 1666. cujus elegantiſſimum exemplum, quo ſcilicet *Acoluthus* uſus eſt, in *Bibl. Sen. Lipſ.* aſſervari teſtatur.

3. *De Aquis amaris maledictionem inferentibus*, vulgò dictis *Zelotypiæ*, & *Num. V.* 11. uſque ad finem Cap. deſcriptis, *Philologema*, ex Anatolica Antiquitate, hoc eſt, Fontibus Sacris, eorundemque variis tum Orientalibus, tum Occidentalibus Verſionibus, Thalmude utroque, & omnium ætatum Hebræis, Exegetis, Homiletis, Philoſophis, Kabbaliſtis atque Maſora, erutum, adeoque Judæorum in Textus ſacros commentandi rationem multiplicem oſtendens. *Lipſiæ*, typis Juſt. Brand, 1682. *in* 4.

Ita hic procedit Autor ut Primum (*cap.* 1.) tremendæ hujus ſanctionis cum præcedentibus & ſequentibus cohærentiam oſtendat: deinde (*cap.* 2.) Hebraicarum vocum, quibus diſſertationis hujus frontem inſignivit, conſtructionem, originem, ſignificationem & emphaſin evolvat, tum rem ipſam aggrediatur, & (*cap.* 3.) totam rationem, qua uxores zelotypis maritis de adulterio ſuſpectæ per aquas à Sacerdotibus propinatas probandæ fuerint, ſecundum omnes cauſas & circumitantias exponat, & tamen in recenſendis allegoriis & abuſibus (*cap.* 4.) occupetur, id ubique agens, ut ſacros fontes quorum ductum ſequitur, cum interpretum rivulis ſtudioſè conferat, & quantopere in Orientalium linguarum ſtudio excolendo & abſtruſis Judæorum ſacris eruendis verſatus fuerit, oſtendat. * Vid. *Acta Lipſ.* A. 1682. p. 104.

4. *Τετράγλωττα Alcoranica*, ſive *Specimen Alcorani quadrilinguis, Arabici, Perſici, Turcici, Latini*: cujus textus authenticus Arabicus, ex collatione 30. Codd. recenſendus; hujus autem difficillimi ſenſus, tanquam obſerata Satanæ abyſſus, gemina clave, eaque feliciſſima, nimirum verſione Perſica, in ipſo Oriente rariſſima, & Turcica adhuc rariore, Chriſtianis autem hucuſque prorſus ignorata recludendi, ac triplici Latina verſione exponendi, annotationibus etiam Philologico-Theologicis, ex ipſorum Arabum, Perſarum & Turcarum Scriniis, genuina ipſorum matæologiæ ſede, nec non ditiſſimo cœleſtis veritatis theſauro, depromendis illuſtrandi ſunt. *Berolini*, 1701. *in fol.* * Vid. *Nov. Liter. Germ.* 1706. p. 8.

ACOMINATUS (*Michael Nicetas*) Vid. CHONIATES.

ACONTIUS (*Jacobus*) Theologiæ, Philoſophiæ, ſimul & Juriſprudentiæ peritus, patria Tridentinus, ſeculo non quidem XV. ut *Morerius* habet, ſed XVI. vixit. Religionem Reformatam amplexus, Angliam petiit, ubi à Reginâ *Elizabethâ* benigniſſimè exceptus eſt: ut ipſe fatetur in fronte operis (*a*) quod ei his titulis dicaverat, Divæ Elizabethæ, Angliæ, Franciæ, Hiberniæ Reginæ, *in ſignum memoriamque grati animi, ob partum ejus liberalitate, cum in Angliam*

gli. : propter Evangelica veritatis profeſſionem extorris ap-prehenſus, humaniſſimeque exceptus eſſet, literarum otium. Is, (*de quo jure ait* Saldenus, (*b*) *quod de* Origene *dici ſolet*, ubi bene nemo melius, ubi malè nemo pejus.) . . . . *fuit vir doctus, ſed ingenii, ut acris quidem, ita & elatioris, & justo liberalioris, quin à neſcio quali Scepticiſmo & Indifferentiſmo in ipſam Theologiam introducendo haud quaquam alieni, quod tractatu ſuo* de Stratagematis Satanæ *teſtatum ſatis fecit*, libello (*c*) *Sim. Goulartio* judice, omnium malorum peſſimo. *Voetius* ei aſcribit quod vel imperitè vel ſubdolè communem Confeſſionis conceptum molitus ſit, ſub cujus vexillo militarè poſſint & ipſi Ariani. Tamen fatendum eſt, id quod de ipſo refert *Goulartius* vix in ejus operibus poſſe reperiri. Sed & aliud *Voetii* de *Acontio* judicium accipe. *Judicetur* (d) *quis anguis in herbâ latuerit, quod hic vir in fundamentalibus aſſertionibus nunquam τὸ ὁμοούσιον trium perſonarum ſtatuerit, nec adverſarios, Samoſatenum, Photinum, Arrium, Eunomium, Pneumatomachos aut eorum errores rejecerit, contentus ſolos illos rejectos, qui negarent Filium non eſſe alium à Patre.* * Bayl. *Dict.Crit.* Vid. & *Tom. VI.* Obſerv. Litter. *Hala Magd.* 1702. 8. *Bernard* Rep. Litt. Tom. XIII. p. 556.

Scripta:

1. *De Stratagematibus Satanæ in Religionis negotio per Superſtitionem, Errorem, Hæreſim, Odium, Calumniam, Schiſma* &c. *Libb. VIII.* quorum ſummam exhibet *Dupinius* Bibl. Author. Anti-Pontific. *Tom. I.p.* 359. Opus ſæpius tranſlatum & excuſum, primò quidem *Baſilea* an. 1565. alii volunt 1562. ſecundò verò ibidem an. 1582. tertiò an. 1610. à *Jac. Graſſero* editum. Huic ultimæ Editioni ſubjungitur *Acontii* Epiſtola *de Ratione edendorum Librorum*, (*e*) informandis autoribus aptiſſima: verùm ibi deſideratur inchoatum *de Methodo opuſculum* (*f*) Prodiit & *Delfis* Stratagematum opus apud Schinckelium, 1611. & 1624. in 8. *Gallicè*, *Latinè* verò *Amſtelod.* apud *Ravenſtein.* 1652. & 1664. in 12. *Oxonienſem* edit. an. 1631. 8. memorat *Lippen.* Tom.II.*p.* 789. *Belgicè* an. 1660. *Germanicè* Baſileæ an. 1647.

2. Scripſerat & *de Ratione muniendarum urbium*, quem tractatum *Italicè* primo conſcriptum, & *Latine* poſtea ab ipſo redditum, dum in Anglia degeret, typis mandari neglexit.

3. *Tractatum* etiam parturiebat *de Logica*, cui elaborando eò majorem dabat operam, quò ſe in cultius incidiſſe ſeculum intelligebat, & exorientem quandam ſeculi adhuc paulò cultioris lucem pertimeſcebat. *Etſi enim*, ut ipſe ait (*g*) *multos habuit, habetque ætas noſtra viros præſtantes, adhuc tamen videre videor neſcio quid magis futurum.*

(*a*) *Satanæ Stratagemata.* (*b*) *de Libris* p. 337. 338.
(*c*) *Trigland.* Hiſt. Eccleſ. *p.* 232. (*d*) *Diſput. Theol. t.* 1. p. 401.
(*e*) Eam ſeorſim excuſam *Baſilea* A. 1565. 8. dicit *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 178.
(*f*) Hujus titulus eſt *de inveſtigandarum tradendarumque artium ac ſcientiarum Methodus*, quæ lucem vidit cum aliis ejuſd. argumenti ſcriptis *Trajecti ad Rhen.* A. 1658. teſtante Viro Cl. *Morhofio* Lib. II. *Polyhiſt. Liter.* cap. 7. n. 88.
(*g*) *Epiſt. ad Wolf.* p. 410.

ACOSTA (*Emanuel de*) Luſitanus, Soc. Jeſu, vernaculè ſcripſit Sec. XV.

Rerum à Societate in Oriente geſtarum Volumen quod Latinè vertit *Joan. Pet. Maffeus* ejuſd. Soc. *Dilinga*, apud Sebald. 1571. & *Colonia*, 1574. 8. In Caſtellanum convertit *Joan. Iniguez de Lequeriua*, 1575. in 4. Germanicè item extare legitur apud *Nic. Anton.* Bibl. nov. *Tom. I. p.* 266. ubi quædam alia.

ACOSTA (*Franciſcus de*) Auguſtinianus, Provinciæ Bæticæ, vir pi.. diſertus, ſcripſit Sec. XVII. teſte eodem *Tom. I. p.* 303.

Vida prodigioſa, y heroicas virtudes de la venerable Madre Maria de J. H. S. religioſa Carmelita deſcalza del convento de San Joſeph y S. Tereſa de la ciudad de Toledo Matriti, 1648. in 4.

ACOSTA (*Gabriel*) Luſitanus, domo ex *Torreſvedras* oppido, exili genere, puro tamen, ortus, Doctor Theol. Conimbricenſis Sec. XVII. jam in oculis omnium iſtius Academiæ eruditorum hominum nempè erat, ingenioque habilis plurima laude celeber, cùm virorum doctiſſimorum deſtinatione id in mandatis Regiis habentium *Nonii Noregna* Rectoris, Epiſcopi deinde *Ægitanenſis*, *Ludovicique Sotomajoris* Sacrarum Literarum Profeſſoris primarii ex novem unus & præcipuus nomen edidit, quibuſcum inter togatos D. *Petri* Sodales ſupplementi atque ornamenti cauſa reciperetur. Hoc honore auctus, id quadam veluti meritorum violentia, ſed à libentibus extorſit, ut nova ſibi cathedra exorato ad preces Academiæ Rege, Sacris Libris explanandis crearetur; unde in locum laud. *Ludovici Sotomajoris* rude jam propter ætatem donati, ſcholæ ſuffragiis, regioque inſuper nutu Profeſſor fuit docendæ Theologiæ princeps renunciatus; poſt vicennium & ipſe ad otium emeritum ritè dimiſſus. Canonico interim Sacerdotio functus eſt in Conimbricenſi Sacra æde, quod Ulyſſiponenſis Eccleſiæ aliud poſt exantlatum profeſſionis munus excepit. Otium verò id nactus meditabatur ſuorum Commentariorum publicationem: ſed ejus cœptis manum immaturè ſatis mors poſuit. Verùm quò magis viri doctiſſimi lucubrationes uſus tereret publicus, *Franc. Caſtri* Præſulis opera factum eſt, qui à Conſiliis Statûs Catholici Regis cum eſſet, fideique rerum ſummus per Luſitaniam arbiter, curæ huic vindicandæ, atque aſſerendæ præceptoris quondam ſui famæ, inter publica negotia locum non ultimum fecit. Hi ſunt *Commentarii ad V. & N. Teſtamenti quoſdam libros*, literam plerumque ex Hebræorum aditis, Patrumque ac interpretum placitis edocentes, morum dictata nonnunquam inculcantes, verè Latinâ nec prolixâ oratione pertexti. *Tomus prior* continet

Commentaria V. in totidem libros Vet. Teſtamenti, ſcilicet

α In Cap. XLIX. *Geneſis*, de Benedictione Patriarcharum.

β In Lib. *Ruth.*

γ In Threnos *Jeremiæ* Prophetæ.

δ In *Jonam* Prophetam.

ε In *Malachiam* omnium Prophetarum noviſſimum.

Lugduni edita, ſumpt. har. Gab. Boiſſat, & Laur. Aniſſon, 1641. *in fol.*

* Vid. *Nic. Anton.* Bibl. nov. *Tom. I. p.* 384.

ACOSTA (*Gabriel* (*a*) ſeu *Uriel* (*b*)) Luſitanus, in urbe quæ vulgò *Porto* dicitur, parentibus Pontificiis, quamvis ex Judæis majoribus, Sec. XVI. exeunte natus, gente nobilis & ad tractandam Juris diſciplinam admotus, ad Judæorum cœtum anno ætat. 25. ſe contulit, & ex Luſitania *Amſtelodamum* cum matre & fratribus profectus eſt. Hic cum liberius & patriis Judæorum inſtitutis minus convenienter viveret, eorum ſcilicet Leges non obſervans, ac Legem non *Moſis*, ſed merum inventum humanum eſſe putans, cœtu Judæorum ſolemni formula exturbatus, cauſam ſuam contra Religionis ſocios tueri aggreſſus, ſpeciatimque immortalitatem animæ ſe negare profeſſus eſt, quam deinde ſingulari libro oppugnavit. Variis igitur ſuorum odiis injuriiſque exagitatus, ad eadem Judæorum ſacra rediit, ſed iterùm ejectus, ac tertia tandem vice, pœnitudinis ſignis editis, plagis 39. publicè affectus recipitur. Qua quidem indignitate rei permotus, acerbiſſimum, quem putabat, inimicum ſuum, fores prætereuntem globulo emiſſo trajicere conſtituit, ſed ſpe fruſtratus, ſeque detectum videns, eodem ſclopeto ſibi vitam ademit, A. 1640. menſ. Aprili, ut teſtatur *B. Jo. Mollerus*, (*c*) vel potius, *Wolfio* judice (*d*) A. 1647. juxta *Clericum* in Bibl.univ. *Tom. VII. p.* 327.

Scripta:

1. Lib. *contra immortalitatem animæ*, quem, antea elaboratum, typis tum demum edidit, ut ipſe (*e*) teſtatur,

Digitized by Google

tur, eùm Medicus quidam (*f*) ſuaſu Judæorum, ſententiam hanc ſuam, ore ab ipſo promulgatam publico ſcripto confutaſſet. (*g*) *Acoſtæ* liber Hiſp. ſcriptus, *Amſtel.* editus eſt, apud *Paul. Raverſtein*, ſub tit. *Examen Traditionum Pharisæarum collatarum cum lege ſcripta, contra animæ immortalitatem*; cujus editionem A. 1623. poſteriorem eſſe exinde colligitur, quòd eo anno prodierit liber adverſarii.

2. *Exemplar humanæ Vitæ*, Latinè ſcriptum, & in ædibus αὐτόχειρος repertum, editumque ex *Sim. Epiſcopii* ſchedis a *Phil. Limborchio* in calce *Amicæ collationis cum erud. Judæo de Verit. Relig. Chriſt.* Goudæ 1687. 4. (*h*) qui ſcripturas & refutationem brevem addidit. In illo enim Scriptor infelix non ſolùm vitam ſuam ſtrictim delineat, & in Judæorum licentiam ac furores invehitur, ſed & varia argumenta in divinæ revelationis adeoque religionis omnis veritatem injuria immiſcet.

* Vid. Cl. *Wolf.* l. inf. c. & *Bælium* in Dict. Hiſt. Crit.

(*a*) Gabriel *apud Chriſtianos.* (*b*) Uriel *apud Judæos.*
(*c*) in *Prolegom. ad Jud. detectum*, p. 71.
(*d*) Bibl. H *b. Tom. I. p.* 133. (*e*) in *Exempl. Vitæ hum.* p. 347. (*f*) *Sam. de Sylva* (*g*) Prodiit illud Luſitanice *Amſtel.* 1623. 8. (*h*) *Act. Lipſ.* 1688. p. 212.

ACOSTA (*Hieron.*) Jeſuiticæ Societatis (Sec. XVI.) cujus membrum fuit, perturbator, præceps, turbidus, patiendi tacendique inſolens, qualem depingit *Joſ. Juvencius* Hiſt. Lib. XI. *Part. V. n.* 22. 24. 40. Sub ejus nomine latuit Dn. *Rich. Simon* de quo ſuo loco dicemus.

ACOSTA (*Joſephus de*) Soc. Jeſu, Hiſpanus, Medinenſis, *Hieronymi* præfati frater, ſumme laudatus a *Juvencio* (*a*) poſtquam in ſodalitio Societatis, cui ſe puerum Salmanticæ tradidit, omni diſciplinarum genere indefeſſi vir laboris ingenium præſtans, atque acre judicium inſtruxiſſet, in Occidentalem Indiam delatus, Provinciam ibi Peruanam ſodalium rexit Præpoſitus, ſeptemdecimque totos annos commoratus eſt, ea curioſe obſervans, & in Commentaria digerens, quæ magno cum fructu atque operæ pretio de rebus Indicis ab eo extant. Indè reverſus Viſitatorem egit in Provinciis Aragoniæ ac Bætica, nec non & aliquando procuravit Romæ, promovitque ſalutis Indorum ſpiritualem cauſam. Sexagenarius tandem è vita migravit, munus gerens Rectoris in Salmantino Collegio, pluribus ſcriptis clarus, A. 1599. d. 15. Febr.

Vir fuit ingenio præſtanti, acri judicio, labore indefeſſo, facundia doctrinaque præſtans, qui omne diſciplinarum genus didicit, & profeſſus eſt.

S c r i p t a :

1. *De Promulgato Evangelio apud Barbaros*, ſeu *de procuranda Indorum ſalute*, Libb. VI. *Salmanticæ*, apud Guilielmum Foguel, 1588. & *Coloniæ*, 1596. in 8. *Lugdunenſem* edit. notat *Lippen.* (*b*) A. 1670. in 8. idemque opus bis (*c*) tribuit *Joanni* cuidam *Acoſta*.

2. *De Chriſto revelato ex utroque Teſtamento*, ſive *Vita Chriſti ex Propheta & Evangeliſtis*, Libb. IX. *Romæ*, 1590. in 4. *Lugduni*, 1592. in 8. *Salmanticæque & Venetiis.*

Idem fortè opus eſt quod, eo licet præmiſſo, extare dicit Cl. *Jac. Le Long* p. 596. cum *Steph. Menochii* Comment. *Tom. II. fol.* Pariſ. 1719. hoc tit. *De vera Scripturas interpretandi ratione, ac de Chriſto in Scripturis revelato*, Libb. III.

3. *De Temporibus noviſſimis* Libb. VI. *Romæ & Lugd.* unà cum prædictis editi, & alibi.

4. *Concionum* Tomi III. gravi ac eleganti ſtylo. *Salmant.* apud Jo. & And. Renaut, 1596. in 4. *Venetiis*, 1599. & *Coloniæ* 1600. in 8.

5. Eædem procuIdubio ſunt, quas vidimus, *Conciones de Adventu & in Quadrageſimam* Voll. II. *Coloniæ* apud Ant. Hierat, 1601. Editionem Ann. 1608. memorat quoque *Lippen.* Tom. I. p. 365.

6. *Concilium Limenſe III.* digeſſit, & Latinè conſcripſit.

* Alia quædam edidit, quæ vid. apud *Nic. Anton.*

Bibl. Nov. *Tom. I. p.* 614. Præclara de illo ac ejus ſcriptis Doctorum elogia collegit *Th. Pope Blount* Cenſ. Celeb. Auct. *p.* 423.

(*a*) Hiſt. S. J. *Lib. XI. Part. V.* n. 17. 38. *P.* VII. n. 39. 42. 45. 50. 54. & alibi. (*b*) *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 95.
(*c*) *Ibid.* Tom. I. p. 462. & Tom. II. p. 710.

ACOSTA (*Philippus de*) Ord. Prædic. Bæticus, *Hiſpali* natus, ibidemque ad ordinem in ſancti Pauli domo allectus, Theologus præſtantiſſimus, ideoque titulum & honores magiſterii conſecutus, ac unà Eccleſiaſtes medio Seculo XVII. in Hiſpania clariſſimus, magnum ſibi apud ſuos nomen fecit, ob *Elenchum appenſum ad tomum de Sanctis Ignatii Contino*: Cui plurima ex proprio marte addidit, & graves ſolidosque *Ignatii* conceptus elegantioribus ornavit ac ditavit.

Hinc ut & ipſe ſuos proprios ſermones ederet, ab omnibus, ipſiſque etiam Bibliopolis excitabatur, quibus ut morem gereret, non permiſit mors præmatura, quâ ſublatus nondum quinquagenarius, ſui magnum poſteris deſiderium reliquit. * Vid. *Echard.* in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 564.

ACOSTA *de* ANDRADA (*Sebaſtianus*) Vid. *de* ANDRADA.

ACRE (*Petrus Sanchez de*) Toletanus, Portionarius almæ hujus Eccleſiæ, vir pius, & multæ lectionis; dedit in lucem Sec. XVI.

1. *Arbol de conſideracion y varia doctrina*: i. e. *Arbor conſiderationis & variæ Doctrinæ* ad Gaſparem Quirogam Toletanum Pontificem. *Toleti* 1584. in fol. per Petrum Rodriguez.

2. *Hiſtoria Moral y Filoſofica*, i. e. *Hiſtoria Moralis ac Philoſophica*, in quâ XII. Philoſophorum ac Principum antiquorum Vitæ, eorumque ſententiæ ac egregia facta continentur, &c. *Ibid.* 1590. fol. apud Joan. de la Plaza.

3. *Triangulo de las tres Virtudes Theologales, Fee, Eſperança y Caridad, y quadrangulo de las quatro Cardinales* &c. i. e. *Triangulus Virtutum Theologalium, Fidei, Spei, & Charitatis; & Quadrangulus virtut. Cardinalium*, in quibus earum proprietates ac præſtantia, Hiſtoriæque plures admodum utiles expenduntur. *Ibid.* apud Thomam de Guzman, 1595. fol.

ACRONIUS (*Johannes*, Friſius, ut creditur,) vixit ineunte Sec. XVII. Fuit V. D. Miniſter, æſtuanti ſeditioſoque animo. *Veſalienſem* Eccleſiam, cum in magno eſſet periculo, deſeruit. Abnegatum illi *Daventriæ* Miniſterium obtinuit apud *Groningenſes*, quos inhoneſte poſtea dereliquit; nec adeò dignè *Franeckeræ* Theologiam docuit: *Harlemi* tandem concionatus eſt, quâ in urbe more ſuo ſe geſſit, omnibus contradicens, cunctorum cenſor. Eum hujus urbis Hiſtoriographus doctum non negat, quem tamen turbulentiori animo præditum fatetur. Scripſit Belgicè

1. *Tractatum de Jure patronatus*, in quo quampluurimas inſeruit Juris Canonici citationes.

Latinè

2. *Compendium Theologiæ*: Groningæ, ann. 1605.

3. *Elenchum Orthodoxum Pſeudo-Religionis Romano-Catholicæ*, graviſſimos errores modernis Papatûs de præcipuis Chriſtianæ Religionis capitibus percenſens. *Arnhemii & Daventriæ* ann. 1605. & 1615. in 4.

4. *De Studiis Theologicis privatim inſtituendis, ac de Concionibus Eccleſiaſticis apte formandis & habendis.* Amſtel. 1605. 1618. & 1668. 4.

Ejuſdem præterea extat *Epiſtola* ad *Conr. Vorſtium* (*a*) data *Groningæ* Cal. Maii A. 1605. in quâ queritur *de Miniſtris indoctis*.

* De eo *Bælius* in Dict. *Dupin* Tom. III. in 8. pag. 177. *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 407. 791. & 857.

(*a*) *Vid. Epiſt.* LXXV. *inter Epiſtolas præſtantium Viror.* &c. Amſtelod. 1684. fol.

ACRONIUS (*Ruardus*) turbas primas excitante Arminianiſmo ſcripſit quædam adverſus Arminianam hypotheſim de Magiſtratuum in rebus Religionis poteſtate:

tentiæ: ſermonem publicavit quem *Hagæ Comitum*, ante turbas, habuerat *Uytenbogardus*, maximè diverſum a doctrinâ quam poſtea de eadem quæſtione tuitus eſt. Numeratur noſter inter ſex Reformatorum propugnatores adverſus Arminianos, in celebri Conferentia *Haga-Comitana* habitâ, ann. 1611. Scripſerat antea *Expoſitiones Catecheticas*, quibus Quæſtiones Catechiſmi Eccleſiarum Belgicarum & Palatinatûs explicantur. *Schiedami* 4. 1606. * Vid. *Bayl.* Dict. Crit. *Lippen.* Tom. I. p. 257.

ACROPOLITA: *Vide* CONSTANTINUS & GEORGIUS.

ACSILRAD Judæus, cognomento *Bandit*, fil. *Joſeph* Levitæ, ſcripſit Sec. XVII. teſte Cl. *Wolf.* Bibl. Heb. *Tom. I. n.* 219.

1. *Filium ſcientia* i. e. *Conciones CL. in Pſalmos literaliter expoſitos*, quæ una cum ipſo Pſalmorum contextu prodierunt *Hanov.* A. C. 1616. in 4.

2. *Miniſterium Leviticum*, Exod. XXXVIII. 21. ſive *Conciones in Legem*, quas tamen in *Pentateuchum* ſolum *Lublini* editas vidiſſe ſe teſtatur *Juchaſin*.

ACTA APOSTOLORUM: Novi Teſtamenti Canonicus Liber; magnam SS. *Petri* & *Pauli* vitæ partem, ab Aſcenſione *Chriſti* ad *Pauli* adventum Romam, cùm ad *Cæſarem* provocaverat, hiſtoriam ſcilicet 28. vel 30. annorum continens. Horum ſcriptor S. *Lucas* uſquequaque habitus eſt, (*a*) qui enarratis in Evangelio Chriſti operibus, Principum etiam Apoſtolorum facinora miramque rationem, qua Spiritus S. Eccleſiam Chriſti ſanguine redemptam, efformavit, docere conſtituit; creditur que hoc ſibi propoſuiſſe S. *Lucas*, ſinceram ſcilicet eorum vitam atque acta, falſis, quæ vulgò ſcribebantur, opponere. Hæc tanti ab Eccleſia ſemper facta ſunt, ut aliis neglectis, hæc tantùm adoptarit. Græcè ſcripſit, puriori etiam, ac elegantiori ſermone, quam cæteri Novi Teſt. Scriptores. S. *Epiphanius* Hæreſ. 30. c. 3. & 6. librum hunc ab *Ebionitis* è Græco in Hebræum, Syriacum ſcilicet, Palæſtinę Judęis commune idioma tranſlatum tradit: corruptum tamen ab ipſis, pluribuſque fabulis, ac injurioſis Apoſtolorum memoriæ criminibus interpolatum. S. *Hieronymus* l. inſ. c. aſſerit, veris Actibus itinera SS. *Pauli* & *Theclæ* (*b*) & hiſtoriam baptizati leonis à quodam Aſiæ Presbytero addita fuiſſe, quæ inter Apocryphas ſcripturas computat D. *Grabbe* in ſuo *Patrum Spicilegio*, S. *Theclæ* hiſtoriam edidit, quam ipſe veterem ab *Hieronymo* indicatam hiſtoriam eſſe opinatur, in qua leonis baptizati narratio non habetur.

Cæterum hæc *Apoſtolorum Acta* reſpuebant *Marcionitæ*, *Manichæi* & nonnulli alii hæretici, eo quod apertiſſimè errores ſuos damnare viderent. Opinionem Authoris *Synopſeos Athanaſianæ*, quod ea concionatus ſit D. *Petrus*, *Lucas* verò in ſcripta redegerit, improbat *Rich. Simon* l. inſ. c. eorumq; ætatem multis annis non eſſe minorem ex aliquot nummis Byzantinis collegit, & cum *Uſſerio* contendit *Thom. Hearnius* (*c*) A. M. Oxonienſis, de quo nos ſuo loco.

(*a*) Vid. *Calmet* Dict. S. Script. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. I. cap. XII. art. II. ſ. II. *Cave* Hiſt. Liter. p. 17. *Rich. Simon* Hiſt. Crit. N. T. cap. XIV. *Rechenbergii* Hiero-Lexic. pag. 22. S. *Hieron.* de Script. Eccleſ. cap. VII.

(*b*) Hæc Apocrypha cum et poſt alios *Nat. Alexander* qui (Sec. I cap. XII art. IV.) objectionibus quibuſdam ſolutis, *minimè inficiamur*, inquit, *Theclam vixiſſe S. Pauli temporibus, ab Apoſtolo converſam, ſponſum reliquiſſe, martyrium ſubiiſſe, & ſi qua ſunt alius generis, quæ à SS. PP. celebrantur; ſed non admittimus propterea Acta Pauli & Theclæ, & commenta quibus infarta ſunt.* Vid. & de his *Oudin.* Comment. de Script. Eccleſ. Tom. I. p. 16.

(*c*) Vid. *Acta Lipſ.* 1717. p. 100.

ACTA APOSTOLORUM Apocrypha, *Abdiæ*, ficto *Babylonis* Epiſcopo, tributa. Impoſtor ille, ait *Aug. Calmet* p. 88. ſe Epiſcopum ab ipſis Apoſtolis, in Perſidem euntibus, *Babylone* conſecratum dicit. Hæc autem nec vetuſta, nec authentica ſunt, quippe quæ nec *Euſebio* nota, nec S. *Hieronymo*, nec aliis ante illos Patribus. Author dicit, ſe Græco ſermone ſcripſiſſe, & opus ſuum à *Julio Africano*, Græco etiam Scriptore in Latinum tranſlatum. *Hegeſippum* nominat, qui Eccleſiæ Sec. II. vixerat. Vitæ denique Apoſtolorum adeo refertæ ſunt fabulis, ut male digeſtus Romanus dici queant.

ACTA S. ANDREÆ ex S. *Auguſtino* nota, & à *Manichæis* recepta, diverſa ab iis quæ ſuperſunt ſub nomine *Presbyterorum Achaiæ*. His Apocryphis Actis *Manichæi*, *Encratitæ* & *Apotactici* utebantur. * Vid. *Calmet* p. 88.

ACTA S. JOANNIS Evangeliſtæ, *Epiphanio*, & *Auguſtino* cognita, incredibilia Apoſtoli hujus geſta continebat. His utebantur *Encratitæ*, *Manichæi*, & *Priſcillianiſtæ*. Fortaſſe Autor *Synopſis* S. *Athanaſio* adſcriptæ, hæc Acta laudat ſub nomine *Itinerarii S. Joannis*. Eadem Acta creduntur ac quæ in falſo Abdia ſuperſunt.

ACTA S. MATTHIÆ. Volunt aliqui, Judæos aliquandiu primum vitæ & mortis *S. Matthiæ* exemplar celaviſſe, & à quodam Trevirenſis Abbatiæ *S. Matthiæ* Monacho ex eorum manibus erutum, quod Latinitate donatum in lucem edidit. Critici (*a*) vero, inquit *Calmet*, hæc Acta, nec vera, nec authentica exiſtimant. Forte Judæi bonæ fidei hominem deceperunt.

(*a*) Tillemont. *Tom. I. Hiſt. Eccleſ.* p. 1186. & Fabric. *Apocryph. N. T.* p. 782.

ACTA S. PAULI poſt illius mortem ſcripta, ut ſupplementum ad ea quæ S. *Lucas* ſcripſerat de iis quæ à D. *Paulo* geſta ſunt altero itineris ſui *Romam* anno, uſque ad ipſius mortem. Librum hunc omninò deperditum bis longiorem fuiſſe Actis Apoſtolorum Canonicis neceſſe eſt: Codex enim MS. à *Cotelerio* (*a*) laudatus, librum hunc 4560. verſus continuiſſe teſtatur: Canonica verò Apoſtolorum Acta, 2500. *Euſebius* (*b*) qui hunc librum viderat, de illo veluti de ſuppoſititio opere, nullaque fulto authoritate loquitur.

(*a*) *Not. in Epiſt. Barnab.* (*b*) *Hiſt. Eccleſ.* l. 3. c. 25.

ACTA S. PETRI ſeu *Periodi Petri*, quæ adhuc ſuperſunt ſub nomine *Præcognitionum S. Clementis*, prolixiora quam olim fuerint. Opus fabulis plenum, ex *Ebionitarum* ſchola originem ducens. Vid. de his *Coteler.* in Patr. I. Sec. & *Fabricius* in Apocr. N. T. p. 759. &c.

ACTA S. PHILIPPI: Opus *Gnoſticum* familiare & à *Gelaſio* Papa inter Apocrypha amandarum. *Anaſtaſius Sinaita* fragmentum quoddam iſtorum ſervavit in ſuo Opere *Trium Quadrageſimarum*, edito à *Coteler.* in ſuis *Monum. Eccleſ. Græca*, Tom. III. p. 428.

ACTA S. THOMÆ, quorum aliqua verba citat S. *Auguſtinus* (*a*) & Manichæis in uſu fuiſſe teſtatur. Horum partem in Vita S. *Thomæ* falſus *Abdias* excerpſit. *Simonius* vetera hæc Acta S. *Thomæ* reperiſſe credit ſub nomine *Periodorum S. Thomę Apoſtoli*, in Græco MS. ſervato in Bibl. Regis Gall. *num.* 1832. Horum fragmenta quædam edidit in ſuis *Obſerv. in Textum & Verſiones N. T.*

(*a*) *Lib.* contra Adimant. *c.* 17. & *lib.* 22. contra Fauſt. *c.* 79. & *Lib.* 1. de Serm. Domini in monte, *c.* 20.

ACTA SS. PP. *Bonifacii VIII. Benedicti XI. Clementis V. & Philippi Pulchri Francorum Regis Chriſtian.* edita primò fuerunt A. 1613. in 4. deinde verò auctiora A. 1641. in 8. * *Lud. Jac. à. S. Carolo* Biblioth. Pontif. *Lib. II. p.* 238.

ACTA utriuſque proceſſus in causâ Canoniſationis Beati *Joannis Nepomuceni*, Martyris, ſuper fama ſanctitatis, virtutum, & miraculorum, uti & ſuper Cauſa excepto, ſeu Cultu publico, huic Beato ab immemorabili tempore ante Bullam *Urbani* VIII. Pont. Max. exhibito: *Pragæ* conſtructa, *Romæ* examinata, & ſecutâ Beatificatione approbata; in quibus Vita hujus Thaumaturgi, ejuſque glorioſum Martyrium, Cultus

ei

ei per ſæcula præſtitus, ex probatis Authoribus, Juratis Teſtibus, & monumentis exhibentur; in ſpecie Viſitatio Sacri Sepulchri; & quomodo incorrupta Sacra Lingua (quæ Sacramenti Sigillum frangere noluit) in quartum ſæculum prodigiosè conſervata inventa fuerit; quidquid denique inter Promotorem Fidei, & Procuratorem Cauſæ actum eſt, reperitur. *Veronæ*, 1725. in 4.

ACTA *Cauſæ Rituum* ſeu *Ceremoniarum Sinenſium.* Romæ, ex typ. Rev. Cam. Apoſt. in 4. (*a*)

Hic 1ò. conſpicitur *Mandatum* ſeu *Edictum* D. *Car. Maigrot Vic. Apoſt. Fokienſis in Regno Sinarum, Epiſc.* dein *Cononenſis*, quod *A.* 1693. *d.* 26. *Mart.* promulgatum eſt, eo conſilio, ut Miſſionarii ſcirent, quomodo in iis quæ ad Cultum divinum & bonos mores pertinent, verſari debeant, *donec aliter ab Apoſtolica ſede decretum fuerit.* Septem itaque *Momenta* afferuntur, quæ eò pertinent, ut omnis idololatriæ ſuſpicio, evitatis, qui hactenùs recepti erant, ritibus, amoveatur. Hinc in *Momento* II. diſtinctè prohibetur, *ne in ullâ Eccleſiâ tabella quædam, cui hæ duæ literæ* Cœlum colito, KING TIEN *inſcriptæ ſunt, appendatur, & ubicunque appenſa fuerit, intra duos menſes auferri mandatur, cum aliis ejuſdem ſenſus tabellis.* Sequuntur 2ò. *Quæſita in cauſa Rituum Sinenſium ſuper Mandato* ſeu *Edicto* D. Car. Maigrot *ab Emin. Cardd. ab* Innocentio XII. *ſpecialiter deputatis, facta.* Quæſita hæc ita comparata ſunt, ut adjunctas habeant dubitandi rationes, atque adeo totam cultûs rationem, idoneis teſtimoniis quaſi in tabella delineatam, ſiſtant. Hæc excipiunt 3ò. *Reſponſa quæ ad Quæſita iſta, prævio diuturno, maturo ac diligentiſſimo examine de mandato* Innocentii XII. *&* Clementis XI. *per plures annos continuato, data fuerunt ab Emin. Cardd. ac poſtea à* Clemente XI. *confirmata.* In Reſponſis illis improbantur ea, quæ vel ad *Cœli*, vel *Confucii*, vel *Majorum* aut ſimilem cultum pertinent. Ultimo loco 4ò. ipſum *Clementis XI. Decretum* 20. Nov. A. 1704. promulgatum legitur, cujus ſumma huc redit, quod reſponſa iſta ab omnibus & ſingulis Miſſionariis cujuſcunque Ordinis, etiam Soc. Jeſu obſervari debeant, ſuſpenſa tamen interea eorundem Reſponſorum publicatione.

Obſervationes circa Expoſitionem Rituum Sinenſium, factam S. Congregationi, primum Italicè, nunc Latinè impreſſa, A. 1710. 8. (*b*)

Hoc ſcriptum iſtis oppoſitum eſt, de quibus modò diximus, Quæſitis, contra quæ oſtendere conatur Autor, Ceremonias illas Sinenſes a D. *Maigrot* & ceteris, non, quo fieri par erat, candore expoſitas eſſe, neque vel *Confucio*, vel defunctorum animabus Sacrificia ex Sinenſium Chriſtianorum mente offerri. In limine harum *Obſervationum*, præmonitio ad Lectorem extat, quæ obſervat, S. Congregationem in Reſponſis ſuis ad Quæſita, *Clementis* XI. autoritate confirmatis, *improbare ſolùm ritus illos ſeu tales, quales & qualiter* D. Maigrot *& pauci eidem adhærentes expoſuerint; non verò ritus genuinos, ſeu quales iſti reipſa ſint,* &c. *qualeſque Patres Miſſionarii Sinenſes S. J. defendant velut innocentes, neque idololatriæ neque ſuperſtitionis ullius reos, quales demum* Alexander VII. *Chriſtianis in Sina permiſerit.* Sequuntur *Reflexiones in Cauſa Sinenſi facta in Europa, poſtquam ad illam pervenit Decretum Emin.* de Tournon, *datum* Nankini in Sinis, 25. *Jan.* 1707. *Ital. & Lat. impreſſa* 1709. *& recuſa* 1710.

Hæ animadverſiones varia incommoda commemorant, quæ ex damnato illo Sinenſium cultu conſequi poſſint, nec pauca ad eum ornandum & defendendum afferunt: Reflexio XI. ita habet: *Pia Mater Eccleſia diſſimulat aliqua quæ Paganiſmum præ ſe ferunt in Chriſtiana Europa, cur non & in Chriſtiana China?* Poſtea legas *Cenſuram libelli* cujus tit. *Conſiderationes ſuper Reflexionibus in Cauſa Sinenſi*: quo libello quidem Cauſæ Sinenſis adverſarius 12. Reflexiones in præcedentibus foliis relatas non ratione & veritate, ſed calumnioſa falſitate impetivit, recuſ. A. 1710. Ultimo loco exhibentur *Obſervationes in Reſponſionem factam à Procuratore Emin. Card.* de Tournon *ad V. Memorialia* P. Provana *Procurat. Miſſionariorum Chinenſium S. J.* Obtulerat P. *Provana* CLEMENTI XI. privatim V. *Memorialia*, quæ *demiſſa*, ut Autor loquitur, *periclitantis Sinicæ Miſſionis demonſtrationes & ſupplices prompti remedii petitiones continebant.* Ad hæc reſponderat publicè Procurator Card. *de Tournon*, ita quidem, ut (ſi Autori credimus,) Satyram referat in P. *Provana* & univerſam Societatem ſcriptam. Illis igitur criminationibus amoliendis præſens ſcriptio deſtinata eſt, adeoque tota Collectio ad Miſſionariorum Jeſuitarum cauſam & ſententiam tuendam refertur.

Acta Cauſæ Rituum Sinenſium: Coloniæ Agrip. juxta exemp. Rom. 1715. in 8. (*c*)

Is libellus *ſex* conſtat *Capp.* quorum priora *quatuor* ſupra ex *Actis Lipſ.* 1711. p. 234. recenſuimus: *Duo* igitur hæc poſteriora complectuntur: 1ò. *Declarationes & reſpectivè ſubmiſſiones aliquorum RR. PP. Generalium Religioſ. Ord. deſuper Sanctitati ſuæ ſeu Sedi Apoſtolicæ factas*: 2ò. *Præceptum* Clementis XI. *ſuper omnimoda, abſoluta, integra & inviolabili,* (perperam in titulo excuſum eſt *violabili*) *obſervatione eorum quæ aliàs à Sanctitate ſua in Cauſa Rituum ſeu Ceremoniarum Sinenſium decreta fuerunt, d.* 19. *Mart.* 1715. Sic p. 65. *Mich. Angelus Tamburinus*, Præpoſitus Gener. S. J. profitetur, *ſe in deciſione Pontificis acquieſcere, curaturumque, ut & ſodales ſui omnes idem faciant.* Idem porrò facit *p.* 68. Generalis Prædicatorum, *p.* 69. Auguſtinianorum, *p.* 70. Vice-Commiſſarius Gener. Minorum Obſerv. & *p.* 71. Reformatorum. Succedit *p.* 73. ſeqq. *Declaratio* modò memorati *Tamburini ſuper Poſtulato unanimiter ſibi facto à Patribus aſſiſtentibus Nationum & Procuratoribus Provinciarum* S. J. A. 1711. Pont. Max. oblata d. 20. Nov. ejuſd. anni. Scilicet accuſati fuerant Jeſuitæ ab inimicis, quòd *præ cæteris inobedientes ſint Conſtitutionibus Apoſtolicis.* Hanc infamiam ut à ſe amoliantur, præſenti Epiſtola ad Pontif. data, ſpondent ei ac promittunt ſanctiſſimè *conſtantiſſimum obſequium, reverendiſſimam ſubmiſſionem, & obedientiam cæcam in amplectendis & exſequendis quæcunque per Sanctam Sedem decreta fuerint & imperata, uſque potiſſimum, quæ circa Sinicos ritus tum A.* 1704. *tum A.* 1710. *edita ſunt.* Poſt Præceptum *Clementis* XI. P. M. Ann. 1715. datum, ſequitur p. 100. ſeqq. *Deſcriptio adjecta figura ænea*, ſolenne *Confucii* ſacrificium repræſentantis: ex qua ſuperſtitio Sinenſium abunde cognoſci poteſt.

Ad eam Jeſuitas inter & Dominicanos controverſiam ſpectant & alia plura ſcripta, quorum

1. *Hiſtoria* (Gallicè ſcripta) *diſſidiorum inter Miſſionarios Jeſuitas ab unâ parte, & Dominicanos cum Franciſcanis ab alterâ, circa cultum quem* Confucio *exhibent Sinenſes, ſuiſque Patribus, ac Idolo* Chin-hoam. *Amſtelod.* apud Wolfg. 1692. in 12. (*d*)

Operis cui tit. *la Morale pratique des Jeſuites* Volumen VI. conſtituit hæc Hiſtoria, de quâ vid. ſub nomine ARNALDUS (*Antonius*)

2. *Noviſſima Sinica, Hiſtoriam noſtri temporis illuſtratura.* Edente G. G. L. (*Gothof. Gul. Leibnitio,*) Pariſ. apud Joan. Aniſſon. A. 1697. 8. (*e*)

Author libri eſt R. P. *Joſ. Suarius* S. J. Luſit. de quo nos ſuo loco.

3. *Hiſtoria* (Gallicè ſcripta) *Edicti Imper. Sinenſis in gratiam Religionis Chriſtianæ* (*f*) Acceſſit *Commentatio ſuper honoribus quos Sinenſes* Confucio *& defunctis exhibent.* Auct. P. *Car. le Gobien* S. J. (de quo vid. ad litt. G.) *Pariſiis* edit. apud Joan. Aniſſon, 1698. in 12. (*g*)

4. *Hiſtoria Cultûs Sinenſium*, ſeu *varia Scripta de Cultibus Sinarum* oblata *Innocentio* XII. Pont. Max. &c. *Coloniæ*, 1700. 8. Author eſt *Nic. Charmot* quem vide. (*h*)

5 *Cenſura Sacræ Facult. Theolog. Pariſ. lata in propoſitiones excerptas ex libris quorũ hæc eſt inſcriptio* : Nouveaux memoires ſur l'Etat preſent de la Chine &c. Hiſtoire de l'Edit de l'Empereur de la Chine &c. Lettre des Ceremonies de la Chine. *Pariſ.* apud *Lud. Joſſe*, 1700. in 4. & in 12. (*i*)

6. *Cenſura hujus defenſionem* adversùs libellos quoſdam anonymos edidit *Lud. Elias Dupin*, Pariſ. apud And. Pralard, 1701. in 12. Vid. ſub tit. PIN (*Lud. El. du*) (*k*)

7. *Epiſtola VI. Doctoris cujuſdam* (Gallicæ) ſeu *Relatio Conventuum Facult. Theol. Pariſ. Sorbon. circa Jeſuitarum opiniones de Religione, Cultu ac Ethica Sinenſium : cum Cenſurâ ejuſd. Facultatis.* Coloniæ, 1701. in 8.

8. *Epiſtola Doctoris Dominicani circa Cæremonias Sinenſes ad R. P.* Le Comte, *Soc. Jeſu, Ser. Duciſſæ Burgund. Confeſſorem* : item *plurium Sac. Facult. Pariſ. Theologorum Sententia de Propoſitionibus Cæremonias & Cultum Sinarum ſpectantibus* : item *Epiſt. V. & VI. Doctoris Dominicani ad R. P.* Dez *Jeſuitarum Provincialem.* Coloniæ, apud hær. Corn. ab Egmond, 1700. in 12. *Gallicè.*

9. *Apologia Dominicanorum apud Sinenſes Miſſionariorum* : ſive *Reſponſum libro R. P.* Tellerii Jeſuitæ, *cui titulus* Defenſa des nouveaux Chretiens, *ut & Commentationi* R. P. Le Gobien *ejuſd. Soc.* ſuper honoribus quos Confucio & defunctis exhibent Sinenſes : *Authore Doctore quodam & Theologiæ Profeſſore Ord. S. Dominici.* Coloniæ, apud hær. Corn. ab Egmond, 1700. in 12. *Edit. ſecunda.*

Conſtat hoc ſcriptum Capp. XXXIX. quibus variæ admodùm curioſæ Epiſtolæ continentur. Accedunt Documenta Controverſiam Miſſionariorum Apoſtolicorum Imperii Sinici de cultu præſertim *Confucii* Philoſophi & Progenitorum defunctorum ſpectantia, ac Apologiam Dominicanorum Miſſionis Sinicæ Miniſtrorum adversùs libros RR. PP. *Le Tellier* & *Le Gobien* Soc. Jeſu confirmantia.

10. *Tractatus* (Gallice ſcriptus) *circa aliquot capita Religionis Sinenſium : Auth. R. P.* Longobardi *Jeſuitarum in Imperio Sinico Miſſionum olim Superiore* : Pariſiis apud Lud. Guerin, 1701. in 12. *De eo vid.* LONGOBARDUS. (*l*)

11. *Tractatus* de eodem argumento *R. P. Ant. à S. Maria*, Miſſionariis Ord. S. *Franciſci* in eodem Imperio Præfecti Apoſtolici. *Vid.* MARIA (*Ant. à S.*) (*m*)

12. *Appendix ad Acta de Sinenſium ritibus*, ſeu *R. P.* Domin. Sarpetri, *Theologi ex S. Dominici ordine, Miſſionarii Sinenſis* Tractatus de Deo Uno, Vivo Vero à Veteribus Sinenſibus cognito, *adverſus ſcripta* P. Longobardi, *S. J.* Pariſiis, apud Nic. Pepia, 1701. in 8. Vid. ſub tit. SARPETRI. (*n*)

13. *Scriptum R. P.* Lud. le Comte *ad Em. & Rev. Cardin.* Mareſcottum *de iis quæ geruntur in Sinis circa Confucium & Progenitores defunctos.* (*o*)

14. *Reſponſum Epiſc. Beritenſis ad Em. & Rev. Dn. Card.* Mareſcottum *ſuper ſcripturam R. P.* Lud. Le Comte *ei communicatam.* Coloniæ &c. 1701. in 12.

15. *Scriptura exhibita ab Ill. ac Rev. Dn. Fr.* Jo. Franciſco de Nicolais *Epiſc. Beritenſi*: ibid. anno & forma iiſd.

De his tribus libris vid. ſub tit. COMTE (*Lud. le*)

16. *Epiſtola* (Gallicæ) *Miſſionariorum aliquot Soc. Jeſu ex Imperio Sinenſi & Indiis Orientalibus data.* Pariſiis editæ, apud Nic. le Clerc., *in* 12. A. 1702. 1703. 1705. 1706. 1707. 1708. (*p*)

De his plura ſub tit. GOBIEN (*Car. le*)

17. *Epiſtola* (*Gallica*) Dn. Marini Abbatis, *Tilopolenſis Epiſcopi à S. Sede deſignati Vicariatûs Apoſtolici Cochinchinæ Coadjutoris, ad S. Pontif. data circa Atteſtationem Imperatoris Sinenſis, ac neceſſitatem Sinenſes ſuperſtitiones ſine morâ condemnandi* : A. 1702. in 12. (*q*)

18. *Reſponſio* (Gallica) *novis Scriptis Miſſionariorum extraneorum adverſus Jeſuitas, per Epiſtolam Ill.* Alvar. Benavente, *Epiſcopi Scalonenſis* (d'Aſcalon,) *Kiangſiæ* (de Kiamſi) *Vicarii Apoſtolici* ; *per agendi rationem Ill.* Car. Maigrot, *Conouenſis Epiſcopi, Fokienſis Provinciæ Vic. Apoſtolicis ac per Atteſtationes Chriſtianorum Fochienſium* (de Fo-tcheou:) A. 1702. in 12. Part. II. (*r*)

19. *Precatio pro Eccleſia Sinenſi, quæ eſt Paraphraſis Pſalmi XIX. rationibus adjectis, quæ ut hoc tempore hanc ederet Precationem, moverunt Autorem* Opuſculum in 4. (*ſ*)

20. *Additio ad Reſponſum Jeſuitarum circa Denuntiationem quam ipſis fecerunt Miſſionarii extranei, ut Epiſtolam integram Dn.* de Benavente *in medium proferrent.* A. 1702. in 12. (*t*)

21. *Afgodendienſt der Jeſuiten* &c. h. e. *Idololatria Jeſuitarum in Regno China* : Autore *Joh. Mauritio* (de quo ſuo loco :) *Amſtel.* apud Jac. Borſtium, 1711. 8. (*u*)

Vid. & quædam in *Actis* A. 1709. p. 95. & quæ nos ſub tit. MAIGROT.

(*a*) *Acta Lipſ.* 1711. p. 234. (*b*) ibid. p. 235. (*c*) *ibid.* An. 1716 p. 58. (*d*) Clerici *Bibl. Univ.* Tom XXIV. A. 1693. p. 94. (*e*) *Acta Lipſ* 1697. p. 491. (*f*) *ibid.* 1699 p. 490. (*g*) *ibid.* 1700. p. 169 (*h*) *ibid.* p. 173. (*i*) *Diar. Erudit.* Ar. 1700. p. 767. (*k*) *ibid.* A. 1701. p. 634. (*l*) *ibid.* p. 263. (*m*) *ibid.* p. 313. (*n*) *ibid.* p. 274. (*o*) *ibid.* A. 1702. p. 187. (*p*) *ibid.* p. 447 & A. 1705. p. 105. 583. A. 1706. p. 1. A. 1707. p. 220. A. 1708. p. 11. (*q*) *ibid.* A. 1702. p. 599. (*r*) *ibid.* p. 721. (*s*) *ibid.* p. 780. (*t*) *ibid.* p. 886 (*u*) *Act. Lipſ.* 1711. p. 281.

ACTA Congregationum *de Auxiliis Divinæ Gratiæ*: Vid. ſub tit. LEMOS (*Thom. de*)

ACTA *Congregationis generalis Cleri Gallicani in cauſa religionis, anno* 1685. *cum conſiderationibus* M. D. S. B. an. 1685. in 12. *Gallicè.* (*a*)

Ad ſtupendam Reformatarum Eccleſiarum in Gallia ruinam anno 1684. peractam, ultimum impulſum vel dediſſe vel promoviſſe videtur hæc ipſa Congregationis Cleri Gallicani, adverſus calumnias, injurias & falſitates, quas à Reformatis in libris & concionibus ſuis quotidie adverſus doctrinam Eccleſiæ ſpargi dicebant, querela & actio, Regi exhibita d. 14. Jul. 1685.

Hanc ex editione Pariſienſi recuſam publicat autor reflexionum, cujus nomen litteris M. D. S. B. deſignatur. Clerus in ſupplici libello Regi porrecto queſtus, ut diximus, de Miniſtrorum Reformatorum calumniis, quibus fiat, ut populus Religionem Romano-Catholicam tanquam impiam & falſam abominetur, refert poſtea, effectu quidem non caruiſſe Epiſtolam Paſtoralem anno 1682. à Clero ad Reformatos datam; infinitum enim numerum converſionum ſecutum eſſe, ſed majorem fuiſſe futurum, niſi Miniſtri impediviſſent, quominus Epiſtola ad manus auditorum veniret, aut non niſi malignis interpretamentis corrupta. Petunt itaque non tam revocationem Edictorum, quamvis illa, ut ajunt, per modum tantum proviſionis & pro tempore data ſint, & cum florentiſſimo præſentis regni ſtatu non ſubſiſtant; quam ut Rex, ſiquidem ei placeat religionis exercitium Reformatis non adimere, prohibere eos velit ab injuriarum & calumniarum adverſus religionem Romano-Catholicam divulgatione. Ad demonſtranda vero de quibus queruntur, indicem ſive paralleliſmum exhibent *ſeptem capitum*, in quibus doctrinam Romano-Catholicam ex fidei profeſſione Concilio Tridentino annexa (quam integram præmittunt) & ex ipſius Concilii decretis, diviſa in tres areolas pagina proponunt, quarum una latinum Concilii textum habet, altera verſionem Gallicam, tertia imputationes Reformatorum, quas pro falſis & calumnioſis cenſet Clerus; deinde loca ex Reformatorum libris, quibus iſtæ imputationes confirmari videntur, ſubjiciuntur. Subſcriptus eſt libellus ab Archiepiſcopis & Epiſcopis triginta, pluribus etiam Prælatis aut Theologis. Primum caput eſt *de libris Canonicis* : II. *de Sacramentis* III. *de Juſtificatione & merito operum* : IV. *de adoratione J. Chriſti in Euchariſtia & de miſſa*: V. *de Satisfactione, Purgatorio & Indulgentiis* : VI. *de cultu Sanctorum & imaginum*: VII. *de poteſtate Eccleſiæ & Pontificis.*

Autor

Autor *Conſiderationum* ſive *Reflexionum*, in Epiſtola ad amicum, colloquium cum duobus aliis recenſet, in quo de concilio & machinationibus Cleri quædam præmittit; quomodo ſcilicet, (poſtquam Epiſtola paſtorali, abſque Regiorum mandatorum ſeveritate, & militari vexatione, nihil aut parum ſe effeciſſe deprehenderint) jam callidiores facti etiam de calumniis dicam ſcripſerint Reformatis, tacentes quæ hi ad Epiſtolam paſtoralem reſponderunt; utque mutato ſtylo Epiſtolæ paſtoralis, in qua ut fratres & filios tractaverant Reformatos, nunc eoſdem pro calumniatoribus & blaſphemis, ab omni fide & honeſtate alienis traduxerint, ut Regis odium in illos jam ſatis afflictos incenderant, & ſine omni commiſeratione erga cives & populares procurarent, quæ ſecuta ſunt, exilia, mulctas, aliaque ipsâ morte duriora. Poſt hæc indicatur, laboris majoris alteriuſque temporis eſſe, ſi articuli ſupra relati, ſingulatim ad examen vocandi ſint: nunc aliquas ſaltem obſervationes generaliores afferri viſum eſſe. (1) Loca Autorum, quibus Clerus calumniæ convincere Reformatos velit, magna ex parte, non ex Gallorum, ſed exterorum Theologorum libris excerpta eſſe. (2) Pro calumniis injuſtiſſimè haberi omnia, quæ Reformati adversùs dogmata Romanæ Eccleſiæ opponunt: cùm tamen aliud ſit diſſentire & contradicere (præſupponendo etiam quod per errorem fiat) aliud calumniari: additur, nova non eſſe, quæ ex confeſſione & catecheticis Reformatorum libris pro calumniis & contumeliis venditare voluit Clerus, ſed ante Edicta Regum pacificatoria dudum & manifeſtè nota & vulgata, neque unquã modeſtius quàm ſub hoc Rege controverſias tractatas fuiſſe. (3) Non ſufficere, quod Clerus capita fidei ſaltem ex confeſſione & decretis Concilii Tridentini congeſſerit, quaſi nihil aliud habeant Reformati, quod in Religione Romana averſentur: ſupereſſe enim alia concilia, ſupereſſe libros rituales, denique praxin cultûs publicam, quam idololatriæ Reformati incuſent. (4) Pro calumniis malè uſurpari, quæ Reformati in libris Theologorum Romano-Catholicorum reprehendunt, etſi non extent in Decretis Tridentinis. (5) Multo minùs calumniæ notam mereri, quæ ipſorum decretorum verbis & ſententiis opponuntur. (6) Quædam Reformatorum loca malignâ interpretatione corrumpi. (7) Quædam etiam impoſturâ fingi, quæ illi nunquam ſcripſerint: Adducunt quædam de Inquiſitione, etiam Hiſpanicâ ſeveriori, quæ adversùs libros Reformatorum inſtituta ſit in Gallia, ut jam nulla ſuperſit via ad apologiam, nec ad veritatem docendam, prohibitis etiam Bibliorum verſionibus. Cùm verò in Reformatis non inveniantur, quæ tanta execratione & perſecutione digna ſint, (quod inductione quadam ex dogmatibus & moribus Reformatarum Eccleſiarum patheticè repræſentatur,) unicam averſionis cauſam videri, quod Pontifici non obediant, & ob hanc Turcis & Judæis pejores haberi. Memorem eſſe Romam, quæ damna paſſa ſit à Reformatoribus, jugum ejus Sec. XVI. excutientibus; hunc vindictæ ſpiritum ex Pontifice veluti capite in Clerum, ut membra, diffundi, quanquam id à Clero Gallicano, moderatius de poteſtate Pontificia ſentiente expectari non debuiſſet, adversùs cives regibus obſequentiſſimos & fideliſſimos. Concluditur tamen, veritatem etiam per ſe ſatis odioſam eſſe, & quoniam defectus in doctrina & moribus Cleri arguant Reformati, illi verò tenebras luci præferant, fieri non poſſe, quin eo nomine ab hoſtibus veritatis peſſimè tractentur. Cùm verò ad duo potiſſimùm reducantur, quæ Clerus Reformatis nunc objicit, (1) quod nulla ad ſeparationem olim factam & hucuſque continuatam ſufficiens cauſa allegari poſſit: (2) quod Edicta regia pro libertate Religionis Reformatæ conceſſa temporalia tantùm fuerint, atque adeò revocabilia; dilato primæ quæſtionis examine in alium tractatum, de altero diſſertatione ſpeciali agitur, quæ conſiderationibus his per appendicis modum adjuncta eſt, habetque titulum *Defenſionis libertatum Eccleſiarum Reformatarum in Gallia*, & conſtat capp. XII.

In horum tribus prioribus, brevis fit enarratio de prima Religionis Reformatæ in Gallia origine, ejusque perſecutionibus: dein edicta pro ejus libertate a Regibus Galliæ condita recenſentur, quorum primum menſ. *Januar.* A. 1561. (ut tunc a Paſchali feſto numerari ſolebat, aliis 1562.) a CAROLO IX. promulgatum eſt, quod clauſulam habuit temporalem, ſive *proviſionis*, nec plus indulſit, quam ut extra muros civitatum, exercitium religionis habere liceret. Sed ſecutis novis motibus, eorumque compoſitione, menſ. *Mart.* 1562 aliud prodiit, permittens exercitium in plurimis regni civitatibus. Cum verò neque hoc ſervaretur, ſucceſſit tertium menſ. *Aug.* quod *perpetuum & irrevocabile* vocabatur, & juramento præfectorum & judicum regiorum in provinciis & urbibus, & à magiſtratibus oppidanis confirmatum fuit. Iſto per lanienam Pariſienſem violato, & orto bello, ſecuta eſt conventio Rupellana, & edictum novum itidem *perpetuum & irrevocabile*, quo repetitum fuit prius, additumque, ut etiam honoratiores ex incolis civitatum jurejurando ad obſervationem illius adigerentur. Poſt hæc fœdus illud, *Liga* nomine famoſum, Galliam in deſperatum adduxit ſtatum. Conditum quidem eſt anno 1576. edictum, aliudque anno 1577. Regis ipſius, matriſque & fratris ejus, tum Regis *Navarræ* & Principis *Condæi*, juramentis ſtabilitum, utrumque *perpetui & irrevocabilis* titulò inſignitum; ſed poſt novas turbas & conventiones iteratas, ad alia ventum eſt, eodem tenore eademque ſolennitate anno 1579. & 1580. publicata. Ligæ nihilominus furores poſt HENRICI III. mortem, & HENRICI IV. ad regnum evectionem, eo uſque continuati ſunt, donec Rex deſerta religionis Reformatæ profeſſione, victiſque hoſtibus & pace facta, per edictum Nannetenſem anno 1598. menſe Aprili, ſtatum religionis componeret, & Reformatis plenam quam deſiderabant, libertatem concederet. Hoc edictum, ut priora, *perpetuum & irrevocabile* nominatum, & juramento omnium magiſtratuum, tam regiorum quam oppidanorum, præcipuorum etiam ex civibus, & denique curiarum ſupremarum, quas *Parlamenta* vocant, Regiſque promiſſione, quæ juramento æquipollet, firmatum fuit. His ita narratis Autor c. IV. monet, Edicta iſta conventionibus & pactis, & juramentorum fide niti, legeſque eſſe perpetuas & irrevocabiles. Dein c. V. principia obligationis indagat, docetque Regibus non ſolum licere cum ſubditis paciſci, ſed & pactis illis obligari, maximè juratis, iisque etiam, quæ anteceſſores inierint. C. VI. exemplum Gabaonitarum proponitur, quibus etſi idololatris, & qui pacem dolo impetraſſent, ſervari tamen promiſſa debuerunt, & eorum violatores divinitus puniti ſunt. Speciatim c. VII. Edicti Nannetenſis forma examinatur, eaque maximè ſolennis & obligatoria ſtatuitur. Factum enim erat pacificato jam regno & prævio cum Reformatis tractatu, accedente juramento, cui dictum eſt, & licet ipſe Rex non juraverit, adſtrictus tamen erat vi juramenti, quo ut Rex Navarræ ſeſe obligaverat, & quo anteceſſor ejus tenebatur. C. VIII. pluribus id adſtruitur rationibus, & novæ confirmationes Regum LUDOVICI XIII. & XIV. adducuntur. C. IX. ad objectiones quaſdam ab Anonymo Edictorum Regiorum editore propoſitas reſpondetur, aſſerendo, idem robur eſſe huic Edicto, ac legi perpetuæ, qualis habetur Salica, nec tolerantiam ſolum Religionis Reformatæ Edictis datam, ſed perpetuam permiſſionem ſtabilitam eſſe, quamvis à Catholicis eatenus tolerata dici poſſit, quia eam pro vera non agnoverint. C. X. aliæ objectiones refelluntur: monſtrat enim Autor, non officii juri Regio, ſed ejus ſupremam poteſtatem nihilominus conſiſtere, etſi pacta & juramenta ſubditis ſervet, multominus jus infringendi Edicta inde naſci, quod reformatæ religionis ſtatus debilitatus & imminutus ſit, aut quod per

Edictum Nannetenſe priora revocata fuerint: id enim ad tollendas diſputationes, majoremque ſecuritatem Reformatorum factum eſſe, ultimæ huic ſanctioni ſatis tuto innitentium. C. XI. opinionem *Hug. Grotii*, qui Edicta illa foro fœderibus non habenda, ſed revocabilia eſſe, in aliquo tractatu, Autori non viſo, ſtatuiſſe dicitur, nullius autoritatis aut valoris eſſe oſtenditur. C. XII. occurritur exceptionibus, quod hæreticis non ſit ſervanda fides, & quod bona intentio ad convertendos Reformatos directa, violentiam quæ in edictorum abolitionibus uſurpatur, corrigat.

Ad hoc ſcriptum pertinent & alia plurima, quorum

1. *Animadverſiones in Acta nuperorum Comitiorum Generalium Cleri Gallicani, ſive Examen Commonefactionis Paſtoralis, & Methodorum, quas Clerus propoſuit.* Opus ex Anglico Dn. *Barneti* Gallicè verſum à Dn. *de Roſemond.* Londini 1683. in 12. (*b*) *Vid. ſub tit.* BURNETUS.

2. *Collationes Proteſtantium, oppoſita XVII. Methodis Cleri Gallicani*: Lutetiæ, 1682. in 12. *Gallicè* (*c*)

Paucis pagellis Miniſter quidam, ſive Eccleſiaſtes, ut videtur, inter Reformatos Gallicos, ſententiam ſuam exponit ad poſtulatum Cleri Romano-Catholici, ut Colloquia inter diſſentientes inſtituantur, quæ abnuiſſe, habitis Synodis, videntur Reformati. Adducit multas rationes, quibus oſtendat, non abnuenda eſſe, & reſpondet ad dubitationes, victoriamque ſuis, ut doctioribus & veritatis fundamento inſtructis, certam pollicetur. Sed conditiones accipiendi colloquii has proponit, (1) ut ex utraque parte tres aut quatuor ſint collocutores, ex doctiſſimis electi, (2) ne ad audiendum admittantur, quam quos utraque pars probaverit, (3) ut placidè & abſque conviciis agatur, (4) ut nemini negotium exhibeatur ob dicta, ſed plena libertas & ſecuritas præſtetur; (5) ut promittatur utrinque, ſequenda eſſe, quæ vera deprehendantur, non quidem gloriæ, ſed ſalutis cauſa, (6) judicium unicè ſit ex ſacris literis, (7) ut acta ſubſcribantur & firmentur ab utraque parte, (8) ut quoniam à Reformatis exigitur, ut cauſas ſchiſmatis profiteantur & probent, non procedatur ad aliam & novam cauſam, niſi prius illa, quam propoſuerint, pro inſufficienti declaretur: ſatis enim eſſe ad amovendam ſchiſmatis culpam, ſi vel unam cauſam probent. Videt Autor conditiones has admiſſum non iri, neque tamen, præter quintam, ullam relaxari poſſe. Itaque nunquam fore putat, ut ad colloquia perveniatur: ſatius tamen eſſe, ut Proteſtantes ad ea paratos ſe, certis nempe, iiſque quas propoſuit, conditionibus, oſtendant, quam ſi illa defugiant, & calumniandi occaſionem præbeant, ac ſi id ex cauſæ deſperatione facerent.

3. *Conſiderationes ad Epiſtolam Circularem Cleri Gallicani anno 1682. congregati*: Hagæ, 1683. in 12. *Gallicè.*

Has ipſas literas ad quas dedit *Animadverſiones* Burnetus, aggreſſus eſt Anonymus hic, non minori apparatu & argumentorum agmine. Redegit verò conſiderationes, ſive monita ſua, in quatuor capita: (1) Affectatam à Clero fraternæ charitatis blanditiem, pro acerba illuſione habet, cùm ex eodem ſtylo amarulenta in Proteſtantes convitia, & ex ipſius Cleri, ut putat, inſtigatione, duriſſimæ perſecutiones procedant. (2) Objectam hæreſin ita repellit, ut meram eſſe dicat petitionem principii: nullum enim fundamentum allegari quam decretum Concilii Tridentini, & Traditionem, cur toties contradictum, citatque Auctores ex ipſis adverſariis, qui fateantur, articulos à Proteſtantibus in controverſiam vocatos, ex ſcripturis probari non poſſe. (3) Schiſmatis culpam in Pontificem & Clerum retorquet, qui Proteſtantes Seculo XVI. vera & juſta urgentes, non audiverint, & crudeliſſimè fuerint perſecuti. Certiſſimum verò falſæ Eccleſiæ indicium eſſe, violentiam adverſus diſſentientes, etiam manifeſtos hæreticos. Conſtare hoc ait ex hiſtoria *S. Martini* Turonenſis, qui contra Priſcillianiſtas vi agi noluerit. (4) Quæſtionem, *cur Proteſtantes Schiſma fecerint*, & intempeſtivam & captioſam fuiſſe aſſerit: ſatis enim notum eſſe, propter quos errores diſceſſio facta ſit, nec quadrare comparationem Evangelicam de tritico & zizaniis; quæri enim utra pars pro tritico habenda ſit? Proteſtantes hoc nomen jure ſibi tribuere, ob retentam divinam & internam religionis bonitatem, licèt externam Eccleſiæ ſpeciem, cum ædificiis & reditibus Pontificii poſſideant. Fruſtra etiam ex *Auguſtino* & *Optato* compilari dicta adverſus Donatiſtas, & ineptè in Proteſtantes dirigi: illos enim nullum caput fidei, ſed perſonas Epiſcoporum quorundam impugnaſſe, at Proteſtantes plus millies oſtendiſſe, quos articulos admittere non poſſint, nullam tamen, ne minimam quidem emendationem obtinuiſſe, neque in præſens ſperare, cum in dies ſuperſtitio plebis incrementa ſumat, etiam in tanta veritatis luce. Adducit ad hoc probandum, unum atque alterum exemplum, præſertim continuationem prohibitionis de non legendâ à Laicis in lingua patria Scripturâ, quicquid contra urſerint Janſeniſtæ. Digreditur ad pleraque controverſiarum capita, ob quæ ad communionem cum Eccleſia Romana redire nequeant Proteſtantes; nec moveri poſſe dicit argumentis à deſiderio & voluntate Regis, & moribus Pontificis hodierni accerſitis, Regem enim ea eſſe modeſtia, ut imperium in mentes Deo relinquat. Pontificis autem vitam inculpatam laudem quidem mereri, ſed id non efficere, ut pro capite & ſponſo Eccleſiæ haberi debeat, non magis ac pro judice controverſiarum, pro quo neque ab ipſo Clero agnoſcatur, in quæſtione maxima, quæ nunc de poteſtate ejus movetur, *&c.*

* Vid. *Act. Lipſ.* A. 1683. p. 255.

(*a*) *Act. Lipſ.* A. 1686. p. 140. (*b*) *Act. Lipſ.* A. 1683. p. 210. (*c*) *ibid.* p. 214.

ACTA *Conventus Thorunienſis*, celebrati Anno 1645. menſ. Sept. Oct. Novemb. pro ineundâ ratione componendorum Diſſidiorum in Religione, per Regnum Poloniæ. *Varſaviæ* ex officinâ Petri Elert, 1646. in 4. Hujus *Synopſin* edidit *Valer. Sigiſm. Rozen* Theol. ac Nob. Polonus, *Amſtelodami*, apud Job. Fabellium, 1646. in 12.

ACTA *ſeu* Delectus Actorum Eccleſiæ univerſalis, *vel* nova ſumma Conciliorum, Epiſtolarum, Decretorum SS. Pontificum, Capitularium, quibus Eccleſiæ fides & diſciplina niti ſolent: cum notis ad Canones: *Opus Voll. II. conſtans* in fol. *Lugduni* apud *Joan. Certe*, A. 1706. de quo vid. *Diar. Erudit.* ejuſd. anni, p. 633.

ACTA ERUDITORUM *Lipſienſia*, jam inde ab A. 1682. hucuſque quotannis continuata, & Supplementorum Tomis IX. in 4. ditata, quorum quilibet XII. Sectiones continet, notiora ſunt & celebriora, quàm ut alieno præconio indigeant. Auctores autem recenſionum iiſdem contentarum varios eſſe, tum ſtyli, tum genii diverſitas ſatis manifeſtat: tum neceſſitas diverſorum adeò & diſſimilium argumentorum tam accuratè percenſendorum arguit oppido neceſſariam fuiſſe ac impoſterum fore. Hic enim occurrunt 1°. Libri *Theologici* & ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectantes: 2°. *Juridici*: 3°. *Medici* & *Phyſici*: 4°. *Mathematici*: 5°. *Hiſtorici, Geographici* &c. 6°. *Miſcellanei*: Principalem autem Operis totius Directorem eſſe Virum Excellentiſſ. *Ott. Menckenium* SS. Theol. Licentiatum, & Moralium P.P. & Collegii Ducalis Collegiatum teſtatur *Vinc. Placcius* (*a*) qui inter ſocios alios numerat Viros Clar. DD. *Vit. Lud. Seckendorffium, Chriſt. Pinckerum, Jac. Stubelium, Fried. Carpzovium, Joach. Fellerum*, itemque *Thom. Ittigium.*

(*a*) *Theatr. Anon.* p. 345. n. 1419.

ACTA *Legationis Petri tit. S. Stephani in Cœlio Monte Presbyteri Cardinalis de Fuxo* (de Foix.) Extant MSS. in

in Vatic. * *Lud. Jac. à S. Car.* Bibl. Pont. *Lib. II. p.* 239.

ACTA *Legationum Eminentiſſ. S. R. E. Cardd.* Romæ MSS. in celeberr. Bibliorb. Vatic. *teſte eod.*

ACTA Martyrum : *vid.* RUINARTIUS (*Theod.*)

ACTA PILATI, ſive *Relatio ad Tiberium Imp. de Domino noſtro ejuſque Morte, Reſurrectione, Aſcenſione, deque Criminibus, quorum apud ipſum reus peragebatur.* Romanis in more politum fuiſſe, ut Proconſules Rectoreſque Provinciarum, rerum apud ſe geſtarum, Acta conficerent, atque ad Imperatorem Senatumve tranſmitterent, nemo neſcit, qui in Hiſtoria Romana hoſpes non eſt. Notavit id olim hac ipſa in re *Euſebius*, lib. 2. c. 2. Παλαιὸυ κεκρατηκότος ἔθυς τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι. *Vetus erat*, inquit, *conſuetudo Provinciarũ Rectoribus, ut quicquid novi apud ipſos contigiſſet, Imperatori nunciarent, ne quid ipſum lateret : Pilatus igitur de Reſurrectione Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, cujus per univerſam Palaſtinam celebris erat fama, ad Tiberium Principem retulit : multa quoque alia ejuſdem Miracula ſe auditu accepiſſe ſignificans, & qualiter ad vitam denuò revocatus, à pleriſque jam Deus haberetur.* Teſtantur id etiam *Euſebio* antiquiores, *Juſtinus* Martyr, & *Tertullianus* : hic *Apologet. adv. Gentes*, c. 21. p. 20. ubi relationis hujuſce ad *Tiberium* meminit, ipſumque *Pilatum* jam *pro ſuâ Conſcientiâ Chriſtianum* fuiſſe ait : Ille *Apol.* 2. ad *Antonium Pium*, (*a*) ubi ad hæc *Pilati* Acta non ſemel provocat. Καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων : *Atque hæc ita geſta eſſe, cognoſcere ex actis quæ ſub Pilato ſunt conſcripta, poteſtis.* Corruperunt hæc Acta, ſaltem ad horum imitationem alia condiderunt, tùm Hæretici, tùm Gentiles. De hæreticis id narrat *Epiphan.* Hæreſ. L. n. 1. ſeque non uno iſtorum Actorum exemplari uſum eſſe innuit. Gentiles verò, regnante *Diocletiano*, in Chriſtianorum odium Acta ſub *Pilati* nomine confinxerunt, quæ in lucem tandem protulit *Maximinus Aug.* juſſitque, ut ubique locorum tam in agris, quam in civitatibus publicè proponerentur, utque Ludimagiſtri pro dictatis hæc declamanda, & memoriæ commendanda pueris traderent, referente *Euſeb.* lib. 9. c. 5. Vid. *lib. I. c.* 9. Perierunt dudum hæc Acta, tam genuina, quam ſuppoſititia. Habetur quidem apud Pſeudo-Hegeſippum *Anacephal.* p. 683. Epiſtola *Pilati* ad *Claudium* Imp. de hac ipſa re. Verùm vanitate ſuâ ſe ſtatim prodit, ac proinde meritò ab omnibus rejicitur. (*b*) *Frid. Spanhem.* fil. obſervat (*c*) hæc *Acta Pilati* non una fuiſſe, variè deſcripta, hinc dies paſſionis ab aliis & pleriſque fixus in VII. Calend. April. ab aliis in XV. Calend. in XXV. vel in XXVIII. Martii. Alia inſuper *Pilati Acta*, ſeu relationes ad *Tiberium* finxiſſe ſuperſtitionem, de quibus *Gregorius Turonenſis*, Hiſt. Francorum *lib. I.* & quæ refert *Bollandus* ad IV. Februarii, cui Paſcha ſuum alligarent Quartodecimani. Cæterùm verba *Tertulliani* citata à Cl. *Cave*, eſſe hiſtoriæ non abſona, Veterum ſuffragiis munita, & narrata tanquam quæ ex Actis Senatus confirmari poſſent, *Tanaquillus Faber* Ep. ad *Boherellum* l. II. ſarcaſticè exagitavit.

(*a*) P. 76. C. 81. C. (*b*) *Cave* Hiſt. Litt. p. 25.
(*c*) *Hiſt. Eccleſ.* Sec. I. p. 582.

ACTA Remonſtrantium : *vid.* REMONSTRANTES.

ACTA SANCTORUM, *ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi, collecta, digeſta, Commentariiſque & obſervationibus illuſtrata à plurimis è Soc. Jeſu Presbyteris Theologis* : Opus immenſæ molis, cujus quæ hactenus prodierunt (nondum etenim finem ſortitus eſt) hic recenſere è re viſum eſt, de ſingulis præterea qui operam huic conſtruendo collocarunt, Jeſuitis PP. ſuo uniuſcujuſque loco alphabetico, verba facturi.

De opere iſto videri poſſunt quæ habet *Dupinius* in Biblioth. nov. *Sec. & Vol. XVII. p.* 267. ubi plurima Carmelitarum adversùs Jeſuitas ſcripta recenſet, male ab iis tractatos, quod ſui ordinis antiquitatem non ſatis confirmaverint, quibus quidem (Carmelitis) poſt diuturnum ſilentium reſponderit Apologia peculiari *Tom. I. Act. Sanct.* Junii *Bollandus*, qui tamen & cum *Papebrochio*, ut poſteriores ſuorum Actorum Sanctorum Tomi per Inquiſitionem Hiſpanicam condemnarentur, paſſus ſit.

Primus huic ſtudio manum admovere cogitavit Sec. XVII. HERIB. ROSWEYDUS, animo conſtituens omnia Sanctorum Acta quæcunque ſcripta eſſent unquã, undequaque conquirere, edita atque inedita, collectaque emittere in lucem, Annotationibus illuſtrata, quibus & obſcura illuſtriora, & ambigua firmiora, & pugnantia certiora redderentur, multa præterea ad ſacram & profanam eruditionem utilia in iſtis exhiberentur. Univerſi hujus ſui inſtituti rationem ipſemet expoſuit, editis *Antverp.* A. 1607. *Faſtis Sanctorum, quorum Vitæ in Belgicis Bibliothecis manuſcripta extant* : quibus, veluti Specimen totius Operis annexuit *Acta Præſid. Sanctorum Tharaci, Probi, & Andronici*, olim mutilè edita à *Baronio*. Ad quam rationem compoſita omnia Sanctorum omnium Acta *Tomis XVI.* edere, hiſque *duos* Illuſtrationum in eoſdem Tomos adjicere ſe velle pollicitus eſt. Sed præclaro huic inſtituto, cui exequendo *Bellarminus* 200. vitæ vix ſufficere annos, nec minori ſpatio temporis rem tantam perfici pro dignitate poſſe cenſuerat, *Roſweydus* jam ſexagenarius perficiendo ſe parem credidit; anno tamen 1629. morte ſubtractus antequam primum Tomum emitteret in publicum, conſummandum hoc alterum Opus alteri reliquit : quod aggreſſus JOAN. BOLLANDUS, eruditione ſumma & eloquentia inſigni inſtructus, ita partes has implevit, ut non ii ſaltem, qui Sanctorum cultui ſuperſtitioſè dediti ſunt, fabulaſque pro hiſtoriis accipientes nubem pro Junone ampleꝗuntur; ſed & alii, qui Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudent, temporum rationes intelligere, antiquitates Eccleſiæ priſcæ cognoſcere, alia item ad eruditionem ſpectantia ex his monumentis haurire poſſint. *Ordinem* eum ſervavit, quem *Faſti Romani* tenent, religioſè obſervans, ut quo quiſque è vita hac diſceſſiſſet die, in iſtum reponeretur. *Acta* ipſa quo primùm ſcripta olim fuêre ſtilo exhibuit, certis capitibus, ſi prolixiora ea ſint, ut reſpirare quaſi Lector poſſit, diſtincta. Quibulvis *Præfationes* præmiſit, ſeu *Prolegomena*, quæ locum, in quo præcipuè Sancti quique coluntur, quove orti, aut ætatem degêre, vel quem reliquiis ſuis celebravêre, indicant; tempus quo vixêre ex certis characteribus eruunt; Vita quælibet à quo ſcripta, quo tempore, quibus probata, citata, è qua lingua converſa, annotant; cujus humanitate vel ipſi communicati ſint Codices, vel ex iſtis deſcripta & commodata Vita, docent. Ipſis *Actis* ſubjecit *Annotationes*, quibus vel variæ lectiones quæ alicujus eſſe momenti viſæ ſint, in diverſis MS. animadverſæ indicantur, vel, ſi quæ occurrunt obſcura, explicantur, temporum ratio à vulgata diſſentiens Chronologia exponitur, alia item utilia & erudita in medium afferuntur. Omnium porrò quæ copioſiùs traduntur, in marginibus epitomen ſive *Summaria* appoſuit, ut cui integra Acta evolvere non vacat, habeat eorum velut breviarium, cujus beneficio vaſtum Volumen exiguo tempore poſſit perlegere. Cùmque nonnulla Auctorem, cum ipſos Tomos ederet, etiam ſedulò indagantem fugerent, quæ deinde abſolutis iſtis, amicorum beneficio aſſecutus eſt, ea in *Appendices* conjecit ſingulis Tomis ſubjectas, in quibus etiam nonnulla emendavit, quorum non perfecta imbutus fuerat cognitione, cùm ipſi excuderentur Tomi. Et ut omnibus numeris abſolutum prodiret hoc opus, inſtructiſſimos ſingulis Tomis addidit *Indices* ſex, quorum priores duos cuilibet Volumini præmiſit, quatuor poſterioribus eidem ſubjectis. Primus *hagiologicus* ordine alphabetico exhibet Sanctos, quorum Acta quilibet Tomus continet, diem iſtis ſacrum annotans, & ſynopſin Acto-

Acta Lipſ. A. 1683. p. 7.

rum tradens; ſecundus *chronologicus* juxta ſeculorum ordinem Sanctos ſiſtit, de quibus in Volumine quovis agitur, annumque quo iſti nati, mortui, ad dignitates evecti, vel tranſlati ſint, ex certis chronologicis notis aut probabili conjectura indicat: tertius *hiſtoricus* quorumvis qui in quolibet Tomo memorantur nomina propria cum brevibus lemmatibus annotat; quartus *topographicus* nomina regionum urbiumque continet, Sanctorum ortu, obitu, vel reliquiis nobilitatarum: quintus *grammaticus* verba obſoleta, peregrina, aut cæteroquin obſcura, quæ in quolibet Volumine occurrunt, recenſet: ſextus denique *moralis* rerum planè omnium quarum notitia ad virtutum vitiorumque tractationem accommodari poſſit, *inſtar* Locorum communium, uberrimam ſegetem proponit & commonſtrat.

Labor autem is cùm major *Bollando* videretur, quam qui ab ipſo uno poſſet perfici, adjutorem ſibi A. 1635. adſcivit GODEF. HENSCHENIUM egregiè Latinis Græciſque literis ac Theologicis diſciplinis eruditum; cujus operâ adjutus

A. 1643. *Januarii* Voll. II. *Operis* Vol. I. & II.

JANUARII menſis Acta eum in habitum quem hactenùs diximus, compoſita, A. 1643. *binis* Tomis *in fol.* edidit, Sanctorum MCLXX. & aliorum plurimorum memorias & res geſtas illuſtrantibus. His *generalem*, ut vocat, præmiſit *Præfationem* ad *Thom. Luytens* Abb. Lætienſem, in qua recenſet, quibus Auctoribus, & quorum excitatus exemplo ad hoc elucubrandum opus acceſſerit, quid in eo ſpectarit, quem tenuerit ordinem, à quibus adjutus fuerit, & è quibus fontibus pleraque hauſerit.

A. 1658. *Februarii* Voll. III. *Operis* III. IV. & V.

FEBRUARII Sanctorum Acta quindecim poſt annis, laboris hujus ſocii *Bollandus* & *Henſchenius* Tomis *tribus* dederunt, MCCCX. quibus Sanctos ſiſtunt, eadem ſervata ratione, quæ in *Januarii* Actis apparet. Cumque ambo in iſto opere deſudarint, & communi quidem conſilio omnia ordinarint, ac mutua ſcripta recognoverint, ſinguli tamen ſeorſim ſingulas Vitas deſcripſerint, prolegomenis, annotationibus, & ſummariis marginalibus, indicibuſque ornarint ac dilucidarint; curandum duxêre, ut cujus potiſſimum labore quodvis eſſet elucubratum, aut è Græco verſum, excerptum aut annotatum, primis nominum literis in exteriori margine, ad initium Vitæ cujuſque aut Tractatûs de Sancto appoſitis annotaretur, quo Lectori conſtet, cujus quodvis acceptum ſit ferendum induſtriæ. Commendari in hoc Menſe cumprimis meretur inſignis *Henſchenii* de *Dagoberti* II. ætate Digreſſio, qua ad 1. Feb. diem Actis *Sigeberti* præfatus eſt, cujus etiam argumentum latè in Diatriba *de Tribus Dagobertis* A. 1655. ſeorſim excuſa pertractaverat. *Dagoberto* enim II. antea nemini cognito ex vetuſtis Sanctorum Actis regnum ſeptendecim annorum aſſeruit, quod poſteritatis oblivione per annos M. occultatum latuerat, unde patet, quantam hiſtoriæ etiam politicæ lucem Acta hæc inferant.

Dum vero continuando huic ſtudio intendunt, inque ordinandis Martii Actis ambo deſudant, & primus eorum Tomus prælo jam eſſet ſubjectus, *Bollandum* ſeptuagenario proximum A. 1665. ſuperveniens mors abſtulit: Quo extincto ad iſtius exemplum de idoneo *συνέργῳ Henſchenius* ſibi proſpiciens, DAN. PAPEBROCHIUM, induſtria & eruditione inſignem virum, adſcivit: quo adjutore

A. 1668. *Martii* Voll. III. *Operis* VI. VII. & VIII.

MARTII Sanctorum Acta *tribus* incluſa Tomis A. 1668. prodierunt. Sub eorum *principium* prolixa & luculenta Narratio de Vita, Operibus, virtutibuſque *Joan. Bollandi* (cujus etiam imaginem æri inciſam Tomus I. præfert) de inchoatæ ab eo Sanctorum hujus collectionis exordio, progreſſu, ac univerſa ratione, de amicorum Principumque officiis ad eam provehendam collatis, de piorum atque eruditorum virorum circa ipſum judiciis, deque ejus extremis, legitur. *Secundo* Tomo Martyrologium *Bedæ*, & *Flori* ad iſtud ſupplementum, ex MS. edita: *Tertio* Obſervationes ad S. *Theophanis* Chronographiam, & Genealogicum ſtemma Regum Francorum per tres *Dagobertos* (in *primo* Februarii Tomo aſſertos) deductum præmiſerunt: ſingulis autem Tomis Græca *Synaxarii*, ex Menologio, juſſu *Baſilii* Imp. collecto, ſubjunxerunt.

A. 1675. *Aprilis* Voll. III. *Operis* IX. X. & XI.

APRILIS Acta A. 1675. *tribus* arctata Tomis prodierunt, quorum *primus* duos antiquiſſimos Catalogos Romanorum Pontificum, cum variis ad illos obſervationibus, præfert; *ſecundus* præfixum habet Propylæum antiquarium, circa veri ac falſi diſcrimen in vetuſtis monumentis ac chartis, præſertim diplomatis, obſervandum: non tantum ut cognitæ reddantur formulæ notariales pro ſeculorum atque locorum varietate diverſæ, ſed ipſi quoque literarum in Diplomatis ductus cognoſcantur. Cum enim in iſtis ad hiſtoricam fidem conciliandam recipiendis, non minori ſit verſandum cautela quàm in nummis, quorum multi ſub larva antiquitatis inducunt in fraudem, vix ab oculatioribus agnoſcendam: rationem earum cognoſcendarum diſcernendarumque tradendam cenſuit *Dan. Papebrochius*, ante quem nemo in hunc uſque diem peculiari tractatione iſtam rem aggreſſus fuerat, quam poſtea diſcutiendam ſibi ſumſit *Joan. Mabillonius* in auguſto *de Re Diplomatica* Opere: Archivi *Sandionyſiani* diplomata quædam, quæ falſa cenſuerat *Papebrochius*, vera eſſe aſſerens. Ut adeo doctiſſimorum horum virorum acceptum ſit ferendum induſtriæ, quod novum hoc antiquariæ artis genus intelligamus, in qua de veterum inſtrumentorum ratione, formulis & auctoritate agitur: unde non ſolùm Eccleſiaſtica & Civilis hiſtoria, ſed maximè privatorum hominum, Eccleſiarumque fortunæ plurimùm pendent: *Tertius* Tomus præliminarem in fronte gerit Exegeſin, quâ ea quæ hactenus de *Dagobertis* III. Francorum Regibus, nullo prævio auctore adjutus, primus *Henſchenius* in Diatriba antehac edita, & in Februarii Actorum Tomo primo illuſtrata conſtruerat, aſſerueratque, ſtabiliuntur & confirmantur, nonnulla autem ob nova quædam interea reperta documenta innovantur, annuſque determinatur, quo *Dagobertus* II. obiit, ex cujus (non verò *Dagoberti* III.) poſteris aſſumtos ultimos ſtirpis *Merovingicæ* Reges, clarius comprobatur. Singulis iterum Tomis *Acta Græca* ad quemvis eorum pertinentia ſubjecta ſunt. Sancti autem quorum annua memoria in hunc menſem cadit, propriis deſignati nominibus ſunt MCCCCXX. certo numero ultra 18. millibus expreſſis.

A. 1680. *Maii* Vol. I. II. III. *Operis* XII. XIII. & XIV.

MAJI Acta *tribus* prodière Tomis A. 1680. non integra tamen, ſed *ſexdecim* tantùm priores dies exhibentia. *Primo* Volumini *Papebrochius* Ephemerides Græcorum Moſcorumque præfixit, æneis has quidem tabulis inſculptas, quæ omnium Sanctorum, quorum quovis die apud *Ruthenos* memoria colitur, figuras referunt; iſtas verò metricas, quæ de ſingulorum dierum Sanctis hexametrum Græcum verſum, & è Græco in Latinum converſum, recitant: Utraſque annotationibus illuſtratas licet cernere. Sti autem *Antonii*, vel *Antonini*, Archiep. Florent. Vitam ad 2. Maji diem prolixius idem executus eſt, èque *Franç. Caſtilionenſe*, & *Leon. de Serubertis*, & Summario Proceſſuum deſcriptam eam ad MSS. Codd. Florentinos exactam dedit, ac *Ant. Magliabechio* dicavit. Nec exiguam Tomi hujus partem occupat Vita *Pauli V.* P. M. quam à *Jo. Ant. Gabutio* deſcriptam, inſerendam duxit *Henſchenius*. Tomo *ſecundo* Hodeporica duo ſacræ præmittuntur, alterum *Joan. Phocæ*, qui A. 1185. loca ſancta adierat, cujus locorum ſacrorum ecphraſin è Græca *Leo Allatius* Latinam fecerat, Græco-Latinamque A. 1653. *Barth. Nihuſius* ediderat; alterum *Antonini Placent.* è MS. erutum per *Ignat. à S. Antonio*, Sec. X. vel XI. ſcriptum.

Cæterùm ingraveſcens *Henſchenii* ætas, & infirma *Papebrochii* valetudo curam injecerant Moderatoribus hujus Operis de ſocio illis dando, adjunxerantque DAN. CARDONUM, verùm Antverpienſibus anni 1678. feralis autumnus, qui è ſola Profeſſorum domo quatuordecim ſuſtulerat intra hebdomades quatuor, iſtum quoque, dum in ſolatium auxiliumque morientium ſe incautus effundit, è vivis ſubtraxit, priuſquam alicui

parti

parti Anni Sacri præfigendo nomen ſuum famam publicam mereretur. Elogium tamen ejus Tomo alteri præfixit CONR. JANNINGUS in partem ſacrorum horum laborum ipſius loco adſcitus. Vita *Stanislai* Auctore *Joh. Longino*, ſive *Glugoſſo*, Canonico Cracov. ſcripta, & *Gregorii Nazianzeni* Auctore *Baronio* prodita, Carmen item prolixius *Nazianzeni* Græcum de Vita propria a *Dan. Cardono* in ſolutam orationem Latinam converſum, præ cæteris in hoc Tomo annotari merentur. *Tertium* præliminaris de Epiſcopia & Patriarchis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ tractatus inſignit, in quo Chronologiam & Acta eorum, cum nonnullis aliis ad Hiſtoriæ Orientalis notitiam facientibus, expoſuit *Papebrochius* ad exemplum *Henſchenii*, qui ſimilem operam in Romanorum Pontificum accurate texendo Catalogo poſuerat, ſub initium Actorum Aprilis extante. Singulis Tomis bis ſubjuncta ſunt *Acta Græca* ex Menologio, *Baſilii* Imp. juſſu collecto, & MS. Biblioth. Vaticanæ, Regis Chriſtianiſſimi, Colleg. Claromontani, Ducis Sabaudiæ, *Pet. Franç. Chiffletii*, & aliunde ita congeſta, ut quodlibet Volumen in fine ea reddat, quæ ad dies pertinent, quorum Sanctos illud deſcribit, & proinde 16. ſaltem dierum Acta Græca prodeant; reliquis menſis hujus diebus in tres reliquos Tomos ſepoſitis; in quibus condendis *Papebrochius*, defuncto *Henſchenio* (A. 1682. d. 12. Sept.) ſocium ſibi adjunxit R. P. FRANC. BAERTIUM, quo juvante, cum *Conr. Janningo* Maii *Tomum* IV. & V. ediderunt, *Antverp.* apud *Mich. Cnobarum*, 1685. quibus comprehenduntur dies XVII. ad XXIV. His præmittitur *Propylæum ad Acta Sanctorum Maii*, Chronologiam Pontif. Romanorum exhibens.

A. 1685. *Maii* Vol. IV. & V. *Opera* XV. & XVI. *Acta Lipſ.* 1686. p. 270.

In iis autem, ſuis nominibus indicantur Sancti CXXXVI. totidemque anonymi, præter alios plures quingentis, quorum inter præmiſſos inſinuatur notitia.

In *quarto* Tomo qui XVII. XVIII. & XIX. Maii dies complectitur, præ cæteris fuſè exponuntur geſta & fata *Paſch. Baylon*; *Felicis* Capuccini; *Dunſtani*; *Humiliana de Cerchis*; *Petri Cæleſtini*; *Yvonis* Juriſperitorum Patroni.

In *quinto*, qui ſequentes *quinque* menſis dies exhibet, reliquorum Sanctorum hiſtoriis præferendæ videntur prolixiores commentationes *de Lucifero* Epiſc. Calaritano; *Bernardino Senenſi*; *Columba Reatina*; *Conſtantino M.* ejuſque cultu apud Græcos & Latinos, baptiſmo, converſione, imagine, & conſularibus nummis; *Vincentio Lirinenſi* ejuſque ætate, cultu, libris, genere, profeſſione, orthodoxia, atque hujus vindiciis adverſus eos, qui Semipelagianiſmi ipſum accuſant, etiam Pontificios ſcriptores, *Henr. Noriſium* & *Nat. Alexandrum*; deque *Sim. Stylita*; cujus, æquè ac matris ipſius, quæ *Martha* vocata eſt, prolixam admodum hiſtoriam ex Græco MS. in Latinum ſermonem convertit, ac commentario illuſtravit novus operis hujus Socius *Janningus*, à cujus induſtria, & Græcæ cumprimis literaturæ exacta cognitione, inſignes Sanctorum hiſtoriis acceſſiones promittere licet. Candor autem *Papebrochii* induſtriæ junctus commendari in hoc opere omninò meretur, dum bona fide profitetur, ubi ſeveriora edoctum agnoſcit, erroreſque à quibus in tanta hiſtoriarum multitudine ſibi cavere nemo ſatis poteſt, retractat, aliorum ſententias amplexus, quas ſuis præſtare intelligit. Id quod inter alia ex teſtimonio patet, quod *Mabillonii* libro *de Re Diplomatica* præbet, tanquam longè melius ac ipſe quondam cœperat, argumentum hoc tractanti.

Cæterùm cùm animadvertiſſet, circa *Pontificum Rom.* vetuſtiores *Catalogos*, ab *Henſchenio* in præliminari ante Acta Sanctorum Aprilis diatriba prolatos, haud inutiliter ſtudium accuratius in Chronologia exacta & hiſtoria eorundem collocari poſſe, ut Sedis cujuſque tempora accuratè definita habeantur, iſtos *Catalogos* peculiari volumine, ſub *Propylæi ad Acta Sanctorum Maii* titulo, exhibuit, & commentationibus, ex variis quæ ipſum *Baronium* latuerant, monumentis illuſtravit: typographum autem iſtud ſic adornare juſſit, ut vel in duas partes dividi, & una earum *quarto*, altera *quinto* Actorum Tomo præfigi, vel integrum peculiari volumine includi poſſit. Pontificum etiam imagines æri inciſas jungendas duxit CCXLIV. quot à *Petro* Apoſtolo ad *Innocentium* XI. numerantur Pontifices juxta formas à *Jo. Bapt. de Cavalleriis* olim proditas, & nunc etiam in *Aug. Oldoini* Ciacconio, novoque Bullario extantes. Vitam *Pet. Georg. Odeſcalchi* Viglebanenſis Epiſc. A. 1620. defuncti, a *Joan. Bapt. Sala* Italicè ſcriptam in Latinam linguam traductam præfixit. *Henſchenii* etiam *Diſſertationes* nonnullas ad Pontificiam hiſtoriam ſpectantes è prioribus Actorum Tomis depromtas, præmiſit, paſſimque interpolavit; de vetuſtioribus Catalogis MSS. Romanorum Pontif. de anno item nativitatis, baptiſmi & mortis Chriſti, univerſaque adeo Servatoris ætate & genealogia, de ſede & præeminentis S. *Petri*, de S. *Clemente*, & S. *Alexandro* Exercitationes *Henſchenii*, iiſque oppoſitas tres *Pet. Poſſini* Epiſtolas, in quibus adverſus *Nat. Alexandrum* aſſeritur, Chriſtum præcisè trigeſimo æræ vulgaris & ſuæ ætatis anno baptizatum, tertio & trigeſimo mortuum fuiſſe, proferens, & non minus doctis ad *Poſſinum* epiſtolis ac diſſertatione *Theo-Genealogica* (uti vocat) illuſtrans in prævio *Apparatu ad Chronologiam Pontificiam*, quem ipſe *Conatus Chronico-Hiſtoricus ad Catalogum Romanorum Pontificum* excipit: in quo id potiſſimum agere ſtuduit *Papebrochius*, ut accuratè definiret, quo quiſque Pontifex tempore ſedere cœperit deſieritque. Orſus autem perfectam hujuſmodi Pontificatuum Chronologiam contexere, opinione difficilius negotium reperit, inque multis à *Baronio* recedendum fore invenit. Quod facere formidanti metum exemerunt amici, viri eruditione & auctoritate inſignes, ac perſuaſerunt ut aggrederetur eximium & utilem laborem hunc: quem quoniam perficere vix ſperabat, ei loco *Chronographiæ Pontificiæ*, titulum *Conatus Chronico-Hiſtorici* impoſuit, reverentiam erga *Baronium* ubique præfatus, ſi à ſententia ejus recedere oporteat; libenter etiam ceſſurum ſe profeſſus, ſi quis certiora doceat.

Maii Tomus VI. & VII. curantibus iiſdem ſociis *Papebrochio*, *Baertio* & *Janningo* prodierunt A. 1688. *Antverp.*

A. 1688. *Maii* Vol. VI. & VII. *Opera* XVII. & XVIII. *Acta Lipſ.* 1689. p. 57.

In *ſexto* Tomo qui XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. hujus menſis dies continet, præ cæteris notatu digna occurrunt, prolixius etiam deſcribuntur acta, martyria, miracula, tranſlationes corporum ſeu reliquiarum, & hujus generis ἀξιομνημόνευτα alia, quæ contigerunt circa *Urbanum I.* P. M. Sec. III. & *Gregorium* VII. Pontif. *Hildebrandum* antea dictum, Sec. XI. cujus corpus poſt quingentos annos adbuc integrum, ſacris veſtibus amictum, M. *Ant. Columna* A. 1577. repertum, ad Sacellum S. Michaëlis Angeli tranſtulit, & monumento ornavit, quod à *Ferd. Ughello* Tom. VII. *Italiæ Sac.* & *Lud. Jacobo* Bibl. Pontif. memoratur. Vita & geſta *Mariæ Magdal. de Pazzis* copiosè narrantur, ejuſque effigies æri inſculptæ oſtenduntur. *S. Auguſtini*, Epiſc. Cantuarienſis, primi Anglorum Apoſtoli, Sec. VI. Vita à *Gocelino* Monacho deſcripta, è *Mabillonii* Act. Bened. *Tom. I.* depromta, ſiſtitur. *Phil. Nerii*, d. 26. Maii 1595. mortui effigies, ut & ejus vita ab *Ant. Gallonio* compoſita, & ab *Hier. Barnabæo* conſcripta exhibentur: imaginem ejus *Neapoli* ſudaſſe & fleviſſe è *Jac. Phil. Tomaſini* narratione refertur. S. *Germani* celebris Pariſienſis Epiſc. Sec. VI. Vita, quam *Venantius Fortunatus* ſcripſiſſe fertur, è MS. profertur; deque ejus miraculis, & corporis tranſlatione, multa ex *Gregorio* Turonenſi, *Aimoino*, & *Mabillonio* afferuntur. *Lanfranci* Sec. XI. ſcriptoris, Cantuarienſis Epiſc. (cujus Opera *Pariſiis* A. 1648. D. *Luc. d'Achery* emiſit in lucem) Vita à *Mil. Criſpino* & *Eadmero* ſcripta, recenſetur. Corollarii loco *Janningus* S. *Andreæ* (quem *Sali* cognomine indigitant, qui Sec. X. CPoli vixit,) Vitam è Græca Lingua à ſe converſam, à *Nicephoro* ANDREÆ coævo conſcriptam, cujus

jus exemplaria duo è Vatic. & Mazarin. Biblioth. nactus fuerat, adjecit, eodemque ſtudio, quo S. *Simeona Stylita* hujuſque matris S. *Marthæ* Vitas è Græcis MS. Vatic. & Florent. ediderat, *Tomo* V. Act. Sanct. *Maii* ſubjectas, hanc quoque *Andreanam* vitam excoluit, exactam Græcæ literaturæ eruditionem ſuam doctioribus approbans. *Septimus* Tomus *tres* ultimos *Maii* dies continens, contractior futurus erat, niſi Præliminares tractatus præmiſſi, & ſubjectæ Appendices paulò prolixiores, eundem cæteris adæquaſſent. *Henſchenium* enim vita defunctum, qui *Bollandi* ἐγγράφως Vitam *Mattii* Actis præmiſſam contexuerat, imitaturus *Papebrochius*, ultimo huic Tomo *de Vita & Operibus God. Henſchenii*, Commentationem præmiſit, effigiemque ejus lectorum oculis ſpectandam objecit, ejuſdemque Exegeſin hiſtoricam *de Epiſcopatu Tungrenſi & Trajectenſi*, quam ſub nomine *Diatribes* A. 1653. peculiari libro *Antverp.* excuſo evulgaverat, proximo autem ante obitum anno recognoverat, præfixit. Subjecit *Papebrochius* Epiſtolam *Goteſ. Wendelini* de *Diſpargo* ſeu *Dieſta*, ejuſdemque iconem; excerpta item ex *Ægid. Voecbtii* Deſcriptione Comit. *Loſſenſis*, & *Alex. Wilthemii* Annalibus *Imperialis Abbatiæ S. Maximini prope Treviros*: qui ambo libri MS. in Monachorum clauſtris deliteſcunt. Tandem *Chronologicam ſeriem Epiſcoporum & Archiep. Mediolanenſium* uſque ad A. C. 1261. deductam, ex vetuſtis Bibl. Ambroſ. Catalogis MS. quos *Henſchenius* tranſcripſerat, & protulit, & illuſtravit.

Inter ipſos Sanctos quorum memoria his tribus ultimis *Maii* diebus recolitur, præ cæteris eminent S. *Maximinus*, Epiſc. Trevirenſis Sec. IV. B. *Maria* virgo Antiochena, cujus Acta Græco-Latina exhibentur, ab incerto auctore, incertum quo tempore conſcripta, ut ingenuè fatetur *Papebrochius* in præfatiuncula huic Vitæ præmiſſa: Eminet quoque in hoc recenſu S. *Theodoſia* virgo CPolitana cujus Acta Græco-Latina proferuntur: *Joachimus* Abbas, Ord. Florenſis Sec. XIII. fundator: Piſanæ duæ virgines S. *Bona* & B. *Gerardeſca*: *Pet. Petronius* Sec. XIV. Carthuſianus: S. *Iſaacius* CPolitanus Sec. IV. Confeſſor, cujus Vita Græco-Latina datur: Sed hic palmam præripit *Ferdinandus* Caſtellæ & Legionis Rex, qui d. 30. Maii A. 1252. è vivis exceſſit Hiſpali, à P. M. *Clemente* XI. A. 1671. in Divorum numerum collocatus: nempe ut Hiſpani haberent, quem Gallis de S. *Ludovico* gloriantibus oſtenterent. Acta hujus glorioſiſſimi Regis Vitæ ſingulari commentatione complexus quatuor abhinc annis evulgaverat *Papebrochius*, (Acta Lipſ. 1685. p. 443.) quam curis ſecundis reviſam, auctam & recognitam, huic poſtremo *Maii* volumini incluſit, ejuſque haud exiguam partem ea implevit.

Subjecit *Appendices*, quæ ad omnes VII. *Maii* Tomos pertinent, exhibentes Acta, quæ cùm iſti Tomi in publicam lucem mitterentur, nondum ad manus erant; cuivis diei aliquando inſerendas, ubi nova vaſti hujus operis adornabitur editio; quod futurum eſſe quando ſacro ſemeſtri ſua integritas conſtiterit, ſperare jubet *Papebrochius*. Præ cæteris lectu digna eſt *Diſſertatio* ſuper quæſtione *an Jobum & reliquos V. T. ſanctimonia conſpicuos viros, colere ut ſanctos liceat, iiſque altaria erigere?* quam *Romæ* agitatam & à præcellentibus doctrinæ fama hominibus, A. 1680. diſceptatam ait. Prolixior eſt de S. *Johanna* ALPHONSI V. Portugalliæ Regis filia, quæ d. 12. *Maii* 1480. obiit, narratio à *Margar. Pineria* virgine Luſitana, patrio ſermone conſcripta, in Latinum converſa. Nec contemnendæ additiones, quas *Gregorii Nazianzeni* Sec. IV. Doctoris clariſſimi Actis, ad diem 9. *Maii* editis, hic adjici voluit.

Ultimum locum occupant *Paralipomena ad Chronologiam Pontificum*, quam ſub *Conatus* & *Propylæi* titulo *Maii* Actis præfigendam, aut ſeorſim peculiari volumini includendam, Ann. 1685. *Papebrochius* emiſerat. Nempe cùm impedita res ſit, Pontificatuum ſpatia per annorum, dierum & menſium calculos exactè ſubducere, facilè accidere potuit, ut in ſtudio hoc auctori alicubi ea exciderent, quæ aliter cuperet conſtituta. Igitur addenda, mutanda & corrigenda quæ eſſent in opere, quod tres ante annos emiſerat, his paralipomenis incluſit, novas etiam *Diſſertationes* antea evulgatis adjecit, quæ præcipuas de Genealogia Chriſti & annis nativitatis ac mortis ipſius controverſias exhibent, & Chronologiam ac Hiſtoriam Pontificum illuſtrant.

A. 1695. *Junii* Vol. I. *Operu* XIX. *Acta Lipſ.* Supplem. *Tom. III.* p. 289.

JUNII Sanctorum *Tomum* I. dedit cum Sociis *Papebrochius* Antverp. apud *H. Thieullier*, 1695. inter reliqua operis locupletandi inſtrumenta noviter allatum celebrans ex Æthiopia Hagiologicum metricum, non antiquius equidem Seculo XIII. ſed ex vetuſtiſſimis tamen Synaxariis Coptitarum Habeſſinorumque derivatum, unde haud pauciores utriuſque gentis Martyres & Confeſſores in opus hoc confluxiſſe dicit, quam quot ex ſimilibus Eccleſiæ Græcæ monumentis hactenus ſe obtulerint. Specimen Theſauri inde eruendi daturum ait tractatum de Patriarchis Alexandrinis Tomo huic aliquando præfigendum, dum interea varii ante *Neſtorium* & *Dioſcorum* Sancti exinde huc acceſſerint.

Primus autem hic Tomus *ſex* priores *Junii* dies continet, brevioreſque partim Notitias, partim prolixiora Acta, Græca & Latina, Sanctorum expreſſo nomine indigitatorum plus quam ſexcentorum (DC.) innominatorum verò, ſed ad certum numerum redactorum, millenorum ſeptendecim ducentorum & quadraginta, præter quas in ordine omiſſorum aut ad alios dies relatorum ſupra CCCLX. indicantur: Ex iſtis eos modò nominabimus in quorum vita rebuſque geſtis exponendis multùm operæ inſumtum eſt. Primus omnium apparet S. *Clarus*, Epiſc. & Martyr *Lactora* in *Novempopulania*, cujus Vitam ex MS. Breviariis, Tutelenſi, atque Albienſi *Papebrochius* recenſet. De *Gratiniano* & *Felino*, Martyribus Peruſinis idem agit. *Juventium* Martyrem ex monumentis Monaſterii Caſæ Dei, Diœceſis Ebroicenſis, & *Pamphilum* Presbyterum delineat, ubi inter alia Acta Paſſionis hujus & Sociorum ex libris *Euſebii* Cæſareenſis de Vita *Pamphili*, juxta MS. Medicæum Regis Chriſtianiſſimi, Græcè & Latinè exhibet. S. *Simeonis*, cui in Urbe Trevirenſi Eccleſia Collegiata, eaque una ex ſeptem ibidem eminentioribus Sacra eſt, meminit. *Eneconis* Abbatis Acta prolixiora ex *Tamajo*, *Tepezio* & *Dameto*, & *Conradi* ſeu *Cunonis* deſignati Archiep. Trevirenſis, ex *Theoderico*, Monacho Theologienſi, nec non *Eraſmi*, Epiſc. & Martyris *Formiis* in Campania clari, Acta ſuſpecta enarrat: S. *Nic. Peregrinum*, Trani in Apulia Patronum; S. *Morandum*, Monachum Cluniacenſem in Suntgovia; S. *Metrophanem*, Epiſc. CPolitanum, exhibet. De S. *Bonifacio*, Archiep. Moguntino diſſerit, ejuſque Vitam à variis deſcriptam ſiſtit, pluraque alia ad ejus hiſtoriam pertinentia ſuppeditat. Neque minus ſpatium *Meinwercus*, Paderborn. Epiſcopus, occupat, cujus Vita ab Autore *Abdinghoffenſi* anonymo ſcripta pertingit, paſſimque *Henſchenii* & *Papebrochii* annotatis illuſtratur. *Ferdinandi* Principis, *Joannis* I. Luſitaniæ Regis filii, Ord. Ciſtercienſis, *Feſſæ* in Maurica captivitate defuncti, Acta à *Joh. Alvari*, iſtius Secretario, & captivitatis Socio ſcripta, & A. 1577. edita, hic repetuntur, notiſque *Papebrochianis* dilucidantur. S. *Guidwali*, Epiſc. Britanni, Vita à Monacho *Blandinienſi* expolita proponitur. *Bertrandi* Patriarchæ Aquilejenſis memoria renovatur, ut alios taceamus.

Omnium verò prolixiſſimus eſt *Papebrochius* in deſcribendis Actis Vitæ & tranſlationum S. *Norberti*, quippe cujus hiſtoriam à reliquo corpore ſeparatam, peculiari velut in Appendice uberius perſequitur. Quod ſi nempe glorioſum ſibi eſſe putaverint plures Aſiæ populi, Colophonii, Chii, Salaminii, Smyrnæi adſcribere civibus ſuis *Homerum*, ſuumque illum eſſe alii præ aliis non indecorè contenderint; multò majorem accedere debere gloriationem ait Europæis, qui eminentiorem *Homero*, & ſanctiore virtutum laude illuſtrem *Norbertum* ſuum ſibi aut civem vendicent, uti

Sancten-

Sanctenſes, aut inſtitutorem religioſi Ordinis agnoſcant, uti *Præmonſtratenſes*, aut Apoſtolum venerentur, uti *Antverpienſes*, aut Archiepiſcopum cœlo tranſmiſerint, uti *Magdeburgenſes*, aut mortuum conſervent religiosè in cineribus, uti *Pragenſes*. Natum namque dicit *Norbertum* apud Sanctenses ſub A. 1085. Præmonſtratum cœpiſſe incolere, religioſique Ordinis fundamenta jeciſſe A. 1120. *Antverpiam* evocatum ad deſtruendam *Tanchelini* hæreſin, Eccleſiam S. *Michaelis* ſibi ſuiſque perpetuis temporibus poſſidendam accepiſſe quadriennio poſt: ad infulas deinde *Magdeburgenſes* aſſumptum Archiepiſcopum An. 1126. An. demum 1134. d. 6. Junii defunctum, *Magdeburgi* ſepultum, ac ultimo An. 1627. *Pragam* tranſlatum fuiſſe innuit. Quæ ſingula latius poſtmodum deducuntur, Vita jue *Norberti* ab Auctore Canonico Præmonſtratenſi coævo adumbrata, cum lectoribus harum rerum curioſis communicatur. Inſuper in *Analectis*, quæ vocantur, *Norbertinis* variæ ad iſtam Vitam acceſſiones ſubminiſtrantur, hiſtoriaque tranſlationis ejuſdem per Capp. XVII. ex impreſſis *Praga* & *Antverpia* monumentis contexitur.

Nec inglorius manet in hoc Tomo ſexus fœmineus. Adſunt enim poſt plurimas Sanctas Martyres *Clothildis*, *Chlodovæi*, primi Regis Chriſtiani apud Francos, uxor & fidei magiſtra, *Pariſiis* ad S. *Genovefæ* requieſcens: *Hildeburgis*, vidua, ex veteri Pontiſarenſis monaſterii chartulario deſcripta, quibus ex veteribus accedunt *Oliva* virgo, *Saturnina* virgo martyr apud Atrebates in Belgio, pluresque aliæ.

Præterea fragmenta quædam è Græco in Latinum tranſlata, aut è MS. primùm eruta hinc inde inſperguntur, utpote quando encomium S. *Lucilliani* auctore *Photio* Scevophylace & Logotheta CPolitano conſcriptum, & Vita S. *Dorothei* junioris, ſive in *Chiliocomo*, auctore Monacho coævo, diſcipulo ejus, facto deinde metropolita *Euchaitarum*, conſignata, & utrumque quidem ex MS. Bibl. Vatic. à *Conr. Janningo* in Latinum ex Græco convertitur; itemque ſummatim recenſetur quoad ſingulas partes ſectioneſque *Pet. Franç. Chiffletii* opus ineditum, cui tit. *Sacrarium Monaſterii Jurenſis Condateſcenſis, Sec. abhinc XIII. fundati, quod eſt caput Monaſtici Ordinis in Provincia Sequanorum, mediis ſeculis à* S. Eugendo *ſive* Augendo, *quingentis vero abhinc annis frequentius à* S. Claudio *nuncupatum*.

Nec omittendæ variæ obſervationes occaſione data ſubinde emergentes, quæ non tam præcisè ad Vitas Sanctorum illuſtrandas, quam ad alia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capita dilucidanda faciunt, velut *Rod. de Cunha*, Archiep. Bracarenſis, error notatur, quando S. *Ovidium*, tertium Epiſc. Bracarenſem cum Q. *Ovidio*, Martialis amico confuderit. Permixtos inter ſe *Dorotheos* quoſdam, & *Bertrandos* homonymos in lucem *Papebrochius* protrahit. Ordinis *Apoſtolinorum* meminit, qui Sec. XIV. ſua debeat initia, dum aliqui in Italia nullam initio profeſſionem emittentes, modeſta verè eremitica contenti, orationibus faciendis inſtiterint, quodque ab his reliquum erat temporis, manuali impenderint operi. Creviſſe tamen mox eorum contubernia, præcipuè per Inſubriam atque Liguriam uſque in Picenum & Aprutium propagata, imo ad urbem uſque Romam, ubi inſtitutum illud amplexus S. *Placidus* hunc Ordinem, *Recineteum* traduxiſſe feratur, ſub annum 1370. Archipræſulum inde Veſontinorum antiqui duo Catalogi ab annis 600. ex *Chiffletio* repetuntur, eorundemque ratio Chronologica examinatur. Epiſtola Trajectenſis Eccleſiæ ad *Fridericum* Epiſc. Colonienſem de *Tanchelino* ſeductore, Hiſtoriæ *Norbertinæ* immiſcetur. Huic eidem tria ſubnectuntur Corollaria, quorum primum de inſtitutione Archiepiſcopatûs Magd. Præſulibuſque ejus uſque ad *Norbertum* agit ſecundum Eccleſiam & Abbatiam S. Michaëlis *Antverpiæ* à S. *Norberto* ſuſceptam & hodienum florentiſſimam deſcribit, tertiumque tres filias ex Antverp. Michaëlitica Abbatia prognatas, *Averbodienſem*, *Tongerloanam* & *Middelburgenſem* deſcribit.

Multùm quoque Tomi hujus pretium adauget iconum ſplendidiſſimarum multitudo, quarum nonnullas indicabimus. *Monumenta* v. g. *Fuldenſia* repræſentantur, ad Acta S. *Bonifacii* illuſtranda, cum antiqua hujus effigie, Regumque *Caroli* atque *Carolomanni*, filiorum *Pipini*, tum forma veteris apud *Fuldam* cucullæ ac ſcapularis, & civitatis monaſteriique ſigillis, ac Baſilicæ *Bonifacianæ* ſimulachro. Conſpicitur item *Ferdinandi* Paderborn. ac Monaſterienſis Epiſc. effigies præfixa Actis S. *Meinwerci*, viventis cura illuſtratis, & memoriæ demortui inſcriptis: Abbatiæ S. *Michaelis* ædes cernuntur, hujuſque primogenitæ *Averbodienſis*, & ſecundogenitæ *Tongerloenſis* Abbatiæ, cum nato inde Romæ S. *Norberti* Collegio. *Juſtini* præterea Philoſophi & Martyris diſputantis effigies palliata ex veteri membrana, *Creſcentiani* Martyris Crux, quam circumtuliſſe prædicabundus putatur; *Benedictinorum Caſſinenſium* habitus antiquus; *Bartholomæi*, Ord. Apoſtolin. effigies; Icon *Abrah. Ortelii*, Celeb. Geographi; ut & S. *Norberti* in veteri habitu ſui ordinis, unde ſuum Ordo Prædicatorum mutuatus eſt, *&c.*

Quod ſupereſt, præter indices huic operi additos varios, nominari etiam merentur *Conr. Janningi* pro Actis Sanctorum hactenùs editis opuſcula apologetica, R. P. *Sebaſt. à S. Paulo* Antirrheticis repoſita, quæ ſeorſim *Antverp.* 1695. 8. edita memorant *Acta Lipſ.* A. 1696. p. 132. ſeqq.

(a) Hic ille & alibi nominatur, licèt jam pridem defunctus, quod plurima ad menſem hunc & ad alios ſpectantia in antecèſſum elucubrarit, quæ proinde appoſitis ubique margini initialibus nominis ſui literis G. H. Autori ſuo vindicantur.

Junii Sanctorum *Tomus* II. laudatorum Virorum curâ prodiit *Antverp.* apud *Thieullier*, 1698. qui, bipartitus, dies IX. continet, à VII°. ſcilicet ad XV^um. Parti autem *priori* deſtinantur dies VII. VIII. IX. X. XI. *poſteriori* reliqui *quatuor*. Numerus verò Sanctorum ad CCCL. ferè aſſurgit, quorum præcipuos ex triplici Statu, Eccleſiaſtico, Monaſtico, & Seculari, commemorabimus.

A. 1698. *Junii* Vol. II. *Opera* XX. *Acta Lipſ.* Supplem. *Tom. III.* p. 347.

In Eccleſiaſtico primas tenet *Eliſæus* Propheta, de cujus cultu & reliquiis agitur. E Chriſti diſcipulis adeſt S. *Barnabas*, cujus Acta protenduntur, ac ſimul mentio fit S. *Joannis*, cognomento *Marci*, conſobrini *Barnabæ*, & prædicationis ſocii, à quo condita ſunt Acta *Barnabæ*, quæ ex MS. Vatic. Græcè cum Latina *Guilielmi* Card. *Sirleti* interpretatione exhibentur. Ex Hieroſolymitanis Epiſcopis refertur ſeptimus S. *Joannes*; è Patriarchis CPolitanis *Paulus*, ab Arianis crudeliter interfectus, & *Methodius*, cujus Vita Græcè ab Autore coævo ſcripta, & à *Leone Allatio* in Latinum tranſlata hic repetitur. Prolixiores autem ſunt Autores noſtri in adornanda *Baſilii* Cæſareenſis Epiſc. hiſtoria, cumque Vitam ejus nemo antiquorum ſcripſerit, (eam enim quæ *Amphilochio* Iconienſi Epiſc. tribuitur, apocrypham eſſe perhibent) eandem prolixè ſatis ex ipſiuſmet & coævorum ac familiarium ſcriptis concinnavit *Franç. Baertius*. Ex iis autem, quos Summum Pontificatum tenuiſſe conſtat, *Leonem* III. huc afferunt, ejuſque Acta ſtudioſè collecta recenſent. Tacemus Cardinales duos, *Bonaventuram* S. Cæciliæ, & *Joan. Dominici*, Card. S. Sixti. *Bardonis*, Archiep. Moguntini Vita ex MS. Biblioth. Cæſ. Vindob. & *Bogumili*, ex Archiep. Gneſnenſi Eremita facti, Vita recentior Autore *Steph. Damalevicio* Romæ A. 1661. edita, luſtranda conceditur. Ex Galliæ Epiſcopis celebris eſt *Medardus* Epiſc. Noviomenſis & Tornacenſis, cujus memoriam d. VIII. *Junii* recoli notum eſt, unde de hoc ipſo fusè Noſtri commentantur.

Ad Statum Monaſticum referendus eſt *Onuphrius* Anachoreta, cujus Acta hic habentur: licèt ea magno indigere dicantur examine. Vitam verò ejus Græcam ex MS. Biblioth. Duc. in Bavaria, Latinè vertit *Conr. Janningus*. De *Columba*, Presbytero Abbate in *Jona*, Scotiæ inſula; de *Baithenco*, ejus ſucceſſore; de *Gerardo* fratre S. *Bernardi*, Monacho Clarævallenſi, legenda plu-

tu

ra exhibentur. Quicquid ad Vitam & res geſtas S. *Antonii de Padua* pertinet, ſtudioſè hic colligitur; nec minori diligentia *Joan. à S. Facundo* hiſtoria repræſentatur. Prætermus ex fœminino ſexu allegatas *Aleydem de Schatembeka*, Sanctimonialem Ord. Ciſterc. tolerata patienter lepra mirabilem; & *Roſſelinam*, virginem Carthuſianam, quarum hic quinque mentio occurrit.

E Statu Seculari ſimul & e ſexu muliebri præ cæteris nominamus *Margaritam*, Scotorum Reginam, cujus majores æquè ac poſteri ex coævis ſcriptoribus illuſtrantur, vitaque ejus ad filiam *Mathildem*, Angliæ Reginam, à Confeſſario *Theodorico* ſcripta apponitur. Celebres etiam ſunt *Modeſtus* & *Creſcentia* cum alumno ſuo *Vito*, puero', cujus corpus *Roma* in *Franciam*, indeque *Corbejam*, reliquiæ verò ex *Italia* in *Bohemiam* tranſlatæ dicuntur, multaque miracula Noſtris differendi materiam ſubminiſtrant. *Godeſcalci*, principis Sclavorum, ex perſecutore facti Chriſtianorum inter ſuos Patroni, memoria refricatur; ut virgines ſeptem, quæ in Perſide à perfido directore Presbytero proditæ & occiſæ perhibentur, *Sebaſtianam* item *Thaumaturgam*, *S. Floram* aliaſque ejuſmodi prætereamus. Tomus integer *Eleonoræ* Romanorum Imperatrici inſcriptus eſt, quæ in dedicatione confertur cum *Margarita*, Scotorum, quam modò diximus, Regina.

Nec autem in eo deſunt imagines affabre ſculptæ, Sanctorum inprimis Sanctarumque, utpote *Dianæ* Bononienſis, *Henrici* Baucenenſis, *Joannis Dominici*, *Guidonis* Cortonenſis, *Joan. à S. Facundo*, *S. Antonii de Padua*, *Beaduti Aretini*, *Baſilii*, *Nazianzeni & Chryſoſtomi*: Crus S. *Barnabæ* carne nondum putrida veſtitum, incorrupti S. *Roſelinæ* oculi, linguaque *Antonii Patav.* vitam velut adhuc ſpirans in ſtuporem rapient eos, qui in reliquiis Sanctorum exoſculandis promtiores ſunt.

Sed magis delectatum iri nobis perſuademus Eruditos tractatu præliminari, quem NIC. RAYÆUS ſtrenuus in hoc opere ornando juvandoque Socius, compoſuit *de Acoluthia officii Canonici in Eccleſia Orient. Græcorum obſervari ſoliti*. Cum enim in ritum ſolennis commemorationis trium Doctorum, *Baſilii*, *Nazianzeni*, & *Chryſoſtomi*, à *Joanne* Euchaitarum Antiſtite conſignatum incidiſſet, hiſtoriamque feſti ipſorum, in gratiam *Baertii* Vitam *Baſilii* deſcribentis, ex Græco in Latinum Sermonem transfudiſſet, (quæ ipſa quoque tranſlatio in hoc Tomo legitur) de toto Ordine Officii Canonici apud Græcos uſitati agere ſuſcepit. *Acoluthiam* autem dici hoc Officium affirmat ideo, quod ſingulæ illius partes inter ſe quam optime cohæreant, & aliæ alias conſequantur. Poſtcaquam ergo de terminis quibuſdam eò pertinentibus prolixè egit, quidque notent *Troparium*, *Sticheram* & *Stichos*, *Idiomelum*, *Contacium*, *Canon*, voceſque aliæ, uberius indigitavit, juſtam ex Typico, Menæis cæteriſque Ritualibus Græcis impreſſis commentationem inſtituit de minoribus majoribuſque Veſperis, de Officio matutino, de laudibus, de horis minoribus, mediis horis & *Apodipno*, ac ubique exempli in locum ea, quæ in feſto trium Doctorum jam modò nominatorum recitari cantarique olim ſueverint, allegat.

A. 1701. *Junii* Vol. III. *Operis* XXI.

Junii Sanctorum *Tomus III.* curantibus iiſdem cum FRANC. VERHOVIO (*b*) (cujus & Collegarum nomen dedicationi ad *Joſephum* Romanorum Imperatorem *&c.* ſubſcribitur) prodiit *Antverp.* 1701. eundem. Sancti in hunc Tomum, quatuor dies (XVI. ad XX.) complexum, illati, ſunt amplius DCLXX. partim expreſſi nominibus ſuis, partim anonymi cum notitia plurium aliorum prætermiſſorum, vel ad alios menſes, dieſve relatorum. Illorum præcipuos juxta triplicem *ſtatum Eccleſiaſticum*, *Monaſticum* atque *Secularem* mox indicabimus.

Præmittuntur autem pauca de pulcherrimo Cod. MS. tanquam præliminare opus, hic impreſſo. Continet is *Leges Palatinas* (*c*) in claſſes VIII. diſtributas, quas *Jacobus* II. Rex Majoricæ, ſive & familiæ ſuæ ac miniſtris præſcripſit, A. 1337. ſanctiſſimas ſane, & dignas, quæ in omnibus Principum palatiis proponantur atque obſerventur. Variis eæ ornantur figuris æneis, præter quas & aliæ in hoc Tomo plurimæ occurrunt, ut Diploma *S. Henrici* Imperatoris, pro Eccleſia Heiligenſtadienſi datum, integro expanſum folio, ad formam membranæ originalis.

Plurimi autem in *Statu Eccleſiaſtico* veniunt Sancti. *Judas*, vocatus *Apoſtolus*, ex LXXII. Diſcipulis Domini, diverſus à *Juda Thaddæo*, Apoſtolo ex XII. martyrizatus *Araræ* in Armenia.

Epiſcopi in Orient. Eccleſia *Marcus* Apolloniade, qui & Martyr: *Tycho Thaumaturgus*, Amathunte in Cypro Inſula.

In Italia Epiſcopi *Cecbardus*, Lunenſis Martyr, Carrariæ in Tuſcia: *Hymerius*, Amerienſis in Umbria: *Agrippinus*, Comenſis in Gallia Ciſalpina: *Nazarius* Juſtinopolitanus in Iſtria: Inventio & Miracula ex Italico *Manzoli*: Item in agro Spoletino Presbyter, *Maurus* cum filio *Felice* ejuſque Nutrice, ex Syria in Italiam peregrinati.

In Gallia Epiſcopi, *Aurelianus*, Arelatenſis: Inventio anno 1308. *Domnolus* Viennenſis: *Similianus* Nannetenſis: *Gundalfus* incerti loci, cujus celebris cultus in agro Bituricenſi, ejuſque tranſlationis & miraculorum Hiſtoria: *Adalfus*, veroſimiliter Trajectenſis ad Rhenum, cum *Botalfo* Abbate, in Anglia depoſitus: *Veredemus* Avenionenſis: *Amandus* Burdegalenſis: *Fortunatus* in agro Senonenſi quieſcens: *Autbertus* Abrincenſis, qui Angelo Michaeli, ejus monitu ac revelatione, in monte Tumba Templum excitavit, annuo peregrinantium concurſu ex tota Gallia frequentatiſſimum, *Innocentius* Cenomanenſis, cum Chronologia Epiſcoporum uſque ad A. 1255. *Deodatus* Nivernenſis, deinde Abbas Vallis Galilææ in Voſago; ejus Acta ex Codd. MSS. ac editis; in quibus multa de S *Hidulfo* ejus ſucceſſore in monaſterio. Uti ille ex Epiſcopo Abbas, ſic *Odo*, ex Abbate factus Epiſcopus Cameracenſis, qua tamen ſede excluſus, quod recuſaret Inveſtituram accipere ab Imperatore: illius Vita duplex: Presbyter in Gallia *Ferreolus* cum *Ferrutio* Diacono, Martyres ambo, Veſuntione in Burgundia; illorum Acta antiqua; Miſſa propria ex vetuſto codice; inventio corporum & variæ tranſlationes: *Berthaldus* & *Amandus* in diœceſi Rhemenſi, vita ſolitaria conſpicui: *Verolus*, Caſtellione ad Sequanam & Marcenniaci, ejuſque miracula à contemporaneo ſcripta: Ibidem *Poſſennus*, Presbyter Caſtell. in Gallia, deque ejus cultu ac miraculis Comment. hiſtoricus.

Germaniam illuſtrant Epiſcopi: *Benno* Miſnenſis in Saxonia, Sclavorum Apoſtolus, Monachii in Bavaria depoſitus, ibidemque miraculis quotidianis, ejus Vitæ hic ſubjunctis, clarus: ſubjicitur etiam repræſentatio ipſius Sacelli Monachii. Clari item ſunt miraculis non paucioribus Moguntiæ atque Heilighenſtadii *Aureus* Epiſcopus, *Juſtinus* Diaconus, *Juſtina* ſoror *Aurei*, & plures alii ab Hunnis Duce *Attila* cæſi. Duorum primorum monumentum, prout Heilighenſtadii extat, exhibetur in æs inciſum, necnon ſpecimina nummorum bracteatorum in agro vicino repertorum.

Ad Galliam, Germaniamque pari jure pertinet *Hildegrimus*, Catalaunenſis & Halberſtadenſis Epiſcopus, frater S. *Ludgeri*, primi Epiſcopi Mimigardifordenſis vulgò Monaſterienſis in Weſtphalia. Adde his unum in Hibernia Epiſc. Fernenſem *Molingum*; & *Boniſacium* Archiep. Apoſtolicum circa Ruſſiam, Ord. Camaldulenſis Protomartyrem; necnon Clericum Martyremque *Bonmercatum* Ferrariæ in Italia. Vita & miracula ex MS. Italico, cum figura martyrium exhibente.

In *ſtatu Monaſtico* illuſtravit Orientem, præter aliquot Anachoretas, *Hypatius* Presbyter, & Monaſterii Rufiniani in Bithynia Hegumenus: Vita Græca à coævo auctore præclarè & prolixè ſcripta, nunc primum Latinitate ac typis donata. Anachoretæ autem illi floruerunt in Ægypto, *Joſeph*, *Pior*, *Beſſarion*, cum *Zenone* miraculorum multorum patratore. In Æthiopia apud Habeſſinos *Petrus*, Prior Monaſterii Eygag & gentis

Digitized by Google

gentis Doctor.

Occidentem plures ornant, Benedictino, aut nulli certo Ordini adſcripti; *Ramuoldus* Abbas Ratiſp. in Bavaria, cujus Acta ab auctore ſer ſuppari ſcripta: *Avitus* Abbas Miciacenſis apud Aurelianos in Gallia, ejuſque Acta præclara auctoris contemporanei: *Hervæus* ſive *Hervæus* Abbas in Britannia minore: *Julianus* in monaſterio Arenæ ſive Hateæ: *Eliſabeth* vulgo *Schonaugienſis*, à loco habitationis, ubi & Abbatiſſa fuit, mirabilis, ſi qua alia, variis viſionibus, à germano fratre ejus *Egberto*, ipſa dictante, cum reliqua vitæ mortiſque ejuſdem hiſtoria, conſcriptis: *Euphemia*, & ipſa Abbatiſſa, Monaſterii Virginum S. Altonis in Bavaria.

Celeberrima in Belgio *Lutgardis* Virgo Monialis, à Benedictinis Trudonopoli ad Ciſtercienſes Aquiriæ tranſgreſſa: Vita tribus libris accuratè ſcripta à coævo & familiari: Ejuſdem Ord. Ciſterc. ſunt ſorores & *Sancta Regina* vulgo appellatæ, *Sancii* Regis filiæ, *Taraſia* vidua, & *Sancia* virgo, Lorvanii in Luſitania: Vita recenter compoſita: Miracula ex Proceſſibus Canonizationis; cum utriuſque effigie.

Gerlandus Eques Ord. S. Joannis Hieroſolym. Hoſpitalariorum Calatagironi in Sicilia: Inventio & Miracula ex originali MS.

Petrus, a familia *Gambacurta*, à patria *Piſanus* cognominatus, Fundator Ord. Eremitarum, S. Hieronymi vulgò dictorum, Piſis natus, Venetiis mortuus: Geſta ex antiquo compendio Latino, per Vitam Italicam illuſtrato, cum Chronologia Ordinis & Generalium ejus: Additur effigies Beati ex antiquiſſima pictura Venetiis apud Moniales S. Hieronymi ſervata; & proſpectus primi eremitorii, ab ipſo fundati in Montebello apud Urbinates: Item aliæ ejuſdem & Sociorum imagines. Magis ſolitariam amarunt vitam Eremitæ alii, *Avitus* apud Petracoricos in Gallia; Acta ex duobus MSS. *Raynerius* Piſis in Hetruria, cujus Geſta à familiari ample conſcripta, atque Tranſlatio recens ſolenniter inſtituta; cum novi & elegantis depoſiti delineatione in æs inciſa: *Calogerus* Presbyter cum *Sterio* diſcipulo ſuo, in Agrigentina Siciliæ diœceſi.

Virgines ex variis Religioſorum inſtitutis ad Cœlum tranſlatæ, *Marina*, Fundatrix Monaſterii S. Martini, Ordinis Canonicorum Regul. S. Auguſtini, Spoleti in Umbria: Imago exhibetur corporis, prout nunc eſt, cum monumento, æri inciſa: *Oſanna Andreaſia*, tertii Ordinis S. Dominici Mantuæ in Italia: Acta duplicia, utraque à familiariter notis & rerum ipſius internarum conſciis poſteritati relicta. Monumentum etiam perpulchrum cum duplici effigie, altera ipſam, prout hodiedum eſt in tumba; altera prout in monumento exciſa eſt, repræſentante. *Juliana Falconeria*, ſimiliter tertii Ordinis, ſed Servorum B. Mariæ, Florentiæ: Vita datur ex MS. Italico *Gianii* Latinè reddita; cum miraculis recenter factis & effigie antiqua. Hiſce accedat *Michelina* vidua, & ipſa tertii Ordinis, ſeu Pœnitentium S. Franciſci, Piſauri in Ducatu Urbinate: Vita duplex ex MS. Adeſt quoque duplex imago; altera ipſam velut in extaſi conſtitutam, altera in ſepulchro poſitam repræſentans.

Virgines nulli Religioſo Ordini adſcriptæ, *Cunigundis*, *Mechtundis*, & *Wibrandis*, cum famula ſua *Chriſchona*, inter peregrinandum evocatæ omnes ad cœlum in Conſtantienſi Germaniæ diœceſi: Proceſſus pro Canonizatione fabricatus.

Virgines Martyres: *Actinea* & *Græciniana*, Volaterræ in Hetruria, ſæpè inventæ & non ita pridem ſolenniter tranſlatæ: *Alena*, Foreſti in Brabantia; Geſta ex *Dilbecano* MS. cum Append. eorum quæ Gallicè & Belgicè edita ſunt. In eadem Brabantia prope Bruxellas *Maria*, *Doloroſa* dicta, quæ poſtquam pro caſtitate tuenda viriliter reſtiterat, injuſtè accuſata, damnata & cæſa, miraculis claruit, ſuoque accuſatori, exinde mente capto, ſanitatem reſtituit: Acta ejus authentica habentur & miracula ex MSS.

In Statu ſeculari *Martyres* in Oriente, *Antiochenus*

Quiricus, *Julitta*, & Socii quadringenti quatuor. Ab hiſce diſtinguuntur *Julitta*, vidua Iconienſis, & *Quiricus* ejus filiolus, Tarſi in Cilicia martyrio affecti. Acta horum, diverſa ab iis, quæ olim cenſuravit *Gelaſius* Papa, ſcripta ſunt à *Theodoro* Epiſc. Iconienſi. Utraque dantur, uti & Tranſlatio *Quirici* ad Elnonenſe S. Amandi Monaſterium. *Iſaurus* Diaconus, *Innocentius*, *Felix*, *Hermias* & *Peregrinus*, Apolloniæ: *Manuel*, *Sabel* & *Iſmael*, ex Perſide fratres, CPoli, Acta Græco-Latina vetuſtiora: *Leontius*, *Hypatius* ac *Theodulus*, Milites, Tripoli in Phœnicia: Duplicia Acta Græco-Latina: *Marina* & *Theonius* Alexandriæ: *Moyſes* Æthiops cum ſeptem Anachoretis, in Ægypto: *Zozimus* Miles in Piſidia, cujus Acta Græco-Latina.

In Occidente Martyres, *Nicander* cum *Daria* uxore, *Marciano* & *Paſicrate*, Atinæ & Venafri in Campania: Acta vetera Græco-Latina, & alia recentiora: *Montanus*, Miles, Tarracinæ & Cajetæ in eadem Campania. *Diguamerita* cum filiis duobus, Brixiæ in Gallia Ciſalpina: *Blaſius* Tribunus, cum CCLXX. Romæ paſſus, & cum duobus ex ſociis Lucam tranſlatus: *Cyria*, *Muſca*, *Valeriana*, *Maria* Aquileiæ: *Marcus* & *Marcellianus* Nobiles Romani via Ardeatina, depoſiti in Eccleſia Sanctorum Coſmi ac Damiani: *Martyrius*, *Felix*, *Æmilius*, *Criſpinus*, Ravennæ: *Cyriacus* & *Paula*, Malacæ in Hiſpania: *Elpidius*, Brivate in Arvernia, cum *Archontio* Confeſſore: *Potentinus*, *Felicius* & *Simplicius*, Patroni Steinfeldiæ in diœceſi Colonienſi, Martyres-ne an Confeſſores? Eadem dubitatio cadit in *Gregorium* Epiſc. *Demetrium* ejus Diaconum, & *Calogerum* Hegumenum, in Fragalatenſi Siciliæ Monaſterio: *Urſicinus* Medicus, Ravennæ in Italia: *Gervaſius* & *Protaſius*, fratres, Mediolani in Inſubria: Inventio corporum ex SS. *Ambroſio*, *Auguſtino*, & *Paulino*, præter quæ Epiſtola ad Italiæ Epiſcopos de eorundem Paſſione expenditur, & S. *Ambroſio* perperam adſcriptam eſſe docetur; idemque accidiſſe oſtenditur SS. *Nazario*, *Victori*, *Syro* & *Hermagora*, per Acta coævis Autoribus male ſuppoſita. Tum agitur de priorum Reliquiis toto Occidenti jam olim communicatis: Corporum item poſſeſſione inter Mediolanenſes & Briſacenſes controverſa, ac denique variis antiqui cultus monumentis, partim certis, partim ambiguis: *Honorius*, *Evodius*, *Petrus*, Romæ: *Gaudentius*, Epiſc. *Culmatius* Diac. *Andreas* & alii LII. Aretii in Hetruria: *Anonymi* duo, in oppido S. Hippolyti, Auſtriæ inferioris, Sec. XII. inventi & Miraculis illuſtrati: *Ratho* Comes Andecenſis, bello clarus, Werdæ in Bavaria: Miracula ejus plurima, uſque ad finem Sec. XVII. patrata, cum lapide ſepulcrali effigiato, & Vita, quam ſub A. 1512. collegit Decanus Dieſſenſis.

(*b*) Obiit ille hoc ipſo anno 1701. d. 19. Aprilis, ut docet *Conr. Janningus* in Epiſtola ſuper ejus morte, ad ſuperiores Soc. Jeſu, huic Tomo inſerta, p. CII.

Junii Sanctorum *Tomus IV.* prodiit, ut & alii, cura *Henſchenii* p. m. *Papebrochii*, *Baertii* & *Janningi*, A. 1707. Junii Vol: IV. *Operis*
Antv. apud Pet. Jacobs, 1707. XXII.

Hic Tomus, diem XX. & quatuor ſequentes complexus, continet Acta Sanctorum nominatorum CLXI. Anonymorum certo numero definitorum ultrà quinque millia; ad alios Tomos vel jam excuſos, vel deinceps excudendos relatorum CCXV. & aliorum XC. omninò prætermiſſorum, donec de publico & legitimo eorundem cultu conſtet, ultra ſimplicem Beatitatis titulum, à nonnullis, liberalius quam nunc permittat Eccleſia, (Editorum ipſorum verba) tributum.

In iſtis primas tenet ſanctitate & ætate *Joannes Prodromus & Baptiſta Chriſti*, illiuſque hiſtoria ex Evangelio, expenſis ac rejectis hallucinationibus *Joſephi* Judæi, explicatur: Quæritur etiam Nativitatis, Decollationis, & Sepulturæ locus: explicatur cultus in Eccleſia tam Orientali quam Occidentali, diebus variis: Proponuntur hiſtoriæ inventi tranſlatique ſæpius

pitis Capitis, aliarumque ejuſdem Sancti Reliquiarum, pluribus locis celebrium; puta brachiorum, manuum, digitorum, ac cinerum Gemmæ: nec non Apparitiones quædam & miracula celebriora. *Joanni* ſuccedunt Apoſtolorum diſcipuli, dicti etiam ipſi *Apoſtoli* apud Græcos; in quibus *Tertius*, *Jeſus Juſtus*, & *Artemas* ex *Paulinis* Epiſtolis noti. Cæteri in hoc Tomo Sancti poſſunt ad tres Status reduci, ut ſequitur:

Ad Eccleſiaſticum:

Hyginus, Papa Romanus & Martyr; & ex Romano Clero *Presbyteri* duo, *Novatus* Frater S. Timothei Presb. non item SS. *Praxedis* & *Pudentianæ* Virginum: *Joannes*, etiam Martyr, cujus Romæ caput, occaſionem minus recte ſentiendi dedit vulgato errori, de capite *Baptiſtæ* illuc allato: Romanis accedat *Felix* Presb. M. prope Sutrium in Tuſcia: majori etiam jure Vener. *Jacobus de Vitriaco*, ex Epiſc. Accnnenſi Cardinalis & Epiſc. Tuſculanus, poſt Vitam *Mariæ Oigniacen.* ab ipſo ſcriptam laudatus: & *Aloyzius Gonzaga*, Clericus Soc. Jeſu, in Collegio Romano, etiam Iconiſmis illuſtratus, quibus repræſentantur prima ejus Communio, de manu S. *Caroli Borromæi* ſuſcepta, & effigies, Caſtellione à viventis ore expreſſa; aliaque, Romæ olim cum multis miraculis ſculpta; nec non novum in Eccleſia Ignatiana altare. Actis deductis, præmittitur Comment. de familia, & cultu Beati ſucceſſivè aucto, atque Canonizationi proximo: Sequitur *Vita* ab *Hieron. Plato*, & *Virg. Cepario* ſcriptoribus S. J. compoſita, a C. J. ex Proceſſibus articulatim confirmata; tum ex iiſdem Proceſſibus *Miracula* legitimè probata; nec non ex Proceſſibus aliis, per diverſa loca formatis; ac denique ex authenticis Vulturenæ Vallis, ubi viget celeberrimus Beati cultus. Adduntur Elogia trium ejus neptium, Fundatricum Collegii Virginum Jeſu, *Cynthia*, *Olympia*, *Gridonia*.

Epiſcopi per Italiam Ticinenſes ſeu Papienſes duo, *Urſicinus*, & *Landfrancus*: hujus dantur Vita & Miracula ex MSS. Veronenſis *Blaſius*; Comenſis apud Inſubres *Exuperius*; Nolanus *Paulinus* cum Vita, breviter ab *Uranio* coævo, prolixè à *Franciſco Sacchino* S. J. ſcripta. Sequitur *Appendix de tribus Paulinis*, videlicet *Juniore*, primi ſucceſſore immediato, & *Tertio*, poſt annum D. famoſo propter Captivitatem Wandalicam, ex charitate in Africa toleratam pro filio matronæ nobilis, ut refert S. *Gregorius*, PP. unde reverſus cum triumpho, annuè recoli ſolito, videtur Beneventi obiiſſe, prioribus duobus *Nolæ* ſepultis, quod teſtantur viſendæ ibi marmoreæ arcæ, & quæ eorum habentur ac diſtinguuntur ſcripta. Ex his nominatus *Paulinus Junior*, veroſimiliter eſt, quem Benevento, cum corpore S. *Bartholomæi* Apoſtoli accepiſſe gloriantur Romani. Addi poſſunt *Epiſcopi Nicetæ* duo; alter Aquilejæ, alter Romatianæ civitatis in Dalmatia, *Paulini* Nolani hoſpes, ſub dominio Venetorum ambo.

Per Galliam & Hiſpaniam Epiſcopi, *Raymundus* Rothenſis, qui & Balbaſtrenſis. In Gallia Archiep. Bituricenſis *Radulfus*: Acta à *Mabillone* (*Analect.* p. 140. *edit.*) collecta: *Epiſcopi*, Tullenſis *Jacobus*: Cameracenſis *Lietbertus*, cujus Vita, auct. *Rodulfo* coævo ex MSS. datur: Auguſtodunenſis *Simplicius*; Sagienſis *Latirinus*; Venetenſis in Armoricis *Bilius M.* In Campania Gallica, *Leodegarius* Presb. Acta, Vita & Tranſlationes ex MSS. *Gobanus* item, Presb. Hibernus, Martyr in Francia; Vita ex MSS.

Per utramque Germaniam *Archiepiſcopi*; Salisburgenſis *Eberhardus*; Vita à diſcipulo ſcripta; Magdeburgenſis *Adalbertus*; Vita à *Mabillone* collecta: Tungrenſes in Belgio *Epiſcopi* duo, *Maximinus* & *Martinus*; Teruanenſis, *Bainus*: In Hollandia Velſenæ, *Engelmundus* Presb. & prope Namurcum *Walbertus M.* Paſtor Onhayæ; ejus tumba & Reliquiæ iconiſmis expreſſæ: In Weſtphalia, Parthenonis Vrundebergenſis Fundatores, *Bertholdus* & *Meinricus* fratres, Canonici; hic ſecularis, ille Præmonſtratenſis.

Ex Statu Monaſtico:

Joannes de Mathera, Fundator Ord. Pulſanenſis in Apulia; Vita a coævo; ubi & de variis ſanctis hujus nunc extincti Ordinis: *Abbates*; Bobienſis *Theodulfus*; in Armoricis *Mavennus*; S. Crucis in Normannia, *Leutfredus*; Vita ab ejus Monacho: *Petrus*, Prior Juliacenſis: *Ericus*, Monachus & Scriptor Autiſſiodori; ambo Ord. Bened. *Eremitæ* & *Solitarii*; in Farne, Angliæ Inſula, *Bartholomæus*; Vita ex MS. *Tude* in Gallicia, *Joannes Portuenſis*; Tranſaliaci in Gallia, *Lupicinus* ex Greg. Turon. *Aaron* in ſui nominis inſula, prope littus Armoricæ; *Ivanus* prope Pragam in Bohemia: Accedit præclarum ſexûs fœminei ornamentum *Etheldreda* Regina & Abbatiſſa, Fundatrix Elyenſis in Anglia: Habentur de ea, Compendium Vitæ ex *Beda*, Vita & Miracula *libb.* 3. auctore *Thoma* Monacho Elyenſi; Analecta ex MSS. Chronicis Monaſterii.

Huc etiam faciunt duæ Virgines Beginæ: *Chriſtina* Stumbelenſis, diœceſis Colon. *Chriſtinâ* Hasbanicâ, quæ *Mirabilis* vulgò audit, etiam mirabilior, Ord. Prædic. devota: Vita & Miracula dantur *libb. VI.* ex MSS. auctoribus, primum *Petro de Dacia* Ord. Prædic. deinde *Joanne*, Scholarum Stumbelenſium Magiſtro, & ipſamet in ſuis ad Petrum in Dacia abſentem Epiſtolis: denique Vita brevior meliuſque ordinata, auct. Anonymo. *Begina* quoque fuit *beata Maria*, ſervata in conjugio virginitate, vidua Nivellenſis; à diuturno autem, poſt mariti obitum, apud *Oigniacum* domicilio & cultu, dicta *Oigniacenſis*: Ejus Vita datur, ſcripta à *Jacobo de Vitriaco*, Canon. Regulari, poſtea Epiſc. Cardinali, cum Supplem. *Nicolai Cantipratenſis*, etiam coævi; & ſequitur ipſius Sanctæ ſolennis tranſlatio.

Ex Statu ſeculari:

Martyres Romani plurimi, ob imputatum iis à *Nerone* incendium Urbis, diverſimode, nec uno die necati. Ibidem Romæ, *Feſtus* & *Lucia*, cum Sociis XXII. *Albinus*, inde Coloniam translatus, deinde cum *Albano*, vel Moguntino, vel Britanno confuſus, de quo agitur, & ex Britannia nunquam, ac ne quidem ad Ely, tranſlatum fuiſſe monſtratur.

Extra Italiam Martyres, *Zeno* & *Zenas* in Arabia; *ſeptem Fratres*, in Armenia; *Rogatus* in Africa. His addat qui volet, X. millia *Crucifixorum*, in monte Ararath, & MCCCCLXX. in Palæſtina ſub *Choſroe* mactatorum. utrorumque Acta dantur & operoſe expenduntur, pro Lectoris arbitrio recipienda vel rejicienda; nihil enim illis fidere audent Auctores noſtri, qui nec fidem dandam aſſerunt Actis *bis mille Martyrum*, Verolamii in Anglia, cum *Albano* & *Amphibalo*, trucidatorum, ut fertur. Tutius autem credendum aiunt *Martyribus* DCCC. *civibus Antiochenis* in Syria, cum *Juliano*, *Gonzalo* & *Grapio* paſſis, aliiſque LXXXIV. *Nicomedienſibus* in Bithynia. Varios etiam ſuggerit Hagiologium Habaſſinum metricum, paſſos vel in Ægypto, vel in Habaſſia. Accedant *Julianus M.* Arimini Patronus, trans mare Hadriaticum ſuper aquas in grandi arca appulſus, diſtinguendus ab Anazarbeno in Cilicia; *Agloardus* & *Agilbertus MM.* prope Pariſios; & Friſius in Aquitania.

Confeſſores laici pauciores occurrunt: videlicet *Geraſimus*, civis Laurentinus in Calabria; *Hildulphus*, Dux in Belgio; & *Joannes*, Opilio in Arteſia.

Ex muliebri ſexu, Virginitatis lilium cum palma Martyrii conjunxiſſe reperiuntur *Agrippina Romana*, in Siciliam tranſgreſſa; & *Demetria*, ſoror S. *Bibianæ*, Romæ. Alibi, *Gemma*, in Aquitania; & *Ida*, Gandavi in Flandria. *Non Martyres*: In Hiſpania, *Florentia*, Soror S. *Iſidori*; *Iduberga* in Anglia, Winocibergas in Flandriam traducta; *Conſortia*, Cluniaci, *Aprincia* Metis; *Suſdis* in Normannia; *Rotrudis* in Belgio.

Junii

A. 1709. *Junii* Vol. V. *Operis* XXIII. *Acta Lipſ.* 1710. p. 383.

Junii Tom. V. curantibus iiſdem ſociis *Henſchenio* p. m. *Papebrochio*, *Barrtio*, *Janningo* & JOH. BAPT. SOLLERIO, prodiit Antverpiæ, apud Viduam Petri Jacobs, A. 1709. Sanctos a die XXV. uſque ad finem menſis complectitur, cum *Tractatu Præliminari*, qui continet *Chronologiam Patriarcharum Alexandrinorum.*

Inſcribitur præſens Tomus *Wilhelminæ Amaliæ*, Rom. Imperatrici, ideo, quia multos contiret Sanctos, Regia ſtirpe èque Germania & ditionibus Auſtriacis oriundos: quodque Imperatrix Auguſta amore erga Sanctos in prolem ſuam transfuderit, cui *Theodechildem*, *Suſannam Ermendrudem*, *Hemmam* ad imitandum Hagiographi proponunt, adduntque, *Leopoldum*, divum Imperatorem, diu noctuque iſta Sanctorum Acta perluſtraiſe. Sequitur Tractatus Præliminaris *J. B. Sollerii* de *Patriarchis Alexandrinis* & *de Coptis Jacobitis*, lectu digniſſimus, de quo, ſeorſim An. 1708. edito vid. *Acta Lipſ.* A. 1709. p. 536.

Primum inter Sanctos diei XXV. *Junii* locum obtinent S. *Soſipater* & *Jaſon*, quorum ille Iconienſium, hic Tarſenſium Epiſcopus è Menologio, *Baſilii Porphyrogeneti* juſſu concinnato, fertur. Ambo iniquis à *Cercylino*, Corcyrarum Rege, vinculis conſtricti traduntur, ſuppliciis tamen fatorum lege in Regis familiam paulo poſt derivatis. Menæa Græcorum aliter ſentiunt, & fabulas produnt, quibus benigno *Papebrochius* nutu adſtipulatur. Hunc excipit S. *Medicus*, Utriculanorum Patronus, ſed nonniſi Seculo XVI. demum natus, nec per inventas ac temere ſubditas reliquias ſatis aſſertus. Unde admodum ſincere PAPEBROCHIUS; *Malo fateri, quod ignorem, ſub quo Imperatore paſſus hic Sanctus, quam tam male conſutis Actis inſiſtere.* LUCEJA Virgo & *Aucejas* Rex è meris & omnino vanis cōjecturis aſſeruntur. S. *Febronia*, *Thomaidis* Magiſtræ calamo celebrata, à Carmelitis Sodalibus cupide arrepta, ſuæque Societati indita, indignantibus ideo Jeſuitis, colitur apud Tranenſes, atque inde per omne Regnum Neapolitanum. Vita à *Thomaide* prolixiſſimè ſcripta, èque membranis Vaticanis depromta, illam ætatem non redolet, & facta ab illis ſeculis planè aliena continet. Quis enim credat, eo tempore τὸ ἀσκητικὸν σχῆμα, βῆλον, ἐνεχίαν μεγάλην, Archimandritas & alia nomina & officia in uſu fuiſſe. Ipſa *Thomais*, quæ aliquoties ſeſe ſpectatricem certaminum *Febroniæ* jactaverat, tandem oblita ſui, ſeſe iſta ex *Lyſimacho* percepiſſe fatetur. S. *Gallicani* Martyris Acta ſubleſtæ fidei Hagiographis habentur, quantumvis *Ado* Viennenſis ea pene integra Martyrologio ſuo indiderit. Idem de S. *Antidii* vita & geſtis judicandum, qui Dæmone pro equo uſus Romam devectus dicitur, quæ dum *Chiffletius* crederet, aut non refutaret, jure Sardonium *Papebrochii* riſum meruit: *Nos*, ait ille, *hæc Acta damus, ſed ut mera ſomnia.* Nihilominus tamen ille & apud Veſontinos & apud Luſitanos, teſte *Georgio Cardoſo*, colitur. *Maximi* Taurinenſis vitam Anonymus Monachus Novalicienſis dedit, eamque fabulis fœde contaminavit, piumque Præſulem tanquam graviſſimum idololatriæ ibi denegatæ vindicem exhibuit: cujus cum veſtigia An. 1646. *Franciſcus Fulvius Frugo*, Ord. Minor. vir alias eloquens, preſſiſſet, vitamque *Maximi* Italorum vernacula editam figmentis conſpurcaſſet, merito ſuo *Papebrochii* cenſuram ſubiit: nec minus *Ughellus*, qui *Maximum* Willembegi Trajectenſis Epiſcopi familiarem temere aſſeruit, cum inter Trajectenſes nemo hujus nominis Præſul deprehendatur. *Proſperum*, Regii Lepidi Epiſcopum, operosè deſcribunt, eumque a *Proſpero* Aquitanico ſecernendum tempeſtivè monent: miſſis *Joannis Antonii Flaminii* aliorumque nugis, à *Labbeo* ſolide refutatis. Acta *Proſperi* antiquiora non exhibentur, ſed quæ à IV. retrò Seculis ſcripta, ideoque conficta videntur. Jungitur tranſlationum Hiſtoria, quæ dimicationes de Reliquiis varias exhibet. In vita *Tygridis*, ſeu *Tygriæ*, Virginis Maurianenſis, quam *Carolus de Freſne* & *Jo. Jacobus Taurinellus* ſuppeditarunt, aut fabulæ continentur, aut manifeſta ſuppoſitionis indicia. Cetera quæ ad Præſulatus Maurianenſis initia pertinent, legi merentur. *Amandus*, & *Domnolenus*, ut parum nobiles, ita non nimium claros virtutum ſuarum præcones habuerunt. Nec felicior *Æmilianus*, Epiſcopus Nannetenſis, niſi quod ſub ejus nomine *Jacobus Huraldus* Præſul Aduenſis, ſocietatem Seculo XVI. inſtituit. Vita *Æmiliani* à *Roberto* Theologo Gallico edita A. 1607. ex qua conſtat, ipſum fuiſſe Epiſcopum militem, cumque Sarracenis aliquoties congreſſum, tandemque in ipſa acie cæſum, qua occaſione ſelecta quædam de Sarracenorum primo in Gallias adventu *Papebrochius* protulit. S. *Pecinna*, Ludov. Caſtaneo *in notis ad Litanias Pictavienſes* memorata, *Perſeverandæ* ſimul nomen obtinuit. Natales illius incerti, & omnis reliqua vita, in qua exigua veræ certæque hiſtoriæ documenta reperiuntur. *Euroſia*, virgo Jaccenſis, Hiſpana, Seculo VIII. clara, Bohemorum cujuſdam Regis filia perhibetur, quo nomine Conſecratio illius à *Pio* V. Pontifice A. 1560. ſed fruſtra, poſtulata fuit. Ortum Bohemicum *Papebrochius* ex nominis etymologia refellit, aſſentientibus etiam Hiſpanis. Quibus cum ſeſe opponeret *Joannes de Monte Oliveti*, Bojohemus, Genealogiam *Euroſiæ* contexens, *Tamayus* eundem fortiter refutavit. Miracula Virginis *Martinus Cruce*, Sodalis Auguſtinianus, in lucem emiſit, ſed aliunde depromta. In ejus honorem *Baſuteus*, vates Caſtellanus, rhythmos compoſuit, vitam vero paratam habuit primus *Aloyſius de Tattis*, cui *Martyrologium Novocomenſe* A. 1675. editum debemus. S. *Dicentii* Acta confuſionis plena, id quod *Jacobus Branche* in opere *de Sanctis Arverniæ* agnoſcit, qui in iiſdem invenit *Linum* II. Pontif. Roman. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gratis plane ignotum, unde *Papebrochius* omnia, quæ in iiſdem continentur, inter nugas retulit. *Adalberti* Egmondani vitam è veteribus Monachus quidam Mediolatenſis juſſu Præſulis *Egberti* compoſuit, in qua quidem *ingenii craſſitudinem & incultæ ruſticitatis abſonitatem* fatetur. E recentioribus *Joannes Gerbrandus* à Leydis tum in *Chronico Egmondano*, tum in *Chronico Hollandiæ & Epiſcoporum Ultrajectinorum.* *Henſchenius* Chronologiam accuratè conſtituit in Commentario Vitæ, deque initiis Comitatus Hollandici adverſus *Douſam*, *Miraum* alioſque diſputat. Ceterum *Adalbertus*, gente Saxo, *Egberti* in Hybernia diſcipulus fuit, à quo una cum *Willibrodo* ad convertendos Germanos anno C. 710. dimiſſus, Friſiam, annuente *Pipino* Heriſtallo ingreſſus, inde à *Willibrodo* in Hollandiam miſſus, *Egmondæ* verbi divini ſegetem ſparſit, apud *Eggonem* quendam commoratus, unde *Egmonda* nomen traxit. Jacet hodie inter ruinas ſplendida olim Abbatia, quod Geuſiorum furori A. 1572. debacchanti debet, diſſipatis etiam, quod Hagiographi lugent, S. *Adalberti* reliquiis. *Simon*, *Petrus* & *Febronia*, quamvis ad Ruthenorum Principum familiam referantur, nuda ſunt nomina, iiſque, quibus premuntur, tenebris non indigna. Lucem aliquam iis attulit illuſtris D. *Gabriel de Sparwenfeld*, qui *Menologium Slavo-Ruſſicum* in Linguam Latinam tranſtulit; tum Synaxarium Ruthenorum à *Georgio Davide*, Jeſuita, Societatis ad Ruthenos Miſſionario, Latinitate donatum. *Guilelmus*, Fundator Eremitarum Montis Virginis, Guleti apud Nuſcum in Apulia A. 1142. Vitam memoriamque debet *Joanni Nuſcano*, à *Joanne Jacobo Jordano*, ejuſdem Congregationis Abbate, A. 1643. editam: tum vero etiam *Felici Renda*, Mercurianenſi, qui *Guilelmi* geſta cum privilegiis ordinis A. 1581. Neapoli publicavit: ac præterea *Thomæ Coſta*, Neapolitano, ejuſdem Montis Virginis hiſtorico. Fuit autem *Guilelmus* mirus homo, qui ad compeſcendas libidines cervicem galea, lumbos ferro conſtrinxit, Montemque Virginis colendæ ſolitudini delegit, in quo *Virgilium* Mantuanum hortos habuiſſe magicos, *Jordanus* ex *Joannis Schoppæ*, Grammatici Neapolitani, Commentariis ſtulte credidit. Ingenium ejus, omni artium cultura carens, unicum *Davidis* canticum CIX. tenuit.

Libidinum tantus oſor , ut tum demum meretricis , concubitum experentis , voto ſe ſatisfacturum polliceretur, ſi palæſtram & clinopalem inter ardentesprunas exerceri vellet. Magnis inde in delitiis *Rogerio* Regi habitus , & arcanis confeſſionibus admotus , maxima quæque ſibi ſodalibuſque beneficia conciliavit , egregio plane adſcitæ ſanctitatis fructu. Obiit ſenex , atque oraculis vulgi credendum , miraculis ad hunc uſque diem viget. Ipſius & Montis Virginum icones æri inciſæ Actis inſeruntur. *Henricus Zdico* Olomecenſis Epiſcopus A. 1151. Regia ſtirpe editus, & ex *Nicolai Lavioi* , egregii & diligentis Genealogiſtæ , ſententia *Ottonis* I. filius , omnium ferè Bohemiæ ſcriptorum , *Coſmæ* , *Pulkanæ* , *Jaroſlai Godeſchalci* , *Cuthenii* , *Lupacii* , *Hagecii*, *Dubravii* , *Auguſtini Moravi* , *Balbini* potiſſimum , & *Georgii Crugeri* ore laudatus , omnem virtutem ſuam præſtantiamque in exædificandis templis , prohibendisque Sacerdotum proſtibulis exeruit : cujus rei cauſa Romam cum periculo vitæ maximo demum profectus , Legarum Pontificis adduxit. *Joannes* porro *Hiſpanus* , Carthuſianus , ex civitate Almanceps , Hagiographis ignota , oriundus, nulla re nobilis, niſi quod domum *Repauſatorii* in Faucianenſi provincia condidit. Vitam illius ſuggeſſit *Fr. Leo Vaſſorius* , Burbonienſis in Normannia Monachus , qui & ipſe *Notitias Cartuſiarum* duobus voluminibus edidit. In vita *Joannis* id notatu dignum , quod ſe extra templi ſpatia ſepeliri voluerit, exemplo *Marcellini* Pontificis , idem de ſe ſtatuentis, adducto : quod de Pontifice perperam tradi , Hagiographi in Notis obſervarunt. S. *Odoinus* , a *Molano* , *Miræo* , *Bartholomæo Fiſenio* in *Floribus Eccleſiæ Leodienſis* citatus , tum vero etiam *Guido Maramaldus* Dominicanus, *Dominico Maria Marcheſio*, & *Theodoro de Piperno* in *Compendio hiſtorico Virorum illuſtrium Provinciæ Neapolitanæ* laudatus , ad vulgus Sanctorum pertinent. Hujus poſtremi ſepulchrum hactenus ignoratur , magno ſane viventium damno , quandoquidem magno cum auri pondere conditum *Fr. Cyprianus à Neapoli* libello , cui *Ciſterna diſcooperta* titulum fecerat , tradidit : quem egregie decipi , *Pompejus Sarnelli* alio libello , *Filum Ariadnes* inſcripto , ſatis demonſtravit.

Dies *Junii* XXVI. *Thaddeum* ſiſtit, Hagiologio Habeſſino inditum, cujus fauces indigne quidem laqueo fractæ ſunt : cum divitum avaritiam eo uſque ſua profligaverit eloquentia , ut ipſum camelum per acum tranſire coëgerit. *Vigilius* quondam Epiſcopus Tridentinus , ob Idolorum everſionem paſſim exercitam, ſub primo Conſulatu *Stiliconis*, calonibus, quod ferrei calceamenti genus erat , obrutus ac trucidatus , cui poſteritas templum extruxit , *Alemannus* Pataavienſis reſtituit. Cineres illius Seculo XIII. ſurrepti & ad Mediolanenſes traducti fuere. De eo temere *Honorius* Auguſtodunenſis tradidit, quod quinque libros in Martyrum honorem ſcripſerit. Pariter nugatur *Georgius Cardoſus* in *Hagiologio Luſitano* , dum duos *Vigilios* Tridentinos comminiſcitur. Acta *Vigilii* , quæ proferuntur , ſpuria ſunt & [illegible] plena , fideque indigna. S. *Maxentius* Seculo V. & VI. Pictavienſis Abbas floruit. Acta illius magno haberi pretio Hagiographi volunt, *Gregorio* nempe Turonenſi citata. Ex hiſce diſcimus infantes ſeptimo poſt nativitatem menſe tinctos fuiſſe ; ſuſceptionem liberorum ex ſacro fonte , Patrinis imperatam , rem liberæ voluntatis fuiſſe , ejuſque officii denegationem non cum famæ diſpendio conjunctam : Sanctam Euchariſtiam in inſaniæ remedium propinatam. S. *David* ſolitarius in arbore amygdalinæ aviculæ in morem Cellam habuit , quem Anachoretæ apud Moſchos hodie imitantur. Oſſa apud Papienſes ſervari colique, *Jacobus Gualla* L. IV. *Papienſis Sanctuarii* retulit. S. *Babolenus* Foſſatenſis a Bobienſi & altero Stabulenſi diſtinguendus eſt , quod *Patricius Flemmingus* , Hybernus , Ord. Franc. ſodalis, *in Collectaneis de S. Columbano* , à *Thoma Sirino* A. 1677. publicatis, oſtendit. S. *Joannes* , Gothiæ Epiſcopus ad Mæotidem , Latinis prope ignotus , Græcis admodum celebris, magno cum elogio citatur. In commentario Vitæ prævio multa egregia ad Gothiam , Portas Caſpias , & Chazarorum ſedem , Principeſque illorum, vulgari more Chaganos olim appellari ſolitos , pertinentia referuntur. Vita illius , ex Codice Vaticano nunc primum edita , ipſum ſtrenuum imaginum defenſorem exſtitiſſe , fidem certiſſimam facit. *S. Papoleous* , Stabulenſis , & Malmundarienſis Abbas , ſeculo VII. *Remacli* ſucceſſor , quod *Benedictus de la Rive* Monaſterii Stabulenſis Sacerdos, & Bibliothecæ tabularumque publicarum cuſtos , teſtatur , à *Clodoveo* III. Epiſcopus , & vir Apoſtolicus appellatur. SS. *Salvius* & *Superius*, Martyres Valentinenſes in Belgio. *Salvius* ab aliis duobus , Ambianenſi & Albienſi , ſecernendus , quod monuit *Claudius Caſtellanus* Canonicus Pariſienſis. Vixit ſub *Carolo Martello* Salvius , ſed incertæ ſedis Epiſcopus , licet ſint , qui *Engoliſmenſem* dicant. Vita ab Auctore coævo , deinde à *Philippo*, Abbate Bonæ ſpei , Seculo XII. ſcripta. Prior Actis inſeritur. Ad tumulum ejus juriſjurandi formulæ editæ , perjuria graviter punita ſunt. De eo *Henricus d'Outremann* in *Hiſtoria Valentiana* egit. S. *Pelagius* A. 925. clarus , Martyr Cordubenſis , *Raguelem* Presbyterum præconem habuit , cujus commentarium , è Codice Cadennenſi depromtum , *Prudentius Sandovallius* Antiquitatibus Eccleſiæ Toloſanæ inſeruit. Acceſſit *Roſwitha* Virgo, anno forte 950. *Pelagii* laudes ediſſerens. Amborum monumenta Actis ſunt indita : *Roſwithæ* carmen emendatius ; ut inde *Schurtzfleiſchiana* editio aliquoties corrigi poſſit , cujus tamen eruditiſſima Prolegomena, Hagiographis nondum omnino viſa ſuſpicamur. Additur ex Schedis *Papebrochianis* Appendix de *Hermogio* , *Pelagii* diſcipulo : ac præterea officium Mozarabium in diem *Pelagii* , è quo ritus Iſidorianus, *Joanni Vazaro* , *Alvaro Gomezio* , *Eugenio Roblezio* , nuperque admodum *Flechierio* , in vita *Franciſci Ximenii* Cardinalis , deſcriptus cognoſci poteſt. *S. Wambertus* Martyr , in Monaſterio S. *Petri* ad Divam fluvium , vel ideo memorandus , quod eum *Arturus* à Monaſterio in egregio opere , *Neuſtria Pia* inſcripto , neglexit. *S. Anthelmus* , ex Carthuſiano Epiſcopus Bellicenſis , à *Petro Dorlando* L. IV. Chron. *Theodoro Pettao* & *Arnoldo Boſtio* laudatus. Ejus reliquiarum tranſlatio à *Joſepho Geldolfo à Ryckel* , Ulyſſiponenſis Carthuſiæ Initiatoribus dedicata fuit. Epiſtolas *Anthelmi Cheſnaus* Tom. IV. *Scriptorum Hiſt. Fr.* vitam vero ex Magna Carthuſia accerſitam *Henſchenius* publicavit. Inter laudes *Anthelmi* refertur , quod ſterilitati ſexus mederi potuerit , quod num in Monacho mirum, aut à moribus alienum, alii viderint. *S. Creſcens* in Galatiam abiiſſe dicitur , quæ una, & certiſſima de eo notitia. Viennam Gallicam *Creſcenti* percaram *Ado* Viennenſis voluit , & Cives credunt , etſi in Galatiam denuo abiiſſe concedunt. Aliqui putant , eundem iterata vice Moguntiam vidiſſe , quos ex ſilentio Ritualium Moguntinorum *Serrarius* compeſcit. *Franciſcus Boſquetus* Præſul inter Gallos prudentiſſimus , & à fabulis maximè alienus , ita de eo ſcribit , ut omnia *Creſcentis* incerta eſſe fateatur. Inter Martyres Cordubenſes *Zoilus* eminet , genere nobilis, mente conſtans , capite cæſus , & divinitus tandem , cum diu inter tenebras jacuiſſet , patefactus. Ingratus tamen in ardentiſſimum ſui cultorem *Agapium* extitit , cui ob frequentiores deoſculationes oſſibus illatas priores excuſſit dentes, quod *Lucius Marineus* Siculus L. V. *de R. Hiſp.* teſtatur. Multa patraſſe miracula dicitur, quæ *Papebrochius* à *Joſepho Perezio*, Monacho S. Facundi, per Diſſertationes Eccleſiaſticas noto, fruſtra hactenus flagitavit. In *Anecti* Martyris Vita plurimum luſit ſcribentium ingenium. Menæa ſub Diocletiano horrendis ſuppliciis mactatum ſcribunt. Credo & eorum figmento τῦ ἀνικτῦ , quaſi ſuſtinentis , nomen natum eſſe. Bene *Papebrochius* : poteſtne in aliqua alicujus Martyris paſſione legi tam ſingulare & atrox quippiam , quod hic adductum non fuerit ? *S. Deodati* , Epiſcopi Nolani , memoriam omnium primus *Philippus Ferrarius* dilatavit , qui vitam edidit : hinc *Conſtantinus Ghinius* Natalibus Sanctorum Canonicorum inſcripſit. Ejuſdem vitæ Epitomen *Marius de*

Vipera

Vipera Beneventanus concinnavit. In Commentario prævio, varia de Urbis Nolanæ ſtaru leſtuque digniſſima afferuntur. De *S. Samſone*, Xenodocho Conſtantinopolitano, egregie meritus eſt *Franciſcus Verbovius* Jeſuita, qui vitam, *Leoni Allatio* neglectam, dedit accuratius & Menæis & Menologiis, diſcuſſit. Accedit alia *Samſonis* Vita, quam Hagiographi è Codice MS. Bibliothecæ Medicææ *Regis Chriſtianiſſimi depromſerunt. *Lucas* Eremita ex ſolo *Synaxario* Divionenſi natus, λόγους ſeu *Sermones* ſcripſiſſe perhibetur. *Arialdus* & *Herlembaldus*, Mediolanenſes, indigniſſime quidem Sanctis accenſentur, quippe qui adverſus legitimas ſacerdorum nuptias conſpirantes, Hæreſin *Arialdiſtarum* condiderunt. Eorū vitam, ab *Andrea* Vallumbroſano *Arialdi* diſcipulo ſcriptam, *Petrus Puricellus*, Eccleſiæ Laurentianæ Archi-Presbyter, Libro II. *de Sanctis Mediolanenſibus* inſeruit, cum tamen à *Triſtano Calcbo*, *Carolo Sigonio*, *Joſepho Ripamontio*, *Arnolfo* aliiſque jure fuerint reprehenſi. Eandem illorum vitam *Andreas Alciatus*, celeberrimus Legum Interpres, qui *Arialdum* ad ſuam gentem referebat, & *Petrus Azarius* meditati ſunt, conatu tamen tanto minore damno interrupto, quanto certius conſtar, hos fucos nihil bonæ rei geſſiſſe, ſed rebelles & Reipublicæ faces, atro in æternum carbone notandos eſſe. *Andreæ* Liber Actis inditus, VIII. Capitibus abſolvitur: Sequuntur Analecta *Herlembaldi*, & antiqua Chronologia apud *Puricellum* depromta. *Ludovicus* S. Hungariæ Rex ab *Antonio Bonfinio* luculentiſſime deſcriptus, Varadini ſepultus, ornamentis ſepulchralibus, corona tumbaque argentea à *Georgio Rakotzio* Seniore ſpoliatus, ligneaque tandem arca concluſus. has genti *Rakotziorum* diras accerſiviſſe dicitur, ut nullus inde ex illuſtri familia poſt mortem in crypta quieſcere potuerit. Quod primum univerſæ *Rakotziorum* vetuſtiori familia in eccleſiis Szevenienſi & Vadazienſi contigit: tum vero etiam *Georgio*, *Sigiſmundo*, & *Nicolao*, Albæ Juliæ ſepultis, & *Georgio* Juniori, *Franciſcoque*, adeo ut ad quartam uſque propaginem execrario tranſierit. S. *Benevenutus* inter Sanctorum umbras pertinet. S. *Ferdinandus*, Calatinus Præſul, ob ſolum ſanguinis decus Sanctitatis titulum meruit. B. *Irenæi*, Lugdunenſis, A.C. 207. coronati, memoriam è veteribus *Hieronymus*, *Epiphanius*, *Euſebius*, *Baſilius*, *Theodoretus*, *Florus*, *Ado* Viennenſis & *Synaxaria* tradunt. De Anno Martyrii *Theophilus Raynaudus* in *Prolegomenis ad Indiculum Sanctorum Lugdunenſium*: de geſtis & ſcripis *Petrus Halloix* in *Vitis illuſtrium Eccleſiæ Orientis Scriptorum* commentati ſunt; quorum is de *Irenæo* XXXV. Capitibus diſſeruit. *Honori* Præſulis S. Patiens Eccleſiam conſtruxit, tanta veneratione habitam, ut non niſi pedibus nudis & conſcientia ſceleribus expiata adiretur. Litem, quæ Eccleſias S. *Juſti* & *Irenæi* de poſſeſſione Sanctorum cinerum intercedit, *Chiffletius* deſcripſit; Hagiographi ſarmentis hiſce Acta ornarunt. S. *Lupercus*, Epiſcopus Eluſanenſis, ex antiquioribus Actis aſſeritur, quæ *Guilelmus Catellus* Memoriarum Languedocentium p. 445. explicuit, deque iis eruditè diſſeruit. Vitam *Petrus* Epiſcopus S. Papuli, è familia de *Croſſo* natus, Seculo XIV. edidit. *Sauſſayus* ex Actis MSſ. Toloſanis monet, *Lupercum* Martyrem non Epiſcopum fuiſſe. Supplicia illius mirum in modum ſunt aucta, ut ſunt ingenia ad amplificandum prona. *Franciſcus Boſquetus* Acta *Luperci* Hiſt. Eccl. Auctuario inſeruit P. *II. p.* 161. quæ Hagiographis pariter & *Boſqueto* apocrypha videntur. Poſt Martyres quosdam Alexandrinos, Afros, Græcos, Schytopolitanos, *Benignum*, *Pappianum*, minorum gentium Deos, *Theodechildis* incedit, *Clodovei* I. Francorum Regis filia, & Monaſterii S. Petri Vivi fundatrix, quod ex Diplomatibus contra *Cointium* vindicatis, tum ex Epitaphio, & antiquiſſima traditione ſtabilitur. Ex illis conſtat *Baſoli* ducis à *Clodoveo* in vinculis habiti ditiones, *Theodechildi* olim donatas, Monaſterio ceſſiſſe. *Baſoli* ducis Epitaphium *Gaufredus de Collone* ſervavit: inde *Urbanus Raverſius* Hiſtoriæ MSS. Eccleſiæ Senonenſia intulit, ex qua *Mabillonius* & noſtri tandem Hagiographi, ad fidem *Theodechildi* conciliandam, depromſerunt. Ab hac altera *Theodorici* Auſtratiæ Regis filia, *Venantio Fortunato* laudata, diſtingui debet. Reliquias Regiæ virginis extare, *Victor Cotronius* in *Chronico S. Petri vivi*, & *Hugo Mathoud* in *Diſſertatione* typis mandata teſtantur. *Leo* II. Pontifex Rom. cujus Chronologiam intricatiſſimam *Labbeus* agnoſcit, ad annum Servatoris 684. refertur. Patria fuit Herlitanus Siculus, Meſſanenſibus tamen & Aidonenſibus ea de re certantibus. Pontificatum *Papebrochius* evolvit: magnam vero in ejus antiquitatibus perquirendis *Antonius Languidara* operam impendit. Reliquias ſibi Ferrarienſes vendicant, ſcriptoremque patrium *M. Anton. Guarinium* ſuffragatorem habent. Romani nihilo ſecius de iisdem contendunt. *Paulus* I. itidem Pontifex, a *Petro de Natalibus* Sanctorum numero primum illatus eſt, quem alii ſequuntur. Exuviæ illius A. 1506. *Julio* II. Pontifice majorum cineres colligente, inventæ non ſunt, quod ex inſigni *Franc. Mariæ Turrigii* libro *de Pontificibus Rom.* ſcripto conſtat. Merentur legi *Papebrochii* de hoc Pontifice Analecta: unde nempe diſcimus, ipſum *Pipino* Franciæ Regi percarum ad ſummæ & intimæ familiaritatis officia admiſſum eſſe. Epiſtolas ejus *Gretſerus* edidit. *Argimirus* Monachus, & *Sergius* Miles, umbræ ſunt: nec melior eſt iis *Heimeradus* Presbyter, cujus vitam dum ederet *Adolphus Overham* Werthinenſis, notiſque illuſtraret, oleum operamque perdidit.

XXIX. *Junii* dies *Petri* & *Pauli* Sanctorum Apoſtolorum Acta ſiſtit. Præcedit *Commentarius de Scriptoribus Vitarum Apoſtolicarum* effusè differens, *Lini* commentis, ut ſpuriis, illito rejectis. Præter *Petri* itinera Romam ſuſcepta, ſtatua *Simoni* Mago poſita defenditur. Sequitur Commentarius Gr. ex Codice Medicæo Regis Galliarum depromptus, admodum Pontificibus favens: tum Acta *Petri Lino* ſuppoſita, & analecta *Papebrochiana* raris & curioſis obſervationibus plena, de *Petri* ad Tarentinos appulſu, & *Joannis Juvenis* Hiſtoria Tarentina: de *Pauli* apud Melitenſes naufragio & cultu (*c*) & *Franciſci Abelæ* deſcriptione Melitena: de SS. Apoſtolorum trophæis apud Romanos ex *Fr. M. Turrigii* libro, ſub hoc Trophæi titulo edito: de æneo *Petri* ſimulacro, illuſorem ſuum *G. Ant. Stajettam* acerbe caſtigante, ex *Maphei Vegii* Laudenſis MSſ. de rebus memorabilibus Baſilicæ Vaticanæ, & ex *Liberii Alſ vari* libro MS. de Catacumbis: de Remotione reliquiarum è conſpectu vulgi: de brachio *Petri* ad Hiſpanos delato, ex *Hieronymi Blanci* rerum Arragonenſium Commentariis: de Capitibus *Pauli* & *Petri*, ex *Joſephi Mariæ Soreſinii* opuſculo A. 1673. edito: de dextera *Paulo* concella: de brachio illius apud Miſnenſes A. 1632. à *Jacobo Butlero* Hyberno invento & ad Polonos tranſlato: de vinculis *Petri*, eorumque ratione clavibus incluſa: de cathedra lignea, æri incuſa: de feſtis: gladiis Apoſtolorum: pileolo *Petri*: apparitionibus: Baſilicarum extructionibus, & alia eruditum Lectorem baud parum delectatura. Acta *Marcelli* & *Anaſtaſii*, ex *Labbeo* deprompta, otioſorum hominum figmenta ſunt, quis talia habere cupiebant, quam nulla. *S. Syri*, Genuenſium in Liguria Præſulis, Acta *Marcus Paleſiandulus* primum eruit, Vitam *Obertus* Epiſcopus concinnavit. *S. Leolianus* & *Hilarus*, Præſules Patavini in Italia, apud *Bernardinum Scardeonium* memorantur. *Caſſius* Narnienſis ſoli *Gregorio* M. in dialogis notus fuit. Exuviæ apud Luccenſes ſervaræ, à Namienſibus inſigni, ut creditum eſt, pietare A. 1679. mirum in modum expetitæ leguntur. S. *Salomes* & *Juditha* viduæ vita à *Balthaſare Kraſſt* A. 1480. compoſita fuit. *Hemma*, Gurcenſis Eccleſiæ Fundatricis, qui ſcripſerit vitam, nondum ad liquidum ratione perductum: niſi quis *Paulinum et aldnerum* autorem agnoſcere velit.

Dies *Junii* XXX. *Lucinam* Apoſtolorum diſcipulam exhibet, ex Actis *Proceſſi* & *Martiniani* notam, camque malo conſilio in aliquot ejuſdem nominis multiplicatam. Hæc religionis ſtudio ducta, domum Eccleſiam fecit. *Sebaſtianum* alioſque Martyres ſepeliſſe, multaque

taque memoranda patraſſe dicitur, quæ Hagiographis veritati adverſa judicantur. *S. Martialis*, Apoſtolorum diſcipulus, à *Petro* Lemovicum miſſus, omnem Aquitaniam ad Chriſtum deduxiſſe ex Actis ab *Aureliano* ſcriptis perhibetur, quæ ſuppoſitionis ſuſpecta omnem de *Martiale* hiſtoriam conturbant. Præſtantiſſimi quique Galliæ Viri, pridemque laudatus *Franciſcus Boſquetus*, dudum illa figmenta agnovere, et Apoſtolatus *Martialis*, quod apud *Pagium* legitur, totis Conciliis fuerit aſſertus. Suffragatores *Boſquetus* habuit *Joannem Cordeſium* & *Petrum de Marca*, qui quidem ipſum Præſulatu Lemovicenſi non movent, attamen ab Apoſtolatu excludunt. Acta & miracula illius ex MSS. *S. Martini* Turonenſis, ſimulque Hiſtoriam Monaſterii S. Martialis, ex duobus Chronographis ſeculi XII. *Ademaro* & *Ganfredo* collecto, Hagiographi benigne ſuppeditarunt. Præfigitur *Johannis Cordeſii* Presb. & Canonici Lemovicenſis *Diſſertatio de tempore miſſi in Aquitaniam Sancti*, ex Gallorum vernacula *Boſqueto* interprete in Latinum tranſlata; tum *Petri de Marca* Epiſtola *de Tempore prædicatæ primum in Gallia fidei*. Martialem obſcuriores nonnulli excipiunt uſque ad *Theobaldum*, Eremitam Vicentinum, cujus geſta præter vetuſtos aliquot *Carolus Jamette* Gallico ſermone Leodii fecit excudi A. 1669. Debet is ab aliis duobus, Archiepiſcopo nempe Viennenſe & Italo quodam, prope Montem Regalem nato, probe diſtingui. *Arnulfi* Villarienſis memoriam ex æqualibus *Goſwinus* Bolutenſis, è recentioribus *Franciſcus Moſchus* concelebravit. *Raimundus Lullus* agmen Sanctorum Menſis *Junii* claudit, vir utique magnus, cumque utraque fortuna colluctatus, quæ nunc ipſum cœlo laudibus inſeruit, nunc ad conviciorum barathra dejecit. Hoc autem noſtro tandem ſeculo emergit ille, accedente ad patrocinium *J. B. Sollerio*, qui notitiam illius dedit, cultum, Epitaphia, & Scriptores vitæ magno labore explicavit, Orthodoxiam ejus mirabili conatu defendit, Librorum ab ipſo ſcriptorum, quorum numerus ad quadringentos prope accedit, accuratiſſimum Indicem exhibuit, inſertis etiam duobus vitam complectentibus Commentariis, quorum prior ab Anonymo ſcriptus opera *Bencaldi Gononi*, Monachi Cæleſtini, alter à *Carolo Bovillo* ad *Raimundum Bucherium* olim compoſitus fuit. Monet autem *Sollerius*, anceps illud de *Lulli* doctrina judicium inde natum eſſe, quod *Aymericus*, Inquiſitor, *Lullo* ob defenſam *Mariæ Virginis* [illegible] infenſus, Bullam *Gregorii* XI. adverſus ipſum tanquam hæreticum hominem impetraverit, quam ejus protectores vel planè negant, vel fraudibus extortam ſtatuunt: Pontificibus ad has lites ſilentibus, perque diſſimulationem concedentibus, ut quę olim fuêre prava, hodie ob multitudinē aſſerentium, non ſolum non habeantur turpitudini, ſed laudibus etiam prolixis & cultu à plurimis excipiantur. Omnem præterea in defendendo *Lullo* operam navârunt & *Nicolaus de Pax* Patricius Majoricenſis, & *Jacobus Cuſturerius* Jeſuita Majoricenſis, duabus Diſſertationibus Majoricæ Lingua Caſtellana A. 1700. editis, quarum *altera* de Cultu immemoriali *B. Raymundi Lulli* Doctoris Illuminati & Martyris: *altera* de Immunitate à Cenſuris, qua gaudet ejus Doctrina, tradit. Collegit in iis Scriptor accuratus juxta ac diligens, quicquid ad vindicias *Lullianas* potiſſimum conferre poteſt, tanta ingenii perſpicacia, maturitate judicii, & pondere rationum, ut *Sollerius* fateatur, ſe eo ad *Raymundi* vitam illuſtrandam fuiſſe compulſum.

(a) de quo vid. *Bibl. Ital.* Tom. XI. p. 127.

A. 1715. Junii Vol. VI. *Operis* XXIV. *Junii* Tomi VI. Pars I. *Commentariis & Obſervationibus illuſtrata*, à *Conrado Janningo*: complectens *Supplementum addendorum, mutandorum, corrigendorum in quinque Tomis de Actis Sanctorum ejuſdem Menſis.* Item *Martyrologium Uſuardi Monachi ab additamentis expurgatum, caſtigatum & quotidianis obſervationibus illuſtratum*, opera *Jo. Bapt. Sollerii.* Antverpiæ, apud Joannem Paulum Robyns, 1715.

In hoc Tomo poſt dedicationem *Carolo* VI. Romanorum Imperatori *&c.* primum exhibetur effigies R. P. *Papebrochii*, de cujus obitu (A. 1714. d. 28. *Junii*, ætat. 87.) legitur *Conr. Janningi* ad Superiores S. J. Epiſtola, quam excipit R. P. *Joan. Pieni* Hiſtoria de illius Vita, Geſtis, Operibus ac Virtutibus, ſatis prolixa.

Primum inde ſeſe offert *Appendix* ad diem I. & II. Junii de S. *Probatio* Presb. prope Pariſios in Francia, & S. *Majano* Peregrino, Longaretis in Vaſconia; de quibus Commentarius habetur in *Paralipomenis ad Tomum I. Junii*, quæ reperiuntur initio Tomi II. hujus menſis, pag. LXXXV. *Appendix* III. hic obvia de reſtauratione monaſterii *Hajnonienſis* ex apparitione SS. *Marcellini* & *Petri* Exorciſtæ *Romæ*, curata per *Balduinum* Flandriæ Comitem, illorum patrocinio mortis periculo bis ereptum Sec. XI. item de eorumdem ibi olim & nunc Reliquiis, & *Append.* V. de eorundem Martyrum Eccleſiis vetuſtis. Alia ad Comment. de Sanctis Martyribus Sendomirienſibus: Ad d. III. Junii, de Vita S. *Morani* à *Lambecio* edita, & de quibuſdam in Cod. MS. Cæſ. Vitæ præmiſſis: *Append.* ad d. IV. V. VI. Junii de S. *Nenneca* Virgine Britanna: de S. *Illidio* Epiſc. Claromontano: de S. *Eliſario*: de S. *Fetto* cognomento *Spina*, Monacho Ord. S. Baſilii, Ciani in Calabria ulteriore, *Sylloge* hiſtorica, ac de fundatione hujus monaſterii, publicoque ſancti cultu & miraculis. de S. *Dorotheo* juniore, Monacho in Chiliocomo, ejuſque Vitæ ſcriptore *And. Damario*: de *Philippo*, uno è ſeptem primis Diaconis; cujus cultus in antiquioribus *Uſuardino* Martyrologiis. Diſſertatio conjecturalis de duabus Sanctorum Martyrum Noviodunenſium claſſibus, an aliqui illorum iidem utrobique, an omnes diverſi ſint. *Append.* ad Comment. prævium de S. *Norberto*: de Abbatibus S. *Michaelis* Antverp. & alia plura circa ipſum *Norbertum*, uſque ad *pag.* 56. Sequitur *pag.* 57. *Append.* ad d. VII. de S. *Sebaſtiana* Virgine Martyre Heracleæ in Thracia, quæ igni impoſita non læditur, precibuſque ſuis hunc extinguit: objecta verò leonibus, & ab iis defenſa, capitis damnatur; Corpus *Rhadaſtum* defertur: de S. *Paulo* Epiſc. CPolitano & Martyre; ubi diſſeritur de tempore, quo Epiſc. CPolitani, *Alexander* obiit, *Paulus* ei ſucceſſit, & S. *Athanaſius Alexandrinus* CPoli fuit, dum accuſavit *Paulum* Epiſcopum ſuum *Macedonius*, &c. Diſquiſitio de S. *Gudwalo* Epiſc. Britanno, Gandavi in Flandria depoſito, & S. *Godoaldo*, Senonibus honorato, iidemne, an diverſi ſint: de S. *Maurino*, Abbate, Martyre Colon. cujus corpus ibi Sec. X. inventum, infinitis claruit miraculis: Ad d. X. de B. *Bardone* ex Abbate, Archiepiſc. Moguntino: de B. *Joanne Dominici*, Ord. Prædicat. Archiep. Raguſino & S. R. E. Cardinali, ubi vindicantur calumniæ ipſi impactæ, quæ leguntur apud *Platinam* in Vita *Gregorii* PP. XII. de S. *Onuphrio*, Anachoreta: an Sancti ſint qui in ejus geſtis leguntur *Timotheus*, *Joannes*, *Andreas*, *Thadæus*, *Philippus*, Anachoretæ? Ad d. XI. de *Barnaba* Apoſtolo, cujus caput A. 1616. è Cypro Neapolim allatum, examinatum & donatum Domui Profeſſorum Soc. Jeſu: de B. *Flora*, Virgine, Ord. S. Joan. Hieroſol. ejuſque Vitæ variæ, Acta & Miracula, diſciplina Monaſterii *&c.* de B. *Guidone*, Ord. S. Franç. tertiario, Cortonæ in Hetruria annotata quædam: de SS. *Olympio* & *Amphione* corrigenda quædam: de S. *Onuphrio* Belloforienſi, Ord. S. Baſilii: de S. *Pelagiæ* pœnitentis ad Jotrum monaſterium tranſlatione: de SS. *Toranmano*, *Agathano*, *Mochulleo*, & *Troſcano*, fratribus Hibernis: Ad d. XIII. de S. *Priſco* Epiſc. Lugdun. in Gallia; hujus geſta, tempus Epiſcopatûs & Epitaphium: de S. *Asberio*, Epiſc. Viennenſi in Gallia: de S. *Antonio* Patav. ejuſque Miracula quædam: de S. *Baſilio* M. Cæſareæ in Cappad. Epiſc. ejuſque Reliquiis Romæ, & aliæ Coloniæ ad Pont. Rom. miſſæ, a Card. *Baronio* donatæ Oratorio ſuorum Neapolit. A. 1600. Addenda ad S. *Geraſimum* Ord. S. Baſilii: Ad d. XIV. de S. *Hartwico* Archiep. Saliſb. in Norico; ejus Vita & Miracula, deque

corpore

corpore S. *Martini* Epiſc. Turon. ab eo invento ac tranſlato : Ad d. XV. de SS. *Vito* ejuſque ſociis Martyribus, & miraculum ab ipſo in Monacho Corbeienſi infirmo patratum : de SS. *Cunegunde*, *Mechtunde*, *Wiborande* & *Chriſtiana*, Virgg. peregrinis in Conſtantienſi Germaniæ diœceſi, earumque elogia & miracula : de *Rolando*, ſeu *Rothlando*, filio *Milonis* Ducis Angariæ, qui ut Sanctus Martyr indicatur à *Joan. van de Velde*. *Rolando* ſuccedit *Petrus Fade* Ord. FF. Min. Recollect. laicus, qui obiit Aquiſgrani 14. Junii 1691. annos natus 41. de quo mirabilia narrantur. Is, provinciæ Comitatus Flandriæ Sancti Joſephi alumnus, poſtquam totam Terram Sanctam peragraſſet, veſtigia Chriſti Salvatoris devotè meditatus, iterato ex obedientia eò appellendi voluntate mari ſe commiſit. Sed poſt acerbam cum piratis Algerienſibus pugnâ ab illis ſuperatus, Algades in ſervitutem deducitur, ubi cum Domino ſuo Africano familiariter de rebus fidei agere cœpit cum tanto ſpiritu & effectu, ut illum totamque familiam ac pene ducenta variæ fidei mancipia Eccleſiæ Chriſti adſcripſerit, qua re ad Judices delata, in carcerem detruſus, examinatus, & cuncta libera voce confeſſus, nudus ducitur per civitatem, ad ſingulos platearum angulos flagellatur, ac tandem in ordinario loco juſtitiæ ad palum per brachia diſtenta in altum ſuſpenditur, habens ad utrumque pedem pondus quadraginta librarum, ubi iterum per omnem corporis partem ſic cædebatur, ac ſi in conſanguineo balneo immerſus fuiſſet, ex quibus in carcere mortuus fuiſſet, vel Judices alio modo ipſum occidi curaſſent, niſi Dominus ejus ipſum redemiſſet. Dein almam provinciam cogitans, naufragium fecit, tribus diebus, ac quatuor noctibus jejunus in maris undis fluctuans, ad rupem inter aquas eminentem appulit, quam aſcendens per omnia nudus, aqua è Cœlo cadente, & piſciculis quibuſdam crudis, qui recedente mari rupis concavitatibus inhærebant, undecim menſes vitam protraxit. Inde mirabiliter à piratis prænavigantibus in *Sale* delatus, & in provinciam redux, obſequio R. adm. P. Miniſtri ſui Provincialis in Thermis Aquiſgranenſibus incumbens, continuò ingraveſcente febre obrutus, Deo & B. V. placide expiravit.

Ad d. XVI. de S. *Gebehardo* Archiep. Saliſb. in Bavaria ; ejus Vita duplex, & Epiſtola ad *Hermannum* Epiſc. Metenſem de Schiſmaticis ſui temporis : *Append.* ad d. XXV. Maii de S. *Gregorio* VII. P. M. & ejus Acta, quibus ſubjicitur *Admonitio* de die obitus Papæ *Alexandri* II. d. ſcilicet 21. Aprilis, quo eodem electum fuiſſe *Gregorium* teſtantur. Ad d. XVII. Junii *Diſquiſitio* accedit de SS. *Nicandro* & *Marciano* in Ægypto paſſis ; item de illorum Synonymis, *Venafri* & *Atinæ* in Latio dudum cultis : de S. *Herbando* ſeu *Heribaldo*, ſolitario in Britannia Armorica, cum ejus Actis authore anonymo, & miraculis variis : de S. *Botulfo* Abbate in Anglia, ejuſque cultus ex Martyrol. Danico & Pifaceno antiquo : de S. *Romualdo* ſeu *Ramvoldo* Abbate Ord. S. Bened. Ratiſponæ in Bavaria : de SS. *Taraſia* vidua & *Sancia* virgine, *Sancii* Regis filiabus, Ord. Ciſterc. Lorvanii in Luſitania ; earumque cultus à S. P. *Clemente XI.* A. 1705. Dec. 23. confirmatus : Ad d. XVIII. de S. *Odone* Presbytero, Brabantinorum Prædicat. diverſo ab *Odone*, Prædicatorii Ordinis Religioſo : de B. *Petro Piſano de Gambacurta*, Fundat. pauperum Eremit. S. Hieronymi ; ejus cultus ab *Innocentio* XII. approbatus ; officium verò & miſſa non conceſſa : Ad d. XIX. Junii de SS. *Gervaſio* & *Protaſio* fratribus, Martyribus, Mediolani in Inſubria ; eorum cultus in Hiſpania & Gallia, præſertim apud Cenomanos ; ac miracula ex fama reliquiarum, Mediolano Briſacum tranſlatarum : de S. *Deodato*, primùm Epiſc. Nivern. dein Abbate Vallis Galilææ in Voſago : de B. *Hildegrimo* Epiſc. Catalaun. & Halberſtad. itemque Abbate Monaſterii Werthinenſis, ubi & ſepultus & Epitaphio ornatus eſt. De S. *Bonifacio* Archiep. Apoſtolico circa Ruſſiam Ord. Camald. Martyr, de quo agitata quæſtione an idem ſit cum S. *Brunone*, Archiep. item Apoſtol. & Martyre, affirmativè reſolvitur ; ejuſque Acta expenduntur : Ad d. XX. & XXI. de S. *Adalberto* ex Monacho Trevirenſi Ord. S. Bened. Archiep. Magdeburgenſ. primo ; & de illo monita quædam : de S. *Albano* Mart. Moguntiæ in Germania primo ; deque ejus Reliquiis Namurci aſſervatis : de SS. *Albano* & *Amphibalo* Martyribus, cum ſociis, Verolamii in Anglia : Martyrii tempus & Vitæ Synopſis ; Eccleſiaque à S. *Germano* prope Autiſſiodorum S. *Albano* conſtructa : de S. *Arnoldo* converſo Villarienſi ; dicta de illo delenda, ac reponenda eorum loco memoria *Hartmandi* & *Wigerici* Monachorum interfectorum : de S. *Juliano* Martyre, Patrono Arimini in Æmilia, ac de inſpectione corporis ejus ſub finem Sec. XVI. & oratione propria in officio divino : de S. *Mevenno* Abbate in Brit. Armor. quem diverſum eſſe à S. *Maſano* oſtendit Caſtellanus : ad S. *Peladium* ſeu *Palladium* Epiſc. Ebredun. notata quædam : de S. *Raymundo* Epiſc. Barbaſtri, & de *Molano* Annotario P. *Schotti*, Vitæ hujus ſynopſin complectens. Ad d. XXII. de S. *Paulino* Nolano, ejuſque Vita, & corporis inventio ac repoſitio in Eccleſia S. Bartholomæi Romæ A. 1712. Ad d. XXIV. de S. *Joanne Baptiſta*, & ad ejus Acta Spicilegium, aliaque de ejus brachio & manu dextra, Antiochiam, indeque CPolim & hinc Ciſtercium allatis ; ut & de ejus ſanguine Neapoli aſſervato : Ad d. XXV. de S. *Eligio* Epiſc. Noviomenſi, qui hoc die Pragæ & alibi colitur : de S. *Moloco* ſeu *Molonacho*, Epiſc. in Roſſia, Scotiæ hodiernæ Provincia ; ac ejus Acta ex lectionibus Breviarii : de S. *Gohardo* Epiſc. & Sociis Martyribus, Nannetibus in Britannia Armor. ejus cultus, Martyrii annus & Acta, ac tranſlatio apud Andegavenſes A. 1523. de S. *Salomone* Rege & Martyre in Brit. Armorica, ac ejus Acta ex proprio Sanctorum Venetenſium A. 1660. impreſſo : *Admonitio* ad Acta S. *Guilielmi* Abbatis, Fundatoris Eremit. Montis Virginis : Ad d. XXVI. de S. *Romano* Confeſſore, Epiſc. Feſulano in Hetruria, Sec. IX. non VI. *Append.* de S. *Ladiſlao* Hungariæ Rege, ejuſque Capite Varadini mirabiliter ſervato, deinde Javarinum tranſlato : de B. *Benevenuto* Ord. Min. Corneti in Apulia, cujus corpus fruſtra quæſitum, brachium verò Corneti repertum aſſervatur. Ad d. XXVIII. de S. *Irenæo* Martyre, Epiſc. Lugdun. in Gallia, ejuſque Acta varia, ac de veteri ſtatu baſilicæ hujus Sancti, Lugduni: Ad d. XXIX. de S. *Paulo* Apoſt. ac de ejus gladio in Hiſpania conbobiſmus : *Addenda & corrigenda* ad S. *Hilarium* Epiſc. Patav. ac denique de B. *Hemma* vidua *Wilhelmi* Comitis in Frieſach & Zelteſach, Gurcenſis & Admontenſis Monaſterii Fundatrice. Sequitur nunc Synaxarium Græcum ex Menologio juſſu *Baſilii* Imp. collecto, cujus ſex poſtremi menſes ſervantur MS. in Monaſt. Baſil. Cryptæ Ferratæ in Latio : ſoliti denique ſubjiciuntur Indices. Tomum claudit *Uſuardi Martyrologium* ad excuſa exemplaria quatuordecim, ad MS. integros XVII. atque ad alios fermè L. collatum, prolixa ac erudita præfatione ornatum.

Junii Tomi VI. Pars II. quæ eſt *Supplementi ad eundem menſem* &c. Item Pars altera *Martyrologii Uſuardini* ; curantibus *Conr. Janningo* & *Johan. Bapt. Sollerio* : Antverp. apud Robyus, 1717. A. 1717. *Junii* Vol. VII. *Operis* XXV.

Hic primo loco ingreſſum pandunt Acta ſingula SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, certiore quam quæ die 29. Junii datæ ſunt Vitæ antiquæ, auctoritate ſuffulta, ut pote è Sac. Script. collecta à Viro erudito *Paul. Æmil. Sanctorio*, primùm Archiep. Conſentino in Calabria, dein Urbinate in Ducatu ejuſd. nominis. Edita olim fuerunt Romæ A. 1597. ex Auctoris autographo ab *Aldo Manutio*, Pauli filio, & mirificè laudata ob elegantiam ſtyli.

Sequitur Decretum Sacræ Inquiſitionis, per Hiſpanicas ditiones univerſalis, quo Decretum aliud, in Tomos XIV. de Actis Sanctorum A. 1695. quorumcunque demum æmulatione & auctoritate exortum tollitur, permittunturque iidem Tomi ſubditis omnibus ubique legi ſub levi correctione, quæ nullam cum hæreſi aut

ſuſpecta doctrina connexionem habet.

Poſthæc Autores diſtinctius acturi *de Baſilica S. Petri Conſtantiniana antiqua in Vatic. Romæ*, præmittunt Opuſcula MS. duo, eo facientia, alterum *Pet. Manii* ſeu *Mallii*, Canon. S. Petri & Scriptoris Sec. XII. Beatiſſ. Patri *Alexandro* III. P. M. inſcriptum; quod Auctori ſuo vindicaſſe putant Noſtri contra opinionem *Pauli de Angelis*, qui illud Romæ A. 1646. ſub nomine *Romani Canonici* evulgavit.

Alterum opuſculum eſt *Maphæi Vegii*, non multò poſt medium Sec. XV. vita functi, cui tit. *De rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ S. Petri Romæ*: Proſequuntur autem Noſtri in Præfatione geſta præcipua Auctoris, qui *Antonium Patav.* Mediolani pro concione dicentem puer audivit àc laudavit, translationi verò corporis S. *Monicæ* Oſtiâ Romam ſub *Martino* Papa V. interfuiſſe, ut multorum fert opinio, probare ſe non poſſe confitentur.

Succedit ipſorum Commentarius *de eadem Baſilica*, ac præcipuè *de Altaribus ejus*, ubi inquiritur in ſitum, antiquitatem, & fundatores ſingulorum, & in Sanctos, ſub quorum invocatione fuerint dedicata. Statuitur etiam, quod primis Chriſtianis fuerint certa ad orandum loca & templa: quod a perſecutoribus deſtructa, mox fuerint elegantius ædificata, Tyri quidem ab Epiſcopo loci *Paulino*, Nolæ verò ab alio *Paulino* Sto, Epiſcopo ejuſd. Civitatis.

Agitur poſtea *de Ichnographia Baſilicæ S. Petri antiquæ*; *de inſtitutione Guidonum*, ut vocant, ac *de Diplomate Caroli M.* ut putatur, illa ſuper re dato. Dividitur autem tota Baſilica cum circumpoſitis olim ædificiis in *Sectiones VII.* quarum I. recenſet Altaria quæ à frontiſpicio templi ad uſque medium ejus ſpatium, ubi *Paulus* Papa III. murum tranſverſarium conſtruxit, tunc temporis, & aliquanto poſt in circuitu extiterunt. *Sect. II.* totum ſpatium complectitur, quod inter murum tranſverſarium & navim Baſilicæ tranſverſam intercedit. *Sect. III.* per dictam navim circumducit: adjungitur Diſſertatio de Sacello S. Mariæ, de Prægnantibus dicto: & altera an Epitaphium, *Adriani* Papæ I. quod in Sacello ejus extabat, & *Carolo M.* Imperatori, velut auctori paſſim tribuitur, ab ipſomet compoſitum ſit, an potius à *Flacco Albino Alcuino*. In hac eadem Sectione occurrunt alia: puta *de Confeſſione S. Petri*, *de duplici ejus crypta ſubterranea*, *de monumento aheneo*, & *incluſo ei argenteo loculo*: utrum in illo ſolius S. *Petri* corpus, an etiam dimidium S. *Pauli* reconditum ſit. Emendatur quoque textus *Anaſtaſii* de dimenſionibus monumenti, deque inſcriptione Crucis aureæ, à CONSTANTINO illi ſuperpoſitæ, quæ alia non eſt quam hæc, CONSTANTINUS AUGUSTUS & HELENA AUGUSTA: Quæ ſequuntur in textu *Anaſtaſii* aliò ſpectant. Oſtenditur, quod metallum, loculum argenteum includens, non fuerit circumfuſum, ſed ex maſſis variis ferruminatis inter ſe compoſitum. Agitur etiam *de columnis porphyreticis ac vitineis*, deque *auri trimmate*; *de Presbyterio & choro*; *peribolisque*, *cancellis*, *arcubus* atque *trabibus in choro*; ac *de Pharis ſeu lychnuchis*, eorumque variis formis & nominibus. Tractatur poſtea *de Apſide Baſilicæ Vatic.* eaque cenſetur unica tantùm fuiſſe in ſingulis Eccleſiis, temporibus *Conſtantini*: Diſſert. III. *de manu & cruce quadrata ſummæ Apſidis*, in tabula Illuſtr. *Ciampini* perperam delineatis, atque in aliam manûs formam & in columbam reformandis. Item Diſſert. IV. *de cruce nuda*, *eaque duplici modo coronata*: nec non, *quod Chriſtus Dominus olim non tantum ſub figuris ſymbolicis*, *verum etiam in forma humana repræſentari ſolitus fuerit*: ſequitur inde amplior *Apſidis* explicatio & in ea *Crucis Vaticanæ*: Item *de Crucibus*, *in antiquis Apſidibus Eccleſiarum Liberianæ*, *Lateranenſis & S. Clementis*, opere muſivo olim depictis: Reditur ad ſacella & altaria extra & circum Baſilicam ædificata: & *Sect.* quidem *IV.* percurrit Oratoria, Baſilicæ verſus meridiem contigua; ubi primo loco de Secretario antiquiſſimo, ad caput meridionale antiquæ porticûs ſito, quod à *Gregorio* PP. IV. in oratorium S. *Gregorii* M. illato in illud ejus corpore, commutatum fuit: at, ſiquidem varii varia de Oratorio hoc S. *Gregorii*, deque tranſlatione corporis ejus ſcripſerunt, quæ à veritate aliena Noſtris viſa ſunt, Diſſert. V. ſubnectunt illo ſuper argumento. *Sect. V. VI.* & *VII.* ædificia cætera inſpiciunt, quæ ad Baſilicam ſpectant; quibus Auctarium ſubjicitur ad Apſidem antiquam Vaticanam, de poſitione Imaginum SS. Apoſt. *Petri* & *Pauli*, dextrâ lævaque inter ſe; ex *Franciſco Mucantio* & *Joan. Chriſtoph. Battello*.

Cum autem dubitatio quædam Noſtris orta fuerat *de Chronicis Rob. de Monte*, quid ipſe verè ſcripſerit; ac *Joan. de Beka* de Epiſc. Ultrajectinis, quando ipſe ſuum finiverit; *duabus* hic appoſitis *Diſquiſitionibus* inquirunt primum in auctores dicti Chronici prioris, ſub nomine *Rob. de Monte*, poſt *Sigebertum* Gemblacenſem paſſim impreſſi: Deinde in annum, quo *Beka* ſuum abſolverit: & quid ab aliis poſtea adjunctum ſit.

Sequuntur *Calendaria* duo antiqua, columnatim ſimul impreſſa, alterum A. C. CCCLIV. à *Furio Dionyſio Filocalo*, alterum CCCCIIL. à *Polemeo Silvio* conſcripta.

Primum jam edidit *Bucherius* imperfectum, deficientibus quatuor menſibus; quod integrum exhibetur ex Cod. MS. Biblioth. Cæſar. ex editione *Pet. Lambecii*. Secundum olim promiſerat *Bollandus* in Præfatione generali ad Acta Sanctorum: quod nunc præſtant ſucceſſores ex Cod. MS. In priori quidem Natales aliquot Imperatorum, etiam Chriſtianorum immiſcentur; in poſteriori verò Natales quoque Sanctorum Chriſti Martyrum.

Succedunt duo quaſi *Martyrologia* parva, ſub medium Sec. IV. conſcripta, edita quidem à *Bucherio*, ſed leviter emendata, quæ hic ex duobus MSS. uti in illis ſunt, nullà re mutatâ, denuo exhibentur.

Denique prodeunt nunc primum *Natales* aliquot *Sanctorum*, & alia nonnulla, ad hiſtoriam Cæſarum ſpectantia, ex Catal. MS. Romanorum Conſulum, quibus immiſcentur geſta illa, ſingulariter ad ſingula annotatis Calendis, Nonis ac Idibus, quibus contigerunt.

Accedunt deinde *Indices* duo in totum Opus *de Actis Sanctorum*, huc uſque per ſex menſes editum, quorum primus inſcribitur, *Ephemerides univerſales Sanctorum*, quorum ibi nomina, ſingulis ordine diebus, enumerantur cum epithetis *Martyris*, *Epiſcopi*, *Abbatis*, *Virginis*, *Viduæ* &c. prout ſingulis competunt. Additur *locus* ubi præcipuè coluntur aut obierunt, nec non *Codex MS.* Auctores, Martyrologia vel Menæa, à quibus Acta ſunt deprompta.

Alter *Index* eſt *Alphabeticus* univerſalis eorundem Sanctorum, qui & dignitatem cuique ſuam adſcribit, ac diem menſis, quo Acta referuntur, quærendum in ſuo cujuſque diei aſſignati Tomo. Sancti autem, (inter quos Martyres quamplurimi) ſex primis anni menſibus illuſtrati aſſurgunt circiter ad 8550. præter aliorum apud varias gentes Martyrum infinitum penè numerum.

Poſthæc omnia, adjunguntur *Martyrologia* aliquot *Hieronymiana* contracta, ex pluribus ſelecta, quorum ſinguli Codices adeo expreſsè innoteſcunt, ut cimeliorum id genus æſtimatores nihil habeant quod deſiderent.

Sequitur demùm alterum *Uſuardini Martyrologii* ſemeſtre, à 1. die Julii ad finem anni, eâdem prorſus ratione & methodo illuſtratum, quâ pars prior, jam memorata. Adjecti porrò bini *Indices*, quorum *prior* Sanctos omnes, ingenuinis, per totum anni decurſum, *Uſuardi* textibus contentos, exhibet; *alter* reliquos colligit, qui in Auctariis ex variarum eccleſiarum Codicibus ſuperadditi ſunt.

JULII Sanctorum Tomus I. collectus ac digeſtus à A. 1719.
Conr. Janningo, *Joh. Bapt. Sollerio* & JOAN. PINIO, *Julii* Vol.
Sanctos primorum trium dierum complexus, cum Diſ- I. *Operis*
ſertatione Præliminari *de XII. Sanctis ex Syria in Um-* XXVI.
briam advenis. Antverp. apud *Jac. Du Moulin*, A. 1719.

Verſatur

Verſatur Tractatus præliminaris in examine duodecim, ut diximus, Sanctorum, uti vocant, Sociorum, qui primis à Chriſto nato ſeculis è Syria venerint in Umbriam, Chriſtianæ fidei propagandæ cauſà: quorum nomina ſunt: *Anaſtaſius*, pater aut patruus, & ductor aliorum, *Eutitius* & *Brictius* filii ejus; *Joannes*, *Theadila*, *Iſaac*, *Abundius*, *Carpophorus*, *Laurentius*, *Proculus*, *Herculanus*, *Baractalis*, Anaſtaſii ex fratre nepotes. Multi de illis multa atque inter ſe pugnantia: Inquirunt autem Noſtri in tempus, quò venerint in Umbriam; diſcutiunt Acta omnibus communia; ſingulorum ſingularia cum illis conferunt; alios ab aliis diſtinguunt; indagant in veterem ſingulorum in Eccleſia cultum ex Martyrologiis antiquioribus & Sec. IX. collectis. Diſtinguuntur *Joannes* plures in Umbria Sancti, uti & *Laurentii*, *Herculani*, *Proculi*. Oſtenditur, *Laurentium* Epiſc. Spolet. diverſum eſſe à *Laurentio* Epiſc. Sabinenſi, fundatore monaſterii Farfenſis. Judicant poſtea Noſtri unum tantummodo *Herculanum* Epiſc. & Mart. Peruſinis concedendum eſſe. *Carpophorum* Presb. & *Abundium* Diac. necnon *Brictium*, diſcuſſis Hiſpanorum argumentis, adjudicat Umbriæ. Subnectunt Acta tranſlationis *Abundii* prædicti, *Fulginio* Bercetum factæ, A. 850. ex MS. Diſquirunt multa de SS. *Proculis*, in Umbria confuſiſſimis, quorum tres ſibi vindicant Interamnenſes: Diſtinguunt ſingulos, duos nempe tanquam proprios Sanctos, Bononienſibus tribuendo; unum Interamnenſibus; alios aliis; nullum ex hiſce, Hiſpanienſibus. Producunt Acta quædam S. *Proculi* cum Annotatis. Tum agunt de duobus Sanctis *Valentinis*, Interamnenſium Epiſcopis, quorum Acta oſtendunt, magna parte, ſumpta eſſe ex Actis S. *Valentini* Epiſc. Paſſav. Finis denique imponitur in *Iſaac*, *Baractale*, ac *Theadila*.

Tomus autem ipſe, tres primos hujus menſis dies complectitur, in iiſque præter varias Anonymorum Mart. turmas, Sanctos nomine proprio fermè CL. quorum qui virilis ſunt ſexûs infra diſtribuuntur juxta triplicem ſtatum; fœminæ verò quartam Claſſem conſtituunt. *Aaron* cum Sorore *Maria*, filio *Eleazaro*, & nepote *Phinees*, uti & Regina *Eſther* eas Claſſes non ingrediuntur, quod ſint è veteri Fœdere; quorum occaſione de ſimilium Sanctorum cultûs origine diſputatum eſt, uti & de inſtitutione, ac per Eccleſiam propagatione, feſti Viſitationis B. M. V.

In Statu Eccleſiaſtico:

Ex Oriente *Anatolius* & *Euſebius*, Epp. Laodiceni in Syria, quorum in eamdem ſedem ſucceſſionis tempus diſcuſſum eſt; his junctus alius qui malè ſub Diaconi titulo aliis hactenùs immixtus fuerat: Datus etiam locus *Anatolio* Patr. CPolit. cujus fides & geſta vindicari potuêre; non item *Juvenalis* Hieroſol. inter Prætermiſſos rejecti, quidquid apud Græcos cultum habere videatur.

In Italia *Caſtus* & *Secundinus*, Epp. Mart. difficulter à Synonymis ſejunguntur: *Chreſtus* inter Antiſtites Syracuſanos numeratur, *Darbus* inter Ravennates. *Heliodori*, veteris Altini Epiſc. cujus nota per S. Hieronymum memoria, vita ex ſarmentis non ſatis probis coaluit. Paulò celebrior eſt *Bartholomæus*, ex S. *Dominici* familia, primùm Nemonicenſis in Cypro, deinde Vicentinus Epiſcopus, at nunquam Patriarcha Hieroſol. Ad ſecundum hujus ſtatûs ordinem ſpectabit *Adeodatus*, Presbyter, ut volunt. Quæ de ipſo ſuperſunt monumenta, valdè obſcura: è quibus id ſaltem haberi videtur, malè ipſum confundi cum *Adeodato*, S. *Auguſtini* filio.

Inter *Galliæ* Epiſcopos antiquiſſimus eſt *Martinus* Viennenſis, de cujus certa ætate multa, & obſcura concertatio; at celebris fama *Galli Claromontani*, à nepote ex fratre, *Gregorio* Turonenſi laudata. *Leontius* Epiſc. Auguſtod. ſolo fermè nomine notus eſt. *Golvenus* Leonenſis in Armorica Epiſcopus, ejus regionis Sanctorum ſortem ſubit, ut tricis multis involuta ſint ejus Acta; nec minus miranda, quæ de *Leonorio*, nullius loci Epiſcopo, referuntur. Incertus *Florentii* Epiſcopatus, at cultus, per recentem proceſſum verbalem ſatis probatus. Ævi ſui thaumaturgus *Petrus de Luxemburgo*, Primicerius Metenſis & Card. Diaconus, ſanctitate juxta ac illuſtriſſimo ſanguine celeberrimus, annos necdum natus 18. orbem univerſum miraculorum gloria implevit. Acta alia, tametſi a *Synchrono* ſcripta, nimis brevia ſunt, alia non ſatis exacta: ſed authentici ad canonizationem proceſſus, aliique in eumdem finem operoſi conatus, non poſtremum locum tenent in hoc volumine. Si Sacerdotes fuerint *Hilarius* Aviciacenſis, & *Raymundus* Toloſanus, ad alterum hujus claſſis gradum pertinent. Utriuſque ætas ad certos chronologicos calculos difficillimè revocatur. Nihil prætermiſſum, ut perplexa uniuſque geſta alicunde elucidarentur, non ſatis magno operæ pretio. De poſterioris ad S. *Saturnini* canonicatu alia diſceptatio.

Angliam illuſtrarunt *Swithunus* Winthonienſis Epiſc. cujus notiora ſunt miracula quam geſta: *Oudoceus* Præſul Landavenſis, Eccleſiaſticæ diſciplinæ aſſertor, *Germanus* Epiſc. in Mannia, a S. *Patricio* ordinatus, qui cultum pridem habuiſſe oſtenditur. *Servanus* Orcadum Apoſtolus, veroſimiliter unicus fuit, licet eum in varios diſtrahant ſcriptores Scoti. Geſta ejus, ſi non depravata, miranda magis videntur, quam probanda.

Epiſcoporum decus & gloriam porrigit *Germania* in magno ſuo *Ottone* Bambergenſi Antiſtite, illuſtri Pomeranorum Apoſtolo, largo & munifico plurimorum cœnobiorum fundatore & reſtauratore, ſibi ſevero & parco. Ejus Acta eduntur, non ex *Gretſero*, aut *Jaſchio*, ſed ex ipſis vetuſtis fontibus quorum unum vulgavit *Henr. Caniſius* (Lect. Antiq. *Tom. III. P. II. p.* 35.) alterum, nunquam editum, ex Paulina Lipſienſi Biblioth. MS. tranſmiſit Cl. *Daumius*. Ex his porrò contra Scriptorum neotericorum torrentem, Sueviæ ſuæ aſſeritur S. *Otto*; aliqualis vitæ ſeries chronologicè ordinatur, aliaque monumenta, ad cultum ſpectantia, eruderantur: præſertim ſepultura, in æs inciſa, cujus inſcriptio, non ſatis accurata, meliori calculo reſtituitur: officia nova cum antiquis collata; recentiora miracula prope quotidiana. In inferiori gradu collocandus eſt *Herbardus* Presbyter, præcipuus Scheidani monaſterii, in Weſtphaliæ confiniis, auctor & promotor.

Belgio ſidus claruit *Rumoldus* Epiſc. Apoſtolicus & Martyr, Mechlinienſium inſtitutor ac patronus, Dublinenſis aliquando, ſed perperam, dictus Archiepiſcopus. Inter Actorum ſcriptores præfertur *Theodoricus*, Abbas Trudonopolitanus; cultus antiquus Leodii, ob Epiſcoporum in Mechliniam dominium; tranſlationes, theca antiqua deaurata, magni pretii, direpta; nova, non minus magnifica, deinde confecta; reliquiæ diſperſæ & collectæ, ac variis locis venerationi expoſitæ; cæteraque monumenta ad Sancti gloriam ſpectantia exhibentur. Edita ſunt ſeorſim hujus Sancti Acta, cum variis diſſertationibus & inſtrumentis authenticis, ad hiſtoriam Eccleſiæ illius metropoliticæ, Capituli & Urbis ſpectantibus.

Ex Statu Monaſtico:

Apud *Orientales* præcipuè celebratur *Pambo*, inſigne rerum humanarum contemptûs miraculum, cujus vita & apophthegmata ex variis collecta ſunt. Non minus prodigium dici debet *Simeon Salus*, cujus Acta, utut paradoxa videantur, fide ſatis integrà tradita ſunt. Pauciora ſciuntur de *Petro Patricio* Abbate; pauciſſima de *Baſilio* Abbate, *Leone* Anachoreta & aliis. In *Italia* floruit *Lidanus*, Abbas Setinus, Ord. S. Bened. quem Siciliæ non rectè vindicavit *Cajetanus*. *Joannes Vicentinus*, non *Schedus*, Ord. Prædic. concionibus & miraculis patriam illuſtravit, incerto vitæ exitu. In *Gallia* nominatiſſimi ſunt Abbates ſeu Eremitæ quatuor: *Domitianus* ad S. *Ragneberti* in Seguſianis; de cujus ætate, patria, geſtis & peregrinationibus quàm facile multa narrantur, tam fuit difficile ea ad rectam temporum rationem revocare. *Theodericus* in monte Or, prope Rhemos, S. Re-

migii diſcipulus, vitâ aliâ breviori, aliâ longiori laudatur: potiſſima autem *Flodoardi* auctoritas. Collecta ſunt inſignia multa miracula, & quæ ad Sancti tranſlationes, monaſterii ejus viciſſitudines, & ad recentiorem vitam Gallicam, non magni momenti, ſpectabant. *Carileſus*, Aniſolæ apud Cenomanos celebris, diſquiſitioni non mini materiam præbuit, tum ob varias commorationes Menate, Miciaci & in Pertico, tum ob familiaritatem cum Sanctis *Maximino* & *Avito*. Expenduntur ejus, & erecti miro modo cœnobii, cum Epiſcopis Cenomanenſibus controverſiæ; vita a S. *Siardo* ſcripta præteritur, datur tamen etiam longior cum miraculis. Horum poſtremus ætate, ſed non virtute, *Eparchius*, apud Enculiſmam, illuſtrem ſui nominis gloriam reliquit, binis locis à *Gregorio* Turonenſi laudatus. Acta antiqua & fide digna cum variis ſignis elucidari merebantur. His accedit *Adegrinus* Monachus Balmenſis in Sequanis.

Ex ſtatu Seculari:

Eò pertinent plerique omnes ſub gentilibus Imperatoribus Martyres, quos inter clariſſimi *Proceſſus* & *Martinianus*, à Neroniano ſeculo non removendi. Adde his *Irenæum* & *Muſtiolam* cum ſociis; *Juſtum* & *Aaronem* in Anglia, cum tot aliis, quorum Acta ignorantur. Confeſſores fuerunt *Lupianus* Ratiatenſis in Armoricis, & *Guthagonus* Ooſtkercæ apud Brugas in Flandria.

Ex feminino ſexu:

Præter jam dictam *Muſtiolam*, solùm occurrunt *Monegundis*, vidua recluſa Turonibus, à *Gregorio* celebrata, & Chimaci in Belgio etiam honorata. Ibi & *Regina* vidua, *Dononii* apud Valencenas, ut illuſtris Parthenonis fundatrix culta, de qua & filiabus decem SS. Virginibus, cùm multa circumferantur, fabulis reſperſa, eorum examen dilatum eſt ad VIII. Oct. quo colitur filia ſenior S. *Ragenfredis*.

His omnibus pro more ſubjungitur Synaxarium Græcum Menologii Baſiliani, ſolitique Indices ad calcem reponuntur.

A. 1721. *Julii* Sanctorum Tomus II. quo dies IV. V. VI. VII.
Julii Vol. VIII. & IX. continentur, prodiit *Antverp.* apud *Jac.*
II. *Operu* *Du Moulin*, A. 1721.
XXVII. Huic præmittitur effigies R. P. *Franc. Baertii* S. J. d. 27. Oct. 1719. anno ætat. 69. demortui, cujus Vitam hic deſcribit P. *Guil. Cuperus* ejuſd. Soc.

Variæ autem in hocce Tomo Anonymorum MM. turmæ; ea vero longe præcipua, quæ decem mille ducentos & tres ſacros Pugiles, ductore *Zenone*, complectitur: Sanctos verò, nominibus propriis expreſſos ultra CCL. quos in tres claſſes infra, more ſolito, diſtribuimus; feminis in quartam claſſem collectis. Ab hac ſerie excluduntur Sancti Vet. Teſtamenti, qui in hoc Tomo occurrunt *Oſeas* & *Aggæus* uno die ſimul conjuncti, atque *Iſaias*, inter Prophetas majores primus & celeberrimus.

Ex ſtatu Eccleſiaſtico:

In *Oriente* illuſtres fuere, ſed prope æquivoci Epiſcopi, *Flavianus* Antiochenus, & *Elias* Hieroſol. funeſta ea tempeſtate, quâ æquabilis œconomia, rigidioribus orthodoxis exoſa, moderatiores quoſlibet ſuſpectos reddidit, quos *Theophanes* apertè inſectatus eſt: aſt ii juſtos patronos repererunt, quibus acceſſerunt Noſtri. Ab eodem *Theophane* inſimulatus etiam eſt *Andreas* Cretenſis, ſed & ipſe vindicatus.

Non adeo celebres ſunt qui in ſolis fermè Græcis Faſtis referuntur.

In *Italia* plures quidem Antiſtites recurrunt, verùm aut nullis ſpecialibus, aut non ſatis probis Actis ornati. Diſquiritur autem, quis lateat S. P. ſub *Hadriani* nomine colatur Nonantulæ in ditione Mutinenſi: ubi, ſublata confuſione, cauſa *Hadriano* III. adjudicatur. De SS. *Stephano* & *Suera*, ſociiſque aliis Rhegienſibus in Calabria anceps diſceptatio: qualis de S. *Romulo* comitibuſque martyribus in Tuſcia; quorum poſtremorum quàm certus cultus, tam ſunt apocrypha Acta, quæ de ipſis circumferuntur. Alios promiſcuè appellare ſufficiet. Martyribus annumerantur *Pontianus* apud Tudertinos, & *Aſtius* ſive *Averillus* Dyrrachii. *Albertus* celebris eſt Laude Pompeia. Habent Brixienſes *Apollonium* Præſulem, habent & Beneventani alium ſuum ſynonymum. *Joannes Angeloptes* Ravennatibus præfuit, *Conſul* Comenſibus, *Ampelius* Mediolanenſibus, *Felix* Genuenſibus, *Severus* Cœnetenſibus. De *Brictio* Martulano actum fuit in Tract. præliminari ante Tom. I. Julii, & hic ſurſus in plures diſtrahi, aut in Hiſpaniam avehi prohibetur.

Inter *Galliæ* Præſules eminuit *Felix* Nannetenſis, encomiaſten nactus *Fortunatum*, qui doctrinam, virtutes, & geſta ejus mirificè prædicavit. Non eadem cenſuit *Gregorius* Turonenſis, paulo acerbiùs cum *Felice* conflictatus; ut intelligas, Viros etiam ſanctiſſimos nonnunquam humanius aliquid paſſos. Celebris eſt *Laurianus*, non ſolum Epiſcopus, ſed & Martyr Vaſtinni in Biturigibus. Alii ſunt *Eoaldus* Viennenſis, *Aurelianus* Lugdunenſis, *Sigisboldus* Sagienſis, *Angelelmus* Autiſſiodorenſis, *Paulus* Senonenſis, *Valerius* Conſoranenſis; & de quo notitiæ vix reperiri potuerunt, *Itherius* Nivernenſis, reliquiarum cultu magis, quam geſtorum ſerie illuſtrior. Inferiores hujus claſſis ordines ornarunt *Valentinus* Presbyter, Galliarum *Alexius*, *Gervaſius* Diaconus & Martyr, ac *Wulfilaicus* Occidentis Stylites, à *Gregorio* laudatus. Obſcuriora ſunt quæ de *Bertario* & *Ataleno* MM. traduntur.

Odonis Urgellenſis Epiſc. fama *Hiſpaniæ* fines exceſſit, dum ejus nomen Martyrologio Romano inſcitum eſt.

Apud *Anglos*, *Scotos* & *Hibernos* nominatiſſimus *Palladius*, S. *Patricii* quodammodo præcurſor. *Hedda* apud Occident. Saxones meritam egregiorum operum laudem conſecutus eſt; ſed nullus apud Anglos *Odone* Cantuarienſi Antiſtite celebrior.

Vix unquam tam paucis diebus tot inſignes Epiſcopos dedit *Germania*. Ut non multis inhæreamus enumerandis Trevirenſibus, ſeu forte Tungrenſibus, *Navito*, *Numeriano* & *Auſpicio*; Martyribus accenſetur *Agilolfus* Colonienſis. In Dyſembergh, non procul Moguntia, claruit *Diſibodus* Hibernus Epiſc. tametſi ibidem, vitam merè ſolitariam duxerit, nomine proprio monti indito, ubi monachos congregavit, quorum miſeræ viciſſitudines explicantur. Franconum Apoſtolus *Kilianus*, Hibernus & ipſe vel Scotus, Herbipolim fidei lumine illuſtravit, fuſo cruore eam fœcundans. Tempora ejus, quantum fieri potuit, reſtituta ſunt. Acta verò, & quæ ad ejus cultum ſpectant, illuſtrata. Non procul inde primos item fidei radios ſparſit *Willibaldus*, Eyſtettenſis Eccleſiæ conditor & patronus, cujus Acta ex ipſis vetuſtis hodæporicis accepta, ad chronologicos calculos reducta ſunt. Quartus ætate, ſed aliis ſanctitate, geſtis & miraculis non inferior, *Udalricus* Auguſtanus, Germaniam univerſam & Pannoniam ipſam nominis ſui famâ implevit. Geſta poſt *Velſerum* illuſtrata ſunt; ſacrum corpus Auguſtæ aſſertum. *Herumbertus*, Epiſc. Mindenſis, notus eſt ex Breviario Oſnabrugenſi. Ad hanc claſſem revocandus eſt *Goar* Presbyter in agro Trevirenſi, nominis ſui oppido, & vulgatis plurimis ſignis notiſſimus.

Priſcam primorum Eccleſiæ Martyrum conſtantiam & fortitudinem in Belgio ſuſcitarunt Parochi, Sacerdotes, & Religioſi undeviginti, à Calvinianis Sec. XVI. Brilæ in Hollandia martyrii laureâ donati, ſed notiori nomine *Gorcomienſes* dicti, quorum hiſtoriam graviter, eruditè & integerrima fide deſcripſit *Guil. Eſtius*. Quæ pro eorum refodiendis exaltandiſque reliquiis, cultu & canonizatione ſubinde geſta ſunt, prævio commentario curſim deducuntur.

Ex ſtatu Monaſtico:

Effulſere in Oriente *Patermuthius* & *Copres* Anachoretæ Ægyptii, quibus, ut martyribus ſub *Juliano* apoſtata, adjungitur miles *Alexander*: De eorum Romæ cultu agitur; ſed eos aliqui Confeſſores mallent ex Vitis Patrum acceptos. Inde deſumpti ſunt *Epictetus* Presbyter

Presbyter & *Aſtion* Diaconus Monachi Martyres Almyride in Scythia. Mira in paucis videtur historia, neque eſt, qui martyrii palæſtram ſatis apte delineet. *Siſoes Magnus* inter Thebaidos ſolitarios præcipui nominis gloriâ claruit. Plures ex hoc ordine referunt Græcorum Faſti, ſed ſolo fermè nomine notos. In *Italia* eremiticam vitam profeſſus videtur *Bonannatus* apud Tifernum Tiberinum: verum de cultu magis quam de geſtis conſtat. Huc etiam revoca *Albertum* Monachum Ciſterc. apud Genuenſes, cultu publico celebrari ſolitum. *Davanzatus* barberini in Etruria paulo notior eſt, forte *S. Franciſci* Tertiarius.

Petrus à Cruce, è Germania Viterbii peregrinus, Ord. Serv. B. V. M. ad hanc claſſem reducemus eſt. In *Gallia* unicus occurrit *Autemundus*, Abbas Marracenſis apud Pictones. Celebriorem ſuggerit *Anglia*, *Grimbaldum*, Wintonienſem Abbatem, ex Monaſterio S. *Bertini*, ab *Alfredo* rege evocatum, ad reſtaurandam, ut volunt, Academiam Oxonienſem. Varia ibidem finguntur, quæ rejicienda fuêre: plurima alia valde ambigua diſcuſſa ſunt. Per *Germaniam* Monachorum norma eodem propè tempore extiti re *Procopius* in *Bohemia*, & *Wilhelmus*, dictus *Hirſangienſis*, cujus monaſterii reformationem per varia alia feliciter propagavit.

Ex ſtatu Seculari:

Ad *Orientem* pertinent *Aquila & Priſcilla*, quorum ſufficiens gloria quod ab Apoſtolo laudati fuerint. Celeberrimus *Pantænus* eo maximè titulo prædicandus, quod Alexandrinam cathedram ſeu ſcholam moderatus fuerit. De *Procopio*, uno an gemino, lectore Scythopolitano, & duce Ægyptio multa pridem contentio, quæ hic denuò innovanda & dirimenda fuit. *Dominus* in Syria martyr egregius, non tergeminus, ſed unicus eſſe videtur. *Paulus Novus* ex eorum numero eſt, qui ſub Iconoclaſtis certarunt. Adde his Latinos & Græcos alios Martyres in ſolis Martyrologiis memoratos.

Italia ſeu potius *Roma* non unum, variis ſucceſſivè diebus, Sanctum ſubminiſtrant Acta S. *Sebaſtiani*, quos inter in hoc volumine recurrit *Tranquillinus*: præter *Claudium* commentarienſem, *Nicoſtratum* primiſcrinium, *Caſtorium*, *Victorinum* & *Symphorianum*. Operoſiori diſſertationi materiam præbuit *Antoninus* Martyr Placentiæ, quâ prævie excutiuntur confuſiones *Antoninorum*, ad varios dies ſpectantium, qui omnes, excepto *Placentino*, difficulter à primo *Apamenſi* Martyre disjungentur. Brixiæ Martyres honorantur *Nicolaus* & *Hieronymus*: *Euſanius* & ſocii MM. apud Forconium in Veſtinis: *Theophanius* Confeſſor Corneti in Tuſcia: Florentiæ *Barduccius* & *Joannes de Veſpiniano*.

Hugo Peregrinus colitur in diœceſi Autiſſiodorenſi. *Nonnius* ſeu *Nummius* ſolam nominis notitiam reliquit. *Medranus* & *Odranus* ad *Hiberniam* ſpectant. Singularem laudem meritus eſt *Edgarus* Anglorum Rex, tot titulis commendatus, ut ſtupendum ſit, regem adeo juvenem, tam brevi tempore, Anglicanam eccleſiam ad tantum ſplendorem evehere potuiſſe.

Ex ſexu femineo:

In *Italia* primus locus dandus *Anatholia* Thorenſi & *Audaci*, martyrii ſocio, in quibus variant Martyrologi, ad veroſimillimum ſenſum explicati. *Zoe* martyr Romæ ex Actis S. *Sebaſtiani* ſumpta eſt, ut ſupra *Tranquillinus* & alii. *Trophima* ſeu *Trophimena*, virgo martyr *Sicula*, ſatis mirum in modum exornata eſt: ſacro corpore gaudere ſe putant Minorenſes in Calabria, quod fortè tutò admitti poſſe videbitur. *Dominicâ*, virgine itidem & martyre, gloriantur ibidem Tropæenſes: ſed de ejus patriâ, longa apud ipſos & inutilis concertatio, ſic compoſita, ut controverſiarum finem ſperare liceat. Tot fluctus non movit *Philomena* virgo apud Septem pedanos in agro Piceno. *Joanna* virgo Carmelitana apud Regium Lepidi immemorabili cultu, quem perſeverare credunt, gaudere pergit.

Noiala virgo martyr, ſcitur habere cultum *Pontevici* in *Armoricis*. Ad *Belgium* ſpectant *Landrada* virgo, S. *Lamberti* Synchrona, parthenonis Belifienſis in agro Leodienſi fundatrix. *Berta* vidua Sanctimonialis *Blangiaci* in *Arteſia*, cum ſynonymis confundenda non eſt. Præ ceteris totâ *Flandriâ* celebratur S. *Godeleva* virgo & martyr, tametſi conjugata, ſpeculum cujuslibet ſtatûs feminei: impii mariti juſſu ſtrangulata, verſo in candidum lapidem ſanguine, fonte autem, in quo ſubmerſa eſt, ad pellendos morbos in hunc diem ſalutari reddito. *Eliſabetham* Luſitaniæ Reginam ſatis eſt nominaſſe. *Moduenna*, *Movenna*; ſeu quotquot aliis modis indigitaveris, ænigma hiſtoricum eſt, aut una in plures diviſa, aut plures in unam conflatæ. Rerum, perſonarum & temporum confuſio eſt, quam nemo ſeſe facile expedierit. Planiora ſunt quæ de *Sexburga* Regina & Abbatiſſa Elyenſi, de *Edelburga* Abbatiſſa Faræmonaſterio in *Gallia*, & de S. *Evetilde*, Virgine etiam *Angla* exhibentur. *Angela* virgo *Bohemica*, Carmelitana, nimis multis prodigiis involuta eſt. *Summiva* virgo martyr cum ſociis vel ſociabus adſcribitur *Norvegia*.

Julii Sanctorum *Tomus III.* curantibus PP. *Jo. Bapt.* A. 1723.
Sollerio, *Joan. Pinio* & GUIL. CUPERO, diem X. *Julii* Vol.
ad XIV. continens, prodiit *Antverp.* apud *Jac. Du* III. *Operis*
Moulin, A. 1723. Huic præmittitur Effigies, Elo- XXVIII.
giumq. & Vita R. P. *Conr. Janningi*, A. 1723. d. 13. Aug. ætat. 73. demortui; auctore *Pet. Boſchio* itidem S. J. Presbytero.

Præter varias in iſto, ut & in antecedentibus Tomis, anonymorum Martyrum claſſes, CC. & undeſeptuaginta Sancti hic propriis nominibus exprimuntur; quos in ſolitas claſſes diſtribuemus. Has autem non ingrediuntur antiqui Fœderis Patres, tametſi Latinis Faſtis alicubi inſcripti obſerventur. In hoc volumine ad d. XIII. ſoli duo Prophetæ recurrunt *Joel* & *Eſdras*, quorum elogia propriis locis ſubjiciuntur.

In ſtatu Eccleſiaſtico:

Debetur primus locus *Mnaſoni Cyprio* antiquo Chriſti diſcipulo, & *Sila* ſeu *Silvano*, *Pauli* Apoſtoli ſocio, cui & *Apoſtoli* appellatio tributa legitur. Uterque ſcitur fuiſſe Epiſcopus: neuter in plures dividendus eſt. *Mnaſon Cyprius* cum *Jaſone* male confuſus in optimæ notæ Martyrologiis ſub *Jaſonis* nomine perperam annotatur. Non minor, imo magis ambigua de *Phoca* diſputatio, ut *Sinopenſis Epiſcopus*, quem laudavit *Aſterius*, ab aliis diſtinguatur: cujus geſta cum aliorum, forte ſynonymorum, commixta videntur: Acta vero Græca tam imperitè coagmentata, ut nec ad rerum, nec temporum rationem exigi queant. De *Heracla* Patr. Alexandrino non multà adjici potuêre iis quæ de ipſo dicta ſunt in tractatu Chronologico ante Tom. V. Junii. *Petri* Cretenſis & *Joſephi* Theſſalonicenſis Epiſcoporum clara quidem apud Græcos fama eſt, at de ipſorum geſtis non niſi brevia compendia ſuperſunt.

In *Italia* duo P. R. *Anacletus* & *Pius* I. vix aliam præbent materiam, quàm quæ de eorum temporibus geſtiſque & pridem & ſæpè agitata eſt, veroſimiliter nunquam exhaurienda, nedum concilianda. Latiorem campum expandiſſet Seraphicus Eccleſiæ Doctor *Bonaventura*, ex Ord. Min. S. R. E. Card. ſi, quemadmodum ipſe Sanctiſſimi Patris ſui *Franciſci*, ſic ſocii geſta ejus, paulo poſt obitum, in ordinem digeſſiſſet. Actorum vices ſupplent orationes nonnullæ, cum aliquo *Galeſinii* opuſculo, quæ omnia binis aut ternis ſeculis antiquiora deſiderabantur. Aliunde collecta ſunt quæ ad aliqualem vitæ ſeriem, illiuſque gloriam conducere poterant. *Hermagoræ* Epiſc. Aquileienſi, S. *Marci* Evangeliſtæ diſcipulo, ſocioque ejus *Fortunato* etiam defuit, qui geſta & martyrium deſcripſiſſet. De reliquiis diſceptatur potiſſimum, uti & de ſacris exuviis Martyrum Lucenſium, duce *Paulino* Epiſcopo, qui utrum à S. *Petro* primus iſtæ Eccleſiæ Antiſtes deſtinatus fuerit, ſatis exploratum reddere non potuit Florentinius. Epiſcopos alios ſuggerit Italia, imprimiſque *Paternianum* Fani & Bononiæ: cujus identitas vel diverſitas diſcutienda fuit. Bergomatibus datur ſuus

Joannes

Joannes Epiſcopus, Brixienſibus *Optatianus*, Frequentinis demum *Marcianus*, ætatis incertæ.

Gallis eo ſolo titulo tribui poteſt glorioſiſſimus martyr Epiſc. Carthaginenſis *Eugenius*, innumeras ærumnas à Wandalis perpeſſus, cum aliis ei adjungi ſolitis; eo, inquam, ſolo titulo, quod Albigæ in Occitania præcipuum cultum conſecutus ſit. Utrum gentes aliæ aut urbes eum Sanctum ſibi rectè vindicent, diſquiritur. Acta æſtimatiſſima ſunt, ut pote à *Victore* Vitenſi accuratiſſimâ deſcripta. *Hildulphus*, ex Epiſcopo Trevirenſi, Medii monaſterii in Voſago Abbas, ex hac claſſe excludendus non videtur. Egregia ejus geſta, inſigni Commentario operosè illuſtravit *Humbertus Boahommius*, ejuſdem Cœnobii aliquando Abbas, quem ad Noſtros tranſmiſſum, atque ad normam ſuam ſubinde reductum, ſibi proprium fecerunt. Præter hos è Gallia ſunt *Paſchatius* ſeu *Paſchaſius* Nannetenſis, *Viventiolus* Lugdunenſis, *Turianus* ſeu *Turiavus* Dolenſis in Armorica, & *Menulfus* in finibus Biturigum. Epiſcopi.

Nullos pro hoc Tomo Sanctos Præſules ſuppeditavit *Germania*, niſi ſi *Hildulfum* ipſis adſcripſeris, Trevirenſem aliquando, uti diximus, Antiſtitem. Ex inferiori ordine tribui ipſi poteſt S. *Ketillus* Wiburgenſis in *Dania* Eccleſiæ præpoſitus, aut ſaltem Canonicus regularis, ut aiunt, ſed ea fortè regula, quæ Canonicis omnibus, eo tempore adhucdum communis fuiſſe perhibetur.

In *Belgio* Epiſcopus regionarius fuit *Etto*, Lætiis modo depoſitus, cujus Acta Seculum ſapiunt quo compilata ſunt; variis difficultatibus intricata, quas diſſolvere ſatis promptum non judicarunt, niſi illorum pars maxima repudietur. *Marchelmus* ſive *Marcellinus* Presbyter, non ille ſuppoſititius, ſed verus S. *Gregorii* Ultraj. diſcipulus, S. *Lebuini* Socius, Daventriæ in Tranſiſalania honorari ſolitus, huc etiam ſpectat, quemadmodum & S. *Rumoldi* diſcipulus *Libertus* Martyr, Eccleſiæ Mechlinienſis Præpoſitus ſeu Abbas, ut tum vocabant, cujus Acta *Rumoldianis* immixta ſunt ad d. 1. Julii: hîc de priſco ejus cultu, atque de componenda ætate ſola inveſtigatio.

Ex ſtatu Monaſtico :

Orienti effulſit *Stephanus*, in celebri S. Sabæ Laura monachus, cognomento *Thaumaturgus*, communiùs *Sabaita* dictus, cujus Acta, tametſi acephala, pretioſa ſunt, nunquam antehac aut Latinè aut Græcè edita, à diſcipulo *Leontio* ſincerâ fide compoſita, quæ Bibliothecæ Seguerianæ accepta referunt: An inter ceteros Græcos, ſeu Martyres, ſeu Confeſſores, monachi aliqui fuerint, non uſque adeo perſpicuum eſt. Neque vero *Occidenti* lumen ſuum Monaſticum deeſt *Joannes Gualbertus*, Ordinis Vallumbroſani conditor, orbi Catholico adeo notus, ut eum appellaſſe ſufficiat. Acta hîc eduntur quæ *Mabillonius* & alii fruſtrà quæſiverant; nimirum à B. *Andrea*, Sancti ipſius diſcipulo ſcripta; quibus acceſſêre ingenti numero miracula, ab *Hieronymo Radiolenſi*, opere bene magno collecta, quæ omnia ſatis fusè deducuntur. Sunt & alii Abbates duo non ignobiles *Petrus Peruſinus* & *Leo Cavenſis*.

Ex *Gallia* ſolus prodit *Generoſus* apud Pictones: nam *Hildulfum* ad alium ordinem retulimus: *Anshaldus* Abbas Prumienſis, *Germaniæ* debetur, uti & *Udalricus* in Briſgoia monachus. *Kroſnata* Bohemiæ & Ord. Præmonſtr. non modicum decorem addidit. Ad eandem claſſem ſpectare videntur *Placidus* & *Sigisbertus* in Rhœtia, utpote è S. *Columbani* familia; forta & *Abundius* Martyr Cordubenſis in *Hiſpania*, atque *Droſtanus* in *Scotia*: *Belgium* ornavit *Vincentius Madelgarius*, uxoris itidem Sanctæ conjux, & quadruplicis Sanctæ prolis eximius pater, fundatis duobus cœnobiis Altimontenſi & Sonegienſi inclytus; quorum poſtremum, Sec. X. exeunte ad Canonicos ſeculares tranſiit. Nec prætereundus *Pacificus* Minorita, primus à S. *Franciſco* totius Galliæ Provincialis deſtinatus, & Lenſii in Arteſia pridem honoratus.

Ex ſtatu Seculari :

Inter *Græcos* eminent *Martyres* XLV. *Nicopolitani*, quorum dantur Acta Græco-Latina. Hiſce adda *Bianorem* & *Silvanum* in Piſidia, *Apollonium* in Cappadocia; tum *Martyrolem*, *Marcianum*, *Michaëlem Maſinum*, *Mamantem*, *Serapionem*, *Oneſimum* thaumaturgum, *Heraclium* & alios, quorum Acta deſiderantur. In *Italia* Romæ illuſtriſſimi ſunt *Septem fratres Martyres* cum heroïde matre *Felicitate*, laudati à S. *Gregorio* Magno. Hæc à S. *Symphoroſa* diſtinguitur: de reliquis porrò non una quæſtio examinatur. *Nabor* & *Felix*, quo apud Mediolanenſes clariores fuêre, eo ſpinoſioris inter ipſos & Colonienſes controverſiæ capita dici poſſunt: hujus verò deciſionem, argumentis ultro citroque propoſitis, aliorum arbitrio dirimendam relinquunt. Parem fermè difficultatem adſtruunt *Savinus* & *Cyprianus*, Brixiæ in Italia, an potius in Francia martyrio coronati? *Juſtus* Martyr neſcitur quo pertineat: aſt *Ugnzo* ad Vallem Caverniæ in Inſubribus, *Ruſinus* & *Avenautius* ad Sarzanenſes, *Lithardus* ad Cornuetanos ſpectant. *Sabinus* in agro Pictavienſi, *Juſtus* apud Bituricenſes, *Juſtus* alter cum *Amico*, multarum diſcuſſionum occaſio. Splendidiſſimum *Germaniæ* ſidus, *Henricus* Imperator ſcriptorem vitæ nactus eſt *Adelboldum* Ultrajectenſem Epiſcopum, at cujus ſolum fragmentum habetur; theſauri inſtar futurum eſt reliquum, ſi aliunde refodiatur. Tam dolendam jacturam non reſarcivit vulgatus Anonymus; ceterum conjugii immaculati integritas, aliæque præſtantiſſimæ dotes Sancto vindicatæ, & quæ præterea ad vitæ ejus ſeriem & poſthumam gloriam ſpectant, non levi conatu eruderanda & digerenda fuerunt. Inſignem Sanctum porrigit *Dania*, regem ſuum *Canutum* martyrem, quem ſatis eſt nominaſſe. *Juſtus* confeſſor Trevirenſis & *Juvinianus* magnus, Eyſtadii cultus, ſolo nomine noti ſunt: de *Andrea* puero, à Judæis prope Cenipontum dirè necato, plura monumenta reperta & elucidara. *Belgium* honeſtarunt *Sidronius* Martyr, apud Meſſeniacenſes, *Bajanus* Trunchinienſis prope Gandavum; honores longe cultu, quàm veræ ſint geſtorum hiſtoriæ. *Dentlinus* infans, S. *Madelgarii* filius, cur Reſæ in Clivia colatur, nullus ſatis certo hactenus tradidit.

Ex ſexu feminco :

In *Oriente* paulo notiores ſunt *Hæmorrhoiſſa* Evangelica, *Myrope*, *Sara* & *Cholinduch*. Apud Italos *Tuſcana* vidua Veronenſis, Ord. S. *Joannis Hieroſol.* cujus Vitam mirum eſt, accuratius deſcriptam non eſſe. Celebrior eſt *Mildreda* Anglicana, Tanetenſis parthenonis antiſtita, è cujus Actis pars non minima melius reſcinderetur; tolerabiliora fermè de tranſlatione narrantur.

In *Belgio* autem celebratiſſimæ ſunt binæ *Amalbergæ*, altera *vidua* Emeberti Cameracenſis Epiſc. ac Reineldis & Gudilæ, ſed non plurium Sanctorum fœcunda parens; altera *virgo*, in variis *Belgii* locis ſolenniter culta, verùm non confundenda cum alia ſynonyma virgine, apud Suſterenſes in Geldria, paulo minus celebri. *Ragenufla* Aucurienſis in Gallo-Brabantia veneratio, conſtanti cultu in nobilium parentum ſede hodiedum perſeverat.

Pluribus cæterùm Tomus iſte, ut & alii, Iconibus ornatur.

Julii Sanctorum *Tomus IV.* curantibus PP. *Sollerio*, *Pinio*, *Cupero*, & PET. BOSCHIO. *Antverp.* apud *Jac. Du Moulin*, A. 1725. A. 1725. *Julii* Vol. IV. *Operis* XXIX.

Complectitur Tomus iſte dies *quinque* à XV. ad XIX. in quibus denuò variæ Claſſes Anonymorum Martyrum, at Sancti CLXXIV. propriis ſuis nominibus referuntur: præfixo toti Volumini *Tractatu* præliminari hiſtorico-chronologico *de Patriarchis Antiochenis*; (*d*) ducta ſerie à *S. Petro* Apoſtolo ad annum 1268. quo ea civitas Saracenica ſeu Turcica tyrannide poſtremum oppreſſa eſt: recenſitis Patriarchis omnibus tum orthodoxis tum ſchiſmaticis, etiam Jacobitis, quos eam ſedem *Acta Lipſ.* Supplem. *Tom. IX.* p. 62.

aut

aut tenuiſſe aut invaſiſſe, monumentis hiſtoricis traditum eſt. Porro Sanctorum claſſes ſemper eædem ſunt, juxta triplicem in Eccleſia Statum, nempe *Eccleſiaſticum*, *Monaſticum* & *Secularem*, diſtincto regionum ordine; *fœminis* autem in quartam claſſem de more collectis.

Ex Statu Eccleſiaſtico. Antiquitate & merito cæteros antecedit *Epaphras*, an *S. Pauli* diſcipulus? certe Epiſcopus Coloſſenſis, veroſimiliter martyrii laurea donatus. Quantum pro fide Catholica laboraverit, quantum ab Arianis paſſus ſit *Euſtathius* Patriarcha Antiochenus, ſatis loquuntur hiſtoriæ, exilii locus & tempus, obſcurioraque alia illuſtranda fuère. Neque de magno *Jacobo Niſibeno*, altero Orientis lumine, pauciores difficultates ſolvendæ occurrerunt.

Ex *Italia* tomum hunc ornant maximi duo Romani Pontifices: alter *Symmachus*, iniquiora tempora paſſus, ut pote ſub Rege Ariano *Theodorico* diro Schiſmate, calumniis, odiis, multiſque perſecutionibus miſere implicitus, ad quæ ſuperanda pacandaque toto robore Apoſtolico opus habuit. Alter inter Synonymos Sanctos *Leones* ordine IV. Saracenis nequicquam minitantibus, Urbem quodammodo novam condidit, quæ ab ejus Nomine *Leonina* dicitur, atque munificentia prope incredibili eccleſias ditavit. De ejus ætate, profeſſione aliiſque adjunctis non una diſceptatio. *Ennodii* Ticinenſis nobilitas, eruditio & apologia pro *Symmacho* PP. obitæ legationes, reliquaque geſta illuſtriſſima ſunt. In eadem urbe *Felix* Epiſcopus & Martyr colitur; non rectè ut Ticinenſis, qui potius Spalatenſis antiſtes fuiſſe videtur. Neque ſane alii deſunt inclyti ſanctitate præſules, quales ſuggerunt urbes variæ, *Philaſtrium* Brixia, Mediolanum *Maternum*, *Athanaſium*, & *Laurentium* Neapolis, Verona *Felicem*, *Vitalianum* Capua, qui Caracii in Calabria potiſſimum celebratur, non paucis difficultatibus obnoxius. Adde *Rofilum* ſeu *Rophillum* Forolivii, *Eugenium* cum ſociis Nauli, *Terentium* Lunæ. Nec Signienſis *Bruno* prætereundus eſt, ex Epiſcopo, Monachus & Abbas, ex Abbate denuo Epiſcopus, in utraque dignitate libertatis Eccleſiaſticæ vindex, atque inſigne ſeculi ſui ornamentum.

Inter *Gallos* ſeu *Francos* antiſtites in hoc tomo eminet *Arnulphus*, ex Magno Regis Miniſtro & multorum Regum parente Major Metenſis Epiſcopus, atque hac etiam dimiſſa dignitate, anachoreta deinceps maximus: cujus genus, munia geſtaque cætera non uſque adeo pervia ſunt, ea hoc die potius quam ad XVI. Auguſti illuſtranda cenſuerunt. Accedunt & alii Sancti præſules, tametſi non uſquequaque adeo celebres. *Martinus* Trevirenſis, *Rethicius* Auguſtodunenſis, *Æternus* Ebroicenſis, *Benedictus* Andegavenſis, *Ternanus* Leonenſis in Britannia Armorica, & *Theodoſius* Autiſſiodorenſis.

Anglia unicum exhibet *Deuſdedit* Epiſcopum Cantuarienſem. Plures ſuppeditat Belgium. *Frederici* Ultrajectenſis Martyrium, & cauſa, executioque Martyrii ancipitem pridem dedere diſputandi materiam, Gallis acerrime contendentibus, *Juditham* Imperatricem non niſi calumnioſè in invidiam trahi. *Monulphus* & *Gondulphus*, ambo Trajectenſes ad Moſam Epiſcopi, ne quidem ſepulcro disjunguntur: Ambos vero ex eo redivivos ad Concilium Aquiſgranenſe perrexiſſe, hiſtoria ſeu popularis traditio eſt, quam vetuſtioribus teſtimoniis ſubnixam cuperemus. *Bernulphus* Ultrajectenſibus adſcribendus eſt. De *Plechelmo*, non *Maſſa candida* aut *candida Caſa*, ſed in *Scotia* Epiſcopo, multa ſatis temere tradita, quæ *Bollandus* olim operoſe elucidavit. De Sancti cultu Ultrajecti, Oldenſaliæ & Ruræmundæ, deque ſacrarum reliquiarum diviſione paulo certiora commemorantur. *Gongarius*, presbyter in Britannia Armorica ad inferiorem hujus claſſis ordinem pertinet.

Ex Statu Monaſtico. Primas in hac altera claſſe tenet celeberrimus *Arſenius*, qui ex duorum Imperatorum præceptore anachoreta factus, Ægyptum, ſeu mavis Libyam, imo Orientem & orbem univerſum virtutum ſuarum odore replevit. Dicta ejus, documenta aſcetica & facta expenduntur, daturque Vita Græco-Latina, nunquam hactenus, ſaltem quod ſciamus, edita. Ad *Orientem* etiam ſpectat *Dius* Archimandrita, dictus *Thaumaturgus*, condito monaſterio, aliiſque præclare geſtis Conſtantinopoli venerandus.

Ex *Italia* locus inter Sanctos negari non potuit viro doctrina & vita religioſa inſigni, *Ambroſio Autberto*, poſt alia munia, ad Sti Vincentii prope Vulturnum Abbati: cui ex Ordine Vallumbroſano alium item Abbatem adjungimus, moribus juxta ac nomine *Benignum*. Junior iis quidem, at non minus clarus eſt *Robertus*, a loco natali *Salentinus* dictus, digniſſimus S. *Petri* Cœleſtini diſcipulus, rerumque ad ordinem ſpectantium vigilantiſſimus procurator, pro cujus recepto cultu argumenta ſubminiſtrata ſunt.

In *Germania* floruit *Gumbertus*, S. *Burchardi* diſcipulus, Anſpacenſis Eccleſiæ, primum, opinor, monaſticæ fundator, cum Epiſcopo Herbipolenſi, & forte aliis ferme ſynonymis perperam confuſus; *Anſverus* & ſocii Martyres Saxoniam illuſtrarunt: neque tacendus *David* Abbas in Weſtmannia Sueciæ: quibus adde *Zœrardum*, ſeu *Andream* & *Benedictum*, a Polonis & Hungaris cultos, de quorum patria & profeſſione concertatio. In Hungaria obiiſſe certum eſt, & poſtremum quidem Martyrio coronatum. Habet & ſuum Wratiſlavia *Sileſiæ* Patronum *Ceſlaum*, Ordinis Prædicatorum alumnum, cujus cum S. *Hyacintho* diſcuſſa cognatio. Aſt illis in partibus nullus hodie ſanctus illuſtrior magno illo *Poloniæ* thaumaturgo, *Simone de Lipnica*, Ordinis Minorum, ſtupendis miraculis, nunquam antea typis editis, jam toti orbi notiſſimo. *Fredegandus* in *Belgio* prope Antverpiam monaſticen egit; an Belga ipſe? dubitatur: eum Antverpienſibus tribuere non refugiunt Hagiographi.

Ex ſtatu ſeculari. In *Oriente* plures Martyrum claſſes, ſed his expreſſiùs laudantur *Hyacinthus* & *Athenogenes*, non uni diſcuſſioni materiam præbentes. *Æmilianus* Dororſtori multos Martyrii ſocios nactus eſt, utinam & fidelem Actorem ſcriptorem! *Antiochum* & *Cyriacum* dedit Seballe in Armenia, *Abramium* inſula Tenedos: *Fauſtus* & *Lolianus* ſuis non carent elogiis. Longe nobilior eſt *Africana* Martyrum turma ſub nomine *Scillitanorum*, quorum præclariſſima Acta, ceteraque ad geſta & tranſlationes ſpectantia cuderantur.

In portu Romano inclyta *Bonoſa*, nunc cum *Eutropio* & *Zoſima*, alias cum quinquaginta militibus conjuncta, criſin non parum exercuit: neque de *Hilario* Oſtienſi omnia componere, ſatis promptum fuit. Huc etiam ſpectant *Generoſus*, Martyr Tibure in Latio, *Marcellus* Mediolani, apud Bergomenſes *Domneo*. *Elius* ſive *Ælius* Juſtinopoli in Iſtria, & *Feliciſſimus* Nuceriæ, confeſſores ſunt. Aſt hos inter nullus *Alexio* celebrior, nullus majoribus difficultatibus implexus, ut vitam ejus ænigmati prope ſimilem non immerito dixeris. De eo *Baronius* & alii tacere maluerunt, quam dubia pro certis obtrudere. Acta ejus, tum Romana vulgariſſima, tum Edeſſena, nunquam hactenus viſa, ex Syriaco & Arabico accepta tradunt, nihil temere in ea controverſia definientes. Seculo XIV. inſigne nomen ſibi adeptus eſt *Petrus*, a ſolo natali *Fulginas* appellatus, ob incredibili prope in pauperes miſericordia laudatiſſimus. Ad Italiam etiam ſpectat *Bernardus* Marchio Badenſis, in Monte Calerio Pedemontii tumulum & cultum conſecutus.

In Gallia *Domninus* Apriliacenſis dubium reliquit, an cum ſynonymo Candiacenſi confundendus ſit. Pares ambages diſſolvendæ fuerunt circa *Helerium* in Cæſarea maris Britannici inſula: tum vero de *Arnulpho* in ſilva Aquilina, cujus peregrinationes, prætenſus Epiſcopatus, & geſta reliqua luce non modica indigent, quæ etiam in *Juſtiniano* Lemovicenſi deſiderantur. *Siſenandum*, Cordubæ in *Hiſpania* Martyrem, paulo honorem reddidit S. *Eulogius Kenelmus*, puer Martyr in *Anglia*,

Anglia, impie ſororis parricidio ſublatus, miraculis potius quam geſtis innoteſcere potuit. Ad *Scotiam* ſpectat *Donevaldus* cum novem filiabus virginibus. *Arnolfus* autem, vulgo dictus *Caroli Magni* citharædus, colitur in Arnweiler ditionis Juliacenſis.

Ex ſexu femineo. Magnorum Sanctorum digniſſimam ſororem, & ferme educatricem, *Mariam*, ſatis eſt nominaſſe, uti & ejus encomiaſten S. *Gregorium Nyſſenum* fratrem, quo præſtantior ei obtingere non potuit. Non adeo nota eſt *Daria* Martyr Conſtantinopoli; at Carthagine prædicatur *Gaudene*. Naturæ miraculum dici poteſt tenella virgo, ſub virili habitu & nomine *Marinus* dicta, enormi calumnia ſtupri accuſata; de cujus patria ærumnarumque tolerantia, tum de reliquiis multa diſcutienda fuerunt, ne multiplex potius quam una diceretur. Tibure porro in Latio nominatiſſima eſt *Symphoroſa* cum *ſeptem filiis*, a *Felicitate* diſtinguenda; tametſi fortaſſe in filiorum nominibus confuſio aliqua fuerit, hic, quoad fieri liquit, ſublata. *Marcellinæ* virginis, magni *Ambroſii* ſororis, ſacrum corpus non ita pridem repertum eſt, de qua ſe diſſertatio MS. ſerius ad nos tranſmiſſa, nihil continet quod cum noſtris apprimè non conveniat. *Galliis* debetur *Apronia* virgo Tullenſis. Virgines & Martyres nuncupari ſolent ſorores ſanctiſſimæ *Juſta* & *Rufina*, quibus Hiſpalis in *Hiſpania* gloriatur, eiſque merito addenda eſt *Aurea* Cordubenſis. Non adeo conſtat, utrum *Marina* aliqua Hiſpanis tribuenda ſit, à ſuperius laudata diſcernenda. In *Germania* coluntur *Stilla* virgo & *Regiſwindis* puellula: in Scotia *Thenna* ſeu *Themew* matrona. In *Belgio* haud quaquam ignobilis *Reineldis* V. M. *Amalbergæ* filia, *Gudilæ* ſoror, quotidianis ferme peregrinationibus, prope Hallas Deiparæ, invocari, variiſque morbis mederi ſolita.

(*d*) De illo ſenſim *Acta Lipſ.* Ann. 1716. p. 197. & in hoc *Supplem. Tomo*, p. 68.

A. 1727. *Julii* Vol. V. *Operis* XXX. *Acta Lipſ.* 1727. p. 323.

Julii Sanctorum *Tomus V.* quo continentur dies XX. ad XXIV. cura *Solleri* & ſociorum prodiit *Antverp.* apud *Jac. Du Moulin*, 1727.

Tomus iſte Sanctos octoginta nominatim refert, anonymos CXXVI. præter manipulos alios, quorum numerus non exprimitur. Sancti porro, de quibus agitur, in ſolitas hic claſſes diſtribuuntur: Antiqui Fœderis Sancti *Elias* & *Daniel* extra hunc ordinem poſiti, non minori tamen quam ceteri gloria in Eccleſia Catholica illuſtres ſunt. & Sanctus quidem ille, a ſeque ſacris admotus, tametſi in vita, neſcitur quo modo, ſuperſtes cujus cultus ap. Græcos æque ac Latinos receptus, templa & oratoria ei dicata, nec non miracula recenſentur, totaque vitæ ex ſacro textu ſeries accuratè deducitur, ad raptum uſque, de quo palliique ejus reliquiis ſatis fuſè diſceptatur. Neque ipſo minus celebris eſt *Daniel* Propheta in paucis mirabilis, de cujus captivitate, ſanctitate, virtutibus, ſapientia, auctoritate apud reges ethnicos, deque viſionibus, ſomniorum interpretationibus, prophetiis, ſepulcro, epitaphio, ſtatuis, cultu ſacro, reliquiis & ſacris ædibus nil prætermiſſum eſt.

Ex Statu Eccleſiaſtico. Ætate & ſpectata ſanctitate præcipuo *Joſepho*, alias *Barſaba*, ut pote in ipſa Scriptura ſacra *Juſto* declarato, primus debetur locus; is vero cum *Barnaba* confundendus non eſt, nec cum *Joſe*, aut *Juſto* Hieroſolymitano Epiſcopo. De geſtis pauca memoriæ tradita ſunt. Neque de *Cyrillo* Patriarcha Antiocheno multo plura dici potuere, quam quæ in ipſa ſerie Patriarcharum habentur, ut cujus Acta ſcripta non videntur; ipſe vero in ſacris Faſtis vix notus, neque à *Baronio* in Actis *Claudii*, *Nicoſtrati* & ſociorum ſatis apte repertus. Breviora longe ſunt, quæ de *Zotico*, Comanæ in Armenia Epiſcopo, ex *Euſebio* eduxit Romanum Martyrologium.

Paulo ampliorem materiam præbuit *Apollinaris*, Ravennæ Proto-epiſcopus, S. *Petri* Apoſtoli diſcipulus; non quod miranda ejus Acta ſincera cenſeantur, ſed quod longe illuſtrior ſit gloria ejus poſthuma per dilatatum ſolenniſſime cultum & miracula, per hiſtoriam inventionis corporis Seculo XII. factam, & per ejus poſſeſſionem Claſſenſi monaſterio pluribus argumentis aſſertam, unde acceptas oportet ſacras reliquias, alibi venerationi expoſitas, de quarum tranſlationibus ſatis operosè diſſeritur. Temporibus noſtris vicinior eſt *Joannes*, a loco natali *Tauſſignanenſis* dictus, ex Jeſuatorum Ordine Ferrarienſis Epiſcopus, non ſine miraculo electus; ſtupenda in pauperes miſericordia aliiſque prodigiis inclytus, ad cujus cultum probandum, aliaque monumenta procuranda, quibus geſta ejus illuſtrarentur, non parvo labore, nec minori diligentia opus fuit. *Hieronymus* Epiſcopus ad Papienſes pertinet, *Lucanus* in eadem dignitate præfuit Sabionenſibus, *Severus* Catinæ depoſitus eſt.

Liborius, Cenomanenſis Epiſcopus, tranſlatione Paderbornenſi atque innumeris ſignis quam rebus geſtis illuſtrior, ſingulariſſimus eſt adverſus calculum patronus, non Weſtphalis ſolummodo, ſed & Italis aliiſque gentibus mire propitius, ex quo ſacræ ejus exuviæ, bello Suecico a furioſo Halberſtadenſi Lutherano Epiſcopo ſurreptæ, ſed poſtmodum reſtitutæ, in alias orbis partes & in Belgium noſtrum tranſlatæ ſunt, ubique, etiam Romæ, in ſumma veneratione. *Pavacii*, Cenomanenſis itidem Epiſcopi ſacra pignora, non in ſede Epiſcopali, ſed alibi quoque miraculis clara ſunt, præſertim in Vaſtinenſi Caſtro Rainardi, quo quando aut quomodo pervenerint, ſatis incertum eſt: Proteſtantibus feliciter ſubtracta, tota ea vicinaque regione præſens morbis variis medela cenſentur. De *Urſicino* Senonenſi, & *Valerio*, ſeu *Valeriano* Nicienſi pauca, quæ dici poſſent, ſubminiſtrata ſunt.

Arbogaſtum, Argentinenſem Epiſcopum, Franciæ an Germaniæ adſcribas, parum intereſt: ſub Francis Regibus floruit, imperante in Auſtraſia *Dagoberto* II. cujus filium *Sigebertum* vitæ reſtituit, atque ab eo poſſeſſiones multas eccleſiæ ſuæ aliaque impetraſſe, compertum eſt. De patria certant Hiberni & Scoti, quorum rixas compoſueris, ſi Aquitanum fuiſſe, melius aſſeras: Epiſcopatûs tempora, annus obitûs & controverſa alia recte explicantur. *Bernardi* Hildeſienſis Præſulis cultus extra dubium poſitus eſt, Acta & varia ejus miracula illuſtrata. *Dalmas* Auticenſis Epiſc. felici caſu locum inter Sanctos obtinuit. *Declanus* Ardmoriæ in Hibernia ſtupenda geſſit, ſi Actis fides haberi poſſit. Veriora ſunt, quæ de *Paulo* Cordubenſi diacono inclytoque martyre retulit S. *Eulogius*.

Ex Statu Monaſtico. Claſſem hanc ducit *Joannes* anachoreta in Palæſtina, & propriis virtutibus & eo nomine laudatus, quod famoſiſſimi *Symeonis Sali* ſocius fuerit, ut ejus geſta in alterius Actis I. Julii quærenda ſint. *Antonius* ex Ordine Eremitarum S. *Auguſtini* Aquiliam in Veſtinis non parum illuſtravit. Fruſtra quæſita eſt ejus Vita Latina, fuitque adeo ex verboſiori Italica Latine vertenda & contrahenda, cum longiori multorum miraculorum ſerie. In *Gallia* Abbates celeberrimos exhibet hic tomus, *Joannem Caſſianum* imprimis, ſcriptis ſuis & peregrinationibus per Orientis Ægyptique aſceteria, tum vero præclaris virtutibus & exemplis Maſſiliæ atque in finitimis regionibus æſtimatiſſimum, ibique a Seculis eccleſiaſtico cultu donatum. Vita, hactenus nunquam ſcripta, ex libris ejus operoſe colligi debuit; ab erroribus autem, quos nonnulli perperam ipſi impegerunt, ex aliorum apologiis probe vindicatus eſt, quemadmodum & patria, huc uſque ſatis dubia. *Wandregiſilum*, Fontanellenſis in Normannia cœnobii conditorem, cujus pretioſis reliquiis ditatum olim fuit Blandinienſe apud Gandavum cœnobium, ſatis ferme eſt nominaſſe; uſque adeo vulgata ſunt præclara ejus geſta & merita, ex duobus ſcriptoribus recenſita, cum copioſis ſignis & tranſlationis hiſtoria. Neque de *Anſegiſo*, in eodem cœnobio poſtmodum Abbate, multa hic memoranda ſunt: notiſſimus & ipſe eſt æque ac *Valmarus* in Picardia, *Menelens* apud Menatenſes in Arvernia, atque etiam *Euſpicius* monachus in monaſterio Miciacenſi: Sic nec recentior *Franciſci Solani* ex Ord. Minorum,

Digitized by Google

rum, nuperrime Sanctis adſcripti, memoria hic prædicanda: ſufficiat dixiſſe, Americæ ipſum & Peruani præcipue regni apoſtolum & thaumaturgum fuiſſe.

Ex Statu Seculari. *Plato* Ancyranus M. apud Græcos potiſſimum celebris, multiſque ornatus elogiis, ædes ſacras plures ſibi dicatas habet, innumeris clarus miraculis, ut ejus ſepulcrum miſerorum perfugium appelletur. Fidei etiam inſigne teſtimonium dedit, *Theophilus*, dictus *junior*, ordinis ſenatorii & dux ſtrenuus, qui ab Arabibus captus, ſanguinem fundere quam eorum promiſſis acquieſcere maluit. Sebaſtaneos MM. S. *Athenogenis* diſcipulos, non recte diſtinctos oſtendimus. Non adeo noti ſunt *Hymenæus* & *Caprion*; *Cyrillus* & ſocii Antiocheni; *Trophimus* item, *Apollonius*, *Mimſeus* cum ſuis: Tum Melitinenſes, Chalcedonenſes, Bulgari, Corinthii atque Ægyptii. In *Africa* clariores MM. *Maxulitani*, deinde & *Victor* cum variis ſociis. Romam præcipuè ornat *Vincentius* M. niſi fortè Tiburtinis debeatur; Amiternum *Victorinus*: adde MM. *Ceſenates* & *Siculos*, & confeſſorem *Fantinum* in Calabria haud ſane ignobilem. Inter *Galliæ* martyres illuſtriſſimus eſt *Victor* Maſſilienſis cum ſociis; de quorum reliquiis, geſtis & miraculis fuſius agitur. *Arnulfus* Moſomenſis a Synonymis diſtinguitur, vix aliunde quam ex ſignis notus. *Raſiphus* M. non unus, ſed *Ravenni* ſocius, cum ipſo à Normannis honoratur; *Wulfaldus* & *Roſinus* in *Anglia*. Gratiæ miraculum fuit *Joſephus Comes*, ex Judæo confeſſor egregius, cujus converſionem & adverſus Arianos conſtantiam S. *Epiphanio* acceptam teſcrimus. In *Italia* habes *Gualterinus* Laude Pompeja; *Oddinum Barottum* Foſſani in Pedemontiô. In Gallia *Serenedum* apud Cenomanos.

Ex Sexu Femineo. *Syntyche* Philippenſis præclariori elogio ornari non potuit, quam quod, teſte apoſtolo, cum ipſo laboraverit in Evangelio. *Margarita* diffuſiſſimo in Eccleſia cultu longe nobilior quam rebus geſtis, ſaltem quæ ad nos ſincere ſcriptæ pervenerint. *Niceta* & *Aquilina* ex S. *Chriſtophori* Actis deſumptæ ſunt; *Anna* apud ſolos Græcos nota. *Praxedes* V. Romæ, cum ſorore *Pudentia*, nominatiſſima eſt. *Chriſtiana*, V. M. *Margarita* haud multum abſimilis, utpote cultu ubique & miraculis celebratiſſima, verum cujus Acta aut varias Paſſiones fruſtra expurgare conatus eſt, qui magno volumine id nuper tentavit. De *Primitiva* V. M. paucis agi potuit; *Romulam*, *Redemptam* atque *Herundinem* laudavit magnus *Gregorius*. *Maria Magdalena*, Provinciæ aſſerta, in ſignum poſita videtur, cui à ſeculis contradicitur: *Julia* V. M. cum neſcio quo *Claudio* Imperatore & aliis MM. Trecenſibus debetur; *Segolena* vidua Albigenſibus; *Mera* V. Lectoræ colitur; *Severa* apud Treviros. *Wilgefortes* ſeu *Liberata* cujus fuerit, quando vixerit, quid egerit, ignoratur: hoc ſcitur, ut à multis malis liberatricem paſſim invocari. *Columba* apud *Luſitanos* innotuit. *Chriſtina* V. Belgica *mirabilis*, nomen merito conſecuta eſt; eo mirabilior, quo ſtupendiſſima Acta ſolidiori auctoritate nituntur. *Lenvinna* M. *Angla* apud Bergenſes in Flandria miraculis claruit: *Vaſtrada* vidua, Sanctorum mater, Suſtereni ad Moſam. *Kingam* ſeu *Cunegundem* virginem maritatam, ex Poloniæ duce ſanctimonialem, admirabili ſanctitate vitæ ac miraculis vere regni iſtius prodigium dixeris.

Erunt fortaſſe, *addunt Noſtri*, qui à nobis apologiam expectent, adverſus ea quæ non ita pridè vulgavit *Odoacer* quidam *Ilbachius*, in Actis Sanctorum diſcernendis aut vindicandis ut minimùm ſummè peregrinus. Odioſas controverſias, ab annis ferè triginta extinctiſſimas, lævo prorſus ſidere renovavit: ipſum nos, dum longe utilioribus occupamur, ad tunc abundè dicta probataque remittimus. Quæ ſi ſufficere non exiſtimet, adeat, obſecro, *Librum apologeticum* ab Emin. Card. *Baronio*, ſub *Ant. Gallonii* nomine, A. 1604. *Romæ* editum, & CLEMENTI PP. VIII. inſcriptum, ad *Conſtant. Cajetanum*, ex *Breviario* S. *Gregorii* monachatum Benedictinum adſtruentem, ubi quid de Breviario, & conſequenter de

S. *Catharina* contractis in eo Actis cenſendum, niſi volens cæcutiat, apertiſſimè perſpiciet.

Julii Sanctorum *Tomus VI.* quo continentur dies XXV. ad XXVIII. cum *Tractatu* præliminari hiſtorico-chronologico *de Liturgia Mozarabica*, Auctore *Joan. Pinio*: Antverp. apud *Jac. Du Moulin*, A. 1729. A. 1729. *Julii* Vol. VI. *Opera* XXXI. *Acta Lipſ.* 1729. p. 197.

Complectitur Tomus iſte præter anonymos, Sanctorū propriis ſuis nominibus expreſſos centum & duodeviginti, diebus non plus IV. quot eo volumine continentur, quos recepto more in claſſes ſuas quatuor diſpeſcimus.

Ad vetus potius quam ad novum fœdus ſpectat *B. V.* Dei genitricis Sanctiſſima mater *Anna*, de qua proinde hic extra claſſem præcipua ad ipſam ſpectantia capita obiter notanda cenſuimus. Quæ de Actis ejus, patria & parentibus traduntur non ſatis exacta & ſincera eſſe facilè conceditur: acrior autem concertatio pro ejus monogamia & filia unigenita. Demonſtratur antiquus ejus in Oriente cultus, prodigioſa templi ædificatione in Hiſpania auctus, inde fortaſſe ad alias regiones propagatus, innumeris certe ſtupendiſque miraculis quaquaverſum diffuſus. Horum quæ poſtremo Seculo in Britannia Armorica contigerunt, tam authenticis nituntur probatiſque teſtimoniis, ut vel incredulam quemque & pervicacem convincere neceſſe ſit. De ſuperſtitibus ejus reliquiis anceps inter varias eccleſias diſceptatio: paradoxon vero de corporali ejuſdem reſurrectione.

Ex ſtatu Eccleſiaſtico. Primus in hac claſſe abſque controverſia *Jacobus* à Synonymis *Majoris* cognomento diſtinctus, primus inter Apoſtolos martyr, primus Hiſpanicæ eccleſiæ fundator, gentiſque iſtius gloria; Compoſtellam ex martyrii loco, hic abunde explicato, delatus, ubi peregrinationibus ex toto orbe Chriſtiano, certe ex omni Europa, miraculiſque & ibi & alibi ingenti numero patratis longe celeberrimus, pluribus diſquiſitionibus anſam præbuit, quæ hic ex ordine eruderantur; ea vero præcipua, qua Hiſpanis, toties à ſe adverſus Mauros propugnatis, probabilius aſſeritur. De *Eraſto*, Pauli diſcipulo, alia Græci tradunt, alia Latini: quæ de eo gentium Doctor ſcribit, & virum honoratum & urbis Corinthi, non eccleſiæ Hieroſolymitanæ, œconomum ſatis demonſtrant; tum vero Philippenſem potius quam Paneadis, ex pſeudo Dorotheo, Epiſcopum.

De *Victoris* PP. I. & M. die natali, ætate, geſtis ac ſcriptis implexa multa: in extirpandis iſtius temporis hæreſibus acer oſtenditur, nec minus conſtans æquuſque in aſſerenda adverſus *Polycratem* alioſque Aſiaticos Epiſcopos Roma a Paſchatis celebratione. Neque *Victori* cedit illuſtris Papa *Innocentius*, item I. cujus eximiæ virtutes & doctrina à calumniis hic vindicatæ ſunt: diſtincta tempora, ejuſque etiam præclariſſima geſta ac ſcripta: laudata conſtantia & fortitudo in Romanis calamitatibus, in tuenda *Chryſoſtomi* cauſa, in refrænandis hæreticis, demum in auctoritate Apoſtolica ſtrenuè confirmanda. His accedit, non tam celebritate cultus quam rebus præclare geſtis *Laurentius* Mediolanenſis Epiſcopus ab *Ennodio* ita laudatus, ut inde toleratæ à barbaris ærumnæ, reſtaurata civitas, geſta in cauſa Symmachi PP. ornata templa, aliaque potiſſimum eruenda fuerint. De *Eccleſio* Præſule Ravennate pauca expendi potuere, quod Acta non ſuperſint, nec cultus vetuſtiſſimus ſit. Vigilienſes in Apulia MM. *Maurus* Epiſc. *Pantaleemon* & *Sergius* notiores ſunt inventionibus, tranſlationibus, ſecutiſque exinde miraculis, quam rebus geſtis, quæ ex eorum officio examinantur.

Gallicanos Antiſtites binos ſuggerunt Trecæ *Urſum* & *Camelianum*, illum ſolo nomine & cultu notum, hunc cum aliquo *Himerio* perperam confuſum: binos item Autiſſiodorum, de quorum priore *Æthèrio* ignota hiſtoria; at celebris eſt in Martyrologiis cultus. Contra vero de alterius, *Germani* cultu dubitatum eſt; vita edita hic illuſtratur. Non multo celebrior eſt *Phronimus* inter Metenſes Epiſcopos numerandus. Neque de

Deſiderio Beſontino præter breve elogium & exaltationis relationem quidquam ſupereſt. *Galactoris* Epiſcopi Laſcurrenſis & martyris memoria deceſſoris *Juliani* nomen ſuſcitavit. *Auſpicium* Tullenſis, à ſynonymo Trevirenſi diſtractus, ex iſtius eccleſiæ tabulis educitur, ad *Theodoſii* tempora male à *Baronio* retractus. Illuſtres laudatores inſignibus ſuis meritis nactus eſt *Magnericus* Trevirenſis, multorum Sanctorum ſeculo digniſſimus, locorumque Sacrorum conditor, quæ inter S. Martini cœnobium viciſſitudines paſſum eſt. Geſta ejus varia, quæque ad obitum, ſepulturam & alia ſpectant, explanantur ac digeruntur. *Joannis Agni* ſingularis memoria, quod miraculo ſicci baculi floreſcentis ad cathedram Trajectenſem evectus ſit. *Jorius* aliquis Epiſcop. an *Macarii* Antiocheni frater, certo Bethuniæ in Belgio colitur. Virum magnum *Samſonem* produxit Britannia, ſuſcepit Armorica, utrobique magnis prodigiis celebratiſſimum: verum nec Anglicanæ illius eccleſiæ, nec Gallicæ Epiſcopum, nec 120. annorum ſenem: de quo id ſingulare notaveris, quod quemadmodum vivum variæ eccleſiæ antiſtitem ſibi vindicant, ſic hodiedum de ſacri ejus corporis poſſeſſione decertetur. *Hermolaus* presbyter cum S. *Pantaleone* celebratur, *Paſtor* Romæ, *Peregrinus* Lugduni in Gallia.

Ex ſtatu Monaſtico. In hac claſſe primas tenet *Paſtor* Abbas, doctis ſuis apophthegmatis quam vitæ ſerie, inter veteres Patres nominatior; de quo id dictu mirandum, quod nec matri videndum ſe præbere voluerit, nec judici, apud quem ſororis filius de capite periclitabatur. Adde huic *Simeonem Stylitam* tertium, qui utrum à *Fulminato* diſtinguendus ſit, an idem cum *Simeone* in Martyrologiis notato, diſquiritur. Ex Oriente in Italiam Seculo X. progreſſus eſt mirabilis alter *Simeon* Monachus, ab *Arſenio* Hieroſolymitano Patriarcha commendatus, in monaſterio de Padolirona ſingulari cultu celebris, cujus perpetuæ peregrinationes, prodigia, prophetiæ virtutesque aliæ fideliter deſcribuntur. Diu laborandum fuit, priuſquam ea quæ de duobus Eremitis Ordinis S. Auguſtini *Evangeliſta* & *Peregrino*, apud Veronenſes honoratis, poſtulata ſunt, impetrari potuerint, atque una explorari, quo pacto Evangeliſta ab *Albertino* ſive *Alberto*, item Veronenſi diſtingueretur. De vita recentius ſcripta fertur judicium. De *Ebrulfi* Abbatis S. Fuſciani, Bellovacum tranſlati, ætate adverſus *Cointium* diſputatur: dantur autem vita ejus & miracula.

Haud paulo nobiliores reddidit S. *Gregorius* Turon. in vitis Patrum *Urſum* & *Leobatium*, licet in antiquioribus Faſtis parum notos, de quorum patria & inſtituto adverſus *Tamayi* nugas ſolidius agitur, deque ſacris eorum reliquiis. *Bertholdus* Abbas Gartenſis in ſuperiore Auſtria locum ſuum hic meritus, eximia potius ſanctitate quàm longe quæſita genealogia reſplendet: Vita ejus & miracula accurate deſcripta & elucidata ſunt. *Theodemirus*, non abbas ſed monachus, à S. *Eulogio* ſatis laudatus eſt, dum glorioſum ejus Cordubæ, ſub perſecutione Arabica, Martyrium nos docuit.

Ex ſtatu ſeculari. Aciem inſtruunt *ſeptem Dormientes*, quorum tres claſſes te reperire miraberis. Sufficiebat Epheſina, tam variis nominibus expreſſa, quam apud Latinos æquè ac Græcos, aliaſque Chriſtianas gentes recepta eſt, nec ipſi Alcorano ignota. Quæ hic diſcutienda occurrerint, facile intelligis. Alia ſuppeditavit ſtupendus M. *Pantaleon*, tùm in veneratione, cum in Oriente, tum in Occidente ſemper habitus, tot dicatis ipſi templis honoratus, tot miraculoſis dives reliquiis, in omnem prope orbis partem tranſlatis, ut ſi ad eundem omnes Sanctum referantur, inſolito prodigioſe multiplicatas eſſe oporteat. Aliam controverſiarum materiam præbet *Chriſtophorus*, virtutibus, martyrio, miraculis, cultu quam ſtatura grandior: hæc explicatur, convelluntur que hæreticorum contra Sancti exiſtentiam blaſphemiæ. Non adeo exuberant quæ de *Euſtathio* M. Ancyrano in Galatia, de *Acatio* Mileti in Caria, & de *Ignatio Steiromita* apud Græcos potiſſimum commemorantur. Ingens rerum ſilva *Nazarii* & *Celſi*, patria, ætas, converſio, baptiſmus, peregrinationes, martyrium, inventiones, tranſlationes, narranda omnia; & quæ ad idem Sanctorum par non videntur poſſe referri, ut laborandum fuerit ad homines, loca & tempora aptè diſtinguenda. *Felix* aliquis Nolanus cum Nicomedienſibus fœminis MM. perperam conjunctus eſt. *Hyacinthi* M. in Portu Romano, *Florentii* & alterius *Felicis* in Veſtinis illuſtrata memoria.

Nevolonem Faventiæ, *Raymundus Palmarius* Placentiæ, mirabili converſione, tum ſanctitate atque in proximos caritate excelluerunt. *Benignus* & *Charus* prope Veronam, *Gliſſentus* in territorio Brixiano latendo gloriam conſecuti ſunt. *Cucufas*, non *Chriſtophori* ſocius, ut ineptum vulgus ſomniat, ſed Barcinonenſis martyr & rebus geſtis & veteri cultu inclytus eſt, de cujus ſacris exuviis cum Hiſpanis Galli pridem certavere. Pietatem ſpirant Acta *Georgii*, *Aurelii* aliorumque MM. Cordubenſium. *Gothalmus* M. Iliciæ in Auſtria, *Hugo* puer, Judaici furoris victima, Lincolniæ in Anglia, *Botbuidus* in Suecia M. veris ſuis encomiis ornati ſunt.

Ex ſexu femineo. Illuſtriſſimæ virgines *Thea* & *Valentina*, ſocium in Martyrio *Paulum* nactæ, ab *Euſebio* celebrantur, hic variis præterea elogiis honoratæ. *Irene* item virgo egregiis virtutibus prædita, prophetiæ dono multiſque dotibus inſignita, CPoli in Chryſobalanto hegumena conſenuit, honorificis aliis characteribus depicta, qui in Actis, hic Græco-Latine exhibitis, minutè deſcribuntur. Floruere ibidem *Anthuſa* & *Oraozela*: *Hieruſalem* vero ut martyr in Faſtis Græcis memoratur. *Glodeſindis* Virginis natalis in Abbatia à ſe Metis fundata antiquiſſimus eſt, jam inde in primaria eccleſia à ſeculo IX. celebratus, erecto ei poſtmodum novo & ampliori templo. *Chriſtianam* V. Teneræmondæ in Belgio ſolenni feſtivitate recoli, conſtat; quæ vero de origine geſtiſque circumferuntur, admirationem excitant potius quam fidem: nec de *Juliana* & *Sempronia* VV. MM. præter cultum quidquam invenies, niſi ad *Tamayum* recurreris.

Ornatur autem Tomus iſte, uti diximus, Præliminari tractatu *Joan. Pinii de Liturgia antiqua Hiſpanica, Gothica, Iſidoriana, Mozarabica, Toletana, Mixta*, hiſtorico-chronologice deducto.

ACTHOFIUS (*Gerardus*) Germanus, Lutheranus, clarus A. 1707. Scripſit, teſte *Jac. Le Long* T. II. p. 596.

Explicationem Epiſtolæ S. Pauli ad Titum, Germanicè, *Francof.* 1707. *in* 4.

ACTIUS (*Guilielmus*) Germanus, Lutheranus, clarus A. 1604. ſcripſit, teſte eodem,

De Regibus Juda, ſive Hieroſolymitanis. Francof. ad Oderam, 1604.

ACTONIUS aliàs *Achedunus*, vel *Aſchedunus*, Ord. Prædic. gente Anglus, vir in Theologia verſatiſſimus, concionator fervidus, & ſacrarum literarum interpres non infimi nominis, claruit circa finem Sec. XIV. & initia ſequentis, cum Eccleſia duo pertinaciſſimoque flagrabat ſchiſmate. cui extinguendo totis viribus, voce, ſtylo, privatim ac publice, continuus allaborabat, ea de cauſa ſcribens

1. *De pace Eccleſiæ reſtituenda* Tractatum; in quo cùm Anglia partes *Urbani* VI. tueretur, haud dubium quin hujus Pontificis jura propugnarit.

Addit *eiſdem*, quem cum *Lelando* citat *Echard.* Tom. I. p. 721.

2. *Sermones*, *Lectiones*, & alia quædam, inquit *Baleus* (Cent. VII. p. 540.) in quibus omnibus, more ſuorum majorum, Antichriſti promovet regnum.

ACTONIUS (*Johannes*) Anglus, Canon. Lincolnienſis, claruit An. 1380. (*a*) & *Wicleſi* doctrinam cum ardore amplexus eſt. Extat enim, teſte *Caſ. Oudino* (*b*) inter Codd. MSS. *Bibl. Bodl.* Cod. 3072. in MSS. *Thom. Bodleji*, Rotulis in Archivo A. Cod. 83. qui opuſcula *Wicleſi* varia contra mores corruptos Eccleſiaſticorum & Monachorum ſuæ ætatis complectitur, *num.* 7.

1. *Pro-*

1. *Proteſtatio* Joan. Acton. *pro* Phil. Repington *in carcere Londini detento* A. D. 1382. p. 7.

Itemque in *Faſciculo Zizaniorum Mag.* Joan. Wiclefi *cum Tritico*, quem collegit *Thom. Netterus*, ſeu *Waldenſis* Anglus, Ord. Carmel. qui MS. extat inter Codd. ejuſd. *Bodl. Biblioth.* Cod. 3629. in MSS. Hyperoi Bodl. Cod. 163. n. 23. habetur

2. *Magiſtri* Acton *Confeſſio in materia de Sacramento Altaris*, p. 74.

3. *Alia ejuſdem Confeſſio, quam ſcripſit Archiep. Cantuarienſi*: ibid. n. 24.

Scripſit præterea

4. *Apparatum in Conſtitutiones Legatinas Othonis & Othoboni, Papæ Legatorum*, MS. inter eoſdem Codd. *Bodl.* Cod. 2642. Extat & inter MSS. Univerſit. Cantabrigienſis.

5. *Comment. in Conſtitutiones Provinciales*, MS. inter eoſdem Codd. *Cod.* 1355. Opus forte idem quod habet *Baleus* ſub tit. *In ſtatuta Anglicana Lib. I.* incip. *Quoniam domum Dei fortitudo.*

(*a*) *Eum ad A.* 1290 *aſſignat* Baleus *Cent. IV. p.* 351.
(*b*) *de Script. Eccleſ.* Tom. III. col. 1170.

ACTONIUS (*Radulphus*) Presbyter Anglus, Philoſophus juxta ac Theologus olim celebris, literis & virtuti adoleſcens in diverſis Angliæ ſcholis operam dedit. Oxonii magiſterium Theologicum adeptus, domumque rediens, magnam ſibi ab eliminata eruditione laudem inter ſuos peperit. Cujuſdam enim inſignis Eccleſiæ Rector conſtitutus, Evangelium regni Dei fervore non modico prædicabat, & licet vitio temporis impeditus ita cæcutiret, ut neque purè ſentire, nec purè loqui potuerit, plures tamen protulit locutiones, Dei filiorum Spiritum exprimentes, ut in ſcriptis ejus concionibus adhuc claret. Claruiſſe autem A. 1320. docet *Lelandus* apud *Baleum* (Cent. V. p. 393.) qui hos *Radulphi* libros in antiquis Bibliothecis vidiſſe ſe teſtatur:

1. *Homelias Evangeliorum* Lib. I. *Cùm in Eccleſia mea* &c.

2. *Homelias Epiſtolarum* Lib. I. *Hora eſt jam nos de ſomno ſurg.*

3. *Sermones de Sanctis* Lib. I. *Ambulans Jeſus juxta mare Gal.*

4. *De communi Sanctorum* Lib. I. *Dixit Jeſus Diſcipulis*: Ego ſum vitis.

5. *Super Epiſtolis Sanctorum* Lib. I. *Corde creditur ad juſtitiam, ore* &c.

6. *Homelias morales* Lib. I. *Dei verbis chariſſimi fratres.*

7. *Commentarios in Paulum*, Lib. XIV.

8. *Illuſtrationes in Longobardum* Lib. IV.

Scripſit & alia nonnulla, inquit *Baleus*.

9. *In Magiſtrum Sententiarum*, teſte *Morerio*, ex *Lelando* & *Pitſeo*.

ACUANITÆ Hæretici, quorum ſeductor *Acuas*, *Manetis* diſcipulus, cum Manichæis communia habuere deliria.

* *Baron.* A. C. 277. n. 42.

ACUñA (*Antonius Gonzalez de*) Peruanus ex Regia urbe Lima, Ordinis Prædicatorum S. T. M. Sec. XVII. clarus. Provinciæ ſuæ negotia geſturus venit Romam, ſtatimque gratus extitit *Joh. Baptiſtæ de Marinis* Magiſtro Generali, qui eum ſibi à ſecretis eſſe juſſit: impiger & induſtrius vir, doctrinæque Theologicæ non vulgaris. Commiſit editioni, teſte *Nic. Anton.* Bibl. nov. *Tom. I. p.* 96.

1. *Compendium admirabilis vitæ* B. Roſæ de S. Maria *Limana, Ordinis Prædicatorum.* Romæ, typis Tinaſſii 1665. in 24. ex juſſa hujus argumenti hiſtoria *Leonardi Hanſen* ejuſdem ordinis, Provincialis Angliæ.

Vulgari autem Lingua Italiæ, uſus Interprete Italo, cùm Viſitator & Vicarius Generalis Provinciarum Regni Neapolis, miſſionarios ſodales officii ſui inſtruere vellet,

2. *Breve dichiaratione della ſanta Fede Catholica.*

Neapoli, apud Novellum de Bonis, 1662. in 12.

3. *S. Domingo en el Pirù o Compendio de la Hiſtoria de la Provincia de S. Juan Bautiſta del Piru del orden de Predicadores.* Matriti, 1660. in 4.

Prælo parabat Hiſpanicè quoque

4. *La Vida de la Venerable Madre Roſa de S. Maria.*

5. *Hiſtoria general de la Provincia de S. Juan Bautiſta del orden de S. Domingo.*

ACUñA (*Garſias Sarmiento de*) vir nobilis, clarus in Collegio Salmantino S. Bartholomæi ſodalis, Inquiſitor Apoſtolicus apud Conchenſes, Cæſaraugustanos & Pincianos, Abbas *de Santillana*, reliquiſſe dicitur in Bibliotheca Comitis *de Gondomar* propinqui ſui,

In Jus Canonicum Volumen unum; teſte *Nic. Anton.* Bibl. nov. *Tom. II. p.* 325.

ACUñA (*Martinus de*) Bæticus, Carmelit. ſodalis in Cœnobio S. Mariæ *de Luna* ſuſceptus, Epiſcopus quondam Liparenſis in Sicilia à *Gregorio* XIII. P. M. renunciari promeruit: floruit circa annum 1573. & ſcripſiſſe fertur varia Theologica, ex quibus unum vidiſſe MS. opus *Caſanate* ſat grandi volumine, teſtatur *Nic. Antonius* Tom. II. p. 72. quod eſt

De Arte divini amoris.

ACYNDINUS (*Gregorius*) Monachus Græcus, *Barlaami* Sectator, *Palamæ* & Monachorum Heſychiſtarum, quin & Latinorum hoſtis acerrimus, claruit anno 1340. Triennio circiter ante *Barlaame* contra *Palamam* in Synodo CP. agenti aſſiſterat, & unà cum eo gravem Synodi cenſuram expertus eſt. Ipſe nihilominus inquieti ingenii vir, *Palamitas* hæreticos palam accuſare non dubitavit. Quapropter a *Joſepho* Patriarcha in judicium vocatus anno 1341. Synodo CP. ſilentium ſub anathematis pœnâ obſervare juſſus eſt. Anno 1347. *Cantacuzeno* rerum potito, & *Iſidoro* ad Patriarchatum CP. evecto, in frequentibus Synodis damnatus & excommunicatus, vitam deinceps obſcuram & otioſam egit. Extat

1. Acyndini *Carmen Iambicum de hæreſibus Gregorii Palamæ*, Gr. apud *L. Allatium* Græc. Orthod. *Tom. I. à pag.* 756. *ad* 770. Fragmenta II. Gr. Lat. apud eundem *de Conſenſu* l. 2. c. 16. §. 3. Habentur etiam Græcè MSS. in Bibliothecâ Bavaricâ

2. Acyndini *libri* 2. (ſed mutili) *de eſſentiâ & operatione Dei* adverſus *Palamam*, *Gregoram*, & *Philotheum*: quorum capitum Periochas *Jac. Gretſerus* ſuis in *Cantacuzeni* Hiſtoriam notis inſeruit, indeque *Bzovius* Annalibus ſuis ad an. 1337. §. 8. Integrum Opus demum edidit *Gretſerus*, Ingolſtad. 1616. 4. (*a*)

Quæſtiones quæ agitabantur inter *Barlaamum* & *Acyndinum* cum *Palamâ* erant *de lumine Thaborio* in Transfiguratione Chriſti, creatumne id an increatum, & ipſa Dei gloria, ut voluit *Palamas*, quod blaſphema Theologiæ poſtulabant *Barlaamus* & *Acyndinus*. Item *de diſcrimine*, quale voluit *Palamas* inter θεῖαν οὐσίαν *divinam ſubſtantiam*, & ejus ἐνέργειαν, ſive *actum*. * De eo vide *Oudinum* de Script. Eccleſ. *Tom. III. p.* 915. *&c.*

(*a*) *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 25. *A.*

A D.

ADABI (*Iſaias*) Adabi *Arzunitæ* filius, Eques Aulæ Regis Perſarum *Saporis* nobiliſſimus, ſcripſit *Acta Martyrum Zebinæ, Lazari, Maruthæ, Narſetis, Eliæ, Maharis, Abibi, Sabæ, Sembatæ, Jonæ, & Brichjeſu*, quæ extant in Vatic. Cod. Syr. II. *fol.* 82. Eadem ex *Metaphraſte* recitat *Lipoman.* Tom. VII. & *Sur.* Tom. II. eaque tanquam genuina amplectitur *Baronius* in Not. ad Martyrol. Rom. d. 29. Mart. *Habentur*, inquit, *eorum Acta ſinceriſſima, ſcripta ab Iſaia Adami filio, qui præſto fuit*: hoc enim de ſe ipſo ad eorum calcem teſtatur *Iſaias* apud *Aſſemanum* Tom. I. *Bibl. Orient.* p. 16.

Circa annum, quo præfati Martyres lauream adepti ſunt, *Iſaia* conſentit *Metaphraſtes*: uterque enim refert, id anno *Saporis* 18. contigiſſe: De die verò &

menſe diſcrepant : nam *Iſaias* paſſionem eorum collocat die 29. Dec. At *Metaphraſtes* pro Decembri habet Martium, cui conſonat Martyrol. Rom. die 27. & 29. Mart. quædam autem à *Metaphraſte* parum feliciter reddita obſervat laud. Maronita, ut *Iſaias Adami* pro *Adabi* &c.

Dubium oritur de anno 18. *Saporis*, quo perſecutionem in Chriſtianos excitatam prodit *Iſaias* initio horum Actuum : Nam Syri, Græci Latinique Scriptores initium perſecutionis Perſicæ ad annum *Saporis* 31. protrahunt. Quamobrem duplicem Perſicæ perſecutionis epocham ſtatuendam putat *Aſſemanus*; alteram quidem ab eo tempore inchoandam, quum nullo adhuc edicto Regio, Chriſtiana Religio proſcripta fuerat : alteram verò ab anno indictæ Regio diplomate adverſùs Chriſtianos perſecutionis. Credit itaque, primùm a Rege *Sapore* perſecutionem in ipſa Regia urbe, in qua *Iſaias* ſcribebat, excitatam fuiſſe, impellentibus ad id Magis, qui occaſionem debacchandi in Chriſtianam Religionem nullam non captabant : poſtea ab urbe Regia generalibus edictis illud incendium in omnes Regni Perſici provincias fuiſſe propagatum. Dicendum igitur exiſtimat, priora perſecutionis tempora *Iſaiam* noſtrum reſpexiſſe, nec non *Theophanem*, qui dum initia Perſicæ perſecutionis refert ad annum Divinæ Incarnationis 317. *Iſaia* adamuſſim conſentit; ille enim annus in 18um *Saporis* cadit. Cæterùm pro *Iſaia* manifeſte ſtant eorum Martyrum Acta, qui anno *Saporis* 30. coronati dicuntur in Cod. Syr. II. *fol.* 84. à tergo. *Sapores*, inquam, Epiſc. Beth-Nicatoris, *Iſaac* Epiſc. oppidi cujuſdam Seleucienſis Præfecturæ; *Maanes*, *Abraham* & *Simeon*; qui omnes anno uno paſſi ſunt, antequam *Saporis* edictum in Chriſtianos promulgaretur.

ADÆ (*G.* Antibarenſis in Albania Archiepiſcopus, anno 1270. floruiſſe dicitur ex *Suſato*, quem alii, ut *Fernandes*, quod ſolâ literâ G. apud *Luſitanum* deſignetur, *Gerardum* vel *Georgium* vocant & Gallum faciunt; alii ut *Pius* P. II. lib. I. p. 73. *Fontana* in Theat. & in Monum. p. 117. *Altamura* ad 1279. *Gaſparem* dicunt. Hæc omnes ei tribuunt opera :

1. *Officium pro feſto S. Thomæ de Aquino.*
2. Aliud *pro feſto Sanctificationis B. Virginis.*
3. Aliud *pro feſto S. Georgii martyris.*
4. Aliud denique *pro feſto S. Urſulæ & XI. millium virginum.*

Quæ ἀναχρονισμοῖς & ἀντιλογίαις non ferendis ſcatere non diſſimulat *Echardus*, qui tamen notatis quibuſdam, unum & eundem horum officiorum auctorem eſſe non poſſe putat, ac *G. Adæ*, ſi iſtorum alicujus auctor eſt, eâ non floruiſſe ætate, quam indicat *Suſatus*, ſed longè recentiorem eſſe.

ADÆ (*Joannes*) Provinciæ fuit alumnus, ac Sacræ facultatis magiſter anno 1382. Opus unà cum *Joanne Thome* edidit hoc titulo :

Tractatus de conceptione B. Virginis; cujus principium *Maledicta dies* &c. Jerem. XX. Cæterùm iſti ambo omnia quæ dixerant aut ſcripſerant in *Montesoni* (de quo ſuo loco dicemus) defenſionem revocare compellente Univerſitate coacti ſunt : primus 20. Martii 1388. alter 20. Aug. ejuſdem anni; Liber autem iſte, ſi fides *Alvæ*, vulgari lingua fuit exaratus, ſed jam periit, nec de eo jam aliud ſcitur, inquit *Echardus* (Tom. I. p. 694.) quàm quod ex eo F. *Joan. Vitalis*, Franciſc. & *Joan. Alanus* referunt.

ADALARDUS vid. ADALHARDUS.

ADALBERO Abbas Elwangenſis XIIus & *Ludovici* IV. Præceptor, exinde S. *Widgarii* in Auguſtano Epiſcopatu ſucceſſor, ordine XXIIIus, obiit A. C. 905. (*a*) vel potius 909. (*b*) quo ſcilicet *Ulricus* ejus diſcipulus Romam petiit. Ei ſucceſſit *Hiltinus*, ſcripſitque teſte *Lud. Elia Dupin* loc. inf. cit. & *Ger. Joan. Voſſio* de Hiſt. Lat. *Lib. II. cap.* 39. ubi & S. *Adalbertus* vocatur, & obiiſſe dicitur A. C. 921. ſcripſit, inquam, *Vitam S. Hariolphi*, *primi Abbatis Elwangenſis*.

De S. *Adalberone* Bollandiſtæ ad d. 12. Jun.

Adalbertus quidam, ſeu *Albertus* Elwangenſis memoratur à *Dupinio* (*c*) ut qui ſcripſerit *Vitam S. Anselſi*, obieritque eodem, quo ſupra ex *Voſſio* diximus, anno 921.

(*a*) *Dupin* Bibl. nov. in Tab. Auth. Sec. X. p. 379. in 8. (*b*) idem *Tom. VIII.* in 4. eccleſ. Sec. p. 53. (*c*) idem *Tom. III.* Tab. Auth. Eccleſiaſt. p. 178.

ADALBERTUS Archiepiſcopus Moguntinus Sec. XII. cujus *Epiſtolas* tres dedit *Edm. Martene* (*a*) ex MS. S. Germani à Pratis, *Calixto* PP. II. fuit autor, teſte *Morerio*, ut Imperatorem *Henricum* IV. excommunicaret. Obſervat Urſpergenſis Abbas ad A. 1121. de *Epiſtola* 1a *Adalberti* ad *Calixtum*, Pontificem iſtum huic legationem decreviſſe, *quem*, inquit, *ſciebat eſſe Imperatori* (Henrico IV.) *adverſarium, & in Saxonia populum contra eum commotarum*: Verùm de pace in eâ imprimis tractaſſe S. P. nuncios, conſtare ait noſter *Martene*, quam denique, comitiis Wirtzburgi habitis eodem anno conſecuti ſunt : & pacis conditiones huic Epiſtolæ ſubjecit. *Adalbertus* in *Epiſtola* 2a ad dictum Pontificem, monet eum de his quæ *Cono* Epiſc. Argentinenſis Eccleſiæ reconciliatus ab Imperatore paſſus fuerit. In Epiſtola 3a anni 1123. ad clerum Eccleſiæ Halberſtadenſis, dolet de morte *Raynardi* (*b*) eorum Epiſcopi, arguitque quod eo inconſulto proceſſerint ad electionem, & ex alia Eccleſia aſſumſerint ſibi paſtorem.

(*a*) *Veter. Script. Collect.* Tom. I. p. 671. 676. 680.
(*b*) Obiit VI. *Non. Mart.* A. C. 1122.

ADALBERTUS Levita, Spaldingenſis cœnobii doctiſſimus Monachus, artibus bonis incredibili quodam ſtudio, noctes atque dies invigilabat, & operæ ſuæ ingens pretium inde induſtrius tulit. Fuit autem natione Anglus, profeſſione Monachus, obſervatione Cluniacus, divina ac ſeculari eruditione perſpicuus, & in eccleſiaſticis negotiis optimè exercitatus, claruitque anno 1160. Erat facundia præclarus, conſilio providus, in habitu & vultu, magnæ manſuetudinis ac religionis documentum præferebat. Poſt attentam Sacrarum Scripturarum lectionem, veterum patrum ſcripta avidè perlegebat : & inter poſteriores Eccleſiæ Doctores ſupra modum illi placuit *Gregorius* Magnus, ex cujus Moralitatibus in Jobum, protulit Speculum quoddam in quo capita 155. contineri narrat *Boſtonus* Burienſis,

1. *De ſtatu hominis* Lib. I.
2. *Homilias plures* Lib. I.

Et alia nonnulla compoſuiſſe dicit *Baleus* Cent. II. p. 206.

Ejuſdem *Adalberti* extat in *Theſ. Anecdot.* Dn. *Edm. Martene* & *Urſ. Durand*, Tom. I. p. 84.

3. *Prologus Adalberti Levitæ ad Herimannũ Presbyterum* (*Hermannum* vocat *Baleus*) in quo promittit ſubnectendum ei opuſculum excerptum quaſi *lilia candentia* à Moralibus quæ B. *Gregorius* Spiritu Sancto afflatus, luculentiſſimo ſermone diſſeruit.

De quo *Adalberti* libro hæc notant Editores laudati, *p.* 85.

» Extat hoc opuſculum in MS. Cod. Monaſterii S. » Illidii Claromontani, cujus character annos circiter » 600. repræſentat. Idem ſe reperiſſe in MS. Præmon- » ſtratenſi teſtatur *Mabillonius* Tom. I. *Analect.* p. 317. » Idem & nos reperimus in MSS. S. Petri Selincurten- » ſis Ord. Præmonſtr. in diœceſi Ambianenſi, in Ca- » roli-Locenſi Ord. Ciſtercienſ. & in Grandimontenſi » prope Lemovicas. » Hæc autem excerpta ſunt ex Moralibus B. *Gregorii* Papæ in *Jobum*; at in alio Codice Grandimont. habentur alia ex Operibus S. *Gregorii* excerpta in libros XVI. diſtributa, quibus præmittitur *Index Capitulorum* cum hoc titulo : *Hæc Capitula ſunt in libro diſtinctionum, & non ſunt in Gregoriano Garnerii.*

ADALGISUS, natione, ut videtur, Gallus, inquit *Caveus* (Hiſt. Liter. p. 586.) Cœnobii S. Theoderici Montis OR apud Remos Monachus, claruit circa annum 1150. Scripſit *de Miraculis S. Theoderici Abbatis Rhemenſis*, juſſu Patrum ejuſdem Cœnobii, quibus & opus ſuum

Digitized by Google

ſuum dedicavit. Extat hic libellus ex ejuſdem Cœnobii Cod. MS. deſcriptus, apud *Mabillonium* Sæc. Benedict. I. *pag.* 622. qui tamen Miracula nonnulla ut potè minus utilia, ſe prætermiſiſſe ingenuè fatetur.

ADALHARDUS, alias ADALARDUS, ADELARDUS & ADELHARDUS Ord. Bened. Monachus, Abbas Corbeienſis, gente Gallus, *Bernardi* Comitis, qui *Pipini* Regis frater fuit, filius, *Car. Martelli* nepos, ſanctitate, eruditione, & reipublicæ gerendæ peritia inſignis, claruit ſub initio Sæc. IX. Is cum particeps fuerit conjurationis *Bernardi* Regis Italiæ adverſus *Ludovicum Pium*, in Aquitaniam ſe recipere coactus eſt in Monaſterium S. Philberti; verum A. 822. revocatus atque in priſtinum locum reſtitutus fuit. Romam antea, poſt Aquiſgranenſem Synodum, miſſus fuerat ob motam quæſtionem de proceſſione Spiritûs S. de quâ ibi colloquium habuit cum *Leone* III. P. M. Interfuit Concilio *Noviomenſi* A. 814. Conventui *Attiniacenſi* & *Compendienſi* A. 823. *Adalardum*, ait *Hincmarus* Remenſis Archiep. *Epiſt.* 14. ad Epiſcopos Franciæ (*cap.* 12.) *ſenem & ſapientem*, Caroli M. Imperat. *propinquum*, *& Monaſterii Corbeia Abbatem*, *inter primos Conſiliarios primùm in adoleſcentiâ meâ vidi*; *cujus libellum* de ordine Palatii *legi & ſcripſi*. Deceſſit verò A. 826. d. 2. Januar. ab *Hildemanno* Epiſc. Bellovacenſi, quem Monachum ipſe nutrierat, traditus ſepulturæ in Baſilica S. Petri, eoque condecoratus Epitaphio:

Hic jacet eximiis meritis, Venerabilis Abbas,
Noſter Adhelardus dignus honore ſenex:
Regia proſapies, Paradiſi jure Colonus
Vir charitate probus, moribus atque fide.
Quem dum ſub tumulo recolis tu quiſqui viator
Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit.
Nam poſt octavas Domini hic carne ſolutus
Succedente die aſtra petivit ovans.

Condidit autem *Statuta Corbeienſis Eccleſia* quorum fragmenta dedit D. *Lucas d'Achery* (*a*): Ejuſdem Capp. LII. *de Admonitionibus in Congregatione*, id eſt, *Summaria rerum, quas Monachis ſuis inter concionandum ſolebat inculcare*, edidit *Mabillonius* Sec. IV. SS. Ord. S. Bened. * De *Adalardo* Dupin *Bibl. nov. Sec. IX. p.* 152. Nat. Alexand. *Hiſt. Eccleſ. Sec. IX. & X. Cap. III. Art. XI. §. II.* Guil. Cave *Hiſt. Liter. p.* 443. Prima de illo *Paſchaſius Radbertus* qui vitam ejus ſcripſit, & ex recentioribus *Bollandus* ad d. 2. Januar.

(*a*) Spicil. *Tom. IV. in 4. p.* 1 & *Tom. I. fol. p.* 586.

ADALHARDUS Monachus Blandinienſis, *Vitam S. Dunſtani* Cantuarienſis Archiep. ante *Oſbernum* conſcripſit A. circiter 1000. quam ejuſd. Eccleſiæ Archiepiſcopo S. *Elphego* nuncupavit, & in XII. Lectiones ad matutinum recitandas diſtinxit, eſtque quaſi Compendium illius quam à *Bridferthe* ſcriptam ediderunt *Bollandiſte* in *Act. Sanct.* Tom. IV. Maii p. 345. Præfatur *Adalardus* in opere ſuo *Reſponſoria Lectionibus ſua & Lectiones reſpondere Reſponſoriis ſuis*. Reſponſoria habentur in Cod. MS. Biblioth. Lamberh. ex quo Epiſtolam dedicatoriam *Adalardi* ad *Elphegum* edidit *Henr. Wharton* Tom. II. Angliæ Sacræ *pag.* 148. Extat autem *Vita* quam diximus in Biblioth. Cotton. ſub effigie Ner. *Lit. C. Cod.* 7. *num. II.* teſte *Caſim. Oudino* Tom. II. *de Script. Eccleſiaſt.* p. 522.

ADAMANNUS ſeu ADAMNANUS, qui & *Baleo* (Cent. XIV. p. 107.) ADAMANNUS COLUDIUS vocatur, gente Scoto-Hybernus, Monachus & Presbyter, defuncto *Failbeo* A. 679. in regimine Cœnobii Hyenſis ſucceſſit. Vir in divinis Scripturis (*Trithemio* judice, *cap.* 237.) valdè ſtudioſus & eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus & dulcis eloquio, vitæ & converſatione præclarus, non ſine opinione ſanctitatis. pater multorum Monachorum fuit. Anno 701. ad *Aldfridum* Northumbrorum Regem legatus à gente ſuâ miſſus Romanum Paſchatis celebrandi inſtitutum in Angliâ didicit & approbavit; idque à ſuis domum obſervari fruſtra ſategit. Deinde in Hiberniam trajectus, plurimos quin & pene omnes ad Anglicanam conſuetudinem Paſchatis celebrandi adduxit. Tandem Hyam reverſus, cùm iterum Monachis ſuis Romanæ Eccleſiæ ritum irrito labore commendaſſet, ante annum exactum è vita migravit die 23. Octobris Anno 704. ætatis ſuæ 70. vel ut alii, 80. Edidit

1. *De Vita Sancti Columbæ* ſeu *Columbani* (*a*) *libros* III. qui extant apud *Canisium* Tom. V. par. II. pag. 562. edit. vet. & apud *Surium* IX. Junii.

2. *De Locis Terræ Sanctæ libros* III. quos ex ore *Arculphi* Galliarum Epiſcopi e Palæſtina reducis excepit. Eos primus edidit *Serarius* (*b*) Ingolſtad. 1619. deinde *Joannes Mabillon.* Sæc. Benedict. III. *Par. II. p.* 502. Scripſiſſe etiam dicitus Adamannus

3. *Librum de Paſchate legitimo*, &

4. *Canones* quoſdam de quibus vide *Waræum* de Script. *l.* 1. *c.* 3. *p.* 35.

Ejus præterea extant *Epiſtola* in *Syllog. Veterum Epiſtolarum Hibernicarum*, quas collegit, ac vulgavit *Jac. Uſſerius* Dublini A. 1632.

Obſervat *Jac. Baſnagius* (*c*) genuinum illius nomen eſſe *Adamnanum*, licèt *Adamandus* quoque, & *Adomnanus* quibusdam dicatur: ac diſtinguendum eſſe ab alio *Adamano*, qui vixit Monachus in Cœnobio Coludienſi. Fabulas autem in opere *de Locis Sanctis* legi plurimas, vel unico quod adfert exemplo manifeſtum eſt. * De *Adamnano* præter infra citatos vid. *Sigebert.* cap. 64. *Anonymus Mellic.* cap. 29. *Voſſius* de Hiſt. Lat. *Lib. II. cap.* 27. Ejus autem Vitam à Ven. *Beda* deſcriptam dedit *Bollandus* in *Act. Sanct.* ad d. 31. Januar.

(*a*) Obiit ille A. 598.

(*b*) Cave *Hiſt. Liter.* p. 380 *Gretſerum* verò ſecutus *Oudinus* Tom. I. c. 1666. & *Joh. Alb. Fabricius* in notis ad *I* [illegible] ubi [illegible] Prolegomenum [illegible] a *Labbeo* Tom. I. [illegible] MSS. p. 667. & ex *Adamanno* excerptum *Bedæ* librum *de ſitu Jeruſalem & locorum ſanctorum.*

(*c*) Vid. apud *Caniſium* cujus edit. ult. Amſtelod. A. 1725. procuravit *Tom. I. p.* 674. *Vit.* [illegible] 672 ubi extant libri de *S. Columba.*

ADAMANTIUS Florentinus, Auguſtinianus, linguarum Orientalium adeo peritus fuit, ut Hebraicam Græcamque illi fuiſſe non minus familiarem quam Italicam linguam tradat ejus Panegyriſta. Concilio Tridentino interfuit ut pagorum in Helvetia Catholicorum Legatus, ibique multam ſibi peperit famam. Eum Romam advocavit S. P. *Gregorius* XIII. qui *Talmudem* emendaret & verteret; verum huic operi inſudans obiit A. 1560. d. 15. Jan. ut notat *Corn. Curtius* in Elogiis Vir. illuſt. Ord. Eremit. S. Auguſt.

Hujus autem Romæ extare in Bibl. Neophyt.

Cenſura in *Commentaria Radak & Ralbag*, docet *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* 596.

ADAMARIUS (*Joannes*) Lorinchius ſeu Lorichius, clarus A. 1548. ſcripſit, teſte *Jac. Le Long* p. 596. & *Sixt. Senenſ.* p. 257.

Sapientiam Syracidæ metrica paraphraſi illuſtratam.

ADAMI (*Annibal*) gente Italus, patriam habuit Picenum in Marchia Anconitana, ubi natus A. 1626. Jeſuitis A. 1641. ſeſe accinxit, apud quos humaniores literas ac Rethoricam per plures annos, Græcaſque literas in Collegio Romano publicè docuit. Romæ & alibi per aliquod tempus Conciones habuit. Poëtica & alia quædam de eo habentur opuſcula: *Oratio* ejus in funere *Franciſci* Vindocinenſis, Ducis Belfortii, edita eſt *Romæ*, A. 1669. fol. Latinè item vertit *Sperelli* Epiſc. Gabrenſis opus cui tit. *Epiſcopus*: Ibid. 1670. fol. * *Moreri*. Diction. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 546. *n.* 10357.

ADAMITÆ ſeu ADAMIANI, Hæretici Sec. II. Auctorem habebant *Prodicum, Carpocratis* diſcipulum. *Adamitarum* nomen ſumpſere, *Adami* innocentiam habere ſe dicentes, cujus nuditatem in ſua Eccleſia, quam Paradiſum vocabant, imitabantur. Præcipuum apud illos dogma communitas erat fœminarum. Continentes vi-

vebant aut vivere ſimulabant, & in ſolitudine, matrimonium damnantes; cùmque ipſorum aliquis in quædam crimina laberetur, *Adamum* dicebant vetitum fructum comediſſe, eumque è Paradiſo, ſuo ſcilicet cœtu, ejiciebant. Hæreſis iſta, quam a *Simone* mago XXXI am numerat *Sirmondus* (a) à Flandro quodam, *Picardo* nomine, Sec. XV. renovata eſt in Bohemia. Sectatores in Polonia & Anglia inveniri, noviqùe Adamitæ cœtus ſuos noctu celebrare dicuntur, & religioſè verba illa ſervare: *Jura, perjura, ſecretum, prodere noli.* Anabaptiſtæ nonnulli in Adamitarum ſcelera lapſi dicuntur. * D. *Aug. Calmet* Dict. Bibl. *p.* 91. Vid. plura apud *Baylium* in Dict. Hiſt. Cit.

(a) Vid. lib. cui tit. *Prædeſtinatus*; edit. 2. 1645. 8 p. 31.

ADAMS (*Thomas*) Anglus, claruit circa A. 1624.

Scripta *Anglica*:

1. *Concio in Iſaiam XXI.* 11. 12. Lond. 1612. 4.

2. *Concio in Matth. XIII.* 33. *&* *XXI.* 28. ibid. 1615. 4.

3. *Commentarius in Epiſtolam* II. *S. Petri*: ibid. 1629. & 1633. fol. 2. Voll. Haſniæ, 1700. in 4. *Germanicè.*

4. *In Symbolum Apoſt.* 1630. fol.

* *Lippen.* Bibl. Theol. Tom. I. p. 623. Tom. II. p. 799. *Le Long* p. 596.

ADAMS (*Gulielmus*) Anglus, M. E. A. Stauntonenſis in Comitatu Herfordienſi Rector, Anglicè ſcripſit Sec. XVIII. Conciones XV. hoc titulo:

Fifteen Diſcourſes occaſionally deliverd before the Univerſity of Oxford, by William Adams &c. *publiſhed by* Henri Sacheverell, D. D. *h. e.*

Sermones XV. quos occaſione datâ habuit in Univerſitate Oxonienſ. Gulı. Adams; *per* Henricum Sacheverell *Theol. Doct.* publicati. *Londini*, apud Henr. Clements, 1716. in 8. & *Amſtelod.* apud Dav. Mortier. Anglicum regimen obvii aliquot in iis loci, inquit Autor *Novell. Reip. Liter.* (A. 1716. p. 675. &c.) ſpectare videntur: pietatem quoad cætera plenè redolent. Quæ Anglicanis Prædicatoribus eſt methodus, hanc ferè inſequitur Noſter, qui tamen Textui propius, quàm vulgò ſolent, adhærere videtur. Hoc autem et proprium obſervamus, quod in cogitatis exprimendis, ipſis, quantum in eo eſt, Scripturæ S. verbis utatur, ſive locis quos allegat, ſenſum proprium tribuens, ſive etiam aliquando eaſdem per allegorias citans.

Sermonum autem hi ſunt Textus:

I. Ad I. Corinth. I. 23. *Chriſtum crucifixum prædicamus.*

II. Ad I. Corinth. XV. 55-57. *Reſurrectio mortis & peccati victrix.*

III. Ad Evang. S. Joan. XX. 27. 28. *Infidelitas victa in exemplo S. Thomæ.*

IV. Ad I. Timoth. I. 13. *verſiculi pars prior*: Acerbè hic invehit Autor in eos qui ab Eccleſia Anglicana receſſum fecerunt, quorum quampluribus crimini vertit, quod nec Incarnationi, nec duarum in Chriſto naturarum Unioni, nec ejus ſatisfactioni credant.

V. & VI. Ad Philipp. II. 12. *de quibus infra.*

VII. Ad Galat. I. 10. *Hominibus arridendi deſiderium cum Religione non convenit.*

VIII. *Periculum ac ſtultitia in eâ agendi ratione*: ad eund.

IX. & X. Ad Matth. IV. 7. verſiculi pars ultima. *Variæ, quibus tentatur Deus, viæ; in eoque tentando peccatum, inſania, periculum.*

XI. & XII. Ad I. Corinth. XVI. 22. *Amoris in Chriſtum neceſſitas ſtabilita, & atrox in eo non diligendo crimen.*

XIII. Ad Eccleſiaſten VII. 29. *Hominis ante lapſum ſtatus.*

XIV. Ad eund. *Hominis poſt lapſum ſtatus.*

XV. Ad Evang. S. Jo. XIV. 16. *Spiritus S. divinum officium & œconomia.*

En Auctoris conſilium in Serm. V. & VI. quibus textus. *Salutem veſtram cum timore ac tremore operam date.* Demonſtratâ horum verborum cum præcedentibus, ab initio capitis, conjunctione, officium in hiſce, eoque fungendi modus contineri ait: in quibus conſtet illud, ac implendi neceſſitatem oſtendit. Hæc materia I. Sermonis. In II. Autor explicat quo modo *ſalutem cum timore & tremore conficimus*, & quaſdam in hanc doctrinam objectiones diluit. *Timoris* & *tremoris* hujus naturam ſcrutatur, eorumque in operandâ ſalute neceſſitatem demonſtrat. * Vid. plura loc. cit.

ADAMUS primus omnium parens, hoc nomine dicitur, *rufum* apud Hebræos ſignificante, à ſubrubræ terræ colore, ex quâ conditus eſt. *Adam* ſignificat etiam hominem genericè. Formato ex limo terræ *Adamo* ad ſui ſimilitudinem DEUS inſpiravit ſpiritum vitæ; cui & in omnia terræ animantia imperium contulit, illique benedixit. Tum poſito *Adamo* in amœniſſimo horto, ut illum coleret, & illius fructibus veſceretur, DEUS imperavit, ut ex omnibus Paradiſi fructibus comedens, a fructu arboris ſcientiæ boni & mali abſtineret, mortem etiam minitans, ſi juſſa violaret.

Paulò poſt ductis à DEO omnibus terræ animantibus, & Cœli volucribus ad *Adam*, ut nomina convenientia ſingulis imponeret, *Adam* proprium, & præcipuas ſingulorum dotes explicans nomen impoſuit. Cum autem omnia animalia bina eſſent creata, mas & fœmina, ſimile adjutorium *Adamo* creare decernens DEUS, immiſſo in hominem ſopore, unam ex illius coſtis aſſumpſit, ex quâ fœminam efformavit, quam *Adamo* in uxorem dedit, eamque ille *Evam* appellavit, *viviſicam* ſcilicet, ſeu *viventem*, aut *viventium matrem.* Uterque autem cùm nudi eſſent, non erubeſcebant. Verùm *Eva* vetitum fructum guſtui optimum, viſuque gratiſſimum intuita, divulſum deinde ex arbore comedit, viroque præbuit, qui & ipſe guſtavit. Statimque apertis eorum oculis, ſe nudos eſſe percepere, conſutiſque ficûs foliis nuditatem operuerunt. Cumque Dominum, occidente jam Sole, in Paradiſo deambulantem audiſſent, in denſiſſimâ arborum ab ipſius conſpectu diffugerunt. Compellanti verò *Adamum* Domino, ille ſe ob ſuam nuditatem fugiſſe reſpondit. Tunc Dominus: ex quo te nudum eſſe didiciſti? Deguſtatus à te, quem vetueram, fructus edocuit. Cauſanti verò uxorem *Adamo*, Dominus mulieri dixit, cur hoc feciſſet? Quæ ſerpentis fraudem accuſavit. Tum Dominus ſerpenti maledixit, indeque ad fœminam verſus, tuos, inquit, impoſterum partus doloribus cumulabo, tibique vir dominabitur. Ad *Adam* vero, quòd, ait, uxori obtemperaris, vetitumque fructum comederis, propter te maledicta erit terra, cibumque tibi elaboratum miniſtrabit; tribulos, & ſpinas producet tibi, herbaſque terræ comedes. Panem ſudore conficies, donec in tellurem regrediaris, ex qua ſumptus es; pulvis enim es, & in pulverem reverteris.

Tunc Dominus *Adamo* & *Evæ* tunicas ad nuda corporis contegenda compoſuit, ipſoſque induit, atque è Paradiſo voluptatis ejecit, in quo quamdiu morati ſint, incertum; diviſis in varias ſententias Interpretibus: Alii aliquot annos, alii plures dies, alii aliquot horas aſſerunt.

Tres tantùm *Adami* filios Scriptura memorat, *Cain, Abel* & *Seth*, nec ullam ei filiam tribuit: *Moyſes* verò dubium ſolvit, cùm filios & filias genuiſſe aſſerat. Obiit *Adam* annos natus 930. ante C. 3070.

Innumeras ſuper illo quæſtiones excitarunt Interpretes. Nulla profectò hiſtoria curioſis adeo, & quas operæ pretium ſit recenſere, quæſtionibus ſcatet, quarum nonnullas hîc examinabimus.

Serpentem qui *Evam* tentavit Dæmonem eſſe contendunt, qui anguis formam, ut tentaret, induit; at cujus anguis? Alii putant, ſerpentem tunc temporis ſermonis uſu præditum, & cum muliere familiariter loquutum fuiſſe, eâ nihil diffidente; ipſoque ſermonis uſu à DEO privatum, quod *Eva* ſimplicitate abuſus ſit. Aliis placet Dæmonem in ſerpentis figuram

figuram transformatum, ſub hac forma cum *Evâ* ſermonem habuiſſe. Alii arbitrantur verum ſerpentem ex eo fructu comediſſe, ex quo *Eva* tum fructum illum comedi poſſe argueret. Hanc ſimplicem actionem, inquiunt, *Moyſes* ſub allegoriâ ſerpentis *Evam* alloquentis enarravit.

Cajetanus in totâ *Moyſis* narratione fictum quemdam dialogum ſerpentem inter, & mulierem agnoſcit; quo internæ Diaboli ſuggeſtiones, infirmuſque adverſus illas mulieris animus depingerentur. Volunt alii ſerpentis verba fuiſſe illius ſibilum, ex quo *Eva*, omnium animalium voces noſcens, quid ſibi vellet, intellexit. *Liranus* quorumdam opinionem refert, qui ſerpentem puellæ formoſæ figuram induiſſe arbitrabantur, ut *Evam* deciperet. Certum eſt *Ophitas* ſeu *Serpentarios* credidiſſe, tentatorem illum anguem fuiſſe Chriſtum Dominum; nutrientes idcirco anguem, qui ad Sacerdotum verba ſuper ipſorum altaria irrepens, oblata lambebat, inde in caveam ſuam regrediebatur. Poſt quæ Sacerdotes ad Altare accedentes, Sacramentum participabant, arbitrari Chriſtum Dominum ſub ſerpentis illius forma illud ſanctificaſſe. Iiſdem hæreticis certum erat, authoribus *Tertulliano* de Præſcript. *c.* 47. & *S. Epiphan.* de hæreſ. 37. tentatorem anguem Virtutem quandam fuiſſe, à *Saldabaoth* ſub Serpentis figura productam, ut DEO JEHOVAH injuriam inferret, qui homini prius vermi, greſſum conceſſit. Rabbini quidam opinantur, Dæmoniorum Principem *Sammael*, Evam tentaſſe, Serpenti eidem, Cameli magnitudine deformi, inſidentem.

Quæritur quæ vetiti fructûs natura, quæve illum producens arbor foret. Nonnulli Rabbini putant, vitem fuiſſe, alii frumentum. *Theodorus* a *Theodoreto* relatus, S. *Iſidorus Peluſiota*, & *Procopius* ficum fuiſſe docent, eo indicio, quod *Adam* ſcilicet, & *Eva* ſtatim poſt peccatum ficulneis foliis ſe operuerunt. Alii ceraſum fuiſſe volunt; Latinorum plerique malum aſſerunt. Cæterùm de hoc nihil certum reperirii fatendum eſt, cum *Moyſes* de quæſitæ arboris naturâ nihil narret.

Plurium Judæorum Scriptorum commentum eſt, virum & mulierem ſimul creatos, & humeris adinvicem junctos, quatuor manibus, pedibuſque, duobus capitibus prædictos, omnia ſimiles, præter ſexum, altoque ſomno ſopitos, à Deo ſeparatos, duoſque ex uno effectos. *Eugubinus* in *Coſmopœiâ* non humeris, ſed latere junctos vult; ita ut Deus, juxta Scripturam, fœminam ex *Ada* latere eduxerit. *Moyſes* tamen non eductam, ſed formatam ex *Ada* coſta mulierem narrat.

Plures de menſura, & pulchritudine *Adami* evulgatæ ſunt fabulæ. Pulcherrimum enim hominem alii aſſerunt, Deumque ut illum efformaret, formoſiſſimi humani corporis ſpeciem induiſſe, ad cujus exemplar *Adamum* condiderit, ex quo juxta ſonum literæ impleretur, *Adamum* ad imaginem & ſimilitudinem DEI procreatum.

Alii gigantum omnium, qui unquam fuerint, maximum fuiſſe autumant; iis freti Vulgatæ verbis *Joſ.* 14. ultim. *Adam maximus inter Enachim, ibi* (Hebrone) *ſitus eſt.* Docent Rabbini primum hominem mirabili adeo magnitudine præditum, ut ambo mundi confinia contingeret. DEO tamen, poſt peccatum, manum ſuper ipſum comprimente, ad centum ulnarum menſuram redactum. Apud aliquos 900. cubitorum altitudinem obtinebat, dicuntque petentibus Angelis, de priſtina illius altitudine perterritis, inter hos fines reſtrictum.

De *Adami* ſalute plurimùm in Eccleſiâ diſceptatum; *Tatiano* & *Encratitis* ejus damnationem propugnantibus; quæ tamen opinio ab Eccleſiâ damnata eſt. Author Libri *Sapientiæ* X. 2. dicit *Adamum* è ſuo crimine à DEO eductum: *Cuſtodivit, & eduxit illum à delicto ſuo.* Patres, & Rabbini illum ſerio delicti ſui pœnituiſſe aſſerunt. Sunt qui doceant *Adamum* & *Evam* centum annis poſt peccatum continentiam ſervaſſe: alii verò triginta, alii quindecim annorum continentiam ſcribunt. Primorum Parentum ſepulchrum ignoratur. Veteres aliqui in *Hebron* ſepultus crediderunt, iis freti *Joſuæ* verbis jam relatis: *Nomen* Hebron *ante vocabatur* Cariath-Arbe. *Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt.* Textus tamen Hebraicus alio modo explicatur: *Vetus nomen* Hebronis *erat* Cariath-Arbe. *Homo hic* (Arbe) *erat maximus*, ſeu Pater *Enachim*. Plures alii *Adamum* in *Calvario* ſepultum putant, quæ opinio hucuſque invaluit. In Calvario ſacellum viſitur *Adamo* ſacrum: de quâ tamen ſententiâ *S. Hieronymus* in *Matth.* XXVII. ait: *Favorabilis opinio, & mulcens aurem populi, nec tamen vera.*

Varia autem Adamus, ſi Judæis & aliis Orientis gentibus credimus, exaravit ſcripta, quorum notitiam pleniſſimam debemus eruditiſſ. *Joh. Alb. Fabricio* in *Codice Pſeudepigr. Vet. Teſt.* Tribui enim ei obſervat Vir ille Magnus

1. *Literarum inventionem*, ſive *Alphabetum Hebraicum.*

2. *Commentarium de Nominibus Animantium.*

3. *Librum de terra culturâ.*

4. *Librum Generationum.* Aiebant *DEUM* compoſuiſſe librum *de intercalatione anni*, eumque *Adamo* tradidiſſe, *Adamum* verò *Enocho*, Enochum *Noacho*, *Noachum* denique *Semo*. Vocari ille alias ſolet *liber Enochi.* Vid. Lib. *Zohar* p. 37. col. 2.

5. *Apocalypſin.* Vide *Epiphanium* in hæreſ. Gnoſticorum XXXI. 8.

6. *Pſalmum XCII.* Bartolocc. *T. I. p.* 80. *T. II. p.* 215.

7. *Pſalmos duos* alios *Evæ* & *Adami* nominibus inſcriptos, quos ex *Jo. Euſeb. Nierembergii* Lib. II. de Orig. S. Script. *c. XIII.* exhibuit *Fabricius* p. 2e. l. c.

8. *Librum Raſiel*, quem *Adamo* ab Angelo *Raſiel* traditum nugantur. Iſte liber prodiit ſub titulo *Hic eſt liber Adami primi, quem ei dedit Raſiel Angelus.* Amſtelod. 4. A. 170e.

Diſtinguunt librum illum in *Magnum*, qui eſt juxta Cl. *Wolſ.* Bibl. Heb. *Tom. I.* p. eet. illa libri pars, quæ in edito Codice uſque ad p. 34 vocatur *Sepher Raſiel haggadôl*, qui *Adamo* traditus fingitur; quam deinceps ſequitur uſque ad finem i. *e.* p. 45. *Sepher Raſiel* qui *Noacho* ab Angelo dicitur datus. Ideam ejus ex Bibl. Rabb. *Buxtorfii* repræſentat *Hottingerus* in *Bibl. Oriental.* p. 33. Dicit *librum duplicem eſſe, utrumque Cabbaliſticum, & Magicum, continentem nomina Angelorum, & Spirituum variorum, docentem quomodo tam boni, quàm mali ſint conciliandi, quomodo cum Sole & Lunâ loquendum; quomodo morbi procreandi, iidemque iterum curandi, civitates evertendæ, terræ motus excitandi: monſtrat etiam vires herbarum, gemmarum, piſcium, avium, quadrupedum, lignorum, florum; continet artem vaticinandi, & ex aſtris prædicendi: videndum exhibet baculum Moſis, characteribus inſignitum, quorum virtute ſigna & miracula ediderit, item Characterum concurſum, quem Magi* Almandel Salomonis *vocant, de quibus inter alia hæc expreſſe habet;* „*Si ſcripſeris* Almandel Salomonis *&c. mira poteris ex*„*petere de mirâ incarnatione Meſſiæ, de quâ ſi ſæpiùs in*„*terrogationem inſtitueris, gratus & acceptus eris ſuperis & inferis.*„ Vid. *Bartolocc.* T. III. *Plantavitium* n. 642. *Jo. Andr. Eiſenmengerum* in Indice Scriptorum, *Judaiſmo detecto* præmiſſo, & *p.* 675. &c. *Menachemum Rekanatenſem* f. 25. qui ſcribit, librum quemdam cœleſtis ſapientiæ plenum à Domino traditum fuiſſe primo *Adamo*, quem ſecum è paradiſo aſportare volens, ereptum ſibi & in Cœlum ſubductum ſenſerit, precibus verò ſuis recuperarit, eâ quidem conditione, ut ad poſteros transferret. Vid. & *Iſraelis* Ben. *R. Moſe* Diſput. Cabbaliſt. de animâ *p.* 5. *Joh. Volſrii* notas *p.* 217. *Jac. Gaffarellum* in Curioſit. inaudit. Putat Cl. *Wolfius* librum hunc *Raſiel* occaſionem dediſſe factioni *Sabæorum Mandaitarum*, qui & *Chriſtiani S. Joannis* appellantur: hi enim de libro quodam *A-*

ni.. ri gloriati ſunt. Vid. *Epiſt. Huntingtonianas* à *Thomâ Smitho* editas *p.* 84.

9. Tribuitur ipſi quoque liber *Jetſira*, quem plerique Judæi *Abrahamo* adſcribunt.

10. Ex *Compendio Theol. Muhammed.* à Cl. *Hadr. Relando* edito *p.* 73. patet libros 10. divinitùs *Adamo* datos fingere Muhammedanos.

11. Item *de Chryſopœiâ*.

Dicunt Arabes (*a*) *Adamum* vicenos libros è Cœlo lapſos accepiſſe, quibus plures Leges, plura promiſſa & vaticinia continebantur.

Adamum prædixiſſe, mundum aqua igneque ruiturum, docet *Baleus* Cent. X. p. 2. ex *Jac. Parei* Chronico.

Extat in Biblioth. Cæſar. Vindob. *Cod. CCX.* (*b*) *n.* 41. Anonymi *narratio Apocrypha & fabuloſa de Adamo & Eva*, quæ falsò attribuitur *Moyſi*, ac ſi ea juſſu Dei per Michaelem Archangelum tempore legiſlationis divinæ in monte Sinai illi fuerit revelata. *Adami* vitam Italicè conſcripſit *Loredanus*, Gallicè verſam & *Pariſiis* editam A. 1695. in 12. (*c*) Epitaphium verò Hiſpanicè dedit D. *Gabr. Alvarez de Toledo* (*d*) in ſuâ *Eccleſia & mundi Hiſtoriâ*.

* Qui plura de illo velit adeat *Nat. Alexandri* Hiſt. Eccleſ. Tom. I. *D. Aug. Calmet* Dict. S. Script. *Bartoloci.* Tom. I. p. 64. & alibi: *Rechenberg.* Hiero-Lexicon Sacr. *Acta Lipſ.* paſſim: *Hilſcheri* de Reliquiis Adami, Protoplaſti, Epiſtolam & Schediaſma de Bibliotheca Adami: *Bałi* Dict. Hiſt. Crit. ubi curioſa plura de illo recenſet.

(*a*) Vid. *Hottinger.* Hiſt. Orient. *p.* 22.
(*b*) Vid. *Lib. V.* Bib Cæſar. Vindob. *Pet. Lambecii.*
(*c*) *Diar. Erudit.* A. 1695. p. 745. (*d*) *ibid.* A. 1714. p. 534

ADAMUS Alderſpacenſis Monaſterii in Bavaria Religioſus, S. Theol. Doctor eximius, floruiſſe dicitur circa A. C. 1250. & ſcripſiſſe verſibus hexametris

Univerſalem Theologiam moralem: quod opus ſervatur *Alderſpachii*: Hoc plurimum commendat R. D. *Caramuel* (*a*) tanquam quod priſci & noſtri ſeculi ſummam harmoniam publicè demonſtrat, diſſonantias interim debitis locis admittens, aure conſultâ, ad majorem commendationem artis.

* *De Viſch* Bibl. Ciſterc. *p.* 1.

(*a*) *Theol. Regul.* Epiſt dedicat. *Part. I.* edit. Francof. A. 1646.

ADAMUS (*Andreas*) Lales, Bononienſis, inter Arcades dictus *Cirtile Piſeo*, Capellæ Pontificiæ Præfectus, ac Sæ Mariæ majoris Beneficiatus, hoc Seculo foras dedit Italicè

Oſſervazioni per ben regolare il Coro de' i Cantori della Cappella Pontificia tanto nelle funzioni ordinarie, che ſtraordinarie: id eſt *Obſervationes ad recte dirigendum Chorum Cantorum Capellæ Pontificiæ* &c. Romæ, apud Ant. de Roſſi, 1711. in 4.

Subjecit Auroi Cantorum Pontificiorum à *Paulo* III. Catalogum, cum Iconibus aliquot. * *Diar. Italic.* Tom. V. p. 411.

ADAMUS *Anglicus* ſeu *Brito*, Canon. Regul. Sti Victor. Theol. Pariſ. de quo haberi teſtatur *Jac. Le Long* Bibl. Sac. p. 596.

1. *Expoſitio ſuper omnes Prologor Bibliorum.* Bibl. S. Vict. cod. 60. 629. Bibl. M. Fr. Foucault.
2. *Expoſitio ſuper Cantica.* Bibl. Sorb. plut. 1. rad. 4.
3. *Super Epiſtolam ad Hebraeos.* Bibl. Can. Regul. in Valle S. Mart. * *Sanderus* part. 1. pag. 204. *Bibl. Belg.*

ADAMUS *Barkingenſis* inter Clarofontanos ſive Shirburnenſes Benedictinæ familiæ Monachos (*a*) famam ab eruditione, quam, teſte *Lelando*, mirificè excoluit, non tenuem tum demum comparavit: cujus argumentum evidens eſſe poterit, quòd plebem ſacris addocuerit concionibus; & quòd vacillantem in multis fidem eloquentia firmaverit, ac Scripturæ divinæ ſoliditate corroboraverit: Unde & enata eſt ei tandem cura ſcribendi opus, ut illa judicavit ætas, non indoctum, quod & *Joanni* Canon. Sariſburienſi dedicavit, Commentarios ſcilicet

1. *Super IV. Evangelia* Lib. 4.
2. *De utraque Chriſti natura* Lib. 1.
3. *De ſerie ſex ætatum* Lib. 1.
4. *Rhythmos & carmina* Lib. 1.
5. *Sermones quoque plures* Lib. 1.
6. *Poſtillas breves ſuper Vet. & Nov. Teſtam.* MSS. Cantabrig. in Collegio S. Benedicti, Cod. 91. (*b*)

Et alia tam ſoluta oratione quàm verſu. Claruit autem circa A. 1216.

* Baleus *Cent. III. p.* 263.

(*a*) *Ciſtercienſis dicitur apud* Moretium *p.* 86.
(*b*) *Oudin.* Tom. III. *de ſcript. Eccleſiaſt.* col. 8.

ADAMUS *Carthuſianus*, gente Anglus, claruit A. 1340. ſcripſitque

1. *Vitam S. Hugonis, Epiſc. Lincolnienſis.*
2. *De patientia tribulationum.*
3. *De ſumptione S. Euchariſtia.*
4. *Scalam Cœli attingendi.*

Huic præterea tribuit *Morotius* (*a*) *Soliloquium de Inſtitutione animæ*: quod *Adamo* Præmonſtratenſi poſt *Caſim. Oudinum* (*b*) vindicamus. Noſtri meminit quoque *Ger. Joan. Voſſius* de Hiſt. Lat. *Lib. II. p.* 516.

(*a*) *Theatr. Carthuſ.* ad A. 1340. p. 73.
(*b*) *de Script. Eccleſ.* Tom II. c. 1545.

ADAMUS, *Cathaneſius* à Provinciâ, quam Epiſcopus rexit, vocatus, Abbas primum Mailroſenſis, deinde Epiſcopus, quod more veteri decimas exigeret, à furente plebe domi comprehenſus, in propriâ culinâ exuſtus eſt. Sed hanc immanitatem, ortis adimgentis ſupplicio affectis, filiis eorum ex ectis, vindicavit Rex *Alexander* II. Comite regionis, quod laboranti non ſuccurrerit, nobilitatis gradu dejecto. Quare *Cœleſtinus* IV. PP. per Epiſtolam gratias ei egit, quòd Eccleſiaſticam dignitatem tam egregie propugnaſſet, miſſo *Ægidio* Legato. Extinctus eſt A. 1255. (dicunt alii 1222.) Paſſus eſt Dominicâ infra octavam Nativ. B. Mariæ: Scripſit autem

1. *Epiſtol. ad Alexandrum Papam* Lib. 1.
2. *Excerpta Biblia* Lib. 1.
3. *Epiſtol. ad Regem, contra Comitem de Cathenes* Lib. 1. & alia apud *Car. De Viſch* Bibl. Ciſterc. *p.* 2.

ADAMUS *Ciſtercienſis* Abbas *Loci-Regii* (de Royallieu,) in Anglia, S. Theol. Doct. Oxonienſis, clarus circa A. 1368. vir fuit multiplici rerum omnium cognitione præditus, eoque nomine, per univerſam Angliam & Scotiam viris doctrina celeberrimis notus & familiaris: unde ad *Waltherum* Priorem, & fratres Eccleſiæ Sti Andreæ in Scotia, ſcripſit, ſi fides *Car. de Viſch* Bibl. Ciſt. *p.* 3.

1. *Dialogum inſignem rationis & animæ*, ſeu *Soliloquium pro animæ inſtitutione*; Librum hunc *Adamo* cuidam Anglo tribuit *Morotius* (*a*) verùm pertinere videtur ex *Caſ. Oudino* (*b*) *Adamo* Ord. Præmonſtr. gente Scoto, de quo nos infra.

Scripſit item noſter ad *Sim. Langhamum* Archiep. Cantuar.

2. Librum *de cavendo ab hæreſi & hæreticis, maximè Wicleſtiis*: qui incipit *Venerabiliſſ. in Chriſto Patri* &c.
3. Lib. *pro Ordine Monaſtico*, ad eundem.
4. *Defenſorium exemptorum.*
5. *Epiſtolarum ad diverſos* Lib. 1.

Aliaque id genus nonnulla compoſuit, quorum tituli in lucem non venerunt, ut inquit *Baleus* Cent. VI. p. 470.

(*a*) *Theatr. Carthuſ.* p. 73. ad A. 1340.
(*b*) *de Script. Eccleſ.* Tom. II. c. 1545.

ADAMUS *Senior* vulgò cognominatus, Ord. Ciſtercienſis, Cœnobii Killocenſis in Scotia Monachus, edidit

1. *Stre-*

1. *Stromа*, ſeu *Conciones Capitulares*, Religioſis omnibus utiliſſimas, edit. *Pariſiis*, apud Math. Davidem, 1558. in 4.

2. *Conciones* ejus *de Tempore & de Sanctis* in Monaſterio Nucalenſi aſſervari, teſtis eſt poſt alios *Car. De Viſch* p. 4. 5.

ADAMUS *Colonienſis* à patria & profeſſione dictus, Ord. FF.Prædic. claruit ad annum circiter 1355. juxta alios, vel 1370. juxta *Razzium*, & ſcripſit

In quatuor ſententiarum libros: teſte P. *Echard.* (Tom. I. p. 734.) qui tamen, an inter ſuos admittendus, dubitat.

ADAMUS *de Corlanden*, Beatæ Mariæ Laudunenſis Canonicus & Decanus, *Michaelis* Senon. Archiepiſcopi diſcipulus, claruit ab A. circiter 1190. uſque ad A. 1226. quo mortuus, in capitulo S. *Martini* Laudun. conditus eſt ſub marmore cum Epitaphio. Hic vir ſanguine ac moribus nobilis extitit, ſcientia literarum inſignis, in vico quodam Comitatûs Roſſiaci, Fiſmenſi urbi contermino natus: in qua ſeptem præbendas fundavit ea lege, ut ſi quando illic Canonici perſiſtere non poſſent, earum reditus Eccleſia Laudunenſis poſſideret. Factus autem Laudunenſis Eccleſiæ Decanus A. circiter 1194. vel 1195. unde A. ſequenti 1196. iniit ſocietatem precum cum Abbate & Cœnobitis S. *Vincentii* Laudunenſis, Ord. S. Bened.

Conſcripſit ad Canonicorum ſuorum & Eccleſiæ utilitatem Librum cui titulus

1. *Ordinarius Eccleſiæ*, ſive *Ordo divini officii in Eccleſia Laudunenſi*, in quo quæ obſervanda ſunt feſtis diebus atque potiſſimis anni feſtivitatibus & ſolemnitatibus in Eccleſia Laudunenſi, præſcribuntur: quod opus multis ritibus illuſtratum recentioribus, rerum extranearum immenſa mole farragine potius) aggravatum, edidit Pariſiis *Ant. Bellotus*, Laudunenſis ejuſd. Eccleſiæ Decanus, A. 1662. *fol.* 2. *voll.*

Scripſit præterea inter annum 1194. & 1200.

2. *Varias quæſtionum in Sac. Scripturam Solutiones*, quas dicto *Michaeli* Archiepiſcopo dicavit, MSS. tribus *in fol.* Volum. in Biblioth. Abbatiæ Cuiſtiacenſis, Ord. Præmonſtr. in Diœceſi Laudunenſi. Prologus incipit *Frange eſurienti panem tuum* &c. *Pater reverende*, *ratio conſulit*, *utilitas ſuggerit*, *neceſſitas cogit* &c.

Quæ autem deſunt ex uno volumine quod mutilum eſt, ex altero Opus integrum continente ſuppleri poſſunt: Opera enim quædam illic bis MSta ſunt: Extant quoque in Biblioth. Igniacenſi, Ord. Ciſterc. Diœceſis Remenſis. Interim occaſione *Adam. de Corlandon* tempeſtas grandis adverit, quæ Eccleſiarum Cathedralium Remenſis provinciæ Capitula mirum in modum exercuit, quam latius deſcribit, & literas hac occaſione datas, legendas præbet *Oudinus* Tom. II. *de Script. Eccleſ.* c. 1702. ad 1707.

ADAMUS (*Cornelius*) Calviniſta, V. D. Miniſter Damonenſis & Schol. Rect. ſcripſit Sec. XVIII. opera duo, quorum

1. *Obſervationes Theologico-Philologicæ*, *quibus plurima S. Codicis*, *Novi præſertim Fœderis loca ex moribus & ritibus diverſarum gentium illuſtrantur*. Groningæ, ex officina Joan. a Velſen, 1710. in 4.

Cap. I. quod introductionis fere loco eſſe juſſit Autor, oſtendit magnam ex gentium conſuetudinibus, cum Sacro Codice rite comparatis, utilitatem ad divinioris doctrinæ genus & ejus ſtudioſos derivari: Atque id quidem cùm teſtimoniis eruditiſſimorum Virorum v. g. *Merici Caſauboni* de Enthuſiaſmo, & *Lynai*, tum rationibus confirmat. Hac enim ratione & veritatem Evangelicam ab empæctarum objectionibus & criminationibus vindicari, & Gentilium ſuperſtitiones everti, & gratiam divinam, in diſſipatis peſtilentiſſimorum errorum nebulis maxime eluceſcentem, magis magiſque celebrari poſſe oſtendit. Hinc explicat, quid rituum motumque nomine ſibi veniat, & quid ſummatim in examinandis & ad uſum ſactum accommodandis gentium ritibus obſervandum videatur. *Cap. II.* Perſarum ritus eo animo ex veterum monimentis repetuntur, ut varia V. T. loca, ac ſpeciatim Hiſtoria *Eſtheræ*, non ſatis illuſtrata, lucem nanciſcantur ampliorem. Totum itaque librum, qui ſub *Eſtheræ* nomine extat, ſecundum ordinem capitum & commatum perſequitur, &, quæ vel aliis vel ſibi in mentem venerunt, diligenter, *Briſſonio* imprimis ad partes ſæpe vocato, commemorat. *Cap. III.* varia *Matthæi* loca non ſtalatine illuſtrat, v. g. I. 18. vocem συνελθεῖν, quam in profanus ſcriptores de uſu rei Venereæ imprimis adhibuiſſe oſtendit, ita hanc ſignificationem nec hoc in loco admittere arbitratur. Poſtea vocem παραδειγματίζειν, quæ vel proſtitutionem ad ſupplicium & infamiam conjunctam, vel ad infamiam tantum ſignificari, cum *Bezio* &c.) exiſtimat. De Magis varia ex veterum & recentiorum obſervationibus affert. Inter cætera de pane ἐπιουσίῳ tot eruditorum Virorum curas experto commentario, eumque non de ſpirituali, ſed corporali pane accipiendum, cum Cl. *Marckio* ſtatuit, cujus diſputationes de hoc argumento, quæ *Exercitationibus* ejus *Juvenilibus* inſertæ leguntur, rem ad liquidum perduxiſſe profitetur. Obſervationibus in *Matthæum* ſubjunguntur annotata, quæ *Actuum* cap. XVII. 16. ſqq. illuſtrant. Multa hic de urbe Athenienſium, ſuperſtitione eorum & ritibus ſacris leguntur; ab aliis quidem jam admonita, ſed a Cl. Autore non ſine induſtria & Lectoris voluptate in ſummam collata. *Cap. V.* analecta Agoniſtica, ad phraſes potiſſimum *Paulinas* illuſtrandas idonea, ſuppeditat, ac Spicilegium quoddam poſt opimas meſſes quas Viri præſtantiſſimi *Hier. Mercurialis* & *Petrus Faber*, ac *Jac. Lydius* in Agoniſticis ſacris fecerunt, exhibetur; propterea que recentiorum ſcriptorum lucubrationes, quas diligenti manu Cl. Autor evolvit, huic antiquitatis monumento non contemnendam lucem fœnerantur. * Vid. *Acta Lipſ.* A. 1711. p. 196. *Bernard.* Rep. Litt. Tom. XXIV. p. 482.

2. *Exercitationes Exegeticæ*, *quibus accedunt Scholia ad X. loca ex Act. Apoſtol. diverſi argumenti*, ibidem editæ, A. 1712. in 4.

Quam in præfatione *Obſervationum* ſupra memoratarum fidem dederat Rev. Autor. in opere iſto liberat, in quo permulta N. T. loca erudite illuſtrat. *Exercit.* I. ad *Act.* VI. 17-21. agit *de multiplicatione & oppreſſione Iſraelitarum in Ægypto*, Moſiſque *nativitate & educatione*, notatque, ἐπαγγελίαν apud Atticos vocabulum forenſe, & ἐπαγγέλλειν apud Græcos eſſe aliquid proclamare, indicare, eodemque ſenſu in N. T. etiam ſumi poſſe, imprimis I. *Timoth.* VI. 21. Ἐπαγγελίαν autem in N. T. perſæpe *promiſſionem* factam, & ipſam rem promiſſam ſignificare. Locutionem illâ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης non pro locutione & adagio ſolorum Hebræorum habet, ſed & Græcos atque Latinos, ac Poëtas maxime eandem adhibuiſſe contra *Vorſtium* obſervat. Rationem, cur Deus Ægyptiis plagas immiſſurus, ab aquarum mutatione, in ſanguinem judicia ſua exorſus ſit, è *Philone* repetit, quoniam videlicet eas honorarent Ægyptii præ cæteris, tanquam rerum omnium principium. *Pergamum*, ubi thronus Satanæ fuiſſe dicitur *Apoc.* II. 13. prophetice *Alexandriam* notare, contra noviſſimum Apocalypſeos Commentatorem negat, oſtenditque ex *Pauſania*, cultum *Æſculapii* idololatricum, ſingulari modo apud Pergamenos invaluiſſe, ac ita quidem, ut illuc, *Philoſtrato* teſte, cuncta Aſia ad *Æſculapii* templum confluxerit. Ægyptum aditu difficilem, Niloque munitum, caute adminiſtraſſe Romanos notat. *Exercit. II.* ad *Act.* VII. 22. affert nonnulla de ſapientia Ægyptiorum apud veteres decantata, exiſtimans, reſpici ad eam *Eſ.* XIX. 11. 12 & ſapientiam Salomonis I. *Reg.* IV. 30. præferri ſapientiæ Ægyptiorum, quia Græcorum ſapientia nondum nata erat.

Ex *Æſchyli* Scholiaſte notat, Geometriam in Ægypto diligenter excultam fuiſſe, ideo quia frequenti Nili inundatione, & inductione limi agrorum fines mutati, & ad dirimendas incolarum lites ſæpius metiendi fuerunt. Verbis *Jerem.* LI. 8. 9. ubi ferale *Babelis* exitium prædicitur, alludi putat ad morem antiquum apud Aſſy-

Aſſyrios & Ægyptios, *Strabone* teſte uſurpatum, ægrotos deponendi ad vias, ut qui eum morbum experti eſſent, eis conſulerent. Difficultatem loquendi non impedire arbitratur, quo minus *Moſes* eloquens fuerit & δυνατὸς ἐν λόγοις dici poſſit, quod exemplo *Demoſthenis* confirmat *Exercit. III.* Scholia continet in varia *Act. Apoſtol.* loca: Sub voce συνεχόμενοι *Act.* II. 1. non intelligit ἡμέρας, uti permulti; ſed vocem ἑορτῆς, cùm durum ſit vocem ἡμέρας abſque neceſſitate repetere. Apoſtolos ſolos tunc Spiritum S. accepiſſe, rationibus quibuſdam probabiliter adſtruit. Ad v. 15. diverſis veterum locis adductis probat compotationes matutinas corruptiſſimæ indolis indicium fuiſſe. Ad *Act.* XII. 13. agit de janitoribus oſtiariis veterum, renuntiationeque per illos facta. Rhoden oſtiariam *anum* potius, quam puellam putavit *Edmundus Merillius*, quia ancillæ anus potius, quam puellæ huic miniſterio addici ſolebant. Unde etiam *Menelaus* ancillam oſtiariam *anum* vocat apud *Euripidem*, Helen. v. 448. Noſter vero Autor *anum* hic non intelligendam putat, quod παιδίσκη nomen ſit ætatis minoris, tum quod etiam adoleſcentulæ eo miniſterio functæ ſint. Apud Macedonas dimiſſionem è carcere a Magiſtratu publicè factam, innocentiæ fuiſſe ſignum, ad *Act.* XVI. 37. notat. *Exercit. IV.* gratiæ divinæ magnitudinem, in converſione *Pauli* demonſtratam, ad I. *Tim.* I. 12-17. exponit, & voces σωτὴρ ac σώζειν eruditè explicat, oſtenditque, ſermonem illum de adventu Chriſti in mundum jure vocari πιστὸν & πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον, ac poſteriorem loquendi modum ſatis rectè ſe habere, & Græcis familiarem, nec opus eſſe, vocabulum ἀποδοχῆς è Synagoga Judaica derivare, quia ἀποδέχεσθαι Græce frequentiſſimè ſignificat *approbare*, & ἀποδοχὴ *approbationem*. Integram autem locutionem mere Græcam eſſe ex ſimilibus conſtructionibus docet. Tandem *Exercit. V.* ad *Rom.* I. 18-32. agit de moribus Romanorum ante prædicatum Evangelium, ubi plurimas veterum Romanorum virtutes recenſet, oſtenditque teſtimoniis ſcriptorum idoneorum, priſcorum Romanorum virtutes paupertati, divitiis autem tribuenda eſſe poſteriorum vitia, quæ nemo copioſius, elegantius, & verius deſcripſerit Apoſtolo Paulo *Rom.* I. 18-32. Cujus verba referri quidem poſſe cenſet ad alios etiam gentiles eo tempore viventes, cũ ethniciſmi χαρακτῆρα exprimat *Paulus*, & ad alios convincendos translata ſint a *Salomone*: propriè tamen & directè Romanorum illo tempore, & extra Eccleſiam viventium mores depingi opinatur. * Vid. *Acta Lipſ.* 1713. p. 22.

(*a*) Lib. I. *de Nat. & c.* c. 2. p. 197. ſeqq.

ADAMUS quidam, Doctor Anglus, qui ſcripſit *in Epiſtolam Petri* quandam, & *Conciones*, item *de irâ divinâ*, *de arbore ſterili* &c. at quando & ubinam ſint edita ejus opera neſcio.

ADAMUS de *Domersham*, Anglus, Cœnobii Glaſtonienſis Monachus, claruit anno 1272. & deinceps. Scripſit

Hiſtoriam controverſiæ inter Epiſcopos Batonienſes, & Monachos Glaſtonienſes: quam ex MS. codice extulit *H. Whartonus*, Angl. Sacr. *Tom. I. p.* 578. teſte *Guil. Cave* Hiſt. Liter. *p.* 644.

ADAMUS *de Everham* ſeu *Eveſham*, natione Anglus, vir bonis diſciplinis & dicendi peritia perpolitus, vixit A. circiter 1160. Hunc Ciſtercienſem vult *Poſſevinus*, at qui eum Benedictinum aſſerunt, *Lelandum*, & *Pitſeum* excipit *Car. De Viſch* p. 3. *Bibl. Ciſterc.* quibus fidem potius adhibendam ait, dicitque Monaſterium *de Eveſham* eſſe Ordinis S. Benedicti. Scripſit autem ad quendam *Reginaldum*,

1. Lib. *de Miraculo SS. Eucharistiæ.*
2. *Inſignem exhortationem ad moniales Glauſtonienſes.*
3. *Conciones* & *Homilias* plurimas, & *Epiſtolas* ad diverſos, inter quas numerando proculdubio ea quam *Geraldo* Tornacenſi Epiſc. inſcriptam exhibet D. *Luc. d'Achery* (*a*) ad A. 1145. ſub nomine *Abbatis Eveshamenſis*, in qua contendit iſte Altare de *Thidengen* juris eſſe Eccleſiæ *de Petingen*.

* De illo quoque *Baleus* Cent. II. *p.* 199.

(*a*) Tom. III *Spicilegii* edit in fol. *pag.* 500.

ADAMUS (*Joannes*) Ord. Prædic. gente Scotus, patria & profeſſione Aberdonenſis, vir eruditione pietateque inſignis, Sacræ Theologiæ magiſter, circa A. 1502. claruit, Provinciæque Scotiæ XX. antea annis erectæ & ab Anglia diviſæ electus ac præfectus Prior Provincialis, collapſam apud ſuos temporum iniquitate ordinis diſciplinam ſanctiſſimis ornavit moribus, & pro viribus reparavit ad annum prædictum, quo in conſilio *Georgii Hepburni* Decani Dunkeldenſis, viri genere, & dignitate tum conſpicui, non parum fultus eſt authoritate, adjutuſque potentia. Vixit adhuc noſter A. 1515. ſcripſitque

1. *De Vita Monaſtica.*
2. *De Viris illuſtribus Ord. Præd.* quæ an typis data, vel ubi ſerventur MS. non indicat *Echardus* qui illum inter ſuos recenſet, *Tom. II. p.* 3.

ADAMUS (*Joannes*) Societ. Jeſu, gente Gallus, patria Lemovicenſis, dictæ ſocietati ſe adjunxit A. 1622. ætat. 14. Is cum dicendi peritia præſtaret, tranſactis in docendis humanioribus literis ac Philoſophia aliquot annis, Concionatoris muneri totum ſe dedit, in eoque per annos 40. obeundo in præcipuis Franciæ urbibus, & in ipsâ etiam Regiâ non minimam laudem adeptus eſt. Janſeniſtas, quorum tunc temporis ſervebant Controverſiæ, in Concionibus palam perſtrinxit, & in eâ præſertim quam in Eccleſia S. Pauli Pariſiis habuit per quadrageſimam an. 1650. in quâ ipſum etiam *Auguſtinum calidum Africanum* ac *fervidum Doctorem* appellavit. Inde lites, diſſidia, invidiæ quæ *Adamum* inter & *Janſenii* aſſeclas perpetuo interceſſerunt. Audax illi fuit ac petulans ingenium, quo vexandis adverſariis aptius nullum. Id præterea Sedani innotuit, quò miſſus fuerat ut Collegium Jeſuitarum ibi fundaret, quod & ipſe poſtea rexit. Verum eùm machinationibus & calliditate formidoloſum multis illic ſe præbuiſſet, eamque inſuper non adhiberet in Concionando gravitatem, quæ in eâ urbe neceſſaria videbatur, in qua Academia erat Proteſtantium, ſui faſtidio omnibus tandem procreato, à Superioribus aliò tranſlatus eſt; eorum juſſu Lodunum petiit, concionandi causâ, eo ipſo tempore quo Synodum Nationalem illic cogebant Proteſtantes, nempe ſub finem anni 1659. ibique cum *Dalleo* Miniſtro rem habuit; adverſus quem ſcripſit, ſed qui ei, ut & ejus ſocio *Cottibi* fortiter reſpondit: (*a*) Quo Anno electus ſit à Provincia Campaniæ Procurator ad Urbem, non indicat *Sotwelius* (*b*) at eum Burdegalenſi Jeſuitarum Profeſſorum cœtui præfectum fuiſſe nos docet an. 1674. quo in munere (*c*) è vivis exceſſit A. 1684. d. 12. Maii. Refert præterea *Balius* in *Dictionario* ſuo, nonnullum nobilem, poſtquam eum audivit concionantem, rogatum, quid de ejus concionibus ſentiret, reſpondiſſe, ſe eſſe *Præadamitam*, ſeque putare, *Adamum* (de iſto loquebatur) non fuiſſe primum hominem mundi.

Iſte *Adamus* aliquando filiam Magni *Molinæi* aggreſſus eſt, & cum ea diſputans dixit, ſe cum illa certaturum, ſi linguam Hebræam illa calleret, ſed valdè attonitum, cum vidit eam ex perâ ſuâ Pſalterium Hebraicum traxiſſe; quo viſo receſſit Jeſuita

(*a*) *Genevæ* edit. apud *Joh. Ant. & Sam. De Tournes*, A. 1669. in 4. (*b*) *biblioth. Soc. Jeſu*

(*c*) Dupin *Tab. Autor. Eccleſiaſt.* Sec. XVII. Tom. II. in 8. p. 2934.

S c r i p t a :

1. *Tractatus de Gratia.*
2. *Calvinus à ſe ipſo & à S. Auguſtino profligatus, imprimis quoad Gratiam, liberum arbitrium & Prædeſtinationem.* Pariſ. 1650. 8. apud Gaſp. Meturas. *Gallicè.*
3. *Pſalmi Davidis latinè & gallicè cum Canticis undecim quibus utitur Eccleſia.* Pariſ. 1651. in 12.

4. *Fidei*-

4. *Fideliſſima Regula ex S. Scripturâ & SS. Patribus deprompta.* Pariſ. 1651. in 12.

5. *Preces Catholicæ Latinè & Gallicè.* Pariſ. 1651. in 8. & in 12.

6. *Tumulus Janſeniſmi ſeu nova ſectio à D. Auguſtino & bullâ Innocentii PP. X. profligata.* Ibid. 1654. in 4. apud Gaſp. Meturas.

7. *Reſponſum ad Epiſtolam D. Allii* (pro Dallæi) *Miniſtri Charentonenſis Hæretici,* 1660.

8. *Triumphus Eucharyſtiæ adverſùs Claudium.* Sedani 1671.

9. *Vita S. Franciſci de Borgia.* Burdegal. 1672.

10. *Conciones controverſæ de Euchariſtia* · habitæ inter medias *Arnaldi* Doctoris & *Claudii* Miniſtri litigationes, hocque nomine admodum celebres. *Burdeg.* 1675.

* Vid. præter *Balæum* cit. *Dupin* Tom. cit. p. 2408. & *Lippen.* Bibl. Theolog. *Tom. II. p.* 56.

ADAMUS (*Joannes*) Rugenwaldicenſis in Pomerania, ſcripſit opera quædam edita A. 1612. ac præterea

Ideam Concionum Sculteti & Pitiſci *in Pſalmos Davidis*, II. *Part.* Francof. ad Mœn. 1616. & 1628. 4. ex *Morerio* & *Lippenio* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 582.

ADAMUS (*Joh. Chriſtianus*) Germanus, Lutheranus, clarus A. 1695. Scripſit, teſte *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* 597.

Explicationem Prophetiæ Joëlis, Germanicè. Lipſiæ, 1695. in 8.

ADAMUS, *Magiſter* dictus, patriâ *Miſenus*, ab anno 1077. Eccleſiæ Bremenſis Canonicus, claruit an. 1080. Vir uti rectè notat *Ph. Brietius* ad A. 1067. *ſinceriſſimus, & quo vix veraciorem ullum hiſtoricum producere poteſt Eccleſia.* Scripſit ad *Lemarum* Archiepiſcopum Bremenſem

Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, præſertim Bremenſis libros IV, quibus de religione Chriſtianâ per Diœceſes Bremenſem & Hamburgenſem, adeoque per totum Septentrionem, propagatâ ab ingreſſu *Willebadi* ad *Lemarum* Archiepiſcopum, ſeu a temporibus *Caroli M.* ad *Henricum* IV. Imp. agit. His Appendicis vice Libellum ſubnexuit *de ſitu Daniæ*, & reliquarum quæ trans Daniam ſunt, regionum, naturâ, moribus, & religione. Hoc autem opus juvenis adhuc ſcripſit, ut patet ex ipſius epilogo metrico, ubi inter alia ait:

Ergo fave votis, parce & juvenilibus auſis.

Vocatur ille apud Baronium *ſincerus & probatæ fidei vetus chronographus.* Hiſtoriam iſtâ unà cum incerti Autoris *Hiſtoriâ Regum Daniæ*, & alterius Anonymi *Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium*, edidit *Erpoldus Lindenbrogius* Lugd. Bat 1595. 4o. Eadem cum notis in lucem emiſſa *Helmſtad.* 1670. 4o. curâ *Joach. Joan. Maderi*, & inter Scriptores Septentr. *Francof.* 1609. 1630. fol. & *Hamburgi* 1706. fol. curâ *Jo. Alb. Fabricii*, qui (Tom. XII. *Bibl. Græca*, p. 197.) Commentarium MS. *Ott. Sperlingii* in *Adamum* Hafniæ ſervare docet Nob. D. *Reitzerum*, Suecicamque verſionem *Joan. Frid. Peringſkiold* lucem vidiſſe *Holmiæ* 1719. 4. Multa item egregiè ad *Adamum*, notata habere Rev. *Nic. Staphorſtium*; ac præterea priorem, quam *Hafniæ* 1579. in 4. dedit editionem *And. Sever. Velleius*, multis locis *Lindenbrogianâ* meliorem, integrioremque exiſtimat.

* De *Adamo* vid. *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 537. *Voſſium* de Hiſt. Lat. *Lib. II.* p. 386. *Olearius* p. 7. & cit. *Fabricium.*

ADAMUS *de Mariſco* ex Sommerſetienſi Comitatu & Bathonienſi diœceſi oriundus, poſt aliquantam Latini ſermonis notitiam, adhuc adoleſcens, Oxonii in dialecticis & in Philoſophia ſedulam navavit operam. Ætate demum provectior, inter ipſa adhuc profanarum artium ſtudia *Aſſiſiatis Franciſci* depicta vulnera Wigorniæ in ſuâ patriâ admiratus, Minoritarum habitum induit. Eximius mox in ſacra Theologia Doctor ille erat, ut cum *Roberto* cognomine *Groſſeteſte*, Lincolnienſi Epiſc. cæteris familiarior, divinas cum eo ſæpenumerò comparaverit Scripturas. Erga ipſum igitur ſingulariter affectu, idem *Robertus*, ingentem librorum cumulum, Oxonienſi Franciſcanorum cœnobio, ex teſtamento reliquit. Nam illo adhuc vivente, poſt ſectæ ſuæ profeſſionem Wigorniæ factam, Oxonium repetens, in publicis Franciſcanorum Scholis Theologici Profeſſoris munere diu functus fuit. Claruit autem ad A. 1257.

S C R I P T A :

1. *Elucidarium S. Scripturæ* Lib. 1.
2. *Lectiones ordinariæ* Lib. 1.
3. *Theologicæ Quæſtiones* Lib. 1.
4. *Epiſtolas ad Groſſetetum* Lib. 1.

Hæc *Balæus* (Cent. IV. *p.* 309.) qui addit, juſtum quoque in Sacram Scripturam librorum numerum edidiſſe: Scripſit autem præterea juxta *Moreri. Dict.*

5. *In Magiſtrum ſententiarum.*
6. *Paraphraſis in S. Dionyſium Areopagitam* &c.

ADAMUS (*Melchior*) gente Sileſienſis, patriâ Grotkavienſis, Calviniſta, liberalibus diſciplinis operam dedit in Collegio Briegenſi, in quo ſub Briegenſium Ducum præſidio literæ ſimul & religio Calviniſtica florebant. Is deinceps Collegium rexit in Academia Heidelbergenſi, ubi opera ſua publicare primum cœpit. Infenſi ipſi ſunt Lutherani, qui ſcilicet eum partium ſtudioſiorem fuiſſe contendunt, ac Viris etiam de Rep. Chriſtiana optime promeritis acerbè inſultaſſe (*a*). Ille in noſtra gente, inquit *Morhoſius* (*b*) aliquod operæ pretium fecit; quanquam longè à perfectâ hiſtoriâ abſit: in elogiis prolixior eſt, in ſcriptorum recenſione non adeò accuratus. Obiit autem A. 1622.

S C R I P T A :

1. *Virorum illuſtrium Vitæ*, quatuor Tomis in 8. comprehenſæ, quorum *primus* A. 1615. editus ſub *Philoſophorum* nomine complectitur *Poetas*, *viros humaniorum literarum eruditos*, *hiſtoricos* &c. *ſecundus* A. 1619. editus *Theologos*; tertius *Juriſconſultos*; *quartus* denique *Medicos* habet, juxta *Pet. Balium* in *Dict. Crit.* alium verò planè ordinem indicat *Adr. Baillet* (*c*) qui volumine I. *Philoſophos* cum Viris humaniorum literarum peritis contineri ait, editumque *Francof.* 1663. II. *Medicos*: III. *Juriſperitos*, Heidelb. 1620. V. *Theologos*, cum duabus celebriorum inter exteros Calviniſtarum Decadibus, *Francof.* 1653. Ibi & eodem anno opus integrum *quatuor* Tomis in 8. editum docet *Corn. à Beughem* Bibliogr. Hiſt. &c. *p.* 2. Prodiit autem editio quæ in titulo numeratur *tertia*, Tomis totidem *in fol. Francof. ad Mœnum*, apud *Joh. Maxim. à Sandr*. A. 1706. *Vol.* ſcilicet *I.* Theologorum Germanorum ad annum uſque 1618. Decades circiter X V. adjectis ad calcem Theologis exteris XX. *Vol. II.* continentur Juriſconſulti & Politici Germ. numero fermè CXI. *Vol. III.* Medici Germ. CXXX. ad annum 1620. *Vol. IV.* Philoſophi Germ. circiter CXXVI.

Hæc alia ejus Opera:

2. *Apographum monumentorum Heidelbergenſium.*
3. *Notæ in orationem Jul. Caſ. Scaligeri pro M. T. Cicerone contra Ciceronianum Eraſmi.*
4. *Parodiæ & Metaphraſes Horatianæ.*
5. Opuſc. Germ. cui titulus *Diſce mori* &c. Francof. 1615. in 12. ex *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 319.

* *Adamum* laudant cit. *Balius* & *Adr. Baillet.*

(*a*) *Henn. Witten.* Præfat. *Memor. Theolog.* p. 17. 18.
(*b*) Tom. I *Polyhiſt.* Lib I. p. 107. (*c*) Tom. II. edit. in 4. *de Judiciis Erudit.* &c. pag. 19

ADAMUS (*Michael*) ex Judæo Chriſtianus, & poſtea Civis Tigurinus, vixit adhuc A. 1570. de quo hic quæ habet *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* 407. apponemus.

1. *Pentateuchus* & *quinque Meghilloth*: item *Judæorum Evangelia* quæ *Haphtaroth* vocant, & ſingulis Sabbathis in ſuis Scholis leguntur, ex Hebraica lingua more Judaico de verbo ad verbum in linguam Germanicam traducti, ac Hebraicis literis, quibus etiam utuntur Judæi in Germanicis literis, cum præfatione *Paul. Fagii*, intar-

Digitized by Google

interprete *Mich. Adamo.* Conſtantiæ Helvet. A. 304. C. 1544. (*a*) in 4. & *fol. Praga* 1583. 1603. *Auguſta Vindel.* abſque anno; quæ ultima editio extat in Bibl. Regia & in Sorbonica.

2. *Joſephi ſex libros de Bellis Judaicis, capp.* 97. *diſtinctos* Germanicè etiam vertit Characteribus Hebraicis, ibid. excuſ. A. C. 1546. 4.

3. *Biblia* item Germanicè vertit & caractribus Hebraicis expreſſit. Verſionem hanc R. *Elia Bahbur*, vulgò *Levita* tribuit R. *Schabtai* in *Bibl. Rabb.* at fidem magis adhibendam *Conr. Geſnero* (*b*) contrarium aſſerenti (cujus ſcilicet eadem in urbe Tigurina cum *Mich. Adamo* commoratio) exiſtimat eruditus noſter Oratorius Presbyter, qui *Adamum* in ſuâ editione nomen ſuum reticuiſſe ait, ne Judæi verſionem ſuam faſtidirent: nam panis mercandi causâ, pergit ille, laborem hunc ſuſcepiſſe videtur.

(*a*) vel 1545. juxta *Wolf.* Tom. I. *Bibl. Hebr.* n. 1910.
(*b*) *Geſnerus* in *Pand.* lib. I. p. 92. edit. A. 1548.

ADAMUS Monachorum Chaldæorum Archimandrita *i. e.* Præfectus Cœnobii, *Elia* Babylonis Patriarchæ Archidiaconus, & ad *Paulum* V. Legatus, poſtquam *Neſtorianum* errorem Romæ agnovit, & ſuo ac Patriarchæ ſui nomine ejuravit, in Aſſyriam reverſus, Amidæ Archiepiſcopus ab eodem Patriarcha inſtituitur, cedente ipſi ſedem ſuam *Eliâ* ejus urbis Antiſtite, qui ad Eccleſiam *Sebert* tranſlatus fuit, ut ex Epiſtolis ad *Paulum* V. datis evincit *Aſſemanus.* Mox adjuncta eidem fuit Hieroſolymorum Sedes, ut ſcilicet Chaldæos ibidem commorantes Archiepiſcopus paſceret, peſſimo *Neſtorianorum* & *Jacobitarum* exemplo, qui plures easque procul poſitas Eccleſias uni Antiſtiti commendant, & Hieroſolymitanam Sedem, quæ Patriarchalis eſt, Archiepiſcopali dumtaxat honore dignantur. Virum gravem, & bene moratum appellat *Paulus* V. in Epiſtolâ ad *Eliam* Patriarcham datâ VII. Kalend. Apr. 1614. »Quem, *inquit*, tuum Archidiaconum valdè »tibi commendamus; & pro peculiari noſtro in eum »amore, tanquam filium nobis valdè carum, ut præ»cipuè diligas, deſideramus. Toto enim tempore, »quo apud nos manſit, piè admodum vixit; mo»naſticæ vitæ ſuæ inſtitutum religioſè obſervavit; ze»lum veritatis agnoſcendæ eximium prætulit, aſſiduus »in expeditione negotii ſibi à te commiſſi fuit; in »exponendis veſtris de Fide opinionibus diligens & »accuratus; ſed minimè pervicax; in recipiendâ »veſtrorum errorum correctione docilis atque morige»rus; demùm ita ſe in omnibus geſſit, ut meritò »benevolentiam omnium, qui aliqua de causâ cum »eo egerunt, ſibi conciliaverit.»

Scripſit *Sermones III. de Fide*, qui extant apud *Strozam* in Diſput. *de Dogmat. Chaldaeorum* p. 19 205. & 225. *Primum* ex mente *Neſtorianorum*, quum ipſe *Neſtorianâ* hæreſi adhuc implicitus eſſet: ex *Catholicorum* ſententiâ *duos poſteriores*, poſtquam eorum doctrinam *Roma* edoctus fuit. Et *primus* quidem inſcribitur *Sermo de Fide Domini* Papæ *Roma Magna*, & *Domini* Eliæ *Patriarcha Orientis*, *habitus à Patre* Adam *Abbate Monachorum Orientis*, in Prooemium ad *Eliam* Patriarcham, & Capita VII. diviſus, in quibus oſtendere conatur, Chaldæos Neſtorianos verbotenus à Romana fide diſtare, dum ajunt *Mariam* Chriſtiparam, duas in Chriſto perſonas, & unum *Parſopa*, ſeu *Proſopon*, unam voluntatem & unam operationem, Spiritum S. ex Patre procedere, & Lumen miraculosè accendi in die S. Sabbati ad Smum D. N. Sepulchrum. Tractatus perutilis ad mentem *Neſtorianorum* recentiorum perſpiciendam. Quod verò *de Lumine* ſubjungit, quæſtio eſt à Græcis ſchiſmaticis potiſſimùm Hieroſolymæ excitata, propter ſolennem Luminis benedictionem, quæ Sabbato Sancto fit: contendunt enim ipſi & turpiſſimis ædificiis ſuadere conantur, miraculoſum lumen ex ſepulchro Domini quotannis Sabbato Sancto prodire. A Græcis ad reliquos Orientales ſchiſmaticos vel hæreticos error iſte derivatus. Quibus autem verbis Neſtorianos ſuos *Adam* noſter ab errore adducere ſatagit, docet *Aſſemanus*, qui de illo Græcorum commento remittit ad *Franc. Quareſmium* in *Elucid. Terra Sancta.*

Alteri *de Fide Sermoni* titulus eſt: *Sermo Ada Archidiaconi Camera Patriarchalis Babylonis de Fide Catholica ad Fratres ſuos Chaldaos.* Prooemium, in quo agit de Primatu Stæ Apoſtolicæ ſedis, & de præeminentia Summi Pontificis: & Capita ſex de unitate divinæ eſſentiæ, de Trinitate perſonarum divinarum, de generatione æterna Verbi Dei ex Deo Patre, de ſecundâ generatione Filii æterni, qui incarnatus eſt & natus iterum cum carne, de diſtinctione rectâ perſonæ, de duabus voluntatibus & duabus operationibus in Chriſto. Opus ab *Elia* Patriarcha ejuſque Archiepiſcopis in Synodo Amidenſi recognitum, & approbatum die 9. Mart. 1616. & ad *Paulum* V. tanquam fidei ſuæ teſſeram tranſmiſſum. Extat iterùm apud *Strozam* in Synodalibus Chald. *p.* 18.

Tertium inſcribit, *Sermonem contra hæreſes diſſentientes a veritate Eccleſia Catholica Roma*, ubi *Neſtorii* præcipuè ac *Theodori Mopſueſteni* errores recenſet & impugnat. Eundem Sermonem Patriarcha & Epiſcopi Chaldæi in Synodo Amidenſi receperunt, & ſubſcriptionibus firmatum, ad *Paulum* V. die 15. Mart. 1616. tranſmiſere; ut in *Synodal. Chald.* p. 37. 'nitium, *Neſtorius ait*, *Jeſum Chriſtum eſſe hominem ſimplicem*: relecto prooemio, quod apud *Strozam* in priore libello legitur. * Hæc *Aſſemanus* Bibl. Orient. *Tom. I. p.* 549. Ejus meminit quoque *Lud. Jacobus* Bibl. Pontif. *p.* 239.

ADAMUS *Muremuthenſis* ſeu *Mirimuthenſis*, Canonicus Eccleſiæ S. Pauli Londinenſis, vir erat in jure civili probè inſtitutus, & in rebus agendis exercitatus: legationes plurimas tum Archiepp. Cantuarienſium, tum Regis *Eduardi* nomine obiit, ad majora Regni & Eccleſiæ negotia adſcitus. Anno 1327. à Conventu Cantuarienſi, ſede vacante, Spiritualis juriſdictionis cuſtos per Diœceſim Exonienſem Epiſcopo eo tempore orbatam ſtatuitur. Scripſit autem

Chronicon de Anglorum Regibus, & iis qua in Romana quoque Curia & in Gallia contigerunt ab anno 1303. uſque ad annum 1343. quo floruiſſe putat *Caſ. Oudinus.* Extat autem inter MSS. Codd. Univerſ. Oxon. *Cod.* 2194. in MSS. Codd. S. Mariæ Magdal. *Cod.* 53. num. 7. *Adami Myrimouth Continuatio Hiſt. Anglicana ab anno* 1303. *ad* 1342. & in Cotton. Bibl. ſub effigie *Claudii* litt. E. *Cod.* 8. num. 27. *Continuatio Chronicarum Anglia Regum, cum interpoſitione quorundam caſuum contingentium in Curia Romana & Regno Francia, per Adamum Mirim. Canon. Lond.* Incipit ab anno 1303. & continuatur ad annum 14. Regis EDUARDI III. id eſt ad A. C. 1340. cum multis poſt annum illum additamentis, quæ in aliis exemplaribus non reperiuntur: unde forſan *Baleo* (*a*) viſus eſt *Adamus*, ait *Oudinus*, duplex Chronicon contexuiſſe, unum uſque ad 1343. alterum uſque ad 1380. quo viveret. (*b*) Sed hoc falſum eſt, atque emendatum illud exemplar *additamenta* apertiſſimè profert. Ibid. ſub effigie *Neronis* litt. D. *Cod.* 10. num. 4. *Tractatus ſeu Continuatio Magiſtri Ada de Merymouth, ad annum* 1346. *incluſive.* Ibid. ſub effigie *Galba* litt. A. *Cod.* 1. *Continuatio Chronicarum Regum Anglia* &c. ſive *Chronica tractantes acta & contingentia tempore EDUARDI I. II. & III.* hoc eſt ab Anno 1303. ad 1342. Denique ibid. ſub effigie *Cleopatra*, litt. A. *Cod.* 16. num. 10. *Annales ab A.* 28. *R. EDUARDI I. ad annum* 41. *R. EDUARDI III. hoc eſt ab A.* 1299. *ad* 1367. *nempe ad A.* 1325. *per Rob. de Reading Monachum S. Petri Weſtmonaſt. cum Continuatione ad A.* 1345. *per Merimouth, & inde per Joannem de R. Monachum Weſtmonaſt. ad A.* 1367.

Cæterùm *Adami Chronicon* cum *Triveti Annalibus* edidit vir Cl. *Ant. Hall* S. T. P. *Oxonii* è Theatro Sheldon. 1722. in 8. de quo ſic *Acta Lipſ.* Suppl. *Tom. IX. p.* 181. „Opportunè verò acceſſit alius qui„dam *Triveti* continuator, *Adamus Murimuthenſis*, cu„jus Hiſtoriam ſui temporis ab A. 1303. ad 1336.

„ab

,,ab alio Autore, ut Cl. Editor credit, ad A. 1380. ,,continuatam, *Thom. Walſinghamus* ſtrenue compilando, magnam partem gloriæ Murimuthenſis debitæ ,,hactenus obſcuravit.

De *Adamo* noſtro *Caveus* l. c. & *Oudin.* Tom. III. *Script. Eccleſiaſt. p.* 944. qui eum A. 1380. a Cl. *Voſſio* perperam aſſignatum obſervat.

(a) Cent. VI. p. 488. (b) *Baleum ſecutus idem dixit Voſſius* Lib. III. *de Hiſt. Latin.* p. 542. & *Caveus* Hiſt. Liter. p. 28. qui tamen an ejusdem Autoris ſit hæc *continuatio* non affirmat.

ADAMUS *Perſeniæ* Abbas, Ord. Ciſtercienſis in Epiſcopatu Cenomanenſi, vir vitæ ſanctimonia, & eloquentiæ opinione clariſſimus,(a) in divinis Scripturis jugi exercitatione doctus, & veterum lectione dives, atque in literarum ſecularium ſcientia ſufficienter eruditus, in declamandis homiliis celeberrimæ opinionis, (b) floruit A. 1190. & ſequentibus, dicti Cœnobii primum Monachus, ac deinde Abbas, de quo extant

1. *Opus Sermonum ad ſuos fratres in Capitulo congregatos*, impreſſione digniſſimum, quod olim MS. Romæ in manibus Cl. Viri *Hil. Rancati* Abb. S. Crucis in Hieruſalem, eductum ex Biblioth. Monaſterii Caſamarii, in Diœceſi Verulana, olim quidem Benedictinorum, ſed ab A. D. 1140. à Ciſtercienſibus poſſeſſum, ut in ſua *Abbatiarum Ciſterc. notitiâ* inquit *Gaſp. Jongelinus*. Ex hoc Codice Sermonum *Adami*, continente *ſermones plurimos de tempore & potiſſimus anni feſtivitatibus & alio argumento*, excerpti ſunt *ſermones de B. V. M.* quos notis illuſtravit *Hippol. Marraccius* Presb. Lucenſis, ediditque *Romæ* A. 1652. in 16. typis *Ignatii de Laſcharis*, cum tit. *Mariale Adami Abb. Perſeniæ, natione Galli, viri doctiſſimi & diſertiſſimi, Sacri Ord. Ciſterc. alumni.* Habentur autem apud *Gotf. Tilmannum* (c) ſeu *Titmannum*, ejuſmodi Sermonum fragmenta; quorum etiam aſſervatur Codex MS. in Abbatia Perſenienſi.

2. *Epiſtola V. ad Oſmundum Abbatiæ mortui maris in Normannia Monachum*, quas ex MSS. Codd. edidit *Steph. Baluzius* Tom. I. *Miſcellan.* teſte *Ittigio* in libr. *de Biblioth. & Catenis Patrum*, p. 314.

Adfuit idem *Adamus*, vel adfuturus acceſſit morti MARIÆ Campaniæ Comitiſſæ, LUDOVICI VII. Francorum Regis filiæ, A. 1197. demortuæ, & obiiſſe creditur ipſe poſt A. 1200. Fallitur autem Cl. *Du Cange* (d) qui eum ad A. 1100. aſſignat, ut & *Trithemius* l. inf. c. qui inter A. 1040. & 1080. *Adamum* Ord. S. Benedictini Monachum claruiſſe ait; nec non Vir Cl. *Jac. Le Long* Bibl. Sacr. *p.* 596. qui eum ad A. 1050. collocat, & ſcripſiſſe dicit, *Voſſ.* vinum ſecutus, *Allegorias Vet. & Nov. Teſt.* quas tamen à *Colvenerio* citatas ait *Viſchius*.

* Vid. plura apud *Oudinum* Tom. II. *Script. Eccleſ.* col. 1682. Hæc autem noſtri ſcripta recenſet *Viſchius* l. c. quæ aſſervari ait Romæ in Cœnobio S. Crucis in Hieruſalem:

3. Sermones *de Adventu Domini, I. de Epiphania, I. de Annunciatione Dominica, I. in Ramis Palmarum, I. In Paſchate, I. In Aſcenſione Domini, II. In Pentecoſte, I. Ad miniſtros Eccleſiæ, I. In Aſſumptione B. V. Mariæ, I.* & de eâdem *Serm. alios III.* totidemque *in Capitulo Generali Ciſtercii habito*, ſcilicet *de humilitate, de pœnitentia, & de martyribus: Sermones parvos VIII. de 7. Columnis*, h. e. *de 7. Ordinibus Eccleſiaſticis*; denique, *plusquam CC.* alios Sermones breves *de diverſis materiis: Epiſtolas* item *plures ad diverſos*: & *de Spiritu Sancto Epiſtolam moralem* valde inſignem.

Ejus vero extare dicit *Trithemius*

4. *Serm. ad Fratres* lib. 1.

5. *De Sanctis & diverſis materiis* lib. 1. quibus addit, quosdam Sac. Scripturæ explicuiſſe tractatus, qui abundantem ingenii ſui venam oſtenderint, ſibi autem ignotos.

Ejuſdem præterea *Epiſtolam ad* Blancam *Comitiſſam* Campaniæ dedit *Edm. Martene* & ſocius (e) in quâ *Magna Bibliotheca Eccleſiaſt.* Tom. I. ſcilicet Sermones ſuos quos petierat ei mittit, declaratque quatuor eſſe neceſſaria ad gratiam promerendam: 1. Fidei non dubiæ rectitudinem; 2. Morum innocentiam: 3. Operum juſtitiam: 4. Virtutum perſeverantiam: Locus autem in hac Epiſtolâ occurrit, ex quo conjiciunt Editores, Ciſtercienſes olim non Gallice, ſed Latinè Sermones ſuos coram fratribus in Capitulo pronuntiaſſe.

Plures autem ejuſdem Epiſtolas collegerunt iidem Editores in *Theſ. Anecdot.* Tom. I. à p. 609. ad 757. quarum ſcilicet

I. Ad *Odonem* Pariſienſem, anno 1197. ex MS. Claræuallenſi. *Tota eſt de amore & humilitate. Sub finem gratias agit de charitate duabus mulieribus impensâ tempore famis.*

II. Ad *Stephanum* Carthuſienſem Monachum, & Priorem de Portis, *de meditandâ Chriſti infantiâ & paſſione.*

III. Ad Comitiſſam Perticenſem. *Præclaram ei vitæ formam præſcribit.*

IV. Ad *Guillelmum* nobilem adoleſcentem. *Timorem Dei inprimis, & Mariæ Virginis cultum ei commendat.*

V. Ad *G.* Monachum Pontiniacenſem. *Formam inſtituendorum novitiorum ei præſcribit.*

VI. Ad *Margaritam* Virginem.

VII. Ad *Guillelmum* Helienſem Epiſc. *Dehortatur eum tacitè à Regis ſervitio.*

VIII. Ad amicum. *Excuſat ſe quod ejus petitioni non poſſit facere ſatis.*

IX. Ad Nicolaum. *Hortatur ut Chriſto mente ſemper adhæreat, ejusque præſertim infantiam contempletur.*

X. Ad Abbatem *de Turpiniaco.* (Monaſterium eſt Ord. S. Bened. in diœceſi Turonenſi, haud procul ab Inſula Burchardi & Chinone.) *Agit præſertim de amore, ac pietate erga Dei Genitricem, & in ejus Filium.*

XI. Ad *B.* Canonicum Turonenſem. *Exponit quomodo Maria Dominum magnificaverit.*

XII. Ad fratres ſuos. *Commendat eis humilitatem & manſuetudinem, hortaturque ad portandum Domini jugum.*

XIII. Ad quemdam amicum. *Hortatur ad mundi contemptum.*

XIV. Ad A. de Vitreio. *Piis eum informat ſermonibus.*

XV. Ad Amicum. *Excuſat ſe quominus adverſus Judæos ſcribat.*

XVI. Ad *Agnetem* Virginem. *Litteris mandat quæ in conventu virginum palam diſputaverat.*

XVII. Ad *N.* Amicum ſuum. *Agit de odio vitiorum, virtutis amore, & vanitatis contemptu.*

XVIII. Ad Magiſtrum Phidebalon. *Contra judices & juriſperitos ſæculi.*

XIX. Ad Sti Martini cultores. *Probat S. Martinum Apoſtolis ſimilem congrue dici.* Hæc Epiſtola extat in Biblioth. Cluniacenſi, ſub nomine Sti *Odonis* edita, ubi *Quercetanus* obſervat MSS. Codices *Adami* non *Odonis* nomen præferre.

XX. Ad *R.* Abbatem *de Vernuſia.* (Monaſterium eſt Ord. Sti Auguſtini in diœceſi Biturtcenſi.) *Informat eum de pœnitentiâ, ſeu de confeſſione.*

XXI. Ad Comitiſſam Carnotenſem. *Ad rerum mundanarum contemtum, & Dei amorem eam accendit.*

XXII. Ad *Agnetem* Virginem. *De pia utriuſque animorum unione.*

XXIII. Ad *J.* Beslimenſem Archidiaconum. *De ſilentio.*

(a) De Viſch Bibl. Ciſterc. p. 4. (b) Trithem. cap. CCCXLIII. (c) Tilmanni Allegoriæ V. & N. Teſt. *Pariſiis* edit. A. 1550. (d) Du Cange in ea Auct. quem præmiſit Gloſſar. Latin. col. 74. (e) Tom. I. *Nova Collect. Vet. Monum.* p. 1025. ad A. 1200. ex MS. Marchianenſi.

ADAMUS Ordinis Præmonſtratenſis Canon. Regul.

gul. genere Scotus, floruit ad annum uſque 1180. Habet plurima de illo *Godefr. Ginelloertius*, ejusdem Ord. apud Farnenſes Canonicus, qui hujus *Adami* opera *Antverpiæ* (a) edenda curavit. Præcedunt enim Prolegomena cap. XVII. prolixa, ubi nonnulla quidem de *Adamo* isto ex conjecturis, (judice *Caſ. Oudino* (b) quem hic tranſcribimus) tantum infirmiſſimis. Cætera pene omnia Ordinem Præmonſtratenſem in genere ſpectantia, quæ Flandrum hunc editorem produnt, impreſſionem hanc multis ſuperfluis oneraſſe, ad propoſitum argumentum nihil conducentibus: unde artem canendi extra Chorum appime noviſſe cenſendus ſit. Abbatem atque Epiſcopum Candidæ Caſæ ſeu Witherna in Gallovidia *Adamum* Præmonſtratenſem nullo teſte facit (c). Sane aliam Eccleſiam vel Abbatialem vel Epiſcopalem in Scotia regendam habuiſſe conjecerim ego, facilius ac felicius ex prologo ad *Gualterum* S. Andreæ in Scotia Priorem. Olim utebantur Cœleſtini Galli antiquiores opuſculis *Adæ* Præmonſtr. ad informationem novitiorum ſuorum, quibus legenda & inculcanda proponebantur, unde factum ut illa ſedulo requiſiverint, interdum etiam tranſcribenda novitiis mandaverint, & hoc pacto poſteris tranſmiſerint, ob pietatem eorundem ſingularem, quam ubique ſpirant: vix enim apud alios quàm Cœleſtinæ Gallos, opuſcula iſta MSS. reperire contingat, quorum in ordinis ipſius Præmonſtr. Bibliothecis nullum veſtigium eſt. Extat inter MSS. Codd. Cuſſiacenſis Abbatiæ, Ord. Præmonſtr. in Laudunenſi agro, Codex MS. *in fol.* circa A. 1200. in membrana, eleganter & nitidè ſcriptus, quem A. 1663. frequenter in manibus habuiſſe ſe teſtatur *Oudinus*; qui ſcilicet complectitur *Sermones* CXIV. vel circiter, omnes fermè ad Præmonſtratenſem Ordinem ſpectantes, quorum alii in Dominicis, alii in Feſtis, alii in Capitulo generali Ord. Præmonſtr. alii in Electione Abbatis, vel in viſitatione Abbatiarum Ordinis, facti leguntur; quos ex conjectura adſcribo, pergit ille, *Adæ* Præmonſtr. ob ſimilitudinem argumenti cum ſequentibus allegandis; nec dubitans quin nomen Authoris fronti operis appictum eſſet, ſed nefaria manus alicujus ex ignaris Cuſſiacenſibus duos primos quaterniones abſcidit, cujus primæ paginæ nonnulla ad marginem annotavit ipſe *Oudinus*.

Extant autem *Adami*, in ejus operibus, *Antverpiæ*, ut jam diximus, editis, *Libri IV.* quorum

1. Eſt *Sermonum de Tempore & Sanctis*; funtque numero XLVII. *ſex* nimirum ad Dominicam primam in adventu Domini: *XII.* ad Dominicam ſecundam: *X.* in Vigilia nativitatis Domini: *IV.* in die S. Stephani Protomartyris: *V.* in die S. Joannis Apoſt. & Evangel. *III.* in die SS. Innocentium. *IV.* in Dominica infra Octavam Nativ. Domini: *II.* in die circumciſionis Domini: *II.* in die Epiphaniæ Domini: *III.* in Dominica ſecunda poſt Epiphaniam.

2. *De ordine & habitu ac Profeſſione Canonicorum Ord. Præmonſtr.* (d) cum *Expoſitione Regulæ S. Auguſtini*, Sermones XIV.

3. *De tripartito Tabernaculo, Moyſis olim in re; Chriſti in fide Eccleſiæ; & Spiritûs S. in ſecreta puritate S. Eccleſiæ.*

4. *De triplici genere contemplationis; quàm Deus in ſe ipſo incomprehenſibilis: quàm terribilis in Reprobis: quàm dulcis & ſuavis in Electis:*

Dictio *Adami* hujus ornata ſatis eſt, nec penitus eloquentiâ carent, nec doctrinâ conciones. Scripſerat *Adamus*, ut teſtatur in Prolegom. cap. X. p. 26. *Sermones* C. quorum XLVII. tantum impreſſi extant, ſupra enumerati, cæteros autem LIII. vel circiter in manibus D. *Herm. à Porta* Abb. S. Michaëlis Antverp. cum *Soliloquio* (e) ejusd. Adami *de Anima*, quæ editioni parata ſunt, ex duobus MSS. Gallicis. Habentur autem MSS. hæc Opera apud Cœleſt. Meduntanos, Codd. 618. & 619. non quidem omnia quæ editioni Antverp. deſunt, ſed ex parte tantùm. *Soliloquiorum de Inſtructione animæ* Lib. II. ſub *Adami* Præmonſtr. nomine dedit R. P. *Bern. Pezius* (f) ex Codd. MSS. Carthuſiæ Gemnicenſis & Monaſterii Mellicenſis, opera & ſtudio Ven. D. P. *Seb. Treger*, Carthuſ. Gemnicenſis in Auſtria. Hos autem Sermones excipit Codex 619.

Serm. F. *Adæ* Præmonſtr. 4. *Feria in die Cin.* Incipit *Quadrageſimalis, fratres chariſſimi, jejunii hodie obſervationem inchoamus*, &c.

In Ramis Palmarum: *Redemptor noſter, fratres chariſſimi* &c.

In Cœna Domini: *Scitis, chariſſimi* &c.

Feria 2. in Oct. Paſchæ: *Sublimitas, dilectiſſimi, ſanctæ hujus ſolemnitatis* &c.

In ead. die: *De duobus illis diſcipulis* &c.

In Oct. Paſchæ: *Omnia, chariſſimi, quæ in carne* &c.

In die Aſcenſionis Dom. *Gaudeamus in Domino univerſi*, &c.

In die Pentecoſtes: *Cùm certum ſit, Dilectiſſimi*, &c.

In Feſto SS. Trinit. *Rerum omnium Conditorem* &c.

In electione Abbatis: *Elegit David ſervum ſuum* &c.

De Sapidis Sacræ Scripturæ delitiis, & de tribus ordinibus Eccleſiæ, & quibuſdam quæ ad Marthæ ſpiritualis miniſterium ſpectant: *Legimus, fratres, non ſolum in Script. Sacra* &c.

Alius, de his quæ ad Marthæ miniſterium pertinent, & qualiter dimiſſo miniſterio ſuo, eadem ſe debeat Martha habere: *Oculorum, chariſſimi, diu ut ipſi ſcitis.*

Alius, de æterna prædeſtinatione electorum, & de eo quod eidem prædeſtinationi non præjudicent temporales culpæ eorum: *Terrorem Deus peccantibus diſtrictus intentat*, &c.

Alius, de donis divinæ miſericordiæ, & de diebus quatuor quos habuit Lazarus in monumento: de reſuſcitatione ejus, & de eo quod cum Domino in Bethania diſcumbit, quæ omnia ad Novitios ſpectant: *Excenta fratres, ut ſcitis* &c.

Alius, de converſatione virorum religioſorum, qui in clauſtro commorantur: *Zelo prævalido, chariſſimi, afficitur Chriſtus* &c.

Alius, de perfectâ quam habet anima fidelis ergo Deum dilectione, & de ſeptem generibus beneficiorum, quæ ei Deus conferre dignatur: *Iſaias Propheta illo plenus Spiritu* &c.

Alius, de perfecta Clauſtralium converſatione, & de ſanctitatis quam ad eos qui prope & qui longè ſunt, emittunt, odore: *Calendas veſtras & ſolemnitates* &c.

Expliciunt ſermones Fratr. *Adæ*, de Martha, Maria & Lazaro.

* Vid. *Caſim. Oudin.* l. c.

(a) A. 1659. fol. apud Pet. Bellerum. (b) Tom. II. de Script. Eccleſiaſt. col. 1544. (c) Hic notandum, *Ghiſelbertum* in Prolegom. cap. 11. (quod forte non vidit *Oudinus*,) hac de re teſtem afferre *Maurinum à Prato* in Annal. Præmonſtr. ad A. 1177. (d) *Tractatum hunc Pariſiis editum A.* 1518 *ſub tit.* Tractatus de Virgine &c. me notat *El. Dupin* in Tab. Authorum Eccleſiaſt. *Sec. XII.* p. 970. ubi Adamum *noſtrum, errore, ut veretur, graviſſimo, floruiſſe dicit A. circiter* 1510. (e) Librum hunc *Adamo* cuidam Ciſtercienſi, de quo ſupra, tribuit *Viſchius*. Carthuſiano vero *Moretius*. (f) *Theſ. Anecd. noviſſ.* Tom. II. Part. II. p. 336.

ADAMUS *de S. Victore*, Canon. Regularis Ord. D. Auguſtini in Abbatia S. Victoris Pariſienſis, floruit poſt annum 1160. ſcripſitque

1. *Dialogum de inſtructione novitiorum* quem aliquando allegat *Joan. Picardus* hujus Cœnobii Canonicus in notis ſuis ad Epiſtolas *S. Anſelmi* Cantuar. Archiep.

2. *Conſequentias* ſeu *Proſas*: Hæc pauca MSS. extare in Biblioth. S. Victoris Pariſienſis teſtatur *Caſim. Oudinus* Tom. II. p. 1486. qui an aliquid impreſſum ſit ignorare fatetur. Harum Proſarum unam recenſet *Lud. Jac. à S. Carolo* Bibl. Pontif. *Lib. II.* p. 240. de S. *Petro* Apoſtolo. Epitaphium ipſe ſibi condidit, quod

quod legitur in Abbatia S. Victoris, in quâ obiit d. 8. Julii A. 1177. * *Morer.* Dict.

ADANENSE Concilium, *Adana*, (urbs erat Ciciliæ in Armenia Minori) à *Conſtantino* Armenorum Patriarcha, *XVIII.* Præſulibus, *V.* Magiſtris ſive Abbatibus, rogatu *Oſcini* Regis, circa annum 1320. vel paulo poſt congregatum. Præſentibus etiam Rege *Oſcino*, eius fratre ſuo *Alinab*, & Proceribus, Magnatibuſque, cum multis Sacerdotibus, ac viris Religioſis. In hac Synodo Acta Synodi Siſenſis renovantur, & concordia cum Eccleſiâ Romanâ tam in fide, quàm in ritibus ſtabilitur. Extant Acta *Armenicè & Latinè* à *Galeno* edita, *Conc. Eccl. Armen.* Tom. I. cap. 29. *pag.* 474. Confer Epiſtolam *Joannis Chernacenſis* ad Fratres unitos, quæ habetur *ibid.* p. 513. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 61. A.

ADARI cognomen *Khedher Ben Abdalrahman*, Damaſcenus, obiit A. Hegiræ 773. Chriſti 1371. Scripſit volumina ſex, quibus titulus

Anis Almocathein: in iis continentur colloquia ſpiritualia, iis propria qui vitam degunt ſolitariam. * *Herbelot*, Bibl. Orient. p. 56.

ADARVE (*Joannes de Acanna del*) Giennenſis, Villæ novæ, quam *de Anduxar* vocant, Prior, Sacri Territorii Giennenſis pro Eminentiſſimo Domino *Balthaſare Moſcojo & Sandoval* illius Pontifice S. R. E. Cardinali Viſitator, Theologus eximius, multâ Patrum, multâ Hiſtoriæ lectione, ſcripſit Sec. XVII.

Diſcurſos de las Efigies y verdaderos retractos non manufactos del Santo roſtro y cuerpo de Jeſu Chriſto N. Senor deſde el principio del mundo: y que la Santa Veronica, que ſe guarda en la Santa Igleſia de Jaen es una del duplicado, ò triplicado, que Chriſto N.S. dio a la bienaventurada muger Veronica. Domi ſuæ apud Villam novam ipſe typis committi fecit anno 1637. *in folio.* * Nic. Anton. *Bibl. Hiſp. nov.* Tom. I. p. 475.

ADBOVES (*Petrus*) Gallicè *Auxbœuff*, Ord. Fratr. Minorum Theologus Univerſit. Pariſienſis, vir magni ſua ætate nominis, claruit ab A. 1390. ad 1430. & ultra. Hic A. 1404. cùm *Car. de Savoiſy* multas per ſuos aſſeclas injurias commiſiſſet, contra Proceſſionem ſolennem ſeu ſupplicationem Pariſienſis Univerſit. publicam, quæ d. 14. Julii ab Eccleſia S. Mathurini ad Eccleſiam S. Catharinæ de Cultura proceſſerat, ad petendam publicis ſupplicationibus CAROLO VI. Regi ſanitatem: Hic, inquam, *Pet. Auxbœuff* Oratione ad Regem præclarâ obtinuit, ut *Car. de Savoiſy* ſolemni Regis ſententiâ multis atque atrocibus articulis damnatus fuerit, ad reparandam Univerſitati illatam injuriam, uſque ad inſignis hoſpitis ſui ruinam atque deſtructionem integram. De hac oratione tanquam eximiâ loquitur Anonymus Monachus S. Dionyſii in Francia, Latinus Hiſtoriographus *Vita CAROLI VI. Francorum Regis* (lib. 24. cap. 8.) quæ MS. extat in Regia Galliarum Bibliotheca. Factus poſtea *Pet. Adboves* ob eloquentiam ac doctrinam Confeſſarius *Iſabella* de Bavaria, CAROLI VI. uxoris, & *Stephani* Bavariæ Ducis, atque Palatinatûs Rheni Comitis filiæ, habuit multas eaſque egregias *Conciones* in celeberrimis Lutetiæ Pariſiorum Eccleſiis, quas Latinè poſtea compoſuit. Editæ ſunt primò *Pariſiis* apud Jod. Badium Aſcenſium A. 1521. & *Antverpiæ* recuſæ apud Guil. Leſteenium, A. 1643. in 4. Habentur autem MSS. in Biblioth. Colb. Cod. 2452. * Vid. *Oudin.* Tom. III. *de Script. Eccleſ.* p. 1277.

ADDAS, gente, ut videtur, *Syrus*, unus ex tribus primariis *Manetis* diſcipulis, quem ad prædicandum impium illud Evangelium in Syriam miſit fœdiſſimus Impoſtor, claruit anno 277. *Baddam* vocat Cyrillus, (*a*) *Budam* Petrus Siculus, (*b*) *Aldam* Theodoritus, (*c*) *Addam* Epiphanius, (*d*) & Nicephorus, (*e*) & rectius quidem; quippe teſtis omni exceptione major ipſe *Archilaus*, qui Acta diſputationis cum *Manete* literis mandavit, in fragmento quod ſupereſt, *Ad-*

dam conſtanter vocat, ſubditque diſcipulum habuiſſe *Tyrbonem*, quem *Manes* cum Epiſtolâ ſuâ ad *Marcellum*, virum in Meſopotamiâ clariſſimum, legatum miſit, quique mox ad fidem catholicam rediit. Non ſum neſcius inter *Manetis* diſcipulos ab auctore *Coteleriano* & *Tolliano* & *Buddam* & *Adam*, a Petro Siculo *Buddam* & *Adantam* numerari. Sed utut ſit, certum eſt, *Addam*, de quo agimus, ex tribus præcipuis *Manetis* diſcipulis unum fuiſſe, neque alium, quam cujus toties meminerunt Veteres. Scripſit librum, quem *Modior* appellavit. Meminit quidem βίβλος ἢ γεγραμμένης Ἄδα auctor *Tollianus* p. 142. Adverſus hunc librum ſtylum ſtrinxère *Titus* Boſtrenſis in Arabia Epiſcopus, & *Diodorus* Tarſenſis in Ciliciâ antiſtes, teſte *Heracleano* Epiſcopo Chalcedonenſi apud *Photium* Cod. LXXXV. *col.* 204. Diverſus ab *Adda* noſtro erat *Adimantus* ille, cujus toties apud Auguſtinum occurrit mentio, quemque ipſe peculiari opere refutavit. In catalogo enim diſcipulorum *Manetis*, tum apud *Petrum Siculum*, tum apud formulæ *Coteleriana* & *Tolliana* auctorem diſtinctè recenſentur, etſi in alia ſententiâ me olim fuiſſe fateor, & mecum ipſemet Auguſtinus: En ipſius verba, (*f*) *Nam illud aliud quod in eodem codice ſcribi cœperat, Adimanti opus eſt, illius diſcipuli Manichai, qui proprio nomine* Addas *dictus eſt.* * Ita *Guil. Cave* Hiſt. Liter. p. 93.

(*a*) *Catech. VI.* p. 150. (*b*) *Hiſt. Manic.* p. 30. (*c*) *Hæret. fab.* lib. 1. c. 26. p. 214. (*d*) *Hær.* LXVI. num. VII. (*e*) l. *VI.* c. 32. (*f*) *Contra adverſ. Leg. & Prophet.* l. 2. in fine.

ADDO, Vid. ſub tit. AHIAS.

ADECERLITÆ, Hæretici dicentes; *Chriſto deſcendenti ad inferos omnis animarum multitudo occurrit, & credidit ei, & liberata eſt.* Ita *Sirmondus* hær. LXXIA. in lib. cui tit. *Prædeſtinatus* &c.

ADEKIRCHEN (*Ambroſius*) gente Teuto, Ord. Prædic. apud Colonienſes agebat anno 1610. & per urbem conciones habebat cum laude. Accidit autem cùm in templo B. Mariæ Virginis die feſto apoſtolorum Petri & Pauli prædicaret, ſumpta occaſione ex verbis evangelii, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c.* ut diceret omnes omnium temporum hæreticos, cùm Eccleſiam ſibi oppugnandam ſumſiſſent, ſemper in petram illam impegiſſe, atque inter illos etiam *Lutherum & Calvinum* nominaret: Tum Lubecenſis quidam gladiatus qui aſtabat, in convicia prorupit: & hæc verba *Mentiris, ſcelerate Monache*, publice & alta voce proclamavit, & ſimul cum dicto è templo egreſſus eſt: cujus rei indignitate commoti quidam ex auditoribus, eum inſecuti pugnis mulctaverunt. Lubecenſis ille cum ita perculſus ex urbe fugiens calumniam hanc ſparſit, concionatorem parricidium eo anno in Chriſtianiſſimum regem HENRICUM IV. perpetratum laudaſſe, propterea que à ſe publice reprehenſum. Hæc ubi reſciit Senatus Colonienſis, extemplo cùm factum adhuc eſſet recens, diligentiſſime in totam rem inquiſivit, teſtes qui concioni adfuerant quanto fieri potuit numero examinati, qui omnes ſeorſim quiſque per Deum & ſancta ejus evangelia jurati & adjurati depoſuerunt, tota illa quæ tunc habita fuit concione, neque regis HENRICI IV. auguſtæ memoriæ, neque funeſti illius & execrabilis parricidii ullam fuiſſe factam mentionem, ſed ſolum ſupra relata de *Luthero & Calvino*, ad quæ excanduerat Lubecenſis. Examinatus etiam fuit concionator, & acriter ad profitendam veritatem preſſus, qui non tantum verbis innocentiam ſuam cum ſumma tantæ impietatis execratione egregie purgavit, ſed etiam ad codicem ſuum, in quo exemplaria concionum ſuarum deſcripta oſtendebat, provocavit, apologiaque publice in lucem emiſſa calumniatores ſuos inſectatus eſt, quorum nullus eſt inventus, qui calamum in contrarium movere auſus fuerit. Quæ omnia in acta publica eodem anno 1610. relata, horumque exemplum illuſtri D. *de Boiſſiſe* HENRICI IV. felicis memoriæ apud Colonienſes legato, qui de rei veritate plenius informari voluit, traditum, ſed & plura alia

tum Franciæ polemarcho D. *de Chaſtres* ad Caſtra Juliacenſia agenti; tum primoribus exercitûs Gallici ducibus à Senatu Colonienſi miſſa, quibus omnibus ita tunc ſatisfactum, ut ipſi nec animadverſa calumnia inſulſum figmentum ulterius exploſerint, neque amplius quicquam ad plenam & integram tam manifeſtæ falſitatis probationem à Senatu Colonienſi deſideraverint. His omnibus non obſtantibus auctor libri cui titulus *Le Mercure François, ou ſuite de l'hiſtoire de la paix &c.* anno 1611. apud Joan. Richer *Pariſiis* editi p. 514. calumniam Lubecenſis, ut veram hiſtoriam accipiens, ſuis commentariis inſeruit, pluraque addidit Reipublicæ Colonienſi contumelioſa. Ubi Coloniam primum allatus eſt liber ille *Le Mercure François*, ad impudentiſſimum & vaniſſimum commentum exhorruit magiſtratus, hujuſque calumniæ atrocitatem oſtenderunt, edito Latine & Gallice libello hoc titulo:

2. *Apologia Senatus imperialis & liberæ civitatis Coloniæ Agrippinæ, adverſus calumnias anonymi cujuſdam ſcriptoris Gallici, qui eadem Henrici IV. Chriſtianiſſimi Gallorum regis in eadem civitate publice pro concione ſuffragante magiſtratu laudatam, & alia quædam falſa de eodem ſenatu in annalibus ſuis commemorat.* Coloniæ Agrippinæ excudebat Joannes à Metternich 1611. in 4. pagg. 26. pro Latina; totidem pro Gallica. Extat utraque Pariſ. in Regia L. 690.

Hæc fuſius narrat R. *Echard*. Tom. II. *de Script. Ord. Prædic.* p. 375. ubi ſcripſiſſe dicitur noſter *Adekirchen*

Apologiam adverſùs ſuos Calumniatores. Coloniæ 1610.

ADELA Bleſenſis Comitiſſa, & poſtea Marciniacenſis Sanctimonialis, *Guillelmi* ſenioris Anglorum Regis filia, *Stephani* inclyti Comitis Palatini conjux, mortuo in ſacra expeditione Hieroſolymitanâ marito A. 1102. in obſidione Ramulæ, non ſtatim ſæculo nuncium remiſit, ſed multò ſeriùs, poſtquam ſcilicet filios ſuos ad ætatem perduxit adultam. Extat ad eam viduam *Hildeberti* Epiſtola 31. & ad eam Monacham Marciniacenſem Epiſt. 63. Eſt autem Marciniacum fœminarum cœnobium Ord. S. Bened. in diœceſi Auguſtodunenſi, ab *Hugone* Abbate Cluniacenſi conſtructum. Hæc obſervant Dn. *Martene* & *Urſ. Durand* in Theſ. Anecdot. *Tom. I. p.* 373. ubi *Adela* extant

Epiſt. ad *Gaufridum* Carnotenſem Epiſcopum, *ut non permittat Monachos Majoris-monaſterii moleſtari à Canonicis S. Cariloſi*, A. circiter 1130. ex archivis Majoris-monaſterii.

Epiſt. ejuſdem argumenti ad *Theobaldum* Comitem Bleſenſem.

ADELÆ Viromandenſis Comitiſſæ, quæ præbendam Eccleſiæ S. Quintini confert Canonicis Regularibus Belvacenſibus, ad A. 1103. meminit *Dacherius* Tom. III. *Spicileg.* in fol. *p.* 437. quæ an a priori diſtinguenda ſit affirmare non auſim.

ADELAGUS Bremenſis Archi-Epiſcopus ſeculo X. vixit, ætate *Flodoardi*, ad quem ſcripſit *Epiſtolam Conſolatoriam* quæ habetur *Tom. XVII.* Biblioth. Patrum *fol.* 503. teſte *Oleario*.

ADELARDUS. Vid. ADALHARDUS.

ADELARDUS Cattaneus *de Adelardis*, nobili apud Veronenſes familiâ natus, Canonicus extitit ſecularis Eccleſiæ Veronenſis: Vir non minùs literarum ſcientiâ, quam vitæ puritate, animique integritate conſpicuus, à *Lucio III.* P. M. eapropter Cardinalis creatus, tit. S. Marcelli. Ab eodem Pontifice ad urbis Eccleſiæ negotia primum aſcitus, deinde *Clementis* itidem *III.* juſſu, legatione in Orientalibus plagis perfunctus, cum *Philippo* Francorum, & *Richardo* Anglorum Regibus, multiſque nobilibus Chriſtianis, Civitatem Acconem ab Infidelibus occupatam expugnavit; & ejectis Paganorum Miniſtris, Altaria nova, novoſque Sacerdotes ſubſtituit. Quæ cùm in Oriente ageret, eum Veronenſis Clerus poſt obitum *Ripandi* Epiſcopi, in Antiſtitem elegit, electionem approbante *Clemente* S. P. Submiſſis igitur Nunciis, Veronam revocatus, commiſſum ſibi munus plena fide & integritate diutiſſime adminiſtravit.

Obiit juxta *Panvinium* A. 1209. verùm *Ughellium* ſecutus *Eggsius*, è vivis exceſſiſſe putat, vel exeunte A. 1211. vel initio ſequentis, Præſulatûs ſui 24. Ejus cadaver in Baſilica S. Zenonis, marmoreo tumulo incluſum, honorifice terræ mandatum eſt, cum hoc Elogio:

ADELARDO S. R. E. CARD. AMPLISS. VIRO OPT. VERONENSIUM ANTISTITI VIGILANTISS. VITÆ SANCTIMONIA, ET ERUDITIONE CLARISSIMO.

Scripſit Opera plurima, vernaculâ, & latinâ linguâ, ex quibus ſupereſſe teſtatur *Georg. Joſ. Eggs* Purp. doctæ *Lib. I. p.* 100.

1. *Sermones de Tempore & de Sanctis.*
2. *Commentaria ſuper Prophetas.*

ADELARIUS. Vid. ſub tit. ADREVALDUS.

S. ADELARIUS, gente Scotus, Ordine Benedictinus, Epiſcopus Herefordenſis, vixit ſub Pontifice Stephano III. ſcripſitque teſte *Lud. Jac. à S. Carolo* Bibl. Pont. *Lib. II. p.* 240.

Ad Romanos Pontifices lib. 1.

ADELBERTUS. Vid. ADREVALDUS.

ADELBERTUS Heidenheimenſis Abbas, ex Ordine S. Bened. floruit A. 1164. quo ſcripſit

Relationem hiſtoricam de reſtitutione ſui Monaſterii Benedictinis factâ ſub Eugenio Papa III. quam adjecit *Gretſerus* ad calcem *Commentarii Philippi Eiſtet. Epiſc. de Epiſcopis Eiſtetenſibus* ab A. 1306. ad 1322. pag. 318. *Commentarium* artem *de Sanctis Eiſtetenſis Eccleſiæ tutelaribus, S. Richardo, S. Willibaldo, S. Wunibaldo, S. Walpurga* &c. edendum curavit *Jac. Gretſerus* Soc. Jeſu Theol. *Ingolſtadii*, apud Elizab. Angermariam A. 1617. in 4. Vid. *Oudin.* Tom. II. *de Script. Eccleſ.* p. 1474.

ADELBOLDUS, aliis ADELBODUS, ALBALDUS, ADELBALDUS, aut etiam ATHALBALDUS, (*a*) Friſius nobilis ex Lobienſi Clerico, (Cœnobium eſt Ordinis Benedictini in ditione Leodienſi,) electus eſt A. 1008. V. Non. Maij (*b*) Epiſcopus Ultraject. XIX. *Anſfridi*, ſeu *Anſfridi* ſucceſſor. Fuit HENRICO II. Imperatori à Conſiliis. Divi Martini Templum a *Willibrordo* extructum, à Danis devaſtatum, ſed à *Balderico* Antiſtite reſtaurari cœptum anno 1015. ſecundum aliquos continuavit, ſecundum alios diruto opere, a fundamentis novâ baſilicam extrui juſſit; Tylanum; verò templum ædificio Collegioque octo Canonicorû (remotis Regularibus) honeſtavit. Primus Pontificum Trajectenſium bellum geſſit: (*c*) Vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſecularibus literis nobiliter doctus, non minus armis quàm eruditione proſtravit infideles, ſub cujus perſona *Herigerus* Abbas, *Dialogum de adventu Domini* compoſuit. Scripſit *Adelboldus*

1. *Vitam S. Henrici Imper.* lib. 1. ubi notat Cl. *Jo. Alb. Fabricius* libros II. *Adelboldi* de hâc Vitâ *Surium* edidiſſe ad 14. Jul. *Gretſerum* in Divis Bamberg. (*d*) *Caniſium* Tom. VI. *Antiqq. Lect.* in quibus editionibus, inquit Cl. *Cave* (*Hiſt. Liter.* p. 519.) *Adelboldi* nomen Operi non præfigitur; cui tamen MSS. quidam Codd. tribuunt, non eâ verò (pergit ille) authoritate præditi, ut rem extra omnem controverſiam ponere videantur. Hanc autem *Vitam* edidit *God. Guil. Leibnitius* inter *Scriptores Rerum Brunſvicenſium*, Hanov. 1707. *fol.* ubi eam *Adelboldi* eſſe, ex ſynchroniſmo qui in eâ apparet, rectè ſe probare contendit, cujus (*Leibnitii*) rationibus cedit *Caſim. Oudinus*, Tom. II. p. 542. addens non immeritò tamen in dubium vocari ſi ne ea Vita *Adelboldi* genuina, nec ne; eò ſcilicet quod obiit ille A. 1027. Autor verò *Henriciana Vita* narrat ut *Henricus* hic Imperator ab *Eugenio* III. anno 1152. Sanctorum honoribus adſcriptus fuerit.

2. *De Laude Sta Crucis.*

3. *De*

3. *De Laude beatæ Mariæ*, & alia *Trithemio* teſte (Cap. 312.) qua metro, qua proſa oratione.

4. *Cantum nocturnalem in laudem S. Martini, & triumphum ejuſdem Sancti de Danis & Suevis*, Turoniam infringere volentibus (*e*).

5. *Vitam S. Walburgæ* editam inter *Probatas Sanctorum Vitas* Joan. Bollandi & ſociorum, Tom. III. ad d. 25. Febr. p. 542. (*f*)

Obiit autem, ut diximus, A. 1027. ſub Conrado *Juniore* Imperatore, indictione X. Epiſcopatus ſui anno 18. V. Cal. Decemb.

(*a*) *Adalberonem* eum vocat *Saronius* ad A. 1004. (*b*) *Voſſius* Lib. II. *de Hiſt. Lat.* p. 359. (*c*) Hug. van Heuſſe *Batav. Sacr.* p. 25. (*d*) Ingolſtad. 1913. 4. (*e*) *Batav. Sacr.* p. 186. ex *Val. Andrea* Bibl. Belg. (*f*) Vid. *Oudin* Tom. II. p. 541.

ADELGORIUS, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, cujus & aliorum *Epiſtolam* (*a*) *ad Epiſcopos Saxoniæ, Franciæ, Lotharingiæ* inſeruit *Edm. Martene* Tom. I. *Vet. Script. & Monum.* p. 625. in qua petunt ab eis auxilium adverſus Paganos, qui Chriſtianos crudeliſſime cædebant.

(*a*) A. circiter 1110. ex *MS. Cod. Graffſchatenſi.*

ADELHELMUS, Sagienſis in Neuſtriâ Epiſcopus, quem nonnulli male ADELINUM (*a*) vocant, (Gallus an Germanus incertum) claruit circa annum 890.

Vitam & Miracula S. Opportunæ Virginis Monaſterioli in Neuſtriâ Abbatiſſæ, duobus libris complexus eſt. In *primo* Vitam, in *altero* Miracula refert. Hos ſe ſcripturum, paulò poſt ordinationem ſuam, voto ſe obſtrinxerat, ſed promiſſi immemor, & à Normannis in majorem Britanniam captivus deportatus, patriæque poſteà & ſedi reſtitutus, votum ſolvit, & ad hos libros condendos ſe ſtatim accinxit, ut in libri, poſtremi Præfatione, *num.* 2. nos docet. Habentur hi libri ſed contracto libro ſecundo, apud *Surium* April. xxii. Ad Cod. MS. Eccleſiæ S. Opportunæ *Pariſ.* recognovit & integros edidit *Joan. Mabillonius* Sæc Benedict. III. *Part. II. pag* 220. Prodiit eadem *Vita* curâ *Nic. Goſſet*, Pariſiis 1654. & 1655. in 8.

Labbeus *in Chronologiâ brevi Script. Eccleſiaſticorum* malè aſſignavit *Adelino* Ann. 790. quo floruiſſe dicitur; nam *Sammarthani* doctiſſimi fratres in *Galliâ Chriſtianâ* tom. 3. pag. 962. docent *Adelinum* in Epiſcopatu Sagienſi ſucceſſiſſe *Hildebrando*, & non *Godegrando* Sagienſi primo Epiſcopo, ſed ab illo tantùm fuiſſe ſextum. Porrò *Hildebrandus* ſeculo tantùm IX. floruit, interfuitque Concilio Bonolienſi in agro Pariſienſi an. 834. ut probat *Stephanus Baluzius* tom. 2. *Capitul. Regum Francorum* p. 1267. item Vermerienſi ann. 853. *ibid. tom.* 2. *p.* 57. & Ticinenſi Conventui an. 877. *ibid. p.* 244. Imò *Joan. Mabillonius* in Prælud. ad dictam S. Oportunæ Vitam *Adelhelmum* ad An. 910. rejicit, ſed ex conjecturis tantùm, non certis indiciis; alioquin vixiſſet pluſquam centenarius; cùm enim eſſet Epiſcopus an. 834. & haberet tunc temporis annos 30. vel amplius, ſi attigiſſet annum 910. ſenilem ferè ætatem habuiſſet 110. annorum, * *Cave* Hiſt. Liter. p. 477. *Oudin.* Tom. II. p. 336. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ *p.* 288. *n.* 6244. Diverſus autem ab illo eſt S. *Aldhelmus* Schireburnenſis Epiſcopus, de quo ſuo loco dicemus.

(*a*) Ita *Voſſius* Lib. III *de Hiſt. Lat. p.* 718. & *Dupinius Sæc.* IX. *Bibl. nov.* p. 199.

ADELHERUS Epiſcopus incertæ ſedis ac ætatis, Ord. S. Bened. cujus extat apud *Pezium* in Theſ. Anecd. noviſſ. *Tom. II. Part. II. p.* 17.

Admonitio ad Nonſuindam reclusam ſeu *Liber de ſtudio virtutum*, erutus ex MS. Cod. Inclyti Monaſterii Tegernſeenſis in Bojaria, Ord. S. Bened. ab adm. R. P. Adalb. Düſtl, ejuſdem loci Presbytero. Conſtat Capp. XV.

ADELMANNUS quem *Almannum* Sigebertus *cap.* 153. vocat, ex Scholaſtico Leodienſi Epiſcopus Brixienſis, *Fulberti* Carnotenſis primum diſcipulus, & *Berengarii* condiſcipulus, Epiſcopatum tenuit ab anno 1048. ad annum circiter 1061. ut docet *Ferd. Ughellus* Tom. V. *Ital. Sacr.* Scripſit autem

1. *Epiſtolam ad Berengarium de veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia.*

2. Aliam ejuſdem argumenti *ad Paulum Metenſem Primicerium*, quâ ipſum pariter ac Berengarium communem amicum à ſententia ſuâ de Euchariſtiâ revocare conatus eſt. Epiſtola iſta interiiſſe videtur (*a*)

3. *Epiſtolarum ad diverſos* lib. 1. & alia inſuper multa tam metro quam proſa ſcripſiſſe dicitur apud *Trithemium* cap. 320. & claruiſſe A. 1040.

Quoad *Epiſtolam ad Berengarium*, prodiit illa *Lovanii* 1551. & 1561. & in *Biblioth. Patrum* Tom. XVIII. pag. 438. (*b*) *Pariſ.* 1575. 1589. 1610. (*c*) ac poſtremo *Patavii* apud Juſ. Cominum, 1720. in 4. cū S. *Gaudentii* Sermonibus & *Ramperti* Opuſculis (*d*) Edidit & notis illuſtravit *Paul. Galeardus* Canon. Brixienſis, cujus quæ *Adelmannum* ſpectant hic ex *Act. Lipſ.* (*e*) ad verbum exſcribemus: » P. 287. *Epiſtolam Adelmanni*, Scholaſtici Brixienſis, *ad Berengarium* exhibet (*Galeardus*) de cujus ætate diſquirit. *Octavius Rubeus* Adelmannum *Brixiæ* in conflictu adverſus *Berengarianos* obiiſſe voluit A. 1046. ſed narratio probabilitate caret, quum eo tempore adhuc nec » Scholaſticus *Leodienſis*, nec hæreſis *Berengariana* orta eſſet. Quin immo A. 1061. vixiſſe dicitur, cui » à *Nicolao* II. Pontifice adverſus Concubinarios actio » commiſſa, quod perperam intelligens *Flavius Blondus Foroliv.* crimen in ipſum *Adelmannum* detorſit, » indiligens ſcriptor, qui majorem curam habuit multa » potius, quam vera, ſcribendi. Voluit Cl. Autor » Epiſtolam integram edere, omnemque operam impendit, & *Franc. Blanchinum*, *Carolumque Majellum* » Romæ, Florentiæ *Virgin. Valſecchiam*, Pariſiis *Montfauconium*, Viennæ *Bened. Gentilottum* adiit, qui tamen, quod non habebant, dare non poterant. E» dita hæc Epiſtola *Lovanii* A. 1551. & 1561. ſtudio » *Joh. Ulimmerii*. Editio poſtrema variantes lectiones » habet, curante *Joſ. Ant. Saxio*; ea enim à *Bulæo* (du » Boulay) *Hiſtoria Acad. Pariſ.* inſerta, unde Max. » Rev. *I. G. Siberus*, tum Presbyter Sneebergenſis, » hodie Lipſienſis, Collega noſter honoratiſſimus, *Lipſiæ* A. 1710. Commentario *de ſcriptoribus Alemannis* » ideo inſeruit, ut adverſus *Edm. Albertinum* abjectè » de *Adelmanno* ſentientem eâ uteretur. Monet *Galeardus*, Max. Rev. *Siberum* qui *Adelmannum* Germanis ſeu Alemannis ex ſuffragio *Sigeberti* Gemblac. » accenſuerat, id probare non poſſe, cùm ipſe Scholaſticus Brixienſis ſe non *Almannum*, ſed *Adelmannum* dixerit. Mox in notis ad Epiſtolam *p.* 302. » contendit, non videri ſibi *Adelmannum* Leodienſem » fuiſſe, nec fortaſſis fuiſſe Tranſalpinum, ideo quod ſe » inter Teutonicas auras diu peregrinari fateatur. Verùm id ipſum, quod ad auferendum Germanis *Adelmannum* Cl. Vir protulit, tanto fortius eundem Germanis vindicat. Hoc ipſum enim *Adelmanni* nomen » planè Germanicum eſt, origineſque Brixienſis Præſulis ſatis demonſtrat: nec *peregrinatio inter Teutonicas auras* hanc aſſertionem deſtruit, quum *peregrinandi* » vox metam *vivendi* ſignificationem apud *Adelmannum* habeat, quod ex ejuſdem Epiſtolâ conſtat; unde certum eſt, non alia ratione ſe peregrinantem » dixiſſe, atque *David* ſe peregrinum cum Patribus dixerat, qui tamen conſtanter in Palæſtinâ reſederant. » Præterea, quum *Berengarium* Francum fuiſſe conſtet, » cujus ſe *Collectaneum* vocat *Adelmannus*, cum quo adoleſcentulo ipſe majuſculus in Academia Carnotenſi fuerit educatus, ad quem cùm literas mittere vellet, » hominem linguæ Franciæ non ignatum quærebat, » certè non amplius dubitandum erit, *Adelmannum* » Germanis, ad quos Franci pertinebant accenſen-

»dum

„ dum eſſe. Cæterùm eruditæ ſunt notæ quibus illam „ Epiſtolam *Galeardus* illuſtrat, quando nempe adverſus Authorem Syntagmatis de celebribus Scholis, de „viſione *Fulberti*, de Capellis, de Epiſcopatu *Paulini* Metenſis, de merſione in Baptiſmo Sec. I X. adversùs *Joſephum Vice-Comitem*, de voce *creandi* in tranſubſtantiationis negotio diſputavit. Tandem monet, inſigni errore à poſtremis Anecdotorum Pariſienſium editoribus rhythmos *Adelmanni* Berengario adſcriptos eſſe, „ quod ſummoperè falſum eſſe, vel unde conſtat, quia „ *Adelmannus* in fine eos à ſe conſcriptos eſſe, ſatis teſtatur. „

* Huc uſque Eruditi Lipſienſes.

(*a*) Cave *Hiſt. Liter.* p. 123. (*b*) ibid. (*c*) *Lippen.* Tom. I. p. 144. & 653. c. 1. (*d*) *Act. Lipſ.* 1722. p. 482. (*e*) ibid. p. 490. (*f*) Vid. *Trithem.* cap. 320.

S. ADELMUS. Vid. ALDHELMUS.

ADELOFAGI Hæretici, dicentes non debere ita cibum ſumere Chriſtianum, ut ab alio videatur dum comedit. Et hæc ſola cauſa eos ab Eccleſia ſeparare dignoſcitur. Trinitatem enim ejuſdem ſubſtantię confitentur. Egerunt cum ais Epiſcopi de Epheſo. * Ita *Sirmondus* in lib. cui tit. *Prædeſtinatus* &c. hær. LXXI.

ADELPHIDUS Græcus, neſcio quis, ſcripſit, teſte *Joh. Alb. Fabricio* Bibl. Gr. Tom. X. p. 473.

Contra Latinorum novitates de Proceſſione Spiritûs S. MS. in Cod. Colbert. 3779. allegatur a *Cangio* in Gloſſar. Græco.

ADELPHUS Abbas Ord. S. Bened. clarus circa A. C. 1160. vir in divinis Scripturis longa exercitatione peritus, & ſecularium literarum non ignarus, regularis obſervantiæ cultor indefeſſus, nonnulla edidiſſe fertur opuſcula, de quibus extare teſtatur *Trithemius* cap. CCCLXXXII.

Sermones ad fratres Lib. 1.

Contra Sarracenos Lib. 1.

ADEMARUS Sti Eparchii Engoliſmenſis Ord. Bened. Monachus, patria Cabannenſis, *Raimundi* qui *Turpionis* Epiſc. Lemovicenſis abnepos fuit, & *Aldeardis* filius, quem primùm S. Martialis Lemovicenſis Monachum extitiſſe dicunt, & circa A. 1030. floruiſſe, ſcripſit

1. *Chronicon ab initio Monarchiæ Francorum, præcipuè ab Anno* 829. *uſque ad A.* 1029. Hæc para deſumpta eſt ex Codice *Valeſii* cum duobus aliis collato, ſuppleto & correcto, in cujus calce legitur: *Explicit Chronicon Ademari in annorum quidem notatione confuſum, ſed optimum in his quæ ad Aquitanicas res ſpectant.* Edidit *Labbeus* Tom. II. *Bibl. nov. MSS.* p. 151. qui initium Chronici ad annum uſque 720. (exceptis aliquot Fragmentis è Capitibus 12. 18. 30. 33. 40. & 51.) eò quòd jam à *Frehero* & *Quercetano* prodierat ſub tit. *Geſta Regum Francorum Epitomata*, omiſiſſe ipſe teſtatur, ut & *Vitam Caroli Magni* à *Pithæo* & *Quercetano* datam, ea verò tantum ex Vità *Ludovici Pii* ſelegiſſe, quæ notatu digniora viſa ſunt, ac potiſſimùm ad res Aquitanicas ſpectantia. Hujus Chronici varia dederunt Fragmenta *Pithæus* & *Quercetanus*, produxit verò *Petrus à S. Romualdo* Fulienſis ab A. 1029. quo deſiit *Ademarus*, ad A. 1652. quo prodiit Continuatio, *Latinè* primùm, dein *Gallicè*, duobus voluminibus in 12. * Vid. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ *p.* 340. *n.* 6893. & ſeqq. ac *p.* 777. *n.* 15123. & ſeq.

2. *Hiſtoria de geſtis Pontificum & Comitum Engoliſmenſium*, ex Hiſtoriâ *Hugonis* Engoliſmenſis deſcripta MS. in Vatic. num. 168. & in Bibl. Collegii Jeſuitarum Pariſ. Hanc Hiſtoriam *Quercetanus*, qui hujus Fragmentum exhibet in *Collectione Hiſtoric. Normanniæ* pag. 19. tribuit *Ademaro* Monacho Sti Cibarii (*de St Cybar*) Engoliſmenſis, ut teſtatur laud. *Le Long* ubi ſuprà *p.* 157. *n.* 3161.

3. *Supplementum ad Librum IV. Amalharii de Divinis officiis*, quod evulgavit *Mabillonius* Tom. I. *Analect.* p. 96.

4. *Epiſtolam* ejuſdem *Ademari* MStam habet *Steph. Baluzius*, poſt I. Lemovicenſe Concilium, cui ille interfuerat, conſcriptam; in quâ multa *de Apoſtolatu S. Martialis* diſſerit, plurima commemorans quæ circa hanc quæſtionem geſta fuerant. Nonnullas etiam aſſervat Conciones *Baluzius* in eodem Concilio Lemovicenſi habitas, quas & *Ademari* eſſe arbitratur. * De illo vid. *Dupin* Bibl. nov. Sec. XI. p. 108. *Cave* Hiſt. Liter. p. 521. *Olearii* Bibl. Script. Eccleſ. p. 11. *Oudin.* Tom. II. p. 586. *Voſſius* Lib. III. de Hiſt. Lat. *p.* 773. ubi *Ademarum* ad A. 1110. aſſignat, unde colligi poteſt duplicem fuiſſe hujus nominis virum, quorum alter ſequitur.

ADEMARUS Monachus Sti Martialis Lemovicenſis, quem plures cum priore confundunt, ab illo tamen diſtinguendus videtur, ſiquidem vixit circa A. 1110. ut habet laud. *Le Long* qui libro cit. *p.* 249. *n.* 5379. huic noſtro adſcribit quam alii Cabannenſi tribuunt

Commemorationem Abbatum Lemovicenſium Abbatiæ S. Martialis, à *Labbeo* editam *Tom. II.* Bibl. nov. MSS. *p.* 271.

ADEODATUS quidam, Author *Vitæ Sti Taurini* (*a*) Ebroicenſis (*d'Evreux*) Epiſcopi, quam edidit *Montbritius* in Vitarum Sanctorum Collectione. Opus minimi pretii judicat *Jac. Le Long* lib. cit. *p.* 190. *n.* 4008.

(*a*) *Vixit* Taurinus *Sec. III. vel IV.*

ADEODATUS Pont. LXXVIII. A. D. 672. natione Italus, *Joviani* filius, patriâ Romanus, ex Monacho S. Eraſmi in Cœlio Monte, Ord. S. Bened. conſecratus 3. Id. Apr. die Dominic. Sedit annos IV. menſ. 5. dies 16. Creavit Epiſcopos XLVI. Presbyteros XIV. & Diaconos II. Obiit 6. Cal. Jul. A. C. 676. Sepultus ad S. Petrum. Vacavit Sedes menſ. 4. dies 6. * Hæc *Bullar. Rom.*

Illi *Adeodato*, qui triſtiſſimis temporibus, quibus Saraceni Thraciam, etiam Siciliam devaſtabant, vivebat, tribuuntur ab *Anaſtaſio Bibl.* Opera, Monacho, qualis fuerat, digna; ſcilicet Monaſterium S. Eraſmi, in Cœlio Monte, novis ædificiis multo ſumptu auxiſſe; Templum D. Petri via Portuenſi inſtauraſſe; Litanias quotidianas, quales nunc fuere, ad Deum tamen, avertendis tonitrubus, prodigiis inſtituiſſe.

S c r i p t a :

1. *Epiſtola ad univerſos Galliæ Epiſcopos pro privilegio Abbatiæ S. Martini Turonenſis*: Quæ prodiit primò ex Chronico cujuſdam Canonici Turonenſis, & Archivio ejuſd. Abbatiæ, operâ & ſtudio erudit. *Papyrii Maſſoni*: Extat etiam Tom. IV. Conciliorum *Sever. Binii* & Tom. VIII. Annalium *Baronii*.

Joan. Mariana lib. VI. *Hiſt. Hiſp.* affirmat alteram hujuſce Pontificis extare Epiſtolam

2. *Ad Gratianum ſeu Gordianum Archipræſulem Toletanum*, in qua varii canones continentur, ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantes.

* De illo *Lud. Jac.* p. 1. *Eggs* Pontif. Doct. p. 537. *Ciacconius* Tom. I. p. 463. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. VII. cap. I. art. IV. p. 534. *Cave* Hiſt. Liter. p. 388. *Pagi* Breviar. Tom. I. p. 443.

ADER (*Gulielmus*) natione Gallus, patriâ Lombarienſis. De iſto hic dicimus aliquid, quamvis fuerit Medicus, (qui floruit initio Seculi XVII.) quia in *Criticis Sacris* (*a*) ſunt ejus *Enarrationes de ægrotis & morbis in Evangelio*; quorum dum explicantur morbi, eorum patria, tempeſtes & ætas, vitæque conditio inveſtigatur, atque eos arte Medicâ incurabiles, quod antehac, *ut ipſe gloriatur*, præſtiterat nemo, demonſtratur. De iſto *Val. Henr. Voglerus* in programm. *Commentario de rebus Natural. ac Medicis S. Script.* præmiſſo, *c.* 3. videndus. Editæ autem ſunt iſtæ *Enarrationes* Toloſæ, 1620. 8. 1621. 4. 1623. & 1628. 8.

* *Lippen.*

* *Lippen.* Tom. I. p. 19. Tom. II. p. 317. *Le Long* p. 597.

(a) *Tom. VII. p.* 1445. vid. *Joan. Fabricii* Hiſt. Biblioth. Fabric. *Tom. I. p.* 291. Habentur quoque *Tom. IX.* Catal. Angl.

ADHAD-*Eddin Malek Jezd*, Arabs, Autor libri *de Unitate Dei*, cui titulus *Babagiat al-taouhid.* Herbelot. Bibl. Orient. p. 60.

ADIGHIERI (*Marcus*) Ord. Prædic. gente Italus, Conventûs S. Marci Florentini alumnus, claruit Sec. XV. vel ſub initia ſequentis. Hujus extabt in Bibl. dicti Conventûs, Arm. 11. Cod. 165. ut refert R. *Echard* Tom. I. p. 903.

Concetti in penna di Frà Marco Adighieri di San Marco.

ADIL (*Cornelius*) cujus operâ Sec. XVI. prodierunt, teſte D. *Aug. Calmet* in *Dict. S. Script.* p. 4. c. 2. art. 1.

Biblia Hebraica: Venetiis, apud Ant. Juſtiniani, A. 1550. & 1563. in 4.

ADIMARUS (*Ludovicus*) Nobilis Patricius Florentinus & Academicus *della Cruſca*, Poëta ſui temporis celebratiſſimus, qui obiit Florentiæ, die 23. Jun. A. 1708. hîc venit commemorandus, tanquam cui debentur

Poemata Sacra & moralia cum *Paraphraſi ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium*, Florentiæ primum edita apud Joan. Phil. Cecchi, Ann. 1696. *in fol.* ac recuſa apud Fiedianum, Ann. 1711. in 8. * *Diar. Ital.* Tom. V. p. 397.

S. ADO Ord. Bened. in Cœnobio Ferrarienſi Monachus, ac poſtea Viennenſis in Gallia Archiepiſcopus, vir ſcientia & ſanctitate celebris, Præſulatum iniit Anno 859. Anno 860. Concilio Tullenſi, 873. Cabilonenſi, 875. Cabilonenſi Conventui, interfuit. Ejus obitum Cl. *Cave* (a) ad Anno 875. collocat, ideoque *Chronicon* ad An. tantùm 874. perductum ait, *quæ annum enim iſtum ſequuntur* (addit ille) *ab alienâ manu adjecta ſunt.* Hæc autem inter alia *Dupinius* (b) » Creditur Autor iſte » (*Ado*) obiiſſe An. 814. (874. dicere fortè voluit) » unde dixerunt quidam, Chronico ejus additos fuiſſe » ab aliis annos aliquot, verùm hoc veriſimile mihi » non videtur; rectius eum poſt annum 879. obiiſſe » dicemus. » Quæ ſententia pluribus confirmari poteſt: Sic enim *Miræus* (c) *Floruit* (Ado) *tempore Joannis VIII. Papa circa A. C.* 879. *ad eum enim annum Chronicon ſuum perduxit*: ita quoque *Lud. Jacob* (d) *Bellarminus* (e) (*Ger. Joan. Voſſius* (f) *Joh. Gerhardus* (g) atque etiam *Jac. Severtius* (h) qui *Genebrardum* citans, *Adonem* ſcripſiſſe ait uſque ad A. 890. Cæterùm in Martyrologio Romano locum habet ad d. 16. Dec. Elogium ejus hiſtoricum edidit *Mabillonius* Act. Sanct. Bened. *Tom. II. p.* 262. (i)

S c r i p t a :

1. *Martyrologium Sanctorum per anni circulum.* Prodiit ad calcem *Martyrologii Veteris Romani*, cum notis *Herib. Roſweydi* Antverp. 1613. *fol.* Pariſ. 1645. *fol.*

Hoc *Martyrologium* ex *Veteri Romano*, id eſt *Calendariis*, quæ Romæ habebantur, concinnatum dicitur, quanquam *Valeſius* probet nullum fuiſſe Romanum Martyrologium in ſpecie ſic dictum, *Diſſert. de Martyr. Romano.*

2. *Breviarium Chronicorum de ſex mundi ætatibus*, à mundi initio ad annum 879. perductum. Prodiit ſeorſim *Pariſ.* 1522. cum *Gregorio Turonenſi* Pariſ. 1512. 1567. *Baſil.* 1568. denique in *Bibl. PP.* Tom. XVI. p. 768.

Chronicum breve à mundi initio uſque ad filiorum *Lotharii* Imp. principatum, hinc *Breviarium* illud inſcripſit.

Iſte *Benedictum* III. non niſi mortuo *Lothario*, in ſede collocat.

Prima autem ætas hujus Chronici eſt ab orbe condito uſque ad diluvium: *altera* a diluvio uſque ad Abrahami nativitatem: *tertia* ab Abrahamo uſque ad Davidem: *quarta* à Davide uſque ad tranſmigrationem Babylonicam: *quinta* inde ad Chriſtum natum: *ſexta* & ultima, omne illud tempus complectitur, quod deinceps conſequitur. Ita laud. *Voſſius*: à Chriſto autem ad finem mundi *Dupinius* dicit l. c. De eodem Chronico *Le Long* inf. cit. *p.* 333. *n.* 6822.

3. Libellus *de Feſtivitatibus SS. Apoſtolorum ac diſcipulorum, ſive Succeſſorum eorum.* Extat in dictâ *Bibl. Patrum*, ibid. p. 823. & unà cum Martyrologio *Antverp.* 1613. *Pariſ.* 1645.

4. *Martyrium S. Deſiderii Viennenſis Epiſcopi.* Ingolſtad. 1604. 4. (k) Habetur apud *Caniſium* Tom. II. Part. III. *Antiqq. Lect.* ult. edit. Amſtelod. curante Viro Clar. *Jac. Baſnagio*, cujus videndæ circa *Adonem* Obſervationes *p.* 3. Extat & apud *Surium* XI. Febr.

5. *Vita S. Theuderii Abbatis Viennenſis.* Extat apud *Mabillon.* Sec. Benedict. I. p. 678.

6. Actum A. 870. *quo confirmat* in Synodo Viennenſi (cui præfuit) *Eccleſiam Veleenſem Abbatia S. Eugendi Jurenſis.* Edidit *Dacherius* Tom. III. Spicileg. *in fol.* p. 360.

Sunt qui hujus *Adonis* Martyrologium alteri *Adoni* ſive *Udoni Trevirenſi* tribuunt, inter quos *Lipomannus*, *Bellarminus* & alii: at nullum fuiſſe *Adonem* Trevirenſem Archiepiſcopum teſtantur *Sammarthani* Tom. I. Gall. Chriſt. pag. 798. & *Labbeus.* *Miræus* autem *Adonem* ſive *Udonem Trevirenſem* vixiſſe ait circa An. 1076.

(a) *Hiſt. Liter.* p. 466. & *Olearius* p. 1. ac 41. *Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. IX. *cap.* 3. *art.* 28. (b) *Bibl. Nov.* Sec. IX p. 2.0 (c) *Cap* 272. (d) *Bibl. Pont* Lib. II. p 240. (e) *de Script. Eccleſiaſt.* p 119. ad A. 879. (f) Lib. II *de Hiſt. Lat.* cap 37 p. 330. (g) *Patrolog.* p. 522. (h) *Chronolog. Archiep. Lugdun.* p 171. in Manſbetro. (i) *Le Long* Bibl Hiſt. Galliæ *pag* 2(8. n 4482. (k) Lippen. *Bibl. Theol.* Tom. I. p 101

ADOLPHUS (*Chriſtophorus*) Germanus, Lutheranus, clarus circa An. 1630. vernaculè ſcripſit librum cui titulus

1. *Reformatio.* Francof. 1624. Item

2. *Sermones*: ibid. 1630. Hæc docet *Dupinius* Tom. IV. *Tab. Auth. Anti-Pontif.* Sec. XVII. p. 653. Vid. alia apud *Lippen.* Tom. I *Bibl. Theol.* p. 54. & 593. ac Tom. II. p. 133. 332. 341.

ADOLPHUS (*Johannes*) cujus extare ait *Dupinius* in Supplem. variorum Authorum, *ſeu* Tom. III. Tab. ſupra cit. *p.* 178.

1. *Diſputationem in hæc verba Chriſti*: Omnis mihi data eſt poteſtas ſuper terram. *Gieſſæ*, 1611.

2. *Proſarum interpretationem.* A. 1513. forſan dicere voluit 1613.

ADOPTIANI Hæretici Sec. VIII. qui in Hiſpania vagabantur, Sectæ principes habuerunt Epiſcopos *Felicem* ac *Elipandum.* Chriſtum, qui, quoad naturam divinam verè ac propriè dicitur filius Dei, talem eſſe docebant adoptivè tantùm, ac gratuitò quoad naturam humanam. Dicta eſt & *Feliciana* iſta hæreſis, quæ *Neſtorianiſmi* fuit quaſi ramulus, ſiquidem J. Chriſtum in duos dividebat filios, & veluti in duas perſonas. Concilio Francofurtenſi A. 794. à Carolo M. convocato damnata eſt.

* *Hornii* Hiſt. Eccleſiaſt.

ADORATIONIS SS. Euchariſtiæ (perpetuæ) Moniales, Sec. XVII. inſtitutæ. Harum Congregationem erexit Anna Auſtriaca, Galliarum Regina, & Ludovici XIV. Mater, quem in finem elegit ex Monialibus S. Benedicti *M. Catharinam de Bar* dictam *Mathildem à SS. Sacramento*, quæ tunc temporis præerat Monialibus in Cœnobio SS. Conceptionis Deiparæ Rambevillanæ oppidi Lotharingiæ in Diœceſi Tullenſi, & Pariſiis d. 2. Sept. A. 1654. initium habuit hoc Inſtitutum, Diplomate Regio primùm approbatum, deinde ab Archiepiſcopo Pariſienſi & A. 1664. ab Emin. Card. *Chigio*, Alexandri VII. Pont. Max.

 nepote,

nepote, eo tempore in Galliis Legati à Latere. Suo Diplomate illud iterum confirmavit Card. *Ludov. de Vendoſme* A. 1668. quæ omnia INNOCENTIUS XI. d. 4. Dec. A. 1676. ſtabilivit. Demum CLEMENS XI. (poſtquam piiſſima Poloniæ Regina ex JOANNE Rege Vidua, evocatis ex Gallia aliquot ejus generis Monialibus, hoc inſtitutum Romæ fundavit,) A. 1705. confirmavit ejuſdem Conſtitutiones, quibus præſertim præſcribitur cultus erga Divinam Euchariſtiam, quem præcipuè exercent continuâ diu noctuque adoratione, ad quam ſe peculiari voto adſtringunt. Militant hæ Moniales ſub inſtituto S. *Benedicti*, & nigra veſte cucullata induuntur cum velo nigro, è capite in humeros extenſo, geſtantque ante pectus auream imaginem SS. Sacramenti.

* *Bonanni* Tom. II. art. 2.

ADORNUS ſeu ADURNIUS (*Auguſtinus*) Genuenſis ex ordine Patritio, Clericorum Regularium Minorum Fundator, pietate ac vitæ integritate celeberrimus, obiit Neapoli A. 1591. die 29. Sept.

Regulas & obſervantias communes pro ſuis Religioſis compoſuit, quæ à SIXTO V. approbatæ, excuſæ ſunt *Lugd.* A. 1641. ut teſtatur *Oldoinus* Athen. Liguſt. *p.* 60.

ADORNUS (*Franciſcus*) natione Italus, patria Genuenſis ex Ordine Patricio in ea Republica, a prima adoleſcentia ſocietatem Jeſu adamavit, in eamque vivo adhuc *Ignatio* admiſſus in Luſitania eſt, anno ſalutis 1548. ætatis 17. atque omnibus ibidem diſciplinis feliciter eruditus. Erat enim in *Franciſco* magna vis ingenii, rara memoria, prudentia ſingularis. Itaque Romam evocatus, in Theologia docenda ſpecimen ingenii dedit, & Concionibus ad Populum habendis Chriſtiani Oratoris partes diu inter primos ejus artis ſuſtinuit. Profeſſionem votorum quatuor emiſit Papiæ 1560. Collegium Mediolanenſe primus rexit, tum alias Domos, & ipſam Longobardiæ Provinciam gubernavit, excellenti prudentiæ ac modeſtiæ temperamento. Tribus Congregationibus Generalibus, ſecundæ, tertiæ, & quartæ conſequenter interfuit. Eminebat in eo cum dignitate corporis, & nobilitate generis, humaniſſima gravitas, recondita rerum Eccleſiaſticarum ſcientia, modus tractandi ſpiritualis. Quibus Dei donis, multis Eccleſiæ Antiſtibus, atque inprimis S. *Carolo Borromæo* erat cariſſimus. Hic eum ſibi delegit à Confeſſionibus, & in rebus ſpiritualibus à conſiliis; fuit illi comes in peregrinationibus, inſtitutor, ac penè magiſter in exercitiis pietatis; in laboribus denique adjutor, & ſocius. Immò tanti illum, illiuſque conſilia fecit *Carolus*, ut defuncto *Everardo Mercuriano* Societatis Præpoſito Generali, litteras dederit ad *Gregorium* XIII. Pont. Max. quibus ſuæ Sanctitati propoſuit *Adornum*, tanquam digniſſimum qui in *Everardi* locum ſubrogaretur. Poſtremo tam familiaris *Carolo* fuit, ut etiam in cœlum ab eo accerſitus eſſe feratur. Sic enim ſcribit hac de re *Carolus à Baſilica Petri*, Epiſcopus Novarienſis; *Præſenſit Franciſcus obitum ſuum, quemadmodum vel de ſuggeſtu ipſe publicè teſtatus eſt. Narrabat Caroli effigiem pulcherrimam, ei per quietem objectam, admiranti percunctantique, quid ſibi vellet tanta pulchritudo, illum reſpondiſſe*: Bene mecum agitur: Tu quoque brevi accerſêris. *Verùm ille viſum reddidit, neque multò poſt expectatam Genuæ mortem obiit.* Hæc ille. Nimirum cùm fractus eſſet Miſſionum laboribus, Genuam ſe receperat, ubi egit corpore ſic tenuato, ut vix animum foveret. Quàm tenax fuerit virtutis parendi, gemino exemplo conſtabit. Alterum eſt, quod conſultus cum reliquis profeſſis, per litteras à Præpoſito Generali *Jacobo Lainio* anno 1561. cenſeretne *Pauli* IV. Pont. Max. Mandatum de triennali Generalatu in Societate inſtituendo, ratum etiamnùm eſſe poſt Pontificis obitum, pleriſque ratum negantibus, ipſe valere cenſuit; eamque ob rem, & maximè ob ſpecimen obedientiæ, quam ſingularem Pontifici profitentur Jeſuitæ, edicenda Comitia ad eligendum Generalem, cum eo tamen, ut antequam iretur ad ſuffragia, eum ſumma verecundia, & animi in utramque partem æquabilitate, peteretur ab eo, qui tunc Eccleſiæ ſanctæ præeſſet, ſocietatis ut Inſtituta redintegraret, ex eiſque perpetuus Præpoſitus crearetur. Alterum exhibuit documentum in extremo; cùm enim durante tractu, & lenitudine mortis, ad revocandos ſemianimo ſenſus ſorbitiuncula porrigeretur, defectiſque jam viribus non ſentiret; ſimul qui infirmos curat inſuſurravit ad aurem, ita juſſum à P. Rectore; ſuſtulit ſemi mortuum caput, hauſtoque poculo, paulo poſt tenuem ſpiritum efflavit, d. 13. Jan. A. 1586. ætat. 54. * *Sotwel* Bibliot. Script. Soc. Jeſu.

S C R I P T A:

1. *Tractatus de Cambiis* quē MS. extare in Bibliotheca Ambroſiana, unà cum explicatione Bullæ *Cœnæ Domini* refert Abbas *Michael Juſtinianus* de Scriptoribus Liguribus.

2. *Monitio* eruditiſſima *ad Ubertum Folietram* Hiſtoriæ Genuenſium ſcriptorem *de ratione illuſtranda Ligurum Hiſtoria.*

3. *De Eccleſiaſtica Diſciplina* libb. 2. rogatu *Caroli Borromæi.*

4. *Epiſtola de Taurinenſi peregrinatione S. Caroli ad Sindonem Domini noſtri viſendam*, cujus ipſe peditis pedes ſocius fuit; in qua, quo modo ac tempore ſacra ſindon pervenit ad Sabaudiæ Principes explicatur. Ea latinè converſa ab *Antonio Guarnerio* Canonico Bergomate, typis edita eſt Auguſtæ Taurinorum, operâ *Philiberti Pingonii*, qui eadem de re ſcripſit. Occaſio autem ejus Epiſtolæ ſcribendæ fuit *Gregorius* XIII. Pontifex Max. qui minus probare viſus eſt eam pedeſtrem peregrinationem in Cardinale *Borromæo*; ſed cùm ex eâ Epiſtolâ ſibi inſinuata cognoviſſet idem à Magnis Principibus factitatum, mutata ſententia religioſum *Caroli* factum habuit ratum. Hanc Epiſtolam *Franciſci* latine redditam, & impreſſam Auguſtæ Taurinorum anno 1581. in 4. lectam à ſe eſſe teſtatur idem Abbas *Juſtinianus* ibidem.

5. *Quatuor Conciones Taurini ab eodem habitæ, de tranſportatione S. Sindonis, anno* 1578. (*a*) & *Carmina latinè in Laudem Uberti Folietta.*

Edidit præterea *Franciſcus* alienas quaſdam Lucubrationes bono communi, nimirum

6. *Opuſcula ſpiritualia* Fulvii Androtii *Jeſuitæ.*

7. *Concionum* Angeli Caſtilionei *Carmelitæ Avunculi ſui Tomos III. à ſe recognitos*, Italicè ſcriptos.

(*a*) Ita *Lippen* Tom. II. p. 769. legitur autem 1588. apud *Dupinium* Tom. II. *Tab. Aut. Eccleſiaſt.* p. 2879.

ADRAGNA (*Arcangelus*) Panormitanus, Ord. Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, S. Theologiæ Lector, Concionator, Provinciæ Panormitanæ Definitor, & Cœnobii Panormitani S. Mariæ de Jeſu Cuſtos, doctrinâ & morum integritate ornatus, obiit Panormi anno 1688. Edidit Italicè, teſte *Mongit.* Tom. I. *Bibl. Sic.* p. 77.

Vita e Virtù del Ven. Servo di Dio F. Bernard. della Sambuco Laico de' Minori Oſſervanti Reformati della Provincia del Val di Mazara. Panormi, apud Thom. Romolum, 1688. in 4.

ADREVALDUS qui & ALDREVALDUS, ADELBERTUS & ALBERTUS quibuſdam dicitur, Monachus Floriacenſis, Ord. S. Bened. vir undecunque illuſtris ac doctiſſimus, claruit circa A. 890. Nomen ſuum ſcribendo notificavit, dum ad ædificationem ſimplicium fratrum alterno ſtylo multa volumina in S. Script. compoſuit. Scripſit inter cætera opuſcula

1. *Hiſtoriam tranſlationis Corporum S. Benedicti & S. Scholaſticæ è ruinis Cœnobii Caſſinenſis in Monaſterium Floriacenſe*: quam edidit *Joan. à Boſco* Biblioth. Floriacenſi pag. 1. *Henſchenius* Mart. 21. *Mabillonius* Sec. Benedict. II. pag. 353. *Lugduni* quoque prodiiſſe an. 1605. in 8. teſtantur plures.

2. Lib.

2. Lib. *de Miraculis S. Benedicti* à tempore tranſlationis ejus corporis, uſque ad tempus *Odonis* Regis Francorum: Huic Appendicis vice duo Capita addidit *Adelarius*, & tres alios libros *Aimoinus*, Monachi Floriacenſes. Extant integri IV. Libri lucis omnibus ſupra citatis.

3. Lib. *de Corpore & Sanguine Chriſti* adverſus *Joh. Scotum*, qui totus conſtat è ſententiis Patrum ab *Adrevaldo* conſarcinatis. Extat apud *Dacherium* Tom. I. Spicileg. *in fol. p.* 150. ad A. circiter 870. ex memb. Abb. S. Bened. Floriac. erutus.

4. *Vitam S. Aigulfi*, Abb. Lerinenſis & Martyris, qui circa A. 675. occiſus eſt. Hanc in primâ ſuâ editione edidit *Surius* Sept. 3. ſed anonymam & mutato ſtylo, nec parùm contractam; germanam & integram ex Codd. MSS. *Joan. Mabillonius* loc. jam cit. *p.* 656. qui Appendicem ſubjecit de Tranſlatione Reliquiarum S. *Aigulfi* in Caſtum Pruvinenſe, & Anonymi cujuſdam libellum, quo *Aigulfi* miracula relata ſunt.

5. Lib. *de Benedictionibus Patriarcharum*. MS. Bibl. S. Vict. Pariſ. cod. 14. Idem abſque nomine Autoris editus: vid. *Labbe* Biblioth. MSS *pag.* 22.

Conf. *Sigeb.* cap. 100. *Trithem.* cap. 291. *Oudin.* Supplem. p. 296. *Cave* Hiſt. Liter. p. 476. *Olear.* p. 12. *Dupin* Tom. I. Tab. Auth. Eccleſiaſt. Sec. IX. p. 369. *Lipen.* Tom. I. p. 141. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ *n.* 6506. *& alibi*, ac Bibl. Sac. *p.* 597. ubi *Adrewaldum* vocat, Monachum, ut creditur, Floriacenſem, clarum A. 850. qui proculdubio a noſtro non eſt diſtinguendus, ſiquidem *Ludovici Pii* temporibus (obiit autem ille A. 840.) vixiſſe *Adrevaldum* probat Cl. *Theod. Ruinart.* Apolog. de miſſione S. Mart. *p.* 32. *ſeq.* teſte Viro Celeb. *Jo. Alb. Fabricio* apud *Trithemium*.

ADRIA ſeu ANDRIA (*Petrus de*) Vicoaquenſis Epiſcopus, dictus *de Adria* à loco natali, gente Italus, Ord. Prædicat. floruit A. 1280. & ultra. S. *Thomæ Aquinatis* ſedulus auditor, Lecturam ipſius expreſſit, ex ejus ore S. *Matthæi* Evangelium interpretantis: quam D. *Thomas* perlegens & ſuam agnoſcens, permiſit ut pro ſuâ legeretur atque haberetur. Extat verò adhuc, licet alicubi mutila. Librum autem ſcripſit

1. *De perfectione vitæ ſpiritualis*; & longè plura quæ omnia etiamnum habentur ſub nomine S. *Thomæ*, inverecundè inter Opera illius inſcripta, qualia ſunt

2. *Lectura ſuper Joannem, & ſuper tertium nocturnum Pſalterii.*

3. *Collationes de Oratione Dominica & Symbolo.*

4. *Collationes Dominicales & Feſtivæ.*

5. *Collationes de decem Præceptis.*

6. *Lectura ſuper Matthæum completa*, quam partim frater *Adria*, partim ſecularis quidam recollegit, ejus ſtudio delectatus.

Fuit autem *Petrus* S. P. COELESTINO V. & CAROLO II. utriuſque Siciliæ Regi acceptiſſimus, quem idem Pontifex Vicarium Provincialem in Provincia Regni Siciliæ inſtituit, uſque quo in Capitulo Provinciali Aquilejæ, in Feſto Exaltationis S. Crucis, Regni Siciliæ Provincialis electus eſt; ac deniq; promotus à CLEMENTE V. Idib. Aug. A. 1306. ad Eccleſiam Vicoaquenſem, qua in dignitate annos decem circiter vixit, mortuus enim dicitur A. 1316. vel 1317. * Conf. *Caſim. Oudin.* Tom. III. p. 582. *Echard* Tom. I. p. 532.

ADRIANI vel ADRIANUS (*Franciſcus*) Italus, Minor Conventualis S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Doctor Collegiatus Pariſ. unus è ſex S. Collegii Theol. Bononienſis fundatoribus, Legatus à S. P. *Innocentio* VI. an. 1364. vir fuit linguæ Græcæ peritiſſimus, ac Concionator illuſtriſſ. Scripſit autem, teſte *Orland.* in Script. Bonon. *p.* 116. *Librum in S. Athanaſii Symbolum.*

ADRIANISTÆ ſeu *Adriani Hamſtedii* Anabaptiſtæ Sec. XVI. ſectatores, de quibus dicemus ſub tit. HAMSTEDIUS.

ADRIANUS ADRIANI, *ſive* ab ADRIANO, natione Belga, patria Antverpienſis, vir valdè religioſus ac pius, mentis puritate, ingenii candore, prudenti ſimplicitate, & nullo prorſus tot in doctis ſupercilio ſpectabilis, ad Jeſuitas ſe adjunxit Lovanii A. 1557. ubi eorum curam deinceps per multos annos, priusquam Collegium ibi haberet Societas, adminiſtravit. A. 1551. ſolennem votorum quatuor profeſſionem nuncupavit, *Ruardo Tappero* ea excipiente. Puerum etiam aliquandò ab infeſtis dæmonum ſpectris, itemque mox fratrem illius natu grandiorem, ſacris operando, liberaſſe dicitur. Defuncto S. *Ignatio* Romam venit ad indicta ſubrogando Præpoſito comitia, in quibus eſt a nonnullis in factionem adductus, abuſis ejus innocentia & ignoratione inſtituti: ſed ubi animadvertit quantum excitaretur incendium, ſubduxit ſe illicò, & quievit: atque in Belgium regreſſus, poſt multa benefacta, ſanctè vitam finivit ipſo S. Lucæ feſto, A. 1581. totius Academiæ Lovanienſis humeris elatus, ut loquitur *Alegambius* p. 5.

Scripſit idiomate Belgico opuſcula varia ſpiritualium exercitationum, ſæpius recuſa; quorum

1. *De inſpiratione, ſeu internâ locutione Dei.* Lovanii, typis Hier. Wellæi, 1570. in 8. & 4. Latinè reddidit G. *Brunſius*, & Coloniæ typis Birckmanni edidit A. 1601. quod opus *Cunerus Petri* Epiſc. Lewardienſis ait eſſe *verè pium, ſanctum & eruditum, ac proinde digniſſimum, quod impreſſum ab omnibus legatur.*

2. *Mons ſpiritualis*: edit. 2a 1568. in 8. 3a eod. anno in 4. ibid. (a)

3. *In Orationem Dominicam*: edit. 2a & 3a ibid. anno & forma iiſdem.

4. *De Vitâ activâ.*
5. *De bonis temporalibus, & ipſo corpore hominis mortali.*
6. *De operibus miſericordiæ.*
} ibid. anno & forma iiſdem. (b)

7. *De origine & progreſſu vitæ cænobiticæ*: ibid. 1570. in 8. & 4.

8. *De obedientiâ, & quomodo ſubditus ſe gerere debeat erga Prælatum, & Prælatus erga ſubditum.* ibid. 1571. in 8. & 4.

9. *De Paupertate Evangelicâ*: ibid. ann. & form. iiſdem.

10. *De confeſſione*: ibid. edit. 3a in 4. 1573.

11. *De ſemel in anno, ſæpius & quotidie communicando: & de meritoriâ abſtinentiâ à ſacra Communione.* ibid. 1610. (c)

Libellum *Adriani de Witte* (cui tit. *Trajectus in Cœlum*) poſt ejus mortem vulgavit.

(a) *Ann. 1548. editum ait Dupinius Tom. I. Tab. Auth. Eccleſ. Sec. XVI. p.* 1258. (b) *Ann. 1668. editos tres illos Tractatus ait Dupinius loc. cit.* (c) *idem ibid.*

ADRIANUS Author Græcus, quem *Andronicum* non uno loco vocat *Franc. Turrianus*, (ſed quam ob cauſam neſcire ſe fatetur *Colomeſius*) claruiſſe creditur ineunte Sec. VI. ſiquidem illius meminit *Caſſiodorus* cap. 10. *Divin. Lect.* Extat ejus

Introductio in S. Scripturam brevibus ſcholiis à *Dav. Hœſchelio* illuſtrata, unà cum antiquiſſimorum Græcorum fragmentis in Prophetas Græcè edita ex MSS. Codd. *Auguſt. Vindel.* 1602. in 4. Sunt autem, *Synopſis propheticarum* incerto auctore: *Heſychii* Presbyr. Hieroſol. σύγχρονον ſive κεφάλαια in XII. Prophetas minores, & in Eſaiam: *Jo. Chryſoſtomi* argumentum in Hieremiam: *Theodoriti* & *Polychronii* in Ezechielem: *Africani* & *Origenis* Epiſtolæ mutuæ de hiſtoria Suſannæ: *Synoptica hiſtoria de vita & obitu Prophetarum*, incerto auctore. Extat etiam dicta *Introductio* ſeu *Iſagoge* in Tom. VIII. Critic. Sacr. *Long.* Hanc iis utilem ait *Photius* (Cod. 2.) qui S. Scripturam primò aggrediuntur. Latinè eandem tranſtulit *Aloyſ. Lollinus*: vid. ejus Opuſcula *Belluna.* 1630. fol.

* Conf. *Cave* Hiſt. Liter. p. 272. *Oudin.* Tom. I. p. 1338. *Dupin.* Sec. VI. p. 27. *Le Long* Bibl. Sac. p. 597. *Jo. Fabricii* Hiſt. Biblioth. Fabric. *Tom. I. p.* 282. *&* 327.

ADRIA-

ADRIANUS Benedictinus Monachus, Abbas Congregat. Caſinenſis, alias S. Juſtinæ (ut vocant) de Padua, ſcripſit, teſtante *Poſſevino*, App. Sac. p. 10.

1. *Paraphraſticam expoſitionem ſeu translationem in Pſalmos*, quæ incipit: *Accipe mi Chriſtiane Lector*:

2. *Epiſtolas* duas, quæ extant unà cum expoſitione ſua MS. apud *Angelum a Carpenedulo*, Monachum Cæſenatem.

ADRIANUS (a) ſeu DRANLIO Cæſar-Auguſtanus Epiſcopus, mortuo fratre ſuo *Joanne* ejus ſedis Epiſcopo, dignitatem hanc aſſecutus eſt anno 627. vir ſicut ei ſanguine conjunctus, ita ingenio quoque ac pietate ſimilis. Interfuit A. D. 633. Concilio Toletano IV. Anno 636. Concilio Toletano V. Anno 638. Concilio Toletano VI. Scripſit

1. *Vitam Sancti Emiliani Turiaſonenſis Monachi*, quæ & memoriam *Braulionis*, (hoc etiam nomine indigitatur *Adrianus*) virtutem illius Sancti viri ſuo tenore commendat pariter & illuſtrat: quam habes in *Vitis Sanctor.* ad d. 22. Nov. atque apud *Mabillonium* inter *Legendas* ſeu *Collect. Sanctorum Ord. S. Bened.* Sec. I. p. 205. cujus Prologus eſt, *Epiſtola Braulionis ad Froninianum Presbyterum*. Incipit verò Vita, *Inſignia miraculorum Apoſtolici purgatiſſimique viri Æmiliani Presbyteri* &c.

Dicavit S. *Iſidorus* Braulioni ſuos *Originum* libros, extantque è contra

2. *Epiſtola* II. *Braulionis ad S. Iſidorum Hiſpal.* in operibus dicti *Iſidori* impreſſæ.

Obiit autem *Braulio* A. 646. d. 26. Mart. cujus corpus A. 1270. inventum adſervatur in Baſilica S. Mariæ Majoris.

(a) *Ita indicat* Caſim. Oudinus *in Indice*; *verum* p. 1617. Tom. I. *vocatur* Dranlio. *De illo Cl.* Cave *Hiſt. Liter.* p. 378. ſub nomine *Braulio*, quod genuinum videtur.

ADRIANUS *Carthuſianus*, Belga, claruit ineunte Sec. XV. & ſcripſit ad imitationem *Petrarchæ*, teſte *Dupinio* Sec. XV. p. 85.

Tractatum de remediis utriuſque fortunæ, Coloniæ editum, A. 1471.

ADRIANUS ſeu ADRIANI (*Cornelius*) F. Dordracenus, Franciſcanus & Guardianus, Sac. Theologiæ interpres, Latinæ, Græcæ ac Hebraicæ linguæ peritiſſimus, Brugis Conciones habuit per 30. annos, quà in urbe obiit A. C. 1581. d. Jul. 14. ætat. 60. & ſepultus in Xenodochio S. Joannis, ad cornu ſummi altaris, hoc Epitaphio:

Ecquis in obſcuro latitans (dic parva tabella)
Tumulo hoc repoſtus conditur?
Quis fugiens adeo eſt & famæ & lucis & auræ
Umbris ut hic velit obrui?
Tune Pater celebri condigno ex marmore crypta
Hic DORDRACENE recubas?
Quem tam facunda decoravit gratia lingua
Monita ſalutis cùm dares:
Ut tua fama volet, totum vulgata per orbem,
Stridente quamvis Zoilo.
Sed quia Seraphici placuit pia ſemita Patris,
Placuit ſepulchrum ignobile.
Nam tituli & vario exciſa de marmore tumba
Ætate longâ intercidunt.
Virtus ſola viget, vivitque æterna, nec ævo
Labente longo extinguitur:
Hæc jam te æquavit Superis, cœloque beavit,
Sertis decorum fulgidis.
Quid juvat ignoto hunc igitur requieſcere buſto,
Qui mente cœlo vixeris?

Quantus hic vir fuerit, dicet inſcriptio quæ extat *Brugis* in Conventu Fratrum Minorum, & in ſelectis *Chriſtiani Orbis Deliciis*, Franc. Sweertii, ut ipſe docet in *Athen. Belg.* p. 180.

SCRIPTA:

1. *De VII. Sacramentis.*
2. *Conciones doctiſſimæ* ineditæ, quas vidiſſe ſe teſtatur *Janus Lernutius*, proculdubio perierunt, aut alicubi latent.

Cætera quæ ſub ejus nomine poſthuma prodierunt, non omnibus probata ſunt, ob verba quædam procaciora in iis obvia; quas inſertas ab hæreticis lacinias contendit *Sanderus*, qui infamem illum facerent: quem in finem acriùs egerunt inter eos plures. * Vid. *Diction. Morer.*

ADRIANI Pontifices Romani. *Vid.* HADRIANUS.

ADRIANUS (*Joannes*) Embdenſis Friſius, Judæus converſus, qui vixiſſe videtur Sec. XVII. ſcripſit

1. *Epiſtolam monitoriam, Hebraicè editam, ad Judæos.* Witteb. 1609. in 4. (a)

2. *Send-und Warnungs-Schreiben an alle hartnäckige und halſtarrige Juden.* Ibid. 1610. in 4. *German.* (b)

(a) *Jo. Alb. Fabric.* in Syllab. Script. pro Religione Chriſt. p. 631.
(b) Idem in *Bibl. Græc.* Tom. VII. *p.* 127.

ADRIANUS (*Matthæus*) genere Judæus, natione Hiſpanus, religione Chriſtianus, profeſſione Medicus, ab *Eraſmo* è media Germania accerſitus, & *Ægid. Buslidio* lib. 3. epiſt. 39. commendatus, primus, auſpiciis *Buslidianis*, Lovanii Hebraicam docere linguam cœpit A. 1518. Cal. Dec. Docuit verò annum unum & menſes tres. Exinde in Galliam profectus *Lugduni* edidit in 8.

Introductionem brevem in linguam Hebraicam, cum *Oratione Dominica, Salutatione Angelica*, & hymno *Salve Regina*, Hebraicè redditis.

* *Miræus* in *Script. Sec. XVI.* p. 138. edit. Fabric. *Jœbonat.* Bibl. Lat. Hebr. *p.* 159.

ADRIANUS *de Veteri-Buſco*, Belga, Monachus Cœnobii S. Laurentii juxta Leodicum, vixit Sec. XV. Hujus Monaſterii *Hiſtoriam* (a) non ſolùm proſecutus eſt poſt *Rupertum*, *Reinerum* & *Lambertum*, ſed & *Chronicon* condidit *Rerum Leodienſium ſub Johanne Heinsbergio & Ludovico Borbonio Epiſcopis*, de quo hæc *Veter. Monum. Collectores* (b) »Illud eo pluris æſtimandum cenſemus, quod nihil prorſus in illo videatur »enarrare ſcriptor diligens & accuratus, quod non viderit ipſe, aut à teſtibus oculatis audierit: Certè ſi »pauca demſeris quæ initio profert ex *Joan. Stabulai* »(c) Chronico, auctoris coævi, A. 1449. defuncti, cætera ferè omnia ex proprio *Diario*, in quod eventus rerum inſigniores referre quotidie ſolebat, deſumſit. Si quid autem alicujus momenti ex Diario hic »prætermiſſum ſit, illud marginibus inferioribus inſerere operæ pretium duximus. Uſi verò ſumus Codice, quem ipſum *Adriani* autographum eſſe docet margini addita inſcriptio, quæ ibidem legi poteſt.» Incipit autem dictum *Chronicon* ab. A. C. 1429. (d) & deſinit in anno 1481. aliâ etenim manu additur in fine Codicis relatio obitûs *Ludov. Borbonii*, ann. ſcilicet 1482. die Aug. penult.

(a) Extat *Hiſtoria Monaſt. S. Laurentii Leodienſis* Tom. IV. Veter. Script. & Monum. *à p.* 1033. *ad* 1198. (b) *Edm. Martene & Urſ. Durand* ubi ſuprà *p.* 1199. ad 1378. in quâ exponit *Chronicon*. (c) *Stabularium* vocant *Swertius* Athen. Belg. p. 103. & Ger. *Joh. Voſſius* Lib. III. *de Hiſt. Lat.* cap. 6. p. 563. & 571. (d) *Hinc erraſſe videntur cit.* Swertius & Voſſius, *qui ab A. tantùm* 1449. incipere dicunt, & ad 1483. producunt.

ADRIANUS (*Zacharias*) Brixianus, cujus memorat *Lippenius* Tom. II. p. 299.

Altaris Sacrificii perſpicuam Expoſitionem in II. Libb. diviſam, in quibus cùm falſæ opiniones hæreticorum rejiciuntur, tum verò Catholicorum ſententiæ confirmantur: deinde Germana ſequitur verborum Interpretatio. *Brixiæ* 1574. *Venet.* 1580. in 8.

ADRICHOMIA (*Cornelia*) Arnoldi F. Batava, velata, Ord. S. Auguſtini monialis, *Beverſwici* in Caninefatibus, generis nobilitate & ſacræ Poëſeos ſtudiis longè clariſſima, (Sec. XVI.) *Pſalmos Davidicos* carmine reddidit, aliaque pia ſcripſit *Poemata*, cujus eruditum

ditum ingenium admiratus eſt *Jac. Faber* Stapulenſis, quamque caſto amore proſecutus eſt *Corn. Muſius* Poëta & Martyr eruditionis nomine: quo teſte hoc ibi ſcripſit Epitaphium docente *Sweertio* Athen. Belg. *p.* 181.

Corpus humo, Superis animam CORNELIA *condo*,
Pulverulenta caro vermibus eſca datur.
Non lachrymas, non ſingultus, triſteſve querelas,
Sed CHRISTO *obiatas jam precor umbra preces.*

ADRICHOMIUS (*Chriſtianus*) Batavus, Delphenſis, natus eſt A. 1533. die S. *Valentino* Mart. ſacro, patre *Adriani Nicolai*, viro probo, Catholicæ religionis retinentiſſimo, qui obiit A. 1566. (*a*) nonis Mart. quo die recurrentis anni *Chriſtianus* Presbyter ordinatus fuit. Proavunculum habuit *Mart. Dorpium*, S.Theol. Doct. & Profeſſ. *Lovanii*. Fuit verò *Adrichomius*, dum adhuc ſtarent apud Batavos res ſacræ, Præfectus Virginum velatarum ad S.Barbaram in patria, *Mich. Dodani* ſucceſſor d. 25. Aug. A. 1565. *Corn. Muſio* familiaris, quem *Maximilianus*, Marchio Verenſis, etiam in deliciis habuit, illum ſolitus per jocum appellare *Barbariei Patrem*: Inde à Calvinianis pulſus, *Mechliniæ*, *Trajecti* (*b*) & *Coloniæ* vixit: ſolebatque ſe ſcribere *Chriſtianum Crucium* quò reſpexit laud. *Muſius* in Epitaphio quod vivus vivo poſuit:

Illuſtre à Chriſto *ſumptum qui nomen habebam,*
Et duplici Delphis qui Cruce *notus eram;*
Conditus hic jaceo, reliquis cum Patribus, olim
Exſurrecturus, cùm tuba clara canet.

Coloniæ autem in diſcutiendis Hieroſolymitanæ urbis, atque antiquitatis ruderibus verſatus fuit, fidelemque & accuratam hic operam poſuit, niſi quod *Beroſo*, *Manethoni*, & id genus ſuppoſititiis, ut creditur, ſcriptoribus, ab *Annio Viterbienſi* vulgatis, plus æquo tribuat interdum.

Obiit *Coloniæ*, A. C. 1585. XII. Cal Jul. ætatis 52. exilii à patria 13. & ſepultus eſt in Nazarethano Virginum Canonicarum Regularium S. Auguſtini Cœnobio, cui etiam aliquamdiu Hierarcha præfuit: cum hac inſcriptione:

D. O. M.
MONUMENTUM REVER. ET ERUDITI
D. CHRISTIANI ADRICHOMI DELFHI
SACRATARUM VIRGINUM S. BARBARÆ
APUD DELPHOS HIERARCHÆ.
OBIIT ANNO NATIVIT. DOMINI
CIↃ. IↃ. LXXXV. XII. CAL. JUL.
ANNO ÆTATIS LII.
EXILII VERO QUO CAUSSA FIDEI
A PATRIA EXULAVIT XIII.

Gens Adrichoma *Deo nomen, ſed patria Delphi*
Vitam inter Batavos clara poteſque dedit.
BARBARÆ *apud ſanum rexi ſine labe ſorores*
Integra quando domi Paxque Fideſque ſtetit.
Aſt ubi cuncta ruêre, Fides, Pax, Jura, receſſi,
Anteferens patrio rura Ubiana ſolo.
Hic Solymorum urbem Batava de gente dicabam
ERNESTO *præſtans & memorabile opus.*
Otia pertaſus, ſcripſiſſem plura, ſed atrox
Utile mors ſtudium ſuſtulit omne meum.

SCRIPTA.

1. *Theatrum Terræ Sanctæ & Biblicarum hiſtoriarum, cum Tabulis Geographicis ære expreſſis.* Libro hoc ad quotidianam SS. Bibliorum lectionem, tanquam manuali, uſus eſt magnus quidam Princeps S. R. Imp. Contenta ejus ſunt 1. *Præfatio*, in qua Auctor agit de variis nominibus, dimenſione & præſtantia Terræ Sanctæ, de cauſis hujus operis, ejuſdemque ratione & ſcopo: recenſet quoque Judææ civitates regias, & epiſcopales, curias, toparchias, ſatrapias & urbes Decapoleas, clavemque porrigit Notarum, quibus uſus eſt in Tabulis ad diſtinguendum civitates, pagos, caſtella &c. 2. *Deſcriptio Terræ Sanctæ* juxta XII. Tribus. 3. *Deſcriptio urbis Hieroſolymæ*, quemadmodum

fuit tempore Chriſti, cum ſua quoque Tabula Topographica. 4. *Miſcellanea quædam locorum.* 5. *Chronicon* generale quidem, ſed breviſſimum, ad Auctoris uſque tempora. 6. *Chronicon* alterum, utriuſque Teſtamenti hiſtorias ab ipſo mundi initio per Patriarchas, Judices, Reges, Prophetas, Macchabæos, D. N. Jeſum Chriſtum & Apoſtolos deductum ad mortem uſque Joannis Evangeliſtæ. Sed in hiſce Chronicis *Beroſum* & *Manethonem* ſecutus, ſæpè fabulis indulſit. *Jac. Bonfrerius* Annotationes ſtruxit ad hoc Theatrum, quibus errores ejus, quorum plures quam XXXIV. ſint, corrigit. Idem *Adrichomius* veſtigia preſſit *Brocardi* ſive *Borchardi* Monachi, & *Breitenbachii*, notante *Bochio* Geogr. Sac. p.1656. A pluribus laudatur, ita tamen ut corrigenda in eo quædam eſſe non negent. Emendandi autem ii qui *Theatrum* à *Deſcriptione Terræ Sanctæ* diſtinguunt, quod rectè notavit *Bælius*. Hujus *Theatri* variæ variis in locis recenſentur editiones. *Coloniæ Agripp.* 1585. (*c*) 1590. ex Offic. Buckmann. 1593. 1597. 1600. (1603. *Delphis.*) 1607. 1612. 1613. 1628. ſingulæ *in fol.* Prodiit *ibid.* ultima quam vidimus) A. 1682. eâd. forma, apud Jod. Henr. Kramerum. *Deſcriptionem urbis Hieroſolym.* ſeorſim editam dicunt *ibid. in* 8. A. 1584. 1588. 1592. apud Buckman. & Arn. Mylium, & 1597. item *Hiſpanice* Valentiæ, 1603. 1620.

2. *Precationes*, quas vocat *Fontem Orationum*, & *Chriſtianum Crucium* ibi ſe nominat, quo nomine prodiit.

3. *Vita Jeſu Chriſti* ex IV. Evangeliſtis breviter contexta, cum annexâ oratione *de Chriſtiana beatitudine*, quam habuit in Synodo ſive Capitulo, ut vocant, generali celebrato A. 1570. die 23. Jul. *Antverp.* edita, 1578. in 12.

* Conf. (præter inf. cit.) *Sweertium* in Athen. Belg. *p.* 174. *Lippen.* Tom. II. p. 27. 390. 821. *Le Long* Bib. Sac. *p.* 597. *Aubmat.* Bibl. Lat. Hebr. *p.* 25. *Joan. Fabricii* Hiſt. Bibl. Fabric. *Tom. II. p.* 371.

[*a*] Ita *Hug. van Heuſſen* Batav. Sacr. *Part. II. p.* 215. at legitur 1568. apud *Lupinum* Sec. XVI p. 133. [*b*] Hic non *Trajectum inferius* [Utrecht] ſed *ſuperius*, Maſtricht] intelligi vide *Valerius* in Dedicat. [*c*] *Hoc anno ſtud opus prodiiſſe veriſimile non eſt, ſiquidem ab Auctore vulgatum negat laud.* Bælius.

ADRUMETINI in Africa Monachi qui Sec.V. ex libris D. *Auguſtini* minus rectè intellectis originem dederunt novæ *Prædeſtinatianorum* hæreſi, in qua Deus ſtatuebatur, abſolutis decretis aliquos elegiſſe, alios reprobaſſe: Hinc dicti ſunt, qui iis adſtipulabantur, *Prædeſtinati* ſeu *Prædeſtinatiani*: quorum præcipuus ductor fuit *Lucidus*, Presbyter magni nominis in Gallia, quem *Fauſtus* Rhegienſis Epiſcopus, *Proſperi Aquitanenſis* ſucceſſor, Seculo VI. oppugnavit, & Concilio III. Arelatenſi damnandum tradidit, quia dixerat, per præſcientiam homines in mortem deprimi, & illum qui perit, non accepiſſe, ut ſalvus fieret, nec Chriſtum pro omnibus eſſe mortuum, nec Deum omnes homines ſalvos velle. * *Vid.* Micrælii *Syntagma Hiſt. Eccleſ.* p. 331. 432. 433.

ADRUMETINUM Concilium in Africâ, A. CCCXCIV. celebratum, ad reſtaurandam diſciplinam Eccleſiaſticam, ut teſtatur *Ciacconius* Tom. I. *p.* 272. Ad illud legationem miſit *Aurelius* Carthaginenſis. Conſule *Baronium* A. CCCXCIV. num. XXXII.

ADSO Ord. D. Benedicti Monachus, Cœnobii Dervenſis (vulgò *Montierandel*) poſt mortem *Alberici* Abbas effectus, circa A. C. 980. vel 984. inſigni literarum & in temporalibus œconomiâ refulſit. Baſilicam Sanctorum à beato *Berchario* quondam extructam parviſſimam reputans, maximi templi fundamenta jecit: duas villas *Drejam*, & alteram quæ vocatur *Puellare Monaſterium* incuriâ anteceſſorum amiſſas, Cœnobio recuperavit &c. Obiit autem A. 992. menſ. Jun.

SCRIPTA:

1. *Vita S. Baſoli Confeſſoris.* Extat apud *Mabillon.* Sec. Bened. II. *pag.* 67.

2. *De*

2. *De tranſlatione & miraculis ejuſdem* Liber, *ibid.* Sec. IV. Part. II. *p.* 137.

3. *Vita S. Berchari Abbatis*, ibid. Sec. II. *p.* 831. & apud *Nic. Camuſat* p. 63. *Promptuarii Antiquit. Trecenſium*, Trecis, 1610. in 8.

4. *De Miraculis S. Waldeberti*, ibid. Sec. III. Part. II. *p.* 451. Librum hunc *Adſoni* de quo infra tribuunt plures.

5. *Vita S. Frodoberti Abbatis primi Cellenſis prope Trecas*, ibid. Sec. II. *p.* 626.

6. *Hiſtoria tranſlationis Reliquiarum ejuſdem*, ibid. Sec. IV. Part. II. *p.* 243.

7. *Vita S. Manſueti Scoti*, edita *Pariſiis* 1636. *à Fr. Boſqueto* Eccleſ. Gallic. Hiſt. *Tom. I. Part. II. p.* 23. Hujus *Vitæ* liber II. qui eſt *de Miraculis S. Manſueti* extat apud *Martene* Tom. III. *Theſ. Anecd.* p. 1013. inter *Acta Tullenſium Epiſcoporum*, quibus Obſervationes præmiſit Editor *p.* 990.

8. *Diſſertatio de Antichriſto*, quæ ſub nomine *Alcuini & Rabani* vulgata eſt in *Append. Tom. VI. Oper. S. Auguſt. nov. edit. p.* 243. ſed in calce *Tom. XI. Oper.* ubi Tabulæ Operum S. Doctoris, & Additiones, & Correctiones continentur, ſuo Authori reſtituitur.

* Conf. *Guil. Cave* Hiſt. Liter. *p.* 505. *Caſim. Oudin.* Tom. II. p. 482. D. *Aug. Calmet* Dict. Bibl. *Tom. I. p.* 51. *col.* 1. Diction. Morer. & *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ, *n.* 5158.

ADSO cognomine HERMIRICUS, quem plures à priore diſtinguendum volunt, Ordinis ejuſdem Monachus primùm, deinde (poſt *Ralonum* Abbatem) Luxovienſis *de Luxeuil*) in Burgundia Abbas, circa A. 960. ſcripſiſſe dicitur Librum *de Miraculis S. Waldeberti*, ſeu *Waudalberti tertii Abbatis Luxovienſis*: quem *Adſoni* Dervenſi tribuit Cl. *Cave*. * Conf. cit. *Oudin.* & *Morer.* Vid. & *Dupin.* Sec. X. p. 52. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ, *n.* 5120. 4426.

ADUARTE (*Didacus*) Ord. Prædicatorum, gente Aragonus, patria Cæſarauguſtanus, loco nobili natus, patre Præfecto Calmedinæ civitatis, (*Corregidor* vocant) ann. vix 16. natus, Complutum venit, ubi quemdam Complutenſis collegii præclarum alumnum audiens, qui zelo ductus animarum, decreviſſe ſe ad Inſulas Philippinas navigare, referebat, eodem & ipſe deſiderio accenſus, in conventu Matris Dei religionis habitum obtinuit & induit d. 29 April. 1586. Emiſſa poſt annum probationis profeſſione, Theologiæ operam dedit, ac anno 1594. Presbyter ſalutatus, Complutum poſtea data occaſione miſſus eſt, quò tum forte F. *Alph. Delgado* primos inter erectæ nuper Philippinarum provinciæ inſtitutores unus inde recens appulerat, novos conſcripturus operarios, qui novam hanc provinciam colerent & promoverent; Philippinas adire ſtatuit noſter unà cum F. *Franç. Blancas à S. Joſeph.* Ubi primùm *Manilam* pervenit, erudiendis in fide Chriſtiana Sinenſibus in eâ inſulâ degentibus à ſuperioribus applicitus fuit, quorum ille adeo diligenter ſibi comparavit linguæ notitiam, ut intra paucos menſes Sinica lingua publicè concionari, confeſſioneſque excipere, & ſpiritualiter adminiſtrare potuerit: *Camboxano* Rege Chriſtianam in regno ſuo fidem induci, prædicatoreſque mitti poſtulante, eo cum F. *Alph. Ximenez* Philippinarum provinciali ſuo miſſum ac profectum A. 1595. licèt Rege à ſede deturbato ab ea expeditione nonniſi graviora vitæ diſcrimine reportarit: bis ex illis inſulis in Europam reverſum à provincia ſui legatum nomine procuratoris generalis, tum ut ejus provinciæ negotia in Aula Regia Matritenſi tueretur ac promoveret, tum ut novos in opus Dei conſcriberet miſſionarios, quorum itinerum in altero in Galliam & Pariſios uſque pervenit A. 1611. magiſtrum ordinis *Auguſt. Galamininum* comitia ordinis generalia ibidem celebrantem conventurus, ac ſincera felicis hujus provinciæ novæ Philippinarum ſucceſſus relatione recreaturus, quibus in comitiis & ipſe ſedit, ejuſdem provinciæ diffinitor: cum egregiis pluribus in vineam Domini operariis *Manilam* reverſum, continuo ibidem priorem electum: quo dum ille iterum fungeretur onere à Rege Catholico *Philippo* III. qui virum noverat optime, Novæ Segoviæ (*Cagaion* vulgò dicunt in parte boreali inſulæ *Luçonia* in ora Oceani *Eoi*) Præſulem & Epiſcopum electum & nominatum A. 1632. & quidem ut ab inſulis & dignitatibus non modo cogitatione, ſed & affectu prorſus alieniſſimum, ſtatim detrectare conſtituiſſe, nec niſi ægre tandem invitumque & urgente obedientia, poſtmodum ſub finem A. 1635. admiſiſſe: nihil inde à ſulito vitæ genere utique duriori, nec à regulari diſciplina immutato, ſeduli, ſancti, & amantiſſimi paſtoris parentiſque vices integre per octodecim menſes, quibus præfuit, impleviſſe, vitam denique innocentiſſimam religioſa & pia morte compleviſſe triduano morbo ſublatum è vivis A. 1637. menſ. Aug. ætat. circiter 70. F. *Car. Clem. Gan* ſocio ſuo & proviſore ſpiritualiter adminiſtrante, in Eccleſia ſua cathedrali, ſummo omnium mœrore & luctu ac ſolemnibus exequiis ſepultum: exinde tamen anno ſequenti in Novæ Segoviæ conventûs Eccleſiam tranſlatum.

SCRIPTA:

1. *Relacion de algunas entradas que han hecho los Religioſos de la orden de nueſtro Padre S. Domingo de la Provincia del S. Roſario en las Iſlas Filippinas en terras de Infieles de las miſmas Iſlas y otras vizinas a ellas de pocos años a eſta parte, y de los ſucceſſos de ellas, y de algunos ſantos varones ya defunctos de la miſma provincia, dirigida a la ſoberana Virgen de Roſario.* Manilæ, in collegio S. Thomæ, Hyac. Maragulat, 1633 in 4.

2. *Relazione di molti che hanno patito con titulo di Chriſtiani nel Giappone dell'anno* 1626. *fino a* 1628. *ed in particolare di ſei di loro della Religione di S. Domenico, due ſacerdoti, e quatro laici Giaponeſi, compoſta dal P. F.* Diego Aduarte *priore del convento del noſtro P. S. Domenico di Manila.* Romæ, apud Steph. Paulinum, 1632. in 8. Quæ Relatio Italicè ſcripta videtur *Echardo* ex auctoris exemplari Hiſpano à quodam ex ſuis tranſlata.

3. *Hiſtoria de la Provincia del S. Roſario de la orden de Predicadores en Filippinas, Japon, y China por el Rev. D. Fr.* Diego Aduarte *Obiſpo de la Nueva Segovia: añadida por el muy R. P. Fr.* Domingo Gonçalez *Commiſſario del Sancto officio* &c. Manilæ, in Collegio S. Thomæ, Lud. Beltran, 164*. *in fol.* Prodiit iterum curis F. *Petr. Martyris de Buena Caſa* Ord. Præd. Cæſarauguſtæ, Domin. Gaſcon 1693. *fol.* Cæterùm in ea hiſtoriæ *lib.* 2. *capp.* 57. 58. & 59. *à p.* 376. *ad* 407. *Edit.* 1. continuator ejuſdem F. *Domin. Gonçalez* vitam & geſta F. *Did. Aduarte* fuſius proſequitur, lectu ea digniſſima & jucundiſſima.

* Vid. *Tom. II. Script. Ord. Prædic.* p. 493. & 494.

ADVOCATUS vulgò AVOGADER (*Albericus*) nobilis Bergomas, *Alberici Roxiata* nepos, parem ſe avo celeberrimo inter ſui temporis JCtos oſtendit in legibus è ſede Gymnaſtica pertractandis. Has decennio Patavii docuit ab An. 1386. ad An. 1396. ductâ bis uxore Patavii *Albâ Checbilcâ*, & *Albâ Trapolinâ*. Cœpit deinde, hic quoque fatis erepta, ingenti animi ægritudine premi, quod ſenſim apud diſcipulos malè audiret, ac palam derideretur, ob uxoris ſecundæ, quæ dudum obierat, non integram famam. Hâ mœſtitia affectum ita fuiſſe ferunt, ut diu decubuerit, nec ante ſanitatem recuperaverit, quàm voto nuncupato, quo ſe Religioni cuipiam ex approbatis obligatum dixit. Addunt, repente recepiſſe ſe in Cœnobium D. Auguſtini, unde Venetias miſſus, inter fraterculos laicos Dominicanæ familiæ ad DD. Joannis & Pauli fuerit receptus, quippe ſacris ordinibus minimè idoneus ex vitio bigamiæ. Cæterùm fuit *Albericus* vir doctiſſimus, pientiſſimus, & non minor Juriſconſulto Theologus ac Concionator. Monachus autem factus, *Jacobum* ſe nominavit ex *Alberico*; nec diù inter Dominicanos fuit. Nam exoſus mores Sociorum, quos fruſtra niſus eſt emendare, impetratâ veniâ, ad Regularium Canoni-

nonicorum Lateranenſium ordinem ſarcinas tranſtulit, & in Cœnobio Frigionariæ agri Lucenſis arctiorem D. Auguſtini regulam profeſſus eſt. Vitio quoque Bigamiæ ſolutus, *Gregorio XII.* annuente, initia ordinum accepit an. 1405. quo itidem iniit munus Sacri Præconis, ac potens opere & ſermone totam prope pervagatus Italiam annos integros quindecim ſanandis animorum morbis, revocandiſque ad pietatem, ac ſtudium æternæ ſalutis Chriſtianis impendit. Mortalitatem explevisſe creditur an. 1418. ut annotat *Calvus*, ſed certum eſt eum ad annum 1434. pertigiſſe, cùm in ſcriptis meminerit ſuis Baſileenſis Concilii, quod non ante illum annum coactum eſt.

SCRIPTA:

1. *Commentarius de legibus Cæſareæ Majeſtatis*, juxta earum vim ubique ſervandam.

2. *Tractat. rerum Theologicarum*, complectens omnia, quæ dicta ſunt à DD. pro uſu Theolog. in praxi.

3. *Lib. I. piorum Hymnorum de D. Auguſtino.*

* *Vid.* Tom. I. *Hiſt. Gymn. Patav.* Lib. III. p. 211.

ADZENARIUS Abbas S. Remigii, quem generis claritudine & affinitate *Guidonis de Trimolio* fulſiſſe ſcribit *Marlotus.* Hujus extat in *Tom. I.* Veter. ſcript. & Monum. *p.* 580.

Decretum in gratiam pauperum, anni circiter 1100. ex MS. S. *Remigii* erutum.

Æ.

ÆDICELLIUS (*a*) vel ÆDICELLUS (*b*) (*Servàtius*) Colonienſis, incertæ ætatis Author, ſcripſit heroico verſu

Vitam S. Willibrordi Archiep. Ultraject. I. qui obiit circa A. 740. (*c*)

(*a*) *Swert.* Athen. Belg. *p.* 671. (*b*) *Voſſius* Lib. III. de Hiſt. Lat. *p.* 719. (*c*) Vid. *Batav. Sacr.* Part. I. *p.* 36. & *ſeqq.* ubi ejuſdem Vita extat ab *Alcuino* conſcripta.

ÆDILWULPHUS BERNICIUS Vid. ETHELWOLFUS.

ÆDITUUS (*Hermannus*) aliàs à patriâ *Genuenſis* cognominatus, floruit Sec. XI. & ſcripſit, teſte *Oldoino* Athen. Liguſt. *p.* 236.

Chronicon ſubtit. *Flores temporum*, uſque ad *Leonem IX.* quem *decimum* nominat. Meminêre hujus *Bollandiſtæ* Tom. II. SS. April. in Vita S. *Zenonis* Epiſc. Veronenſis.

ÆGEATES (*Joannes*) Presbyter, ſectâ *Neſtorianus*, Διακρινόμενος, id eſt, *Segregatus* dictus, quo nomine *Dioſcuri* & *Eutychetis* ſectatores ſe vocare ſoliti erant. Claruit ex mente quidem Doctiſſ. *Voſſii* (*a*) ſub *Zenone*, circa A. 483. Veretur tamen Cl. *Cave* (*b*) ne aliquot annis poſterior ſit, cùm à *Petr. Fullonis* depoſitione hiſtoriam ſuam *quinque* adhuc *libris* produxerit.

SCRIPTA:

1. *Hiſtoria Eccleſiaſtica Libb. X.* quorum V. priores à *Theodoſii* imperio, & ab ipſâ *Neſtorii* hæreſi inchoati, uſque ad *Petri Fullonis* depoſitionem An. 479. Libros V. poſteriores ſe non legiſſe fatetur *Photius* (*c*). In hâc Hiſtoriâ manifeſta hæreſeos ſuæ indicia prodidit, Synodum λῃστρικὴν Epheſinam divinam vocavit, *Dioſcurum*, ejuſque aſſeclas egregiè collaudavit: Concilium Chalcedonenſe perſtrinxit, & calumniis inſectatus eſt. Extat Operis iſtius Fragm. *Actione V. Synodi Nic. II.* Concil. Tom. VII. *p.* 369. Quædam etiam ex poſteriore parte habet *Theodorus* Lector *Collect.* Lib. II. p. 562.

2. Peculiare *adverſùs Synodum Chalcedonenſem* Opus, probris & calumniis refertum.

De ſtylo ejus ſic *Photius* (*d*) ἐστὶ δὲ τὴν φράσιν σαφὴς, καὶ ἀνθηρὸς, καθαριότητι καὶ τῷ ἡδεῖ μετὰ τοῦ σαφοῦς καὶ λαμπρότητος κεχρημένος. *Stylus illi clarus & floridus; verborum ſplendore ac ſuavitate, cum perſpicuitate & claritate uſus.*

(*a*) Lib. II. *de Hiſt. Græc.* c. 21. (*b*) Hiſt. Liter. *p.* 294. (*c*) Cod. 41. (*d*) Cod. eod. & 55.

ÆGIDIANUS vulgò GILLES (*Levinus*) religioſus B. Mariæ de Baudelo, *Gandavi* in Flandriâ, edidit ibidem, lingua vulgari, ut teſtatur *Viſchius* Bibl. Ciſterc. *p.* 231.

1. *Opuſcula aſcetica diverſa*, quibus (judice *Ant. Sandero*, libr. *de Gandavenſibus eruditionis fama claris*) benè de Eccleſia meritus eſt.

Tranſtulit & in linguam Flandricam

2. *Sermones* omnes *S. Bernardi in Cantica Canticorum*, edidítque ibid. An. 1628. typis Joh. van den Kerchove.

3. *Tractatum de 6. alis Seraphim*: ibid. typis Alex. Serſandri.

ÆGIDII (*Joannes*) quem alii Gemanum, Gallum alii dicunt, Juris utriuſque Doctor inſignis, Præpoſitus Leodienſis in Belgio, Sac. Palatii Apoſtolici Cauſarum Cognitor, ſeu, ut vocant, Rotæ Romanæ Auditor, & Sacelli Pontificii Sacerdos. Is ab *Urbano VI.* (cui durante Schiſmate, conſtanti & Germano dignâ fide adhæſerat,) renunciatus Sedis Apoſtolicæ Nuncius, Diœceſibus Colonienſi, Trevirenſi & Rhemenſi præfuit. Permanſit autem iis in partibus toto *Bonifacii* IX. Pontificatu, innumeris negotiis, Eccleſiæ cauſâ ſuſceptis, diſtentus. Cardinalis ab *Innocentio* VII. abſens creatus eſt, titulo SS. Coſmæ & Damiani ornatus. Mortuo haud longè poſt *Innocentio*, Romam profectus ad comitia, electioni *Gregorii* XII. ſuo ſuffragio interfuit, quem tamen ipſe omnium primus, (quod contra jusjurandum, unitatem Eccleſiæ detrectare, atque adeo oſcitantiâ ſuâ Schiſma fovere videretur.) *Lucæ* deſeruit: cæteriſque Patribus, ut idem facerent, ſuo exemplo author fuit. Itaque *Luca* (Luques) Hetruriæ urbe cum aliquot Collegis diſcedens, *Piſas* Concilium pro ſchiſmatis extinctione ſuaſurus, atque inchoaturus profectus eſt. Quod *Gregorius* ægrè ferens, miſſis eò Nunciis cum gravibus monitoriis, Piſanis ſeriò præcepit, ut *Joannem* Cardinalem perduellionis reum, aut vivum ad ſe perducerent, vel ſi ire ille renueret, in fruſta diſceptum è medio tollerent. Cum verò ſpe ſuâ deluſus, neutrum à Piſanis, *Joannis* innocentiam & candorem exploratum habentibus, obtinere poſſet, reliquique Cardinalium certatim ad ipſum, tanquam optatæ pacis & unionis ſtudioſum, deſerto Pontifice, dilaberentur: infremens ille *Joannem* diris execrationibus devotum, purpurâ, titulis, ac ſacerdotiis ſpoliavit, taliterque mulctatum, exauctoratumque affixis ad valvas Eccleſiarum decretis, cum indignatione promulgavit.

Quamvis autem *Joannes* Cardinalis, præcipuus Author *concilii Piſani* congregandi fuiſſet, quo diutiſſimum Schiſma, reductâ unitate, extinctum iri credebat, nihilominus illud, inopinatâ morte præventus, videre non potuit. Nam paulò antequam difficilis iſte ac undequaque impugnatus Conventus ritè coire, atque Patribus ſæpè deterritis tutò inchoari poſſet, *Joannes* Piſis non abſque veneni ſuſpicione, è vivis ſublatus eſt, menſ. Jul. An. 1407. (alii dicunt 1402.) Ejus cadaver *Leodium* tranſlatum, ibidem in Eccleſia Cathedrali (quam annis plus minus decem ſummâ integritate rexerat,) cum hâc brevi marmori inciſâ inſcriptione conditum eſt.

D. O. M.

JOANNI ÆGIDII CARDINALI LEODIENSI.

Oſſa tegit tellus, anima ſtat gloria cœlo.

Scripſit doctam & perelegantè *Epiſtolam Apologeticam ad Amicos Cardinales*, quâ oſtendit, *ſe neque adverſùs Gregorium Papam conſpiràſſe, neque ab ejus obedientiâ unquam receſſiſſe; ſed unitati Eccleſiæ, quam Pontifex contra datam fidem negligere videbatur, ſtudere, & conſulere intendiſſe.* Extat apud *Ciaconium*, vel ejus augmentatorem *Aug. Oldoinum*, teſte *G. J. Eggs* Purp. doctæ *Lib. II. p.* 504. & apud *Theodoricum à Niem*, teſte *Nomenclatore* p. 186.

ÆGIDIO (*F. Iſidorus à Sto*) Ordinis Fratrum B. V. M. de Monte Carmelo Prior, *Antverpiæ* dedit in lucem librum cui titulus

Corona Stellarum duodecim, cujus quæque Stella pluribus coruſca Radiis, Mariæ virtutes, prærogativas, laudes, &c. *evibrat* : ſive *Conciones in duodecim per annum B. V. M. Feſtivitates.* Antverpiæ, apud Henr. van Danwalt, 1685. in 4.

Stella I. inſcribitur *Immaculata Conceptio*, habetque Radios 14. II. quæ eſt *Nativitas* habet 6. III. 5. cui titulus *SS. Nomen.* IV. 6. & nominatur *Præſentatio*: V. *Annuntiatio* totidem; ut & VI. cui nomen *Viſitatio*; ac VII. cui *Purificatio* : VIII. eſt *Doloris Compaſſio*, cui ſunt Radii 11. IX. *Aſſumptio* habet 10. X. 22. cui nomen *Solen. Commemoratio* : Stella XI. *Roſarium* Radiis fulget 7. ultimaque 10. cujus titulus *Patrocinium.*

ÆGIDIUS quidam, quem ſcripſiſſe ait *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* 597. ex Bibl. Paul. Lipſ.

Supra Eccleſiaſten.

S. ÆGIDIUS, Abbas Monaſterii cujuſdam in Gallia Narbonenſi, gente Gallus, claruit ann. 514. quo *Libellum pro privilegiis Eccleſiæ Arelatenſis Symmacho Papæ* obtulit. Extat *Libellus* iſte unà cum *Symmachi* ad *Cæſarium* Arelatenſem reſponſo *Concil.* Labb. *Tom. IV.pag.* 1310. Sed forſan tanti non ſunt, ut in hoc Opere locum habere mereantur.

* *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 326. Conf. *Miræum* cap. 136.

ÆGIDIUS Aſſiſias (*Gilles d'Aſſiſe*) S. Franciſci Ord. Minorum Patriarchæ ſocius, unus ex primis fratribus hujus novi Ordinis, claruit ſanctitate præſertim ac ſimplicitate morum, ab An. 1220. ad An. 1262. (*a*) vel 1282. (*b*) quo obiit, multis (ut volunt) clarus miraculis.

S c r i p t a :

1. *Aurea verba*, quæ à diſcipulis collecta putat *Oudinus*, Antverpiæ edita, An. 1534. in 8. & alibi.

2. *Collationes* : MSS. extant in Biblioth. Ultraj. n. 243. ut docet ejus Catal. part. 1. p. 89.

3. Alia plura illius inedita opera recenſet *Rodulfus* Tolſinianenſis Lib. I. *Hiſt. Seraph.* quæ ſunt *de Conſiliis animarum, de Fide, Dilectione, Humilitate, Patientia, Contemptu mundi, Caſtitate, Tentatione, Pænitentia, Scientia utili & inutili, Verbi Dei Prædicatoribus, Timore, Oratione, Verbis bonis & non bonis, Perſeverantia, Religione, Obedientia, Contemplatione, Viâ ſalutis & perfectionis, ſpirituali cautela, & ejus conſideratione* &c.

Quidquid autem hujus editum eſt, haberi teſtatur laud. *Oudinus* cum *Ægidii* Vitâ apud *Bolland.* ad d. 23. April. ubi plurima de illo.

(*a*) Ita *Dupinius* Tom. I. *Tab. Auth. Eccleſiaſt.* Sec. XIII. *p.* 619. & *Caſim. Oudinus* Tom. III. *p.* 179.
(*b*) Ita *Miræus* cap. 402. & *Hendreich.* in Pand. Brandenb. apud *Olear.* p. 14.

ÆGIDIUS de AURELIANIS, Gallus, à patriâ (*Orleans*) ſic nuncupatus, Ord. Prædic. inſignis verbi Dei Præco, Regiuſque Concionator, Sec. XIII. claruit, quem *Petrus de Lemovicis* Theologus Parіſ. & Socius Sorb. cum voluptate audiebat, penèque mirabatur, tum ob ſententiarum delectum, tum ob modum dicendi. Hinc plures ab ejus ore exceptas Conciones *Pariſiis* variis in Eccleſiis habitas ſibi ſcribi curavit, quæ etiamnum in Sorbona ſervantur, ſimplici quidem latinitate pro more ſeculi forte ab ipſo *Petro de Lemovicis* donatæ, ſed quæ & oratoris ſacri excellens ingenium ſatis declarant, & deſiderium ingerunt deperditi auctoris autographi.

Nimirùm Codex eſt MS. memb. qui Collectio eſt Sermonum à Theologis Pariſienſibus à feſto SS. Simonis & Judæ MCCLXXII. & toto anno ſequenti ad octavas S. Martini habitorum: in quo extant ſub *Ægidii* noſtri nomine *Sermones* XXIII. quorum

1. *Sermo F. Ægidii de Aurelianis Prædicatorum in feſto Simonis & Judæ, ad S. Paulum mane.* Gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus.

2. Ejuſd. *ad S. Leſſredum vel S. Paulum.* Multi ſunt vocati, pauci verò electi.

3. *Ad Beguinas in feſto S. Martini mane.* Magnificavit eum.

4. *Ad S. Leſſredum Dom. poſt octavas B. Martini poſt prandium.* Redde quod debes.

5. *Ad S. Antonium in Feſto S. Catharinæ mane.* Filia prudens hæreditas patris.

6. *Ad Beguinas Dom. 3. adventus in mane.* Tu es qui venturus es.

7. *In die Regum in Capella Regis, præſente Rege Philippo Audaci.* Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum?

8. *Ad S. Antonium in converſione S. Pauli.* Sufficit tibi gratia mea.

9. *Ad S. Gervaſium Dom. ante purific. poſt prandium.* Plenitudo legis eſt dilectio.

10. *Ad S. Germanum Autiſſiodor. Dom. 2. Septuageſ.* (id eſt *Sexageſ.*) *in mane.* Sufficit tibi gratia mea.

11. *Ad S. Gervaſium Dom. in quinquag. mane.* Cæcus clamabat.

12. *Ad eund. Dom. 3. quadrag. poſt prandium.* Cùm fortis armatus.

13. *Ad S. Antonium, in Annunciatione.* A Luna ſignum diei feſti.

14. *Ad Beguinas Dom. in paſſione mane.* Repromiſſionem accipiant.

15. *Ad S. Gervaſium die Cœna poſt prandium.* Probet ſeipſum homo.

16. *Ibid. die Ven. Sancti.* Egreſſus eſt Jeſus.

17. *Ad S. Antonium vigil. Paſcha mane,* & iſtum eundem Sermonem fecit *in die Paſcha ad S. Gervaſium poſt prandium.* Reſurrexi & adhuc tecum ſum.

18. *Ad S. Antonium Dom. 2. poſt Paſcha.* Chriſtus paſſus eſt.

19. *Ibid. in aſcenſ. Domini mane.* Aſcendit pandens iter.

20. *Ad S. Gervaſium Dom. 6. poſt Paſcha.* Eſtote prudentes.

21. *Ibid. eod. die poſt prandium.* Aſcendet pandens. Licèt idem thema quod ſuprà, alius tamen eſt ſermo *de Aſcenſione.*

22. *Ad S. Paulum Dom. 3. quod fuit ante feſtum B. Joan. Bapt. Fuit iſte ſermo de B. Joanne.* Deus omnis gratiæ vocavit vos:

23. *Ad S. Antonium in feſto B. Joannis Baptiſtæ.* Erit magnus coram Domino.

* Vid. *Tom. I.* Script. Ord. Prædic. *p.* 265.

ÆGIDIUS (*Benedictus*) Luſitanus, *Pax-Julienſis*, ſcripſit Sec. XVII.

1. *Hortulum animæ.* Ulyſſip. 1615. in 8.

Idem, ut putat *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. nov. *Tom. I. p.* 161. edidit Luſitanè

2. *Excellentiam Salutationis Angelicæ.* Ib. 1613. in 16.

3. *Explicationem Salve Regina.* Ibid. 1617.

ÆGIDIUS Ciſtercienſis Monachus Aureæ-Vallis in Ducatu Luxemburgenſi, *Leodienſis* à loco nativitatis vulgò cognominatus, claruit circa A. 1240.

Harigeri Abbatis Lobienſis, & Anſelmi Canonici Leodienſis Scripta (qui primi habentur rerum Leodienſium ſcriptores) *recognovit, & additionibus ampliſſimis pluribus in locis auxit* : quam ob cauſam, omnem Diœceſim Leodienſem, vetereſque illius Bibliothecas, MSS. Codd. inſtructas, S. Mariæ, S. Lamberti, Malmundarienſem, Stabulenſem, Lobienſem, Gemblacenſem, S. Huberti in Ardennâ Sylvâ, & S. Laurentii prope Leodium, præſens ipſe excuſſit, atque ex eis quæ ad propoſitum ſuum faciebant, ſumma diligentia parique fide deſumpſit, ut in Vita ipſius disertè teſtatur *Joan. Chapeavillius.* Deinde eoſdem Scriptores excipiens, *Hiſtoriam Tungrenſem & Leodienſem feliciter proſecutus eſt ipſe Ægidius ab A. D.* 1060. *ad* 1251. cujus autographum operis in Biblioth. Aureæ-Vallis MS. Cod. 8. vidiſſe ſe teſtatur *Oudinus.* Hanc autem hiſtoriam

Digitized by Google

tiam poſtea continuavit uſque ad A. 1348 *Joh. Hocſemius* Canon. Leodienſis, quæ omnia junctim in lucem prodierunt *Leodii* an. 1612. opera & ſtudio *Joan. Chapeavillii* Canon. & Vic. Gener. Epiſcopatûs Leodienſis (*a*), unacum *Ægidii* Vitâ ex ejus ſcriptis collectâ. Extat & hujus *Hiſtoria* MS. apud Canon. Regulares Tungrenſes: Ex eâ *Vitam & Martyrium S. Alberti Card. & Epiſc. Leodienſis* deſumpſit *Aub. Miræus* ediditque *Antverp.* typis Dav. Martinii, A. 1610. vel 1612. Hic porrò Cardinalis *Remis* martyrio coronatus fuerat A. 1192. ibique corpus ejus quievit ad A. 1612. quo poſtridie Cal. Nov. magnâ ſolemnitate *Bruxellas* tranſlatum eſt, & die 11. Dec. ſubſequente in Cœnobio Monialium Carmelitanarum collocatum, juſſu & auſpiciis *Alberti* Archiducis Auſtriæ, Belgarum Principis. Vita hæc poſtea tranſlata fuit in linguam Caſtellanam per R.P. *Andr. de Soto* ISABELLÆ Hiſpaniarum Infanti &c. à Confeſſionibus, addita relatione earum quæ in tranſlatione contigerunt.

* Conf. *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 107. *De Viſch* Biblioth. Ciſt. *p.* 7. *Caſ. Oudin.* Tom. III. *p.* 202. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ, n. 3396. *&c.* & 3442.

(*a*) Chapeaville *Geſta Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium &c.* Vid. *Tom. I. & II.*

ÆGIDIUS (*Didacus*) Carmelitarum Ordinis Luſitanæ provinciæ Præfectus A. 1335. creatus, domûs Ulyſſipponenſis jam Prior fuerat. Is ſcripſiſſe dicitur Luſitane

Librum *de fundatione & monumentis ejuſd. ordinis*, cujus rei teſtem adducit *Nic. Antonius* (*a*) R. P. Fr. *Eman. à Reſurrectione* Luſitanum ex Reformatis S. Auguſtini.

(*a*) Bibl. *Hiſp. vet. Tom. II. p.* 100. *n.* 217.

ÆGIDIUS, *vid.* GILO Pariſienſis.

ÆGIDIUS ſeu GIL (*Jacobus*) Ord. Prædic. Aragonus ſeu Valentinus natione, patriâ verò *Satabus* vulgò *Xativa*, ibidem ordinem amplexus, Sacras literas pluribus annis jam apud ſuos docuerat, cùm A. 1436. Eccleſiæ Cathedralis *Dertuſenſis* Theologiæ Lector inſtitutus eſt à Capitulo Provinciali *Sanguеſſæ* in Navarra habito, quo munere novem annis functus eſt. Vicarius Generalis à *Barthol. Texerio* Ordinis Magiſtro conſtitutus eſt A. 1440. die 25. Febr. Prior exinde Provincialis Aragoniæ in Comitiis *Podiicerdani* A. 1445. coactis electus fuit, quo titulo in Comitiis Generalibus *Anicii* in Velaunis A. 1447. tum *Lugduni* 1450. ac *Romæ* 1451. ſedit. Ex eo munere quod novem circiter annis geſſit, à NICOLAO V. accerſitus, *Romam* adiit A. circiter 1453. & Magiſter Sac. Palatii declaratus, egit ad A. 1465. quo obiiſſe dicunt.

SCRIPTA:

1. *Epiſtola per modum tractatûs ad ALFONSUM Aragoniæ Regem de Conceptione B. V.* data Romæ, 27. Aug. 1454. Servatur MS. in Archivo Ordinis Romano.

2. *Officium transfigurationis D. N. J. C.* juſſu CALIXTI III. qui hoc feſtum inſtituit ob inſignem de Turcis Anno 1456. die 6. Aug. reportatam victoriam. Hoc officium idem eſt exceptis hymnis quod per Eccleſiam Romanam etiamnum recitatur.

Extat in archivo Virdunenſi Prædicatorum ſententia ab hoc *Jacobo* ut Judice delegato in Cap. gen. *Anicii* A. 1447. lata, qua litem de quibuſdam terminis Virdunenſes inter & Luciburgenſes Sodales exortam dirimit, quæ à R. P. *Jac. Quetif* viſa & lecta Anno 1671.

* Plura vid. *Tom. I.* Script. Ord. Prædic. *p.* 831. ubi obſervant erraſſe *Bandellum*, *Luſitanum*, & ſequaces cum *Ægidium* noſtrum *Barcinonenſem* & *Catalanum* dixerunt.

ÆGIDIUS (*Janus*) gente Danus, Ripenſis, ex Paſt. Nicol. Hafnienſi Epiſc. ab A. 1595. Aarhuſienſis, obiit die 11. Dec. A. 1626. ætat. 76.

SCRIPTA, Danicè edita:

1. *Oratio in obitum Georg. Roſa Crantzii Senat. Regni Dan.* (ex Pſal. XC.) Arhuſ. 1596. & 1617. in 4.

2. *Remedium & Conſolatio ad omnem dolorem & triſtitiam ſpiritualem filiorum Dei* (ex Pſal. XIII.) Hafniæ, 1609. in 4.

3. *Solatium Chriſtiani Hominis ad timorem mortis* (ex Syr. XLI.) ibid. 1610. in 4.

4. *Inſtitutio de Homine Chriſtiani & Eccleſia Senecta* (ex Pſal. LXXI.) ibid. 1613. in 8.

5. *Duæ Conciones funebres* (ex Sapient. VII. & Hebr. XIII.) Arhuſ. 1617. in 4.

6. *Venatio ſpiritualis* (ex Philip. III. 5. 6. 7.) Hafn. 1625. in 4.

7. *Sermo Funebris* (ex Epiſt. II. ad Corinth. V. 1-5.) ibid.

* *Barthol.* de Script. Dan. p. 62. & 256. *Lippen.* Tom. II. p. 602.

ÆGIDIUS vel ÆGIDII ac etiam *de Sto* ÆGIDIO (*Joannes*) natione Anglus, ad fanum Albani natus, Phyſicus ſua ætate celebris a *Philippo* II. Francorum Rege in Medicum ordinarium ex Anglia accerſitus eſt; Pariſiis etiam tum Medicinam profeſſus eſt, ac dein Monſpelii cujus Academiam non parum illuſtravit, ſed & (quod tum non infrequens) Sacræ Theologiæ lauream *Pariſiis* obtinuit. Hanc in unâ è Scholis Pariſienſibus ingenti auditorum concurſu, cùm A. 1228. apud San-Jacobæos Dominicanos habita ſunt generaliſſima Ordinis comitia, ad quæ ille invitatus, coram Patribus congregatis, clero plurimo, frequentiſſimoque populo concionatus eſt, ac inſtitutum ſui ordinis (Prædicatorum) laudans, in medio ſermone è ſuggeſtu deſcendens habitum ordinis à Magiſtro F. *Jordano* ſupplex poſtulavit, eoque mox indutus, ad ſuggeſtum reverſus, ſermonem proſecutus eſt, & majori cum zelo complevit. Sed nec propterea ceſſavit à lectionibus, quas inſtantibus diſcipulis indeſinenter reſumpſit. Cùm autem in partibus Toloſanis graſſari pergeret Albigenſium hæreſis, propterea que curante Rege *Ludovico* IX. Pariſiis *Toloſam* mitterentur Sac. Theologiæ Magiſtri, qui Toloſanam Academiam juxta leges Pariſienſis inſtituerent, quo & poſt exactum triennium F. *Rolandus de Cremona* A. 1231. miſſus fuerat, iſto ad ſuos Cremonenſes A. 1233. recedente, ſuffectus ei fuit eod. anno *Ægidius* noſter, qui duobus annis Theologiam apud Prædicatores publicè profeſſus eſt, & Inquiſitionis officium ſuis conſiliis ſuâque autoritate non parum adjuvit, ſed & tribulationis eâ ratione in ſuos excitatæ particeps fuit. Anno 1235. ante menſ. Nov. Toloſa cum ſociis ſuis exceſſerat, dato ei Cathedræ ſucceſſore F. *Laur. de Filgeriis* (Fulgeres) tumque in Angliam remeaſſe videtur, Oxoniæ apud ſuos Sacras Literas publicè interpretaturus; quarum Scholas publicas ibidem pluribus annis rexiſſe aſſumant, magnamque ei fuiſſe cum celebri *Roberto Capitone* Lincolnienſi Epiſc. neceſſitudinem, quam epiſtolis mutuò ſcriptis fovebant: adeo ut eum *Robertus* graviori (quo & mortuus eſt A. 1253.) morbo laborans accerſierit, tanquam corporis animæque Medicum. Quo verò anno, quove die obierit *Joannes* noſter, incertum eſt. * Vid. plura *Tom. I.* Script. Ord. Prædic. *p.* 100. *&c.* ubi nulla ejus memorantur ſcripta, quæ tamen ſub eodem nomine plurima recenſet *Balæus* Cent. III. *p.* 270. ordine ſequenti.

SCRIPTA:

1. *Practica Medicinales.*
2. *Futurorum prognoſtica.*
3. *In Ariſtotelem Comment.*
4. *Morales interpretationes.*
5. *De eſſe & eſſentia.*
6. *De formatione corporis.*
7. *De laude ſapientiæ divinæ.*
8. *De prædeſtinatione & praſcientia.*

9. *De Paradiſo & Inferno.*
10. *De Reſurrectione mortuorum.*
11. *De materia Cœli.*
12. *De productione rerum.*
13. *De cognitione Angelorum.*
14. *De menſura Angelorum.*
15. *Homelia ad clerum & populum.*
16. *Lectura Scholaſtica.*

Feruntur & alia, inquit ille, ſed tituli deſunt.

ÆGIDIUS (*Joannes*) Zamorenſis, quem ad initia Sec. XIV. referendum putat *Nic. Antonius.* Is Ordinis Minorum S. Franciſci ex provincia S. Jacobi, in eam doctrinæ civiliſque converſationis atque pietatis famam pervenit apud ſapientiſſimum Regem Caſtellæ ALPHONSUM, ut ad gubernandam, literiſque inſtruendam *Sancii* Principis pueritiam accerſeri ab eo inter tot unus mereretur. Qui *Sancius* deinde parentis ſucceſſor præceptorem ſuum valdè charum habuiſſe dicitur.

Variâ *Ægidius* literaturâ conſpicuus ad poſteros venire conatus eſt; quodam tamen fato adverſante, aut incuriæ ac ruditati iſtius ſeculi ſuffragium ſubtrahentibus typis, quos ei proximum inde ſeculum in Germania invenit, laborioſiſſimæ lucubrationes lucem adhuc deſiderant, & à ſodalibus Franciſci aſſectis optimo quidem jure flagitant. Has grandibus *ſeptem* membranaceis *voluminibus* contentas *Zamora* aſſervari in Biblioth. Franciſcanorum referunt plures; quæ volumina vulgò ſodales *los Egidios* appellant. Varia hæc continere doctrinæ multiplicis documenta monuit olim *Joannes Turre-cremata*; in quibus (*ſeptem Voluminibus*) ſequentia leguntur.

Scripta:

1. *Archivum*, aliàs *Armarium Scripturarum*: In eo (ait *Waddingus*) optima quæque eruditionis Eccleſiaſticæ argumenta ad præcipua capita reduxit.

2. *De præconiis Hiſpaniæ*, opus Sereniſſ. diſcipulo ſuo *Sancio* dicatum, in libros XII. diviſum, quorum α De Hiſpaniæ nominis impoſitione, & impoſitionum varietate, ac populationum diverſitate: β De Hiſpaniæ fertilitate ſeu fœcunditate: γ De ejus *franqueza* ſeu libertate: δ De ejus fortitudine, quoad ſitum & quoad animum, & de diffinitione fortitudinis, ejuſque ſpeciebus: ε De aliquorum virorum Hiſpaniæ potentifica ſtrenuitate & animoſitate: ζ De virorum Eccleſiaſticorum exemplifica bonitate: η De Philoſophorum & doctorum ejuſdem ſapientifica perſpicacitate: θ De civitatum ejuſdem nominibus immutatis: ι De apologia Principum & Magnorum, & eorum tyrannica cervicacitate, à creatione mundi ad ſua uſque tempora: κ De juribus magnorum, & de obligationibus vaſſallorum: λ De regulis bellorum generalibus: μ De cautelis habendis in rebus bellicis. Hoc autem opus ſcribere cœpiſſe dicunt A. 1278. Stylus vitio potius ætatis quàm hominis, non ſemel in barbariem labitur; nihilominus tamen multa ſunt quæ comparari meliorum auctorum optimis poſſunt. Animo utplurimùm & expreſſione viget, nervorumque & ſpiritûs, præſertim in deſcribendis prœliorum congreſſibus, plenus eſt. Peculiare id in opere iſto, quod poſt repræſentata ea quæ quiſque promittit libri titulus, ad Principem exemplis ſuper iiſdem admonendum ex Sacris libris, Græcorumque ac Latinorum veteri memoria petitis, convertitur. Erroribus tamen paſſim fœdatur, præſertim in Geographica re ac Etymologica, quos plurimos notat *Nic. Antonius.*

3. *De mundi ætatibus, & de Viris illuſtribus.*

4. *Hiſtoria naturalis, Eccleſiaſtica & Civilis.*

5. *Indices hiſtoriarum per literas alphabeti.*

6. *Vita S. Nicolai Martyris*, ſive *Vita S. Leonardi, & utriuſque Nicolai, Bletiſæ, ſive Ledeſma oppidi martyrum.*

7. *De corporis S. Ildephonſi revelatione in Eccleſia Zamorenſi.*

8. *Adverſaria*, quæ apud ſe deſcripta habuit D. *Gaſp. Ivañez de Segobia* Marchio Acropolit. *Moriti.*

9. *Liber proprietatum*, fuit in Olivarienſi Biblioth. MS. in membranis, & antiquâ notâ, *in fol.*

10. *Summa* à Joh. de Turre-cremata laudata.

11. *Antiquitates Hiſpanicæ*, Luſitanâ linguâ ſcripſiſſe monet *Flor. Docampus* lib. 3. *Chron. generalis Hiſp.* cap. 31. Veretur autem *Antonius* ne ſit pars operis *De præconiis Hiſpaniæ*, aut alterius *De ætatibus*, ex Latino in Luſitanam linguam tranſlata.

12. *De caſibus conſcientiæ* liber, quem illi adſcribit *Ægid. Gonz. Davila* in *Theatro Eccleſiæ Zamor.* niſi hæc *Summa* ſit, inquit *Antonius*, de quâ ſupra.

Minime tamen in Zamorenſibus *Ægidii* lucubrationum voluminibus reperientur, quæ à novioribus nonnullis *Higuera* dicto audientibus huic noſtro tribuuntur *Additiones ad Juliani Petri Chronicon*; quarum mentio fit apud *Thom. Tamajum* in præf. ad libr. ſuum vulgaris linguæ, *Novitatum antiquarum*:

Cæterum robuſtâ valetudine vixiſſe *Ægidium* ad provectam adeo ætatem, ut quamvis pleraque volumina, tam hiſtoriarum quam ſapientialium ſcripſerit, nec literas jam cognoſceret, nec ſciret ſe eſſe, qui libros illos ediderit, magnus Abulenſis Epiſcopus *Alph. Toſtatus* prodit, apud *Nic. Antonium* (a) qui, pluribus de noſtro narratis, *hæc*, inquit, *de Joanne Ægidio annotare habuimus, dum alius uberiore omnium ejus operum notitiâ, aut, quod æquius eſſet, editione, doctiſſimi viri famæ conſulat.*

(a) *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. vet. *Tom. II. p. 71. à n. 7. ad 27.*

ÆGIDIUS *de Legio* fortè *de Leodio* (de Liege) Ord. Prædicat. vixit Sec. XIII. Hujus extant in Collectione de quâ diximus ſub tit. ÆGIDIUS *de Aurelianis*, Sermones VII. quorum

1. *Ad S. Gervaſium in feſto Apoſtolorum Simeonis & Judæ poſt prandium.* Leva in circuitu oculos & vide &c. Eſt Sermo de omnibus Sanctis pro more hujus ſeculi.

2. *Dom. 1. Adventus ad Magdalenam poſt prandium.* Ecce rex tuus venit juſtus & Salvator.

3. *In Epiphania ad Beguinas in mane.* Ite & interrogate diligenter de puero.

4. *Dom. 2. poſt Epiph. ad S. Nicolaum de Campis.* Odientes malum, adhærentes bono.

5. *In feſto S. Vincentii ad Beguinas in mane.* Certamen forte dedit illi.

6. *Dom. in paſſione poſt prandium.* Chriſtus aſſiſtens pontifex.

7. *Dom. 5. poſt Paſcha ad S. Gervaſium.* Petite & accipietis.

Quos in argumentum aliorum plurium ab eo relictorum adducit R. *Eshard* Tom. I. p. 266.

ÆGIDIUS *à Leſſinia*, ſive *de Leſſinis*, aliàs *de Liſcinis, de Laſciniis, de Laſcinis, de Liſciviis*, ac etiam *Luſcinus*, at rectiùs *de Leſſina*; oppido ſcilicet in finibus Hannoniæ & Flandriæ ſito ortus, ætate S. *Thomæ de Aquino*, ac ejus forſan auditor in Conventu S. Jacobi *Pariſiis* floruit circa A. 1278. Vir inter ſui ſeculi doctiſſimos habitus.

Scripta:

1. *De unitate formæ* lib. 1. MS. in Bibl. Sorb. Cod. 948. fol. max. memb. qui eſt Collectio plurium: Libro huic additur *Appendix*, ibid. MS. quam eſſe putant *Tractatum alterum de hac materiâ*, qui à pluribus ejuſd. ordinis (Prædicatorum) illi tribuitur.

2. *De immediata Dei viſione*, lib. 1.

3. *Comment. in Lib. I. & II. Sententiarum.*

4. *De Uſuris.* MS. in memoratâ Biblioth. Cod. 528. chart. in 4. par. 5. loco. Ibi perperàm vocatur *Ægidius de Lerines.* Extat & in Victorinâ Cod. MS. 835. fol. à p. 67. ad 93. & dicitur *Summa de Uſuris*, ſed abeſt nomen auctoris. Codex eſt Sec. XV. Ille eſt Tractatus qui inter opuſcula *S. Thomæ* in edit. Rom. & ſeqq. numeratur 73. cui proinde abjudicandus, & reſtituendus *Ægidio*; quod & probat ſtylus Tractatui *de Unitate*

Digitized by Google

te formarum ſimillimus. Adde nullum veterum nomenclatorum D. *Thomæ* adſcribere *Tractatum* ſpecialem *de Uſuris*, bene verò *Ægidio*. Unde & editores Romani operum S. *Thomæ*, opuſculum hoc minori charactere imprimendum curarunt, ejus non eſſe agnoſcentes.

4. *Tract. de decem præceptis*, quem ab Autore in ſuperiore allegatum, inter *Ægidii* opera recenſendum putant, quamvis forte perierit, vel potius alicubi lateat abſque auctoris nomine.

5. *Flores caſuum.*

6. *Quæſt. Theologica.*

7. *De concordiis temporum.* Hoc opuſculum idem eſſe credunt quod extat in Bibl. Sorb. Cod. 313. memb. fol. mag. loco 3. ſine titulo quidem, ſed cui in margine inferiori ſic legitur altera manu, ſed antiqua: *Vidi ſic intitulatum; Incipit liber de temporibus à Fratre Ægidio de La....* & eò magis quòd de illâ *concordiâ* potiſſimè in iſto *tractatu* agatur, quodque ſtylus & methodus cum ſuperioribus *de Unitate formæ* & *de Uſuris* omninò conveniant: ac ideo ex negligentiâ primam tantùm ejus agnominis ſyllabam ſcripſiam dicunt *de La....* pro *de Laſciniis*: Diſtinguitur autem tractatus in Libros III. *In primo* de verificatione temporum & collectione annorum ante Chriſtum: *In ſecundo* de tempore Incarnationis & de termino Paſchali & verificatione terminorum poſt Chriſtum: *In tertio* fit computum naturale & eccleſiaſticum ſecundum correctiones eorum, quæ errata videntur, & inveniuntur in aliis. Chronologiæ quam in parte iſta exhibet annus ultimus eſt 1304. in quo factum aliquod memoretur. In univerſum opus dici poteſt [illegible] curioſum ac luce dignum.

De [illegible]triâ item, *de Cometis*, & alia ſcripſiſſe fertur. * Plura de illo habet *Tom. I.* Script. Ord. Prædic. *p.* 370. *&c.*

ÆGIDIUS de Levres, *Pelagii* Albanenſis Epiſcopi Pœnitentiarius, vixit Sec. XIII. ut liquet ex ejus Epiſtolâ *de expugnatione urbis Damiatæ à Chriſtianis*, Damiatæ datâ IV. Id. Nov. *univerſis Chriſti fidelibus in Brabantia & Flandria conſtitutis* inſcriptâ, quæ extat apud *Martene* Tom. I. *Theſ. Anecd.* p. 874.

ÆGIDIUS de Lovanio (*de Louvain*) Canonicus Regularis S. Auguſtini, reliquit, teſte *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 107.

Sermones per annum, MSS. Lovanii ad S. Martinum in Pergam.

ÆGIDIUS *Luſitanus*, Ordin. Prædicat. *Vaoſela*, Caſtro agri Scalabitani diœceſis *Viſenſis* ſub finem Seculi XII. vel initio ſequentis natus, patre *Rud'rico Pelagio* Valladaris equite, arcis & urbis Conimbricenſis præfecto, matre *Teraſiâ Giliâ* paris nobilitatis fœminâ, Canonicus & Theſaurarius Eccleſiæ Conimbricenſis allectus; poſtea Medicinæ vacavit, eumque in finem *Pariſios* ſe contulit, quibus diebus florebat à quibuſdam annis domus Præd. S. Jacobi: ibi quidam Laurentius *Fougeres* Armoricus Magiſter in artibus & Medicina cum nomen ordini dedit, qui poſtea ſub annum 1231. in ſacra facultate laureâ inſignitus eſt, & expleto *Pariſiis* docendi munere *Toloſam* A. 1235. miſſus, Theologiam ibidem poſt *Ægidium* Anglicum publicè profitebatur. *Ægidius* Luſitanus ſodalium exemplo motus, ſeculo valedicere conſtituit, & jam Presbyterii gratiâ inunctus Ordinem amplexatus eſt circa 1225. Anno 1229. aut 1230. *Pariſiis* creditus in patriam reverſus, ubi ad munus Provinciæ præfecti communibus votis fuit evectus: ſed poſtea ab officio remotus videtur, quum Provinciales abdicati ſunt, qui in abdicationem S. *Raymondi de Pennaforti* conſenſerant, at exinde ad ſuum munus rediit. Illum dicunt ejuraſſe Chriſtum, & ſe Dæmoni devoviſſe, Chirographô ſuâ manu, ſuoque ſanguine ſcriptô, ac in teſtimonium illi datô; ſed poſtea converſum ſummis precibus & auſteritatibus, ope B. Virginis Chirographum, quo Chriſtum ejuraverat, ſibi à Dæmone reddi, conſecutum eſſe; ſed has eſſe fabulas tuentur qui *de Scriptoribus Ord. Præd.* ſcripſerunt, (*Tom. I. p.* 240.) &c. Hæc autem de illo habet *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. vet. *Tom. II. p.* 46. *num.* 117. ad Sec. XIII. » Celebratur inter Dominicani Ordinis illuſtratores » quædam Epiſtola ſanctitate & miraculis eximii viri » *Ægidii*, vulgo *Gil*, Luſitani, priùs magi, ac Dia- » bolo addicti, deinde pœnitentis, atque in Ordine » Prædicatorum fulgentiſſimi omnium virtutum lumi- » nis, ac de Diabolo glorioſi triumphatoris; quâ ad » *Humbertum* Magiſtrum Ordinis Generalem ſcripſit » res geſtas quorundam Dei ſervorum Cœnobii ſui » Scalabitani, ſive Santarenenſis, in quo tandem vi- » tam brevem cum æternâ vitâ commutavit anno hu- » jus ſeculi, ut dicitur, 75. Cujus Vita exſtat ab *A.* » *Reſendio* V. C. deſcripta, & *Pariſiis* edita (*a*), quam etiam ſcripſit *Joan. Portalegrenſis*, ſub tit. *De converſione B. Ægidii*, à Dominicanis laudatam. De eodem *Ægidio* plura *Papebrochius* in Actis SS. ad d. 14. Mai qui eum A. 1265. mortuum dici.

(*a*) A. 1586 in 8. *apud Thom. Perier. Vid. Script. Ord. Præd.* ubi ſupra *p.* 242. *col.* 1.

ÆGIDIUS Ordinis Minorum, gente Hiſpanus, cujus ex *Waddingo* meminit *Nic. Antonius* in Script. incerti temp. *Tom. II.* Bibl. vet. *p.* 257. ſcripſit

Sermones de Sanctis, qui incipiunt *Philoſophia eſt divinarum rerum ſpeculatio.*

ÆGIDIUS ex oppido Cæſari Ord. Min. Convent. S. Franciſci, Sacræ Theol. Magiſter, in Romaniæ miſſione Conventualibus adſcripta, (quæ Græciam & Thraciam uſque ad CPolim complectitur) Apoſtolici Miſſionarii munus egit, diuque inter Barbaros ac ſchiſmaticos deſudavit. Græcum idioma egregiè callens, eccleſiaſticis hiſtoriis, divinis Scripturis, SS. Patrum eruditione, & Conciliorum decretis ſatis inſtructus, Catholicam fidem indefeſſo labore amplificare curavit, cujus argumentis obſiſtere non valentes Græci, ſupplicibus libellis ad Sacr. Congregationem de Propaganda Fide tranſmiſſis, calumniiſque refertis, ab incœpto opere exturbare tentarunt *Ægidium*, qui *Romam* reverſus, hæreticorum veſanias, ac miſſionis neceſſitatem erudito calamo oſtendit. Vitam agebat *Venetus* A. 1678. vir eximius, teſtante *Ant. Mongit.* Bibl. Sic. *Tom. I. p.* 3.

S c r i p t a:

1. *Controverſia Marcephiſſitarum hæreticorum cum orthodoxa Eccleſia, ac nonnullorum domeſticorum cum Apoſtolica Miſſione.* Meſſanæ, apud hær. Petr. Brea, 1664. in 4. Tom. II.

2. *Caſuum conſcientiæ breviſſima ac originalis expoſitio.* Venetiis, typ. Blaſ. Maldura, 1678. in 4.

3. *Apologia in Catalatinon Nathan. Xhicha Athenienſis, in quibus LIII. propoſitiones hæreticales & erroneæ ad hominem confutantur.* Ibid. typ. Mortali, 1678. in 4. Græco-Latino-Italicæ.

ÆGIDIUS *de Orpio*, à loco originis haud dubie ſic dictus, memoratur inter *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 266. cujus ſcilicet unicus extat Sermo in Collectione de quâ vid. tit. ÆGIDIUS *de Aurelianis*; qui eſt *ad Dominicam infra octavas B. Dionyſii ad Beguinas.* Alius verò eſt ejuſdem inter *Diſtinctiones Petri de Lemovicis*, voce *Mons.*

ÆGIDIUS vulgò GIL (*Petrus*) natione Hiſpanus, ex oppido Catalauniæ *Reus*, Diœceſis Tarraconenſis, Soc. Jeſu, natus annos 25. ingreſſus eſt in Societatem, 4. Non. Mart. A. 1574. profeſſus jam antea Philoſophiam. In eâ Doctoratu Theologico *Gandiæ* ſuſcepto, Theologiam explicuit *Barcinone* per 20. annos, ubi & Collegium ſodalium tertiò gubernavit, ſemel Balearicum; ac demùm Aragoniam Præpoſitus Provincialis obtinuit. Cenſor fidei deſignatus fuit ab Inquiſitione Barcinonenſi. Annis 40. quibus *Barcinone* ſubſtitit, Confeſſiones Proregum, Epiſcoporumque omnium excepit. Obiit ibidem A. 1622. d. 15. Sept. ætatis 72

Digitized by Google

Religionis 49. ab emiſſis quatuor votis 30. * Pluribus eum laudat *Alegambius* p. 368.

SCRIPTA, Catalanicâ linguâ :

1. *Modus adjuvandi moribundos*, cui tit. Catalan. *Modo de ajudar a ben morir* &c. Barcinone, typis Joh. Amello, 1605. in 8.

2. *Memoriale mandatorum & animadverſionum ad Parochos & Confeſſarios*, ſuaſu Ill. D.D. *Dyma Lloris* Epiſcopi Barcinonenſis

3. *De Vectigalibus & eorum jure in Catalonia Principatu.*

4. *Officium Sanctorum Epiſcopatus Barcinonenſis & Urgellenſis.*

Tranſtulit præterea in eamdem linguam Catalanicam

5. *Thomæ à Kempis* De Imitatione Chriſti *libb. IV.*

ÆGIDIUS (*Petrus*) Paſtor Eccleſiæ Reformatæ *Turris* dictæ (*de la Tour*) Vallis Lucernenſis in Pedemontio, Sec. XVII. Superiorum juſſu conſcripſit Gallicè

1. *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Eccleſiarum Valdenſium* (Vaudoiſes) ediditque Genevæ A. 1644. in 4. annos tùm temporis natus 73.

Scripſerat antea eâdem linguâ adversùs *Marc. Aur. Rorencum*

2. *Conſiderationes in Epiſtolas Apologeticas* Marc. Aur. Rorenci *Prioris Lucernenſis*, ac Theod. Belvederenſis *Monachis Præfecti*, cui libro Latinum oppoſuit alium *Belvederenſis*, cum tit. *Turris contra Damaſcum*, id eſt *Tutela Eccleſiæ Romanæ contra Calviniſtarum incurſiones*, &c. *Taurini* A. 1636. editus eſt liber iſte, quem paulò poſt confutavit *Ægidius*.

3. *Turrim Evangelicam* Italicè, adverſus librum ejuſd. *Belvederenſis* eâdem linguâ vulgatum ſub tit. *Lucerna della Chriſtiana verita per conoſcer la vera Chieſa e la falſa preteſa Reformata.* Diviſa eſt *Turris* in Capp. XLVIII. quorum compendium exhibet in *Hiſtoriâ* ſuâ *Valdenſ.*, ut & *Reſponſi* à ſe dati alio Italico Libro quem Congregationi *de Propaganda fide* dicaverat idem *Belvederenſis*, quo eam edoceret de Eccleſiarum Valdenſium Reformatarum ſtatu, ordine, doctrinâ ac cæremoniis, obliquè in calce ſtatuens, illas funditùs evertendas eſſe. * *Vid.* Baelii *Diction.* verbo GILLES.

ÆGIDIUS Romanus, *Vid.* COLUMMA.

ÆGIDIUS Archiepiſcopus Rothomagenſis Sec. XIV. cujus extat apud *Dacherium* Tom. III. *Spicileg.* p. 708. edit. in fol.

Epiſtola ad Ludovicum Francorum Regem, quâ Concilio Silvanectenſi (*a*) pro causâ Catalaunenſis Epiſcopi intereſſe recuſat.

(*a*) *Silvanectenſe Concilium hoc habitum eſt A.* 1315. *de quo vid. Cave* Hiſt. Liter. *p.* 61. *in App.*

ÆGIDIUS *de Roya*, Picardiæ oppido, natione Gallus, S. Theologiæ Pariſiis Profeſſor, Cœnobii Montis Regâlis Abbas, poſtquam monaſterium illud ſex annis rexiſſet, *Dunas* in Flandriam A. 1460. profectus eſt ; ubi ſub *Joanne* Abbate Dunenſi, *Brandonis* Annales Belgicos concinnavit, qui ab A. C. 1392. auſpicantes, deſinunt in annum 1480. Hos ex Dunenſi Flandriæ Abbatia primus eruit *Andreas Schottus*, publici autem juris fecit *Franc. Sweertius* Antverpianus, (qui eos *Joanni à Leidis* & *Reinero Snoio* ſubjunxit) Francof. 1620. *fol.* Cæterùm hiſce *Annalibus* duo præſtitit *Ægidius*. Nam & *Brandonem* in compendium redegit, & inde ubi *Brando* deſierat exorſus, cætera eſt perſecutus, nempe 65. annos ſequentes. Deſierat enim *Brando* A. 1419. Superfuit quidem uſque ad A. 1428. ſed non videtur par fuiſſe hiſtorico labori. Quippe qui jam A. 1360 claruiſſe dicatur. *Sanderus* ait *Ægidium* addidiſſe *Brandoni* hiſtoriam annorum 18. Non dubium quin deſignet tempora ab A. 1360. quo *Dunas* venit, uſque ad annum 1478. Sed etiam intermedios 61. annos deſcripſiſſe ſatis ex hiſtoria ejus apparet. Et *Adrianus* Dunenſis, qui ejus diſcipulus fuit, clarè ait in præfatione ſuâ

Ægidio præmiſſâ, *cum tempora ubi* Brando *finem fecit, proſecutum*. Sed non ſatis capio, quòd idem *Adrianus* teſtetur, magiſtrum ſuum obiiſſe A. 1478. cum *Ægidius* narret etiam hiſtoriam totius anni ſequentis. Quare omnino putem aliqua ab alio eſſe *Ægidio* adjecta. Obiit autem noſter A. 1478. vel 1480. utroque etenim anno obiiſſe illum teſtatur *Voſſius* Lib. III. de Hiſt. Lat. *p.* 606. Conf. *Sandii* in illum *not. & animadv.* qui pluribus ab eo diſſert, ut videre eſt apud *Caveum* Hiſt. Liter. *p.* 120. *App.* Vid. & *Miræum* cap. 461. ſub tit. *Joannes Brando*.

ÆGIDIUS *de Canapina* Diœceſis Viterbienſis in Italia, vulgò ÆGIDIUS *Viterbienſis*, honeſtis parentibus natus A. 1471. ex Priore Generali 43. Ord. Eremitarum S. Auguſtini in Collegium Cardinalium ob inſignia merita cooptatus, tit. *S. Matthæi*, poſt *S. Marcelli*, vir eloquentiâ, Linguarum peritiâ, Sacrarum Literarum ſcientiâ, Hiſtoriarum notitiâ ornatiſſimus, obiit *Romæ* A. 1532. die 12. Nov. & ſepultus eſt ad S. Auguſtinum, cum hac inſcriptione :

D. O. M.
ÆGIDIO VITERBIENSI CARDINALI
GABRIEL VENETUS GENERALIS POSUIT.

Ante Sacroſanctos cineres bona verba Viator
Dicito, divinus hic jacet ÆGIDIUS,
Qui potuit linguâ humanas inflectere mentes,
Et trahere hærentes fervidus ad ſe animos.
Quidquid pandit Arabs divinum, quidquid Erembus
Dives Aramæis occulit in tabulis :
Explicuit populis, & ſi quid ſpiritus ultra
Sentit, adhuc ſanctum quid meditetur, habet.

SCRIPTA :

1. Liber egregius *de Eccleſiæ Incremento*.

2. *Hiſtoria XX. Seculorum* : cujus operis laudes exhibet *Theophili* ad *Ægidium* Epiſtola, quæ ordine XXVa infra recenſetur.

3. *Comment. in III. priora Geneſeos capita*.

4. *Comment. in Pſalmos aliquot, ad Leonem X.*

5. *Oratio habita in Concilio Lateranenſi.*

6. *Dialogorum* Liber.

7. *Panegyris de Viris Illuſtribus Conventûs Ilicetani.*

8. Lib. I. *Sententiarum uſque ad diſtinctionem XVII. ad mentem Platonis.*

9. *Epiſtolarum familiarium ad Gabrielem Venetum* Lib. I.

10. *Diverſarum ad diverſos* Libb. VII.

11. *Ecloga Sacra III.* quarum IIa *de Ortu*, IIIa *de Reſurrectione Domini.*

12. *Dictionarium*, ſive *Liber Radicum*.

13. Liber *in Taghin I. Signa facta ſuper literas Hebraicas, Latinitate donatus.*

Alia item permulta Proſâ & Carmine, vernaculâ, & Latinâ linguâ exarata.

Ejus Opera in Angelica Biblioth. S. Auguſtini Romæ MSS. aſſervantur. Ipſum, ut aliquid in publicam utilitatem ederet, amantiſſimis literis hortatus eſt P.M. *Clemens* VII. quas ex Archivo Romano Ord. Eremit. S. Auguſtini refert *Thom. de Herrera* in ſuo *Alphabeto Auguſtiniano*. * Vid. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. XV. & XVI. p. 185. *Lud. Jacob.* Bibl. Pontif. p. 242. *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 597. Vid. & *Dict. Morer.* verbo *Gilles*. Plura verò de illo habet *G. Joſ. Eggs* Purp. doctæ *Lib. IV. p.* 396.

Extant præterea ſub *Ægidii* nomina apud *Edm. Martene* Tom. III. *Vet. Script. & Mon. Collect.* p. 1234.

Epiſtolæ ſelectæ, quas ex MSS. FR. PP. Auguſtinianorum Neapolitanorum Conventûs de Carbonara eruit *Mabillonius*. Harum hæc eſt ſeries :

Epiſt. I. ad Seraphinum, quâ plures narrat à ſe peragratas civitates Italiæ, mirumque in medum laudat S. *Claræ* virtutes : è *Cymino* data, die 11. Jul. 1505.

Epiſt. II. ad fratres ſuos Ilicetanos, quâ deflet ſibi à Pontifice commiſſas ſuæ religionis habenas.

Epiſt. III. Seraphini ad Leodarium Erem. Senenſem, qua mittit ei collectas à ſe *Ægidii Viterb.* Epiſtolas : *Iliceti*

ceri data, die 25. Oct. 1507.

Epiſt. IV. Seraphini ad Nic. Mannium Cape, quâ orat, ut transmittendas ſibi aliquas *Ægidii* Epiſtolas ab aliquibus quos nominat, efflagitet: *Ilicii* data, die 27. Nov. 1507.

Epiſt. V. Seraphini ad Marianum Saxo-ferratenſem, quâ ſcriptam de *Ægidii* laudibus, de privilegiis Ordini à S. Pontifice conceſſis, deque Inſula ampliſſima Chriſti regno addita epiſtolam gratam ſe habere teſtatur.

Epiſt. VI. Deodati ad Seraphinum, quâ laudat ejus propoſitum colligendi Epiſtolas *Ægidii* Viterbienſis.

Epiſt. VII. Ægidii ad Rev. Dom. Cardinalem, quâ hortatur ad majora ſectanda, laudatque Seraphinum:

Epiſt. VIII. Ægidii ad Ill. Diſpotum, qua dolet Principum Chriſtianorum oſcitantiam, qui poſt clariſſimas hoſtis Chriſtiani nominis victorias torpeſcant.

Epiſt. IX. Ægidii ad Jac. Sannazarum, quâ petit ab eo ut quædam Theocriti interpretetur. *Roma* data, die 6. Oct.

Epiſt. X. Ægidii ad Rufum, quâ rejicit quas ſibi dederat laudes.

Epiſt. XI. Ægidii ad Mannium Capenatem, quâ ſtudia ſua omnia occupationeſque ab ipſo Religionis ingreſſu deſcribit.

Epiſt. XII. Ægidii ad Marſilium Ficinum; quâ eo duce *Platonis* Philoſophiam *Roma* lecturum ſe ſcribit.

Epiſt. XIII. Ægidii ad Marianum Genazenſem, Fremitarum Generalem; quâ brevi ad eum venturum FRIDERICUM Regem ſcribit, laudatque ipſius abdicandæ præfecturæ propoſitum.

Epiſt. XIV. Ægidii ad Epiſc. Caſtrenſem, ut populum Caninum ab interdicto ſolvat.

Epiſt. XV. Ægidii ad Seraphinum, quâ facultatem ei tribuit eundi quocumque voluerit, Verbi Dei diſſeminandi cauſâ.

Epiſt. XVI. Franc. Polyardi Fanenſis ad Ægidium, quâ dedicat ipſi *Octavii* ſui quondam præceptoris *Anthropotheomachiam*; ex Fano data, 14. Cal. Dec. 1515.

Epiſt. XVII. Ægidii ad Seraphinum, de divinâ erga Cardinalem Mediceum providentiâ, *Roma* data, 22. Oct. 1512.

Epiſt. XVIII. Ægidii ad Leonem X. P. M. Mittit ei oleam ut ſentiat ſe *Julio* ſucceſſiſſe, ad quietem ſuo ſeculo reſtituendam.

Epiſt. XIX. Joh. Matth. Gyberti ad Ægidium, quâ probat ipſius lucubrationem quam ſibi miſerat examinandam.

Epiſt. XX. Ægidii ad Gybertum. Mittit ei excerpta ex libro Cardinalis quatuor coronatorum.

Epiſt. XXI. Ægidii ad Jac. Fabrum, qua laudat eum de eruditione; data 5. Id. Jul. 1511.

Epiſt. XXII. Ægidii ad Seraphinum: quâ laudat eum de rebus geſtis Viterbii & Florentiæ, ac Romam venturum expectat; data 14. Oct. 1516.

Epiſt. XXIII. Ægidii ad Conventum Pariſienſem. Quam multa in Concilio Lateranenſi adverſus Ordinem agitata eſſe, quæ ut avertere queat fratres hortatur ad reformationem.

Epiſt. XXIV. Ægidii ad Ordinem univerſum. Quæ in Concilio Lateranenſi adverſus Mendicantium Ordines acta fuerunt, deſcribit.

Epiſt. XXV. Throphei Eremita ad Ægidium: Laudat ejus librum de Seculorum diſpoſitione.

ÆGIDIUS (*Wolf.*) Scripſit, teſte *Lippen.* Tom. II. p. 449.

Augurium Pacis, ſeu de Germanorum Imperii Principum ſuper Diſſidiis à Pacificatione Religionis dependentibus, tractata compoſitio ac brevis diſcuſſio, 1620. 4.

S. ÆGIL ſive *Eigil*, Patriâ Noricus, puer adhuc ante annum 759. *Sturmioni* Abbati Fuldenſi, conſanguineo ſuo bonis literis ac moribus inſtituendus committitur. Sub *Sturmionis*, ejuſque ſucceſſorum *Baugulfi* & *Ratgarii* regimine annos 59. in Monaſterio Fuldenſi exegit. Ann. demum 818. *Ratgario* Abbati ob provinciam malè adminiſtratam depoſito ſuffectus eſt; & in Aulam à *Ludovico* Imp. accitus, optima ab eo monita & præcepta de Cœnobio ſuo regendo percepit: quando etiam raro pietatis exemplo Imperatorem precibus fatigare priùs non deſtitit, quam ut *Ratgarius*, cujus inimicitias ipſe expertus erat graviſſimas, ab exilio revocaretur, obtinuerat. Obiit anno 822. *Rabanum* ſucceſſorem nactus. Scripſit

Vitam Sturmionis Abbatis Fuldenſis & Præceptoris ſui, qui obiit circa an. 779. Extat hæc Vita à *Chriſt. Browero* edita *Ingolſtad.* 1616. apud *Surium* ad diem XVII. Decemb. & *Mabillon.* Sec. Benedict. IV. Part. I. p. 226. *Ægilis* Vitam conſcripſit *Candidus*, diſcipulus ejus, & Monachus Fuldenſis, quæ habetur apud *Mabillon.* ibid. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 441. Vid. & *Miraum* cap. 233. *Voſſium* Lib. II. *de Hiſt. Lat.* cap. 33. p. 305. *Oudin.* Tom. II. p. 41.

ÆLFREDUS Rex Angliæ, *Vid.* ALFREDUS.

ÆLFRICUS ſive ALFRICUS, natione Anglus, *Æthelwoldi* Epiſc. Wintonienſis diſcipulus, ejuſque in Regimine Cœnobii Abendonienſis ſucceſſor (modo *Baleo* fides adhibeatur) Teſte vero *Gulielmo* Malmſburienſi (*a*) ab *Edgaro* Rege Abbas Malmsburienſis factus eſt, quin & (ſi *Joanni Capgravio* fides) primus Monaſterii S. Albani recens inſtaurati ab *Oſwaldo* Epiſcopo Worceſtrenſi Abbas conſtitutus circa ann. 969. Habetur equidem apud *Gul.* Malmsburienſem *b Edgari* Regis charta Cœnobio Malmsburienſi conceſſa, quâ ſe *Ælfricum*, virum in omnibus Eccleſiaſticum, Monaſterio iſti præfeciſſe teſtatur anno regni ſui 14. & incarnationis Dominicæ 974. Quamplurimi ſunt, qui illum primò Epiſcopum *Wiltonienſem* (*Wellenſem* vocat *Baleus*) deinde *Cantuarienſem* Archiepiſcopum ab anno 995. fuiſſe volunt; fato functum 1006. primò *Abendonæ* ſepultum, deinde *Cantuariam* tranſlatum. Verùm alium ab Archiepiſcopo Cantuarienſi fuiſſe *Ælfricum* noſtrum ſuadere videtur ipſius ad *Wulfſtanum* Eboracenſem Epiſtola, quâ ſe ipſum ſolo Abbatis titulo cohoneſtat; cum tamen ex *Simeone* Dunelmenſi, *Rogero Hovedeno*, aliiſque liqueat, *Ælfricum* Cantuarienſem ſedem iſtam integro ſexennio tenuiſſe, antequam *Wulfſtanus* ad Eboracenſem promoveretur; niſi potiùs cum *Gulielmo* Malmsburienſi & *Matthæo* Florilego *Ælfricum* in ſede Cantuarienſi ante *Siricium* collocemus; & tunc quidem tempora optimè convenient. Interim celandum non eſt, quod tradunt nonnulli Hiſtorici, *Wulfſtanum* non ante annum 1002. ſedem Eboracenſem adeptum eſſe; quo poſito, nullo modo fieri poteſt, ut *Ælfricus* noſter inter Archiepiſcopos Cantuarienſes locum teneat. Alius quidem fuit *Wulfſtanus* Eboracenſis Archiepiſcopus. Verùm cum iſtum anno 956. ante *Edgari* Regis tempora obiiſſe conſtet, parùm is fortaſſe in rem noſtram conferre cenſendus erit. Litem tamen forſan dirimet doctiſſima *Uſſerii* in *Biblioth. Theol.* MS. conjectura, quam hic loci apponere non gravabor: „Quid igitur, *inquit*, ſi hæc omnia in hunc modum inter ſe concilientur? *Ælfricus*, „1o. Ante annum 956. (quo obiit prior ille *Wulfſtanus* Eboracenſis Archiepiſcopus, ad quem *Ælfricus*, poſteaquam jam in *Æthelwoldi* ſcholâ literis „operam dederat, Epiſtolam ſcripſerit) Cœnobioli alicujus Abbas factus fuit, atque hoc tempore ſcripſiſſe potuit ad *Wulfſtanum* & *Wulſinum* literas. 2o. Poſt „annum 963. (quo *Æthelwoldus* in Abendonienſi „Abbatia ſucceſſorem reliquit *Ordgarum* diſcipulum „ſuum) *Ordgaro* condiſcipulo ſuo in Abendonienſis „Cœnobii Præfectura ſucceſſit. 3o. Circa an. 969. ab „*Oſwaldo* Vigornienſi Epiſcopo Abbas S. Albani „conſtitutus eſt, (quæ quidem Abbatia major eſt illa Abendonienſi.) 4o Circa ann. 974. ab *Edgaro* „Rege (ut chartæ illius verba habent) famoſiſſimi „conſtitutus eſt Abbas Cœnobii Malmsburienſis. 5o. „Ab ann. 978. ad ann. 981. Criditunenſis apud Devonienſes fuit Epiſcopus. Nam *Alfricum* Cridiatunenſem Epiſcopum priùs Abbatem Malmsburienſem fuiſſe, & virum doctum habitum fuiſſe, libroſ-

,, que duos, unum de rebus Cœnobii ſui, de rerum
,, naturis alterum, ſcripſiſſe, teſtantur Hiſtorici;
,, quod vehementer ſanè arguit *Alfricum* illum eundem
,, cum noſtro fuiſſe. 6°. Ab anno etiam 990. ad 995.
,, Wiltonienſium fuit Epiſcopus poſt *Siricium*, ſicut
,, etiam Devonienſium eodem tempore poſt *Sidemannum*.
,, 7°. Ab anno 995. ad 1006. (quo obiit) poſt *Siri-*
,, *cium* Cantuarienſis fuit Archiepiſcopus. Certè an-
,, no 1001. diplomati ab *Æthelredo* Rege Monachis
,, Septonienſibus conceſſo (quod apud *Harpsfeildum*
,, habetur *pag.* 197.) ſubſcripſit *Ælfricus* Cantuarien-
,, ſis Archiepiſcopus. ,, Hactenus Cl. *Uſſerii* conjectura. Et *Ælfricum* quidem hoc tempore ſedem Archiepiſcopalem tenuiſſe, fidem mihi facit certiſſimam, privilegium iſtud *Æthelredi* Regis Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſi conceſſum, quod Saxonicè & Latinè edidit *H. Spelmannus* Concil. Brit. *Tom. I. pag.* 507. cui proximè poſt *Æthelredum* loco ſubſcribit *Ælfricus* his verbis è Saxonico Latinè verſis; *Ælfricus Eccleſia Chriſti Archiep. boni hujus Regis munificentiam ligno crucis in æternum corroboravit*: ſive ut in veteri exemplari Latino ibid. edito pag. 509. habetur; *Ego Ælfricus Dorobernicus Archi-præſul hanc prærogativam vexillo ſancto confirmavi.* Conceſſum eſt hoc privilegium juxta vetuſtum exemplar Latinum ann. 1006: in quo falſum eſſe numerum ex ſcriptoris vitio non ſine cauſa ſuſpicatur Cl. *Spelmannus*, qui referendum potiùs cenſet ad ann. 1002. Et certè cum teſtes inter alios exhibet *Godwinum*, qui ſedem Roffenſem adiit ann. 1001. & *Wulfſtanum* Epiſcopum Londinenſem, qui juxta *Faſtos Savilianos* obiit ann. 1003. vel ſequenti, i. e. *Æthelredi* 25. vel 26. haud alius annus dari poteſt. Vir certè erat *Ælfricus* noſter ſupra communem ſui ſeculi ſortem in Theologicis, præſertim vero in Grammaticis (*Grammaticus* inde dictus) eruditus: tantam exinde apud populares ſuos famam adeptus, ut *Sermones* ab eo ſcripti, vel Saxonicè verſi, in Eccleſiis publicè legi juberentur; atque ex ipſius *Epiſtolis* haud paucæ in vetuſtum Eccleſiæ Anglicanæ Synodicon cooptarentur. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 506.

Scripta:

1. *Tractatus de Veteri ac Novo Teſtamento*, quo enumeratis ſigillatim utriuſque voluminibus, ac rebus ſub utroque fœdere geſtis ordine enarratis, Hiſtoriam Sacram uſque ad Hieroſolymam a Tito expugnatam deducit. Saxonicè.

2. *Homilia Paſchalis de corpore & ſanguine D. N. Jeſu Chriſti*, quæ quovis Paſchate ad populum recitari lato olim Canone juſſa eſt. In Homilia iſtâ Tranſubſtantiationis dogma *Ælfricus* aggreditur, productis argumentis quamplurimis, ex *Ratramni* libro maximam partem deſumptis, adeò ut quænam Eccleſiæ Anglicanæ iſto ævo de Euchariſtia fides fuerit, luculentiſſimis exinde pateat indiciis. Prodiit typis impreſſa Saxonicis & Latinis à *Joanne Daio*, Londini 1566. quindecim Præſulum, aliorumque Magnatum, ſubſcriptionibus munita, eam ex Archivis Saxonicis fideliter deſcriptam eſſe teſtantium. Præfatio de *Ælfrico* ejuſque ſcriptis à Rev. *Matth. Parkero* Archiepiſcopo Cantuarienſi conſcripta. Demum ab *Abrahamo Wheloco* adjuncta verſione Latina Saxonicè edita eſt in accuratiſſima ſua Bedæ *Hiſtoria Eccleſ.* editione *p.* 462.

3. *Epiſtola* II. altera ad *Wulſinum Epiſcopum Schiroburnenſem*, altera *ad Wulfſtanum Archiepiſcopum Eboracenſem*. In his multa ex Homilia Paſchali de Euchariſtiâ, ac ſpirituali ſolummodo corporis & ſanguinis Chriſti præſentiâ, repetuntur. Utraque Epiſtola, jubente *Wulfſtano*, ab *Ælfrico* poſtea in Latinum ſermonem converſa eſt, & Eccleſiæ Anglicanæ libris Synodicis ac Pœnitentialibus olim inſerta; cautumque eſt, lata lege Eccleſiaſticâ, ut loco Admonitionis ſpiritualis doctrinæ ab Epiſcopo, data quavis occaſione, ad Clericos & Presbyteros prælegerentur.

Opuſcula ſupra enumerata ex Eccleſiarum Exonienſis, Herefordienſis, ac Wigornienſis Archivis eruit, & adjectâ verſione Anglicâ, Saxonicè edidit, (exceptâ unicâ ad *Wulfſtanum* Eboracenſem Epiſtolâ, quam Latinè ſimul ac Saxonicè dedit) vir ſpectabilis *Gulielmus L'Iſle* Londini 1623. 1638. in 4°. Edita prius fuerant (Tractatu primo excepto) Saxonicè ſimul ac Anglicè à *Joanne Foxo* Actorum & Monument. Eccl. *Tom. II. ad an.* 1538.

4. *Liber Pœnitentialis*, Eccleſiæ Wigornienſi olim à *Wulfſtano* Epiſcopo (qui ſub *Gulielmo* Normanno floruit) donatus, in quo Epiſtolæ iſtæ inter alios Canones locum ſortiuntur; aſſervatur etiamnum in Bibliothecâ Collegii S. Benedicti Cantab. Extant etiam tam Saxonicè quam Latinè in libro Canonum Eccleſiæ Exonienſi donato à *Leofrico* Epiſcopo, qui anno 1049. ſedem iſtam tenuit. Habetur iſte liber in Bibliotheca publicâ Oxonienſi.

5. *Epiſtola de Canonibus ad Wulſinum Epiſcopum*, Capitulis XXXV. conſtans. Habetur Lat. Concil. Tom. IX. p. 1003.

Inedita:

1. *Sermonum* linguâ Saxonicâ LXXX. *libri* II quos partim à ſe ipſo, partim ab aliis, Latinè antea ſcriptos in plebis uſum rogantibus Epiſcopis poſtea Saxonicè convertit. Plures hodienum habentur collectiones Sermonum *Ælfrici* Saxonicorum, quæ paſſim in Angliâ, partim in privatorum manibus, partim in publicis Bibliothecis aſſervantur. Ex his extant Cantabrigiæ duæ, altera in Bibliothecâ publicâ Academiæ, altera in Bibliothecâ S. Benedicti. *Prima* LX. conſtat Sermonibus, *altera* XXIV. In utraque verò habetur *Sermo Paſchalis*, titulo *Sermonis de Sacrificio in die Paſcha*. Ex *Ælfrici* enim *Sermonibus* ſelecti ſunt præ cæteris XXXV. qui populo publicè prælegerentur, eo ordine, ut XII. priores de rebus agentes generalibus (ut *De initio creaturæ*, *De auguriis*, *De die judicii*, *De vaniloquio & negligentia*, *De avaritia*, *De falſis Diis*, &c.) quandocunque Sacerdoti viſum eſſet, legerentur. Poſteriores verò XXI. propriis Feſtis aſſignantur: viz. *De Annunciatione B. Mariæ*, *De Nativitate Domini*, *De Circumciſione Domini*, *De Epiphania*, *de Purificatione B. Mariæ*, *Dominica prima in Quadrageſima*, *Dominica Palmarum*, *die Paſchatis*, &c.

2. *Epiſtola de Conſuetudine Monachorum.* Extat MS. in Collegio S. Benedict. Cantab.

3. *Epiſtola ad Sigefertum contra Clericorum nuptias.* Principium ejus exhibet *Gul. L'Iſle* Præfatione in Hom. Paſchal.

4. *Canones Concilii Nicæni Saxonicè verſi* MSS. in Collegio dicto.

5. *Chronica Saxonica, maximè de Eccleſia Cantuarienſi*, ab *Ælfrico* anno ætatis ſuæ 23. Saxonicè ſcripta, MSS. ibidem.

6. *Paſſiones & Vitæ Sanctorum*, tranſlatæ ex Latino in Saxonicum ſermonem per *Ælfricum*. Habentur in Bibliothecâ Cottonianâ ſub *Julio* n. 1.

7. *Vita Sancti Guthlaci*, Saxonicè ad *Ælfwaldum* Orientalium Anglorum Regem ſcripta MS. ibid. ſub *Veſpaſiano* n. 21.

8. Linguæ Latinæ *Grammatica*, *Saxonico-Latina*, præfixa Præfatione Latinâ MS extat alicubi. Plura enim exinde loca habet *Gul. L'Iſle* Præfat. in Homil. Paſch. immò (quod poſtea reperi) typis excuſa prodiit, unà cum Gloſſario ejuſdem generis *Oxon.* 1659.

9. *Excerpta* ex *Priſciano* minore, ac Saxonicè verſa, plura MSS. Cantabrigiæ.

10. *Dictionarium Latino-Saxonicum.* 11. *Opera quædam Donati Saxonicè verſa.* 12. *S. Gregorii M. Dialogi IV. Saxonicè verſi.*	MSS. Cantabrigiæ, & in Bibliotheca Lumlejana.

13. Eundem *Æthelwoldi Præceptoris vitam* conſcripſiſſe prodit *Gul.* Malmsburienſis in vitâ *Aldhelmi* MS. Verùm an opus iſtud ſuperſit, non conſtat.

Cæte-

Cæterum Ælfrici *Sermones* Latini, injuriâ temporis interierunt. Nec enim mirum eſt Epiſcopos *Lanfrancum* ſecutos, qui Tranſubſtantiationis dogma ferè læſtati ſunt, nimio veritatis in iis paſſim deprehenſæ fulgore offenſos, eos ex Eccleſiarum Cathedralium Archivis, ubi repoſiti erant, ſublatos ſuppreſſiſſe, Saxonicos interim *Sermones* (Linguâ quippe ipſis ignotâ involutos) inviolatos ſuperfuiſſe. Lingua enim Saxonica poſt invaſionem Normannicam mox penitùs evanuit.

Vexata eſt quæſtio nec ſolutu facilis, unuſne fuerit hoc tempore, an duo *Ælfrici*, Cantuarienſis Archiepiſcopus alter, alter Grammaticus, librorum penè omnium qui ſub *Ælfrici* nomine latent parens, uterque *Æthelwoldi* diſcipulus. Priorē ſententiam tuentur Scriptores Angli penè ad unū omnes, quam tamen cum difficultatibus quibuſdā premi animadverteret ὁ πάνυ *Uſſerius*, ad conciliandas quæ oriuntur difficultates multa congeſſit, quæ ex *Bibliothecâ* ejus *Theologicâ* MS. ſuprà compendio exhibuimus. Improbavit hanc *Uſſerii* aliorumque ſententiam *H. Warthonus*, pluribus ſeu argumentis ſeu conjecturis contendit *Ælfricum* ex Epiſcopo Wintonienſi, *Siricio* in Sede Cantuarienſi ann. 995. ſucceſſiſſe, obiiſſe anno circiter 1005. *Ælfricum* verò Grammaticum, primò fuiſſe Monachum, deinde Abbatem, ut videtur, Wintonienſem, tandem ab anno 1023. Archiepiſcopum Eboracenſem factum, *Ælfricum* Puttam, i. e. doctum ſeu *ſapientem* dictum, diemque clauſiſſe extremum anno 1051. ut ſi circa annum 951. natus ſit, centenario proximus obiit. Hæc pluribus vir eruditus Diſſertatione *de duobus Ælfricis*, quam *Anglia Sacr*. Tom. I. pag. 125. inſeruit. Litem hanc meam non faciam, etſi omnibus ritè expenſis me in ſententiam Whartonianam propendere fateor. Perpendat æquus Lector utrinque dicta, & judicio fruatur ſuo.

Fuit *Ælfricus* Anglo-Saxonum ſuo tempore longè doctiſſimus, Grammaticæ, Logicæ, Poëticæ, Hiſtoriæ non infœliciter peritus, in rebus Theologicis ad amuſſim eruditus, vir prudens, pius, & Religionis Chriſtianæ zelo fervidus, ad ſcientiam, fidem, & pietatem Chriſtianam ævo rudi barbaroque, promovendam natus. In contexendis ſermonibus, populo diebus feſtis Dominicisve, linguâ Saxonicâ, prælegendis, partim ex SS. Patrum ſcriptis decerptis, partim de ſuo additis, incredibilem planè poſuit diligentiam. Quorum integri codices in Bibliothecis variis Angliæ adhuc deliteſcunt. Nec minore uſus eſt ſtudio & labore in S. Scripturæ libris in patrium ſermonem transferendis. Extat in Bibliothecâ Bodleianâ, ne de aliis dicam, ejus *Pentateuchus*, cum libris *Joſua* & *Judicum*. Præfationem Geneſeos Saxonicè & Latinè extulit *Warthonus* Auctuar. ad Hiſt. dogmat. Uſſer. *p.* 380. Interim ut hoc obiter moneam, eo in loco pag. 377. *Caveum* erroris arguit *Warthonus*, quòd in recenſendis *Ælfrici* ſcriptis, *Grammaticam* ejus & *Dictionarium Latino-Saxonicum* illius operibus MSS. annumeraſſet, quæ anteà à *Sonnero* evulgata fuerant. Immeritò utique. Edidit quidem *Somnerus* Ælfrici Grammaticam, unà cum ejuſdem Gloſſario, ad finem Gloſſarii ſui *Oxon.* 1659. id quod lectorem disertè monuit *Caveus* Hiſt. Liter. *p.* 590. Extare tamen MS. in Bibliothecâ Cottonianâ, & D. *Joannis* Oxon. alibique ſæpiùs, *Gloſſarium* Ælfrici, ab eo quod publici juris fecit *Somnerus* longè diverſum, nôrunt quotquot in his ſtudiis hoſpites non planè ſunt, & pluſquam ſemel iterumque monet Cl. Hickeſius *Catal. libr. Septentrion.* quem Grammaticæ ſuæ *Anglo-Saxonica* ſubjecit: ubi etiam de *Ælfrici* noſtri operibus Saxonicis, tùm editis, tum MSS. pluta te, lector Philo-Saxo, docebit. Vapulat proinde hoc nomine *Warthonus* Wh. Kennetto viro ingenuo atque erudito, qui *Somneri Vitam* patrio ſermone nuper edidit pag. 76. Verùm hæc obiter. Paſchalem Sermonen primus Saxonicè & Anglicè edidit *Matthæus Parkerus* Archiep. Cant. *Lond.* 1567. 12. Tranſtulit in Acta & Monument. Tom. II. *Joan. Foxus.* Recudit *Gulielm. l'Iſle* ſive de Inſula *Londin.* 1638. 4°. Tandem Saxonicè & Latinè edidit *Abr. Whelocus* not. ad *Bed. Hiſt. Eccleſ.* pag. 462. Nec in hoc modò ſermone, ſed & alibi eadem iiſdem penè verbis repetit, præcipuè in *Epiſtola* tum ad *Wulſinum* Epiſcopum Schireburnenſem, tum ad *Wulſtanum* Archiepiſcopum Eboracenſem. Utriuſque partem benè longam monumentis ſuis Anglico-Saxonicis *Uſſerus* inſeruit, exinde Saxonicè & Latinè *Whelocus* ad Bedam pag. 333. Epiſtolam ad *Wulſtanum* primo quidem Latinè ſcripſit *Ælfricus*, quam anno ſequenti verbis clarioribus & diſertioribus, petente *Wulſtano* Saxonicè reddidit. Ex Latinâ hæc Epiſtolâ in pervetuſto codice Wigornienſi, qui nunc in Bibliothecâ Collegii Corporis Chriſti Cantab. aſſervatur; periodum hanc expunxerat Monachus quidam, ut pote Eccleſiæ Romanæ dogmati de Tranſubſtantiatione è diametro repugnantem: *Non ſit tamen hoc ſacrificium corpus ejus, in quo paſſus eſt pro nobis, neque ſanguis ejus, quem pro nobis effudit; ſed ſpiritualiter corpus ejus efficitur & ſanguis: ſicut manna quod de Cælo pluit, & aqua quæ de petra fluxit, ſicut Paulus Apoſtolus ait.* Securum ſe exiſtimavit Monachus, linguæ Saxonicæ ignarus, neſcius utique in Epiſtola Saxonicâ hæc eadem contineri. Quin & in Codice Exonienſi, quem Eccleſiæ ſuæ dono dedit *Leofricus* primus Exonienſium Antiſtes, hæc ipſa *Ælfrici* Epiſtula Latina incorrupta hodie ſupereſt, unde hanc ſententiam Cl. *Uſſerus* reſtituendam curavit. * *Vid.* Caveum *p.* 507. &c.

Alia quædam de *Ælfrico* ac ejus ſcriptis ſuppeditabunt alii. Obiiſſe illum A. 1016. ſub Rege Anglorum *Ethelredo* narrant *Ger. Joan. Voſſius* Lib. II. de Hiſt. Lat. *p.* 361. & Dn. *Du Cange* in Præfatione ad *Gloſſar. Latinit.* §. XLIII. p. 36. *Piſeum* allegantes, quanquam ab omnibus ferè dicatur annus emortualis 1006. *Baleum* ſecutis, *Cent. II. p.* 149.

Caſim. Oudinus loc. inf. cit. Catalogos MSS. Codd. Angliæ evolvens, extare ait inter Codd. Bibl. Bodl. num. 942. in MSS. Codd. *Guil. Laudi*, lit. E. Cod. 19. n. 1. *Pentateuchum Saxonicè cum præfatione Ælfrici Monachi ad Æthelwaldum Aldermannum.* Num. 2. *Libr. Joſue & Judicum, Saxonicè.* Num. 3. *De Vet. & Nov. Teſtamento*, Saxonicè *pag.* 120. ac nu. 8658. in MSS. Codd. *Thomæ Mareſchalli*, Cod. 72. Ibid. n. 5182. in MSS. Codd. *Franc. Junii*, Cod. 71. n. 2. extant *Gloſſæ interlineares Latinè & Saxonicè in Proverbia Salomonis*, ex Cod. Cotton. ſub effigie Veſpaſiani lit. D. Cod. 6. manu *Franc. Junii*, in 4.

in ead. Bibl. Bodl. n. 6134. 5. & 6. Cod. *Junii* 22. 23. 24. *Homiliæ Saxonicæ 3. voluminibus*, quæ *Ælfrici* ejuſdem eſſe creduntur.

Ibid. n. 2406. in MSS. Codd. Bodl. f. 4. Cod. 12. n. 7. *Elfrici Abbatis ad Wulſtanum Archiepiſcopum Præfatio*, p. 133. ad 165. Ibid. n. 5232. in MSS. Codd. *Junii*, Cod. 721. lib. 4. *Conſtitutionum Anglicanæ Eccleſiæ* c. 30. *Epiſtola Ælfrici ad Wulſinum integra*, ex qua lacunæ ſupplendæ ſunt in Co . Collegii S. Bened. 107. & reliqua quæ ab aliquo Pontificio plagiario, ut putat *Oudinus*, abſciſſa ſunt, quod in iis reperta erant quæ manifeſtè contradicunt Tridentinæ doctrinæ, *de Corpore & Sanguine Domini*, fol. 101. item cap. 31. *Epiſtola Ælfrici ad Wulſtanum Eboracenſem Archiep.* fol. 111. Denique ejuſd. *Homiliæ VIII. Saxonicæ*, uſque ad fol. 160. Inter MSS. Codd. Univerſitatis Cantabrig. n. 1384. in Codd. Colleg. S. Bened. Cod. 107. n. 5. *Epiſtola Alfrici de conſuetudine Monachorum.* Hanc non diſtinguendam putat *Oudinus* ab *Epiſtolâ ad Wulſinum.*

Idem Ælfricus *Verſionem* quoque *Vet. Teſtamenti* adornaverat, ut cuivis legenti Tract. *de Vet. & N. Teſt.* innoteſcet; quæ tamen hactenùs præter *Pſalmorum librum* quem *Joan. Spelmannus* A. 1640. in lucem emiſit, inter privatos parietes delituit. Hujus verſionis partem, *Pentateuchum*, *libros Joſue & Judicum*, ac *Jobum* cum hoc tit. *Heptateuchus*, *liber Job & Evangelium Nicodemi Anglo-Saxonicè*, *Hiſtoria Judith Fragmentum Dano-Saxonicè* edidit primùm ex MSS. Codd. Cl. Vir *Edward. Thwaites* Oxonii è Theatro Sheldon. typis Junianis, 1698. in 4. Intereſſe Eccleſiæ exiſtimavit, unàcum Viro Celeb. *Georgio Hickeſio* (cui Opus ſuum iſtud dedicavit,) quem literaturæ Anglo-Saxonicæ inſtauratorem nuncupat, & cujus induſtriâ proxime *Concilia Anglo-*

Anglo-Saxonica auctiora multò excuſis, in lucem proditura eſſe ſpem facit :) ut inter reliquas Scripturæ Sacræ Verſiones, quæ omnium ferè gentium ac linguarum prodiêre, iſta Majorum ſuorum vernacula conſpiceret lucem. Sub calcem notæ quædam tum in Præfationem *Ælfrici*, tum in ipſos ſacros libros reperiuntur, in quibus paſſim diverſitas Codicis *Laudiani*, ad cujus fidem hæc expreſſa ſunt, a Codicibus reliquis Cantabrigienſi & Cottoniano notatur; nec non variantes lectiones ab Exodi fragmento, quod olim *Guil. Nicolſonus* Edm. Gibſono dono dederat, cujus characteres antiquitatem quatuor ſeculorum præ ſe ferunt &c. * Vid. *Acta Lipſ.* 1698. p. 549. Errat Cl. *Le Long* (loc. inf. cit. *p.* 423.) qui annum editionis notat 1699.

Inter MSS. Codd. Cantabrig. n. 1535. in Codd. Collegii S. Bened. Cod. 568. *Canones Concilii Nicani & aliorum Lat. & Saxonicè* : cui hæc nota adjicitur : *Hic liber videtur eſſe ſcriptus primò* Latinè *per* Theodorum *Archiep. VII. Cantuarienſem*, *& per* Alfricum *tranſlatus* Anglicè, *& continet p.* 170. Ibid. n. 1536. in Cod. ejuſd. Collegii 569. extant *Chronica vetuſtiſſima Saxonicè*, *ſcripta anno* 53. *ætatis Alfrici*, vel aliter *Annales Saxonici Eccleſiæ Cantuarienſis*. De hoc Codice plura *Oudinus* ex *Wanleio*.

Vitam S. Gutlaci ab *Ælfrico* noſtro ſcriptam negat *Oudinus* eò quod *Elſwaldus* Rex Orientalium Anglorum, (cui inſcripta eſt) defunctus ſit Anno 749. ideoq; eam *Alfrico* longè antiquiori, Croylandiæ Abbatiæ Monacho, tribuit, qui circa A. 740. illam *Saxonice* ſcripſit, ſicut antea *Latinè* fecerat *Felix* alter Croylandiæ Monachus.

De *Verſione V. T.* ſuprà laudata hæc habet Cl. *Le Long* Part. I. Bibl. Sac. *p.* 421. ex *Wartbon*. p. 387. Append. *ad Hiſt. dogmat. de ſacris ſcript. vernaculis.* » Minimè accurata verſio cenſenda eſt : neque ipſimet » Interpretes ejuſmodi verſionem in animo habuiſſe, » ſed utiliora atque inſigniora duntaxat loca ſelegiſſe » videntur. »

Librum Geneſeos cæteraſque Hiſtorias Sacras de geſtis Moſis & Joſuæ, excerptas partim ex libris Moſaicis & Joſuæ, partim ex Joſepho, Anglo-Saxonicè, cum brevibus ſcholiis & annotationibus Latinis Saxoniciſque, interprete *Ælfrico* noſtro, falsò tribui *Cædmoni Withbeienſi* obſervat *Thom. Smith* in *Catalogo Bibl. Cottonianæ*, de quo *Act. Lipſ.* 1696. p. 441. *&c.* In eâ extare Codicem hunc *p.* 39. notat laud. *Le Long*, & *p.* 71. libri Geneſeos Fragmentum *h. e.* à cap. 37. ad finem Saxonicè, continens hiſtoriam *Joſephi* Patriarchæ ex *Ælfrici* verſione : ac in Bibl. Cantabrig. Cod. 2438. hujus libri capita 24. priora, quibus præmittitur Epiſtola nuncupatoria *Ælfrici* tranſlatoris ad *Æthelwardam*. Codex membr. in 4. longè poſt conquiſitionem Angliæ ſcriptus literis Normanno-Saxonicis.

De *Ælfrico* præter citatos agunt *Dupinius* Sec. X. & XI. p. 61. & Tom. I. Tab. Auch. Eccleſiaſt. *p.* 403. fuſius verò *Oudinus* Tom. II. p. 489-498. qui plura cupientes remittit ad *Georgii Hickeſii* Theſaurum Linguarum Veterum Septentrionalium *Oxoniæ* edit. An. 1706. in *fol.* 3. *Tom.* cui operi *Wanleius* adjunxit *Catalogum MSS. Codd. Septentrionalium* Anglo-Saxonicorum & aliorum, extantium tam in publicis quam in privatis potius Angliæ Bibliothecis.

ÆLIUS, Vid. ANTONIUS *de Lebrixa*, vulgò *Nebriſſenſis*.

ÆLNOTHUS ſive ÆLNOTUS Cantuarienſis Eccleſiæ Monachus, quem alii ex ordine S. Auguſtini, alii S. Benedicti dicunt, origine Danus, an Anglus parùm conſtat : Angliâ relictâ, ineunte Sec. XII. in Daniam tranſiiſſe dicitur, ibique manſiſſe per annos 24. Scripſit librum

De Vitâ & Paſſione S. Canuti Daniæ Regis, quem *Nicolao* ejuſdem *Canuti* Fratri, Regi itidem Daniæ ab A. 1105. ad 1135. dedicavit, unde *Ælnothi* ætas patet. Prodiit *primò* ab *Arn. Huitfeld*, Hafn. 1602. in 8. *ſecundò* cum notis *Joh. Meurſii*, ibid. 1631. in 4. apud Joach. Moltkenium; ac *tertiùm* unà cum Anonymi Scripto *de Paſſione S. Caroli Comitis Flandriæ*, ejus (*Canuti*) Filii, eodem *Meurſio* curante, ibid. 1657.

* Conf. *Cave* Hiſt. Liter. p. 560. ad A. 1105. *Dupin.* Bibl. Eccleſiaſt. Sec. XII. p. 196. *Oudin.* Tom. II. *Script. Eccleſ.* p. 1085. ad A. 1120. *Barthol.* de Script. Dan. *p.* 5. *&* 154.

ÆLRANUS, AILRANUS, vel AILLERANUS, Scoto-Hibernus, cognomento *Sapiens* obiit A. 664. Hujus habetur

Tractatus Myſticus de Genealogiâ Chriſti, aliàs *Allegorica expoſitio Genealogiæ Chriſti*, ſeu *Interpretatio myſtica progenitorum D. N. J. C.* Extat Tom. XII. *Bibl. PP.* edit. Lugd. A. 1677. Vide quæ initio Opuſculi prænotantur de hoc Autore à *Patr. Flemingo*. Reperitur quoque *Pariſiis* in Bibl. Colleg. Soc. Jeſu, Cod. 23.

* Conf. *Dupin.* Tom. I. *Tab. Auth. Eccleſiaſt*, p. 270. *Olear.* p. 51. *Le Long* p. 599.

S. ÆLREDUS ſeu *Adilredus*, *Ailredus*, *Alredus*, *Athelredus*, *Ealredus*, *Ealredus*, *Edilredus*, *Elredus*, *&* *Ethelredus*, Rievallenſis (*de Reverby*) in Eboracenſi (*d'York*) Diœceſi, Abbas Ordinis Ciſtercienſis, quē veteri Anglorū Regum ſtirpe progenitum dicunt, gente tamen Anglus, an Scotus fuerit, non conſtat. Educatus fuit (ut ſcribit *Lelandus*) in Scotiâ cum *Henrico* DAVIDIS Scotorum Regis filio, uſque ad ipſos adoleſcentiæ annos, quo tempore, ad ſuos in Angliam reverſus, divertebat ad Rhevesbienſes Monachos Ciſtercienſis Ordinis, ubi cœleſtis vitæ ardore totus inflammatus, talis tantuſque evaſit, ut brevi ſocios ejuſdem profeſſionis omnes, omnibus vitæ ornamentis ſuperaret. Acceſſit ad hæc litterarum cognitio, quam unà cum *Henrico* DAVIDIS Scoti filio imbiberat. Tandem ſolo virtutis nomine, ſecundus Abbas Rievallenſis deſignatus eſt. Epiſcopalem dignitatem à Rege DAVIDE ſibi familiariſſimo oblatam recuſavit, quò divinarum rerum contemplationi, & Evangelii prædicationi liberiùs vacare poſſet. Frequens erat in volvendis *S. Auguſtini* ſcriptis, in quibus ejus *Confeſſionum* libri, præ cæteris mirificè placebant. *Bernardum* pietate, doctrina ac melliſluo ſtylo æquavit : ita ut de ejus ſcriptis hi legantur verſus apud *Gibbonem* & *Henriquez* in Menolog.

Bernardo propè par fuit, & dulcedine certat,
Miro mellitos pandit uterque favos.
Bernardo primus, demùm, feret ille ſecundus,
Proximus à primo jure legendus erat.
Par utrique ætas, ambos eademque tulêre
Tempora, par ordo, par pietatis amor.
Gallia Bernardum, noſtrum tulit Anglia, ſed tum
Diſcolor heu! noſtris Anglia temporibus.

Obiit autem A. 1166. menſ. Januar. & Sanctorum numero adſcriptus comparet in variis Menologiis ad diem 12. hujus menſis, ut apud *Bollandum*, qui Vitam illius ab Anonymo conſcriptam exhibet, multaque ad notitiam *Ælredi* ſpectantia refert.

Quoad ejus Scripta, quæ plurima ſunt, hinc inde diſperſa, horum ſeriem ex Authoribus infra citandis collectam hic exhibemus.

S C R I P T A :

1. *Sermones Dn. Alredi* &c. extant MSS. in Biblioth. Claræ-Vallis, ut ex ejus Catalogo patet : & inter MSS. Codd. Univerſit. Oxon. n. 5038. in MSS. Collegii Jeſu, Cod. 19.

2. *Vita S. Edwardi Regis & Confeſſoris*, habetur apud *Capgravium* in *Legendâ Sanctorum Anglic.* & apud *Surium* ad d. 5. Jan. ſed quæ adeò mutila eſt, ut hæc quæ à *Sheldeno* (*Twiſdenum* vocant alii) prodiit in *Collectione Scriptorum X. Hiſt. Anglicæ* Londini A. 1652. editâ, ſola (judice *Caſ. Oudino*) nomen mereatur primæ illius Confeſſoris vitæ, ab *Ælredo* conſcriptæ. Habetur etiam MS. carmine Elegiaco, ad *Laurentium* Abbatem Weſtmonaſt. *Cantabrigiæ* in Collegio Gonvilli &

ſi & Caii, n. 1116. Claſſe B. Cod. 52. in 4. Item inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. n. 1052. in Codd. *Guil. Laudi* lit. F. Cod. 15. n. 1. Ibid. n. 1660. in MSS. *Ken. Digbei*, Cod. 59. n. 3. Ibid. n. 2430. in MSS. *Thom. Bodl.* lit. F. Cod. 12. n. 7. Inter MSS. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 2962. in Codd. Norfolc. Cod. 63. In Bibl. Cotton. ſub Oth. A. Cod. 6. n. 4. & ſub Vit. B. Cod. 12. n. 7. Ibid. lit. F. Cod. 3. n. 1. *Vita & miracula S. Edwardi Regis* &c.

3. *Vita S. Margarethæ Reginæ Scotiæ*, cujus compendium ſtylo mutato exhibet *Surius* Tom. III. ad d. 10. Jun.

4. *Vita S. Niniani Epiſcopi & Confeſſoris* ab *Ælredo* ex Anglico in Latinum tranſlata, MS. in Bibl. Cotton. Tiber. D. Cod. 3. n. 46.

5. *Tractatus morales*, inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedralium, n. 2946. in MSS. Biblioth. Norfolcianæ in Collegio Greshamenſi apud Londinum, Cod. 47.

6. *De XI. Oneribus Iſaiæ*, Serm. XXXI. inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. n. 766. in Codd. *Guil. Laudi* lit. C. Cod. 124. Latinè *in fol.* Ibid. n. 1909. in MSS. Codd. *Thom. Bodleij*, lit. A. 5. Cod. 3. *ſuper Onus Babylonis Iſaiæ.* Et ibid. n. 1906. in MSS. Codd. ejuſd. lit. A. 4. Cod. 14. Item inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 6533. in Codd. *Car. Theyere*, Cod. 163. & n. 7916. in MSS. Codd. Bibl. Jacobeæ, Cod. 194.

Librum hunc, & *Homilias XXXI. in Cap. XIII. Iſaiæ*, atque alium *de adventu Domini*, quos diſtinguunt aliqui, unum prorſus eſſe opus obſervat *Manriquez* apud *Viſchium*:

7. *De Vinculo perfectionis*, inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. n. 1819. in Codd. *Kenelmi Digbai*, Cod. 218. n. 4. & in MSS. Codd. *Ant. Wood* n. 8616. Cod. 3. n. 5. in 4.

8. *De Speculo charitatis* Libb. III. ibid. n. 8221. in MSS. *Aſhmoleanis*, membr. in 4. 1285. & inter MSS. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. & aliarum illuſtrium Bibliothec. n. 7915. in Codd. Bibl. Jacobeæ, Cod. 193. Hujus Operis *Compendium* ab illo diverſum, continet Capita 77.

9. *De Spirituali amicitiâ* Libb. III. Incipit Prologus *Cum adhuc puer eſſem* &c. inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. n. 1721. in Codd. *Ken. Digbai*, Cod. 190. Ibid. n. 1909. in Codd. *Thom. Bodleii* A. 5. Cod. 3. ubi deſideratur initium libri primi: & inter Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 7914. in MSS. Bibl. Jacob. Cod. 192. Ibid. n. 9312. in MSS. *Joan. Mori* Nordvicenſis Epiſc. Cod. 126. n. 4.

Libros *de verâ amicitiâ*, eoſdem cum iis eſſe notat *Manriquez* ubi ſupra.

10. *Tractatus de puero Jeſu duodecenni* in illud Luc. II. *Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim*, inter Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 6521. in MSS. *Car. Theyere*, Cod. 151. n. 7. Editus eſt à *Dav. Camerario* lib. 3. *de Scotorum fortitudine* c. 41. *Pariſ.* 1631.

11. *Regula ad incluſas*, impreſſa olim inter Opera S. *Auguſtini*; quam ſub nomine Authoris proprii *Ælredi* habet *Luc. Holſtenius* in *Collectione Regularum*, part. III. p. 109. Romæ, 1661. Extat MS. inter Codd. Bibl. Bodl. n. 1888. in MSS. Bodl. A. 3. Cod. 16. n. 10. ſub tit. *Meditatio Elredi Abb. ad ſororem incluſam.* Ibid. n. 4048. in MSS. Codd. ejuſd. CXII. ex Hattonianis, Cod. 23. n. 8. ſub tit. *Meditationes Elredi Abbatis ad ſororem ſuam.* p. 412. & in Bibl. Cotton. ſub effigie Vitell lit. E. Cod. 7. n. 4. *Regula Dn. Ailredi Abbatis de inſtitutione incluſarum.*

12. *De naturâ & dotibus Animæ* Libb. II. quorum fortè eſt *Dialogus de animâ*, inter Codd. Bibl. Bodl. n. 3542. in MSS. *Hyperoi Bodl.* Cod. 52. & inter Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 72. in MSS. Eccleſiæ Dunelm. Cod. 7.

13. *De XII. abuſibus Clauſtralium* in Bibl. Cotton. ſub Cleopatra lit. B. Cod. 6. n. 6.

14. *Deſcriptio Belli Standardi*, inter MSS. Codd. Univerſit. Cantabrig. n. 1341. in MSS. Collegii S. Bened. Cod. 64. n. 10. Prodiit in *Collectione Twiſden.* de qua ſupra.

15. *Chronica* ab Adamo uſque ad Henricum I. quæ ſub tit. *Chronica Angliæ* extat MS. ibid. n. 11.

16. *Miraculum ab Ælredo patratum in Sanctimoniali de Watthun*, ibid. n. 12. Prodiit ſub tit. *Hiſtoria de Sanctimoniali de Watthun* in memorata *Collectione Twiſdeniana.*

17. *De Regibus Angliæ & eorum geſtis*, inter MSS. Codd. Univerſit. Oxon. Cod. 44. in 4. & inter Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. n. 3057. ac in Codd. Bibl. Norfolc. Cod. 158. n. 3. Ibid. n. 8311. in MSS. Bibl. Jacob. Cod. 587. *Ailredi Genealogia Regum Angliæ.* Prodiit in *Collectione Twiſdenianâ* ſupra laudatâ.

18. *Hiſtoria inſcripta Regi* Henrico II. *in qua continetur de Davidis Scotorum Regis pietate & virtute oratio quaſi funebris & laudatoria, deinde Genealogia ejuſdem Regis à Regibus Saxonicis & Normannicis in Angliâ regnantibus deducitur, quorum geſta recenſuit Auctor.* In MSS. Codd. Bibl. Cotton. ſub Jul. A. Cod. XI. n. 1.

19. *Epiſtola ad Henricum II. de Genealogia ipſius, ubi multa praclara de Regibus Saxonicis, de Malcolmo Rege, de Regina Mathilde, quorum vita & geſta compendio enarrantur.* Ibid. ſub Othone D. Cod. 7. n. 8. & ſub Cleop. B. Cod. 3. n. 1. Ibid. ſub Veſpaſ. A. Cod. 18. n. 4. *Hiſtoria de vita, moribus & morte Davidis Regis Scotiæ, præmiſsâ Epiſtolâ ad Henricum II. ſuper lamentatione Davidis, deinde de Genealogiâ ipſius Henrici &c.* Idem opus ibid. lit. B. Cod. XI. n. 6.

20. *Tractatus de Dominicâ infra Octavas Epiphaniæ, & Sermones de Oneribus Eſaiæ* inter *S. Bernardi* opera latere ſolebant.

21. *Miracula Hagulſtadenſis Eccleſiæ, & de ſtatu ejuſdem*, Libb. II.

22. *De fundationibus Monaſteriorum B. Mariæ Eboracenſis, & de finibus* Lib. I. MS. Cantabrig. in Collegio S. Bened.

23. *Sententiarum Floret*, Lib. I.

24. *De Revelationibus ejuſdem*, Lib. I.

25. *Homiliarum aliarum*, Lib. I.

26. *Homiliarum in Evangelium S. Lucæ, de accenſâ lucernâ*, Lib. I.

27. *Super Lucam*, Lib. alius.

28. *De Prælatorum moribus*, Lib. I.

29. *De Miniſtrorum Officiis*, Lib. I.

30. *Sermonum C. Synodalium*, Lib. I.

31. *De militia Chriſtianâ*, Lib. I.

32. *Dialogorum plurium*, Lib. I.

33. *De diverſis virtutibus*, Lib. I.

34. *Oratio Paſtoralis*, Lib. I.

35. *Sermonum de Sanctis*, Lib. I.

36. *De tribus hominibus*, Lib. I.

37. *Dialogus inter hominem & rationem*, Lib. I.

38. *Super Cantica Canticorum.*

39. *De Inſtitutione Sanctimonialium*, Lib. I.

40. *Contra quorundam Epiſcoporum literas*, Lib. I.

41. *De virtute Gualteri Epiſc.* Lib. I.

42. *Epiſtolarum trecentarum*, Lib. I.

43. *De Lectione Evangelica*, Lib. I.

44. *De Virginitate B. Mariæ*, Lib. I.

45. *Expoſitio ſuper Pſalmum* Afferte Domino *&c.* MS. in Cœnobio S. Amandi, Ord. S. Benedicti.

Prodierunt autem una ex ſupra recenſitis *Ælredi* Scriptis, *Homiliæ XXXI. in Iſaiam de Oneribus Babylonis, Philiſtiim & Moab*: *Speculum Charitatis* cum ejus *Compendio*: Libb. III. *de Spirituali amicitiâ*: Tractatus *de puero Jeſu*: additis Anonymi *Rhythmis de Laude Virginitatis*: Quæ ſingula edita ſunt curâ *Rich. Gibboni* S. J. *Duaci*, typis Ger. Pinchon, 1631. ac iterùm *Pariſiis*, apud Frid. Leonard. 1654. in 4. (quas editiones vidimus) poſtea vero, in Biblioth. Ciſterc. Tom. V. p. 16. & ſeqq. iterumque in Biblioth. Patr. Colon. Tom. XIII. Lugdun. Tom. XXIII.

Cæterùm hic notandum eſt, diverſa ſcripta hujus *Ælredi*

Google

Ælredi confundi à nonnullis cum ſcriptis *Adilredi* ſeu *Ethelredi* Abbatis itidem Ciſterc. Cœnobii Wardenſis ſeu Fordenſis in agro Bedfordienſi; (de quo *Baleus* Cent. III. Script. 80.) quod ex nominis & ſeculorum utriuſque vicinitate evenit: Floruiſſe etenim dicitur ultimus A. 1220. ſub *Henrico* III. *Adilredi* meminit præter infra citatos *Trithemius* Cap. 412. quem claruiſſe ait circa annum 1120. temporibus *Henrici* VI. qui tamen vixit tantùm Sec. XV.

* Conf. de *Ælredo* noſtro *Baleum* Cent. II. Script. 99. *De Viſch* Bibl. Ciſterc. p. 9. &c. *Cave* Hiſt. Liter. p. 584. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. & XII. Cap. VI. Art. XII. *Dupin* Sec. XII. *bibl. nov.* p. 185. *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 597. Plura verò habet *Caſ. Oudin.* Tom. II. *Script. Eccleſ.* p. 1487. &c.

ÆLSHUSIUS (quem *Janum van Ælbuiſen* vocat *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* 597.) Belga, Calviniſta, Scholæ Tilanæ (*de Tiel* in Ducatu Gueldriæ) Rector, claruit circa A. 1683. de quo extat

Pſalmorum verſio Latinis verſibus lyricis expreſſa. Lugd. Batav. 1685. in 8. cujus honorifice meminit *Hiſt. Operum Erudit.* A. 1690. menſ. Febr. *p.* 278.

ÆLUVIUS (*Georgius*) Germanus, ſcripſit Sec. XVII. Germanicè

Articulum fidei de vita æternâ: Vratiſlaviæ, 1616. in 4. * *Lippen.* Tom. II. p. 910.

ÆMILIANUS (*Bernardus*) natione Italus, patriâ Piſaurienſis, profeſſione Capucinus, Provinciæ Picenæ alumnus, vir affabilis, benignus, candidis moribus, egregiè doctus, eloquentiâ magnâ præditus, divini verbi declamatione per totam Italiam ſatis famoſus, his elogiis ornatur in *Biblioth. Script. Capucin.* p. 63. ubi ediſſe dicitur

Concionem de laudibus S. Geminiani Epiſcopi, Protectoris Civitatis Mutinæ, ab ipſo habitam in Eccleſia Cathedrali ejusdem Urbis in ejus die feſto: Mutinæ, apud Impreſſores Ducales, A. 1671.

ÆMILIUS (*Georgius*) Germanus, Mansfeldienſis, Lutheranus, Theol. Doctor Superintendens Stolbergenſis, obiit A. 1569.

SCRIPTA:

1. *Biblicæ Hiſtoriæ.* Francofurti, 1539. in 4.
2. *Elegiacum carmen in Apocalypſin Joannis cum Enarratione quæ juſti Commentarii munere fungi poteſt.* ibid. 1540. in 8.
3. *Evangelia Dominicalia & Feſtivalia Heroico carmine reddita.* Coloniæ, 1549. & 1566. in 8.
4. *In Capita aliquot Eſaiæ.* Baſileæ, 1550. in 8.
5. *In Cap. IIdum Lucæ & IIIium Joannis*: ibid. anno & forma iisd.
6. *Imagines mortis & Medicina animæ.* Acceſſerunt *Epigrammata* è Gallico in Latinum translata. Colon. & Wittemb. 1581. 8. *Medicina animæ* prodiit ſeorſim *Colon.* 1673. in 4.

* Vid. *Le Long* Bibl. Sac. p. 597. *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. I.* & *II.*

ÆMILIUS (*Gerh.*) ſcripſiſſe dicitur apud *Lippen.* Tom. I. *p.* 123. ſub tit. *Babylon.*

Babels Ondergang vertoont in de Triomphe der Kercke onder Chriſtus haaren Koning over de Woorden Danielt J II. 27. Dordraci, 1682. in 12.

ÆNDEVOET (*Joannes*) Flander, Vinocibergenſis, trium linguarum peritus, Th. & J. U. Licentiatus, claruit A. 1635.

De eo extat

Scutum Samuelis, ſive *Oratio de ementita vatis inferni larva.* Duaci 1635. * *Le Long* Biblioth. Sac. p. 598.

ÆNEAS *Gazæus* in Syria ex Platonico Philoſopho Chriſtianus, diſcipulus *Hieroclis* (illius, ut videtur, cujus præclaros in aurea carmina Commentarios habemus.) ſcripſit eo tempore quo in Africa gravem perſecutionem in Catholicos movebant *Ariani* ſub Hunerico Vandalorum Rege. Confeſſores enim Africanos, quibus Anno 484. linguas execuerat *Hunericus,* CPoli loquentes ſe audiſſe ipſe teſtatur ſub finem *Dialogi,* quem *Theophraſtum* inſcripſit, *de Animarum* ſcilicet *immortalitate, & corporis reſurrectione,* in quo colloquuntur *Ægyptus* Alexandrinus, *Axiotheus* Syrus, & (à quo titulus *Dialogo*) *Theophraſtus* Athenienſis. Summam hujus Scripti, ac Authoris opiniones ſiſtit *El. Dupin* Tom. IV. ſeu Sec. V. *Bibl. nov.* Prodiit *Latinè* primùm ex *Ambroſii* Camaldulenſis interpretatione *Baſil.* 1516. cum *Athenagorâ* de Reſurrectione, ex verſione *Ficini,* & *Sexti Pythagorei* Sententiis: deinde *Græcè* inter alia *Tiguri* apud Geſnerum 1559. cum verſione *Joan. Wolfii* Tigurini: Extat item in *Bibl. PP. Pariſienſ.* A. 1575. Tom. VIII. A. 1589. Tom. IX. A. 1610. Tom. II. Auctar. A. 1644. & 1654. Tom. XII. *Colonienſ.* verò A. 1618. Tom. V. ac *Lugdunenſ.* A. 1677. Tom. VIII. Denique cum novâ verſione ſuâ & notis vulgavit *Caſp. Barthius* Lipſiæ 1658. 4. *Gallicè* Pariſiis formâ minore impreſſus memoratur ab *And. Verderio* Bibl. Galliæ *p.* 16. *Germanicè* prodiit Francofurti 1671. in 8. Commentarius in *Gazæum,* quem promiſit *Jo. Kondellus* lib. de Superſtitione *p.* 163. an lucem viderit ignoratur.

Hujus, ut creditur, *Æneæ* Elenchum τῆς περὶ ἰδεῶν λογομαχίας in Bibliothecis quibusdam MStum extare *Geſnerus* ac *Simlerus* referunt.

Ejusdem præterea habentur *Epiſtolæ XXV.* in *Collectione Epiſtolarum* ab *Aldo Manutio* curata, quæ *Græcè* prodiit *Romæ* A. 1499. in 4. ſub hoc titulo *Epiſtolæ diverſorum Philoſophorum, Oratorum, Rhetorum* &c. Quæ Collectio *Græcè* & *Latinè* edita eſt *Genevæ* A. 1606. fol. de quâ *Act. Lipſ.* A. 1691. p. 101.

* De *Ænea* Joh. Alb. Fabricius *Bibl. Græc.* Lib. II. c. X. §. 29. & in *Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt.* p. 107. Ittigius *de Biblioth. & Catenis Patr.* Cave *Hiſt. Liter.* p. 297. Miræus *cap.* 109.

ÆNEAS, *Pariſienſis,* gente Gallus, ſacri Palatii Notarius, eo nomine ſubſcripſit Concilio Cariſiacenſi anno 849. & Sueſſionenſi anno 853. Anno, ut videtur, 854. vel paulò poſt Epiſcopus Pariſienſis factus eſt. Anno 859. Synodo Tullenſi, 862. Piſtenſi I. 866. Sueſſionenſi, 867. Tricaſſinæ, 869. Piſtenſi II. & Vermerienſi, interfuit. Nec diu ſupervixit. Extat ab eo circa ann. 868. ſcriptus *Liber adversùs objectiones Græcorum,* quem *Dacherius* edidit *Spicileg.* Tom. I. fol. p. 113. & ſeqq. Conſtat Cap. CCX. Prologum illius exhibent *Conciliorum* Editores *Tom. VIII. p.* 476 Habetur ejusdem *Epiſtola* breviuſcula ad *Hincmarum* Remenſem, *Concil.* Tom. VIII. p. 1898. * *Cave* Hiſt. liter. *p.* 459. De illo loquuntur *Sammarthani* Fratres *Tom. I. p.* 408. citati apud *Oudinum* in Supplem. *p.* 252.

ÆNEAS Sylvius, *vid.* PIUS II.

ÆNETIUS (*Jacobus*) Germanus, Lutheranus, claruit A. 1574.

De eo extat

Expoſitio in Pſalmum XIV. in 8. Lipſiæ 1574. * *Le Long* Biblioth. Sac. *p.* 598.

ÆNETIUS (*M. Theoph.*) Rochlicenſis Miſnicus, Thorunenſis Pro-Rector ſeu Con-Rector, A. 1607. electus, A. 1608. d. 7. Febr. Theſes LXXIV. de SS. Theologia, & cauſis præcipuis ad conſtitutionem illius concurrentibus, Thorunii publicè Præſes ventilavit. Anno verò 1610. Thorunium honeſtis ex cauſis relinquens, habitâque de S. Scripturæ auctoritate & præcellentiâ Oratione (quæ eodem anno ibid. prodiit in 4.) valedicens, Jenæ dein Phyſices Profeſſorem egit, ibidemque A. 1631. d. 15. Sept. ætat. 57. deceſſit. * Hæc *Prætorius* Athen. Gedan. *p.* 207.

Ei tribuit *Lippen.* (*a*) Conciones II. de Humilitate *Lipſiæ,* 1604. ac de Viribus Evangelii III. *ibid.* editas 1605. in 4. (*b*)

(*a*) Bibl. Theol. *Tom. I. p.* 50. (*b*) *idem Tom. I. p.* 630.

ÆNHAMENSE Concilium ann. circiter MIX. (neque enim tempus certò definiri queat) ab *Ælfeago* Cantuar. & *Wulſtano* Eboracenſi, & univerſis penè Angliæ Epiſcopis & Optimatibus, die S. Pentecoſtes celebratum. In quo multa ad Chriſtianam Religionem & Eccle-

Google

Eccleſiæ Politiam promovendam, nonnulla ad ſalutem Regis, defenſionemque Regni & Reipublicæ ſtatuuntur. Extant Saxonicè & Latine *Canones* XXXII. qui in Codice Saxonico, *Sapientum Decreta* appellantur; ſubjuncta etiam priſcâ verſione Latinâ apud *Spelm.* Conc. Brit. *Tom. I. p.*510. Exinde Lat. *Conc.* Tom. IX. p. 789. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 545.

ÆNOPOLA (*Georgius*) cujus memorat *Lippen.* Tom. I. p. 673. *Harmoniam IV. Evangeliſtarum*, Francof. editam A. 1607. fol.

ÆPINUS (*Franciſcus*) Germanus, Lutheranus, clarus A. 1704. Scripſit

De Alapa injurioſa Chriſto patienti inflicta. Joan. 18. 22. in 4. Roſtochii, 1704.

* *Le Long* Tom. II. *p.* 598.

ÆPINUS (*Joannes*) S. Theologiæ Doctor, natione Germanus, patria Hamburgenſis, natus eſt An. Chriſti 1499. Exactis ſtudiorum curriculis quibus prima ætas imbui debet, Wittembergam petiit, ubi *Luthero* inprimis præceptore uſus, ad Theologiam omni animi conatu incubuit, linguarum atque humaniorum litterarum ſtudio minime neglecto. Hæc enim Πρὸ ἔδου ἐργὰ ἱργῃ ſunt, quodcumque doctrinæ genus capeſſas. Anno 1521. cùm *J. Bugenhagio* Wittembergâ evocatus, doctrinæ, rituum, & vocationis miniſtrorum Eccleſiæ Hamburgenſis formam deſcripſiſſet, & Scholam in Cœnobio S. Joannis conſtituiſſet, *Æpinus* Paſtor ad D Petri, ac biennio poſt totius Eccleſiæ Hamburgenſis Superintendens, ut vocant, pridie Pentecoſtes eſt conſtitutus.

Deinde anno 1530. *Æpinus*, ut teſtimonium etiam ab exteris haberet, una cum *Caſparo Crucigero*, & de quo modo diximus, *Bugenhagio*, primus ex Evangelicis Sanctæ Theologiæ Doctor ſalutatus eſt: Panegyrim Academicam ipſo Electore illuſtrante.

Anno 1534. cùm *Henricus* VIII. Angliæ rex, Papatu abdicato, conjunctionem & auxilia ab urbibus maritimis, quæ Romanæ poteſtati ſe ſubduxerant interque eas ab Hamburgenſibus quoque petiiſſet, miſerunt iſti in Angliam cum Senatoribus, etiam *Æpinum*, ita Rege petente. Domum reverſus, Eccleſiam ſuæ fidei creditam docuit, & cum in fatali illa Germaniæ clade, *Liber Cæſarianus* in publicum exiiſſet, quo nova Doctrinæ atque rituum forma ſanciebatur, *Æpinus* & ſcriptum ipſum refutavit, & Lipſienſium atque Wittembergenſium diſſimulationem animique mollitiem aperte *Symmacho Flacio Illyrico*, notavit. Obiit *Æpinus* anno Chriſti 1553. die 13. Maji (non autem 1555. ut habet *Le Long* infra cit.) ætatis 54. cùm Eccleſiæ præfuiſſet annos circiter 20. Fuit & hic vir ingenio, varia linguarum, artium & rerum Theologicarum ſcientia magnus, quamvis eruditio ejus ipſo vivente latuit ferè, & demum innotuit ſub interreligionis forma. Itaque cum *Melanchthon* vidiſſet, quæ *Æpinus* contra illam formulam ſcripſerat, hujus pluris, quam ſuas ſolutiones feciſſe perhibetur, auctore *Chemnitio* in locis communibus. Idem *Melanchthon* amicum epigrammate ejuſmodi ornavit, ad effigiem *Æpini* appoſito.

Hæc eſt Æpini Doctoris imago Joannis:
Qui docuit caſte dogmata plura DEI,
Saxonicoque pios cœtus in littore venit,
Fulſit & exemplis integra vita bonis.
Urbis ubi Hamburga ſtant ardua mœnia clara
Maſſilia veteris quæ decus omne tenet.
Et ſuperat meliore bono: quod præbet honeſtum,
Et ſidum hoſpitium, maxime Chriſte, tibi.
Inde etiam Æpinus, *vigilans & pectore firmo*
Errore fucos depulit atque dolos:
Ergo Deo grates tanto pro munere dico:
Utque regat ſemper pectora noſtra peto.
Et faciat ſemper nos unum ut ſimus in ipſo,
Æterni gnatus quod petit ipſe Patris.

* *Melch. Adam* in Vit. Germ. Theol. *p.* 118. Magne Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

SCRIPTA:

1. *Commentarius in Pſalmum quendam Davidis*, in quo *de juſtificatione, de vita Chriſtiani hominis, de votis & juramentis, de conſuetudine impiorum vitanda, de injuris, de contractibus, de reditibus, de corruptelis in judicio* agitur, aliique nonnulli loci diligenter explicantur. *Hamburgi* 1548.

2. Libellus *de Sacris Concionibus formandis*, cum aliis ejuſdem argumenti.

3. Liber *de juſtificatione hominis, de operibus legis, de fides juſtitia, & origine : de fidei diſcrimine & virtute, de notis & ſignis juſtificationis fidei & hominum juſtificatorum, de imbecillitate & peccatis Sanctorum, de diſcrimine peccatorum; de præmiis fidei & bonorum operum*: cum confutationibus argumentorum quæ ab adverſariis adduci poſſunt. *Francofurti* 1551. in 8. (*a*)

4. *Enarratio in Pſalmum LXIX.* in qua hæc continentur: *Deſcriptio Meſſiæ & regni ejus. quibus armis mundus Chriſtiano expugnandus & ſubjiciendus ſit. Quomodo colligenda catholica Chriſti Eccleſia, quod ejus regimen, & quæ ejus defenſio ac propagatio, quæ virtus & efficacia miniſterii*: Brevis explicatio articuli, *de Deſcenſu Chriſti ad inferna*: Item *cur afflictionibus Eccleſia Dei exerceatur: congreſſus eccleſiaſticos ſedulo cuſtodiendos & tuendos eſſe: Epitome hiſtoria de excidio Judaici regni: Prophetia de Judæorum abjectione, & Gentium electione.* Quæ omnia ubi in lucem emiſſa ſint non notat *Adamus.*

5. *In Evangel. de aſcenſione Domini.* Francof. 1546. (*b*)

6. *Comment. in Pſalmos X. priores.* Francof. 1555. in 8. (*c*) vel Argentorati (*d*)

7. *Enarrat. in Pſalmum XV.* Argentor. 1543. in 4. (*e*)

8. *Comment. in Pſalmum XIX.* Francof. 1545. in 8. (*f*)

9. *Enarratio in Pſalmum LXVIII.* Francof. ad Oder. 1553. (*g*) vel 1563. in 4. (*h*)

10. *Tract. de Purgatorio*, in quo agitur non tantùm de illo, ſed & de ſatisfactionibus, de remiſſione culpæ, & pœnis tardiori pœnitentiæ infligendis; de defunctis, eorumque apparitionibus; de Satisfactis, de orationibus ac Commemorationibus pro mortuis, aliiſque argumentis: Anglorum Regi nuncupatus eſt Liber, *Londini* editus A. 1549. in 4. (*i*)

11. Lib. *contra Interimiſticum Decretum, ſub nomine Hamburgenſium, Lubecenſium* & *Luneburgenſium Miniſtrorum*: cujus Author vindicatur *Æpinus* à *Sleidano* Commentar. *de ſtatu Religionis & Reip.* lib. XXI. ad A. 1549. apud *Flacium* in Pſeudon. *n.* 1285. & 1602.

12. *Epiſtola de Adiaphoris* ſub eodem nomine ſcripta ad *Phil. Melanchtonem*, Hamburgi edita, 1549. in 8. teſte *Flacio* n. 1286.

13. *Sententia de corruptelis Doctrinæ Juſtificationis contra Georg. Majorem*, ſub eodem nomine edita *Magdeb.* 1553. in 4. teſte eodem *Flaccio* n. 1603. Simile quid habet titulus libri de quo ſupra n. 1.

Æpini ſtylum ac ſcribendi methodum laudat *Dupinius* infra cit.

(*a*) *Lippen.* Bibl. Theol. *Tom. I.* p. 177. & alibi. (*b*) *Catal. Bibl. Trajeſt. Bat.* Tom. II p. I. (*c*) *Lippen.* Tom. II. p 186. (*d*) *Le Long* Bibl. Sacr. p. 598. (*e*) *Le Long* l. c. (*f*) *Lippen.* l. c. p. 591. (*g*) *Lippen.* l. c. p. 600. (*h*) *Le Long* l. c. (*i*) *Lippen.* l. c. p. 617. *Plura* Dupinius *Biblioth. Authorum Ant. Pontif.* Tom. I. Part. II. p. 139. & ſeqq.

ÆQUIARDUS (*Maria*) ſeu ÆQUIVOLUS (*Marius*) Olevit. libellum ſcripſit à *Lippenio* memoratum *Tom. I.* Bibl. Theol. *p.* 265. & *Tom. II. p.* 651. in quo tractatur quæſtio, *unde Latria antiquorum, & Religio Catholica incrementa ſumpſerit?* Prodiit *Monach.* 1584. in 4.

AERIUS Hæreſiarcha Sec. IV. *Euſtathii* Sebaſteni ſodalis, deinde æmulus, ab ipſo Presbyter creatus, & Xenodochio præfectus eſt. Epiſcopum deinde ſuum ferre præ invidia non valens, ipſiuſque famam procaci-

bus appetens calumniis, ingenti ab Eccleſiâ plebis abſtracta multitudine, Sectam condidit cujus Sectatores *Aëriani* dicti ſunt. Ipſius errores recenſet *S. Epiphanius* Hær. 75. Prodiit autem ex Arianis *Aërius*, cujus hæc erant dogmata:

1. Presbyteros Epiſcopis æquabat.

2. Orationes pro defunctis, & bona pro illis ſuſcepta opera damnabat.

3. Stata jejunia, ab omnibus in Eccleſia Chriſtianis obſervari ſolita, damnabat: Hinc *Aëriani* Dominica die jejunabant, quartâ verò ſextâque feriâ epulabantur: Diebus verò antepaſchalibus, (quod tempus humi cubando, caſtimoniam ſervando, affictandoque corpore, nec non & aridorum ciborum uſu, vigiliis, jejuniis, ac reliquis id genus corporis cruciatibus, ſolebant celebrare Catholici) illi è contrario, ſummo diluculo epulabantur, & ſolida die genio indulgebant, illos irridentes qui antepaſchalem illam hebdomadam priori modo traducebant.

4. Celebritatem Paſchatis tollere conabatur *Aërius*.

5. Rerum omnium renuntiationem prædicabat.

* Vid. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. *Sec. IV. cap. III. art. XV.*

ÆRTS (*Philippus*) Ord. FF. Prædicatorum, Flander, 15. Julii 1604. ordini nomen dedit in patria *Gandavi*, evaſitque Eccleſiaſtes fervidus & facundus. Theologus & Sacellanus à D. *Demale* Alberti Belgarum Principis ad Regem Angliæ oratore aſcitus in familiam, annis duodecim in ea inſula cum eodem ſtetit, linguaque gentis comparata, ſæpius è ſacro pulpito publice concionatus, fidei catholicæ dogmata libere prædicavit & propugnavit. Inde redux ad ſuos *Ipris* etiam Priorem egit, ac paulò poſt repentina morte ſublatus eſt in quodam municipio quod *Moerbecque* incolæ vocant, non procul à *Gandavo*, 24. Julii 1637. Corpus in ſuum conventum nativum translatum, commune cum Fratribus ſepulcrum habuit. Sic F. *Ghilbertus de la Haie* in *Bib. Belg. Dom.*

Scripſit, ſeu potius è Latino Belgicè vertit librum cujus titulus *Theſaurus novus Fratrum & Sororum tertii ordinis, ſeu de pœnitentia S. Dominici tam clauſtralium, quam in ſeculo degentium, continens tum regulam, tum gratias illis a SS. Pontificibus conceſſas.* Gandavi, Joan. van den Kerchove 1610. & 1635. in 8. Extabat hæc altera editio *Bruxellis* A. 1671. Recuſus fuit *Gandavi* Maxim. Graët. 1663. in 8.

* Vid. *Echard.* Tom. II. *p.* 496.

ÆSCHARDUS (*Joannes*) Lutheranus, ineunte Sec. XVII. clarus, ſcripſit

1. *Medicinam univerſalem tam Prophylacticam quàm Therapeuticam e mineris Pſal. XCI. adverſus Peſtem & Corporis & Animæ.* Halæ Sax. 1611. in 12.

2. *Examen Diſputationis Bellarmini de Templis*: ibid. 1617. in 8.

* *Dupin* Tab. Auth. Eccleſiaſt. *Sec. XVII. Tom. IV. p.* 600. Lippen. *Tom. II. p.* 480. & 816.

ÆSCULANUS ſive *de* ÆSCULO: Vid. CONRADUS, CONSTANTINUS, GRATIADEUS, NICOLAUS.

ÆSQUILLUS (*Paulus*) Germanicè ſcripſit librum à *Lippenio* memoratum *Tom. II. p.* 137. ſub tit. *Jubilaa Pontificiorum*, qui inſcribitur

Jubel-Kern und Mes des H. Römiſchen und Catholiſchen Haſen-Kaſel. 1618.

ÆTERNALES à *D. Auguſtino* ita vocati qui dicebant, mundum poſt reſurrectionem mortuorum, in eodem ſtatu, in quo nunc eſt, eſſe manſurum, neque ita eſſe mutandum, ut ſit cœlum novum & terra nova.

* De his *Micralius* Syntagm. Hiſt. Eccleſ. *Lib. II. Sect. I. de Paradoxis & Pſeudo-Apoſtolis ſub Impp. Ethnicis*, p. 302.

AETIUS, Hæreticus Sec. IV. *Antiochiam*, Cœloſyriæ urbem patriam habuit, militis cujuſdam, qui ſub præſidiali officio meruerat, & paulò poſt mortuus eſt, filius. Adoleſcens adhuc mulieris cujuſdam *Ampelidis* nomine artem ærariam circumforaneus exercuit, quam etiam patrem ejus olim tractâſſe, *Theodorus Mopſueſtenus* author eſt (*a*). Aurifabrum vero fuiſſe *Aetium* certiùs conſtat, ſed mortuâ demum matre, homo præſtanti indole ad philoſophicas diſciplinas animum applicuit. Ac primum quidem *Paulinum Antiochenum* audivit, poſtea Anazarbi *Athanaſium*, deinde Tarſi *Antonium* Presbyterum, poſt hæc *Leontium* Presbyterum Antiochenum, tandem Alexandriæ *Sopolim* medicum celeberrimum, ſub quo medicinæ operam dedit, & cum in hâc arte excelleret, gratuitam indigentibus operam præſtabat: ipſe interim opificio ſuo aurifabrili noctu incumbens vitam ſuſtentabat. Antiochiam reverſus, a *Leontio* Epiſcopo Diaconus ordinatur, qui dogmata ſua in Eccleſia publicè docendi ei poteſtatem fecit, quod & pro virili præſtitit *Aetius*. Capita Hæreſeos potiſſima fuerunt; Filium eſſe ἀλλοῖον καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, & per omnia ἀνόμοιον τῷ πατρί, ac proinde ἑτερούσιον *ſubſtantiâ plane diverſum*. unde *Athei* cognomen ei meritò adhæſit. Reliqua ex *Epiphanio*, *Theodorito*, & *Niceta Choniate* petantur. Famoſus eſſe cœpit maximè circa annum 359. & ſequentem, quando apud *Conſtantium* accuſatus, quod conſcius & particeps fuiſſet conjurationis Galli, Pepuzam Phrygiæ in exilium miſſus eſt. Sub *Juliano* Epiſcopatum accepit; cujuſnam vero urbis, non prodit *Philoſtorgius*. Ab exilio revocatum perhumaniter tractavit *Julianus*, eique agrum in Leſbo circa Mitylenem urbem, ſuæ erga illum benevolentiæ teſſeram, donavit; cujus etiam ad *Aetium* jam Epiſcopum etiamnum extat Epiſtola. Sub *Valente* ad Prædium Leſbiense ſeceſſit, ubi *Procopio* tyrannidem exercente in diſcrimen capitis venit: inde Conſtantinopolim fugiens, paulò poſt è vitâ diſceſſit circa ann. 366. *Eunomio* oculos ei comprimente, & quæ ad funus pertinent procurante. Erat, referente *Nicetâ*, temerarius & ſcurrilis, atque mimicis thymelicisque ſermonibus, geſtibus & cultibus indecoris oblectabatur. Nam veſte ad nates uſque ſublata femora ferire, alteroque pede ſublato, & ventre percuſſo pedere ſolebat; in conviviis autem inter ludicra blaſphemis verbis SS. Trinitatem laceſſebat. Extat ab eo ſcriptus *De Fide libellus* XLVII. Capitulis conſtans, apud *Epiphanium* Hæreſ. 76. qui librum ejus κατὰ πόδας plenè & ſolidè refutavit. Compoſuit etiam, teſte *Socrate* Lib. 2. C. 35. *Epiſtolas* tum ad Imperatorem *Conſtantium*, tum ad quoſdàm alios, in quibus longas texuit diſputationes, & argumenta ſophiſtica propoſuit. Habetur fragmentum Epiſtolæ ejus forſan ad *Eunomium*, unà cum *Eunomii Scholiis* ap. *Athanaſ.* Dialog. 2. de Trinitate, *Tom. II. p.* 166. 162. In hoc fragmento meminit opuſculi à ſe elaborati de Deo γεννητῷ & de ἀγεννήτῳ Deo, quod adverſarii ejus, demptis & inſertis nonnullis, depravatum ediderunt. Verùm hoc fragmentum nihil aliud eſt quàm proœmium libelli, qui apud *Epiphanium* exhibetur. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 237. Vid. & *Dupin* Sec. IV. p. 123. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. *Sec. IV. cap. III. art. VII.*

(*a*) Vid. *Philoſtorg.* l. 3. c. 15. 17. l. 1. c. 1. 2. l. 6. c. 7. l. 7. c. 6. l. 8. c. 4. l. 9. c. 6. *Nicet.* Theſ. Orth. l. 5. c. 30. 31. *Epiphan.* Hæreſ. 73.

ÆVOLUS (*Ceſar*) Neapolitanus, ſcripſit Sec. XVI.

1. *Librum de cauſis Sympathia & Antipathia effectuum naturalium.* Venetiis A. 1580.

2. *Librum de decem Sephiroth, ſeu de Attributis divinis*: ibid. 1589. alii volunt 1580. apud Dom. de Farris in 4. Imper. *Maximiliano* II. dicatum.

* Conf. *Imbonat.* Bibl. Lat. Heb. p. 15. *Moreri.* Dict. *Lippen.* Tom. I. p. 106.

A F.

AFFAITATI (R. P. *Ant. Maria*) *d'Albogaſcia* ſeu *d'Albogaſio*, gente Italus, profeſſione Capucinus, in civitate Mediolanenſi, claruit Sec. XVIII.

SCRIPTA:

Scripta:

1. *Fiori Iſtorici*, h. e. *Flores Hiſtorici* &c. ordine alphabetico diſpoſiti. *Medïolani*, apud Marc. Ant. Pand. Malateſtam, 1711. *in fol.* (*a*)

2. *Memoriale Catechiſtico* &c. h. e. *Memoriale Catechiſticum* Religioſis Clauſtralibus cujuſcunque Ordinis expoſitum: Opus religioſis utriuſque ſexûs, ut & Monialium Confeſſoribus perutile: *ibid.* 1716. *in* 4. Multâ eruditione refertus liber, SS. Canonibus, Conciliis, Congregationum Decretis, Patribus, & Authoribus Claſſicis innixus. (*b*)

3. *Patriarca Davidico* &c. h. e. *Patriarcha Davidicus*, in vita & ſanctitate S. Joſephi B. V. Mariæ ſponſi repræſentatus, & in quinque libros diſtributus: *Ibid.* anno eodem, apud Franc. Agnellum, *in* 8. (*c*)

4. *Il caritativo aſſiſtente in pratica* &c. h. e. *Beneficus in praxi opitulans*: methodus pro conſolandis capite damnatis, & proſpero exitu conciliando: quæ prodeſſe poteſt quibuſcunque moribundis aſſiſtentibus, ut & quibus pie mori deſiderium eſt &c. *Ibid.* apud Joſ. Rich. Malateſtam, 1719. in 8. (*d*)

(*a*) *Diar. Ital.* Tom. VIII. p. 419 (*b*) *Tom. XXVII.* p. 412. (*c*) *ibid.* p. 413. (*d*) *Tom. XXXIII. Part. II.* p. 413.

AFFELMANNUS (*Joannes*) gente Germanus, patriam habuit Suſatum (*Soeſt* vulgò *Soeſt*) in Weſtphaliâ, ubi natus eſt A. C. 1588. menſe Nov. patre Viro Ampliſſ. & Spectatiſſ. Dn. *Henr. von Affelen* Reip. Suſatenſis Senatore; matre verò *Annâ Michaelis*, Viri Ampliſſ. Dn. *Sim. Michaelis*, prædictæ Reip. Conſulis meritiſſimi filiâ. Poſtquam pietatis, & artium dicendi fundamenta in ædibus paternis, partim in Scholâ patriâ laudabiliter jecit, Scholam Tremonienſem, quæ tum inter Scholas Weſtphalicas propter *Beurhu*[illegible] & *Schafmanni* in eâ do[illegible] eruditionem & diligentiam maximè celebris erat, adiit; & poſtea Corbachianam & Lippienſem viſitavit: In quibus eos fecit progreſſus, ut brevi Poëmata plurima, odas, proſas, & ligatas orationes facili & felici minerva contexuerit: tunc demum Præceptorum conſiliis, Græca Latinis æquo Jove copulavit.

Cùm primum ergo his in Scholis tyrocinium celeriter, ætat. ſcilicet anno 15. abſolviſſet, de parentum conſilio Marpurgum conceſſit, ubi Theologicum ſtudium ſelegit, ad quod omnia co[illegible]tata, omnes actus dirigeret: audiit ergo DD. Clariſſ. *Joh. Winckelmannum* & *Balth. Mentzerum* quibus ſemper & fortiter adhæſit: Apud illos per quinquennium commoratus eſt; & cùm A. 1605. Calviniſmus Marpurgi introduceretur, Gieſſam cum prædictis Theologis conceſſit, ubi etiam ſub D. *Mentzeri* præſidio, annum agens 17. publicè diſputavit. Inde Academiam Roſtochienſem ingreſſus eſt Anno 1607. ubi cùm biennio needum integro ſubſtitiſſet, eum in locum Rev. & Clar. Viri Dn. *Lucæ Bacmeiſteri*, Ampliſſimus hujus Urbis Senatus inter ſuos Profeſſores Theologos cooptavit, dum agebat annum 21. quo ipſo & ſummos in Theologia honores & axioma Doctoris magnâ cum laude eſt conſecutus: quod munus magno cum Eccleſiæ & Academiæ emolumento profeſſus eſt. In interpretandis Sacris Codicibus, pro eâ, quâ in tribus linguis pollebat peritiâ, fideli ac perſpicuâ methodò uſus eſt: Conciones tanto cum applauſu habuit, ut quibus pollebat dona admiratus ſit hujus urbis Senatus, qui ei functionem Eccleſiaſticam obtulit, quam tamen ſuo uſus conſilio non acceptavit. Famâ hâc Ill. Princeps Megapolenſis Dn. ADOLPHUS FRIDERICUS excitatus, qui eum A. 1619. ad ſe Swerinum vocavit, auditum muneribus clementiſſimè affecit.

Anno 1609. ſuæ profeſſionis primo, *Joannes Lampadius* apud Bremenſes Sacramentarius (ita illum vocabat) Baſiliſcus, D. *Phil. Nicolai* Theol. Hamburgenſi *Cenſurâ* quam appellabat, obſtrepere incipiebat, & materiam ſcripti volebat eſſe de Chriſti ſecundùm humanam naturam Omnipræſentiâ, eâque univerſali apud omnes, & reſtrictâ in Eccleſia, quam impugnabat, contendens, Chriſtum ſecundum humanam naturam cœlo contineri; quem Calvinianum confutavit *Affelmannus* ſcripto, quod quanti fecerit D. *Conr. Schluſſelburgius*, Eccleſiæ Stralſundenſis olim Superattendens, ex præclaro Carmine, libro huic præfixo, conſtat.

Anno 1616. incidebat in ſcripta aliquot, à novellis quibuſdam Weſtphaliæ turbatoribus, ſive Logiſtis, ſive Formuliſtis, ſive Sophiſtis, ſive Papiſtis cõſcripta, ex quibus primũ tractatum, qui erat *de Invocatione Sanctorum* ſelegit, & novis illis Inſtitoribus graviter & graviter ſe oppoſuit, illorum hæreſin ex verbo Dei ſolidè ac perſpicuè refutavit.

Anno eodem, quo laureâ Doctoris ornatus, virginem lectiſſimam in uxorem duxit *Annam Corſiniam*, Viri Ampliſſ. Dn. *Joannis Corſinii*, Roſtochienſis Reip. Conſulis meritiſſimi filiam. Obiit autem A. 1624. die 28. Febr. ætatis anno 36. hoc Epitaphio condecoratus:

Theologia ſi ſacro-ſancta cederet
Mors atra, mellea Fatum facundia,
Arti Atropos, Theologia, facundiâ
Suâ, & arte JANUS AFFELMANNUS *viveret.*
Quod enim Planetas inter eſt Sol aureus,
Faces quod inter eſt minores Cynthia,
Hoc inter eſt, Livore teſte, Theologos
AFLMANNUS. *Autor ille lucis Cynthiæ*
Animat calore pacadas ver, Cynthia
Fovet vigore. Et noſter hic oraculis
DEI *verendis* AFFELMANNUS *eloqui*
Nitore, & Euthei aureo Sole ingenî
Atras gregis Calvi tenebras, & PATRUM
Effronte fronte mentientum JESULI
Suaviſſimi ſublime nomen, ſomnia
Mera diſſipat. Fuit ſed, eheu! nam BONI
Capax fuit non terra tanti. Vindicem
Aurum interim Sophos ſui Eutheum dolet
Hunc Euſebeiaq; quippe non ſervarier
JANUM *ſua, non arte, non facundia:*
Gaudet tamen, vereq; gaudet, athera
Scriptum eſſe Sanctorum choro maturim.

Scriptum
à M. G. S.

Hæc deprompta ex Oratione funebri quam *Roſtochii* habuit die 26. Febr. A. 1625. *Era. Cocius* SS. Theol. ſtudioſ. qui eximiis *Affelmannum* laudibus extollit. Extat illa apud *Henn. Witten*, Dec. II. Mem. V. p. 178.

Fuit autem *Affelmannus* (judice *Dupinio* loc. inf. cit.) Calviniſtis non minus quàm Ubiquitarus ac Pontificiis infenſus hoſtis.

Scripta:

1. *De Curru Chriſti triumphali*, id eſt, *Aſcenſione & Seſſione ad dexteram Patris.*

2. *Synopſis Controverſiarum de Sacramento Pœnitentiæ & Baptiſmo*: Roſtochii 1615. in 4.

3. *Trias Syllogiſmorum Anti-Calviniſticorum*: I. quod non idem Deus Calviniſtarum & Orthodoxorum: II. quod Actionem Chriſti (nempe Fractionem Panis in Cœnâ) Calviniani trahant à Fine proprio in Finem alienum, & corrumpant: III. quod Calviniani quemlibet in ſuâ Religione ſalvari poſſe credant.

4. *Triplex Triados Syllogiſmorum Anti-Calviniſticorum firme adhuc ſtantium, tota Conſideratio ac Vindicatio adverſus D. Joh. Crocium à tribus Viris Rev. & Clariſſ. diverſis in locis inſtitutum*: Roſtoch. 1624. vel 1625. in 8.

5. *Trias Syllogiſmorum*: I. quod Deus Calviniſtarum ſit Auctor peccatorum. Ibid. 1615. in 4.

6. *Poſitionum de S. Cœna Domini* Centuria I. Ibid. 1613. in 4.

7. *Synopſis Controverſiarum de Cœna Domini*: Ibid. 1615. in 4.

8. *Examen Concionum Rubelianæ* ſive *Rhuelianæ*: Ibid. 1619. in 4. *Germanicè*.

9. *Aphoriſmi Theologici de Communicatione in Chriſto Naturarum & Idiomatum*: Ibid. 1617. in 4.

10. *Conflictus Anti-Jeſuitici tres* de Sanctorum Invocatione, Purgatorio, & Communione ſub una ſpecia, cum *Auctario Argumentorum* de Romanâ ſuperſtitione deſerendâ, Evangelicâ autem Religione amplectendâ: Ibid. 1616. in 8.

11. *Collegium in nonnullos articulos Form. Concord.*

12. *Cenſura Cenſuræ Lampadianæ Theologica, ſeu invicta Aſſertio doctrinæ de Omnipræſentiâ Chriſti ſecundùm Naturam ejus humanam.* Ibid. 1610. & 1615. in 4.

13. *Diſputatio Apologetica de Omnipræſentia Chriſti ſecundùm humanam naturam, contra Joh. Lampadium.* Ibid. 1611. 1614. 1615. in 4.

* 14. *Diſſert. de Deſcenſu Chriſti ad Inferos.*

15. *Reſp. Frid. Wetter: Diſput. de Eccleſia*: Ibid. 1617. in 4.

16. *Manuductio ad doctrinam de Prædeſtinatione Synoptica & Thetica*. Ibid. 1615. in 8. vel 4.

17. *Programma in Parentatione Jac. Andreæ*: Ibid. 1607. in 4.

18. *Diſputatio de ferendis Hæreticis*: Ibid. 1613. in 4.

19. *Diſput. de VII. Chriſti Verbis in Cruce*: Ibid. 1615. in 4.

20. *Specimen Conflictûs Anti-Jeſuitici*, ſeu *Expedita & expetita Anatome Fœtûs Jeſuitarum Paderbornenſium de Invocatione Sanctorum*, in quâ ſimul ſubtiliores *Rob. Bellarmini*, *Greg. Vaſquez*, *Fr. Coſteri*, *Marc. Becani*, aliorumque Jeſuitarum Cogitationes ad vivum reſecantur & accurate examinantur. Ibid. 1614. 1616. & 1619. in 4.

21. *Diſput. de Juſtificatione*: Ibid. 1613. in 4.

22. *Cenſura Cenſuræ Oecolampadianæ.*

23. *Clypeus Lutheranorum ſeu Aſſertio infinitæ Majeſt.*

24. *Diſſ. de Philippiſmo fugiendo*: Ibid. 1619. in 4.

25. *Diſſ. inauguralis de Peccato in genere & in ſpecie*, Præſ. *Eilh. Lubino*: Ibid. 1611. in 4.

26. *Diſſ. de Peccato in Spiritum Sanctum*: Ibid. 1613. in 4.

27. *De Perſona Chriſti*: Ibid. 1616. in 4.

28. *Diſſert. Apologetica, vindicans Cenſuræ vanitatem* &c. Ibid. 1615. in 4.

29. *De Perſeverantiâ Sanctorum.*

30. *Aphoriſmi de ſtatu Chriſtianæ humiliationis, ex Phil. II.* Ibid. 1619. in 4.

31. *Aphoriſmi Theologici de Unione Hypoſtatica*: Ibid. 1616. in 4.

32. *Deſcriptio viva duorum Teſtium Apocalypticorum ſub Tyrannide Anti-Chriſtiana, Veritatis patrocinium ſuſcipientium, in Programmate* &c. Ibid. 1639. in 4.

33. *Phoſphorus veri Catholici, de via Papatus, & viam regiam ad Eccleſiam vere Catholicam & Apoſtolicam fideliter monſtrans, facemq; præluceus Hodegum Petri Patzmanni.* Witteb. 1626. in 4.

34. *Syntagma Exercitationum Academicarum de articulis Fidei, maximè inter Lutheranos, Pontificios, Calvinianos & Photinianos controverſis*: Ibid. 1625. in 4.

35. *Locuſta Calviniſtica ex Apoc. IX.* Ibid. 1616. & 1619. Germanicè.

Affelmanni Opera omnia in unum collecta hoc titulo prodierunt.

Syntagma Exercitationum Academicarum, *in duas partes* diſtributum, ſtudio & operâ Viri Cl. *Georg. Moebii* SS. Theol. D. & Prof. P. in Acad. Lipſ. *Lipſiæ*, apud Tim. Ritzchium, 1674. in 4. *Pars prior* Polemica potiſſimùm ſcripta continet. *Altera* verò Exegetica, vel Explicationes & Vindicationes quorundam Scripturæ locorum notabiliorum. Præmittitur huic Collectioni Effigies & Vita Authoris.

* Conf. *Lippen.* Tom. I. & II. *Dupin* Biblioth. Author. Anti-Pontific. *Tom. II. p. 61. & 711.*

AFFLICTIS (*Annibal de*) Panormitanus, Rheginus Archiepiſcopus, vir nobilitate & ſanctimoniâ clarus, natus eſt A. 1560, patre *Vincentio* Sinagræ Domino, matre *Franciſcâ* Bardi Comitis Acis filiâ. Spretis ſeculi pompis, Clericali militiæ nomen dedit, & confecto Bononiæ ac Patavii ſtudiorum curriculo, Juriſprudentiæ laureâ inſignitus eſt. Patris juſſu ad Catholici Regis Aulam tranſiit, ubi ſtatim inter Regii Sacelli Cappellanos cooptatus, PHILIPPI II. Regis, omniumque amorem, pariter ac venerationem ſibi conciliavit. Hinc Rheginâ Eccleſiâ Paſtore viduatâ, ad ipſam regendam Rex *Annibalem*, etſi reluctantem, deſignavit. Romæ 30. Nov. 1593. conſecratus eſt, & in Eccleſiæ ſuæ poſſeſſionem immiſſus, quam virtutibus omnibus præditus, feliciter adminiſtravit. Prophetiæ, ac Miraculorum dono conſpicuus claruit. Noctes inſomnis orationi dicavit, in quâ extaticas ſuavitates delibaſſe ferunt, ejuſque ope multa à Domino obtinuiſſe; Rheginæ urbi inopinatam frumenti copiam impetraſſe; pluvias petiiſſe, & aſſequutum eſſe. Ad opulentiores Eccleſias à Catholico Rege non ſemel vocatus, primam ſponſam pro ditiori dimittere recuſavit. Depopulato à Turcis Rhegio A. 1603. nedum Eccleſiaſticos cenſus, verum etiam & patrimonii ſui proventus pauperibus liberaliſſimè addixit; & Cathedralis excidium, propriis uſurpatum oculis, inſtauravit, aliaſque omnes Eccleſias, immaniſſimè direptas, reparavit, & non ſemel exornavit. Eccleſiaſticam immunitatem imperterrito pectore defendit, & in eâ propugnandâ divinam opem expertus eſt. Synodum coëgit, in quâ ſuffraganei Præſules interfuêre, nempe Nicotrenſis, Militenſis, Tropienſis, Bovienſis, & Heracenſis, in eâque ad eccleſiaſticam diſciplinam inſtaurandam, ſaluberrimas edidit ſanctiones. Tandem numeris omnibus abſolutus, obiit die 1. April. 1638. anno ætat. 79. Confluentes populi veſtes ejus, aliaque avidiſſimè expetiêre, tanquam viri ſanctiſſimi reliquias. Tanto Paſtori Rhegium ſolemniter juſta perſolvit, & funebrem orationem dixit *Steph. Pepe* Cl. Reg. quam ad publicum beneficium edidit. Mira ab eo patrata, ac cadaver poſt annos quatuor* incorruptum adinventum dicunt. magnificentiſſimo tumulo cohoneſtatus eſt, hoc addito Epitaphio:

D. O. M.
ANNIBALI DE AFFLICTIS
PATRITIO PANORMITANO, ARCHIEP. RHEGINO,
COMITI BOVENSI, REG. CONSILIARIO &c.
PASTORALI VIGILANTIA, AC PIETATE NOTO,
SUO PROFUSA IN PAUPERES LIBERALITATE
NOTISSIMO.
NE DESINT VEL PRÆMIA VIRTUTI,
VEL EXEMPLA POSTERITATI,
QUOD VIVUS NOLUIT PER SUMMAM MODESTIAM,
HOC DEFUNCTO PROPTER SUMMA
IN HANC ECCLESIAM MERITA,
D. MATTHÆUS DE JANUARIO ARCHIEP. RHEGINUS
ADDICTI ANIMI MONUMENTUM
SUO ÆRE POSUIT.
ANNO SALUTIS HUMANÆ MDCLXII.

Egregii Præſulis vitam edidit *Joſ. Fozius* Soc. Jeſu *Romæ* A. 1681. ejuſque meminêre plures à *Mongitore* citati *Tom. I.* Bibl. Sic. *p.* 38. Edidit autem, ex Indice Biblioth. Barberinæ *Tom. II.* p. 277. & 433.

1. *Synodum Rhegienſem* Anni 1595. *Rhegii*, 1595. in 4.

2. *Synodum Rhegienſem* A. 1614. Ibidem 1614. in 4.

In Biblioth. Collegii Panormitani Soc. Jeſu ſervatur volumen cui titulus

3. *Lettere* MSS. in fol.

AFFLICTIS (*Sylveſter de*) nobilis Amalfitanus in Regno Neapolitano, Clericus Regularis, MS. reliquit *Theologiam Scholaſticam* duobus Tomis in 4. quæ ſervantur Neapoli in S. Maria Angelorum, teſte *Nic. Toppi* Biblioth. Napolet. *p.* 283.

AFFLICTUS (*Thomas*) Nobilis Panormitanus, literis ornatus claruit. Nonnullis in patria perfunctus eſt muneribus: præſertim anno 1636. & 1641. inter Senatores adſcitus, Urbem patriam rexiſſe teſtatur *Mongit.* Tom. II. p. 252.

SCRIPTA:

Scripta:

1. *Idea dell' Apparato per la Canonizatione de SS. Ignatio Lojola, e Franceſco Xaverio nella Caſa Profeſſa della Compagnia di Gieſu di Palermo*, id eſt *Idea Apparatûs pro Canonizatione SS. Ign. Loiola & Franc. Xaverii &c.* Panormi, typis Joan. Bapt. Maringhi, 1622. in 4.

2. *Ragnaglio degli Apparati, o Feſte fatte in Palermo per la Canonizatione de SS. Ignatio Lojola e Franceſco Xaverio l'anno* 1622. id eſt *Collectio Apparatuum & Feſtorum Panormi celebratorum pro dicta Canonizatione* &c. Ibid. anno & forma iiſdem. Hæc Deſcriptio recuſa legitur apud *Franciſcum Baronium* in libro de *Majeſtate Panormitanâ* lib. 3. a pag. 36.

AFFLIGEMENSIS: Vid. GERARDUS & SIMON.

AFLAS cognomen *Ahmed Ben Maab*, Author libri cui titulus *Luba fi Schar al-ſafât u al-eſma*. Eſt explicatio attributorum & nominum Dei. Obiit A. Hegiræ 550. Chriſti 1155. * *Herbelot*. Bibl. Orient. p. 64.

AFRICANUM I. Concilium (Carthaginenſe Seculi V. Primum, Africanumque II. vulgò dictum) Anno CCCCI. XIV. Cal. *Julias* celebratum; quo, expoſitis Eccleſiæ Africanæ neceſſitatibus, præcipuè Clericorum inopiâ, ad impetrandum ab Italiæ Epiſcopis auxilium, decreta eſt ad *Anaſtaſium* Romanum, & *Venerium* Mediolanenſem Legatio. De parvulis etiam ab *Hæreticis baptizatis*, *de Idolorum reliquiis*, aliiſque actum. Extât Diſciplinæ Eccleſiaſticæ Capitula XXXII. (quæ quidem non ſunt omnia hujus Synodi, ſed Concilii Carthag. III. anno CCCXCVII. in hac demum Synodo repertæ & confirmata) Græc. Lat. in *Cod. Can. Eccleſ. Afr.* à Can. XXXIV. uſque ad LXV. incluſivè. *Conc.* Tom. II. p. 1067. Lat. in *Collect. Can.* ibid. à Can. I. ad XXXII. p. 1643. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 302.

AFRICANUM II. Concilium (Carthaginenſe Sec. V. ſecundum, Africanum vulgò III.) anno CCCCI. Idibus *Septembr.* generali quodam omnium Africæ Provinciarum conventu, in Secretario Baſilicæ Reſtitutæ habitum. Lectis *Anaſtaſii* Papæ literis *de Donatiſtis*, & unione cum iis faciendâ agitur. Extant Capitula XX. Græc. Lat. in *Cod. Can. Eccleſ. Afr.* à Can. LXVI. uſque ad Can. LXXXV. *Conc.* Tom. II. p. 1079. Lat. in *Collect. Can.* a Can. XXXII. ad LII. ibid. pag. 1651. Ex his Canonibus, *quatuor* tantùm *priores* hujus Synodi ſunt, reliqui ex aliis (& præcipuè XI.) ex Concilii Carthaginenſis V. Decretis deſumpti ſunt. * *Cave* ubi ſupra.

AFRICANUM III. Concilium (Carthaginenſe VI. Seculi V. vulgo Africanum IV.) an. CCCCVII. Idibus *Julii* habitum; quo Legati ad Imperatorem, pro defenſione adverſus *Donatiſtas* & *Paganos*, miſſi ſunt. Extant Acta & Capitula Græc. Lat. *Cod. Can. Eccl. Afr.* num. XCV. *Conc.* Tom. II. p. 1113. Lat. *Collect. Can.* ibid. p. 1660. *Honorii* Imp. conſtitutio adverſus *Donatiſtas*, *Manichæos*, & *Priſcillianiſtas* hoc anno VIII. Cal. *Mart.* & altera XVII. Cal. *Decembr.* data *Cod. Theod.* Tit. *de Hæret.* l. XL. XLI. * *Cave* pag. 303.

AFRICANUM IV. Concilium (Seculi V. Carthaginenſe VII. & VIII. vulgò Africanum V. & VI.) anno CCCCVIII. prius quidem *Jun.* XIV. poſterius *Octobr.* XII. habitum. Inſurgentibus in Catholicos tùm Donatiſtis, tùm Paganis *Stiliconis* ſucceſſu animatis, à duabus his Synodis Legatio ad Imperatorem decernitur. Vid. *Cod. Can. Eccleſ. Afr.* num. CVI. ibidem p. 1119. Neque bonis Patribus, vel cauſæ religionis defuit Honorius Imp. editâ XVII. Cal. *Decembr.* lege, qua omnes priores Conſtitutiones in *Donatiſtas*, *Manichæos*, *Priſcillianiſtas* & *Gentiles*, renovantur, confirmantur, & pleniſſimam executionem habere jubentur *Cod. Theod.* Tit. *de Hæret.* l. XLIII. confer & *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I.

legem proximam, & quæ ibi notavit Gothofredus. * *Cave* ubi ſupra.

AFRICANUM V. Concilium (Seculi V. Carthaginenſe IX. vulgò Africanum VII.) anno CCCCIX. coactum; quo *de cognitione Epiſcoporum* agebatur. Videtis *Cod. Can. Eccl. Afr.* num. CVII. *Conc.* Tom. II. p. 1119. * *Cave* ubi ſupra.

AFRICANUM VI. Concilium (Carthaginenſe Seculi V. vulgò Africanum VIII.) ann. CCCCX. celebratum: In quo, Legati ad Imperatorem, adverſus *Donatiſtas* acturi, miſſi ſunt. Vide *Cod. Can. Eccl. Afr.* num. CVII. pag. 1121. Ut horum precibus ſatisfaceret Imperator, hoc ipſo anno VIII. Cal. *Sept.* legem tulit, *Heracliano* Comiti Africæ inſcriptam, quâ hæreticis, & in his præcipue *Donatiſtis*, omnem ritum ſuorum exercendorum publicèque coeundi facultatem adimit, pœna proſcriptionis & ſanguinis propoſita. *Cod. Theod.* Tit. *de Hæret.* l. LI. * *Cave* ubi ſupra.

AFRICANUM VII. Concilium (VI. Seculi I. Africanum) An. DLI. in trium Capitulorum cauſâ habitum. Quo, teſte *Victore* anno ſequenti. » Africani » Antiſtites *Vigilium* Romanum Epiſcopum, quod » *Tria Capitula* damnaſſet, Synodaliter à Catholicâ » Communione, reſervato ei pœnitentiæ loco, excludunt, & pro defenſione memoratorum *Trium Capitulorum* literas ſatis idoneas *Juſtiniano* Principi, per » Olympium Magiſtrianum mittunt. » * *Cave* p. 364.

AFRICANUM VIII. Concilium (II. Africanum Seculi VI.) à Numidiæ Epiſcopis circa annum DXCII. habitum. Quo, cum nonnulla Eccleſiæ Romanæ conſuetudini contraria ſancita eſſent, irrita ea, quantum in ſe erat, fecit *Gregorius* Papa. Vide *Epiſt.* ejus ad *Gennad.* Exarch. lib. III. *Epiſt.* VII. * *Cave* p. 368.

AFRICANUM IX. Concilium à Numidiæ Epiſcopis in Cauſâ *Donadei* Diaconi anno circiter DCIII. celebratum. Vide *Greg. M.* lib. X. *Epiſt.* VIII. XXXI. * *Cave* p. 394.

AFRICANUS: Vid. JULIUS.

A G.

AGAFFINO Commendator Magnæ Crucis SS. Religionis S. Mauritii & Lazari, Foſſanenſis primùm, ac dein Salutienſis Epiſcopus, ſcripſit Italicè Sec. XVII.

La Sindone Evangelica, Hiſt. e Theolog. Taurini, apud Cavallerios: 1627. 4. Dividitur in *Libb. III.* quorum *Ius* conſtat Capp. XI. *IIus* Capp. VI. *IIIus* Capp. VII. in quibus curioſè admodum diſſerit *de Sac. Sindone Chriſti*, quam veram & Evangelicam Taurini extare contendit Autor.

AGAPETI hæretici fuerunt utriuſque ſexûs, qui virginitatem ſimulantes, à ſuis parentibus cognatiſque ſe ſejungebant, & inter ſe veluti ſanctius ſeorſim extra mundum victuri cohabitabant, & plerumque ſe Clericis adjungebant. Sed, ut multi ſcriptores affirmant, magis cautè quàm caſtè vivebant. Scripſit contra eos *Hieronymus*. Sed Clericis hoc ſcriptum adeò vehementer jam tunc temporis diſplicuit, ut *Romæ*, teſte ipſomet Authore, ab eis lapidatum ſit. Depingitur enim ibi haud obſcuris coloribus ſpiritualium Clericorum & Monachorum, & iſtarum pſeudo-virginum impuriſſimarum caſtitas. * Hæc ſcribit *Flacius Illyricus* in Catal. Teſt. Verit. *p.* 31. Qui de his plura velit adeat Cl. *Sam. Baſnagium* in *Annal.* ad A. C. 264. *p.* 409. *§. IV.* & in *Diſſert. VIIa de Cœlibatu Clericali*, p. 528. *§.* XIX. & XX.

AGAPETUS Papa hujus nominis I. natione Romanus, *Gordiani* Presbyteri filius: anno 535. die 29. April. Eccleſiæ Romanæ regimen ſuſcepit, ac ſtatim in Eccleſiâ mediâ Acta deſignationis *Vigilii* in Pontificatum in Synodô Romanâ ſub *Bonifacio* habita reſcidit, & *Dioſcorum* à *Bonifacio* poſt mortem condemnatum abſolvit. Anno ſequente à *Theodato* Gothorum Rege ad CPolin

 lega-

legationem ſuſcipere coactus eſt, ut *Juſtiniani* Imp. arma ab Italià precibus averteret. Verùm id nequaquam impetravit. Res tamen majoris momenti geſſit. *Anthimum* enim hæreſi *Eutychiano* addictum a ſede CPolitanà depoſuit, & Mennam loco ejus ſubrogatum ordinavit. Obiit CPoli die 17. April. A. 536. Ejus corpus Romam delatum eſt, & in Baſilica Vaticana S. Petri ſepultum, die 20. Sept. Creavit Diaconos IV. Epiſcopos per diverſa loca XI. Si *Baronio* credimus, vel *Anaſtaſio* in ejus Vità, *Juſtinianus* adoravit B. *Agapetum* Papam. Plura de illo *Pagius* obſervat; ac to. ordinatum fuiſſe die 3ª. menſ. Jun. 2°. ad Africanorum conſultationes de Arianis ad Eccleſiam redeuntibus &c. reſpondiſſe: 3°. *Contumelioſi* Regienſis Epiſcopi appellationem ſuſcepiſſe: 4°. Canonum diſpenſationem *Cæſario* Arelatenſi Epiſc. & Imp. *Juſtiniano* recuſaſſe.

* Conſuli de illo poſſunt *Baronius* ad A. 536. *Pagi* Breviar. Tom. I. p. 277. *Cave* Hiſt. Liter. p. 334. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. *Sæc.* VI. cap. II. art. VII. *Dupin* Bibl. nov. Sec. VI. p. 45. *Eggs* Pontif. doct. p. 94.

Scripta:

Epiſtolæ VIII. quarum *primam* dedit ad *Juſtinianum* gratulatoriam, quia Catholicam Religionem promovere Imperatoriis litteris promiſerat: *ſecundam* ad Epiſcopos Africæ, quibus ſimiliter gratulatur, quod ab hæreticorum manibus evaſerint incolumes; & ad ea, quibus *Joannem* prædeceſſorem ſuum conſuluerant, reſpondet: *tertiam* ad *Reparatum* Epiſc. Carthaginenſem: *quartam* ad *Juſtinianum Auguſtum*, cui gratias agit, quòd ſibi de electione in Pontificem fuerit gratulatus, illius fidem commendans, hortaturque eundem ad Catholicam fidem tuendam; & lapſos Epiſcopos cum honoribus ſe recipere non poſſe, reſpondet: *quintam* ad *Anthimum* Epiſc. CPolitanum, quà oſtendit duas in Chriſto eſſe naturas, damnatque contrarium aſſerantes: Hanc ſpuriam eſſe plures contendunt: *ſextam* ad *Cæſarium* Arelatenſem de non alienandis bonis Eccleſiaſticis: *ſeptimam* ad eundem de Appellatione *Contumelioſi* ad Sedem Apoſtolicam: *ultimam* verò ad *Petrum* Hieroſolymitanum Epiſc. de *Anthimi* depoſitione, & *Mennæ* ſubrogatione. Extant *Tom. III.* Concil. *Binii* cum Epiſtolis & exemplaribus precum Imperatoris *Juſtiniani*, & *Tom. IV.* in Concilio CPolit. ſub Menna *Act.* 1. unà cum *Epiſtolà* ſeu *libellò* orthodoxorum Epiſcoporum, contra *Anthimum Severum*, alioſque Acephalos, oblatò *Agapeto*. Item & Epiſtola Monachorum ejuſd. argumenti, *Tom. VII.* Annal. *Baronii* A. 535. & 536. *Epiſtola Agapeti ad Juſtinianum Imp.* quæ prodiit ſingulatim *Pariſiis* 1563. apud Guil. Morellum, interprete *Joan. Picot* Præſide Cameræ Pariſ. Inquiſitionum. *Lugduni* apud Gabr. Coterium, 1570. in 8. interprete *Pard. Pratejo*, Auguſtobuſcodunenſi, Gallo. Ibid. apud Franc. Juſtum, in 16. Gallicè, ex Biblioth. Gallic. *Verderii* & *Crucis Cenomanenſis* (La Croix du Maine) falsò tribuitur noſtro *Agapeto* Papæ, ſed meliùs Diacono. *Baſileæ* etiam prodiit.

Aſſervantur MS. in Archivo Eccleſiæ Arelatenſis quædam ejus *Epiſtolæ*.

Quædam ejus *Decreta* leguntur apud *Gratianum*.

Ejus Vita MS. ſervatur in Vatic. num. 1538. in regiſtro *S. Gregorii Magni*, p. 194. Conſule etiam *Petr. de Natalibus* Epiſc. Equilinum *lib. 4. cap. 77. Anaſtaſium* Bibliothecarium, & omnes alios, qui de Sanctorum, & Summorum Pontificum Vitis ſcripſerunt.

De ejus *Epiſtolis* & *Decretis* loquuntur plures Authores à *Lud. Jacobo* allegati, *Bibl. Pontif.* Libr. I. p. 3.

AGAPETUS II. Papa, natione Romanus, paulò ante medium menſis Junii A. 946. creatus, ut demonſtrat *Pagius* adversùs eos qui ordinatum fuiſſe dicunt die 9. menſis Aug. Fuit Monaſteriorum adversùs invaſiones Principum acerrimus defenſor. A. 947. *Hugoni*, cui de ſede Remenſi à Gallis Epiſcopis mota lis fuerat, Epiſcopatum confirmavit. Eundem nihilominus anno ſequente Epiſcopi Galli in Synodo Engilenheimenſi damnarunt, ac throno Remenſi deturbarunt, quorum ſententiam ipſe *Agapetus* habita Romæ Synodò A. 948. ratam habuit. Sedit annos 10. & menſes circiter tres, cùm poſt diem 20. Auguſti A. 956. ut contendit *Pagius*, è vivis exceſſerit. Corpus ejus ſepultum eſt in Baſilica Lateranenſi. * De eo agunt *Pagius* Tom. II. *Breviar.* p. 218. *Cave* p. 500. *Nat. Alexander* Sec. IX. & X. cap. I. art. XX. *Dupin* Sec. X. & XI. p. 8. & 19. *Eggs* p. 266. *Lud. Jacob.* p. 3.

Scripta:

Varias ſcripſit *Epiſtolas* I. ad *Othonem* Magnum, ei gratulatur victoriam de Danis reportatam: II. ad ejus fratrem *Brunonem* Colonienſem Archiepiſcopum, quando ei Pallium, per legatos Romam ab eo miſſos petitum, conceſſit: III. ad *Artaldum* Remenſem Archiepiſc. quando eum, rejecto æmulo *Hugone*, in Archiepiſcopatu, Synodali ſententià ipſi adjudicato, confirmavit: IV. ad nonnullos Italiæ Principes, qui Monaſterium Capuanum occupaverant: V. ad *Leonem* & *Benedictum*, Monachos, intruſos Epiſcopos in Civitatibus Triventina & Termulenſe, ad inſtantiam *Joannis* Epiſcopi Beneventani expeditas; quibus præcipit, ut deſiſtant, illas Eccleſias occupatas tenere, declarando non ſolùm eas, ſed omnes alias in Beneventano Principatu poſitas, ad Epiſcopum Beneventanum ſpectare: VI. ad *Leonem* Abbatem Monaſterii SS. Stephani, Sylveſtri, & Dionyſii Romæ erecti, quibus ejuſdem Monaſterii privilegia confirmavit, & annuos redditus auxit. VII. ad *Othonem* Magnum, quibus eum rogat, ut Italiam à *Berengarii* II. tyrannide liberam redderet: VIII. ad Abbatem Monaſterii S. Stephani, juxta Tarracinam à S. Benedicto olim erecti, quibus illud Monaſterium ampliſſimis adauxit privilegiis: IX. ad Abbatem Caſſinenſem, cui pariter multa privilegia conceſſit. Denique inter Litteras *Agapeti* inveniuntur etiam datæ ad *Atenulphum*, alioſque Italiæ Principes, qui Monaſterium S. Sophiæ in urbe Beneventana per vim uſurpaverant; eos acriter increpans, quod talia agere præſumpſiſſent; monens pariter & obſecrans, ut idem Monaſterium *Balduino* Abbati Caſſinenſi ſine aliquà morâ ex integro reſtituerent; quòd ſi aliter facerent, ſcirent ſe vinculo anathematis innodandos. Hujus imperio parens protinus *Atenulphus* Princeps, ipſum Monaſterium Abbati reſtituit. *Baronius* pariter nonnullas ejuſdem *Agapeti* Literas recitat in *Annal.* Tom. X.

Extant *Epiſtolæ* II. Concil. *Tom. IX. p.* 618. Alia ad *Gerhardum* Archiep. Laureacenſem, quà Metropolitani jura ei confirmat, habetur apud *Lambecium* Comment. *lib.* 2. *p.* 651.

De Epiſtolis *Agapeti* Sigebertus Gemblacenſis *in Vitâ S. Guilberti* apud *Surium* die 23. Maij; *Poſſevinus* in Appar. Sacro, *verb.* Ingueleheimenſe; *Biblioth. Cluniacenſis* ſub *Ademaro* Abbate 3. *Chronicon Caſſinenſe*; Andr. Quercetanus & Alph. Ciaconius *in Agapeto II.*

Concilium tandem ejus *Romanum* A. 949. celebratum memoratur à *Flodoardo* lib. 4. cap. 33. & 34. *Binio* Tom. VII. *Concil.* p. 181. edit. 4. *Baronio* & *Spondano* ad A. 949.

Ejus Vitæ Scriptores *Petr. Guillermus*, *Martinus Polonus* & alii.

AGAPETUS Eccleſiæ CPolitanæ Diaconus, claruit A. 527. quo ad *Juſtinianum* purpurà recens ornatum ſcripſit *Admonitiones* quomodo ſe in Imperio gerere deberet, verè aureas & ſummo Principe dignas, Capita parænetica LXXII. continentes. *Poſſevinus* in fine *Apparatus*, ubi Catalogos librorum MSS. Græcorum exhibet, teſtatur CPoli inter Codices *Conſtantii Barini* fuiſſe hunc librum, in cujus inſcriptione *Agapetus* Juſtiniani, antequam Imperium ille ſuſciperet, Magiſter fuiſſe traditur, ex quo *Noriſius* diſſ. de Synodo V. *cap.* 2. etiam evincit *Juſtinianum* doctiſſimo Viro Magiſtro uſum, tanquam ἀναλφάβητον falſò traduci. Citatur hic *Agapeti* liber plus ſimplici vice in Florilegio *Stobæi*.

AGAPETI

AGAPETI Editiones Græcæ :

Baſileæ An. 1521. 8. apud Jo. Frobenium, cum *Æſopi* & aliorum fabulis, *Heſiodi*, *Theognide*, & aliis Gnomologis.

In libello Gnomico *Joach. Camerarii* p. 229. *Lipſiæ* 8. *Baſileæ*, 1553. forma minore. *Coloniæ* 1604. 8.

Græco-Latinæ :

Venetiis 1509. 8. *Baſil.* 1518. 8.

Cum *Æſopi* & aliorum fabulis, Batrachomyomachia, Galeomyomachia &c. *Baſil.* 1545. 8. *Pariſ.* 1549. in 12. *Baſil.* 1574. in 12.

Inter Veterum Theologorum Græcorum ſcripta, *Tiguri* curante *Conr. Geſnero* junctim edita, 1559. fol.

Ex *Jo. Ranſtii* editione, *Witteb.* 1562. 8.

In poſteriore Orthodoxographorum editione *Baſil.* 1569. fol. *Tom. I. p.* 180.

In *Mart. Haynecii* Compendio Moralium præceptionum, *Lipſiæ* 1600. 8.

Helmſtadii 1605. 8. cum verſione *Matth. Martinii*, & *Bremæ* 1605. 12. & 1615. 8. quas duas editiones memorant *Hendreichius* & *Arndius*. A priore memorantur quoque *Andr. Werneri* (qui Latine vertit, *Magdeb.* 8. uti etiam *Petr. Bizarrus*) Conr. Rittershuſii *Lipſ.* 1611. 12. *Jo. Bercovii* & *Henr. Kirſchii* editiones *Lipſ.* 1613. 4.

Franekeræ cum notis *Steph. Schœningii* 1608. 8. cum *S. Nili* admonitionibus & libello de virtutibus, qui *Ariſteli* tribuitur.

Inſtitutio Principis &c. commentariis, colloquiis, diſcurſibus, monitis politicis variis, exemplisque tam novis quàm antiquis, & verſione latinâ duplici illuſtrata, per *Georg. Draudium*, Francof. & Roſtochii apud Joach. Wildium, 1659. in 4. Dicitur jam A. 1615. prodiiſſe.

In Auctario Biblioth. PP. Ducæano *Pariſ.* 1624. fol. *Tom. II. p.* 362.

Agapeti Scheda Regia ad *Juſtinianum* Imp. & *Baſilii Macedonis* adhortationes ad *Leonem* filium, cum verſione recenſitâ à *Bern. Damke*, Hamburgenſi, additis ejus notis. *Baſil.* 1633. 8. typis Joan. Schröterii.

Agapeti Scheda Regia mendis repurgata, & explanata à P. *Guerin*, Pariſ. 1635. 8.

Lipſ. & *Norimb.* 1669. 8. cum notis *Jac. Brunonis* & *Jac. Pancratii* filii.

In Imperio Orientali ſive *Antiquitatibus CPolitanis* Anſelmi Bandurii, *Pariſ.* 1711. fol.

Latinæ :

In Bibliothecis Patrum *Pariſ.* 1575. Tom. II. 1589. Tom. II. 1654. Tom. XII. *Colonienſ.* 1618. Tom. VI. Part. I. *Lugdunenſ.* 1677. Tom. IX.

Ex *Albani Torini* verſione *Baſil.* 1541. 8. ad calcem *Onoſandri*, apud Rob. Winter.

Ex verſione & cum ſcholiis *Jac. Huggelii*, Mulhuſii 1560. 8.

Ex verſione *Joach. Axonii* Graviani, *Antverp.* 1561. 8. *Halæ Sax.* 1593. 8. ad *Jo. Sigiſmundum*, Marchionem Brandenb. ſtudio *Jo. Olearii*, adjunctis capitibus Auguſtanæ Confeſſ. & libri Concordiæ.

Latinis verſibus reddidit *Edo Neuhuſius* Francof. 1603. 8.

Gallica, Hiſpanica, Germanica :

Galliçè à *Jo. Picot* Pariſ. 1563. 8. Hinc ab *Hieronymo Benevent.* ibid. 8. Tum *Pard. Pratejo* interprete *Lugd.* 1570. 8. At ipſe ex verſione *Ludovici XIII.* Galliæ Regis. *Les Preceptes d'Agapetus à Juſtinien, ſur une verſion latine, par le Roy Louis XIII. en ſes leçons ordinaires,* Pariſ. 1612. 8.

Hiſpanicè per *Chriſtoph. Moſquera de Figueroa.* Matriti, 1596. 4. *Regla para los que goviernan.*

Germanicè Gorlitii 8. *Mart. Mollero* interprete. Et ex

verſione *Nic. Glaſeri*, Brem. 1619. 4. cum laude Philomelæ & *Luciani* de calumnia, ac Tabula Cebetis.

Extat præterea *Agapeti* Liber Græce apud *Lambecium* lib. III. *Cod.* 76. lib. V. *Cod.* 246. 277. lib. VI. part. I. *Cod.* VII. lib. VIII. *Cod.* 97. & part. II. *Cod.* 88.

* Le *Agapeto* vid. *Cave* Hiſt. Liter. p. 330. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græcæ *lib. V. cap. V. p.* 570.

AGAPETUS Rhodi Inſulæ Metropolita claruit A. 457. Cum ab eo per literas exquireret *Leo Auguſtus*, quid ipſe, ſuæque Provinciæ Epiſcopi de ſancto & univerſali Chalcedonenſi Concilio ſentirent? *Epiſtolam ad Imperatorem* reſcripſit, quâ Concilii cauſam adverſùs *Timotheum Ælurum* ſtrenue egit. Extat Latinè hæc Epiſtola *Concilii Chalcedon.* par. 3. c. 45. p. 490. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 28.

AGAPIUS Scriptor ſatis obſcurus, cujus utpote præter *Photium*, nullus (quod ſciam) Veterum meminerit. Secta fuit *Manichæus*, & fortè primarius. Non alius fuiſſe videtur quam *Agapius* ille, *Manetis* diſcipulus, qui librum confecit *Heptalogum* dictum, de quo agit *Petrus Siculus* Hiſt. Manich. *p.* 30. Obſtare forſan quis dicet quod habet *Photius*, quaſi *Eunomii* hæreſiarchæ æqualis fuerit, inque eum calamum ſtrinxerit. Sed primò non id expreſſè affirmat *Photius*, ſed tantùm ita ſibi videri *Agapium* Eudoxii κακολογίαν oppugnaſſe. Unde liquet ipſum *Eunomii* non nominatim meminiſſe. Verùm eſto: *Eunomii* errores perſtrinxerit *Agapius*. Hoc etiam fieri potuit, modo ætate paulò grandiorem fuiſſe ſupponamus. Inſaniæ ſuæ virus non ante annum 277. propinare cœpit *Manes*, & plures poſtea annos in vivis erat, ac proinde ad exitum vergente hoc Seculo *Agapium* ſibi diſcipulum adſcivit. *Eunomius*, imperante *Conſtantio*, hæreſin ſuam in vulgus ſparſit. Quid obſtat igitur quominùs *Agapius* eò uſque, imò ad *Conſtantii* exitum vitam producere potuit? præſertim cùm *Cyrillus* Hieroſolymitanus, qui regnante etiam Conſtantio vixit, disertè teſtetur, *Catech.* VI. *pag.* 141. ſuo adhuc tempore ſuperfuiſſe, qui ipſum *Manetem* ſuis oculis conſpexerat. Quin & ætate *Epiphanii*, qui ſcripſit anno 374. erant, qui cum *Hermâ* Manetis diſcipulo colloquuti fuerant, ſibique de illo plura narraverint, teſte ipſomet *Epiphanio* Hæreſ. LXVI. num. 12. *p.* 629. Perpendat Lector: nihil enim hac in parte pro certo ſtatuo. Scripſit *Agapius* noſter Opus in XXIII. libellos diſtinctum, & alia præterea *Capita* CII. Quæ omnia *Uraniæ* cuidam, ſectæ ſuæ mulierculæ, ſtudiique ſociæ nuncupavit. In his Operibus inſana & planè portentoſa dogmata vendiravit; Eſſe principium malum per ſe ſubſiſtens, Deo, ab æterno oppoſitum, quod pro re nata naturam, materiam, Satanam, diabolum, mundi principem, Seculi hujus Deum, aliiſque ſexcentis nominibus appellavit; homines neceſſario atque invitos peccare; corpus deterioris eſſe partis; animam Divinæ particulam auræ, ejuſdemque cum Deo naturæ; arborem illam Paradiſi Chriſtum fuiſſe; Trinitatem Conſubſtantialem ſe fateri: Chriſti etiam corpus & ſanguinem, quin & Chriſtum crucifixum, imò ipſam Crucem, Baptiſmum, Sepulturam, atque Reſurrectionem ejus, mortuorumque adeò omnium Reſurrectionem & judicium, ſe honorare, ac prædicare. Sed fictis hæc atque fucatis vocabulis, ad decipiendum accommodatis, & ad abſurdos planè & abominandos, ineptos & incongruos ſenſus, ab eo detortis. De Sole & Lunâ veluti de diis diſſeruit, ejuſdemque cum Deo eſſe naturæ prædicavit: hymnis celebrans, cultumque illis & majeſtatem tribuens. Abſtinentiam à carnibus atque à re uxoriâ, tanquam à rebus deteſtandis, & à vino velut ebrietatis causâ ſimulavit. Vetus Teſtamentum irriſit, ejuſque dicta, factaque omnia malo illi & cum Deo pugnanti principio adſcripſit. Ex Evangelio, Epiſtoliſque Paulinis, dicta quædam divulſit, quæ ad impietatem ſuam ſtabiliendam detorquere molitus eſt. Actis quæ vocantur *XII. Apoſtolorum* & maximè *Andreæ* uſus eſt. Quæ quidem a *Manichæis* conficta fuiſſe tra-

dunt Veteres. Teſtes etiam adhibuit *Platonem* alioſque Gentiles, quos perinde ac Chriſtum ſervatorem, *Divinos* ac *Sacros* appellavit. In his exponendis, dictione & phraſi interdum quidem non contemnenda uſus eſt, in quibuſdam rurſus vilis erat, nihilque à trivialibus differens. Philoſophica miſerè permiſcuit & confudit, ad verum rectumque depravandum non parùm ſtrenuus, in dicendo ſolers, ad inveniendum atque excogitandum ſimplex omninò ac ſtolidus. Plura de eo ejuſque dogmatibus dabit *Photius* Cod. CLXXIX. col. 401. quem adeant qui talium curioſi ſunt. Certè qui *Photium* cum *Formula receptionis Manichæorum*, quam primò edidit *Cotelerius*, deinde *Tollius*; diligenter conferet, non parùm lucis inſanis hiſce *Agapii* dogmatibus accenſebit. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 166. Vid. & *Fabricius* Bibl. Græcæ *Vol.* IX. *p.* 436.

AGAPIUS Cretenſis Monachus in monte Atho, circa A. 1620. vel 1640. vixit, ſcripſitque librum qui ex Græcis & Latinis Scriptoribus collectus, vulgari Græco & Arabico idiomate fertur, & *ἁμαρτωλῶν σωτηρία*, *peccantium ſalus* inſcribitur, atque auctoris ſumptibus illo quo dixi vulgari Græco idiomate editus eſt *Venetiis* apud A. Julianum, 1641. & 1664. in 4. Ex quo aliqua produxit *Ant. Arnaldus* in opere *de perpetuâ Eccleſiæ fide circa Sacramentum Euchariſtiæ*, nec non *Rich. Simon* ad *Gabrielem Philadelph.* p. 131. *ſeqq.* 286. 291. ſeqq. *Admonitionem* etenim ſubjecit *de Agapii teſtimonio* in gratiam Tranſubſtantiationis, ejuſque librum pluribus adverſus *Claudium* V. D. M. & cenſuram de illo ſuam contra ipſum *Arnaldum*, alioſque Sorbonitas, quibus ea diſplicuit, ſuſtinere laborat. *Agapii* meminit idem *Simonius* in *Epiſtolis ſelectis* Gallicè editis, *Tomo II. Epiſt.* 7. *p.* 46. & *Epiſt.* 11. *p.* 69. & 75. Arabicam verſionem memorat *Mich. Nau* in *verâ Græcæ Romanæque Eccleſiæ effigie*, p. 125. eandem fortè quæ MS. extat in Vatic. inter Codd. Amidenſea num. 18. in 8. bomb. 118. ſub tit. *Dux peccatoris : liber aſceticus è Græco in Arabicum tranſlatus à Presbytero Joſeph fil. Abdalla Alepino.*

Ejuſdem *Agapii* quoque extant *νέος παράδεισος*, ſive *Vita Sanctorum*, Venet. 1641. 4. & *Θαυμάσια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου Miracula Sanctiſſimæ Deiparæ*, idiomate item Græco-Barbaro ſcripta atque edita, ex quorum *part.* 3. *p.* 429. locum produxit Rev. *Joh. Wagenſeil* ad tractatum Miſhnicum *Sebchalim* p. 117. Extant *Agapii* Cantus XXIV. in *B. Virginem*, & *ejus Miracula* 68. MS. in Vatic. inter Codd. Amidenſes Arab. n. 19. in fol. 121.

* De *Agapio* Vit Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græcæ *lib. V. cap.* 43. ſeu *Tom. X.* p. 383. *Dupin* Tom. II. *Tab.Auth. Eccleſiaſt.* Sec. XVII. *pag.* 1707. *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. I.* p. 584. *Acta Lipſ.* 1688. *p.* 139. Diction. *Morer.*

AGATHANGELOPHILUS (*Nicol.*) à *Lippenio* memoratus, *Tom. I. p.* 39. ſcripſit *Faſtos Angelicos*, in quibus plerique Anni dies quippiam exhibent ad SS. Angelos ſpectantes &c. *Molſhem.* 1656. in 12.

AGATHANGELUS Bituricenſis, Gallus, profeſſione Capucinus, Provinciæ Turoniæ Concionator fervidus, & in myſticæ Theologiæ ſtudiis longâ annorum ſerie aſſiduè verſatus, vernaculè ſcripſit Sec. XVII.

1. *Opuſculum Spirituale*, in quo Auctoris doctrina, pietaſque maximè elucefcit, illudque dicavit D. Abbatiſſæ *de la Virginité* Sorori Dn. Archiepiſcopi Pariſienſis.

2. *Carmina Elegiaca in laudem Ludovici XIV. Regis Chriſtianiſſimi.* Quæ ubinam edita non indicat *Biblioth. Capucinorum* p. 325.

AGATHENSE Concilium (Gallicè *Agde*) in Provinciâ Narbonenſi à XXXV. Epiſcopis anno DVI. 3. Idus *Septembr.* vel ut alii, 5. Cal. *Septembr.* ad Diſciplinam Eccleſiaſticam priſtino vigori reſtituendam, habitum. Extant hanc in rem Canones XLVIII. quibus XXV. alii poſteà acceſſerunt. *Conc.* Tom. IV. p. 1381.

* *Cave* Hiſt. Liter. p. 359.

AGATHENSIS Diœceſis *Conferentiæ Eccleſiaſticæ de diſciplinâ antiquâ & novâ adminiſtrationis Sacramenti Pœnitentiæ*, Gallicè editæ *Lugduni*, 1695. in 12. 2. vol. * Vide *Diar. Erudit.* ejuſd. anni *p.* 443.

AGATHIUS *de Giudici*, (*a*) alias *Guidiacenſis*, (*b*) & *Guidacerius* (*c*) dictus, Catacenſis, Calaber, SS. Theologiæ & Orientalium Lingg. Profeſſor, claruit A. C. 1540. & ſcripſit

1. *Comment. in Pſalmum XXIV.* vel (ut alii volunt) *in XXIV. priores Davidis Pſalmos*, in quibus maximè Hebraicum Pſalmorum contextum examinat. *Pariſiis* ann. 1521. 1531. 1540. & 1570. prodiiſſe refert *Olearius* in Bibl. Script. Eccleſiaſt.

2. Item *Canticum Canticorum* ſuccinctâ explicatione complexus eſt, & ex Hebræo in Latinum vertit, edit que *Romæ* 1524. fol. quod poſtea *Pariſiis* recuſum fuit 1531. in 4. an cum priori, an verò ſeorſim, dubium.

(*a*) Dupin *Tab. Auth. Eccleſiaſt.* Tom. III. p. 180.
(*b*) Sixtus Senenſ. *Bibl. Sanct.* lib. 4. Poſſevin. *Appar. Sacr. Tom. I.* (*c*) Miræus *cap.* 30. *p.* 128.

AGATHO Magnæ Eccleſiæ CPolitanæ primò Lector, poſtea Bibliothecarius, Patriarchalis Protonotarius, & Cancellarius ſecundus, claruit ab A. 680. quo cùm Lectoris gradum adhuc ſuſtineret, ſanctæ & œcumenicæ ſextæ Synodo Notarius fuit; omniaque quæ in eâ acta ſunt, ordine perſecutus, omnes Actorum Tomos literis Eccleſiaſticis purè & nitidè ſcripſit, & exemplaria à ſe deſcripta in quinque Patriarchalium ſedium uſum tradidit. In vivis adhuc erat An. 712. quo *Libellum* ſive *Epilogum* ſcripſit, in quo ea refert, quæ Philippicus *Bardanes* tyrannus adverſus ſanctam & œcumenicam ſextam Synodum auſus eſt. Extat hic *Libellus* Gr. Lat. *Concil.* Tom VI. *p.* 1401. Prodiit verò in *Auctaris Combefiſ. Bibl. PP.* Gr. Lat. *Pariſ.* 1648. Tom. II. *Agathonis* peroratio ad Acta Concilii ſecundò à ſe deſcripta, ubi *Bardanes* exemplar, quod in Palatio repoſitum erat, flammis tradidiſſet.

* De illo *Cave* Hiſt. Liter. p. 390. *Dupin* Sec. VII. & VIII. *ſeu* Tom. VI. *Biblioth. Eccleſiaſt.* in 4. p. 89.

S. AGATHO Pontifex Romanus, natione Siculus, patriâ Panormitanus, ut adverſus *Ciaconium*, *Maraſiorum* & alios pluribus authoritatibus probat *Ant. Mongitor*, patrem habuit quem alii *Agathonem Pannonium* vocant, alii *Pontianum*, *Pannonio* cognomen *Amonu* ſeu *Amoru* addunt quidam; matris nomen in obſcuro latet. Parentibus defunctis facultates omnes pauperibus diſtribuit, & in Cœnobio tunc S. Hermetis *Panormi*, Ord. S. Benedicti, poſtea verò S. Joannis Eremitarum prima regularis vitæ elementa ſuſcepit; indeque in Cardinalium Senatum adſcriptus ad Pontificiæ dignitatis gradum evectus eſt ann. 678. & conſecratus die 27. Jun. Anno 680. indicto à *Conſtantino* Imp. CPoli Concilio Œcumenico, ipſe habitâ Romæ Synodô rebus Occidentalis Eccleſiæ in Concilio CP. feliciter procurandis viam præmunit, advocato enixis precibus ex Angliâ *Theodoro* Cantuarienſi, quem tamen, quominus Pontificis votis obſecundaret, gravis ſenectus impedit. Miſit *Agatho* ex Romanâ Synodô ad CP. Legatos *Abundantium* Paternenſem, & *Joannem* Rhegienſem Epiſcopos, *Theodorum* & *Georgium* Presbyteros, *Joannem* Diaconum, & *Conſtantinum* Subdiaconum, qui ſuas vices in Concilio generali obirent. Sedit annos 3. menſes 6. dies 14. & obiit die 10. Januar. A. 682. juxta *Pagium*, qui errorem cubare probat in *Anaſtaſii* exemplaribus, ubi dicitur ſediſſe tantùm annos 2. menſ. 6. dies 3. unde emendandos eſſe patet qui *Anaſtaſium* ſecuti idem dixêre, quive ab eo differunt. Romæ ſepultus eſt ad S. Petrum 4. Idus Januar. cum hac inſcriptione :

Pontificalis apex virtutum pondere fultus
Ut jubar irradiat, perſonat ut tonitru :
Qua mox hic peragit doctrinæ fonus & author :

Formar

Format enim geſtu quos docet eloquiis.
Dum ſimul æquiparat virtus, & culmen honoris,
Officium decorat moribus, arte gerit.
Præditus his meritis Antiſtes ſummus Agatho,
Sedis Apoſtolicæ fœdera firma tenet.
En pietas, en priſca fides: inſignia patrum
Intemerata manent uſibus, alme, tuis.
Quis verò numeret morum documenta tuorum,
Formula virtutum cùm tua vita foret?

In Sanctorum numerum relatus comparet apud *Bolland.* ad diem X. Januar. De illo videri poſſunt *Pagius* in *Breviar.* Tom. I. p. 448. *Cave* Hiſt. Liter. p. 388. *Lud. Jacob.* Bibl. Pontif. *p.* 3. & 242. *Dupin* Sec. VII. p. 33. in 4. *Eggs* Pontiſ. doctum p. 140. *Mongit.* Bibl. Sic. *Tom. I. p.* 8.

SCRIPTA:

1. *Epiſtola I.* eaque admodùm prolixa *ad Conſtantinum Imp.* ut inquit *Guil. Cave*, duæ verò juxta alios, ad *Conſtantinum*, ejuſque fratres *Heraclium* & *Tiberium*, quibus eos ad orthodoxam fidem tuendam hortatur: niſi altera ſit quam *ad Imperatorem & Concilium CP.* ſcriptam ait, *de Legatis ad Synodum miſſis.* Extant Gr. Lat. Synod. VI. Action. IV. Concil. *Tom. VI.* prior *pag.* 629. altera *pag.* 678.

2. *Epiſtola I.* ad *Edictum* Archiep. Viennenſem 34. Habetur in *Bibl. Floriac.* & in *Antiquit. Viennenſibus* Joan. Lieuræi, & apud *Baronium* Tom. 8. A. 682. n. 1. Italice verò apud *Aug. Inveges* Tom. 2. *Annal. Panorm.* Sed hanc Epiſtolam rejicit contra *Baronium* Combefiſius *in Hiſt. Hæreſis Monothelit.* atque potius *Leoni II.* adſcribendam.

3. *Epiſtola I. ad Ethelredum* Marciorum Regem & alios *de collata Abbati Medamſtedenſi poteſtate vicaria.* Extat ex *Caveo* in Conciliis Gener. *Tom. VI. p.* 576. eam verò *Dupinius* ab aliquo Monacho Anglo efformatam ſuſpicatur.

Scripſit præterea *Agatho* alias *Epiſtolas*, quarum aliquæ ad Conſtantinum Imp. quibus obtinuit, ut pretio illa à Romanis Pontificibus pro ipſorum conſecratione ſolvi ſolita, remitteretur: hæ à *Ciaconio* in vitâ *Agathonis* memorantur, ſed non extant.

Alias ſcripſit ad Occidentis Epiſcopos, ut contra Monothelitarum dementiam Provinciales Synodos congregarent, quarum vigore plures ſunt coactæ, nempe Anglicana, Gallicana, Mediolanenſis, aliæque à *Beda* hiſt. Anglic. *lib.* 5. *cap.* 20. & à *Baronio* A. 679. n. 1. memoratæ.

Agathonis *Decreta* extant apud *Gratianum* cap. *ſi omnes diſt.* 19. & cap. *Agatho* diſt. 63.

Concilium ejus *Romanum* quo CXXV. Epiſcopi orthodoxam fidem confirmarunt, *Monothelitarum* hæreſim condemnarunt, atque Legationem CPolim ad Synodum œcumenicam decreverunt, A. 680. celebratum, habetur *Tom. V.* Concil. *Binii*, pag. 5.

Agathonis geſta ſcripſere innumeri Authores, ut obſervat *Ant. Mongitor*, qui Vitam ejus à P. *Franc. Scorſo* Panormi A. 1640. ſeorſim editam docet, ut & à *Petro Forti* in Vitis SS. Panorm. & pluribus aliis apud ipſum *Mongitorem* videndis.

AGATHOBULUS Judæus Alexandrinus, quem *in Pentateuchum* Græcè commentatum eſſe, ex *Anatolii* Canonibus Paſchalibus apud *Euſebium* probat *Scipio Sgambatus*, in Archivis V. T. *p.* 501. ubi & *p.* 502. ſuſpicatur eum *Ariſtobuli* in Græcè interpretandis libris Biblicis Collegam extitiſſe, docente Cl. *Wolfio* Bibl. Hebr. *Tom. I. p.* 109.

AGAUNENSE I. Concilium, in Burgundiâ an. DXV. vel ut nonnulli, ann. ſequenti prid. Cal. *Maii* a L. Epiſcopis, totidemque Comitibus habitum, quo Monaſterium Agaunenſe à *Sigiſmundo* Rege pœnitentiam jam agente fundatum, amplis reditibus & privilegiis ornatur; & nova pſallendi inſtitutio, modus ſcilicet Chori perennis, à Synodo comprobatur. Extant hujus Synodi Acta (ſi modò germana & genuina; ſunt enim haud leves ſuſpicandi cauſæ,) *Conc.* Tom. IV. p. 1557. Vid. etiam quæ hâc de re habentur in *append.* ibid. p. 1827. & præcipuè apud *le Cointe*, ad an. 536. p. 534.* *Cave* Hiſt. Liter. p. 359.

AGAUNENSE II. Conciliū anno DCCCLXXXVIII. in Monaſterio S. Mauricii habitum. In quo Epiſcopi & Primores *Rodolphum* Conradi II. filium in Regem Burgundiæ elegerunt & coronarunt. Vide *Rhegin.* in *Chron.* ad an. DCCCLXXXVIII. & *Concil.* Tom. IX. p. 400. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 490.

AGELLIUS (*Antonius*) Neapolitanus, Surrentinus, trium lingg. Hebr. Græcæ, Latinæ peritiſſimus; ex Canonico Regulari S. Auguſtini Acernenſis Epiſcopus, claruit ſub finem Seculi XVI. & initium ſequentis. Obiit anno 1608. Vir, in quo, judice *Morino* in Epiſtolis, *egregia ſunt ingenii, doctrina, ſacrarum litterarum intelligentia munera*, ut teſtatur *Simonius* inf. cit. qui à *Dupinio* omiſſum *Agellium* contendit, quanquam ab ipſo laudatum in *Tom. II.* Tab. Auth. Eccleſiaſt. *Sec. XVII. p.* 1459. ejus quidem ſcriptis minus accuratè recenſitis, quorum ampliorem notitiam hic exhibemus.

SCRIPTA:

1. *Comment. in Lamentationes Jeremiæ: ex Auctoribus Græcis collectum cum explicatione & Catena Græcorum Patrum ex ejuſdem verſione*, Romæ, apud Franc. Zannettum, 1589. in 4. juxta *Toppium* & alios: *Lippenius* habet 1598.

2. *Comment. in Pſalmos, & Divini officii Cantica.* Romæ 1606. *in fol.* Colon. 1607. (alii dicunt Romæ) & Pariſiis 1611.

3. *In Prophetam Habacuc.* Antverp. ex offic. Plantin. apud Joan. Moretum, 1597. in 8. Hanc editionem vidi, non anni 1557. nec 1697. ab aliis perperam, ut videtur, memoratam.

4. *In Proverbia Salomonis, Commentarius, diu expetitus, Aloyſii Novarini operâ, qui additis Græcis, Hebraiſque, quæ deſiderari videbantur, dictionibus, expletiſque lacunis nonnullis, tertiæ variorum opuſculorum parti inſeruit*, Veronæ editorum, 1649. in fol.

5. *In Iſaiam Prophetam à Cap. XX. ad calcem.*

6. *In Danielem expoſitio.*

7. *In XII. Prophetas Minores Annotationes.*

8. Item *in Epiſtolas Apoſtolorum* Gr. & Latinè.

9. *In tria priora Capita Apocalypſeos.*

10. Opuſculum *de ponderibus & menſuris.*

11. *Selecta ex Rabbinorum Commentariis in Job.* Hæc omnia à num. 5. MS. Romæ in Bibl. Quirin. ſervantur.

12 *Cyrilli Alexandrini* libros XVII. *de adoratione in ſpiritu & veritate*, è Græco in Latinum tranſtulit, ac ſcholiis illuſtravit. Romæ apud Georg. Ferrarium 1588. in fol.

13. *Ejuſdem* libros V. *adverſus Neſtorium* Latinè item vertit; ſicuti ejus *Epiſtolas II. ad Succeſſum Epiſcopum.* Ibid. apud eundem.

14. *Procli* Patriarchæ CPolitani *libros ad Armenos* Latinitati item donavit, & ſcholiis adauxit. Opus poſthumum produit.

15. *Vetus Teſtamentum Græcum juxta LXX.* juſſu P. M. *Sixti* V. editum Romæ 1587. in fol. cui ſcilicet operi, nempe in correctione verſionis LXX. Interpp. curis ſuis præ omnibus deſudavit *Agellius*, qui incredibili labore complurium Græcorum Codicum textus contulit, ad lectionis nimirum Hebraicæ fidem aliarumque vetuſtiſſimarum verſionum, ipſorumque LXX. Interpp. prout diverſimodè ab antiquis referentur Patribus, examinatos; ut fuſius obſervat *Jac. Le Long* ex *Joſ. Silos* Hiſt. Clericorum Regul.

Vetus Teſtamentum Latinè redditum ſecundùm LXX. juſſu ejuſdem Pontificis editum Romæ 1588. in fol. cui verſioni egregias curas impendit *Agellius*, ut teſtatur idem *Silos.*

In inſ-

In inſtauranda editione *Bibliorum Sacrorum vulgatæ editionis*; ejuſdem Pontificis juſſu edita Romæ 1592. in fol. non minimas meruit laudes *Agellius*, cujus in eo labore principes fuiſſe partes ac curas teſtis eſt *Silos*. * Vid. hanc in rem elogia quibus cumulatur *Agellius* apud *Jac. Le Long* Tom. I. & II. *Bibl. Sacr.* cujus conſuli poſſunt Indices, ut & *Lippen.* Bibl. Theol. *Toppi* Bibl. Napolet. *p.* 23. *Rich. Simon* Crit. Dupinii *Tom. II. p.* 246.

AGENDA. Varia Cl. Vir *Joannes Fabricius* in Hiſt. Bibl. ſuæ multa *Agendas* commemorat, *Tom.* ſcilicet *III.* p. 368.

Coloniensis Eccleſia. Coloniæ Agrippinæ A. 1637. in 4. Editionem anni 1568. memorat *Poſſevinus* in Appar. ſacro, verbo *Agenda*. Eſt liber Paſtoralis, in quo continentur, quæ in Sacramentis adminiſtrandis, aliiſque ritibus ſacris peragendis, ad Parochorum & Sacerdotum animarum curam habentium, officium ſpectant; de VII. Sacramentorum adminiſtratione, & prædicatione verbi, inſtructione Sacellanorum Parochialium, Vicariorum, Altariſtarum, æditvorum, ludimagiſtrorum, ædilium, magiſtrorum pauperum, obſtetricum, benedictionibus & exorciſmis Eccleſiæ, curâ fidelium ægrotantium, & moribundorum, & in fine exhibetur *Pet. Caniſii* Catechiſmus parvus, cum praxi Catechiſticâ; & Profeſſio fidei Catholicæ, Latinè, Germanicè & Gallicè. Liber hic eſt etiam è Bibliotheca *G. Calixti*, qui & ipſe ad *p.* 45. ubi admonitio poſt baptiſmum ad patrinos proponitur, & ſpiritualis ex baptiſmo cognatio adſeritur. hæc adnotavit: *Videtur ſpiritualis cognatio primitùs introducta, ut non ret patrinos, quod ſuſcepti in baptiſmo non; ut alio loco habendi, quàm germinorum & agnatorum; atque ita etiam tractandi & curandi.* Notabilia autem & orthodoxa ſunt quæ leguntur *p.* 44. 103. 108. 111. 162. 170. 298. 301.

Halenſia in Suevia. *Hala Suevicæ* A. 1543. de verbis quibuſdam orationis baptiſmo præmittendæ, parentheſi incluſis, eum in finem, ne baptizans iis utatur, niſi apud adultos. Inſeritur *p.* 14. Catechiſmus, & *p.* 20. concio ſive admonitio abſolutionis publicæ præmittenda, ad quam nihil aliud requiritur, quàm ut acceſſuri ad S. Cœnam pœnitentiam agant, deſideriumque ſuum Paſtoribus prius indicent, & ſicubi opus eſt, informationem ab ipſis petant, atque accepent. * *Fabric.* Tom. IV. p. 175.

Miadenſia. Lipſiæ A. 1522. in 4. Caracteribus vetuſtis, quibus Monachi uti ſolebant. Præſcribitur exorciſmus ſalis & aquæ, introductio ſponſæ & puerperæ, ordo baptiſandi infantes & pueros, (qui fol. 14. trinâ merſione in modum crucis fieri jubetur,) modus abſolvendi, ratio ſacræ unctionis (in quâ f. 23. dicitur: *Tunc ora Sanctos hos ut orent, quatenus merearis dignè ſuſcipere, in abſolutionem omnium peccatorum tuorum.* Fol. 30. *Accipe ſanitatem, ſurge, & ambula in pace.... Fiatque ei olei ſacri perunctio, morbi præſentis expulſio.* Fol. 34. *Credis, quod propter te mortuus eſt Chriſtus, & quod ſalvari non potes, niſi per meritum paſſionis D. N. J. C. qui ſe pro nobis obtulit in cruce Deo Patri? .... Reſiſte tentationibus fortiter, recurrendo in corde tuo ad crucem & vulnera Chriſti, in nullo alio fiduciam habens,*) ordo ſepeliendi, benedictio cereorum, palmarum, ramorum, florum, & frondium, ignis novi, fontis, herbarum, ſalis & aquæ, novorum fructuum, avenæ, vini, panis, thuris & myrrhæ, domorum, arcæ granarii, camini, putei, novique & vini & panis. * *Fabric.* l. c. *p.* 174.

Moguntinenſis Eccleſia. Mog. A. 1599. cum Catechiſmo *P. Caniſii*. Edita quoque fuerunt A. 1513. de quibus Ven. Abbas *I. A. Schmid.* diſp. *de Agendis*, p. 24. & 1551. *Pag.* 5. proponuntur obſervanda quædam ab iis, qui populum ſunt docturi. In edit. Anni 1513. non reperiuntur hæc abſolventis verba: *Merita B. Mariæ Virginis & omnium Sanctorum* p. 157. In exhortatione ad extremi unctione utentem p. 159. hæc leguntur: *Simus, vitam illam, in quam per mortem, tanquam per januam, introimus, cum nulla calamitate, & amaritudine conjunctam eſſe.* Calixtus ex cujus Bibl. hæc habuit Cl. *Fabricius*, adſcripſit margini, *Quomodo hæc conveniunt cum Purgatorio?*

Agenda Eccleſiaſtica ſuperioris Luſatiæ, in linguam Wendicam traducta. *Budiſſinæ*, 1696. in 4. Primùm illa præſcripta ſunt a *Juſto Jona, Georg. Spalatino, Caſp. Cencigero, Frid. Myconio, Juſto Menio, & Jo. Webero*, deinde correcta ex Electoris AUGUSTI Ordinatione eccleſiaſtica, denique ſuppleta ex *Jo. Schraderi* Formulari eccleſiaſtico. * *Fabric.* Tom. V. p. 134.

AGGÆUS aliis *Haggæus*, Græcis Ἀγγαῖος, Hebræis *Chagg* dictus, qui obſervat *Poſſevinus* in Appar. ſacro, decimus ex Prophetis minoribus, Babylone natus creditur; qua redit cum *Zorobabele* An. M. 3457. ante C. 543. ante Ær. 547. Poſt mortem *Cambyſis*, *Dario Hyſtaſpis* filio regnante, An. M. 3483. *Aggæus* à Deo excitatus eſt, ut *Zorobabelem* Principem Juda, & *Jeſum* filium *Joſedech* Pontificem ad Templi reſtitutionem diu intermiſſam exhortaretur. Propheta igitur eorum negligentiam redarguit. *Aggæi* monitis excitati, Anno M. 3484. *Darii* ſecundo, menſe 6. anno decimo ſexto a reditu Babylonico, Templum reſtaurare Judæi perrexere. Vix operi manus admota eſt, cùm Dominus *Aggæum* juſſit nunciare, ſi quis inter ipſos primum *Salomonis* Templum vidiſſet, nec ſplendidum adeo hoc cerneret, ne animis caderet, aut hoc minoris quam illud faceret; cum illuſtrius & venerabilius illo Templum iſtud, non divitiarum copia, ſed Meſſiæ præſentia, & beneficiis, quæ illis conferre ſtatuerat, Dominus foret redditurus.

De *Aggæi* morte nil notum. S. *Epiphanius* hunc Hieroſolymæ inter Sacerdotes ſepultum ait; ex quo illum ex *Aaronis* ſtirpe fuiſſe colligi poſſet: nihil tamen *Aggæus* ipſe commemorat, quod hanc ſententiam confirmet. Cujus feſtum Græci die 16. Dec. Latini die 4. Julii celebrant. Hæc habet *Aug. Calmet* in Diction. S. Script.

Sixtus Senenſis Lib. I. *Bibl. Sanct.* p. 15. *Aggæum* Hieroſolymis deceſſiſſe dicit, annis 50. poſt reditum è Babylone A. M. 3469.

Aggæus, juxta *Bellarminum*, prophetare cœpit A. M. 3465.

Pſalmos aliquot ab *Aggæo* compoſitos & ſcriptos eſſe volunt Rabbini quidam, eos ſcilicet qui in titulo nomen *Aggæi* præ ſe ferunt, ut Pſalm. CXII. *Alleluja*, reverſionis *Aggæi* & *Zachariæ*: Pſalm. CXLVI. *Alleluja, Aggæi & Zachariæ*: Verùm ita hos inſcriptos putat *Bartoloccius* Bibl. Rabb. *Tom. II. p.* 828. quia poſt reditum è Babylone ab his Prophetis decantati fuerunt unà cum populo, quibus fortaſſis & ipſi *Alleluja* addiderunt; unde cùm ab *Epiphanio* dicitur *Aggæum* omnium primum cecinisse *Alleluja*, intelligi vult in Templo ſecundo; exiſtimans in Templo primo etiam fuiſſe in uſum *Alleluja*, eùm inſertum quandoque inveniatur inter Pſalmos, ut Pſal. 135. v. 3. *Hallelujah Laudate Dominum quoniam bonus eſt Dominus*: quibus addit, hujuſmodi titulos *Aggæi & Zachariæ* in Pſalterio Hebraico hodie non inveniri.

* De *Aggæo* præter citatos agunt *Dupinius* in Diſſert. Prælim. Bibl. nov. in 4. p. 27. *Rich. Simon.* Crit. Dupinii *Tom. IV.* p. 528. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Vet. Teſt. *Tom. II. Diſſert. VI.* art. I.

AGILBERTUS Germanus, Monachus & Prior Cœnobii SS. Udalrici & Afræ Auguſtanæ, quique fuit Congregationis Burſfeldenſis, ſcripſit ſub *Maximiliano* I. Cæſare, id eſt Sec. XV.

Vitam & Miracula S. Simperti Epiſcopi Auguſtæ, ut docet *Poſſevinus* in Appar. ſacro.

AGIO Abbas Monaſterii Vabrenſis, ſcripſit Sec. IX. ut habet *Jac. Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ, *n.* 2084.

Epiſtolam hiſtoricam de origine & fundatione hujus Monaſterii, quod poſtea in Epiſcopatum abiit. Hujus fragmentum habet *Catellus* in Hiſt. Comitum Toloſan. *pag.* 70. & 71. *Pariſ.* 1623. in fol.

AGITTA (*Placidus*) Pactenſis, ex Clericis Regularibus Miniſtrantibus Infirmis, Theologus eximius, apud ſuos doctrinâ, & autoritate claruit. Graviores Philoſophiæ, ac Theologiæ diſciplinas doctiſſimè docuit. Nonnullas Ordinis domos rexit: Romanam Provinciam, ac Siculam ſemel & iterum gubernavit. Generalem Commiſſarium in tota Sicilia S. Inquiſitionis egit: ac in eodem Tribunali Conſultor, & Cenſor effulſit. Dum Siculæ Provinciæ præeſſet, deceſſit Panormi menſe Jul. anno 1675. Ipſum laudibus extollit *Franciſcus Apares* in Siculo Triumpho *pag.* 56. Scripſit Italicè, teſte *Mongit.* Bibl. Sic. *Tom. II. p.* 184.

Vita, è Martirio di S. Febronia Vergine, è Martire Cittadina di Patti in Sicilia, col Compendio della Vita di S. Liberale Veſcovo, e Martire. Romæ, apud Ignatium de Lazaris 1663. in 12.

AGIUS Presbyter, & Monachus Ord. S. Bened. ſcripſit Sec. IX.

Vitam S. Hathumoda prima Abbatiſſa Gandersheimenſis ejusd. Ord. & *Dialogum*, Elegiaco verſu, *de obitu illius.* Eruit R. P. *Bened. Bonnethus*, Benedictinus Mellicenſis, ex Cod. MS. Monaſterii Ochſenhulani in Suevia, ediditque *Pezius* in *Theſ. Anecd.* Tom. I. Part. III. *p.* 288. *ſeqq.*

Deceſſit Sancta hæc 3. Cal. Dec. A. C. 874. cujus coævus fuit *Agius*, diverſus, ut videtur, ab *Agione*, de quo ſupra, licet eodem ſeculo vixerint.

AGLÆONIUS (*Andreas*) cujus recenſet *Becmannus* in Memorand. Francof.

Quæſt. *an certum aliquid Antichriſti nomen extet, cui numerus Apocalypticus 666. exacte & congruenter inſit, & quodnam illud ſit.* Gryphisw. 1600. in 4.

AGLIATA (*Bernardinus*) nobilis Panormitanus Juriſconſultus, doctrinâ, ingenio, & eruditione clarus. Cauſarum Patrocinium cum ſui laude Panormi agebat A. 1714. ſcripſitque, teſte *Mongit.* Tom. I. *Bibl. Sic.* p. 104.

Allegationes in cauſa pracedentia ad intellectum Conſtitutionis LXXIV. Gregorii XIII. aliorumque Apoſtolicorum diplomatum, ac S. R. C. Decretorum ſuper materia de qua agitur emanatorum pro RR. PP. S. Maria Angelorum, cateriſque Regularibus, contra Rev. Patres S. Ziſa. Panormi, ex typographia Jacobi Epiro 1690 in fol.

AGNELLUS Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, nobili loco natus & conditione opulentus, mortuâ uxore ab Eccleſiæ Archiepiſcopo qui obiit A. 542. Diaconus factus, Templo D. Agathæ præfectus eſt, *Maximianoque* Archiepiſcopo defuncto ſuffectus ex communi conſenſu Anno 555. ut vult *Caveus*, vel 558. juxta *Oudinum.* Mediante *Narſete* Juſtiniani duce, omnia Gothorum bona in Ravennatenſis Eccleſiæ uſum obtinuit, Templa ab Arianis extructa, eorumque ſacris inquinata, purgavit, & ad verum Dei cultum traduxit. Prægrandem crucem argenteam Deo obtulit, quæ hactenus in Urſiano templo aſſervatur. Ædificavit Sto Gregorio, conſecravitque templum. In eadem Urſianâ Eccleſiâ marmoreum ſuggeſtum ad conciones babendas ſuſpendit. Cùm demùm nihil omiſiſſet quod ad pium Antiſtitem ſpectare videretur, obiit anno ætat. 94. A. C. 556. Cal. Sextil. juxta *Caveum*, vel, ut habet *Oudinus*, A. 566. Cal. Aug. ætatis anno 84. & in Eccleſia S. Agathæ ſepultus, cum hac inſcriptione.

Pontificis requiem cæleſti munere geſtat
Agnellus *virtute Dei, non perdidit illam,*
Qui optatam meruit lucis cognoſcere pacem,
Corporis ipſe ſui templum ſervavit honeſtum.
Juſtus, cum Sanctus, Chriſto mediante reſurget:
Sic queque pro meritis gaudet, qui talia geſſit.
Hic requieſcit in pace Agnellus *Epiſcopus*
qui ſedit
Annos XIII. menſem unum, dies octo.
Vixit Annos LXXXIV.
Depoſitus eſt ſub die Calendarum Auguſti
Indictione XIV.

Scripſit *Epiſtolam de ratione fidei ad Armenium*, quâ præcipuæ *Arii* objectiones contra divinitatem filii doctè confutantur. Habetur in *Antidoto contra hæreſes* Baſil. 1528. in *Hæreſeologiâ* Baſil. 1556. in *Bibl. PP. Pariſ.* 1575. Tom. I. & 1589. Tom. III. item in *Bibl. PP. Colonienſ.* 1618. Tom. V. Part. III. ac in *Lugdunenſ.* 1677. Tom. VIII. Seorſim verò prodiit *Helmſt.* 1613. in 8. editore *J. Fuchten*, & *Itala*, 1663.

* De *Agnello* vid. *Cave* Hiſt. Liter. p. 342. *Oudin.* Tom. I. p. 1443. *Oleat.* de Script. Eccleſiaſt. p. 19. *Poſſevin.* Tom. I. Appar. Sacr. *Dupin* Sec. VI. p. 85. & Tom. III. *Tab. Auth. Eccleſiaſt.* p. 280. ubi duplicem *Agnellum* & Epiſtolam effinxit. Prolixiores de illo ſunt *Hier. Rubeus* Hiſt. Ravenn. lib. 3. p. 169. *Ughellus* Ital. Sacr. *Tom. II.* in Archiepp. Ravenn. *p.* 336.

AGNELLUS (*Andreas*) Abbas primum S. Mariæ ad Blachernas, & S. Bartholomæi Ravennatis, hinc autem Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, in eâ ſede ordine X. temporibus *Ludovici Pii* circa A. 840. floruit, vir arte eloquentiæ præſtantiſſimus, atque acri in omnibus rebus ingenio præditus, ut de eo *Hier. Rubeus* lib. 5. *Hiſt. Ravenn.* tradidit, qui de Hiſtoria ejus Ravennatenſi hæc paulò poſt ſubjungit: *Hæc ex Andrea Agnello deſcripſimus, qui his non ſolùm interfuit, ſed præfuit, ſummâque doctrinâ eruditus, de Ravennatibus Archiepiſcopis volumen graviſſimè ſcriptum reliquit. Quod cùm diu in Archiepiſcopatûs Bibliothecâ fuiſſet, ſuperioribus annis cum multis aliis ſublatum, nullibi invenitur, magnâ quidem certè jacturâ.* Opus porrò iſtud Agnelli *de Archiepiſcopis Ravennatibus*, cùm tandem neſcio quo caſu, in Bibliothecam Ser. Ducis Mutinenſis perveniſſet, illud in lucem emiſit *Bened. Bacchinius*, Benedictinus, hoc titulo:

Agnelli, qui & Andreas, Abbatis Ravennatis, Liber Pontificalis, ſive Vita Pontificum Ravennatum. D. Bened. Bacchinius, *Abbas S. Maria de Lacroma, O.S.B. Congregationis Caſſinenſis, ex Biblioth. Eſtenſi eruit, Diſſertationibus & Obſervationibus, nec non Appendice monimentorum illuſtravit & auxit.* Mutinæ, typis Ant. Capponi, 1708. in 4. Tomis II. de qua editione videri poteſt *Diarium Erudit. Pariſ.* A. 1710. p. 563. *Diar. Italic.* Tom. I. p. 69. II. 356. &c. & *Acta Lipſ.* ejusd. anni, *p.* 330. ad 336.

Rectè obſervant Eruditi Lipſienſes, *Agnellum* hunc plures eundem credidiſſe, qui Sec. VI. Ravennatium Epiſcopus fuit, de quo ſupra diximus, quem in errorem adductum dicunt *Voſſium* lib. 3. *de Hiſt. Lat.* ac proinde merito à *Sandio* in Animadverſ. ad eum *p.* 291. ut & ab eruditiſſimo *Agnelli* editore emendatum. Præmiſſa eſt autem Operi huic Præfatio longior, cujus initio vitia quædam *Agnelli* recenſentur, ſed ejus ferè generis, facilè ut ea condonaturus Autori fuiſſe videatur Cl. *Baschinius*, niſi idem ſæpius invectus eſſet in Præſulum ſuæ ætatis mores corruptiſſimos, ac præterea Jura Romani Pontificis in Epiſcopos Ravennatium identidem oppugnaſſet; quæ & cauſa fuiſſe videtur, cur liber jam A. 1708. prælo abſolutus, anno tantùm 1710. in vulgus prodierit. Hac enim re inductus, non ſolùm ſæpenumero eum vocat ſchiſmaticum, ſed & contra eum qui *P. I. p.* 281. tradit, *Valentinianum III.* Imp. Præſuli Ravennati pallium conceſſiſſe (quod & *Rubeus* memoriæ prodidit,) & *P. II. p.* 85. refert, *Maximianum* Epiſcopum Ravennatium pallium à *Juſtiniano* Imp. accepiſſe, copioſè diſputat, eumque erroris convincere operoſe conatur in Præfatione à *p.* 20. ad 45. & ad finem uſque Præfationis. Illud tamen non diſſimulat, *Agnellum* omnium primum Ravennatium Pontificum Acta perſcripſiſſe, ejuſque operâ eſſe uſos, quotquot eodem de argumento poſtea ſcripſerint. Ipſum opus in *duas Partes* ſecuit: *priore* Vitas Archiepiſcoporum ab *Apollinari* ad *Eccleſium* uſque complexus; *poſteriore* ab *Eccleſio* ad *Georgium* qui Sec. IX. Epiſcopatum geſſit, *Agnello* συγχρονῳ. In utraque Parte ità

verſatus

Digitized by Google

verſatus eſt Editor, ut non ſolum Vitis ab *Agnello* deſcriptis ſubjecerit Obſervationes, multum lucis Autori affundentes, verùm etiam ſeptem interſeruerit Diſſertationes hiſtorico-chronologicas, quibus ſingulorum Pontificum ætatem exquirit, ac temporis diligentiſſimam habet rationem. Quid? quod nec dubitavit *Agnello* præmittere Scholaſtici anonymi verſus, rudes quidem & impolitos, qui in MSto Codice exſtiterant: quos & doctè illuſtrat explicatque; quando vero ad hoſce verſus perventum eſt, de *Petronacio* Archiepiſcopo agentes,

Alterum ab undecimo quem Presbyterumque creavit,
Summus is Antiſtes meritò ſedet urbis opimæ,

eos ita *p.* 57. explicat, quod ſignificetur his verbis, *Petronacium* undecimum eſſe à *Theodoro*, qui Romani Præſulis obedientiæ ſe ſubmiſerit. Sed *p.* 61. ingenuè fatetur, ne ſibi quidem ipſi hanc explicationem ſatisfacere, *cum alter ab undecimo non ſit undecimus*. Liceat igitur paucis Poëtæ mentem declarare. Nimirum citatis verbis non *Petronacius* deſcribitur, ſed *Agnellus* noſter, quem *Petronacius* alterum ab undecimo, hoc eſt, decimum Presbyterum ordinàrit. Id quod confirmatur ex ipſo *Agnello* qui *P. II. p.* 103. in Vitâ *Maximiani* disertè ſcribit, *ſe eſſe decimum Presbyterum in ordine ſedis*. Abſolutum hac methodo opus excipit Appendix, quæ continet primum compendioſiſſimam Archiepiſcoporum Ravennatium hiſtoriam, ab Anonymo quodam uſque ad *Opizonem*, qui fuit octogeſimus tertius Archiepiſcopus, A. 1300. mortuus, deductam. Ubi tamen diligentiſſimus Editor complura alia monimenta nondum ante edita inſeruit, ut *p.* 9. - 34. Vitam *S. Severi*, Ravennæ Archiepiſcopi, ex Lectionario antiquo Ravennati deſcriptam. Hanc verò Vitam ex *Agnello* deſumptam eſſe collatio manifeſtum reddit, ita tamen, ut hiſtoriis ab *Agnello* narratis, ſi modo ſunt hiſtoriæ, & non potius manifeſtæ & putidiſſimæ fabulæ,) additæ ſint morales digreſſiones. Rurſus *a p.* 39. ad 58. ex antiquo quodam Lectionario publicatur Vita *Barbatiani* Confeſſoris, quæ & ipſa referta eſt magna & vere incredibili miraculorum ab eo patratorum multitudine. Porro *p.* 61. - 67. exhibetur venerandæ antiquitatis documentum de fundis Sicilienſibus, ex autographo in papyrò Ægyptiacâ deſcripto deſumptum. Quod cum *Mabillonius* in Append. operis ſui Diplomatici jam edidèrit, *Bacchinius* factâ autographi & editionis *Mabillonianæ* collatione, id recudendum curavit. Sic *p.* 80. ad 90. ex Cathedralis Murinenſis Tabulario, edidit Acta *avindam* Concilii Romani ſub *Nicolao* I. Papa, contra *Joannem* Ravennatem Archiepiſcopum habiti. Memoratu etiam digna eſt, quæ *p.* 94. ad 96. extat Conſtitutio *Ottonis* Imp. in Romano Concilio A. 998. habito cujus alibi mentionem fieri *Bacchinius* non meminit,) qua Epiſcopi & Abbates prohibentur, poſſeſſiones Eccleſiaſticas vendere, vel cognatis ſuis donare. *Pag.* 110. hujus Appendicis, ubi finitur Hiſtoria Anonymi memorata, ſequitur Continuatio ejus, Auctore *Paulo Scordili*, qui ſe fuiſſe Doctorem Decretorum & Præpoſitum Ravennæ, ipſe teſtatur *pag.* 131. 124. & 137. Auctor iſte ſequentium Archiepiſcoporum Ravennatum vitas uberius perſequitur, uſque ad ſua tempora, adeo uſque ad *Joannem* Archiepiſcopum XCV. qui vixit initio Sec. XV. Hic rurſus doctiſſimus Editor interjecit curioſa quædam & antiquitatum cultoribus gratiſſima. Nam poſt *pag.* 238. quatuor æneis laminis deſcripta exſtat ſedes Pontificum Ravennatium, quam ſe vidiſſe *Bacchinius* teſtatur in archivo Archiepiſcopalis illius Eccleſiæ. Denique *pag.* 341. & ſeqq. ex Codice membranaceo Tabularii Murinenſis Cathedralis, qui Sec. XI. ſcriptus videtur Editori, exhibetur Calendarium pro divinis officiis, & regulæ pro anni temporibus, quibus ex Computiſtarum rationibus ea diſponebantur. Sed redeundum eſt ad *Agnellum*, cujus fides in antiquorum Epiſcoporum vitis non videtur omni exceptione major: quippe cùm ipſemet fateatur, ſe conſcribere hiſtorias vulgò creditas, & communi traditione nixas: ſed circa tempora ab ſe propiùs remota, major ejus eſſe debet authoritas. Primum Ravennæ Epiſcopum facit *S. Apollinarium*, natione Antiochenum, *Petri* Apoſtoli diſcipulum, quocum Romam perveniſſe, & ab eo poſt aliquot annos Pontifex ordinatus eſſe ſcribitur. Ab eo refert *Agnellus* plurima miracula patrata eſſe, quæ recenſet, addens, ei in vincula conjecto, Angelum victum cœleſtem miniſtraſſe. Tandem Epiſcopatu annis 28. geſto, cum martyrio coronatum eſſe refert temporibus *Veſpaſiani Cæſaris*. Imprimis lectu digna eſt Vita *Mauri* part. 2. *p.* 270. *& ſeqq.* cujus contentiones cum Papa Romano enarrat *Agnellus*, & ſimul affert ejus Epitaphium hiſce verbis conceptum: *Hic requieſcit in pace Maurus Archiepiſcopus, qui vixit annos LXVII. qui tempore Domini Conſtantini Imperatoris, liberavit Eccleſiam ſuam de jugo Romanorum ſervitutis.* Nec obſervatu indignum, quod *Agnellus* in prologo operis ſui p. 73. *Libros Dialogorum* Gregorio M. Papæ tribuat, de quorum Auctore aliàs Eruditi diſputant. Nec pauca ſunt in *Agnello*, civilem illuſtrantia hiſtoriam. Sic *part.* 2. *p.* 178. meminit *Narſetem* Romæ obiiſſe annos 95. natum, ibidemque & ſeqq. pagg. *Alboini* Longobardorum Regis cædem opera uxoris *Roſimunda*, cui patris ſui cranium vino repletum præbuerat bibendum, patratam meminit, quam hiſtoriam paulò aliter enarrat *Paul. Warnefrid.* lib. 2. cap. 28. Idem *Agnellus* part. 2. *p.* 466. teſtatur, *Carolum M.* obiiſſe die 30. Januar. Sed operæ pretium majus facturi videmur, ſi ex doctiſſimis Editoris annotationibus, nonnulla afferamus in gratiam ſtudioſorum antiquitatis. *Part.* 2. *p.* 488. obſervat, Oblatas ſive Hoſtias *Agnelli* ævo, diverſæ quidem formæ fuiſſe, & differentis artificii à vulgari pane: eas tamen, licèt ex azymis confectas, ad placentarum modum craſſas fuiſſe & in furno coctas. *Part. I. p.* 104. *& ſeqq.* eruditè demonſtrat, Acta Concilii Romæ à *Julio* celebrati A. 337. quæ circumferuntur, & a *Baronio* pro genuinis habita ſunt, eſſe ſuppoſititia. *Julium Firmicum Maternum*, (quem à *Baronio* inter Epiſcopos Mediolanenſes malè referri notat,) Opus ſuum *de Myſteriis profanarum religionum* ſcripſiſſe imperantibus *Conſtantio* & *Conſtante*, poſt A. C. 348. oſtendit *part. I. p.* 113. *& ſeqq.* Elegans quoque eſt obſervatio *part. I. p.* 298. *& ſeqq.* & *part. II. p.* 65. non licuiſſe olim intra Baſilicas ſive Templa, fidelium corpora ſepeliri: ſed tamen fas fuiſſe, cæmeteria circa Templa fieri, nec non ædiculas fidelium ſepulturæ dicatas. Cum verò ex *Petr. Chryſologi*, qui Sec. V. Ravennæ Archiepiſcopus fuit, verſibus ab *Agnello* part. I. p. 330. allatis:

... Se ſternat humi, morboſque latentes
Ante pedes Medici curâ properante recludat:

Bacchinius in præf. *§. VIII. p.* 14. probari poſſe putat, *auricularis confeſſionis praxin*, illo jam tempore vigentem; veremur ut cordatiorum multos in aſſenſum pertrahat. Quando *Agnellus* part. I. p. 233. in Vitâ *Petri* memorat, eum *alapas Evangeliorum* ex auro optimo & gemmis lucidiſſimis feciſſe, & effigiem illius itidem factam fuiſſe; annotat *Bacchinius* p. 235. per *alapas* hoc loco intelligi tabulas exteriores, quibus Evangeliorum liber compactus fuerat: addens, barbarum illud *alaparum* nomen, Gloſſariorum ſcriptoribus ignotum eſſe. Sed veremur, ne librarii manus iſthoc loco aberraverit, & pro *alas* oſcitanter *alapas* ſcripſerit. *Alarum* certè vocabulo commodè inſigniri poſſunt duæ illæ tabulæ, quibus libri compinguntur: quem ad modum & latera templi *alas* vocata eſſe, ex *Gervaſio* quodam, probat *Carol. du Freſne* in Gloſſario. De *Hier. Rubeo*, Ravennatis hiſtoriæ ſcriptore perceelebri, *part. I. p.* 8. hoc fert judicium: *Fecit id ille ſane ſumma latini ſermonis puritate, eoque accurato ſcribendi genere, quo Livii gloria æmulus audit: at quod pertinet ad chronologiam, rerumque & Scriptorum criſin, plura ex arbitrio ſcripſit, & ſæpius veritatem ita pavigis ornavit, ut ſimplicitate adempta fucum obtruſerit. Verùm, quod pluris eſt, ſpretis veris Agnello narratis, falſa nonnulla ita inſeruit,* ut

ut Agnello tanquam gravi auctore laudato, *& ejus*, *& vera eſſe*, *ullas vix inficiari poſſit*. Et jam *part. I. p.* 80. refert, *Rubeum* hiſtoriam illam ſuam, novâ editione, eâque ſupra dimidium auctâ *Venetiis* A. 1590. in publicum produxiſſe. In antiquarum fabularum numero ponendum eſt, quod Monachi in vitis Epiſcoporum deſcribendis perſæpè memorant, ſupra caput eorum ad Epiſcopatum electorum apparuiſſe columbam. Videatur hujus operis Appendix *p.* 4. 5. 13. 14. & pluribus locis, & ipſe *Bacchinius* part. I. *p.* 173. *& ſeqq.* Id quod in memoriam nobis revocat hiſtoriam in Actis de Martyrio *Polycarpi* conſtantem, quâ traditur ex *Polycarpi* gladio confoſſi corpore columbam proceſſiſſe. Hinc enim liquet, Auctorem illorum Actorum eò reſpexiſſe, quod ſicut Spiritus S. ſub ſpecie columbæ, ſupra *Polycarpi*, cùm Epiſcopus eligeretur, caput apparuerit: ita jam ex ejus corpore, cùm anima diſceſſerit, hoc facto teſtatus, *Polycarpum* verum, Sanctoque Spiritu repletum fuiſſe Epiſcopum. Ex quo colligere licet, Acta illa Martyrii, ſi non planè ſubdititia, certè à credulo quodam & ſuperſtitioſo Græculo interpolata fabuliſque aucta eſſe. Antequam de manu deponamus eximium hoc opus, lubet quædam *Agnelli* teſtimonia afferre, de corruptis Clericorum moribus. Ac ſane mirandum eſt, *Bacchinium* in his fidem derogare *Agnello*, cùm tamen omnis ævi hiſtoria confirmet, nimiis Epiſcoporum honoribus opibusque, ſanctitatem morum velut ſuffocatam eſſe, & ejuſdem generis complura teſtimonia in hoc ipſo opere exhibeantur, & quidem in monimentis non ab *Agnello* profectis. Graviter itaque *Agnellus* conqueritur de Epiſcoporum ſui ævi avaritiâ, luxu & turpiſſimis moribus, *P. II. p.* 101. 202. 224. & ſeqq. 231. 233. 295. ſeqq. 304. Et *P. II. p.* 39. laudato *Eccleſio* Archiepiſcopo exclamat, *Hea vobis gregibus*, *quales erant Paſtores! quantum mutati eſtis ab illis!*

Huic operis analyſi addere liceat quæ de *Bacchino* habet *Oudinus* Tom. II. *Script. Eccleſiaſt.* p. 161. *Bacchinus*, ait ille, *multa meritus dicitur in Romana Eccleſia gratiam*, *qua ab antiquis temporibus Eccleſiam Ravennatem à ſe ab omni ævo independentem*, *ſibi ſubjugare*, *omnibus machinis & fraudibus tentaverat*: cumque multa de hoc facinore diſſimulaverit, ne Romanis Pontificibus diſpliceret, independentiam Ravennatis Eccleſiæ explicat *Oudinus* l. c. ipſis verbis *Chriſtoph. Sandii*, qui argumentum diffusè tractavit in *Hiſt. Eccleſiaſt. enucleatâ*, ſeu *Hiſt. Arianorum* lib. 3. p. 297. & ſeqq. edit. Amſtelod. in 4. 1676.

Habetur item *Agnelli* opus apud *Muratorium* Tom. II. *Script. Rerum Italic.* Mediolani 1723. fol.

AGNENSIS (*Jo. Baptiſta*) Cymus, Sacerdos multis nominibus colendus, ſervus a Syrmate *Julii* Card. *Roſpiglioſi*, quam ſervitutem luminibus orbatus licèt depoſuerit, ſub ejuſdem tamen patrocinio & munificentia vixit. Aſſumptus enim *Julius* Cardinalis ad ſummum in Eccleſia Principatum, non dedignatus eſt infima quæque benignis oculis reſpicere. Noſter igitur *Agnenſis* cæcitate affectus, mirâ facilitate, ſummoque ingenio nomina invertiſſe & commutaſſe dicitur.

Anno 1660. *Viennæ Auſtriæ* evulgavit *Pſalterium primum Anagrammaticum Marianum immaculatum*, ſeu *Anagrammata CL. pro Virgine Maria immaculatè concepta*, ex his ſalutationis Angelicæ verbis eruta: *Ave Maria gratia plena. Dominus tecum.*

Anno 1661. *Romæ* typis tradidit *Anagrammata alia C. pro Deipara Virgine ſine peccato originali concepta*, & *Pſalterium ſecundum Anagrammaticum Marianum immaculatum*, ſeu *Coronam Anagrammaticam gemmarum* 12. *in honorem Deiparæ Virginis ſine labe concepta*, duodecies multiplicatis Anagrammatibus, in quibus ſingulis eadem Deipara Virgo in ſuo conceptu pura ut gemma continuò celebratur, ex iiſdem ſalutationis Angelicæ verbis.

Anno 1664. ibidem publici juris fecit *Pentacroſtichidem Anagrammaticam Marianam immaculatam*, qua Maria Deipara immaculatè concepta celebratur quinque Acroſtichidibus complectentibus 155. Anagrammata, ex eadem ſalutatione Angelicâ deprompta.

Anno demum ſequenti *Conceptionem ejuſd. V. M.* Anagrammatibus 15000. ex eodem ſalutationis Angelicæ programmate deductis celebravit. Vivebat Anno 1672. ut ſcribit *Oldoinus* in Athen. Liguſt. *p.* 308.

AGNES *Aſſiſinas*, virgo Germana S. Claræ Monialis Ord. Minorum, vixit A. 1220. & ſcripſit aliqua pia. *Epiſtolam* autem ipſius ad ſuo Claram, & ad Collegium Sororum adſcripſit ſuo Catalogo *Henr. Willot* Belga, ut teſtatur *Poſſevinus* Appar. ſacr. *Tom. I.*

AGNESIUS (*Joh. Baptiſta*) vulgò *Agnes*, gente Hiſpanus, Valentiæ natus atque educatus, pietate & literis claruit circa medium Sec. XVI. Sanctiſſimis quippe moribus, charitate & modeſtia Sacerdotalem decorabat ſtatum, beneficio quodam & loco in patria Metropolitana Eccleſia donatus. Eruditionem vero ſic præſtantem totius doctrinæ tam ſacræ quam prophanæ ſibi familiarem fecit, quam cives ejus æqualeſque illius temporis ſummè deprædicant, quamque & ingenium, quo pollebat, eximium elegantiſſimis verſibus, tam de re ſacra quàm prophanâ diſputans, etiam doctiſſimis approbavit. Jacet *Agneſius* Valentiæ in Monaſterio S. Juliani, pretio magno & veneratione habitus, ut refert *Eſcolanus* Hiſt. Valent. *lib. V. cap. X. n.* 15. apud *Nic. Antonium* Bib. Hiſp. *Tom. I. p.* 488.

SCRIPTA:

1. *Apologeticus Panegyricus de laudibus D. Hieronymi*, carmine Elegiaco adverſus *Eraſmum*, qui virginem fuiſſe negaret, & ſomnium flagraque ob *Ciceronis* lectionem elevaret, A. 1550.
2. *De SS. Luciæ, Magdalenæ, Martini, Chriſtophori Vitâ*, A. 1554. ſimiliter verſibus.
3. *Epiſtolarum Libb. II.* carmine Elegiaco, & varia alia Poëmata: quæ omnia prodiiſſe putat *Antonius* A. 1558. ſub nomine *Operum Poeticorum.*

Solutâ vero oratione duo hæc laudat *Eſcolanus* inter alia:

4. *Fundacion de la Igleſia de San Chriſtoval de la Ciudad de Valencia.*
5. *Apologia por los Cavalleros del Reino de Valencia contra los Comuneros.*

Sṭæ AGNETIS Moniales ita dictæ à Templo, Divæ Agneti dicato, quod A. 1491. extruxit eques *Ger. Heemſkerke* à Conſiliis JOANNIS Bavariæ Ducis, *Dordraci* Urbis Hollandiæ prope Monaſterium quod erectum fuerat A. 1326. Illud Nobilis Fœmina, in Norwegia nata, nomine *Walburga*, ex ſuo ære redditibus auxit, ac ſeipſam in eodem cum ſelectis Virginibus Deo obtulit. Ibi juxta Regulam D. *Auguſtini* ſuos mores inſtituerunt, & Divinas laudes perſolvebant, veſte albâ indutæ, addito ſcapulari, pariter albo: Caput velamine nigro tegebant, & criſpato collari cervicem circumdabant. Votis Religioſorum devinctæ in Clauſurâ vivebant, & Moniales divæ Agnetis vulgò vocabantur. Aſt jam penitùs defecerunt, ut ſcribit *Bonaani* Tom. II. art. 3.

AGNI *vel* Agnelli (*Johannes*) vulgari Belgico *Lammens*, Flander, Ord. FF. Prædic. Gandavenſis patria & profeſſione, pietate, doctrina, facundia, ſalutis animarum ſtudio, miraculorum etiam gloria claruit vergente ſeculo XIII. Pariſiis in Gymnaſio San-Jacobæo ſtudiorum curſum exegit, aderatque etiam in anno 1273. inter concionatores ſacræ facultatis cooptatus. Gandavum reverſus, verbi Dei prædicationi ſtrenuus incubuit, cum fructu ubique certatim auditus. Suis aliquando Gandavenſibus præfuit Prior electus, & ex tabulis ejus domus anno 1295. tranſiit ad meliora. Ab eo prodiit liber hoc titulo:

1. *Formula vitæ cujuſlibet Chriſtiani.* Item & *Sermo* notandus
2. *In die natalis Domini poſt prandium.* Filius da-

tus eſt nobis.

Recenſetur noſter cum *Ægidio de Aureliaco* inter Concionatores eodem tempore *Pariſiis* claros, ut in *Scriptor. Ordin. Prædicat.* Tom. I. *p.* 268. & 449.

AGNI *de Lentino* (*Thomas*) rectius *de Leontio*, ſeu *Leontinenſis*, vernaculè *Lentini*, à patria inſulæ Siciliæ civitate olim epiſcopali, nunc verò Catanenſi adjuncta nuncupatus, Ord. FF. Prædic. in ipſis Ordinis initiis, id eſt paulò poſt 1220. ei nomen dedit, quem egregiis dotibus ornavit, & promovit plurimum novis erectis domibus, ac inter alias inſigni *S. Dominici* Neapolitana, quam à fundamentis inchoavit anno 1231. & diutius prior præfectus adminiſtravit, eoque munere fungens, id habuit felicitatis, quo memoriam ſibi peperit immortalem, ut adoleſcentem *Thomam de Aquino* veſte Dominicana induerit, non anno 1238. ut quibuſdam excidit incautis, ſed anno 1243. *Innocentio* IV. à Junii 24. ſedente, ac Magiſtro Ordinis IV. F. *Johanne de Wildeſhuzen*, ut habet *Tholomæus de Lucha.* Tuſciæ ut tum dicebatur ſeu Romanæ Provinciæ prior provincialis poſtea electus fuit anno 1247. quantum conjici poteſt, eo enim anno qui antea præfuerat in comitiis Ordinis apud Montempeſſulanum coactis legitur amotus; exinde autem licet provinciales deſtituti in actis accuratè notentur, nihil habetur de Romano ad 1255. quo noſter *Thomas* ex officio provincialis ad ſedem Betlehemitanam promotus fuit ab *Alexandro* IV. Tantam verò in ejus Eccleſiæ adminiſtratione inter medios Barbaros fecit exiſtimationem ſui, ut eum *Clemens* IV. ad Archiepiſcopalem Caſentinam in Regno Siciliæ duxerit transferendum literis datis XIV. Cal. Maii anno 111. proindeque anno 1267. non 1268. ut habet *Ughellus* errato fortè typorum, *Clemens* quippe electus fuit Non. Febr. 1265. Poſt mortem *Bartolomai Pignatelli* Archiepiſcopi Meſſanenſis anno 1272. ab ejus Eccleſiæ capitulo *Thomam* noſtrum poſtulatum defuncti ſucceſſorem quidam volunt, quod ut negare non auſim, ita nec aſſerere, cùm id pendeat à die & menſe obitus *Bartholomai*, quos nullus profert, & aliunde certum ſit XI. Cal. Maii ejuſdem anni 1272. *Thomam* à *Gregorio* X. ad Patriarchalem Hieroſolymitanum morte *Guillelmi* vacantem evectum fuiſſe. Quibus rationibus excitatus ad eam dignitatem illum promoverit Pontifex, ſcripſit ipſe Francorum Regi *Philippo* III. *Audaci* dicto, quia nempe *vir profundi pectoris, alti conſilii, virtutum claritate conſpicuus, & experientia multa probatum, in cujus manibus alias virtus altiſſimi ſtatum Terræ* (Sanctæ) *prædicta direxit, dum inibi tunc Bethleemitanus Epiſcopus auctoritate ſedis apoſtolicæ legationis munere fungeretur* &c. De eo ſic *Bernardus Guido* in Catalogo Prælatorum: *F. Thomas Agni de Lentino fuit patriarcha Hieroſolymitanus & epiſcopus Aconenſis. Hic fuit à Domino Deo ſuo ſemper & ubique directus, qui cum eſſet prior provincialis Romanæ provinciæ Epiſcopatum Bethleemitanum compulſus eſt recipere, & legatus in Terra ſancta factus multum bene ſe habuit, deinde ad Archiepiſcopatum Cuſentinum tranſlatus multo melius. Tandem ad Patriarchatum electus, bono principio optimum finem adjunxit. Hic obiit anno Domini* 1277. Acone ſeu Ptolemaide mortuum dicunt, non ſine opinione ſanctitatis, ibidemque apud Sodales ſepultum. Germanum habuit ejuſdem ordinis fratrem *Raynaldum* ab aliis, ab aliis *Raynerium* dictum *de Lentino*, Meſſanenſem Archiepiſcopum, tempore HONORII Papæ IV.

SCRIPTA:

1. *Vita S. Petri Martyris de Ord. FF. Prædic. compoſita per F. Thomam Patriarcham Hieroſolymit.* Sic titulus in Cod. Colb. 4079. *fol. par. membr.* Princip. *Tres ſunt qui teſtimonium* &c. Ad calcem Codicis legitur: *Hanc legendam B. Petri martyris compilavit F. Thomas de...... Ord. Prædic. & ſunt ibi LXXXIII. miracula pulchra: & dividantur per capitula ſua, ut melius cognoſcantur: & ſi ſemel in menſe legerentur in menſâ, eſſet utile valdè Fratribus, & bona & utilis materia ad prædicandum & ad alia.* Quæ docent Codicem alicujus Conventûs Ordinis aliàs fuiſſe. In eo autem ſunt duo prologi, quæ docent utrumque à *Thomâ* præmiſſum. Extat & apud Sodales Pariſienſes S. Honorati Cod. MS. in 8. in memb. Sec. XIV. Extat etiam apud Carnutenſes cum aliis S. Ord. Cod. MS. fol. par. memb. & Florentiæ apud S. Marcum Arm. IV. n. 95. Eam, ſed ſtylo immutato edidit *Surius* menſ. Aprili. Hujus compendium *Papebrochius* ſe habere aſſerit tranſcriptum ex Paſſionali Ultrajectino Eccleſiæ S. Salvatoris. In Comitiis Generalibus Ord. Præd. apud Piſas coactis A. 1276. decretum fuit, ut hæc *S. Petri Vita* in ſingulis Cœnobiis haberetur, & legeretur. Eandem primigenio ſtylo, ſed ab *Ambr. Taegio* paſſim pluribus auctam ex aliis monumentis ex ipſius MS. in Conventu Gratiarum Mediolani ſervatis Actorum SS. Editores exhibent Tom. III. April. p. 686. ita tamen ut diligenter quæ ſunt *Thomæ* ab inſertis aliorum ubique diſtinguant. Sic n. 6. SS. Virginum cum Petro colloquium, quod iſti relegationis in Conventum Æſinum & cujuſdam ſpeciei incarcerationis cauſa fuit, à *Thomâ* non ſcriptum annotant, ut neque habetur in Cod. Colbert. cit. neque S. Honorati.

2. *Volumen Sermonum, de Tempore & de Sanctis,* (ut habet *Mongitor*) qui citantur à *Bandello* Tract. *de Concept. B. V.* Verùm hoc opus fictitium probare conatur *Alva* Sol. verit. *Rad.* 202. *col.* 1498. genuinum verò ex *Bandello* contendit *Echardus*.

3. *Sermones in Magnæ Dei Matris feſtivitates*, quos ex *Maraccio* habet *Mongitor*.

4. *Epiſtola ejuſdem, tunc Epiſc. Betlehemitani, ex Syria* ad HENRICUM III. Angliæ Regem ſcripta; *Accone* data, die 4. April. A. 1263. quâ eum de periculis Terræ Sanctæ imminentibus certiorem facit, eumque ut auxilia promiſſa conferat, ipſeque ut veniat, urget. Refertur in *Antiquis Conſtitutionibus regni Angliæ*, Londini 1672. fol. *p.* 132.

Extat *Epiſtola* Benedicti *Epiſcopi Maſſilienſis ad Thomam* noſtrum *Epiſcopum Bethleemitanum & Apoſtolicæ ſedis Legatum*; quâ huic mittebat Commentarium ſuum *de S. Trinitate & Fide Catholicâ*, ut illum in partibus illis tranſmarinis multiplicaret & diſtrahi curaret.

Habetur hæc Epiſtola apud *Baluzium* Tom. VI. *Miſcell.* p. 350. * Vid. *Script. Ord. Prædic.* Tom. I. p. 358. *Mongit.* Bibl. Sic. *Tom. II. p.* 252.

AGNOETÆ. Hæreſis illa exorta eſt labente Seculo VI. CPoli, ubi agebat profugus Alexandriâ *Theodoſius* corrupticola. Fuit propago *Eutychiana*. Nomen hæreſi fuit à dogmate, quo aſſerebant Chriſtum hominem nobis per omnia ſimilem, quædam ſecundùm humanitatem ſimpliciter ignoraſſe, ut *diem Judicii*; cùm enim poſt incarnationem unam tantùm naturam cum *Severo* agnoſcerent *Theodoſius* & ἀμόψυχοι, ſequebatur ea penitùs ignoraſſe, quà Deum. Quia adhærebant *Theodoſio*, vocati *Theodoſiani*, poſtea *Themiſtiani* à *Themiſtio* Alexandrino Diacono; imo Καλαβαδῖται à loco quodam undè prodierunt. *Agnoetas* confutavit *Eulogius* Alexandrinus apud *Photium* Cod. 230. p. 882. qui pravum dogma ait primò excitatum à Monachis ſive Solitariis Palæſtinis; Vid. & *Greg. Rom.* Ep. XLII. l. VIII. Ind. III. *Spanh.* Hiſt. Eccleſ. p. 114. 115.

AGNOLUS (*Michael*) à *Morerio* memoratus, ſcripſit opus *de Interdicto Pauli V.* Francofurti editum in 4.

S. AGOBARDUS gente Gallus, natus A. 779. (ut ex brevi Martyrologio, ad quod paucula quædam manu ſuâ adnotaſſe videtur *Agobardus*, nos docet *Mabillonius* Itin. Ital. *ſect.* 14. *p.* 68.) ex Hiſpania in Galliam Narbonenſem venit A. 782. *Leidrado* Archiep. Lugdunenſi ſenectute gravato Coepiſcopus ſubſtitutus eſt A. 813. eoque paulò poſt in Monaſterium Sueſſionenſe

Google

ſionenſe ſecedente A. 816. thronum Lugdunenſem deinceps ſolus tenuit, Anno circiter 818. reperto inter ſcripta *Felicis Orgelitani*, qui Lugduni in errorem relapſus obiit, hæretico tractatu, cum ab omnibus reprehendendum divulgavit, editoque ſimul libro ad *Ludovicum* Imp. *Felicianos* errores & ſcriptum confutavit. Anno 822. Conventui Attiniacenſi interfuit, cùm electioni Tructeſindi Abbatis Anianenſis ac Gellonenſis in Septimania ineunte anno prius adfuiſſet. Anno 828. Judæorum, qui edictum ab Imperatore, ne mancipium Judaicum abſque domini ſui voluntate baptizaretur, impetrarant, inſolentiam ſcripto multiplici repreſſit: habitoque anno ſequente Concilio Lugdunenſi, Judæorum audaciam authoritate Imperatoriâ coërceri, datis ad *Ludovicum* è Synodo literis enixè petiit. Anno 833. adverſus *Ludovicum* Imperatorem impia movebant arma filii ejus *Lotharius* & *Pipinus*, patrem captum Imperio ſubmovent, & in Monaſterium detrudunt. His inter alios ſe comitem dedit *Agobardus*, qui tanto ardore execrandam perduellionem fovebat, ut editâ Apologiâ omnes ingenii facundiæque nervos ad cauſam hanc tuendam promovendamque intendebat. Viri quidem cætera optimi factum peſſimum, nullâ arte, nullis rhetoricis pigmentis excuſandum. Anno igitur ſequente *Lothario* ex Galliis a Patre ejecto, fugæ comitem ſe adjungere eſt coactus. Anno 835. in Conventu apud Theodonis villam habito, cùm ad cauſam dicendam ter evocatus, comparere recuſaret, Præſulatu ſubmovetur, nullo tamen in locum ejus ſubrogato. Anno 837. relicto *Lotharii* comitatu, in Galliam reverſus, in *Ludovici* Imp. gratiam receptus eſt, & ſedem ſuam recuperavit. Anno 840. *Ludovicum* ad tuendum littus Orientali Rheni fluminis profectum ſecutus, VIII. Id. Junii apud Sanctonas obiit. Acri erat ingenio, nec vulgari eruditione, quæſtionum Theologicarum peritiſſimus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ Canonumque antiquorum conſultiſſimus Judex, vindex acerrimus. Sententiæ quam ſemel imbiberat tenaciſſimus, in eâque aſſerendâ conſtans fortiſque. Vere de eo Cl. *Baluzius* Not. in Agob. p. 5. *Canonum imprimis perpetuum & conſtans defenſor, ut graviter, adeò ut etiam Romanos ſui temporis graviter perſtringat, quod Gallicanos Canones ob eam, ſi ſuperis placet, cauſam contemnerent, quod eos neoterici Romani non condemnaverint, vel quod legati Romani non interfuerint in eorum conſtitutione. Mirum, ſi vir ita compoſitus non incurriſset invidiam hominum ætatis ſuæ.* Hic vir, doctrinâ, an candore clarior, haud facile dicas. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 438.

Scripta:

Agobardi Opera per aliquot retrò ſecula tenebris ſepulta jacuerunt, ſic quidem in æternum manſura: niſi *Papirius Maſſonus* in Bibliopegi cujuſdam Lugdunenſis tabernam fortè ingreſſus, exemplar eorum Manuſcriptum, idque unicum, ut videtur, quod temporis injuriæ ſupererat, penes eum offendiſſet. Quod quidem ipſe Bibliopegus tanti theſauri ignarus, mox dilacerandum ſibi propoſuiſſet. Codicem arripuit *Maſſonus* & in lucem emiſit, ordine ſequenti.

1. *Adverſus dogma Felicis Urgellenſis Epiſc.* qui *Neſtoriana* hæreſi addictus erat, liber ad *Ludovicum* Imp. in quo monſtrat, nonniſi unicam in Chriſto eſſe perſonam, licèt duas habeat naturas, & Virginem conſequenter eſſe matrem Dei æquè ac Hominis.

2. *De Inſolentiâ Judæorum, ad eundem.* Judæi qui Imperatoris gratiâ in Galliâ, præcipuè Lugduni lares fixerant, inſolentiùs adverſus Chriſtianos ſe gerere cœperunt: horum igitur audaciam & impietatem, hoc & ſequentibus aliquot Opuſculis fortiter frangit deprimitque *Agobardus*.

3. *De Judaicis ſuperſtitionibus.*

4. *Liber de Baptiſmo Judaicorum Mancipiorum.*

5. *Epiſtola exhortatoria ad Nibridium Epiſcopum Narbonenſem, de cavendo convictu & Societate Judaicâ.*

6. *Liber adverſus Legem Gundobardi, & impia certamina quæ per eam geruntur.*

7. *Ad Bernardum Epiſcopum, de privilegio & jure Sacerdotii.*

8. *De Grandine & Tonitruis liber*, in quo inſulſam & execrabilem vulgi ſuperſtitionem hâc in re argumentis tum ex Sacrâ Scripturâ, tum ex naturâ rei petitis acriter coarguit, & refert Hiſtoriam ac fabulam de *Grimaldo* Duce Beneventano per pulverem ſparſum in campos boves necante.

9. *Liber contra objectiones Fredigiſi Abbatis*, qui pravas & inſulſas quaſdam opiniones, de Chriſto Domino aliiſque nonnullis fidei Capitibus venditarat.

10. *Epiſtola ad Proceres Palatii contra Præceptum impium de baptiſmo Judaicorum mancipiorum.* Judæi enim partim dolo, partim pecuniâ, plura beneficia in Chriſtianorum præjudicium a Cæſare ſibi impetrarant, atque illud inter alia, ne mancipia eorum abſque dominorum ſuorum placitis in Chriſti fidem baptizarentur; unde edicti impietatem merito redarguit.

11. *Epiſtola ad Bartholomæum Epiſcopum Narbonenſem de quorundam illuſione ſignorum*, occaſione epidemicæ cujuſdam epilepſiæ, aliorumque inſolitorum morborum tunc temporis graſſantium, quorum cauſam ex *Agobardo* petebat *Bartholomæus* Narbonenſis.

12. *Epiſtola ad Matfredum Procerem Palatii*, quâ miſerias illius temporis a Judæis in odium Chriſtianæ religionis motas, deplorat, depingit, remediumque ab Imperatore petit.

13. *Epiſtola ad Lugdunenſes, de modo regiminis Eccleſiaſtici*, occaſione rixarum inter Eccleſiæ Lugdunenſis Clericos de Eccleſia adminiſtranda exortarum, nata.

14. *De Picturis & Imaginibus Liber.* De eo diverſa ſentiunt Viri docti. Sunt qui *Agobardum* Imaginibus tanquam faventiorem, aut ſaltem non adverſantem hac in parte exiſtimant: ſunt qui eum ipſis prorſùs adverſari contendant, quòd toties diſertè aſſerat, Imagines nullâ veneratione, nullo cultu eſſe proſequendas. Id ipſum ingenuè agnovit *Papirius Maſſonus*, Præf. ad *Agobardum*, ubi ait: *Græcorum errores de imaginibus & picturis manifeſte detegens, negat eas adorari debere; quam ſent etiam omnes Catholici probamus, Gregoriique Magni teſtimonium de illis ſequimur.* Cautius paulò in Notis *Steph. Baluzius*, qui tamen fatetur lubens, nil aliud hac in re ſenſiſſe *Agobardum*, quam quod omnes tum in Galliâ ſentiebant. Multa hac de re ex *Theophilo Raynaudo*, & *Joan. Mabillonio* (qui longis ambagibus ſubtilique explicatione, non tam difficultatem tollere, quàm lenire conantur) profert *Carolus Cointius* ad an. 840. nu. 14. de ſententia propria ne γρῦ quidem addito. Verùm *Dupinius* Bibl. nov. *Tom. VII.* in 4. *p.* 4. fatetur *Agobardum* Imaginibus minùs faviſſe, utpote qui cùm ſolam earum adorationem primùm impugnare velle videretur, multa adverſùs eam Patrum teſtimonia congerens, poſtea expreſsè dicit *ejuſmodi ſigna viſibilia & externa ne quidem ad res ſpirituales repræſentandas eſſe adhibenda, nedum ullus ipſis, etiam quæ ad Sanctos referatur, cultus exhibendus ſit.* Tractatum hunc *Agobardi* Gallicè tranſlatum, Notiſque illuſtratum prælo paratum habeo.

15. *De Diſpenſatione Eccleſiaſticarum Rerum Liber*, quo de collapſâ Eccleſiæ diſciplinâ in melius reformandâ, præcipuè adverſus ſacrilegam redituum Eccleſiaſticorum à laicis direptionem, agit, eamque ex primævæ antiquitatis uſu, reguliſque & Sanctionibus Eccleſiaſticis validè refellit.

16. *Liber contra Judicium Dei, ſive de Divinis ſententiis, cum breviſſimis adnotationibus, contra damnabilem opinionem putantium divini judicii veritatem igne, vel aquis vel conflictu armorum pateſieri.*

17. *Sermo exhortatorius ad plebem, de fidei veritate, & totius boni inſtitutione.*

18. *Epiſtola de Monarchia Imperii Francici, & diviſione Regnorum Italiæ, Galliæ, Germaniæ* &c. inter hæs

rviles *Ludovici Pii* Imper. ſub recognitione unius Monarchæ. Extat apud *Goldaſtum* in Monarchia S.R. Imp. *Hanoviæ* 1612. *Tom. I.* & apud *Quercetanum* Tom. II. *Hiſt. Franc.* p. 329.

19. *De Comparatione utriuſque regiminis Eccleſiaſtici & Politici, & in quibus Eccleſiæ dignitas præfulgeat Imperiorum Majeſtati.* Huic libello ſubjungitur *Epiſtola* Gregorii IV. Papæ *ad Epiſcopos Regni Francorum.* Extant libellus & Epiſtola apud *Roccabertum* Tom. II. *Bibl. Pontif.* prior verò apud *Goldaſtum* ubi ſuprà, *Tom. II.* Francof. 1614.

20. *Liber Apologeticus pro filiis Ludovici Pii Imperatoris adverſus patrem.*

21. *Cartula porrecta Lothario Auguſto in Synodo Compendienſi*, anno DCCCXXXIII. quam ſuo nomine ſuâque manu munitam, (id quod etiam reliqui Epiſcopi ſuo quiſque nomine præſtiterunt) ad approbandam *Ludovici* Patris depoſitionem, *Lothario* Imperatori obtulit.

22. *Epiſtola ad Ebbonem Epiſcopum Remenſem, de ſpe, & timore.*

23. *De divina Pſalmodia liber*, quo Eccleſiæ Lugdunenſis in cantando morem, adverſus nuperas ſcioli cujuſdam (quem *Amalarium* Diaconum fuiſſe vult *Baluzius*) objectiunculas eruditè defendit, eumque quaſi *ſtultum & improbum calumniatorem* arguit, quod in nocturnis officiis quædam *humani ingenii figmenta* adhiberet.

24. *De Correctione Antiphonarii liber*, in quo nonnullas Antiphonarum & Reſponſoriorum emendationes ab *Amalario* factas reprehendit; correctus & ipſe à viro modeſtiſſimo *Joſ. Mar. Thomaſio* in Notis ad Reſponſorialia & Antiphonalia Romana, ubi quædam *Amalarii* reſtitutiones vindicantur ad fidem veterum Codicum Eccleſiæ Romanæ. Hunc librum ex veteri Codice MS. *Petri Marnaſii* Senatoris Gratianopolitani, facta etiam cum Codice *Chifletiano* collatione, primus è tenebris eruit, ediditque *Baluzius.*

25. *Contra quatuor Amalarii libros*, id eſt, *librum ejus Officialem*, liber, in quo nonnullas morales interpretationes ſugillat.

26. *Poemata duo*, viz. Epitaphium Imp. *Caroli M.* & de Tranſlatione Reliquiarum SS. Mart. *Cypriani*, *Sperati* &c.

Prodierunt Opera *Agobardi* curâ *Papirii Maſſoni* Pariſ. 1605. in 8. quæ editio comparet in Bibl. PP. *Pariſ.* 1654. Tom. X. *Colon.* 1618. Tom. IX. juxta expurgatorium Indicem Hiſpanicum recognita. Cum verò in iis edendis nimia libertate uſus eſſet *Maſſonus*, à Codice MS. caſtigatiùs recenſita edidit *Steph. Baluzius* & Notis illuſtravit Pariſ. 1666. II. Vol. 8°. quæ quidem pulcherrima eſt & accurata editio, laudata in *Ephem. Erudit. XXIV.* Anni 1666. *p.* 379. Hanc exhibet *Bibl. Patrum Lugdun. A.* 1677. Tom. XIV. p. 234.

Simplici quidem ſtylo nulliſque floribus ornato uſus eſt *Agobardus*, ſed perſpicaci & nativo, ac pluribus iiſque longiſſimis tùm Scripturæ, tùm Patrum teſtimoniis, ut ejus ævi mos erat, referto. Inter Sanctos Lugdunenſes Confeſſores 8. Id. Jun. memoria ejus anniverſariis honoribus colitur in Faſtis Eccleſiæ Lugdunenſis, ejuſque Vita amplior legitur apud *Theoph. Raynaldum* in Indic. SS. Lugdunenſium.

In eo *Agobardo* plurima obſervat Vir Celeb. *Frid. Spanh.* quæ *Baronio* opponenda eſſe ait, v. g. *Eſſe unum Eccleſiæ ſponſum Chriſtum, unum Summum Sacerdotem, unum Paſtorem Paſtorum; Neotericos ſui temporis Romanos longè alia ſentire ab antiquis de diſciplina Canonibus; Intibatos conſervari debere Veterum Canones, qui firmati eſſent Spiritu Dei, obedientiâ Principum, conſenſu totius mundi, & conſonantia Scripturarum;* de Papâ nihil; *Legatos Romanos non neceſſarios fuiſſe, ad condendos in Conciliis Canones*, ſatiſque *ſi duo vel tres in nomine Domini convenerint; Apoſtolicas eas ſedes eſſe* dicendas, *fundamentum Eccleſiæ, quæcumque ab Apoſtolis fundatæ eſſent; & ad quas ſcripta extarent Epiſtolæ*

Apoſtolorum &c. *Hiſt. Eccleſ.* Sec. IX. p. 1404. 1405.

* De *Agobardo* præter citatos videri poſſunt *Poſſevin.* Tom. I. Appar. Sacr. *Oudin* Tom. II. *Script. Eccleſ.* p. 148. *Miræus* in Auctuar. cap. CCXL. *Dupin* Tom. cit. *p.* 141. & 160. *Dom. de Colonia* in Hiſt. Liter. Lugd. *Tom. II.* p. 92. & ſeqq. *Severtius* in Hiſt. Archiepp. Lugdun. *p.* 177. *art. LVI.* Acta Sanct. Jun. *Tom. I. p.* 748.

AGONYCLITÆ, hæretici Sec. VII. qui ſtatis pedibus orabant, nec unquam genu flectentes. Nomen ab α privativo, & γόνυ, genu, ac κλίνειν, inclinare, curvare, flectere. * *S. Joannes Damaſcen.* de hæreſ. *Prateol. Sander.*

AGRÆUS (*Jonas*) Oſtrogothus, Scripſit Sec. XVII. *Diſſertationem de Sacerdotibus veterum* publicatam *Upſaliæ* Anno 1674. in 4. * *Scheff.* Suec. Litter. *p.* 266.

AGRAMUND (*Dominicus de*) Ord. FF. Prædic. Aragonus Catalanus, *S. Vincentii Ferrerii* Toloſæ condiſcipulus, & anno 1398. Prior Conventûs Valentini. Laudatur à *Diago* Hiſt. Prov. Arag. *fol.* 41. *c.* ceu à quo prodiit

Tractatus ſuper Salve Regina. * Script. Ord. Prædic. *Tom. I. p.* 708.

AGREDA (Soror *Maria d'*) Vid. CORONEL.

AGRESTA (*Apollinaris*) Calaber, Religionis S. Baſilii Abbas & Procurator Generalis, dedit in lucem Italicè

1. *Vitam S. Baſilii Archiep. Cæſareenſis.* Romæ, apud Thom. Coligni, 1658. in 4.

2. *Vitam S. Joannis Theriſti*, A. 1653. ut habet *Nic. Toppi* Bibl. Napol. *p.* 33.

AGRESTA (*Jacobus*) Adrianus (*d'Atri*), Clericus Regularis, à *Toppio* memoratus *p.* 106. typis dedit

Orationem Panegyricam in laudem SS. Martyrum Japonorum. Ravennæ, 1627. in 4.

AGRICIUS (*Matthias* à Viſchio, *Matthæus* à Morerio dictus) Græcè Latinèque eleganter eruditus, Monachus Ord. Ciſterc. Juris utriuſque Licentiatus, multis lucubrationibus clarus ſacerdos, poſtquam Coloniæ Agripp. diu docuiſſet, *Hemmenrodenſe* Trevirenſis Diœceſis Monaſterium petiit, ubi reliquum vitæ peregit, religioſum indutus habitum, ut quidam referunt, licèt alii velint manſiſſe ſolummodò oblatum, ſeu donatum. Floruit circa annum 1570. ſcripſitque carmine opus inſigne & amplum, hoc titulo:

Monaſterii Hemmenrodenſis antiquitatum Monumenta: In quo (inter alia) continentur vitæ diverſorum Monachorum & Converſorum, qui in dicto Monaſterio Sanctitate floruerunt, nominatim *Vita B. Davidis diſcipuli S. Bernardi, & poſtea Religioſi Hemmenrodenſis.* Extat hoc opus MS. in Hemmenrode. Vita autem hæc Latinè & Gallicè prodiit oratione ſolutâ, apud *Nic. Heſium* in Manipulo ſuo Hemmenrodenſi, *Coloniæ* A. 1640. multò auctior eâ, quam ediderunt Latinè *Henriquez* in Faſciculo, & Gallicè *Joan. d'Aſſigny* Abbas Nizellenſis, part. 2. *de Viris illuſt. Ord. Ciſterc.*

* Vid. *Car. de Viſch* verb. *Hemmenrode* p. 142. & verb. *Matthias.*

AGRICOLA (*Adam. Chriſtian.*) Scripſit Germanicè

1. *Communicanten Buchlein.* Hanov. 1651. 12. Liber à *Lippenio* memoratus *Tom. I. p.* 307. ſub tit. *Ad Cœnam Præparatio* &c.

2. *Antwort auf die Schluſſ-Reden* Lucæ Bacmeiſteri. *Lippenius* ubi ſupra, *p.* 198. ſub tit. *Calviniani* &c.

AGRICOLA (*Chriſtophorus*) Pſeudonymum nomen *Dav. Schrammii*, quem vide.

AGRICOLA (*Conradus*) Germanus, Lutheranus, Typographus Norimbergenſis, (a) *Concordantias Bibliorum Germanicæ verſionis Lutheri* reddidit auctiores, quæ editæ ſunt *Francof.* 1610. 1621. 1658. 1674. (b)

(a) *Le Long* Bibl. Sac. P. I. *p.* 541. (b) ibid. *p.* 419. *col.* 1. *lit. c.* & Lippen. *Tom. I. p.* 384.

AGRICOLA (*Daniel*) Ord. FF. Minorum (*a*) ſcripſit

Monoteſſaron Paſſionis Chriſti ſecundùm IV. Evangeliſtas. (*b*) Baſil. 1614. in 4. (*c*) *Dupinius* habet 1514. ideoque ait claruiſſe Authorem initio Sec. XVI.

(*a*) Dupin. *Tab. Auth. Eccleſiaſt.* Tom. I. p. 935 (*b*) *Lippen.* Tom. II. *p.* 423. (*c*) *Le Long* P. I. p. 449. & 541 *Oecman.* Memorand. Francof. *p.* 6.

AGRICOLA (*Franciſcus*) Leonenſis, qui pagus eſt Aldenhoviæ vicinus, in Ducatu Juliacenſi, vir antiquæ probitatis & eruditionis, pietate, integritate, fide, ſapientia, humanitate excellens, Rodingenſis primùm, dein Sittardienſis Eccleſiæ Paſtor & Canonicus, Conciliique Suſterenſis Archipresbyter, obiit Scriptis clarus, d. 6. Dec. A. 1621.

S c r i p t a :

1. *Inſtitutio de SS. Sacramento Altaris* *: Colon. 1575. Germanicè.

2. *Speculum Biblicum officiorum cujuſcumque conditionis* : ibid. 1577. Germ.

3. *Meditationes hebdomadales de Paſſione ac Morte Dominicâ* : Germ.

4. *Tract. de SS. Reliquiis, iis nominatim quas Aquiſgranenſes poſſident, piâ induſtriâ* CAROLI M. ibid. 1580. vel 1581.

5. *De Primatu Petri Apoſtoli & Succeſſorum ejus Pontificum Romanorum*, ex Græcis Latiniſque Patribus. Prodiit juxta *Lippen.* A. 1581. 1590. & 1604. *Colon.* ac *Lugduni*, 1599. in 8. *Coloniæ* itidem dicunt alii. Tractatus integer conſtat Capp. XXV. & reperitur apud *Roccabertum* Bibl. Pontif. *Tom. XII. p.* 1.

6. *Tract. II. Catholici de Cultu & Veneratione Divorum, deque Imaginibus Sanctorum in Cœlo regnantium.* Colon. 1580. 8. juxta *Lippen.* Apud *Swertium* citantur *Libb. II. de Veneratione & Imaginibus Sanctorum.* Colon. typis Kinckii 1614. 8.

7. *Libb. IV. Evangelicarum demonſtrationum*, quibus oſtenditur Chriſtum, ſecundùm animam reverâ ad Infernum deſcendiſſe, piorumque animas e limbo liberaſſe. *Coloniæ*, apud Cholinum, 1578. *in* 8. vel *in* 12. alii dicunt 1587.

8. *Speculum Pœnitentiæ* : ibid. 1582.

9. *Apodeixis Evangelica de periculoſo ſtatu Concubinariorum impœnitentium.* Prodiit juxta *Lippen.* cum *Tract. de Primatu S. Petri* &c. ac *de Conjugio & Cælibatu Sacerdotum* : ibid. 1581. in 8. Hunc ultimum *Perpiniaci* prodiiſſe A. 1608. notat *Dupinius.*

10. *Libb. III. de æterno & vero Deo, necnon indubitato Chriſto, & Meſſia Chriſtianorum, contra novum & falſum Deum ac Pſeudo-Chriſtum novatorum hujus Seculi.* Colon. 1605. in 8.

11. *Conjuratio Anabaptiſtarum* : ibid. 1582. Germanicè.

12. *Precationes Catholicæ ad S. Trinitatem* &c. ibid. 1585. 8. Germ.

13. *Loci præcipui S. Scripturæ de Sacerdotii inſtitutione & officio.* Lugd. 1587. in 8. Ita *Lippen.* Titulus eſt apud Dupinium *Additio ad librum Pet. Scot de Inſtitutione Sacerdotum.*

14. *Comment. de Verbo Dei ſcripto & non ſcripto.* Leodii 1597. 8.

15. *S. Joannis Baptiſtæ Evangelium, ſeu Evangelica doctrina, de Chriſto Salvatore, ejuſque regno gratiæ & gloriæ, tum cognoſcendo, tum capeſſendo* : *ex IV. Evangeliſtis fideliter, & ſingulari induſtriâ collecta, & in certa capita locoſque communes digeſta* : Libellus 7ò editus *Coloniæ* 1599. 8. Duplicem ex illo quidam faciunt librum, titulo in duas partes perperàm diviſo.

16. *De lectione S. Scripturæ, ejuſque Interpretibus Orthodoxis, & de Lectione horarum Canonicarum.* Leodii, 1600. in 12.

17. *Atteſtatio Patrum*, Petrum Romæ fuiſſe. *Colon.* 1605. in 8.

18. *Paralleli SS. Bibliorum*, hoc eſt, *Demonſtratio* Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.* *ocularis, quod plurima, quæ uni ſolique Deo competunt, etiam hominibus & aliis creaturis per accommodationem rectè tribui poſſint* : ibid. 1614. vel 1615. in 8.

19. *Tractatus*, ut habet *Lippenius*, ſeu (ut vocat *Sweertius*,) *Demonſtrationes Evangelicæ de damnatiſſimo, ſeu damnoſiſſimo ſtatu Concubinariorum, eorum præcipue qui ſunt Ordinis Eccleſiaſtici* : ibid. 1603. vel 1604.

20. *Libb. III.* juxta *Lippen.* ſeu, (ut habet *Sweertius*,) Tract. *de ampliſſimis privilegiis & certiſſimis ſignis veræ Chriſti in terris Eccleſiæ* : ibid. typis Gualteri, 1606. in 12. vel 1616.

21. Bericht vom Chriſtlichen Gehorſamb. *ibid.* 1609.

22. *Propugnaculum Fidei, ſeu Defenſio honoris divini & Sanctorum, contra hæreſes hujus ſeculi.* Accedit *Examinis Genevenſis in Decretis Synodi Nationalis detectus* : ibid. 1614. in 8.

23. *Colloquium* Theod. Malcotii, *de Lutheri inconſtantia, ejuſque conſortio in cauſâ religionis*, Germanicè vertit & auxit : ibid. 1583. in 8.

* Conf. *Lippen.* Tom. I. & II. *Sweert.* Athen. Belg. p. 237. *Dupin.* Tab. Auth. Eccleſ. *Tom. I.* p. 1596. & 1894. *Imbon.* Bibl. Lat. Heb. p. 349. *Le Long* Bibl. Sacr. *p.* 598.

AGRICOLA GERCKENROT (*Chriſtianus*) ſcripſit

De Matrimonio, ſeptimo Eccleſiæ Catholicæ Sacramento, Aſſertiones Theolog. Moguntiæ, 1582. 4. * *Lippen.* Tom. II. p. 257.

AGRICOLA (*Gedeon.*) Scripſit

Beweis das alle Lehrer, die für den Irzthumen der Calviniſten warnen, nicht ungehaltene Zeloten, Clamanten, Verleumbder, ſondern des Herrn Prediger ſeyn, 1618.

* Lippen. *Tom. I. p.* 590. ſub tit. *Elenchus Miniſterii.*

AGRICOLA (*Georgius*) Germanus, Lutheranus, profeſſione Medicus, obiit A. 1555. Plurima de illo ſcripta habentur de re præcipuè Metallicâ, quæ recenſet *Mangetus in Bibl. Script. Medic.* Hic locum habet tanquam Author libri à *Jac. Le Long* memorati *Bibl. Sac.* p. 598. ſub tit.

Itinera Chriſti & Mariæ in Ægyptum : in 4. ubinam editus ignoratur.

AGRICOLA (*Henr.*) cujus extat

Collatio V. & N. Teſt. de ſalute per Chriſtum promiſsâ. Norimb. 1554. 8. à *Lippenio* memorata *Tom. II. p.* 710.

AGRICOLA (Ignatius) Societ. Jeſu Sacerdos, ſcripſit hoc Seculo XVIII.

Hiſtoriam Provinciæ Societatis Jeſu Germaniæ ſuperioris : Pars I. quinque primas annorum complexa Decades, ab anno ſcilicet 1541. uſque ad 1591. edita *Auguſtæ-Vindelicorum* apud Schluter & Happach, an. 1727. in fol. *Pars II.* pergit ab anno 1591. uſque ad 1600. ibidemque prodiit ann. 1729.

Obiit autem *Agricola* annos natus 68. nondùm confecto opere, quod continuandum ſuſcepit alius ejuſdem Societatis, qui, cùm deſcripſerit Prædeceſſor Domiciliorum XV. geſta, XVII. aliorum ſpem facit in Præfatione quam *Parti II.* appoſuit.

AGRICOLA (*Joannes*) Iſlebius à patriâ dictus, Comitatûs Mansfeldici oppido, natus A. C. 1492. die 20. April. Jactis primis literarum fundamentis, Wittembergam venit, ubi Philoſophiam ac Theologiam didicit, non ſolùm eruditis gratus ob virtutis & eruditionis opinionem, ſed etiam principibus viris. Itaque cùm A. 1526. Conventus Principum Spiræ cogeretur, eò venit cum Saxoniæ Electore, & Comite Mansfeldienſi, ac ſuo loco cauſam Evangelii ſuſcepit. Idem A. 1530. Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcripſit, à quâ tamen poſtea in multis abiit. Anno enim 1538. prodiit ſecta *Antinomorum*, qui contendebant, pœnitentiam ex Decalogo non eſſe docendam, & impugnabant illos, qui docebant, Evangelium prædicandum non eſſe, niſi primùm quaſſatis atque fractis animis per legem. Ipſi

verò ſtatuebant, quæcunque eſſet hominis vita, & quantumvis impura, juſtificari tamen eum, modò crederet Evangelii promiſſis. Atque horum princeps fuit *Agricola*, qui à concive *Luthero* commonefactus privatim, & facta Scripturæ collatione rectiùs inſtitutus, in ſententiam ejus acceſſit, idque publico deinde ſcripto teſtatus eſt, errorem confeſſus. Verum cùm in ejus animo reſediſſent neſcio quæ ſimultatum reliquiæ, Wittemberga paulo poſt diſceſſit, & in Marchionatum Brandenburgicum conceſſit, ac Berolini Electori Brandenburgico à Concionibus fuit. Poſtea cùm A. 1548. bello Germanico finito, Principes religionis cauſam *Cæſari* victori commiſiſſent, Carolus V. *Agricola*, *Julio Pflugio* Epiſc. Numburgico, & *Mich. Heldingo*, vulgò *Sidonio* ſuffraganeo Moguntino id negotii dat, ut doctrinæ ceremoniarum, atque emendationis Eccleſiaſticæ formulam conſcriberent; quod & ab illis factum. Dicta fuit illa forma *Interim*, ab aliis *Interreligio*, item *Decretum Religionis*: a Germanis *Religious Ordnung* vel *Declaration der Religion*.

Ac perſuaſit tunc *Agricola* ſuo Principi *Joachimo* Electori Brandenburgico, qui conciliationi unicè ſtudebat, librum eſſe moderatè ſcriptum, atque ob id à Proteſtantibus non admodum repudiandum. Sed eventus & veritas longè diverſum docuit. Tantùm enim abfuit, ut liber ille, ſæpiùs etiam ad incudem revocatus, Evangelicis ſatisfecerit, ut ne ipſis quoque Pontificiis, quorum tamen dogmata ferè omnia approbabat, placuerit. Utut ceciderit, Auctores certe illius libri liberaliter à *Cæſare*, & *Ferdinando* fratre, donati ſunt. Atque *Islebius* quidem donum neſcio quod ab utroque, ob navatam in eo libro operam, tulit: unde jocus illorum, qui de Interimiſtici libri Authoribus dicebant, *chriſma ab eis & oleum Pontificium inter alia defendi, ut ipſi diſcederent unctiores*. Fertur autem dixiſſe hîc Agricola: *ſi unctio reſtitueretur, dona etiam ſanationum reſtitutum iri: ſeque jam, ex quo Auguſtâ reverſus ſit, quatuor ex morte in vitam revocaſſe.*

Exarſit deinde in Saxonia bellum Theologicum *de Adiaphoris*: ad cujus compoſitionem *Islebius*, juſſu Principis ſui, operam ſuam gnaviter contulit, ac colloquiis Theologorum ſuper eo argumento coactorum ſæpius interfuit. Verùm quid effectum illis congreſſibus fuerit, declarabit *Ovid.* l. 3. Pont. eleg. 7.

Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Obiit *Agricola* Berolini A. 1566. die 22. Sept. ætat. 74. Quod autem tradunt *Adamus*, *Freherus* & *Micrælius*, Pontificiis aliquandò ſeſe adjunxiſſe *Agricolam*, negat *Bælius* in Dict. Hiſt. Crit.

SCRIPTA:

1. *Comment. in Evangelium Lucæ*. Norimb. 1525. (a) Auguſtæ Vind. 1515. Hagenoæ 1526. (b)

2. *Comment. in Epiſt. Pauli ad Coloſſenſes*. Witteb. 1517. 8. (c)

3. *Collectio & Explicatio Adagiorum Germanorum* 300. quam iteratâ editione 400. amplius auxit. Prodiit *Islebii* 1529. 8. (d) Acerbè hîc tractavit *Ulricum*, Ducem Wirtembergenſem, cujus querimoniæ Authorem coëgerunt ut ſe reum fateretur in Epiſtolâ quàm maximè ſubmiſſâ. Nec tamen ideo Dux in Conventu Francofurtenſi A. 1536. inter alias querelas hanc omiſit, quod in Comitatu Mansfeldienſi defenderetur *Joannes Agricola*, cujus publicis obtrectationibus affectus fuerat. (e)

4. *Comment. in Epiſt. Pauli ad Titum*. Hagenoæ 1530. 8. (f)

5. *Refutatio explicationis Pſalmi XIX. à Thomâ Muncero Germanice edita*. (g)

6. Ejus *Antinomia* cum refutatione & oppugnatione per *Lutherum*, edita Wittemb. 1538. (h)

7. *Antinomica Theſes* diſſimulato nomine vulgatæ, in quibus ſtatuebat, pœnitentiam non ex Decalogo, ſed Evangelio docendam eſſe, & ex hoc ita converti & juſtificari homines, ut Legis prædicatio neque ad principium, neque ad medium, neque ad finem juſtificationis proſit. Contra has *Lutherus* auctorem & nomen diſſimulans, Diſputationes V. publice habuit A. 1538. quibus ſucceſſit VI. A. 1540. Et fatetur *Hornbeckius* Lutherum in illis Antinomorum deliria egregiè perſtrinxiſſe, & confutaſſe. (i)

8. Liber *Interim* ab *Agricolâ*, *Pflugio*, & *Heldingo*, ut diximus, conſcriptus. (k)

9. *Hiſtoria Paſſionis & mortis Chriſti*. Argentor. 1543. fol. (l)

10. *Formulæ pueriles*. Berolini 1561. 8. (m)

11. *Epiſtola de Capitibus doctrinæ Eccleſiaſticæ*. Wittemb. 1613. 8. (n)

12. *Vita Sanctorum*. Colon. 1618. 8. Germ. (o)

De illo ita ſentit *Dupinius* Bibl. Auth. Anti-Pontif. *Tom. I. p.* 445. Fuit *Agricola* ingenio miti ac pacifico, eximio judicio præditus, multâ eruditione pollens, perſpicuo ac eleganti ſtylo ſcribens; mente ſatis rectâ gaudebat, irrita quidem, ſed utilia volvebat conſilia.

(a) *Lippen.* Tom. II. p. 196. (b) *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 598. (c) ibid. (d) Lippen. *l. c. p.* 567. (e) *Bælius* cit. ex *Seckendorf.* Hiſt. Luther. (f) *Le Long* l. c. (g) *Melch. Adam* in Vit. Theol. Germ. p. 195. (h) *Lippen.* Tom. I. p. 63. (i) *Placcius* in Anon. *p.* 75. *n.* 633. (k) *idem p.* 115. *n.* 754. *&c.* (l) *Le Long* l. c. (m) *Becman* Memorand. Francof. *p.* 7. (n) *Lippen.* Tom. I. p. 538. (o) *idem* Tom. II p. 919.

AGRICOLA (*Joſephus*) Edidit Germanicè

Calviniſcher Schats-Kammer. Francof. 1605. 4. * *Lippen.* Tom. I. p. 198.

AGRICOLA (*Leporius*) Vid. LEPORIUS.

AGRICOLA (*Magnus*) floruit exeunte Sec. XVI.

SCRIPTA Germanica:

1. *De Confeſſione Auguſtanâ*, 1599. in 4.

2. *Solida argumenta, quibus demonſtratur Confeſſionem Auguſtanam non Paganiſmum introducere*. Lavingæ 1602. in 4.

3. *Hujus operis defenſio*: Ibid.

* *Dupin* Tom. IV. *Tab. Auth. Eccleſ.* p. 444.

AGRICOLA (*Michael*) Lutheranus, natione Nylandia Finno, Scholæ Aboenſis primò Rector, dein Paſtor, ac denique Epiſcopus ab A. 1554. Gustavi Regis in Moſcoviam Legatus, obiit d. 9. Apr. A. 1556.

SCRIPTA:

1 *Novum Teſtamentum, tranſlatum in linguam Finnonicam* primus edidit *Holmiæ* 1548. in 4. quæ quidem verſio non parùm contulit ad Religionis Lutheranæ propagationem.

2. *Pſalterium* eâdem linguâ.

3. *Hymni Eccleſiaſtici*, in eandem traducti.

4. *Rituale Eccleſiæ ab erroribus Pontificiorum repurgatum*, eodem idiomate publicavit.

* Scheffer. *Suec. Litt.* p. 316. & 471. *Micrælius* Syntagm. Hiſt. Eccleſ. *p.* 733.

AGRICOLA (*Theophilus*) quem Authorem arbitratur *Placcius* (in Anon. *p.* 440. *n.* 1771.) Conſilii *de rumore, ſolo Pontificios aut Lutheranos tolerandos*, à *Beſoldo* citati in Tract. *de Majeſtate in genere*.

AGRICOLA (*Wolfgangus*) Spalatinus, à *Lippenio* (a) memoratus, cujus extant Germanicè ſcripti libri duo, quorum

1. *Declaratio Catholica & Chriſtiana de inſtabilitate rerum mundanarum*. Ingolſtad. 1578. 4.

2. *Matrimonium Catholicum*, ſeu *Prædicatio de Matrimonio*. Colon. 1609. 8.

(a) Lippen. *Tom. I. p.* 406. & *Tom. II. p.* 336.

AGRIFOLIO (*Guilielmus de*) Junior, nepos *Guilielmi* Senioris, ejuſdem cognominis, natione Gallus, Juris Pontificii Doctor, & Decretorum explanator inſignis,

inſignis. Vir optimæ famæ, ut inquit in Vita *Urbani* V. Auctor Anonymus: cui Pontifici ab Epiſtolis fuiſſe legitur: Ab eo, Maſſiliæ tunc agente, *Guilielmus* nondùm expleto ætatis anno 28. Presbyter Cardinalis tit. S. Stephani in Cœlio Monte, IV. Idus Maii A. C. 1367. effectus eſt. Narrant aliqui eum Sedis Apoſtolicæ nomine functum fuiſſe legatione Neapolitanâ ad diſcordias inter Principem Tarentinum & Andriæ Ducem vigentes ſopiendas. Verùm hos errare contendit *Eggſius*, dictam legationem *Guilielmo* Seniori demandatam fuiſſe aſſerens.

Gregorius XI. *Urbani* ſucceſſor, *Guilielmo* Juniori cum quibuſdam aliis doctis Cardinalibus provinciam dedit examinandi & diſcutiendi Revelationes *S. Brigitta* è Suecicis Regibus progenitæ, & *Ulfoni*, ſeu, ut alii habent, *Biltono* Nericiæ Principi nuptæ, quam deinde *Bonifacius IX.* P. M. ſtupendis clarentem ſignis, poſtquam Romæ A. 1373. deceſſiſſet, inter Cœlites retulit. *Guilielmus* igitur habito ſuper dictis Revelationibus maturo examine, eaſdem ſanctas, pias, Eccleſiæ utiles & proficuas, utpote à bono ſpiritu exortas & dictatas, ac propterea minimè rejiciendas, ſed albo calculo probandas cenſuit.

Guilielmus inter præcipuos exorti Schiſmatis Auctores & Anteſignanos *Clementem* VII. Pſeudopontificem ſecutus, ab eodem legationem in Germaniam ſuſcepit, ad perſuadendum Auguſto Cæſari *Carolo IV.* Germaniæ Proceribus, & Imperii Electoribus, hunc recipiendum eſſe uti legitimum Pontificem, *Urbanum* verò VIum cum ſuis aſſeclis reprobandum. *Metu* in hunc finem diu moratus, legationem ſuam pro viribus urſit, ſed à Germanis *Urbano* VI. affectis, ab eoque firmiter ſtantibus repulſam paſſus, ad *Clementem* intruſum Pontificem, re infectâ, rediit inglorius.

Clemente VII. Antipapa A. 1394. 16. Cal. Oct. apoplexiâ tacto, *Guilielmus* obduratus permanſit in ſchiſmate, ac *Benedicto* XIII. (*Petro de Luna* antea dicto) in Sedem Apoſtolicam per iniqua ſuffragia irrumpenti, ad extremum uſque halitum, adhæſit: in cujus obedientia Avenione Idibus Januar. A. 1401. (*Nomenclator* habet 1405.) è vitâ exceſſit. Sepultus eſt in Templo ejuſdem Collegii, in Sacello D. Stephani propriis à ſe ſumptibus erecto & dotato, cui etiam decedens duo librarum millia legavit. In tumulo nigri marmoris ſequens hodiedum legitur Epitaphium:

HIC JACET
REVERENDISSIMUS IN CHRISTO PATER
GUILIELMUS DE AGRIFOLIO
DECRETORUM DOCTOR,
TITULI S. STEPHANI IN COELIO MONTE
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
QUI OBIIT IDIBUS JANUARII,
ANNO DOMINI MCCCI.
ANIMA EJUS IN PACE QUIESCAT.
AMEN.

Scripſit *Guilielmus*

1. *Sermones in laudem B. Virginis.*
2. *Tractatum de Poteſtate Papæ.*
3. *Explanationes Decretorum*, aliaque nonnulla, ut notat *Georg. Joſ. Eggs* Purp. doctæ *Lib. II. p.* 416.

AGRIGENTINUS: Vid. FRIDERICUS.

AGRIPPA cognomento *Caſtor*, vitiosè à quibuſdam *Paſtor* dictus, vir valdè doctus, ſcripſiſſe dicitur ab Euſebio (*a*) adversùs volumina XXIV. *Baſilidis* hæretici, quæ in Evangelium confecerat. Sic ipſe *Euſebius* de Scriptoribus Eccleſiaſticis loquens. „ Ex „ his pervenit ad nos liber celeberrimus ſcriptoris id „ temporis (circa A. C. 128.) *Agrippa Caſtoris*, con„ futationem *Baſilida* validiſſimam continens, per quem „ verſutia ac calliditas viri ad decipiendum nimis ap„ ta detegitur. Denique cum publicaret ejus arcana, „ dixit eum de Evangelio quidem XXIV. Commen„ tarios condidiſſe, prophetas verò ſibimet nuncupaſſe „ quoſdam *Barchaban* & *Barchob*, alioſque qui nun„ quam extiterint, quos ipſe tamen conſtituerit ſibi, „ ac barbaris vocabulis, ut eſſet appellatio ipſa terri„ bilis, nominarit. Docere etiam eum refert immolita abſque ullo reſpectu conſcientiæ deguſtanda, & „ ſine ſcrupulo atque indifferenter fidem negandam „ perſecutionis temporibus. Sectatores ſuos ad morem „ Pythagoricum docuit quinquennio ſilere. Addit alia „ quoque non pauca, quibus ſectæ hujus errorem pe„ nitùs a ſe deprehenſum & confutatum eſſe declarat. „ Unde non video cur *Hieronymi* Scholiaſtes (*b*) negat *Euſebium* dixiſſe, *Agrippam* libris illis *Baſilidis* XXIV. ἔλεγχον ſuum oppoſuiſſe, atque adeo eos ex inſtituto confutaſſe, ſed tantum eorum feciſſe alicubi mentionem. Excerpta ex utroque *Agrippa* & *Baſilide* profert *Ern. Grabius* Tom. II. Spicilegii Oxoniæ 1699.

Iſidorum etiam *Baſilida* filium ſcripto confutavit *Agrippa*, uti teſtatur *Theodoritus* Hæret. Fab. *l.* 1. *c.* 4.

Agrippam refert Cl. *Cave* (p. 35.) ad A. D. 132. *Poſſevinus* (p. 20.) ad A. 130. *Sixtus Senenſ.* (p. 194.) ad A. 160.

(*a*) *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. lib. IV. *cap. VIII.* edit. Lat. *Baſil.* A. 1179. fol. (*b*) *Hieron.* cap 21.

AGRIPPA (*Henr. Cornelius*) Vir Sec. XVI. doctiſſimus, nobili & antiquâ familiâ (cui nomen *de Nettesheym*) ortus, natus eſt d. 14. Sept. A. 1486. *Antverpia* quidem, an *Colonia* ambiguum. His enim verbis amicus ipſum compellat in Epiſtolâ *Antverpia* datâ d. 17. Oct. 1527. (*a*) „ .... Illud mihi fuit „ gratiſſimum, quod te intelligam haud quaquam ab„ horrere à noſtrâ Antverpiâ; .... nec video cauſam, „ cur malis manere in Galliâ Lugdunenſi, quam tuâ „ Belgicâ, quæ te produxit. Conſentaneum enim eſt, „ ut patriam illuſtres, & Spartam, quam nactus es, „ ornes. „ Imo ipſe *Agrippa* in reſponſoriis ſuis (*b*) *Lugduni* datis d. 17. Nov. 1527. id fateri videtur, ſcribens. „ Ingratiſſimus ego ſum omnium, ... ſi „ tua monita non obviis manibus acceptem, ſi non „ etiam ſequar, ... qui ad eam me felicitatem vo„ cas, & ad patriæ gloriam hortaris &c. „ At Colonienſem certè dixeris ex Epiſtolâ quam ad eum dedit Archiep. Colonienſis d. 1. Febr. 1532. (*c*) „ Te, „ *inquit ille*, quem in noſtrâ Colonienſi patriâ ori„ undum cognovimus, ſummâ gratiâ & favore com„ plectimur: „ idem notum fit ex ipſius *Agrippa* Epiſtolâ (*d*) ad Senatores Colonienſes datâ ex *Bonna*, d. 11. Jan. 1533. ubi inter alia: „ Poſſem vo„ bis horum veriſſima exempla referre, niſi .... pa„ triæ meæ rationem habendam ducerem. Sum enim „ & ego, ſi forte neſcitis, civitate veſtrâ oriundus, „ & primâ pueritiâ apud vos enutritus: &c. „ Pater ejus obiit circa initium anni 1518. ut colligitur ex Epiſtolâ filii *Metæ* datâ d. 6. Febr. hujus anni (*e*). De nobilitate autem ſuâ ſic ille in Epiſtolâ (*f*) ad Cardinalem *Eberhardum* datâ *Gandavi* d. 12. Maii 1531. „ Sunt adhuc mihi avitæ nobilitatis imagines, „ militaria inſignia, ſcholaſtici tituli, & bene „ geſtorum munerum, Pontificum, Cæſarum, Re„ gum, Principumque & Magiſtratuum clara teſti„ monia. Proinde & pater & avi & atavi & tritavi „ Cæſarum Romanorum Auſtriacorumque Principum „ à longo ævo miniſtri fuerunt. „ Dein de ſeipſo pergit: „ Horum veſtigia & ego inſecutus, divo *Maxi„ miliano* Cæſari & pace & bello non ſegniter inſer„ vivi. Deinde & ſub aliis Regibus & Principibus „ multa & literis, & militiâ, & legationibus geſſi, „ longè peregrinavi, multa vidi, multa expertus, „ multa didici, & novi, & memini, & quan„ tum mihi natura dedit ingenii, docuit ars, cumu„ lavit ſtudium, inſtruxit experientia; tot vidi, tot „ novi, tot geſſi, ut non dubitem, me etiam apud „ hunc *Carolum*, Cæſarem noſtrum poſſe inſignem & „ gloriam & mercedem promereri, modò materia, „ occaſio, favor non ſint defutura, atque ſint, qui „ me, quis ſim, quid ſciam, quid valeam, quid „ poſſim, queant velintque cognoſcere. Hæc me oportet

» porrò Cæſari offerre primum, qui meus naturalia
» Princeps eſt, cujus majoribus majores mei ſervierunt,
» cujus avo ſervivi ego, & nunc ſervio etiam ſuæ
» Majeſtati indiciarii munere, cui nuper præfecit me
» Princeps *Margareta* Cæſaris nomine, ... idque mu-
» neris jam ſupra annum & medium geſſi propriis im-
» penſis, & vel ſic domicilio, et adacta familia, me
» in aulam contuli, renunciato omni externo com-
» modo, impoſita negotia ſic peregi, ut nemo me-
» lius. Neque tamen adhuc uſque datum, neque ſta-
» tutum debitum ſtipendium eſt &c.,, Ita verò de
vitâ ſuâ loquitur in Epiſtolâ (*g*) ad Ser. *Mariam*,
Hungariæ & Bohemiæ Reginam datâ ex *Bonnâ*: ,,
» Avo tuo divo *Maximiliano* Cæſari à primâ ætate
» deſtinatus, aliquandiu illi a minoribus Secretis fui:
» deinde in Italicis caſtris ſeptennio illius ſtipendio mi-
» litavi: poſtea variâ legatione functus, nunc literis,
» nunc militiâ, diverſo conditionis habitu, geminam
» utriuſque laudem æquavi; pericula quoque varia
» ſuperatus, nunc miſerrimis, nunc feliciſſimis par ha-
» bitus, utriuſque fortunæ menſuram implevi; jam-
» que octo linguarum mediocriter doctus, ſed illarum
» ſex adeo peritus, ut ſingulis non loqui modò &
» intelligere, ſed & eleganter orare, dictare & trans-
» ferre noverim, tùm præter multimodam etiam ab-
» ſtruſarum rerum cognitionem, peritiam & cyclicam
» eruditionem, utriuſque Juris & Medicinarum Doc-
» tor evaſi, antea etiam Auratus Eques, quem ordi-
» nem non precariò mihi redemi, non à tranſmarinâ
» peregrinatione mutuavi, non in Regum inthroniſa-
» tione impudenti inſolentiâ ſurripui, ſed in publicis
» præliis mediâ acie bellicâ virtute commerui. De-
» functo *Maximiliano*, ſub variis & Principibus, &
» Ariſtocratiarum optimatibus, & Democratiarum
» magiſtratibus, per Italiam, per Hiſpaniam, per
» Angliam, perque Gallias, nunc militiâ, nunc lite-
» ris, ſtipendia merui: multa præclara facinora geſſi,
» multa ſtrenuè perpetravi, quorum mihi fide digniſſi-
» mi ſunt teſtes & teſtimonia. Tandem poſt multos
» mari terràque emenſos labores feſſus, ærumnis ſupe-
» rioris ſtudii habitum, tranquillioris vitæ meditatione
» mutare decrevi, ſedemque mihi inter Allobroges
» elegi, ubi vitam ab externis negotiis procul tranſactæ
» eruditionis uſum omnium ſecuriſſimam ducerem;
» ſed victus aliquot Principum virorum multis ad-
» modùm literis & precibus, in Lugdunenſem Galliam
» conceſſi, ubi inter cætera munera Regiæ matris Phy-
» ſicus aliquot annis extiti, quouſque a Duce *Borbonio*
» primùm, deinde etiam à *Mercurino* Cancellario, evo-
» catus, non indignum ratus Gallicæ Aulæ, in qua
» jam, etſi nonnullâ injuriâ affectus eſſem, licèt aliàs
,, inter Gallos omni venerationis & benevolentiæ ſtu-
,, dio ſemper cultus fuiſſem, deſertorem agere, ac il-
,, li me Principi devovere, cui jam à progenitoribus
,, meis ſemper deſtinatus fuiſſem. Itaque magno rei
,, familiaris meæ damno, nec minore impenſa, de-
,, hortantibus omnibus amicis meis, & ſiniſtrum fulmen
,, augurantibus, inter infeſtos bellorum tumultus, per
,, medios hoſtes, ſummo etiam vitæ periculo cum om-
,, ni familiâ meâ Gallia egrediens, quia Cæſarem in
,, Hiſpanias petere non licuit, in hanc Burgundicam
,, Aulam me contuli; ubi cum loco mutatâ fortunâ,
,, omnes bonæ felicitates meæ me deſeruerunt; nam
,, mortuo *Borbonio* & *Mercurino*, cognitus à nemine,
,, & res & fides cum pollicitationibus perierunt. In-
,, terea tamen *Margareta* Princeps conſtituerat me Cæ-
,, ſaris indiciarium, juſſitque Cæſareos Publicanos, quos
,, Financiatores vocant, juſtum mihi taxare & ſtatue-
,, re ſtipendium, quod dum ſæpiuſculè proſequerer,
,, nunc apud *Hoſtratum* Comitem, nunc apud *Panor-*
,, *mitanum* Protopræſulem, hinc Publicanorum, illo
,, privati Conſilii Præſidibus, illi dilationis excuſatio-
,, nes varias benevolentiæ ſimulatione componentes,
,, bono animo eſſe jubent, nec dubitare ſtatuendum ſti-
,, pendium ab initio ſuſcepti & adminiſtrati muneris
,, mihi in ſortem fore numerandum. His pollicitatio-
,, num figmentis & compoſitis blanditiarum laqueis
,, circumventus, dum eâ ſpe credulus promiſſorum
,, ſuorum fidem ſecutus ſum, nihil illorum fide ſalla-
,, cius reperi, nihil illorum promiſſis damnoſius inve-
,, ni. Hoc initium fuit ſummorum dolorum, ſic ver-
,, ſipelles inter Burgundos ab inſonti principio redactus
,, ſum ad miſerrimam egeſtatem. Jam verò defunctâ
,, *Margaretâ*, reſidua ſpes in uno Cæſare ſita erat,
,, quem dum adventantem integrum annum maximo
,, meo incommodo, & alieni æris diſpendio ſequor,
,, ... ille, neſcio quorum improborum impulſu, pro
,, veneratione perſecutionem, pro præmio pœnam pro-
,, pe irrogavit: jamque .... illud pulcherrimum lite-
,, raturæ donum in præmium benignitatis exitio pro-
,, prio mihi fuerat compenſandum, niſi Apoſtolicæ
,, Sedis Legatus *Laur. Campegius*, & Leodienſium
,, Antiſtes *Erhardus à Marka*, ambo Cardinales, Majeſta-
,, tem illius ad meliorem ſenſum revocaſſent. Atque hæc
,, tanta Cæſaris indignatio, nonniſi ob ſcriptâ declama-
,, tionem *de Vanitate ſcientiarum & excellentia verbi*
,, *Dei*: quam ſi Cæſar potius ſolidâ oculorum fide
,, legiſſet & intellexiſſet, quam ad improborum inſti-
,, gatorum impulſum cæco præſumptæ ſuſpicionis au-
,, gurio, ac inconſultâ perſuaſoria credulitate menſus
,, fuiſſet, facilè cognoſcere potuiſſet, in quot & quan-
,, tis illi uſui eſſe poſſem, nec me omninò inter poſ-
,, tremos numeraſſet. Quod ſi nunc inflictas mihi a-
,, pud Cæſarem calumnias numerem, ſi laceratæ famæ
,, atrocitatem referam, & quomodo Cæſareus Indi-
,, ciarius ad inſolentis ſtupatoris plenum ignominiæ lu-
,, dibrium redactus fuerim, ſi captivitatis injuſtæ ig-
,, nominiam, & permixtam ludibrio aulicorum inſo-
,, lentiam, atque inter tot acerbiſſimos caſus etiam
,, merendi Cæſaris odium, & negatam mihi à Cæ-
,, ſarea Juſtitiariis juſtitiam recenſeam, vix ingenti
,, volumine omnia complecti poſſem. Tranſeo, qui
,, interea gloriæ ſuæ meo labore partam arrogârunt
,, operam, & quarum rerum ego ſementem jeci, illi
,, abſque negotio fructum meſſuerunt, & ex meis la-
,, boribus præmium retulerunt. Præterea cùm inter
,, has anguſtias nec a tenacitate Cæſaria virtutum præ-
,, mium, nec ab illius indignatione poſtulatam repu-
,, dii libertatem impetrare potuiſſem, nec præ aulicâ
,, invidiâ illi planè innoteſcere liceret, longè minorem
,, magnificentiâ ſuâ & ſpe meâ atque meritis meis
,, gratitudinem expertus ſum, ſtatutumque eſt ſtipen-
,, dium, ſed longe impar, & infra muneris mei onus,
,, ſi hoc ſolo & vivere & laborare & indicia tempo-
,, rum rerumque hinc inde exquirere debeam. Sed ut
,, ſolent exiguo lætari munere, quos ſors diuturnæ
,, tenuiſſet inopiæ, acceptavi magnopulenti Cæſaris
,, humilem mercedulam, datumque eſt ſtipendii di-
,, ploma, intus & exterius multis ſcribarum & publi-
,, canorum conſignatum manibus, appenſa in rubra
,, cera Cæſaris aquilâ, quo ſolidiorem fidei ſpeciem
,, præ ſe ferre videretur. Hoc diplomare & eâ ſpe
,, dives, futuræque fraudis ignorantiâ beatus, abii ex
,, aulâ illâ, in quâ ſciebam mihi pauciores amicos eſ-
,, ſe quàm æmulos, quàm hoſtes, veritare odium,
,, virtute invidiam pariente, ubi rediiſſem Mechliniam,
,, quò minore diſpendio inſtituerem domeſticam im-
,, penſam, vigore Cæſarei privilegii petii à civitatis
,, illius publicanis remitti mihi cerviſiæ impoſitionem,
,, rem quidem leviculam, & quibuſque minimis Princi-
,, pia miniſtris conceſſam. Quâ ut obtinere non potui, hic
,, primùm ſenſi illud tam munitiſſimum, & quod in-
,, dubitatæ fidei ſperabam, Cæſareum diploma mihi
,, inutile, & illis ridiculum eſſe: jamque in proxi-
,, mo erat feſtum D. Joannis Baptiſtæ, quo numeran-
,, da erat mihi prima ſtipendii portio; urgebant cre-
,, ditores, inſtabant fœneratores: acceſſi quæſtorem
,, *Mycautium* aiebat proximè ſoluturū: ſcripſit ſolvendo-
,, rum quitantiam; ego ſubſignavi, eâ ſpe creditores omnes
,, ſuſpendi, firmum ratus, ut eâ portione in ſingulos diſtri-
,, butâ, ſingulos pacarem; cùmque mihi tam magnis a for-
,, tunâ detrimentis affecto, nihil relinqueretur ad vi-

tæ

„ tæ uſum , nec ullum in aulà præſidium haberem ,
„ ſecedendum mihi erat Mechlinia , ſi volui omninò
„ vivere. Itaque cum familiâ meâ me ſubduxi in Ger-
„ maniam , fretus Ill. Principis Electoris & Archipræ-
„ ſulis Colonienſis beneficentiâ, relictâ tamen Mechli-
„ niæ domô cum ſuppellectile & mulierculâ cuſtode ,
„ rediturus aliquando , quando præ creditoribus liberè
„ liceret ibi agere , interea domeſtici ſtipendii parſimo-
„ nia , & ſtipendiarii cenſus auctione creditoribus
„ ſolutionis fidem ſervaturus : confiſus inſuper apud
„ tuam Celſitudinem , & quoſcunque æqui judicii pro-
„ bos cenſores, non tam probro cariturum, quam etiam
„ laudem conſecuturum , ſi tempori conſuluiſſem. Sed
„ dum eà confidentiâ injurioſus alienæ malitiæ iſtic
„ abſum , nunciatur , quod *Mj. autem* quæſtor circum-
„ ventum me eludat ſtipendio , negatque ſoluturum ſe
„ abſenti , etiam eam partem , quam præſens adhuc
„ commerui , neſcio cui hoc lucrum quæſiturus . . . .
„ At ego non abſum , quamdiu iſtic domicilium ha-
„ beo , & ſuppellectilem , atque interea ego non modò
„ Brabantiæ Ducis , non Flandriæ aut Hollandiæ Co-
„ mitis , ſed Cæſaris induciarius ſum; nec abſum , qui
„ ſub imperio ſum, qui ubicumque ſum, æque meo fun-
„ gor officio, quod non ſpongiæ inſtar uni loco adſtrin-
„ gitur , ſed de cujus naturâ eſt variò peregrinari , re-
„ rum & geſtorum occaſiones aucupari , temporum op-
„ portunitati ſervire &c.

Plura his addere poſſem ex *Agrippa* præſertim Epiſtolis hinc inde petita , in quibus multa de ſe ipſo docet ; verum ſiquidem jam ſatis patet hujuſce viri , ingenium ex locis ſupra tranſcriptis , reliqua quæ ad ipſum ſpectant ejuſque ſcripta , cum eorum hiſtoria, accurato ordine recenſere operæ pretium duco.

Agrippam jam ante annum 1507. Pariſios adiiſſe docet *Landulphi* ad eum Epiſtola (*b*) *Pariſiis* data 5. Cal. Apr. hujus anni.

Iter feciſſe in Hiſpaniam Italiamque A. 1508. indeque in Galliam reducem patet ex *Agrippæ* ad *Landulphum* Epiſtolà (*i*) *Avenione* datâ 9. Cal. Febr. A. 1509.

Dolæ Burgundiorum verſabatur A. 1509. ut ex Epiſt. XVII. Lib. I. conjicitur. Ibi *Joan. Reuchlini* librum *de Verbo mirifico* in Scholis publicis expoſuit , in publicis prælectionibus, quas ad honorem ill. Principis *Margareta* & unici ſtudii Dolani gratis ſe feciſſe ait in *Expoſt. contra Catilinetum* (*k*) quanquam in *Defenſ. Propoſit.* p. 596. apud *Balium* , publica lecturâ ibidem ſacras literas profeſſum ſe eſſe teſtatur , ab hujus ſtudii Doctoribus in Collegium receptum : inſuper regentiâ & ſtipendiis donatum. Nec auditorio ſuo , ut ipſe ſcribit , defuerunt viri & graviſſimi & doctiſſimi, tam Dolani Parlamenti Senatores, quàm ejus ſtudii magiſtri , & doctores eruditiſſimi , ordinariique lectores , inter quos Rev. Dn. *Simon Vernerius* , ejus ſtudii Vicecancellarius & Conſervator , Dolanæ Eccleſiæ Decanus , utriuſque Juris Doctor , ne uni quidem lecturæ ſuæ defuit auditor.

Angliam petiit ante annum 1510. ubi in *Epiſtolas Pauli* elaboravit , licèt ſecretius tractandum haberet negotium. Coloniam reverſus , lectiones publicas habuit ſuper quæſtiones Theologicas , *quodlibetales* vulgò dictas ; poſtmodum in Italiæ exercitum Imp. *Maximiliani* adiit , ibi commoratus uſque quo Piſam eum evocaret Cardin. à *Sta Cruce.* In eà urbe dotibus ſuis claruiſſet , ut Concilii Theologus , ſi diuturnior fuiſſet Congregatio. Nec eo modo Curiæ Romanæ gratus evaſiſſet , nec benignam adeò meruiſſet quam à S. P. *Leone X.* accepit Epiſtolam (*l*) , ex quâ ſententiam mutaſſe colligere licet. Data eſt *Romæ* d. 12. Jul. A. 1513. & nomine *Petri Bembi* ſubſcripta. „

„ Ex literis , *inquit Pontifex* , Vener. Fratris Ennii
„ Epiſc. Verulani Nuncii noſtri , aliorumque ſermo-
„ nibus, de tuâ in ſanctam ſedem Apoſtolicam devotio-
„ ne, deque tuo in ejus libertate incolumitateque tuendâ
„ ſtudio diligentiâque intelleximus, quod quidem nobis
„ gratiſſimum fuit. Quapropter te in domino magno-

„ perè commendamus , laudamuſque iſtum animum at-
„ que virtutem , utque in eâdem voluntate , atque
„ erga ſedem ipſam , atque nos obſervantiâ perma-
„ neas , te hortamur &c. „

Theologiam publicè docuit Taurini , ut & Papiæ, quo in Gymnaſio lectiones dedit in *Mercurium Triſmegiſtum* A. 1515. Hoc anno vel ſequenti ejus ex Ticino, ſeu Papiâ exitus , fuga potius videtur quàm receſſus. *Quorſum quæſo* , inquit ad Amicum (*m*) *in tam ſuſpectâ tempeſtate unà cum uxore filioque ac familiâ confugiſſem ? relictâ Papiæ domo ac ſuppellectile , rebuſque omnibus , quas tandem pauca ſalva fere omnes ſpoliatus amiſiſſem.* Hinc patet (*n*) jam eo tempore conjugatum fuiſſe , ac proinde ante mortuum Imperatorem *Maximilianum* qui obiit d. 12. Jan. 1519. Defunctâ verò primâ uxore A. 1521. ac *Metis* ſepultâ (*o*) convolavit ad ſecundas nuptias A. 1522. *Ante biennium hoc*, inquit in Epiſtola ad *Joan. Rogerium Brennonium* datâ ex *Lugduno* , d. 20. Aug. 1524. (*p*) *ſecundam uxorem duxi* &c. Quâ vero in urbe , docet Epiſtola amici ad ipſum data *Lugduni* , d. 7. Oct. 1522. (*q*) *Audivi* . . . . ait ille , *te nunc degere Gebennis* (Genevæ) *illicque probâ, nobili, formoſâ ac locuplete ductâ uxore* , *in Artis Apollineæ experimentis clarere ſingulariter* &c. Ex ea ſex liberos ſuſcepit, filios quinque, filiam unam (*r*). Horum mater obiit Antverpiæ , d. 7. Aug. 1529. anno ætatis 26. minus diebus 23. ab omnibus ubique locorum ob multijugas virtutes ſuas inſignemque pudicitiam ſemper dilecta , & reverita , qua cum vixiſſe ſcribit *Agrippa* (*s*) annos octo , uno menſe minus : verùm ſi ita res eſt, ſecundum iniit matrimoniũ d. 7. Sept. A. 1520. quo adhuc in vivis erat prima uxor. Tertiam duxiſſe pater ex hoc loco *Wieri* de Magis cap. V. p. 111. *Ubi conjugem Mechlinienſem Bonnæ repudiaſſet anno* 1535.

In Epiſtolarum Libro II. videntur *Agrippæ* amici variis in locis ſolliciti de procurando illi honorifico fortunæ gradu : ſive Gratianopoli , ſive Genevæ , Avenione , Metiſve ; in hac ultima urbe jam A. 1518. (*t*) Advocati , Syndici & Oratoris munere fungebatur (*u*). Verum à Monachis vexatus , tum quod vulgarem de tribus Stæ *Annæ* maritis opinionem confutaverat , tum quod mulierculam ſortilegio accuſatam defenderat, à Metenſibus diſceſſit. Dominicanus *Nic. Savini* Inquiſitor fidei mulierculam hanc tormentis exponendam contendebat , unico fretus informationum articulo , quod illius mater quondam pro ſortilegâ fuiſſet excremata (x). Hujus cauſæ omnem proceſſum & acta proſequutus eſt *Agrippa* , nec tamen impedivit quominus quæſtionem pateretur : verùm per Vicarium Metenſis Eccleſiæ abſoluta eſt , accuſatoribus condemnatis , & inſigni inſuper mulctâ punitis (*y*). Id autem in cauſâ fuit ut Stæ *Annæ* Monogamiam tueretur , quod amicum ſuum *Jac. Fabrum Stapulenſem* (d Etaples) ejus defenſorem à Metenſibus Prædicatoribus dilaceratum ſentiret (*z*). Coloniam ergo ſeceſſit A. 1520. (*aa*) Inde Genevam abiit A. 1521. (*bb*) ubi non multam lucratus eſt pecuniam , ſiquidem Chamberiacum , ut penſionem obtineret quam a Sabaudiæ Duce ſperabat , accedere non valuit , prohibitus rei familiaris anguſtiâ (*cc*): ſuâ verò ſpe fruſtratus , Friburgi Helvetiorum (non Briſgoiæ) ſe contulit A. 1523. (*dd*) Anno ſequenti Lugdunum petiit , & penſionem a *Franciſco* I. impetravit. Apud Reginam Matrem Medici officio functus eſt, verum nec ibi fortunam amplificavit; ſua etenim Princeps , ut ſcribit (*ee*) hinc recedens , menſ. Aug. 1525. filiam in Hiſpaniam ituram comitatura, Lugduni manere juſſus eſt , donec ea reverteretur , vel aliter de ipſo ſtatueret : Antequam ſtipendiis gauderet, ſe in penſionariorum regiſtro cancellatum monuit quidam obvius cùm in templo D. Joannis deambularet.

Hàc occaſione in muliebrem ſexum declamat in E-
„ piſtolà ad amicum data *Lugduni* d. 8. Oct. 1526. (*ff*)
„ Jam, *inquit* , poſt eventum vates eſſe cœpi , & bis
„ ſtultus ſapere didici , cognovique verum eſſe , quod
„ vulgò

,, vulgò dicitur, hanc Principis tuæ (jam enim mea
,, eſſe deſiit) benevolentiam nonniſi beneloquentiam
,, ac muliebrem ſimulatem eſſe: Memini ego ſcriptum
,, in divinis literis, *Nolite confidere in Principibus*: legi
,, apud Philoſophos, *Non eſſe confidendum in mulieri-*
,, *bus*; & ſub ferula quondam ex Virgilio didici, *Va-*
,, *rium & mutabile ſemper fœmina.* Atque ego bis ſtul-
,, tus, divinorum humanorumque monitorum imme-
,, mor, me & Principi pariter & mulieri in uno (ut
,, Sorbonicè loquar) ſuppoſito tanquam ex hippocen-
,, taurorum genere, copulato concredidi, & tanquam
,, jumentum & aſinum aurigandum dedi. O terque
,, quaterque ſtultus *Agrippa*, qui clarus imaginibus a-
,, vitis, clarus propriis titulis, militiâ, doctrinâque par-
,, tis, clarus tot publicis muneribus pace & bello op-
,, timè geſtis (qui tandem, quo liberius vivere poſ-
,, ſem, à publicis muneribus me ſequeſtravi, & ad quie-
,, tiorem hanc medicæ artis, & quam hactenus cele-
,, bri famâ ad miraculum uſque cum multorum ſa-
,, lute exercui, profeſſionem me contuli: iterumque à
,, Principibus & Regibus ad honores & ſtipendia ex-
,, petitus, diu abiturus, donec uni huic & Principi &
,, mulieri ultrò me obtuli mancipium, ab ea qua nunc
,, hoſpitior, ac ſi ad nullum aliquod egregium faci-
,, nus utilis ſim, nec aliarum rerum aliquid ſcire aut
,, agere poſſim, medicus cum ſim, & cum ſtercoribus &
,, urinis rem habeam, adeo non clarus, non liber, ſed obſ-
,, curus, etiam ſtultus bisque ſtultus factus ſum, dú ſaniore
,, conſilio, mederi ſtudeo inſano mulieris animo, quod-
,, que nunc ulcus acu tetigerim, admonueris, ne eſſet
,, plus æquo ſuperſtitioſis vaticiniis dedita (*gg*) ne
,, nimium ex illis pendeat, ne pateretur in his nugis
,, meum conteri ingenium, ne animum meum ſubli-
,, mioribus ſtudiis aptum, rebuſque bene gerendis ido-
,, neum vanitate illarum marceſcere ſineret, ſic indigna-
,, tionis facilitate ebulliit (*hh*), ut repente penſione
,, privaret, indignumque præmio judicaret: ſic ad
,, nomen meum obſurduit, ut ne terebro quidem au-
,, res ejus amplius aperiri queant &c.,,

Cùm ergo *Agrippa* ſe ab officio ejectum vidit, muſſi-tat, debacchatur, minatur, ſcribit & ore profert, quicquid intolerans ſuggerit indoles; verumtamen de novo domicilio meditandum fuit. Belgium reſpicit, ac impetrato Pariſiis, non ſine morâ, commeatu neceſſario, Antverpiam venit menſe Jul. 1528. (*ii*). Has nectebat moras Dux Vindocinenſis (*de Vendôme*) qui conſpecto ſive audito *Agrippa* nomine, præcipiti irâ repentè dirupit papyrum totam, inquiens, ſe nequaquam ſignaturum in favorem divinatoris (*kk*). Anno 1529. vocatur ad Regem Angliæ magnis conditionibus; Cæſareæ Majeſtatis Cancellarius pollicetur, ſi in Cæſaris aulam conferre ſe velit, ſeſe illum ad ſummum evecturum faſtigium; Marchio quidam, qui eum olim cognoverat, ſummis precibus pollicitationibuſque illum cum totâ familiâ in Italiam revocat; apud *Margaretam* Principem etiam honeſta offertur conditio, ſed emolumenti minoris (*ll*). Quid eligat ambigit; ultimas tamen partes eligit, & Hiſtoriographi Imperatoris munus accipit, quo eum *Margareta* donari juſſit: verùm ne minimam quidem penſionis partem obtinuit. A. 1531. Bruxellis in carcerem conjectus fuit (*mm*). In eo non diu detentus. Anno ſequenti inviſit Colonienſem Archiepiſcopum (*nn*). Creditorum metu diutius Coloniæ commoratus eſt quàm voluiſſet (*oo*). Bonnæ vixit ab anno 1533. ad 1535. Tunc Lugdunum repetere voluit. In Gallia incarceratus eſt, ob ſcriptum aliquod adverſus Reginam matrem *Franciſci* I. verùm quorundam precibus liberatus, Gratianopolim petiit, ac ibidem obiit eodem anno 1535. Eum in Xenodochio defunctum aliqui dicunt: at juxta *Naudæum*, demortuus apud Receptorem Generalem Provinciæ Delphinatus: vel, ut habet *Alardus*, in domo familiæ Ferrandinæ, & apud Jacobæos ſepultus. Errat *Fabricius* qui *Tom. VI.* Hiſt. Bibl. Fabric. *p.* 272. Agrippam *Gratianopoli* quidem, ſed A. 1538. ætatis 48. mortuum docet. Alii non minori errore dicunt 1534. Pontificiæ ſemper addictus vixit, idemque à quibuſdam minùs rectè dictus eſt *Calviniſta*, & ab aliis *Lutheranus*: quod negat *Balius*, Epiſtolam LXXXII. Libri III. *Agrippæ* falsò tribui demonſtrans. Et revera ſic ille in *Cap. VI.* de Vanitate Scientiar. *p. m.* 25. *Qui ſunt duces Germanicarum hæreſum, quæ ab uno Luthero ſuſcepto exordio, hodie tam multæ ſunt, ut fere ſingulæ civitates ſuam peculiarem habeant hæreſim &c.* In Epiſtolâ ad *Eraſmum* (*pp*) datâ *Bruxellis* Cal. Jan. A. 1531. *Illud*, inquit, *te admonitum volo, me de his quæ ad religionem attinent, nequaquam ſecus ſentire, quam ſentit Eccleſia Catholica.* Et ad *Melanchtonem* ſcribens (*qq*) *Francof. ad Mœn.* d. 17. Sept. 1532. *Salutabis mihi invictum illum hæreticum Mart. Lutherum &c.*

Quoad Magiam, cujus inſimulatus eſt, liberam unicuique mentem relinquo. Id unum ſcio, Epiſtolas quas ad amicos ſcribebat *Agrippa*, eas aliquando in publicum prodituras minimè putans, Religionis ſcientiam, Chriſtianumque ſermonem planè redolere. Ita ſentit *Balius*, qui *Agrippæ* accuſatores *Paul. Jovium*, *Thevetium* & *Mart. Del Rio* variis confutat argumentis; ac primò *Jovium* qui de *Agrippâ* loquens hæc habet: ,, Exceſſit è vitâ nondum ſenex apud Lugdunum,
,, ignobili & tenebroſo in diverſorio, multis eum tan-
,, quam Necromantiæ ſuſpicione infamem execrantibus,
,, quod Cacodæmonem nigri canis ſpecie circumdu-
,, ceret; ita ut cùm propinquâ morte ad pœnitentiam
,, urgeretur, cani collare loreum magicis per clavorum
,, emblemata inſcriptum notis exſolverit, in hæc ſu-
,, prema verba iratè prorumpens, *Abi perdita beſtia,*
,, *quæ me totum perdidiſti*; nec uſquam familiaris il-
,, le canis, ac aſſiduus itinerum omnium comes, &
,, tum morientis domini deſertor poſtea conſpectus eſt,
,, quum præcipiti fugæ ſaltu in Ararim (*la Saone*) ſe
,, immerſiſſe, nec enataſſe, ab his, qui id vidiſſe aſ-
,, ſerebant, exiſtimetur.,, Primò dicendum non Lugduni deceſſiſſe *Agrippam*, ſecundo audiendus de iſto Cacodæmone *Wierus* Agrippæ *ſervus*, cap. V. *de Magis*, *p.* 111.
,, Silentio diutiùs involvi non patiar, *inquit*, ob veri-
,, tatis prærogativam, quod in diverſis aliquot ſcripto-
,, ribus (inter quos *Jovium* nominat) legerim, Dia-
,, bolum formâ canis ad extremum Agrippæ halitum co-
,, mitem ipſi fuiſſe, & poſtea neſcio quibus modis eva-
,, nuiſſe. Satis equidem mirari hîc nequeo, tantæ exi-
,, ſtimationis viros tam inſulſè aliquando loqui, ſenti-
,, re & ſcribere ex inaniſſimo vulgi rumore. Canem
,, hunc nigrum mediocris ſtaturæ, gallico nomine *Mon-*
,, *ſieur* (quod *Dominum* ſonat) nuncupatum novi ego
,, ſi quis alius familiariſſimè, quem nimirum non rarò
,, ubi Agrippam ſectarer, loro ex pilis concinnato al-
,, ligatum duxi; at verè naturalis erat canis maſcu-
,, lus, cui alias fœmellam ferè colore & reliquâ corpo-
,, ris conſtitutione ſimilem, quam Gallicè *Madamoiſelle*
,, (Dominam) appellabat, me præſente adjunxit.,,

Inde ad *Thevetium* tranſit *Balius*, quem de *Agrippa* duriora locutum, ineptiæ & craſſæ ignorantiæ arguit.

Narrat *Martinus Del Rio* Diſquiſit Magic. *Lib. II. Quæſt. XII.* p. m. 164. *Agrippam & Fauſtum cùm iter facerent, ſolitos fuiſſe nummos ad oculum ſinceros in diverſoriis numerare; quos qui receperant, poſt pauculos dies cornuum fruſta vel ſcruta viliſſima reperiebant.* Hanc Hiſtoriam plenè diluit *Agrippæ* miſeria, quæ in ſingulis ejus Epiſtolis eluceſcit: ſi creditores adeò breviori viâ ſolvere potuiſſet, de vitâ ſuſtentandâ quid tam ſollicitus fuiſſet?

Idem *p.* 167. ait *Cornelium Agrippam & duos alios Nobiles juſſu Caroli V. ex aulâ & regnis ſuis expulſos fuiſſe, eò quod illi theſaurorum, per artem magicam, ſpem obtuliſſent.* Et *Lib. V. Sect. II. p.* 720. Carolus V. *Agrippæ pœnam mortis non indulſit, ſed cùm is effugiſſet, exilium irrogavit.* Mera commenta, ut oſtendit *Balius*.

Denique Lib. II. Quæſt. XXIX. p. 340. ,, *Agrip-*
,, *pa* cum Lovanii verſaretur, commenſalem habuit
,, nimis curioſum. Semel profectus aliquò Agrippa,
,, uxori,

„ uxori, quam poſtea repudiavit, claves muſæi ſui „ tradidit, prohibens, ne quem ingredi fineret. Adoleſcens, mulierculam deprecari non deſtitit, ut copiam ingrediendi ſibi faceret, donec impetravit. „ Muſæum ingreſſus, incidit in libellum Conjurationum, legit: en illi pulſatio ad januam, turbatur; „ ſed lecturam pergens, iterum pulſat neſcio quis: & „ nihil reſpondente rudi harum rerum juvene, dæmon ingreditur; quærit cur vocatus? quid fieri jubeat? illi metus vocem intercludit, fauces dæmon. „ Redit interea domum archimagus, videt exultantes „ ſuper eum dæmones, utitur ſolitis artibus, adſunt „ vocati; rem narrant, ut geſta; ille homicidæ „ jubet cadaver ingredi, & per forum (in quo cæteri ſolebant ſtudioſi frequentius convenire) aliquoties obambulare, tandemque corpus deſerere. Ambulavit ille ter quaterve, tum corpus concidit, diffugiente eo qui regebat. Creditum diu, hunc ſubita correptum morte concidiſſe; ſed indicia ſuffocationis initio rem ſuſpectam fecêre; poſtea tempus „ omnia divulgavit, & Agrippa, quas pectore occultaverat hæreſes. in Lotharingiam profugus cœpit emovere. „ *Hujus narrationis falſitatem Chronologicis obſervationibus iiſque validiſſimis evincit ornatiſſimus* Bælius.

Natalis Comes hæc refert in Mythologiâ apud *Schelhornium* in Amœnit. Litter. Tom. II. *p.* 588. „ Inde exiſtimo, artificium Cornelii Agrippæ originem „ cepiſſe, qui in occultâ Philoſophiâ videtur rationem „ quandam attingere, ut qui maximè à nobis diſtant, „ poſſint quæ volumus in Lunâ deſcripta perlegere. Id „ eo tempore contigiſſe mihi narratum eſt, quo Franciſcus Gallorum Rex bellum gerebat pro Mediolanenſium principatu adverſus Carolum V. Rom. Imp. ubi redit Mediolanum . . . . . Nam non ſemel quæ per „ diem agerentur Mediolani, per noctem ſignificata „ fuiſſe dicuntur Pariſiis. „ Hanc artem ſi *Agrippa* cognitam habuit, tam operoſo literarum commercio potuiſſet ſuperſedere, nec toties ipſi eſuriendum fuiſſet.

Aliud adjiciam quod ex literis ad ſe datis accepiſſe teſtatur idem Schelhornius: *ſi verum eſt*, inquit, *quod de Agrippa referunt, plus vice ſimplici horâ nonâ ad decimam uſque Friburgi, & ſtatim horâ inſequenti decimâ Muſſiponti lectiones, quas vocant, publicas habuiſſe*; *magnopere profectò deſudandum tibi erit, ſi Magiæ maculam ab eo abſterſum iveris.*

„ Unde hæc hauſta ſint, *ſubjungit Schelhornius*, ignoro; interim miror, Agrippam in igni hoc artificio non uſum fuiſſe, cùm à furibundis illis ruſticis turri incluſus atque ad incitas ferè redactus erat. „ Nec opus ipſi fuiſſet, de itinere minus tutò conqueri, & tam anxiè emendicare viaticum, cùm Lutetiâ Pariſiorum ſe familiamque ſuam transferre Antverpiam cuperet (*rr*). Mirum etiam, quod Bruxellis carceri mancipatus, non ruptis repagulis tantus „ artifex evolaverit, ac celeri ſe pede proripuerit.

Novas autem plures invenit *Agrippa*, (ſi fides ei adhibeas,) machinas bellicas, quarum deſcriptionem ex ejus Epiſtolis (*ss*) tranſcripſit *Schelhornius* loc. cit. *p.* 560. unà cum arte quâ regio ærario quotannis non modica pecuniarum talenta applicare poſſe gloriabatur, etiam abſque populi gravamine (*tt*). Singularem prætarea ἀκουμαθείας artem ab eo alicubi propoſitam notat *Morhof.* Polyhiſt. Liter. *Lib. I. cap. XII. n.* 3.

Nunc ad elogia quibus *Agrippa* donatus eſt, & eruditorum de illo judicia deveniamus. Plura cumulat *Th. Pope Blount* in Cenſurâ Celeb. Auth. *p.* 549. „ Hic „ (*Agrippa*) immenſo captu, *ait Jovius*, vaſtâque „ memoriâ, ſcientiarum artiumque cariones, arcanaque intima & ſummos apices complexus, diſciplinas convellit, religiones in dubium revocat, ſtudiorumque omnium labores feſtivâ declamatione deridet; eòque vehementius atque validius, quòd „ tantæ novitatis argumenta ſacrarum literarum auctoritate confirmentur, quaſi feliciore opere illudentis ingenii tantas opes oſtentare nequiverit, niſi vir „ educatus in literis, & a Cæſare eruditionis ergo equeſtris ordinis dignitate honeſtatus importunos antistes ... eloquentiæ, æternis optimarum literarum arcibus admoveret. „

De Corn. Agrippâ quidam amici docti ad me ſcripſerunt è Brabantia, (inquit *Eraſm.* Epiſt. XVIII. Lib. 24.) *ſed ſic ut nec hominis violentiam probare, & plus illi in colligendo ſtudii, quàm in deligendo judicii tribuere videantur.* Et in Epiſt. *Abeli Colſtero* datâ Friburgi 25. April. 1533. *De Corn. Agrippâ, de quo quid ſentiam rogas, magnificentius*, inquit, *cenſeo, quàm ut de ejus ingenio cenſuram ferre poſſim. Ex ejus lib.* de Vanitate Scientiarum *qualicunque guſtu deprehendi hominem eſſe ardentis ingenii, variæ lectionis & multæ memoriæ, alicubi tamen majore copiâ quàm delectu ac dictione, tumultuoſâ veriùs, quàm compoſitâ. In omni genere rerum vituperat mala, laudat bona.*

Agrippam literarum literatorumque omnium miraculum, & amorem bonorum, appellat doctiſſ. *Lud. Vives.*

De Agrippâ quid ſentiam, inquit *Cl. Minos* in Not. ad Emblem. pag. 63. *nihil habeo neceſſe dicere, niſi quod cùm in literas declamitavit, videri voluit egregie literatus: quanquam tamen non minus apud ſanos videatur aucupio vanitatis delectatus, quàm otiose ſolers in vanitate Actium inſectandâ.*

Talem appellat *Joan. Arrowſmith.* Tact. Sac. p. 87. non hunc aut illum emunctioris naris Theologum; ſed *Corn.* ipſum *Agrippam*, quem in Myſteriis Magiæ nôrunt & agnoſcunt viri docti fuiſſe *Delium Natatorem.*

De eô *Moret.* in *Diction.* Bonâ fide fatendum eſt eum magnis & præclaris dotibus exornatum fuiſſe; genium ejus inter vaſtiſſimos & luculentiſſimos eminuiſſe; meritoque paſſim nominatum fuiſſe ſui ſeculi *Triſmegiſtum*, ob eam qua polluit notitiam eximiam Theologiæ rerum, arcanorum Medicinæ, & magnificarum Juriſprudentiæ Legum.

De eô dixere quidam cavillatores:

Inter Divos, nullos non carpit Momus;
Inter Heroas, monſtra quæque inſectatur Hercules;
Inter Dæmones Rex Erebi Pluto *iraſcitur omnibus Umbris*;
Inter Philoſophos ridet omnia Democritus;
Contra deflet cuncta Heraclitus;
Neſcit quæque Pyrrhias;
Et ſcire ſe putat omnia Ariſtoteles:
Contemnit cuncta Diogenes:
NULLIS HIC PARCIT AGRIPPA:
Contemnit, ſcit, neſcit, flet, videt, iraſcitur, inſectatur, carpit omnia,
Ipſe Philoſophus, Dæmon, Heros, Deus & omnia.

Hoc ejus Epitaphium, *Jac. Latomo* Auctore.

Hunc tumulum haud Charites *ſervant, ſed* Erynnies *atra,*
Non Muſæ, *at ſparſis anguibus* Eumenides.
Colligit Alecto *cineres, miſcetque aconito,*
Grataque dat ſtygio liba voranda cani.
Qui quod erat vivum comitatus, atrociter Orci
Nunc quoque per cunctas rapiat, agitque vias.
Inſultatque adeo & Furias, *quia noverat omnis,*
Salveat injungit nomine quamque ſuo.
O miſeras arces, quæ ſola ea commoda præſtant,
Accedas Stygias *notus ut hoſpes aquas.*

SCRIPTA:

1. *De Vanitate & Incertitudine Scientiarum atque Artium Declamatio invectiva, ſeu Cynica, quâ docetur, Nuſquam certi quicquam perpetui & divini, niſi in ſolidis Dei eloquiis, atque eminentiâ verbi Dei latere*: primo impreſſa A. 1530. (1) innumeris typographi erroribus ſcatet, ut notat ipſe *Agrippa* in Epiſtolâ eodem anno datâ ex *Mechliniâ* ad Amicum, menſe Dec. (2) Hujus verò libri lectio & venditio vetita fuiſſe videtur ex Epiſtolâ Amici ad *Agrippam* ſcriptâ A. 1531. (3) Id interim liquet, in Indice Prohibitorio Concilii Tridentini *Agrippam* primæ claſſis hæreticis accenſeri, ejuſque opera omnia proſcribi: quod in

in Elencho librorum prohibitorum omnium *Romæ*
typis Cameræ Apoſt. A. 1632. in 12. excuſo, nec
non in Indice prohibitorio *Clementis* XI. itidem *Ro-*
mæ A. 1711. in 8. vulgato reperitur. Quid mirum?
Seculi ſui mores ubique datâ occaſione liberè & acer-
bè ſatis carpens, non potuit non irritare crabrones,
multorumque, cumprimis monachorum, in ſe odia
convertere. Audiamus ipſum, eâ de re ſic conqueren-
tem (4). ,, Cum edidiſſem Declamationem illam de
,, Vanitate ſcientiarum atque excellentiâ Verbi Dei,
,, quam in hoc ipſum ſcripſi, partim ut ſegniora in-
,, genia ad defendenda bonarum literarum ſtudia ex-
,, citarem, partim ut monachis illis concionatoribus
,, arguendorum in omni exercitii genere vitiorum non
,, frigida argumenta conferrem, illi hoc beneficium
,, meum ingrato penſantes animo, pariter omnes
,, communem hoſtilitatem mihi indixerunt, jamque
,, paſſim à ſuggeſtis, e pulpitis, in publicis concio-
,, nibus, apud promiſcuam plebem magnis vocife-
,, rationibus adverſùm me clamabant iraſcebanturque,
,, atque nullam impietatem, nullam hæreſin, nullum
,, contumeliæ probrum in me non transferebant, miriſ-
,, que geſticulationibus, puta illiſis digitis, jactatis
,, manibus capiteque retractis, colliſis dentibus, fre-
,, mendo, conſpuendo, viciſſimque ſcalpendo caput
,, & rodendo ungues, & calcitrando pedibus inſa-
,, nientes, nullum penitus amentiæ genus omittebant,
,, quo Principis & populi odium iracundiamque in me
,, excitarent. ,, Nec miror, tantopere propterea mul-
torum in *Agrippam* arſiſſe odia, hoc potius mi-
ror, eum ignem effugiſſe. Etenim quicunque hunc
tractatum perluſtrabit, loca pluſima Pontificiæ doctri-
næ adverſaria reprehendet. Ita v. g. cap. LVII. de
Imaginibus. *Imaginum cultum jam ab antiquo non om-*
nes populi admiſerunt: quod pluribus exemplis com-
probat. *Ægyptiorum autem*, ut inferiùs pergit, *in iſtis*
ſumma erat impietas & ſtultitia, exinde in omnes gentes
derivata. Qui quidem corruptus gentilium mos & fal-
ſa religio, cum ipſi ad Chriſti fidem converti cœperunt,
noſtram quoque religionem infecit, & in noſtram Eccle-
ſiam ſimulachra & imagines, multaſque pomparum ſteri-
les cæremonias introduxit, quorum nihil omnino fuit apud
primos illos & veros Chriſtianos. Nec dici poteſt, quan-
tâ ſuperſtitione, ne dicam idololatriâ, penes rudem & in-
doctam plebem alatur in imaginibus, conniventibus ad iſ-
ta ſacerdotibus, hinc non parvum lucri quæſtum percipienti-
bus: eos deinde qui *Gregorii* verbis ſe tuentur vituperans,
imagines quidem ab eo probari fatetur, non cultum.
Non enim decet nos, inquit, *ex vetito imaginum libro*
diſcere, ſed ex libro Dei, qui eſt liber Scripturarum,
&c. Reliquiarum cultum immoderatum damnat; quan-
quam eis ſanctitas eſſe non negat; *ſed quia non om-*
nium certitudo eadem eſt, cùm variis in locis putantur ſanc-
torum eorundem eadem retineri ſigna, neceſſe eſt, inquit,
horum aut illorum ſtultam confidentiam eſſe oportere.
Quâ de causâ fidem rebus viſibilibus non affigenda,
ſed colendi ſancti in ſpiritu & veritate per D. N. J.C.
illorumque opem implorare jubet. Realem præſentiam
corporis Chriſti in Eucharistia admittit. Inde in hæc
verba prorumpit: ,, Sed avarum ſacerdotale genus,
,, avari homines, non modò ex ignis & lapidibus, ſed
,, etiam ex mortuorum oſſibus, & ſanctorum marty-
,, rum reliquiis materiam avaritiæ ſuæ captantes, ſuæ
,, rapinæ inſtrumenta fecerunt: attollunt ſepulchra
,, Confeſſorum, exponunt reliquias Martyrum, ven-
,, dentes illorum contactus & oſcula, exornant illo-
,, rum ſimulachra, & feſta illorum magnis pompis de-
,, corant: prædicant illos ſanctos, & extollunt mag-
,, nis præconiis; vitam illorum, quò tantoperè lau-
,, dant, longiſſimè fugiunt. Nonne iſtis loquutus eſt
,, Salvator *Væ vobis, qui ædificatis ſepulchra Prophe-*
,, *tarum, ſimiles illis qui occiderunt eos?* Proinde genti-
,, lium more ſanctis ipſis officia diſtribuunt, & hunc
,, cum Neptuno aquarum periculis ſubvenire, illum
,, cum Jove fulmen mittere, aut cum Vulcano ignem,
,, alium meſſis curare cum Cerere, alium præeſſe
,, vitibus cum Baccho. Et habent mulierculæ ſuas Di-
,, vas, à quibus, ſeu a Lucina, aut Venere, libe-
,, ros petant, & quæ cum Junone iratos placant, vel
,, vindicant maritos. Jam verò etiam ſunt, qui fur-
,, ta & amiſſa ſeu perdita recuperare faciunt, atque
,, nullum morbi genus eſt, quod inter divos non ha-
,, beat ſuum medicum: quæ cauſa eſt, quo minus
,, lucrentur medici, quàm cauſidici, cum nulla ſit
,, lis, tam puſilla, tam juſta, quæ divum aliquem
,, habeat patronū. ,, Nihil attamen divinæ potentiæ &
Sanctorum meritis derogatum vult. *Impius enim eſt*,
inquit, *quiquis de pietate Chriſtianâ ac Sanctorum*
miraculis perperam ſentit: ſed ſuperſtitioſus & impro-
bus eſt, qui pro miraculis prodigioſa quæque mendacia,
ſeu poëtica nugamenta vertunt in hiſtoriam, & ſimplici-
bus oraculi loco credenda proponunt, magniſque clamori-
bus inculcant: ſtultiſſimi quoque ſunt, qui iis fabulis &
ſomniis fidem habent. Deinde progreditur. *Quemadmo-*
dum imaginum exuperans cultus, idololatria eſt, ita illa-
rum pervicax deteſtatio, hereſis eſt: & quemadmodum
reliquiarum abuſus execrabile ſcelus eſt, ita earundem irre-
verentia, deteſtanda hæreſis eſt.

Cap. LVIII. de Templis: *Scimus*, ait, *hanc ma-*
nimam olim fuiſſe gentilium ſuperſtitionem ſingulis diis ſua
templa fabricandi: quorum imitatione cœperunt deinde
Chriſtiani ſuis divis templa inſcribere. Et inferius: *Æ-*
des ſacræ, templa, baſilicæ, loca ſacrata .... nunc in
tantam excrevére multitudinem, accedentibus illis tot fra-
trum oratoriis, privatiſque ſacellis, ut maximè neceſſarium
foret, multa ex illis, tanquam ſuperflua & indebita mem-
bra, reſecari. Accedit ad hæc ſtructura ſuperba magni-
ficentia, in quam multa admodum pecuniæ & eleemoſina
in dies profunduntur: quibus multi Chriſti pauperes, ve-
ra Dei templa, imagineſque, fame, ſiti, æſtu, algore,
labore, debilitate, egeſtate periclitantia, ſuſtentari de-
berent.

Cap. LIX. De Feſtis: *Feſtorum dies tam apud Gentes*
quam Judæos magnâ religione ſemper celebres fuére: qui
omnes diſtributim, per certa anni tempora, per certos &
ſtatutos dies, Deum colebant, quaſi liceret aliquando à
divino cultu diſcedere, aut forſan Deus plùs alio quàm
alio tempore ſe coli velit. ..... Veris & perfectis Chri-
ſtianis nulla eſt dierum differentia: ...... Hos equi-
dem dies à Patribus in Eccleſia conſtitutos agnoſcit, qui-
bus conveniat populus ad ſacram verbi Dei concio-
nem audiendam, & ad cultum divinum celebrandum,
verùm in pravos pervertitur uſus hæc inſtitutio. ,,
,, Maxima pars, *inquit*, Chriſtiani populi ſacrum hoc
,, dierum Feſtorum otium non ad otandum, non ad
,, Dei verbum audiendum, non ad cætera, quorum
,, causâ inſtituta ſunt impendit, ſed ad omnifariam
,, bonorum morum ac Chriſtianæ doctrinæ corruptelam,
,, in choreis, in Comœdiis, in Hiſtrionibus, in cantilenis, in
,, ludis, in compotationibus, in pompis, in ſpeculis, in qui-
,, buſcunque mundanis, carnalibus, ſpiritui ſanctita-
,, tique contrariis operibus conſumit, & (quemadmo-
,, dum inquit *Tertullianus* de Cæſarum ſolennibus) ſo-
,, lent tunc grande officium agere, focos & choros in
,, publicum ducere, vicatim epulari, civitatem taber-
,, næ habitu obolefacere, vino gulam cogere, cer-
,, tatim curſitare ad injurias, ad impudentias, ad li-
,, bidinis illecebras: ſic exprimitur publicum gaudium
,, per publicum dedecus. Nonne ergo merito damnan-
,, di ſumus, qui hoc ritu Chriſti & Sanctorum ejus
,, ſolennitates celebramus?

Cap. LX. *De Cæremoniis*: ,, Ex membris denique
,, religionis non minima ſunt rituum & cæremonia-
,, rum pompæ in veſtibus, in vaſis, in luminibus,
,, in campanis, in organis, in concentu, in odo-
,, ribus, in ſacrificiis, in geſtibus, in picturis pretio-
,, ſis, in ciborum & jejuniorum delectu, ac ſimi-
,, libus, magnâ cum admiratione, tum veneratione
,, ab imperita plebe & hominibus, qui nihil adver-
,, tunt, quam quæ ante oculos obverſantur, receptis
,, ejuſmodi: .... Accidit, ut creſcentibus iis cæ-
,, remoniarum legibus, pluribus conſtitutionibus ho-
,, die

,, die onerentur Chriſtiani, quàm olim Judæi; quod-
,, que magis dolendum eſt, cum ipſæ per ſe nec bo-
,, næ ſint, nec malæ, plus illis ſidat populus, ate-
,, tuſque obſervet, quam tradita a Deo præcepta,
,, diſſimulantibus illa noſtris Epiſcopis & Sacerdotibus,
,, & Abbatibus & Monachis, ac ſuo ventri inte-
,, rim egregiè conſulentibus...... Potuiſſent Roma-
,, ni Pontifices multa mala ſuſtuliſſe, pacatamque &
,, integram ſervare Eccleſiam, ſi toleraſſent Græcorum
,, fermentum, & Bohemorum calicem.

Cap. LXI. *de Magiſtratibus Eccleſiaſticis* Pontificibus Romanis minimè favet. *Pontificio jure*, inquit, *cum damnabili conſuetudine invaleſcente, tales plerique ſuper ſedem Chriſti conſcendunt Pontifices & Apoſtoli, quales olim ſuper ſedem Moyſi ſedebant Scribæ & Phariſæi, qui dicunt, & non faciunt, alligantes onera gravia in humeris populi, ipſi autem nolunt digito movere. ...... Tranſeo Romanorum Pontificum monſtra, quales Formoſus Papa, & novem ſequentes, olim Eccleſiæ turpiter præfuerunt* &c.

Cap. LXII. de Sectis Monaſticis: *Sunt adhuc in Eccleſia diverſarum ſectarum populi, Monachi & Fratres Anachoritæ, quibus vetus Lex omnino caruit. Caruit etiam Eccleſia eo tempore, quo fuit optima, nec tot cæremoniarum retibus implicita ..... Horum* (Monachorum) *vanitates & errores ſi mihi calamo explicandi forent, non caperent omnes pelles Madian: eorum, inquam, qui non pietatis causâ profeſſi ſunt religionem, ſed ventris gratia cucullam induerunt.* Cætera libenter omitto ad locum de *Joannâ* Papiſsâ deveniens: *Legimus*, ait, *inter Romanos Pontifices ſupra multos ſchiſmaticos & reprobos, & etiam hæreticos; aliquando etiam mulierem ad tanti apicis culmen conſcendiſſe, quæ vocata eſt* Joannes VIII. *rexitque ſedem Apoſtolicam, laudata ab omnibus, annos duos cum aliquot menſibus atque diebus: & quod mulieribus in Eccleſiâ negatum eſt, contulit ſacros ordines, promovit Epiſcopos, miniſtravit Sacramenta, cæteraque Romanorum Pontificum exercuit munera; & facta ejus in Eccleſiâ non fuerunt irrita, communi videlicet errore faciente ſua* &c.

Cap. LXIII. de Arte Meretricia: *Palam videmus, ubicunque ſunt magnifica iſta templa & ſacerdotum monachorumque collegia, ut plurimum in proximo eſſe lupanaria, quia & plurima monialium, & veſtalium ac beguinarum domus, privata quadam meretricularum ſcenæ ſunt, quæ etiam monachos & religioſos (ne diffametur eorum caſtitas) nonnunquam ſub monachali cuculla ac virili veſte in monaſteriis aluiſſe ſcimus.* Plura hic tranſcribere ſuperſedeo: verum ſiquidem hæc excerpta ſunt ex editione anni 1600. quæ de illa notavit *Crenius* & poſt eum *Baluz* ac *Schelhornium* minime prætermittenda cenſeo. In eâ nimirum multa omiſſa monent, quæ in prioribus erant. Atque exemplum adfert *Crenius* ex Cap. LXIV. de Lenonia hujus de Vanitate Scientiarum Tractatûs, in quo hæc deſunt: ,, Jam verò etiam
,, lenociniis militant leges atque canones, cùm in po-
,, tentum favorem pro iniquis nuptiis pugnant, &
,, juſta matrimonia dirimunt, ſacerdoteſque ſublatis
,, honeſtis nuptiis turpiter ſcortari compellunt; malue-
,, runtque illi legiſlatores ſacerdotes ſuos cum infa-
,, miâ habere concubinas, quàm cum honeſtâ famâ
,, uxores, forte quia ex concubinis illi proventus eſt
,, amplior. De quo legimus gloriatum in convivio
,, quendam Epiſcopum, habere ſe undecim millia ſa-
,, cerdorum concubinariorum, qui in ſingulos annos illi
,, aureum pendant. ,, Locum hunc ſupplevit *Crenius* ex editione A. 1536. *Schelhornius* verò *p.* 518. vidiſſe ait editionem anni 1532. quo ſeorſim prodiit liber iſte, quem recuſum A. 1693. & 1714. in 12. *Francof.* & *Lipſ.* typis Plenerianis, (vel verius *Stetini*) ad manum habeo. In his verò duabus ultimis cuncta ea deficiunt, quæ in *Lugdunenſi* A. 1600. deſiderantur. Cætera in iis tribus ſuppreſſa loca annotat *Schelhornius*. Germanicè quoque prodiit A. 1713. ſed ineptè tranſlatus.

Sed de libro illo quid ſenſerint viri docti, mox videbimus.

Sic *Jovius* in Elogiis: *Ad hoc cum plauſu à multis exceptum volumen* de Vanitate Scientiarum, *alium addidit librum* de Occulta Philoſophia, *curioſis admodum peſtilentem; quod opus ex cenſurâ Chriſtianâ, edicto vetitum, apud unos impios reperitur. Sed in utroque ſerio, pariter & joco gravior, atque lepidior, ac ideo forſitan acerbus appareret, niſi puriorem eloquentiam non ſecùs ac reliquas facultates felici vel inepto judicio contempſiſſet.*

Morhof. Polyhiſt. Philoſ. *Lib. I. cap. VI. n.* 1. ſub finem, *doctum & laborioſum* vocat *librum* de Vanitate Scientiarum: *Voluit enim*, inquit, *potius abuſus & ineptias ſcientiarum ſatyrico ſale defricare, quàm illas planè nihili eſſe, oſtendere.*

Inter omnia *Agrippæ ſcripta*, (judice *Schelhornio* in lib. jam cit. *p.* 514.) *hoc præſtantiſſimum eſt, & caput eſſert, exquiſitâ eruditione & graviſſimis contra illius ætatis errores, atque vitia teſtimoniis refertum. Non ſerio ubique*, inquit, *rem ſuam agere mihi videtur Autor, ſed animi ſaltem gratia ſcientias & artes etiam nobiliſſimas, ipſe πολυμαθέστατος impugnare*: Et in not. *Hunc verò librum*, ait, *erroribus non vacare lubens concedo.*

Idem *Schelhornius* p. 517. judicium de hoc libro refert, ſed iniquum ſatis, ut ipſe habet, ab *Hieron. Hirnhaim* latum in præfatione *Typho generis humani* præmiſſâ, qui ſcilicet opus illud *dignum* cenſet, *in quod ingeniorum omnium ſcientiis excultorum acies & aculei ſtringantur, dignum tenebris, dignum infernali cum probroſis authoris ſui manibus addici Vulcano* &c.

Diarium Eruditor. *menſ. Mart.* 1714. *p.* 261. in recenſione Tractatûs Gallici de eodem argumento, librum *Agrippæ* nil aliud eſſe cenſet (p. 263.) quam *Declamationem perpetuam, quæ puerili oblectamento potiùs quàm ſeria diſquiſitioni inſervire poteſt.*

Iſaac. Caſaubonus in Caſaubonianis, librum hunc non magni quidem facit, ſed eo tamen nomine commendat, quod Pontificius de erroribus Pontificiis multa præclare diſputet.

2. *Apologia pro defenſione Declamationis hujus de Vanitate Scientiarum, & Excellentiâ verbi Dei, contra Theologiſtas Lovanienſes*, Ill. Cardinali *Laur. Campego* nuncupata.

3. *Querela ſuper Calumnia ob eandem Declamationem ipſi, per aliquos ſceleratiſſimos Sycophantas, apud Cæſaream Majeſtatem, nefarie ac proditoris intentata. Ad Euſtochium Scapuſium*, Cæſareæ Majeſt. apud Angliæ Regem Oratorem.

4. *De Occultâ Philoſophiâ Libri III.* Hoc opus in adoleſcentiâ compoſuit Autor, & oſtendit Abbati *Trithemio* cujus auditor & diſcipulus fuerat (5). Summoperè laudavit Magiſter, qui tamen diſcipulum monuit, *ut vulgaria vulgaribus, altiora verò & arcana altioribus atque ſecretis tantùm communicaret amicis.* Ita verò loquitur *Agrippa* in Præfatione Lib. I. ,, Dum eram par-
,, vulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvu-
,, lus: factus autem vir, evacuavi quæ erant parvu-
,, li; ac in libro *de Vanitate Scientiarum*, hunc li-
,, brum (*de Occultâ Philoſophiâ*) magnâ ex parte
,, retractavi. Sed hic me iterum fortè redargueris,
,, inquientes: Ecce, juvenis ſcripſiſti, & ſenex retracta-
,, ſti, ut quid ergo edidiſti? Fateor, juvenis admo-
,, dum hos libros ſcribere aggreſſus ſum, ſpe tamen
,, illos aliquando correctiores locupletioreſque emiſſu-
,, rus, atque eâ causâ *Joanni Trithemio*... primum
,, illos obtuli corrigendos. Contigit autem poſtea,
,, ut interceptum opus, priuſquam illi ſummam ma-
,, num impoſuiſſem, corruptis exemplaribus truncum
,, & impolitum circumferretur, atque in Italia, in Gal-
,, lia, in Germania, per multorum manus volitaret; jam-
,, que nonnulli, impatientius neſcio, an impudentius, iſtud
,, informe opus ſub prælum exponere volebant, quo
,, uno percuſſus malo, ipſe edere conſtitui; cogitans, mi-
,, nùs periculi fore, ſi libri iſti paulò caſtigatiores
,, meâ manu prodirent, quam ſi laceri per inconditâ frag-

„ menta invulgarentur per manus aliorum.„ *Liber ille*, ut ſcribit ad Senatores Colonienſes, *per aliquos Eccleſiæ Prælatos & Doctores ſacrarum humanarumque literarum eruditiſſimos, & ex Cæſaris conſilio ad hoc ſpecialiter deputatos commiſſarios, examinatus & probatus fuit, deinde etiam totius Cæſarei Concilii aſſenſu admiſſus, & ejuſdem Cæſareæ Majeſtatis authentico diplomate & appenſâ in rubra cera Cæſaris aquilâ privilegiatus, inſuper Antverpiæ & poſtea etiam Pariſiis ſine contradictione impreſſus & publicè venditus & diſtractus eſt.* Editio *Antverpienſis* prodiit A. 1531. ut liquet ex Epiſtolâ dedicatoriâ Authoris (6) ad Colonienſem Archiepiſcopum *Hermannum* è Comitibus *Vnyde*, datâ *Mechliniæ* menſ. Jan. ejuſd. anni. *Pariſiis* paulò poſt lucem vidit. *Coloniæ* tertio recuſa eſt A. 1533. mediante vehementi ad Senatores Colonienſes Supplicatione miſſâ ex *Bonna* d. 11. Jan. 1533. (7) in quâ ſic eos alloquitur: *Perlatum eſt ad aures meas, Clariſſimi Senatores, quendam (ut vocant, ſalvâ veritate) Rev. P. Conr. de Ulma, Ord. Prædicatorum, hæreticorum magiſtrum, in publico Concilio veſtro magnis criminationibus contra me egiſſe, ut liber meus de Occultiore Philoſophiâ, ſive de Magiâ intitulatus, qui nunc in veſtrâ civitate ſub prælo excuditur, tanquam ſi ſit doctrinâ hæreticus, & lectione nefarius, excudi prohibeatur:* hinc, poſtquam librum approbatum fuiſſe oſtendit, ut ſupra obſervatum, his verbis pergit: *nihilominus tamen præfatus ater Monachus, nigraque majeſtate verendus, inquiſitoris titulo inſaniens, ac ſibi ſceptra ſupra Cæſarem arrogans, rurſus hunc librum ſuâ cenſurâ examinandum à vobis poſtulavit, &, quod valde miror, & jure vobiſcum expoſtulare poſſem, cùm vos Cæſareæ Majeſtatis diplomata tueri, & veſtris civibus circa illa patrocinari debeatis, contra, veſtro mandato excuſos jam quaterniones præfato Monacho examinandos, ipſum libri noſtri typographum* Joannem Soterum *tradere compuliſtis* &c. De eodem argumento varias ad Archiepiſcopum Colonienſem ſcripſit Epiſtolas (8), & ad amicos, ac tandem impreſſionem permiſit R. P. *Conradus* Petro Quentel qui ſuis impenſis excudendos curare volebat *Agrippæ* libros apud Melchiorem typographum (9). Hac in editione continentur Libri tres; primus enim tantùm *Antverpiæ* & *Pariſiis* prodierat. Demortuo *Agrippa* liber quartus adjectus eſt, de quo ſic *Wierus* de Magis, *cap. V. p.* 108. „ Optimo jure his (libris magicis) annumeretur „ abominabilis libellus nuper in lucem ab impio ho„ mine emiſſus, tributuſque *Henr. Corn. Agrippæ*, „ meo olim hoſpiti & præceptori honorando, ultra „ annos 40. jam mortuo, ut hinc falsò ejus mani„ bus jam inſcribi ſperem, ſub titulo quarti Libri „ de Occulta Philoſophiâ, ſeu de Cæremoniis Magi„ cis, qui inſuper clavis librorum trium, omnium„ que magicarum operationum jactatur. „ Quod confirmatur ipſius *Agrippæ* verbis in Epiſtolâ dedicatoriâ Libri III. ad Colonienſem Archiepiſcopum: *Plenum igitur nunc*, inquit, *& integrum his tribus Libris Occultioris Philoſophiæ ſive Magiæ tibi reddimus opus* &c. Hujus autē Philoſophię uſum & ſcopum docet Autor ipſe in Epiſtolis ad Auguſtinianū *Aureliū ab Aquapendente* (10) „ Quoad poſtulatam Philoſophiam attinet, „ te ſcire volo, quòd omnium rerum cognoſcere opi„ ficem ipſum Deum, & in illum totâ ſimilitudinis ima„ gine ſeu eſſentiali quodam contactu ſive vinculo „ tranſire, quo ipſe transformeris, efficiareque Deus, ea „ demùm vera ſolidaque Philoſophia ſit: quemadmodum „ de Moyſe ait Dominus inquiens, *Ecce ego conſtitui te Deum Pharaonis*: Hæc eſt illa vera & ſum„ ma mirabilium operum occultiſſima Philoſophia. „ Clavis ejus Intellectus eſt. Quantò enim altiora „ intelligimus, tantò ſublimiores induimus virtutes, tan„ tòque majora & faciliùs & efficaciùs operamur. „ Verùm intellectus noſter carni incluſus corruptibi„ li, niſi viam carnis ſuperaverit, fueritque propriam „ naturam ſortitus, divinis illis virtutibus non pote„ rit uniri, (non enim, niſi ſibi quam ſimilibus con„ grediuntur) ac pervidendis illis occultiſſimis Dei „ & Naturæ ſecretis, omnino inefficax eſt; at„ que

Hoc opus, hic labor eſt ſuperas evadere ad auras.

Liber autem *primus* habet Capp. LXXIV. *ſecundus* LX. *tertius* LXV. *quartus*, ut diximus, ſpurius eſt.

Profanum opus Philoſophiam Occultam vocat *Morhof.* Polyhiſt. Philoſ. *Lib. III. n.* 12. De eodem opere *Jovii* cenſura cum ſuperiori Tractatu habetur.

5. *De triplici ratione cognoſcendi Deum*, Lib. I. conſtans Capp. VI. In ejus laudem hæc præmittuntur carmina:

Si genus inquiras verum mortale, potentem
Noſce Deum, cujus diceris effigies.
Hoc lege, quod mirâ ſtruxit CORNELIUS arte,
Cujus & ingenium nobile cudit opus.
Te prius ut neſcas, prudens hortatur, & addit
Noſcere tu poſſis quâ ratione Deum.

Librum hunc ſcripſit *Agrippa* A. 1516. ut liquet ex Epiſtolâ dedicatoriâ ad *Guilhelmum Palæologum* Marchionem Montisferrati &c. datâ *Caſalis* Sancti Evaſii (11).

6. *In artem brevem Raym. Lullii Commentaria: cum eorundem Tabulâ abbreviatâ.*

7. *Dehortatio Gentilis Theologiæ*, Symphoriano Epiſc. Vaſatenſi dicata, in Epiſtola ad eum datâ è *Lugduno* d. 10. Jun. A. 1526. (12.) in quâ eum ſic alloquitur: „Dehortationem autem hanc ideo tibi inſcriptam voluimus, ut te illius argumenti exhibeas patronum, ac „Chriſtianiſſimo Regi veſtro perſuadeas, ut pro ſui no„minis præcellentia, quo Chriſtianiſſimus vocatur, ac „debito ſuo in hoc Chriſtianiſſimo Regno, Chriſti li„teras ab omni gentili, exotica & adulterinâ doctri„nâ repurgatas, ac etiam à ſophiſtarum laqueis liberas, „liberè docere jubeat atque tueatur.„

8. *Expoſtulatio ſuper expoſitione ſuâ in librum de Verbo mirifico Joannis Capnionis* ſeu *Renchlini*, cum *Joanne Catilineti* fratrum Franciſcanorum per Burgundiam Provinciali Miniſtro, Sac. Theologiæ Doctore. Scripta eſt Londini A. 1510. Epiſtola verò nuncupatoria ad Clar. Virum D. *Maximilianum* Tranſſylvanum, Imp. *Caroli* V. à Conſiliis, Antverpiæ data 16. Cal. Maji A. 1529.

9. *De nobilitate & præcellentiâ fœminei ſexûs Declamatio ſeu Libellus*, Divæ *Margaretæ* Auguſtæ Auſtriacorum Burgundionumque Principi inſcriptus, A. 1609. editus, juxta *Lippen*. Bibl. Theol. *Tom. II. p.* 257. Prodiit cum Tractatu de Vanitate Scientiarum *Stetini*, typis Plenerianis, A. 1693. & 1714. in 12.

10. *De Sacramento Matrimonii Declamatio*, Margaretæ, Alençoniæ ac Bituricenſis Provinciarum Duci, Armeniacorumque Comiti inſcripta, unà cum memoratis duobus Libris edita. Scripta videtur A. 1526. quo dedit Epiſtolam dedicatoriam, quæ eſt I. Lib. IV. De illâ *Joannes Capellanus* FRANCISCI I. Medicus in Epiſt. II. ad *Agrippam*, ex *Burdegaliâ* data d. 2. April. 1526. „Nonnulli, qui tamen de Chriſtianorum nume„ro cenſentur, propter nonnullos locos tuum iſtum „laborem de conjugio parùm probant: & ſunt, qui„bus non infrequens eſt cum dominabus collocutio. „Itaque veritus, ne in dedecus magis, quàm ad tui com„mendationem cederet, hactenus libellorum præſenta„tionem diſtuli.„ Lectu digna eſt Epiſtola III. *Capellano* reſponſoria, *Lugduni* data, d. 1. Maji: „Tu igitur *inquit Agrippa*, nunc libellos iſtos audenter offerto, „nec putes *Agrippam* tuum, cujus nomen ab ægris pe„dibus plerique interpretantur, adeo podagricum, qui „non audeat cum illis cordatis aulicis cenſoribus in „arenam deſcendere. Non ſum optimarum literarum „tam exarmatus, qui non valeam & hæc mea defen„dere, ſimul & adverſarios hoſtes confodere.„ In eâ nimirum Declamatione cœlibatûs legem, ut notat *Ba-*

lius,

ſius, fortiter aggreditur.

11. *De originali Peccato diſputabilis opinionis Declamatio*, ad *Theodoricum* Epiſcopum Cirenenſem, Archipræſulatûs Colonienſis a ſuffragiis, data, ut puto, A. 1518. vel 1519. Originale peccatum non aliud fuit, ex *Agrippa* ſententiâ, quam carnalis copula viri & mulieris.

12. *Sermo de inventione reliquiarum B. Antonii Eremita*, pro quodam venerabili ejus ordinis religioſo conſcriptus.

13. *Regimen ſeu Antidota adverſus Peſtem.*

14. *De Beatiſſima Anna Monogamia ac unico puerperio, Propoſitiones abbreviata & articulata*, juxta diſceptationem *Jac. Fabri Stapulenſis* in libro *de tribus & una* : *Joanni Nidepontano*, Ill. Lotharingorum Ducis, atque Civit. Metenſis Phyſico & Conſiliario dicatæ, in Epiſtolâ datâ ex *Bonnâ*, A. 1534. in quâ ſic ille: „Statui nunc edere defenſionem quandam invectivam „quâ olim ante annos 15. reſpondi cuidam Dn. *Claud.* „*Salini* Conventûs Prædicatorum Priori, in illâ Urbe „veſtrâ Metenſi, qui me ob allertam cum *Jac. Fabro* „*Stapulenſi B. Anna* Monogamiam nos in publicis con„cionibus ſuis rabioſis latratibus laceſſerat, miriſque ge„ſticulationibus, porrectis digitis, jactatis manibus, rap„tiſque retractis, & colliſis dentibus fremendo, ex„puendo, calcitando, ſaltando, pulſando, viciſſimque „ſcalpendo caput, & rodendo ungues in nos inſanie„bat, tandem etiam calamum in me contorſit.„ In Præfatione verò his verbis adverſus Legendarios „debacchatur *Agrippa* : „Reperiuntur nunc paſſim, „*inquit*, in iſtis recentioris ætatis Martyrologiis, at„que Sanctorum, ut vocant, Legendis, tot prodigioſa „mendacia, & digna riſui deliria, tot ſuperſtitioſa „phantaſmata & gentium mythologiis non minus fa„buloſa, quæ ſi legant Judæi & Turcæ & Pagani, an„non putas rideant nos, & religionem ſuam noſtrâ „meliorem putent, ut quæ multo minus habeat fabu„larum? Attamen tales ſunt ſermones iſtorum Hiſtrio„num cathedralium, quos plebs imperita, & ſuper„ſtitioſæ vetulæ oraculi loco habent, qui deficiente „antiquitatum notitiâ ſuis propriis adinventionibus „conſiſi, nullam ferè cujuſvis martyris aut. Confeſſo„ris Legendam incorruptam reliquerunt, cui non ali„quid ſuperſtitioſe admentiti ſint, quaſi fas ſit etiam „fabulis & mendaciis propagare religionem, atque „omne id liceat in ſacris quicquid humanæ leges tole„rant in profanis: horum dico Hiſtrionum operâ, falſa „illa opinio de B. *Anna* trigamiâ in animos populi „ſeminata eſt & irrigata, quouſque ſic convaluit, ut „difficile eradicetur, ad quam tamen exterminandam, poſt „doctiſſ. illum *Jac. Fabrum Stapulenſem*, hac præſenti „Diſputatione haud ſegniter laboravi &c.

15. *Defenſio Propoſitionum prænarratarum contra quendam Dominicaſtrum illarum impugnatorem, qui ſanctiſſimam Deipara Virginis matrem Annam conatur oſtendere polygamam.*

16. *Epiſtolarum ad Familiares, & eorum ad ipſum* (Agrippam) Libri VII. quorum *primus* Epiſtolas habet LX. *ſecundus* LXIII. *tertius* LXXXII. *quartus* LXXVI. *quintus* LXXXV. *ſextus* XXXVII. *ſeptimus* denique XLVIII.

17. *Orationes X.* quarum I. in prælectionem Convivii Platonis, in Ticinenſi Gymnaſio habita, *Amoris laudem* continet. II. in prælectionem Hermetis Triſmegiſti, *de poteſtate & ſapientiâ Dei*, ibidem habita A. 1515. III. pro quodam Doctorando. IV. ad Metenſium Dominos, dum in illorum Advocatum, Syndicum & Oratorem acceptaretur. V. ad Senatum Lucemburgiorum, pro Dominis ſuis Metenſibus habita. VI. in ſalutatione cujuſdam Principis & Epiſcopi pro Metenſibus ſcripta. VII. in ſalutatione cujuſdam Magnifici Viri pro iiſdem. VIII. per quendam affinem ſuum Carmelitanum, Sac. Theologiæ Baccalaureum formatum, in acceptione Regentiæ, Pariſiis habita. IX. pro filio *Chriſtierni*, Ser. Daniæ, Norvegiæ & Sveciæ Regis &c. habita in adventu Cæſaris. X. in funere Divæ *Margareta*, Auſtriacorum & Burgundiorum Principis, quæ deceſſit A. 1530. primo Cal. Dec.

18. *Hiſtoriola de duplici Coronatione Caroli V. Romanorum Imperatoris, apud Bononiam*, Baſileæ 1575. impreſſa, juxta *Lippen.* Tom. I. p. 237.

19. *Epigrammata nonnulla* partim ipſius *Agrippa*, partim aliorum doctorum virorum.

Hæc omnia ſupra recenſita ſcripta extant in editione *Operum Agrippa*, quæ *Lugduni* prodiit apud Beringos Fratres, ſine anni mentione, *Tomis II. in* 8. cum aliis aliquot opuſculis *Petri de Abano*, *G. Pictoru*, *Trithemii* & aliorum. Partis ſecundæ titulus Epiſtolas & Orationes antehac ſeorſim editas hic acceſſiſſe teſtatur. Ergo poſterior eſt eorundem Beringorum editio anni 1600. in quâ nimirum tum Epiſtolæ, tum Orationes continentur. Verùm utriuſque editionis Tomus I. idem gloriatur, quod ſcilicet *de novo* habeat *Artem Notoriam* : quænam igitur prior dici debeat mihi quidem dubium videtur. Saltim id aſſirmare poſſum, in editione anni 1600. deeſſe varia quibus gaudet illa cujus annus incertus eſt: nimirum in Tom. II. deficiunt *Apologia & Querela pro Declamatione de Vanitate ſcientiarum*; *Tabula in artem Lullii*; *Propoſitiones de Monogamiâ S. Anna, earumque Defenſio*: unde non miror quod de iſta dixerit *Crenius* in Animadv. Philol. Hiſtor. *Part. II. p.* 13. 14. „Mala fide, per Beringos fratres, Lugdu„ni anno MDC. in 8. edita ſunt Henrici Cornelii A„grippæ.... Opera, ut pote in quâ editione multa omiſ„ſa ſunt, quæ in prioribus erant: "quam in rem exemplum ſupra dedimus, petitum ex editione anni 1536. in 8. ſine loci adjectione, quæ eſt optima, recognita, plena, & ſcholiis marginariis (ut loquitur titulus) illuſtrata, admodum rara. Omnia ejus Opera, in duos Tomos in 8. digeſta, *Lugduni* prodiiſſe An. 1580. teſtis eſt *Pope Blount* p. 551. & ante illum *Geſnerus* in Biblioth. verbo *Henricus*.

Supereſt ut librum cujus paſſim meminit *Agrippa*, hic memorem: de quo ille in lib. *de Originali Peccato* p. 415. edit. A. 1600. „Noſtra opinio talis eſt, „non aliud fuiſſe originale peccatum quam carnalem „copulam viri & mulieris; quod nura eſſe in quodam „*Dialogo* noſtro *de homine* paucis quibuſdam ſacrarum „literarum conjecturis perſuaſimus, ſed nunc id ipſum „paulo diffuſius (ſuccinctè tamen) oſtendemus. "Et „ſub finem *p.* 423. „Quomodo autem hæc ſpiri„tualis generatio perficienda fuiſſet, in *Dialogo* noſtro „*de homine* exponere conati ſumus, quem ſermonem „hic geminare ſuperfluum eſſet. Sed ſatis eſt nobis „ad præſens propoſitum admonuiſſe, quod in *Dialo*„*go de homine* expoſuimus, alio ſemine homines naſ„cituros fuiſſe in ſtatu innocentiæ, quam quod per „carnis corruptionem deſineret &c.„ Hunc autem *Dialogum* ſcripſit anno 1516. & *Guilielmo Palaologo* nuncupavit: quod palam fit ex Epiſt. LII. Lib. I. quâ eidem librum *de triplici cognitione Dei* dedicavit.

Opus adverſus Dominicanos promiſerat, de quo ipſe in Epiſtolâ ad Senatores Colonienſes datâ ex *Bonnâ* d. 11. Jan. 1533. (13) „Neque tamen puteris, „hunc ſolum articulum (de Sacramento Euchariſtiæ) „apud illum (*Hoſtratum*) reperiri hæreticum, ſed a„alii multi, quos cùm hic nimis longum, vobiſque „tædioſum foret referre, enumerabo alibi, in eo ſci„licet libro, quem *de Fratrum Prædicatorum ſceleribus* „*& hæreſibus* inſcripſi, ubi infecta ſæpius veneno ſa„cramenta, ementita ſæpiſſimè miracula, interemp„tos veneno Reges & Principes, proditas Urbes & „Reſpublicas, ſeductos populos, aſſertaſque hæreſes, „& cætera ejuſmodi heroum illorum facinora flagi„tiaque in varias transfuſa linguas, omnique popu„lo expoſita, dilucidè narrabo.„

Quod in gratiam divortii Regis HENRICI VIII. ſcripſiſſe dicitur, id veroſimile non videtur.

Alia quædam opuſcula pollicitus eſt, ut ex ejus Epiſtolis collegit *Schelhornius*, qui de *Agrippâ* his ſub titulis verba facit in *Amænit. Litter.* Tom. II. ac primò *p.* 513. ubi extat Obſervatio ſatis prolixa de Li-

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

bro

bro *de Incertitudine Scientiarum* &c. ac *p.* 553. Analecta exhibet de *Agrippa* vitâ, fatis, moribus & ſcriptis, ubi 1ò. *Agrippa* Patria, 2ò. πολυμαθεια & ingenium capaciſſimum, 3ò. *Agrippa* Alchemiſta, 4ò. illius fata, 5o. cum Monachis bella, 6o. quædam de magicis *Agrippæ* præſtigiis narratiunculæ, 7o. illius mores, 8o. Scripta promiſſa & inedita, 9ò. Elogia. Accuratius de illo agit perſpicaciſſimus *Balius* in Dict. Hiſt. Crit. Locum ei aſſignavit *Naudæus* in Apologiâ virorum illuſtrium Magiæ ſuſpectorum.

(*a*) *Agrippa* Epiſt. XV. Lib. V. (*b*) Epiſt. XVIII. (*c*) Epiſt. I Lib. VII (*d*) Epiſt. XXVI. (*e*) Epiſt. XXI. Lib. II. (*f*) Epiſt. XVIII. Lib. VI. (*g*) Epiſt. XXI. Lib. VII. (*h*) Epiſt. I. Lib. I. (*i*) Epiſt. X. (*k*) Agrippæ *Oper.* Tom. II. p. 372. (*l*) Epiſt. XXXVIII. Lib. I (*m*) Epiſt. XLIX. & LII. (*n*) Vid. & Epiſt. XLVII. & XLVIII. (*o*) Epiſt. VIII. Lib. III. (*p*) Epiſt. LX. (*q*) Epiſt. XXXIII. Lib. III. (*r*) Vid. Epiſt. LX. & LXXVI. Lib. III. ac LV. & LXVIII. Lib. V. (*s*) Epiſt. LXXXI. Lib. V. (*t*) Epiſt. XI. & XII. Lib. II. (*u*) Vid. Orat. IV. (*x*) Epiſt. XXXIX. Lib. II. (*y*) Epiſt. XL. (*z*) Epiſt. XXV. (*aa*) *Epiſt. XLII. & XLIII.* (*bb*) *Epiſt. VII. Lib. III.* (*cc*) Epiſt. *XXIV.* (*dd*) Epiſt. *XLI.* & ſeqq. (*ee*) Epiſt. *LXXIX.* (*ff*) *Epiſt. LII. Lib. IV.* (*gg*) Vid. *Epiſt. XXIX.* (*hh*) Vid. *Epiſt. XXXVII.* (*ii*) *Epiſt. LI. Lib. V.* [*kk*] *Epiſt. XXX.* [*ll*] *Epiſt. LXXXIV.* [*mm*] *Epiſt. XXIII. Lib. VI.* [*nn*] *Epiſt. VI. Lib. VII.* [*oo*] *Epiſt. XXI.* [*pp*] *Epiſt. XXVI. Lib. VI.* [*qq*] *Epiſt. XIII. Lib. VII.* [*rr*] *Epiſt. XXIX. Lib. V.* [*ss*] *Epiſt. XLIV. & LXVIII. Lib. IV. & XX. Lib. V.* [*tt*] *Epiſt. LIII. Lib. IV.*

(1) Vid. *Epiſt. XIV. Lib. VI.* (2) *Epiſt. VIII.* (3) *Epiſt. XXX.* (4) *Epiſt. XXXV. Lib. VII.* [5] *Epiſt. XXXI. Lib. II.* [6] *Epiſt. XIII. Lib. VI.* [7] *Epiſt. XXVI. Lib. VII.* [8] Vid. *Epiſt. XXVII. & ſeqq.* [9] *Epiſt. XXXII.* [10] *Epiſt. XIV. & XL. Lib. V.* [11] *Epiſt. III. Lib. I.* [12] *Epiſt. XV. Lib. IV.* [13] *Epiſt. XXVI. Lib. VII.*

AGRIPPA *Ariſtobuli* filius, Judæorum Rex, Sec. I. Huic *Bartolocc.* Tom. I. p. 61. tribuit *Epiſtolas*, quibus de fide hiſtoriæ *Joſephi* Hebræi teſtimonium fert; at rectè obſervat *Wolfius* in Bibl. Hebræa *p.* 109.

α Bartoloccium non Authorem appellare, cujus fide fretus hoc tradat.

β Nec commemorare ubi eæ epiſtolæ extent.

γ Monere, *Agrippam* annis tribus & dimidio ante exciſum Templum II. interemptum eſſe, ex quo apparet hiſtoriam *Joſephi* ei nec viſam, nec lectam fuiſſe, quippe qui Antiquitates ſuas Judaicas, quod ipſe in calce earum profitetur, Anno 13. *Domitiani*, qui reſpondet A.C. 93. abſolvit, quemadmodum hiſtoriam de Bello Judaico ante Antiquitates, imperante adhuc *Veſpaſiano* ſcripſit.

δ Quæ ibidem de vitâ & rebus geſtis *Agrippæ* hujus aſſeruntur petita eſſe ex *Abrahami Ben Dior* Chronico Regum Templi II. p. 115. &c. ſed non uno errore viciata.

Ejuſdem *Agrippæ* & *Berenices* Sororis *Orationem* ad Judæos rebus novis ſtudentes, MS. extare in Bibl. Reg. Pariſ. idem *Bartoloccius* ex *Geſnero* refert.

Cæterùm *Wolfius* male dicit hunc *Agrippam* σκωληκόβρωτον obiiſſe.

AGRIPPINENSE Concilium anno CCCXLVI. habitum: in quo *Euphratas* Coloniæ Agrippinæ Epiſcopus ob negatam Chriſti Deitatem damnatus, atque exauctoratus eſt. Extant hujus Synodi Acta, ex *Hiſtoriâ Servati Tungrenſis*, & *Herigero Abbate Lambienſi* deſumpta, Conc. Tom. II. p. 615. Vide Sirmondi *notas poſthumas* ad hanc Synodum, ibidem in *Append.* p. 1803. Verùm non una habetur conjectura, Synodum hanc ejuſque Acta dubia ſaltem eſſe, ſi non penitus ſuppoſititia; præſertim cùm *Euphratas*, qui hic tanquàm Hæreticus damnatur, ſequenti anno in Concilio Sardirenſi inter Catholicos Epiſcopos locum obtinet, uti rectè notat Cl. *Du Pin* (*a*) qui plura ad ſubvertendam hujus Synodi fidem argumenta adducit. Confer quæ habet *Ant. Pagius* ad hunc ann. *Crit. Hiſt. Chron.* Num. VI. pag. 146. * *Cave* Hiſt. Litter. p. 226.

(*a*) Biblioth. Nov. Tom. II. p. 570. in 8.

AGRIPPINUS gente forsàn Afer, Epiſcopus Carteginenſis, circà annum 215. claruiſſe dicitur. Orta eſt ejus tempore *de Baptiſmo Hæreticorum* controverſia, quem nullum & invalidum eſſe cenſuit magna Eccleſiæ Africanæ pars; ac proinde Hæreticos ad Eccleſiam Catholicam redeuntes, novo baptiſmo eſſe initiandos. *Agrippinus* igitur convocatis omnibus penè Africæ & Numidiæ Epiſcopis numero 70. hanc cauſam ſedulo excuſſit, & *librato Concilii communis examine* firmavit. *Quorum ſententiam*, inquit Cyprianus, *& religioſam & legitimam, & ſalutarem, fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus.* Agunt hâc de re *Cyprianus* ad Quintum *de Hæret. Baptiz.* Epiſt. LXXI. p. 120. Auguſt. *de Baptiſm.* contra *Donat.* lib. II. cap. 8. Tom. VII. col. 397. Vinc. Lerin. *adverſ. Hæreſ.* c. 9. Habita eſt hæc Synodus, juxta communem etiam recentiorum chronologorum ſententiam, anno CCXV. Quod parum probabile videtur; præſertim cùm diſertè dicit *Cyprianus* (*a*), *multi jam anni, & longa ætas ex quo ſub* AGRIPPINO *bonæ memoriæ Viro, convenientes in unum Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint.* Quæ verba pluſquam 30. aut 40. annorum ſpatium neceſſariò deſignant. Scio *Auguſtinum* aliter ſentire, & non longum temporis ſpatium inter *Agrippinum* & *Cyprianum* facere. Verùm *Cypriano* ut potè longè antiquiori, & in prædeceſſorum ſuorum rebus accuratiùs verſato, potiùs adhærendum eſt. *Agrippinum* igitur eum ſuâ Synodo ad inclinantem ſuperioris ſeculi partem removendum eſſe cenſeo. Scripſiſſe *Agrippinum* in cauſa Baptiſmi Hæreticorum colligi poteſt ex *Auguſtini* verbis Epiſt. XLVIII. ad *Vincent.* Tom. II. col. 183. *Noli ergo frater contra Divina tam multa, tam clara, tam indubitata teſtimonia colligere velle calumnias ex Epiſcoporum ſcriptis ſive noſtrorum, ſicut Hilarii, ſive antequam pars Donati ſepararetur, ipſius unitatis ſicut Cypriani & Agrippini.* Quæ verba non tam de Synodicis ſub *Agrippino* Decretis, quàm de propriis ipſius ſcriptis intelligenda exiſtimat Cl. *Cavo* Hiſt. Litter. p. 61.

(*a*) *Cypr.* ad Jubaian. *Epiſt.* LXXXIII. p. 122.

AGUADUS ſive AGUADA (*Franciſcus*) natione Hiſpanus, patria ex oppido *Torrejon*, non procul Matrito, Societatem Jeſu amplexus eſt Compluti anno Domini 1588. ætatis 12. Philoſophiæ jam tùm laureâ decoratus, Vir fuit magnâ prudentiâ & rerum Divinarum intelligentiâ præditus. Decem annis & amplius Rector & Magiſter Novitiorum Villaregii, & Matriti, bis Rector Collegii Complutenſis, bis Provincialis Provinciæ Toletanæ; ſemel Præpoſitus Domus Profeſſæ Madritenſis, bis electus à Comitiis Provincialibus, ut Romam proficiſceretur, primo ut Procurator, poſtea ut Elector futuri Generalis in Congregatione octava Generali, à quâ in unum ex Definitoribus quoque deputatus fuit. A Rege Catholico *Philippo* IV. poſtquam aliquoties eum audiverat pro ſuggeſtu dicentem, in Concionatorem adlectus eſt, quamvis oppido invitus, & oblatis ſcripto rationibus ne fieret. Excellentiſſimo Comiti Duci *de Olivarez*, qui primas tenebat inter Aulæ & Monarchiæ Adminiſtros, 14. annis à ſacris Confeſſionibus fuit; nec toto eo tempore unquam adduci potuit, ut pro ſe, aut ſuis conſanguineis, quidquam peteret, aut ex oblatis ultro & ſæpius pretioſis donis, aliquid admitteret. Nimirum abſtractus omnino à cupiditate rerum terrenarum, cœleſtia tantùm & æterna curabat. Paupertatis ſanctæ cultor ſummus, humilitate, & deſpicientia ſui admodum inſignis: Orationi, & contemplationi adeò deditus ut quaternas vel quintas horas quotidie iis impenderet, & ne tempus inter tot alias occupationes ratione officii deeſſet, binas horas ante alios ſe proripiebat è ſtrato, & poſt alios diù cubitum ſe conferebat. Obedientiſſimus ad Nutum Superiorum nihil unquam replicabat. Ergà alios omnes exporrectæ, atque expanſæ caritatis in ſe unum, atque in corpus ſuum ſeverus, immitis & propemodum crudelis. Nam flagris & quidem aculeatis, vel ſpinoſis, quotidie ſemel atque iterùm in ſe ſæviebat, ſæpiſſime uſque ad ſanguinem, adeò ut opus habuerit frequenter Chirurgo ad medendum plagis, & reſecandas partes putridas carnis, ne inficerent ſanas. Lectulus illi ordinariè aſſer fuit, inter ſtragula ne obſervaretur, ſtudioſe interdiù abſconditus. Cilicia diverſi generis corpori applicabat, adeò aſpera, ut horrorem incutientibus

Digitized by Google

tuentibus incuſſerint. Alia à ſummis humeris genuum tenus protenſa, alia brachiis, alia cruribus aptata, ne ulla pars corporis cruciamento vacaret. His accedebant cingula lata ex ferro, cuſpidata, & uncinata, & aliquo ex his carnificinæ inſtrumentis inter deambulandum, orandum, ſtudendum comedendumve quotidie utebatur; nec ideò minus ad provectiorem uſque ſenectam pervenit; ſiquidem cum 65. annos in Societate, ſui ſemper ſimilis exegiſſet, ætatis vero 82. præmonitus divinitus, ut creditur, de horâ exitus, ſuſceptis ritè ſacramentis inter crebros actus amoris Dei, animam reddidit Matriti, die 15 Januarii 1654. Eo ipſo die quo obiit, apparuiſſe dicitur cuidam ſuæ filiæ ſpirituali, & ſignificaſſe ſe jam æterna beatitudine gaudere. Plura de eo & admiranda refert *Alphonſus de Andrada* Tomo ſextô de *Viris illuſtribus Societatis*.* Hæc *Sotwel*, Bibliot. Soc. Jeſu.

SCRIPTA, Hiſpanicè edita:

1. *De perfecto Religioſo*, præclarum Opus. *Matriti* 1619. vel 1629. *in fol.* apud Vid. Alph. Martini.

2. *De Sapiente Chriſtiano*: ibid. 1638. *in fol.* Recuſum 1653.

3. *De ſummo fidei ſacramento, ſive de ſacramento Euchariſtia*, 1640. *in fol.*

4. *Exhortationes variæ doctrinales*, ad D. Agnetem Stunicam Olivarum Comitiſſam: ibid. 1641. *in fol.*

5. *Sermones de Adventu & Quadrageſima*: ibid. apud Dom. Garziam, 1643. vel 1653. *in fol.*

6. *De fidei Myſteriis, ſeu de feſtivitatibus Chriſti ac Deipara*: ibid. per Franc. Garziam de Aroyo, 1646. *in fol.*

7. *De Vita & Morte P. Jo. Gondini Soc. Jeſu* (a) *in Epiſtola ad PP. Provincia Toletana* 1643. in 8.

8. *Apologi morales*; ex Latino *Cyrilli*, ſive Alexandrini, ſive Hieroſolymitani, quod Interpres ignorare ſe ait. Interpretatum ex Græco exiſtimavit *Aguadus* eum, qui Latinè à principio conſcriptus fuit, libellum; ut *Aubertus Miræus* & *Carolus Labbeus* notant. Porro Hiſpana hæc interpretatio *Matriti* prodiit anno 1648. 8. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 303.

Ultra hos reliquit moriens alios 25. libros ſua manu conſcriptos de variis materiis, ut vel inde pateat, quam fuerit aſſiduus in ſcribendo, etiam inter alias officiorum graviſſimorum moleſtias.

(a) Obiit ille 1. Jul. 1631.

AGUADUS ſive de AGUADO (*F. Joannes Baptiſta*) Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Sacræ Theologiæ, ut vocant, Præſentatus, edidit teſte *Nicol. Anton.* Bibl. nov. *Tom. I. p.* 488.

Devocionario de Nueſtra Señora del Ave Maria, ſeu *Letanias de Nueſtra Señora.* Matriti, apud Alph. Martin.

AGUAIO (*F. Gregorius de*) Bæticus, in Malacitano cœnobio Prædicatorum ordinem profeſſus, apud Judices S. Officii, cùm Hiſpalenſes, tùm Murcienſes ad cenſuram Theologicam admiſſus, concionandi munere & multâ doctrinâ clarus, vivebat etiamnum A. 1618. Scripſiſſe dicitur Neapoli

Conciones de Tempore ac de Sanctis; quâ verò linguâ, & an typis editæ, vel ubi ſerventur MS. nemo refert. * Vid. *Script. Ord. Prædic.* Tom. II. p. 407. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 414.

AGUDIUS vernaculè AGUDI (*Ludov. Maria*) Italus, Mediolani natus, Carmeli excalceati regulam & inſtitutum amplexus eſt & profeſſus, ſicque profecit ac eminuit, ut inter Italiæ primi nominis Theologos & Sacros Oratores Sec. XVII. haberetur. Scilicet poſtquam Philoſophiam nondùm Sacerdotio inauguratus docuerat, mox ad Theologiam ſuis legendam applicitus eſt Neapoli, & Bononiæ, Tereſianoſque ſodales ita inſtituit, ut horum plures celeberrimam à doctrinâ famam ſibi compararint. Tum ad paræneticam & exegeticam converſus, à primariis Italiæ civitatibus quaſi certatim vocabatur, qui Conciones per Quadrageſimam haberet: nam Comi, Veronæ, Mediolani in S. Stephani, Venetiis in SS. Apoſtolorum, Gurci in Stiria, Neapoli in S. Annunciatæ, ſed & Venetiis ter a Senatu invitatus in S. Marci ſummo plauſu & fructu prædicavit. Tandem verò XXIX. annis in Carmelo tranſactis, variiſque in eo functus honoribus & muniis, Prioris, Vicarii Provincialis, Diffinitoris, Viſitatoris, ex Summi Pontificis indulgenti tranſiit ad Dominicanum inſtitutum anno 1669. quod Mediolani in S. Mariæ Gratiarum profeſſus eſt, eâ de cauſâ laudatus inter Scriptores Ord. Fr. Prædic. *Tom. II. p.* 687.

SCRIPTA:

1. *Carmelus Sapiens*, ſive *de Scriptoribus utriuſque Carmeli excalceati & mitigati.*

2. *Fontes Salvatoris*, ſive *de Sacramentis in genere & ſpecie, Tractatus Scholaſtico-Moralis.* Lugduni ex typ. Jac. Canier, 1683. in 4. Autor in Præfatione docet, ſe ætatis anno LI. expleto, ſuadentibus amicis, ex Italia Lugdunum veniſſe, ſuorum laborum tentaturus impreſſionem. Cùm autem pauper & ferè nudus eo acceſſerat, ob impenſas tam multas in tot ſuis itineribus factas, prorſus diffidebat ſe poſſe vel unum imprimere characterem; verùm adjutorem invenit R. P. *Franc. Bergomenſem ab Honore*, Capucinum, cujus benignitate factum eſt, ut omni ſublato obice, hocce ſuum opus quantociùs ſub prælo videret *Agudius*, qui ideo ſemet illi totum debere ingenuè fatetur. Hæc Autoris verba mihi ſanè dubium movent an rectè dixerit *Echardus*, librum hunc editum fuiſſe *Mediolani*. An. 1676. in 4. quanquam illud facile conjeceris ex approbationibus variis operi præfixis, datis An. 1674. 1675. 1676. Saltem emendandus ille eſt cum *Fontes Salvatoris*, quas Romæ in Caſanatenſi reperiri docet, diſtinguit ab opere *de Sacramentis*, Lugduni edito. Id autem monendum eſt, opus illud in V. partes diviſum, nonniſi *de quinque Sacramentis* agere; omiſſis ſcilicet *Extremâ Unctione* & *Matrimonio*: priore, quia, ut ſcribit, vix occurrebat quidpiam notabile addendum, quod de eo communiter non ſcribant Summiſtæ; altero, *quia*, inquit, *malui in peculiari volumine, de eo, & magis ex inſtituto tractare, tum etiam, quia de Matrimonio egi multa in meo Opere*, in decem præcepta Decalogi, *maximè in primum & ſextum; item quamplurima de eodem Sacramento ſparſim, & non per tranſennam diſputavi in alio meo Opere* de Triplici Juſtitia reparata, horatâ & vindicatâ.

3. *De Juſtitiâ & Jure*: *De reſtitutione*: *De Contractibus*: an ab illo diſtinctum ſit opus ignoro.

4. *De Cenſuris in communi & in particulari.*

5. *Anima Bibliotheca*: ſive *Indicum liber, quo quid ex innumeris prope auctoribus de unaquaque re ex propoſito, & profeſſo ſcripſerint, facili methodo comparatur.* Hunc expletâ Operis Sacramentalis impreſſione, prælo ſubjicere promiſit *Agudius* in memoratâ Præfatione.

Anno 1679. hæc habebat prælo parata, ut ſcribit *Echardus*.

6. *Quareſimale: Sermoni per le Domeniche di tutto l'anno, Panegirici de Santi per tutto l'anno.* Laudatur &

7. *Sylva Sermonum, ſive Homiliarum a priſcis Eccleſia Patribus collecta.* Cæterùm lectorem meminiſſe vult *Agudius*, ſe in unius & ſolius Angelici ſanctiſſimique Præceptoris D. *Thoma* verba juraſſe.

AGUDO & VALENZUELA (*Joannes de*) Hiſpanus ex oppido Torre Ximeno, ditionis Calatravenſis ordinis, ſcripſit circa medium Sec. XVII.

Epitomen vita Regis & Propheta Davidis, Hiſpanicè, in 4. Granatæ 1656. apud Franc. Sanchez. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 475.

AGUERO (*Johannes*) Soc. Ieſu, Hiſpanus, ex oppido *Somovallis* de *Traſmiera* ſeu *Treſmerana* prope

Santanderium Salmanticâ, ubi ſtudebat, profectus in Indias anno 1613. vertit in Tragallenſem linguam, quæ Manilæ Philippinarum Inſularum celebris eſt,

Tractatum de Animabus Purgatorii Hiſpanum *Joh. Gonz. de Loſada* Jeſuitæ, *Colonia* editum an. 1652. * *Alegamb.* p. 217. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 475. *Dupin* Tab. Univerſ. *Tom. III.* p. 181.

AGUERO (*Petrus Diaz de*) Pincianus, Medicus Doctor, Ordinis Hieroſolymitani Joannis Baptiſtæ Sodalis, ſcripſit initio Sec. XVII.

Demonſtracion clariſſima de la Immaculada y puriſſima Concepcion de la Virgen Maria. Matriti 1618. in 4. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 150.

AGUILAR (*Joſephus de*) Hiſpanus, Scripſit Carmine *Reglas y advertencias para el Santo acto del Sacramento de la Penitencia en octavas,* in 8. * Nic. Anton. *Tom. I. p.* 614.

AGUILAR (*Petrus Sanchez de*) in Jucatania Occidentalis Indiæ provincia ortus, poſtquam Decanatum in ſacro hujus Eccleſiæ collegio adminiſtraſſet, Canonicum aliud opulentius Sacerdotium apud *Charchas*, quæ gens & civitas Peruani regni eſt, obtinuit: quo fungebatur, cum publicavit

1. *Informe contra Idolorum cultores del Obiſpado de Jucatan*; mixtum opus ex Latino, & Hiſpanico, pro Epiſcopali poteſtate, neceſſitateque puniendi apud eam gentem idololatriæ crimen. *Matriti* 1639. in 4. *Ægidius Gonzalez Davila* in *Theatro Indico-Eccleſiaſtico* vulgari Indorum linguâ ſcriptum eſſe ait, quemadmodum &

2. *Doctrina Chriſtiana.* * Nicol. Anton. *Tom. II. p.* 191.

AGUILAR & ZUNIGA (*D. Stephanus de*) Eſcalonenſis, Doctor Theologus, ætatis annum agens 22. edidit concionatorium opus ita inſcriptum.

1. *Corona de Predicadores*; ſeu *de prædicatione Sancti Stephani.* Matriti apud Mariam de Quiñones 1636. in 4.

Deinde poſt aliquot annos

2. *Combates de Job con el Demonio.* ibid. 1642. in 4.

3. *Eſtatura y arbol con voz politica, canonica, ſoñada, en que velo y ſe deſvelo Nabucodonoſor y revelo Daniel, ataviada de divina y humana erudicion.* Ibidem, apud Julianum de Paredes, 1661. in folio. * *Nicol. Anton.* Tom. II. p. 233.

AGUILERA (*Ferdinandus de*) natione Chilenſis in America Meridionali, Jeſuitarum Sodalis, ſub prælo habuit tempore quo *Bibliotheca Societatis* formandæ incubabat *Phil. Alegambius* (id eſt circa A. 1642.) ut ipſe teſtatur *p.* 108.

Concionum aliquot volumina.

AGUIRRE (*Chriſtophorus* de) Hiſpanus, Canonicus Compoſtellanus, ſcripſit, ex *Nic. Anton.* Tom. I. p. 183.

Brevem Tractatum Theologiæ Moralis. Pariſiis, 1661. in 8. Hiſpanicè.

AGUIRRE (*Gaſpar Salzedo de*) Hiſpanus, Doctor Theologus, primariuſque Theologiæ Profeſſor Beatienſis, atque in Gienenſi urbe ad S. Ildefonſum Prior, ſcripſit Latinè

1. *Alluſionum Novi Teſtamenti ad Vetus*, Tomum I. *Gienii* 1608. *fol.* Hiſpanicè verò

2. *Relacion de algunas coſas inſignes que tiene el Reino y Obiſpado de Jaen.* Beatiæ 1614. 8.

Videtur & hujus eſſe

3. *Pliego de Cartas*, ibid. 1694. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 407.

AGUIRRE (*Joſephus Saenz de*) S. R. E. Cardinalis, Hiſpanus, Lucronenſis, Philoſophus, Juriſta, ac Theologus magni nominis, natus eſt A. C. 1630. d. 24. Mart. Is quum vitæ ſolitariæ deſiderio teneretur, nomen Monachis D. Benedicti in patriâ dedit. Patrum deinde ſuffragio Abbas S. Vincentii in Civitate Salamanca electus, Inſulam eâ lege admiſit, ut, quò aptiùs alios regeret, imperium exordiretur à ſe contra ſe ipſum. Annos quindecim Studiorum Rector exſtitit in Collegio memorati Monaſterii, indeque ad Salmanticenſem Cathedram evocatus, Theologiam primò Speculativam, tum Sacram Scripturam incredibili plauſu, atque auditorum frequentia explanavit. Exactis hoc modo pluribus annis, Præſidens Generalis Hiſpanæ Congregationis S. Benedicti creatus eſt: quâ occaſione nihil omiſit, quod ad promovendam vitam monaſticam, privilegia Ordinis vindicanda, ac manutenenda, latifundia redimenda, cultumque divinum provehendum ſpectare videbatur.

Libro edito *de Cathedrâ Petri*, gratiam ac favorem INNOCENTII XI. P. M. adeo ſibi conciliavit, ut d. 2. Sept. 1686. inter Cardinales, tit. S. Mariæ ſuper Minervam (non improbante ſacro Senatu) obtinere meruerit. Exinde variis Patrum Cœtibus, Concilii nimirum Tridentini, Indicis librorum prohibitorum Sancti Officii, adſcriptus, eruditione, juſtitia, ac dicendi libertate refulſit. Cum enim ab ALEXANDRO VIII. ſub A. 1689. propoſita eſſet in Conſiſtorio promotio *Tuſſani Fourbini*, hominis Galli, eaque certis de cauſis, conſcientiam ut videbatur, onerantibus, impugnaretur a *Leandro* Card. *Colloredo*, cæteris obmuteſcentibus. ſolus *de Aguirre* conſurgens *Colloredum* ſuffulſit objicientem.

Romæ *Quietiſtarum* hæreſi gliſcente, INNOCENTIO XI. cum aliis quibuſdam Cardinalibus (incitante eos *Paulo Segneri* Soc. Jeſu, clariſſimo eâ ætate Theologo & Oratore) præcipuus Author fuit inquirendi in errores *Mich. Ludov. Molinos*, eoſque cum Hæreſiarcha ſuo damnandi: qui ſcilicet biennio *Romæ* intra carceres Inquiſitionis hæſit, quo tempore ejus erroribus detegendis, examinandis, confutandiſque, à præclariſſimis Theologis (è quorum numero Card. *de Aguirre* haud poſtremus fuit) deſudatum.

Joſephus denique legationibus, doctrinâ ac pietate inſignis, quum annos 13. magno Eccleſiæ emolumento exegiſſet in purpurâ, apoplecticus obiit *Romæ* d. 19. Aug. A. 1699. ibidem ſepultus in Eccleſia S. Jacobi nationis Hiſpanicæ, cum Epitaphio quod ſibi vivens præſcripſerat.

JOSEPHUS SAENZ DE AGUIRRE
NATIONE HISPANUS, PATRIA LUCRONIENSIS,
VITA PECCATOR,
APPELLATIONE MONACHUS S. BENEDICTI,
STUDIO THEOLOGUS;
MISERATIONE DIVINA
S. R. E. CARDINALIS
TIT. S. MARIÆ SUPER MINERVAM
PROTECTOR REGNI SICILIÆ.
ORATE DEUM PRO EO.
OBIIT DIE XIX. AUGUSTI A. D. MDCXCIX.
MISERERE MEI DOMINE, QUIA PECCAVI
SUPER NUMERUM ARENÆ MARIS.

Huic Epitaphio ab aliis ſuperadditum quod ſequitur.

MIRARE, QUI LEGIS
ERUDITISSIMI VIRI PIETATEM ET VIRTUTEM,
DISCEQUE DE TE HUMILITER SENTIRE,
TRANSCRIBENDUS COELO.
INSCRIBI TERRAM SIC
VIVENS VOLUIT ET TUMULARI.
IMITARE MODESTIAM, SEQUERE VITAM,
UT PAREM CUM EO CONSEQUARE
CORONAM.

SCRIPTA:

1. *Ludi Salmanticenſes*, ſive *Theologia florulenta.* Salmanticæ, 1668. *in fol.* Opus Diſſertationibus conſtans, quas ad uſum Scholæ Salmanticenſis, priuſquam laureâ Doctorali in hac Univerſitate donaretur, elucubravit. In iis de Angelis bonis & malis diſſerit, multamque eruditionem pandit. Harum verò ipſe in ultimâ S. *Anſelmi*

mi editione cenſorem ſe exhibuit, certa quædam loca reprehendens.

2. *Philoſophia nova, antiqua, rationalis, Phyſica & Metaphyſica, quæcumque in Scholis tractari ſolet, ad mentem Ariſtotelis & D. Thomæ adverſus recentes utriuſque impugnatores.* Salmanticæ fol. 3. Tom. A. 1571. & ſeqq.

3. *Philoſophia morum*, ſive *Libri decem Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum, Commentariis illuſtrati.* Salmanticæ 1675. *fol.*

4. *De virtutibus & vitiis morum*, ſive *Diſputationes variæ in Philoſophiam moralem ab Ariſtotele traditam.* Ibid. 1677. & Romæ 1697. *fol.* apud Ant. de Rubeis. Hæc ultima editio titulo paululum immutato prodiit; qui ſic habet: *De Virtutibus & Vitiis Diſputationes Ethicæ, in quibus accuratè diſſeritur quicquid ferè ſpectat ad Philoſophiam moralem ab Ariſtotele traditam decem Libris Ethicorum ad Nicomachum*: de quo libro *Act. Lipſ.* 1698. p. 119. 120. his verbis: „ Contemplatricem Philoſophiam *Tomis III.* „ comprehenſam, & Ethicam ſeu Moralem *Tomis II.* „ abſolutam, *tertio* etiam de Virtutibus & Vitiis adjecto, *Salmanticæ* luci publicæ expoſuit Emin. „ Card. *de Aguirre.* Eorum verò operum pleraque „ reviſa & emendata cùm in devexâ nunc ætate *Romæ* recudere conſtituiſſet;.... nunc quidem opus illud „ de Virtutibus & Vitiis.....nitidiori charta & charactere „ exhibuit.... De Virtutibus & Vitiis, non Theologicis, „ ſed quatenus intra terminos rationis naturalis & moralis „ continentur, qui vel ex eo intelligitur, quod Philoſophicis Eminentiſſ. Auctoris ſcriptis Opus hoc annumeravimus. Methodum vero ſervatam in illo eam, quam in decem libris Ethicorum ad Nicomachum Ariſtoteles „ tenuit, ipſum libri frontiſpitium teſtatur.

5. *S. Anſelmi* Cantuarienſis Archiep. *Theologia, Commentariis & Diſputationibus tum Dogmaticis, tum Scholaſticis illuſtrata, in quibus ſubtilitas Theologiæ Scholaſticæ conjungitur cum eruditione ſacrâ, erutâ ex Scripturâ, Conciliis & Patribus, contra Atheos, Ethnicos, Judæos, Hæreticos, & Schiſmaticos* &c. Auctore *Joſ. Saens de Aguirre* &c. Salmanticæ 1679. 1680. & 1681. *fol.* 3. *vol.* ut & Romæ, 1690. de quâ editione *Diar. Erudit.* 1693. p. 536.

6. *Defenſio Cathedræ S. Petri adverſus Declarationem Cleri Gallicani editam A.* 1682. *d.* 19. *Mart.* Salmanticæ, 1683. *fol.* Opus iſtud, quod Autori ſuo purpurâ procuravit, hujus foetum eſſe aliqui negarunt, alio Salmanticenſi Doctori tribuentes; verumtamen ſuum *Aguirram* ſemper tuitus eſt.

7. *Notitia Conciliorum Hiſpaniæ* &c. Salmanticæ, apud Luc. Peres, 1686. 8. Prodromus hic libellus de quo *Act. Lipſ.* 1688. *p.* 71. Sciagraphiam exhibet operis in *IV. Tomos* digeſti, quorum infra ſubſequitur analyſis.

Hoc titulo prodiit: *Collectio maxima Conciliorum omnium Hiſpaniæ & Novi Orbis, Epiſtolarumque Decretalium, nec non plurium monumentorum ad illa ſpectantium, cum Notis & Diſſertationibus, quibus SS. Canones, Hiſtoria, Diſciplinaque Eccleſiaſtica & Chronologia illuſtrantur.* Tomus I. *Romæ*, typis Jo. Jac. Komarek, 1693. *fol.*

Sub initium ſtatim monent Eruditi Lipſienſes in *Actis A.* 1696. *p.* 120. Eminentiſſimum Autorem, mutatâ paulum animi ſententiâ, non omnia illa monumenta operi iſti inſeruiſſe quorum editionem in memorato Prodromo pollicitus fuerat. Sed viſum illi fuit pleraque iſtorum amandare in aliud opus, tum quòd, ut ipſe loquitur, minùs opportuna fuerint præſenti inſtitum, tum etiam quòd illis capiendis vix quinque ingentia volumina ſufficere potuiſſent. Rerum quoque ordo ab eo, quem olim animo conceperat, nonnihil eſt immutatus. Cùm enim in exhibendis Hiſpaniæ Conciliis ad annum uſque 569. procedere deberet ex veteri inſtituto Tomus I. ultra Concilium Eliberitanum ille non progreditur, imò quædam ad illa tempora adhuc pertinentia in Tomum II. differuntur:

Ut verò rectiùs *Tomi* hujus *I.* œconomia pateat, ſciendum, poſt Præfationem, quâ operis rationem reddit, & perniciosam *probabiliſmi* doctrinam nata ſibi forte occaſione impugnat, (quam etiam ipſum *Sfortiam Pallavicinum*, magnum ejus quondam defenſorem, relicto authentico retractationis ſuæ teſtimonio *Nic. Mar. Pallavicino*, tandem condemnaſſe ait) veterem *Garſiæ Loaiſæ* exhiberi Præfationem, ut & rariſſimam *Ant. Auguſtini* ad *Hier. Blancam* de rebus Cæſarauguſtæ Epiſtolam, & de Conciliis Hiſpaniæ ineditis Dialogum. Succedunt deinde *Gaſp. Quirogæ* Cardinalis & Toletani Archiep. ac *Jo. Bapt. Perez* Segobricenſis Epiſc. de Conciliis Hiſpaniæ Epiſtolæ; Chronologia porrò hactenus inedita Conciliorum Hiſpaniæ uſque ad Hiſpaniam à Saracenis occupatam, & alia Gotthorum Regum ſub quibus Concilia iſta celebrata fuerunt, ex pluribus Codicibus Conciliorum MSS. & ex inedito D. *Iſidori* de Gotthis libro, ac *Vaſæi* Epiſcopi Chronico, veteribuſque nummis concinnata. Adjicitur illis Catalogus Pontificum Romanorum, qui ad medium uſque Sec. IIX. *Petri*, & aliis Præſulum, qui prioribus Seculis Toletanam Cathedram tenuerunt. Hæc excipit novus Cardinalis ad Concilia Hiſpaniæ Apparatus, quo Præfationis & Collectionis *Iſidorianæ* Conciliorum & Decretalium Epiſtolarum ad Hiſpaniam imprimis ſpectantium, prolixum ſatis examen inſtituitur. Quod cùm præcipuam ferè Tomi hujus partem conſtituat, ei aliquandiu immorari neceſſe eſt.

Abit Apparatus ille in *tres partes*, in quarum *primâ* novem Diſſertationibus Præfatio *Iſidori* in ſuam Canonum & Conciliorum Collectionem illuſtratur. Cum verò Collectio illa à pluribus eruditis insigni illi deceptori *Iſidoro* Mercatori hodiè tribuatur: Hiſpalenſi *Iſidoro* argumentis, ut ait, ἀναντιῤῥήτοις eam vindicaturus Autor noſter, neminem inter *Iſidoros*, ſive Græcos, ſive Latinos, de quibus eruditè diſſerit, extitiſſe, cui Mercatori dicto Collectio hæc tribui poſſit, probare nititur. Quod enim *Iſidorum*, Setubenſem ſub finem Sec. IIX. Epiſcopum, *Mercatorem* cognominat Chronicon *Juliani*, nullius ponderis eſt: nullam enim eſſe illius Chronici auctoritatem, poſt alios viros doctos, aliquot argumentis denuò evincit. *Iſidorum* itaque Hiſpalenſem Autorem illius Collectionis eſſe concludit, non quidem totius, ſed ad Concilium uſque Hiſpalenſe; quemadmodum eum nec Epiſtolarum collectorem eſſe certum ſit, ſiquidem illas, quæ à *Gregorii* ſucceſſoribus ſunt, alium addidiſſe oporteat; imò nec Præfationem totam ab eo eſſe, ex §. illius 18. pateat. Priorem itaque ſaltem & potiorem partem ab eo eſſe, primum ex Vaticano 830. annorum Codice Collectionis *Iſidorianæ*, probat, in quo ISIDORI *Epiſcopi* adſcripto nomine Præfatio inveniatur; quæ etiam ad verbum in *Iſidori* Etymologiarum VI. 6. exhibeatur, niſi quod §. 2 fuerit omiſſus. Accedere, quod eodem in loco Etymologiarum, cùm de IV. Conciliis generalibus locutus eſſet *Iſidorus*, de reliquis poſtmodum nonnulla addat, *eorumque geſta in hoc corpore condita contineri dicat.* Indeque manifeſtum Autori noſtro videtur, collegiſſe *Iſidorum* omnia Concilia eouſque approbata, quæ certè in eo volumine exſcribenda curaverit; ut proinde alii ſupervenientes, nova ſolum poſt mortem ejus celebrata addiderint. Omittimus quæ ex *Braulionis* de Etymologiis *Iſidori* loquentis loco pro hac causâ adducit; levibus enim conjecturis ea niti, ipſe fateri cogitur. Cùm autem inquit Braulio, *ſunt & alia ejus viri multa opuſcula* &c. nihil vetare exiſtimat, quominùs ad illa referatur iſta Collectio, præſertim cum, teſte *Joan. Grial*, Cyprian. SUAREZ invenerit in ipſâ Prænotatione *Braulionis*, in antiquo quodam Codice hæc verba: *a canonico quoque & civili jure permaxima compoſuit inſtrumenta*, quibus Collectionem illam Canonum, pariter ac apud *Sigebertum* per librum *de Dogmatibus Eccleſiaſticis*, quem is *Iſidoro* in libro *de Viris illuſtribus* tribuit, ſignificari contendit,

dit. Præcipuè autem inniti videtur *Hincmari Remenſis* authoritati, qui cap. 12. ep. VII. expreſſe Hiſpalenſi *Iſidoro* Collectionem Epiſtolarum Pontificum Romanorum à S. *Clemente* uſque ad B. *Gregorium* tribuat. Imo & paulo poſt obitum S. *Iſidori*, & ducentis circiter ante *Hincmari* ætatem annis, celebres fuiſſe Epiſtolas, hinc patere putat, quod Patres Toletani Concilii X. A. 656. & XVI. A. 693. ad quaſdam earum reſpicere videantur. Reſpondet poſtea doctiſſimorum criticorum, qui aliter ſentiunt, objectionibus, quæ ſingularim exequi ſine prolixitatis vitio licere non arbitramur.

Secunda partis hujus primæ diſſertatio de Canonum Collectionibus *Iſidoriana* antiquioribus agit. Apta hic naſcitur, occaſione *Dionyſii Exigui*, qui L. Canones Apoſtolorum Collectioni ſuæ inſeruit, de ſententia *Iſidori* circa illos loquendi opportunitas. Hos enim cum in Præfatione Collectionis, prout ea in vulgatis editionibus habetur, probare videatur *Iſidorus*, cum tamen alibi eos ad apocrypha rejiciat, exiſtimat Autor, ea verba fuiſſe aſſuta ab alio interpolatore ſeu corruptore germanæ Præfationis ab *Iſidoro* editæ. Prolixius illa materia tractatur tota diſſertatione III. ubi & de auctoritate Canonum illorum Apoſtolicorum, propoſitis & excuſſis in utramque partem argumentis, prolixè & accurato ſtudio diſceptatur. Diſſertatione IV. occaſione verborum Præfationis Iſidorianæ: *Deinde quarandam Epiſtolarum decreta virorum Apoſtolicorum inſeruimus: id eſt, Clementis, Anacleti* &c. Epiſtolarum Pontific. Rom. ad Hiſpanos præſertim ſcriptarum examen inſtituitur. Epiſtolis illis neminem ante annum 860. litem intentaſſe Autor tradit, quin potius in ſumma eas apud omnes fuiſſe veneratione, ita ut *Riculphus* etiam Moguntinus Epiſcopus eas ab *Iſidoro* Hiſpalenſi collectas, & ex Hiſpania allatas deſcribi, ac in Germania vulgari, teſte *Hincmaro* Remenſi in Opuſculo ad *Hincmarum* Laudunenſem c. 24. coll. ep. 7. c. 12. curaverit. Imo etiam antequam à *Riculpho* in Germania n acceſſerentur illæ epiſtolæ, in Gallis jam notas fuiſſe; ſiquidem præcipuæ illarum, & ob quas potiſſimum impetantur, ſententiæ, inveniantur totidem pene verbis inter Capitula *Hadriani* I. Papæ (Tom. VI. *Collect. Concil. Labbeana* p. 1828) ab *Ingilramno* Mediomatricum Epiſcopo in Gallias tranſlata circa an. 785. adeoque biennio ante *Riculphi* epiſcopatum. Horum MS. literis Gallicis *Nicolai* I. temporibus exaratum, in Bibliotheca Vaticana etiam extare, & ex illis ipſis in Capitularia Regum Francorum pleraq; tranſlata fuiſſe: quod argumento denuo ſit, in pretio fuiſſe apud Gallos decretales illas epiſtolas. In tranſitu hic quaſi exploditur *Petri de Marca* error, qui judicia Synodorum Provincialium irreformabilia eſſe contendit. Sed ut ad rem redeamus, conſtare hac ratione arbitratur Rev. Autor, ad ſeculi uſque IX. dimidium inconcuſſam ſtetiſſe harum epiſtolarum autoritatem, donec inclinante eodem ſeculo *Hincmarus* Remenſis eam, quod appellationi *Rhoradi* Sueſſionenſis & *Hincmari* Laudunenſis ad Pontificem Romanũ faverent, ſolicitare tentaverit. Nec illum tamen plane eas rejicere auſum fuiſſe, utpote quas *ſuſcipiendas eſſe ad inſtructionem venerabiliter* dicat, ſed eas ſolum infra autoritatem Sacrorum Canonum collocaſſe. Iſta vero procella tranſacta, non tantum à Pontificibus ſequentis ævi *Leone* IX. & *Innocentio* III. ſed ab omnibus ſcriptoribus eccleſiaſticis canonumve collectoribus, *Anſelmo*, *Ivone*, *Gratiano* & aliis, qui recenſentur, quamplurimis, Epiſtolas illas *Iſidorianæ* collectionis allegatas fuiſſe. Examinantur in ſequentibus Magdeburgenſium, *Petri de Marca*, *Hincmari* Remenſis & aliorum contra has epiſtolas argumenta, quarum γνησιότης porro ex Capitulis *Hadriani* I. Papæ, notisq; ad ea *Antonii Augustini*, quem perperam pro ſua opinione *P. de Marca* & *Phil. Labbe* allegaverint, oſtenditur. Quamvis autem autoritatem harum Epiſtolarum tueatur Rev. Autor, negare tamen non poteſt, pleraſque earum interpolationibus aliiſque defectibus miſere eſſe deformatas. In corruptionum illarum autorem peculiari capite inquirit, quem neq; *Iſidorum* illum Mercatorem, neque Setubenſem eſſe, ex Diſſ. I. manifeſtum putat. *Theodiſclo* Iſidori Hiſpalenſis ſucceſſori ut eas tribuamus, *Ildefonſum* Toletanum forte perſuadere poſſe ait, qui alia quoque anteceſſoris ſui ſcripta eum in odium fidei turpiter corrupiſſe dicat. Verum cum ille locus *Ildefonſi* in Continuatione ad Chronicon *Iſidori* quædam minime cohærentia & falſa contineat, eum ab aliquo ſciolo aſſutum, adeoque parum conjecturæ ei ſoniæ fidendum eſſe, perſuaſum Autor habet. Et reliquis quidem omnibus contra illam *Ildefonſi* narrationem objectionibus, quæ ſuſpectam eam reddunt, forte reſponderi poſſe monet; illam autem inſuperabilem videri, quod dicatur *Theodiſclus* Chriſtum cum Patre & Spiritu S. non unum verum DEUM, ſed Adoptivum ſolum ſtatuiſſe; id quod omnino falſum ſit. Nec ullam *Theodiſcli* ſeculo VII. reperiri mentionem, ne in *Iſidori* quidem Pacenſis Chronico, in quo Hiſpalenſium Epiſcoporum res, ab initio ferè ſeculi VII. uſque ad medium VIII. ex inſtituto enarrentur. Iſtam itaque de *Theodiſclo* narrationem, adulatoris cujuſdam Toletanorum Præſulum eſſe aſſumentum, qui XII. ſeculo in exemplar Continuationis S. *Ildefonſi* ad Chronicon S. *Iſidori* illud intruſerit. Ignotum autem eſſe interpolatorem harum epiſtolarum tandem concluditur, & huic diſſertationi, poſtquam *Binii* quoque ſuffragia pro illis allata fuiſſent, finis imponitur.

Diſſertatio V. tota *Petro de Marca* & *Stephano Baluzio* opponitur, qui illis epiſtolis antiquatos fuiſſe ſacros priſcæ Eccleſiæ Canones, & novum jus obtruſum exiſtimant, ille *L. 3. de Conc. Sacerd. & Imp. cap. 5.* hic in Præfatione Dialogis *Antonii Auguſtini*, anno 1672. Pariſiis cum notis ab eo editis, præmiſſa. Solicite hic Patribus VIII. & IX. ſeculi ignorantiæ & negligentiæ labes, qua eos Baluzius præcipue adſperſerat, detergitur, opponunturque ei Patres horum temporum, eruditione non minus quam zelo pro eccleſiæ diſciplina conſpicui, *Gregorius* II. Papa, *Beda*, *Damaſcenus*, *Andreas* Cretenſis, *Agobardus*, *Servatus*, *Lupus*, *Ado* Viennenſis, *Hincmarus* Remenſis & alii, qui longo ordine recenſentur. Deinde & Autori errare videtur *Baluzius* in eo, quod primum omnium *Ingilramnum* Metenſem Archiepiſcopum contra divinos Canones jus antiquum convellere auſum fuiſſe dicit, *quando pro ſui cauſa agebatur*; interpoſita nimirum appellatione ad *Hadrianum* I. Papam, & oblatis ipſi Capitulis collectis ex novitiis veterum Pontificum Epiſtolis. Multo enim, inquit Noſter, antea *Hadrianus*, Capitula prædicta tradiderat *Carolo Magno*, anno ſcil. 774. quod conſtat ex *Tom. VI.* Collect. Labb. Concil. *col.* 1800. Deinde autem multis poſt annis idem *Hadrianus* tradidit Capitula *Ingilramno* an. 785. *quando pro ſui negotii cauſa agebatur*; ut habetur *Tomo* cit. *VI. col.* 1828. ut diu adeo ante litem *Ingilramni*, inductum fuerit jus *Baluzii* opinione novum. Omnium inde illorum ſeculorum Pontificum hiſtoriam percurrit, & ſub illis nihil tale commiſſum, quale cum *Marca* Baluzius objecerit, oſtendit. In ſpecie vero ſub *Nicolao* I. ex iſtarum Epiſtolarum Collectione novum obtruſum jus haud fuiſſe, diſſertatione VI. tota probare nititur, *Nicolai*que in cauſa *Rhotadi* & *Hincmarorum* procedendi modum è *Cabaſſutio* potiſſimum vindicat. Jus enim Epiſcoporum appellandi ad ſedem Apoſtolicam à Synodis Provincialibus, in hiſce Epiſtolis, præcipuè vero *Melchiadis* Papæ ad Epiſcopos Hiſpaniæ, ſtabilitum quod attinet; non novum illud fuiſſe, Autor diſſert. VII. contendit; ut pote quod ipſe alieno licet ab Eccleſia Romana animo, agnoſcat, iſtudque appellationis forum Occidentalibus Epiſcopis concedat *Balſamon*, in nota ad Canonem III. Sardicenſem. Orientales verò etiam ad ſedem Roma-

Romanam appellare ſolitos fuiſſe, ex *Montani*, *Floriani* & *Blaſti* hiſtoria apud *Euſebium* H. l. 5. c. 15. & 18. ut & *Praxeæ* apud *Tertull.* l. 1. *adv. Praxeam*, patere ſibi perſuadet. Prolixi eſſemus nimis, ſi omnia hujus rei exempla & teſtimonia ab eo allata recenſeremus. Inſiſtit tamen præcipue Canoni IV. Concilii Sardicenſis, quem ſemper Pontifices, qui poſt illud Romanam ſedem tenuerunt, in praxi ſua obſervaſſe oſtendit. Indeque merito etiam *Nicolaum* I. contra *Hincmarum* Remenſem, qui in *Rhoradi* Romam appellantis locum, alium ordinaverat, eum tueri, non vero novum, ut *Baluzius* putet, jus invehere voluiſſe tradit.

Diſſertationi VIII. materiam ei dedere verba Præfationis *Iſidori*, quibus Capitulorum Concilii Nicæni numerum vicenario majorem facere videtur; quod cum eruditorum fere omnium opinioni contrarium ſit, utriuſque partis, tam *Iſidori* ſcilicet, quam eorum qui aliter ſentiunt, argumenta proponit. Et *Iſidori* quædam levia quidem eſſe fatetur, firmiora tamen etiam nonnulla ipſi videntur, quæ confirmat, & nova aliqua illis addit. Inter poſtrema inſuperabile fere eſſe judicat, quod ex *Julii* I. & *Leonis* I. Pontificum Romanorum duabus epiſtolis depromit. In priori enim, quam referat *Athanaſius* in Apologia II. *Julium* meminiſſe decreti cujuſdam Concilii Nicæni, de prioris Concilii actis in poſteriori Concilio examinandis, indeque probare, rite ſuſceptam fuiſſe à ſede Apoſtolica cauſam *Athanaſii*, poſt judicium Tyriæ Synodi. At nihil ejuſmodi legi inter XX. Canones Nicænos nunc extantes; unde alium ab iis Canonem initio Nicææ editum fuiſſe pateat; quod & allegata *Leonis* epiſtola, quæ ſcripta ſit ad *Theodoſium juniorem*, confirmet, utpote in qua eadem è Nicænis Canonibus allegentur. Equidem reſpondet ad poſteriorem locum *Petrus de Marca*, nomine Canonum Nicænorum intelligi Sardicenſes; verum obſtare illi exceptioni epiſtolam *Julii* Autor monet, quæ planè eundem Canonem citet, & ne effugiis locus ſit, in Magna Synodo eum Nicææ ſancitum dicat, quo nomine ſolam Nicænam Synodum apud veteres vocari nemo ignorat. Ut taceamus expreſsè a *Leone* quoque nominari *Canonum Nicææ habitorum decreta, quæ à totius mundi Sacerdotibus conſtituta ſint*; quod itidem in Sardicenſem Synodum neutiquam quadrare Autori videtur. Ne autem *Julius* etiam erraſſe dicatur, pro Sardicenſi Concilio Nicænam allegans, appellationem *Athanaſii* ad eum; cujus occaſione epiſtolam illam ſcripſerit, ante Sardicenſem Synodum factam fuiſſe, ex *Theodoreti* H. E. *L.* 2. *c.* 4. aliiſque argumentis oſtenditur. Præterimus alia antiquitatis teſtimonia, quibus verum numerum Nicænorum Canonum vicenario majorem fuiſſe probare nititur, (licet ſuppoſititios Canones à *Turriano* & *Abrahamo Ecchellenſi* reliquis ex Arabico adtextos rejiciat) ut & ea quæ de judiciis Provincialium Synodorum contra *Petrum de Marca* prolixius differit: ad ultimam enim primi hujus Apparatûs partis diſſertationem pergendum.

In ea de Conciliis Hiſpaniæ, prioribus tribus ſeculis à *Jacobi* Apoſtoli diſcipulis congregatis, agere conſtituit. Cum enim nec in *Iſidoriana* Collectionis ullo MSto, aliquod Eliberritano antiquius Concilium invenerit *Garſias Loaiſa*, nec in editis ullis Collectionibus tale compareat; & tamen nonnulli eorum, qui poſt an. 1594. Hiſpaniæ res deſcripſerunt, plurima, Toleti præſertim & Hiſpali ante illud celebrata commemorent, operæ pretium viſum fuit, in horum hiſtoriam inquirere. Et primo quidem de Concilio, quod Iliberi ſub *Aloro* Neronis judice, ſeculo primo coactum *Lucius Dexter* ait, agitur, ut & de alio in Cherroneſi urbe prope Valentiam eodem ſeculo habito. De illis tamen Conciliis, præter *Dextri* Chronicon, nulla allegari monumenta videmus, quod licet ipſi Reverendiſſimo Autori ſit ſuſpectum, ob Neronianæ tamen perſecutionis in Hiſpaniis tum ſævientis, (teſte notiſſimo Hiſpaniæ marmore, *Neroni ob provinciam latronibus, & his, qui novam generi humano ſuperſtitionem inculcarant, purgatam* &c. &c.) furores, firmandæ fidei gratia Concilium fuiſſe coactum, non improbabile illi videtur. Cum vero à *Jacobi* diſcipulis Concilia illa celebrata *Lucius Dexter* addat, ita occaſione ad examinandum *Jacobi* in Hiſpanias adventum delabitur, quem conſtanti Patrum à Sec. II. ad XIII. traditione ex inſtituto confirmat. Dubitaſſe quidem de illo *Jacobi* ad Hiſpanos Apoſtolatu ipſum *Baronium* in Annalibus fatetur (licet antea in Martyrologio eum confirmaſſet) ſed iis præcipue ſeductum, quæ apud *Garſiam Loaiſam* de contentione inter *Rodericum* Toletanum Archiepiſcopum ab una, & Braccarenſem, Tarraconenſem ac Compoſtellanum Archiepiſcopos ab altera parte, in Concilio Lateranenſi generali anno 1215. celebrato, circa primatum Eccleſiarum Hiſpaniæ, relata vidit, in qua *Rodericum* illum *Jacobi* in Hiſpanias adventum negaverit. Verum *Baronianum* iſtud fundamentum jam evertit, totamque illam concertationem confictam eſſe oſtendit, præter *Franciſcum Macedo*, Marchio Mondexarenſis, libro anno 1682. Hiſpanico idiomate in lucem edito *de Predicatione S. Jacobi in Hiſpania*. Nec quicquam poſt *Baronium* attuliſſe *Natalem Alexandrum*, Eminentiſſimus Autor exiſtimat, ad quod in modo laudato opere reſponſum non fuerit. Repetit tamen interea ejus pariter ac reliquorum adverſariorum objectiones præcipuas, & reſponſiones ad illas ſolicite ſubnectit. Quo facto ad Concilia primorum ſeculorum, de quibus agere exoperat, redit; de quibus tamen cum ex aliis monumentis, quam ſuſpectis, *Dextri*, *Maximi*, *Helecæ*, *Luitprandi*, *Juliani Perez*, & *Hauberti* Hiſpalenſis Chronicis, ipſo agnoſcente nihil conſtet, non eſt, cur illis ulterius immoremur, quin ad ſecundam potius Apparatûs partem tranſeamus.

Hæc tota vindicandis & illuſtrandis Summorum Pontificum *Iſidorianæ* Collectionis ad Hiſpanos Epiſtolis, quas una exhibet, impenditur. Abſolvitur autem diſſertationibus V. quarum I. quæ X. eſt numeratis omnibus Apparatûs diſſertationibus, *Auteri* Papæ ad Bæticæ & Toletanæ Provinciæ Epiſcopos literæ, contra criticos modernos, *Ferdinandum* imprimis *Mendozam*, qui *lib.* 1. in Concil. Eliberit. *c.* 3. eas impugnavit, defenduntur. Cumque in illis tranſlatio Epiſcoporum ab una ſede in aliam ſtabiliatur (unde etiam *Emmanuel Schelſtratus* argumentum ad impugnandas illas deſumſit, quod totis novem prioribus ſeculis conceſſam eam haud putet fuiſſe) occaſio inde Autori naſcitur tota diſſert. XI. de illa tranſlatione agendi, quam, niſi temere fiat, licitam ſemper fuiſſe, exemplis ex *Auxilio*, *Nicephoro*, Toletanoque Concilio X. XII. & XVI. petitis, ut & ex quamplurimis ſeculi VII. Canonibus & Decretis Romanorum Pontificum confirmare nititur. Diſſert. verò XII. de tranſlationibus Epiſcoporum, ambitione aut avaritia ſuadente factis agit, quas quam tùm *Auteri* literæ, tum alii quoque Eccleſiæ Canones ſevere prohibeant, fusè demonſtratur. Id quod ex Doctrina Romanæ Eccleſiæ de conjugio ſpirituali Epiſcopi cum ſua Eccleſia confirmatur, cauſis indicatis quæ legitimam tranſlationem reddere queant. In diſſert. ſequenti XIII, *Lucii* Epiſtola ad Galliæ & Hiſpaniæ Epiſcopos vindicatur. Difficillimum eſt, quod ei opponitur ex ſubſcriptione argumentum, ad quod tamen ita reſpondet Autor, ut cum Chronotaxi tam *Baronii* quam *Onuphrii Panvinii* & aliorum eam conciliet, ſive ſecundum ſive tertium *Galli* & *Voluſiani* Conſulatum pro hypotheſium diverſitate in illa intelligens. In diſſert. denique XIV. de *Baſilidis* & *Martialis* cauſa, ex *Cypriani* Epiſtola ad *Felicem* Presbyterum & *Ælium* Diaconum, primum agit, de qua prolixe *Baronii* verba allegat; in quo tamen non probat, quod *Felicem* Cæſaraguſtæ faciat Epiſcopum, quem *Felicem* quidem de *Cæſaraguſta* in allegata Epiſtola *Cyprianus* vocaverit, non Epiſcopum tamen, ſed Presbyterum dixerit. Manifeſte enim duos

Felices

Felices à *Cypriano* diſtingui, quorum ille quem de *Cæſaraugaſta* dicit, non niſi ejus urbis Presbyter fuerit, alter verò Legionenſis forte vel Aſturicenſis Epiſcopus, propterea, quod cum *Sabino* in *Baſilidis* & *Martialis* locum, quorum ille Legionenſem, hic Aſturicenſem ſedem, antequam condemnarentur, tenuerant, ſurrogatus fuiſſe videatur. Porro Epiſtola *Cypriani* allegata, cum paucis quibuſdam notis exhibetur, cui *Xyſti* II. *Dionyſii* & *Eutychiani* ad res Hiſpaniæ pertinentes epiſtolæ ſubnectuntur vindicanturque. De poſtrema fatetur, eam, prout nunc jacet, nonniſi difficillime defendi poſſe; ſcriptam tamen ab *Eutychiano* contra hæreſin *Pauli Samoſateni* probabile eſſe putat, tametſi nec id inficiatur, vehementem ſuſpicionem eſſe, quod interpolata poſtmodum ab alio fuerit.

Apparatûs denique pars tertia ea, quæ Ordinem in Conciliis Hiſpaniæ ſervatum, Viam item Regiam, & Exhortationem ad Regem, quæ tria in Collectionibus Conciliorum tum MSS. tum excuſis, præmitti ſolent, exhibet; quæ unica & XV. quidem diſſertat. à Rev. Autore illuſtrantur.

Apparatu hac ratione finito, Ferdinandi Mendozæ, (qui delicatius, licet à parentibus, *Joanne Hurtado de Mendoza* & *Agnete a Ribera*, Ducibus *del Infantado* & de *Alcala* progenitis, eſſet educatus, ad ſummum tamen eruditionis pervenit faſtigium, diſputationibus de Pactis anno 1586. editis & ab eo juvene admodum conſcriptis etiam clarus) de Concilio Illiberritano confirmando ad *Clementem* VIII. Libri tres exhibentur integri. Illis præter *Garſiæ Loaiſæ* in idem Concilium notas, *Biniique*, *Gabrielis Albaſpinæi*, & *Emmanuelis Gonzalez Tellez* obſervationes, quæ jam olim typis excuſæ fuerunt, etiam novæ autoris noſtri adjiciuntur. Finire ſic liceret noſtram de primo hoc Tomo relationem, niſi ex poſtremis ſpecimen aliquod menſæ quaſi ſecundæ loco Lectoribus noſtris apponendum eſſe cenſeremus.

Inter Epiſcopos itaque, quorum nomina Illiberritano Concilio præmittuntur, primo ſtatim loco comparent *Felix* Accitanus, & *Sabinus* Hiſpalenſis Epiſcopi. Eſſe illos eoſdem cum iis, quorum in paulo ante memorata Epiſtola ſua mentionem fecit *Cyprianus*, *Binii* fert ſententia. Verum aliter Autori noſtro videtur. Illos enim in Legionenſi & Aſturicenſi Epiſcopatibus *Baſilidi* & *Martiali* libellaticis ſubrogatos fuiſſe. Quomodo autem, inquit, credi poteſt eoſdem fuiſſe poſtea tranſlatos ad Accitanam & Hiſpalenſem Eccleſiam? Nec enim illo tempore in Occidentali Eccleſia tranſlationem illam fuiſſe in uſu, nec aliquam illo tempore hujuſmodi tranſlationis deprehendi neceſſitatem; nec probabile eſſe, duos illos viros, *Cypriani* ætate ordinatos Epiſcopos, ad annum uſque 303. quo celebratum fuit ex mente ejus hoc Concilium, vitam extendiſſe. *Patricium* Malacitanum Epiſcopum, cujus nomen inter eos, qui Concilio huic ſubſcripſerunt, etiam extat, eundem cum *Patricio* celebri Hibernorum Apoſtolo exiſtimantes, miſeratione potius quam refutatione dignos eſſe monet. *Theodiſclum* illum, cui tribuitur falſatio *Iſidoriani* de Scriptor. Eccleſ. libri, & inter alias ea quoque, quæ ad denigrandam *Oſii* famam in eo reperitur, nunquam extitiſſe, ſupra Autor docuerat. Illam igitur de *Oſio* ejuſque exitio miſerabili fabulam à *Marcellino* ſchiſmatico inventam videri putat, poſteaque in librum *Iſidori* irrepſiſſe. Id vero prætereundum minime arbitramur, quod Autor candide moneat, fraudibus & falſationibus innumeris ſcatere Pſeudo-Chronica illa *Dextri*, *Maximi*, *Heleca*, *Luitprando* & *Juliani Perez*, à *P. Hieronymo Roman de la Higuera*, omnium illorum artifice, & totius Eccleſiaſticæ Hiſpaniarum Hiſtoriæ, quantum in ipſo fuerit, corruptore ſuppoſita. Quemadmodum & in *Tamajum de Salazar* invehitur, qui ex turbidis illis & fæculentis lacunis figmenta innumera in Martyrologium ſuum Hiſpanum derivaverit, imo qui non contentus aliena vendicare commenta, de ſuo plurima adjecerit, & *Maximo* aliiſque viris graviſſimis affinxerit ſcripta, quæ tamen partim ab ipſo, partim ab aliis ejus conſultoribus in domo illuſtriſſimi D. *Didaci de Arce Reynoſo*, abſque ullo ingenio compoſita fuerint. Sed ut ad alia progrediamur, ſubdubitaverat *Mendoza*, in Commentariis ad Canonem Illiberritanum 33. an *Paphnutius* ille qui in Concilio Nicæno iis indulſit uſum matrimonii, qui nuptias rite contraxerant ante ſacrum ordinem ſuſceptum, cum eo, qui poſtea in hæreſin *Meletianorum* lapſus eſt, teſte *Epiphanio* Hær. 68. idem ſit. Diverſos exiſtimat Autor, quod nihil eorum quæ de illo *Ruffinus*, *Theodoretus*, *Sozomenus* & *Nicephorus* narrant, de hoc ab *Epiphanio* referatur. In nota ad Canonem Illiberitanum 34. ubi de cereis in cæmeteriis per diem non incendendis agitur, docte oſtendit, ante ſeculum XI. in Templis cadavera fidelium non fuiſſe ſepulta, ne ipſorum quidem Regum & Imperatorum, & de cereorum quoque ad eorum ſepulcra uſu diſſerit. Contra *Joannem Morinum*, qui *l. 8. c. 23. de Sacram. Pœnit.* adductis aliquot Patrum locis, Sacramentum iſtud à Diacono in neceſſitatis caſu adminiſtrari poſſe exiſtimat, oſtendit loca illa Patrum nihil aliud probare, quam quod abſente Sacerdote & urgente extrema neceſſitate, ex delegatione Epiſcoporum audiverint lapſorum confeſſiones quandoque Diaconi; non ut illos abſolverent, ſed ut veram eorum contritionem explorarent, qua cognita in articulo mortis pacem ipſis dare, ac ſubinde Euchariſtiam adminiſtrare potuerint.

Cæterum ſicut diſciplinæ Eccleſiaſticæ Rev. Autor eſt ſtudioſiſſimus, cujus reſtaurationem hoc opere præcipue animo agitaſſe videtur: ita nullus Hierarchiæ gradus eſt, qui ſua paſſim hic non inveniat monita. Duo ſaltem adhuc, quæ Miſſionarios ſpectant, loca allegare liceat, quorum altero reprehendit eos, qui ξηροφαγίαν quadrageſimalem Orientalium Eccleſiarum improbare ſuſtinent; altero eos, qui nimium faciles ſunt in admittendis ad baptiſmum infidelibus, nondum ſatis inſtructis &c.

Nunc ad *Tomum II.* progrediamur. Prodiit iſte A. 1694. cujus conſpectum exhibent *Act. Lipſ.* 1696. p. 165. In eo quoque primo ſtatim loco Diſſertationes aliquammultæ occurrunt, quarum argumenta indicabimus. *Prima* Concilii Eliberitani tempora inveſtigantur, circa cujus ætatem inſigniter errare Eminentiſſimo Autori videntur Anglorum nonnulli, ad A. C. 1200. & Magdeburgenſes ad A. 700. illud referentes. Tolerabilior eſt ex ejus mente *Jo. Vaſæi* error, qui A. C. 338. & *Garſia Loaiſa*, qui cum *Antonio Auguſtino* & aliis, eodem cum Nicæno Concilio tempore, aut paulo poſt, anno nempe 324. illud celebratum eſſe ſtatuunt. Verum ut alia taceamus, quæ poſtremorum quoque ſententiæ opponit, ἀσύστατα plane illi videntur, quod Eliberitanam Synodum, eodem cum Nicæna tempore vel paulo poſt coactam dicant, & tamen eam ad annum 324. referant, cum anno demum 325. Nicænum Concilium ſit celebratum. Et licet etiam an. 324. Nicænos Patres conveniſſe aliquis largiatur, vix tamen viam iniri poſſe exiſtimat, qua *Oſius* Nicææ ſimul, ubi Concilio eum Apoſtolicæ ſedis nomine præſediſſe credit, & Eliberi eodem anno præſens ſiſtatur, præcipue cum integrum triennium duraſſe Nicænam Synodum, Anonymus apud *Lipomannum* Tom. VI. *Gelaſius* Cyzicenus, *Nicephorus* & *Caſſiodorus* probabile reddant; & finito illo *Gangras* quoque *Oſium* abiiſſe ad congregatum ibi Concilium, conſtet. Rectius itaque antiquiorem Nicæna Eliberitanam Synodum ſtatui exiſtimat, cujus rei tum alia ei ſuppetunt argumenta, tum id præcipue, quod quamplurimi ejus Canones manifeſtum reddant, eo quo illi condebantur tempore, crudelem Ethnicorum perſecutionem in Chriſtianos viguiſſe, adeoque *Maxentium* Tyrannum nondum victum, nec pacem Eccleſiæ, quod A. C. 313. *Conſtantini* VII. factum denique eſt, redditam fuiſſe. *Baluzii* inde corruere ipſi videtur ſententia, qui ante Nicænum quidem Concilium, in media tamen Eccleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ pace, Patres Eliberitanos congregatos fuiſſe putat; parum enim facere ad eam ſtabiliendam id ait, quod in Concilio etiam Valentino & Arelatenſi II. imo & Ancyrano, pacis temporibus licet celebratis, Canones tamen contra lapſos in perſecutione habeantur. Iſtorum enim Conciliorum Canonibus manifeſte, præteriſſe perſecutionis procellam, indicari, adeoque iis, qui lapſi in ea fuerant, pœnitentiæ diſciplinam præſcribi cenſet; cum contra Eliberitani Patres pœnam ſtatuant illis, de quibus, ne perſecutionis tum maxime furentis vi flecterentur, erat metuendum. Conſtare itaque ex hiſce ſibi perſuadet, ante pacem a *Conſtantino Magno* Eccleſiæ redditam, celebratum Eliberi Concilium fuiſſe: eo tamen non contentus, accuratius ejus tempora inveſtiganda credit, quæ poſtquam varias aliorum opiniones adduxiſſet, in A. C. 303. incidiſſe ſtatuit, quo anno ipſa Dominicæ paſſionis die, juxta *Euſebium*, *Diocletiani* & *Maximiani* edictum de nova perſecutione publicatum fuit; ſequentium enim perſecutionum nullam ad Hiſpanos pertigiſſe exiſtimat. Menſe autem Majo illius anni, hoc eſt ſimul ac in Hiſpaniis innoteſceret edictum illud, celebratum Concilium fuiſſe, inde colligit, quod anno illo præcipite nimis violenta jam fuerit, adeoque Concilium celebrari vix permiſerit perſecutionis tempeſtas, utpote quæ haud paucos, qui ſubſcripſerunt ei, abreptos illo tempore fuiſſe, conſtet, cui conjecturæ eo plus tribuit, quod in vetuſto etiam Eccleſiæ Urgellenſis codice Idibus Maji Eliberitanum Concilium cœpiſſe affirmetur. Omittimus quæ poſt iſta contra paradoxam *Joannis Morini* ſententiam diſputat, qui *l. 9. de Pœnit. c. 19.* epocham hujus Concilii ad dimidium ſeculi tertii vel paulo poſt referre auſus eſt; illam enim ex *Oſii* aliorumque, qui ei interfuerunt ætate, abunde, ſi alia argumenta vel maxime deeſſent, confutari poſſe exiſtimat.

In Diſſertatione II. de Conciliis Eliberitano poſterioribus, intra & extra Hiſpaniam præſente *Oſio* celebratis agit. Præcipua inter illa ſunt Cordubenſe, quod ex Synodico libello, à *Labbeo* t. 2. col. 91. edito, nobis innoteſcit; item Arelatenſe, Alexandrinum, Nicænum, Gangrenſe, Sardicenſe, & Sirmienſe poſterius. Præcipue in poſtremo hoc prolixus eſt, utpote ubi *Oſii*, ob ſubſcriptionem multis valde ſuſpecti, cauſam ſibi vidit eſſe perorandam, quam fuſe examinatis Patrum pro & contra *Oſium* teſtimoniis, viciſſe ſibi plane videtur. In III. Diſſertatione Concilia Hiſpaniæ ante & poſt Eliberitanum celebrata recenſet, quorum tamen neque apud *Iſidorum*, neque alibi uſpiam, præterquam in confictis *Dextri*, *Maximi*, *Luitprandi*, *Helecæ* & *Juliani Perez* Chronicis, aliqua extat mentio. Apparate hic iterum de ſtolidis illis Chronicis eorumque parente *Hieronymo Romano de la Higuera* agitur. Nec poſſunt non Lectoribus gratiſſimi eſſe ampli *Nicolai Antonii* de initio, progreſſu & interitu horum pſeudo-chronicorum loci, quos ex ineditis ejus chartis integros hoc loco inſeruit. Fuit namque apud *Nicolaum Antonium* ipſum primum Chronici *Dextri* exemplar, quo ab initio uſus fuit *Higuera*, ſed diverſiſſimum illud ab editis erat, utcunque ſcilicet, ut Auctor noſter loquitur, tolerabile, longeque minus fabuloſum. Id tamen memoraſſe haud forte pœniteat, affecta reliquiſſe, præter memorata iſta pſeudochronica, *Higueram* quampluriwa ejuſdem farinæ opera, quæ lucem nondum adſpexerunt. Talia ſunt fragmenta S. *Athanaſii* primi Cæſaraugustani Archiepiſcopi, *Iſidori* Pacenſis Epitome temporalis, & additiones *Joannis Ægidii* Zamorenſis ad Chronicon *Juliani*. Imo ne imitatores deſint Higueræ, fraude non multum ejus commentis abſimili, circa medium Seculi XVII. ſub *Hauberti* Hiſpalenſis nomine, Chronicon quibuſdam obtruſum fuit ab *Antonio Zapata*, (ſeu, quod verum ejus nomen erat, *Antonio Lupiano* Catalauno, pulſandis organis in patria addicto & qualicunque rerum hiſtoricarum peritia tincto,) qui illud in Bibliotheca S. Dionyſii Pariſienſi à ſe inventum jactabat, quod tamen nihil aliud erat quam Chronicon *Euſebii* cum continuatione *Hieronymi*, literis Gothicis ſcriptum

quam fraudem mature viri in Hiſpania eruditi, à quibus ſtudioſe tamen illud *κειμήλιον* ſuum *Lupianus* occultabat, manifeſtam reddiderunt. Nihilominus Pſeudo-*Haubertus* invenit, qui multis vagantibus eum illuſtrandum tuendumque ſibi ſumeret voluminibus, *Gregorium Argaiz* Benedictinum, quem tamen ſimplicitatem ſuam ſatis opere iſto prodidiſſe, nemo facile diffiteatur. Mittimus reliqua, quæ ad Chronicorum iſtorum hiſtoriam facientia adducit, quorum tam propugnatores quam adverſarios ſtudioſe recenſet, omnemque plane illis fidem & autoritatem abjudicat.

Diſſertationi IV. occaſionem ipſi dederunt *Melchiadis* Papæ ad Hiſpaniæ Epiſcopos literæ, quas poſtquam ex MSS. quibuſdam denuo correctas una cum *novis* notis exhibuiſſet, prolixam ſatis de fide earum diſceptationem inſtituit. Ordinariis fere illis reſponſionibus eas tuetur, quod, ſi quæ ex ſcriptoribus junioribus in iis deprehendi alicui videantur, illa æquo jure ab his ex *Melchiadis* epiſtola deſumta dici queant, quam ab hujus epiſtolæ Autore ex iſtis, notatio temporis vero, quæ objici ſolet, incerta ſit & corrupta. Succedunt inde pauciſſima de Concilio Cordubenſi ſub *Oſio* celebrato, quibus ſubjecit tres *Paciani* Barcinonenſis ad *Sympronianum Novatianum*, quibus à Novatianiſmi ſuſpicione abſolvi Iliberitanos Patres & reliquos Hiſpaniæ eo ævo Epiſcopos, exiſtimat, epiſtulas, ejuſdemque paræneſin ad pœnitentiam, quam pariter ac epiſtolas notis quibuſdam & obſervationibus illuſtrat. Proximum locum iis, quæ ad Concilium Cæſaraugustanum ſpectant, conceſſit. Illud anno 381. qui fuit *Damaſi* 15. *Gratiani* Imp. 15. celebratum fuiſſe, duo præcipue ei argumenta perſuadent. primum quod eo ipſo anno coactum fuerit Concilium Aquileienſe, cui Hiſpania ob Priſcillianum, in cujus cauſa congregabatur Cæſaraugustæ Synodus, maxima tempeſtate jactata, ne quidem per Legatos intereſſe potuerit. Alterum quod circa hæc tempora, teſte *Severo Sulpitio*, in Hiſpaniam venerint, ibique veneno ſuo Priſcillianum infecerint Gnoſtici ex Ægypto delatore Epiphanio expulſi. Canonem hujus Concilii tertium, quo domû auferre S. Euchariſtiam Chriſtianis interdicitur, contra Priſcillianiſtas latum ſtatuit. Illi enim accedentes ad eccleſias, ne detegerentur à Catholicis, accipiebant manibus Euchariſtiam more aliorum, non comedebant tamen, ſed domum, ad ſuperſtitiones ſuas ea abuſuri, aſportabant. Ut corruat adeo *J. C. Bulengeri* ſententia, qui in Diatribe III. adverſus *Caſaubonum*, propter Judæos & Saracenos in Hiſpania tum latentes, canonem illum promulgatum eſſe exiſtimavit. *Siricii* porro Papæ ad *Himerium* Tarraconenſem epiſtolam exhibet, quam tota diſſertatione V. illuſtrat.

Putat eam præ omnibus aliis maxime puram ad manus noſtras ideo veniſſe, quod teſte Continuatore Pontificalis Damaſi, *per univerſum mundum ac per omnes provincias* conſtitutum ſuum *de omni Eccleſia*, (quo epiſtolas ejus & inter eas hanc ad *Himerium* vult intelligi) diſperſerit, *ut in omni archivo Eccleſiæ conſervaretur*. *Syricii* epiſtolam excipit Concilium Toletanum I. quod præter Canones varios Regulam fidei quoque promulgavit, in qua notari cupit, quod de Spiritu Sancto dicatur, eum à Patre Filioque procedere; hoc enim in nullo præcedentium Symbolorum dictum fuerat, neque in ulla ſequentium Synodorum generalium, quæ IV. Lateranenſem præceſſerunt, fuit declaratum. Id quoque obſervatione dignum hic judicat, recte non facere eos, qui condemnatos, in illa fidei Regula, ſeptimo & decimo tertio loco errores, eoſdem cum Eutychianis poſt hoc Concilium demum ortos eſſe invenientes eam non integram à Patribus Toletanis prolatam eſſe judicant, ſed poſtea illi quædam adjuncta fuiſſe ſtatuunt juſſu *Leonis*, qui Epiſcopis Hiſpanis injunxerit, ut Regulam ipſam mitterent ad *Balconium* Epiſcopum Gallæciæ publicandam in Concilio Celenenſi. Debilem enim eſſe hanc conjecturam, ex exemplaribus Profeſſionum, quibus illi errores tanquam à *Priſcilliano* propalati in hoc Concilio Toletano I. à *Dictinio* & *Symphoſio* abjurantur, manifeſtum eſſe exiſtimat. In nota ad Canonem XVII. hu-

Hujus Concilii, quo ne à communione repellatur, qui pro uxore concubinam habet, ſtatuitur, per communionem, non eucharisticam, ſed eccleſiaſticam & civilem vult intelligi, quam acceptionem vocis illius non infrequentem in Hiſpaniæ Conciliis eſſe monet. Quod ſi tamen quis uſitatiori vocis ſignificationi inhæreat, concubinæ nomine veram & legitimam uxorem, ſed ſine dote ductam, ſignificare cum *Binio* ait. De epiſtola *Innocentii*, quam velut ad Synodum hanc exaratam exhibet *Loaiſa*, ita ſentit, ut aut non ad ipſam Synodum, quæ anno 400. fatentibus omnibus celebrata ſit (cum *Innocentius* non ante annum 402. cathedram *Petri* occupaverit,) ſed ad Epiſcopos, qui ei adfuerant, aliquot annis poſt, ob motas poſt Concilium controverſias, aut ad aliud Concilium Toleti poſtea ſub Pontificatu ejus celebratum, ſcriptam fuiſſe dicat. Subſcriptiones hujus Concilii occaſionem diſſertationi VI. dederunt, in qua de Toletanis Præſulibus, eorumque in Hiſpania primatu, & ejus origine fuſe diſſeruit. Ut autem eo rectius ſequentium Hiſpaniæ Conciliorum percipiatur hiſtoria, inſerit hoc loco *Idatii* Chronicon & Faſtos, una cum *Iſidori* Hiſpalenſis Chronico Gothorum. Concilium inde Braccarenſe ſequitur circa ann. 411. celebratum, & epiſtolæ paulo poſt hoc tempus, nimirum an. 431. ob inſurgentem tunc Neſtorianiſmi hydram exaratæ, quarum prior *Vitalis* & *Conſtantii* ad *Capreolum* Epiſcopum Carthaginenſem, altera *Capreoli* ad præcedentem eſt reſponſoria. Concilii Hiſpaniæ generalis anno 447. ſuaſu *Leonis* Pontificis, congregati, nulla alia extant monumenta, præter Regulam fidei in Concilio Toletano jam promulgatam, in quam variorum notas & obſervationes Autor exhibet. Epiſtolam *Leonis* Papæ eodem tempore ad *Turibium* datam, non ad *Turibium* ſedis Apoſtolicæ Notarium pertinere docet, ſed Aſturicenſem Epiſcopum, à quo etiam diſtinguendus ſit, octoginta annis eo poſterior *Turibius*, ab *Ildephonſo* in libro *de Viris illuſtribus* memoratus, ut & alius *Turibius* qui *Alphonſi* cognomento *Caſti* Hiſpaniæ Regis temporibus floruit. Quæ inde ſequuntur variæ tum Hiſpanorum Epiſcoporum, tum Romanorum Pontificum ad eos Epiſtolæ ad ann. uſque 492. à nobis nunc prætermittuntur, nec non Concilium Tarraconenſe & Gerundenſe, cum quinque *Hormiſdæ* Papæ ad Epiſcopos Hiſpanos epiſtolis; ad quarum ultimam ſollicite obſervat Orientalium Epiſcoporum nævos & hæreſes, ut nempe inde infallibilitatis Romanæ cathedræ adſtruatur prærogativa, in qua ſola nihil labis oſtendi poſſe, quo eſt in eam Reverendiſſimus Cardinalis ſtudio, exiſtimat. Concilium Toletanum II. cum *Loaiſa* an. 527. coactum fuiſſe ſtatuit, indeque *Baronium* & *Binium*, qui ad an. 531. illud referunt, corrigit; in eo autem à *Loaiſa* quoque abeundum ſibi putat, quod in tempora *Joannis* II. Papæ, qui tamen anno præcedenti prope Ravennam in exilio obierat, illud incidere ſibi perſuadeat. Non eſt, cur multum immoremur ſequentibus ad Concilium uſque Toletanum III. an. 597. celebratum Synodis & Synodicis monumentis; in hoc vero cum notatu digna occurrant oppido multa, inhærere forſan ei aliquantiſper licebit. Corrigit hic ante omnia errorem, quo omnes præcedentes Conciliorum editiones, ne *Labbeana* quidem excepta, commaculatæ fuerunt, dum ſub *Gelaſio* II. celebratum hoc Concilium dicunt; cum manifeſtum ſit, ſub *Pelagio* II. id factum eſſe, ipſeque *Labbeus* & reliqui editores agnoſcant, an. 589. (quo *Pelagius* II. Romæ ſedit) hoc Concilio fuiſſe inſignem; unde etiam non ipſis, ſed typographis hujus erroris dicam ſcribendam eſſe ſtatuit. Deinde integra diſſertatione (quæ diſſert. hujus voluminis eſt VII.) inquirit, quo ſenſu Canon hujus Concilii XI. peccatoribus poſt pœnitentiam lapſis novam reconciliationem negaverit. Præterit ſine ulla animadverſione Canonem illum *Loaiſa* & cæteri, qui Canones Conciliorum illuſtrarunt, forte difficultate ejus perterriti; tantum enim eam eſſe Eminent. Autor agnoſcit, ut ea motus, integrum Librum ſcribere aggreſſus ſit, *de Diſciplina veteri Eccleſiæ, præſertim Hiſpanæ, circa pœnitentes in crimina lapſos*. Cum tamen ei poſtremam manum nondum impoſuerit, tantum ſaltem, quantum utcunque dubiis circa illum expediendis ſufficere queat, monendum exiſtimavit. Putat itaque, exponendum eum eſſe de pœnitentia canonica & ſolenni, quæ juxta Conciliorum & Pontificum Romanorum decreta iterari non poſſit; ut adeo pari ratione exponendus ſit Toletanus iſte Canon, qua *S. Ambroſii* locum *L. 2. de Pœnit. c.* 20. expoſuit *Thomas* parte III. *quæſt.* 84. *art.* 10. Tractat hæc ex parte etiam in ſequenti Diſſertatione VIII. in qua ſimul Canonem XII. hujus Concilii, præcipientem ut ſecundum veteres Eccleſiæ leges pœnitentia inſtituatur, illuſtrat, & amplè, quæ illa vetus diſciplina fuerit, & quod tam *pœnitentium* quam *confeſſionariorum* officium ſit, exponit; ut & in Diſſert. IX. ubi pœnarum in hoc Concilio ſancitarum rationem uberius expendit, & ex aliis quoque Patribus eam confirmat. Succedunt inde Concilium Narbonenſe A. 589. & Hiſpalenſe I. A. 590. celebrata, variæque *Gregorii M.* ad Hiſpanos epiſtolæ, quarum quintam ad *Reccaredum* Hiſpaniæ Regem illuſtrans obſervat, hodiernos Hiſpaniæ Monarchas, non modo rectam originem à *Reccaredo* illo, in quo omnes conſentiant, ducere, ſed etiam à S. *Hermenegildo* fratre ejus & filio *Leovigildi* Regis primogenito. Hunc enim ex *Ingunda*, *Sigeberti* Regis Francorum filia, *Clodoſinda*, quam *Reccaredus* in ſecundo toro habuit, ſorore, filium ſuſcepiſſe, in aula Conſtantinopolitana poſtmodum educatum, certum ait, ex quo poſt aliquot interjectas generationes prodierint Hiſpaniæ Reges. Id quod ex variis veterum monumentis latius oſtendiſſe dicit *Joannem Lucam Corteſium*, Regium in Hiſpania Conſiliarium, in peculiari Diſſertatione, quam nondum publici juris fecerit. Cæterum à *Reccaredo* illo CATHOLICI quoque titulum, quo Hiſpaniæ Reges inſignes ſunt, in eos derivatum eſſe affirmat, utpote qui ei in Concilio Toletano III. poſtquam Arianiſmum publicè abjuraſſet, ſolennibus populi acclamationibus datus fuerit. In notis ad Concilium Barcinonenſe A. 599. habitum, occaſionem ipſi ſubſcriptiones ſuppeditant, in *Higueram* tot falſorum Chronicorum fabrum denuo invehendi. Dum enim in illis *Maximi* quoque Cæſarauguſtani nomen occurrit, non alia tantum monſtra de *Maximo* illo conficta ab *Higuera* eſſe monet, ſed illud præcipue perſtringit, quod ex *Marco* celebri eorum temporum Poëta, qui *S. Benedicti* geſta carmine expoſuit, & *Maximo*, unum virum *Marcum* Maximum protruderit, qui Benedictinus primum Monachus, poſtea Cæſarauguſtæ Epiſcopus fuerit. Chronicon *Joannis Biclarenſis*, quod ex *Caniſio* hoc loco inſeruit, vitiatum ipſi fuiſſe videtur in omnibus illis, in quibus *Hermenegildi* famam deprimere & exoſam reddere, contra vero *Leovigildum* Arianum Regem & juratum Orthodoxorum hoſtem poſteritati commendare conatur. Paſſum enim eſſe ipſum *Joannem* à *Leovigildo* crudelem perſecutionem & decennale exilium, conſtare ait, ideoque probabile non eſſe, ab ipſo multum eum fuiſſe commendatum. *Hermenegildum* autem quod attinet, nihil quod ei ſit ignominioſum haberi in codicibus hujus Chronici à *Moraleſio*, *Mariana* & *Baronio*, & inter veteres à *Roderico* Toletano & *Luca* Tudenſi uſurpatis affirmat. Quemadmodum nec *Gregorius* Turonenſis, *Gregorius M.* aut alius quiſquam veterum talia de *Hermenegildo*, ſed potius contraria omnia prodidiſſe deprehenduntur. Poſt hoc Chronicon, edere primum è Codice Ovetenſi conſtituerat Bulgarani Comitis epiſtolas hactenus ineditas; ſed cum eas graviſſimis mendis & depravationibus laborare ſenſiſſet, earum editionem pariter ac plurimarum aliarum *Martini* Bracarenſis, *Cæſarii* Patricii, *Siſebuti* Regis, *Aurasii* Epiſcopi, *Tarræ* monachi, ex codicibus Toletanis tranſcriptarum, eademque peſte afflatarum, in aliud tempus, quo emendatiores prodire poſſent, differendam eſſe judi-

judicavit. Interea tres *Liciniani Carthaginis* Spartariæ in Hiſpania Epiſcopi Epiſtolas exhibet, quarum I. ad *Gregorium M.* de libro regularum in *Tom. I. Spicilegii Acheriani* jam exſtat, II. vero ad *Vincentium* Ebositanum Epiſcopum, & III. ad *Epiphanium* Diaconum ab ipſo nunc primum vulgantur. In ſecunda Vincentio *Licinianus* exprobrat credulitatem, quod epiſtolas ſub Chriſti nomine factas, & cœlo ut impoſtores jactabant, delapſas tam facile recepiſſet. Tertia ad *Epiphanium* epiſtola, cujuſdam quem honoris cauſa ſe non nominare ait, explodit errorem, qui angelos & animas corporeas ſtatuiſſe videtur; quem poſtquam variis locis Scripturæ confutaſſet, philoſophicis quoque argumentis impugnare incipit, ex quibus pauciſſima liceat attingere. Cum enim videat, animæ ſpiritualitati id obeſſe præcipue, quod corpore contineatur, *non ſic*, inquit, *implet corpus, ſicut uter impleri videtur aqua, ut tantum interius ſit, non exterius. Tota igitur anima interius eſt, tota exterius, tanta in minore corporis parte, quanta in majore, & quum corpus movet ipſam per locum, non movetur ipſa in loco.* Paulo poſt: *Dei motionem nec in tempore eſſe, nec in loco, Spiritum vero rationales non in tempore quidem, in loco tamen eſſe* ait. Iſtis & aliis hujuſmodi *Auguſtini* & *Claudiani Mamerti* ſubjiciuntur teſtimonia, quæ ad vincendam cauſam maxime apta *Liciniano* viſa fuerunt. Sed de iſtis duabus epiſtolis plus ſatis. Ad Concilium Toletanum X. A. C. 656. celebratum, diſſertationem adtexuit, quæ X. eſt hujus voluminis, in qua de diſciplina eccleſiaſtica illorum temporum in Hiſpanicis imprimis eccleſiis agit, qua à Sacris muneribus arcebantur ii, qui poſt baptiſmum in carnis peccatum lapſi fuerant; quam in rem poſtquam haud paucos Conciliorum hujus temporis Canones congeſſiſſet, ſpeciatim *Potamii* Bracarenſis Epiſcopi caſum examinat, quem ob fornicationis crimen, nemini licet præterquam ſibi ipſi notum, ſeipſum Epiſcopatu recte abdicantem, & Concilii Toletani Patribus pœnam per literas ſibi poſcentem, nimis ſeverè ab iis habitum haud fuiſſe contendit. Quem diſciplinæ rigorem poſtquam ulterius quamplurimis *Gregorii M.* locis confirmatum dediſſet, varia quæ ex Canonibus Conciliorum Hiſpaniæ contra eum proferri poſſent allegat, allegatiſque reſpondet. Præcipua illarum objectionum ſumitur ex Canone Ilerdenſi V. in quo expreſſe Epiſcopi poteſtati relinquitur, ut clericos ob hoc crimen pœnitentes citius aut tardius miniſterio, quo exciderant, reſtituat, ita tamen ut ad altiores gradus eos non admittat, & iterato lapſu pollutos plane ab Eccleſiæ corpore reſcindat. Verum iſtum Canonem ſolum valere, ubi occultum eſt illud clerici crimen, reſpondet; primis enim ſaltem ſeculis decem, clericum fornicationis criminis publicè reum, ad ſacras functiones admiſſum non fuiſſe oſtendit. Laxatum autem iſtum diſciplinæ rigorem Seculo primum XI. queritur, idque ortum ex ſuppoſititiis *Calliſti* I. ad Epiſcopos Galliarum, & *Gregorii M.* ad *Secundinum* epiſtolis, quibus primum deceptus S. *Burchardus* Wormacienſis Epiſcopus, alios quoque ſui erroris ſequaces invenerit. Quamvis illo quoque tempore *Petrus Damianus* non defuerit, qui ſtrenuum priſcæ diſciplinæ aſſertorem ſeſe oſtenderet; & *Anſelmus* quoque Cantuarienſis Archiepiſcopus, cujus prolixa ſatis loca huc facientia una repræſentavit, non alios, niſi quorum occulta eſſent crimina, ad ſacram menſam poſt lapſum in carnis peccatum accedere paſſus fuerit. Et licet in aliis criminibus, quæ Canonum vi, etiam poſt pœnitentiam eorum reos à ſacris muneribus arcent, diſpenſatum nonnunquam ab Eccleſia (puriore) fuerit, nunquam tamen tale quid cum clerico fornicatore factum eſſe contendit. Quo oſtenſo, Tridentini Concilii circa hanc rem decreta etiam exponit, & hujus rigoris rationem ex dignitate Sacerdotalis muneris & ſcandalis, niſi Sanctum illud habeatur, exorientibus reddit. Illorum, quæ diſſertationem iſtam ſequuntur, recenſione ſuperſedemus, ne prolixi nimis ſimus. Id unum monuiſſe adhuc ſufficerit, in Concilio Toletano XVIII. A. C. 701. celebrato ſecundum hoc volumen deſinere; cujus (Concilii) nulla planè ad noſtram ætatem perveniſſet notitia, niſi perditis omnibus aliis monumentis, qualemcunque ejus memoriam *Rodericus* Toletanus nobis conſervaſſet.

Tomus III. hujus Collectionis *Romæ* itidem editus A. 1694. Concilia & monumenta ſacra continet ab A. C. 701. ad A. 1511. In eô primo comparet, ut docent Erudit. Lipſ. *A.* 1696. *p.* 214. medius antea Canonum & Conciliorum Index, quibus Eccleſia, præſertim Hiſpanica, regebatur ab ineunte Sec. VI. uſque ad initium VIII. ſeculi. Illum in præfat. Rev. Autor, eum ipſum ſibi videri ait, quem ineunte Sec. VI. ſub *Compendii Sacrorum Canonum* titulo edidit *Ferrandus* Diaconus, quamvis auctum eum poſtea eſſe credat, utpote in quo multa Concilia & decreta citentur, quæ poſt obitum *Ferrandi* habita ſancitaque fuerunt. Exhibentur inde Romanorum Pontificum Regumque Hiſpaniæ, ſub quibus Concilia, tomo hoc III. & IV. comprehenſa, celebrata fuerunt, catalogi; nec non opuſcula quædam Virorum illuſtrium præcedentibus Conciliorum collectionibus ex parte jam inſerta vel alibi edita, qualia ſunt *Hieronymi* & *Iſidori* Hiſpalenſis *de Viris illuſtribus* libri, & alia hujus generis. Sunt inter illa quamplurima monumenta ad monaſteriorum in Hiſpania fundationes ſpectantia, ex *Mabillonio* & aliis collecta, ut & acta quædam Concilii Francofurdienſis in cauſa *Felicis* & *Eliſpandi*. Ex illis omnibus monumentis nullius ſpeciatim meminiſſe juvat, præterquâ Epiſtolæ *Evantii* contra eos, qui ſanguinem animalium immundum judicant, à *Caniſio* jam editæ. Eum enim *Evantium* Archidiaconum Toletanum fuiſſe, non Epiſcopum Viennenſem, cujus & *Fortunatus* meminerit, contra *Chriſtoph. Browerum*, qui poſterius in notis ad *Fortunati* lib. 3. epiſt. ad *Evantium* affirmaverat, oſtendit. Nihil etiam attinet dicere de Concilio Corduhenſi, & tribus brevibus & variis ad fundationes eccleſiarum & monaſteriorum pertinentibus monumentis. Aſt Concilium Ovetenſe ſilentio præterire non licet, utpote cujus acta ex Toletanæ & Ovetenſis Eccleſiæ MSS. nunc primum publici juris fiunt, in quibus tamen nihil notatu dignum valde occurrit, niſi Archidiaconorum ad cogendas Synodos & extirpandas hæreſes in eo inſtitutorum diſciplinam annotare forte placeat. Brevis Narrationis quoque de Officio Hiſpanæ Eccleſiæ Romæ A. 1063. laudato & confirmato, mentionem à nobis ideo injiciendam eſſe putavimus, quod ea alibi extet nuſpiam; quemadmodum & decretorum quorundam Concilii Legionenſis A. 1012. coacti, ex Toletano & Mondexarenſi MSS. nunc primum editorum, quæ tamen ferè ad Politiam potius quam ad Eccleſiam pertinent. Hiſtoriam quoque tranſlationis S. *Felicis*, ex caſtro Bilibienſi in monaſterium S. *Æmiliani* edit, quam, ut ex præfatione conſtat, ſcripſit quidam *Grimaldus* monaſterii S. *Æmiliani* monachus, hortatu *Blaſii*, ſui, uti videtur, Abbatis, epiſtolam item *Urbani* II. Papæ Romani ad *Petrum* Oſcenſem Epiſcopum, qua Oſcam Saracenico ereptam caput Jaccenſis Eccleſiæ conſtituit. De Concilii Fuſſelenſis ævo contra *Sandovalium*, qui ad A. C. 1135. id retulerat, in nota ad illud acriter diſputat, ad A. circiter 1104. illud rejiciendum eſſe variis argumentis contendens. Synodi Compoſtellanæ A. 1114. celebratæ nullum quoque hodie haberemus monumentum, niſi ex codice Mondexarenſi ejus decreta nunc primum nobis ſiſterentur, quæ quidem ex MS. Hiſtoria Compoſtellana *Munionis Adephonſiada* deſumpta fuerunt. Idem de Concilio Ovetenſi A. 1115. coacto dicendum, cujus tres ſaltem fuere ſanctiones, quarum una ad boum oppignerationem, altera ad furta impedienda, tertia ad limitandum jus azyli Eccleſiis datum, & alia nonnulla pertinent; quæve non ſubſcriptionibus tantum quamplurimis, ſed nova etiam plane, niſi fallimur, benedictionis & maledictionis formula muniuntur. Ex memorata paulo ante *Munionis* Hiſtoria Concilii Pa-

lerini quoque A. 1129. celebrati Canones nunc primum protulit, ut & Legionenſis quod A. 1135. congregatum fuit. Votum porro *Jacobi* Aragonum Regis de dotanda Valentina Eccleſia, ubi urbem eam Mauris eripere datum fuerit, ejuſque voti perſolutionem ex MSS. illius Eccleſiæ publici juris facit, ut & privilegium illius Regis, quo Judæis & Mauris Chriſtianæ religionis myſteriis initiati ſine bonorum ſuorum jactura conceditur; cujus generis aliud privilegium *Jacobi* II. inferius quoque exhibet. Ex ejuſdem Eccleſiæ archivis edit etiam Conſtitutiones Synodales Valentinæ Eccleſiæ ab *Andrea de Albalato* Epiſcopo Valentino editas, in quibus inter alia de iis, de quorum dubitatur baptiſmo iſta promulgatur conſtitutio: *Si dubitatur, utrum aliquis eſſet baptizatus aut non, baptizetur, ſed Sacerdos dicat in prolatione verborum ſic: Si es baptizatus, non te baptizo, ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris* &c. in eis quoque ne ultra duo compatres ad levandum puerum de ſacro fonte admittantur, prohibetur addita ratione: *quia matrimonia impediuntur*; ut alias nonnullas hujus generis conſtitutiones nunc taceamus. Non multum ab his diverſæ ſunt Conſtitutiones Synodales Fratris *Arnaldi de Peralta* Epiſcopi Valentini ab A. 1216. uſque ad 1273. quæ itidem ex Valentino archivo nunc primùm prodeunt. MSto Mondexarenſi debetur Concilium Complutenſe A. 1325. & Toletanum A. 1323. itemque aliud Toletanum A. 1326. Ubi Conſtitutiones in Concilio Tarraconenſi II. factas edit Emin. Autor, monet ſibi propoſitum fuiſſe eodem loco Conſtitutiones Metropolis Cæſarauguſtanæ ab A. 1327. uſque ad A. 1495. in unum corpus à D. *Alphonſo de Arragonia* relatas exhibere, ſed illas ſibi periiſſe, altera ſcilicet vice oſcitantia ejus cui Romam proficiſcens MSta ſua crediderat, altera maris & tempeſtatum injuria, cum denuo ei ex Hiſpania tranſmitterentur. Reliqua quæ in hoc volumine habentur inedita, ſunt privilegium *Petri* II. Valentiæ, in quo eccleſiaſticos à vectigalibus eximit, & denique decretum *Alphonſi* Arragonum Regis de non accipiendis reſcriptis tempore Schiſmatis graſſantis. Diſſertationes huic Tomo Emin. Autor inſeruit nullas, Notas vero paucas ad temporum notationes in una vel altera epiſtola, & alia hujuſmodi facientes.

In *quarto* quoque *Tomo*, de quo *Acta Lipſ.* 1696. *p.* 217. nihil notarum, nullæ Diſſertationes inveniuntur: nuda Conciliorum Acta, quotquot ab Eminentiſſ. Autore inveniri potuère, repræſentantur. Fit autem initium à Concilio Provinciali Hiſpalenſi, A. 512. Præſide *Didaco Deza* illius urbis Archiepiſcopo, celebrato, indeque ad Synodum uſque Limenſem Diœceſanam X. in Peruvia A. 1604. coactam proceditur. Non eſt quod Lectores, Canonum & Decretorum Conciliorum iſtorum prolixam expectent recenſionem, utpote in quibus nihil ferè eſt, quod à modernâ Eccleſiæ Romanæ praxi, doctrinâ & conſuetudinibus ſit alienum: eo æquius proinde breviores in hujus Tomi commemoratione erimus, quo prolixiores fuimus in prioribus recenſendis.

Alia *Aguirrana* parabat opera, quæ plurimis diſtentus negotiis, evulgare non potuit: nimirùm

1. *Theologiæ S. Anſelmi* Tomum IV.
2. *Ludorum Salmanticenſium* Tomum II.
3. *Epiſtolarum ad Principes & viros doctos* Volumen.
4. *Miſcellaneorum* Volumina II.
5. *Apologiam* pro vindicandis Abbati *Joanni Gerſenio* Libris IV. *de Imitatione Chriſti*.
6. *Meditationes & Orationes S. Anſelmi*, notis aliquot illuſtratas.
7. Librum *de Viatore Chriſtiano in patriam pergente*.

Quod ad *Tractatum de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ*, non *Aguirræo* debetur, ut olim creditum eſt, ſed Presbytero quodam Gallo, cui nomen *Ant. Carolus*, ut docet *Hiſt. Oper. Erudit.* A. 1696. p. 426.

Non minimam verò laudem in orbe literato conſecutus eſt *Aguirræus*, tùm amore *Nic. Antonii*, quem Salmanticæ olim, in Juris ſtudio habuerat condiſcipulum, & ſummo, quo ardebat, bene de literis merendi ſtudio ductus, ejus Bibliothecam Hiſpanam Veterem, *Romæ* ſuis expenſis excudi fecit A. 1696. Tomis II. *in fol.* Hanc in rem videri poſſunt *Monita quædam* Tomo I. præfixa, *p.* XXXVIII. *§.* VIII.

Matriti R. P. *Eman. de Villavoel* Panegyricorum Volumen in 4. edidit A. 1703. in quibus Card. *Aguirræi* Orationem funebrem inſeruit. * *Mem. Trevolt.* Mart. 1703. p. 226.

* De eo agunt *Eggs* Purp. doctæ *Lib. VI.* p. 538. *Balius* in Diction. *Niceronius* in Mem. Virorum illuſtrium *Tom. III. p.* 225.

AGUR Judæus, fil. *Jake*, hortatu amicorum ſuorum *Ithiel* & *Uchal*, edidit *Prophetiam* quandam *parameticam* de duobus à Deo expetendis, de quatuor generibus hominum peſſimorum, de quatuor difficilibus, de quatuor minimis animantibus, eximia ſapientià præditis, de quatuor animalibus bene incedentibus: quorum ſumma *Proverb.* cap. XXX. refertur. *Aben Ezra* putat hunc *Agurem* fuiſſe virum quendam integræ vitæ, & magnæ ſapientiæ, cujus dicta & ſententias *Salomon* tranſtulit in librum Proverbiorum ſuorum. *Kubenaki* Hebræorum exiſtimat hunc fuiſſe *Salomonem* ipſum. *Agur* enim ſonat *Congregatorem. Salomon* autem congregavit verba Sapientiæ, & deprompſit ea; id quod *Jake* ſignificat: dixitque eam Prophetiam, propter *Ithiel*; id eſt *Uxores*, quas plurimas habuit: *Uchal* autem ſignificat *Potero*; præſumpſit enim multa *Salomon*, & potuit. Atque huic ſententiæ favere videtur vulgata editio, quæ pro eo quod in Hebræo legitur, *Verba Agur, filii Jake, Prophetia, quam dixit vir ille Ithieli, Ithieli inquam, & Uchal*; ſic tranſtulit: *Verba congregantis filii vomentis, viſio, quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus, & qui Deo ſecum morante confortatus ait.* Et hanc ſententiam *Hieron.* ſeu potius *Beda*, (ut ſcribit *Sixtus Sen.* Bibl. Sanctæ *lib. II.*) in Commentariis Proverbiorum ſequitur. *Lyranus* addit, quoſdam eſſe inter Judæos, qui putant hanc eſſe Prophetiam *Salomonis* pœnitentis, poſtquam reſipuit ab errore, in quem jam ſenex amore concubinarum ſuarum prolapſus eſt, quorum opiniones idem *Lyranus* multis confutat argumentis.

AGURTO (*Petrus de*) Hiſpanus, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, reliquit MS. Hiſpanicè, *Ant. Leonio* teſte apud *Nic. Anton.* Tom. II. p. 130.

Tractatum *de præbendo Indis Sacramento Communionis & Extremæ Unctionis*.

AGURTO (*Petrus de*) alius ab illo, ut videtur, licet gentis & nominis ejuſdem, Complutenſis Doctor, cujus extant in *Actis Lipſ.* A. 1710. p. 359.

Ex Petri Alliaceni, *Doctoris Pariſienſis, tum Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Quæſtione de Reſumptâ Selecta quædam & Excerpta de Eccleſiæ infallibilitate; adjunctis nonnullis ad ejus mentem rationibus & autoritatibus, in voto Chriſtianæ & Catholicæ pacis.* Compluti meditata à Kal. ad Idus Maii A. 1709. & ab *Agurto* ſubſcripta. De his plura ſub tit. ALLIACO.

AGYLÆUS (*Henricus*) De illo vid. ſub tit. FHOTIUS.

AGYNNIANI Hæretici circa A. C. 694. Uxoribus non utebantur, Deum matrimonii authorem eſſe negantes. Nomen ab α privativo, & γυνὴ mulier. * *Prateol.* apud *Morer.*

AH.

AHHUB Catarita, Syrus, cujus memorat *Hebed-Jeſu* p. 43. apud *Le Long* p. 598.

Elucidationem Pentateuchi, libri Judicum, omnium Prophetarum, & totius Novi Teſtamenti, Syriacè.

AHIAS & ADDO, quos ad A. M. 3000. refert *Bellarminus*, ſcripſerunt res geſtas *Salomonis*, ut habetur

tur in *lib.* 2. *Paralipom. c.* 9. ſive ſint eæ, quæ narrantur in tertio libro Regum, ſive res aliæ. Quis autem ſcripſerit reliqua, quæ habentur in lib. 3. Regum, poſt caput XI. & in toto quarto, & in duobus libris Paralipomenon, non eſt omninò certum: ſed credibile eſt ſcripta fuiſſe à Sacerdotibus, & Prophetis illorum temporum. * De *Abia* vid. *Adr. Baillet* in Vitt. Sanct. ad 12. Nov.

AHMED Ben *Arabſchah*, operum duorum Author, quorum

1. Meràt al-adab: *Speculum bonorum morum & humaniorum litterarum.*

2. Agiaib al macdur fi akhbar Timur: *Providentia mirabiles effectus in hiſtoria Tamerlani patefacti.* Liber Arabicè editus, & Gallicè verſus à *Petro le Vattier* Medicinæ Doctore: quam verſionem mendis ſcatere exiſtimant Arabicæ linguæ periti: * *Herbelot.* Bibl. Orient.

AHMED Ben *Edris*, Theologus Mahometanus, qui pluribus abhinc ſeculis librum controverſiarum ſcripſit adversùs Chriſtianos, in quo plurima fabuloſa & ridicula narrantur. * *Hotting.* Bibl. Orient. *l.* 2. *c.* 2. & 5. apud *Moret.*

AHMED filius *Muhamedis*, Andaluſenus, ſcripſit

Demonſtrationes de abneganda falſâ religione, quæ aſſervantur Arabicè in Bibl. Lugd. Bat. inter libros *Levini Warneri*, ut ex ejus catalogo docet *Nic. Anton.* in Script. Arabico-Hiſp. *Tom. II.* Bibl. vet. *p.* 239.

AHUMADA MENDOZA (*Joannes de*) Hiſpanus, Carmelita, Lector Theologiæ primarius in Complutenſi ſodalium domo, ſtudiorumque moderator, edidit

Sermones para los Domingos y ferias principales de la Quareſma, Tomo I. Neapoli apud Camillum Cavallum, 1641. in 4. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 476.

A I.

AIADH Ben *Mouſſa Al-Jahaſſi*, *Al-Sebti* Africanus, *Ceuta*, qui obiit A. 1149. vocabatur *Cadhi*, quia erat revera *Cadhi*, & *Almagrebi*, quia erat Africanus. Natus erat A. 1077. Dedit ſequentia ſcripta:

1. *Hiſtoriam Corduba* ſub tit. *Akhbar al Corthobin.*

2. Librum devotionis, ſub titulo *Azhar Al Riadh* h. e. *Flores pratorum*, quaſi diceres *Pratum ſpirituale.*

3. *Schafa fi taarif hokouk al Moſtafa* ſeu de prærogativis Mahomedis. Liber iſte magni pretii eſt apud Mahumetanos, quem commentatus eſt *Schemeni.* Reperitur in Bibl. Reg. n. 582.

4. *Akmàl fi Scharh Moſlem*, qui eſt de perfectionibus nominis *Muſulmanni*;

5. *Meſcharek Alanuàr* ſub titulo *Solis Orientis*, cujus argumentum eſt explicatio traditionum rariſſimarum. * *Herbel.* Bib. Orient.

AIALA. Vid. AYALA.

AICARDUS. Vid. ECKARDUS.

AICARDUS (*Philippus*) Ligur, ex Campo rubeo, doctrinâ & pietate claruit Sec. XVII. Autor opuſculi Italici cui titulus

Schola ſalutis, Genuæ edit. A. 1654. ut docet *Oldoin.* Athen. Liguſt. *p.* 470.

AICELINUS. Vid. AISSELINUS.

AICHMANNUS (*Martinus*) Germanus, Wirtembergenſis, Lutheranus, Juris Doct. Cancellarius Wirtembergenſis, obiit A. 1616. Hujus extat

Enchiridion Hiſtoria Paſſionis, Mortis, Sepulturæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis Jeſu Chriſti, & Miſſionis Spiritûs S. ex collatione IV. Evangeliſtarum concinnate & explicata, contextum ex Luc. Oſiandri *Commentariis Biblicis.* Tubingæ 1591. (*a*) vel 1592. (*b*) 8.

(*a*) *Le Long* p. 598. (*b*) *Lippen.* Tom. II. p. 427.

S. AIDANUS *Avoinus* vel *Avonius*, vir Apoſtolici ordinis, & Lindisfarnenſis Epiſcopus, quem alii Britannum, alii Scotum vel Pictum fuiſſe dicunt, claruit Sec. VII. *Avoina* autem Inſula eſt, ubi olim erat hujus *Aidani* Cœnobium, in quo ſub ipſo manebant homines non ad Benedicti, ſed ad Evangelii regulam formati, quam *Beda* dicebat ad Britones attinere, ſed eam nihilominus Religioſis Scotis tunc Pictos contuliſſe. De *Aidano* loquens *Beda* lib. 3. cap. 5. *Hiſt. Angl.* hæc habet. „ Non aliter, „ *inquit*, docebat *Aidanus*, quàm vivebat: nihil enim „ hujus mundi quærere vel amare curabat. Cuncta „ quæ ſibi a Regibus, aut hujus ſeculi divitibus do„ nabantur, ea mox pauperibus, qui occurrerent, „ erogare gaudebat. Diſcurrere per omnia & urba„ na & ruſtica loca ſolebat, non equorum dorſo, ſed „ pedum inceſſu vectus, niſi major forte neceſſitas „ compuliſſet. Et ubicumque vel divites, vel pau„ peres aſpexiſſet, confeſtim ad eos divertens, ſi in„ fideles eſſent, ad fidem invitavit: ſi verò fideles, in „ ipsâ fide confortavit, & ad eleemoſynas paupe„ ribus dandas excitavit. Omneſque qui cum illo „ incedebant, cujuſcumque generis eſſent, clerici vel „ non clerici, debebant aut legendis Scripturis, aut Pſal„ mis diſcendis operam dare. Atque hoc erat quoti„ dianum ejus opus, & omnium qui cum eo erant „ fratrum, ubicumque locorum deveniſſent &c. „ Obiit autem A. C. 651. poſtquam Epiſcopale munus 17. annis adminiſtraſſet; & ult. die Auguſti in ſuorum fratrum cœmeterio repultus. *Dunelmum* tranſlatum eſt ejus corpus, & in cathedrali templo locatum. In Sanctorum numerum aggregatus eſt pridie Kal. Dec. anni emortualis, ut obſervat *Poſſevinus* in Appar. ſacro. Scripſit autem

1. *Commentarios in Scripturam.*

2. *Homilias & Conciones*, & alia quædam, de quibus non conſtat, ut habet *Baleus* Cent I. n. 76. & Cent. XIV. n. 17.

AIDEM Ben *Ali*, cognomine *Al Gialdeki*, vel *Gialbeki*, obiit in urbe Damaſco, A. C. 1319. librum ſcripſit *de piſcatione*, cui tit. *Boghiat al Khabir*: ac præterea majoris molis opus, Tom. IV. conſtans, inſcriptum *Borhan fi aſrár élm almizán*, in quo de ſingulis Philoſophiæ partibus tractatur. * *Herbel.* Bibl. Orient.

AIDOGMISCH *Moſtafa* Ben *Zakaria*, Ben *Aidogmiſch Al-Caramani*, Autor Commentarii cum tit. *Taoudhih*, qui eſt explicatio libri de præparatione ad orationem, de quo diximus ſub nomine ABOULAITH. * *Herbel.*

AIDONIUS (*Paulus*) Thermitanus, Ordinis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, vir doctrinâ & eruditione clarus; in Sacris hiſtoriis ac Pontificiis Juribus verſatiſſimus. Deceſſit Panormi in Cœnobio S. Antonii Patavini 24. Junii 1682. Ipſum laudat *Petrus Tognoletus*, in Paradiſo Seraphico apud *Mongit.* Tom. II. p. 119.

Scripta:

1. *La Chiarezza Riſchiarata. S. Chiara d'Aſſiſi dal l'altrui uſurpatione vendicata. Minorica diſeſa.* Panormi, apud Domin. Anſelmum 1678. in 4.

2. *Hiſtoria del B. Agoſtino Novello dell' Ordine Eremitano del Gran Patriarca S. Agoſtino.* MS. in 4.

3. *Vita del B.° Agoſtino Novello dell' Ordine Eremitano del Gran Patriarca S. Agoſtino eſtratta da varii approbati Autori, Croniche, Regiſtri, è Scritture.* MS. in 4.

AIELLUS (*Cornelius*) genere Italus, Calaber, ordine Minorita, ſcripſit, ut docet *Waddingus* apud *Toppium* p. 67.

Paraphraſes in Symbolum S. Athanaſii. Neapoli 1629. Italicè.

AIELLUS (*Hercules*) Neapolitanus, Doctor & Abbas S. Nicolai *del Farneto*, typis dedit Italicè

Il Camino ſpirituale, facile, utile, e neceſſario al Chriſtiano, per formar in ſe l'huomo interiore, e riformar la propria vita, diſtinto in Titoli XX. h. e. *Via ſpiritualis* &c. Neapoli, apud Jo. Bapt. Sottile, 1605. in 12.

AIELLUS (*Joannes Chryſoſtomus*) Panormitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci, natus 16. Februarii 1650. cùm à teneris annis magno progreſſu humanioribus literis, & pietati operam dediſſet, Ordinis inſignia accepit 12. Aprilis 1696. ac ſolemnia edidit vota 27. Aprilis 1697. Severioribus ſtudiis vividam ingenii indolem dicavit: ideoque Philoſophiam, & Theologiam ſumma cùm laude didicit. Harum ſcientiarum Lector renunciatus, ſodales ſuos eaſdem docuit; ac in his explanandis ſemper magni mentis acie laudabiliter ſe manifeſtum detexit. Hinc meritò Magiſtri laurea cohoneſtatus eſt Panormi 23. Maii 1711. Eodem etiam tempore ſacræ eloquentiæ, & amœniorum literarum ſtudia amplexus eſt; eoque progreſſu, ut inter præſtantiores divini Verbi præcones accenſendus ſit. Orationes etenim ſuas ita condidit, ut his, quæ ad ſtyli majeſtatem conferunt, eloquentiæ conjunxerit ornamenta: nimirum dicendi genus dilucidum, floridumque, verborum proprietatem, eloquutionis lepores, Sacrarum Scripturarum, Sanctorumque Patrum copiam. Ideoque, cùm uno, eodemque tempore egregiè miſceat utile dulci, commovet, docet, & delectat, non ſine animarum oblectatione, & beneficio: perſæpè etiam in Sanctorum laudem panegyricas orationes habuit. In quadrageſimali curriculo, ſacri Oratoris munere perfunctus in civitatibus Alcami, Calataſimi, Caſtriveterani, Salemis, Cataniæ, Acis, Cephalœdii & Panormi, ab omnium ordinum frequentia plauſus, ac fructus retulit permagnos. A. 1714. quo ſcribebat *Mongitor*, vir eximius eloquentiæ ſtudiis impensè addictus, conciones habebat *Panormi* in cinerali jejunio, magna cum confluentium approbatione. Ex permultis concionibus, ſermonibuſque quos è ſuggeſtu dixit, hactenus ſolum, inquit *Mongitor* in Append. *Tom. II. p.* 22. edidit Italicè

Il Salomone ſecondo maggiore del Primo, Orazione Panegirica in lode della ſacra Real Maeſtà di *Vittorio Amedeo* Primo, Re di Sicilia &c. *Panormi* apud Franc. Ciche 1713. in 4. Cui adnexuit luſus Poeticos Academicorum Panormitanorum, in ejuſdem Regis laudem.

Typis etiam parabat
1. *Panegirici diverſi.*
2. *Sermoni diverſi Morali.*
3. *Quareſimale.*
4. *Brieve Iſtruzione per far bene la ſanta Communione, e l'Orazione Mentale.*

AIGENLER (*Adamus*) Natione Germanus, patria Tirolenſis, Viennis Societati Jeſu nomen dedit Anno 1653. Poſt traditas in eâ diſciplinas humaniores, Matheſim Ingolſtadii & linguam Sanctam profeſſus eſt. Edidit, teſte *Imbon.* p. 298. ex *Ribadeneirâ*,

Fundamenta Linguæ Sanctæ. Dilingæ, apud Jo. Federle, 1670. in 4.

AIGLERIUS ſive AYGLERIUS (*Bernardus*) natione Gallus, in Cœnobio Saviniacenſi Lugdunenſis Diœceſis ab adoleſcentiâ humanioribus literis, aliiſque altioribus diſciplinis egregiè inſtructus & excultus, aſſumptô ibidem ſacrô Ordinis habitu, hujus loci non ſolùm Præfectus, ſed & Abbas S. Honorii in Inſulâ Lerinenſi effectus eſt, circa medium Sec. XIII. Hunc CAROLUS Siciliæ Rex plurimi faciens, cùm iter in Italiam ſuſciperet, itineris comitem, conſiliorum & conſcientiæ arbitrum delegit. Neapolitano deinde regno potitus, non modò in paucis charum habuit, ſed & operam dedit, ut præclaræ ejus animi dotes, & inſignis religio cùm alibi, tum Romæ præcipuè divulgarentur. Quare URBANUS IV. de *Bernardi* prudentiâ, eruditione, vitæque ſanctimoniâ edoctus, illum etſi diu reluctantem Caſſinenſis Cœnobii regimine decoravit. Extant etiamnum publicæ hujus rei litteræ Caſſini ab URBANO IV. ad ipſum *Bernardum* datæ. Abbas igitur conſtitutus, recuperandis ante omnia Cœnobii fortunis animum atque operam adjecit.

Per annos 36. FRIDERICUS II. CUNRADUS IV. Impp. & MANFREDUS Tyrannus *Friderici* Nothus, direptô Cœnobiô, ejectiſque ferè omnibus Religioſis, locum ſacrum in Arcis formam munitum, totiis ac muris undequaque veſtitum, militari præſidio firmaverant. Quod *Bernardus* deteſtatus, ac Procerum quorundam operâ adjutus, dejecta militum ſtatione, diſperſos Ordinis ſui ſodales collegit, atque adeo loco prophanæ militiæ ſacram iterum familiam Caſſinum invexit; oppida & facultates, quibus Caſſinates per temporum belliqua injurias exuti fuerant, iterum in poteſtatem aſſeruit, terminos ac limites ſingulis ad evitandas cum adjacentibus vicinis diſcordias præſcripſit. Xenodochium in S^to Germano peramplum erexit, aſſignatiſque illud facultatibus, & copioſâ munerum largitione cumulavit. Coactis in unum totius Caſſinatis Diœceſis Clericis & Religioſis, Synodum apud S. Germanum celebravit, in eâque ſaluberrima ſtatuta pro Ordinis decore, & utiliſſimas conſtitutiones edidit. Fratribus Ordinis Prædicatorum, D. *Thomæ Aquinatis* deſiderio, & poſtulatis gratificaturus, Eccleſiam in S. Germano ad incolendum conceſſit.

Hiſce omnibus feliciter confectis, cum Cœnobio Caſſinenſi annis prope 20. ſummâ cum laude, & induſtriâ præfuiſſet, à CLEMENTE IV. renunciatus eſt S. R. E. Cardinalis, miſſuſque eſt paulò poſt Legatus à Latere in Gallias pro expeditione in Albigenſes promovendâ: exinde alterâ legatione inſignitus, CPolim conceſſit, pari induſtriâ uſurus bellum in Saracenos, ut ipſemet in Proœmio *Speculi Monachorum* meminit. Eo interim abſente CAROLUS Siciliæ Rex, vel ab ipſa regnandi libidine ſtimulatus, vel malis ſuorum conſiliis depravatus, inter alia, quæ patravit deteſtanda facinora, Caſſinates rerum capitalium foro, Juriſdictione, ac oppidis munitioribus ſacrilego auſu ſpoliavit, militibuſque ſuis in ſacras Cœnobii facultates impunè graſſandi licentiam fecit. *Bernardus* ſuis perfunctus legationibus ad Cœnobium redux, infeſtas CAROLI copias ab infeſtis Monaſterii oppidis, ac caſtris ſubmovit, omneſque facultates, bona, ac jura iniquo hoſtium dominio liberavit. Quô peractô, ſenio confractus, meritiſque repletus, Caſſini obiit Non. April. A. 1282. ubi nobili tumulo conditus, plurimorum inſcriptiones & elogia promeruit, ſcribente *Eggſio* Purp. doctæ *Lib. I. p.* 201. &c.

Quod autem dicunt aliqui Scriptores, *Aiglerium* unum è V. Cardinalibus fuiſſe, qui CAROLUM Siciliæ Regem in Eccleſia S. Petri Romæ, die Epiphaniæ A. 1265. vel 66. juſſu S. P. CLEMENTIS IV. ſolenniter ſacrârunt ac coronârunt, refutatur ex inſcriptione videnda in *Hiſt. Liter. Lugdun.* P. de Colonia, Tom. II. p. 330.

SCRIPTA:

1. *Speculum Monachorum Ord. D. Benedicti*, Pariſiis additum 1507. in 24. cum aliis Opuſculis.
2. *Lib. I. in Regulam D. Benedicti.* MS. Cantabr. in Biblioth. publ. Cod. 196. & in Collegio S. Bened. Codd. 85. & 252. & in Biblioth. Montis Caſſini: item in Bibl. S. Germani Pariſ. Cod. 670. qui tranſcriptione recens eſt, ſed ex vetuſto Caſſinenſi deſumptus. Idem opus Gallicè verſum à *Guil. de Presby* Abbate S. Germani de Pratis A. 1340. quod ibid. MS. Cod. 357. Extat etiam cum ejuſdem *Epiſtolâ ad Hildegardem Sanctimonialem*, in Bibl. Paulina Lipſ. ut conſtat ex illius Catal. impreſſo, *p.* 87. *n.* 49.
3. *Lib. I. Collationum, Beneficiorum, & Officiorum.*
4. *Montis Caſſini Regiſtra duo.*
5. *Inquiſitorium Jurium & Bonorum in Caſtris & Villis.*

Extant

Extant adhæc in Tabulario Caſſinenſi nonnulla ejuſdem inſignia Scripta, Ordinis S. P. Benedicti Religioſis, præſertim Cœnobiorum Præfectis, & Abbatibus multùm utilia. * Videri item de illo poſſunt *Poſſevinus* in Appar. Sacr. & *Caſim. Oudinus* Tom. III. *Script. Eccleſ.* p. 474. verb. *Bernardus.*

AIGRADUS. Vid. ANGRADUS.

AIGUANUS. Vid. AYGUANUS.

AIIROLUS. Vid. AYROLUS.

AILESBURY. Vid. AYLESBURY.

AILLERANUS. Vid. ÆLRANUS.

AILLON (*F. Joannes de*) Americanus, Limenſis, Ordin. S. Franciſci regular. obſervantiæ Provinciæ XII. Apoſtolorum, verſibus edidit, teſte *Nic. Anton.* Tom. I. p. 476.

Relacion de las fieſtas de Lima en el octavario de los XXIII. Martires del Japon. Limæ, anno 1630.

Alii ſub tit. AYLLON.

AILLI (*Petrus d'*) Vid. ALLIACO.

AILMER. Vid. AYLMER.

AILREDUS. Vid. ÆLREDUS.

AIMERICIS (*Soror Paulina de*) Itala, nobili ſanguine Vicentiæ nata, ordinem in patriâ in monaſterio S. Dominici amplexa eſt & profeſſa, claruitque medio circiter Sec. XVI. pietate, diſciplina regulari, & utriuſque linguæ Latinæ & vernaculæ peritiâ illuſtris. Hæc inter *Script. Ord. Prædic.* laudata, *Tom. II. p.* 840. è Latino Italicè vertit *Vitam S. Dominici* hoc titulo,

Vita, geſti è coſtumi del beatiſſimo Padre noſtro San Domenico, Vicentiæ 1586. Editione promovente Sorore *Oſanna Pigafetta* ejuſdem Monaſterii profeſſa, quæ & opus Sorori *Lætitiæ Baſadona* Prioriſſæ ſuæ nuncupavit.

AIMERICUS *Placentinus* natione Lombardus, ex nobili *de' Giliani* gente ortus, Magiſter XIIus Ordinis Prædicatorum electus Toloſæ 17. Cal. Jun. An. 1304. erat tunc Lector Bononienſis, electus in Provincialem Græciæ, non tamen elector Magiſtri, ſed præſens in Conventu Toloſano, 37. annos in Ordine habens, quem puer adoleſcentulus eſt ingreſſus. Legerat tam in Philoſophicis quam in Theologicis 24. annis. Prior fuerat Bononiæ. Præfuit autem in magiſterio annis 7. & ceſſit officio magiſtratus, ejuſque ceſſio fuit admiſſa à diffinitoribus in Capitulo Generali Neapoli celebrato A. D. 1311. VI. Idus Jun. Ab abdicato magiſtratu vixit adhuc 16. annis in domo Bononienſi, ibique jacet in Eccleſia ad januam ſacrarii ſub lapide cui inſculpta ejus effigies cum hac epigraphe:

HIC SEPULTUS EST
FRATER AYMERICUS PLACENTINUS
MAGISTER ORDINIS FF. PRÆDICATORUM XII.
QUI OBIIT
A. D. MCCCXXVII. die XII. Aug.

Alii tamen dicunt obiiſſe d. 14. alii d. 20. ejuſdem menſis. Alii d. 12. April. Alii d. 6. alii 7. Jul. quod quidem parùm intereſt.

Eum *Bern. Guido* vocat ſufficientis literaturæ virum, magnæ religionis & diſcretionis. Non ſolùm in ſacris litteris verſatiſſimus fuit, ſed & liberalium artium peritus omnium, erga viros doctos optimè affectus, & ab illis etiam cultus.

Concilio Viennenſi adfuiſſe credidit *Gravina* in ſacro depoſito *cap.* 21. forſan quod à *Clemente* V. Magiſter Ordinis eò vocatus fuerit: at cùm jam ſex antea menſibus abdicaſſet, non veniſſe certius pronunciat *Fontana* in Monum.

SCRIPTA:

1. *Epiſtola encyclica VII. è ſeptem primis quæ habuit Capitulis ſcripta, divino ſpiritu plena & elegantes.* Has *Soegius* edidit *Tom. II. Jul. in ſuppl. April.* & D. *Martene* Theſ. Anecdot. *Tom. II.* in Actis Capp. Gen. Ord. Præd. *p.* 1896. &c.

2. *Index ſuper libros S. Auguſtini de Civitate Dei.* MS. extat apud Sodales Bononienſes. Hunc quidem ei tribuit *Leſtanus*, at quod addit *Altamura*, primum eſſe, qui libros illos in capita diviſerit, non admittit *Echardus*, eo quod hanc operam *Rob. Kylwarby* alterat *Rovetus.*

Quædam alia ei adſcribuntur à *Rovetta.*

3. *Tractatus adverſus hæreſes ſui temporis.*

4. Alter *de perfectione religioſâ ſectandâ, deque ſtudio in ordine ſedula promovendo.*

Alii plures *in materia Dogmatica, Scholaſtica & Morali.* Quæ ubi extent aut cui viſa cùm non addat, penes ipſum fides.

Munus magnificum ab eo domui Bononienſi collatum eſt, *Pentateuchus* nempe *Moſis* Hebraicè ſcriptus, qui, ut legitur in medio volumine, rotulus legis eſt quem ſcripſit *Eſdras* Scriba manu ſua, quando ſub *Cyra* Rege redierunt filii captivitatis in Jeruſalem, & ædificaverunt ſecundum templum &c. Hæc, ut ex charactere conjicit *Montfauconius*, qui plura de illo Codice habet in Diar. Italic. *cap.* 27. tempore *Aymerici* conſcripta ſunt circa A. 1308. atque hinc aberrare eos exiſtimat, qui Hebraica Biblia nulla occurrere dicunt, ab annis plus 400. exarata. Nam, *inquit*, anni quadringenti ſunt, quum hic codex dono oblatus *Aymerico* fuit, qui tum perantiquus habebatur. At, licèt fabulam ſapiat, quod aiunt *Eſdra* ipſius manu exaratum, negari ſane poſſe non videtur aliqualis ſaltem vetuſtatis tum fuiſſe cùm traditus *Aymerico* fuit. * Vid. *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 494. & Tom. II. p. 819.

AIMO Vid. AYMO & HAYMO.

AIMONIUS gente Gallus. Pariſienſis. Ord. S. Bened. Monaſterii S. Vincentii (quod nunc S. Germani a Pratis dicitur) Monachus, claruit A. 872. uti ex vetuſtâ quadam chartâ à *Jac. Breullio* præfat. in *Aimoini* Hiſtoriam conſtat, quæ ſic deſinit: *In nomine S. & individuæ Trinitatis Gozlinus, Abbas Monaſterii B. Vincentii Martyris, ubi venerabilis Chriſti confeſſor Germanus corpore quieſcit*, &c. *Anno Incarnationis D. N. J. C.* DCCCLXXII. *Regni vero Caroli* XXXII. —*Aimoinus, Notarius & Monachus ſcripſit & ſubſcripſit prid. Nonas Octobr.* In vivis adhuc erat A. 895. quo *de Miraculis S. Germani* ſcripſit. Alius à noſtro *Aimoinus* Floriacenſis qui Sec. X. & XI. vixit, ac *libros de geſtis Francorum* ſcripſit; licèt quamplurimi eos temerè confundant. Qui de re vide Cl. *Labbeum* Diſſert. de Script. *Tom. I. pag.* 16. Extant ab *Aimoino* noſtro ſcripta

1. *De Inventione ac Tranſlatione corporis B. Vincentii* Levitæ ac Martyris ex Hiſpaniâ ad Monaſterium Caſtr in Diœceſi Albigenſi factâ *Libri* II. ad *Bernonem* Abbatem Monaſterii illius ſcripti, una cum Epiſtolâ ejuſdem, IX. verſibus conſtante ad *Theotgerum* Monachum de eodem argumento. Primus hos edidit *Jac. Breullius* ad calcem Hiſtoriæ *Aimoini* Floriacenſis *Pariſ.* 1603. fol. Habentur etiam apud *Mabillon.* Sæc. Benedict. IV. par. 1. p. 643.

2. *De Miraculis S. Germani Epiſcopi Pariſienſis libri* II. jubente *Gazlino* Abbate ſcripti. Extant apud *Surium* 27. Julii, & apud *Bollandum*, 28. Maij, ac *Mabillon.* Sæc. Benedict. III. par. II. p. 104. Fragmentum habetur de Normannorum geſtis circa Pariſiacam Urbem A. 846. in Collectione Hiſtoric. Normann. à *Quercetanó* editâ.

3. *De Tranſlatione SS. Martyrum Georgii Monachi, Aurelii, & Nataliæ liber.*

4. *De eorundem Miraculis libri* II. Tres iſti libri editi ſunt à *Joanne Mabillonio* Sæc. Benedict. IV. Tom. II. p. 45. Confer de illo Authores infra citatos.

AIMONIUS ſeu AIMOINUS Floriacenſis Monachus, Ord. S. Benedicti, natione Aquitanus, vir in divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, atque in ſecularium literarum diſciplinis ſufficienter inſtructus, Sec. X. clarus, matrem habuit *Aunentrudam*, *Geraldi* Albæ terræ Domini conſanguineam. Juvenis adhuc Monachus factus, *Oylboldo* Cœnobii præfecturam te-

nente, qui eum in Ordinem ſuum admiſit circa A. 970. Sub *Abbone* deinde & *Ganzlino* Abbatibus vitam egit; atque illum (*Abbonem*) A. 1004. ad Monaſterium *Sqairs* comitatus eſt, ejuſque neci interſuit. Anno ſequenti hujus vitam literis conſignavit. Obiit A. 1007.

Scripta:

1. *Hiſtoriæ Francorum Libri IV. ad Abbonem Abbatem Floriacenſem*, ab excidio Trojæ ad *Pipini* Regis inaugurationem, ſeu A. C. 754. ab aliis vero deſiiſſe dicitur in anno 16. Regis *Clodovici* II. qui eſt C. 654. Quæ ſequuntur enim, ac librum V. quartique partem poſteriorem, (ſcilicet à Cap. 42.) conſtituunt, à recentiore quodam Scriptore adjecta ſunt. Hanc Hiſtoriam primò edidit ſub *Annonii* nomine *Jod. Badius Aſcenſius* Pariſiis 1514. curis, ut creditur, *Guil. Parvi*, qui Codice Biblioth. S. Germani Pratenſis uſus, ideo arbitratus eſt authorem eſſe hujus Cœnobii Monachum. Poſtea prodiit à *Jo. Nicotio*, ibid. apud Wechelum 1567. ad MS. Codicem emendata. Ibid. à *Jac. Breulio*, apud Drouart, 1603. fol. Apud *Freherum* extant Libri IV. priores ex editione *Nicotianâ*, inter Hiſtoricos Franc. P. II. p. 247. Francof. 1613. & apud *Quercetanum* Tom. III. p. 1. Pariſ. 1641. quæ editio aliis emendatior eſt.

Baronius autem in *Aimoinum* iniquior eſt, ſeu potius in Continuatorem, quod ſcripſerit l. V. c. 28. In octavâ Synodô de Imaginibus adorandis, aliter quam Orthodoxi Doctores, ante definiverant, ſtatutum fuiſſe, pro favore Romani Pontificis contra Canones: Vide *Annal. Scriptor.* ad A. 869. n. 66.

2. *De Miraculis S. Benedicti libri II. ad Gauzlinum Abbatem*, vel III. ut alii volunt. Alii tertium tantùm ei adſcribunt, duos priores *Adelerio* ſeu *Adelario*, & *Adrevaldo*, quartum verò Anonymo, Cœnobitis Floriacenſibus. Habentur in Bibl. Floriac. *Joan. à Boſco* Lugd. 1605. in 8. apud *Bollandam* ad 21. Mart. & *Mabillon.* Sec. Bened. IV. part. 2. p. 366.

3. *Sermo in feſtivitatibus S. Benedicti*, cui plurima Poëmata, tam ſui, quàm aliorum inſperſa leguntur. Extat apud *Joan. à Boſco* p. 270.

4. *Vita S. Abbonis Abbatis Floriacenſis ad Hervanum Clericum*: ibid. p. 299. & apud *Pithœum* in Scriptoribus coævis *Tom. II. p.* 428. atque in Actis SS. Ord. S. Bened. *Tom. VI I. p.* 682.

5. *Poema Heroicum de primâ fundatione Floriacenſis Cœnobii.*

6. *De Tranſlatione Reliquiarum corporis S. Benedicti in Galliam.* Utrumque opuſculum edidit *Quercetanus* in hiſtoricis Franc. Tom. III. poſterius recudit *Mabillon.* Sec. Bened. II. p. 359.

Iſte *Aimoinus*, & ante eum *Flodoardus*, *Hincmarus*, ſcripſêre de ampullâ Rhemenſi, nempè quum Chriſma deficeret, Spiritum S. in columbæ ſpecie viſibili, rutilanti roſtro Sanctum detuliſſe Chriſma, & depoſuiſſe inter manus Sacerdotis.

* Conf. *Cave* Hiſt. Liter. p. 518. *Dupin* Tom. VIII. p. 50. in 4. & Tom. I. *Tab. Univerſ.* p. 401. in 8. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ. *Voſſius* Lib. II. *de Hiſt. Latin. Cap.* 34. & 41. *Flacius Illyr.* in Catal. Teſtium verit. c. 148. p. m. 272. *Sigebert.* cap. 101. *Trithem.* cap. 305. *Mirans* in Mantiſſa, & alii plures.

AIMONIUS Gallus, Ord. S. Benedicti, Abbas S. Petri Divenſis in Diœceſi Sagienſi (de *Seez*) in Normannia, ſcripſit, ut videtur, Sec. XII.

Hiſtoriam miraculorum interveniente B. Virgine patratorum in primâ reſtauratione Eccleſiæ hujus Abbatiæ circa A. 1140. Hanc è Latino Gallicam fecit *Bernard. Blanchet* Benedictinus Congreg. S. Mauri, edidítque *Cadomi* 1671. in 16. teſte *Jac. Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ *p.* 253. n. 5459.

AINARDUS patriâ Teutonicus, Monachus SS. Trinitatis Rotomagenſis, primus Petri ſuper Divam in Normanniâ Abbas extitit. Circà annum 1046. floruit, atque an. 1063. deceſſit. Scripſit

Hiſtoriam Kiliani Epiſcopi Wurtzeburgenſis, & *Sanctæ Catharinæ Virginis.* Vide fratres Sammarthanos *Galliæ Chriſt.* Tom. IV. p. 715. qui referunt Epitaphium quod ei *Durandus* Troarnenſis Abbas fecit, incipiens:

Hic jacet Ainardus redolens ut piſtica Nardus &c. * *Olear.* Bibl. Script. Eccl.

AINGO de Eſpeleta (*Petrus*) Hiſpanus, Canonicus Aſturicenſis, Theologus & Bibliorum Interpres, rem egit ejus Eccleſiæ, in eo, quem ita vocavit libro;

1. *Fundacion de la Santa y Cathedral Igleſia de Aſtorga, vida, predicacion y martyrio de ſu primer Obiſpo S. Efrem diſcipulo del Apoſtol Sant-Jago.* Matriti 1634. in 4.

Poſtea dedit ex morali Theologiâ

2. *Reſolaciones morales ſobre las dudas de la baxa de moneda de la prematica del año de MDCXLII.* Matriti 1654. Quod ipſum, aut aliud opus ſub eodem titulo *Reſolutionum moralium* prodiit ibid. 1660. in fol. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 131.

AINSA (*F. Johannes de*) Ordinis Seraphici Valentini cœnobii Franciſco Patriarchæ Sacri Præfectus, ſcripſit teſte *Aut. Daza* apud *Nic. Anton.* Tom. I. p. 476.

De la vida del Santo Fr. Domingo Gallart.

AINSWORTH (*Henricus*) Anglus, diverſus ab alio, Browniſtarum ſectatore, Hebraicè doctus, inter celebriores ſuæ gentis Sacros Interpretes inclaruit Sec. XVII. & ingenio judicioque, ac doctrinâ in divinioribus literis interpretandis abunde ſpectatâ probatâque ita affecit legentes & tenuit, ut nec pauci Commentatorum Moſaicæ potiſſimum Scripturæ ſuos inde duxiſſe latices, & de iſto fonte ſe ingurgitaſſe probè haud temerè videantur.

Scripta Anglica:

1. *Lib. de Communione Sanctorum.* Londini, 1615.

2. *Pſalmi ſolutâ & ligatâ oratione Anglicâ, cum annotat.* Londini 1612. & 1617. in 4.

3. *Annotationes in Pentateuchum.* Londini 1621. in 4.

4. *Annotata in Pentateuchum, Pſalmos & Cantica Canticorum, cum enumeratione refutationeque objectionum quarundam contra Hebras Textûs integritatem, ac Rabbinorum in iiſdem Annotatis citationum.* Londini 1626. 1634. & 1639. *fol.* Anglicè. Belgicè vertit *Sibr. Vomelius* V. D. M. Bolſwardenſis cum tit. *Aanteekeningen over de Viif Boeken Moſis, Pſalmen en Hoogelied,* &c. edidítque *Leeward.* apud Hen. Nautam, 1690. in fol. Quâ in re *Matth. Poli* votis ſatisfecit, qui in ſuâ Criticorum Synopſi hæc Annotata tanto acumine & judicio, tantâ fide & peritiâ exarata pronuntiavit, ut digna judicarit quæ in exteras linguas transfunderentur. Adeo enim exquiſita & egregia plurima habet *Ainſworthus*, (ita Erud. Lipſ. *A.* 1691. *p.* 341.) quæ à vulgo Interpretum ferè aliena ſunt, & demorſos ungues, ſolertiamque amuſſitatam ſatis ſuperque præferunt. Id ſedulo Auctor agit, ut non tantùm phraſin & dictionem ex fontibus excutiat, explicetque, verùm etiam ut in μυστικώτερον inquirat, evolvatque, ubi ſenſus reconditior inſit, qui Chriſtum ejuſque diſciplinam tegat figuris & ambagibus, typorumque involucris cœleſte velet arcanum; priſcum Fœdus cum novo conſideratè aptèque jungit contenditque, & inſuper ea, quæ quavis ratione faceſſunt negotium, ac turbant, ex clarioribus ipſiuſmet Scripturæ locis diſcutit amoliturque. De Græca LXX. Verſione, Chaldaicoque textu, quantum inter ſe confligant, aut bene reſpondeant concinantque, non oſcitanter juxta ſatagit: tum ipſa Hebræorum quoque monumenta, egregii & non vulgaris commatis, variè atque ſubindè ad partes aſſumit, præcipuè in ritibus Judaiciſque cæremoniis pertexendis enucleandiſque, quarum cum ubique in Levitico occaſio & copia præſto ſit, emolumentumque ingens ac fructus largiſſimos *Maimonidis* ſcripta præ cæteris afferant, horum vineta ſane quam inſigniter

cædit

Digitized by Google

cædit reſecatque ad vivum omnia, quæ in divinis oraculis adprimè vim atque momentum habent. Cæterùm cum vanum non tantum ſed noxium prope nonnulli exiſtimarent, in Rabbinorum fæce illuſtrandæ Scripturæ præſidia & adminicula petere, in quibus nihil ſani atque perpenſi magnopere ineſſe poſſit; larvam hanc detrahit *Ainſworthus*, & Judaicorum monumentorum autoritatem utilitatemque aſſerit.

5. *Annotationes in Canticum Canticorum.* Francof. 1692. in 8. German.

6. *Lib. contra Epiſtolas* Henr. Nicolai *Enthuſiaſtæ Monaſterienſ.* ad duas filias Warvicenſes.

7. *Sagitta adversus Idololatriam.*

8. Diſſertationes aliquot *de ſinceritate Textus Hebraici, de Allegatione Rabbinorum, de Jabalom* &c.

9. *Medulla Bibliorum.*

10. Lib. *contra Anabaptiſtas.*

* Vid. *Moter.* edit. Baill. *Le Long* Bibl. Sac. *Hottinger.* Bibliothec. Quadrip. *p.* 56. *Dupin* Tab. Univerſ. *Tom. IV.* p. 1269. *Lippen.* Bibl. Theol.

AIO Anglus, Monachus Ord. D. Bened. floruit in Monaſterio Croylandenſi ab A. 960. & antea, temporibus OTHONUM I. & II. Impp. Ob Juris peritiam laudatur ab *Ingulfo* Croylandenſi Abbate in Hiſtoriâ ſuâ ad A. 974. p. 885. In Hiſtoricis etiam conſcribendis valuit, qui Monaſterii ſui Hiſtoriam ex monumentis illius antiquioribus, juſſu Abbatis ſui *Turketuli* conſcripſit, ab A. DCC. ad DCCCCLXXIV. quo *Edgarus* in Anglia regnabat, Ajoni familiaris. Hanc Hiſtoriam ſuæ inſeruit *Ingulfus*. Iſte per *Ajonem* ab A. 960. vel circiter, ita de rebus loquitur quaſi præſens iis fuiſſet, licet ab hac ætate *Ingulfus* multùm diſtaret, qui & anni 1107. in Chronico ſuo meminit. Obiit *Aio* ſub *Turketulo* A. 974. valdè grandævus, ut *Ingulfus* habet, teſte *Oudino* in Commenc. *Tom. II. p.* 471.

AIORA (*F. Joannes de*) Franciſcanus, apud Indos Occidentales, Provinciam SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* Mechoacanenſem adminiſtravit, ediditque Taraſcâ linguâ, alias Mexicanâ,

Tratado del Santiſſimo Sacramento del Altar.

Repudiato Epiſcopatu Mechoacanenſi arripuerat iter maritimum in Philippinas Inſulas, propagandi causâ Evangelii, cùm mors eum ad ſuperos evocavit, ut ſcribit *Nic. Anton.* Tom. I. p. 477.

AIOSSA (*Antonini*) Neapolitanus, Clericus Regularis, vir profundæ ſpeculationis, claruit circa A. 1630.

SCRIPTA:

1. *Diſputationes de auguſtiſſimo SS. Trinitatis myſterio*, in Summam D. *Thomæ de Aquino*, ad D. *Franciſcum Perettum.* Romæ apud Franc. Cavallum, 1631. *fol.* 2. *Tom.*

Opus multarum vigiliarum, atque à copia ac ſubtilitate præſtantiſſimum. Parata etiam typis erant *Commentaria in Primam Partem D. Thomæ*, in plures Tomos diſtincta, cum articulorum explanationibus.

2. *In Phyſicam Ariſtotelis* Tom. I. *Neap.* apud Ægid. Longum, 1636. & *Tom. II.* apud Rob. Mollum, 1642. *in fol.*

* Hujus meminit *Allatius* in Apibus Urb. *p. m.* 44. & *Toppius* p. 23.

AIRAS Hæreticus, imperante *Valentiniano*, circa A. 377. Spiritum S. Patri & Filio conſubſtantialem negavit, cujus errorem oppugnavit S. *Athanaſius*, à *Liberio* Papâ & Epiſcoporum Aſiaticorum Concilio damnatam. * *Niceph.* & alii.

AIRAY (*Henricus*) Anglus, S. T. P. Collegii Reginenſis, in Weſtmorlandiâ natus, Aulam Edmundi intravit A. D. 1580. ætat. 20. nec ita multo poſt ad Reginenſes migravit, ubi primò pauper puer ſerviens (quem vocant dein pauper puer ſive *Tabardus* vel *Taberdarius* (nomen à fecialibus defluxit, quorum Tunicas imitabatur priſtinus Puerorum iſtorum veſtitus.) demùm An. 86. Socius, ac denique Præpoſitus emerſit. In munere illo conſtitutus, Provinciam ſuam tam ſingulari, ut illo juxta nomine, ac pietate inſigni, eruditione eximiè, operâ denique in concionando, reliquaſque optimi Presbyteri partes obeundo, navati, ubique innotuit pariter & inclaruit; tametſi vitam ipſe privatam amplecteretur, ſeque unice & bonâ conſcientiâ frui præoptaret. Eum Anglicanæ Eccleſiæ desertoribus, & Fanaticis, qui *Catharos* ſeſe appellitant, annumerant nonnulli; verùm id injuriâ prorſus factum contendit *Woodius*, cùm nemo, inquit, diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſervantior fuerit, nemo rebus novis ſtudentes, aut à communione noſtrâ ſe ſubſtrahentes acerbius corripuerit. Obiit autem A. 1616. ætatis 57. & ſepultus in Reginenſi Collegio cum hoc Epitaphio:

D. O. M. S.

QUOD MORTALE HABUIT HIC DEPOSUIT

DONEC CHRISTO ITERUM ADVENIENTE

RESURGAT

HENRICUS AIRAY

S. T. D. COLLEGII HUJUS PER ANNOS XVI.

PRÆPOSITUS.

VIVERE DESIIT SEMPER VICTURUS

A. MDCXVI. VI. ID. OCTOB.

RELIQUIAS VIRI REVERENDI,

AC OPTIME DE SE MERITI

HOC MARMORE TEXIT

COLLEGIUM.

SCRIPTA:

1. *Lectura ſuper integram D. Pauli ad Philippenſes Epiſtolam*; quas quidem in S. Petri ad Orientem *Oxon.* vivâ voce tradiderat, quaſque poſt obitum ejus, Magiſter *Chriſt. Potter*, hujus Collegii Socius in lucem curavit edendas, *Londini* 1618. in 4.

2. Lib. *contra Proceſſum judicialem, quo Rectoriam de Charlton, in Comit. Oxon. aſſerere ſibi nitebatur*: ibid. 1621.

3. *Contra reverentiam vulgò uſitatam ad nomen Jeſu*, & alia, ut habet *Ant. à Wood* Hiſt. Univerſ. Oxon. *Lib. II.* p. m. 118. vid. & *p.* 124.

AIRIACENSE Concilium in pago Autiſſiodorenſi, anno MXX. præſente *Roberto* Francorum Rege, à *Leotherico* Archiepiſcopo ad reintegrandam in Burgundiâ pacem, celebratum. Vide *Conc.* Tom. IX. pag. 836. Aderant innumeræ utriuſque ſexus & ætatis multitudines, ad quorum animos ad majorem devotionem accendendos, plurima Sanctorum corpora à fidelibus advehi cœperunt: multa in hâc Synodo ad utilitatem Eccleſiarum diſpoſita ſunt. * *Cave* Hiſt. Liter. p. 545.

AIROLDI (*Paulus*) Ord. FF. Prædic. Italus, Mediolanenſis origine & profeſſione, clarus ineunte Sec. XVII. à *Phil. Picinelli* in *Athen. Mediolan.* laudatus, per omnes gradus & conſuetos ſcholæ agones ad magiſterium evectus, apud S. Victoris Olivetanos Patres lectoris onus, annis aliquot cum laude & fructu ſuſtinuit: deinceps in ſacris libris ex ſuperiori loco ad populum exponendis curam omnem & operam adhibuit, atque Mediolani primùm in Templo quod *Roſa* vulgò dicitur quinquennio ſolido, tum poſtea in baſilica primaria Comenſi Sacræ Scripturæ publicas habuit eruditiſſimaſque prælectiones, tanto auditorum plauſu, ut Epiſcopus loci *Philippus Archintus* eiſdem intereſſe continuo voluerit, audireque docentem & dicentem ſemper amaverit: quas in Sacram Scripturam lectiones & commentationes in lucem proferri publicam & antiſtes dictus, & qui virum noverant & obſervabant omnes optabant & urgebant. Verùm *Airoldus*, quamvis plura prælo digna parataque habuerit, nihil è ſuis manibus elabi paſſus eſt, præter

1. *Lectiones in Orationem Dominicam*, Mediolani, Pi-

 cagiia

caglia 1608. *in* 8. Paraverat & *alias in ſeptem Pſalmos pœnitentiales* : ſed & alia , quæ in ſcriniis ſervata & jam apud ſuos latent, inquit R. *Echard.* Tom. II. p. 367.

AISSELINUS (*Hugo*) à natali loco *de Bilhonio* vulgò dictus , ſeu *Billomo* , *Iuliomo* & *Bilomio*, (quod vernaculè *Billon* oppidum eſt Alverniæ, non procul à Claromonte) nobilis ſanguine oriundus , familiâ ſcilicet *Aicelinâ*, (non *Segniua*, ut quibuſdam placet,) claruit labente Sec. XIII. Quinque illi fratres fuerunt ; natu major *Guil. Aicelinus* Dominus Montiſacuti & de Breſſoleria ; ſecundus *Ægidius* Præpoſitus Eccleſiæ Claromontenſis, Archiep. Narbonenſis A. 1290. conſecratus, & circa A. 1311. Rothomagum translatus, præcipuus Regis Galliæ Conſiliarius ; tertius *Joannes* Abbas ſecularis Eccleſiæ S. Genſiſii Claromontanæ, tum & Abbas Eccleſiæ ibidem Cathedralis , demùm Arvernorum ſedis electus Antiſtes A. 1298. quartus *Aubertus* ante ipſum defunctus ; quintus *Stephanus* miles. Sorores totidem habuit. Noſter verò natus, ut videtur, circa A. 1230. aut 1240. puer *Bilomi* in Eccleſia Collegiali S. Syrenei nutritus, ac pietati literiſque informatus fuit. Adoleſcens verò Ordinem FF. Prædic. amplexus eſt : tum Philoſophiæ Theologiæque emenſis in Gymnaſio potiſſimum Pariſienſi San-Jacobæo ſtadiis , eaſdem ſcientias variis in locis & conventibus, Aurelianis, Andegavis, Rothomagi, Autiſſiodori præſertim aliis tradidit. Hinc circa 1280. in Facultate Pariſienſi ad gradus promotus, Magiſtrum Sententiarum ibidem interpretatus eſt, & annis 1282. & 1283. Regentis munere fungebatur. Inter Sac. Theologiæ Magiſtros recenſetur XXXVII^us in Catalogo *Salanbaci* & *Guidonis*. Anno 1282. Congregatione Sac. Facult. Pariſienſis Magiſtrorum de ea quæſtione coacta , *utrum aliquis verè pœnitens & confeſſus , & rite abſolutus ab eo qui poteſt , teneatur eadem peccata numero iterum confiteri*, è XVI. Doctoribus , quorum IV. ex Ordine, interfuit ille, & ſignavit : Horum Doctorum determinationis inſtrumentum refertur à *Baluzio* Paparum Avenion. *Tom. II. col.* 10. Anno 1284. Teſtamenti *Guillelmi* Laudunenſis Epiſc. ex executoribus unus fuit. A. 1285. vel à Superioribus, vel ab ipſo S. P. Honorio IV. accerſitus Romam adivit, ut in negotio, quod tum coram eo Pontifice de ſenſu Bullæ Martini IV. *Ad fructus uberes* , ſummâ partium contentione agebatur , Sac. Facult. Pariſ. Magiſtris Epiſcoporum Gallorum Legatis reſponderet , Ordiniſque jura tueretur. Tum verò in Conventu S. Sabinæ Theologiam profeſſum eſſe ferunt , ſed & Sacri Palatii Magiſtrum egiſſe veriſimillimum , cum Honorius IV. ad Sanctam Sabinam continuò commoratus fuerit. Sed & Viterbii apud ſodales docuiſſe ipſemet teſtatur, quo verò tempore, ac quandiu incertum. Cæterum Romæ eximias animi ſui dotes ita comprobavit, ut à Nicolao IV. ipſo Pontificatûs anno 1. Chriſti 1288. in vigilia Pentecoſtes 15. Maji prima creatione cum aliis quinque purpurâ decoratus fuerit , & S. Sabinæ titulo donatus ; eodemque anno 3. Non. Sept. cum eodem Pontifice privilegio Abbatiæ Cuſtodiæ B. V. Reate ſubſcripſit. Anno 1290. menſ. Apr. unà cum F. *Latino de Urſinis* Card. Epiſc. Oſtienſi & Veliterno auctoritate Nicolai IV. delegatus ad Provinciales Ordinis Ferrariæ eo anno congregandos, ſcripſit de *F. Munione* Ordinis Magiſtro, volente Pontifice ab ipſis, ab officio removendo , quæ literæ datæ ſunt Romæ VI. Cal. Maji ejuſd. anni. Electioni Cœlestini V. interfuit 10. Jul. 1294. vel, ut aliis placet, VII. Cal. Jul. & ab eodem in locum dicti F. *Latini* paulò poſt mortui ſuffectus eſt Oſtienſis & Veliternus Epiſcopus : Conclavi etiam in quo electus Bonifacius VIII. 24 Dec. ejuſd. anni adſtitit , pluriniſque tandem pro Eccleſia perfunctus laboribus vivere deſiit Romæ 30. Dec. 1297. ſeu 3. Cal. Jan. Qui verò eum Lugdunenſem Archiepiſcopum fuiſſe volunt per novem ſaltem menſes annis 1289. & 1290. plurium authoritate confutat *Echardus* Tom. I. p. 452. &c.

Scripta :

1. *Comment. ſuper omnes libros Sententiarum.*
2. *De unitate formarum.*
3. *De immediatâ viſione divinæ eſſentiæ.*

Quæſtiones erant eo ſeculo maxima contentione agitatæ, præſertim an abſque medio, ideſt abſque ſpecie impreſſâ ac expreſſâ Deum videant beati ?

4. *Contra corruptorem S. Thomæ*, at tum nondum SS. albo inſcripti.

Hæc opera ipſi aſſerunt *Joan. de Turrecremata*, *Vinc. Bandellus*, *Leand. Albertus*, *Luſitanus* & *Fontana*. Addunt verò poſt *Eiſengreinium* & *Poſſevinum*, *Fernandez*, & *Altamura*

5. *Volumen Sermonum ad populum.*
6. *Comment. in Threnos Hieremiæ.*

Ex quibus *Echardus Alvam* refellit, qui opera relata fictitia contendit, quod nullus *Turrecrematâ* antiquior eorum meminerit , cùm longè ante illum, nempe ante 1400. eodem numero ab aliis recenſita fuerint.

In Cod. Victor. MS. 762. extant ex ore *Hugonis* noſtri excepti *Sermones* II. quorum 1. num. 41. dictus Domin. 3. poſt Epiph. A. 1282. ſtylo veteri, novo 1283. Januar. 24. Pariſiis, *de Evangelio leproſi & de S. Vincentio Martyre intra ejus octavam:* Princ. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum* &c. 2. num. 84. Dom. 2. poſt Paſcha ejuſd. anni, ſcilicet 2. Maji : Princ. *Bonus paſtor animam ſuam* &c.

Cui erit aliquando, inquit *Echardus* , Bibliothecas ſcrutandi otium , occurrent haud dubie plures. In his Sermonibus dicitur *Regens in Theologia*.

Apud *Franc. Ducheſne* Hiſt. des Cardinaux François *Tom. II. p.* 231. *& ſeqq.* inter Hiſtoriæ ſuæ documenta exhibentur duo *Hugonis* noſtri teſtamenta eod. die 24. Aug. 1297. apud Urbem veterem ab eo condita; item codicillus & alia inſtrumenta.

In Biblioth. San-Jacobæorum Pariſ. extat Cod. MS. fol. med. memb. Sec. ut videtur XIII. Titulus: *Poſtilla ſuper Lucam à quodam Fratre Ordinis Prædicatorum compoſita.* Opus continet 40. folia. In interiori tegmine alterâ manu , ſed antiquâ legitur : *Poſtilla ſuper Lucam Magiſtri Hugonis.* Certum eſt non eſſe *Hugonis à Sto Charo* , an ſit hujus *Hugonis de Bilionio* an alterius, jam difficile dictu , eam indicaſſe ſufficiat.

AISCHAH *Al Scheikhah Bent Joſef al Demeſchkiah*, virgo Damaſcena, filia *Joſephi* , quæ Doctoris nomen apud Muſulmanos obtinet, librum compoſuiſſe dicitur cui tit. *Eſchará al Abaſiah fil menau al aliiah*, de timore debito ob collata in nos Dei beneficia. * *Herbel.* Bibl. Orient.

AITALLAHA Presbyter Jacobita in Cœnobio S. Zachæ, id eſt Nicolai, apud urbem Callinicum. Hujus extat MS. in Vatic. Cod. Syr. 27. in 8. bomb. 159. *Tractatus adverſus Neſtorianos* cujus titulus Syriacus ſic latinè ſonat : *Quæſita Neſtorianorum, & ſolutio objectionum eorum adverſus Orthodoxos* (Jacobitas intelligit) *auctore religioſo Presbytero Aitallaha* &c. Sunt autem XVI. objectiones Neſtorianorum, & totidem reſponſiones *Aitallahæ*, quas idem poſtea breviori methodo proſequitur : De ejus ætate & geſtis nihil conſtare ait *Aſſemanus* in Greg. Bar-Hebræo , *Bibl. Orient.* Tom. II. p. 307.

AITO. Vid. HAITO.

A K.

AKERSLOOT (*Thomas*) Belga V. D. M. Calviniſta, clarus labente Sec. XVII. *Epiſtolam Pauli ad Galatas* breviter illuſtratam & explicatam Belgicè edidit ſub tit. *De Sendbrieff van Paulus aan de Galaten* &c. Lugd. Batav. apud Joh. du Vivie, 1695. *in* 4. Germanicè

nicè verò *Bremæ* 1699. *in* 4. ut docet *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 599.

Ea Authori methodus eſt, ut perſpicuam reddat ſuam *Epiſtolæ Paulinæ* interpretationem, ut primo ſummam cujuſvis capitis breviter ob oculos ponat, verba deinde ſenſuſque ſacros ſingulatim illuſtret, & brevi denique repetitione inſtituta, quomodo omnia inter ſe cohæreant, & quo ſcopo ab Autore θεοπνεύστῳ prolata fuerint, edoceat. Et quamvis à philologicis criticiſque diſceptationibus ſtudio abſtinuiſſe videatur, ne ſimpliciores ab operis hujus lectione absterreret, difficiliora tamen non omninò intacta tranſmittit, ſed quam fieri poteſt, maximè perſpicua ea reddere nititur. Sic v. g. locum iſtum *Gal. II.* 6. quem ellipſin quandam obſcurum reddere omnes agnoſcunt, varieque adeo ſupplere laborant, ipſemet hoc modo ſupplendum exiſtimat: *Ab illis autem, qui aliquid eſſe videbantur, nunquam exprobratum mihi fuit, quaſi malè fide Evangelium prædicatum a me fuerit, imo potius ipſemet Petro*, uti ex v. 11. patet, *hancce dicam ſcripſi*. * Acta Lipſ. *Supplem.* Tom. III. p. 71.

R. AKIBA Bahe (*Joſeph*) qui in variis locis Rabbinis dignitate conſpicuus, A. 1715. adhuc ſuperſtes, Amſtelodami privatam agebat vitam, ut ſcribit Cl. *Wolf.* Tom. I. *n.* 946. *p.* 554. Hujus prælectiones in librum *Mechilta* laudat R. *Moſes Francofurtenſis* in præf. ad commentarium ſuum in librum *Mechilta*.

AKIBA fil. *Joſephi*, Rabbinus Celeberrimus Seculo II. vixit, non multo poſt everſam à *Tito* Jeroſolymam, magno (*a*) apud omnes ac præſertim Palæſtinæ Judæos in pretio fuit: ſiquidem annos circiter 40. rexit eorum quod Tyberiade erat Collegium prope locum Genezareth. Tanta fuit eruditionis ejus fama inter eos qui dicebantur *doctores in Iſrael*, ut ad 24. millia diſcipulos habuerit: apud quos quæ etiam fuerit Viri fides, inde licet conjicere, quod *Bar-cochebam* (Hebraicè *ſtellæ filium*) Meſſiam eſſe ipſis perſuaſerit. Verùm cæſis ab *Hadriani* exercitu Judæis, qui hoc Impoſtore duce innumeras ediderant ſtrages, diſſiparâque prorſus Pſeudo-Meſſiæ factione, captus ipſe *Akiba* & ultimo ſupplicio longos inter cruciatus affectus eſt: 120. annis natus fuit ille *Akiba* Gamalielis II. ſucceſſor: mortem ejus magiſtri referunt in An. Chriſt. 122. creditur *Abrahamo* ſuppoſuiſſe librum cui titulus *Sepher Jezirah* i. e. *Creationis Liber*: qui quidem *Pariſiis* primum editus eſt an. 1552. in 8. cum *Mantuæ* in 4. cum Commentariis *Abrahami Ben-Dior*, aliorumque plurium Rabbinorum, denique *Baſileæ* in fol. an. 1587. imò ſceleris longè immanioris accuſatur, Hebræum ſcilicet Scripturæ textum corrupiſſe, circa ætatem Patriarcharum, cùm eis proles naſceretur; ſiquidem juxta LXX. Interpretes, Seniores erant tunc temporis, quam juxtà Hebraicam lectionem: qui enim *Adamo* v. g. ſecundùm Hebræos 130. annus eſt, cùm ſcilicet *Eva* Sethum genuit, is juxtà Græcos eſt 230. Non alius hac in re ipſi fuit ſcopus, quam Chriſtianorum objectionibus reſpondere poſſe, de tempore adventûs Meſſiæ, quandoquidem eos inter & Judæos, maxima tunc intercedebant ſuper hac quæſtione diſſidia. *Hujus* (*b*) *nomen* (*inquit* author libri *Zemach David*) *exiit ab uno extremo mundi uſque ad aliud, atque tot in legem oralem ex ejus ore accepimus. Deuteroſes* enim (ſi *Pezroni* (*c*) fides) ipſe collegit, digeſſit, eoque perduxit, ut apud Judæos vim obtinerent ad finem uſque ſeculi V. quo Talmudicus liber compoſitus eſt. R. *Bechai* affirmat ea *Akibæ* revelata fuiſſe, quæ *Moſen* latuerint. Illi tribuuntur à Judæis varia, quæ vel ipſe calamo conſignaverit, vel diſcipulis ſuis, ore tradita, conſcribenda reliquerit. Inter ea occurrunt

1. *Literæ* ſive *Alphabetum*, in quo de ſingulis literis Hebraic. Meditationes Cabbaliſticæ adferuntur. Prodiit *CPoli*, quæ editio extat in Bibl. Oppenheimeri, *Venet.* 1546. & *Cracoviæ* cum acceſſionibus 1579. quam editionem *Bareoloce.* refert in annum 344. qui eſt C. 1584. & diffuſo commentario inſtructam ait. Item *Amſtelod.* 1607. & 1708. 8. Cum latina verſione, ſed ſine comment. legitur in *Athan. Kircheri* Oedipo Ægypt. *Tom. II. p.* 2251. *ſeqq.* & apud *Lanteſac.* Tom. IV. p. 275. R. *Sabbat...* & *Naphthali Lanz* meminit ſcriptionem hanc partem eſſe majoris operis, & in illam extare Commentarium amplum MS. Forte hic eſt ille Comment. qui ſub nomine *Nathan Ben Moſche* MS. extat in B. Oppenheim. Libellum hunc antiquâ manu in membr. deſcriptum ſe poſſidere Venet. *Henr. Mahlius* teſtatur p. 5. Apolog. Talmud. ex quo codice cum Latina ſua verſione edituriſſe *Wolfio* teſtatus eſt *Aaron Margaritha* Ex-Judæus.

2. *Comment. allegoricus de inſcriptionibus literarum.*

3. *Precatio Judaica*, cujus locum ex *Machſor* Norimb. MS. adducit *Jo. Hulſius* in Animadv. ad Theriacam Jud. *p.* 315. qui oſtendit, *Brenzium* Ex-Judæum cauſam non habuiſſe, cur in illa precandi forma quidquam putaret dici, vel contra Chriſtum, vel contra Chriſtianos.

4. *Lib.* in quo præcepiſſe videtur *de ceremoniis, quibus accenditur lucerna, ſub veſperam exitus ſabbati ad diem a nocte ſeparandum deſtinata.*

* De eo agunt *Balin* in Dict. Crit. *Wolf.* Tom. I. p. 955. & ibi citatus *Joh. Henr. Otho* in Hiſt. Doctor. Miſchnic. p. 132. ſeqq. *Morer.* Dict. *Baronius* in Annal. ad A. 137. aliique. De clade verò quam excepit crudelis mors *Akibæ*, vid. præter *Lightfoot.* Centur Chorograph. Evang. Matthæi p. 98. *a ill. Schickard.* p. 479. de Jure regio Hebræorum.

(*a*) *Pezron. de antiq. temp.* c. 16 p. 289. & ſeqq. Ed. Par. 1687 in 4. (*b*) *Ganz.* Bibliotth. pag. 19. (*c*) Lib. de antiquit. temporum.

R. AKIBA *Behr* fil. *Joſephi* Vindobon. ſcripſiſſe dicitur

Lib. *havoda Bore*, ſeu *de cultu Conditoris*, quo collectæ ſunt preces varii argumenti, tum ex libris aliorum mutuò demtæ, tum ab auctore factæ, V. ſectionibus; quarum I. dicitur cultus Dei, II. excitatio ex lecto, III. ubi preces Euchariſticæ; IV. Domus Dei, & V. menſa. Prodiit *Wilmerſdorf.* 1688. in 4. * *Wolf.* ubi ſupra.

R. AKIBA Francofurtanus. in patria Concionator, qui obiit A. 1597. Hujus extant

1. *Hymni & Cantica, ad ſabb. pertinentia*, quibus jungitur

2. *Diſputatio inter aquam & vinum*, ubi utriuſque laudes & commoda ex libb. Biblicis, rhythmis Hebraicis & Germanicis exponuntur, ac præterea preces itidem rhythmice pro ſingulis diebus adjiciuntur. *Baſil.* 1599. 8. * *Wolf. p.* 957.

AKMAL-*Eddin* vel *Kemaleddin*, Doctor Muſulmanus, qui Tractatum Theologiæ Scholaſticæ ſcripſit, inſcriptum *Enaiat* ſeu *Hedaiat al-Haſſoulat.* * Herbelot.

AKRA (*Abraham*) fil. *Salomo*, Scripſit Sec. XIV.

1. *Regulas expoſitionis magnæ*, h. e. illius Comment. in Pentateuchum, qui vocatur *Medraſch Rabba*, Venet. A. C. 1601. *Cracoviæ* 1648. & reperiuntur in libro *Cedrorum Libani* p. 48. His explanatur modus intelligendi ſtylum uſitatum in libro *Rabboth*, ſuntque adeo neceſſariæ, inquit *Bartoloc.* ut ſine illarum notitia vix intelligi poſſit præfatus liber.

2. *De moribus ardorum* ex Cant. IV. 8. ubi rationes loquendi in Gemarà receptæ; una cum novellis expoſitionibus Codd. quorumdam Talmudicorum *Venet.* A. 1599. Titulus libri videtur effeciſſe, ut Judæis communiter appellaretur *Abraham Melabar*, quamvis alii hunc ab illo diſtinguant. * Vid. *Wolf.* & *Bartol.* Tom. I. n. 104. p. 49.

R. AKSFLRAD. Vid. ACSILRAD, à quo non diſtinguendus.

ALABA

A L.

ALA (*Joh. Petrus*) Scripſit ex *Lippen*. Tom. I. p. 18.

De Advocato & Caupidico Chriſtiano. Cremonæ, 1610. Venetiis 1611. 4.

ALABA Eſquivel (*Diego* ſeu *Didacus de*) gene Hiſpanus, patriâ Victorienſis, Salmanticæ in collegio majori Ovetenſi datâ Juri diligenter operâ, inter Senatores hinc non unius Prætorii allectus, poſtremò Granatenſi Curiæ præficitur, Epiſcopus dein Aſturicenſis deligitur. Quem locum gerens Tridentinæ Synodi V. uſque ad nonam Seſſionibus interfuit. Inde Abulenſem Eccleſiam A. 1548. quâcum Prætorii Granatenſis Præfecturam adminiſtravit; ac denique Cordubenſem obtinuit. Obiit 16. Cal. April. A. 1562. jacetque in patria ad D. Petri parœciale templum. Scripſit doctum opus, ut vocat *Nic. Anton.* Tom. I. p. 203.

De Conciliis univerſalibus, ac de his, quæ ad Religionis & Reipublicæ Chriſtianæ reformationem instituenda videntur. Granatæ 1582. fol.

ALABA alii ALVA (*Petrus de*) genere Hiſpanus, Ord. Minorum Provinciæ Caſtellæ, ſcripſit

1. *Doctrinal ſatisfactorio de los Frailes Menores de la Obſervancia de San Franciſco.* Matriti, apud Lud. Sanchez, 1601. in 8. Primam editionem anni 1598. in 4. Latinam exiſtimat *Antonius*, eo quod *Petr. Salazarius* in Hiſt. provinciæ Caſtellæ vernacula *Satisfactoris pro Obſervantia* titulum conſignat operi.

2. *Tratado de la Humildad y fundamento de la vida Chriſtiana*: an ejuſdem ſit non affirmat *Nic. Antonius* Tom. II. p. 131.

ALABASTER (*Guilielmus*) gente Anglus, patriâ Hadleyenſis in Comitatu Suffolcienſi, Collegii Trinitatis Cantabrigienſis Doctor extitit. Is Religionem Romanam amplexus, eam brevi deſeruit, proindeque in Angliam redux, S. Pauli primùm Canonicus, deinde Tharfieldenſis Eccleſiæ in Harfordiâ Rector factus eſt. Hebraicæ linguæ fuit peritiſſimus, ſed Cabalæ ſtudio nimium deditus, ut ea teſtatur concio quam habuit, cum Doctoris gradum Cantabrigiæ obtinuit. Ejus in explicandis divinis literis methodus Pontificiis minimè arriſit. Vixit adhucdum A. 1630.

S c r i p t a :

1. *Cauſæ converſionis ſuæ* expoſitæ in libro quem Pontificiis addictus evulgavit. Huic Anglicè reſpondit *Rogerius Fenton*, in lib. cui tit. *An Anſwer to W. Alabaſters Motives* Londini 1599. in 4.

2. *Apparatus in Revelationem Jeſu Chriſti*: Antverp. 1602. 1607. apud Petr. Bellerum, & 1617. in 4. in quo profitetur ſe novam & admirabilem rationem afferre inveſtigandi Prophetiarum Myſteria, ex Scripturâ ſe ipſam interpretante. *Ibi novam Cabbalam inſtituit, ex quâ quidlibet ex quolibet educit, & mutatis vel inverſis aut ſeparatis & disjunctis Hebræorum vocabulorum litteris aut Syllaba, vel etiam in iiſdem variorum numerorum ratione excogitatâ, novis etiam ſignificationibus contrà Grammaticæ rationem aſſignatis, diverſis nominibus aut verbis omnia pervertit.* Plura habet *Andr. Rivet.* Iſagoge ad Script. Sacr. c. 15. oper. t. 2. p. 937. ad an. 1607. Vid. & *Fabric.* Centifol. Luther. *p.* 28. Cæterum prohibetur hoc opus in Romano Indice.

3. *Spiraculum Tubarum, ſeu fons ſpiritualium expoſitionum ex æquivoca Pentaglotti* (melius *Pentateuchi*) *ſignificationibus.* Londini, circa A. 1620.

4. *Tractatus de Beſtiâ Apocalypticâ.* Delphis 1621. in 12.

5. *Ecce ſponſus venit*, ſeu *Tuba Pulchritudinis*, hoc eſt *Demonſtratio quod non ſit illicitum nec impoſſibile computare durationem mundi, & tempus ſecundi adventus Chriſti.* Londini, 1633. in 4. Vide de utroque hoc opere Catalogum Bibl. Oxon.

6. *Lexicon Hebraicum*, in fol.

* Vid. *Balii* Diction. Crit. *Le Long* p. 599. *Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom. II. p.* 1522. Lippen. *Bibl. Theol.* Poſſevin. in *Appar. Sacr.* verb. *Guilielmus.*

ALACOQUE, vulgò dicta Ven. Mater MARGARETHA MARIA, Sanctitate & miraculis, ut ferunt, Sec. XVII. inclaruit. Ejus vitam & geſta ſatis grandi volumine complexus eſt Sueſſionenſis Epiſcopus *Joan. Joſephus Languet*, ediditque Gallicè hoc titulo:

La Vie de la Vénerable Mere MARGUERITE MARIE, Religieuſe de la Viſitation Sainte Marie, du Monaſtere de Paray-le-Monial, en Charolois, morte en odeur de Sainteté en 1690. id eſt *Vita V. M. MARGARETHÆ MARIÆ* &c. *ſanctitatis famâ defuncta A.* 1690. Prodiit *Pariſiis*, apud Vid. Mazieres & Jo. Bapt. Garnier, 1729. in 4. Hujus compendium habet *Diarium Erudit.* Matt. 1730. *p.* 366. *ſeqq.* edit. Amſtelod. ex quo pauca hic excerpemus.

Vitam ingreſſa eſt *Margaretha* d. 22. Jul. 1647. *Lanthecurtii* Parœciæ loci cui nomen *Verours* in Diœceſi Auguſtodunenſi, patre *Claudio Alacoque* in plurimis vicinis ditionibus Juſtitiæ adminiſtratore; matre *Philibertâ Lamyn*. Pueritiâ & adoleſcentiâ quàm maximè piâ tranſactâ, ingreſſa eſt d. 25. Maii 1671. ætat. 23. Monaſterium Viſitationis S. Mariæ *de Paray-le-Monial*, in quo, virtutum omnium Chriſtianarum & religioſarum praxi dedita vixit ad mortem uſque, quam obiit d. 17. Oct. 1690. ætatis annum agens 43. menſes 2. & dies 24. Famoſum evaſit in hac regione ejus ſepulchrum, mediante plebeia devotione.

Opus autem ſuum, Auguſtiſſimæ Gallorum Reginæ nuncupatum, diviſit Rev. Epiſcopus in libros X. *Primo* narratur *Margarethæ* ortus, educatio & adoleſcentia; *ſecundus* ejus in Religionem ingreſſum docet; *tertius* ejus in Monaſterio munia; miras quibus affecta eſt gratias, & quæ ibi experta eſt impedimenta; *quartus* ſpectat ſingulares quas accepit gratias circa devotionem erga ſacrum cor J. C. & quas hac occaſione ſuperandas habuit difficultates à Matre *Salmaſiâ* Superioris munus tunc temporis agente; ac poſtea ſub Matre *Greffier*, quod narrat lib. *quintus*: ejus geſta deſcribit *ſextus*, cùm Novitiis præerat; & prima initia inſtitutionis Cultûs ad ſacrum cor Chriſti: *ſeptimus* narrat votum perfectionis, quod Superiorum licentiâ edidit *Margaretha*, inſtitutionem devotionis prædictæ in Sodalitio *de Paray*, peculiares quos ex illa devotione percepit fructus, ac plura documenta & exercitia quæ hac occaſione præſcripſit: *octavus* varia ac ſingularia Dei in *Margaretham* collata beneficia, donum Prophetiæ, ac ſupernaturales variarum rerum cognitiones; *nonus* Margaretham exhibet Aſſiſtentis munus agentem, ejuſque ultimum morbum narrat, obitum, & miracula quæ ejus tumulo operari aſſerit Rev. *Languetus*; decimo denique colliguntur quædam Ven. Matris Opuſcula & Epiſtolæ, nimirùm

1. *Cantique à l'honneur du St Sacrement.*
2. *Acte de conſecration au cœur ſacré de J. C.*
3. *Amande honorable au cœur ſacré de J. C.*
4. *Aſpiration d'une ame qui deſire ardemment la Sainte Communion.*
5. *Priere pour la Sainte Meſſe.*
6. *Acte d'amour.*
7. *Oraiſon à Jeſus au St. Sacrement.*
8. *Conſecration commune des Sœurs du Noviciat au ſacré Cœur de Jeſus.*
9. *Lettres choiſies à differentes perſonnes.*

His ſubjiciuntur

Actes concernans l'etabliſſement de la Fête du Cœur de N. S. à Marſeille.

Cæterùm operi præmiſit *Languetus* Diſcurſum de Vitis miraculoſis Sanctorum, ac ſpeciatim V. M. Margarethæ, qui eò præcipuè tendit, ut vera eſſe demonſtret quæcunque in integro opere narrantur. Qui his rebus delectantur, ad ipſum opus legendum remittendi.

ALAGON

ALAGON (*Artal de*) Hiſpanus, Comes de Saſtago ex primaria Regni Aragoniæ nobilitate, compoſuit, teſte *Nic. Anton.* Tom. I. p. 133.

1. *Catecismo de lo que el Christiano está obligado á ſaber, creer, y obrar, con una declaracion univerſal de la doctrina Chriſtiana.* Cæſarauguſtæ apud Laur. de Robles an. 1584. in 8.

2. *Concordia de las leyes divinas, y humanas, y deſengaño de la inigua ley de la venganza.* Matriti apud Lud. Sanchez 1593. in 8.

ALAGONA (*Petrus*) Siculus, Syracuſanus, Societatis Jeſu, in lucem editus anno 1549. Societatem ingreſſus eſt anno 1564. in quâ ſolemnia emiſit vota. Vir doctrinâ excultiſſimus, Philoſophiam, ac Theologiam magna cum laude docuit. Vice-Rectoris munere Drepanitano Collegio præfuit. Romæ diu Pœnitentiariæ Rectorem egit, & Ordinandorum Examinator, a doctrinæ præſtantia celebratus, magnâ æſtimatione proſequutus fuit. Romæ deceſſit 19. Octobris 1624.

Evulgavit

1. *Compendium Manualis Martini Aſpilcueta Navarri de Quæſtionibus morum & conſcientia.* Prodiit primùm ſub materno cognomine, nempè *Petri Guevaræ* ut ex *Bibl. Soc. Jeſu* pag. 674. mox ſub proprio cognomine recuſum, & recognitum; cui addidit

2. *Compendium Commentarii ejuſdem Navarri de Uſuris.* Lugduni 1592. in 24. ex *Bibl. Claſſ.* Draudii *pag.* 397. Venetiis, apud Marc. Ant. Zalterium 1601. in 24. & Coloniæ typ. Herm. Milii 1608. in 16.

3. *S. Thomæ Aquinatis Theologicæ Summæ Compendium.* Wirtzburgi & Colon. 1620. 8. Romę 1620. in 16. Herbipoli typ. Joan. Tulmari 1620. in 12. correctius, & Venetiis apud Juntas 1624. in 16. Lugd. 1627. in 12. Rothom. 1635. in 8.

4. *Totius Juris Canonici Compendium.* Tomus I. continens Decretalium, Sexti, Clementinarum, Extravagantium, tum Joannis XXII. tum communium Epitomen, præcipuamque Gloſſæ doctrinam. *Romæ* ſumpt. Hær. Barthol. Zannetti 1622. in 4. Tomus II. continens Epitomen Decreti Gratiani. *Romæ* apud eoſdem 1623. in 4. Uterque tomus prodiit Lugduni 1623. in 4.

In Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jeſu ſervantur MS. ut reſtatur *Mongit.* Tom. II. p. 127.

5. *Logica, & Phyſica.* * Conf. *Alegamb. Lippen. Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom. II. p.* 1621.

ALAMANDI (*Bernardus*) Epiſcopus Condomenſis, Doctor in Decretis, Caroli VI. Galliarum Regis Capellanus, floruit A. 1390. vir unitatis Eccleſiaſticæ amantiſſimus, ab hodiernorum palponum ingenio prorsùs alienus. Hic acceptis à Rege literis de adversâ ſuâ valetudine, quibus rogabatur, ut ad Deum cum omni ſuo clero preces pro eo funderet, abſque fuco ad eundem reſcripſit, ægritudinem illam corporalem forte ita Deo permittente ei contigiſſe, quia unitatem Eccleſiæ procurare neglexerat, quod A. 1392. contigit. Illic autem dedicavit eodem tempore

Tractatum de Schiſmate XV. partibus conſtantem, MS. in Bibl. S. Vict. Pariſienſis Canonicorum Regularium, Lit. P. 9. fol. 196. cum Epiſtola dedicatoria data *Condomi* 18. Novembris. Quia verò electionem *Clementis* hoc in libro improbare videbatur, illi *Clementis* ſubiratus eſt. Unde nonnullas ad eum ille dedit literas d. 26. Mart. quæ leguntur MSS. in fine iſtius Tractatûs in MS. Victor. quas retulit Sec. VI. *Hist. Univerſit. Pariſ.* ad A. 1392. p. 680. De eadem materiâ tot inveniuntur Scriptores, ut juxta *Spondanum* in *Exceptione Annal. Eccleſiaſt. Baronii* ad A. 1378. n. 10. extent in Vatic. XXXII. de hoc Schiſmate volumina, in quibus omnia congeſta reperiuntur, quæ pro utraque parte acta vel ſcripta ſunt. Extant & in Victor. Pariſ. octo MSS. volumina Litt. P. 9.—14. Mm 14. Nn 11. quorum omnium, Epiſtolarum, Tractatuum, Sententiarū index continetur Litt. P. 17. plurimaque olim in celebri Toloſana Fuxenſis Collegii, quæ ad *Colbertinam* Bibliothecam allata ſuere. Extant & de eodem argumento Tomi tres MSS. in Bibliotheca Gemmeticenſi in Normannia. * Vid. *Oudin.* Tom. III. p. 1276.

ALAMANDINUS (*Fortunatus*) à Bononiâ dictus, Capucinus, Provinciæ Flandriæ Concionator, Philoſophicæ ac Theologicæ doctrinæ, politiorumque literarum, variæque eruditionis laude commendatus, edidit, teſte *Bibl. Script. Capucin.* p. 112.

Hiſtoriam de Miſſionibus Angolæ, Congi, & aliis regnis Africæ, ac Indiarum, cum moribus illarum regionum. Bononiæ, apud Jac. Montium, 1657. fol.

ALAMANDINUS (*Stephanus*) nobilis Bononienſis, Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula, ſcripſit, ex *Orlando* p. 249.

Sommario delle Regole, Grazie, Indulgenze e Origini dei Venerdì di S. Franceſco di Paola. Bonon. 1657. apud hær. Benacci.

ALAMANNA (Soror *Archangela*) Dominicana, Florentina, nobili loco nata, Monaſterii S. Nicolai de Prato Monialis, Sororis *Laurentiæ Strozziæ* æqualis & convictrix, ſed quibuſdam annis ſuperſtes (a), laudatur inter *Script. Ord. Prædic.* Tom II. p. 843. cujus ſcilicet habitæ fuerunt

Epiſtola ad Zachar. Montium de piis moribus & felici morte ejus materteræ dictæ Sororis Strozziæ, & alia ad alios.

(a) Obiit *Strozzia* d. 17 Sept. 1591.

ALAMANNIUS (*Coſmus*) Soc. Jeſu, Italus, Mediolanenſis, filius *Benedicti* (qui primus ſodales Mediolani A. 1564. ſuis tectis recepit, & liberaliter diu aluit;) quatuor fratres habuit ejuſdem Societatis. Hanc iniit *Coſmus* A. 1575. ætat. 16. Vixit in eâ ad ætatem uſque decrepitam. Obiit Mediolani 24. Maii 1634. Ferunt eum ſupputato Sanctorum numero, quotquot unquam invenire potuit, ne quem inſalutatum relinqueret, ſemel minimùm unicuique Orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem recitaſſe. Ipſe eſt cui B. *Aloyſius Gonzaga* paucis e Pſalmo verbis explicatis mœrorem animi detexit, ut *lib.* 11. *cap.* 22. vitæ ejus refertur. Vir fuit eximiè doctus, & S. *Thomæ Aquinatis* adeo ſtudioſus, ut in Theologiæ tradendę curriculo, ne latum ab unguē ejus doctrina diſcederet, ſed ejus ſententiâ in quacumq; quæſtione propoſitâ ſecurus, quidquid ille probavit, approbaret, reprobarit quidquid ille rejecit. Cujus ſui in illum Doctorem ſtudii luculentum ſpecimen exſtare voluit, conſcribendo

Summam totius Philoſophiæ è D. Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici doctrinâ, adductis ipſius Sancti verbis, & locis, unde deſumpta ſunt, ad oram adnotatis: Prodiit *Ticini* ſeu *Papiæ*, apud Jo. Bapt. Rubeum ab A. 1618. ad 1623. in 4. Recuſa eſt nitidius & auctiùs *Pariſiis*, 1640. fol. apud Car. Rouillard. *In hoc toto opere*, ut monet titulus, *unus D. Thomas loquitur.* Hæc editio prodiit operâ Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini Congreg. Gallic. & Philoſophiâ Morali ipſâque pro majori parte Metaphyſicâ adaucta eſt.

Alia reliquit *Opuſcula Theologica* inedita.

ALAMANNIUS (*Joſephus*) Soc. Jeſu, *Coſmi* frater natu major, Mediolanenſis, ineunte adoleſcentiâ ſe Societati dicavit A. 1572. in quâ poſt artem dicendi, & Philoſophiam cum laude traditam, concionando & gubernando ſuas partes egit. Deceſſit Aſti in Pedemontio A. 1630. ætat. 74.

SCRIPTA:

1. *Hiſtoria miraculoſa imaginis B. V. M.* quæ nobilitavit vicum ad Civitatem Pedemontanam, quæ *Monſregalis* dicitur, vulgo *Mondevi.*

2. *Oratio* quam habuit ad Senatum Genuenſem, in *Davidis Vaccari* Ducis inauguratione, *Italice.*

3. *De*

3. *De Chriſtianâ Sapientiâ ad Principes Gentiles*, Tomi II. qui in Taurinenſi Collegio ſervantur.

De utroque agunt *Alegamb.* & *Moret.*

ALANCE (*Ludov. de*) cujus extant

Theſes Theologicæ, variis temporibus in Academiâ Sedanenſi editæ & ad diſputandum propoſitæ. Londini, 1675. fol. * *Lippenius* Tom. II. p. 855.

ALANDUS (*Joannes*) natione Roxolanus, patria Leopolienſis, Jeſuitarum Societatem A. 1590. jam tum Sacerdos ingreſſus, vivebat circa A. 1640. octogenario major. Scripſit

1. *Miracula S. Michaelis Archangeli patrata in æde prope Neſniſinm.*

2. *Vitam Nicolai Radzivilii Ducis Olykæ & Neſuiſii, Palatini Vilnenſis.*

Reddidit Polonicè ex Latino

3. *Opuſcula aliqua pia S. Auguſtini.* * Alegamb. p. 218.

ALANTSEE (*Ambroſius*) Carthuſianus, ſcripſit *Librum de fœdere Chriſtianorum*, edit. Auguſtæ 1504. quem vidiſſe ſe ait *Olearius* (p. 22.) in Bibl. Franciſc. Diſcalc. *Halberſtadii.*

ALANUS, genere Anglus, Ord. Bened. Monachus Cantuarienſis, deindè Prior ſive Cœnobiarcha, poſtremò Teukesburienſis ad confluentiam Avonæ & Sabrinæ fluminum Abbas, claruit an. MCLXXVII. Fuerat primò cùm in Italiam penetraret, Canonicus Eccleſiæ Beneventanæ circa A. 1170. Obiit anno 1201. Vir tùm fortunæ, tùm literis inſignis. Notari debet, quòd apud *Baronium*, ad annum MCLXII. num. XXI. *Alanus* noſter Abbas *Deobes* dicitur; errore forſan non aliundè orto, quàm quod in Codice ſuo Vaticano ſcriptum erat *Deobes*, pro *Theoches*, ſeu ut hodiè dicimus, Teukesburienſis. Tranſtulit autem *Alanus*, ut de ejus geſtis aliquid dicam, A. 1180. 16. Cal. Maii corpora Sanctorum *Dunſtani* & *Elphegi* Cantuarienſium Archiepp. noctu & abſque ſolemnitate in novum reædificatæ Eccleſiæ chorum, adjunctis tantùm ſecum novem ejuſdem Eccleſiæ fratribus, quorum fidei ſecretum hoc tutò committi poterat. Enituit in eo animi fortitudo adverſus Anglicanos Epiſcopos & Regem ipſum, ad eligendum A. 1184. per ſuos Monachos *Balduinum* Vigornienſem Epiſc. in Archiep. Cantuarienſem. A. 1185. Roffenſem Epiſcopum compulit ad accipiendum de manu illius *Balduini* baculum paſtoralem, in Altari Chriſti Cantuariæ poſitum.

Scripta:

1. Collegit *Alanus* omnes *Epiſtolas* tam S. *Thomæ* Martyris ab eo in exilio & alibi conſcriptas, quàm aliorum ad ipſum, vel quæ ad cauſam ejus ſpectabant. Iſtud Opus egregium atque admirabile ad illuſtrationem Eccleſiaſticæ Seculi XII. hiſtoriæ, in V. Libros diſtinctum, ex MS. Cod. Vaticano erutum, evulgavit *Chriſt. Lupus* Ord. Eremit. D. Auguſtini, *Bruxellis* apud Henr. Friex, 1682. in 4. 2. Tom. Hanc etenim Collectionem malè adſcriptam fuiſſe *Joanni* Sariſberienſi tuetur *Oudinus*. Extat eadem MS. in Bibl. Cotton. ſub effigie Claud. IIII. B. Cod. 2. n. 3.

Scripſit prætcrea

2. Libb. III. *de vitâ & exilio ejuſd. Thomæ Becket*, MS. in Vatic. teſte *Baronio* Tom. XII. *Annal.* ad A. 1162. atque *Spondano* ad eundem annum, n. 6. Hujus operis copiam habuit *Joan. Mabillonius* in monumentis literariis S. Germani Pariſienſis repoſitam, ad Sanctos Ord. D. Bened. qui Sec. XII. floruerunt illuſtrandos. De eodem opere loquens Cl. *Cave*, hæc habet: „ Scripſit (*Alanus*) librum *de* „ *Vitâ & Exilio Thomæ Cantuarienſis*; qui an integ„ ri hodiè ſuperſit, non liquet: Nihilominus penæ „ item operi ſuo inſeruit Auctor *Quadrilogi*, qui *Tho-* „ *mæ* Epiſtolis præfigi ſolet. „

3. *Epiſtola* Alani *Prioris Cantuar. ad Regem HENRICUM & alios*, MSS. inter Codd. Colleg. S. Bened. Cantabr. Cod. 216.

4. Ejuſdem *Sermones II.* in MSS. Codd. Thom. Bodl. in ejus Biblioth. num. 2330. litt. E. 6. Cod. XI. p. 190. & 191.

5. *Acta Clarendonenſia.*

6. *Problemata Sophiſtica.*

* Vid. *Baleus* Cent. III. num 46. *Cave* Hiſt. Liter. p. 596. *Oudin.* Tom. II. p. 1518.

ALANUS Avenionenſis Epiſcopus Sec. XIV. vel ſequenti, *Statuta Synodalia* Eccleſiæ ſuæ edidit, quæ extant apud *Martene* Tom. IV. *Theſ. Anecd.* p. 576.

ALANUS (*Georgius*) Chiſtoph. Fil. ab Alandia patria, Finnoniæ Inſula, cognomen hoc adeptus, Gymnaſii initio Aboenſis Rector & Mathematicus, deinde verò in Acad. novella, ibidem erecta, Phyſices, ac tandem Theologiæ Profeſſor, Eccleſiæque Oppidanæ Paſtor ac præpoſitus, obiit d. 15. Julii An. 1664. æt. 56. Prof. 24. Ita *Mollerus* in Hypomnem. ad *Scheff.* Suec. Liter. p. 472. Longè etenim aberrare videtur *Jac. Le Long* qui Bibl. Sac. p. 599. mortem ejus ad A. 1541. reponit.

Scripta:

1. *Diſputationes in Formulam Concordiæ.*

2. *Commentarius in Hoſeam.* Utriuſque operis pars non exigua excuſa eſt, neutrum tamen plenè abſolutum per auctoris mortem.

3. *Conciones funebres* diverſis annis editæ.

4. *Diſputatio gradualis de æternâ filiorum Dei prædeſtinatione.* Aboæ 1660. in 4.

5. *Concio de Angelis* idiomate Fennico. *Ibid.* 1668. in 4.

* *Scheff.* p. 319.

ALANUS (*Guillelmus*) Anglus, vernaculè *Allyn*, in Lancaſtrienſi Provinciâ natus A. 1532. parentes habuit *Joan. Alanum*, & *Joan. Liſteram*, quorum curâ educatus, politioribus literis in patriâ operam dedit. Anno ætat. 15. exacto, ad Oxonienſem Academiam à patre deductus, Philoſophiæ ac Theologiæ per ſeptennium incubuit, quibus in ſtudiis eos progreſſus fecit, ut & Doctoratûs lauream conſecutus fuerit, & in Duacenſi Academiâ (recèns tum PHILIPPI II. Regis Catholici munificentiâ & authoritate fundatâ) magiſterio donatus. Ibi ſacras litteras magnâ cum laude diu ac publicè interpretatus, trium inſignium Eccleſiarum, Cameracenſis, Eboracenſis, & Rhemenſis Canonicatu eſt inſignitus.

At cùm ELISABETHA Anglorum Regina, Anglicanæ Eccleſiæ caput princeps dici & haberi vellet, *Guillelmus* cum fratre *Gabriele* ac *Thomâ* ejus filio ex Anglia ſpontaneè profugus, Lovanium ſeceſſit, ubi erecto pro exulibus Anglis Seminario, fidem Catholicam ſtrenuè propugnavit: ſed cùm in gravem morbum incidiſſet, medicorum ſuaſu atque conſilio intrepidus rediit in Angliam, ubi miſſa pro Religione Catholica operavit, quâ de re ELISABETHA vehementiſſimè exacerbata, ſtatim ſeveriſſima edicta condidit, quibus *Alanum*, ejuſque ſequaces, & quoſvis ſeminariorum convictores, aut conditores, fautoreſque læſæ majeſtatis reos declaravit, & eis, tanquam publicæ tranquillitatis perturbatoribus, regnique hoſtibus, aqua & igne interdixit.

Alanus mutata veſte & nomine, multos in Catholicorum caſtra reduxit, ac quodam die minimùm abfuit, quin caperetur. Itaque remeavit in Belgium, ubi quemadmodum ante fecerat, Catholicam fidem pro aris & focis defendit; ad eamque defendendam alios indefeſſo ſtudio monitis, hortationibus ac ſcriptis excitavit, editis pro temporis neceſſitate, vernaculâ linguâ variis Opuſculis, de rebus fidei adverſus hæreticos tractantibus.

Quoniam verò Anglicani libellum quendam titulo *Juſtitia Britannica* inſcriptum adverſus *Alanum*, ejuſque ſequaces ediderant, quo probabant, illos nequaquam pro fide, aut Religione Catholica mortuos, vel dura quæque perpeſſos; ſed tanquam Reginæ perduelles, regnique hoſtes, ac pacis publicæ perturbatores, exilio, ſuppliciis, ac morte mulctatos eſſe; *Alanus* arrepto calamo, adverſariis *Clypeum veræ ſanæque doctrinæ* oppoſuit.

Cùm autem ipſe *Alanus*, Geuſiis in Belgio tumultuantibus, Duaco pulſus fuiſſet, ejuſque Collegii ſodales paſſim malè habiti, Chriſtianiſſimi Galliæ Regis permiſſu ac voluntate Rhemos ſe recepit, ubi *Guiſiorum* Principum liberalitate exceptus, aliud Collegium erexit, quo dicenti eòque amplius Seminarii Duacenſis ſodales properârunt. Huic præfuit *Alanus* annos circiter 14. Illius & ſectatorum præclarum Elogium habet *Pitſeus*, & ex eo *Joſ. Eggs* Purp. doctæ *Lib. V. p.* 134.

Porrò dum *Alanus* Collegio Rhemenſi præeſſet, Alumnorum unus (quem *Franc. Walſingamum* fuiſſe dicunt) venenum eidem ac cæteris ſodalibus ſuis paravit; ut ſcilicet Collegium totum cum ejus Rectore unâ cœnâ deleret. At res per eum ipſum qui patraverat, pœnitentiâ ductum patuit, eoque pacto lethali periculo liberati ſunt.

Cùm autem GREGORIUS XIII. varia Romæ Gymnaſia & Seminaria pro univerſis ferè orbis Chriſtiani partibus extruxiſſet, annuoque cenſu dotaſſet. Anglis potiſſimum aſſignavit illud, quod priùs Hoſpitale dicebatur SS. Trinitatis prope Campum Floræ. Romam itaque *Alanum* ad ſe acceſſivit, qui Collegium à ſe inſtitutum dirigeret; iiſque moribus, ſcientiis, ac inſtitutis muniret, quæ ad illius nationis ingenium eſſent accommodata.

SIXTUS verò V. *Alanum* An. 1587. VII. Id. Aug. S. R. E. Presbyterum Cardinalem tit. S. Martini in Montibus dixit: moxque ab ipſo Pontifice inter eos Cardinales annumeratus eſt, qui librorum prohibitorum Indici, aliiſque arduis fidei negotiis præerant. Ab ejus verò ſucceſſore GREGORIO XIV. loco *Antonii* Cardinalis *Caraffa* demortui Bibliothecarius Apoſtolicus declaratus, & Archiepiſcopus Machlinienſis electus, ad reformationem editionis vulgatæ Bibliorum à SIXTO V. cœptam, cum Cardinali *Columna* deputatus eſt.

S. *Auguſtini* Opera ejus curæ à Summis Pontificibus tradita fuerant, ut à mendis juxta genuina ac incorrupta exemplaria expurgaret, verùm in hoc ſtudio incumbens, deceſſit Romæ 17. Cal. Nov. A. 1594. ætat. ſuæ 63. Ejus cineres Romæ in Eccleſia Anglorum SS. Trinitatis ſepulti, hoc elogio funerali exornantur.

DEO TRINO ET UNI.
GUILLELMO ALANO LANCASTRIENSI
S. R. E. Presbytero Cardinali Angliæ:

Qui extorris à patria perfunctus laboribus diuturnis in orthodoxâ Religione tuendâ; ſudoribus multis in Seminariis ad ſalutem Patriæ inſtituendis, favendiſque; periculis plurimis ob Eccleſiam Romanam opere, ſcriptis, omni corporis & animi contentione defenſam, hîc in ejus gremio, ſcientiæ, pietatis, modeſtiæ, integritatis famâ & exemplo clarus, ac piis omnibus charus occubuit,
XVII. Cal. Nov. Anno ætat. LXIII.
Exilii XXXIII. Salutis humanæ MDXCIV.
GABRIEL ALANUS frater, THOMAS HESCHETUS Sororis filius,
Fratri, Avunculo, clariſſ. optimo, optimèque merito (inter lachrymas exulum pro Religione civium) mœrentes
POSUERUNT.

De *Alano* hæc ſunt Pontificiorum elogia: verùm prorſus aliter ſentit vir doctrinâ commendandus *Franc. Godwinus* Anglus, qui in ſuo de Præſulibus Angliæ Commentario *Alanum* vocat » Cardinalium ſuæ gentis » ultimum, ſed nequitiâ primum: patriæ proditorem » ſceleratiſſimum, qui inter Anglos numerari non me» reatur, quod tanquam alter Heroſtratus, ut faceret » ſibi nomen magnorum qui ſunt in terrâ, patriæ ſuæ » ſit molitus incendium; atque ut Angliam tyranni» di Pontificiæ & Hiſpaniæ ſubjiceret, præmium tu» leriт ab illo Archiepiſcopalem Infulam Mechlinien» ſem, ab illo galerum purpureum.

SCRIPTA:

1. *De Sacramentis in genere*, Libb. III. Antverp. 1516. in 4. Tractatum optimum vocat *Dupinius* Sec. XVI. p. 158. in 4.

2. *De Purgatorio, & Oratione pro defunctis*, Anglicè ſub tit. *Defenſe of the Doctrine of Catholics concerning Purgatory and Prayers for the Dead.* Antverp. 1565. 8.

3. *De Indulgentiis.* Lovan. 1567. Angl.

4. *De authoritate Sacerdotum per Sacramentum Pœnitentiæ.* Ibid. eod. anno. *Angl.*

5. *De Sacramento Euchariſtiæ & Sacrificio Miſſæ.* Antverp. 1576. Lat.

6. *De Prædeſtinatione.*

7. *De Imaginibus.*

8. *Apologia pro Seminariis*, Edit. 1581. Angl.

9. *De intentione Papæ in erigendis Seminariis, contra librum ab hæreticis in lucem editum, ſub nomine* Juſtitiæ Britannicæ, *Londini* 1584. 8. Anglicè, Gallicè & Italicè. *Alani* verò Reſponſio ex Anglico Latinè verſa prodiit *Ingolſtad.* 1584. 8. Vid. *Placc.* in Anon. *n.* 650. & 651. *p.* 84.

10. *De miſerabili ſtatu & calamitate Regni Angliæ ferventе Schiſmate*, ad ERNESTUM Bavarum Leodienſem Epiſcopum.

11. *Reſolutiones Caſuum Conſcientiæ*, Angl. Has *Alani* & *Parſonii* Jeſuitæ fœtum eſſe exiſtimant quidam, & perſuadent literæ in frontiſpitio A. P. Vid. *Placc.* in Anon. *n.* 1992. *p.* 511.

12. *Apologia pro Guilielmo Stanleio* (qui Daventriam Hiſpanis prodidit.) *Angl.*

13. *Admonitio adverſus Reginam Elizabetham ejuſque regnum, omnes Chriſtiani orbis Principes & populos ad illud invadendum excitans* 1588. Quem librum, ſicuti propoſitum habet ſternere viam famoſæ claſſi Hiſpanicæ Angliæ impendenti; ita ejuſdem eſſe arbitratur *Placcius* in Anon. *n.* 2073. *p.* 523. quamvis alii memorato *Parſonio* adſcribant.

Denique *Biblia Sacra* è Latino in Anglicum tranſtulit idioma.

* De eo præter cit. vid. *Erythræus* Pinacoth. I. p. 90. *Du Pin* Tab. Univerſ. Tom. I. p. 1352. *Wood* Hiſt. Univ. Oxon. *Lib. II. p.* 108. *Sauſſayum* Contin. Bellarm. p. 141. *Lippen.* Bibl. Theol.

ALANUS Anglus, Linenſis in Comitatu Norfolcienſi, in patria apud Carmelitas alumnus eximius, ac tandem Cœnobiarcha, cæteris ſuis commilitonibus ſpatio longo præfuit. In Cantabrigienſi Gymnaſio operam cùm Philoſophiæ tùm Theologiæ ſtrenuam impendebat, ubi inſignia Doctoris adeptus eſt. Quæcunque hiſtoricè ſcripta erant in utroque Teſtamento, per allegorias, & morales, ut vocant, expoſitiones ad animæ negotium ac humanæ juſtitiæ opera traxit. Et ut poſt Bibliorum lectionem, tam veterum quàm recentiorum Eccleſiæ Patrum ſcripta ſibi familiariora ac lectu faciliora redderet, Indices in eos ferè omnes, Herculeo certè labore fecit, quos enumerat *Baleus* Cent. VII. p. 552. qui eos ferè omnes in unà Nordovicenſi Carmelitarum Bibliothecâ reperiſſe ſe ait, & in aliis adhuc multò plures eſſe, quos non vidit. Claruit autem circa A. 1420. Obiit tandem *Lini*, unde oriundus fuit, & inter ſui Ordinis homines ſepultus eſt.

SCRIPTA:

1. *De quadruplici Scripturæ ſenſu.*
2. *Moralia Bibliorum.*
3. *Sermones notabiles.*

4. *Elucidarium Scripturæ.*

5. *Prælectiones Theologiæ.*

6. *Elucidationes Ariſtotelis.*

Quæ edita an inedita non docent qui hujus meminerunt, inter quos *Lelandus* cap. 370. p. 347. & cap. 524. p. 434. edit. *Oxon.* 1709. *Poſſevin.* Appar. Sacr. *p.* 21. aliique.

ALANUS Copus. *Vid.* COPUS.

ALANUS Magnus *de Inſulis* à patriâ vulgò dictus, quæ eſt urbs primaria Flandriæ Gallicanæ, Antiſſiodorenſis Epiſcopus, primò Clarævallis Monachus, natus circa A. 1114. ut colligitur ex Lib. 5. ejus Comment. in Prophetias Merlini *fol.* 198. edit. ult. *Antverp.* Monachus circa A. 1128. factus eſt apud Claram Vallem ſub diſciplina D. *Bernardi*. An. 1139. vel 1140. Ripatorium in Diœceſi Tricaſſina Ord. Ciſtercienſis ab *Hattone* Epiſcopo fundatus die 9. April. temporibus D. *Bernardi*, qui illic *Alanum* in primum Abbatem, annos circiter 25. natum, conſtituit. Anno 1151. ex Abbate Ripatorii Epiſcopus inſtitutus eſt. Anno 1167. Epiſcopatum ſuum dimiſit. Anno 1180. *Alanus* apud Claram Vallem reverſus, cum *Petro* Claræ Vallis Abbate Romam ad Lateranenſe Concilium III. proficiſcitur, ubi à S. P. ALEXANDRO III. mandatum habuiſſe creditur ſcribendi contra Valdenſes, quod feciſſe videtur circa A. 1183. vel 1184. Anno denique 1203. mortuus eſt apud Ciſtercium, ætatis ſuæ 93. vel circiter. Hæc pluribus fundamentis adſtruit *Casim. Oudinus* qui *Tom.* II. *p.* 1388. prolixam Diſſertationem inſtituit *de anno*, ut inſcripſit, *Alano Ripatorii Abbate, Antiſſiodorenſi Epiſcopo, ac tandem Monacho Ord. Ciſtercienſis, apud Ciſtercium A.* 1203. *mortuo.* Ipſe quidem *Oudinus* in Supplem. *p.* 455. & 564. communem ſecutus erat ſententiam, quæ duos *Alanos de Inſulis* ſtatuit, ambos doctiſſimos viros atque inſtituti Ciſtercienſis, quibus tamen varias occupationes, & tempora omnino diverſa præſcribunt: verùm, re maturius expenſâ, omnibuſque vel authorum de hoc argumento ſcribentium conjecturis vel rationibus expenſis, aliam hic amplectitur ſententiam, unum tantùm fuiſſe *Alanum* dicens, qui totum fermè ſeculum XII. tenuerit, atque ad annum uſque 1203. vixerit; atque hinc eos in ſententiâ ſuâ parum firmos oſtendit, qui *Alanos* duos admiſerunt, an. 1182. alterum, alterum anno 1294. mortuum: alios pariter ſcriptores falli contendit, qui volunt *Alanum* A. 1300. ſub *Alberto* Imp. floruiſſe; ac proinde eundem eſſe ſtatuit *Doctorem Univerſalem* dictum cum Epiſcopo Antiſſiodorenſi. Multa item de *Alano* commenta quæ primus attulit *Matth. Bonhomme* in Proœmio *Commentarii in Parabolas Alani*, meritò ridet *Oudinus*. Quoad ejus Scripta, quæ plurima ſunt, prolixum hic locum occupabunt.

SCRIPTA:

1. *Cantici Canticorum, ad laudem B. V. M. elucidatio elegantiſſima.* Pariſ. 1540. 8. typis Jac. Kerver.

2. *Summa de arte Prædicatoria, in quâ optimè ſubminiſtrantur conceptus pro concionibus formandis in omni ferè materia morali.* Hæc bis & ter MS. extat in Bibl. Can. Regul. S. Vict. Pariſ. bis quoque in Bibl. Cluniac. Litt. AA. & HH. Cantabr. in Bibl. publ. Cod. 128. & Pembroch. Cod. 81.

3. *Sermones XI. integri de diverſis materiis.*

4. *Liber ſententiarum & dictorum memorabilium*, non tantùm Concionatoribus, verùm etiam univerſis Theophiliæ ſtudioſis utiliſſimus.

5. *De ſex alis Cherubim* Tractatus integer, in quo ſuccincta continetur doctrina de Compunctione, Confeſſione, Satisfactione, Dilectione Dei & proximi &c. Hunc Franciſcani perperam attribuunt S^to^ *Bonaventuræ*, cujus inter opuſcula impreſſus eſt.

6. *Pœnitentiale*, ſeu *Liber Pœnitentialis* tractans de dignâ adminiſtratione & receptione Sacramenti Pœnitentiæ. Habetur MS. in tribus Codd. Bibl. S. Vict. Pariſ. ſub nomine *Alani*, & in Bibl. S. Germani de Pratis Cod. 557. optimæ notæ, ſed ſub *Petri Cantoris* nomine, contra impreſſorum & MSS. Victor. authoritatem. Sed aliud *Pœnitentiale*, quo contineri ait *Oudinus* ex *Viſchio* Libb. IV. ad *Henricum* Bituricenſem Archiep. quod extat MS. in Bibl. Majoris Monaſterii Turonenſis.

7. Opus quadripartitum *De Fide Catholica contra Valdenſes, Albigenſes, & alios hujus temporis hæreticos.* Latuit dudum Opus iſtud in tenebris, ſed tandem à Bibl. *Papirii Maſſoni* primùm in lucem prodiit *Pariſiis* 1612. Duos priores Libros edidit *Viſchius* inter cætera *Alani* opuſcula, ut infra dicemus; duos verò poſteriores, (quorum tertius eſt contra Judæos, quartus contra Paganos ſeu Mahometanos,) ad calcem Bibl. Ciſterc. appoſuit. Hoc ipſum opus eſt, quod male *Trithemius* & alii appellant *in IV. Libros Sententiarum*; quia hæc ſumma IV. Libris diſtincta eſt, ſed neutiquam *Commentarius in IV. Libb. Sententiarum* &c. Idem MS. in Cod. Regiæ Galliarum Bibl. 5513. fol. 352. inſcriptum *Summa Alani quadripartita contra Hæreticos Valdenſes, Judæos & Paganos.* Codex ſcriptus dicitur per *Hervanum Conſeel* pro Dn. *Bernardo* Archiep. Toloſano, anno 1456. & apud Clun. Litt. Q. 2. & Claram Vallem in ſuis Bibliothecis. Idem MS. Oxonii in Bibl. Merton. Cod. 230.

Ex primo hujus operis libro contra Valdenſes locum *Alani* de Tranſubſtantiatione adducit *Clericus* in Bibl. Univerſ. *Tom. III. p.* 403. Objiciebant nimirùm Valdenſes quod admiſſâ reali in Euchariſtiâ, præſentiâ, ſi mus panem conſecratum comederet, ipſum Chriſti corpus comederet; quibus reſpondet *Alanus* cap. 58. murem hoſtias conſecratas comedentem, non corpus Chriſti comedere, ſed formam illam panis, quæ miraculosè cedit in ejus nutrimentum, ac ſi eſſet panis ſubſtantia.

8. Lib. *De planctu naturæ*, tractans de præcipuis quibuſcunque ſeculi vitiis, eorumque remediis, oratione partim vinctâ, partim ſolutâ conſcriptus, ad imitationem *Boetii* de Conſolatione Philoſophiæ. MS. extat Oxonii in Bibl. Balliol. Cod. 120.

9. *Anticlaudianus*, ſive *De officio viri in omnibus virtutibus perfecti, libri IX.* ſingulari feſtivitate, lepore & elegantiâ conſcripti; complectentes humanas divinaſque res omnes, quas quemlibet ſcire, aut certe per omnia admirari & ſuſpicere oportet. Quod opus proinde vulgò vocari ſolet *Encyclopædia*, hoc eſt, omnium diſciplinarum Orbis, ſeu perfecta ſcientia. Habetur quoque MS. in Bibl. Balliol. Cod. 120. & 122. & Bibl. Reg. Gall. n. 5640. Prodiit *Baſil.* 1536. 8. *Venet.* 1582. in 12. ſumpt. Combeis. *Antverp.* 1621.

10. *Rhythmi duo elegantes*; unus de Incarnatione Domini; alter de fluxâ & caducâ naturâ hominis.

11. *Doctrinale minus*, ſive *Liber Parabolarum*, plenus utiliſſimis documentis moralibus. *Daventriæ* 1492. in 4. & *Pariſ.* Gallicè, *fol.* eod. ann. *Lugd.* 1501. cum eruditis Commentariis Latinis *Matth. Bonihominis* & ibid. 1536. *Lipſiæ* 1499. *fol.* 1516. 4. & 1663. 8. typis Colerianis, ſumpt. *Eſaiæ Felgibel.* Bibliop. Vratiſlav. cum Notis Philologicis *Andr. Senftlebii* JCti. Item Gallicè *Pariſiis* in 16. ſine anni mentione, ut notat *Verderius* in Bibl. ſua.

Omnia iſta *Alani* Opera junctim edidit *Car. De Viſch* Prior Cœnobii S. Mariæ de Dunis, Ord. Ciſterc. *Antverpiæ*, apud Guil. Leſteenium & Eng. Gymnicum, 1654. *fol.* quorum pleraque nunc primùm ex antiquis MSS. Codd. eruit, alia typis olim edita (collatione factâ cum exemplaribus MSS.) correctiora, varièque illuſtrata protulit.

12. Libri V. *de Arte, ſeu Articulis Catholicæ fidei*, quorum I. agit de unâ omnium cauſâ, id eſt de uno, eodemque trino Deo: II. de Mundo, Angeli & hominis creatione, & arbitrii libertate: III. de filio Dei Incarnato pro homine redimendo: IV. de Sacramentis Eccleſiæ: V. de Reſurrectione mortuorum. Hos ex Codd. MSS. Imperialis Monaſterii S. *Emmerammi* Ratiſbon. & inclytæ Carthuſiæ Gemnicenſis in Auſtriâ primus eruit *Bern. Pezius*, edidítque in *Theſ.*

Theſ. Anecdot. Tom. I. Part. II. p. 473.

13. *Vita S. Bernardi* in compendium redacta, quam ex MS. Cod. Bibl. S. Vict. Pariſ. edidit *Mabillonius* in Præludiis ad *Opera Sti Bernardi* edit. Pariſ. 1667. Hanc *Manriquez* ait extare impreſſam in antiquiſſimis exemplaribus Operum D. *Bernardi*. Extat etiam MS. in Bibl. S. Vedaſti Atrebatenſis, Ord. D. Bened. & Vallis Lucenſis Ord. Ciſterc. Hanc ſcripſiſſe videtur *Alanus* circa A. 1180. quam nimirum *Petro* Claraevallis dicavit, qui Abbatiam hanc ab A. 1179. ad 1186. tenuiſſe dicitur.

14. Summa *Quot modis* appellata, quæ ſecundum ordinem alphabeticum deducit *Quot modis* unaquæque res bonam vel malam in partem in Scripturis Sacris accepta fuerit: opus Concionatoribus idoneum. Habetur MS. in parvo 4. in Bibl. Regalis montis Ord. Ciſterc. dedicata *Hermengaldo* Sti Ægidii Abbati; & in Regia Galliarum Bibl. Cod. 5513. hic inſcripta *Magiſtri Alani Tractatus de diverſis vocabulorum ſignificationibus* &c. atque in Bibl. Victor. Pariſ. Litt. PP. 12. Item apud Claram Vallem, & Vallem Lucenſem, Abbatias Ord. Ciſterc. nec non apud Sum Illidium Claromontanum, Ord. D. Bened. in Arvernia. In aliis MSS. appellatur *Oraculum*, ſive *Oculus Sacræ Scripturæ*, ſive *Compendium utriuſque Teſtamenti*, habeturque etiam MS. in Bibl. Dunenſi in Flandria, Ord. Ciſterc.

15. *De maximis ſeu Axiomatibus Theologiæ* Lib. I. qui aliter dicitur *Doctrinale altum*, & incipit *Omnis ſcientia ſuis utitur regulis* &c. juxta *Viſchium* reperitur MS. in Bibl. Brugenſi & Camberonæ, Dunis, & apud S. Martinum Tornacenſem, denique Cantabrigiæ in Bibl. Pembroch. Cod. 81.

16. Lib. *De naturis quorundam animalium*, qui ferè ſemper anonymus in Bibliothecis, ſecundus eſt ex quatuor *De Beſtiis* qui habentur inter Opera *Hugonis* Victorini, incipiens, *à Leone* &c. inſcribiturque *Beſtiarium*.

17. *Prophetia Ambr. Merlini Angli* &c. *unà cum ſeptem libris Explanationum in eandem Prophetiam, excellentiſſimi ſui temporis Oratoris, Polyhiſtoris & Theologi, Alani de Inſulis, Doctoris Univerſalis, & Academiæ Pariſienſis ante annos 300. Rectoris ampliſſimi*, Francof. 1608. in 8. typ. Joan. Spieſſii.

18. *Dicta de Lapide Philoſophico* edita à *Juſto Balbiano* Lugd. Batav. 1600. typ. Raphel. una cum Secreto *Jod. Greveri*.

19. Opus *De Pœnitentia* quod in MSS. Codd. dicitur *Corrector ſeu Medicus animarum*, aliud ab illo quod edidit *Viſchius*. Habetur anonymum in Bibl. S. Vict. Pariſ. ter, Litt. KK 17. fol. 106. GG 15. fol. 50. & Litt. QQ 16. fol. 1. Et in Bibl. S. Germani Pariſ. Cod. 795. optimæ notæ.

20. *Summa Virtutum & Vitiorum* Lib. I. Extat MS. cum tit. *De conflictu vitiorum & virtutum* in Bibl. S. Vict. Pariſ. Litt. LL. 14. fol. 166. poſt ejus *Summam de arte prædicandi*, fol. 144. Hunc *Alano* tribuit *Trithemius*, & poſt eum *Viſchius*, ſed cùm ab his incipiat verbis, *Apoſtolica vox clamat* &c. idem opus videtur cum libro ejuſd. nominis qui inter Spuria D. *Auguſtini* Opera legitur, atque ad *Ambr. Autpertum* pertinere videtur.

21. *Epiſtolæ* denique ſub nomine *Alani*, MSS. extant Cantabr. in Bibl. Colleg. S. Bened. Cod. 216. ſed videntur eſſe *Alani* qui primùm S. Auguſtini Cantuarienſis Eccleſiæ Prior extitit, ac poſtea Teukesburienſis Abbas.

Dicitur etiam ſcripſiſſe in *Pentateuchum*, in *Prophetas*, in *Evangelia*, in *Epiſtolas Pauli*, & in *Apocalypſin*.

Qui utrumque *Alanum* conferre velit adeat *Oudin.* jam cit. *De Viſch* Bibl. Ciſterc. *Cave* p. 586. ad A. 1151. & p. 624. ad A. 1215. *Olear.* p. 22. *Sweert.* Athen. Belg. p. 111. *Du Pin* Sec. XII. p. 91. & 197. Sec. XIII. p. 60. & 169. in 4. ac *Tab. Univerſ.* Tom. I. p. 546. & 580. & Tom. III. p. 183. in 8. *Trithem.* cap. 527. *Henric.* Gandav. cap. 21. *Vinc. Placc.* in Anon. n. 1600. p. 392. *Geſner* p. 16.

ALANUS de Rupe (*de la Roche*) Dominicanus, celebris ille B. Virginis per Roſarium cultûs præco & promotor indeſeſſus, non Teuto aut Batavus, ut aliqui crediderunt, ſed Gallus in Armorica, natus eſt A. circiter 1428. Adoleſcentem apud Dinanenſes habitum Ordinis induiſſe ipſi contendunt. Pariſios exinde miſſus eſt, in Gymnaſio San-Jacobæo diſciplinis Philoſophicis ac Theologicis imbuendus. A. 1459. in Actis cap. gen. Neomagi habiti ad legendas Pariſiis ſententias in parvis ſcholis pro A. 1461. legitur aſſignatus. Interea A. 1460. in Cœnobio Inſulenſi commoratus eſt. A. 61. munus ſibi impoſitum Pariſiis exercuit. A. 62. Inſulas rediit, & ibi eodem anno Theologiæ Lector inſtitutus, in vigilia omnium Sanctorum, orationem Latinam ſtudiorum auſpicatoriam in templo S. Petri habuit, adſtante Canonicorum Collegio, ſueque munere functus eſt annis duobus. A. 64. Duacum Lector miſſus eſt, ubi docuit ad vacationes anni ſequentis. Quid egerit ſequentibus incertum. A. 68. Gandavi primarius lector inſtitutus eſt in Actis convocationis Roterodami eo anno habitæ, ibique annis duobus hoc munere functus eſt. A. 1470. Roſtochii in Ducatu Megalopolitano, ubi Univerſitas florebat, aſſignatus eſt ut legat & diſputet, eumque legit primum & ſecundum Sententiarum. A. 71. die 4. Sept. ibidem orationem habuit auſpicatoriam pro ſua ad Baccalaureatum promotione, & legit tertium & quartum Sententiarum. A. 73. in convocatione Zwollis habita d. 9. Maii dicitur Licentiatus, & inſtituitur Lector principalis Roſtochii, ubi & laurea Magiſterii eodem anno initiatus fuerit. Narrat *Corn. de Snekis* ejus tum auditor, cùm *Alanus* eſſet Gallus nec Teutonicè ſciret, eumque tamen ad populum prædicaret, Palmam Carbonis. Priorem Conventûs Roſtochienſis ejus ſermones continuò Teutonicè explicaſſe. A. 1475. convocationi Inſulis die 16. Apr. habitæ jure magiſterii interfuit, & ibidem duos menſes integros manſit, per quos apologeticam pro roſario epiſtolam ad *Ferricum de Clugni* Tornacenſem Epiſcopum ſcripſit, & ſub finem Junii Tornacum ipſe detulit. Exinde Cartuſianos Heimenſes; hinc Gandavum petiit, & per Hollandiam Zwollas rediit, ibi enim jam ab A. 1474. ſub finem aſſignatus fuerat. In feſto aſſumptionis B. V. anni 1475. lethali morbo correptus, in feſto nativitatis ejuſdem Virginis, diem obiit ultimum, ætat. 47. eod. anno 1475. (non 1464. nec 1474. ut aliis placet) & in eâ parte ſepultus eſt, in qua poſtea odæum templi nondum perfecti extructum fuit.

S C R I P T A:

Hæc primus *Joan. Andr. Coppenſtein* à ſe recognita & ad ævi ſui ſalivam, ut ait, apparata, reſciſſis quibuſdam, aliis explicatis, mollito aliquantulum ſtylo typis commiſit, eandem rationem ſecutus quam *Surius* in edendis Sanctorum Vitis, & *Tauleri*, *Henricique Suſonis* operibus: atque hoc titulo edita ſunt *Friburgi* 1619. in 4. *Coloniæ*, Petr. Henningi, 1624. in 8. & poſtea curis F. *Andr. Rovetta* Neapoli, apud Roncaliolum, 1630. in 8.

Beatus Alanus de Rupe redivivus, de pſalterio ſeu roſario Chriſti & Mariæ tractatus in V. partes diſtributus:

1. *Apologia ſeu reſponſio ad Ferricum Epiſc. Tornacenſem ſuper pluribus quæſtionibus ab ipſo factis de roſario.*

2. *Relationes, Revelationes & Viſiones de roſario.*

3. *Sermones S. Dominici Alano revelati.*

4. *Sermones & tractatuli Alani.* Primus idem ille eſt, quem *Trithemius*, *Sweertius* & *Valer. Andreas* laudant hoc titulo: *De XV. laudibus Pſalterii B. Mariæ ſecundùm XV. lapides in rupe altiſſima Angelicæ ſalutationis repertos*, & quem MS. ſervari in Bibl. publ. Ultraj. aſſerunt. Hunc Sermonem ad verbum reddidiſſe monet *Coppenſteinius*.

5. *Exempla ſeu miracula roſarii.* Laudant citati MS.

cum Prologo cujus princ. *Quamvis pretioſa laus*, quem *compenſiatius* omiſit.

Laudantur & alii *Alani* fœtus :

1. *La Confrairie du Pſautier de Notre Dame*, Sodalitas Pſalterii Dominæ noſtræ. *Pariſ.* in 16. Vidit *Ghilb. de la Haye*, qui & teſtatur MS. extare in variis Belgii Bibliothecis, & Tornaci in Baſilica majori.

2. *Expoſitio in Regul. Auguſtini.* Alanus pro more omnia ad roſarium deferens, regulam in XV. capita divedit, quodque caput in decem articulos, quemque articulum in modum orationis vertit alternatim ad Jeſum & Mariam, petens talis regulæ ſervandæ gratiam, addito ſemper loco ſeu conceptu ex SS. Patribus, vel ex S. *Thoma*, & tandem cuilibet articulo ſubjicitur *Ave Maria.* Quæ opella, judice *Echardo*, omnibus aliis *Alani* tractatibus gravior eſt, & piis ſub regula S. *Auguſtini* militantibus utilior. Codex eſt MS. chart. in 8. pp. 155. olim ſanctimonialium Ordinis Menenſium, nunc ſodalium Pariſienſium ad S. Honorati.

3. *Speculum peccatricis animæ.* Edidit *Lud. Loumans* ſodalis *Antverp.* apud Joan. Cnobar. 1635. in 12. Hiſt. Benedictæ Florentinæ in eâ opella relata, deſumta eſt ex part. V. *Alani redivivi* cap. 27.

4. *Monaſticæ vitæ excellentiæ XXX.* Cum *Dionyſii Rixel* Cartuſiani opuſculis *de vita ſpirituali* editæ ſunt, ſed illæ ſunt part. IV. *Alani redivivi* caput 8.

5. *Sermones varii* à *Sweertio* & aliis *Alano* tribuuntur, at *Ghilb. de la Haye* poſt diligentiſſimam in omnibus Belgii Bibliothecis inquiſitionem, alios fatetur in manus ſuas non veniſſe, quàm qui in *Alano redivivo* habentur.

Commentarium in Canticum Canticorum ei tribuunt *Luſitanus* & *Altamura*, ſed opus eſſe *Alani* Magni certo certius eſt.

Quod attinet ad Revelationes *Alani*. Viſiones, Sermones S. *Dominici* ipſi revelatos; exempla & miracula Roſarii, doctiſſimus Author qui dedit *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 851. dicit, „ iſta omnia non habenda quaſi revera „ extiterint, ſed meditationes tantum eſſe viri pii, qui in „ hunc modum cogitationes ſuas efformabat, ut audi„ torum animis facilius illaberentur ; Tale enim, *ad*„ *dit*, fuit ejus ſeculi ingenium, & tale etiamnum in „ quibuſdam Europæ Provinciis, ut auditores ejuſmo„ di hiſtoriolis & exemplis magis delectentur, ea fa„ cilius memoriâ retineant, iis potentiùs & acriùs & „ à vitiis deterreantur, & ad bonum moveantur, „ quàm ab accuratâ & ſolidâ doctrinâ, quæ mox ex „ eorum cordibus evaneſcit. „ Illa refutat, quæ de S. *Dominico* narrantur, de Sancto Roſarium Toloſæ prædicante, & ſtupendis prodigiis, quæ tum accidiſſe dicuntur. Ita quod narratur de Beatâ Virgine in Altari cum B. *Dominico* ſacrificium dividente, partem hoſtiæ & calicis ſumente, & bibente, ad veſtes ſacras deponendas adjuvante. Ita quod dicit *Alanus* ſe à *B. Virgine* in ſponſum acceptum, torque in collo, annuloque in digito, utroque ex crinibus ipſius Virginis concinnè facto ab ipſa donatum, imò & ubera ipſa virginea ſugere ſibi permiſſum : *Quæ*, inquit doctiſſimus & ſapientiſſimus Auctor, *niſi ſpiritualiter intelligantur*, *vix concipias aut patiaris.* Plura adjungit *de Roſario*, quæ huc referre non neceſſe eſt. Eò temeritatis, inquit *Olearius* p. 23. progredi auſus eſt *Alanus*, ut numerum guttarum effuſi à Salvatore patiente ſanguinis inire tentaverit.

ALANUS Trecorenſis Epiſcopus Sec. XIV. cujus habentur apud *Martene* Tom. IV. *Theſ. Anecd.* pag. 1113.

Statuta Synodalia poſt annum 1334. edita.

ALAON (*Emanuel de Brito*) Luſitanus ex oppido *Pederneira* Leirienſis diœceſis, *Sancti Johannis de Campos* Abbas, domus ſacræ, quam adminiſtrabat, Hiſtoriam ſcripſit hoc titulo :

Antiguidade da Sagrada Imagem de Noſſa Senhora de Nazareth, grandezas de ſeu ſitio, Caſa, e Juriſdizaon real ſita junto a villa da Paderneira. Olyſſipone 1628. & 1637. in 4. * *Nicol. Anton.* Tom. I. p. 263.

ALARCON (*Archangelus*) Natione Hiſpanus, Patria ex Turri Sydoniæ, ſive Syllana, nobilibus ortus progenitoribus, generis nobilitatem meliori Dei ſervitute in Seraphica Capucinorum Religione cumulavit. Concionatoris, Magiſtri Novitiorum, Diffinitoris, ac Commiſſarii Generalis munere decoratus, maximam ſibi apud omnes ſapientiæ, doctrinæ, prudentiæ, ac ſanctimoniæ laudem comparavit. Fuit enim plenus humilitate, paupertatis Evangelicæ rigidus obſervator, puritatis Angelicæ candore nitidus, orationis, divinorumque myſteriorum contemplationis dono ditatus, devotione ſumma erga Beatiſſimam Virginem Dei Matrem ſingulariter affectus, humanarumque denique laudum, & auræ popularis deſpicientia inſigniter notatus. Multa poſteris ſuæ ſapientiæ, & doctrinæ monumenta porrexit. Extant tantummodò Typis expreſſa Latino idiomate

Carmina devotiſſima diverſi generis in laudem Immaculatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ unà cum alio Opuſculo, cujus titulus eſt *Viridarium Plantarum Divinarum*, Barcinone evulgavit A. 1590. (*a*) 1594. & 1603. in 8. (*b*) Titulus Hiſpanicus eſt : *Vergel de Plantas divinas.*

Multis in fundatione Provinciæ Corſettanæ (vulgò Catalogna) exantlatis laboribus, ſanctis operibus cumulatus, migravit ad Dominum in eadem Civitate Barcinonæ in Conventu Capucinorum Montis Calvariæ A. 1598.

(*a*) *Bibl. Capuc.* p. 37. (*b*) *Nic. Anton.* Tom. I. p. 132.

ALARCON (*Bartholomæus de los Rios*) Hiſpanus, Matritenſis, Ord. Eremit. S. Auguſtini ſodalis factus eſt A. 1598. 23. Sept. Devotiſſimus & addictiſſimus B. V. M. Ex Hiſpania Bruxellas trajecit An. 1622. 26. Dec. Anno 1625. 21. Dec. declaratur Concionator Ser. Hiſpaniarum Infantis *Iſabellæ Claræ Eugeniæ* Archiduciſſæ Brabantiæ. A. 1634. fuit Diffinitor Provinciæ Colon. A. 1635. Concionator *Ferdinandi* Auſtriaci S. R. E. Card. Fratris PHILIPPI IV. Hiſpaniarum Regis, Belgii Gubernatoris. Hinc apud Regem ipſum, idem munus exercuit. Obiit Matriti A. 1652. 4. Maii.

SCRIPTA:

1. *Phœnix Thenenſis è cineribus rediviviens*, Sereniſſimo Principi *Ferdinando* nuncupatus. *Antverpiæ*, apud Plantinum, 1637. in 8.

2. *Chriſtus Dominus in Cathedra Crucis docens*, & *patiens*; *ſive de ſeptem verbis à Chriſto Domino in Cruce prolatis* Tractatus VII. *Bruxellis*, apud Joan. Mommartium, 1645. 4.

3. *Vitta Coccinea*, *ſive Commentarius ſuper Evangelia Paſſionis*, & *Reſurrectionis Chriſti Domini.* Antverpiæ, apud Guil. Leſteenium, 1646. 4.

4. *Hierarchia Mariana*, ex occaſione Imaginis Deiparæ Virginis olim in Abredonia Scotiæ miraculis claræ, deinde à Sereniſſima Infante *Iſabella* Bruxellæ in templo Auguſtinianorum collocatæ. *Antverp.* 1641. fol.

5. *Horizon Marianus*; *ſive de excellentia*, & *virtutibus Beatæ Mariæ Virginis* Tractat. IX. ſuper totidem ejus feſta. Adjungitur X. *de Nomine Mariæ.* Antverpiæ, apud Guil. Leſteenium, 1647. fol. * Vid. præter *Nicol. Anton.* Tom. I. p. 157. *Elſſii* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 113.

ALARCON (*Benedictus de*) Hiſpanus, Bellomontanus, Monachus, & aliquando Abbas monaſterii de *Moreruela* ſacræ familiæ Ciſtercienſis, nec non & Matritenſis *Sanctæ Annæ* domus, vir prudentiæ laude, & in rebus agendis dexteritate conſpicuus, qui Monaſterium ſuum tam in ſpiritualibus, quam temporalibus inſigniter promovit, ſcribente *Viſchio* Bibl. Ciſterc. *p.* 34. Parabat pluribus diſtinctum tomis opus, quorum primus duntaxat lucem vidit, *de fide* tractans, hac inſcriptione, ut habet *Nic. Anton.* Tom. I. p. 162.

1. *Theatro de virtudes.* Pinciæ, apud Franc. Fern. à Corduba, 1622. in 8.

Tranſcripſit etiam ex Luſitanico in Caſtellanam linguam

2. *Los Sermones de Adviento, y Quareſma, del Dotor Diego Paiva de Andrada.* Matriti 1617. in 8. apud Ludov. Sanchez.

ALARCON (*Didacus de*) Hiſpanus ex oppido *Albacete* diœceſis Carthaginenſis oriundus, Societatis Jeſu Sacerdos, poſt Complutenſes aliquot profeſſionis Theologicæ & Philoſophicæ annos, evocatus Matritum ad novam Collegii Imperialis Academiam, Morali Theologiæ docendæ fuit impoſitus, cùm alioquin eſſet Supremæ S. Inquiſitionis Qualificator, ſeu Cenſor, ibi diem ſuum obiit die 28. Oct. A. 1634. Edidit

1. *Theologiæ Scholaſticæ* Partem primam. Lugduni, apud Jac. Cardon, 1633. fol.

2. *Vitam Didaci Daza ejuſdem Societatis*, quam præfixit ipſius *Daza Commentario in Epiſtolam Sancti Jacobi*, quam poſthumam ipſe in vulgus dedit. * *Nicol. Anton.* Tom. I. p. 203. *Alegamb.* p. 89.

ALARCON (*F. Ludovicus de*) Hiſpanus, Auguſtinianus, ſcripſit Hiſpanice, teſte *Nicol. Anton.* Tom. II. p. 14.

Camino del Cielo, como ſe buſca y halla. Compluti apud Joan. Brocar, 1547. in 8.

ALARDUS ſiva ADELARDUS, Amſtelodamenſis à patriâ, illuſtri Batavorum emporio, cognominatus, multæ & eruditionis & lectionis Theologus, Philoſophus & Poëta, claruit Sec. XVI. Coloniæ Ubiorum ac poſtea Lovanii humanioribus litaris operam dedit. Audivit in Theologicis *Ruard. Tapperum* & *Jac. Latomum*, ſummos tum Lovanii Profeſſores, inter quos ob præclaram eruditionem ipſe receptus eſt, vir Græcè & Latinè peritiſſimus, artium dicendi ſingularis æſtimator. *Mart. Dorpio* contubernalis, *Deſid. Eraſmi*, *Lud. Vivis*, *Franc. Craneveldi*, *Petr. Ægidii* & aliorum eruditorum virorum familiaritata uſus eſt. Obiit Lovanii A. 1541. (non 1544. ut ſcribit *Joan. Iſaciæ Pontanus* in ſua Amſtelodami deſcriptione) relictâ orphanis Amſtelodamenſibus Bibliothecâ, hoc ſibi ſcripto Epitaphio, alludens ad vernaculum nomen AL-AERDT quod *totam tellurem* ſonat:

Tota tegit tellus, qui tellæ tota vocatur.

Alio ipſum Epitaphio donavit unus è familiaribus, alludens ad eam quâ laboraverat ſurditatem:

Luſtra decem numerans ſtudiis impenſa juvandis
Impendens & adhuc, talis Alardus *erat.*
Excepto quod erat ſurdaſter, cætera felix,
Lingua ſatis penſat quod gravat auriculas, &c.

Sepultus eſt in monaſterio Franciſcanorum:

SCRIPTA:

1. *Ritus edendi agnum Paſchalem, cum X. plagis Ægypti*, carmine heroico. *Amſtelod.* 1523.

2. *Orationibus piis de Paſſione Chriſti*, è SS. Patribus aliiſqua collectis: Subjungitur in fine

3. *Panegyris Carolo V. Cæſ. verſu heroico dicta*, cùm SS. Euchariſtiam in flammis repertam, & à multis retro ſeculis miraculis coruſcantem Amſtelodami inviſeret. Coloniæ, typis Quentelii 1561.

4. *Paraſceve ad SS. Euchariſtia Sacramenti perceptionem.* Colon. 1532. 8. additis

5. *De Euchariſtia Sacramento* Lib. I. Lovanii, typis Reſcii, 1537. in 8.

6. *Baptiſmi Chriſtiani & Matrimonii deſcriptio* per Dialecticæ locos *Rod. Agricola.* Salingiaci 1539. in 8.

7. *Deſcriptio heretici*, ſecundùm locos ejuſd. *Agricola* Salingiaci, 1539. 8.

8. *Diſſertatiuncula III. adverſùs hereticos*, quarum I. de peccato originali, II. de juſtificatione per Chriſtum, III. de juſtorum operibus ac meritis. *Antverp.* typis Ant. Dumæi, 1541. in 8.

9. *Selectarum Similitudinum* ſivu *Collationum* Tomi III. ex Bibliis Sacris & SS. Patribus. *Pariſiis* 1543. in 8. *Venetiis* 1574. item *Colonia* 1576.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

10. *Eccleſiaſtes*, ſive *Concionator*, juxta locos *Rod. Agricola.* Coloniæ, apud Gymnicum, & *Pariſiis* apud Wechelum.

11. *Encomium hoſpitalitatis Abraha* cum adjunctis Poematiis.

12. *Paranesis de Eleemoſyna.*

13. *Sylvula Concionum pœnitentialium.*

14. *De miraculis SS. Euchariſtia Bruxellis frequentata* libellus.

15. *Rod. Agricola* Opera ſcholiis auxit. *Colon.* 1539. 4. & ejuſdem Dialecticas inſtitutionea in Epitomen redegit, ibid. typis Gymnici 1542. ac Lutetiæ apud Wechelum.

16. *Matthai Philadelphienſis* precationes pias, & ad ſumptionem Dominici corporis non parùm conducentes, Latinè tranſtulit.

17. *Hippocratis Coi* Epiſtolam ad *Damagetum* de atrabile bene longam paraphraſi longiore Latinam fecit. *Salingiaci*, apud Soterem, 1539. in 8.

18. *Marbodaum* de Gemmis Lapidibuſque ſcholiis illuſtravit. Colon. 1539.

19. *Diſſertatio contra Anabaptiſmum.* Antverp. 1535. in 8.

* De illo *Valer. Andreas* in Bibl. Belg. *Miræus* in Elogiis Belg. *Sweert.* Athen. Belg. *Melch. Adam.* in Vit. Germ. Philoſ. pag. 56. in fol. *Olear.* p. 23. *Le Long* Bibl. Sac. pag. 599. *Poſſevin.* Appar. Sac. *Geſner* p. 16.

ALARDUS (*Antonius*) Ord. FF. Prædic. gente Hanno, patriaqua & profeſſiona Valencenas, circa A. 1600. Ordini nomen dedit, Eccleſiaſteſque evaſit in Belgio celebris, facundiâ & zelo commendatus, annïſque pluribus per adventum & quadrageſimam in ſolemnioribus ejus regionis pulpitis verbum Dei ſeminavit fructu non pœnitendo. Hinc gradum Prædicatoris generalis in comitiis Ordinis Bononiæ A. 1615. conſecutus, ſuo etiam nativo Conventui bis fuit prior, & obiit Kal. Sept. A. 1628. Ejus meminit F. *Ghil. de la Haie* Bibl. Belgo-Dom. MS. Scripſit Gallicà

1. *Les allumettes d'Amour du Jardin délicieux de la Confrairie du S. Roſaire de la Vierge Marie &c. avec divers miracles &c.* h. e. *Scintilla amoris horti delicioſi Sodalitatis S. Roſarii V. M. cum variis miraculis* &c. Valencenis Joan. Vervliet, 1617. in 12.

2. *La Vie & les miracles du B. Louis Bertrand de l'Ordre des FF. Prêcheurs, & ſa beatification par Paul V. traduite en François de l'Eſpagnol du P. Balthazar Jean Rocca.* h. e. *Vita & miracula B. Lud. Bertrandi Ord. FF. Prædic. ac ejus beatificatio per Paulum V.* &c. Tornaci, Joan. Quinque 16.... in 8.

* *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 452.

ALARDUS (*Franc.*) filius, ut arbitror, *Guilielmi* de quo infra, Symmiſta Crempenſis, ſcripſit Germanicè Sec. XVII.

Paſſions Predigten X. Hamburgi 1671. 4. * *Lipen.* Tom II. p. 423.

ALARDUS (*Guilielmus*) Lutheranus, Poëta Laur. Cæſ. Paſtor Crempenſis, ac Conſiſtorii Eccleſ. Munſterdorffenſis Aſſeſſor & Senior olim longè meritiſſimus, Holſatiæ oppido, quod *Wilſter* appellatur, oriundus, natus eſt A. 1572. die 22. Nov. patre Viro Reverendo *Franciſco Alardo*, qui alacri animo Eccleſiæ Romanæ ſe ſubduxit, ut clara Evangelii luce illuſtratus, alios deinde verbum Dei purè doceret; matre verò *Gerarta Benigia* quæ ætatis annum 94. attigit. Patrem in tenerâ ætate cùm amiſiſſet, provida tamen matris curâ, Itzehoæ ldem cœpit Scholam frequentare. Anno ætat. 16. Lunæburgum ſe contulit *Alardus* ut ibidem in ludo litterario ingenium ſuum magis magiſque excoleret: atque intra quinquennium tantam in Græcis Latiniſque obtinuit promptitudinem, ut terſum ac eleganter formare ſtylum, verſuſque condere fluidos valuerit. Anno 1593. ætat. ſuæ 21. Wittebergam dignus adiit, ac paulò poſt liberalium artium

ſtudia incredibili cum induſtriâ pertexuit. Publicè diſputando, ut & Orationem metricam recitando applauſum doctiſſimorum quorumvis facillimè promeruit. Verùm cùm res domi anguſta ipſum premeret, ultra triennium in Academiâ Wittebergenſi commorari vix licuit. Quamobrem ad penates reverſus eſt, moxque Schola Crempenſis *Alardum* Conrectorem conſtituit, quanquam ætatis annum duntaxat 24. ingreſſus eſſet. Hinc novo ſeculo incunte, nova quoque *Alardiani* nominis ſurgebat gloria. Benigne quippe expetitus ab illuſtri Heroë *Benedicto ab Aleſeld*, ut Concionatorem Aulicum, Scholæque Flensburgenſis Rectorem perageret. Quid? quod & Roterodamenſis Ecclesiæ curam Paſtoralem, modo voluiſſet, facilè nacrus eſſet. Sed cùm ei Ampliſſimus urbis, in quâ tunc degebat, Senatus fidem ac promiſſa dederat ad altiora ſacri Miniſterii munera aſcendendi, in pulvere ſuo porrò ſubſedit ſcholaſtico, ſimulque tamen Paſtoris ibidem grandævi vices per biennium alacriter functus eſt. Interea quoque Stadenſes ſolenni vocatione ad D. Nicolai Paſtoratum ſuſcipiendum ſollicitarunt Noſtrum, quorum petitis annuere modeſtè recuſavit. Simili modo Brunſvicenſium literas excepit vocatorias, nec ut templo D. Martini præficeretur Paſtor, permiſit. Ex amore enim ſingulari erga Crempenſes ſuos Subſtitutus Paſtoris eſſe aliquandiu maluit, quam lautiſſima alibi ſuſcipere officia. Anno 1608. obiit Eccleſiæ Crempenſis Antiſtes, cui Noſter protinùs, ſexennio ante jam ritè denominatus, ſucceſſit. Quâ verò vigilantiâ, prudentiâ ac dexteritate ὁ μακαρίτης in iſtis verſatus fuerit muniis, ſcripta inprimis loquuntur publica, quibus famam ſibi comparavit & laudem egregiam. In Poëſi inſuper adeo excelluit, ut Comes quidam Palatinus ex remotiſſimis locis Lauream ei Poëticam ultrò miſerit. Cæterum binas duxit uxores *Alardus*: primam A. 1598. *Wolberam*, Viri Prudentiſſimi *Lamperti ab Anten*, Senatoris Crempenſis, filiam, quâcum per octennium vixit. Ex illa V. maſculi, & II. fœminei ſexûs natos ſuſcepit, *Lampertum* nempe, Theologiæ poſtea licentiatum, & Paſtorem Brunopolitanum; *Wilhelmum*, Paſtorem Süderawenſem; *Franciſcum*, Symmiſtam Crempenſem, & filiam, M. *Hartvici Langii*, Paſtoris olim Botsflerenſis, viduam: Reliqui parentis fata immaturo obitu anteverterunt. Aliam deinde conjugem, poſt biennii luctum, accepit *Annam*, Viri integerrimi *Nic. Bothii* filiam, quacum annos 36. peregit, & ex fœcundo thoro XIII. natos vidit, ſed III. ſolummodo reliquit, *Georgium* atque *Albertum*, optimæ ſpei adoleſcentes, nec non *M. Joh. Hudemanni*, Paſtoris Crempenſis, uxorem. Obiit autem Noſter d. 8. Maii A. 1645. ætat. 72. Miniſterii 45.

Scripta:

1. *Chriſtianus*, h. e. *De nomine, ortu, augmento, fide, vita, moribus, cruce, perſecutione, confeſſione, fortitudine, conſtantia, patientia, morte, retributione, dignitate, & gloria Chriſtianorum; deque Pſeudo-Chriſtianorum hypocriſi, horumque ut & omnium Chriſtiani nominis hoſtium pœna, aliiſque ad materiam hanc ſpectantibus, inſuper de omnibus ferè doctrina Chriſtiana juxta Catechiſmi capitum ſeriem, partibus ex ſolis maximè Patribus Orthodoxis, & Hiſtoria Eccleſiaſtica Scriptoribus, pauciſque aliis religioſis & devotis authoribus, ita ut in quolibet vel dicto, vel hiſtoria, vox Chriſtianus, vel Chriſtianiſmus, vel Chriſtianitas, vel Chriſticola reperiatur.* Conſtat opus Libris IX. quod *Lipſia* prodiit A. 1637. ſumpt. Henn. Groſſii, & ſecundò A. 1640. ſumpt. hær. ejuſdem, in 8.

2. *Epitome Evolica*, continens argumenta capitum ſingulis diſtichis. *Roſtochii* 1596. & 1599. in 8. *Lipſia*, 1624.

3. *Defenſio Tractatûs de diverſis gradibus Miniſtrorum Evangelicorum contra Reſponſ. Beza*, Francof. 1600.

4. *Excubiarum piarum Centuria*, quâ SS. Patrum, *D. Ambroſii, Auguſtini, Bernardi, Fortunati, Gregorii, Prudentii, Sedulii, Flam.* aliorumque hymni centum ſuſpiriorum pleni in uſum publicum producuntur. *Francof.* 1607. in 12. *Lipſia* 1623. in 8. & 1643. in 8.

5. *Athanaſia* &c. *Hamb.* 1607. *Lipſia* 1625. in 8. Germ.

6. *Nomen ſupra omne nomen.* Lipſiæ, 1613. in 8.

7. *Turma Sacra*: vel *Anacreon Latinus, idemque Chriſtianus, amoribus pudicis ſuſpiriiſque plenus.* Hamb. 1613. in 8. *Lipſ.* 1624. in 12.

8. *De Nomine Chriſti.* Lipſ. 1613. in 4. Germ.

9. *Jubilæi Evangelici feſtivitas*: ibid. 1617. in 4.

10. *Praxis Catechiſmi* ibid. 1617. vel 1627. in 4. Germ.

11. *Pericope Pentateuchi, Biblico Trigloſſo-metrica, qua ſingulorum V. Librorum Moſis Capitum Hypotheſis incluſa Diſtichis proponitur.* Magdeburgi, 1618. in 8.

12. Seelen-Apotheck &c. *Lipſia*, 1620. in 8.

13. *Tyrocinium ſacrum*, ſive *Pædia Chriſtiana* libri IV. ad imitationem dulciſſimi Servatoris Jeſu duodecim annos nati, vario genere carminis adornati, *ibid.* 1622. in 8.

14. *Euthanaſia* &c. ibid. 1623. in 4. Germ.

15. *Commeatus ſacer, ex uberrimo SS. Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum promptuario collectus: Mica Evangelica, ſive Sylloge Meditatiuncularum, ex pericopis Evangeliorum anniverſariis: Reliquiarum partes duæ*, ibid. 1624. in 12.

16. *Triariorum Chilias, ſive Epigrammatum piorum* Libri III. *Goſlaria* 1618. in 12. Acceſſerunt ſuccenturiati Libri IV. *ibid.* 1626. in 12.

17. *Conciones in Euchariſtiam*, 1630. *Lipſ.* & *Hamb.* 1649. 4. Germ.

18. *Gemitus Turturis.* Lipſ. 1631. in 12. 1635. in 24. Germ.

19. *Sagitta parvulorum*, ſeu *precationes mille perbreves*, quales olim, D. *Auguſtino* teſte, Fratres in Ægypto, ſagittarum inſtar, in cœlum crebro vibrare ſoliti fuerunt: *ibid.* 1633. in 12.

20. *Panacæa Sacra*, ibid. 1633. 1637. in 4. vel 8. Germ.

21. *Chriſtus crucifixus*, ibid. 1634. in 4. Germ.

22. *Conciones XVIII. in Paſſion. Chriſti* 1634. ibid. in 4. Germ.

23. *Pænitentiale Moſaicum.* ibid. 1636. in 4. Germ.

24. *Pænitentiale Propheticum*, ibid. 1658. in 4.

25. *Pænitentiale Davidicum*, ibid.

26. Wetter-Predigten, das iſt, *IV. Pred.* von ſchrecklichem Donner und Blitz, von ſtarcken Sturmwinden und hohen ſchadlichen Waſſerfluthen, auch unzeitigen langwierigen Regen, *ibid.* 1636. & 1674. in 4.

27. *Concionum Pænitentialium quaternio*, Hamb. 1639. in 4. Germ.

28. Zeichen und Wunder-Predigt. *Hamb.* 1637. in 4.

29. *Nucleus Biblicus.* Lipſ. 1640. in 4. 1649. 1672. in 8.

30. *Poſtilla de Exercitiis verorum Chriſtianorum*, Francof. 1669. Germ.

31. *Specimen Antiquitatis Orthodoxæ, quo libris IX. è veterum Eccleſiæ Doctorum ac Patrum monumentis, quicquid Chriſtianorum nomen, & rem ipſam atque doctrinam tangit, juſta methodo digeſtum exhibetur.* Lipſiæ, ſumpt. Vid. & Hær. Frid. Lanckiſch, 1672. in 8.

32. Ernd-Predigten, *ibid.* 1624.

* Concionem ejus funebrem habuit M. *Vitus Barbaroſſa*, Regii Conſiſt. Münſterdorffio-Segebergenſis Præpoſitus, & Paſtor Itzehoenſis, quæ extat apud *Henn. Witten* Dec. XI. Mem. IV. *p. m.* 1473. Conf. *Lippen.* Bibl. Theol. *Le Long* Bibl. Sac. *Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom. IV. p.* 582. qui omnes in *Alardianorum* librorum editionibus recenſendis ſatis inter ſe differunt, etenim non dubium quin aliqua irrepſerint menda.

ALARDUS (*Lampertus*) *Guilielmi* mox memorati filius, Danis malè accenſitus à *Bartholino* p. 95. (ut obſervat *Mollerus* in Hypomnem. p. 323.) Crempa-Holſatus, Oppidi initio natalis, ab A. 1625. Diaconus & Paſtor deinde, in Dithmarſia Auſtrali, ab A. 1630. Brunsbuttelenſis, famam aliquam, & Poematis, & Scriptis Philologicis, ac Homileticis aſſecutus, d. 29. Maii A. 1672. ætat. 70. extinctus.

S c r i p t a :

1. *Valerius Flaccus* cum Notis *Lipſ.* 1630. in 8. Has ex variis auctoribus congeſſiſſe dicitur, nullâ eorum factâ mentione, atque ideo à Cl. *Crenio* inter *Fures librarios* relatus. (*a*)

2. *Conciones variæ*, Germ. *Lipſiæ*, 1631. & 1634. *Hamb.* 1637. *Zellæ* & *Hamb.* 1640. *Francof.* 1666.

3. *Conciones in Pſalm. XLVII.* Germ. *Lipſiæ*, 1634. in 4.

4. *Pathologia Sacra Novi Teſtam.* continens loca ſignificantiora & cum emphaſi uſurpata. *Lipſiæ* 1636. & 1663. in 12.

5. *Amores divini.* Lipſ. 1636. in 12.

6. *Tyrannus Linguæ* in *Pſalm. LII.* Ibid. 1641. in 4.

7. *De Calamitatibus Jobi*, Germ. *Jenæ* 1647.

8. *Praxis Chriſtianiſmi Apoſtolica*, Germ. 3. Vol. *Francof.* 1648. 1666.

9. *Pſalterium Latinum* verſibus lyricis. *Hamb.* 1650. vel 1659. in 12.

* Vid. præter cit. *Le Long*, *Lippen.* *Du Pin* Tab. Tom. IV. p. 711. *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. VII. p.* 675.

(*a*) Vid. *Acta Lipſ.* 1708. p. 424.

ALARDUS (*Nicolaus*) Paſtor Eccleſiæ Steinbecenſis in Holſatia, clarus Sec. XVIII. ſcripſit

Bibliothecam Harmonico-Biblicam. Hamburgi, apud Jo. Chriſt. Kiſnerum, 1725. in 8.

Tractatus hic, quem Rev. Autor ſingulari cura perpolivit, in *quinque* abit *Sectiones.* Earum *I.* de Antilogiis Biblicis generatim commentatur, ita ut de earum naturâ, origine & cauſis, tum inventoribus, variiſque eorum conſiliis, hinc remediis ſpuriis & genuinis, quibus ad eas amoliendas diverſi, pro ſuis ſinguli inſtitutis uſi ſunt, denique verò de neceſſitate, utilitate & jucunditate ſtudii harmonici conſtare poſſit. *Sect. II.* Scriptores Harmonicos, qui ad integrum Sacrum Codicem curas ſuas retulerunt, recenſet, inter quos ordine literarum Anonymi, Judæi, Patres & Scriptores Eccleſiaſtici, Pontificii, Reformati, Lutherani & Sociniani comparent. *Sect. III.* exhibet conciliatores, qui libros V. T. ſeorſim à contradictionibus apparentibus liberare conati ſunt; poſt hos verò illos, qui libris N. T. eandem operam impenderunt. *Sect. IV.* enumerantur illi, qui certa quædam & ſingularia argumenta vel in utroque Fœdere, vel in alterutro tantum obvia ab ἐναντιοφανείαις immunia fecerunt. Atque hîc primo loco *p.* 125. *ſeqq.* comparent, qui *de allegatione dictorum V. T.* in Novo, & *de Parallelismis* commentati ſunt, deinde vero, *p.* 130. *ſeqq.* qui de Genealogia, de hiſtoria paſſionis, mortis, ſepulturæ, reſurrectionis & aſcenſionis ſanctiſſimi Salvatoris noſtri &c. à dubiis quibuſdam objectis vindicanda laborarunt. Succedit denique *Sectio V.* indicem Diſſertationum, Epiſtolarum &c. promens, quibus par aliquod dictorum Biblicorum ab adverſa Antilogiarum labe vindicatur. Singulæ fere claſſes ſcriptores repræſentant literarum ordine collocatos: in calce vero accedit Index alphabeticus univerſalis Scriptorum Harmonicorum, qui in tota tractatione occurrunt, ut appareat, quo quiſque loco inveniri poſſit. Conſtat omnino, jam olim Viros doctos in recenſiona hujuſmodi ſcriptorum, nunc data opera, nunc obiter, & in ſpecialibus quibuſdam argumentis verſatos fuiſſe. Sed ea tamen Viro doctiſſimo gloria propria eſt, quod non ſolùm Indicem pleniſſimum & abſolutum in hoc doctrinæ genere dederit, ſed etiam varios ſuſtulerit eorum errores, qui in eodem negotio ante ipſum occupati fuerunt. Ita nominatim non uno in loco Cl. *Jac. Le Long* Bibliothecam Sacram edit. Pariſ. in *fol.* ſub eruditum examen vocat, & in ſubjectis notis varia ad rem ſuam facientia affert Rev. Autori conſilium eſt, *B. Michaelis Waltheri* Harmoniam Biblicam excutere, & amplo ſpicilegio locis illis lucem afferre, quæ à τῷ μακαρίτῃ vel prorſus neglecta ſunt, vel non ſatis evoluta. Quam in rem & aliorum, ſi qua extant inventis, & ſuis propriis utetur, ut monent *Acta Erudit. Lipſ.* A. 1725. p. 352.

ALASSI. Vid. ALLATIUS.

R. ALASCHKAR ut plerique vocant, vel minus commode ALSCHEKAR, prout dicitur *Sgambato* in Archiv. V. T. p. 45. nomine *Moſes* fil. *Iſaaci* vixit Sec. XVI. ineunte, & confutavit R. *Schem Tov* in illis, quæ contra *Aben Ezram*, *Maimonidem* & *Gerſonidem* ſcripſerat; prod. liber Ferrariæ, A. C. 1557. in 4.

Ejuſdem ſunt præterea

1. *Scheeloth & Teſchuòth*, Quæſita & Reſponſa Legalia, *Sabionetæ* 1554. & CPoli edita.

2. *Magnificentia Jacobi*, ex Amos VIII. 7. MS. teſte *Buxtorf* & *Juchaſia*, ubi tamen de argumento tacetur.

Bartolocc. monet ipſi à *Buxtorf.* in Bibl Rabb. *p.* 440. tribui *librum redemptionis*, quod tamen, judice Cl. *Wolfio* Tom. I. p. 803. per errorem dicitur: adſcribit enim *Moſi Gerundenſi.*

3. *Precationes aliquot* noſtri leguntur in libro quodam Hebraico, cujus titulus mihi ignotus, *Venetiis* edito in 4.

ALAVA. Vid. ALABA.

ALAUDE (*Euſtachius*) vernaculè *Leeuwerck* Ord. FF. Prædic. Flander, Ipris Ordinem amplexus & profeſſus, at Brugas poſtea tranſlatus Seculo XV. claruit, Sacræ Theologiæ Magiſter, Brugenſis cœnobii aliquandò Prior, & adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitor Generalis. Vir fuit gravis, magnæque apud ſuos & apud Magnates auctoritatis: ac pro Brugenſibus civibus ad Mariam Caroli Burgundi filiam & hæredem & ejus Sponſum Maximilianum Belgii Principes Orator non ſemel Legatus, offenſos iis dominorum animos conciliavit. Tandem multis pro aſſerenda fide exantlatis laboribus, ac quodam impio non ſacerdote, ſacerdotem tamen ſe præſtante ac agente, brachio ſeculari tradito, Brugis obiit A. 1485. Extat ab eo ſcripta & apud Sodales Brugenſes ſervata.

Relatio Canonica probationis ligni Sanctæ Crucis, quod Canonici Brugenſes ſervant in donario, hiſtoricè & theologicè narrata & expenſa.

Nempe à *Ferrico de Clugni* Epiſcopo Tornacenſi, poſtea Cardinali delegatus fuerat, ut hoc Crucis fragmentum igne probaret: quod accitis viris omnium ordinum graviſſimis executus eſt. Iſto fragmento per mediam horam inter prunas ardentes relicto, ut ferrum canduit, ſed integrum & illæſum evaſiſſe narrant. Hujus experimenti quædam *Petrus du Fay* ſuo inſeruit tractatui *de pretioſo ſanguine Chriſti Brugis aſſervato*, Brugis edito, 1633. in 4. * Hæc *Echard.* in *Scriptor. Ordin. Prædicat.* Tom. I. p. 869. ex *Ghilb. de la Haye.*

ALAUNOVICANUS (*Martinus*) Anglus, Franciſcanus, ſcripſit, teſte *Lelando* cap. 325. p. m. 329.

Commentarios in Longobardum. Catalogus quoque Script. Franciſc. *Chronicorum Alaunovicani* meminit; *quæ tamen ego*, inquit Lelandus, *niſi idem ſit liber*, *qui vulgò titulo* Chronicorum Martini *circumfertur*, *& de Pontificibus agit*, *non vidi.*

ALAX (*Thomas*) qui *de la Hija*, à *Marieta*, & ab aliis *de Laixa* cognominatur, Hiſpanus, Sac. Theol.

Digitized by Google

Magiſter, Dominicanus, Barcinone profeſſus hoc inſtitutum, ibi ſtudiorum Præfectum ac Regentem egit, publicumque Profeſſorem Academicum. Quo ex munere illum ſibi delegit aſcivitque conſcientiæ moderatorem vir inclitus *Garcias de Toledo*. Erat *Thomas* non ſcholaſticæ modò moraliſque peritiſſimus, ſed magni inſuper vir animi atque prudentiæ, rebuſque gerendis aptiſſimus, qui eruditione, ſcriptis, nominiſque famâ, ac integritate vitæ ſuam plurimùm illuſtravit Aragoniæ provinciam, Conventumque, cujus alumnus erat, Barcinonenſem. In vivis adhuc Neapoli ſuperfuiſſe A. 1577. *Marieta* & *Luſitanus* aſſerunt, ac inter ſcriptores A. 1580. ſuperſtites accenſet *Lopez*, quo anno floruiſſe etiam teſtatur *Nic. Antonius* Tom. II. p. 240. Scripſiſſe dicitur in *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 260.

Comment. in Epiſtolam ad Hebræos, & ex SS. Patribus, ac præſertim ex S. Hieronymo *Canones ad Sacra Scriptura ſenſus explicandos* collegiſſe; plura item ex SS. Patribus *ad ejus ſeculi convellendas hæreſes* in locos communes opportunè digeſſiſſe. Quæ tamen, inquit *Luſitanus*, A. 1577. adhuc erant informia; hæc autem an edita, vel ubi ſerventur nullus indicat. Hujus meminit quoque *Poſſevinus* in Appar. Sacr. *p. m.* 489. verb. *Thomas de Laixa*.

ALAXIO (*Petrus de*) Capucinus, Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator, vir religioſa virtute commendatus, bonarum literarum amans, in lectione, & ſcriptione Sacrorum librorum aſſiduus, pro ſuo ſingulari in Deiparam Virginem devotionis affectu ſcripſit opus inſcriptum

Sanctiſſ. Virgo Deipara MARIA in libro Geneſis Figuris aperta, & ſimilitudinibus adornata; quam variæ eruditiones produnt venuſtiorem. Tom. I. in fol. * *Bibl. Script. Capuc.* p. 269.

ALBA (*Joannes de*) Hiſpanus, Carthuſianus Monachus in Vallis Chriſti juxta Segobrigam regni Valentiæ monaſterio, literis Theologicis, & Orientalibus linguis præſertim, Hebraicâ, olim eruditus, ingentem profectûs ſui ſpem fecit *Benedicto Ariæ Montano*. Cùmque ſeculo valedixiſſet, non magis Carthuſianorum ſolitudini & ſilentio, quàm Bibliorum Sacrorum ſtudiis ita ſe totum addixit, ut domeſticis omnibus exemplo eſſet & admirationi. Poſthumum ii ediderunt ſodalis opus, hoc titulo, apud *Nic. Anton.* Tom. I. p. 477.

Sacrarum Semioſeon Animadverſionum, & Electorum ex utriuſque Teſtamenti lectione Commentarius & Centuria. Valentiæ apud Phil. Mey 1610. in 4. & iterum cum tit. *Selecta Annotationes in varia utriuſque Teſtamenti loca difficiliora*, ibid. 1613. in 4. *Venetiis* 1616. (*a*) & 1631. (*b*) quæ editio extat in Bibl. Bodl. Item *Moguntiæ* 1675. in 8. Titulus eſt apud *Lippen.* (*c*) *Floridus Manipulus Divinæ Scripturæ, in quo permulta difficiliora loca ex ampliſſima V. & N. T. ſerie deprompta, Catholice exponuntur.*

Qui quidem editores Vallis-Chriſti ſodales, plurimâ cum authoris laude hæc adjungunt. „ Sunt apud nos „ tanti viri ingenii, laboris & induſtriæ monumenta „ propemodum innumera, locorumque Scripturæ ex „ utroque Teſtamento Centuriæ aliquot in Schedis „ inter lituras, quas fortaſſe, ſi hæc prima placuerint, typis mandabimus. Hebraiſmorum in univer„ ſam Scripturam ingentia volumina, quæ tanquam „ inſignem theſaurum apud nos adſervamus. „ Hæc illi.

Vixit inter Carthuſianos 27. annis, obiitque 27. Dec. 1591.

(*a*) *Le Long.* p. 600. (*b*) *Morot.* Theatr. Carthuſ. n. 198. p. 138. (*c*) *Lippen.* Tom. II. p. 735.

ALBA (*Petrus de*) Vid. ALABA & ALVA.

ALBALATE (*Andreas de*) Catalanus ſive Aragonus Ord. FF. Prædic. *Petri de Albalate* Tarraconenſis Archiepiſcopi germanus frater, (hos regia de ſtirpe Aragonum oriundos ex ipſis Eccleſiæ Valentinæ monimentis & archivis Auctor eſt *Gaſp. Eſcolano* Regius hiſtoriographus *Dec. I. lib. 3. cap. 9. hiſt. Regni Valentini*) ut ut ſit, urbe Valentia à Rege *Jaymio I.* expugnatore ſeu *Conqueſtadore* vulgò dicto expugnata, & Mauris erepta 28. Septemb. A. 1228. ejuſdemque Regis autoritate literis XI. April. A. 1229. Valentiæ datis, erecto eâ in urbe Ordinis FF. Prædic. conventu, mox in ipſis ejus primordiis *Andreas* eum ingreſſus eſt, ac inſtitutum ejus amplexatus, magniſque claruit animi dotibus atque virtutibus. Hinc cùm vacua per *Arnaldi de Peralta* ſecundi Præſulis Valentini ad Cæſarauguſtanam Eccleſiam aſſumti tranſlationem facta eſt Eccleſia Valentina A. 1248. congregatiſque 3. Kal. Nov. ad electionem Canonicis, in tres compromiſſarios unanimiter convenerunt, *Petrum* videlicet *de Albalate* Tarraconenſem Archiepiſcopum laudatum, *Martinum* Valentinæ Archidiaconum Eccleſiæ, & *Dominicum* ejuſdem *Cabiſcol*, ſeu ſcholarum Rectorem, qui ex propoſitis ſibi novem quem libuiſſet eligerent, inter quos primus erat è novem à Capitulo deſignatis *Andreas* noſter, quem & illi Valentinum elegerunt unanimes Antiſtitem, quæ fusè refert *Diagus* Hiſt. Provinc. Aragon. *fol.* 158. *& ſeqq.* Ille autem inauguratus Epiſcopus mox à Rege, apud quem jam olim magna valebat gratia, (ei à confeſſionibus fuiſſe *Bentero* vade refert *Gaſpar Eſcolano*) Regni conſtitutus eſt Cancellarius: qui tamen gregis ſui curam nec abjecit, nec alteri commendavit, ſed optimi vigilantiſſimique paſtoris partes implevit. Pro Eccleſiæ ſuæ redditibus dotationeque cum Rege circa decimarum partem adeo viriliter egit, ut in compenſationem Eccleſiæ Rex A. 1271. plura contulerit caſtra, loca & oppida cum eorum juriſdictione tam in Aragonia quàm ad mare conſtituta. Sicque lis antea excitata æqua conventione penitus extincta, Valentinæque fuit Eccleſiæ dotationi abunde proviſum *Andreæ* curis & operâ. Sed & A. 1259. jam inſtituerat duodecim in dictâ Eccleſiâ præbendas, quas vulgò *Pavordias* vernaculè vocant. Regis nomine ſummum adiit Pontificem *Urbanum IV.* quem Perusii invenit die 23. Maii A. 1265. à quo & crucem in Aragonia prædicari contra rebelles & Mauros obtinuit, quod Archiepiſcopo Tarraconenſi *Petro de Albalate* ejus fratri demandatum à Pontifice 13. Aug. ejuſd. anni. Nec minor fuit *Andreæ* erga Conventum Prædicatorum Valentinum affectus, quem extra mænia civitatis poſitum ab initio, muro propriis ſumtibus, qua parte fluvio vicinior erat, conſtructo fortiſſimo intra civitatis limites adjecit & collocavit. Cartuſianorum ordinem ad hæc uſque tempora in Aragoniæ Valentiæque regnis ignorum, primus in ſuam diœceſin induxit A. 1272. magniſque ſumptibus domum illis erexit atque dotavit, cui *Porta Cæli* nomen inditum eſt, cujus erectionis & dotationis inſtrumentum eodem anno datum extat in Codice Conſtitutionum Eccleſiæ Valentinæ MS. qui & typis prodiit *Valentiæ*, 1546. Anno verò 1274. cùm à *Gregorio X.* Lugduni convocatum eſſet generale Concilium, invitatus ad illud etiam ab eo fuit Aragoniæ Rex *Jaymius*, qui eò iturus, Valentia diſceſſit circa quadrageſimæ medium. Regem ſuum *Andreas* noſter ejus Cancellarius comitatus eſt, Lugdunenſique interfuit Synodo, & inter Patres ſedit, cui etiam Procuratoris onus ſui Princeps *Petrus* Infans Tarraconæ agens ſuo nomine comparendi petendive & reſpondendi commiſerat. Synodo eodem anno finita & ſoluta *Gregorium X.* Italiam repetentem ſecutus eſt, ejuſque Pontificatûs reliquum ac ejus ſucceſſorum *Innocentii V.* & *Adriani V.* in aula Romana moratus eſt, viditque initia *Joannis XXI.* quo ſedente, Viterbii morbo correptus, teſtamentum condidit coram Notario Apoſtolico 22. Martii 1276. veteri ſtylo, novo 1277. & poſt biduum ibidem mortalitati valedixit. Corpus ejus Valentiam poſtea tranſlatum eſt, & in ſua ſede ad latus majoris altaris conditum jacet. De quo legendi *Diagus* & *Eſcolanus* citati. Ejus

opera

opera præcipua ſunt
Conſtitutiones Synodales ab eo latæ & editæ in Synodo ſuæ diœceſeos anno 1255. 1256. 1262. *ad D. Lucæ ferias, rurſus* 1263. 1267. 1169. *demum & anno* 1273. *habitæ:* quas admodum utiles & paſtoralis ſui zeli teſtes in Eccleſiæ Valentinæ codice MS. vidiſſe ſe teſtatur *Eſcolanus*, ſuamque per analyſim & ſummariè in hiſtoriam intulit. * *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 360.

ALBAMONS (*Franciſcus*) Siculus, Panormitanus Sacerdos, claro genere exortus 2. Junii 1669. patrem habuit *Vincentium Albamontem* Juris utriuſque Doctorem, à variis obitis muneribus clarum. *Franciſcus* literarum ſtudiis dicatus, Philoſophiam, Theologiam, ac Juriſprudentiam didicit, ac Doctoris laureâ donatus eſt A. 1693. Ad oratoriam artem mirè propenſus, nondum Sacerdotio initiatus, concionibus operam dedit; ac omne vitæ ſuæ curriculum confecit in apoſtolicis miſſionibus, quas tum Panormi, tum alibi habuit, magno cum animarum fructu. Cultiori etiam genere, multa è ſuggeſtu cum laude dixit; ac in cinerali jejunio pluries declamavit, non ſine confluentium fructu. Auctor fuit A. 1693. ut magnâ pompâ SS. Euchariſtiæ Sacramentum ægrotis deduceretur Panormi: quod Ill. *Aſdrubalis de Thermis* Panormitani, tunc S. Joannis de Tartaris Parochi, tum Epiſcopi Syracuſani ope, ac documentis effecit: quod religionis genus ad alias Panormi Parochias tunc amplificatum, per Siciliæ Regnum propagatum eſt. At paulatim tepeſcente cultûs ardore, ac penè extincto, iterum 30. Maii 1713. ejus operâ incaluit: inſtaurationis enim exordium in Parochia S. Antonii poſuit, non ſine protectione ac favore Ill. *Petri Galletti* Parochi, Siculi Tribunalis S. Officii Quæſituris. Ad ejus verò exemplum idem edidere aliæ Panormi Parochiæ, ac nonnullæ Siciliæ Urbes, & Oppida, quòuſque editum a ſe libellum, hujus inſtitutionis normam complectentem, tranſmittere ſtuduit. Multa non immeritò aſſequutus eſt, præſertim, Apoſtolicum Syndicum Terræ Sanctæ egit ab A. 1702. ad A. 1709. Abbas S. Vincentii Vallitollæ electus eſt. Protonotarii Apoſtolici, & Beneficialis Regiæ Eccleſiæ S. Mariæ de Altofonte, munere inſignitus; & Archipresbyter novi oppidi Burgetti A. 1701. renunciatus fuit; poſtea verò Archipresbyter Parthenici conſtitutus eſt. Hoc in oppido ſedulus animarum cultor A. 1700. Sodalitium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis fundavit, cui leges præſcripſit, ab Epiſcopo Mazarienſi confirmatas. Sodalitium etiam Panormi, Jeſu Mariæq; ſacrum, à Logia dictum, in Eccleſia Parochiali S. Antonii excitavit 8. Sept. 1713. Vivebat Panormi animarum lucris dicatus, & ad earumdem bonum indefeſſo labore deſudans A. 1714. cùm *Bibl. Siculam* ſcriberet *Mongiter*, qui hæc de illo præbet *Tom. II.* in Append. *p.* 14.

S c r i p t a :

1. *Vita Angelica, o vero Riſtretto delle Regole della Ven. Primaria Congregazione ſecreta di Gesù, e Maria della Loggia.* Panormi, apud Joan. Bapt. Aiccardum 1713. in 12.

2. *Divotiſſime Iſtruzioni per la nuova opera dell' Aſſociazione del SS. Viatico, eretta nella Parochiale Chieſa di S. Antonio della Felice, e Fedeliſſima Città di Palermo.* Ibid. apud eund. 1713. in 12. ſuppreſſo nomine.

Habebat ſub prælo

3. *Modo di recitarſi per le Parochie ogni terza Domenica di meſe la Coronella del SS. Sacramento, che contiene varie offerte, e preghiere in proſa, e in verſo per lo mantenimento del fervore al SS. Viatico.* in 12.

Scripſit etiam hæc alia edenda, nimirùm

4. *Arſanale di S. Chieſa. Prediche Panegiriche Miſcellanee.* in 4.

5. *Rappreſentazioni Apocaliſtiche contemplate dall' Aquila perſpicace di Patmos. Sermoni VI. in onore di S. Vincenzo Ferrerio*, in 8.

6. *La Galleria di Dio. Panegirici XII.* in 12.

7. *Orto Serrato di Salomone. Panegirici XV. in lode di molti Santi.* in 8.

8. *Le dodici Margarite della Miſtica Geroſolima. Sermoni per la SS. Eucharistia*, in 8.

9. *L' Agricoltore in debito, cioe lo ſtretto conto, che han da dare a Dio li Predicatori, che non predicano Criſto Crociſiſſo.* in 12.

10. *Alfabeto Mariano. Panegirici XX. in onore di Maria Vergine.* in 8.

11. *Quareſimale I. II. e III.* in 4.

12. *La Scala di Giacobbe con tredici gradini, cioè Sermoni XIII. per S. Antonio di Padova.* in 4.

13. *La Sacra Prateria, cioe VI. Lezioni Morali per li Venerdì di Quareſima, ſopra li Miſteri della Paſſione di Giesù Christo N. S.* in 8.

14. *Anno Evangelico, cioè Lezioni Morali ſopra gli Evangeli delle Domeniche di tutto l'anno.* in 4.

15. *Il Teatro delle Virtù, per le glorie de' Santi, che ſon di precetto in tutto l'anno.* in 4.

16. *Cattedra della Fede, cioe Prediche dell' Avvento, con li Panegirici di S. Stefano, S. Gio, ed Innocenti.* in 4.

17. *La Muſica in cantu flebile: Orazioni Sacre per li primi Lunedì di ciaſcun meſe in ſuffragio dell' Anime del Purgatorio.* in 4.

18. *Riforma del Mondo: Eſercizi di S. Ignazio, ſecondo la vera Idea di detto Santo. Parte I. e II.*

19. *L' Anacoreta Rapito, e racquiſtato dal furto. Tragedia di S. Nicolò Albergese in verſo.*

20. *Il Santo Antonio di Padova, opera ſagra in verſo.*

21. *L Eco delle Muſe riſonante negli antri di Parnaſo: Poeſie Sacre, e Morali.*

Quæ omnia an lucem viderint mihi hactenus incompertum.

ALBAMONTE (*Cæſar*) Panormitanus, Poëta non contemnendus, qui vivebat anno 1625. ut ex *Paruta* in Triumpho D. Roſaliæ *pag.* 15. deducitur. De eo *Vinc. Coronelli* in biblioth. *Tom. II. n* 2844. *pag.* 513. Edidit Italice teſte *Mongitore* Tom. I. p. 118.

San Franceſco di Paola, Poema. Panormi typis Jo. Antonii de Franciſcis, 1611. in 8.

ALBANIUS. Vid. GILDAS.

ALBANUS (*Edmundus*) Anglus, clarus Sec. XIV. Vir ad optimas artes & natus & compoſitus, non modò naturæ cauſas curioſâ diligentiâ, verùm etiam divinitatis inter ſuperos feliciter verſatus, peragebat. Utque operis tam rectè collati pars melior orbi luculente innoteſceret, *Boetii* ſui, cultoris cœleſtium rerum, libellum *de Trinitate* elegantem, conſpicuum, ſublimem illum ejuſmodi commentariorum genere illuſtravit, ut, ſi non eloquentiâ, interim tamen rei majeſtate parem ſe *Manlio* oſtenderit. Hæc *Lelandus* cap. 312. *p. m.* 316. Quibus addam, Noſtrum *Balee* Cent. V. p. 423. vocari *Albon*, quem Monachum fuiſſe putat, & Cantabrigienſis Academiæ Doctorem Theologicum, ac, juxta quorundam opinionem, elucidationes item quaſdam ſcripſiſſe in eundem *Boetium* de Conſolatione Philoſophiæ. Claruit Ann. 1340.

ALBANUS (*Franciſcus*) D. Vangio, An. 1635. caſtris Pontificiorum deſertis, ad Lutheranus ſe contulit, & errores, quibus hactenus diſtrictus fuerat, ſequentibus libris animosè detexit; quadriennio poſt defunctus (*a*).

S c r i p t a German.

Anatomia Papatûs. Witteb. 1636. in 4. Hildesheim. 1637. (*b*)

Revocation Predigt. Witteb. 1636. in 4. (*c*)

Apinus Monachalis. (*d*)

(*a*) *Micrælii Synt.* Hiſt. Eccl *p.* 731.
(*b*) *Lipen.* Tom II. p. 397.
(*c*) *Ibid.* p. 671.
(*d*) *Micræl. l. c.*

ALBANUS (*Joh. Hieron.*) S. R. E. Card. Origine Italus, *Franciſco Albano* Equeſtris dignitatis viro genitus, natus eſt Bergomi A. 1504. Juventutem prope omnem in legali ſapientiâ non ſine maximo profectu tranſegit: animo poſtea ad arma converſo, in multis bellis, perhonorificis functionibus obitis, Reipublicæ Venetæ Generalis Collateralis adverſus Turcas electus fuit. Uxore, ex quâ plures ſuſtulit filios, orbatus, cùm Juris Cæſarei peritiâ, ingenii monumentis, morum probitate, & genere illuſtris viveret, ac *Michaeli Ghiſilerio* Card. Alexandrino Bergomi contra quoſdam hæreticos quæſtionem habenti fidelem ſæpenumerò operam præſtitiſſet, *Michael* defuncto Pio IV. ſub nomine Pii V. ſupremum Sacerdotium adeptus, *Albanum* protinus ad ſe venire juſſum, Protonotarium primò Apoſtolicum, deinde Piceni Gubernatorem, ac A. 1570. Presb. Cardinalem tit. S. Joannis ante Portam Latinam creavit. *Hieronymus* poſtquam purpuram annis 20. præclaris operibus, ac ſummæ eruditionis monumentis colluſtrâſſet, ſæpius etiam Patrum ſuffragiis in Comitiis ad Apoſtolatûs apicem expeditus, ſed ob filiorum numeroſitatem non admiſſus fuiſſet, Romæ è vitâ migravit VII. Kal. Maii A. 1591. ætat. 87. ſepultus in Eccleſiâ S. Mariæ de Populo, cum ſequenti Elogio:

D. O. M.

JOANNI HIERONYMO ALBANO BERGOMATI

Cardinali, Juriſconſulto, generis nobilitate, morum elegantia,

Vita ſplendore, monumentis ingenii, doctrinaq; clariſſimo,

Veneta Reipublica Collaterali Generali,

matrimonio ac cœnobio,

aſperis ac ſecundis rebus aquè probato:

Catholica Religionis egregie dictis factiſq;

Adſertori ac Vindici:

Ac ob eas res à Pio V. *Summo Pontifice*

difficillimis temporibus in Collegium Cardin. aſcito,

in ſententiis dicendis, facundiâ, gravitate,

& ſapientiâ ſingulari:

Extremâ jam ætate

pios inter amplexus charorum & oſcula

ſenſim extincto:

Jo. Dominicus *Caſ. Comes Parenti optimè merito P. C.*

Vixit annos LXXXVII.

Obiit VII. Kal. Majas, Anno Salutis MDXCI.

Vir fuit excelſi animi, profundi judicii, reconditæ ſapientiæ, eruditionis maximæ, & eloquentiæ ſingularis, in voto dando immutabilis, maximèq; liber, ac in ſalibus edendis facetus, &c. Vid. *Eggi* Purp. doctæ *Lib. V. p.* 64.

S c r i p t a:

1. *De Donatione Conſtantini Eccleſia facta, Tract. I.* Colon. 1535. (*a*)
2. *De Eccleſiarum, & ad eas confugientium Immunitate Lib. I.* Romæ 1553. (*b*)
3. *Diſſ. ac Conſilia.* Romæ 1553. (*c*) Lugd. 1563. (*d*)
4. *De Summi Pontificis & Concilii Poteſtate.* Lugd. 1558. (*e*) Vener. 1561. (*f*)
5. *De Cardinalatu Lib. I.*
6. *Commentaria ad Bartholum de Saxoferrato.* Venet. 1561. fol. 2. Tom. (g)

Horum operum pleraque extant in Collectione Tractat. *Venet.* 1584.

(*a*) *Lippen.* Tom. II. p. 394. (*b*) *Ibid.* Tom. I. p. 573. (*c*) *Lippen.* Bibl. Jurid. p. 106. (*d*) *Fontana* Bibl. Legal pag. 538. (*e*) *Lippen* Tom. II. p. 394. (*f*) *Miraus* in Script. Sec. XVI. cap. 65. (*g*) *Fontana* Bibl. Leg. P. I. p. 11.

ALBANUS. Vid. ROGERIUS.

ALBANUS (*Sebaſt.*) Italus, Savonenſis, Jurium Doctor, qui initio Sec. XVI vivebat, ſcripſit *Orationem de Cardinalitia dignitate Innocentii à Bubalis, Epiſc. Camerinenſis*; Pariſiis edit. A. 1605. quam apud ſe habere teſtatus eſt *Oldoinus* Athen. Liguſt. *p.* 494.

ALBA RUPE (*Eman. Theod. de*) Gallicè d'AUBEROCHE olim Theologiæ Profeſſor & Concionator Pariſienſis, Eccleſiæ Romanæ addictus, ad Reformatos tranſiit, & Gallicè evulgavit, quem teneo,

Diſcurſum, in quo viis patefacit, quibus miſericordia divina Pontificium adduxit ad cognitionem veritatum quas docent Eccleſiæ Reformatæ, &c. ſive *Diſcours ſur les voyes dont la miſéricorde divine s'eſt ſervie pour conduire un Papiſte à la connoiſſance des veritez des Egliſes Reformées, & ſur les ſentimens qu'elle lui a inſpiré d'un engagement inviolable avec ces mêmes Egliſes, par Eman. Theodoſe d'Auberoche* &c. Hagæ-Comitum, apud Franc. Honoratum, 1700. in 8. Laudatur liber iſte in *Novell. Reip. Litter.* menſ. Oct. A. 1700. p. 462.

R. ALBAS (*Moſes*) bar *Maimon*, ſcripſit Hebraicè

Palatium ſeu Templum Sanctum, ex Jon. II. 5. Comment. in lib. Precum Cabbaliſt. ex Zohar compilatus, cui immiſtæ ſunt animadverſiones variæ alterius Rabbini nomine *Aaron*. Amſtelod. edit. 1653. in 4. Liber iſte laudatur ſub nomine *Moſis f. Maimon* inter excuſos Warnerianos in Catal. Leid. in 4. p. 273, n. 98. teſte Cl. *Wolf.* n. 1595. p. 869.

ALBASPINÆUS (*Gabriel*) vernaculè *de l'Aubeſpine*, Gallus, nobili & antiqua familia ortus, *Guilielmi* Marchionis à Caſtello novo, variis dignitatibus conſpicui, filius, Epiſcopus Aurelianenſis, Regiorumque ordinum Commendator, Pariſiis natus eſt Ann. 1547. d. 1. Aug. Ultimæ Concilii Tridentini Congregationi interfuit, indeque Parrhiſios reverſus, in Auguſto ejus urbis Senatu Conſiliarius, tum Libellorum Supplicum Magiſter, tum denique Regi à ſanctioribus Conſiliis adhibitus eſt. Aliis multis perfunctus muneribus, A. 1604. *Joanni Albaſpinæo* ejus conſanguineo Epiſcopo Aurelianenſi ſucceſſit. A. 1606. Synodum coegit, & Congregationi Epiſcoporum Senonenſis Provinciæ (*de Sens*) Pariſiis habitæ an. 1612. interfuit. A. 1619. Regiorum ordinum Commendator renunciatus eſt. Anno 1630. Ludovicum XIII. Lugdunum ſecutus, cùm inde rediret, obiit Gratianopoli 15. Auguſti ejuſdem anni 1630. Vir fuit ſacrarum antiquitatum peritiſſimus, veteris Eccleſiæ diſciplinæ accuratus indagator, primuſque ex recentioribus qui de ea, ut par eſt, ſenſerit. Eleganti & concinno ſtylo conſcripſit tum Latinè tum Gallicè, quanquam in eo autore id reprehenditur, quod conjecturis nimium fidebat, ſuppoſititiiſque plerumque operibus pro certis utebatur.

Præmiſſa eſt editioni Optatianæ *Lud. Elia Du Pin*, Narratio felicis obitûs *Albaſpinæi*, ex quâ pauca hic excerpemus quæ habet *Joan. Fabricius* in Hiſt. Bibl. *Tom. I. p.* 76. Multis nimirum ille virtutibus, doctrinâ, ingenio, conſilio, alacritate mentis, navitate, canonum veterum decretorumque ſcientiâ, & præclaris ingenii dotibus, præcipuè vero humanitate, miſericordiâ & liberalitate erga pauperes inſignis, ac ferè incomparabilis fuit. Famulorum ægrotantium curam ipſe habuit, eoſque crebrò inviſit. Nihil ei prius, nihil antiquius fuit, quàm copias pauperibus ſuas, eaſque ingentes, elargiri, illos ipſos *uberiores ac pinguiores ſuos fructus* vocitans. Sæpè etiam piis hominibus dixit, ſi gravior annona incumberet, non ea tantùm, quæ in numerato haberet, cum egenis communicaturum, ſed omnem inſuper ſuppellectilem ſuam, & abacum, & currum, & ſacrarii ſui aurum atque argentum omne oppigneraturum. Immo poſt mortem ſuam nihil de familiæ claritate, nihil de dignitatibus, nihil de virtutibus ſuis prædicari voluit, præter unicam in pauperes miſericordiam; eamque ſibi fore dulcem næniam, funebrem pompam, ac monumentum ære perennius putavit. Mortem ejus ſenſit viditque in ſomnio mendiculus quidam, in viâ, quâ Aurelia Magdunum itur, cum miſerâ & afflictâ matre degens; mediâ enim nocte magno ejulatu matrem excita-

excitavit, ac, *fame poſthac peribimus*, inquit, *ô mater: obiit ſacer Amiſtei, jamjam vale mihi dixit, atque ut ſua cauſſa Deum oraret, multis precibus obnixè contendit.* Nam Aurelia Magdunum ad caſtellum ſuum nunquam ibat benigniſſimus Præſul, quin mendicanti ad currum pauperculo iſti nummum impertiret argenteum, unde arctiſſima in rerum omnium egeſtate ſuſtentaretur oppreſſa familia. Multis quidem apud omnes laudibus cumulatur *Albaſpinæus*. Ab *Uſſerio* in Epp. Ignatii *c.* 6. *p.* 195. dicitur, vir antiquorum Eccleſiæ rituum ſcientiſſimus; & a *Ger. Tirio* de phraſib. vet. Eccl. DD. *p.* 158. Epiſcopus doctiſſimus.

SCRIPTA:

1. *Obſervationum de antiquis Eccleſiæ ritibus* Libri II. *Pariſ.* 1623. & curâ *Gebh. Theod. Meieri*, Helmſtad. 1672. in 4. & antea 1657. & 1662. *Rothom.* 1674. De his ſatis fusè *Dupinius* Tom. XVII. p. 134. & ſeqq. in 4.

2. *Annotationes in Concilia quædam, & aliquos Tertulliani Libros.* Pariſ. 1635.

3. *Antiqua Eccleſiæ diſciplina de adminiſtratione Euchariſtiæ & Miſſæ circumſtantiis*: Gallicè, *l'Ancienne Police de l'Egliſe ſur l'adminiſtration de l'Euchariſtie & ſur les circonſtances de la Meſſe.*

4. *Annotationes in Optatum Milevitanum.*

5. *Notæ in aliquot Canones Concilii Eliberini.* Ultraj. 1643. in 12.

6. *Obſervationes in Hiſtoriam Donatiſtarum.*

7. *Notæ in quoſdam Canones Conciliorum Hiſpaniæ, Aſiæ, Galliæ & Africæ.*

Quæ omnia, præter librum *de adminiſtratione Euchariſtiæ*, extant in editione quam ipſe molitus eſt Operum *Optati* Milevitani, quæ poſthuma prodiit *Pariſiis* apud Claud. Sonnium, 1631. fol. Vid. ſub tit. OPTATUS. * Conf. *Lipen.* Bibl. Theol. & Jurid.

ALBEINGA (*Thomas de*) vel ALBARENGA (proprium gentis cognomen eſt,) Luſitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci, ſcripſit, teſte *Waddingo* apud *Nic. Anton.* Tom. II. p. 241.

1. *Sermones Quadrageſimales.* Oliſſypone 1618.

2. *Conſiderationes ſuper Dominicas poſt Pentecoſtem.* 1620.

R. ALBELDA (*Moſes*) fil. *Jacobi*, Princeps Academiæ Theſſalonic. (perperàm enim eum Sicilianum vocat *Plantavit.*) floruit Sec. XVI. inclinante.

SCRIPTA:

1. Deraſc Moſcè *Explicatio myſtica Moſis*. Sunt Conciones in Pentateuchum, quas ſequuntur aliæ varii argumenti, v. g. de ſponſalibus, funeribus, excommunicatione, circumciſione & reſipiſcentia. *Venetiis* A. C. 1603. fol. apud Joan. de Gara, operâ R. *Judæ* & *Abraham* filiorum *Moſis*, in honorem patris, ut legitur in fine. Hinc, ut *Bartoloccio* videtur, circa initium Sec. XVII. inter vivos eſſe deſiit *Albelda*. Corrigendum itaque vult Cl. *Buxtorfium*, ubi librum hunc *Moſis Albelda* Venetiis excuſum fuiſſe dicit A. 286. C. 1526. ultra 74. annos ante mortem Auctoris. In *Catal. Trigland. libb. Orient.* p. 3. memorari Cracovienſem 1595. fol. teſtis eſt Cl. *Wolfius*.

2. Olàth Thamid *Holocauſtum juge*, ex Exod. XXIX. 42. Eſt docta & erudita explanatio literalis & myſtica ſuper Pentateuchum *Moſis*, ex antiquis auctoribus expiſcata, ſtylo concionatorio compoſita. In principio reperitur Præfatio in univerſam explanationem, & ſubinde alia in primam ſectionem Geneſis. Prodiit *Venetiis* 1601. operâ filii *Judæ* qui Præfatiunculam appoſuit in principio libri, reviſi & à mendis expurgati per R. *Moſen Alpalas*. Buxtorf. (inquit *Wolf.*) affert *Venetam* 1526. quod de priore libro dicit *Bartolocc.*

3. Reſcith dàath *Initium ſcientiæ*, ex Prov. I. 7. Conciones de capitibus fidei, cùm ex Philoſophiâ, tum ex ſcriptis dictiſq; allegoricis Rabbinorum in certos tractatus, ſectiones & capita diſtinctæ. *Venet.* in 4. A. 1583. juxta *Plantavitium*, qui etiam monet, homilias illas maximè circa Legem *Moſis*, expectationem Meſſiæ, & Hebræorum pœnitentiam verſari.

4. Sciaarè dimaà, *Porta lacrymarum*. Liber moralis de vanitate & miſeria hujus mundi, quo, teſte *Juchaſiu*, explicatur liber *Threnorum Jeremiæ*, IV. partibus conſtans. *Venet.* 1586. in 4. & 1601. fol. apud Dan. Zanettum, correctore R. *Alpalàs*, curâ R. *Judæ Albelda*, ſecundùm voluntatem patris; ac iterùm A. 1604. in 4. apud Joan. Bragadinum per Joan. de Gara. *Venetam* aliam 1591. in 4. memorat *Lipen.* Tom. II. p. 296.

Cæterùm hunc noſtrum *Moſen* eum eſſe putat *Wolfius*, qui cum aliis tribus Interpp. in Pentateuchum, uno volumine comprehenſis, extat *CPoli* edit. in fol. Iſti ſunt R. *Samuel Almoſnino*, R. *Jacob Kaniſel*, R. *Aaron Abu Aldari*, & pars commentarii *Nachmanidæ*. * Vid. *Bartolocc.* Tom. IV. p. 59. *Wolf.* n. 1518. p. 804.

De ALBENACO: Vid. PASTOR.

ALBERGATUS (*Antonius*) Italus, Bononienſis, *Fabii* viri celebratiſſimi filius, Doctor Collegiatus & Referend. Apoſtol. utriuſque Signaturæ, Mediolanenſis Archidiaconus, Vegienſis Epiſcopus, ad Coloniam Nuntius, Spoliorum in Portugallia Collector, atque Card. *Ludov. Ludoviſii* Bononienſis Archiep. Suffraganeus, claruit circa A. 1628. quo edidit, teſte *Orlando* p. 58. Libb. III. *della Guida Spirituale*, Bonon. apud Benaccium, in 8.

ALBERGATUS (*Antonius*) alius, ut arbitror, qui ſcripſit

Inſtructionem & Decreta pro Paſtoribus Civitatis & Diœceſis Leodienſis. Leodii 1614. in 4. * *Lipen.* Tom. II. p. 174.

ALBERGATUS (*Fridericus*) Patricius Bononienſis Sec. XVII. edidit

Orationem Bononiæ habitam 9. Kal. Aug. 1624. in funebri commemoratione S. P. Gregorii XV. Bonon. 1624. in 4. * *Lud. Jacob* Bibl. Pontif. p. 304. *Orland.* p. 111.

ALBERGATUS (*Julius*) librum ſcripſit, cui tit. *Quo pacto Papa ſe gerere debeat in rotius Imperii Eccleſiaſticis negociis curandis.* Francof. 1610. in 4. * *Lipen.* Tom. II. p. 394.

ALBERGATUS (*Lucius*) Nobilis Bononienſis, variarum linguarum peritus, mirâ eruditione & Chriſtianâ pietate conſpicuus, claruit A. C. 976.

SCRIPTA:

1. *De Virginitate* Libb. III.

2. *De Angelorum lapſu* Lib. I.

3. *De eorundem Hierarchia* Libb. V.

4. *Quæſtiones ſuper librum Sapientiæ Salomonis*, Libb. VI.

5. *Super Pentateuchum* eximia Commentaria, in quibus miranda Dei opera patefacit.

6. *De Cathedra, & Religione* Libb. IV.

7. *De ultimis temporibus, & mundi afflictionibus* Libb. III.

Hæc Italicè ſcripta, verùm edita, an inedita non indicat *Orlandus* p. 199.

ALBERGATUS (*Nicolaus*) S. R. E. Cardinalis, Bononiæ nobili genere natus A. 1375. patrem habuit *Petrum Nic. Albergatum*, virum civili juxta ac militari gloriâ præſtantem, matrem *Philippam Chiopettam*; quorum curâ humanioribus primùm literis imbutus, Juriſprudentiæ deinceps operam dedit, verùm confecto ejuſmodi ſtudiorum curſu, cùm Doctoratûs laureâ, Magiſtrorum ſuffragio, donandus videretur, Religioſæ vitæ aſpirans, Carthuſiani Ordinis habitum ſuſcepit A. 1395. ætat. 20. Aliquot abhinc annis, Cœnobiis primùm Florentino & Bononienſi; deinde etiam Romano, & Mantuano (cujus fundamenta jecerat)

cerat) Præpoſitus fuit, ac Procurator Generalis totius Ordinis in Romanâ Curiâ conſtitutus. Demum poſtea Bononienſis Antiſtes magnâ Cleri ac populi conſenſione A. 1415. electus eſt. Electioni factæ diu reluctans, tandem omni ex parte impugnantes Epiſcopatum accepit, atque à Ravennatenſi Archiepiſcopo, cui tunc Bononienſis Eccleſia ſuberat, conſecrari ſe paſſus eſt in æde ſacrâ Bononienſis Carthuſiæ. Eccleſiæ ſuæ poſſeſſione initâ, Synodum illicò convocavit, ad Eccleſiaſticorum mores, qui multùm depravati erant, corrigendos; ſeminarium erexit; puellas ac mulieres, quæ meretricium faciebant, in anguſtam civitatis partem coercuit, ac ubi reſipiſcere vellent, collato ære, honeſtis matrimoniis junxit.

S. P. Martinus V. per ea tempora ad *Petri* ſedem evectus, maximis eum beneficiis & amore proſequutus eſt, cum Orator a Bononienſibus ad eum Pontificem, congratulationis ergo, deſtinatus, illum Mantuæ negotiis Eccleſiæ intentum invenit. Bononiam verò reverſus, emendando Clero diligentem operam navavit; Eccleſiaſticis ac Monaſteriis reformandis inſudavit, ludos aleatorios edicto proſcripſit; quod ut facilius aſſequeretur, operâ D. *Bernardini Senenſis*, qui illuc ſub eos dies advenerat, uſus eſt. Bononiam ſacris ædificiis ornavit, ac beneficiis cumulavit. Monaſticam autem vitam cum Epiſcopali conjunxit, & regulam ſui Ordinis ad extremum uſque vitæ halitum inviolatè ſervavit. In omnes, præſertim egenos & pauperes munificus & mirè liberalis extitit; in conſanguineos & affines parcus. Virtuoſis ac eruditis hominibus mirè favit, & quos ex illis idoneos eſſe judicavit, ad honores Eccleſiaſticos & Sacerdotia provexit. Aditum ad ſe omnibus patere volebat; cives præſertim ejus illum inſolito iis temporibus cultu venerabantur, ſiquidem & genua prætereunti ponebant, & capita aperta profundè inclinabant, & in ſupplicationibus publicis multi nudis pedibus, honoris & reverentiæ causâ eum proſequebantur.

Cùm Mantuâ Ferrariam acceſſiſſet Pontifex Martinus, *Nicolaum* ad ſe vocavit, per eum Bononiam, nuper ab Eccleſiæ dominio ſubtractam, repetere ſatagens, ſed incaſſum; nam Bononienſes à dominio Pontificis abhorrentes, præter tributum ſeptem millium aureorum nummorum, & certum equitum numerum, nihil aliud cum eo iiure voluerunt. Itaque *Nicolaus*, juſſu Pontificis, interdictum in Bononienſes pronuntiare coactus, ſummum eorum odium, vitæque periculum incurrit, à quibus ad necem conquiſitus, Florentiam fugit, ibique Carthuſienſe Cœnobium per aliquot menſes incoluit. Pontifex interea, eâ in urbe tum degens, rerum edoctus, ſtatim Bononienſibus apertè bellum indixit, qui armis compulſi Pontifici ſe dedunt, ac *Nicolao* ad Eccleſiam ſuam reverſo obſequuntur.

Exortâ paulò poſt graviſſimâ diſſenſione inter Galliæ & Angliæ Reges, Martinus *Nicolaum* ad eos pacificandos Nuncium in Gallias miſit, literas ad eum, ut res citius conficeretur, ſcribens, quibus acceptis, *Nicolaus* ſubitò in Galliam properat, verùm dum negotio pacis intendit, mors utrumque Regem ſuſtulit. Hinc re infectâ Romam regredi compellitur, quâ ex urbe, cùm exactam legationis ſuæ rationem reddidiſſet, diſceſſit Bononiam versùs ad paſcendum gregem ſibi commiſſum.

Tranſacto inde biennio Martinus illum Romam iterum accivit, & Cardinalem, licet reluctantem, creavit, tit. S. Crucis in Hieruſalem vocatum; Legatum eum conſtituit ad *Philippum Mariam* Inſubrûm Ducem; ac Venetos & Florentinos fœderatos, quibus cum *Philippo* acre bellum erat, ut ſublatis diſcordiis, pacem inter eos ſtatueret; quod, multis difficultatibus ſuperatis, tandem effecit.

Confectâ igitur pace in Italiâ, Bononiam ſe contulit *Nicolaus*, unde Romam, adminiſtrationis ſuæ rationem redditurus, migraret: verum Bononienſes iterum rebellantes, acerbum illi negotium faceſſunt, qui inſidias a civibus ſibi parari intelligens, aſſumpto Dominicani Ordinis habitu Mutinam Bononiâ fugit. Poſt ejus diſceſſum Bononienſes alium Epiſcopum in ejus locum ſubſtituerunt, *Barthol.* nempe *Zambeccarium*, quibus auditis Martinus, Bononienſia Sacria iterum interdixit, & bellum in eos, majori atque antea fervore, redintegravit; quo demùm compulſi *Nicolaum* iterum recipiunt, qui variis exinde legationibus functus eſt.

Interfuit Conventui Atrebatenſi; at ubi ad pacem Angliæ Regem varie tergiverſantem inducere non poſſe perſpexit, inde ex Pontificis auctoritate diſceſſit, non Martini, ſed Eugenii IV. qui poſt ejus obitum Pontifex Romanus electus fuerat.

Baſileam inde, ejuſdem Pontificis juſſu, ad Concilium ſe contulit; quo in loco per annum ferè integrum manſit, Sedis Apoſtolicæ auctoritatem acerrime defendens; verùm ob Patrum pertinaciam nihil profecit. Ubi Pontificis Legatus interfuit Conventui Norimbergenſi, pro concordiâ inter Eugenium S.P. ac Baſileenſes Patres ſtabilienda, & ut locus tertius eligeretur pro Concilio, in quo & Baſileenſes ac Ferrarienſes cum Græcis ac Pontifice convenirent. Verùm, cum nihil in eo Conventu, quod è re eſſet, agi perſpexit, in Italiam profectus eſt ad ſuos, vigilantis ac boni Paſtoris officio fungens.

Interim, Eugenius audiens Baſileenſes in ſe magis ac magis inſanire, duos iterum illuc a latere Legatos miſit, noſtrum ſcilicet *Albergatum* & *Joan. Cervantem*, ambo Cardinales. Hos ſub ſpecie bonoris Baſileenſes Patres ad Eugenium remiſerunt pro pace inter eos ſtabilienda; verum Pontifex *Nicolaum* eò reverti voluit, ut omnibus aut præeſſet, aut ſaltem intereſſet, ac factioſorum conatibus, quoad poſſet, ſeſe objiceret. Cumque commiſſum negotium ſummâ integritate ac induſtriâ curaret, placuit Eugenio eundem tertiò in Gallias proficiſci ad pacem inter Gallum, Anglum, ac Burgundum procurandam, quam poſt longa itinera multoſque labores firmavit. Unde ab omnibus celebratus *Nicolaus* in Italiam ſe recepit, ac S. *Annæ* Matris B. V. M. Cranium ab Henrico Angliæ Rege donò acceptum Bononiam aſportaſſe dicunt, & Carthuſianis in munus conceſſiſſe ſub A. 1435. Inde Florentiam ad Pontificem profectus, incredibili ab eo ac toto Cardinalium Collegio lætitiâ, ex iis quæ in Gallia geſſerat, affectus eſt.

In quo ab eo miraculum patratum narrant rerum Burgundicarum, Gallicarum & Batavicarum Scriptores. Cum videlicet Conventus ad diem certum indictus eſſet Atrebati pro pace inter Francorum & Anglorum Reges conſtituenda (quod jam bis antea fuerat fruſtra tentatum) cum Burgundus Angli fautor ad voluntatem Legati minimè flecti vellet, *Nicolaus* ſe contra eum & Anglos quaſi in apertiſſimos hoſtes jure armorum minatus eſt. Ac ne aliquo modo de poteſtate, quam Chriſtus Eccleſiæ tribuit, dubitarent, petiit candidum panem, cui in ampliſſimo Concilii conſeſſu cum ſummâ in Deum fiduciâ malè eſſet precatus, ſubitò nigerrimus apparuit; iterumque iis verbis pani bene precatus, priſtinum reſtituit candorem. Quare ex eo tempore Burgundus Eccleſiæ arbitrio ſeſe ultrò ſubmiſit; ac dimiſſis Anglis pacem cum Gallis illicò fecit.

Poſt hæc ad Pontificem rediit *Nicolaus*, cui multa pro ſe ac ſuis obtulit Eugenius: Ille à Pontifice tantum petiit, ut dimiſsâ Purpurâ, atque Epiſcopi dignitate, ad Carthuſienſes redire ſibi permitteret; quod tamen non impetravit. Imò animadvertens Eugenius Baſileenſes omnem movere lapidem, ut vicinos populos in ſuam ſententiam pertraherent, ad eos iterùm legatum miſit, quâ commiſſione cum emolumento functus eſt.

Poſt hanc legationem, Eugenium Florentiam & Ferrariam euntem comitatus interfuit Concilio Ferrarienſi, cui jubente Pontifice præfuit: unus enim fuit è

fuit è ſex Latinia Doctoribus, qui cum totidem Græcis de Spiritûs S. proceſſione diſputàrunt. Per triennium deinde Florentiæ à Pontifice nunquam diſceſſit. Cùm autem Romam proficiſci EUGENIUS conſtituiſſet, Flurentià digreſſus, Senas conceſſit, ibique per aliquot menſes ſubſtitit; quem ſecutus Cardinalia noſter, calculi doloribua graviter vexari cœpit, quibus invaleſcentibus, vità ceſſit die 9. Maii A. 1443. ætatis 68. Funus in principe Senenſium Baſilicà, ingenti pompa ac celebritate curatum eſt, non utique ex mandato, ſed curà *Thomæ* Sarzanenſis, defuncti quondam Cardinalis familiæ Præpoſiti, & Œconomi, qui inde ſub nomine NICOLAI V. Pontifex evaſit. Ejus verò corpus Senis ad Carthuſiam Florentinam delatum (prout ipſe vivens præceperat) in eâ conditum eſt, ubi miraculis clarum jacere dicunt, cum hoc Epitaphio:

SEPULCHRUM

Omni laude digniſſimi & Reverendiſſimi Patris
NICOLAI,
Tit. S. Crucis in Hieruſalem Presb. Cardinalia.
Hic natus Bononiæ, primùm ex Priore Carthuſienſe,
Petente populo Bononienſi Epiſcopus:
Tum a Martine V. Pontifice Cardinalis deſignatus,
Poſt plurimas Legationes, Senis diem ſuum obiit
Ætatis ſuæ anno ſexageſimo octavo.
Vir piiſſimus, doctiſſimus, mitiſſimuſque,
Vitæ integritate, ſingularique virtute,
Omnium teſtimonio comprobatus.

In gradibus verò tumuli, marmorei, hi leguntur verſus:

Carthuſia me terra tegit, quem ſumpſit Alumnum:
At dedit eſſe Patrem nativa Bononia tandem,
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum.
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et Crucis in Titulo mihi fulſit rubra Thiara:
Mille, quatercentum, denos quater egerat annos,
Tres etiam cyclus ſolaris, dum NICOLAUS
Mente petens cœlum, ſub Saxa corpore claudor.

Poſt mortem *Thomæ* Sarzanenſi ſplendore coruſcus apparens, ſummum illi Pontificatum quarto poſt anno futurum prædixit, eumque de felici ſuo inter cœlites ſtatu commonuit; ut narrat *G. J. Eggs* qui de illo fuſiùs agit *Purp. docta* Lib. III. p. 66. & ſeqq. *Adr. Baillet* eum exhibet in Vitt. SS. Maii.

SCRIPTA:

1. *Recollecta multa Lectionis.*
2. *De inexcuſabili peccatoris nequitia.*
3. *Orationes multa pro pace, pro abolenda Schiſmate.*
4. *Sermones ſacri* quamplurimi.
5. *Epiſtola eruditiſſima ad diverſos*, quas Toloſæ impreſſas ait *Orland.* p. 214.
6. *Apologia pro S. P. Eugenio IV.*
7. *Elegia ſacra*, aliaque id genus multa.

ALBERGHINUS (*Joannes*) Siculus, Panormitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci, natus A. 1574. Ordinis inſignia ſuſcepit A. 1590. Vir doctrinâ clariſſimus, adhuc adoleſcens Sac. Theologiæ Magiſter & Doctor renunciatus, ſtudiis Regentis munere præfuit: Philoſophiam ac Scholaſticam Theologiam ſummâ cum laude tradidit. Plura rexit Cœnobia; Siculæ Provinciæ Definitorem egit, quam ſemel & iterum gubernavit. Panormitanum Cœnobium S. Mariæ de Miſericordia nonnullis ædificiis exornavit: In propugnandis fidei Catholicæ rebus zelo æſtuavit inſigni: & S. Officii Conſultor ac Cenſor electus, apud S. Inquiſitionis Judices magnâ æſtimatione valuit, ad ipſum in rebus difficillimis, veluti ad oraculum, confugientes. Virtutes coluit egregias. Erga Deiparam præſertim ſingularem fovit amorem. Demùm nominis ſui famâ ubique diffuſâ, obiit Panormi in Cœnobio S. Mariæ de Miſericordia 26. Sept. An. 1644. Defuncti virtutes funebri oratione exornavit *Lud. Monacho*

Concionator celebris ex Clericia Minoribus. Edidit

1. *Manuale Qualificatorum SS. Inquiſitionis, in quo omnia, quæ ad illud Tribunal, ac Hæreſum cenſuram pertinent, brevi methodo adducuntur.* Panormi, apud Dec. Cyrillum, 1642. in 8.

Nonnullas etiam, ut ſcribit *Mongit.* Tom. I. p. 314. edendas reliquit

2. *Lucubrationes Scholaſticas, & Moralis Theologiæ:* Item

3. *Breve Chronicon Tertii Ord. S. Franciſci.*

ALBERGONUS (*Eleutherius*) Italus, Mediolanenſis, Ord. Min. Convent. Theologiæ Doctor, & in almo Gymn. Mediol. Rector, clarus Sec. XVII. ſcripſit

1. *Reſolutionem Doctrinæ Scoticæ, in quâ quid Doctor Subtilis circa ſingulas, quas exagitat, quæſtiones ſentiat, etſi oppoſitum alii opinentur, brevibus oſtenditur.* Lugduni, ſumpt. Joan. Amati Candy, 1643. in 8. Edit. I. ut indicat titulus libri, quem teneo. Attamen *Dupinius* (*a*) Papienſem, *Lipenius* (*b*) verò Patavinam affert anni 1593. in 4.

2. *Sermones.* Romæ 1631. (*c*)

(*a*) *Du Pin* Tab. Univerſ. Tom. III. p. 184. in 8.
(*b*) *Lipen.* Tom. II. p. 332. (*c*) *Du Pin* l. c.

ALBERGUS (*Martius*) Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & utriuſque Juris Doctor non vulgaris. Florente adhuc ætate, concionibus, & amœnioribus literis operam dedit: & inter Panormitanæ Academiæ Reaccenſos recenſitus eſt. In Hiſpaniam tranſiit, ubi apud regiam aulam, Panormitanæ Urbis negotia pertractavit, non ſine dexteritatis laude: Panormi etiam Ducis Terræ novæ negotia peregit. Doctrinâ & eruditione clarus, ſui opinionem excitavit. Obiit Panormi 14. Oct. A. 1697. & in Eccleſia SS. Quadraginta Martyrum de Caſalocto ſepultus eſt.

SCRIPTA:

1. *Magiſter ſcholaſticus vindicatus pro D. Joſepho Eſcalona, & Salamone.* Panormi, apud Car. Adamum 1674. fol. ſuppreſſo nomine.

2. *La traſformata per amore, Diſcorſo Panegirico per la Verginella Palermitana S. Roſalia.* Matriti, apud Paul. de Val 1664. in 4.

Hiſpanicè vertit ex Italico *Vinc. Auria*

3. *Vida de la Santa Virgen Roſalia Eremitaña Palermitana*, cujus autographum MS. habere ſe teſtatur *Mongitor* Tom. II. p. 55.

4. *L'Aſia del P. Dan. Bertoli* MS. in 4.

S. ALBERICUS, Smi Patriarchæ *Roberti* Fundatoris Ordinis Ciſtercienſis in Abbatiali dignitate ſucceſſor, qui cum eodem *Roberto*, & Sto *Stephano*, in dicti Ordinis fundatione plurimùm laboravit; eundemq; jam fundatum B. V. Mariæ ſpecialiter conſecravit; à quâ viciſſim cucullam ipſe accepit, prout in vita illius refertur, A. 1101. Obiit miraculis clarus 26. Jan. An. 1109. Quorum intuitu Sanctis adſcriptus fuit, communi populi acclamatione, & conſenſu Eccleſiæ: quæ tunc pro canone erant. Publicavit

Primas Ciſtercii conſtitutiones, ab Apoſtolicâ ſede approbatas. Quas tamen non tam ipſe compoſuit, quàm à Diva Virgine cœlitùs accepit, ut ex diverſis authoribus refert *Henriquez* 26. Jan. in Menol. & ex eo *Viſchius* Bibl. Ciſt. p. 17. Vid. & *Moret.* Lexic.

ALBERICUS de Capellâ *Thoſan* Monachus Ord. Ciſterc. in Flandria, vulgò *Albericus Thoſanus*, floruit circa An. 1270. Is conſcripſit, ſeu potius à Monacho quodam Dunenſi Gallicè conſcriptum Latinè tranſtulit *Chronicon Terræ Sanctæ, ſive Expeditiones Principum & Baronum Catholicorum in Terram Sanctam,* primò procuratas à S. Bernardo, & poſtea per centum annos aut circiter continuatas: Huic operi *Albericus* ſequentem appoſuit titulum:

Vox de Cœlo, per os beni Patris noſtri S. Bernardi, facta in cordibus Principum & Baronum Chriſtianorum,

ſcripta A. 1272. ex antiquo quodam libro matris noſtræ Abbatiæ de Dunis, per fratrem Albericum Religioſum indignum Sacri Ordinis Ciſtercienſis, in noſtra domo Dicin Doeſt. Chronico illo utuntur nobiles Flandriæ ad comprobandam familiarum ſuarum antiquitatem & nobilitatem; quia in eo exactè recenſentur nomina & cognomina præcipuorum quorumcunque Virorum nobilium hujus gentis, qui Comites ſuos ſecuti ſunt in dictis Expeditionibus tranſmarinis. Extat illud MS. pluribus in locis, nominatim Antverpiæ, apud nobilem Virum *Alex. Burkens.* * Hæc *Viſchius* p. 27. & ex eo *Oudinus* Tom. III. p. 531.

ALBERICUS gente Gallus, Bellovaci (*Beauvais*) in Picardiâ natus, Monachus Ord. D. Benedicti Cluniacenſis, Abbas Cœnobii Viceliacenſis circa A. 1124. electus, ab INNOCENTIO II. purpurâ & Epiſcopatû Oſtienſi donatus eſt A. 1135. vel 1138. Anno 1136. Legatus fuit in Orientem ad ſedandam litem inter *Rodulphum* Patriarcham Antiochenum intruſum, & ejuſdem Eccleſiæ ſuffraganeos Epiſcopos, ac Canonicos exortam. Præſules ab officio exorbitantes depoſuit in Synodô Antiochenâ, quâ ſolutâ, celeberrimum Hieroſolymis Chriſto excitatum Templum ſolemni ritu conſecravit ac dedicavit. Ibi conſiſtens, alteram Synodum eâ de causâ indixit, ut *Maximum* Patriarcham Armenum, ejuſdemque Suffraganeos, in aliquibus fidei articulis ab Eccleſia Romana diſſidentes, ad eam revocavit.

Ex Oriente Romam revocatus, poſtquam injunctæ ſibi Legationis rationem reddidiſſet, duas iterum legationes obiit, alteram Barium in Siciliam, alteram in Angliam. Londini Concilium indixit & celebravit, in quo compoſitô Clerô, refrænatâ Procerum licentiâ, editiſque in rem præſentem opportunis decretis, *Theobaldum*, Beccenſem Abbatem, Rege non diſſentiente, Archiepiſcopum Cantuarienſem creavit.

Tertiâ denique Legatione functus eſt in Galliâ A. 1145. mandante EUGENIO IV. aſſumptis ſecum duobus Collegis D. *Bernardo* Claræuallenſi, & *Gaufrido* Carnotenſi contra *Henricum Petrobaſianum*, qui 1° Baptiſmum infantibus collatum, inutilem eſſe contendebat; 2° verum Chriſti corpus in Euchariſtiâ non exiſtere, ac 3° Mortuis ſuffragia fidelium non patrocinari: Hunc cum ſuis aſſeclis pontificio nomine damnavit & execratus eſt.

Tandem deceſſit Virodini (*Verdun*) in Gallia A. 1147. ubi etiam honorificè ſepultus eſt. Fuit autem D. *Bernardo* amicus & familiaris conjunctiſſimus, ut teſtantur ſuaviſſimæ ipſius & frequentiſſimæ ad *Albericum* Epiſtolæ. Eum *Baronius* hominem doctrina potentem, ac ſanctitate conſpicuum, columnamque Eccleſiæ nominat. * *Eggs* Lib. I. p. 66.

S C R I P T A:

1. *Sermones de Tempore.*
2. *De Realitate Corporis Chriſti in Euchariſtia.*
3. *Contra Petrobuſianos.*
4. *Centuria Epiſtolarum ad diverſos*; quarum unica extat apud *Martene* (a) ad Petrum S. Maxentii Abbatem, ex MS. S. Albini Andegavenſis.

(a) *Theſ. Anecdot.* Tom. I. p. 397.

ALBERICUS, quem alii gente Italum, Germanum alii, patria Trevirenſem faciunt, Monachus & Diaconus Caſſinenſis Ord. S. Bened. Cardinalis tit. SS. Quatuor Coronatorum à Stephano X. renunciatus eſt. Vir diſertiſſimus & eruditiſſimus appellatur à *Leone Oſtienſi* lib. 3. Chron. Caſin. cap. 33. Claruit Anno. 1057. Anno 1059. habita eſt Romæ adversùs *Berengarium* Synodus: ad hanc, ſaltem ad ſequentem Synodum, ſub Gregorio VII. An. 1079. habitam evocatur *Albericus* noſter, ut contra *Berengarium* diſputandi partes in ſe reciperet, quem proinde & voce & ſcriptis oppugnavit, elucubrato vix unius hebdomadis ſpatio *libro de Corpore Domini.* Obiit Romæ circa A. 1089. ſepultus in Eccleſiâ SS. Quatuor Coronatorum.

Narrat *Petr. Diaconus* Lib. MS. de Vitâ Juſtorum Caſſin. c. 48. *Guaiferium* morti proximum ab *Alberico* rogatum, ut poſt ſuum è mundo receſſum qualiter receptus, quove in loco deputatus eſſet, ei revelaret; ipſi poſt aliquot dies apparuiſſe, & ad eum dixiſſe, *In veritate ſcias, me ad vitam tranſiiſſe æternam.* Scripſit præterea *Albericus* teſte *Petro* Diacono, *librum Dictaminum & Salutationum*; *Hymnos in S. Nicolaum*; *De Muſica Dialogum*; *De Virginitate S. Mariæ*; *Contra Henricum IV. Imp. de Electione R. Pontificis*; *Hymnos de Paſchate*; *De Aſcenſione*; *De Cruce*; *De die Judicii*; *De pœnis inferni*; *De Gaudio Paradiſi*; *De aſſumptione B. Mariæ*; *De S. Paulo*; *De S. Apollinare*; *Paſſionem S. Modeſti*, *& S. Caſatei*; *Vitam S. Dominici Abbatis*; *S. Scholaſticæ*, *& Homiliam in eadem*; *De die Mortis*; *De Monachis*; *De Aſtronomia*; *De Dialectica*; nec non *Epiſtolas* plures. Cunctas *Alberici* lucubrationes MSS. haberi Florentiæ in Bibliotheca Fratrum Minorum S. Crucis teſtatur *J. B. Marus* ad *Pet. Diac.* cap. 21. *Vita S. Dominici* extat apud *Belland.* Tom. II. Januar. XXII. qui tamen *Albericum* noſtrum, cum alio *Alberico* Monacho itidem Caſinenſi, qui claruit anno 1123. Librumque *de Viſione ſua* ſcripſit, temere confundit: quod etiam faciunt *Poſſevinus*, *Arn. Wion*, *Ciaconius*, & alii. * Vid. præter cit. *Cave* ad A. 1057. p. m. 529. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. I. p.* 33.

ALBERICUS Trium Fontium Monachus Ord. Ciſterc. in Epiſcop. Catalaunenſi, natione forſan Gallus, poſt A. 1240. clarus, ſcripſit *Chronicon* quod in geſtis A. 1242. deſinit, quodque mox editum iri ſperabat olim *Aub. Miræus* in Auctar. *cap.* 403. ab *Andr. Quercetano*, unà cum *Hiſtoriâ Epiſc. Virdunenſium & Abbatum S. Vitoni* à *Laurentio* ejuſdem loci Monacho conſcriptâ, & aliis id genus monumentis antiquis. Verum *Hiſtoria Laurentii* &c. licèt in Tomum XII. *Spicileg. Dacheriani* immiſſa ſit, *Chronicon* tamen *Alberici* diu in tenebris latuit, MS. in Bibl. Reg. Galliarum, Cod. 5162. & in Bibl. Colb. Cod. 1451. & Claromontana S. J. unde *Phil. Labbeus* illud editioni paratum habebat. De illo *Voſſius* Lib. II. *de Hiſt. Lat.* cap. 46. p. 381. *Chronicon ſcripſit ab initio mundi ad A. C. 626. quod in Helvetia extat in Bibl. S. Galli.* Hinc exiſtimat *Oudinus*, primam tantùm Chronici partem ab orbe condito ad A. C. 960. extare in hac Bibliothecâ, alteram verò ab A. 960. ad A. 1242. vel circiter perductam, in Codd. ſupra notatis haberi. *Verum hi omnes*, inquit, *MSS. Codices ſunt imperfecti.* Tandem edidit *God. Guil. Leibnitius* in Tom. II. *Acceſſionum Hiſtoricarum* Hanoveræ, apud Nic. Forſterum, 1698. in 4. ex MS. Cod. Bibl. Aug. Guelferbity ſeu Wolfenbutelenſis, in quo inſcribitur: *Alberici Monachi Trium Fontium Diœceſis Leodienſis Chronicon*; at Codex Claromontanus apud Pariſios habet *Diœceſis Catalaunenſis*, ubi Abbatia hæc collocata eſt. Utraque inſcriptio vera eſſe poteſt; potuit *Albericus* dici *Diœceſis Leodienſis*, ex quâ ortum traheret, unde & partium illarum minutiſſimas res in Chronico recenſet: & *Diœceſis Catalaunenſis*, in cujus Cœnobio *Trium Fontium*, profeſſionem monaſticam emiſerat. Attamen *Longus* Authorem hujus Chronici Canonicum Regularem Huyenſis prope Leodium Monaſterii extitiſſe contendit, non Monachum Ciſtercienſem. Utut ſit, dicendum, magni æſtimatum fuiſſe à pluribus viris doctis Chronicum iſtud, cujus Cl. *Leibnitius*, integrum, antiquum & membranaceum codicem nactus, illud eo nomine meritò commendat, quòd in digerendis illuſtrium Familiarum genealogiis, magna in eo diligentia eluceat; tametſi nec quoad ipſam rerum geſtarum hiſtoriam adeo ſterile ſit, quin plurima recenſeat alibi non obvia; ſelectiora item librorum, qui dudum periêre, loca in eo conſervantur, imo & editi nonnulli Scriptores quorum verba hic illic recitantur, emendati ex illo poſſunt, ut docent Eruditi Lipſ. *A.* 1698. *p.* 354. ubi reperitur Supplementum Leibnitianæ

nitianæ Præfationis, ab ipſo celeberrimo editore, ut in actis publicaretur, ad eos tranſmiſſum, quo manca & ſphalmata quædam ſuppleri voluit. Primæ autem partis Chronici unicum Codicem habuiſſe fatetur, ultimæ verò plures. Hanc ſub tit. *Lectiones emendatiores & auctiores Chronici Alberici, Monachi Trium Fontium, ab A. 960. ad* 1241. inſeruit JCtus Celeb. *Jo. Burch. Menckenius* Tom. I. *Script. rerum Germanic.* &c. Lipſiæ, ſumpt. Jo. Chr. Martini, 1728. *fol.* de quo *Acta Lipſ.* menſ. Jun. hujus anni *p.* 255. *& ſeqq.* Pulchro nimirum Codice è Belgio ad ſe delato, *Menckenius* operæ pretium putavit, ut, diverſiſſimis inde lectionibus in lucem protractis, librum utiliſſimum integritati ſuæ reſtitueret, in quo non res modò in Republicâ geſtas per ſingulos annos non ſine delectu commemorat Autor, verùm & primus horum ſcriptorum Hiſtoriam literariam juvat, neminem omittens hominum paulò doctiorum, barbaris etiam ſeculis florentium, cujus non ſcripta adducat diligenter, imo Epitaphia, atque integras quandoque Epiſtolas afferat.

* De eo *Oudin.* Tom. III. p. 182. *De Viſch* p. 17. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 355. *n.* 7103.

ALBERICUS *Veer.* Vid. VERUS.

ALBERICUS (*Claudius*) Triuncuviranus, Ann. 1596. demortuus, ſcripſit Orationes aliquot:

1. *De immortalitate animæ*, Morgiis 1586. 8.

2. *De reſurrectione mortuorum.* Genevæ, anno & forma iiſdem.

3. *De Charitate Chriſtianâ*:

* Vid. *Morer.* Lexic. *Lipen.* Bibl. Theol. & Med. *Fabric.* in Script. pro veritate Relig. Chriſt. *p.* 430. *&* 431.

ALBERTANUS Brixienſis Cauſidicus, de ore Sanctæ Agathæ, clarus A. 1240. Capitaneus *Gavardi*, (inquit MS. Codex ejuſdem cum illo ætatis) qui conjectus eſt in Carcerem à *Friderico* II. Imperatore, quando capta eſt Brixia quam defendebat ad communem utilitatem patriæ. Scripſit An. 1238. in carcere ipſo concluſus,

1. Librum *de Dilectione Dei & proximi, & aliarum rerum de formulâ vitæ honeſtæ* ad *Vincentium* filium ſuum, quem in MSS. tripartitum ſe vidiſſe ait *Oudinus* in Suppl. p. 515. & in Comment. *Tom. III. p.* 189. Item

2. Librum *de Conſolatione & Conſilio* an. 1246. in eodem carcere detentus, ad *Joannem* alterum filium ſuum, capp. 35. conſtantem: denique brevem librum

3. *De Doctrinâ loquendi & tacendi* A. 1245. ad *Stephanum* filium ſuum, ſex tantùm capitibus comprehenſum.

Librum hunc *Carol. Du Cange* impreſſum ait annis 1483. & 1491. Hoc anno *Lipſiæ* prodiiſſe refert *Hendreich.* apud *Olear.* p. 25. *Daventriaq;* 1490. in 4. *Lovanii* item & *Antverpiæ* 1485. juxta *Miræum* in Auctar. *cap.* 407. Laudatur & alia editio (*a*) abſque anno & loco, ſed cum privilegio Ducis Sabaudiæ, & cum aliis ejuſdem *Albertani*; quæ editio extat in Sorbon.

Hæc omnia ſe vidiſſe teſtatur idem *Oudinus* MSS. in Bibl. Dunenſi Ord. Ciſterc. Brugis in Flandriâ, in Parchenſi Abbatiâ prope Lovanium, Ord. Præmonſtr. in valle S. Martini Lovanii, & in Bibliothecâ Canonicorum Regularium Tungrenſium: demum Oxoniæ in Angliâ in Bibliothecâ Magdalenenſi Cod. 161. & Cantabr. in Bibl. Collegii Sydney-Suſſex K. 111. Cod. 3. cum ejuſdem Sermonibus de quibus infra. Ac tandem impreſſos eoſd. Libros in 4. ſe vidiſſe ait idem *Oudinus* Cuneii (vulgò *Coni*) apud Pedemontanos, per Magiſtrum Viorum de Dulcis an. 1507. cum multis præli mendis, quæ facile emendarentur impreſſione iteratâ, cujus unum etiam exemplar invenit in Bibliothecâ Dn. Martini Ord. Præmonſtr. in Arteſia, dum illic an. 1680. excuteret chartas & antiquitates hujus Abbatiæ. Atque eorundem opuſculorum plurimi ſunt MSS. Codd. in Bibl. S. Vict. Pariſ. ſicut & aliquorum ejus *Sermonum.* Habentur etiam hi *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I.

tres Tractatus MSS. in Regia Galliarum Bibl. Cod. 5391. cum variis ejus Sermonibus, quorum I. habitus ad Cauſidicos: II. de ſpirituali & corporali refectione: III. in Congregatione ſolitâ Cauſidicorum: IV. Quid neceſſarium ſit in convivio: V. apud Fratres Minores in dictâ Congregatione, in mediâ Quadrageſimâ, ſuper doctrinâ timoris Domini. Denique hæc omnia *Albertani* opuſcula, ibid. Cod. Reg. 6610. atque in Bibl. Colb. Codd. 4468. 4888. & 2951. cum aliis diverſis.

(*a*) Vid. *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 182. in *Alberto Magno*, cujus ibi recenſetur liber ejuſd. ferè tituli, ſed longè alterius rationis.

ALBERTHOMA (*A.*) V. D. M. in agro Groningano Sec. XVIII. cujus habentur editæ in *Bibl. Hist. Philolog. Theol.* Claſſ. VII. Faſc. V. pag. 872. *Bremæ* 1724. in 8.

Cogitationes ad Num. X. 13-28. in quibus memoratur, quomodo filii Iſraëlis juſſu Dei per manum *Moſis* profecti ſunt in deſerto; & quo ordine duodecim Tribus in quatuor exercitus diviſæ ſe invicem exceperint.

ALBERTI (*Fridericus*) vixit Sec. XVII.

Epiſtolam D. Pauli ad Hebræos è Græco in Hebræum convertit, ediditque Lipſiæ 1676. in 4. * *Calmet* Dict. S. Script. *p.* 6. *col.* 1. edit. Venet.

ALBERTI (*Jacobus*) genere Danus, Paſtor Otterupenſis in Scania, cujus hæc ſunt

SCRIPTA Danica:

1. *Tractatus de Educatione Liberorum.* Hafn. 1607. in 8.

2. *Brevis doctrina de officio ſervorum.* Ibid. 1610. in 8.

3. *Quatuor Filiæ Diaboli, Superbia, Avaritia, Libido, Ebrietas.* Ibid. 1622. 1630. in 8. (*a*) 1668. in 12. * *Bartholin.* de Script. Danor. p. 57.

(*a*) *Lipen.* Tom. I. p. 107.

ALBERTI (*Matthias degli*) Italus, Florentinus, Monachus Olivetanus, claruit circa A. 1570. Edidit Italicè

Inſtitutionem Canonicam, in quâ continentur leges Sedis Apoſtolicæ, Summorum Pontificum Ordinationes, & Conciliorum omnium Conſtitutiones. *Venet.* 1569. in 4. (*a*) Latinè verò ni fallor, ibid. apud Zalterium, 1571. (*b*)

(*a*) Fabric. *Bibl. Græc.* Tom. XI. p. 100.
(*b*) Lud. Jacob. *Bibl. Pontif.* p. 398.

ALBERTI (*Nicolaus*) Soc. Jeſu, natione Germanus, patriâ Veitshocheimenſis, annos natus 18. venit ad Societatem, in eâque Philoſophiam Herbipoli docuit, ubi etiam poſt geſtum Molshemii tum Rectoris, tum Cancellarii munus, & actas cum celebritate Concionatoris partes, calculi doloribus exanimatus eſt, cum illi Collegio Rector præeſſet, 18. Jan. 1641. ætatis ſuæ 50. Edidit, teſte *Alegamb.* p. 348.

1. *Exercitium quotidianum ſtudioſi Adoleſcentis.*

2. *Libellos aliquot Carminum.* Reddidit Germanicè

3. *Manuale Controverſiarum Martini Becani.*

ALBERTI (*Joh. Baptiſta*) Italus, Savonenſis, Clericus Regularis Congregationis Somaſchæ, Sec. XVII. clarus, Orator, Philoſophus ac Theologus illuſtris, obiit circa A. 1660. * *Oldoin.* Athen. Liguſt. p. 309.

SCRIPTA:

1. Libb. III. *de Vita & rebus geſtis S^ti^ Majoli Abbatis Cluniacenſis, hiſtoricè & dogmaticè deſcriptis.* Genuæ 1638. in 8. (*a*)

2. *Diſcurſus* Etruſcâ linguâ *de origine Academiarum publicarum & privatarum.* Ibid. 1639.

3. *Carmina rhythmica ſacra & moralia*, eod. idiomate: ibid. 1641.

4. Libb. IV. *de Apparitione Virginis Miſericordiæ Savonenſis, & de Imaginibus ejuſdem, portentis miraculiſq; illuſtribus in Italia*: ibid. 1642.

5. Opus ſub tit. *Apes Lilii*: Dertonæ (*Tortone*) 1646.

(a) Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* p. 227 n 4932.

ALBERTI (*Petrus*) Monachus & Prior major Cluniacenſis Cœnobii, claruit temporibus *Oddonis II.* Abbatis XLI. apud Cluniacum, ab A. 1420. usque ad multos ſequentes. Obiit ante *Oddonem* A. 1457. die 2. Nov. mortuum. Fuit autem *Petrus* Decretorum Doctor famoſiſſimus, qui Libellum ſcripſit *de Decimis Novalibus*, quem aſſervant Cluniacenſes. * Vid. *Biblioth. Cluniac.* ab *Andr. Quercetano* editum Pariſ. 1614. & *Franciſc. de Rivo* in Chron. Cluniac. impreſſo in eâd. Bibliothecâ, *Poſſevin.* verb. *Petrus*, & *Car. du Cange*, quos adducit *Caſ. Oudinus* Tom. III. p. 2330. &c.

ALBERTI (*Valentinus*) Germanus, Lutheranus, S.S. Theol. Doctor & Profeſſor Publ. Extraordinarius, Conſiſt. Electoralis & Ducalis, ut & Facult. Theolog. Aſſeſſor & Pro-Decanus, Logices & Metaphyſices Prof. Publ. Ordinarius, Alumnorum Electoralium Ephorus, Collegii B. V. Collegiatus, & Nationis Polonicæ Senior, Acad. Lipſienſis Decemvir, Theologus & Philoſophus longè meritiſſimus, celeberrimusque, claruit Sec. XVII. Natus eſt A. 1635. d. 15. Dec. *Lehna* oppidulo Sileſiæ ad Boberam in Ducatu Jauravienſi, Patre *Valent. Alberti*, loci illius Paſtore, bis ob Evangelicam veritatem Exule, Matre *Anna Wieſneria*. Avus paternus fuit ὁμώνυμος nepoti & filio, Paſtor diverſarum Eccleſiarum, ultimò Giſmandorffenſis; Avia paterna *Monica*, Filia *Joh. Gigantis*, qui *Lutheri* diſcipulus, & Theologus insignis, Paſtor Primarius Suidnicii obiit in Sileſia; Avus maternus *David Wieſnerus*, Paſtor Laubæ in Superiori Luſatia Primarius, *Chriſt. Wieſneri*, Conſulis Laubani filius, & germanus *Chriſt.* Junioris *Wieſneri*, Conſulis itidem Laubani &c. Ut ad noſtrum redeam, is inter undecim liberos poſtremus, vix ſeſquiannum natus, cum Parentibus ob veritatem doctrinæ patriâ ejectus eſt. Pater tamen mox domicilium cum familiâ invenit in Ducatu Bregenſi, Paſtor Dusdorffenſium conſtitutus. Is A. 1640. à Croatis malè tractatus, fato functus, viduam filiolumque reliquit: Excepit verò Avia materna, aluitque usque ad A. 43. quo & ipſa vitam cum morte commutavit. A. 45. Avo materno defuncto, puer cum matre hoc quoque auxilio ſe orbatum vidit. Subvenit tamen Matertera, *Maria*, M. *Georg. Schwartzbachii* Lindavienſium Paſtoris vidua, & mortuâ quoque matre A. 1651. orphani curam omnem in ſe recepit. In Schola Laubanenſi litteris ac artibus ingenuis imbutus fuit. Inde ad Academica ſtudia properavit A. 1653. Statim Profeſſoribus optimis aſſidebat *Kromayero*, & *Thomaſio*, Philoſophiam, *Scherzero* Hebræam Linguam & Phyſicam docentibus. Primum in Philoſophia gradum A. 1654. ſupremum A. 1656. obtinebat. Eodem io Collegio Mariano M. *Pollioni* Uratiſlavienſium Diacono ſuccedebat. A. 1661. in Facultatem Philoſophicam recipiebatur. A. 1663. Profeſſor Dialecticæ Philippeæ & Metaphyſicæ eligebatur & confirmabatur. A. 1665. Baccalaureus Theologiæ renunciabatur ſummâ cum laude. A. 1668. Licentiam Doctoris gradum ſumendi accipiebat. A. 1672. Theologiæ Profeſſionem Extraordinariam auſpicabatur. A. 1676. Decemvirum Academia eligebat. A. 5678. Ephorus Alumnis Electoralibus præficiebatur. A. 1684. in Conſiſtorium & Facultatem Theologicam Aſſeſſor recipiebatur. Qualem ſe ubique geſſerit, Academia & orbis eruditus eloquantur: Erat Philoſophus acutus, à quo habitæ prope centum Philoſophicæ Diſputationes numerantur: Orator facundus, Poeta in utraque lingua elegans, Theologus exquiſitus, tum in Scholis, quas plurimas aperuit, docendo, tum ſcriptis contra adverſarios diſputando. Proſtant præter Diſputationes inaugurales aliæ non paucæ, proſtant libri ab ipſo editi. A. 1670. refutavit duos Papiſticos libellos. A. 1671. Apologiam fecit adverſus Anonymum, qui Sileſiorum orthodoxiam fraudulenter & periculosè oppugnaverat; cum appendice contra perſonarum Conſcientioſum. A. 1672. *Albertum* defenſum publicavit contra Calumniatorem Viennenſem, & Refutatorem Anonymi Sileſii de Purgatorio. A. 1673. Dæmonologiam *Seileri* impreſſam in præfatione adverſus Pontificios vindicavit. A. 1675. in Tractatu Eccleſiæ preſſæ ſtatum conſiderabat, refutans ſimul Conſcientioſum illum larvatum. A. 1676. *Hunnium* de Apoſtaſia Romanæ Eccleſiæ Germanicè verſum, reviſum & præfatione auctum proferebat. A. 1678. Partem ſecundam Theologiæ *Kromayeri* addidit. A. 1679. Judicium ſcripſit de libellis nonnullis Papiſticis recoctis. A. 1652. Intereſſe Religionum detexit: A. 1684. juſſu Electorali Anti-Auguſtanam Confeſſionem confutavit. A. 1686. *Scherzeri* Breviarium *Hulſemannianum* cum præfatione & tabulis, & *Siricium* de Idololatria Pontificiorum, à ſe ſuppletum, in uſum Eccleſiæ edidit. A. 1657. Apoſtatam Uratiſlavienſem *Franzium* confudit. A. 1658. Reſponſione brevi *Peilſchmidii* Apoſtatæ quæſtiones ſolvit. A. 1689. Diſputationes XXXIII. in Auguſtanam Confeſſionem Jeſuitæ *Joan. Dez*; A. 1692. alias Profeſſioni Fidei Tridentinæ, ac *Boſſueto* oppoſuit. Alia opuſcula nunc memorare locus non eſt, quorum omnium infra ſubſequitur accurata ſeries. Jam ad ejus familiam deveniens, matrimonium iniit noſter A. 1665. cum ornatiſſima Virgine *Maria*, *Joan. Preibiſii* Prætoris Lipſienſis filia, ex qua filios 3. ſuſcepit, filias 4. Ad ſuperos abiit A. 1697. die 15. Sept. ætat. anno 62. Concionem ejus funebrem habuit d. 19. ejuſd. menſ. B. D. *Jo. Bened. Carpzovius* Rector Univerſit. Lipſ. ex II. *Tim.* I. 12. quam è ſchedis Magn. Authoris manuſcriptis exhibuit M. C. *Weis*, Diaconus Nicolaitanus, apud *Pipping*. Mem. XLIX. p. 669.

Scripta:

1. *Ausführliches Gegen-Antwort-Schreiben eines Apoſtoliſch-Catholiſch beſtändig-treu-bleibenden auf ein Antwort-Schreiben eines Römiſch-Catholiſch gewordenen von der Communion unter einer Geſtalt* &c. Lipſiæ, 1670. in 4.

2. *Gründliche Antwort auf* Chriſtiani Conſcientioſi *in Schleſien gedrucktes Send-Schreiben an alle Evangeliſche Univerſitäten*, &c. Ibid. eod. an. & forma.

3. *Chriſtliche Vermahnung und Unterricht, welchen ein der Augſpurgiſchen Confeſſion Verwandter ſeinen lieben Landes-Leuten denen Schleſiern in dem Artickel von Nieſſung des heiligen Abendmahls unter beyderley Geſtalten, nach der Einſetzung Chriſti, wohlmeynend und treuhertzig, erſtattet hat.* Ibid. eod.

4. *Wohlgegründete Wiederlegung der Schein Gründe, mit Welchen ein ungenanter Autor in der ſo genanten Kurtzen Erörterung der Frage*: &c. Ibid. eod.

5. *Wohlgegründete Gegen Erweiſung, das die Lutheraner in Schleſien in Keinem ſtücke von der Augſpurgiſchen Confeſſion abgefallen, und ſich der Religions-Freyheit allerdings getröſten Können wider einen Licht-ſcheuenden ungenanten Papiſten* &c. Ibid. 1671. in 4.

6. *Gründliche Gegen-Antwort wider eines Licht-ſcheuenden ungenanten Papiſten vertheidigte Erörterung und Verneinung der Frage*: &c. Ibid. eod.

7. *Gläntzens vertheidigte L. Alberti.* Ibid. in 4.

8. *Eccleſia preſſa* &c. Germ. Ibid. 1667. (a) & 1678. in 4.

9. *Compendium Juris naturæ, Orthodoxæ Theologiæ conformatum, & in duas partes diſtributum, quarum Ia. complectitur hypotheſes de diſtincta notitia hujus Juris, ad normam S. Scripturæ, ductumque Luminis Naturalis conſcriptas & confirmatas. IIa. vero, Theſes & axiomata Juris exhibet.* Ibid. 1678. in 8.

10. Gu-

10. *Gutachten über Remondi Edmundi und D. Schefſers Schrifften.* Ibid. 1679. in 8.

11. *Paræneſis ad ſtudioſam juventutem, quæ poſt peſtem Dei gratia jam extinctam reditura eſt ad nos, aut accepta.* Argumentum deſumptum eſt ex Spicilegio Controverſiarum à D. *Sam. Puſendorſſio*, nuper edito. Adjectus eſt ex eo Textus ipſe una cum Notis Apologeticis. Ibid. 1681. in 4. (*b*)

12. *Intereſſe præcipuarum Religionum Chriſtianarum in omnibus fidei articulis deductum.* &c. Lipſiæ & Francof. apud Dav. Fleiſcherum 1681. 1683. (hanc teneo, quæ eſt Editio ſecunda correctior, ut titulus habet) ac 1690. in 12. *Lat.* & eod. anno *German.* De prima editione ſic *Acta Lipſ.* 1682. p. 48.

Non momentum modo Sacrorum Dogmatum in hac Religionum collatione exponit Autor, ſed cauſſas quoque primas & imas veluti radices prodit, ex quibus diſſentientium Partium propriæ hypotheſes profeminatæ ſunt; idque fine potiſſimum gemino: cum ne quis Politicorum forte in animum inducat, operam vel ſuam in ſalutifera doctrina perdiſcenda; vel Doctorum, in eadem proponenda ac defendenda, occupari fruſtra; tum ut intentione Docentium ubique perſpecta, rectum ſecernere à pravo, verum à contrario, tanto rectius poſſint quotquot religionis curam à ſe non ſpernunt procul, ſed veram eamque unicam Salutis viam non ignorare, ſua quidquam intereſſe arbitrantur.

Suppoſito autem quod per *Intereſſe Partium*, in Religione puta diſſidentium, nihil deſignatum aliud hoc in loco velit, quàm πρῶτον ἀληθὲς recte; & πρῶτον ψεῦδος, ſecus ſentientium, limites etiam conſtituit Autor accuratos inter Religionis cujuſque *Articulum principaliſſimum*, & *Principium primum dogmaticum*: Certus, articulum *de Juſtificatione* v. g. *per fidem*, *de Capite Summo Eccleſiæ viſibili infallibilique Pontifice Romano*, *de Abſoluto Prædeſtinationis Decreto*, à ſuis utique patronis ac defenſoribus pro *Principaliſſimo* haberi, alios ab aliis, *primi* verò *principii Dogmatici* partes non niſi horum effatorum, *Deus dixit*, *Papa dixit*, *Ratio dixit*, aliquod in eorundem ſcholis occupare, ideo quod articulis ſingulis à ſuis, jam expreſſe, jam tacite ſubſternantur, reveraque Analyſis omnium ultima in iſta tandem fiat.

Quibus fundamentis inſtituti ſui jactis, ad ipſam articulorum θεωρίαν pedem promovet, quatuor ubique faciens dicendorum membra: quorum *primo* diſtincte perque partes proponit Theſin ſuam, in libris Lutheranorum Symbolicis definitam, dictoque Scripturarum claſſico, aut teſtimonio etiam Eccleſiaſtico probatam: *Secundo* Antitheſin aliorum ſubjicit, è primariis cujuſque Partis ſcriptis ac ſcriptoribus petitam: atque ita ſubjicit, ut ſimul & Syncretiſtarum, ut vocant, indolem ubi theſin ſcil. ſuam in gratiam adverſæ partis inflectunt aut detorquent; & reliquorum Antagoniſtarum artes, cum æquivocationis myſterio ſua dogmata conantur occultare, noter ac obſervet: *Tertio* ipſum non ſolius Lutheranæ, ſed contrariarum quoque Religionum Intereſſe, quo nimirum adducta & permota unaquæque hoc illudve ſtatuat, perſequitur: *Quartum* denique ex hiſtoria Eccleſiaſtica erroris cujuſque repetit originem. Atque hæc ſingula, ordine jam dicto, in articulo de S. Scriptura, de Deo, de Chriſto, de Integritatis & Corruptionis Statu, de Prædeſtinatione, de Juſtificatione, de Sacramentis in genere, de Baptiſmo, de Sacra Cœna, de Eccleſia & Hierarchiis, de Adiaphoris & de Statu poſt mortem, reliquis nimirum, quibus ſpecialis titulus datus non eſt, ad alios cognatos articulos redactis, illisque potiſſimum Theſibus ſelectis Antitheſibusque, in quibus Intereſſe Partium fuit maxime conſpicuum, ſolerti ſtudio, & ad συνάφειαν Articulorum, integramque Fidei catenam plenius intelligendam perquam utili, exequitur.

13. *Conſcientia ſtudioſorum Lipſienſium, quotquot inmultui nuper interfuerunt, omnium quærens Medicinam*

& oſſereus. Ibid. 1681. in 4.

14. *Defenſio adverſus Julii Rendini Differt. Epiſt. ſuper controverſ. cum Puſendorſſio.* Ibid. 1684. in 4.

15. *Solida Confutatio Libri ab Anonymo Pontificio ſub tit.* Auguſtanæ & Anti-Auguſtanæ Confeſſionis, *juſſu Leopoldi Comitis à Kollonitſch Epiſc. Neoſtadienſis, Viennæ editi*, conſcripta editaque ad ſpeciale mandatum Seren. Saxoniæ Electoris, à D. *Val. Alberti* &c. Lipſ. apud G. H. Fromman. 1684. in 4. *Germ.* de quâ *Acta Lipſ.* 1684. p. 534. &c.

Maſculè quidem, modeſtè tamen hoſtem atque inſidiatorem hîc aggreſſus eſt *Albertus*, eumque ſic refutavit, ut tam Auguſtanæ Confeſſioni integritas ſua, quam ejus Confeſſoribus conſtantia in fide plenè planeque conſtaret. Duo nimirum potiſſimum ſunt, quæ Viennenſis ſcriptor objecerat: vitiatio textûs, quam Auguſtana Confeſſio ab ejus aſſeclis ſit paſſa, & apoſtaſia, in ſingulis fidei articulis per Auguſtanos ab eadem commiſſa. Hinc totidem libri ſui fecit partes, & in priori de illâ, in poſteriori de hâc egit. Cùm verò immiſtum ſit nonnihil alterius furfuris, tanquam ἀπροσδιόνυσον, tertiam *Albertus* in reſponſione adjecit, inque eâ per octo quæſtiones id, quicquid eſt, excuſſit omne atque diſſipavit; quemadmodum & reliqua, quæ perſonam Adverſarii, ejuſque tam in intellectu quam voluntate vitia ſpeciatim concernunt, in præfatione ſufficienter deſcripſit, ut in conflictu ipſo, niſi quod ad rem ipſam principaliter pertineret, nihil obvium aut reliquum haberet. Quo facto, in *parte* ſua *prima* liberat Auguſtanam Confeſſionem ab omnibus verborum corruptelis, ita quidem, ut cum putaverit Adverſarius, demonſtratas illas ſatis eſſe, modò quatuor Auguſtanæ Confeſſ. exemplaria, quæ à ſe invicem in verbis quadantenus abirent, denuo evulgaret, nulla, niſi typographi, operâ adhibitâ, & ne minimâ quidem diductione adjectâ; contra, nervoſe Noſter atque diſtincte recenſeat primum hiſtoriam totius hujus litis, quique Scriptores vel Auguſtanæ Confeſſioni corruptionem, vel Auguſtanis defectionem ab eadem olim aut hodie imputaverint, quâ utrique methodô proceſſerint, quo fine hoc atque illud egerint, in diverſis capitibus deducat; deinde totidem modis reſpondeat, primùm generaliter; ne Chriſtianorum quidem, multo minus Pontificiorum aliquem à mutatione verborum ad immutationem Confeſſionis ipſius concludere poſſe, cum diverſis vocibus primi Chriſtiani Symbolum Apoſtolicum expreſſerint, CPolitanum verò & Athanaſianum Pontificii mutaverint, imò Sixtus V. & Clemens VIII. Pontifices duas Vulgatæ, quam pro Authentica habent, editiones diverſas inter ſe atque adverſas adornaverint, inque Eccleſiam invexerint; deinde ſpecialiter, præmiſſis ſex regulis, quæ revera fundamentales ſunt & dici poſſunt, quippe quod collatæ cum illis ſingulæ ſingulorum Adverſariorum objectiones corruere ſponte omninò deprehendantur; tandem ſpecialiſſime, oſtendendo manifeſte, Adverſarium nec adverſus tota, quæ vocant, exemplaria, nec adverſus ullum in iiſdem apicem, culpabilem aut illicitam textûs mutationem demonſtraſſe. Eâdem apertiſſimâ non minus quam aptiſſimâ methodô in *parte ſecunda* generaliter primùm oſtenditur, additionem, ſi quæ in Aug. Confeſſ. facta eſſet, à nullo Chriſtianorum, nedum ab ullo Pontificio improbari poſſe, cùm jam olim in primitivâ Eccleſiâ Symbolis nonnulla fuerint inſerta, Pontificii verò tam à Pontificibus ſuis, quàm ab ipſo Concilio Tridentino non raro defecerint; poſt ſpecialiter, formatis iterum regulis fundamentalibus, numero tribus, ad quas examinatæ duæ communes Pontificiorum objectiones, contra doctrinam Aug. Confeſſ. de omnipræſentia carnis Chriſti, deque Papa Antichriſto, mox collati conſpiciuntur; tandem que ſpecialiſſimè ad XXIV. quæſtiones, in quarum ſolutione illa omnia, quæ adverſus Præfationem Auguſtanæ Confeſſionis, ejuſque XXVIII. Articulos movit monuitque Adverſarius, ſolidè diſcuſſa

reperiuntur. Ut verò unuſquiſque Auctorem ipſum audire, & quam bona fide cum ipſo actum ſit, videre poſſit, totus ejus Liber ad verbum expreſſis in fine ſubjicitur, quemadmodum etiam lectio Refutationis aut evolutio, ſyllabo capitum atque quæſtionum omnium, ut & Indice rerum memorabilium juvatur atque promovetur.

16. *Ara devoti cordis.* An. 1685. 12.

17. *Grundliches Gutachten uber Chriſtian Franizens unbetrüglichen Weg des Lebens.* Lipſiæ, 1687. in 8.

18. *Eros Lipſicus, quô Eris Scandica Sam. Puſendorffii cum conviciis & erroribus ſuis maſcule, modeſtè tamen repellitur;* ſcriptus ad Ill. Virum *Vit. Lud. à Seckendorf* &c. Lipſ. ſumpt. M. G. Weidmanni 1687. in 4.

Hic continentur I. Reſponſio generalis ad Eridem Scandicam, & ſpecialis contra Poſtſcriptum in Præfatione: II. Specimen Vindiciarum, editum A. 1678. adverſus Specimen Controverſiarum *Sam. Puſendorffii*, tum Profeſſoris Londinenſis: III. Notæ in Spicileg. Controverſiarum *Sam. Puſendorf.* circa Jus Nat. cap. 2. IV. Parænelis ad ſtudioſam Juventutem, edita A. 1681. deſumpto argumento ex eod. Spicilegio: V. Eridis Scand. Exceptiones contra Defenſionem *Alberti* adverſus Diſſertationem *Roudini*, inſerta defenſione ac ſubjecta Reſponſione: VI. Diſſertatio de Philoſophiæ Chriſtianæ exiſtentia & eſſentia in genere, probans εἰς ἐν πίσω Theſin, habita 15. Dec. A. 1686. VII. Programma de eodem argumento, refellens breviter Antitheſin; propoſitum publicè 29. Jan. A. 1680. VIII. Delineatio ſummi boni humani, ſecundùm hypotheſin Philoſophiæ Chriſtianæ, ad diſputandum exhibita 24. Jan. A. 1683. X. Diſputatio Moralis de electione minoris mali præ majori, ſecundùm præcepta Chriſtianæ Philoſophiæ, habita 3. Jan. A. 1685. X. Quæſtio Politica: quid Reipublicæ in caſu neceſſitatis liceat? ad diſputandum propoſita 29. Dec. A. 1669. ex iiſdem hypotheſibus deciſa: XI. Diſquiſitio moralis de primaria Axiomatum Juris Nat. diviſione in Philoſophiâ Chriſtianâ, publicè inſtituta 26. Jan. A. 1684. XII. Diſſertatio moralis de Juris Nat. præpoſitivo rigore, veriſq; ejus cauſis in Philoſophiâ Chriſtianâ, defenſa publicè 23. Sept. A. 1682.

19. *Continuatio Theologiæ Poſitivo-Polemicæ B. Hieronymi Kromayeri, in qua articuli fidei nervoſe ac perſpicue proponuntur, ſuccus ſingulorum in ſuccinctos aphoriſmos contrahitur, deducitur, inque uſum Didacticum & Polemicum reſolvitur.* Ibid. eod. in 4.

20. *Mich. Siricii D. Oleuſin fundamentalis abominationum Papatus, circa religioſum creaturarum cultum,* tribus diſtincta Libris, cum præfatione & ſupplemento adornata & edita Guſtrovii & Roſtochii apud Joachim Wild, 1687. in 4. de quâ *Acta Erud. Lipſ.* A. 1687. p. 91. Vid. ſub tit. SIRICIUS.

21. *Puſendorfium modeſtiâ caſtigatione admonitus.* Lipſiæ, 1687. in 4.

22. *Judicium de ſcripto Puſendorfiano, quod* Diſſertatio Epiſtolica D. Joſuæ Schwartzii ad Privignum ſuum *inſcribitur.* Ibid. 1688. in 4.

23. *Epiſtola ad Seckendorfium, commentum Sam. Puſendorfii de invenuſto Venere Lipſiæ pullo refutans.* Ibid. eod. anno in 4.

24. *Specimen vindiciarum adverſus ſpecimen controverſiarum Puſendorfii.* Martisburgi, 1688. in 8.

25. *Lutheriſche Antwort auf die Papiſtiſche Charteque*, genant, *Lutherus exploratus*, &c. Ibid. eod.ann.

26. *Auguſtana Confeſſio theticè ac apologeticè, imprimis contra Jeſuita Joan. Dez* Redunitionem Argentoratenſium Proteſtantium cum Romanâ Eccleſiâ, *conſcripta & edita.* Lipſiæ, apud M. G. Weidmann. 1690. in 12.

Redunitionem ſuam A. 1687. Gallicè, mox A. 1688. Germanice typis publicis evulgavit *Dezius*, de quâ *Acta Lipſ.* 1687. p. 384. &c. Novus iſte Adverſarius, faciem aut externa ſi ſpectes, plane alius ab Anonymo Viennenſi eſſe videtur. Hic enim eum Auguſtanam Confeſſionem penitus rejiciat, ſeque jugulare ipſam putet, unde Auguſtana & Anti-Auguſtana Confeſſio in titulo Libri dicitur: Jeſuita contra ſic eam comparatam eſſe cenſet, ut in pleriſque cum decretis Concilii Tridentini conciliari poſſit. Hinc *Redunitionem Argentoratenſium Proteſtantium cum Romanâ Eccleſiâ* non tantùm animo concepit, ſed & ab eâ titulum Libri hujus ſui petiit. Sed quò blandius loquitur, eò magis nocet; inprimis in Eccleſia preſſa, cui tales inſidiæ non ſine periculo ſtruuntur. Hinc Noſter non minus hujus fallacias jam, quàm illius criminationes antehac examinare ac refutare voluit, ſic tamen, ut de veritate ſententiæ ſuæ ante omnia ſemper conſtaret. Ex hac cauſa Theſin ſuam ex Aug. Confeſſ. aut aliis etiam Libris Eccleſiæ ſuæ Symbolicis ſemper præmittit; deinde verò dubia tum aliorum, tum Jeſuitæ *Dez* inprimis, ſubjicit & refellit. Unde geminus hujus in legentem, alius ex probata Theſi, alius ex refutata Antitheſi, redundabit. Numerus capitum excurrit ad 33. Horum *primum* agit de Scriptis Symbolicis in genere; *ſecundum* de Libris Conf. ſuæ Symbolicis in ſpecie; *tertium* de duabus affectionibus Auguſt. Conf. quæ maximè in dubium vocantur. Quæ ſequuntur, Articulos Aug. Conf. ſuo ordine pertractatos & vindicatos ſiſtunt; niſi quod *ſex ultima* ſpeciatim examen eorum continent, quæ Jeſuita, extra ordinem quaſi, adjecit aut aſperſit. Hunc in modum agitur de Indulgentiis in *cap.* 18. De Eccleſia hodierna Rom. in *cap.* 29. De hypotheſibus fundamentalibus Jeſuitæ *Dez* in 30. De principalibus theſibus ejuſdem in 31. De Papiſmo irreconciliabili contra eundem in 32. De iis quæ idem Eccleſiæ Argentoratenſi ſpeciatim imputavit in 33. * Vid. *Act. Lipſ.* 1690. p. 26.

27. *Schriffmaſſiger Beweis, das er vom heiligen Abendmahl recht und wohl gelehret habe, contra Feilſchmieden.* A. 1691. in 4.

28. *Kurtze, doch wichtige Erinnerungen über ein Geſpräch von der Religion zwey gebohrner Lutheraner.* Lipſiæ, 1691. in 8.

29. *Examen Profeſſionis Fidei Tridentinæ, nec non Expoſitionis doctrinæ Catholicæ Jac. Benign. Boſſueti, in XXV. Diſputationibus publicè inſtitutum.* Lipſ. apud M. G. Weidman. 1692. *in* 12. de quo *Acta Lipſ.* Oct. ejuſd. anni, *p.* 464.

Eadem methodo conſcriptus eſt præſens libellus, quâ *Auguſtana Confeſſio* ſupra recenſita, cui quaſi comitem hunc adjunxit Rev. Autor. Quemadmodum enim in illo Scripto ſententiam Eccleſiæ ſuæ è primario ejus Symbolo, quod Aug. Confeſſ. merito ſuo eſſe, ſponte fatentur Auguſtani, claré deduxit firmiſſimèq; probavit: ita in iſto doctrinam Pontificiorum è Profeſſione Fidei Tridentinæ, quam unà cum Concilio ejuſdem nominis pro confeſſione totius Eccleſiæ ſuæ habent, liquidò depromſit clariſſimèq; refellit. Præterea, cùm in illo, *Joan. Dez* librum totum, ut vidimus, ſimul excuſſerit; in hoc, Epiſcopi Meldenſis *Jac. Benign. Boſſueti* expoſitionem doctrinæ Catholicæ eâdem operâ modeſtè examinavit, non tantùm ut gratiam novitatis, quæ duobus hiſce Papiſticis Scriptis haud deeſt, prudenter aucuparetur, ſed & ſophiſmata, quæ circa Auguſtanam Confeſſionem *Dezius*, & in Tridentinis Decretis *Boſſuetus* commiſit, apertè detegeret, ſolidèq; refutaret. Tandem in eo quoque harmonia inter utrumque illud Autoris Scriptum obſervata eſt, quod ſingula eorum capita in diſputationes nervosè redacta, inque cathedrâ publicè defenſa ſint, antequam in unum corpus collecta luci publicæ exponerentur. Numerus diſſertationum illarum in præſente libello excrevit ad XXV. è quibus *priores quatuor* ſunt generales, earumque *prima* Pontificiorum Symbola univerſe, *ſecunda* & *tertia* Profeſſionem fidei Tridentinæ ſigillatim, ſicut *quarta* Expoſitionem doctrinæ Catholicæ *Boſſueti* deſcribit; ſequentes ſunt ſpeciales, examinantes Articulos fidei Papiſticæ eo, quo in Profeſſione fidei Tridentinæ proponuntur, Ordine, ac inſper-
ſis,

Digitized by Google

ſis, quæ *Boſſuetus* in medium attulit, jam ſeorſim in peculiaribus; jam conjunctim in iisdem diſputationibus, prout occaſio tulit, donec in 25. quæ eſt ultima, Clauſula etiam tum in Profeſſione fidei Tridentinæ, tum in *Expoſitione Boſſueti* ſub incudem revocari potuit. Præterea præmiſit Autor non tantum ipſam fidei Tridentinæ Profeſſionem, & Programma ſuum, quo has Diſputationes ſimul indixit, ſimul Lectiones Anti-Calvinianas A. 1691. intimavit; ſed adjecit etiam Indicem rerum notabilium, & Programma quoddam Dn. D. *Simonis*, Profeſſoris Francof. ad Viadr. quod hic illi oppoſuerat, negans inprimis, quod ibi aſſertum viderat, Rationem eſſe Principium primum dogmaticum Eccleſiæ Reformatæ.

30. *Epiſtola in commendationem opuſculi M. Pauli Stockmanni*, cui tit. *Elucidarius hæreſium, ſchiſmatum, aliarumque opinionum & dogmatum, cum fide orthodoxa pugnantium &c.* Præmiſſa eſt hæc Epiſtola eidem opuſculo. *Lipſiæ*, 1692. in 8. de qua vid. *Menſ.* Jul. & Auguſt. *Ephem. Erudit. Belgic.* A. 1692.

31. *Gründlich abgefaſtes Bedencken über zwölff Papiſtiſche Religions-Fragen* &c. Lipſiæ, 1693. in 8.

32. *Theologiſches Gutachten über eine Jeſuitiſche Relation von einer aus dem Fegefeuer erſcheinenden Seele.* Eodem ann. in 4.

33. *Vindiciæ Exegeticæ Joel. II.* 28. 29. inprimis contra Enthuſiaſtas eorumque viſiones & prophetias. In Præfatione Autor etiam, quid de Pietiſmo, Chiliaſmo aliiſque Novatorum Anomaliis ſentiat, homologetice ac apologetice proponit ac deducit. *Ib.* 1695. in 4.

34. *Beſcheidentliche Abſchüttelung der ſo genannten Zucker-Röſigen*, &c. Ibid. eod. ann. in 4.

35. *Epiſtola Apologetica contra Hagemannum.* 1696. in 4.

36. *Ausführliche Gegen-Antwort auf herrn D. Philipp. Jacob Speners* &c. Lipſiæ, 1696.

37. *Spenerus idem atque alius*, &c. Germ. Ibid. 1697. in 4.

38. *Diſputationes*: (quarum tamen haud paucas elaborarunt Dnn. Reſpondentes) *I. Philoſophica*: de Prædicationibus Perſonalibus, eas eſſe inuſitatas: de Intellectione, duæ: de Omnipotentia, quatenus ratione naturali innoteſcit: de concurſu cauſæ primæ cum ſecundis: de Immutabilitate Dei: de fide hæreticis ſervanda, duæ: de potentia libera & naturali: de Theoria voluntatis humanæ: de ſcientia in genere conſiderata: de fortitudine bellica: de fortitudine togata: de Aurora: de Tyrannide: de ſumma Dei ſimplicitate: de certitudinis in cognoſcendo gradibus & ſpeciebus: de pluvia prodigioſa (*c*): de Inſomniis: de ſenectute: de variis tranſmutationum ſubſtantialium generibus: de nummo in genere: de origine Juris Naturæ: de unitate Dei: de cultu Idololatrico beſtiarum: Reipublicæ in caſu neceſſitatis quid liceat? de pace æterna: de cauſa per accidens: de univerſali Dei juſtitia: an ſimilitudo faciat univerſalia ante mentis operationem realia? de particulari Dei juſtitia: de Exiſtentia: de Coloniis: de regalibus erga ſubditos, juſte exercendis: de ſternutatione: de prudentia proſequendi bonum & averſandi malum: de perfectionibus creaturarum in Deo: de primariis & ſecundariis cognoſcendi principiis: de Viri beati ornamentis & inſtrumentis ad *Cap. I. Lib. XVIII.* Noct. Attic. *A. Gellii*: de temperamento regiminis in Republica: de ordine intentionis & executionis actuum voluntatis divinæ, an ſcilicet ille ex hoc firmiter concludi poſſit: de gradibus luminis naturæ: de eſſentia ac attributis Dei, horumque Harmonia: de immortalitate Reipublicæ: de ſimulatione & diſſimulatione in regenda & adminiſtranda Republica; an & in quantum licitæ illæ aut illicitæ ſint (*d*)? de Friderico forti, ſive admorſo: de diſcrimine Juſti, Ethice vel Politice talis: de fortuna clarorum belli Ducum, ſub finem militiæ plerumque adverſa: de χειραγωγία Θεογνωσίας naturalis ad revelatam: de Politico: de Ubi Angelorum definitivo: de Malecontentis in Republica, eorumque ortu, factis & juribus: de Majeſtate, ejuſque diviſione in realem & perſonalem: de ultima negotiorum publicorum analyſi in Republica: de jure Pacis ad Analogiam ſtatus recti reducto: de Bello juſto, ad Analogiam ſtatus integri reducto: de locutione Angelorum: de claſſico belli ſacri non canendo: de Venatione ejuſque convenientia cum bello: de diviſione Majeſtatis in Regalia Majora & Minora: de neceſſario dependente: de juris naturalis præpoſitivo rigore veriſque ejus cauſis: de ſtatu animalitatis, humanitatis & Chriſtianiſmi: de virtute heroica *Lutheri, Matthiæ Flacii & Jacobi Andreæ*: Delineatio ſummi Boni humani: de ſervitute naturali: de primaria axiomatum juris naturalis diviſione in Philoſophia Chriſtiana: de influxu Dei, prout ille in concurſu ejus generali eſt indifferens: de Angelorum Bonorum officiis: Ad Lib. II. Metaphyſ. Ariſtot. cap. 2. adverſus proceſſum in infinitum: utrum diſpenſatio circa jus naturæ locum habeat? An togata fortitudo, an bellica ſit notior? de oſcitatione: an ſola præcepta negativa obligent ſemper & pro-ſemper? de Philoſophiæ Chriſtianæ exiſtentia & eſſentia in genere: de principio atque principiato: de urnis feralibus: de fabricando fortuna propria: de Sagis, ſive fœminis, commercium cum malo Spiritu habentibus: de declinando a ſe infortunio: de Fatalibus Imperiorum ac Monarchiarum periodis: an creatura creationis cauſa vel principalis, vel inſtrumentalis poſſet eſſe? de jure naturali paradiſiaco.

39. *II. Theologicæ*: de Munificentia divina in N. T. ex *Joel.* II. 28. 29. Διπλῶν Κάππα, quod eſt, Carteſianiſmus & Cocceianiſmus, Belgio hodie moleſti, nobis ſuſpecti (*e*): de remiſſione peccatorum, contra *Joh. Cocceium*: de modo, quo Deus & inprimis Filius Dei venit ad nos venietque, realiſmo: de ratione ſtatus in Religione Pontificia: Πεντὰς quæſtionum ſelectiorum ex Articulo de juſtificatione hominis peccatoris coram DEO: Jehu Zelus adverſus Achabitas & Baalitas ex 2. *Reg.* X. (*f*) de Baptiſmo: Heterodoxus, ex abuſu Philoſophiæ & Philologiæ natus, ex I. *Tim.* VI. 3. 4. 5. de vana perſecutorum Eccleſiæ perſuaſione, ex *Joh.* XVI. 2. 3. utrum mors Chriſto dominata fuerit? *Rom.* VI. 9. de abſoluta electione ac reprobatione, contra Calvinianos, ex *Rom.* IX. 10. 11. 12. 13. de Catecheſi: de Turri Eder, ad *Gen.* XXXV. 21. *Mich.* IV. 8. (*g*): de efficacia verbi divini interna ex *Rom.* I. 16. de inſcriptione crucis Chriſti, ex *Matth.* XXVII. 37. *Marc.* XV. 26. *Luc.* XXIII. 38. *Joh.* XIX. 19. (*h*): de præſtando categorice in Libros Symbolicos juramento: an Chriſtus dici poſſit Heros ex hypotheſi Platonicorum? de omnipræſentia naturæ humanæ Jeſu Chriſti: de Sabbati ſanctificatione & profanatione: an in quantum in Articulis fidei liceat argumenta petere ex Ratione? de Votis Monaſticis, caſtitate, paupertate & obedientia: de efficacia Baptiſmi: an Chriſtus januis clauſis Diſcipulorum conclave intraverit? de tergemino è divino, quod detur promiſſio vincenti victoriæ ſpiritualis præmio, ex *Apoc.* II. 17. de adoratione crucis Dominicæ: Σκιαγραφία Eccleſiæ florentis ac preſſæ: de paſſione Chriſti tanquam meritoria & exemplari ex I. *Petr.* II. 21. Ad quem in Renovatione gradum homo tenatus in hac vita pervenire poſſit? de Honoribus Academicis, occaſione dicti *Matth.* XXIII. 8. 9. 10.

ORATIONES ac PANEGYRICI:

1. *Suprema Philoſophiæ Laurea XIV. Magiſtrorum Carmine gratulatorio excepta.* Anno 1657. in 4.

2. *Polycarpus Lipſienſis in promotione Magiſtrorum XXXVII.* Anno 16?0. in 4.

3. *Apollini in pace triumphus, ſeu Panegyricus Magiſterialis*, Anno 1661. ſcriptus in 4.

4. *Idus Novembres nuptiis olim auſpicatiſſimis Seren. Potentiſſimiq; Saxon. Elect.* JOANNIS GEORGII II. *nunc ſolennitate Academica ad gratulandum de nuptiis*

Seren.

Seren. Principis Filii JOANNIS GEORGII III. *Hæredis Electoria Dignitatis Auguſti, feliciſſime in Dania 9. Octobr. An.* 1666. *celebratis ſacra.*

5. *Prælium Lignicenſe à D. Henrico Pio cum Tartaris Victoribus A.* 1241. 9. *April. fortiter commiſſum, Oratio, quam dixit publice in Illuſtri Lipſienſi 9. Aprilis ipſo ſcilicet anniverſaria die vigiliaque Paſchatos auſpicatiori utinam omine! Evigilante victore noſtro Jeſu Chriſto.* Lipſiæ, 1664.

6. *Cupreſſus inter Lilias & Palmas, Quod eſt, Oratio Parentalis æterno memoriæ Sereniſſ. ac Potent. Principis ac D. D.* FRIDERICI III. *Dan. Norveg. Gothorum ac Vandalorum Regis &c. Pii, Felicis, Magnanimi, Conſtantis, Divi, Auctoritate publica, juſſu Academiæ Lipſienſis, ipſo Palmarum die A. 1670. in templo Paulino dicta.*

7. *Eccardi Todii, Itzehoa-Holſati, Ornatiſſimi Juvenis & S. S. Theol. Studioſi, in Academia Lipſienſi ex vulnere beate mortui adverſus vindictam privatam oratio.* Lipſiæ, 1674.

8. *Caſtor & Pollux, ſidera Cælo recepta, Exemplo in terram reducto, quod eſt,* THOMAS STEGERUS & SIMON LOEFLERUS, *ambo S. S. Theol. Licentiati digniſſimi & ad D. Thomæ Archi-Diaconi vigilantiſſimi, ſuperiori anno, Ille 17. Martii, Hic 24. Sept. beate mortui, & hoc, 17. Julii in Academico Panegyri, qua ſex Philoſophiæ Baccalaurei ſolenniter creabantur, cupido divinarum atque humanarum literarum juventuti ad imitandum propoſiti.* Ibid. 1675.

9. *Rector Academiæ Lipſienſis uni ſecundus, nimium hoc nomine ſecundus, qui eſt Vir Nobil. Ampliſſ. Excell. Conſult. D.* GODOFREDUS SCHILDERUS, *Landshutenſis Sileſius, Phil. & J. U. D. hujuſque P. P. Celeberrimus, Collegii B. V. M. Collegiatus Meritiſſimus, in Rectoratu, poſt Preibiſium, mortuus, cumque hoc A. 1680. d. 22. April. in quem ſuperiori anno pompa funebris ſolenniſſima inciderat, juſſu & autoritate Academiæ in ſplendidiſſima Panegyri celebratus.*

10. *Singularia Geieri, ſingulariter Bona, quod eſt, incomparabile vitæ fideique exemplum in Viro Magnifico, ſumme Reverendo, Excellentiſſimoque D. D.* MARTINO GEIERO *Seren. Saxon. Elect. à Confeſſionibus, Concionibus Aulicis Primario & Conſiliis Eccleſiaſticis, de his omnibus optime totaque Eccleſia Meritiſſimo, d. 12. Sept. A.* 1680. *Freibergæ beatiſſime mortuo, in anniverſaria Academiæ Lipſienſis feſtivitate breviter deſcriptum publiceque celebratum.*

11. *Tres Novæ Charites, Emporio Lipſienſis Filiæ, ſive tres Conſult. hodie creati Doctores Juris, Georgius Quirinus Peckel, Lipſienſis, Quirinus Hartmannus Schacher, itidem Lipſienſis, Andreas Chriſtophorus Röſener, Calbenſis Saxo, laudati ex merito ſolenniter 6. Novemb. A.* 1684.

12. *Fulcrum Reipublicæ ac Eccleſiæ Præſidium, quod in Illuſtr. Excellentiſſimoque D. D.* CAROLO *L. B. à* FRIESEN; *Dynaſta in Rötha, Cotta, Jaſchwitz & Ruben, Seren. Potentiſſimique Saxon. Elect. Conſiliario Intimo, Comite, Proto-Synedrii Curioque Supremæ Præſide haſtenus Eminentiſſimo, Domino ſuo, dum viveret, Gratioſiſſimo, nunc Deſideratiſſimo, nuper eheu! ereptum laudando luget lugendoque laudat Academia Lipſienſis* 1687.

13. *Pacis Miniſter O. M. in Illuſt. Excellentiſſimoq;* D. D. HENRICO L. B. à FRIESEN, *Dom. Hæredit. Schönfeldio, Graupa, Jeſſenio, Puzkavia, Pratzſchwitzii, Conſilii intimi in Aula Elect. Saxon. Directore, Heros in Toga incomparabili jam beatiſſimo exhibitus.* Eodem anno

14. *Mauritius alter, qui fuit, ſed eheu! fuit Seren. ac Potent. D. D.* JOANNES GEORGIUS III. *Dux Saxoniæ &c. nunc beatiſſimus A.* 1691.

15. *Immaturitas Annorum & Conſiliorum Senectus, in Seren. ac Potent. Principe ac D. D.* JOANNE GEORGIO IV. *Duce Saxon. &c. erepto,* 1694. &c.

16. *Sermo gratulatorius, Seren. Potentiſſimoq; D. D.* FRIDERICO AUGUSTO, *Regi Poloniarum & Electori Saxoniæ &c. Domino ſuo Indulgentiſſimo, in ſolenniſſima Panegyri humillima devotione nuncupatus ab Academia Lipſienſi.* Lipſiæ, 1697. in fol.

Reliquum eſt ut dicam *Volent. Albertum* aliquando latuiſſe ſub nomine *Chriſtiani Aletophili.*

(a) *Lippen.* Tom. I. p. 569. (b) *Idem.* Tom. II pag. 157. (c) Prodiit Lipſiæ, 1667. 4. teſte *Lippenio* Tom. II. p. 500. (d) Prodiit *Lipſiæ*, 1675. in 4. teſte *Lippen.* Tom. I. p. 535. (e) Prodiit *Lipſiæ* 1678. in 4. & in *Hier. Kromayeri* Scrutinio Religionis, *Francof.* 1681. 4. teſte *Lippen.* Tom. I. p. 238. (f) *Lipſiæ* 1685. in 4. teſte eod. p. 600. (g) *Lipſ.* 1689. in 4. ex eod. (h) *Lipſ.* 1696. in 4. ex eod.

ALBERTI alii ſunt ſub tit. ALBERTUS.

ALBERTINUS ſive AUBERTINUS (*Ægidius*) natione Germanus, claruit ineunte Sec. XVII. & Scripſit Germanicè

1. *De Moleſtiis Aulæ, & Ruris Laude: Item de Conviviis & Compotationibus.* Monachii, 1598. & Lipſiæ 1636. in 8.

2. *Der Geiſtl. Wettlauffer wie man lauffen ſoll zu Erlangung der ſeligkeit*: id eſt, *Curſor ſpiritualis, vel de modo quo currendum eſt ad obtinendam ſalutem æternam.* Monachii 1599. in 8.

3. *Gulden Buchlein der wahren Weiſsheit, darinnen ſo wohl die Geiſtlichen, &c.* id eſt, *Liber aureus, de vera ſapientia.* 1600. in 8.

4. *Triumph uber die Welt, das Fleiſch, und den Teuffel*: i. e. *Triumphus Mundi, Carnis & Diaboli,* 1601. in 4.

5. *Troſt der Armen, und Warnung der Reichen*: id eſt, *Conſolatio Pauperum & monitio ad divites.* Monachii 1602. in 4.

6. *Von dem ſonderlichen Geheimniſſen des Anti-Chriſts*: id eſt, *De ſecretis Antichriſti.* Ibid. apud Georg. Willerum, 1604. in 4.

7. *Vom dreyfachen Stande der heiligen Marien Magdalenen*: id eſt, *De tribus ſtatibus B. Mariæ Magdalenæ.* Ibid. 1604. in 4. Antwerp. in 4.

8. *Tummelplotz der Welt*: id eſt, *Circus & Theatrum Mundi.* Ibid. 1612. & 1617. in 4.

9. *Himmliſch Frauen-Zimmer &c.* id eſt, *Triumphus Domino Noſtro.* Ingolſtadii, 1617. 8. & 1620. in 12.

10. *Spiegel der Reichen*: id eſt, *Speculum divitum.* Monach. 1626. in 4.

11. *Krieges-Leute Weckuhr, wie nöthig allen Chriſtlichen Soldaten die Ermahnung Johan. des Tauffers ſey, und wie ubel ihnen das Rauben und Stehlen anſtehe*: i. e. *Expergefactor Militum, ſeu monitio ad milites Chriſtianos, ne latrocinentur &c.* Hanov. 1646. in 12.

12. *Fürſten und Potentaten Sterb-Kunſt, aus dem Spaniſchen Ant. de Guevara verdeutſcht.* Monach. 1665. in 4.

13. *Von denen IV. letzten Dingen des Menſchen*: i. e. *De IV. ultimis finibus hominis,* in 4.

* Conſ. *Lippen.* Bibl. Theol. Tom. I. & II. *Du Pin* Tab. Univ. Tom. IV. p. 693. *Jacob à S. Carolo* Bibl. Pontif. p. 241.

ALBERTINUS (*Alexander*) de Rocha Contrada, Italus, Piſanus, à *Dupinio* (a) & *Lipenio* (b) memoratus, ſcripſit

Malleum Dæmonum, ſeu de modo exorcizandi. Veronæ 1620. & Mediol. 1628. 8.

(a) Du Pin *Tab. Univerſ. Sec. XVII. Tom. II.* p. 1895.
(b) Lipen. *Tom. I.* p. 414.

ALBERTINUS (*Arnaldus*) Majoricenſis, in ejuſdem Urbis Eccleſiæ Canonicus, poſtquam Inquiſitor Apoſtolicus, cùm Valentiæ, tum in Siciliæ regno illibatæ ſervandæ religioni invigilaſſet, deſignatus interim Pactenſis (*de Patti*) ut ex *Roccho Pirrho* habet *Nic. Antonius,* (non Pacenſis (*de Badajoz*) ut *Poſſevinus* & *Miræus* credidiſſe videntur) in eodem Regno Antiſtes, diſcedente inde *Ferdinando Gonzaga* Prorege, Vicariam ſuſcepit adminiſtrandæ reipublicæ curam A. 1538. nec non totius Siciliæ Generalis renuntiatus fuit fidei rerum Judex. Obiit An. 1545. jacetque in ſedis ſuæ Pactenſis Eccleſiæ capellâ Deiparæ Virgini de Gratia dicatâ. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 133.

SCRIPTA:

Scripta:

1. *Quæſtio de ſecreto, quando debeat & non debeat revelari?* Valentiæ 1528.

2. *Repetitio nova, ſive Comment. Rubricæ, & cap. I. de Hæret. lib. VI.* Valentiæ 1534. fol.

Quæſtiones tractantur XXXVI. ad locum *de Hæreſi & Hæreticis* pertinentes. Quis dicatur propriiſſime hæreticus? quid ſit pertinacia? de veritate Catholicâ; de intentione Scriptorum, dicentium, ſe non intendere aliquid contra ſententiam Eccleſiæ Patrum; de Virgine Mariâ; de infantibus in utero ſine Baptiſmo decedentibus; de ſtrigis, & lamiis; de confeſſione mulieris, quæ ait ſe infantem ſuffocaſſe; de juramento per membra Dei; de libris hæreticis; de Chriſtiano ex Judæis deſcendente, & veſperam ſextæ feriæ, non tamen Sabbathum celebrante. Quæſtio XVII. quæ agit de B. Virgine, an in peccato originali ſit concepta; de mandato ſuperiorum fuit correcta & moderata, & juxta illorum correctionem & moderationem impreſſam pag. 54. per *Sixti* IV. *Extravagantem*, quæ incipit *Grave nimis*, non cenſeri hæreticos, qui *Mariam* cum peccato originali conceptam eſſe ſtatuunt, ſed ſilentium imponi Prædicatoribus. *Friſius* qui *Albertini* meminit in Epitome Bibl. Geſn. *p.* 80. dicit eum *Albertinum* ſcripſiſſe ſuper *Sextum Decretalium, de Hæreticis*, ſed addit ſtatim, ſe arbitrari eundem eſſe ac librum citatum.

3. *Tractatus de agnoſcendis aſſertionibus Catholicis & Hæreticis.* Panormi primùm 1553. *fol.* deinde *Romæ* ſemel, atque iterum 1572. in 4. & 1577. (*a*) ac tandem *Venetiis* inter *Tractatus Doctorum* Tom. IX. Part. II. *fol.* 520. Poſthumum ſcilicet opus, quod cùm Autor tripartitum edidiſſet, *Speculum Inquiſitorum* inſcriptum, adferreturque triremibus, ut committeretur typographis, naufragio periit major pars; ex nonnullis autem chartarum foliis, quæ ſervata ſunt, hoc opus formavit Authoris amicus *Nic. Antonio* ignotus, ſed à *Joan. Fabricio* Hiſt. Bibl. Fabric. *Tom. IV. p.* 208. 109. nominatus, ubi Tractatum hunc indigeſtum ab *Albertino* relictum fuiſſe ait, ſed à *Barthol. Sebaſtiano* illius in Epiſcopatu & inquiſitione hæreticæ pravitatis ſucceſſore reviſum, emendatum & expolitum, ac *Venetiis* A. 1571. & 1594. (*b*) prodiiſſe, ita quidem correctum, ut ſi priori comparetur editioni, è tenebris in lucem prodiiſſe videatur.

(*a*) *Lippen.* Tom. I. p. 165. (*b*) *Ibid.* p. 425.

ALBERTINUS *de Cremona*, Italus, Ord. Eremit. S. Auguſtini, Scripſit, teſte *Elſſio* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 21. ex *Poſſevin.* Appar. Sacr. *Tom. II.*

Sermones prædicabiles, & pro mortuis, qui ſervantur *Cremonæ* MSS. apud Sodales.

ALBERTINUS (*Edmundus*) Eccleſiæ Pariſienſis Miniſter, vir doctiſſimus, gente Gallus, patriâ Catalaunenſis ad Matronam (*de Châlons ſur Marne*) ubi natus A. 1595. claruit Sec. XVII. A. 1618. in Synodo Charentonianâ Verbi Divini Miniſter factus, Carnotenſi primùm Eccleſiæ addictus fuit, deinde ad Pariſienſem tranſlatus A. 1631. Multâ in gratiâ fuit apud Vernolii Ducem, qui Abbas S. Germani à Pratis tunc temporis erat, q[ui]que ejus colloquiis & familiaritate plurimùm delectabatur. Obiit *Albertinus* Pariſiis 5. April. A. 1652. ætat. 57. In articulo mortis, vexationes Parochi S. Sulpitii paſſus eſt; &, non obſtante ſopore, morbi quo detinebatur graviori ſymptomate, mente ſatis adhuc liberâ declaravit, ab eo Miſſionario interrogatus, ſe veritatum quas vivens ſemper profeſſus fuerat, planè perſuaſum mori.

Scripta:

1. *Conſenſio fidei Eccleſiæ cum fide S. Auguſtini de Sacramento Euchariſtiæ*, Gallicè *Conformité de la Créance de l'Egliſe avec celle de St. Auguſtin ſur le Sacrement de l'Euchariſtie*, 1626. in 8. Liber iſte quaſi prænuncius eſt alterius, quo majorem ſibi famam acquiſivit, judice doctiſſ. *Belio*, quàm alii eruditi viri ſi volumina centum ederent: hujus titulus eſt

2. L'Euchariſtie de l'ancienne Egliſe, *Euchariſtia antiqua Eccleſia*: Prodiit A. 1633. *fol.* Opus Proteſtantibus pretioſiſſimum, à Miniſtris *Claudio* & *Dallæo* ſæpius laudatum, & eâ quæ inter ipſum *Claudium* & Portum Regium interfuit controverſiâ de Euchariſtiâ præcipuè clarum. Id auctarius elaboratum, auctum, & Latinè conſcriptum typis mandare deſtinaverat; ſed quod morte præventus exequi non potuit, id poſtea factum eſt curâ & ſtudio *Dav. Blondelli*, Daventriæ 1654. fol. Operis autem ordo talis eſt qualem deſcribit laudatus *Claudius* in Reſponſ. ad librum Arnaldi *Lib. II. Cap. II.* & ex eo *Belius* verb. Aubertin: » Totus *Albertini* liber Corpus eſt controverſiarum de » Euchariſtiâ, tripartitum. In *primâ* parte rem tractat » ex Scripturâ Sacrâ, & humano ratiocinio: Loca & » argumenta ſua adducit, & quæ iis dantur reſponſa » confutat: Pontificiorum loca & argumenta profert, » quibus ſatisfacit; & fermè omnibus iis reſpondet, » quæ majoris momenti hac de re dixerunt Controverſiſtæ. In *ſecundâ* fidem Eccleſiæ per ſecula ſex examinat, accuratâ locorum omnium ab utrâque parte » allegatorum facti conſideratione; & dogmata Tranſubſtantiationis & Præſentiæ realis toto hoc tempore ignota fuiſſe oſtendit. In *tertia* horum introductionis hiſtoriam texit. »

3. *Obſervationes in librum quendam* Milleterii; *qui eum ut quæſtionibus aliquot difficilibus reſponderet, urgebat*; editæ A. 1648. quæ & ipſæ ad controverſiam Euchariſtiæ ſpectant.

ALBERTINUS (*Franciſcus*) Soc. Jeſu, Italus, patriâ Catanzarienſis in Regno Neapolitano, Abbas ſecularis S. Leonardi, Philoſophiæ dein Theologiæq; in publico ejuſd. Societatis Gymnaſio Neapolitano, ac Stetlanenſi Profeſſor; vir pietate & doctrinâ illuſtris, obiit Neapoli 15. Jun. A. 1619. * *Alegamb.* p. 112. Vid. & *Morer.* Lexic.

Scripta:

1. *Tractatus pius de Sancto Angelo Cuſtode*, Italicè, *Romæ* apud Guil. Facciottum 1612. in 12. & *Coloniæ* 1673. 8. hoc tit. apud *Lippen.* (*a*) Libellus *de Angelo cuſtode, Beneficia & Apparitiones SS. Angelorum continens.*

2. *Corollariorum ſeu Quæſtionum Theologicarum ex Principiis Philoſophicis deductorum*, *Tomi II.* quorum I. continet *Corollaria deducta ex Principiis Philoſophicis complexis, præcipue in Primam & Tertiam partem Summæ S. Thomæ.* Neapoli apud Tarquin. Longum 1606. Correctius auctiuſque *Lugduni* per Horat. Cardon 1610. in fol. II. continet *Corollaria, ſeu Quæſtiones Theologicas de Trinitate, Incarnatione Verbi, & de Euchariſtia, ex Principiis Philoſophicis incomplexis, ſeu Prædicamentis Subſtantiæ, Quantitatis, Ubi, & ad aliquid.* Lugd. per Cardon. 1616. in fol. Editionem totius Operis teneo, quæ ex iiſdem typis prodiit A. 1629.

3. *Concio Italica à ſe habita in juſtis funeribus P. Petri Ant. Spinelli Soc. Jeſu*, tacito ſuo nomine, ut &

4. *Panegyricus ſuper triplici Teſſerâ S. Franciſci de Paula, Humilitate, Pœnitentia & Charitate.* Neapoli per Tarquin. Longum 1617. in 4.

5. *Apparatus Angelicus cum Diurnali aureo Angeli Tutelaris.* Coloniæ 1625. opus poſthumum.

(*a*) Lipen. *Tom. I. p.* 42.

ALBERTINUS (*Laurentius*) Germanicè ſcripſit *Monitum ad Wormacienſes, Spirenſes & Lindavienſes ut caveant à Calviniſtis.* Francof. 1596. & 1601. 4. * *Lipen.* Tom. I. p. 212.

ALBERTINUS *de Mantua*, Italus, Ord. Fremit. S. Auguſt. doctiſſimus Theologus & SS. Literarum Interpres (*a*), claruit A. 1400. Scripſit

1. Lib.

Digitized by Google

2. Lib. *de Corpore Chriſti.*
3. Lib. *Lectionum Scripturarum.* (*b*)

(*a*) *Eliſii Encomiaſt. Auguſt.* p. 21. (*b*) Poſſevin. *Appar.* p. 22.

ALBERTINUS ſeu de ALBERTINIS (*Nicolaus*) Italus, *de Prato* à patria vulgò nuncupatus, patre *Mainardo* ex nobili *Albertinorum* in Etruria ſtirpe, matre *Bartholomæa de Martinis*, æqualis nobilitatis fœmina circa A. 1250. Prati in Etruria natus, adoleſcens annorum circiter 16. Ordini FF. Prædic. nomen dedit Florentiæ in S. Mariæ Novellæ, &, ut acri erat ingenio, poſt ſtudia apud ſuos peracta ex iis fuiſſe fertur, qui, ut tum moris erat, Pariſios in ſacris literis perficiendis mittebantur. Florentiam exinde redux, tum ibidem, tum in aliis Provinciæ Romanæ Gymnaſiis, ac potiſſimum Romæ Regens inſtitutus, magnam fecit exiſtimationem ſui. Ut erat vir ſolers, magnæque apud omnes auctoritatis, ad regimen brevi admotus eſt, ſuæ etiam Romanæ Provinciæ Præfectus, & ut quidem conjectu pronum, F. *Salvo* in Comitiis Ordinis Ferrariæ 1290. habitis amoto ſuffectus. A Magiſtro Ordinis *Nicolao de Bocaſſinis* A. 1296. Treviſii electo, quicum magna illi erat morum & litterarum neceſſitudo, Procurator Generalis apud Sedem Apoſtolicam conſtitutus eſt, ſicque *Bonifacio* VIII. ob agendi dexteritatem placuit, ut ab eodem Kal. Junii 1299. Spoletanus Epiſcopus renuntiatus & poſitus in Urbe vices gerens, mox ad *Philippum* IV. *pulcrum*, Galliæ, & *Edwardum* Angliæ Reges nuntius miſſus fuerit, qui diſſidentes componeret. Quod & quà valebat dicendi facilitate & auctoritate, ita ab utroque obtinuit, ut amborum ſibi conciliarit amicitiam, ambobuſque ipſe deinceps manſerit devinctiſſimus. *Bonifacio* VIII. v. Id. Octobr. 1303. mortuo, ſucceſſor ſine mora ei datus eſt vi. Kal. Novemb. *Nicolaus Bocaſinus* ex Magiſtro Ordinis jam Cardinalis Oſtienſis *Benedictus* XI. dictus, qui ſtatim *Nicolaum de Prato* ſibi intimum purpurâ ornavit. Cætera quæ geſſit munia latius proſequitur doctiſſimus Dominicanus in Scriptoribus ſui Ordinis *Tom. I. p.* 546. Hoc tamen addam, fuiſſe *Nicolaum* effuſiſſimæ in pauperes caritatis, quibus jam omnia ſua erogaverat, priuſquam diem ſuum obiret. Vir fuit gravis, integer vitæ, morumque ſanctiorum, præſtantis formæ, qui alloquentes ſolo aſpectu ſibi conciliaret. Ex ultima voluntate in æde Ordinis Avenionenſi ad majoris altaris ſiniſtrum latus ſepultus fuit, honorifico ei tum impoſito tumulo lapideo, figuris Sanctorum marmoreis ornato, addita ejuſdem Cardinalis ſtatua marmorea, quæ omnia imprudentes poſteri ita diruerunt, ut ne veſtigium quidem appareat. Epitaphium tamen eidem inſculptum ſervarunt, & referunt *Ughellus*, *Oldoinus*, & *alii*, cujus duos tantùm verſus, annum & diem mortis docentes hic addo:

Virginis à partu numeratis mille ducentis (legendum trecentis)
Annis bis denis, uno, quartiſque Kalendis.

Hi verſus, inquam, annum docent quo mortuus eſt, à Chriſto nato 1321. ſed diem non ita clare. Hæc ab eo ſcripta relicta recenſentur.

1. *Tractatus de Paradiſo.*
2. *De Comitiorum Pontificalium habendorum ratione.* Quibus addenda viderentur
3. *Acta Legationum ejus ſub Bonifacio VIII. Benedicto XI. Clemente V.* & *Johanne XXII.* haud dubiè in Archivis Romanis ſervata.

ALBERTINUS Ord. Minorum, de quo nil aliud ſcio, niſi ab eo ſcriptum *Quadrageſimale*, & *de Sanctis*, ut memorat *Poſſevin.* p. 21. ex *Henr. Willot.*

ALBERTINUS (*Theodorus*) Italus, Nolanus in regno Neapolitano, Clericus Regularis, dedit in lucem Italicè teſte *Nic. Toppi* p. 287. *Scholam veritatis.* Neap. apud Cavallum, 1652. in 12.

ALBERTINUS (*Victorinus*) Franciſcanus Recollectus, clarus A. 1660. ſcripſit Gallicè, teſte *Dupinio* Tab. Univerſ. *Tom. II. pag.* 2295. *Chriſtianum Chriſto conjunctum.*

ALBERTIS (*Albertus de*) Italus, Tridentinus, Soc. Jeſu, clarus Sec. XVII. triennio ſtuduit Patavii, atque hic multos declamantes adverſus Jeſuitas audivit. Quare in hos, quaſi in corruptores omnium ſcientiarum ac præſertim humanioris literaturæ diu fuit & ipſe iniquiſſimo animo. Sed cùm in patriam rediiſſet, & de iis experimentum capere cœpiſſet, eos adeo dilexit, ut, quamvis invitis parentibus, qui eum Equitem Hieroſolymitanum Aulæ Viennenſi deſtinabant, Societatem ipſam ingreſſus ſit, ſeque in eâ votis religioſis adſtrinxerit. Inter Socios Philoſophus ac Theologus ex Oratoriâ, & nitidâ robuſtâque latinitate maximè præſtitit. Hanc pluribus in Gymnaſiis ſummâ cum laude ac celebritate profeſſus eſt. Vivebat Romæ circa A. 1676. octogenario major, nec diu poſt mortalitatem explevit, vir doctus & pius, ſed & acerbioris ingenii, qui veniam nemini daret, ſi quid in latinitatem peccaſſet, nec inultum pateretur, ſi quidpiam dixiſſes, quod priſcâ authoritate probari non poſſet. Stylo uſus eſt acri & peracido. Scripſiſſe ſe multa dicebat, Orationes, Carmina &c. at maximè claruit libris editis adverſus *Gaſp. Scioppium*, qui cùm volumen edidiſſet adverſus Societ. Jeſu gymnaſia, gloriatuſque, convulſurum ſe Scholas Jeſuitarum, bilem *Alberti* provocavit, quæ Sociorum modeſtiâ vix retineri potuit, quin hominem ad publicam, quam contra ejus calumnias paraverat ferociſſimam, Bononiæ diſceptationem invitaret. Cùm & à congreſſu ſe ſubduceret *Scioppius*, & ab habendâ illâ Oratione Majorum imperio *Albertus* fuiſſet deterritus, quæ oratoriè in papyro hæſerant, tranſtulit ad typos polemicè, aditiſque libellis tribus, hos, agente *Antonio* Card. *Barberino*, per ſatellitem, ad hoc miſſum Patavium, tradi *Scioppio* publicè coram teſtibus curavit.

SCRIPTA:

1. *Generales Societatis Jeſu Vindiciæ ſecundùm innocentiam adverſus famoſos* Gaſp. Scioppii *libellos datæ*; editæ A. 1649. (*a*)
2. *Lapis Lydius Scioppiani ingenii, ſpiritûs & morum.*
3. *Dentiſcalpium, & ſtrigilis adverſus* Scioppium.

Ferunt, *Albertum* his libris adverſarium ita compeſcuiſſe, ut non coegerit ſolùm tacere, verùm etiam, quod vulgò percrebuit, ex mœrore ad mortem adegerit (*b*).

Alii ejus libri ſunt

4. *Lib. adverſus Saltationes ſeu Choreas.*
5. *Invectiva adverſus corruptores Verbi Dei, eos nimirum, qui ex more ſæculi ſuperioris* (XVI.) *rem graviſſimam floſculis argutiarum corrumpebant.*
6. *Paradoxa moralia de ornatu mulierum*, A. 1650. (*c*)
7. *Theſaurus Eloquentiæ Sacræ & Profanæ, erutus ex Actione contra ejuſdem utriuſ corruptores; in quo tum Sacræ, tum Profanæ Eloquentiæ Candidatis oſtenditur artificium ſiſtendi auditoribus ſuis puram, terſam, & gravitate Chriſtianâ condecoratam orationem, miſſis futilibus illis lenociniis ejuſdem hactenus corruptorum.* Prodiit *Mediol.* 1639. & *Colon. Agripp.* ſumpt. Wilh. Frieſſem 1669 in 12. quam ultimam teneo. Auctor, inquit *Morhofius* (*d*) præcipuè invehitur in argutulos illos frigidoſque affectatores, qui ſpecie acuminum & ſententiarum præpoſterè phaleratam orationem faciunt: Proponitur autem res omnis non methodo quadam didactica, ſed ſingulari quadam atque inſolita: ut mihi quidem, pergit vir doctiſſimus, videatur ipſe Auctor Eloquentiâ ad notanda ejuſdem vitia abuti.

(*a*) *Morer.* Lexic. (*b*) Comneni *Hiſt. Gymn. Patav.* Tom. II. p. 316. (*c*) *Morer.* (*d*) Morhof. *Polyhiſt. Liter.* Lib. VI. Cap. I. n. 17. p. m. 950.

ALBERTIS (*Albertus de*) natione Italus, patriâ Tridentinus, Jeſuita, à priore forſan diverſus, de quo

quo *Ribadeneira* teſte *Imbon.* (*a*) refert prælo paraſſe

Lucubrationem Theologicam, Scholaſticam, Moralem & Canonicam, de rectâ operandi regulâ cunctis tam fidelibus, quam infidelibus, Judæis, Hæreticis, & cæteris ad evitandam culpam omninò neceſſariam.

(a) *Bibl. Lat. Heb.* p. 300. n. 913.

ALBERTIUS (*Joannes*) gente Danus, A. 1525. natus, Ling. Græc. initio, dein Dialect. & poſtea Theol. ab A. 1558. Prof. Hafn. ſimulque *Pet. Palladii* in Epiſcopatu Roeskildenſi ab A. 1559. Coadjutor, & ab A. 1560. Succeſſor, in Acad. Rectoratu d. 15. Maii A. 1569. ætat. 44. extinctus, fuſius, è Program. Fun. celebratur a *Vindingio* in Acad. Hafn. p. 83. 84. 85. teſte *Mollero* in Hypomnem. ad *Bartbol.* p. 261.

Scripta:

1. *Diſpoſitio trium Concionum ex Hoſ. XIV. Pœnitentialium.* Hafn. 1566. in 8. (*a*)
2. *Theſes de Unico Mediatore* : Ibid. 1559.
3. *Hymni Danici*, quorum nonnulli *Joh. Thomæ* Hymnologio ſunt inſerti (*b*).

(a) *Barthol.* p. 67. (b) *Molleri* Spicil. Hypomn. p. 21.

ALBERTO, (*Alphonſus de S.*) Hiſpanus, Carmelita reformatus, ſcripſiſſe dicitur apud *Nic. Anton.* Tom. I. p. 6.

Sermones de Nueſtra Señora.

Hunc incomparabilis ingenii, doctrinæ, eruditionis, & vitæ morumque dotibus inſignem deceſſiſſe A. 1632. ex Relationibus Hiſpanis retulit in *Appendice Bibliotheca* ſuæ *Mariana*, R. P. *Hyppol. Maraccius.*

ALBERTO (*Blaſius à Sto*) natione Hiſpanus, patriâ Talamacenſis, Carmelita, vir ſublimi perfectione, & vitæ ſanctimoniâ celebratus, qui ſolo pane & aquâ aliquot Quadrageſimas tranſegiſſe dicitur, mortis præſcius, & aliis decoratus prodigiis, deceſſit A. 1636. die 20. Mart. Inſignem ediderat librum

De formandis Tyronibus. Matriti 1591. * *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1128.

ALBERTO (*Dominicus à Sto*) gente Gallus, patria Fulgerienſis (*de Fougeres*) in Armorica ſeu Britannia minore, Carmelita, F. *Joannis à S. Samſone* diſcipulus, humanioribus ſtudiis confectis, vix ætat. annum 15. ſupergreſſus Ordini nomen dedit in patria. Profeſſoris Theologiæ, Prioris, & Vicarii Provincialis Turoniæ muniis vacavit, ac tandem Prior Conventûs Nannetenſis obiit A. 1634. d. 24. Jan. ætat 38. vir moribus, pietate, eruditione, indole eximius, cujus vitæ & illuſtrium virtutum epitome præfixa eſt inſigni ſuo opuſculo, cui titulus,

Exercitatio ſpiritualis Fratrum tam Novitiorum, quàm Profeſſorum in noſtro Carmeli Rhedonenſis Novitiatu degentium. Pariſ. 1650. in 12. & German. in 8.

* Vid. *Specul. Carmelit.* Tom. II. p. 1008. n. 3522. &c. ac p. 1089. *Lipen.* Tom. I. p. 669.

ALBERTUCCIUS de Borſellis (*Hieronymus*) Ord. FF. Prædic. gente Italus, Bononienſis patria & profeſſione, vir rariſſimus, inquit *Leander*, & in prædicando diſertiſſimus, ſed & in hiſtoria maximè deliciatus, mortem obiit ex pleuritide, A. 1497. die XXV. Novemb. Ejus vitam idem *Leander* fuſiùs ſcripſit, quæ Bononiæ apud ſuos MS. ſervatur.

Scripta:

1. *Annales Ordinis Prædicatorum* ingenioſè & accuratè compoſiti (*a*).
2. *Chronicon ſeu Epitome geſtorum ab orbe condito ad ann.* 1491. vel 1497. (*b*)
3. *Annales Cœnobii Bononienſ. ab inſtauratione vitæ regularis ad ſuam uſque ætatem.* MS. in Bibl. ejuſd. Conventûs (*c*).
4. *Tabula de Generalibus Magiſtris Ordinis Prædicatorum.*
5. *Tabula altera de Doctoribus aſſeverantibus B. Mariam originali peccato aliquando fuiſſe obnoxiam.*
6. *Tabula de Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum.*
7. *Hiſtoria Pontificum Romanorum à S. Petro ad Alexandrum VI.* Sic *Leander* in *Deſcript. d'Italia*, p. 274. ubi addit & ſequentia:
8. *Chronicon ſeu deſcript. plurium Italiæ civitatum.*
9. *Chronicon Civitatis Bononienſis.*
10. *Sermonum Sacrorum* Lib. (*d*)

Hæc MS. Bononiæ ſervari teſtatur idem *Leander*, quem excipiunt *Luſitanus*, *Pius*, *Fernandez*, *Altamura* ad 1489. *Rovetta* ad 1494. *Bumaldus* in Minerval. Bononienſ.

(a) *Orland.* p. 171. (b) *Script. Ord. Prædic.* Tom. I. p. 883. (c) *Orland* (d) *Idem.*

ALBERTUS quidam, clarus circa A. 1300. cujus meminit *Lud. de Valleoleti* n. 42. his verbis: F. *Albertus fecit bipartitam ſummam*, & prima pars vocatur *Alphabetum Originalium*, ſecunda *Alphabetum narrationum*, quæ vulgò Magiſtro Ord. Prædicar. VIII. *Stephano Ejuncello* aſſeruntur, de quo *Script. Ord. Prædic.* Tom. I. p. 429. &c.

ALBERTUS alius, ejuſd. Ord. cujus meminit *Petrus de Alva* Nod. Indiſſol. pag. 41. qui ſcripſerit à ſe viſa inter Codd. MSS. Belg.

1. *Commentaria ſuper Veterem artem.*
2. Item *ſuper 6. principia.*
3. Item *ſuper 4. libros ſententiarum.*

ALBERTUS *à S. Ægidio*, Gallus, patriâ Dolenſis, Carmeli Ordinem amplexus eſt & in eo vota dixit Rhedonis A. 1609. Doctor Theologus Pariſienſis.

Scripsit opus cui tit.

Paulus prædicans reſurrectionem mortuorum, adverſus Atheos. Rhedonis 1654. in 4. * *Specul. Carmelit.* Tom. II. p. 1088.

ALBERTUS *de Albo Lapide* Ord. FF. Prædic. inter Scriptores hujus ordinis laudatus *Tom. I. p.* 847. Helvetius, patria & profeſſione Thuricenſis, Sacræ Theol. Magiſter, Romam, ut aiunt, adiit A. 1440. ac conciones ibidem plurimas habuit. Vivebat ſub Pontifice Sixto IV. A. 1471. tùmque ſcripſit librum hoc titulo:

Laus, commendatio & exhortatio de punctis notabilibus circa indulgentias, gratias, & facultates Eccleſiis Thuricenſibus Conſtanti enſis Diœceſeos. à SS. DD. Sixto Papâ IV. moderno conceſſas cum quibuſdam aliis annexis occaſione dictarum Indulgentiarum. Capita hæc ſunt:

I. De deſcriptione prædictæ Indulgentiæ.

II. De punctis indulgentiarum, populo & Eccleſiis Thuricenſibus conceſſarum.

III. De anno Jubilæi & privilegiis ipſius.

IV. Hæ indulgentiæ valdè acceptabiles & utiles ſunt.

V. De laudibus civitatis Thuricenſis, cui dictæ indulgentiæ datæ ſunt.

VI. De laudibus SS. Martyrum Felicis, Regulæ & Exuperantii Patronorum ſuorum.

VII. De fonte ſalutari exorto ibidem.

Sic habent *Nova literaria Helvetica* collecta à *Joh. Jac. Scheuchzero* Medico Doctore, edita *Tiguri* apud *Dav. Geſnerum* pro anno 1705. in 8. p. 37. Vide & *Hottingerum* Bibl. Tigurinæ p. 66. *Badium* in ſuâ Univerſit. Florent. p. 164. qui hunc *Albertum* in Sacra facultate Florentina laureatum A. 1458. refert ex archivis facultatis.

ALBERTUS ſive ALBERICUS Eccleſiæ Aquenſis (*d'Aix en Provence*) ſive, ut alii volunt (*a*), Aquiſgranenſis (*d'Aix la Chapelle* in Belgio) Canonicus, & cuſtos ſive æditus, claruit A. 1120. Scripſit ex auditu & relatione aliorum

Hiſtoriam Hieroſolymitanæ Expeditionis ſub Godefr. Bullionæo & aliis Principibus, libris XII. quibus res à Chriſtianis in Oriente geſtas accuratè perſequitur ab A. 1095. ad ſecundum Balduini II. A. C. 1120. circiter. Hiſtoriam hanc titulo *Chronici Hieroſolymitani* anony-

Digitized by Google

anonymam primua edidit *Rein. Reineccius* Helmſtad. 1584. (*b*) & 1602. (*c*) dein authori ſuo reſtitutam *Bongarſius* inter *Geſta Dei per Francos* Tom. I. p. 184. *Hanoviæ* 1611. (*d*)

Hujus præter cit. meminit *Miræus* in Auctar. cap. 358. p. 60.

(*a*) *Swert.* Athen. Belg. *p.* 113. & ex eo *Olear. p.* 25. (*b*) *Cave* p. 572. (*c*) *Voſſius* de Hiſt. Lat. Lib. III. cap. VI. p. 775. (*d*) Olear. *l. c.*

ALBERTUS Archidux Auſtriæ, MAXIMILIANI II. Imp. & MARIÆ *Caroli* V. filiæ natus, RUDOLPHI II. Imp. frater, S. R. E. Card. Neapoli in Auſtria A. 1559. Idib. Nov. in lucem venit. Apud matrem piè ſplendidèque educatus, moderatore *Augerio Buſbequio* præſtanti viro, eos in litterarum ac virtutis palæſtra fecit progreſſus, ut omnibus probitate & eruditione admirationi eſſet. Jacto hoc fundamento, in Hiſpaniam juvenis adhuc profectus, PHILIPPO II. Regi, ob egregias animi dotes gratiſſimus fuit. Vigeſimum ætatis annum attingens, Cardinalium numero ad preces Imperatoris, & Catholici Regis, abſens adſcriptus eſt. Anno ætat. 22. titulo Presbyt. S. Crucis in Hieruſalem inſignitus: in qua Eccleſia Sacellum S. Helenæ, olim à *Bernardino* Card. *Carvajal* reſtitutum, variis ſtructuris ac picturis exornavit, ut docent ibidem tabulæ marmoreæ cum appenſa epigraphe.

Defuncto *Henrico Cardinale* Luſitaniæ Rege, à PHILIPPO II. Prorex primus renunciatus eſt; poſtmodum Legatus à Latere declaratus, quo munere ab obitu GREGORII XIII. uſque ad CLEMENTIS VIII. tempora perhonorificè ac cum laude perfunctus eſt. Exinde in Hiſpaniam revocatus, *Gaſpare Quiroga* è vivis erepto, Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniæ Primas, Prior Ocratanus, & Conſiliarius intimus in rebus maximis effectus eſt. ERNESTO fratre, Belgii ſummo moderatore, extincto, muneri illi à PHILIPPO præpoſitus, Bruxellas ad regiam ſedem (*Garcia Loayſa* Toletanæ Eccleſiæ Vicario ſuo inſtituto,) pervenit III. Id. Febr. 1597.

Purpuram deinde depoſuit, eamque Virgini Halenſi conſecravit, & conjugium celebravit A. 1598. cum *Iſabella Clara Eugenia* PHILIPPI filia. Celebratur ejus eximius in Deiparam Virginem cultus, ac dona incomparabilia quibus Lauretum donavit.

Quo verò pietatem, cultumque divinum in Belgio amplificaret, *Annam à Jeſu* dictam, S. *Thereſiæ* ſociam, vitæ ſanctimoniâ celebrem eò evocavit; templum, cœnobiumque inſigne virginum, S. *Thereſiæ* inſtitutum ſectantium erexit: *Thomam* item *à Jeſu* nuncupatum, qui viris religioſis dux, ac monaſticæ diſciplinæ promotor eſſet, ex urbe Colonia illuc deduxit. *S. Alberti* Leodienſis Epiſcopi & Martyris corpus Bruxellas transferendum curavit, & in Diſcalceatarum Virginum ædem ſuis humeris intulit (*a*). Porrò Bruxellis in ſubſidium ac ſolatium pauperum, maximè viduarum & pupillarum Montem pietatis erexit.

Oblatam non ſemel Imperii coronam ſuâ ſorte contentus, reſpuit. Vitam denique concluſit d. 13. Jul. A. 1621. ætat. 62.

Mandaverat ille, ut exanime corpus ad Eccleſiam deducaretur humili ſtipatum comitatu, ac tredecim dumtaxat funalibus accenſis, quorum duodecim è communi cera eſſent ad memoriam Apoſtolorum: albicante decimo tertio in Deiparæ Virginis honorem. Cadaver igitur, ut juſſerat, Franciſcani Ordinis veſte & cucullo indutum, in majori Bruxellenſis urbis templo ſepultum fuit cum honorifica Inſcriptione:

SCRIPSIT Albertus *nonnullos hymnos ad honorem S. Alberti* Epiſc. Leodienſis & Martyris; *Libellos* item *precarios* Apoſtolico ſpiritu ac pietate plenos, *Bruxellis* A. 1629. typis editos. Refertur etiam inſignis ejus *Epiſtola de Conceptione B. V. M.* ad Romanum Pontificem GREGORIUM XIII. data, quam ex *Waddingo* & *Marracio* habet *G. J. Eggs* in Suppl. Purp. doctæ *Lib. III. p.* 428. qui de illo *Alberto* fuſius agit.

(*a*) Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib.* I. *p.* 114.

ALBERTUS de *Argentina*, gente Germanus, civitate Argentoratenſis, Magiſter ſeu Doctor, & fortaſſis Presbyter, Epiſcopi Argentinenſis familiaris, a quo Avenionem legatus fuit, ut ſe Pontifici excuſaret, & *Ludovici* Imp. decretum contra ambitionem Pontificiam deferret. Claruit anno 1378. Scripſit bonâ fide *Chronicon* ab initiis *Rodulphi* Habſpurgenſis Imp. ad *Caroli IV.* mortem, ſeu ab anno Chriſti 1270. ad 1378. In hoc Opere multa ab aliis intacta, vel non adeo plane ab aliis explicata reperies. Mutilum id edidit *Cuſpinianus* cum Conſulibus Romanis, *Baſil.* 1553. 1569. (quæ quidem editio in Indice Expurgatorio nominatim prohibetur, quin & integrum *Alberti* Chronicon legi interdicitur, antequam pro Inquiſitorum arbitrio expurgetur) integrum *Chriſtianus Urſtiſius* inter Scriptores Germanicos *Francofurt.* 1585. 1670. Tom. II. p. 97. Scripſit etiam Albertus *Vitam Bertholdi à Buchecke* ſive *Bucketike*, Epiſcopi Argentinenſia, & Spirenſia ab anno 1328. ad 1353. Eam ad Chronici calcem edidit *Urſtiſius* ibid. p. 167.

* Vid. *Warthon* Append. ad *Caveum* p. 50. *Voſſium* Lib. III. *de Hiſt. Lat.* cap. 3. p. 537. *Oudin.* Tom. III. p. 1145.

ALBERTUS Armachanus Archiep. de quo dicemus ſub tit. EDMUNDUS Cantuarienſis.

ALBERTUS ARNHEMIUS, Vid. KIVET.

ALBERTUS (*Auguſtinus*) Patricius Soſpitellenſis in Ducatu Sabaudiæ; Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtravit, libro Italicè edito, cui tit. ex *Diar. Ital.* Tom. XXXI. p. 459.

Idea delle Cattedrali d'Europa &c. cui ſubjungitur Appendix de notitia Cathedralium Aſiæ, Africæ & Americæ. *Taurini* apud Petr. Joſ. Zapparam, 1718. in 4.

ALBERTUS Baro *de Bonſteten*, natione Germanus, *Maximiliano* Imp. I. à Sacris, & Eremitarum in Helvetiâ Decanus, claruit A. 1491. Literis commiſit *Vitam Nicolai Tolentini Ord. Eremit.* Monachi, qui complures annos cibi expers vixiſſe creditur; eam edidit *L. Surius* ad x. diem *Sept.* Extat & Hiſtoria ejus labore concinnata quam *Auſtriacam* inſcripſit, & *Carolo VIII.* Galliæ R. nuncupavit, MS. in *Biblioth. Cæſarea Vindob.* Hujus meminit eruditiſſ. *Pet. Lambecius* Commentar. *Tom. II. p.* 4. eamque ſe editurum pollicitus eſt, ſed morte præventus non præſtitit: idem in rei Litterariæ commodum in ſe ſuſcepit digniſſ. ejus Succeſſor *Dan. Neſſelius*, editâ *Sciagraphiâ*, Vindob. 1698. * *Rob. Gerius* Append. ad *Caveum* p. 140.

ALBERTUS Bavariæ Dux. In ſcriptis variis *de neceſſitate Reformationis Eccl. Rom.* &c. ab *Herm. Conringio* collectis, ejus *Alberti* extat

1. *Epiſtola ad Pium IV.* quâ rogat ut ſaltem illis indulgeatur ſacri calicis uſus, qui ita perſuaſi aliam ſaniorem admonitionem non admittunt.

2. *Oratio* ejus *habita in Congregatione Concilii Tridentini* edita A. 1563. reperitur in Bibl. Ultraj. ut liquet ex ejus Catalogo impreſſo.

3. *De Matrimonio Sacerdotum.* Offenbach. 1610. in 4. ex *Lipen.* Tom. II. p. 695.

ALBERTUS Bergomenſis, Italus, Capucinus Provinciæ Mediolanenſis, vir pietate inſignis, obiit in ſodalium Conventu Colonii in agro Brixienſi, A. 1585. ſanctitatis opinione celebris. Nonnulla ſcripſit ad uſum Concionatorum, ſcilicet

1. *Tractatum de virtutibus & vitiis.*

2. *Sermones Quadrageſimales, & de Tempore, adjunctis aliis Concionibus de Sanctis.* MS. ut teſtatur *Bibl. Script.* ejus Ordinis *p.* 2. Plura de illo *Boverius* Annal. Tom.

1. &

2. & *Car. Bruxell.* Flor. Seraph. Tom. 2.

ALBERTUS (*Bernardus*) Germanus, V. D. M. Auguſtanus, vernaculè edidit Tractatum Theologiæ Practicæ, cui tit. ex *Prezig.* Suev. & Wirtemb. ſacra *p.* 420.

Haaſſ-und Kirchen-Schatz. Hamburgi, 1667. in 8.

ALBERTUS *Bremenſis.* Vid. ALBERTUS Stadenſis.

ALBERTUS *de Brixia.* Vid. MANDUGASINUS.

ALBERTUS *de Capitaneis* Italus, Cremonenſis, Archidiaconus Eccleſiæ Majoris in patria, dignïſque Eccleſiaſticis muniis Romæ cognitus, præter alia compoſuit, ut ſcribit *Ariſius* in Cremona Liter. *Tom. I. p.* 340.

Hæreticorum Valdenſium, & Albigenſium Hiſtoriam, quam MS. fuiſſe A. 1618. ad manus Ill. *Philippi de Archintis* Mediol. Patritii Epiſc. Novocamenſis affirmat *Breſſianus* in Roſ. & Viol.

Miraus in Auctar. *cap.* 504. meminit *Alberti* Catanæi, Archidiac. Cremon. cujus MSS. extant apud *Quercetanum*

Reges Francorum uſque ad *Ludovicum XII.* Non dubium quin ejuſdem *Alberti* ſit utrumque opus.

ALBERTUS Carmelita, gente Siculus, de cujus patriâ, diuturna diſſidia inter Drepanitanos, & Erycinos. Natus patre *Benedicto Abbate* & *Joannâ Politiâ* nobilitate clariſſimis. *Ant. Mongitor* in Bibl. Siculâ *p.* 11. hæc de illo refert.

α. Præceſſiſſe Parentum longam ſterilitatem annorum 26. at edito voto, quod naſcituram prolem B. Mariæ Virgini in ordine Carmelitarum dicarent, optatam fœcunditatem impetraſſe, viſamque per ſomnium ab iiſdem parentibus fulgidiſſimam facem, quam maternus venter emittere videbatur, futuræ ſanctimoniæ ſplendores præſignaſſe; ſanctiſſimumque vitæ præſagium Cœnobio Carmelitarum propè Drepanum amplexum eſſe.

β. Laudat ejus virtutes, concionum ejus ſucceſſus, miracula. Narrat, dum ingenti clade premebatur Meſſana A. 1301. à *Roberto* Neapolis Rege, ditam famem urbem aggreſſam, ſupremum exitium minatam eſſe obſeſſis; ad civium preces Deum exoraſſe *Albertum*, & extemplo quatuor oneratias naves, per medios hoſtes in portum appulſas, egeſtatis anguſtias expuliſſe, & urbem à periculo liberaſſe.

γ. Obiiſſe 7. Aug. A. 1307. (alii dicunt A. 1292.) & ejus mortem Meſſanenſi populo æs campanum, nemine pulſante, enunciaſſe; cumque inter Clerum populumque orta eſſet contentio, cantandumne defunctorum ſacrum, an verà Confeſſorum, Deo remiſſam fuiſſe quæſtionis ſolutionem; juſſiſſe tunc Archiepiſcopum Meſſanenſem, ut Deum enixè orarent; annuiſſe Deum populi votis, ideoque duos Angelos lumine radiantes è Cœlo delapſos, albis amictos veſtibus, aureiſque ſtolis præcinctos decantaſſe, *Os juſti meditabitur ſapientiam*, & ſtatim evanuiſſe. De iis dubitare nefas non eſt.

δ. A *Sixto IV.* in Sanctorum numero relatum ex Bullâ datâ Romæ 31. Maii 1476. De illo legi poſſunt *Vinc. Barbarus* Drepanitanus in vitâ editâ Panormi 1536. recuſâ A. 1688. quam exſcripſit *Oct. Caetanus* Tom. II. SS. Sicul. *Jo. Maria Politianus*, eamque adducit *Surius* 7. Aug. *Theod. Arianus* Meſſanæ 1656. *Thom. Cantoni* Bononiæ 1679. *Specul. Carmelit.* Tom. I. & II. paſſim: *Laurentius Abbas* Carm. Ital. Florent. *Mantuanus* in Faſt. l. 8. *Petr. Ribadeneira* in Vitis SS. *Herib. Roſweydus* in Gen. Legend. SS. 7. Aug. *Alph. Vigliegas* in Vit. SS. & plures alii citati à *Mongitore*. Ejus etiam memoria extat in Martyrolog. Romano, & Carmelitano *Pet. Thom. Saraceni* à pag. 299. apud *Joh. Trithemium* de Viris Illuſtr. Ord. B. M. de Monte Carmelo; *Petrum Lucium* Belgam in Bibl. Carmelit. p. 3. *Arn. Boſtium* de Viris Illuſtr. Ordin. Carmel. *Coronelli* Biblioth. Tom. II. *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I.

SCRIPSISSE dicitur

1. *De piis moribus.*
2. *De amore fraterno.*
3. *De patientiâ.*
4. *De mundi Contemptu.*
5. *De fallaciis Diaboli.*
6. *Homilias ad populum.*
7. *De timore Dei.*

ALBERTUS Comes ab Hohenberg, natione Germanus, primùm Herbipolenſis, deinde Friſingenſis Epiſcopus, obiit Friſingæ in Bavaria A. 1359. Scripſit

Vitas SS. Kiliani, Colomanni & Ternani, ſeu *Chiliani, Columbani & Rotnani*, ſed minùs rectè, ut notat *Voſſius* (*a*); apud *Poſſevinum* (*b*) vocantur duo poſteriores *Colonatus* & *Tornatus*.

(*a*) Lib. III *de Hiſt. Lat.* cap. 1. p. 530.
(*b*) *Appar. Sacr.* p. 23.

ALBERTUS (*Dominicus Stanislaus*) Siculus, Panormitanus, Soc. Jeſu, natus 4. Maii 1655. Societatis inſtitutum amplexus eſt 12. Novembris 1671. in quâ ſolemnia emiſit vota 15. Auguſti 1688. Gravioribus diſciplinis abunde excultus, nedum humanas literas, & juniores Societatis Græcam linguam, verùm etiam Ethicam Panormi, & Philoſophiam Sicli, Monteregali, & Panormi tradidit, non ſine ingenii, & doctrinæ laude. Socium Rectoris Tyronum egit Panormi: A. 1714. Miſſionibus Siculis præerat: & animatum quæſtum tum conſilio, tum calamo promovebat. In eximio viro eloquentiam, pietatem, ac morum comitatem laudat *Mongit.* Tom. I. p. 170. qui de eo rurſus in *Append.* Tom. II. p. 39.

SCRIPTA Italico idiomate:

1. *Compendio della Vita, e Virtù del Venerabile ſervo di Dio P. Luigi la Nuza della Compagnia di Giesù.* Panormi, typ. Coppola, & Adami 1692. Suppreſſo nomine.

2. *Vita de' Glorioſi SS. Fratelli Criſpino, è Criſpiniano, Nobili Romani.* Ibid. apud Aug. Epirum 1696. in 8.

3. *Corona di Roſe, e Gigli inteſſuiata di varie divozioni da offerirſi alla Glorioſiſſima Romitella S. Roſalia Vergine Palermitana.* Ibid. apud Fel. Marium 1698. & apud Epirum 1703. in 12.

4. *Corona di Gemme, cioè di varie divozioni da offerirſi in onore del B. Stanislao Koſtka Novizio della Compagnia di Giesù.* Ibid. typ. Joſ. Gramignani 1702. in 12.

5. *Dell' Iſtoria della Compagnia di Giesù, la Sicilia.* Parte I. Ibid. apud eund. 1702. in 4. Partem II. & III. prælo paravit.

6. *Pomarium Latinitatis P. Franciſci Pomey Soc. Jeſu*, è Gallico Italicè vertit, ac prodiit primùm Panormi apud hæt. Petri de Juſula 1684. in 12. iterùm ibid. typ. Fel. Marini 1699. & Mich. Conſtantii 1699. in 12.

7. *L' Apoſtolo Taumaturgo dell' Oriente S. Franceſco Saverio della Comp. di Giesù, riverito da' ſuoi divoti con vari oſſequi.* Ibid. apud Onuphr. Gramignanum 1704. in 24.

8. *Il Giglio Fiorito, cioè il B. Luigi Gonzaga della Comp. di Giesù riverito da' ſuoi divoti con vari oſſequi.* Ibid. apud eund. ann. & form. iiſdem.

9. *Il Meſe di Luglio conſagrato alle Glorie di S. Ignazio Fondatore della Comp. di Giesù, propoſto à divoti del Santo.* Ibid. apud Thom. Pignatatum 1707. in 12.

10. *Lo Specchio dell' Amore, che moſtra Iddio ad ogni Chriſtiano, che ſi comunica: per facilitare a tutti l apparecchio alla Santa Comunione, e l' Azione di grazie dopo d'eſſa.* Ibid. apud eund. ann. & form. iiſd. & apud Ant. Pecoram 1711. in 16.

11. *Invito universale alla divozione del Glorioſo Patriarca S. Giuſeppe, colla Prattica di varj oſſequj allo ſteſſo Santo, novamente accreſciata.* Ibid. apud Ang.

Felicellam 1708. in 24. ſuppreſſo nomine.

12. *L'Antidoto contro ogni male, la divozione verſo il Diletto di Chriſto N. S. San Gio: Apoſtolo, ed Evangeliſta, propoſto a' divoti del Santo.* Ibid. apud Pecoram 1711. in 12. Editio IV.

13. *Piccolo Teſoro de' Verbi latini, cioè Compendio della Fraſeologia del P. Placido Spataſora della Comp. di Giesù, utiliſſimo a' Grammatici, e Rettorici. Aggiuntovi nel fine un' Indice volgare, che dimoſtra tutti i Verbi Latini, i quali poſſono ridurſi ad un medeſimo ſignificato.* Ibid. apud Felicellam 1708. in 8.

Nonnulla etiam addidit ad vitam *Aloyſii La Nuza* Soc. Jeſu, quam ſcripſit *Michael Frazzetta*, recuſam ibid. apud eund. 1708. in 8.

Prælo item paravit

14. *Vita di S. Caſtrenze.*

15. *L'Amore ſcambievole tra la Santiſſima Vergine e Congregati, che frequentavono le Congregazioni à lei dedicate nelle Caſe della Compagnia di Giesù.*

16. *Panegirici.* Quæ an lucem viderint incompertum habeo.

ALBERTUS (*Eraſmus*) & (*Ferdinandus*) Vid. ALBERUS.

ALBERTUS (*Fulvius*) gente Italus, Bononienſis, Italicè dedit *Storia della SS. Vergine del Soccorſo, detta del Borgo di S. Pietro di Bologna.* Bononiæ, apud Ferronium 1630. & Cattaneum 1631. in 4.

ALBERTUS Galinganus. Vid. hunc titulum.

ALBERTUS Gemblacenſis Abbas, ac primùm Lobienſis Monachus. Vid. OLBERTUS.

ALBERTUS (*Georgius*) Vid. ALBRECHT.

ALBERTUS de Janua. Vid. CLAVARUS.

ALBERTUS (*Joannes*) Sigismundi III. Poloniæ Regis ex *Conſtantia* Auſtriaca filius, Vladislai IV. & Joannis Casimiri V. Poloniæ & Sueciæ Regum frater, S. R. E. Cardinalis, vir præclaris animi, corporiſque dotibus illuſtris, comis, benignus, ac liberalis in omnes, eruditione ac pietate claruit Sec. XVII. Archiepiſcopatum Cracovienſem meritis conſequutus eſt, ac purpurâ donatus ab Urbano VIII. die 20. Dec. A. 1633. Anno abhinc uno tranſacto obiit Cracoviæ die 29. Dec. A. 1634.

Edidit egregia *Statuta pro decore Cleri ac Populi Cracovienſis*: quibus ad vitam honeſtè inſtituendam nihil ſalubrius reperiri poteſt, ut verbis utar *G. J. Eggs* Purp. doctæ *Lib. VI. p. 350.*

Item *Rituale Paſtorum, pro animarum & Eccleſiarum diœceſanarum directione.*

ALBERTUS (*Joannes*) V. D. M. Hoogwoudanus in Hollandia Boreali, cujus extat in *Bibl. Hiſt. Philol. Theol.* Claſſ. VIII. Faſc. I. p. 149. *Bremæ*, 1725. in 8.

Obſervationum Criticarum in Heſychium Specimen, quod diſtinguendum non videtur ab infra recenſendis libris.

ALBERTUS (*Joannes*) V. D. M. Crommanianus (de *Krumaw* vel *Cromaw*) non procul a Budoviſſa (*Budweiß*) Bohemiæ urbe, clarus Sec. XVIII. Hujus extat in *Muſeo Hiſt. Philol. Theol.* Bremæ edito 1728. in 8. *Vol. I. p.* 104.

1. *Specimen Annotationum Philologicarum in Novum Teſtamentum, ex Philonis* Judæi *libro* de Opificio Mundi *collectarum.*

Quæ in eo illuſtrantur loca indicare ſufficiat. *Matth.* VI. 34. XIV. 6. XVII. 5. 21. XVIII. 6. XIX. 4. 26. XXII. 16. 21. XXIV. 7. *Marc.* II. 1. IV. 29. *Luc.* I. 1. 15. II. 51. III. 5. VII. 48. VIII. 14. XII. 18. XV. 10. 30. *Joan.* I. 2. 9. II. 15. V. 4. XV. 8. XVIII. 1. XXI. 25. *Act.* I. 1. 7. 17. 18. II. 17. III. 7. V. 23. 29. VII. 9. 40. XI. 19. XIII. 2. 42. XIV. 23. XVII. 24. 25. 31. XIX. 11. XX. 9. XXIV. 3. 13. XXVI. 5. *Epiſt. ad Rom.* I. 13. 18. III. 23. 25. V. 20. VI. 20. VIII. 7. IX. 23. I. *Cor.* II. 14. X. 6. XV. 47. II. *Cor.* III. 10. 18. *Ad Galat.* III. 8. *Ad Epheſ.* III. 18. IV. 8. VI. 5. *Ad Philip.* II. 8. III. 20. *Ad Coloſſ.* III. 14. I. *Theſſ.* IV. 12. II. *Theſſ.* II. 9. I. *Timoth.* V. 4. VI. 5. 15. II. *Tim.* III. 10. 15. *Ad Hebr.* I. 3. 4. VI. 7. VII. 3. 9. VIII. 10. XI. 10. 11. 26. 38. XII. 14. XIII. 2. *Ad Epiſt. S. Jacob.* I. 15. II. 15. III. 3. 4. V. 17. I. *Petr.* IV. 3. 18. II. *Petr.* II. 12. 14. 16. I. *Joan.* IV. 18. *Apoc.* XIX. 9.

Non dubium quin idem ſit *Albertus* ille, cujus editæ ſunt

2. *Obſervationes Philologicæ in Sacros Novi Fœderis libros.* Lugduni Bat. apud Jo. Arn. Langerack, 1725. in 8. de quibus *Act. Lipſ.* menſ. Jul. ejuſd. anni, *p.* 302.

Tanta in his obſervationibus copia eruditarum lectionum ubique occurrit, ut totus propemodum liber, ſi omnia ſectari vellemus, quæ hic pulchrè eruuntur ac illuſtrantur è profanis ſcriptoribus, deſcribendus eſſet. Pauca igitur ex iis attingemus. *Matth.* III. 11. καὶ πυρὶ p. 15. *Ego verò*) *Tertullianum* hic laudavit D. *Olearius*, Obſ. ad Matth. p. 91. Cap. III. 16. ὡσεὶ περιστερὰν p. 17.) *Hammondus* contra omnes ferè etiam recentiores & quaſi primus allegatur, qui τὸ ὡσεὶ retulerit ad motum columbæ. Pridem autem *Socinum* ita ſenſiſſe notum eſt. Addit Noſter, clara fuiſſe verba *Lucæ*, ſi dixiſſet, σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερᾶς, non autem ὡσεὶ περιστεράν. Et hoc è *Sim. Epiſcopio* ſumptum. Nam & *Hammondus* ab illo multa eſt mutuatus. Modum autem apparitionis & deſcenſûs à modo καταβάσεως difficulter diſtinguas. Nam ſi per ſe verum eſt, Spir. S. ſub ipſâ columbæ formâ apparuiſſe, lis eſt finita, & rectè ab *Hammondo* diſſenſit D. *Olearius* l. c. p. 101. De columbâ *Fabiani* Epiſcopi agit *Euſebius* H. E. 6. 29. C. IV. 5. παραλαμβάνει, p. 20. *recte monuit*) & ante illum iterum D. *Olearius* p. 106. C. V. 6. *οἱ πεινῶντες nondum videre licuit.*) Monſtratum hoc fuit ab eodem in exemplo *Pauli*, I. Cor. IV. 10-13. ubi in Apoſtolo concurrunt, quæ prædicta erant omnia. Et pro ἕνεκεν ἐμοῦ, eſt hic διὰ χρεῖαν. Hoc ſenſu, beati, qui flagrantiſſimè deſiderant juſtitiam, ac propter illam etiam famem & ſitim libenter tolerant, ex mente *Clementis* Alexandrini. Nam etiam hi videntur perſecutionem pati propter juſtitiam, quia lugent propter eandem, famemque ac ſitim in perſecutione ſuſtinent, I. *Petr.* III. 14. De ellipſi τοῦ διὰ dubius eſſe haud potuit *Clemens*, quando apud *Demoſthenem* & *Xenophontem* præſto ſunt exempla. C. VI. 11. τὸν ἐπιούσιον.) Partem *peculii* noſtri, vel *peculiarem* vertit doctiſſ. Autor *p.* 47. Peculium autem non eſt οὐσία ſimpliciter, ſed οὐσία ἰδία, ut tamen dominus eam adhuc poſſidere credatur; quia ſervus civiliter non poſſidet. Et contra paterfamilias non habet peculium; filius autem familias, etiam liberam peculii adminiſtrationem habens, plenam ubique non habet. *Bona noſtra* ſane vocantur οὐσία per omnia *Luc.* XV. 12. 13. perinde ut apud JCtos Græcos, ταῦτα πάντα τῇ οὐσίᾳ περιέχονται. *Hæc omnia bonis ſunt comprehenſa.* *Ælianus* ſimiliter X. 17. & XIV. 32. Hunc ergo panem, ceu præcipuam οὐσίας noſtræ partem & ad ſuſtentationem quotidie neceſſariam, ἐπιούσιον dignum erat appellari. C. XII. 20. εἰς νῖκος τὴν κρίσιν p. 90.) Victoriam ait poſſe conſiderari ceu judicem, ad quem cauſa defertur. Apud *Plutarchum* autem dicitur quidem, ἐκβαλεῖν τὴν κρίσιν εἰς ἄλλον ἄρχοντα, non verò εἰς νῖκος. Et apud *Matthæum* neque ἄρχων extat, neque κριτής. Acceſſit ergo Noſter ad ſententiam D. *Olearii* p. 390. etiam ubi illum non nominat. Is verò *Jac. Capello* ſatisfecit præterea f. 57. 58. 515. C. XVI. 18. καὶ πύλαι ᾅδου p. 110.) Comparatur ᾅδης magnæ civitati; ſecus rum verbis, uti puto, D. *Olearii* p. 452. C. XVI. 28. ἐρχόμενον pag. 111.) Vertit Noſter, *abeuntem in regnum ſuum*, per aſcenſionem ſcilicet. Dudum id placuit *Bezæ*. Sed æquè commodè intelligas de adventu ad excidium Judæorum & vindictam: quod contigit viventibus adhuc quibuſdam, qui tunc adſtabant. *Marc.* IX. 1. *Luc.* VIII. 27. Et neque *Matth.* XIV. 12. XVIII. 31. XIX. 1. *Marc.* VI. 29. *Luc.* II. 44. *Joh.*

Joh. VI. 17. *Act.* XXVIII. 4. *abeundi* ſignificatio nobis injungitur. De profanis autem hic parum ſumus ſolliciti. C. XX. 23. ὑκ ἔςιν ἐμὸν p. 118.) Fortiſſimum hinc fluit argumentum, eum qui ſedet ad dextram Patris, eſſe Deum, & ſoli Chriſto ſeſſionem hanc paratam eſſe à Patre. Apoſtolis enim non promittitur ſeſſio in throno Majeſtatis Chriſti, ſed ſeſſio ſuper 12. thronos, ad formam judicii tribuum Iſrael. *Matth.* IX. 28. *Luc.* XXII. 30. C. XXVI. 24. ὑπάγει p. 152.) Chriſtum hic, & *Marc.* XIV. 21. *Luc.* XXII. 22. de morte inſtante loqui, inde patet, quod proditor Judas jam imminebat. Quia verò mors illa ſublimior erat & ſimul reditus ad Patrem, eo modo utique occurrere vocabulum iſtud ὑπάγω apud profanos non potuit. Apud *Theognidem* v. 917. vitam aliquis degit, mentem oblectans, quamdiu bona ſua dilapidat: nunc autem miſerè mendicat. Qui ſenſus huc planè non pertinet. Nam verba illa, *prout de filio hominis ſcriptum eſt*, monſtrant implementum inſtans omnium prophetiarum. Add. *Marc.* XIV. 41. 42. In ſenſu autem contrario hanc vocem occurrere *Matth.* XIII. 44. de inventore theſauri in agro, qui præ gaudio, quod habet ſuper eo, ὑπάγει, *abit*, & omnia vendit, ut agrum illum mercetur, ac ſimiliter XX. 4. 7. XXVII. 65. *Joh.* XI. 44. XV. 16. nemo miretur. *Marc.* III. 21. κρατῆσαι αὐτὸν ἐξέςη p. 165.) Vertit Noſter, *ad prehendendum aut vi tenendum, ob impotentiam animi.* At enim unicus in his libris locus eſt, *Act.* VIII. 11. ubi ἐξέςημι, junctum ταῖς μαγείαις, deliquium tale, quod comprehenſionem hominis poſtulet, indicat. Nam 2. *Cor.* V. 13. alienum eſſe, nemo non videt. Vires autem Chriſto per inediam & continuas turbæ ipſi incumbentis moleſtias tandem viſas deficere, ita, ut propinqui exeundum ſibi ad eum exiſtimarent, non repugnat. Sic *Saulus* λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, *Act.* IX. 19. Neque etiam τὸ κρατῆσαι ubique manus violentæ injectionem involvit. De claudo illo, quem Apoſtoli ſanaverant, quique ab eo tempore non diſceſſit à *Petro* & *Johanne*, ſed adhæſit illis, dicitur, κρατοῦντος τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην. *Act.* III. 11. De eo, qui capiti Eccleſiæ, Chriſto, non inhæret, ſimiliter ὁ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, *Coloſ.* II. 19. Tene omni cura ſtudioque, quæ habes, ne amittantur, κράτει, ὃ ἔχεις, *Apoc.* III. 11. Ovem etiam, incidentem in foveam, apprehendimus, ut erigamus. *Matth.* XII. 11. Summo ergo jure *Georg. Wolfg. Wedelius* Decad. I. Exerc. IV. hunc *Marci* locum neque de delirio, neque de furore, ſed ſolum de prætenſâ ab adſtantibus, & putatâ animi paſſione intelligendum exiſtimavit, multumque abiit à *Sam. Baſnagio.* Marc. VI. 5. καὶ ὐκ ἐδύνατο ἐκεῖ pag. 168.) Noſter, *id eſt*, *noluit* ibi miraculum ullum edere. Atqui *Heinſius* & *Saubertus*, quos laudat ipſe, Hebraiſmum hic, tantoperè aliàs Noſtro inviſum, agnoverunt &c. *Marc.* XI. 13. ὁ γὰρ ἦν καιρὸς pag. 171.) Non convenit, *inquit*, cum Chriſti ſapientia, ſi plane non erat tempeſtas ficuum. Quia verò tempeſtas ficuum, reſpectu hujus ſaltem arboris, inſtabat, & folia præcocem fructum promittere videbantur, potuiſſe Chriſtum ad hanc ficum accedere, ſed fruſtra acceſſiſſe, neque fructum inveniſſe. Ita verò claudicat hæc argumentatio de ſapientiâ ejuſdem. Dicendum videbitur igitur, Chriſtum vidiſſe procul hanc ficum habentem folia, ac veniſſe, εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, ſed inde non ſequi, tum per ſapientiam ſuam ignoraſſe, quod nihil niſi folia inventurus eſſet. Sciebat enim, quod *Marcus* addit, ὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. Sed ſciebat etiam jam tunc, quid facturus eſſet, *Joh.* VI. 6. & qualia ſpecimen ſeveriſſimi judicii ſui ante mortem nunc inſtantem edere adhuc vellet, adverſus Judæos contemptores viſitationis ſuæ, neque fructus ullos ferentes poſt tot exhibita beneficia miraculoſa. Eodem ſpectant verba *Matth.* XXI. 41. 43. & integrum c. 23. Ait igitur ficui, *ne poſthac ex te in æternum quiſquam fructum edat*: & areſacta eſt continuò poſt iſtam execratio-nem. Omnipotentia ergo illius teſtabatur de omniſci-

entia ejuſdem antecedente. *Marc.* XII. 4. p. 174.) ἀπέςειλαν ἠτιμωμένον. Alterum hunc ſervum, *inquit*, ſaxis fuſtibuſq; percuſſerunt. Stante hac expoſitione gradatio trium Evangeliſtarum ita collocabitur. Primum ſervum δείραντες, loris v. g. cæſum remiſerunt vacuum; apud *Matth. Marc. Lucam.* Alterum non cæſum tantum, ſed & aliis contumeliis onuſtum remiſerunt inanem; apud *Marcum* & imprimis *Lucam.* Tertium vulneribus per ſaxa fuſteſque in caput inflictis, ejecerunt; juxta eoſdem. Quartum occiderunt; juxta *Matthæum* & *Marcum*, multiſque aliis fecerunt ſimiliter. *Luc.* II 14. δόξα ἐν ὑψίςοις Θεῷ pag. 185.) Conſentit Noſter cum Cl. *Moshemio*, Obſ. Lib. I. c. 2. p. 105. in hymno hoc duo eſſe membra, laudes Dei, & rationem illarum. Iſtas Deo decerni tam in terra quàm in cœlo, & duas haſce partes non eſſe ſeparandas. Punctum tamen non figit cum *Moshemio* poſt ἐπὶ γῆς, ſed poſt εἰρήνη. Hoc ſenſu: gloria Deo in excelſis, & pax (i. e. laus Deo & benedictio) in terra: reſpiciens ſimul ad *Luc.* XIX. 38. εἰρήνη ἐν ὐρανῷ. Rationem exhibere verba poſtrema ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ſive plenius, ὅτι εὐδοκεῖ κύριος ἐν λαῷ αὐτῦ, *Pſ.* CXLIX. 4. Patet hic per ſe, homines in terrâ à laudibus Dei non excludi, etiam ubi non nominarentur diſertè. Et εἰρήνη ἐν ὐρανῷ apud *Lucam*, eadem eſt pax hominum apud Deum per Chriſtum, quæ hîc vocâtur pax hominum in terrâ. Angeli igitur Deo decernunt laudes, quod Filium miſerit, & hominibus gratulantur pacem illam cœleſtem tunc partam, διὰ εὐδοκίαν ἐν ἀνθρώποις, ſive cum *Joach. Camerario*, εὐδοκίᾳ, caſu tertio, *p.* 154. Sic enim exprimitur iterum τὸ ὅτι, *Pſ.* CXLIX. 4. Certe in libris Novi Fœderis homines benedicentes Deo non uſurpant τὴν εἰρήνην; nam ipſe ſolus dat pacem, *Act.* X. 36. *Rom.* V. 1. *Philip.* IV. 7. *Luc.* II. 19. Μαριὰμ συμβάλλυσα, p. 197.) Συμβάλλειν hic ſignificare videtur Noſtro, conjicere ex variis ſignis ac ſymbolis vel indiciis aliquid colligere. Frequens id ſane profanis; ſacris his autem ſcriptoribus non omnino. Alia enim omnia deprehenduntur *Luc.* XIV. 31. *Act.* IV. 15. XVII. 18. XVIII. 27 Habebat *Maria* jam tunc evidentia teſtimonia divina, quæ ſuperant omnem conjecturam, neque locum relinquunt incertitudini, cui per nova ſigna & indicia demum ſuccurrendum fuiſſet. Sic *Paulus* ejuſque comites, viſo per noctem viro illo Macedone, non conjiciebant demum, ſed plane convincebantur ſtatim, quod Dominus eos in Macedoniam vocaſſet, *Act.* XVI. 10. Et *Saulus*, κατέχυνε τὺς Ἰυδαίυς, μᾶλλον ἐνεδυναμῦτο, συμβιβάζων, *fortiſſime conſtringens & convincens Judæos*, Act. XIX. 22. ſicut corporis membra compinguntur intime, nec amplius fluctuant. *Eph.* IV. 14. 16. *Coloſſ.* II. 2. & 19. Deſeri ergo Piſcator veſter hic non debuit, quod *Maria*, trutinans quaſi teſtimonia divina inter ſe, & cum hac nova narratione paſtorum, confirmata ſit in fide *Joh.* I. 3. ὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν p. 206.) Utique nova haud eſt diſtinctio, quæ *Adr. Valeſio* placuiſſe hic dicitur: ceu poſt *Bezam* oſtendit *Jo. Croius* Obſerv. Sacr. c. 25. toto, recentius etiam *Dan. Whitby*, in *addendis* laudatus. *Joh.* I. 18. ἐξηγήσατο pag. 208.) Eruditam expoſitionem *Henr. Valeſii* legis in edit. Lugd. Bat. 1682. *p.* 202. tum verò *p.* 277. *Joh.* IX. 23. ὅτι ἡλικίαν ἔχει *p.* 215.) Illuſtrat hanc phraſin verba *Ariſtophanis* de tantillo juvene, qui ætatem non habeat τῦ καθεύδειν dormiendi. Maliora adfert *Dodwellus* de ἡλικίᾳ *Irenæi* ex *Nazianzeno*, oſtenditque, juxta Romanorum circa numerum annorum obſervaſſe etiam Judæos, ejuſque rei veſtigia in hoc ipſo *Johannis* loco deprehendit, *Diſſ.* 3. *ad Irenæum* §. 8. p. 235. *Joh.* XVII. 3. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν p. 216.) Ait Noſter, τὸν ἀληθινὸν opponi fictitio, quomodo *Ælianus* equum verum picto opponit, *Lib.* 2. *c.* 3. Sane neque iſte *Æliani* locus, neque etiam *Clementis* Alexandrini, *protrept. f.* 25. *Edit. Heinſ.* ad convincendos Socinianos, ceu contendit Noſter, ſufficiet. Nam *Clemens* diſputat ibi tantum adverſus cæſſiora

idola Gentilium ex materia mortua artificis manu formata, iisque opponit μόνον ὄντως Θεόν. In qua analyſi Sociniani nondum acquieſcent, ſed urgebunt præterea excluſivam prædicati. Et invenient lib. 6. Stromat. ſ. 486. tum verò etiam lib. 7. ſ. 504. non pauca. Τελειωτάτη δὲ καὶ ἁγιωτάτη καὶ κυριωτάτη ἡ υἱοῦ φύσις, ἡ τῷ μόνῳ παντοκράτορι προσεχεστάτη, αὕτη ἡ μεγίστη ὑπεροχὴ, ἣ τὰ πάντα διατάσσεται κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρός.

Reliqua hujus libri exhibent Act. Lipſ. Suppl. Tom. IX. Sect. I. p. 7. Tam cultus enim ac dives eſt liber iſte, ut non per partes quaſdam guſtandus, ſed totus abſolvendus ſit.

Act. I. 18. Poſtquam ſe ſuſpendiſſet Judas, non eſſe neceſſarium, ſtatuit Vir doctiſſimus, ut dicamus, ex alto in ſaxum fortaſſe aſperum, vel ligni truncum acutum, aut aliàs delapſum, atque ita medium diſruptum eſſe, ſufficere, ſi hanc diruptionem dicamus ſingulari indicio vindictæ divinæ ἀμέσως factam, ceu inſolitum ſupplicium. Nam & proditoribus patriæ, diſtractis corporibus viſcera exſeruntur. Scilicet apud Matth. laqueus omninò indicatur. Coll. 2. Sam. XVII. 23. Hæc Judæ mora cùm jam percrebuiſſet late, non opus erat laquei mentionem iterum facere Petrum; altera autem circumſtantia, quam non habet Matthæus, addenda nunc erat: Judam, cùm ita pronus ad terram penderet, (quod contigit ſuſpenſis, ut erectam cervicem non monſtrent) medium crepuiſſe, citra ullam conjecturam facti cujuſcunque intervenientis, de quo in textu nullum ſit veſtigium. Ita verò lites omnes finitæ ſunt. Nec tamen hoc etiam novum planè eſt. Perizonius enim eandem opinionem Patribus quibuſdam tribuit, quamvis eos non nominet. Ad notis. II. p. 62. 64. 66. 69. Nemo forte eſt ſuſpicatus, potuiſſe legi, καὶ πνιγεὶς γενόμενος, à πνίγω, ſuffoco, ſtrangulo. Ita enim Petrus diſertè repeteret, quod Matthæus dixerat de laqueo. Et veſtigium eſt in iis Codd. qui habent πρηνὴς, γ mutato in abbreviatum ι, & ει in η. Inde πνικτὸς, Act. XV. 20. 29. & XXI. 25. Act. XII. 7. Et lumen refulſit in habitaculo. Carcer hic Noſtro οἴκημα dicitur Attice; Quia Attici rebus turpibus & malis dederint nomina blanda, εὐφημίας gratia. Soloni primum hoc non tribuit Plutarchus, ὡς νεώτεροι λέγουσιν, recentiores aiunt, Athenienſes id feciſſe. Ergo & recentiores dixerunt, πρῶτον Σόλωνος ὂν, ὡς οἶμαι, εὐφήμισμα, ni fallor. Opponit commento illi Plutarchus τὴν συναγωγὴν inventum Solonis. Sic apud Athenæum Philemon, σὺ γὰρ λέγουσιν τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον, Σόλων, καὶ μοι λέγων τότ' ἐστιν ἁρμοστόν. Et Nicander apud Harpocrationem, Σόλωνά φησι οἰκήματα &c. Euſtathius verò in Homerum, v. v. 282. f. 1185. ille, qui tradit e quod eſt in fabula, Solonem è quæſtu mulierum emptarum, templum Veneri dedicaſſe. Scriptores certè Sacri nullibi imitantur hos Atticos. Carcerem vocant φυλακὴν, Act. XII. 4. 5. 6. alibi. Ob reverentiam angeli fortaſſe, cum lumen Domini ſubitò refulgeret ἐν τῷ οἰκήματι, non erat carcer amplius, ſed aperta omnia, porta ipſa etiam ferrea, com. 10. Statim autem poſt diſceſſum Petri com. 17. iterum φυλακή. LXX. cum Hebræis appellant domum, ſed carceris. Attici verò τὸ πορνεῖον etiam dicebant οἴκημα. Nullum talis εὐφημίας indicium, Ezech. XVI. ſed domus meretricia, com. 24. Ita Dio Pruſæenſis lupanaria vocat οἰκήματα, ſed μυσαρὰ, ſordida, Orat. 7. f. 125. ſeq. Act. XVI. 30. cuſtos carceris Paulo & Silæ, κύριοι, dixit, quomodo veteres Græci & Romani compellabant, quorum conditionem & nomina ignorabant. Apoſtoli autem paulo ante putabantur Dii eſſe, propter miraculum hominis ægri, XIV. 8. 11. XXVIII. 6. Hic terræ motus ingens effecit, ut cuſtos iſte procideret ante pedes illorum. Si Spiritus impurus com. 17. nominabat eos legatos Dei altiſſimi, cuſtos etiam potuit ac debuit dominos dicere, quorum conditionem non ignorabat amplius. Act. XX. 22. ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, vinctus ſpiritu, Noſter autem, ego munitus & quaſi circum ligatus, atque corroboratus ſpiritu, proficiſcar Hieroſolymam. Utrumque rectè dicitur. Sed præmittit Paulus, videre ſe per revelationem vincula & afflictiones ibi, nec propterea moveri. Non fruſtra tamen idem ille Spiritus Sanctus XXI. 4. 11. monebat, cingulo alligandos ipſi pedes ac manus Hieroſolymæ. Act. XXII. 3. verba textus ita diſtinguit: ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος, κατὰ. Enutritus ego in hac civitate, inſtitutus autem ad pedes Gamalielis accuratè. Quod tranſeat. Sam. Petitum tamen non auſus eſt Noſter refutare, qui L. 3. Obſ. c. 2. aſſeruit, ætate Pauli ſtetiſſe adhuc diſcipulos, nec fuiſſe projectos in ſolo ad pedes præceptorum. Poſt mortem autem Gamalielis deſiiſſe ſtantes diſcere, & aſſediſſe. Quid Serrarius & Scaliger hic ſenſerint, pridem vidit Petitus, eiſque reſpondit. An Petito hactenus ſatisfactum fuerit, Noſter non definit perſpicuè. Rom. VIII. 7. τὸ φρόνημα τῆς σαρκός. Non eſt prudentia φρόνημα, ait Noſter, licèt Vulgata ſic reddat, ſed φρόνησις. Etiam φρόνησις non occurrit hoc ſenſu abſolutè, ſed δικαίων, Luc. I. 17. Eph. I. 8. quam impartivit nobis Deus & Pater. Similiter φρόνημα eſt prudentia, ſi ſit τοῦ πνεύματος, Rom. VIII. 6. 27. & φρονεῖν etiam dicitur media ſignificatione. Matth. XVI. 23. Marc. VIII. 33. Rom. VIII. 5. Eod. c. VIII. 15. Abba, Pater. Ridet tantùm non eos, qui grande myſterium quærant in hac geminatione. Sane grande myſterium non quæſivit Auguſtinus in eo, quod Abba ad Judæos, Pater ad gentes, ad ejuſdem tamen fidei unitatem pertineat, motus ſcilicet Gal. III. 28. Expoſit. ad Galat. Tom. IV. Part. II. p. 756. Rectius videtur Noſtro, Paulum alludere ad blandam puerorum vocem balbutientium, & forte Syriacum additum eſſe ob teneritatem in hac voce latentem. Atqui Alex. Morus, quem ipſe laudat, adultos filios & ætatis maturæ intelligendos ſenſit, p. 199. τὸ κράζειν enim eſſe robuſtorum, non tenellorum: ac præſertim Chriſtum, qui puer non erat, ſed adultus & perfectus Dei Filius, eodem modo Patrem invocare. Neque ideo additur Syriacum, quod hic lateat teneritas quædam. Bis dixit Chriſtus, Abba, Abbi: Pater, Pater mi! Marc. XIV. 36. Et in hoc exemplo agonizantis Meſſiæ eſt utique emphaſis maxima, quam ideo inculcat aliquoties, & applicat nobis imitandam Spiritus Sanctus. Talis autem nondum deprehenditur Jobi XXXIV. 36. multoque minus in voce Dianæ ad Jovem, Ἄππα, ὦ πατέρ, apud Callimachum, etſi Diana etiam ibi loquatur adhuc in tenera ætate. Eod. c. VIII. 19. 20. 21. Expectatio Creaturæ. Totum comma 20. facit parentheticum, & ita collocat verba, ἀπεκδέχεται ἐπ' ἐλπίδι. Comma enim 20, rationem præcedentis exhibere obiter. Nihil autem obiter hi ſcriptores dicunt. Promptius annectentur priora verba commatis 20. commati 19. ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη ἐπ' ἐλπίδι. Et pauca illa manerent parenthetica, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα. Hoc ſenſu tamen non uſus eſt Theognis τῷ ἐπ' ἐλπίδι, v. 333. cave, hominem exulem oſculere ob ſpem, qualis futurus ſit redux, neque ullus alius gentilium. Et ſolam ſoni convenientiam rejicit in iſtis Noſter cautè p. 314. Similis verò ſpes liberationis Pſ. XVII. 9. 10. & Act. II. 26. 27. innuitur, nempe à morte, per reſurrectionem, ſicut ibi à ſervitute corruptionis ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης, Rom. V. 2. I. Cor. IX. 10. Tit. I. 2. Aquila Pſ. XXXVI. 7. ἀποκαραδόκει κυρίῳ, Expecta dominum. Eod. c. VIII. 26. στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Mallet Noſter: ſuccurrit Spiritus S. in ſuſpiriis noſtris ipſis vagis ac turbati animi, quæ ore tremulo fundimus. Ita verò expreſſeris gemitus tantùm infirmitatis noſtræ inconditos, nec idoneos ad colloquium cum Deo. Nervus autem eſt in interpellatione Spiritus, quæ fit στεναγμοῖς adeo profundis & Deo gratis, ut ne fauciti quidem illos poſſint eloqui. Clamant quidem per illum Spiritum, comm. 15. ſed ipſe tamen etiam pro his ſanctis intercedit, comm. 27. Non ergo exhauries textum, quaſi ſcripſiſſet Paulus, interpellat ἐν στεναγμοῖς ἡμῶν ἀλαλήτοις, in noſtris gemitibus inarticulatis. Nam ille duo dicit: Spiritus intercedit ὑπὲρ ἡμῶν, quam arcem nemo nobis eripiat, &, intercedit pro

nobi,

nobis eo modo, qui eſt ſupra nos, & nobis ineffabilis. Soli enim Deo patent opera ſua. *Act.* XV. 18. Eod. c. VIII. 37. ὑπερνικῶμεν. Negat, in hac vocula emphaſim quærendam; plane enim convenire cum vernacula, ubi eadem præpoſitio nudam vincendi ſignificationem, & nihil amplius involvit. Quod plane frigidum eſt & putidum. Sic enim ὑπερύψωσε *Phil.* II. 9. p. 378. Atqui *Ælianus* etiam ſic loquitur, ὑπερθαυμάζει τὸν ἄνδρα, XII. 49. ὑπερεπαινῶ τὸν ἄνδρα, XIV. 14. ὑπερβάλλοντα σπουδῇ, II. 27. Alibi certe graviter ſcriptum eſt, ὁ νικῶν, *Apoc.* III. 12. Hic autem creſcit oratio: Deus enim, qui dilexit nos, vinci non poteſt: quæ eſt victoria prægnans, adeoque humana omni multò ſublimior. v. 37. 39. Locus *Ariſtophanis* ni probat. Jaculator enim, qui alios ſuperat, vel uno puncto vincit. Nos per eum, qui dilexit nos, vincimus & omnes creaturas & omnibus punctis vel modis. *Rom.* IX. 10. ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα. Supplet ellipſin, *ſed & Rebecca promiſſionem habuit.* Nam *comm.* 9. dicitur, *hic eſt ſermo promiſſionis: erit Sara filius.* Pergit: *non ſolum autem* ἡ Σάῤῥα, *ſed & Rebecca ex uno concepit*, nec tamen omnes, qui ſunt ex *Iſaac*, ſunt *Iſaac*. *Comm.* 6. Jam vide, quem ordinem ſequatur Noſter. Corrupta, *inquit*, eſt antiqua lectio, *Rebecca ex uno concubitu habens*, pro, *concubitum habens*, κοίτην, i. e. uterum geſtans. Rejicit hanc emendationem, ſed ſtatim laudat iterum eam ceu elegantiſſimam, quæque vim augeat argumentationis. Sterilem enim hactenus *Rebeccam* nunc uno congreſſu gemellos concepiſſe, citra omnem ſuperfœtationem, eoſque uno tempore etiam edidiſſe. Ceterum opponitur Saræ *Rebecca* in eo, quod illa non conceperit *Iſaac* & *Iſmael* ex uno *Abrahamo*, ſed *Hagar* Iſmaelem ex eodem, hæc autem *Jacob* & *Eſau* ex uno *Iſaaco*. Tenendum igitur, *Rebeccam* ex uno patre uterum prægnantem habuiſſe, neque ſollicitanda hæc lectio. Atqui abſurdum eſt, ait *Havercampus*, à tam caſta *Rebecca* peregrinam opem velle removere per τὸ ἐξ ἑνός. Nemo autem dixit, eâ mente iſtud ſcripſiſſe *Paulum*. Nam ſi ex uno congreſſu Patris *Iſaaci* concepit gemellos, utique id factum eſt citra peregrinam opem, & verè dixiſſet *Paulus* ſimul, eam ex uno Patre *Iſaaco* illos concepiſſe. Hæc ipſa ergo lectio recepta, & textui conformis, involvit ac tuetur caſtitatem *Rebeccæ*. Alias ſcribendum erat, ἐκ μιᾶς κοίτης, ſi κοίτη eſt *concubitus*, ſecundum gloſſas, ceu vult Noſter. Rectius autem *Beza*, *κοίτην dare maritum*, *κοίτην ἔχειν*, *habere uxorem*, *i. e.* ſemen. Κοίτας etiam dicimus, ſicut κοίτη. Scribendum ergo fuiſſet, ἐξ ἑνὸς κοίτην. Peritque adeo tranſpoſitio commatis nova, τέθεικα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, ex uno congreſſu prolem ſuſcepit, quæ fuit uxor patris noſtri *Iſaaci*. I. *Cor.* II. 9. *quæ oculus non vidit.* Geminus, *inquit*, locus apud Maimonidem, *non poteſt ore proferri* &c. Imo idem eſt, ſumptus ex *Eſa.* LXIV. 4. Comm. II. *quæ ſunt Dei nemo novit, niſi Spiritus Dei.* Addit Noſter, hic de Deo ejuſque Spiritu recte dici, quod *Hirtius* de Cæſare, *erat in eo veriſſima ſcientia conſiliorum ſuorum explicandorum.* B. G. Libr. 8. ſub init. Poſſumus carere hoc ſtudio comparandi humana cum divinis, ſi res ſerio agitur, oec ſola ſoni convenientie allicit. I. *Cor.* III. 23. Vos eſtis Chriſti, Chriſtus verò Dei. Simile Noſtro eſt illud *Philemonis*: ſunt ſervi regum, ſed rex ſervus Deorum. Satis diſſimile. Cur non addas, *Deus verò ſervus eſt fati, quia mutare nequit?* I. *Cor.* VIII. 10. *Si quis te conſpexerit in templo idolorum οἰκοδομηθήσεται.* Rarus hic vocis uſus obtinet, inquit, laudatque Cl. *Clericum*, qui novam lectionem *Tan. Fabri* refutaverit ex Plauti *Trinummo*. Diſſimulari autem non debuit locus *Clerici* primarius, *Malach.* III. 14. 15. ubi *ædificatio* accipitur in ſequiorem partem; quod *Paulum* latere non poterat, etſi *Plautum* nunquam vidiſſet. *Fabro* ergo concedi non debebat, nuſpiam legi *ædificare*, niſi de virtute. Eſt is ſignificatus omninò famoſior, oon tamen unicus. Vidit hoc jam ante *Camerarius* & *Eraſm. Schmidius*. Ædificari enim dicitur im-

becillior conſcientia in pejus, quando augetur infirmitas ac creſcit uſurpatione alienæ cognitionis, & eadem ratione dixit *Malachias*, improbos ædificari, augeri & incrementa capere, per iniquitates ſuas. Hi ſunt ædificantes illi, qui rejiciunt lapidem angularem, *Pſ.* CXVIII. 22. qui ponunt os ſuum in cœlo, & ædificant tamen in terra, *Pſ.* LXXIII. 9. *Luc.* VI. 49. imo in ſanguine, *Mich.* III. 10. *Habac.* III. 12. Bonis contra gratia ædificatur æterna. *Pſ.* LXXXIX. 3. οἰκοδομεῖν enim eſt etiam κατασκευάζειν, καταρτίζειν, ἐξαρτίζειν, *inſtruere*, *præparare*, quod æque fit ſolo exemplo. *Act.* XXI. 21. 24. I. *Cor.* IX. 18. *gratuitum efficiam evangelium.* Obiter hic notat, *Helladium* emendandum, ubi agit de *Pherecyde* Syrio & Athenienſi. Argumentum autem hoc cùm pleniſſime excuſſerit *Salmaſ.* Plin. Exerc. *ſ.* 841. 847. ibique non duos, ſed plures ſtatuerit *Pherecydas*, pluraque etiam illorum ſcripta, eo remittendum eſſe Noſtrum exiſtimamus. I. *Cor.* XV. 29. *qui baptizantur ſuper mortuis.* Adſtipulatur Noſter Cl. *Hombergio*, Parerg. S. *p.* 261. Ejus autem de ſtatu martyrum ſententia non eſt nova. Baptiſma ὑπὲρ νεκρῶν eſſe mortuale vel ad mortem, non autem pro aliis, ſed ὑπὲρ εἶναι τοὺς νεκροὺς αὐτούς, pro ſeipſis, *i.* e. ita baptizantur, ut mors inde ſequatur. Quomodo *Rom.* I. 5. accepimus munus Apoſtolicum, ut obediant gentes fidei ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Joh. II. 4. ἡ ἀσθένεια ἐστιν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, habita ratione ſuis, ἵνα δοξασθῇ. Eadem perhibetur fuiſſe expoſitio *Chryſoſtomi* & *Photii*. Certè *Sim. Epiſcopius* Tom. I. P. 2. *ſ.* 34. intendebant, ait, ſuam, non aliorum reſurrectionem: teſtabantur, ſe ita vivere, ac ſi jam mortui, & jam reſurrexiſſent. Adde *Tom. II. P. I. ſ.* 209. *Frid. Spanhemius* notat, fuiſſe hanc ſententiam *Theodoreti* & aliorum Veterum. Ipſe verò de gentibus converſis exponit, qui ad Chriſtianiſmum permoveantur conſtantia martyrum, quorum mortem cernerent. *Diatr. p.* 48. 146. *ſeq.* 2. Cor. V. 1. *Si terreſtre noſtrum domicilium.* Illuſtrat Noſter hunc locum ex *Clemente Alex.* qui doceat, corpus à *Platone* etiam vocari γήϊνον σκῆνος Dialogo de Morte, *ſ.* 365. *Tom.* III. ſed plura tum ibi dixit *Plato*, tum alibi, quam collaudare debebat *Clemens*. Quale illud *Strom. L.* 5. *ſ.* 447. ὁ νῦν σῶμα περιφέροντες, ὅπερ τρόπον ὀστρέου δεδεσμευμένοι. Cave igitur, ne crude dicas, *Paulum* hic & in ſequentibus phraſibus ex Philoſophia Platonica deſumptis uti. Nam & idem *Clemens* rectè docuit, *Platonem* potius ex *Moſe* ſumpſiſſe τὸ σῶμα γήϊνον σκῆνος, eo, quod *Moſes* ſcripſerit, ἐκ γῆς μὲν τὸ σῶμα διαπλάττεσθαι, *d. l. ſ.* 433. 435. Ephes. II. 1. *Cum eſſetis mortui peccatis.* Illuſtrat iterum hoc Noſter verbis *Clem. Alex.* d. l. ſ. 419. etiam in barbarica philoſophia vocari mortuos, qui animum ſubjiciunt affectibus naturalibus. In *Ariſtophanis* Ranis autem nihil hic deprehendas. Peccaminoſos enim mortuis comparari, quis neſcit? *Luc.* XV. 24. 32. *Coloſſ.* II. 13. I. *Tim.* V. 6. Et hoc ipſo c. II. 5. & V. 14. Intelligebant ergo hæc Epheſii, etſi de philoſophia barbarica nil unquam audiiſſent. Nemo etiam ſermonem Apoſtolorum dixerit inficetum aut adeo novum, quod non immiſceat fabulas gentilium turpiſſimas. Furta illorum rectè detexit paſſim *Clemens*, quia μάλιστα τὰ καλὰ παρ' ἡμῶν ὠφέληνται τοῖς Ἕλλησι, *maximè pulchra noſtra à nobis ad Græcos pervenerunt*, d. l. ſ. 405. imò dogmata præcipua *Moſis* & Prophetarum, *Lib.* 1. *ſ.* 229. 258. *Lib.* 5. *ſ.* 401. lucem a Sole artificioſè ſuffurando, *ſ.* 408. *Philip.* II. 6. 7. *Chriſtus quum eſſet in forma Dei.* Affert Noſter ſententiam *Joan. Conr. Keſleri*: Chriſtus, quum ipſe Deus verus eſſet, non putavit, tam pertinaci retinendum ſibi hoc eſſe, ut Deo æqualem majeſtatem in omnibus exerceret, quam pertinaciter homines retinent rem ab hoſtibus multo labore raptam. Chriſtum fuiſſe æqualem Deo, ceu Deum, æquè ac Deum, indicat Dei, veramque illius effigiem etiam *Schlichtingius* concedit, ſed æqualitatem non debere extendi ultra rem ſubjectam: æqualitatem enim illam fuiſſe Dei gratiam

ac donum, ideoque ſe vacuum reddidiſſe divina Majeſtate, quam præferebat, *ad h. l. f.* 201. In reliquis, quæ ſequuntur, verbis *Keſterm* reſpexiſſe quodammodo videtur ad tradita *Jo. Conr. Dieterici* Antiquit. N. T. *f.* 147. quæ etiam tranſcripſit *Thom. Crenim* ad oram *Merici Caſauboni* Diarr. de Verborum uſu, *pag.* 111. Eod. c. II. 30. παραβυλευσάμενος. Sexcenties, inquit, monuerunt viri docti, per ο ſcribendum. In *Heſychium* vitio librarii eundem errorem certum eſt irrepſiſſe, qui tamen veram ſignificationem adhuc bia eodem loco retinuit. *Lamb. Bos* Obſ. Miſc. *c.* 45. cum in eodem folio emendaret παραβυλευσ, p. 178. præſens vitium non animadvertit. Qui factum eſt ergo, ut *Heinſius* poſt *Eraſmum*, cum *Beza* & *Leigh*, hic taceret, *Salmaſius* autem copioſè cauſam ſtrinxerit? *de modo uſur. c.* 5. *p.* 198. & *Jac. Gothofr.* Tom. VI. C. Theod. ad L. 42. de Epiſc. & Cler. *Millio* de conſenſu Codicum *Jo. Gregorius* accedit. *Whitbyus* autem *p.* 276. unicus hodie fortè eſt, qui lapſum hunc non intellexit, & *Millio* dicam ſcribere non verebatur. *Coloſſ.* III. 15. *Et pax Dei gubernet in cordibus veſtris*, βραβευέτω. Deſerit *Bezam*, qui à brabeutis in certaminibus præmia vel dantibus, vel eripientibus factam tranſlationem aſſeruit. Dicit igitur, *Paulum* ſcribere ad tales, apud quos pervagata erat ſententia, Angelos eſſe *brabeutas*, *ſequeſtros*, internuncios & interceſſores inter Deum & homines: vos Angelos pro his habetis, ego alium vobis proponam, ſi quis aliquam habeat querelam, *comm.* 13. pacem ſcil. Dei, hanc amplectimini. Non liquet ſane vel è textu, vel aliunde, in Eccleſia Coloſſenſi hanc tunc temporis hæreſin pervagatam fuiſſe. Cavendum tantùm monuit Paulus *c.* II. 18. 23. ne quis ἐν θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἐθελοθρησκείᾳ, de futuro palmam ipſis intervertat. Imo *Theodoretum* carpit *Baronius* ad A. 60. quod mentem Pauli *Tom. III. opp.* hic non ſit aſſecutus, & Canonem 35. Laodicenum perperam exponat. An *Baronio* ſatisfecerit *Garnerius* in Auctario Operum *Theodoreti*, excutiendum adhuc Noſtro fuerat. *Scaliger* etiam *Elench. Trihæreſ.* c. 27. p. 465. ſeq. eruditè illuſtrat Epiſtolæ hujus commata plura, quæ niſi probe ſint trutinata, præſtabat hunc locum non omninò tangere. Quid enim *Plato* hic ſenſerit, & quinam illum in Eccleſia ſectari clam cuperent, textum nondum exhaurit. *Petav.* Dogm. Theol. *Tom. III. lib.* 2. *c.* 10. & *Forbeſ.* Inſtruct. *L.* 7. *c.* 4. monſtrant conflictus veterum. *Morus* h. p. 227. per contemptum loqui *Paulum* ait, ut κατατομὴ, *Phil.* III. 2. ſed obiter: poſterius nollem. I. *Theſſal.* IV. 6. ne quis opprimat fratrem in negotio. Tecte loquitur hic de caſtitate, & limitat *comma* 5. abſtinendum eſſe à concupiſcentia utique; cavendum tamen etiam, ne quis fratrem ſuum ob cauſam levidenſem hic ſuſpectum habeat, cujus actiones in bonam potius partem interpretandæ. Sed non dilucidè exprimit, quam actionem, vel factum fratris ἐν τῷ πράγματι *Paulus* intelligat. Si *Hammondum* ſequi hic voluit, reſpondendum etiam erat *Clerico*, qui ne ſomniaſſe quidem de iſto ſenſu Apoſtolum oſtendit. Nam ille *c.* II. 3. de ſeipſo ait, ſe nihil feciſſe ἐξ ἀκαθαρσίας, quæ juncta eſt τῇ πλάνῃ καὶ δόλῳ. Non ergo ad carnis libidinem coarctandum eſt, quod *c.* III. 6. 7. dicitur. Peritque adeo hic etiam nova parentheſis. I. *Theſſal.* V. 13. *pacem habete cum illis*, ἐν ἑαυτοῖς. Perperam, inquit, ſic enim εἰρηνεύετε dixiſſet potius, ſicut, εἰδέναι καὶ ἡγεῖσθαι. Atqui *comm.* II. dixerat *Paulus*, παρακαλεῖτε καὶ οἰκοδομεῖτε ἀλλήλους. Ab his diſtinguit *comm.* 12. 13. miniſtros verbi. An ad illos referra oporteat τὸ εἰρηνεύετε, an verò ad *comm.* 14. νουθετεῖτε, Codicibus hactenus relinquimus, ſeu pluribus, ſeu melioribus. *Marc.* IX. 50. noluit bis dicere ἐν ἑαυτοῖς, dixit ergo eodem ſenſu, ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις, in vobis & inter vos. II. *Theſſal.* I. 3. *gratias agere debemus Deo*, εὐχαριστεῖν. Forte hic iterum irrit *Barthio* dictus cenſor acuris ſcriptorum ſacrorum pariter & profanorum, *Phrynichus*, ſicut in ἐκλογαῖς. p. 39. Sed præter *Arrianum* & *Phalarida*, *Diodorus* Siculus, *Joſephus* etiam hoc verbo utuntur. Inde Gloſſæ, εὐχαριστῶ, εὐχαριστῶ, εὐχαριστία. Aquila *Pſal.* CVI. 22. θυσίαι εὐχαριστίας. Apud *Graterum* χαριστήριον, εὐχαριστήριον δημοσίᾳ Θεῷ, ob morbum ab *Æſculapio* curatum, ter in tabula marmorea. εὐχαριστοῦμεν, f. 505. 1067. 7571. Apud *Reineſium*, ὑπὲρ εὐχαριστίας, f. 200. Quod autem *Dav. Hæſchelius* Patrum exempla *Phrynicho* hic opponit, rem non conficit. Poterat enim fortius loca ſacra annotare. Et *Meurſius*, qui in lectionibus Atticis verſabatur, ne nominat quidem *Phrynichum*. Apud *Thomam* ſtricturam hanc non reperio. I. *Timoth.* IV. 8. *pietas ad omnia utilis*. Similis, inquit, eſt ſententia *Artemidori*, ὁμοίως δὲ πρὸς πάντα ἐπιτήδειοι, *mali ad omnia ſunt apti*. Egregia comparatio. I. *Timoth.* VI. 16. *Lucem habitans inacceſſam*. Sic, inquit, *Dionyſius* Areopagita de natura Dei, οὐδὲ ἕτερον αὐτῆς, adde, τῆς ὑπὲρ πάντα ὑπερούσιος ὑπερφυοῦς ὑπερβεβηκότως, οὔσης, f. 269. Nec dicas iterum, in ὑπὲρ emphaſin non quærendam. *Tit.* I. 12. *Cretenſes ſemper mendaces*. Incerti operis eſt is verſus *Menſio*, & dictum adeo tritum, ut in ore pueris etiam haberetur. *Paulus* tamen id non ex trivio protulit, ſed autorem præclarum nominat, εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης. Bis αὐτῶν. Idque de *Epimenide* veteres, *Plato* L. 1. de LL. *Diog. Laert.* in Epimen. *Plutarchus* Solone. *Hebr.* VI. 4. *qui ſemel guſtaverint*. Imprimis, inquit, obſervandum, γεύσασθαι hic ſumi pro leviter tantùm delibare, & hinc locus lucem fœneratur. Ecce emphaſin, quæ Noſtro eſt ad palatum. Servit enim hypotheſi, ex hoc textu τὴν ἀποστασίαν ſanctorum & verè credentium non poſſe doceri. Similem ſenſum dicuntur οἱ ἅπαξ φωτισθέντες experiri. Ita enim jam diu *Wittichius* h. p. 157. leviter, i. e. *citra attentionem & converſionem animi, citra ſuccum & ſanguinem*. *Van Hoeke* p. 87. *extrema labia guſtarant*. Sermonem, dicunt, non eſſe de verè regenitis, ſed iis qui inter reſipiſcentes veros non fuerant: quia deficiant. Qui autem deficiunt, veram fidem non habuiſſe. Alias non defeciſſent. Ergo non excidunt gratiâ credentes, etiam per peccata graviſſima & atrociſſima. *Petro* autem etiam οἱ ὄντως ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου iterum involvuntur ac ab iis ſuperantur: ὄντως, ἀληθῶς, opponitur fere jurejurando. Noſter p. 426. Si πρόσκαιροι fuerunt, quomodo veritatem erant complexi cum omni illius perceptione nobiliori, accedente gratia illuminante & convincente? Deerat, inquis, *gratia regenerans & ſanctificans*. Ergo *Davidi* & *Petro* defuit ante lapſum gratia Spir. S. regenerans & ſanctificans, & habebant tantùm gratiam communem. *Braunius* contra: retrocesſerunt ex infirmitate paſſum unum atque alterum, ſicut miles etiam ſtrenuus aliquando facit, qui tamen militiam ideo non deſerit, *p.* 687. Ergo illi nondum habuerunt τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρίας c. VI. 9. quia hæc opponuntur, ceu Noſter ait, levi iſti guſtationi virtutum futuri ſeculi, c. VI. 5. quæ ſint deſcripta in *Davidis* Ode 145. 12. Abolebis ergo Odas antecedentes omnes de reſipiſcentia. *Hebr.* X. 22. ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, *Georgio Paſori* tribuit emphaſin, *petitam à navi*, *qua plenis vela fertur*, quod multi, inquit, ſequuntur. *Piſcator* ſane non eſt ſecutus *Paſorem*, ſed hic iſtum, *p.* 220. *Beza* ſimiliter ad *Luc.* I. 1. non habebat vocabulum Latinum, Græco huic par, idem ſentiens ad *Coloſſ.* II. 2. & I. *Theſſal.* I. 5. Ludit autem Noſter vocabulo. Rejicit metaphoram de navi, & ſubſtituit aliam de plena menſura, plenoque pondere ſolutionis, & certitudinis alicujus rei. *Braunius* tamen recens retinet *p.* 343. navem plenis velis latam in alto mari. Sed neque opponitur τῷ μειαγωγεῖν. Nam μεῖον quidem eſt minus, at μειαγωγὸς eſt ὁ εἰσάγων puerum in tribum, & μειαγωγεῖν eſt εἰσάγειν ἱερεῖον. *Pollux* & *Heſychius*. Nam & qui non tantum quam decebat, inferebant, μειαγωγεῖν dicebantur.

Syneſius

Syneſius Dione, ὅ τις ἀκριβῶς μυσταγωγίαν δημιούργιος. f. 55. *Harpocration*, ibique *Ariſtophanis* Scholiaſtes apud *Valeſium* p. 123. *Hebr*. II. 37. ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. Omittit Noſter lectionem *Tanaq. Fabri*, ἐπυρώθησαν, cujus meminit *Clericus* h. Apud *Cyrillum* Hieroſol. ἐπρίσθησαν non invenias. *Cyrillus* Alexandr. *lib*. 6. *contra Julianum* attulit quidem *f*. 189. C. XI. 32. ſeq. uſque ad ultima verba *comm*. 37. litigioſa autem hæc noſtra omiſit. *Gatakerus* ſuam veluti lectionem planeque novam, ἐπρήσθησαν in medium protulit, *Miſcell. poſth*. f. 897. neque vidit *Millium*, qui eam *Cyrillo* Hieroſol. aſſignat, *Millium* autem ſecutus eſt Noſter. II. *Petr*. I. 3. 4. 5. Iterum parentheſin tentat commatis 4. Sed facilior fit connexio hoc modo: poſtquam (*comm*. 3.) Deus nobis per agnitionem filii ſui, qui nos vocavit per glorioſam ſuam potentiam, largitus eſt non tantum omnia, quæ ad vitam ſpiritualem & pietatem pertinent, ſed & (*comm*. 4.) majora adhuc donavit, ut ſcil. participes fieremus, per priora illa, divinæ naturæ, ſiquidem effugerimus concupiſcentiam mundi, &, quæ illam ſequitur, corruptionem; etiam (*comm*. 5.) veſtrum reciprocè nunc eſt, in hanc ipſam fugam concupiſcentiæ mundanæ omne ſtudium adhibere, & in fidei exercitiis, quæ enumerantur, nunquam reperiri otioſos. *Comm*. 8. II. *Petr*. II. 13. ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν. Contendit, legendum eſſe ἀγάπαις. Concurrere tamen videtur utraque, lectio. Non enim rejeceris expoſitionem *Oecumenii* p. 206. ut ſenſus ſit: Convivantem quidem vobiſcum, συνευωχούμενοι ὑμῖν, in agapis nimitum veſtris; non tamen ceu viva membra Eccleſiæ, ſed hoc ipſo opportuno tempore agaparum, in fraudibus ſuis, ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, deliciantes. Illuſtrantur hæc clarius *comm*. 14. Statim enim ſequitur hinc, eo ipſo tempore habere illos hypocritas oculos plenos adulterii, i. e. nihil aliud intuentes tunc, quam occaſionem adulterii. Ita verò ἐν ταῖς ἀγάπαις veſtris exercent τὰς ἀπάτας αὐτῶν. I. Epiſt. *Joh*. II. 22. *qui negat, Jeſum non eſſe Chriſtum: hic eſt Anti-Chriſtus*. Duo annotat. Attice verbis negantibus ſuperaddi particulam negantem. Et in hunc cenſum refert verba I. *Timoth*. IV. 3. *prohibentium nuptias contrahere, abſtinere cibu*. In κωλυόντων enim latere negationem, ut & in ἀπέχεσθαι. Concedit *Eraſm. Schmidius*, Paulum potuiſſe verbo κωλυόντων particulam addere negantem, μὴ γαμεῖν, *& prohibentium non contrahere*. Ergo ex mente *Schmidii* repetitur, κωλυόντων ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Negatio enim, quæ verbo ἀπέχεσθαι jam ineſt, reſolvitur in τὸ μὴ φαγεῖν, & prohibentium non comedere cibos, ſeu, quod idem eſt, prohibentium cibos, jubentium abſtinere cibis. Alterum: Ἀντίχριστον dici poſſe, qui eſt Chriſto contrarius, &, qui ſe gerit pro Chriſto, vice illius, & quaſi Chriſtus. Statim addemus, etiam hunc eſſe Chriſto contrarium, ſi deeſt ei legitimario ad cauſam, nec in via Chriſti incedit. Apud *Ariſtophanem* contra leo, canis defendebat populum, ceu conſervator & caput illius, ac poterat ſuo jure dicere, *ego tibi ſum ἀντὶ τοῦ λέοντος*, gregem ſuum tuentis, ceu tutor. Populus etiam grata mente reſpondet, *quomodo me latuiſti, qui mihi* ἀντιλέων inſtar *leonis eras*? Locus itaque iſte patum eſt appoſitus. Neſtoris eloquentia laudatur ceu divina, & hoc ſenſu ipſe vocatur ἀντίθεος, valde abuſive, cum Dei eloquentia comparandus, per adulationem Poëticam. Eadem ratione *Agenor* vocatur ἀντίθεος; ſed paulo ante ἀγήνορα δῖον excitaſſe dicitur Apollo virum fortem, ejuſque cordi robur injeciſſe, ut mortis graves manus arceret. Talis autem mera ſoni & apicum convenientia à ſtudio ſacro planè excludenda. Epiſt. *Judæ*, comm. 5. *cum ſciatis ſemel illud*. Nodum in ſcirpo dicuntur quærere & fluctus in ſimpulo excitare, qui τὸ ἅπαξ vertunt *ſemel*. Quod enim ſcimus, neque ſemel ſcimus, neque bis aut ter. Tenendum hic erat, *Judam* Epiſtolam omnes Epiſtolas obſignare Apoſtolorum & ultimo per eam excitari ad certamen, Deo ita jubente, debuiſſe Eccleſiam. *Volo, vos, ſcienter*, inquam, *vos*, & jamdiu informatos in fide, *ſemel adhuc*, i. e. extremum *commonefacere*. Hic nemo negaverit, τὸ *omnino, prorſus, certe, perfecte, plane*, latere hic in τῷ ἅπαξ, ſicut comm. 3. *fidei ſemel data ſanctis*; & Hebr. VI. 4. IX. 7. 9. 11. 12. 26. X. 2. 10. 14. XII. 26. 27. I. *Petr*. III. 18. 20. Epiſt. *Judæ* comm. 7. *propoſita ſunt exemplo*. Ignatii locum difficilem ad Philadelph. §. 8. tentat exponere duobus modis. Primo τὸ ἀρχείοις accipit pro παρακειμένοις, *à latere tantum poſitum extat*, non proprie ſcriptum in autographis. Vel, hodie quidem proſtat & publicè proponitur, ac legitur, non tamen in authenticis codicibus ita ſcriptum eſſe inde eviceris. Neutrum forte placuerit Cl. *Clerico*. Nam & *Voſſius* jam vidit illud παρακείμενον p. 283. In authenticis autem Chriſtianorum codicibus ita ſcriptum fuiſſe Evangelium, ceu prædicabat illud *Ignatius*, ne Judæi quidem negabant tunc. Legebantur etiam in Eccleſiis non modo ſcripta Apoſtolorum, ſed & Prophetarum. *Juſtinus* Apolog. I. 87. Judæi autem, vel Judaizantes dicebant, *niſi invenero Evangelium in antiquis libris*, *veteris ſcil. T. Evangelio non credo*, volebant enim hiſtorias de Chriſto etiam ibi referri & reperiri. Reſpondente *Ignatio*, ibi quoque reperiri Evangelium ſcriptum, replicabant Judaizantes, τὸ πρόκειται. Pergit itaque *Ignatius* totam hiſtoriam illius, crucem ejus, mortem, reſurrectionem, & fidem, quæ per ipſum, conſignatam eſſe in antiquo fœdere. *Nam & Prophetæ annunciarunt Evangelium, & in Chriſtum ſperaverunt, eumque expectarant, & in eum credentes ſalutem conſecuti, atque ab eo connumerati ſunt in Evangelio ſpei communis*, §. 5. αὐθεντικόν μοι ἐστιν ἀρχεῖον (ἀρχαῖον) ὁ σταυρὸς αὐτοῦ. Idem argumentum perſequitur *Ignatius* Epiſt. ad Magneſianos, §. 8. *diviniſſimi Prophetæ juxta Chriſtum Jeſum vixerunt*, §. 9. *etiam diſcipuli ipſius fuerunt*. ἄτοπόν ἐστι, ἰουδαΐζειν, §. 10. *Tom. II. Patr. Apoſt. f*. 32. *Edit*. 1724. Quum igitur copioſe reſpondeat *Ignatius*, interrogatio videtur omninò antecelliſſe, neque nuda negatio, τὸ πρόκειται, quod *Voſſio* placuit. *Apoc*. XIV. 13. *Beati mortui à modo*. Nihil ait incommodi eſſe, ſi punctum ponatur poſt ἀποθνήσκοντες. ἀπάρτι, ναὶ, *omnino, ita, requieſcunt*. Sed iſta aſſeveratio latebat jam in eo, quod in Domino dicuntur mortui; illi enim non poſſunt non eſſe beati. Sufficiebat etiam, ſpiritum exclamare ναὶ, ἵνα. Ad determinandum autem articulum temporis inchoandæ illius felicitatis, adjectum, ἀπ' ἄρτι, *à momento requieſcunt morientes in Domino*. Dumque hæc confeſſio ad fidem noſtram pertineat, nulla alia expoſitio ei præferenda eſt.

3. *Periculum Criticum, in quo loca quædam cùm Veteris ac Novi Fœderis, tum Heſychii & aliorum illuſtrantur, vindicantur, emendantur*. Lugd. Bat. apud J. A. Langerack, 1727. 8. de quo *Acta Lipſ*. menſ. Nov. ejuſd. anni *p*. 495.

Novo huic & præclaro ingenii ſui monumento clariſſimus Autor modeſtè de ſe ſentiens, *Periculi Critici*, quod majorem titulum merebatur, nomen imponere voluit. Et quanquam pauca ibi V. T. loca attingat, ex iis tamen non omittemus *Deut*. XXXII. 39. pag. 3. ſignificantius quàm à LXX. & Vulgato verti, *videte nunc, quod Ego, Ego Sim IS*, particula hac Dei ſimplicitatem ac immutabilitatem attingere. Non exhauſit emphaſin hanc ſane *Jo. Crejus* Obſ. Sacr. c. 21. bene tamen *Jac. Guſſetus* in הוּא & *Seb. Schmidius* h. Ad *Pſ*. CXXI. 4. elegans p. 5. affertur locus *Heliodori*, adventum Deorum profanos latere quidem, à ſapiente autem cognoſci ex oculis illorum poſſe, quòd palpebras nunquam concludant, ἀτενὲς διόλου βλέποντες, καὶ τὸ βλέφαρον οὔποτε ἐπιμύοντες, Æthiop. *Lib*. 3. Jam Novi Fœderis etiam libris, dum Cl. *Jo. Pricæi* emendationes diſcutit, inſignem Noſter lucem conciliat. Ait enim p. 10. *ſe omnia ea loca, quorum receptam lectionem movere Pricæus ſtuduit, qua-*

quæ à nemine hactenus excuſſa ſint, diligentius vindicaſſe a Capite IV. usque ad Cap. XIV. A capite XV. autem uſque ad finem magna pars *Heſychii* Grammatici juxta ordinem illuſtratur, aut plane emendatur: quod in exiguo hoc libello fieri potuiſſe, nemo forte præſumpſiſſet. Ne tamen excidat nobis locus *Eſaiæ* VII. 14. qui apud *Pricæum* ad *Luc.* I. 31. occurrit *f.* 203. exiſtimat ille apud LXX. ex *Heſychio* ſcribendum συλλήψεται pro λήψεται, & viciſſim apud *Heſychium* συλλήψη, ἐν γαστρὶ ἕξει, verbis LXX. ad quæ ille reſpexerit, non ἐγγάστριον ἕξει. Ac nollem hunc Noſtro locum omiſſum, qui in locis *Heſychii* recenſendus. *Matth.* IX. 5. tentat *Pricæus* hoc modo interpungere, ut duplex interrogatio ſubſit, τί γάρ; ἐστιν εὐκοπώτερον, ἀφέωνται σοι, *quid enim? eſtne facilius dicere, peccatori, remittuntur tibi—an paralytico dicere, ſurge?* Senſus certe non fit obſcurior. Retinet tamen Dn. *Alberti* p. 11. 12. vulgatam diſtinctionem. Alia autem adhuc apud *Matthæum* tetigit *Pricæus*, quæ hîc non occurrunt: Quale illud c. XVI. 22. καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, poſitum id cenſens pro λαβόμενος, ac vertens, *manu prehendens, vel arripiens*, non, *complectens*, nec *ſeorſim abducens*. Sequens enim, ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, aſperius & liberius quid permittere. *Luc.* II. 32. pro εἰς ἀποκάλυψιν poſſe legi, εἰς ἀνακάλυψιν, ſenſu percommodo, ſi firmante Codicum auctoritate fieret: ut per gentium revelationem intelligamus ablationem τοῦ καλύμματος τῶν καρδιῶν. Quo pertinent ἀνακαλυπτήρια ſponſarum, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται ἀνδράσιν ὁρᾶσθαι. Reſpondet Noſter p. 23. *cui uſui ſit talis criſis, ignoro.* In Epiſt. autem *Judæ* comm. 12. ubi pro σπιλάδες, *ſaxa ſub aquis latentia*, legit *Pricæus* σπίλοι, *macula, ſordes*, ex II. *Petr.* II. 13. mutat ſententiam p. 38. *ambabus ulnis amplecterer* σπίλοι, *ſi veterum Mſc. autoritate eſſet munita lectio.* Sic *Apoc.* XII. 7. καὶ οὐκ ἴσχυσαν, ubi *Pricæus*, κατίσχυσαν, ex *Luc.* XXIII. 23. quia ſimplex eo modo in his libris non ponatur; Noſter *p.* 41. ſimiliter, *optime ſi Codices faverent.* Atque iterum ad I. *Joh.* III. 20. p. 35. illud ὅτι, ſecundo loco poſitum, *Pricæo* videtur aut in ἔτι mutandum, aut delendum. Noſter „*neque mihi prius diſpliceret, ſi Codicum ſuffragia darentur.* Ad *Luc.* III. 18. εὐηγγελίζετο τὸν λαόν, *Pricæus f.* 227. ex Thoma Magiſtro, *apud unum Charicliden hanc conſtructionem inveniri.* Hic Noſter *p.* 15. *vellem docuiſſet, quis ille Chariclides? Nam Thomas* ita loquitur, ὡς παρὰ Χαρικλείᾳ, *forte Pricæus legit* Χαρικλείδῃ, *ſed dubio procul Heliodorum innuitur, cujus Opus olim* Χαρίκλεια *à plebe dictum.* Suidas ſimiliter εὐαγγελίζομαί σε, αἰτιατικῇ, ſive caſu quarto; ſed non aperuit, ubi invenerit id apud profanos, *f.* 880. *Tom. I.* Nobis non videtur *Pricæus* ne hic quidem quicquam peccaſſe. Nam ad *Luc.* XV. 20. & XXIII. 27. diſerte citat *Heliodori* verba Græca, ac dicit, ea loqui de Chariclia & Theagene. Ad *Act.* X. 17. & XXVII. 15. nominat *Heliodori* Lib. primum: iterum ad *Act.* XX. 38. & c. XXII. 26. Lib. quintum: aliquoties etiam alibi omittit libri numerum. Mendum ergo eſt ad *Luc.* III. 18. librario imputandum, qui ſcribere debuit, apud unam *Charicliam*, vel *Charicleam.* Heliodorum ibi nominare noluit *Pricæus*, quia eum nec nominat *Thomas*: decem etiam libros Æthiopicorum familiares fuiſſe *Pricæo*, liquet. Ejuſdem tria alia loca circa expoſitionem *Act.* XIII. 42. adducuntur à Noſtro de voce μεταξὺ, ubi dubium erat, an id habeat ſenſum intervalli ſeu interjecti temporis, an verò ſubſequens tantum tempus notet, *p.* 45. 46. Duo priora loca, *Lib.* 2. *p.* 74. & *Lib.* 6. *p.* 267. favere ait etiam verſioni receptæ, *ſequenti Sabbato*, tertium autem, *Lib.* 7. *p.* 244. flagitare *intervalli* ſenſum. Utique intervallum illius temporis, quod interjectum eſt inter duo Sabbata, etiam ſuo æquitur Sabbatum primum; ſed connotatur voce Græca præterea totus ille tractus intermedius ſimul; quod non fit, ſi ſimpliciter vertas, *ſequenti Sabbato*, obſervante *Eraſm. Schmidio*, ibid. Eo modo loquitur *Dioſcorides* Lib. 3. c. 51. *Baccharis folia aſpera ſunt*, μέγεθος ἔχοντα μεταξὺ ἴου καὶ φλόμου, *magnitudinem habentia mediam inter violam & verbaſcum.* Rem ipſam *Suidas* etiam vidit, ſed interjectionem perſpicuè non expreſſit Latinus; nam ἀναμέσον non eſt hic, *interim dum*, in priori exemplo. In ſecundo nil exhaurit τὸ ἔτι, ὁ πρὸ πολλοῦ. Rectius: Alexander tempore illo intermedio, cum inter bibendum incaluiſſet, ira accendi cœpit. Μεταξυλογίαν autem innuit intervallum iſtud optime. Corruptam à multis jam ſeculis lectionem *Luc. I.* 78. exiſtimans *Pricæus*, ſcribendum ait ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἄνωθεν ἐξ ὕψους, *Deus viſitavit nos deſuper ex alto*, copioſeque contendit ſe tueri. Nec debuiſſet hanc criſin, quæ omnium eſt difficillima, prætervidere Noſter; ſiquidem omnia vindicare voluit. Nam & ad *Luc.* IV. 16. 17. *intravit die Sabbati in ſynagogam*, non omiſit p. 43. 44. dialogum hominis Judæi cum Chriſtiano, recitatum à *Suida*, aut interpolatore illius, in Ἰησοῦς. Quod enim non *Suidas* ipſe hic loquatur, neque ex eo, quod Chriſto ſit traditus liber *Eſaiæ* ad prælegendum, concluderet, munus aliquod ſacerdotale apud Judæos eum habuiſſe, nec crediderit *Suidas*, narrari ibi verè aliquod myſterium Judaicum, lectu vel ideo dignum, quia divina ipſius origo ex illibata virgine validè hic demum confirmetur; ſed vero aliunde totum hoc irrepſiſſe, notum eſt. De Judæis certè & de *Juſtiniano M.* commentari hic non fuit *Suidæ* propoſitum; ceu ex errore in nomine *Juſtini* Senioris, & excerpto *Democriti* de Judæis *f.* 123. & 128. Tom. I. Ed. *Kuſt.* intelligitur. *Pricæus* contra ad *Luc.* VIII. 25. paulò aliter exercuit ingenium ſuum in verbis *Marci* IV. 40. ponendo interrogationem poſt ἐστε hoc modo, τί δειλοί ἐστε, *quid timidi eſtis?* οὔπω πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; ſicine non habetis fidem? Et reſpondebant illi inter ſe, τίς ἄρα οὗτός ἐστι; quinam iſte igitur eſt? Porro *Act.* XIX. 25. οὓς legit pro οὓς, *συναθροίσας Demetrius*, εἶπεν, ἄνδρες συντεχνῖται, ex antiquo Codice. Sed compenſat tamen induſtriam ſuam Dn. *Alberti*, quæritque viciſſim ad *Matth.* IV. 11. p. 48. an per angelos miniſtrantes Chriſto, præter alia miniſteria innuatur etiam miniſterium cibi, ob famem præcedentem? hunc enim locum non tetigerat *Pricæus.* Hic Wolzogenius, *nihil*, inquit, *prohibet ſtatuere, eos Chriſto cibum aliquem attuliſſe, quemadmodum Eliæ.* Jam olim idem ſenſit *Ludulſus* Carthuſienſis. *Fridericum* autem *Spanhemium* Part. III. *Dub. Evang.* 68. laudaſſet Noſter. Si verò iſta quæſtio non ſit critica, ecce aliam ad *Hebr.* XII. 27. τὴν μετάθεσιν σαλευομένων, ὡς πεποιημένων. Fatetur *p.* 54. 55. ſibi diu arriſiſſe emendationem Cl. *Bos*, πεπορημένων. Conjungere hæc duo quidem *Heſychium*, ſed ſine Codicibus nihil facile mutandum, rurſus arbitratur. Novum tamen ſenſum vocabuli attulit, & πεποιημένων ait dici, quidquid non eſt ſolidum & duraturum. Et hæc opponi iis, quæ non commoventur, ſed manent. In Epiſtolam ad Hebræos non ſcripſiſſe *Pricæum*, qui iſtum aliàs locum non neglexiſſet, ad reliqua illius Viri deſiderata referendum eſt. Nunc quum in Evangelium *Lucæ* & *Acta* prolixè commentaretur, promptum ei fuerat etiam Hebræos adjungere, quos eundem habere Autorem, ex quarundam locutionum convenientiâ videbatur ſibi poſſe conjicere, ad *Act.* III. 13. & XXV. 16. Famam *Pricæi* laceſſunt *p.* 71. qui eum credidiſſe putant, *baccaris* eſſe nomen ſcriptoris, quem *Heſychius* laudet in materia unguentorum, voce βρένθιον, illumque ſcriptorem retuliſſe in Indicem *Heſychianum*, Commentario *Apuleii* annexum *p.* 743. Iterum autem abſolvet eum, qui duo loca *Heſychii* in βρένθιον & βάκκαρις contulerit. In neutro eſt veſtigium alicujus ſcriptoris. Μύρον vocat utrumque, & alterum alteri comparatur, βρένθιον μύρον τι ὡς βάκκαρις. βάκκαρις μύρον Λύδιον. Excuſſit hæc *Salmaſius* in *Solinum* ubertim *f.* 1068. *Suidas* etiam *Heſychio* hic conſentaneus, βρένθος δὲ εἶδος μύρου, eſt genus unguenti. Quæ ibi ſequuntur, luxata ſunt, ne-

que

que à Cl. *Küſtero* reſtituta *f.* 455. *Tom. I.* Hominem autem, cui curam indicis ſui commiſeras, *Priceus*, τὸ ὡς decepit. Aliquando nominat *Heſychius* ſcriptores diſertè: Σαμβύκη τὸ μουσικὸν ὄργανον, ὁ μέμνηται, Ἴοβας, καὶ πολυχορδόν, ὁ ἔλυμον. Alibi loquitur abruptius: Σανδαράκη τροφή τις τῶν μελισσῶν, ὡς Ἀριστοτέλης. Σάνδυξ, δένδρον θαμνῶδες, ὡς Σωσίβιος, *ceu tradit Soſibius.* Id vero non eſt perpetuum. Nam βάκχαρις eſt unguentum tale, ὡς βάκκαρις, *quale baccaris.* Ita nullus index forte ab ejuſmodi lapſibus excipietur. *Priceo* autem id non imputes. De iſtis unguentis pluta *Foeſium* in Oeconomia Hippocr. *f.* 118. Nunc publico nomine prædicari meretur collectio tot emendationum *Heſychii*, quam hic inimitabili aſſiduitate iterum exhibet doctiſſimus Autor noſter; dummodo examinentur prius τὰ διαφέροντα, addanturque nomina virorum, qui primi ſuo quiſque loco ita emendarunt. Sic κατηρίζων, ἐκαθίδη, p. 90. debetur Cl. *Jenſio*, primo inventori, *Lect. Lucian.* p. 11. In foro Juris Græcorum ἀνάπαυσις p. 100. vix ſuſtinebit ſenſum *dilationis*, neque vox popularis ſupplebit terminum forenſem technicum. Libri Βασιλικῶν vocant ὑπερθέσεις, titulo περὶ ἀπρακτῶν ἡμερῶν καὶ ὑπερθέσεων, *de feriis & dilationibus* &c. Reliqua prætermittimus, quæ ad nos non multùm faciunt. Cæterum quæ ad Præfationem monenda reſtabant, in menſem Decembrem rejiciunt Eruditi Lipſienſes, fruſtra ibi à me quæſita; verùm ipſum *Alberti* librum præ oculis habens, pauca ex Præfatione delibare non gravabor, in quâ de *Obſervationibus* ſuis *in N. T.* ſupra memoratis verba faciens eruditus Autor, hæc habet: „ Alii benignè quidem „ & honeſtè de ipsâ ſcribendi ratione cogitantes, mul„ta tamen reprehenſione digna cenſuerunt, & ni„gro theta ſignanda. Reſpicio.... Acta Eruditorum (*vid. loc. ſupra cit.*) „ in quibus, ... Vir doctus, „ qui has partes ſibi ſumpſit, Obſervationes meas „ laudibus ultra merita ſtatim in initio proſequitur; „ quod gratus agnoſco; ſed mox ita rem agit, ut „ perpetua cenſura ſequatur, prætermiſſis melioribus, „ aut quæ peculiaria mihi erant, iiſque paſſim excerp„tis, quæ occupata aut repudianda Ipſi videbantur, „ aut exigui pretii: unde lector præconio Ipſius vix „ fidem habere queat. „ Et aliquanto poſt: „ Ægrè „ mihi fuit, quando Vir doctiſſimus (cujus honori ni„hil detractum velim,) in *Actis* illis ſubinde ſcrip„ſit, hæc illa *ſumpta* eſſe ex hoc vel illo; quem vel „ ad manus non habui, vel vix unquam inſpexi. Si „ *occupatam* dixiſſet hanc vel illam obſervatiunculam, „ gratus ſolviſſem μείωτρον, neque mihi quidquam „ accidiſſet, quod non ſæpiſſimè in Summis Viris de„prehendi, vix ullo excepto. Adeoque

„ *Si id eſt peccatum, peccatum imprudentiæ eſt*
„ Auctoris, *non qui furtum facere ſtuduerit.*
„ *Id ita eſſe*, omnes *judicare poterunt*

„ qui ſcribendi ubique rationem conſiderant. “ Hinc ad varia loca deſcendit *Albertus*, in *Actis*, ut ipſe innuit, perperam reprehenſa, quæ hæc ſunt. *Matth.* III. 16. V. 6. XII. 20. XVI. 18. *Marc.* VI. 5. *Joan.* XVII. 3. *Act.* I. 18. XII. 7. *Rom.* VIII. 20. 37. I. *Cor.* III. 23. VIII. 10. IX. 18. II. *Cor.* V. 1. *Philip.* II. 30. I. *Theſſal.* IV. 6. II. *Theſſ.* I. 3. I. *Timoth.* IV. 8. *Hebr.* VI. 6. XI. 37. I. *Joan.* II. 22. Singula perluſtrare ſuperſedeo.

ALBERTUS (*Johannes*) Carmelita, gente Hollandus, patria Harlemenſis, vixit Sec. XV. In dicto Ordini nomine dato, Doctoris gradum in Academiâ Lovanienſi obtinuit; vir, ut vocat *Sweertius*, eximiæ virtutis & doctrinæ, obiit Mechliniæ A. 1496.

S c r i p t a :

1. *Quæſtiones in Magiſtrum Sententiarum.*
2. *Lectura in Eccleſiaſticum.*
3. *In Epiſt. I. D. Joannis Canonicam.*
4. *Sermones* & alia, quæ nondum lucem vidiſſe ait *Sweertius* p. 114.

ALBERTUS (*Joannes Andreas*) Italus, Nicienſis, è Soc. Jeſu, inter Pedemontanos Scriptores ab *Andr. Roſſotto* repoſitus, ac inter Ligures à *Raph. Soprana*, & exinde ab *Oldoino* p. 295. laudatus, ubi dicitur calamo & lingua illuſtris, clarus Sec. XVII. Orator facundus, & Scriptor eloquentiſſimus, obiit A. 1657.

S c r i p t a :

1. *Vita & Elogia Patrum* (*a*), ſeu *Elogia Patriarcharum* (*b*). Taurini, apud Tiſnam & Zanattam, 1638. in 8. & Lercarorum ſeu Lercariorum, *Genuæ* 1644.

Italicè:

2. *Querela pietatis*: Oratio in funere *Antonii Provana*, Archiep. Taurinenſis. *Taurini* 1640.
3. *Muſæum reſtauratum in Collegio Genuenſi.* Genuæ, eod. anno.
4. *Oratio in Principatu Ja. Bapt. Lercarii*, prænotata *Sol Ligur.* Ibid. 1643.
5. *Adelan*: Hiſtoria Panegyrica. Ibid. 1649.
6. *Enneas Panegyrica de S. Franciſco Xaverio.* Bononiæ 1650.
7. *Impietas percuſſa Elia Zelo.* Genuæ 1655.
8. *Theopiſta edocta juxta exemplar Paula Maria à Jeſu, Carmelitæ Monialis diſcalceatæ.* Venetiis.

(*a*) Ita *Alegamb.* p. 218. (*b*) Ita *Oldoinus.*

ALBERTUS *de Lauda* Inſuber, à patriâ ſic nuncupatus, Ord. Prædicat. clarus circa A. 1360. cui *Laurentius Pignon*, qui eum vocat *Lombardum*, forte quia erat Provinciæ Lombardiæ ſuperioris, tribuit ſcripſiſſe

Super totam Bibliam. Alii verò ſcripſiſſe ſolùm volunt *ſuper omnes Apoſtoli Pauli Epiſtolas* opus duobus voluminibus diſtinctum. * Vid. *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 647.

ALBERTUS (*Leander*) vulgò *Leandro Alberti*, Italus, Bononienſis, Ord. Prædic. A. 1479. honeſtis parentibus natus eſt. Vix decennis *Joannis Garzo* Gymnaſii Bononienſis Oratori clariſſimo operam dedit, eumque quadriennium audivit. Ordini nomen dedit in patriâ A. 1495. & veſtem induit VII. Kal. Decemb. Studiis poſt profeſſionem applicitus, eximios, totaque Italia nominatiſſimos in Philoſophia ac Theologiâ nactus eſt præceptores, *Vincentium Placentinum*, & *Paulum Monticellanum* in priore, in ultimâ verò *Silveſtrum Prieriatem* & *Georgium Caſalenſem.* Muſeo deinceps videtur totus addictus, è quo tamen eum avocavit Ordinis Magiſter XL. *Franciſcus Silveſter* Ferrarienſis A. 1525. electus, quocum illi magna familiaritas & literarum neceſſitudo Bononiæ interceſſerat, qui eum in ſocium, cum titulo Provincialis Terræ Sanctæ allegit, & laborum participem eſſe voluit. Eum igitur *Leander* Provincias Neapolitanas ex officio viſitantem eod. A. 1525. comitatus eſt, tum & in Gallias proficiſcentem, eique Redonis in Armorica morienti ſedulus aſtitit & oculos clauſit. Tum verò Italiam & Bononienſe Muſeum ſuum repetiit, à quo deinceps non videtur avulſus. Quandonam autem obierit nullus accuratè refert, ſed cùm apud *Fontanam* in Theatro legatur Inquiſitoris generalis munere Bononiæ functus A. 1550. & ei ſucceſſor datus A. 1552. circa hunc ultimum annum devixiſſe, ibidemque ſepultum probabile eſt.

S c r i p t a :

1. *De Viris illuſtribus Ord. Prædicatorum Libri VI. in unum congeſti.* Bononiæ, Hier. Platonis, 1517. *fol.* Opus, ſi *Echardo* credimus, accuratum, & puriori elegantiorique latinitate nitens: quod cùm prodiit ſat bene exceptum fuit, & hodiedum exiſtimatione floret, inquit *Adr. Baillet* Judic. Erudit. *Tom. II. p.* 70. *in* 4. cui ſubjungit Dn. *de la Monnoye*: Injucundam Latini & Italici ſermonis farraginem texit *Albertus*: (Leander Alberti *fait une bigarrure deſagréable*

ſagrable de Latia & d'Italien.)

2. *Vita della B. Colomba da Rieto del terzo habito della penitenza del glorioſo Padre S. Domenico, ſepolta a Perugia.* Bononiæ, Hier. de Benedictis 1521. in 4. Extat Pariſ. in Regia H. 1710. ſed & in Mazarin. Epiſtolam nuncupatoriam illuſtri Sorori Hier. Teppolæ Venetæ poſt mortem ſponſi Joannis Sfortia Ord. S. Claræ Sanctimoniali, Latinè redditam edidit *Papebrochius* in Actis SS. ad xx. Maii p. 398.

3. *De D. Dominici obitu & ſepultura.* Bononiæ, Vinc. Bonardi 1535. Addunt *Altamura* & *Rovetta*, *de tranſlatione ejuſdem* : ſed idem eſſe opus conſtat ex Annalibus Ordinis *Bzovii*, qui integrum refert ad annum 1233.

4. *Cronichetta della glorioſa Madonna di San Luca del monte della Guardia, e de' ſuoi miracoli, dal ſuo principio, ſino all'anno 1552. & dell'origine del convento delle venerande monache di San Matthia, ſcritta dal F. Leandro Alberti, & accreſciuta da un reverendo religioſo ſino all'anno* 1577. quo anno prodiit *Venetiis* apud fratres Guerra, in 8. ac rursùs *Bononia*, cum appendice ad annum uſque 1598. quo lucem vidit apud hær. Joan. Roſſi in 8. Extat Pariſ. in Regia H. 1533.

5. *Vita Joannis Bentivoli ſecundi.*

6. *Delle donne che ſono ſtate illuſtri, nella Domenicana religione.*

7. *Vita Joachimi Abbatis Florenſis, & vaticiniorum ejuſdem explicatio.* Extat MS. Pariſ. in Colbert. Cod. 4147. fol. chart. DD. *Julio de Medicis* S. R. E. Cardinali nuncupata : ad cujus calcem legitur impreſſam fuiſſe *Venetiis* A. 1527. poſt editionem *Bononienſem* Girol. Benedetti, A. 1515. Julii xv. Attamen an hæc opella ſit genuinus *Leandri* fœtus dubium, cùm ſtylus elegantem ubique *Leandri* dictionem non oleat.

8. *Vita B. Jordani Saxonis Ord. Prædic. Magiſtri II.*

9. *Diatriba de incrementis dominii Veneti.*

10. *De claris viris Reipublica Veneta* : quæ edita habentur Romæ in Caſanatenſi (*a*).

Alia ejus opera breviter recenſebo ; quæ ſunt

11. *Hiſtorie di Bologna* ad annum 1279. *Bononia* editæ ab A. 1541. ad 1590. in 4. Reliqua quæ ad annum 1543. protenduntur, habentur MSS. voluminibus duobus apud *Joan. Fantaccium* Bononienſem, teſte *Bumaldo*.

12. *Deſcrittione di tutta l'Italia* &c. *Bononia* 1550. fol. *Venetiis* 1551. 1561. (*b*) & 1568. in 4. atque emendatior & auctior a *Borgaruccio Borgarucci* ibid. 1581. Laudatur & recentior ibid. 1588. in 4. Latinè vero prodiit interprete *Guil. Kyriandro* Hoeningeno J. C. *Colonia* 1567. fol. Sed in hac editione deſunt *Inſula ad Italiam attinentes*, quæ in tribus ultimis Italicis editionibus adjunguntur. In eo opere illuſtres gentis ſuæ viros inter cætera indicavit : quo majus ſibi nomen feciſſet ; ni multa ſibi imponi paſſus fuiſſet ab *Annio Viterbienſi*, cujus nugis commentarios inſerit ; quæ ſi reſecarentur, melius ſe opus hoc haberet, judice Cl. *Voſſio* de Hiſt. Lat. *Lib. III. cap.* 12. p. 680.

13. *Ephemerides ab adventu Ludovici XII. Gallia Regis in Italiam uſque ad annum* 1552. cujus operis ut Latinè à ſe ſcripti meminit *Leander* in Deſcript. Italiæ, ac MS. Bononiæ apud Prædicatores ſervari teſtatur *Rovetta*, apud *Script. Ord. Prædic.* Tom. II. pag. 138.

(*a*) *Script. Ord. Prædic.* Tom. II. p. 825.
(*b*) Bermann. Catal. Bibl. Francof. p. 8.

ALBERTUS (*Aloyſius ſeu Ludovicus*) Italus, Patavinus, Eremita Auguſtinianus, in Academiâ patriâ A. 1623. ſacrorum librorum publicus interpres, ſanè diverſus ab alio ejuſdem nominis, itidem Patavino, (de quo infra,) in lucem dedit

1. *Vitam S. Nicolai de Tolent.* 1610.
2. *De reali præſentiâ Chriſti in Euchariſtia Sacramento.* 1613.
3. *De terreſtri Paradiſo.* 1619.
4. *Vitam B. Claræ de Monteſalco.* 1610.
5. *Lectiones quaſdam de operibus ſex dierum.* 1619. (*a*) Et alia, inquit *Elſſius* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 437.
6. *Lib. de Prædeſtinatione & Reprobatione.* Venet. 1623. in 4. (*b*)

(*a*) *Venetiis* in 4. cum lib. *de Paradiſo* juxta *Lipen.* Tom. I. p. 758. ac prius 1618. ut ipſe *Tom. II. p.* 25. & 415.
(*b*) Idem *Tom. II. p.* 665.

ALBERTUS (*Ludov. Carolus*) Dux Luinenſis (*de Luines*) Pariſiis demortuus d. 10. Oct. An. 1690. ætat. 69. Gallicè vertit

1. *Lectiones Officii SS. Sacramenti.*
2. Item *pia SS. Patrum opera.*
3. *Moralia S. Gregorii in Jobum.*
4. *Sententias & Inſtructiones Chriſtianas à S. Auguſtino excerptas* edidit Pariſiis An. 1677. * *Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom. II. p.* 2496.

B. ALBERTUS, *Magnus* cognomento dictus, natione Germanus, patriâ Suevus, Dominicanus, Ratisbonenſis Epiſcopus, domo Lawingenſis, ex nobiliſſima Dynaſtarum Bolſtatenſium ſtirpe oriundus, natus eſt an. 1193. vel 1205. Juvenis adhuc *Patavium* à parentibus miſſus, ut bonis literis inſtitueretur ; an. 1221. vel 1222. aut ſequenti, Fratribus Prædicatoribus ſe adjunxit ; & ab ipſo *Jordano* Dominicanorum Generali Ordinis habitum ſuſcepit. Mitto, quæ de innata animi hebetudine, & exinde orta ſtudiorum infelicitate, de deſperato doctrinæ profectu, & meditatâ idcirco fugâ, de memoriâ & ingenio ei à B. Virgine, ne fugeret *Albertus*, divinitus conceſſis, & de utroque iterum triennio ante mortem ablato, & mutato derepente ex Aſino in Philoſophum, ex Philoſopho in Aſinum *Alberto* nugantur quidam Dominicani. Alia multa de ipſo commenta percrebuerunt, & hoc inprimis, *Albertum* ſcilicet obſtetricem egiſſe, quod multi indignè tulerunt. Hujus commenti hæc origo fuit, nempe *Tractatus* quidam *Alberti M.* nomine editus, in quo plura *de arte Obſtetriciâ* traduntur, in formandis Obſtetricibus aptiſſima ; tantaque ejus artis peritia cernitur, ut Operis authorem hanc exercuiſſe facilè conjicias. Verùm qui *Alberti* partes tuentur, negant eum hujus Libri ſcriptorem fuiſſe, ut & ejus qui *de ſecretis mulierum* inſcribitur. Inter eos *Petrus de Pruſſiâ* admodum ſuccenſet in blaterones illos qui *Alberto* impoſuerunt quod egiſſet obſtetricem ; faſſus tamen *Cantipratanum*, qui hujus operis Author creditur, ad inſtructionem obſtetricum in Opere perperam ſuppoſito Præceptori ſuo *Alberto* tradidiſſe modos & vias felicis obſtetricationis, cujus præcepta chartis committi, nec voce tradi poſſunt, abſque expreſſione multorum quæ libido, non natura fœdavit. Inficias tamen ire ejuſmodi apologiſtis non ſemper licuit ; quippe qui fatentur in *Alberti* commentariis *in Libros ſententiarum*, nonnullas *de officio conjugum* reperiri quæſtiones, quæ nonniſi obſcœnis vocibus potuerunt agitari ; ſed *neceſſarium eſt*, aiunt, *enodationem ſolidam, atque legitimam dubiorum circà fœditates illas emergentium proſtare alicubi, apud probatos Doctores, cujusmodi fuit* Albertus, *qui proinde reprehenſione vacat. Etiamſi illum velut ſcriptionis putorem ſuis commentariis immiſerit.........* *ne ergo confeſſarii rudes ſint Medicinæ quam facere debent adeò frequentibus morbis, juſtum cenſuit* Albertus *in illud cœnum ſtylum demittere. Alioqui ejuſmodi turpes quæſtiones nunquam tractari deberent, niſi illa cogerent monſtra, quæ his temporibus in Confeſſione audiuntur.* At ſatiùs fortaſſis eſſet id penitùs reſcindere, quod ejuſmodi ſcriptorum neceſſitatem parit : cùm, quantumlibet rectus in iis componendis fuerit authorum animus, ea ſint perſæpè, quæ jure merito cum *Horatio* appellare poſſimus *peccare docentes hiſtorias*. Id certò conſtat *Albertum* omnium fuiſſe longè curioſiſſimum, eumque tantam ac tam felicem in omni Literarum ſcientiâ operam poſuiſſe, ut ſummus ſui ſæculi Theologus, Philoſophus, ac Mathematicus haberetur. Tantùm præſertim in Mathematicis potuit, ut ab indoctâ plebe, miranda ejus artificia obſtupeſcen-

ſtupeſcenda, Magicæ paſſim inſimularetur. Ab eo circa A. 1220. hinc *Alexandro Halenſi* Ordinis Minorum, ſub *Innocentio* IV. mox utriuſque diſcipulo *Thomâ Aquinate*, natam eſſe dicunt mediam quamdam Scholaſticorum ætatem, qui aliàs *Summiſtæ* nuncupantur & *Quæſtionarii*. Diſcrimen à priore fuit, quòd hi *Ariſtotelis* Metaphyſicam, qualem tùm intellexerunt, omnemque ejus Philoſophiam ab *Alberto Magno* aliquot voluminibus traditam, habuêre jam pro principiis demonſtrationum Theologicarum; adeo ut hujus Eccleſiæ effata & axiomata Patrum dictis, imò Script. S. enunciatis longè præhabuerint. Fatetur ipſa *Sixtus Senenſis* lib. III. hoc Theologiæ genus ex Philoſophiâ præſertim Peripateticâ conflatum planè novum fuiſſe ac recens. *Spanh.* Hiſt. Eccleſ. Sec. XIII.

An. 1236. mortuo *Jordano* Generali Dominicanorum Magiſtro, *Albertus* totum Ordinem biennio Vicarius rexit. A. 1238. in Capitulo Ordinis generali Bononiæ habito ipſe cum *Hugone de S. Caro* ad Generalatum petitus eſt. Utarque tamen dignitate excidit. Provincialis autem Ordinis ſui per Germaniam factus, Coloniæ lares poſuit, ibique primùm, deinde Pariſiis Theologiam publicè prælegit, magno auditorum concurſu, ſimul ac plauſu celebratus; ita ut cùm omnes ipſius auditores vix capere poſſet Schola Pariſienſis, Prælectiones palam faceret in medio illo foro, cui *Malbertam* nomen, (Gallicè *la Place Maubert*) quaſi *M. Alberti* foro, inde enim ſic dictum fuit. Ex illius ſcholâ prodierunt *Thomas* Aquinas, *Ambroſius* Senenſis, *Thomas* Cantipratenſis, aliique longo agmine Primores hujuſce ſeculi viri. Coloniâ diſcedens, A. 1248. ſolemni illi ſententiæ quam de comburendis Libris Thalmudicis, *Odo* Cardinalis Tuſculanus de Caſtro Radulphi in Franciâ tum legatus pronunciavit Maii XV. adfuit, inter Magiſtros Theol. vocatos & ipſe conſultor allectus. A. 1249. *Willelmum* Hollandum recenter Aquiſgrani coronatum, Cæſarem Coloniâ tranſeuntem, ut feſtum Epiphaniæ ſeu trium Regum ageret, ab *Alberto* viſitatum dicunt; & quâ erat apud eum, ſeu ob natales, ſeu ob ingentem eruditionis famam, exiſtimatione, à *Willelmo* viſitatum. Narrat autem *Joh. de Beka* Sec. XIV. in ſuo Chronico, *Willelmum* Imperatorem ab *Alberto M.* in convivio magnifico exceptum fuiſſe, in quo *Albertus* hyemem eo anno aſperrimam in ver floridum, & æſtatem frugiferam commutavit, & expletis mirâ jucunditate epulis, omnia veluti phantaſmata evanuiſſe, ac hyemem gelu truculentam mox rediiſſe, hincque Albertum *in Necromantiâ Magnum* non veretur appellare. Quod convivium meram eſſe fabulam demonſtrant, qui de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum ſcripſerunt. Alias fabulas confutant, quibus *Alberti* vitam dehoneſtarunt & contaminarunt ſodales & extranei. Romam deinceps petiit, ab *Alexandro IV.* Pontifice vocatus, ubi publicè etiam docuit, & ſacri officii Magiſtrum aliquandiu agit, ac publicè S. *Joannis* Evangelium expoſuit, petente Pontifice cum toto Cardinalium cœtu; quod evenit A. 1254. Ad hoc circiter tempus referuntur *Diſputationes* ejus adverſus *Guillelmum de Sto Amore*. Ineunte anno 1260. *Albertus* ab eodem *Alexandro IV.* Ratiſponenſis ad Danubium Epiſcopus renunciatus eſt, & quamvis invito animo, Provinciam ſuſcipere coactus. Anno vero 1263. oneris Epiſcopalis pertæſus, dignitate ſuâ ſeſe abdicavit, & in Monaſterium Colonienſe reverſus, ſenectutem ſuam otio literario oblectavit. Anno 1274. Concilio Lugdunenſi II. interfuit, juſſu *Gregorii X.* Pontificis. Tandem obiit anno 1280. die 15. Novembris, ætatis ſuæ 75. ſeu, ut alii volunt, 87. Sed quædam adhuc de illo obſervanda occurrunt:

α. Primum in omnes *Ariſtotelis* & *Petri Lombardi Libros* Commentarios conſcripſiſſe, utiliorem collocaturum operam in commentandis Scripturis Sacris.

β. Hildeshemii, Friburgi Briſgoiæ, Ratiſponæ, Argentinæ, Coloniæ Philoſophiam ac Theologiam docuiſſe.

γ. Primum omnium de Metallis ac Lapidibus Philoſophiam excolere cœpiſſe.

δ. De *Androide* vulgò dicta, quam ab *Alberto* fuiſſe confectam fabulantur qui Magiæ crimen ipſi impulerunt; objicientes figuram hanc hominis integram, carneam vel æneam, ſub certis conſtellationibus compoſitam; vel ſolùm caput hominis æneum (neque enim ſibi conſtant,) tanta arte fabricatum, ut vocem humanam ederet, & cùm de occultis ab *Alberto* interrogabatur, reſponſa certa daret: quod aliquando audiens juvenis *Thomas de Aquino*, ſtupens & conterritus baculo confregerit, unde ſolemnis illa à rudioribus accepta *Alberti* præceptoris ad *Aquinatem* increpatio, *Fili mi, opus triginta annorum fregiſti.* Quod aliqui volunt ad hujuſmodi fabricam alludere S. *Thomam* lib. 3. contra gentiles *capp.* 104. 105. & 106. egregiè hallucinantur. Equidem illic Doctor illas ſtatuas arte magica fabrefactas impugnat, ſed quas apud Auguſt. *lib.* 8. de civit. Dei *cap.* 23. legerat ab Hermete ejuſque ſimilibus laudatas.

ε. Staturæ tam exiguæ fuiſſe *Albertum Magnum*, ut ſtantem coram ſe putarit Summus Pontifex genuflexum, & ut ſurgeret juſſerit, cui reſpondit, inquiunt, ſe jam ſtare in pedibus; addunt verò ab eâ corporis exiguitate cum tanta divinarum & humanarum rerum cognitione conjunctâ, *Magni* nomen ſortitum eſſe. Quod falſum eſſe ut & alia plurima de eo conficta contendit *Petrus de Pruſſia*, qui tranſlationi corporis Beati A. 1483. factæ præſens adfuit, oſſaque omnia numeravit ac dimenſus eſt. Innumera ferme de eo mirabilia narrantur, quæ apud eundem *Petrum* in *Alberti* vita legere poterit curioſus lector. Eruditorum de illo judicia ac elogia exhibere ſatius eſt, quorum pleraque collegit *Pope-Blount* in Cenſ. celebr. Auth. ad A. 1260. p. 416.

Trithem. cap. 466. *p.* 114. Vir in divinis Scripturis valdè ſtudioſus & eruditus, atque in ſeculari Philoſophia nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſticus, vita & converſatione devotus, atque ſanctiſſimus, &c. Et p. 115. Non ſurrexit poſt eum vir ſimilis ei, qui in omnibus literis, ſcientiis & rebus tam doctus, eruditus & expertus fuerit. Quod autem de Necromantia accuſatur, injuriam patitur vir Deo dilectus.

Henr. Gandav. cap. 43. *p.* 125. edit. *Fabric.* Dum ſubtilitatem, inquit, ſecularis Philoſophiæ nimis ſequitur *Albertus*, ſplendorem aliquantulum Theologicæ puritatis obnubilat.

Sixt. Senenſ. lib. 4. p. 194. Vir eruditione admirandæ, quem divinarum rerum pauca, humanarum fortaſſe nulla latuerunt, ſublimibus ingenii ac memoriæ viribus uſque ad miraculum præſtans, in divinis ſtudiis longè eruditiſſimus, & Philoſophorum omnium quos vel ante vel poſt eum univerſa Germania protulit, princeps: ob ſcientiarum multitudinem magnitudinemque *Magni* cognomen, quod nulli unquam eruditorum contigit, ante mortem adeptus.

Poſt *Ariſtotelem* & *Theophraſtum* in Philoſophiâ, & in eâ maximè quæ rerum naturam ſcrutatur, & interpretatur, parem non habuiſſe creditur apud *Quenſted.* de Scripr. Illuſtr. & *Spond.* ad A. 1259.

Primus Latinorum, inquiunt Centuriatores Magdeburgenſes, quicquid in Græcis, Latinis, Arabibus a Hebræis Philoſophia egregium fuit, perſcrutatus eſt.

Albertum impenſiſſimè laudat *Aventinus* Annal. *lib.* 7. *Germanum* eum *Varronem* appellans, etiamque longè *Varrone* doctiorem aſſerens; quem nihil penitùs fugerit, omnia perfectè noverit, Naturæ ſecundum *Ariſtotelem* veriſſimus Interpres extiterit; adeoque ſingula, quæ de omnibus ſcientiis & facultatibus ſcripſit, in ſuo genere, abſoluta eſſe, ac ſi uni duntaxat operam navaſſet, cætera ne attigiſſet quidem.

Profundâ rerum omnium divinarum & humanarum rerum contemplatione, (inquit *Laſius* in Orat. pro Germaniâ) & curioſâ latentium reconditarumque in naturâ poteſtatum indagine hoc conſecutus eſt, ut vere magiæ miniſterio, inferiora ſuperiorum dotibus copulando,

palando, arteque ad naturæ commercium flectendo, ſtupenda ſæpè miracula ediderit: à profanis cæteroquin Diabolicæ magiæ impoſturis alieniſſimus.

In dicendo Goticum ſapit & barbarum; oratione ſquarroſâ prorſum & illepidâ: inter Peripateticos tamen nominis celeberrimi, judice *Cal. Rhodigin.* Lect. Antiqq. *l.* 1. *c.* 11. & in variis locis Homo Græcæ doctrinæ ignarus dicitur, qui in multis hujus ſcientiæ videtur peccâſſe:

Notam plerique Magno *Alberto* inuſſerunt, quod in libris *de Mirabilibus Mundi* plurima congerat, quæ vel doctiſſimorum captum effugiant. Ego verò, inquit *Joan. Imperialis* in Muſæo hiſtorico, multa reor opuſcula præfulgidum tanti viri nomen ementiri, ad legentium gratiam, quæ nec ſomniavit *Albertus*; nimia quippe Scriptorum celſitudo & opinionum firmitas, in abditiſſimo rerum omnium examine, quam ab ineptis quorundam commentis, quæ illi vulgus adſcribit, abhorreant, cuilibet, vel oſcitanter legenti perſpicuum ſit.

Konig. in Biblioth. Is, (*Albertus*) inquit, Sectam Albertiſtarum condidit, & *Ariſtotelis* Philoſophiam S. Scripturæ æquiparavit. *Ferd. Caſtillus* & *Ant. Poſſevinus* memorant ipſum quinquennio ante mortem, omnium quæ in Philoſophiâ didicerat, oblitum: ſed à B. Virgine impetraſſe, ne ſe in Philoſophorum opinionibus, ſed fide Chriſtiana & charitate mori ſineret.

De eo *P. Jovius* Elog. Doct. p. 13. *docendo ſcribendoque, Theologiæ Philoſophiæque totius locos omnes, miris celſiſſimi ingenii luminibus illuſtravit.*

Laudem *Alberti* ex ejus nominis etymologiâ deſumtâ accepit ex *Valleoletano* Petrus de Pruſſia *cap.* 57. Derivant (quis cum ipſo *Echardo* non rideat?) derivant ab *Al*, quod eſt altum, & *ber*, quod eſt fons ſive puteus, & *thus* quod eſt ſpecies gummi odoriferi, quod facilè condonandum genio ſeculi XIII. & XIV.

Hoc *Albertum Magnũ* Epitaphio donavit *Janus Vitalis* Panormitanus, quod habet *Labbeus* in Theſ. Epitaph.

Natura *has violas*, ratio *hic tibi lilia paſſim*
Ad tumulum ſpargunt, Teutone *magne, tuum.*
Purpureis quarum tribulos avellis ab hortis,
Et pulchris violis lilia mixta ſeris?
Aviaque abſtruſa pandis penetralia cauſa:
Vere igitur Magni nomine dignus eras.

S c r i p t a Genuina:

1. *Commentarii in Pſalmos*, quorum Codices MSS. occurrunt Pariſiis in Victor. & Sorb. Operum verò edit. Lugdun. *Tom. VII.*

Tom. VIII. continentur

2. *In Threnos Jeremiæ.*

3. *In librum Baruch.*

4. *In librum Danielis Prophetæ.*

5. *In XII. Prophetas Minores*, ſeorſim *Coloniæ* 1536.

Tom. IX.

6. *Comment. in Matthæum*, Cod. MS. Coloniæ, apud ſodales, manu ipſius *Alberti*, & in Catal. Anglic. T. I. P. II. n. 253.

7. *In Marcum.*

Tom. X.

8. *In Lucam.* MS. Ratiſponæ apud ſodales, & in Catal. Angl. Tom. II. P. I. n. 1801. ac iterum unà cum *Marco*, ibid. Tom. I. P. II. n. 254.

Tom. XI.

9. *In Joannem.* Commentarius iſte antea prodierat in Incun. Typogr. abſque loco, anno & nomine Typographi, abſque numeris reclamarionibuſve. Quæ editio *in fol.* extat Pariſ. in Navarr. Extat Codex MS. Noribergæ apud ſodales.

Prodierunt in *Evangelia IV.* curis Doctorum Colonienſium, præſertim *Gerardi de Hardenwick* S. Columbæ Paſtoris, *Hagenoæ* 1504. 1505. 1506. fol. 3. voll. char. Goth. Extant MSS. apud Clarævall. duob. voll. fol.

10. *In Apocalypſin.* Prodierat *Baſileæ* 1506. in 4. cum præfatione editoris F. *Bern. de Lutzemburgo*, qui & duas tabulas addidit, & tertiam quâ loca alibi corrupta & à ſe reſtituta indicat aſteriſcis: ac præter Commentarium *Alberti* in prologum *Gilb. Porretani*, aliud ſuum in eundem præmiſit. Quæ editio apud ſodales Rothomag. & Romæ in Barber. Codex MS. extat in Sorb. & apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini p. 209.

Tom. XII.

11. *Sermones de Tempore, & de Sanctis.* Vetus editio laudatur Catal. Anglic. Tom. II. in Bibl. *Joan. Mori* hoc tit. *Sermones notabiles & formales B. Alberti Magni Ord. Præd. de tempore & de ſanctis per anni circulum, impreſſi per Mich. Gryffin in oppido Rutlingen.* Iidem *Coloniæ* 1474. fol. & *Moguntiæ* curis F. *Jo. Andr. Coppenſtein*, 1616. 8. Poſtea *de tempore* interpolati & ampliati per F. *Simonem Okolſki* Cracoviæ, 1649. 4. Alii ejuſdem Sermones *de tempore* citantur in Indice Codd. MSS. Belgii, & reperiuntur Gandavi ac Nivellæ apud Prædicatores.

12. *Orationes ſuper Evangelia Dominicalia totius anni.* MSS. Coloniæ apud ſodales. Ex Bibl. Rhedonenſi ſe dare teſtantur Editores Lugdunenſes.

13. *Sermones XXXII. de Sacramento Euchariſtiæ.* Prodierunt in 8. typis Gothicis in Inc. Typogr. abſque anno, loco & nomine typothetæ. Quæ editio extat Pariſ. in Navarr. Item *Moguntiæ* per Joan. de Guldenſchuff, 1477. fol. Hæc in Sorbon. Iterum ibid. 1615. in 8. Habentur MSS. Coloniæ apud Prædic. partim manu notarii ſeu ſodalis qui ad *Alberti* obſequium erat, partim manu ipſius *Alberti* caſtigantis, immutantis, vel addentis ut ſibi videbatur. Item Cod. in 4. in Bibl. Traject. ad Rhenum, à *Sandero* recenſiti P. II. p. 74.

14. *De muliere forti.* Eſt comment. in Cap. XXXI. Prov. qui prodiit in Inc. Typ. in 4. char. Rom. abſque loco, anno & nomine typographi. Quæ editio extat in Navarr. Habetur MS. Coloniæ apud Sodales; in Catal. Anglic. Tom. I. P. II. Cod. 654. apud Clarævall. & in Sorbon. Cod. 1. p. 505. fol. mag. memb. cum pluribus aliis ligatus. Commentarium hunc perperam D. *Auguſtino* adſcribit *Alva* Pleyto IX. p. 50.

Tom. XIII.

15. *Commentarii in Dionyſium Areopagitam:*

De cæleſti hierarchia. MS. Pariſ. in Victor. Cod. 958. chart. fol. ſcripto A. 1409.

De Eccleſiaſtica hierarchia.

De Myſtica Theologia.

In undecim Epiſtolas Dionyſii.

Extant in Victor. Cod. 58. fol. mag. chart. *de myſt. Theol.* & *in Epiſt.*

In Navarr. cod. fol. par. memb. *Expoſitiones D. Alberti* &c. *ſuper omnes libros Dionyſii, & ſuper Epiſtolas ejuſdem.* Codex videtur Sec. XIV.

In Auguſtin. ad Pontem novum cod. 191. fol. par. memb. ex antiquioribus, extant *De Cæl. Hierarch. de Myſt. Theol.* & *ſuper Epiſtolas.*

Tom. XIV.

16. *In lib. I. Magiſtri Sententiarum.* MS. apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini p. 209.

Tom XV.

In ſecundum & tertium.

Tom. XVI.

In quartum. Editio antiqua librorum IV. memoratur *Baſileenſis* 1506. fol. Quæ extat Pariſ. in San-Genov. Sorbon. & Navarr. & laudatur in Catal. Angl. in Bibl. *Joh. Mori*: in Barber. verò abſque loco, anno & nomine typographi, an eadem an diverſa? Cod. MS. *in primum & ſecundum ſententiarum* in Corſendunck p. 46. tomis 2. in fol. Pergam. & *in ſecundum* Pariſ. in Victor. cod. 915. fol. memb.

Tom. XVII.

17. *Prima pars ſummæ Theologiæ.*

Tom. XVIII.

18. *Secunda pars.* Utraque antea prodiit *Baſileæ*, typis Gothicis, 1507. fol. quæ editio reperitur Pariſ. in Navarr. & Sorb. ac Romæ in Barber. Codd. MSS. extant Coloniæ apud Sodales, Venetiis ad S. Antonium

Digitized by Google

nium, Plut. X. apud Tomaſinum, & Pariſ. in Victor. codd. 59. & 60. fol. mag. papyr. atque in Sorb. codd. 2. fol. mag. memb.

Tom. XX.

19. *Super Evangelium* Miſſus eſt *Queſtiones CCXXX.* Mediolani 1489. MS. apud Tongrienſes, & in Bibl. Paul. Lipſ. ut liquet ex ejus catalogo *p.* 97. *n.* 25. & *p.* 140. in *n.* 15.

Tom. XXI.

20. *De ſacrificio Miſſa*, &

21. *De Sacramento Euchariſtia.* Codd. MSS. utriuſque Coloniæ apud Sodales: uterque recenſetur apud *Sanderum* P. II. p. 109. in valle S. Martini, ac ſecundus rursùs p. 72. in Traject. ad Rhenum. Uterque item habetur Pariſ. in Victor. cod. 41. fol. med. papyr. & ad finem ſecundi adjicitur *Oratio ejuſdem Alberti de corpore Domini.* Editio vetus hoc titulo *Liber de Officio Miſſa*: *Summa de Corpore Chriſti*: *Sermones de SS. Euchariſtia Sacramento*: Moguntiæ 1477. fol. uno volumine. Quæ editio Pariſ. in Sorb. *Sermones de Euchariſtia & perfectu virtutibus* editi *Argentina*, A. 1498.

22. *Paradiſus anima, ſive de virtutibus libellus.* Haberi MS. in Bibl. D. *Coemans* indicarſt Bibliopolæ Lugdunènſes in ſuo Operum *Alberti* Catalogo: recenſetur quoque apud *Sanderum* P. I. p. 317. apud Lovanienſes S. J. Prodiit autem primò *Antverp.* 1489. in 4. Quæ editio memoratur in Bibl. *Joh. Mori* Catal. Angl. Tom. II. Tum *Colonia*, apud Henr. Quentel & *Daventria* 1498. 4. *Antverp.* 1602. in 12. Romæ in Barber.

23. *De adharendo Deo libellus.* MS. Catal. Angl. Tom. I. P. I. cod. 1625. Editio antiquior indicatur à *Beughemio*, abſque loco, anni 1500. Prodiit item *Argentorati* 1503. 4. Quæ Pariſ. in San-Genov. Iterùm *Antverp.* 1621. in 12. ex officina Plantin. *Balth. Moreti* &c. quam teneo. Conſtat libellus Capp. XVI. Accedit Vita Authoris à F. *Petro de Pruſſia* ejuſd. Ord. Theologo conſcripta, quæ Capp. LIX. abſolvitur. Italicè item editus eſt *Beſſi* (forte *Veſciano* prope Nolam in Regno Neapolitano) A. 1680. in 24. quæ extat in Caſanat.

Unà ambo prodierunt bi duo libelli *Antverp.* Plantin. 1581. 8. vel *in* 16.

Elegans eſt alia ejuſd. loci A. 1602. 8. vel *in* 12. quæ initio dicitur, *nunc primum ad varia MSS. exemplaria emendata, in quâ etiam Patrum ſententia ex ipſis auctoribus in longum producuntur.* Ad calcem adjectus eſt: *D. Anſelmi Cantuar. Archiep. Tractatus perelegans de XIV. anima ac corporis dotibus ſive beatitudinibus, editus operâ ac ſtudio* R. P. *Henr. Sommalii* S. J.

Hactenùs enumerata opera extant inter alia quamplurima in editione quæ hoc titulo prodiit: *B. Alberti Magni*, Ratiſponenſis Epiſcopi, Ord. Præd. *Opera* quæ hactenùs haberi potuerunt, ſub RR. PP. *Thom. Turco*, *Nic. Rodulphio*, *Joan. Bapt. de Marinis* ejuſd. Ord. Magiſtris Generalibus, in lucem edita ſtudio & labore R. P. F. *Petri Jammy* Sac. Theol. Doct. Conventûs Gratianopolitani ejuſd. Ord. *Lugduni*, ſumpt. Cl. Proſt, Petr. & Cl. Rigaud, Hier. de la Garde, Joan. Ant. Huguetan filii, A. 1651. Tomis XXI. in fol.

Sequuntur Opera quæ in eâ collectione non prodierunt, à *Pignonio* & *Vallroletano* recenſita.

24. Scripſit *Albertus*, inquit *Vallroleti*, ſuper *totam Bibliam* per modum Poſtillæ.

25. Item *ſuper multos Libros ejuſdem*, modo quo ſcripſit naturalem philoſophiam per tractatus & capitula ordine commentario.

Catal. Angl. Tom. I. P. I. cod. 947. *Albertus M. ſuper aliquot textus V. & N. Teſtamenti.*

Apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini p. 219. *Expoſitiones vocabulorum Biblia.*

26. *Poſtilla ſuper Job*, inquit *Laur. Pignon.* Opus MS. in Catal. Bibl. Medic. Plut. XIII. cod. 10. fol. memb. cui adjicitur hæc nota: *Hanc Jobi explanationem A. 1680. annuente Seren. COSMO III. Magno Duce Patre Maximil. Deza Lucenſis Congreg. SS. Matris Dei &c. ſibi tranſcribendam curavit, typis eam daturus quamprimum*, quod an opere præſtiterit, incompertum.

27. *Super Cantica.* Dicunt extare MS. in fol. in Bibl. Ciſterc.

28. *Super Iſaiam.* Dicunt haberi apud Præd. Colonienſes

29. *Super Jeremiam & Ezechielem.* Vidit *Petrus de Pruſſia*, & ex iis quædam fragmenta identidem refert in Vita B. *Alberti.*

30. *Super omnes Epiſtolas B. Pauli Apoſtoli.* Noverat *Petrus de Pruſſia* virum doctum, penes quem erat hujus commentarii exemplum.

Hæc non parùm confirmantur verbis *Tholomæi de Luca* Hiſt. Eccl. Nov. *lib.* 22. *cap.* 18. ubi ſic habet de Alberto: *Hic expoſuit magnam partem Biblia, quia poſtillavit Evangelia, Epiſtolas Pauli, Prophetas majores & minores, libros Salomonis & Job.*

Proſequitur *Valleoletanus*, addendo *Summa Theologia*, cujus habentur tantùm duæ priores partes,

31. Tertiam *de Chriſto & Virtutibus*: quartam *de Sacramentis & gloria reſurrectionis*: quas quidem prioribus adjicere *Albertum* in animo habuiſſe dubitare non ſinit locus *P.* 1. *Q.* 5. *art. ult.* ubi diviſionem illam quadrimembrem proponit: at promiſſis non ſtetiſſe conjicitur ex eo quod *Laur. Pignon* jam ante A. 1400. ſcribens, nonniſi duas priores partes quæ typis prodierunt agnovit; ac præcipuè ex verbis *Tholom. de Luca* mox citati: *Hic*, inquit, *Summam Theologia inchoavit, ſed non complevit: fecit tamen duo volumina, qua ad divinam naturam pertinent & emanationes creaturarum.*

32. *De perfectione vita ſpiritualis.* Sic etiam *Pignon.* Dicunt extare in Victor. Forte idem cum duobus libellis editis in Tom. XXI. *de virtutibus*, & *de adharendo Deo*, vel illorum alterutro.

33 *Contra Guillelmiſtas impugnantes religioſos.* Pignon contra *Guillielmum de S.to Amore.* Alii vocant *Defenſorium mendicantium*, & dicunt extare in Victor. Vidit ſaltem *Petrus de Pruſſia* apud ſuos Colonienſes.

34. *Liber multarum quaſtionum determinativus ad Pariſienſes.* Pignon ſic habet: *Determinationes quarumdam Quæſtionum ad Clerum Pariſienſem.* Vidit *Petrus de Pruſſia*, & dicit eſſe circa undecim quæſtiones, quas F. *Ægidius* Ord. Prædic. ad *Albertum* miſit, ejus judicio terminandas, tractatum verò eſſe notum cujus initium: *Intellectus hominis* &c. Hæ autem quæſtiones verſantur circa errores *Averrois*, de quibus tum inter Magiſtros Pariſienſes erant frequentes diſputationes. Vid. hanc in rem *Script. Ord. Præd.* in F. *Ægidio à Leſſinia* ad A. 1278. *Tom. I. p.* 372. ſub finem.

35. *Multa proſa ſeu ſequentia & alia devota*: Pignon: *Sequentia plures.* Dicunt extare in Victor. Inter has numerant *Proſam de Trinitate*, quæ ad noſtra uſque tempora apud Prædic. fuit in uſu, & in eorum miſſalibus, exceptâ editione Romanâ A. 1697. habetur.

36. *Unum officium de corpore Chriſti, quod non eſt in uſu communi Eccleſia, cum diverſis proſis de eodem Sacramento.*

37. *Super librum Dionyſii de divinis nominibus.* Extare dicunt in Victor. ac in Navarr. & vidit *Petrus de Pruſſia.*

38. *Liber de arte pradicandi.*

39. *Lib. de reparatione hominis lapſi.*

Sequuntur Opera quorum Catalogum ediderunt Bibliographi Lugdunenſes A. 1646.

40. *De Scriptura Sacra.* Haberi dicunt Romæ in Barber.

41. *Notula ſuper Evangelium Matthæi de Epiphania Dni.* Haberi dicunt cum ſequenti Coloniæ apud Sodales. Prodiit in fol. in Incun. Typ. abſque loco, anno, nomine typothetæ.

42. *Paſſio magiſtralis D. N. Jeſu Chriſti.*

43. *Annotationes in S. Auguſtini libros : Confeſſionum : De Trinitate : De quantitate & immortalitate animarum : Super Geneſim : De diſciplina Eccleſiaſtica : LXXXI Quæſtionum : De Hæreſibus : Retractationum : De vera Religione : De Eccleſiaſticis dogmatibus : De beata vita : De libero arbitrio : Epiſtolarum : De bono : De ſancta virginitate : De perſeverantia : De correptione & gratia : De natura boni : De videndo Deo : In libellum S. Joannis Chryſoſtomi*, quod nemo læditur niſi à ſe ipſo. *In ſententias S. Proſperi*. Has dicunt ſervari in Barber.

44. *Tabula ſuper IV. libros Sententiarum* : In Catal. Bibl. Barber. edito legitur : *Index MS. omnium operum ſc. Alberti.*

45. *De bono & natura bonorum*. Laudat *Pignon*. Addunt verò haberi in Victor. *Petrus de Pruſſia* teſtatur hoc opus apud ſuos ſervari Coloniæ, & in eo de virtutibus ſingulis, de legibus & aliis multis auctorem agere. Apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini pag. 209. *Alberti M. Summa de bono.*

46. *De gratia Dei.*

47. *De origine & immortalitate animæ.* Dicunt MS. ſervari in Victor. *Beughemum* aſſerit prodiiſſe *Noribergæ* 1493. in 4. Quæ editio teſte *Reiſero* ſervatur in Bibl. Auguſt. Habetur opuſc. *de immortalitate animæ* Pariſ. in Regia, cod. 4750. Hunc librum auctor ipſe citat in libello *de unitate intellectûs* contra Averroem *cap.* 1. qui libellus extat Operum Tom. V.

48. *De Sacra Theologia.* Addunt ſervari in Barber.

49. *Theologia poſitiva, moralis, ſcholaſtica, myſtica, ſymbolica & concionatoria.* Hoc titulo forte intelligunt operum *Alberti* de Theologia corpus univerſum.

50. *De timore multiplici.*

51. *Enchiridion de veris & perfectis virtutibus.* Catal. Angl. Tom I. P. I. cod. 2149. *Albertus M. de virtutibus animæ veris & perfectis, quas gratuitas vocat &c. eſt liber impreſſus.* An diverſum ab eo jam recenſito ſub n. 22. cui tit. *Paradiſus animæ*, &c.

52. *Orationes ſuper Sententias.* Extant Coloniæ à *Patre de Pruſſia* vitæ.

53. *An expediat homini vovere ingreſſum in Religionem?* Dicunt extare in Victor.

54. *De quatuor virtutibus cardinalibus.* Recenſetur cum aliis *Alberti*, Catal. Angl. Tom. I. P. II. cod. 750.

55. *De arte bene moriendi.* Olim in Thuana, nunc Regia, & in Colbert. cod. MS. 6104.

56. *Parvi Tractatus*, ſcilicet *De libro vitæ : De evacuatione charitatis : De ordine charitatis in patria : De virtutibus cardinalibus : De donis : De combinatione donorum : De timore : De ſcientia : De ſapientia : De vitiis in communi, & ſpecialiter de uſura : De mendacio : Quomodo differant manſuetudo & miſericordia.* Dicunt haberi ſic collecta in Claromont. Pariſ. S. J. *Catal. Angl.* Tom. I. P. I. cod. 1672. *Alberti dona.*

57. *Volumen unum de Sacramentis.* In laudata Clarom.

58. *Conciones diverſæ.* In ead. Clarom. Catal. Angl. Tom. I. P. I. cod. 820. recenſetur *F. Alberti Sermo de præparatione cordis.* An Magni, an alterius?

59. *De doctrina dicendi & tacendi.* Verus titulus: *Tractatulus Ven. Dñi Alberti M. de arte vivendi, loquendi & tacendi* : Princ. *Si fore vis ſapiens* &c. Ad calcem : *Finit tractatulus impreſſus Pariſius* (lege *Pariſiis*) Ædibus Sorb. aurei ſolis A. 1491. April. 7. in 8. pagg. 7. typis Romanis nitidis & elegantibus Udalr. Gering & Berthol. Rembolt. Ejuſdem ferè tituli librum ſcripſit *Albertanus de Brixia* de quo ſupra egimus.

60. *De officio Miſſæ.* Videtur idem eſſe cum eo qui ſupra n. 20. inſcribitur *de Sacrificio Miſſæ.*

61. *De oratione Dominica.* Hunc tractatum ſpecialem in Italia reperiri didiciſſe ſe teſtatur *Petrus de Pruſſia.*

62. *Litania de tempore & de Sanctis.* Extant in Victor. cod. MS. 1129. fol. Chart. à fol. 99. ad 105. Tit. *Letania F. Alberti Epiſc. de Ord. Prædic.* Princ. *Conditor lucis* &c. Ad finem : Explicit *Letania F. Alberti Epiſc. de Ord. Præd. Teutonici.* Coloniæ apud Jacobæos haberi à ſe viſas teſtatur *Petrus de Pruſſia*, addens ſingulis quos invocat Sanctis ſingularem ab eo dirigi orationem. Sic etiam in Cod. Victor. Apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini p. 209. etiam recenſentur.

63. *Oratiuncula de Paſſione Domini.*

64. *De myſteriis Miſſæ.* Idem forte cum præmemorato *de Sacrificio Miſſæ.*

65. *De capillitiis B.V. & in illa verba* Regina Angelorum. *Quindecim gaudia Virginis. Quæſtio de Speculo Mariæ. Conciones de B.V.*

In Claravalle dicuntur extare *Alberti M. Sermones Mariales.*

66. *Comment. in canticum Magnificat.* An aliud, an excerptum ex Commentario in Lucam.

67. *Summa B. V. & tractatus de Martyriis Sanctorum.* Laudant in Bibl. D. Coëmans.

Catal. Angl. Tom. II. P. I. cod. 961. *Albertus M.* de B. V. M. & ejus miraculis. An aliquod tribus his numeris ultimis laudatorum.

68. *De perfectione animæ.* Laudant in Regia. Revera ultimum eſt opuſculum quod cum aliis ejuſd. reperitur MS. in eadem, cod 4750.

69. *Eulogium Eccleſiaſticum.* Laudant in Bibl. Carnot. ſed qua non addunt. Saltim non eſſe in bibl. Eccleſiæ Carnot. affirmat *Echardus*, qui hujus indicem evolvit. Sed quid ſibi vult Eulogium? an Euchologium? Apud *Sanderum* P. II. in valle S. Martini p. 209. inter opera *Alberti* M. recenſentur *Canones Pœnitentiales.*

70. *De conſideratione creaturarum liber.* Laudatur à *Sandero* P. II. in valle S. Martini p. 208.

Superſunt quidem alia quamplurima *Alberti* ſcripta memoranda, quorum quippe omnium numerus, ſi ſpeciatim per ſingulos Tractatus numerentur, ad ducenta fermè excurrit : verùm Philoſophica, Phyſica, Metaphyſica, Mathematica, Aſtronomica, Logicalia, Grammaticalia, Medica, tum quæ in editione Lugdunenſi prodierunt, tum ab aliis recenſita, à propoſito noſtro aliena, brevitatis causâ prætermittimus. Quædam tamen *Alberti M.* dubia & ſuppoſititia annotabimus : nimirum

Dubia:

1. *Speculum Aſtronomicum* (in quo de libris licitis & illicitis tractatur) quod alii *Philippo* Cancellario Pariſienſi adjudicant, alii F. *Rogero Bacon* Ord. Min. Attamen ſi ſtylum & methodum attendas, *Alberto M.* vindicabis. Extat Operum ejus Tom. V.

2. *Biblia Mariana* : in quibus omnia ferè quæ in S. Scripturâ continentur, B. Deiparæ Virgini breviter adaptantur. Opus nec à *Laur. Pignon*, nec à *Valleoletano* recenſitum, quod, *quantùm mihi ſapit*, inquit doctiſſimus *Echard*, *nec ſtylum redolet Alberti, eique abjiciendum etiam videretur : peritiorum tamen eſto judicium.* Extat Operum Tomo XX.

3. *De apprehenſione & apprehenſionis modo* : qui tractatus, licèt ſub *Alberti* nomine editus *Londini* 1515. 8. & Operum Tomo XXI. nec tamen à *Pignonio*, & *Valleoletano* memoratus, ſtylum *Alberti* non refert, ejuſque eſſe non putat *Echardus*, hoc peritiorum judicio relinquens.

4. *Libellus de Alchymia*, quem laudant *Pignon* & *Valleoletanus* : at *Petrus de Pruſſia* in Vita Alberti *cap.* 16. contendit & pluribus probat, ejus fœtum non eſſe. Extat Tomo cit. ut & ſequens.

5. *Scriptum ſuper arborem Ariſtotelis*, cujus nullus antiquorum meminit, nec editores Lugdunenſes unde eruerint docent ; itaque niſi ſuppoſititium dicatur, ſaltem valdè dubium : ſed penes peritiores arbitrium eſto.

Suppoſititia:

1. *Compendium Theologicæ veritatis*, cujus princ. *Veritatis Theologicæ ſublimitas* &c. quod licèt Tomo

XIII.

XIII. Operum *Alberti* inſertum, & pluries ſub ejus nomine editum, HUGONI Argentinenſi, de quo noa ſuo loco, meritò aſſeri videtur.

2. *De laudibus Virginis* libri XII. qui RICHARDO *de S. Laurentio* vindicantur. Extant Operum *Alberti* Tomo XX.

3. *B. Alberti M.* &c. *Tractatus incomparabilis de conditione creaturæ rationalis, & quæ illi ſunt ad Deum, ſeipſam & alias creaturas cognoſcendas neceſſaria* &c. Sunt Dialogi ſex: I. *De natura hominis*: II. *De beneficiis Dei*: III. *De amore ejus, viribus, conditionibus & fructibus*: IV. *De timori Dei*: V. *De lapſu hominis*: VI. *De reparatione hominis lapſi*, & quod per unum omnes conſurgimus. Prodiit *Editio altera auctior*, ut titulus habet, *Amberga*, 1705. in 12. Extat Pariſ. in Regia D. 2098. 2. Opus non eſſe *Alberti M.* exiſtimat *Echardus*, ſed Anonymi qui ex ejus ſcriptis profecerit.

4. *Graces privilegiées de la Vierge*, traduites en François par *J. Martin*. Lugd. 1627. in 12. Extat Romæ in Barber. Neque hic liber *Alberti M.*

5. Liber qui dicitur *Secretum Secretorum*, ſeu *de Secretis mulierum*; quem Index Romanus *Alberto M.* falsò adſcriptum pronunciat, & *Simlerus* aſſerit ejus diſcipulo *Henrico de Saxonia*, ſub cujus nomine produiſſe teſtatur *Augusta* A. 1498.

6. Lib. *de ſecretis naturæ* ſeu *de Phyſionomia*, à quibuſdam *Phil. Ulſtadio* perperam adſcriptus, & ſub ejus nomine editus; verus enim auctor eſt *Michael* Scotus, de quo legendus *Balem*. Sub hujus nomine prodiit Venetiis.

7. *De natura ſeu natura rerum*, & alii *Alberto* falsò adſcripti.

* De *Alberto Magno* innumeri fermè auctores, inter quos *Caveus* ad A. 1260. p. 639. *Balim* in Diction. *Naudæus* in Apol. clarorum Virorum Magiæ ſuſpectorum: *Du Pin* Sec. XIII. p. 72. in 4. & *Tab. Univerſ.* Tom. I. p. 630. in 8. *Poſſevin.* in Appar. Sacr. *Nat. Alexand.* Sec. XIII. & XIV. *cap. IV. art. IV. p.* 140. *in fol.* Qui verò ex uberiore fonte haurire velit, adeat *Script. Ord. Prædic.* Tom. I. p. 162. ad 184. ac Tom. II. p. 331. & 818. Monet *Echardus*, Indicem geminum Operum *Alberti Magni*, alterum juxta ordinem rerum & ſcientiarum, alphabeticum alterum edidiſſe F. *Petr. Louvet* Divionenſem Pariſiis 1642. in 4. ſed utrumque non accuratum: ſuum verò nec omninò accuratum contendit *Echardus*.

ALBERTUS Marchio Brandeburgenſis, S. R. E. Cardinalis, JOANNIS Magni Marchionis S. R. I. Electoris filius, & JOACHIMI pariter Electoris frater, natione Germanus, Princeps avitæ virtutis, pietatis & ſapientiæ ſplendoribus clariſſimus Sec XVI. ex Canonico Moguntino ac Trevirenſi Archiepiſcopus primò Magdeburgenſis, & Germaniæ Primas; deinde Moguntinus Archiepiſcopus, URIELA Archiepiſcopo mortuo, communi ſuffragio à Moguntinis Canonicis electus die 9. Mart. A. 1514. duabus ſimul Archiepiſcopalibus Sedibus gubernandis (quod nulli hactenus Principum contigerat) LEONIS X. favore & conſenſu præfuit. Adminiſtraſſe etiam Halberſtatenſem Epiſcopatum à Scriptoribus Germaniæ memoratur. Ab illo Pontifice ad preces MAXIMILIANI I. Imperatoris Presbyteris Cardinalibus adſcriptus d. 24. Mart. A. 1518. titulum primò S. Chryſogoni, deinde S. Petri ad vincula, aliàs Eudoxiæ, obtinuit. Fuiſſe in eo complura lauda digniſſima, erga Deum, & Sanctorum cultum diſertis verbis teſtatur ſcriptor coætaneus *Joannes Trithemius* in fine Hiſtoriæ S. Maximini, & ex eo *G. J. Eggs*, Purp. doctæ *Lib. IV. p.* 409.

MAXIMILIANO I. Imperatore A. 1519. vitâ functo, CAROLO V. ad Imperium egregiè ſuffragatus eſt *Albertus*. Eo tempore adverſus *Lutherum* totis viribus egit, Jeſuitas conſurgentes intimo ſenſu dilexit, ac nominatim *Petr. Fabrum*, inſignem Theologum, unum ex primis *Ignatii Loyolæ* ſocius, cujus operâ uſus eſt ad *Lutheri* doctrinam profligandam. Unde Cl. *Hoffmannum* erroris arguit *Eggſium*, quod in Lexico ſuo dixerit, *Albertum* Magdeburgi A. 1514. excito *Luthero* Reformationem inſtituiſſe, & A. 1536. ſubditis Civitatibus, & Nobilitati in diœceſi Magdeburgenſi & Halberſtadenſi liberum Religionis exercitium permiſiſſe: atque ex adverſo contendit, fuiſſe *Albertum* Eccleſiæ Romanæ addictiſſimum, cujus doctrinam ad ſupremum uſque ſpiritum coluerit ac retinuerit. Deceſſiſſe eum Moguntiæ VIII. Kal. Oct. A. 1545. ætat. 55. *Serrarius* affirmat, poſitumque fuiſſe in primariâ æde ſacrâ, cum funebri elogio.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

SCRIPTA:

1. *Egregia Statuta pro Cleri reformatione.*

2. *Decreta adverſus Novatores, Lutheram, & aſſeclas.*

3. *Sermones ſacri ad populum frequenter habiti.*

4. *Reſponſio ad Epiſtolam Lutheri.* Extat utraque Tom. II. Operum ejus, edit. Lat. Witteb. *Altera* ad eundem, Tom. I. edit. Germ. Jenenſis. *Tertia* ibid. (*a*) Conf. quæ de LUTHERO ſuo loco dicemus.

5. *Oratio de bello movendo contra Turcas.* Iſleb. 1603. juxta *Reſponſionem ad Orationem Maximil. I.* 1596. (*b*)

6. *Conſtitutiones de re Eccleſiaſtica.* Lipſiæ 1552. Germ. Extat in Bibl. Traject. Bat. (*c*)

Ejus impenſis prodiit *Pſalterium collegiatæ Hallenſ. Sax. Eccl. SS. Mauritii & Mariæ Magdal. ad Sudarium*, Lipſiæ, apud Melch. Lotter, 1527. Extat in Bibl. Metropol. Magdeb. in eleganti membrana (*d*).

(*a*) Vid. *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. I. p. 286. 407. 411. (*b*) *Olear.* p. 26. (*c*) Vid. ejus *Catal.* impreſſum, P. I. p. 6. (*d*) *Olear.* l. c.

ALBERTUS Metenſis Diaconus, Ord. S. Bened. Monachus, natione Gallus, claruit A. 1030. Vir in SS. Scripturis continuâ exercitatione peritus, & liberalium artium non ignarus, quædam ſcripſit opuſcula, non contemnenda, & inter ea,

Hiſtoriam brevem, ſed utilem, *rerum geſtarum ſui temporis*, quam Epiſcopo Metenſi dicavit. Hujus poſt *Sigeb.* cap. 143. meminit *Trithem.* cap. 329. & *Poſſevin.* in Appar. Sacr. *p.* 23. & 25. ubi deduxiſſe ait (de eodem etenim loquitur) *Summam hiſtoriæ*, ab initio mundi uſque ad Annum 1038.

ALBERTUS Miciacenſis Abbas, ſeu S. Maximini, vulgò S. *Meſmin*, propa Aurelianos, nunc Fulienſium, fuerat conjugatus antequam Monachus initiaretur in cœnobio Gemeticenſi. Vixiſſe ſub initia Sec. XI. colligitur ex *Epiſtola* ejus *de antiquitate & ſolitâ aust*e*ra Monachorum Monaſterii Miciacenſis ad* S. P. Joannem XVII. qui obiit A. 1003. Hæc Epiſtola olim extabat in Codice Pithœano inter Epiſtolas *Abbonis* Floriacenſis, à *Mabillonio* tranſlata in *Analect. Vet.* p. 430. in fol.

ALBERTUS (*Nicolaus*) Siculus, Panormitanus Sacerdos, vir doctiſſimus æquè, ac piiſſimus. Natus 20. Decemb. 1652. à teneris annis Eccleſiaſticæ militiæ nomen dedit; & præſtantiſſimi ingenii vires literis admovit; ideoque emenſis magnâ cum lauda ſtudiorum ſpatiis, Sacræ Theologiæ laureâ in Panormitano Collegio Soc. Jeſu inſignitus, inter ſcientiſſimos claruit. Gravioribus ſtudiis amœniores interpoſuit literas, quas ſummè dilexit; & eruditiona tùm ſacra, tum prophana abundè locupletatus, ſui opinionem excitavit. Poëticæ præſertim gloriæ amantiſſimus, cui ab adoleſcentia fuit mirificè addictus, vividiſſimas ingenii dotes Muſis devovit: multaque Etruſco carmine alligata protulit, non ſine doctiorum admiratione, ac plauſu. In Panormitana *Reaccenſorum* Academia, & in Drepanitana, cui nomen à *Lima*, recenſitus, magnâ literatorum benevolentiâ complexus eſt. Maturiorem ingreſſus ætatem, ſacrarum literarum ſtudio operam dedit, in quo verſatiſſimus fuit: & ut eruditionis fluenta in aliorum beneficium effunderet, libris ſcribendis ſeſe dicavit, eâ animi contentione, ut morbos contraheret pervicaciſſimos; eâ pietate, ac doctrinâ,

trinì, ut his Deo gloriam, ſibi venerationem conciliaret: etſi humilitate conſpicuus, & humanæ gloriæ contemptor de ſe demiſſiſſimè ſentiret. Morum integritate, ac virtutum ornamento clariſſimus, auguſtiſſimum SS. Trinitatis myſterium, SS. Euchariſtiam, ac Deiparam *Virginem* præcipuo cordis affectu percoluit. Multa inculpatæ vitæ exempla reliquit admiranda, quæ viri ſanctimoniam confirmarunt. Hoc unum hic exſcribere non gravabor, quòd eùm inſigne ſtudium foviſſet erga celeberrimam Sor. Mariam Crucifixam à Conceptione, Sanctimonialem Siculam in patrio oppido Palmæ, magnâ ſanctitatis opinione defunctam, & animi ſui ardorem, dum in humanis ageret, ac poſt mortem multis comprobaſſet argumentis, eodem die, eademque horâ, quâ illa ad ſuperos evolavit, noſter *Nicolaus* Panormi piiſſimè deceſſit 16. Octobris 1707. poſtquam diuturnâ morborum vi, & acerbiſſimis doloribus diu preſſus, cæteras virtutes patientiâ illuſtraſſet. Corpus in Eccleſia S. Agathæ de Villa, in qua Capellani munus per aliquot annos geſſerat, ſepultum fuit, non ſine bonorum, ac literatorum dolore. Ipſius vitæ compendium ſcripſit ac operi ejus poſthumo *de Paradiſo*, ſuppreſſo nomine ſuo præfixit *Ant. Mongitor*, ut ipſe teſtatur *Bibl. Sic.* Tom. II. p. 86. ubi laudatur Noſter ex *Jo. Andr. Maſſa* in ſua *Sicilia*, part. 1. p. 132.

SCRIPTA:

1. *Commentari Sacro-Storici della Vita, Dottrina, e Miracoli di Gesù Chriſto &c. ove agitandoſi tutte le Controverſie, che ſopra ciò corrono, ſi apportano tutte le Notizie neceſſarie, con la circoſtanza de' luoghi, e de'tempi, e quanto minutamente appartiene all' eſatta cognizione di quello fece, diſſe, e patì il Redentore, e la ſua SS. Madre.* Tomi II. *Panormi*, apud Fel. Marinum, 1703. fol. & *Venetiis*, apud Pezzanam, 1716. Partibus III. in 4. (*a*)

2. *La Terra de' Viventi ſcoverta a' Mortali, cioè lo Stato de' Beati in Paradiſo, eſpoſto alla curioſità Chriſtiana dalle dottrine de' Santi Padri, Eſpoſitori, e Teologi, con tutte quelle Scritture, ed Iſtorie Sagre, Revelazioni, Viſioni, ed Apparizioni, che appartengone à queſta materia, diviſa in due Parti: nella prima ſi tratta della Beatitudine del Corpo; nella ſeconda della Beatitudine dell' Anima.* Opera Poſtuma. *Panormi*, apud Joan. Neapolim, 1709. fol.

3. *Offerte ferveroſe al SS. Crociſiſſo, e Maria Immaculata ſempre Vergine, da farſi in ogni principio di meſe da chi deſidera eſſer vere ſchiavo delle Piaghe di Chriſto Noſtro Redentore, e della Madre SS. Avvocata de' Peccatori.* Ibid. apud Gaſp. Bayonam 1713. & typis Vinc. Toſcani 1714. in 12.

4. *Compendio de' Commentari Sacro-Storici della Vita di Chriſto N. S.* Ibid. typis Bayonæ 1724. in 4. (*b*)

INEDITA:

5. *Il Decalogo pratticato da Gentili, cioè la legge Chriſtiana profeſſata anche da coloro, che non la conobbero.* MS. in 4.

6. *Selva di Caccia, cioè Selva di varie Erudizioni.* MS. in 4.

7. *Poeſie Liriche* MS. in 4. Carminum hoc volumen exigua pars eſt omnium, quæ ſcripſit; innumera etenim poëtica monumenta protulit; at eorum magnam partem igni tradidit.

(*a*) *Diar. Italic.* Tom. XXVIII. p. 467. (*b*) *Mongit.* Tom. II. in Append. p. 45.

ALBERTUS Novicampianus, Pontificius, clarus A. 1553. cujus extant

1. *Oratio de corruptiſſimis hujus ſeculi moribus.* Lugd. apud Alexand. de Marſiliis, 1527. in 12. (*a*)

2. *Scopus Biblicus Vet. & Nov. Teſtamenti cum annotationibus.* Cracoviæ 1553. in 12. Antverp. 1572. in 8. (*b*)

(*a*) *Poſſevin.* Appar. p. 26. (*b*) *Le Long* p. 600.

ALBERTUS *de Nuſſia*: Vid. infra (*Philippus*).

ALBERTUS Oberaltahenſis Monaſterii Ord. S. Bened. in Bojaria ſeu Bavaria Prior, ſcripſit

Vitam S. Alberti ſeu *Adalberti* Monachi Oberaltahenſis (*a*), quam ex Cod. MS. ejuſd. Monaſterii à Rev. Dn. *Carolom. Hueber*, Benedictino Mellicenſi eruptam, & collatam cum Cod. MS. Monaſterii S. Emmerammi Ratisbonæ, edidit *Pezius* Theſ. Anecd. *Tom. I. Part. III. p.* 535. &c.

Obiit Sanctus A. 1311. VI. Kal. Dec. poſt mortem miraculis non paucis clarus, quæ deſcribit ejus Biographus, cujus ætas colligi poteſt ex ejus Epiſtolâ ad *Gebhardum* Cœnobitam Emmerammenſem de Vitâ *S. Alberti*, ubi monet ſe illum nunquam perſonaliter vidiſſe, ſed Vitam ejus ſcripſiſſe ſicut audivit à ſenioribus ſuis, Sancti contemporaneis, videlicet à Dn. *Hartwico*, qui ejus Confeſſor plus quàm viginti annis fuit, & ab aliis fide dignis, quorum multi dum ſcriberet adhuc ſuperſtites erant. Quid ergo periculi ſi dicam vixiſſe Sec. XIV?

(*a*) Monaſterium eſt diœceſis Ratiſponenſis, in Provincia ſeu Dominio Comitum *de Pogen* ſupra ripam Danubii.

ALBERTUS *Patavinus*, natione Italus, Eremita Auguſtinianus, A. 1293. 25. Apr. habitum induit, *Ægidii* Romani diſcipulus; in Academiâ Pariſienſi Doctoratûs gradum aſſecutus, SS. Scripturas publicè, ac magnâ diſcipulorum frequentiâ interpretatus eſt. Claruit anno 1316. Obiit, non Lugduni ut *Miræus* habet, ſed Lutetiæ anno 1328. 3. Non. April. ſeu, ut alii, 1323. vel 1326. ætatis ſuæ 46. in conventu Auguſtinianorum ſepultus. Erecta ei eſt poſt mortem in Prætorio Patavino ſupra fores ſeptentrionales marmorea ſtatua, hoc elogio literis inſculpto. Super ſtatuam. *Alberto Eremitarum patri ſingulariſſimo, vitæ continentiſſimæ, patriâ Patavino, ſtudiorum alumno, & Reipublicæ Chriſtianæ ſummo ſplendori.* Sub ſtatuâ: *Albertus liberalium artium ac urbis noſtræ ſplendor, in Ordine Eremitarum regulam profeſſus, continentiſſimæ vitæ fuit: ut claruit ingenio, ſub celeberrimo Ægidio Romano ejuſdem Ordinis literis apprimè imbutus; ſumpta Pariſiis inſulâ magiſtrali, tam clarus evaſit, ut Paulum Apoſtolum, Moyſem, Evangelia, ac librum Sententiarum expoſitione ſplendidiſſimâ reſeraverit: idemque ante omnes ſuæ ætatis viros facundiſſimus prædicator; immortali memoriæ hic optimo jure datur.*

SCRIPTA:

1. *Sermones de Tempore, de Sanctis, & Quadrageſimales.* Pariſ. 1544. & 1550. 8. Venet. 1584.

2. *Expoſitio Evangeliorum Dominicalium totius anni.* Venetiis 1476. fol.

3. *Comment. in Pentateuchum.* Quem inconditâ ſacrarum authoritatum farragine refertos ait *Sixtus Sen.*

4. *In Evangelia IV.*

5. *In Epiſtolas D. Pauli.*

6. *In Magiſtrum Sententiarum.* Quæ MSS. Patavii aſſervantur apud Auguſtinianos.

7. *In divinas SS. Patrum ſententias*: an diverſum opus?

* Vid. *H. Warthon* in Append. ad *Caveum* p. 13. ad A. 1316. *Comnen.* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. II. p.* 154. (qui ex duobus unum fecit *Albertum*, quanquam iſte diſtinguendus ſit à *Ludovico* de quo ſupra egimus.) *Elſſius* p. 23. *Trithem.* cap. 532. *Miræus* in Auctar. cap. 433. *Sixt. Sen.* lib. IV. p. 195.

Fuit & alius *Albertus* Patavinus, cognomine NOVELLUS, quem vide.

ALBERTUS (*Paulus Martinus*) Germanus, V. D. Miniſter Norimberg. ſcripſit Sec. XVIII. opus cui tit.

Porta Linguæ Sanctæ, hoc eſt, *Lexicon Novum Hebræo-Latino-Biblicum.* Budiſſæ, apud Frid. Arnſtium, 1704. in 4.

Ut univerſa methodi ab Autore adhibitæ ratio conſtet, ea, quæ ſparſim & ubique præſtitit, ſummatim indicabimus ex *Actis Lipſ.* A. 1704. p. 445. Videlicet ad formam Lexici *Schreveliani* Græci, juſtam ſervavit *literarum initialium* ſeriem, ſingulaſque ſecundum illas

illas voces, qualibet ſub littera initiali, in qua textus eas Biblicus exhibet, diſpoſuit. *Difficultates* ubi emergunt, ut paſſim emergere ſentias quamplurimas, rationes illas ſuperandi ex Grammaticis præſtantiſſimis, *Schickardo*, *Waſmutho*, *Danzio*, fideliter commonſtravit. *Etymologiam radicum*, ad ductum celeberrimi *Neumanni*, ſervatis, ubi fieri commode potuit, ipſiſmet Autoris eruditiſſimi verbis, inveſtigavit. *Nomina propria*, eorumque ſignificationes, ex Onomaſtico maxime, quod *Briani Waltoni* Bibliis Polyglottis annexum eſt, ſubjecit. Ex tractatu Cl. Hilleri *de Keri & Kethib* peculiarem Indicem huc facientem, ordine Alphabetico diſpoſitum, interſeruit. *Loca parallela*, & ubi vocabulum aliquod plus vice ſimplici in ſacris paginis occurrit, una in medium protulit. Quin & *particulas*, earumque varios ſignificatus, ex *Noldii* Concordantiis, *Glaſſii* Philologia, *Danzii* Interprete, & Philologorum aliorum, ſed & è *Geieri* imprimis ac *Sebaſtiani Schmidii* ſcriptis exegeticis, ſolicitè excuſſit. Inſuper dilucidam explicationem *animalium* tam mundorum quam immundorum, *gemmarum* item & *lapidum* evolutionem, *idolorum* deſcriptionem, & alia ad *perſonas reſque ſacras*, ad *tempora & feſta*, ad *menſuras*, *pondera & monetas*, & ad *univerſam antiquitatem Hebræorum* ſpectantia, pro inſtituti ratione paucis verbis inſinuavit, atque ad Autores, plura de his talibus diſſerentes, Lectores curioſos remiſit. *Linguæ* inſuper *Chaldææ Portam* extruere meditatus eſt, quam an revera ediderit, ignoro.

ALBERTUS ſeu ALBERUS (*Petrus*) Germanus, Lutheranus, clarus circa initium Sec. XVII. (*a*) cujus extat

Diſſertatio oppoſita Prodromo, quem Reſponſo ſuo ad Tractatum Incalentum Anti-Calviniſticum D. Matth. Hoë, *adverſus Gnom. Apologeticum* Wenceſlai à Bodowiz *&c.* *præmiſit* Mart. Borchius *Calviniſta.* Lipſiæ 1612. in 4. (*b*)

(*a*) Du Pin *Tab. Univerſ. Tom. III. p.* 595.
(*b*) Lipen. *Tom. I. p.* 428.

ALBERTUS (*Philippus*) de Nuſſia ſeu Noveſienſis vulgò dictus à natali loco *Nuys* in diœceſi Colonienſi, gente Germanus, Ordine Carmelita in Conventu Franckfordienſi, Theologiam Pariſiis & Coloniæ publicè prælegit, & vixit ſub finem Sec. XV. circa A. 1495. vir doctrina & pietate clarus.

SCRIPTA:

1. *Comment.* in *Canticum Canticorum.*
2. *In IV. Libros Sententiarum.*
3. *Pro puriſſima Conceptione B. V.* ad Vigandum Ord. Præd.
4. *Sermones per annum* lib. 1.
5. *Epiſtolas ad diverſos* lib. 1. * *Poſſevin.* verb. *Philippus.* Sweert. *Athen. Belg.* p. 639. *Specul. Carmelit.* Tom. II. p. 1098. n. 3891. *Moreri.* Lexic.

ALBERTUS PIGHIUS. Vid. P.

ALBERTUS *Piſanus*: Vid. infra *Stadenſis.*

ALBERTUS PIUS. Vid. PIUS.

ALBERTUS *de Placentia*, Longobardus, Ord. Prædic. laudatur à *Rovetta* ad A. 1231. à quo ei tribuitur, teſte *Echardo* Tom. I. p. 465.

Summa bipartita contra hæreſes.

ALBERTUS Prior Monaſterii Montis-Vinearum Patavini? Congreg. Cluniacenſis, floruit A. 1230. ac *Vitam* compoſuit *B. Beatricis Ateſtinæ*, & S. *Aldegundis* ſacrarum Virginum: item *Vitam S. Amandi* Epiſc. Arn. * *Poſſevin.* p. 26. *Voſſius* Lib. II. cap. 57. p. 461.

ALBERTUS (*Raymundus*) Hiſpanus, Barcinonenſis, clarus natalibus, *Alberti Romea* Catalani, *Attaldæque à Puejo* Aragonenſis filius, Præfectus Generalis Sacri ac Religioſæ familiæ S. Mariæ de Mercede, à S. *Petro Nolaſco* fundatore octavus; attamen primus eorum,

qui regularem & ſecularem hujus inſtituti familiam ſimul habuere, *Jacobo* Regi II. eloquentiæ, pietatis, prudentiæ inſignium, nomine commendatiſſimus.

Paulò ante mortem creatus dicitur à *Joanne XXII.* Papâ S. R. E. Cardinalis, mirisque virtutibus totâ vitâ floruiſſe. Deceſſit Valentiæ anno 1330. jacetque in Podii Valentinâ Mercenariorum domo, ejuſque exuviæ magna cum veneratione, utpote hominis ſanctitate conſpicui, aſſervantur.

SCRIPTA:

1. *Acclamatione Catholica pro Eccleſiaſticis honoribus*, ſive *Admonitio pro immunitate bonorum Eccleſiaſticorum.*
2. *De reſignatione propriæ voluntatis.*
3. *De obedientia.*
4. *Horâ recreationis.*
5. *Admonitiones ad orationem*, quas ab Autore vernaculo ſermone conſcriptas ſuſpicatur *Antonius.* Item cùm Theologiæ atque Eccleſiaſticorum canonum ſolidè eſſet peritus *Albertus*, ſodalibus ſuis ordinavit Breviarium, Miſſale, ac Cæremoniale libros; ac prætereà Conſtitutiones, quas quidem in generalibus anni 1327. comitiis Barcinonenſibus promulgatas obſervari teſtatur *Nic. Anton.* Bibl. Vet. *Tom. II. p.* 99.

ALBERTUS *de Roma*, à patria & profeſſione ſic nuncupatus, Italus, Ord. Prædic. floruit Sec. XIII. vel ſequenti. SCRIPSIT

Commentarium in IV. libros Sententiarum. Ejus meminit *Rainerius* in ſuâ *Pantheologiâ*, qui cùm *Domianum* vocet *Albertum*, Epiſcopum illum fuiſſe conjicit *Echardus*, dicens in antiquis Ordinis monumentis ſolos Epiſcopos & Cardinales eo honoris titulo inſigniri.

* Vid. *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 466.

ALBERTUS *Sarthianenſis* ſeu *de Sartiano* Etruriæ oppido in diœceſi Cluſienſi (de *Chiuſi*) (etſi Mediolanenſem dixerit *Willotus*) vir inſignis in Græcis & Latinis, divinis & humanis literis eruditus, *Eugenio* IV. & *Nicolao* V. carus, totius Fratrum Minorum Ordinis (ad quem tranſierat An. 1415. ætat. 30.) aliquandiu Vicarius Generalis, in Concilio Florentino Græcis Idiomatis Interpres, ad quod etiam Jacobitas ex remotiſſimâ Ægypti regione adduxit, egregius Eccleſiaſtes, & diſſolutæ Diſciplinæ reformator extitit. Is eo tempore *Guarinum* Veronenſem habuit Magiſtrum, quo Latina eloquentia in Italia cœpit ſuo nitori reſtitui. Obiit Mediolani anno 1450. poſtquam ſtrenuè adlaboravit, viris ſanctiſſimis *Bernardino Senenſi*, *Joanni Capiſtrano*, & *Jacobo Piceno*, pro reſtituendâ Ordinis Diſciplinâ. * *Wading.* Tom. V. Annal. Ord. Min. & in lib. de Script. ejuſd. Ord. *Oudin.* Suppl. p. 702.

SCRIPTA:

1. *Tractatus de Pœnitentiâ* ſcriptus an. 1433. Incipit: *A pleriſque & multis in locis.*
2. *Tractatus de Eucbariſtiæ Sacramento*, ſcriptus an. 1432. Incipit: *Credo vos Patres Cariſſimi*: forte idem qui apud *Poſſevinum* inſcribitur *de Corpore Chriſti* ad Patres Ordinis.
3. *De inſolentibus corripiendis*, A. 1446. Incipit: *Cùm Apoſtolus Paulus.*
4. *Contra Martyrum vituperatores*, ad EUGENIUM IV. P. M. Incipit: *Cùm adverſus ampliſſimæ gloriæ.*
5. *Sermo* habitus in Comitiis generalibus Ordinis Patavii celebratis VIII. Maii A. 1443. Incipit *Quanquam nos omnes.* Extat apud *Martene* inf. cit. p. 808.

Eos omnes penes ſe habuit MSS. in ipſo ejus Autographo *Wadingus.*

6. *Epiſtolæ XXII.* quas ediderunt Collectores *Vet. Script. & Monum.* Tom. III. p. 755. &c.

I. ad Nicolaum Nicholum. *Convaleſcens à peſtilentia ſcribit in Poggium de laudibus religioſorum, opuſque ſuum illi mittit examinandum*: data ex Cor. A. 1430.

II. ad Poggium *de eodem argumento.*

III. ad Franciſcum Mareſcalcum, & Philippum Bendedeum Ferrarienſes, *de Hermaphrodito libello refutando.*

IV. ad Principem *Leonellum* Marchionem Eſtenſem, *ut latori a patre legem Candatiam, aliaſque pias inſtitutiones faciat obſervari*: data ex Patavio IV. Id. Jun. 1434.

V. Paulo data ex Vincentia x. Kal. Sept. ejuſd. anni. *Improbat nimias ipſius laudes.*

VI. ad D. Chriſtophorum Epiſc. Ariminenſem, *ut Nicolaum ad locorum ſanctorum gubernationem deſignatum, & ab aliquibus deterritum, ſua induſtria & Pontificis auctoritate inducat ad impoſitum ſibi onus ſuſcipiendum*: data Venetiis xv. Kal Jul. 1438.

VII. ad. J. Gulielmum Caſalenſem totius Ordinis Patrem communem. *Dolet Nicolaum abſolutum eſſe ab adminiſtratione Terræ ſanctæ, oratq; ut ipſi iterum committatur*: data Venetiis.

VIII. ad Chriſtophorum Epiſc. Arim. *Mittit ſcriptam à ſe adverſùs vituperatores Martyrum Epiſtolam.*

IX. ad Eugenium. *Quantum in puniendis delinquentibus patiatur difficultatem*: data ex Padua Kal. Sept. 1442.

X. ad Dn. Epiſc. Coronenſem. *Fratrem J. extremo ſupplicio puniendum, ejus & Epiſcopi Ariminenſis obtentu ſe mitiſſime puniviſſe*: data ex Padua XVI. Mart. 1443.

XI. ad Dn. Scipionem Epiſc. Mutinenſem. *Recuſat dignitates petere*: data ex Padua XIX. Mart. 1443.

XII. ad Poggium Florentinum, data ibid. 30. Mart. ejuſd. anni. *Purgat ſe à criminationibus magiſtrorum, qui ſe ab eo ſperni cauſabantur.*

XIII. ad B. C. Epiſc. Arim. data ibid. d. 31. ejuſd. menſ. & anni. *Se mitius egiſſe cum fratre Jo. Catharenſi, eique permiſiſſe ut ad Cretam rediret.*

XIV. ad Eugenium data Venetiis 24. Oct. ejuſd. anni. *Orat Apoſtolicas literas Ordini conceſſas non revocet.*

XV. ad eundem Pontificem: *Orat reformari Conventum Ferrarienſem S. Dominici, civitatem Aſſiſinatem illi commendat, ut & fratres ſui Ordinis à Turcis captivos.*

XVI. ad eundem data ex Padua VII. Apr. 1444. *Commendat illi Tuſciæ miniſtrum.*

XVII. ad Tomaſum Bibium ex Cypro Medicum regium, data ex Mediol. III. Id. Febr. 1445. *Gratulatur ei quod ex Cypro evaſerit, condoletque iis qui ibidem remanſerunt, & præſertim Regi.*

XVIII. ad eundem data ibid. d. 20. Mart. ejuſd. anni. *De conditione amicitiæ & de malitia invidentiæ.*

XIX. ad Paulum data 20. Maii.

XX. ad F. Ant. Laudenſem Profeſſorem Theol. & communis religionis, data ex Galarata prid. Cal. Jul. *Nihil nocet ad virtutem humili loco naſci.*

XXI. ad Dn. Franciſcum Barbarum Venetum data ex Brixia v. Id. Jan. 1446. *Reconciliati Brixienſes optant Veneti Senatuſconſulto firmari quæ ſtatuerant.*

XXII. ad Blondum Forolivienſem data ibid. 20. Jan. ejuſd. anni. *Commendat illi apud Pontificem quinquaginta nobiles fœminas Brixienſes, quæ ſub S. Claræ titulo, omnibus abdicatis, Deo caſtè vivere ſub clauſura devoverant.*

Multa ex ejus præclari Viri Operibus ſparſim exſcripſit *Wadingus* Tom. IV. Annalium, quæ, ſi Deo placuiſſet, aliquando juris publici feciſſet univerſa.

ALBERTUS Sigebergenſis Monaſterii (vulgò *Siboutg*) Ord. S. Bened. in diœceſi Colonienſi Monachus, natione Germanus, claruit A. 1450. cujus hæc laudantur.

Scripta:

1. *Gloſſarium Vet. & Nov. Teſtamenti.* MS. in Bibl. Paul. Lipſ. ut ex ejus Catal. p. 72. n. 8. de quo opere ita Autor in Prologo (*a*): *Ex infimis gloſſariis unum in V. & N. Teſtamentum excerpſi, & nota quædam ac ſuperflua vel iterata reſecans, ex opuſculis S. Hieronymi, & Iſidori & Bedæ, & de omnibus libris idoneis quæ deerant deſloravi, ... voces & naturas animalium, & volucrum, & arborum & gemmarum, pondera quoque & menſuras addidi: legant qui volunt, abjiciant qui nolunt.*

2. *Hiſtoria Romanorum Pontificum & Imperatorum*, potiſſimum à Gregorio XI. ad A. C. 1454. quam, ut ipſe in Vita Innocentii Papæ VII. teſtatur, fideli narratione ſcripſit. Hujus Hiſtoriæ Codex habetur inter MSS. Codd. Hiſtoricos Latinos arcis Ambroſianæ num. 61. Bibl. Cæſ. Vindobon. teſte Cl. Viro *Lambecio* Tom. II. Comment. c. 8. p. 871. Inſcribitur *Hiſtoria Pontificum & Imperatorum Romanorum ex S. Hieronymi, Iſidori Hiſpalenſis, Ven. Bedæ, Sigeberti Gemblac. Richardi Monachi Cluniac. Sicardi Epiſc. Cremonenſis, Martini Poloni, & recentiorum aliquot Authorum Chronicis collecta*: Ille ipſe Codex eſt, quo olim *Joan. Cuſpinianus* in componendo Opere *de Imperatoribus Romanis* uſus eſt. *Albertus* autem in Hiſtoriâ ſuâ tradit, *Martinum Polonum* de *Joannâ Papiſſâ* meminiſſe, inſuper & mantiſſæ loco addidiſſe, (quod tamen in *Martini* exemplaribus legi negant) *Joannem Papiſſam jam gravidam quondam à Diabolo obſeſſum interrogaſſe, quando Diabolus à corpore ejus receſſurus eſſet, & Diabolum reſpondiſſe his verſibus*:

Papa Pater Patrum, Papiſſæ pandito partum,
Et tibi nunc edam, de corpore quando recedam.

3. *Hiſtoria Imperatorum Romanorum* ab Imperatore Auguſto uſque ad Fridericum vulgò III. revera autem V. Imperatoris Maximiliani I. patrem, quæ extat in citato Codice Vindob.

* Vid. *Oudin.* Tom. III. p. 2585. & in proximè ſequenti articulo apud eund.

(*a*) Impreſſus eſt ex MS. *Hardenbergiano* in *Collect. Vet. Script. & Mon.* Tom. I. p. 978.

ALBERTUS Stadenſis Abbas Ord. D. Benedicti in Archiepiſcopatu Bremenſi A. C. 1232. electus eſt. Deſudavit A. 1234. inducendæ in Abbatiam ſuam Obſervantiæ Ord. Ciſterc. atque eam ob cauſam A. 1236. à Gregorio IX. S. P. Bullam obtinuit, quam cùm fratribus renitentibus executioni mandare non poſſet, A. 1240. ad Ordinem Fratrum Minorum tranſiit, quorum omnium teſtis eſt ipſe in *Chronico* ſuo ab Orbe condito ad annum uſque Chriſti 1256. perducto, quod ex MS. Cod. *Henr. Rantzovii* Helmſtadienſis cum Notis non ſpernendis edidit *Rein. Reineccius* Helmſtadii 1587. in 4. Recuſum poſtea *Witteberga* 1608. in 4. quo, inquit *Caveus*, tum vetuſtiorum temporum Hiſtoria, tum verò præcipuè res Germanicæ illuſtrantur. In Opere ſanè contexendo melioris notæ Autores ſequitur, quorum verba ubivis ferè retinet; quæque haud alibi facilè reperiuntur, interſerit, miſſis, ut plurimùm, Monachorum ſomniis, nugiſque quas Seculi ſui Scriptores venditare ſolent. *Joan. Henr. Boeclerus* cùm A. 1685. ederet Argentorati *in fol.* Commentarios *Æneæ Sylvii* ſeu Pii II. *de rebus geſtis Friderici III. Imperatoris*, adjecit inter alia *Chronicon* Alberti noſtri. Inceperat autem illud ſcribere, eo tempore quo Abbas erat Stadenſis, unde ingenii ſui & doctrinæ non ignobile futuris ſeculis teſtimonium dedit: imò eo ipſo tempore quo nervos adhibebat omnes, ut Bulla à *Gregorio* Papa IX. impetrata plenum ſuum effectum ſortiretur, eâ de re ſæpius Archiepiſcopum & Decanum Bremenſem conveniens ac commonefaciens. Fuit autem *Albertus* totius Ordinis ſui Miniſter Generalis. Vitam ejus edidit Vir Cl. *Tobias Eckardus* Lycei Quedlinburgenſis Rector, *Goſlaria* apud J. C. Kœnig, 1726. in 4. quam ex ipſo Autoris Chronico collegit. Initio de nominis *Alberti* etymologiâ copioſè agit ac diligenter. Ad ipſius patriam quod attinet, etſi certi nihil reperit, Germanum tamen fuiſſe vix dubitat. Ita cenſens qui *Arnoldum* ſecuti ſunt; nonnulli etenim eum Etruſcum faciunt, Piſanum videlicet. Eruditionem ei tribuit Biographus

graphus pro illo tempore magnam, & per plures diſciplinas diffuſam: non tamen niſi mediocrem admodum ei concedens eloquentiam. *Demſterus* hunc vocavit *Auctorem doctum ac diligentem*, Coringius *locuples rerum ævi ſui teſtem*, Schurzfleiſchius *Scriptorem eximium.* Vitam produxiſſe uſque ad A. 1260. exiſtimat *Eckardus* noſter; certum tamen mortis annum non reperiri fatetur. De ipſo Chronico Cl. Auctor copioſè diſſerit & eruditè, methodum ejus, virtutes item & vitia, deſcribens accuratiſſimè. Ceterum cùm multa *Albertus* deſcripſerit ex Eginhardi *Vitâ Caroli M.* hac occaſione commemorat *Eckardus*, ſuo exemplari *Eginhardi* adſcriptas à quopiam eſſe variantes ſcripturas Codicis MS. Florentini, eaſque etiam exhibet. * Vid. *Act. Lipſ.* Suppl. Tom. IX. p. 429. ubi dicunt de *Alberto* tacere *Trithemium*, *Geſnerum* & *Miræum*; qui tamen poſterior illius meminit in Auctar. *cap. 402. p. m. 73.* De eo item *Poſſevin.* p. 23. & 27. *Voſſius* de Hiſt. Lat. Lib. II. cap. 59. *Cave* ad A. 1256. *Oudin.* Tom. III. p. 246. *Olear.* p. 28. & alii.

S. ALBERTUS Vercellenſis Epiſcopus & Patriarcha Hieroſolymitanus, Eremita primùm, ut volunt, ſeu ſolitarius (*a*), unde circa annum 1180. ad Epiſcopatum Vercellenſem promotus, anno 1190. florebat. Factus Patriarcha Hieroſolymitanus ex parte Latinorum, ſcripſit

1. *Regulam Carmelitis ſeu ſolitariis in Monte Carmelo commorantibus*, quam ediderunt ſucceſſores Actorum *Bollandi* menſ. Apr. Commentariis præviis ad *Vitam S. Alberti Carmelitarum Legiſlatoris.* Vivebat adhuc anno 1206. de quo *Miræus* in Auctario *Cap.* 381. & *Carolus Du Cange.* Hanc autem *Alberti* regulam à *Solivagis* iſtis in Carmelo degentibus, non obſervatam fuiſſe, conjicit *Oudinus* ex *Chronica* antiquiſſima Ordinis Fratrum Prædicatorum, quam *Leand. Albertus* profert Lib. 3. *de Viris illuſtribus ſui Ordinis*, & ex eo ipſe *Oudinus* ad A. 1190. Tom. II. p. 1693.

Scripſit item vir ſanctitatis & doctrinæ admirandæ, inquit *Sixt. Sen.* lib. IV. p. 195. quod etiam docet *Trithemius* cap. 406.

2. *De ſitu & ſtatu Terræ Sanctæ non contemnendos Commentarios.*

Qui de eo ad ſatietatem velit, evolvat Tomum I. *Speculi Carmelit.* Dan. à Virgine Maria, qui Bollandiſtas in pluribus impugnat.

(*a*) Hæc de eo vid. lib. Gall. cui tit. *Moines empruntez* Tom. II. p. 116. & *Moines travestis* Tom. II. p. 137.

ALBERUS (*Eraſmus*) Variſcus, Lutheranus, Paſtor Magdeburgenſis, Eccleſiarum Electoratûs Brandenburgici Superintendens, Poëſi ſacrâ & profanâ clarus Sec. XVI. atque ab *Eraſmo* Roterodamenſi in Hyperaſpiſtæ Diatribâ adverſus *Lutherum* de ſervo arbitrio *Tom. IX. p.* 1255. è Scholâ *Lutheri Studibundus* vocatus, Neo-Brandenburgi in Terrâ Mecklenburgenſi piè obdormivit A. 1553. hoc epicedio à *Nathan. Chytræo* condecoratus:

Hic ſitus ALBERUS, magni Collega Lutheri
Qui fuit, & verbi buccina clara Sacri.

Ejus Epitaphium à *Joan. Ritzenbergio* compoſitum reperio apud *Fabricium* in Mem. Hamburg. *Vol. I. p.* 116.

ALBERUM pietas ſublatum flevit Eraſmum,
Cumque petens illo ſydera, liquit humum.
Non fuit hunc odiis vexatum digna nefandis
Ferret ut innocuum perfida terra virum.
Aſt indigna magis ſanctos urbs obruit artus,
Improba poſcenda quæ necis auſa fuit.
Pauper in hoc mundo vitam traduxit, & exul,
Exoſus propter libera verba Dei.
Divite nunc Chriſti fruitur contentus amore,
Dignaque conſtantis præmia mentis habet.

SCRIPTA German.

1. *Wider das Läſter-Buch Oſiandri, darinn er das gerechte Bl. Chriſti verwirfft, als untüchtig zu unſer Gerechtigkeit.* Luneb. 1551. (*a*) *Reſponſio ad librum Oſiandri de ſanguine Chriſti* &c. (*b*)

2. *Zehen Dialogi für die Kinder, ſo anfangen zu reden, und vernehmen können* &c. Francof. 1569. 16. Erfurt. 1591. 8. Witteb. 1608. 8. (*c*)

3. *Bericht von der Kinder-Tauff, ſambt Vorrede D. Nicol. Selneckers von Exorciſmo.* Neoph. ad Mænum, 1591. 4. *Tract. de Exorciſmo in Baptiſmo* (*d*).

4. *Wider die verkehrte Lehre der Carolſtad.* Neu-Brand. 8. 1594. (*e*) *Adverſus pravam Caroloſtadii doctrinam* (*f*).

5. *Harmonia Evangelica* Roterodami edita (*g*).

6. *Judicium de Spongia Eraſmi.* 8. (*h*) Quo idiomate duo hæc opera prodierint dubium: forſan Latinè.

7. *Von der Blume der Dreyfaltigkeit.* 4. (*i*)

8. *Alcoranus Franciſcanorum* 1531. (malè 1513.) Germ. & 1543. *Latine* cum hoc tit. *De Stygmatizato Idolo, quod Franciſcum vocant, blaſphemiarum & nugarum lerna, ſeu Alcoranus Franciſcanorum*: 1578. Lat. & Gall. *Genevæ* dimidiâ parte auctus, & Flandricè *Dordraci* 1589. Has editiones notat *Henr. Sedulius*, quibus addit *Balius* prodiiſſe ann. 1556. & 1560. in 8. *Genevæ* apud Cont. Badium. Recentior eſt Latina *Daventrienſis* 1651. in 12. quam teneo. Titulo hæc adduntur:

Verſiculus Franciſcanorum:
Franciſcus eſt in cœlo.
Reſponſio:
Quis dubitat de illo?
Antiphona:
Totus mundus.

De libro iſto plura dicemus infra in *Barthol.* ALBICIO cujus librum *Conformitatum* Noſter oppugnaverat, eam ob cauſam à *Sedulio* ipſe impugnatus.

* *Alberum* laudant inter alios *Micrælius* in Synt. Hiſt. Eccleſ. p. 733. *Fabricius* Hiſt. Bibl. ſuæ *Tom. IV. p.* 240.

(*a*) Lipen. *Tom. II. p.* 385. (*b*) Du Pin *Tab. Univ. Tom. III.* p. 183. (*c*) Lipen. *Tom. I. p.* 584. (*d*) ibid. *p.* 675. (*e*) ibid. *p.* 237. (*f*) Du Pin *Tab. Tom. IV. p.* 439. (*g*) Le Long *p.* 449. (*h*) Beman. *Catal. Bibl. Francof. p.* 8. (*i*) ibid.

ALBERUS (*Ferdinandus*) natione Germanus, patria Tirolenſis, Jeſuita, annos natus 17. in Societatem ingreſſus eſt, ad omnia ſumma natus factuſque, ut poſterior ætas palam fecit; fuit enim Rector non ſemel; bis Auſtriæ, ſemel Germaniæ Superioris Provincialis; Viſitator ad Rhenum; Aſſiſtens pro Germania penes *Claud. Aquavivam* Præpoſitum Generalem, qui moriens, eum poſt ſe deſignavit Vicarium Generalem. Cùm autem *Claudio* Mutius Vitelleſcus eſſet ſubrogatus, miſſus in Auſtriam *Alberus* Provincialis, luſtratâ penè Provinciâ, Homonæ in extremâ Hungariâ, quâ Poloniam attingit ad montes Carpathios, diem clauſit extremum 30. Oct. A. 1617. ætatis 69. & ab initâ Societate 52. Fuit vir comis in loquendo, maturus in moribus, gravis in conſilio, in omnibus vitæ actionibus ita circumſpectus, ut nihil deprehenderes quod offenderet. Peculiari pietate & cultu proſequebatur S. Matthiam Apoſtolum, cujus ſe præſens in difficillimis rebus auxilium dicebat expertum. Edidit adſcripto poſt Dedicationem nomine ſuo tranſlatam à ſe Germanicè olim cùm adoleſcens eſſet

1. *Vitam S. Ignatii Loyolæ Fundatoris Societatis Jeſu, à Petro Ribadenirâ* conſcriptam. *Ingolſtadii* typis Sartorii 1590. in 4.

2. *Summarium Conſtitutionum, & Regulæ Communes Societatis Jeſu* vertit ipſe idem Germanicè, ediditque ſuo nomine prætermiſſo. * *Alegamb.* p. 108.

ALBHARDT (*Joannes Carolus*) Germ. Dreſdenſis, Lutheranus, claruit A. 1695. cujus extant

1. *Diſputatio de Apologia Aronitica circa Vitulum aureum* Exodi XXXII. Witteb. 1695. in 4.

2. *De prima Sethitarum cognominatione* Gen. IV. 26. Ibid. 1696. in 4. * *Le Long* p. 600.

ALBI (*Henricus*) Jeſuita natione Gallus, patria Bolenenſis è Comitatu Venuſino; ingreſſus in Societatem anno 1606. ætatis 16. votorum quatuor profeſſionem emiſit. Docuit in ea Humaniores litteras, Philoſophiam annis quinque; totidem Theologiam Scholaſticam, biennio moralem: Rexit Collegia Avenionenſe, Arelatenſe, Gratianopolitanum, & Lugdunenſe B. Virginis, ubique cum laude ſolidæ virtutis, & zeli Religioſæ Diſciplinæ, in qua exigenda dum præeſſet, ſedulus fuit. Vir magni ingenii, reconditæ eruditionis, eximiæ pietatis, mortalitatem exuit Arelate die 6. Octobris 1659. * *Sotwel, Bibl. Soc. Jeſu.*

SCRIPTA:

1. *Ars amandi Deum.* Pariſiis, apud Camuſatum 1636. in 12.

2. *Elogia Hiſtorica Illuſtrium Cardinalium Gallorum, & externorum paralella expoſita cum Imaginibus.* Pariſiis apud Antonium de Cay 1644. in 4. & iterum ibid. 1653. in 4. (*a*) apud Loyſon, hoc tit. *Hiſtoire des Cardinaux illuſtres, qui ont été employez dans les affaires d'Etat, par le S.* Du Verdier, *& augmentée des Vies des Cardinaux* de Berulle, de Richelieu, & de la Rochefoucault.

3. *Vita S. Gabinii Martyris.* Lugduni 1624. in 12.

4. *Vita S. Homoboni Cremonen.* Lugduni 1624. in 12.

5. *Vita S. Petri Luxemburgenſis.* Ibidem 1626. & 1632. (*b*) in 12. cui adjunxit

6. *Tractatum ſpiritualem de actibus ſupernaturalibus.*

7. *Vita Mariæ Joannæ de Jeſu Fundatricis Religioſarum Auguſtin.* Lugduni 1640. in 12.

8. *Vita Catharinæ Vanniæ Converſæ Senenſis.* Lugduni 1655. in 12.

9. *Anti-Theophilus Parochialis de Privilegiis Regularium,* &c. Lugduni 1644. in 12. & 1649. (*c*)

10. *Apologia pro Anti-Theophilo Parochiali.* Lugduni 1659. in 8.

11. *De Renovatione Spiritus.* Lugduni 1651. in 4.

12. *De Immaculata Conceptione B. V. Mariæ,* Gratianopoli, apud Joannem Nicolaum, ſub alieno nomine, 1654. in 4.

13. *Grammatica Gallica cum obſervationibus.* Lugduni apud de Han 1657. in 8. Hæc omnia Gallicè ſcripta ſunt.

(*a*) Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* p. 144. n. 2873. qui *Lugdunenſem* editionem 1659. in 4. *memorat* p. 156. n. 3127. & alibi. *Pariſienſem* verò ejuſd. anni, p. 182. n. 3791. & *Lugdunenſem* 1644 p. 691. n. 13548. (*b*) *Le Long* p. 206. n. 449. (*c*) Du Pin *Tab. Univerſ.* Tom. III. p. 185.

ALBI (*Joannes*) Vid. ALBA.

ALBIA (*Bernhardus*, aliis *Bertrandus de*) Gallus, Toloſanus, S. R. E. Cardinalis, clarus A. 1334. vir ætate ſua, rerum peritiâ, ſcientiarum laude, dicendi artificio in paucis unus, à doctiſſimo *Petrarcha* contemporaneo inter literatos Cardinales repoſitus, & cultus. Hic ex Epiſcopo Rutenenſi (*de Rodez*) Presbyteris Cardinalibus tit. S. Cyriaci in Thermis à BENEDICTO XII. adſcriptus; eo ſublato, à CLEMENTE VI. Aragoniæ & Majoricarum legationem obtinuit v. Id. Jun. A. 1343. ut objecto anathemate Eccleſiaſticos non minùs quàm Seculares, Baleare regnum terra marique bello petere auſos, coerceret, atque illos, qui Regnum Aragoniæ invadere molirentur, à conatu deterreret. Avenionem poſtea rediit, ubi apoplexiâ correptus, die 13. Nov. A. 1350. exſpiravit.

Franciſcus Petrarcha Poëta laureatus ſæpè ſæpius hujuſce Cardinalis, quem præſtantem Poëtam appellat, in ſuis Epiſtolis honorificè meminit. SCRIPSISSE perhibetur nonnulla *Poëmata*, ipſi *Petrarchæ* laudata. *Sermones* item & *Hymnos Sacros*, ſtylo, ut illa ferebant tempora, ſatis eleganti. * Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. II. p.* 356.

ALBIAC (*Acbatius d'*) du Pleſſis dictus, Calviniſta, gente Gallus (*a*), Pariſienſis (*b*), ſeu, (ut habet *Crucius Cenomanenſis* (*c*), Helvetus, clarus An. 1557. Ex Hebræo vertit rhythmis Gallicis

1. *Librum Jobi*, cum præfatione & explicatione argumentorum. *Geneve* apud Joan. Gerard. 1552. in 8.

2. *Proverbia & Eccleſiaſten Salomonis.* Lauſannæ, apud Joan. Rivery 1556. in 8. & Cenomani (au *Mans*) 1558.

3. *Cantica varia ex V. & N. Teſtamento* excerpſit, Lugduni edita apud Joan. Cariot 1560. in 16. & 1592. in 12.

(*a*) *Le Long* p. 600. (*b*) *Du Verdier* Bibl. Franç. p. 4. (*c*) *La Croix du Maine* p. 2.

ALBICIUS. Vid. ALBIZIUS.

ALBIENSE ſeu ALBIGENSE Concilium (*Albi* urbs olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, in Archiepiſcopatum erecta A. 1673. vel 1678.) A. 1254. celebratum à Dn. *Zoeno* Avenionenſe Epiſcopo, Pontificis Legato, plurimiſque Narbonenſis, Bituricenſis, & Burdegalenſis Provinciarum Prælatis; quo de effodiendis publicèque comburendis omnium hæreticorum oſſibus decretum fuit (*a*). Extant de hæreticis eorumque caſibus variis, & de diſciplinâ Eccleſiæ *Capitula LXXI.* Conc. Tom. XI. Part. I. p. 710. (*b*) Hujus Concilii Acta habentur apud *Dacherium* (*c*) ex Codice Eccl. Arelatenſis, ſed duo deſunt decreta, quæ ſe in vetuſtiſſimâ membranâ ſervare monuit doctiſſimus *Steph. Baluzius.*

(*a*) Vid. *Act. Lipſ.* 1689. p. 438. (*b*) *Cave* ad A. 1254. in Conciliis Sec. XIII. p. 663. (*c*) *Spicileg.* Tom. I. p. 719. &c. in fol.

ALBIGENSES Hæretici Sec. XII. ita vulgò dicti ab Albigenſi civitate in Occitania, ubi errores iis imputati exordium ſumpſiſſe dicuntur. In Hæreticorum numerum ideo relati cum Waldenſibus, quia Romanam Eccleſiam repudiarunt, & Summum Pontificem pro Antichriſto habuerunt (*a*). De his fuſiùs dicemus ſub tit. WALDENSES, ac præterea variis in locis, ubi recenſentur plerique Authores qui de iis ſcripſerunt, ſive fautores, ſive adverſarii, quos eâ de cauſâ hic enumerare neceſſe eſt: horum Catalogum peto ex *Lipenii* Bibl. Theol. & Philoſ. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ, *Laſor à Varea* (qui eſt *Savonarola*) Orbis deſcript. &c. atque ex variis Eruditorum Ephemeridibus.

Alanus Magnus de Inſulis, *Petr. Allix*, *Albertus de Capitaneis*, *Du Pleſſis d'Argentré* in Collectione Judiciorum de Erroribus qui ab initio Sec. XII. uſque ad An. 1713. in Eccleſia proſcripti ſunt & notati. Card. *Baronius* in Annal. *Jac. Baſnagius* in Hiſt. Religionis Eccleſiarum Reformatarum. *Laur. Beyerlinck* in Theatr. Vit. Hum. *Boſſuetus* Epiſc. Meldenſis in Hiſtoria variationum Eccleſiarum Proteſtantium, *Petrus à Caſtronovo*, *Joan. de Chavanion*, *Benedictus à S. Dominico*, *Aug. Galland*, *Gervaſius* Tornacenſis, *Joan. Guido* (Guy), *Guillelmus* de Podio Laurentii, S. *Dominicus Guzman*, *Innocentius* Papa III. *Joan. Bapt. Langlois*, *Phil. à Limborch* in Hiſt. Inquiſitionis, *Lucas* Tudenſis Epiſcopus, *Joan. Paul. Perrinus*, *Petrus* Monachus Ciſterc. *Prateolus* in Elencho, *Franc. Roaldus*, *De La Valette*, *Arn. Sorbinus*, *Joannes du Tillet*, *Joan. Woldetus.*

De Albigenſibus item videri poſſunt *Elias du Pin* Sec. XIII. cap. IX. p. 162. in 4. *Morerii* Lexic.

(*a*) Vid. *Rechenbergii* Hiero-Lexicon, verb. *Albigenſes* & *Waldenſes.*

ALBIIS (*Thomas de*) vulgò *Thomas* ANGLUS quem vide.

ALBINIACO (*Joannes de*) vulgò d'*Aubigné*, Gallus, Ord. Præd. Pariſiis clarebat anno 1300. tùm adversùs hæreticam pravitatem Inquiſitor Generalis, & inter inſignes verbi Dei præcones computatus. Ejus habetur in *Cod. Colbert.* 3725. *fol. med. memb.* (qui collectio eſt Sermonum integrorum à famoſioribus ejus ætatis Concionatoribus habitorum) *fol.* 233.

Sermo

Digitized by Google

Sermo ab eo dictus Dom. I. poſt Trinitatem. Princ. *Recepiſti bona in vita tua* : Diviſio : *Primo ponitur differentia meritorum præſentium ; ſecundo differentia præmiorum ſequentium.* Plures alios ab eo prodiiſſe credunt, quos viciſſitudo temporum abſumpſit.

Nota *Aubigné* (ſic enim in cod. MS.) an à familiâ antiquâ & hac ætate illuſtri, an ab oppido in Provincia Bituricenſi (*de Berry*) ad amnem *Nerre* duobus circiter milliaribus Gallicis à Concordiæ Salru (*Concreſſant*) & quinque à Gienno. Difficultas eſt quod hoc Gallicè dicunt *Aubigny*, non *Aubigné*, ut rectè obſervat *Echardus* Tom. I. p. 464.

ALBINIANUS (*Paulus*) de *Raias* Caſtellæ-novæ oppido, domo Valentinus, gente Hiſpanus; Soc. Jeſu adſcriptus eſt A. 1600. ætat. 16. in quâ Theologiam moralem Cæſarauguſtæ, Sacras Literas Valentiæ explicuit, Sacræ Inquiſitionis Cenſor.

Scripta:

1. *Horologium animæ*, Hiſpanicè *Relox del alma*, in 8. Latinè verò

2. *In Canticum Canticorum Salomonis Commentarius literalis, commentariis, enarrationibus, notationibus illuſtratus* Genuæ, apud Bened. Guaſchum 1656. vel 1659. (*a*) *fol.* Hæc *prima* operis pars, quam debuit conſequi *ſecunda*, ſive

Commentarius Dramaticus, deinde *tertia*, ſive

Commentarius myſticus & literalis ſecundarius, in quo Verbi cum animâ ſanctâ conjugium celebratur; necnon *quarta*, ſive

Commentarius Parthenicus de B. V. quinta denique, ſive

Stromateus Commentarius.

Editioni etiam paratam habuiſſe dicitur Hiſpanicè

3. *Vitam* ſodalis R. P. *Alphonſi Rodriguez*, &

4. *Vida y virtudes del Juſticia de Aragon D. Juan Baptiſta de Lanuza.* Sed quoad iſtam, eum præoccupavit *Eman. Faria de Souſa* Luſitanus.

* Alia vide apud *Alegamb.* p. 362. & *Nic. Antonium* Tom. II. p. 126.

(*a*) *Lipen.* Tom. I. p. 224.

ALBINUS S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Albanenſis, gente Italus, Mediolano oriundus, claruit A. 1180. Junior inſtitutum Canonicorum Regularium Ord. D. Auguſtini in Eccleſia S. Mariæ de Creſcentiano in Lombardia amplexus, hinc à S. P. Lucio III. Romam, ob eximiam in agendis rebus Eccleſiaſticis induſtriam evocatus, factus eſt primùm Diaconus Cardinalis menſe Dec. A. 1182. tit. S. Mariæ Novæ, tum poſtea S. Crucis in Hieruſalem, denique à Clemente III. ad Epiſcopatum Albanenſem promotus. Deceſſit circa A. 1194. ſedente Cælestino III. Poſteritati reliquit doctrinæ ſuæ monumentum, inſignem *Canonum Eccleſiaſticorum Collectionem*, quam *Nomenclatoris* Reverendus Autor *p.* 19. ſe in Vatic. MS. vidiſſe teſtatur.

* De eo *Ciaconius* ad A. 1181. *Auberius* ad A. 1182. *Oldoinus* ad A. 1182. & in *Athenæo Romano*, apud *Caſ. Oudinum* Tom. II. p. 1581.

ALBINUS (*Andreas*) librum ſcripſit hoc tit. German.

Lob Geſange i. e. *Laus Canticor.* Lubecæ 1654. in 12. * *Lipen.* Tom. I. p. 229.

ALBINUS (*Flaccus*) Vid. ALCUINUS.

ALBINUS (*Joh. Georg.*) Unter-Neiza-Weiſſenf. contubernalis fuit D. *Caſp. Ziegleri* in Academia Lipſienſi: poſtea Rector Scholæ Cathed. Numburg. An. 1653. & an. 1657. Paſtor in ſuburbio ad D. Othmar. Poëta & Philologus. Obiit anno 1679. die 25. Maii ætat. 55.

Scripta:

1. *Geiſtlich Geharniſchter Kriegs-Held, Soldaten-Gebeter und Lieder* (de militia Chriſtiana). Lipſ. 1675. in 12. vel in 28.

2. *Lob der Chriſtl. Kauffmanſchafft.* Ibid. 1652. in 4.

3. *Jungſtes Gericht und Ewiges Leben.* (de Vitâ æternâ). Ibid. 1653. in 4.

4. *Eucteis.* Jenæ 1657. in 8.

5. *Geistl. Nacht-harffe.*

6. Hugonis *Pia Deſideria* German. vertit, atque hinc inde rhythmis ornavit, 1670. & 1675. in 12.

7. *Der Himmel-wanderenden Philuranien Sterbe-Thon.* Jenæ, 1679. in fol. * *Schameln* Numburg. Litter. p. 93. *Lipen.* Bibl. Theol.

ALBINUS (*Michaël*) cujus à *Lipenio* (*a*) memoratur liber Germanicus hoc tit.

Bibliſche Lieder. Francof. 1654. in 18.

(*a*) *Tom. I. p.* 136.

ALBINUS (*Petrus*) Germanus, clarus Sec. XVI. cujus extant

1. *Carmina de S. Rebus ſcripta.* Witteb. 1573. 8. (*a*)

2. *Agalmatum liber.* Ibid.

3. *Nova Saxonica Hiſtoria.* Ibid. 1585. 8.

4. *Quæſtiones in dictum Pauli I. ad Corinthios Cap. X.* Nonne panis quem frangimus &c. *Ibid.* eod. anno. (*b*)

5. *Vita Georgii Sabini*, Poëtæ Laureati, Comitis Palatini, Conſiliarii Marchionum Brandenburgenſium, & Profeſſoris Eloquentiæ in Acad. Francofordiana, ex ipſius potiſſimum ſcripris collecta: *Witteb.* 1588. in 8. Hanc cùm ſingulari perſcriptam eſſe diligentiâ videret Cl. *Theod. Cruſius*, denuò edidit, & luculento Commentario auxit, *Lignicii*, (*Lignitz* in Sileſiâ inferiore) ſumpt. hær. Rorlachianorum, 1724. 8. (*c*)

6. *Meiſniſche Land-und Berg-Chronica.* Dreſdæ, 1590. in ſol.

(*a*) *Catal. Bibl. Francof.* p. 9. (*b*) *Lipen. Tom. I. p.* 469. (*c*) *Act. Lipſ. menſ. Jan. A.* 1725. p. 29

ALBINUS de Valſergues (*Joannes*) de Serris dictus, Gallus, Sti Stephani Toloſani Archidiaconus & inſignis Concionator, floruit Sec. XVI. Apud *Catellum* in Commentariis Occitaniæ (*a*) legi poteſt ejus eloquentiæ effectus vix credibilis, niſi rem à coævis & oculatis teſtibus ſe accepiſſe aſſereret Autor iſte. Obiit Toloſæ, ubi ſepultus in Clauſtro S. Stephani, hoc Epitaphio ornatus:

JOANNI ALBINO de Serres
Nobiliſſima Valsergorum familia orto,
Viro integerrimo,
Pauperum ægrorumq; Patri pientiſſ.
Canonico & Archidiacono,
Ac Eccleſiaſtæ Toloſano ſanctiſſ.
Qui Toloſanæ Cathedræ
Turbulentis temporibus Præfectus,
Hæreticorum errores facundâ prædicatione
Scriptiſque immortalibus convincens,
Catholicos confirmans,
Periclitantem tectoſagum,
Remp. ſartam, tectam conſervavit;
Septies ſepteno vitæ anno,
Cum omnium bonorum mœrore,
Cunctorumque ordinum luctu,
Vivis erepto,
Pii Cives ſuæ hoc in illum
Pietatis & Obſervantiæ Monumentum P. C.
Obiit 13. *Kal. Sept.* 1566.

Ex eo habentur Gallicè ſcripti libri VI. controverſiæ

De SS. Sacramento Altaris, ad populi Gallicani confirmationem. *Pariſ.* apud Guil. Caldatium (*Chaudiere*) 1566. vel 1567. in 8. (*b*) cum tribus Epiſtolis ad nobilem Matronam, ut eam à Religione Reformatâ amplectendâ deterreret; & quartâ ad *Rob. Prevotium*, V. D. Miniſtrum Genevenſem, qui ſe Pariſienſem dicebat. Eleganter pro ætate ſuâ ſcribebat. * *De La Faille* Annal. Toloſ. part. II. p. 209. *Morer.* Lexic.

(*a*) *Memoires du Languedoc* lib. II. p. 167.
(*b*) *Lipen.* Tom. I p. 653.

ALBIZIUS (*Antonius*) ſeu *de Albiziis*, Nobilis Florentinus.

Hujus Cl. *Elias Veielius* de quo dicemus ſuo loco, in libro quem edidit ſub titulo *Hiſtoria & neceſſitas Reformationis Evangelicæ per Lutherum feliciter inſtitutæ*, Ulmæ 1692. tradidit converſionem, quam ſic compendioſè recenſent *Acta Lipſienſia* A. 1693. p. 86.

Huic libro (nempè *Veielii* quem hîc memorant) mantiſſæ loco accedit, de Viri Illuſtris Dn. *Antonii Albizii*, Nobilis Florentini, ad Salutarem Aug. Conf. Doctrinam (*a*) converſione, narratio, quæ ex MS. Parentatione piè defuncto à D. *Jac. Zanan no*, Paſtore Campidonenſi habita, per Auctorem contexta eſt. In eâ, poſt memoratum familiæ *Albizianæ* ſplendorem, poſt enarrata propria *Antonio* noſtro decora, ampliſſimoſque honores, poſt laudatas præclaras corporis & animi dotes, eruditionem præcipuè, quam orbi literario editis A. 1610. & 1617. Auguſtæ Vindel. *Regum & Principum Stemmatibus* (*b*) notam fecit, quomodo Evangelicæ tandem veritatis agnitionem reliquis dotibus ſuis adjecerit, exponitur. Nimirùm, cùm Oeniponte A. 1585. verſaretur, quo, ut rationem in Aulâ redderet de curatis per quinquennium Vicariâ operâ publicis rationibus, conceſſerat, Divinâ id procurante Providentiâ in febrim incidit, quâ cùm per tempus benè longum miſerè conflictaretur, per famulum ſibi aliquot V. T. capita quotidie prælegi curavit. Accenſum eſt hâc ratione in animâ ipſius flagrantiſſimum penitiùs illa conſiderandi deſiderium, quod etiam effecit, ut poſtquam Chiuſam, ubi majori fruebatur otio, diſceſſiſſet, Sacrarum literarum ſtudio totum ſe dederit, earumque lectioni ex interpretibus antiquioribus *Auguſtinum*, *Baſilium* & alios; è recentioribus *Maldonatum*, *Pererium* & *Riberam* junxerit. Exorta eſt illi, dùm hiſce ſtudiis vacaret, Evangelicæ veritatis aurora, undè etiam conſilium cepit, deſertis Pontificiorum caſtris, ad Evangelicam veritatem accedere. Quod poſtquam cum alio quodam Nobili Italo communicaſſet, in Italiam cum eo profectus eſt, ut rebus ſuis aptè diſpoſitis, quæ ſemel animo ſanctè conceperat, ſine obſtaculo effectui dare poſſet. Et alter ille quidem Nobilis, interceptis, quæ conſilium hoc prodebant, literis, ad Inquiſitionis Tribunal raptus fuit, meliori tamen fato utente Noſtro, utporè qui rebus ſuis feliciter expeditis Oenipontem remeavit; undè tamen poſt biennium demùm, cum Archiducem *Maximilianum* Conſiliariis nonniſi Romanenſibus uti velle videret, Auguſtam Vindelicorum diſceſſit. Quâ poſt contractam cum *Marco Welſero* amicitiam iterùm relictâ, Campidonum denique ſe contulit, ubi per integrum vicennium pietate & eruditione ſpectatâ claruit, quam etiam, edito ibi A. 1616. (*c*) *de Principiis Religionis Chriſtianæ* tractatu, nec non *Exercitationibus Theologicis* publicè notam fecit. Cæterum tanta fuit in ſemel agnitâ veritate retinendâ conſtantiæ, ut nihil aureis ſuis promiſſionibus Pontificii, nihil agnati & familiares in Italiâ lacrymis ſuis obtinere poſſent. Nec plus etiam minæ Romani Pontificia apud eum impetraturæ fuiſſent. Licèt enim citatio ad Sacrum iſtud Inquiſitionis Tribunal paucos ante mortem ejus dies (quæ accidit Campidoni A. 1616. ætat. 79.) in viciniâ publicata, & in locis illuſtrioribus affixa ad notitiam ejus non pervenerit, ea tamen jamjam Chriſtianæ fortitudinis ediderat ſpecimina, ut de ejus conſtantiâ non niſi benè ſperare, quin certò etiam pronuntiare liceret.

Præter ſupra recenſitos ejus libros, ſcripſit

1. *Sermones in Matthæum.* Auguſtæ 1609. 8. (*d*)

2. *Exercitationum Theologicarum* Pars I. continens *Quæſtiones de Scripturis Canonicis, Eccleſia Chriſti, Miniſterio Eccleſiaſtico, & Magiſtratu Chriſtiano* prodiit *Aug. Vindel.* 1616. 8. (*e*) Pars II. *Campidoni* (*f*) 1617. 4. (*g*) Pars III. ſeu Partes III. *Aug.* eod. anno (*h*).

* De illo *Albizio* ut & de aliis videri poteſt *Moreri*, Lexic. edit. Baſil.

(*a*) Calviniſtam fuiſſe perperam dixit *Longus* inf. cit. (*b*) Hujus operis editionem *Auguſt.* 1612. *fol.* recenſet *Catal. Bibl. Francof.* p. 10. *Florentinam* verò 1627. *fol.* memorat *Laſor à Varea* Tom. II. p. 394. c. 2. (*c*) *Auguſta* 1612. librum huic prodiiſſe refert *Elias Du Pin* Tom. IV. Tab. Univ. p. 599. in 8. (*d*) *Le Long* p. 600. (*e*) *Lipen.* Tom. I. p. 551. (*f*) *Kempten en Souabe.* (*g*) *Lipen. Tom. II.* p. 671. (*h*) idem *Tom. I. p. 671.*

ALBIZIUS (*Bartholomæus*) gente Italus, patriâ Piſanus, ex Rivano in Tuſciâ oriundus, Ordinis FF. Minorum, claruit A. 1371. Anno 1399. ad Capitulum generale Ordinis ſui Aſſiſii congregatum profectus, librum ſuum *de Conformitatibus* obtulit, quem concordi omnium ſuffragio probatum retulit, & in laboris præmium integro, quo utebatur olim S. Franciſcus, habitu donatus eſt. Dignum, inquit *Oudinus*, labore Monachali præmium, cui cenſura potius, quàm laus & applauſus iſte communis debebatur. Obiit grandævus in Conventu Piſano die 10. Decembr. anno 1401. Filium habuit, nomine *Humbertum* ſeu *Ubertinum*, Piſtorienſem Epiſcopum, cujus *Comment. in Ariſtotelis Metaphyſica* laudantur inter *Script. Ord. Prædic.* Tom. I. p. 783.

Scripta:

1. Libri VI. *de vita & laudibus B. M. V.* quos alii vocant *Conformitates B. V. M. cum D. N. J. C.* Venetiis 1596. *fol.*

2. *Sermones Quadrageſimales de contemptu mundi*, ſive *de triplici mundo*, A. 1397. compoſiti, *Mediolani* editi apud Uld. Scinzenzeler 1488. in 4. & *Venetiis* 1503. hanc impreſſionem procurante F. *Joh. Maptello* Mediolanenſi.

3. *Sermones* alii *Quadrageſimales*, qui multarum Quæſtionum & Caſuum Conſcientiæ reſolutiones continent, *Lugduni*, apud Sim. Morin, 1519. in 8.

4. *Vita B. Gerardi Laici* A. 1343. defuncti, quam ab *Albizio* A. 1347. compoſitam, penes ſe MS. habuit *Luc. Wadingus.*

5. Opus celebre, inſcriptum, *Conformitates Sti Franciſci cum D. N. Jeſu Chriſto.* Extant impreſſæ *Mediolani*, apud Goth. Ponticum 1510. *fol.* Emendatæ autem & auctæ à *Jerem. Brucchio* Ord. ejuſd. Franciſcani, *Bononiæ*, apud Alb. Benetium 1590. fol.

Contra has *Conformitates* acriter inſurrexit non A. 1513. ſed 1531. *Eraſmus Alberus*, &c. libello Germanico cui tit. *Alcoranus Franciſcanorum*, &c. de quo ſupra, ubi de *Albero* diximus, & plura hîc dicere promiſimus. Ita nimirùm ille loquitur in Admonitione ad Lectorem, quam præ oculis habeo: „ Cum Princeps „ Elector Brandenburgenſis... Viſitatoribus utriuſque „ Civitatis Brandenburgenſis id negotii dediſſet, quo „ ſedulò in hoc ſtudium & curam impenderent, ne „ ſcortationes notæ ac vulgatæ tolerentur, neve impii „ cultus Dei exerceri permittantur, utque omnes „ & Monachi & Sacerdotes Conciones Evangelii, & „ lectiones Verbi Dei frequentarent, quidam è Conſularibus vetuſtiores civitatis Brandenburgenſis aſſumpſerunt una ſecum M. *Joan. Siſridum* Paſtorem ſuum, „ meque ac alios Eccleſiæ Miniſtros. Cumque Cœnobium Franciſcanorum viſitaremus, Principiſque „ Electoris ſeriam voluntatem ipſis denunciaremus, invenimus eos æquè induratos & excæcatos ac ipſos „ Judæos & Turcas, nullo modo perſuaderi poterant, „ ut *Franciſcum* ſuum relinquerent. Etenim in eam „ ſublimitatem *Franciſcum* extulerunt, nimirum in ſedem Luciferi, ut plane de ruinâ nihil foret pertimeſcendum. Sed etſi quid ſit timendum, non minus „ ſe ſpei in Cæſare & Papa habere, quàm Judæi in „ Meſſiâ ſuo, quem fingebant ſine verbo.

„ Erat ex Fratribus, qui dicebat non ſe recuſare, „ quin illicò dedatur Diabolo, ſi non Regula *Franciſci* „ ſit ex Deo. Cui unus ex Senatoribus reſpondit, „ *Non ſic inſanire Satanam, ut ovum jaciat ferendi paſſeris causâ*, hoc eſt, Diabolus non eſt adeo ſtultus, „ ut hunc monachum quamprimùm è medio tollat, „ cùm metuat, ne reliqui Monachi, viſo hoc miraculo,

» lo, errorem ſuum agnoſcant, & convertantur. At cùm ſinit monachos pro voto ipſorum vivere, nec ſpem pretio emit, fit, ut retineat oves ſuas collectas & cuſtoditas intra ovile infernale.

» Invenimus & in Refectorio ipſorum libros quoſdam, (Biblia verò Sacra nuſquam), in quibus inſtant adeo horrenda blaſphemata, ut dici ſatis non poſſit, nec ullus noſtrum meminerat unquam ſe talia audiviſſe, aut fieri etiam potuiſſe, ut tanta inſania & levitas in quemquam hominem caderet, aut etiam quemquam hæc potuiſſe vel excogitare vel credere.

» Collegi verò ex multis Legendis ſupra quingentas particulas, quas ex Latino in Germanicum ſermonem transtuli, ac majorem illarum partem è libro quodam deſcripſi, quem vocant *Librum Conformitatum*, non alio loco habitum ab ipſis, quàm Alcoranus à Turcis. Liber certe juſtæ magnitudinis, ut videri poſſit, quo pacto Satan imperium ſuum in monachos ſubditos ſuos exercuerit, & quod Cœnobia ipſa nihil fuerint aliud, quàm Speluncæ Latronum, ac valles Hinnom. Attamen hic Liber tam pretioſus eſt, ut unuſquiſque Chriſtianus fidem ſuam ex eo confirmare queat. Nec dubito, quin ſi Papiſta ſimplex & non induratus has abominationes legat, non diu Papiſtarum ac Monachorum ſomnia ſit probaturus.

,, Tametſi autem horribiles admodum eſſent hæ Legendæ, quod nomine Domini Dei Noſtri, ſanctæ & individuæ Trinitatis, Mariæ Matris Domini, item omnium Sanctorum ac Angelorum, tam horribiliter abutantur, tamen cùm & ſupra modum ridiculas eſſe viderem, in lucem edendas eſſe putavi. Ac convenit profectò, ut ſummâ animi veneratione Domino Deo noſtro Clementiſſimo Patri gratias agamus, quod in hæc tempora devenimus, in quibus oculos noſtros aperuit, ac pro miſericordiâ ſuâ infinitâ eduxit nos ex profundiſſimâ & teterrimâ caligine Papatûs in lucem & claritatem Evangelii ſui.

,, Chriſtianus, cùm hunc librum legit, exhorreſcat & rideat oportet. Exhorreſcit quidem, propter inſignia illa mendacia ac deteſtandum abuſum nominis divini. At ridet, cùm legit, Satanam tanto artificio ſcire tractare ſuos monachos, ac trahere quò velit......

,, Si miracula, quæ in Alcorano Franciſcanorum deſcripta ſunt, omnia contigiſſent, certè *Franciſcus* una cum fratribus ſuis, non injuriâ Chriſtum & Apoſtolos ſuos provocare poſſit. *Chriſtus* ſemel duntaxat aquam in vinum mutavit; ſed *Franciſcus* ter: *Chriſtus* ſemel transfiguratus eſt, at *Franciſcus* vigeſies; *Chriſtus* breve tempus dolores vulnerum ſuorum ſenſit; *Franciſcus* verò per totum biennium. *Franciſcus* & Fratres ipſius ſupra millenos mortuos in vitam revocârunt, plus mille cæcis viſum reſtituerunt, plus mille diabolos à dæmoniacis ejecerunt: claudos verò homines & pecudes reſtituerunt. Et, ut paucis dicam, *Chriſtus* nihil fecit, quod non item *Franciſcus* fecerit, & longè plura etiam.

,, Itaque & in Alcorano Franciſcanorum ſæpè reperitur, *Franciſcum* Chriſto eſſe ſimilem (*a*). Nam quod ſit ſupra Chriſtum, perquam vellent quidem dicere, ſed diabolus metuit, ne nimium ſe prodat & agnoſci poſſit...... De illo quidem non veretus palam gloriari, quod *Franciſcus* excellat omnes Apoſtolos, omnes Sanctos, & omnes Angelos: ac viciſſim, velusi ſui ipſius oblitus, poſtponit interdum *Franciſcum* Joanni Baptiſtæ, & *Joanni* Evangeliſtæ.

....

,, Quod ſi *Franciſcus* revera quinque vulnerum ſtigmata accepiſſet, certè diaboli operâ & faſcinatione factum fuiſſet. At ego crediderim, à Monachis poſt obitum *Franciſci* eſſe excogitatum in confirmationem & commendationem Ordinis ſui. Sic enim ſolet Lucifer, nec aliter in omnium Monachorum Ordinibus regnat, cujus rei documento & exemplo optimo ſunt Monachi Picaſtri (picam colore veſtitûs referentes) qui ſimile quid auſi ſunt apud Bernenſes, A. D. 1509. ſed malè ceſſit ipſis.

,, Ex his apparet, quantâ diligentia Epiſcopi, quod ſui officii eſt, peregerint, & quam fideliter viſitaverint Eccleſias. De unoquoque ſtulto (ſic enim loquuntur) duplum aut quadruplum ab ipſis parochis recipere, & pro ſingulis infantibus recens natis ſacerdoti ex concubinâ viginti aureos extorquere, hæc eſt ratio viſitandi ſub Papatu, hîc ſtudium & curam ſuam impendent omnem. At ſcire debent Epiſcopi hi Antichriſti, ſe hoc commune habere cum ipſis lenonibus, furibus & latronibus.

Pluribus hic omiſſis paragraphis, ad calcem Admonitionis accedo: *Nolui*, inquit Lutheranus Noſter, *omnes abominationes, mendacia, & ficta miracula, quæ in Alcorano Franciſcanorum erant, recenſere, cùm nimis longum eſſet, & multa ſint.* Concludit precibus, *ut quidquid eſt monachatûs ac hypocryſeôs, vel in Papatu, vel in Turciſmo, vel Judaiſmo, aboleatur nunc & in perpetuum.*

Alberi Admonitionem ſequitur Epiſtola *Martini Lutheri* ad majorem opuſculi commendationem, adverſus *Albizium.*

Confutare autem hunc *Alberi* librum conatus eſt Franciſcanus Belga, nomine *Henr. Sedulius*, qui opuſculum ſuum *Antverpiæ* 1607. *in* 4. edidit, inſcriptum *Apologeticum adverſus Alcoranum Franciſcanorum pro Libro Conformitatum* Libris III. Quàm ineptè *Bartholomæi* opus defenderit *Sedulius*, docebit ex *And. Riveto* doctus *Bælius* in Dict. Crit. verb. *François* d'Aſſiſe.

* De *Albizio* vid. *Wading.* in Annal. Minor. ad A. 1343. n. 33. & in *Bibl. Script.* ejus Ord. p. 48. & ex eo *H. Wharton* Append. ad Caveum p. 49. ad A. 1372. *Oudin.* Tom. III. p. 1175. &c.

(*a*) *Id ipſum obſervavit* Andr. ALCIATUS, *de quo ſuo loco dicemus.*

ALBIZIUS (*Franciſcus*) S. R. E. Cardinalis, gente Italus, nobilis Ceſenas, in Romandiola, Doctor Juris clarus Sec. XVII. ac Cauſarum in patria Patronus, uxore defunctâ, ex quâ plures ſuſceperat filios, relictâ Ceſenâ Romam ſe contulit (*a*). Qui in urbe ob doctrinæ præſtantiam, eodem munere, quo in patria, cum laude aliquandiu functus eſt.

Sacris initiatus, ac Præſulari habitu indutus, Nuncii Apoſtolici primùm Neapolitani, deinde Hiſpanici Auditoris muneri præpoſitus, provincias ſibi commiſſas egregiè adminiſtravit. In Urbem ex Hiſpania reverſus, ac Sti Officii Aſſeſſor declaratus, Cardinali *Ginetto* Germaniæ Legato, magno legationis emolumento, comes atque conſultor datus fuit. Poſt annum ad exercendum Aſſeſſoris officium Romam è Germaniâ revocatus, munus illud tanta fide, ſolertia, ac integritate, (præſertim circa controverſias à famoſo *Janſenii* libro (*b*) exortas) adimplevit, ut INNOCENTIUS X. viri meritis permotus, eum Presbyteris Cardinalibus tit. S. Mariæ in Via adſcripſerit A. 1654. d. 2. Mart. (*c*) ejuſque eruditum nomen in varios Patrum Cœtus, maximo rei publicæ bono & incremento intulerit. Facundas doctaſque ejus ſententias in judicio ſemel prolatas nemo Patrum non approbavit, nemo non ſecutus eſt. Ejus ſententiæ velut oracula ab omnibus excipiebantur; viva eapropter Regula Congregationum, quibus præſederat, appellatus. Præſedit autem nominatim Cœtibus S. Officii, Concilii Tridentini, Interpretum, Immunitatis, Indicis Librorum prohibitorum, & propagandæ fidei. Clarus in utroque Jure, Theologiam, & SS. Patrum doctrinam ad unguem callebat. Conciones ad populum pias & eruditas ſæpiſſimè habebat. Interfuit aliquoties Comitiis Vaticanis, illis videlicet in quibus ſacrâ tiarâ ornati ſunt ALEXANDER VII. CLEMENS IX. & X. ac INNOCENTIUS XI. ſub quo Pontifice grandævus (*d*) & meritis cumulatus obiit d. 5. Oct. A. 1684. SCRIPSIT:

1. *Deciſiones* doctiſſimas, quæ MSS. habentur.

2. Tractatum *de Cardinalium ditione in Eccleſia Titulari.* Romæ 1668 (*e*).

3. Volumen *Concionum* & *Epiſtolarum.*

Aliaque ad Jus utrumque ſpectantia (*f*) inquit *G. J. Eggs* Purp. doctæ *Lib. VI. p.* 428. Quæ ſequuntur præbet *Lexic. Morer.* p. 185. & 186. edit. Baſil.

(*a*) Romam petiiſſe dicunt alii, cùm à nobili quodam vitæ, cujus litem perdiderat, in præmium baculo percuſſus fuiſſet. (*b*) Jeſuitis amicus erat *Albizius.* Ipſe ſub URBANO VIII. Bullam edidit adverſus Janſeniſtas, quibus totâ lite de quinque propoſitionibus durante infenſiſſimus fuit. (*c*) *Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom II. p.* 2345. *in* 8. (*d*) Anno ætat. 91. (*e*) *Du Pin* ubi ſup. (*f*) Vid. *Lipenii* Bibl. Jurid.

ALBIZIUS (*Thomas*) Italus, Ord. Prædic. Sec. XVI. clarus, ex inſigni & perantiqua *Albiziorum* Florentinorum gente oriundus, ſed Cæſenæ natus, ibidemque adoleſcens Ordinem profeſſus, ſcholas apud ſuos diutius rexit, magnamque ſibi pietatis & doctrinæ comparavit famam. Qua excitatus Leo X. eum ad Callienſem in Piceno Eccleſiam ſub metropoli Urbinate promovit anno 1513. Concilio exinde Lateranenſi V. jam antea inchoato affuit, ſponſaque ſua ad annum 1524. diligentiſſime ornata, ſancti otii cupidus eam reliquit, titulo Betbleemitani Epiſcopi accepto, ſeque in cœnobium ſuum nativum recepit, in quo & diem obiit ultimum, & ſepulturam habuit. De quo legendi *Ughellus* Ital. Sac. Tom. II. & *Fontana* in Theatro. Ei aſcribitur à *Rovetta* qui meminit ad A. 1524.

Tractatus de Eccleſiaſtica libertate, quem MS. apud ſodales Cæſenates ſervari ex eo aſſerit *Echard.* in *Scripr. Ord. Prædic.* Tom. II. p. 59.

ALBO Floriacenſis. *Vid.* ABBO.

R. ALBO (*Joſeph*) gente *Hiſpanus*, patria *Sorianus* (*a*), quem divinum Philoſophum appellat *David Ganz*, interfuit diſputationi, quæ inter *Hieronymum à S. Fide* (*b*) & Judæos interceſſit A. 1412. coram *Petro de Luna* Antipapa, dicto *Benedicto XIII.* Hinc & quædam ejus ad *Hieronymi* argumenta reſponſio refertur in narratione illius diſputationis in *Scheveth Jehuda* p. 269. ſeqq. edit. Lat. Cumque Judæi ex hac pugnâ inferiores diſcederent, *Albo* noſter adductus fuit, ut ad confirmandos ſuorum animos ſcriptum contra Chriſtianam Religionem exararet hoc tit.

1. Sephèr Ikkarim *Liber Radicum*, ut *Reuchlinus* & *Geſnerus* verterunt, ſeu juxta *Wolfium* inf. cit. *Liber fundamentorum*, ſive *articulorum fidei Judaïca*, quos ad tria capita revocavit: I. ad Dei exiſtentiam: II. ad Legem Moſaicam quæ ſit à Deo: III. ad præmium & pœnam. Totus Liber dividitur in quatuor *Maamarim* ſeu *Sermones*, aut *Orationes.* In 1o agitur de diverſitate Legum, *Capp.* 26. In 2o diſſeritur de Dei exiſtentia, *Capp.* 37. In 3o declaratur quòd Lex ſit à Deo: Habet *Capp.* itidem 37. In 4o de præmiis & pœnis vitæ imminentis. In toto libro acutum & Philoſophum virum agit, & ita Judæos defendit, ut Chriſtianis minimè parcat. Contra præcipua Chriſtianæ Religionis dogmata acerrimè diſputat; ac potiſſimum in iis confutandis quæ Pontificiis ferè propria ſunt, verſatur: unde, quæ contra Miſſam, Euchariſtiæ Sacramentum, & alia hujuſmodi ad cap. 25. tertii *Maamar* producit, cum alteriùs Rabbini (*Dav. Kimchii*) exceptionibus Latinè exhibuit & ſtrictim confutavit *Gilb. Genebrardus* libro edito cujus tit. *R. Albonis* &c. *Argumenta, quibus nonnullos fidei Chriſtianæ articulos oppugnat*, Pariſiis apud *Martinum* Juvenem, 1566. in 8.

Porrò opus ſuum ſcripſit *Albo* A. 185. C. 1425. obiitque A. 1418. juxta *Bartoloce.* vel 1430. juxta *Wolfium*, quamvis alii, ſed gravi errore, dicant 1390. Primò excuſum fuit *Soncini* in Lombardia A. M. 5246. C. 1486. juxta *Bartoloce.* & *Orland.* vel 247. (*c*) C. 1487. juxta *Wolfium.* Venetiis, *Bomberg.* A. 281. C. 1521. & 304. C. 1544. apud Joh. de Pharì. *Arimini* 1522. in 4. *Theſſalonicenſem* 1521. & *Lublinenſem* 357. C. 1597. 4. vidit *Wolfius* in Bibl. Oppenheim. Adde *Venetam* 384. C. 1624. MS. etiam reperitur Codex in Vatic. ſcriptus A. M. 5229. C. 1469. Papyr. in 4. & in Bibl. Bodl. inter Huntington. n. 304. Librum illum alii Latinè redditum reliquerunt, alii vertendum promiſerunt: ad priores referendus eſt *Matthias Elias*, ceteroquin ignotus, cujus tranſlationem ab illuſtri *Winckelmanno* adſervari teſtatur *Jo. à Lent* Theol. Jud. *p.* 78. comparata cum *p.* 153. *Conr. Graſeri* verſio Latina in ejus Biblioth. cum ceteris MSS. apud filium Thorunienſis Gymnaſii Rectorem delituiſſe teſtatur *Meelfuhrerus* in Acceſſ. ad *Almeloveenii* Biblioth. promiſſam & Lat. *p.* 39. B. *Gabr. Groddeckius*, Profeſſor quondam Gedanenſis inter eos numeratur (*d*), qui verſionem tentarint, ſed minus rectè, cùm ipſe in literis ad Cl. *Anckerſenium* id negarit, rumoriſque originem inde reperierit, quod aliquando plagulas quaſdam verſionis à *B. Scherzero* inceptæ, à ſe correctas amico cuidam oſtenderit. Obſervat hoc V. C. *Bern. Raupachius* in Orat. de utilitate peregrinat. Danicæ *p.* 11. & in not. *p.* 39. ubi præterea monet, *Buxtorfium*, *Hulſium* & *Scherzerum* (quibus addendus *Jo. Andr. Eiſenmengerus* in Judaiſmo detecto paſſim quædam illius libri vertiſſe, nunc verò (loquitur *Wolfius*,) eundem laborem ſub manibus habere Cl. *Matth. Anſgarium*, ſive *Anckerſenium*, Profeſſorem Hafnienſem, qui illius verſionis ſpem fecit in *Spicil. defectûs Lexicorum Rabbinic.* Hafn. 1705. edito *p.* 9. ſicut ante eum Vener. *Jo. Mublius*, Antiſtes Holſatiæ Ducalis, eadem operâ ſit plene perfunctus, quam tamen, ad alia vocatus, ſecundis curis ſubjicere non potuerit. Vener. *Jo. Steenbuchium*, Hebrææ olim Linguæ, dein Theologiæ Profeſſorem Hafnienſem verſionis ſpem feciſſe apparet ex *Nov. Literar. Maris Balth.* 1705. p. 56. quæ cur non fuerit divulgata, ipſe *p.* 291. Examinis Verſionis vernaculæ docet. *Grotius* in Epiſtolis ſuis p. 14. & 111. optat, ut interpretatio quædam extaret. Inter editiones Hebraicas ea eſt varietas, ut V. C. *Jo. Wulferus* ex Lublinenſi, quam diximus, in notis ad *Theriac. Judaic.* p. 126. locum quemdam reſtituat, quem in editione *Veneta* anni 1624. fruſtra requiras. Sed mirum hoc videri non debere ſubjungit *Wolfius*, cùm liber hic ex parte adverſus religionem Chriſtianam, ut ſupra dictum eſt, directus ſit, ut proinde loca in eam injuria vel Inquiſitorum, vel Judæorum ſibi rebuſque ſuis timentium operâ ſint omiſſa; quin & vidiſſe ſe ait Vir Cl. Codices quoſdam editos, in quibus loca ejuſmodi jam excuſa diligenter inducta & deleta erant.

R. *Ghedalia* Ben *Salomonis* Polonus prolixum Commentarium illi adjecit ſub nomine *Etz ſciatùl* (Lignum plantatum) ex Pſal. I. 3. excuſum unà cum ipſo *Albonis* textu *Venetiis* A. M. 5378. C. 1618. (*e*) apud Bragadinos *fol.* Cur autem Commentarium ſuum *Lignum*, ſeu *Arborem plantatam* vocaverit, ipſemet *Ghedalia* hanc rationem reddit. Sicut enim arbor plantata habet radices, ramos & folia; ſic hujuſmodi Commentarii ſunt tanquam radices; Indices locorum Sac. Script. ſunt tanquam rami; & loca, quæ ex *Midraſcim* allegoricis expoſitionibus adducuntur, ſunt tanquam folia: quæ omnia ſimul unita conſtituunt *Arborem plantatam*, hoc eſt viventem & vireſcentem; & ideo totum adjectum *Ghedalia* vocavit *Arborem plantatam.* Addendum quod *Benghemius* in Incun. Typogr. *p.* 6. monet, *Albonis* Arborem plantatam ſeu Librum fundamentorum &c. Hebr. prodiiſſe *Arimini* 1486. in 4. Sed eum Cl. *Wolfio* crediderim, hanc editionem *Ariminenſem* exhibere tantum *Albonis* contextum ſine commentario, qui propriè *Arbor plantata* dicitur, cùm *Jucbaſin* Ariminenſem ſolius libri ſine anno memoret, & ſtatim *Venetam*, quæ comment. additum habet, ſubjungat.

Scripſit item Rabbinus noſter vernaculâ linguâ (h. e. Hiſpanicâ)

2. *Elenchticum contra* Hagmon, (*Epiſcopum* ſeu *Cardinalem*, vel, ut *Wolfius* habet, *Pontificem*) ſcilicet adverſus

adverſus *Petrum de Luna*, quum promulgaſſet Pſeudobullam contra Judæos, qui Antipapæ obedientiam negaverunt, electo in Concilio Conſtantienſi MARTINO V. cui librum ſuum obtuliſſe *Albonem* ſuſpicatur *Bartoloccius*.

Sic & *Juchasin* eidem vindicat librum alium cui tit. ex Hebræo Latinè ſonat:

3. *Centum folia*, quo itidem de articulis fidei commentatus ſit, procul dubio ex fide *Schalſcheleth*.

Chriſtiani quoque *Albonem* laudarunt: ſic *Andr. Maſius* in Indice Auctorum Judaic. ſubjuncto Comment. in Joſuam, *doctum* vocat *librum* Ikkarim, & *ex media Philoſophia ſcriptum*. Quin & *Hugoni Grotio* ad Matth. V. 20. *acerrimi judicii Judæus* audit. Verùm omnem hanc laudem inſigni animi malignitate detriviſſe ac deturpaſſe exiſtimat Cl. *Wolfius* Tom. I. n. 862. p. 505. Vid. & de illo *Bartolocc.* P. III. p. 776. & 796. ac P. IV. p. 500. ex *Buxtorf.* Synag. Judaicæ cap. 1. *Eruditum Judæum* vocat *Rich. Simon.* Hiſt. Crit. V. T. *Lib. I. cap. X. p. m.* 59. ubi refutat *Albonis* argumenta ad probandum, legem Judæorum nunquam corruptam fuiſſe.

(a) *Soria* urbs Caſtellæ veteris. (b) Rabbinus iſte ex Judæo Chriſtianus, antea vocabatur *Jehoſcīva* ſeu *Joſuas Halorki*. (c) Orlandi *Origine e progreſſi della Stampa* p. 197. Ita *Lipen.* Tom. II. p. 141. (d) Vid *Nov. Liter. Maris Balth.* Febr. 1700. p. 37. (e) *Lipen.* cit. habet 1812.

de ALBOLAPIDE. Vid. ALBERTUS.

ALBONIUS ſive ALBOINUS (*Aubonin*) Autor Seculi XII. de quo ita *Matth. Flacius* in Catal. Teſtium verit. contra Papam *pag.* 601. „ In fragmentis „ *Aventini* invenio *Alboinum* quemdam, admodum „ doctum virum, qui ante 400. annos (*a*) vixit, „ defendiſſe *Conjugium Sacerdotum.*" Extant nimirum ejus *Alboini*

Epiſtolæ II. *de Conjugio Sacerdotum per Hildebrandum damnato*. Hanov. 1611. 4. (*b*)

(*a*) h. e. circa A. 1150. nam ſcribebat *Illyricus* circa A. 1550.
(*b*) *Lipen.* Tom. II. p. 698.

ALBORNOZ (*Ægidius Carillo de*) quem *Albernotium* vocat *Eggſius*, claruit Sec. XIV. Is genere Hiſpanus, patria Conchenſis, Sabinenſis Epiſcopus fuit, Toletanus Archiepiſcopus, S. R. E. Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus &c. Natus eſt ex parentibus nobiliſſimis *Garſia Alvaro Albornozio* ac *Thereſia de Luna*. Toloſæ literas edoctus, ubi Juri operam dedit, in patriam revocatus eſt, ac nactus ALPHONSI XI. Caſtellæ Regis familiaritatem, apud eum tantâ gratiâ & authoritate valuit, ut ab eo ad Toletanas infulas vocatus fuerit: quo Rege defuncto, & *Petro* ejus filio, cognomento *Crudelis*, ſuccedente, quæſitâ occaſione ad CLEMENTEM VI. P. M. Avenione degentem ſe contulit, à quo ſummo honore exceptus, Presbyteris Cardd. tit. S. Clementis adſcriptus eſt. Mortuo *Clemente*, INNOCENTIUS VI. *Ægidium* Sabinenſem Epiſcopum nominavit, quem *fortem opere & ſermone virum* (ut Summus ipſe Pontifex locutus eſt) in Italiam ſummâ poteſtate inſtructum delegavit, ubi quatuordecim annis ſummæ rerum præfuit, tam armis adverſus tyrannos, quàm conſilio erga cives adminiſtrato optimè imperio. Variis poſthac Legationibus functus, Bononiæ celebre Collegium pro 31. ſtudioſis condi curavit, eandemque urbem multis aliis, iiſque maximis beneficiis affecit. Viterbii vir magnus obiit die 24. Aug. A. 1367.

Inter ejus plenæ frugis & prudentiæ alia opera, formatæ ab eo Conſtitutiones, quas *Ægidianas* inde vocant, pro Piceni, & aliorum tractuum Pontificiæ ditionis rectâ adminiſtratione, optimo jure laudantur. Libri titulum in MS. Cod. Altempſianæ Bibliothecæ hunc ſe legiſſe teſtatur *Nic. Antonius*:

1. *Conſtitutiones edita per Rev. in Chriſto P. ac Du. D. Ægidium Sabinenſem Epiſc.* &c. *ac in terris in Italia conſiſtentibus citra regnum Siciliæ Vicarium in temporalibus generalem, in generali Parlamento dictarum terrarum celebrato in civitate Fani, & per ipſum Parlamentum recepta, currentibus anno Nativ. Dom. MCCCLXII. indict. X. die ult. Apr. 2. & 3. Maii, Pontificatûs Dn. Innocentii Papa VI. anno quinto.* Incipiunt: *Volentes, ſicut nobis commiſit* &c. Editæ ſunt cum additionibus Carpenſibus & gloſſis *Gaſp. Cavallini* Venetiis 1568. & 1571.

2. Scripſit præterea *Inſtitutiones quaſdam*, quarum pervetuſtum exemplar in membranis inter antiqua civium ſuorum monumenta ſe legiſſe fatetur *Julius Roſcius Hortinus* in Elogiis militaribus.

3. Alias quoque edidiſſe *Conſtitutiones*, cùm Vicarius eſſet regni Siciliæ circa Pharum, Neapolitani ſcilicet, JOANNÆ Reginæ tempore, quæ in Bibliotheca Card. *Sirleti* olim viſerentur, docet *Nomenclator Cardd.*

4. In nova autem Bibl. MS. *Phil. Labbeus* edidit *Epiſtolam* quamdam *Ambaldo* Epiſc. Tuſculanenſi directam, quam ſcribit ei Archiepiſcopus Toletanus (qui noſter *Ægidius* eſt) de victoria Regum Caſtellæ & Portugalliæ adverſus Sarracenos juxta fretum reportata, & reperitur Chronico cuidam Rothomagenſi inſerta.

* Vid. *Nic. Antonii* Bibl. vet. *Tom. II.* p. 112. n. 295. & ſeqq. Qui plura velit adeat *G. J. Eggs*, Purp. doctæ *Lib. II. p.* 371. De eo item *Baldaſſarri* Vite di Perſonaggi illuſtri *p.* 124. Ejus Vitam teneo Gallicè ſcriptam ab Equite *de Leſcale*, hoc tit. editam: *La Vertu reſuſcitée, ou la Vie du Card. Albornoz ſurnommé Pere de l'Egliſe* &c. Hiſtoria paralella Cardd. *Albornozii* & *Armandi Richelii*. Pariſiis, apud Touſſaint Du Bray, 1629. in 8.

ALBORNOZ (*Gundiſalvus Fuentes de*) Hiſpanus, Societatis Jeſu Presbyter, librum ſcripſit Sec. XVI. vel ſequenti hujus argumenti & inſcriptionis:

Padece el daño quien le haze, de que ſola fue libre la Immaculada Virgen &c. Advertimiento en los tres eſtados de la Republica Chriſtiana, Juſtitia original, Nataraleza, y Gracia. Extat MS. in Collegio Societatis Complutenſi, teſte *Petro de Alva* in *Militia Conceptionis*, apud *Nic. Anton.* Tom. I. p. 425.

ALBOUNI (*Aboul Abbas Ahmed* Ben *Ali* Ben *Joſef*,) genere Coraiſchita, Malecitas ſectabatur. Vir apud Muſulmanos pietate inſignis habetur: Pia ſcripſit opera plurima, verùm à re ſæpè aberravit, ſuperſtitioni ſe tradens. Præcipua ejus opera ſunt

1. *Schams al Maaref*, &c. In Myſteria literarum Alphabeti Arabici.

2. *Scharh Eſma al-Hoſna*: Explicatio nominum Dei.

3. *Lathaif al-Eſcharat*: Arguta dicta in ſignificationem literarum & verborum.

4. *Aſrar al-Alzovar*: In Taliſmata.

5. *Lamaab al nouraniah fi aourad al rabbaniah*: Radii lucis in preces quæ certo numero in honorem Dei dicuntur. Extat opus iſtud in Bibliotheca Regis Galliæ, *num.* 687. Nominatur iſte ſcriptor à quibuſdam *Mohieddin*, ab aliis *Takieddin*, titulo *Mocri*, quo deſignatur Lector Alcorani, inſignitus. Plures hujus generis viri Mahometanorum templa habitant, quibus, ad perpetuam ibi Alcorani lectionem, annui aſſignantur redditus.

* *D'Herbelot* Bibl. Orient. p. 84.

ALBRECHTUS (*Bernardus*) Georgii de quo infra Pater, natione Germanus, Lutheranus, vir præclaræ eruditionis, primùm Pleuhofii in Palatinatu Nauburgenſi, deinde in Imperiali Vindelicorum Auguſta Paſtor celebris, ſacrique Ordinis Evangelici Senior, obiit A. 1636. variis iiſdemque illuſtriſſimis ſcriptis poſteritati commendandus.

SCRIPTA Germanica:

1. *Theſaurus precum pro domo & Eccleſia.* Hamb. 1623. in 24. Norimb. 1627. & 1647. in 18. & in 24. Lipſ. 1635. in 24. & 1662.

2. *De Tonitru & Tempeſtatibus.* Lipſ. 1623. 8. *Au-*

guſtæ 1633. in 4.

3. *Tract. de die Judicii*, ſeu *Tuba noviſſima.* Ibid. 1624. in 8 *Nordlingæ* 1645. *Norimb.* 1652. & 1670. in 4. Alii filio *Georgio* tribuunt.

4. *Medicina Spiritualis adverſus Peſtem.* Auguſtæ 1628. in 8.

5. *Chriſtiana Inſtructio pro agonizantibus.* Ibid. eod. anno.

6. *Doctrina de Magia & Veneficio.* Lipſ. 1628. 4. & 1632. in 8.

7. *De Baptiſmo Chriſtiano.* Ibid. 1629.

8. *De Αὐτοχειρίᾳ*, Ibid. eod. anno in 4.

9. *De Melancholia.* Oettingen 1631. Auguſtæ 1634. in 8.

10. *Praſtans Artifex*, & *Conciones aliquot miſcellanea.* Lipſ. 1634. in 4.

* Conf. *Witten* inſ. cit. *Fabricii* Hiſt. Bibl. Fabric. P. V. p. 120. *Lipen.* Bibl. Theol. *Elias Du Pin* Tab. Univerſ. Tom. IV. p. 674.

ALBRECHTUS (*Georgius*) Natione itidem Germanus, Theologus celeberrimus, Paſtor & Superintendens Nerolingenſium meritiſſimus, natus eſt Pilenhofi in Palatinatu Neoburgico d. 1. Aug. A. 1601. patre Rev. Viro *Bernardo* mox laudato, matre *Juditha* Viri æquè laudatiſſimi, & Miniſterii ibidem Antiſtitis venerandi, *M. Caſp. Santeri* filiâ. Pueritiam & adoleſcentiam diſcendis literis in Gymnaſio *Annæo* tribuit. Cumque ſex annis ſtrenuè in eo ſudaſſet, receptus eſt tanquam *Convictor*, in Collegium Auguſtanum, ſed antequam regias adiret ſcholas, Orationem valedictoriam *de probo ſcholaſtico*, in multorum doctiſſimorum hominum præſentia recitavit, & omnium in ſui admirationem ora convertit. A. 1619. XIII. Idus Sept. Baccalaureatum in illuſtri Tubingenſium Athenæo ſuſcepit, & inter LII. Competitores ſecundum, ac denuò primum, inter XIII. Magiſterii Candidatos, locum, biennio poſt obtinuit. Mox ad SS. Theologiæ ſtudium omnes ingenii vires applicuit, & iſto quidem ſucceſſu, ut quatuor vicibus, *de arduis religionis noſtræ* (Lutheranam intellige) *controverſiis*, in publica eruditorum luce diſſerere, ſubtileſque adverſariorum ſtrophas ſolvere dexterrimè potuerit. A. 1624. Argentoratum commigravit, ubi in homileticis aliiſque ſtudiis ſe porrò exercuit. Eodem autem anno, ab Ampliſſimo Senatu Auguſtano, ad munus Eccleſiaſticum ſubeundum accerſitus eſt. Hujus igitur Eccleſiæ Diaconus conſtitutus, Antagoniſtam illicò nactus Monachum quemdam *Euſtachium Mair*, qui in Beatum Noſtrum, tum adhuc juvenem & imberbem, mirum in modum debacchatus eſt. Verùm huic nobiliſſimi Urbis Proceres ſilentium impoſuerunt. A. 1629. die 8. Aug. durum ingruebat Eccleſiæ Auguſtanæ Præconibus fatum, quo omnes atque ſinguli, quos inter ὁ μακαρίτης Noſter quoque fuit, per Cæſareos, à ſacra ſua ſtatione munereque Eccleſiaſtico deturbari, & in exilium abire miſerè coacti ſunt. Altero verò, & quod paululum excedit, anno, præter ſpem à Præluſtribus Limburgenſium Dominis, ad ἐπισκοπὴν Gaildorfenſem ſuſcipiendam invitatur, cui Eccleſiæ per decennium ſummâ vigilantiâ, & incredibili fide præfuit. Defuncto verò egregio Viro *Jacobo Herrenſchmidio*, Nordlingenſium Superintendente meritiſſimo, ut eidem ſuccederet, A. 1641. die 1. April. honeſtè invitatus fuit. Deceſſum verò à ſuis Gaildorfenſibus ægrè admodum obtinuit, qui eum ad extremum vitæ halitum ſuis deſtinarant commodis. Singularem ſanè meretur laudem, quod integro viginti duorum annorum ſpatio, quo Eccleſiis ſuam addixit operam, 2712. homilias, & Nordlingæ quidem 707. habuerit. Nullum ferè tempus ſine lectione, meditatione ac ſcriptione tranſmiſit. Quin & arte didactica excelluit, ut cæteras ejus animi dotes ſileam. Uxorem duxit *Jacobinam*, integerrimi civis *Chriſtophori Meieri* filiam; ex quâ liberos XV. ſuſcepit, filios nimirum *novem*, filias *ſex*. Nono ante obitum die, Confeſſionem ſuam intrepidè atque luculenter edidit. Præcipuum erat, quod omnia illa, quæ hactenùs ore & calamo docuerat, indubitatò, vera & orthodoxa eſſe crederet, & in illâ divinâ veritate, per Sanctiſſimi ſpiritûs gratiam, ad extremum uſque vitæ exitum perſeveraturum, bono animo confideret. Qui obitus Viro optimo obtigit die 21. Nov. A. 1647. ætat. ſuæ 46. menſ. 3. & dimidio. Demortui manibus parentarunt, Germanicis Concionibus, Nordlingæ Dn. *Georgius Hauffen*, hujus Eccleſiæ Archidiaconus, & Conſiſtorii Aſſeſſor (cujus Oratio ex Dan. XII. 3. Latinè habetur apud *Henn. Witten* Dec. V. p. 663.) Limburgi verò *Joh. Mair*, ex Evang. Dom. Sexageſ. quæ in volumine Concionum Miſcellanearum à Beati Noſtri filio, collecto, reperitur.

SCRIPTA Germanica & Latina:

1. *Pfingſt und Sonnen-Wunder.* Ulmæ 1628. in 4.

2. *Bibliſcher Buß-Altar.* Tubing. 1629. in 8.

3. *Paſſion-uhrlein, darinnen gezeiget wird, wie ein andächtiger Chriſt die Paſſion ſeines lieben Erlöſers, in den 12. Tagſtunden betrachten ſolle.* Norimb. 1631. in 8.

4. *Handerwercks-Zunfft.* Lipſ. eod. anno in 4.

5. *Zween Limburgiſche Schencken, das iſt, Leich- und Huldigungs-Predigten.* Oetting. eod. anno in 4.

6. *Geiſtliche Kirchenweihe, beyder* Ordination *Herren* M. Joh. Kartnen. *Auguſt.* 1632. in 4.

7. *Geildorfiſche Kirchenfolg.* Nordling. 1633. in 4.

8. *Ænigma geminum nuptiale.* Ibid. eod. an. in 4. *Lat.*

9. *Anti-Bellarminus Biblicus*: Partes II. Ibid. anno & forma iiſd. *Lat.* Hoc inprimis libro claruit *Albrechtus*, adverſus Card. *Bellarmini* Controverſias ſcripto. Licèt opus integrum aggredi ſuſcepiſſet, videtur tamen Adverſarium tantùm quoad Sacræ Scripturæ intelligentiam impugnaſſe; ideoque hunc titulum poſuiſſe; ut docet *Adr. Baillet* in Judic. Erudit. *Tom. VII. p.* 45. in 4.

10. *Bibliſches* A. B. C. *und nahmen-Büchlein.* Ibid. 1634. 1641. & ſæpius in 8.

11. Contrafei *des jungen* Timothei. Ibid. 1636. in 4.

12. *Gottes Wunder-Wagen.* Ibid. 1637. in 4.

13. *Fluch* A. B. C. *oder Bericht von dem Gotteslâſtern, da alle fluche nach dem* a. b. c. *erzeblet und erörtert werden.* Halæ, 1638. in 8. & 1641. in 12. ut & *Arnſtad.* 1646.

14. *Schreiber Lob.* Ibid. 1640. in 4.

15. *Judaus converſus & Baptizatus*: Ibid. 1641. & 1646. in 4. *Lat.*

16. Vale Gaildorfenſe *oder Letz-Predigt*: Nordl. 1641. in 4.

17. Gaudium ſuper omne gaudium, *der Articul vom ewigem Leben in 75. Predigten erklâret.* Halæ 1641. in 4. & 1645. 8. atque *Onoltsbach.* 1650. in 4.

18. Trias Magnalium: 1. Gaudete *Pfingſt-Predigt*: 2. Jubilate, *von der Augſpurgiſchen* Confeſſion: 3. Salvere, *Nordlingiſche Ampts-Predigt.* Nordling. 1641. in 4.

19. *Rechenbanck* ex Evangel. Dom. IX. poſt Trinit. *Ibid.* 1641. in 4.

20. *Himmels-Riegel in IV. Predigten, warumb Gott den Himmel verſchloſſen und den frieden nicht gegeben*: Ibid. 1641. & Norib. 1646. in 12.

21. *Nordlingiſche Neujahrs-Pfenning oder Neujahrs Pred.* Ibid. 1642. in 4.

22. Væ nobis, *der Articul von der Höllen in* 39. *Predigten.* Nordl. 1642. 1648. Ulmæ, 1654. in 4.

23. *Beicht-Spiegel*: Halæ 1642. Norib. 1671. in 8. Onoltsbach. 1650. in 12.

24. Calendarium Chriſtianum perpetuum, *immer wehrender geiſtlicher Haus-und Kirchen-Calender, nebenſt der geiſtlichen* Practica. Nordling. 1643. in 4.

25. *Nordlingiſche Jahrs-Cron, auß den Pſalmen Davids,* Hal. 1643. in 4.

26, *Nord-*

26. *Nordlingiſcher Chriſt-Gräntzlein, auß dem Evang.* Luc. 2. Ibid. eod. anno in 4.

27. *Dulce-amarum, de vitâ & Morte in 57. Predigten.* Nordling. 1643. Ulm. 1648. Norib. 1650. 1661. in 4.

28. Spital-Predigt, bey der *Præſentation M. Sebaſt. Wnſten.* Ulm. 1644. in 4.

29. *Catechiſmus-Hand.* Halæ 1644. in 4. Norib. 1646. in 12.

30. Phyſiologia Chriſtiana *oder die 5. Sinnen des Menſchen* per Catechiſmum. *Ulmæ* 1645. in 8.

31. *Oſtiduum Chriſtianum*, neve *Jahrs-Predigt.* Ibid. 1645. in 4.

32. *Tuba noviſſima* &c. quam alii *Bernardo* patri tribuunt, de quo ſupra.

33. *Surgite mortui* : Tract. *De Reſurrectione mortuorum in 38. Predigten.* Ulmæ 1645. & 1669. Ibid. vel Aug. Vind. in 4.

34. *Drey Nördlingiſche Kriegs-Predigten 1. Zuchtruthen 2. Ranbtanff 3. Ernd Eſſig.* Nordl. 1645. in 4.

35. *Nordlingiſcher Klag-Buß-Bett-und Faſtag.* Ibid. eod. anno & forma.

36. *Buß-Spiegel, oder, das Buß-Gebett Manaſſe in 29. Predigten* : Ibid. 1646. Norib. 1671. in 8.

37. Lithania *Erklärung des gemeinen Kirchen-Gebetts, die Lytaney genandt in 59. Predigten vorgetragen.* Ulm. 1647. & Francof. 1655. 1670. in 4.

38. *Nordlingiſches Danck-und Bett-Opffer, das iſt, Ernd-Predigt.* Nordl. 1646. in 4.

39. Κοιμητήριον Chriſtianum, *Leich-Predigt D. Jacob Kyllingers* ex Eſaia 26. v. ult. *Ibid.* eod. anno & forma.

40. *Hierarchia Politica* &c. *in 51. Predigt.* Nordl. 1647. Ulm. 1654. 1657. Francof. 1670. in 4. *Germ.*

41. *Hierarchia Eccleſiaſtica* &c. *in 35. Predigten.* Colon. vel Ulm. 1648. 1654. & 1662. in 4.

42. *Hierarchia Oeconomica* &c. *in 75. Pred.* Nordl. 1649. in 4. Nurimberg. 1657. & 1671.

43. *Conciones in Paſſionem Domini.* Ulmæ 1650. Hamb. 1664. in 4. *Germ.*

44. *Selige Sterb-Kunſt, in 12. Predigt.* Nordling. 1649. in 8.

45. Oratio Dominica *in 38. Pred. erkläret.* Ulm. 1549. 1657. in 4.

46. Volumen Concionum Miſcellanearum, *oder 52. underſchiedliche Predigten.* Ulm. 1653. & Norib. 1667. in 4.

47. Cœna Dominica, *vom H. Abendmahl 59. Pred.* Norib. 1656. in 4.

48. Idea Pœnitentis & Confitentis, *von der Buſſe und Beicht in 57. Predigt.* Norib. 1656. 1663. in 4.

49. *Geiſtlicher Evangeliſcher Schatz-Kammer, uber alle Feſt-Evangelia.* Francof. 1662. 1664. & 1666. in 4.

50. *Geiſtlicher Evangeliſcher Schatz-Kammer, über alle Sontagt-Evangelia 10. 12. und wol mehr Predigten.* Ulm. 1664. 1670. fol.

51. *Phœnix Germanicus, vel Poſtilla Symbol. in Scriptur.* Ulmæ 1669. Francof. 1670. in 4. *Germ.*

52. *Alphabetum Maledict. vel Inſtructio Chriſt. contra Juramenta & Blaſphemias.* Onoltzbach. 1640. Helbron. 1656. & Zwichau 1663. in 12.

53. *Speculum Confeſſionis.* Hall. 1643. Onoltzbach. 1646. Ulmæ 1671.

54. *Speculum Pœnitentiæ.* Norimb. 1646.

55. *Altare Pœnitentiæ.* Auguſt. Vindelicorum 1671.

56. *De quinque ſenſibus hominis.* Ulmæ.

57. *Tres Throni Dei, vel Throni Gratiæ, Juſtitiæ & Majeſtatis Dei.* Aug. Vind. 1658.

* Conf. *Witten* ſup. cit. *Lipen.* Tom. I. & II. *Du Pin* Tab. Univerſ. *Tom. IV. p.* 671. &c.

ALBRECHTUS (*Joannes*) Germanus, Lutheranus, claruit A. 1666. quo à ſe collectas edidit.

Varias Lectiones Syriacas IV. Evangeliſtarum. Jenæ in 8.

* Vid. *Le Long* p. 100. & 464.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

ALBRECHTUS (*Joannes Chriſtianus*) Germanus, Luther. edidit, teſte *Le Long* p. 601.

Diſſertationem de Plagio gentili ex Veteri Teſtamento. Lipſiæ 1704. in 4.

ALBRECHTUS (*Joan. Frider.*) Germanus, patriâ Lubecenſis, Lutheranus, de quo ita *Henr. von Seelen* in Athen. Lubec. *P. I. p.* 268.

„ Defendit in Colloquio Theologico D. G. *Henr.* „ *Goetzii*, Præſulis noſtri ſummè venerandi, *Quæſtio-* „ *num è Theologia Caſuali exceptarum Specimen*, ex „ quo Specimine copioſa excerpta leguntur in *Nov.* „ *Liter. Maris Balth.* 1707. p. 228. ſeqq. Electus „ A. 1718. d. 3. Nov. Symmyſta Jacobæus, ejuſd. „ *Goetzii* Exercitationem Theologicam in illud Lu- „ theri : *Peſtis eram vivus, moriens ero mors tua Pa-* „ *pa* ! d. 10. Nov. pro ſacris Ordinationis Eccleſiaſ- „ ticæ ritè capeſſendis initiatus eſt.

ALBRECHTUS (*Joannes Jac.*) natione Germanus, Præceptor Leutkirchenſis (*a*) cujus librum recenſet Cl. *Wolfius* Bibl. Hebr. *P. II. p.* 543. hoc tit.

Biblia in Nuce (lingua German.) *ubi hymnis 56. ſecundùm notos alioquin modulos cantandis, ſumma ſingulorum capitum Sacri Codicis, ita ut ſingulis ſinguli verſus reſpondeant, comprehenditur.* Lindav. 1705. in 12.

(*a*) *Leutkirka* urbs Sueviæ Imperialis.

ALBRECHTUS (*Laurentius*) ſcripſit labente Sec. XVI. librum à *Lipenio* memoratum ſub nomine *Zwinglii*, hoc tit.

Treve Warnung an die Stadt Worms, Speyer, Landaw, und andere Stadte, ſo den Zwingliſchen Orths-halben verwandt, ſich für ihren Irrthumb zu hüten. 1596. in 4.

ALBRENETHY. Vid. ABRENETHY.

ALBRIZI vel ALBRITIUS (*Aloyſius* ſeu *Ludovicus*) Italus, Placentinus, Jeſuita, Societatem intravit A. 1594. ætat. 15. Concionibus ſuis tota Italia celebris fuit, in qua primas diu partes dicendi obtinuit. Concionator Pontificius ab URBANO VIII. electus, & ab INNOCENTIO X. confirmatus eſt. Bononienſe Collegium & Germanicum Romæ aliquando rexit. Obiit vir pius & eruditus die 27. Mart. An. 1655.

Ex eo habentur *Orationes* aliquot : *Quadrageſimale*, *Conciones* habitæ in Palatio Pontificio ; & *Panegyrici Sacri.* * De eo *Alegamb.* p. 306. *Baldaſſarri* Vite de Perſonaggi illuſtri *p.* 273. *Lipen.* Tom. I. p. 365. ubi reperio *Opus tripartitum Concionum* Voll. II. *Moguntiæ* editum 1669. in 4.

ALBUINUS quidam Sec. X. cujus *Epiſtolam ad* Heribertum *Colonienſem Archiepiſcopum* anni circiter 1000. ex MS. Codice Canonicorum Regularium Tungrenſium ediderunt *Vet. Script. & Monum.* Collectores, *Tom. I. p.* 360. quâ ſcilicet mittit excerpta ex Scripturis de diverſis virtutibus exempla, horum lecturam plurimùm commendans : *Pro certo*, ait, *ſcitote omnes quod nullus libellus citius vos deducet ad cæleſtes theſauros quàm iſte, ſi ſæpius eum curetis recitare* &c.

Hujus libri Prologus ad *Arnoldum* Pariſienſem Canonicum, & ſuum fideliſſimum amicum, extat ex MS. Bigotiano editus in *Theſ. novo Anecdot.* Tom. I. p. 668. Princ. ALBUINUS *Presbyter indignus, non in facto portans nomen Eremitæ, ſed tantummodò ſolo nomine* &c.

ALBUPHARAGIUS. Vid. ABULPHARAGIUS.

de ALBUQUERQUE. Vid. BERNARDUS.

ALBUS (*Henricus*) Vid. ALBI.

Plures ſub tit. *le* BLANC quod nomen Gallicum eſt.

ALBUTIUS vel ALBUCI (*Aurelius*) Italus, Mediolanenſis, clarus A. 1540. cujus memorat *Longus* p. 601.

1. *Jobi Poëta Lib. I.* Konigius verò apud *Moreri.*

2. *Inſtructiones Chriſtianæ Lib. III.* Venetiis 1534. in 8.

ALBUTIUS (*Paulus*) Ejus extat *Epiſtola ad Societatem Jeſu* A. 1611. data, in qua de rebus graviſſimis, & lectu digniſſimis agitur, de nimia Pontificia poteſtate, de Conjugio Clericorum. Initio laudantur Jeſuitæ ab opera quam præſtant in reducendis ſtudiis literarum, & pietate ac bonis moribus in aliorum mentibus implantandis. *Joh. Fabricius* (*a*) eum ſuſpicatur eſſe Lutheranum.

(*a*) *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. IV. p. 269.

ALCALA & HERRERA (*Alphonſus de*) Luſitanus, Ulyſſiponenſis, natus 12. Sept. 1599. obiit 21. Nov. 1682. cujus extant

1. *Viridarium Anagrammaticum, floribus Luſitanis, Caſtellana & Latinis conſtans*, 683. anagrammata complectens. Ulyſſipone, 1654.

2. *Pſalterium quadruplex Anagrammaticum, Angelicum, Immaculatum, Marianum, Deiparæ dicatum*, 60. Anagrammata Latina complectens. *Ibid.* 1664.

* *Morerius* ex Mem. Portugalliæ.

Ejus meminit *Nic. Antonius* Tom. I. p. 7. his verbis

,, *Alphonſus de Alcala*, neſcio quis, laudatur quaſi
,, Autor operis ita nuncupati:
,, *Jardin Anagrammatico.*

ALCALA (*Jaimus* ſeu *Jacobus de*) Hiſpanus, Ordinis Minorum Provinciæ Aragoniæ, ſcripſit teſte *Nic. Antonio* Tom. I. p. 468.

1. *Cavalleria Chriſtiana*, h. e. *Inſtitutiones militiæ ſpiritualis.* Compluti apud Jo. de Villanova 1590. in 8. Attribuit nec non ei *Waddingus* librum alterum Latinâ hâc inſcriptione deſignatum, ſed ignoratur an Latinum.

2. *Interaam Minoræ, & Expoſitionem Bullæ Eugenianæ.*

ALCALA (*Petrus de*) Dominicanus, Hiſpanus Bæticus, *Granata* nobili loco natus, ibidem Ordinem amplexatus eſt adoleſcens. Peracto ſtudiorum curriculo ætatis 25. ſalutis animarum procurandæ deſiderio ductus, novo Miſſionariorum ſupplemento, quod ad Inſulas Philippinas inſtruebatur, adjungi petiit & obtinuit. Itaque cum aliis triginta & octo ſodalibus Hiſpania ſolvens, Manilam appulit ſub finem Auguſti 1666. ibique quatuordecim annis circiter egit neophytis in fide confirmandis, ac Indis adhuc infidelibus ad Chriſtum adducendis ſedulam navans operam. Tum verò quod in votis potiſſimum habebat, in Sinenſe regnum miſſus eſt, ac in ea excolenda Domini vinea indefatigabilis operarius viginti ſex annis ſolidis laboravit. Quæ præclare geſſit, quæ dura pertulit, jam quidam ex Ordinis hagiographis recenſuerunt, diſtinctiuſque legi ſpem facit *Echardus*, ubi Tomus tertius Hiſtoriæ ſuæ Philippinarum prodierit: id nobis cum illo dicere ſufficiat, tantam ſibi auctoritatem conciliaſſe apud omnes, ut Miſſionariorum ſodalium in eo regno Præſes & Vice-Provincialis inſtitutus fuerit per triennium, tum ab *Innocentio XII.* in provincia *Chekiang* datus Apoſtolicus Vicarius, ſed & de eo ad Inſulas evehendo deliberaverat inſignis Cardinalis *Turnonius* Clementis XI. in Sinarum imperio de latere Legatus, ad quem cùm pergeret, ſtatûs earum Eccleſiarum rationem redditurus, firmo tamen cum propoſito ordinem Epiſcopalem conſtanter reſpuendi, morbo ex itinere contracto interceptus in urbe *Lanki* ſummo omnium deſiderio piiſſimam Deo reddidit animam 24. Sept. 1706. ætatis LXV. De quo interim legeſis *Apologie des Dominicains* cap. 24. *Année Dominic.* Tom. II. Sept. pag. 812. & *Hiſtor. Philipp.* Tom. II. p. 2. cap. ult. Ejus habentur Hiſpanicè ſcriptæ

1. *Epiſtola ad Proſperum Intorcetta S. J.* Lanki 31. Martii 1680 data.

2. *Epiſtola ad R. P. F. Salvatorem à S. Thoma FF. Prædicatorum in regno Sinarum Vice-Provincialem*, Lanki 20. Decemb. 1691. data, quâ lenium prioris ad P. *Intorcetta* perverse & contra mentem ſuam acceptum ab auctore libri cui titulus: *Defenſe des nouveaux Chrétiens & des Miſſionaires de la Chine, du Japon & des Indes* ſeriò contendit, ſibique imponi declarat, cùm cultui *Conſutii* avorum & mortuorum apud Sinas uſitato, aliquando faviſſe dicitur; quem contra cum aliis ſui Ordinis Miſſionariis ſemper exhorruerit ut impium & ſacrilegum, nec unquam Chriſtianis ſuis permiſerit. Exemplar utriuſque Hiſpanum MS. extat in Archivo Ordinis. Gallice verſum videſis citata *Dominic. Apolog.* Quin verò plures aliæ Mantlæ apud noſtros (inquit *Echardus*) meritò ſervandæ & aliquando edendæ habeantur, vel etiam quædam ejus opuſcula, nullus dubito. * *Script. Ordin. Prædic.* Tom. II. p. 770.

Extat cujuſdam *Petri de Alcala* Lexicon Arabico-Hiſpanum Granatenſe MS. in Bibl. Cæſ. Vindob. à *Reimmanno* (*a*) recenſitum in Catal. Codd. MSS. quos huic Bibliothecæ legavit V. Cl. *Sebaſt. Tengnagelius*, ab eo in ordinem alphabeticum redactum *in fol.*

(*a*) *Reimmanni* Bibl. Acroamat. ſeu Epitome *Lambecii*, Lib. I. p. 86.

ALCALA (*Petræ de*) Hiſpanus item, & Ord. Prædic. facundiâ & doctrinâ clarus A. 1713. in Hiſpaniæ Provincia Bætica, eodem anno edidit *Gadibus* (vulgò *Cadix*) quem pronunciaverat.

Sermon en honras del SS. Roſario, que el Convento de S. Domingo de Cadiz celebro. Extat Romæ in Caſanatenſi, ut notat *Echardus* Tom. II. p. 785.

ALCAMENSIS *ſeu* ab ALCAMO. Vid. MARIANUS.

de ALCANTARA. Vid. FRANCISCUS & PETRUS.

ALCASAR ſeu ALCAZAR (*Ludovicus de*) Soc. Jeſu, natione Hiſpanus, patriâ Hiſpalenſis, (vulgò *Seville*) natus eſt nobili loco A. 1554. Is, referente *Alegambio*, nondum annum ætatis expleverat, cùm argenteo nummo manu temerè in os injecto, totis novem menſibus fauces obſtructas habuit, paſtuſque eſt lacte, guttatim à domeſticis rei ignaris, in os infuſo. Demum vehementiore tuſſi fauces convulſæ argenteum nummum expulerunt ſuprà quem caro paulatim adnata jam excreverat. Anno 1569. (docente *Balio*) Societatem ingreſſus invitâ familiâ quæ opibus pollebat, Philoſophiam primùm, deinde Theologiam Cordubæ & Hiſpali publicè prælegit per viginti & amplius annos. Obiit in patria 16. Junii A. 1613. ætat. 60. non 63. ut aliqui dixerunt.

SCRIPTA.

1. *Veſtigatio arcani ſenſus in Apocalypſi* (quâ contineri ait *Longus* notationes XXI. Proœmiales, Paraphraſim, Commentaria & notationes). Prodiit *Antverp.* apud Joan. Keerbergium, 1604. 1611. & 1614. fol. *Lugduni* 1616. & 1618. iterumque *Antverp.* apud Nutios 1619. Opus cui elaborando viginti annos impendit, unum è præſtantioribus quæ ſuper Apocalypſim dederint Pontificii: de quo ita *Nic. Antonius.* ,, Inſignem poſuit operam in adornando atque
,, illuſtrando *Apocalypſis* libro obſcuriſſimo. Edidit
,, namque lucubrationes ſuas ad ipſum, ingenioſas
,, quidem, eruditas, elaborataſque, ut cenſet *Cornelius*
,, *à Lapide.* Sed quiſnam ſponſor erit, telo eum quam-
,, vis acuto & forti ſcopum tetigiſſe." *Simonius* in Hiſt. Crit. Comment. N. T. cap. XLII. p. 636. ſuam de *Alcazare* & *Lorino* ſententiam profert bis verbis. *Ces deux Commentateurs* (*Lorinus* nimirum in Acta Apoſtolorum, & noſter in Apocalypſim) *ſont à la verité trop étendus dans leurs explications, y ayant inſeré quelques queſtions dont ils auroient pû ne point parler: mais ils font connoître, même dans leurs digreſſions, qu'ils ont etudié avec ſoin le ſtyle des Ecrivains Sacrez, &* qu'ils

qu'ils n'ont rien oublié pour penetrer le ſens de leurs Autheurs. Ex eo *Alcaſare* ideas ſuas quamplures mutuaſſe V. Cl. *Hug. Grotium* exiſtimat Meldenſis Epiſcopus *Jac. Benign. Boſſuetus* in Præf. Apocal. ubi ſimul docet contendere Authorem, Apocalypſim ad vigeſimum uſque caput perfectè & ad unguem adimpletam eſſe., duoſque teſtes, omiſſis *Elia* & *Enocho*, ſe ibi reperire. Ab antiquis Patribus recedere minimè gravatur: Cùm autem in ſtudiis ſuis præprimis ad hujus libri explicationem intenderet, alterum volumen hoc titulo vulgavit:

2. *In eas Veteris Teſtamenti partes quas reſpicit Apocalypſis, nempe Cantica Canticorum, Pſalmos complures, multa Danielis aliorumque librorum capita*, Libb. V. *Lib. I.* de Alluſionibus ad Cap. XXXVIII. XXXIX. XL. libri Job. *Lib. II.* de Alluſionibus in aliquot Pſalmos. *Lib. III.* Paraphraſis & Commentaria in Canticum Canticorum. *Lib. IV.* argumenta ſingulorum Capitum Iſaiæ Prophetæ, Jeremiæ Cap. XXXVI. Enarratio, Ezechielis Explicatio Cap. I. X. XXXVIII. XXXIX. XLVIII. Danielis VII-XII. *Lib. V.* Joëlis Cap. III. Explicatio, Habacuc Cap. III. quod eſt Canticum, Explicatio: Zachariæ Vaticinium ſecundum à Verſ. I. Cap. I. ad finem Capitis VII. *Lugduni* apud Proſtios 1631. fol.

Uterque autem Tomus Appendice gaudet, priori nempe acceſſit

3. *Opuſculum de ſacris ponderibus & menſuris*: ac poſteriori

4. *Tract. de malis Medicis.*

Aliquot ejus Apocalypticas Hypotheſes ad examen revocat *Heideggerus* in Diſſert. I. & II. Operis *Lugduni Batavorum* editi A. 1687. ſub tit. *Myſterium Babylonis Magna.*

* Conf. *Balii* Diction. edit. 1720. *Nic. Anton.* Tom. II. p. 14. *Alegamb.* p. 306. *Le Long* p. 601. *Lipen.* paſſim.

ALCEDO ſeu ALZEDO (*Mauritius de*) Hiſpanus, Cantaber ex Valle Subportæ (*Sopuerta* vulgò appellant) Juris Canonici Doctor, Protonotarius, Judexque Apoſtolicus, & in Curia Regia, ſupremoque Caſtellæ Senatu Cauſarum Patronus, edidit

1. *De Excellentiâ Epiſcopalis dignitatis, deque Eccleſia regenda, viſitanda, adminiſtranda: necnon de generalis Vicarii authoritate ac muneribus.* Lugduni, apud Guil. Durand. 1630. in 4. Nota *Lipenium* Venetam editionem ejuſd. anni, præter Lugdunenſem, memorare, (*a*) ac priorem hujus loci A. 1625. in fol. (*b*) & in 4. (*c*) recenſere.

Idem, ut ſuſpicatur *Nic. Antonius* (*d*), ſub nomine *Mauritii de Alcedo & Avellaneda*, ſcripſit

2. *Jeruſalem cautiva, y motivos para ſu deſtruicion: ſuceſos y entrega de los Santos lugares de Paleſtina a la Religion de ſan Franciſco y el directo dominio, que ſobre ellos el Rey nueſtro Señor D. Felipe IV. tiene: diſcurſos de quam acepta es a Dios la limoſna, que hazen los fieles a ſu ſanto ſepulchro.* Matriti 1642.

(*a*) Vid. *Bibl. Jurid.* edit. A. 1720. *p.* 448. ſub tit. *Praxis Epiſcopalis*; eundem enim librum eſſe arbitror. (*b*) Idem *p.* 441. (*c*) Bibl. Theol. *Tom. I. p.* 599. (*d*) Anton. *Tom. II. p.* 95.

ALCENSIA (*Nicolaus de*) Carmelita, Conventûs Crutzennacenſis, (vulgò *de Crutzenach*) natione Teutonicus, ex Diœceſi Moguntina & Comitatu Spanheimenſi, claruit ſub finem Sec. XV. Vir in Divinis Scripturis eruditiſſimus, & ſecularis Philoſophiæ non ignarus, ingenio ſubtilis, vita præclarus, diſputator acutus, & declamator Sermonum egregius, qui in Gymnaſio Viennenſi Theologiam multis annis publicè docuit, & tam apud Scholaſticos quàm Imperatorem FREDERICUM III. magnam eruditionis ſuæ & laudem & mercedem obtinuit. Obiit Viennæ in Auſtria A. 1491. Indict. IX.

SCRIPSIT quædam præclara opuſcula, è quibus iſta feruntur:

1. *Quaſtiones Sententiarum* Libb. IV.
Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

2. *Sermones varii* Libb. II.

3. *Collationes & Orationes multa*, Lib. I.

4. *De Conceptione S. Maria* Lib. I. *& alia complura*, inquit *Trithemius* cap. 874. *qua cùm ad mortem uſque celaverit, ad notitiam noſtra lectionis necdum venire potuerunt, qua tamen in dies ventura ſunt.* Sed nondum, quod ſciam, advenerunt, niſi illa ſint quæ *Mererim* affert ex *Alegr.* Parad. Carmel. *Poſſevinus* etenim (qui *Nicolai* meminit *Tom. II.* Appar. Sacr. *p.* 147.) à *Trithemio* non differt: Hæc autem adducit *Mererim*:

5. *Comment. in Exodum*: Opus iſtud memoratur in *Specul. Carmelit.* Dan. à Virgine Maria *Tom. II. p.* 1098. ex *Trithemii* libro *de Luminaribus Germania.*

6. *In Apocalypſim.*

7. *Sermones de tempore.*

8. *De officio Miſſa* &c.

ALCHARINUS (*Joſephus*) Ord. Prædic. gente Italus, Venetus, Venetique SS. Joannis & Pauli Conventûs filius & profeſſus ad annum 1605. claruit teſte *Cherubino Terni* ejuſdem domûs alumni in monumentis MSS. ſuæ S. Dominici provinciæ apud *Echardum* Tom. II. p. 359.

SCRIPSIT:

Meditationes in Pſalm. XXX. & L. Symbolum Apoſtolorum, & Orationem Dominicam.

Quâ verò linguâ, an Latinâ an vernaculâ ſuâ, ut & an excuſæ, aut ubi ſerventur MSS. nullus meminit.

ALCHERUS (*Andreas*) ejuſdem Ordinis, Italus, *de Materno* ſive *de Paterno* à patriâ ſorte, oppido ditionis Brixienſis, nuncupatus, laudatur à *Gazzeo*, *Pio*, *Altamura* & *Rovetta* ad 1574. ſeu vir eruditione pietateque conſpicuus, ac qui Mantuæ Sti Officii Cenſor poſitus, hoc munere vigilantiſſime perfunctus eſt. Opellam ab *Hieronymo Panormitano* editam quibuſdam annotationibus auxit, quæ & hoc titulo prodiit:

Confeſſionario raccolto da' dottori catolici per il R. P. Maeſtro Girolamo Panormitano dell' Ordine de Predicatori, nuovamente ampliato d'alcuni utili avviſi & oſſervationi per F. Andrea Alchero da Materno dell' Ordine predetto. Prodiit pluries, ut ſub HIERONYMO *Panormitano* dicemus. *Alcheriana* verò editio eſt *Veneta* 1582. in 12.

Alia quædam *Alcherum* edidiſſe opuſcula volunt *Altamura* & *Rovetta*, ſed quænam illa ſint, non produnt, ut obſervat *Echardus* Tom. II. p. 230.

ALCHERUS quidam, Monachus Claravallenſis, & *Iſaaci* Abbatis Stellæ Ord. Ciſterc. in diœceſi Pictavienſi familiaris, qui exeunte Sec. XII. florebat. Librum de *Spiritu & anima*, qui inter opera D. *Auguſtini* reperitur, ipſi adſcribunt RR. PP. Benedictini qui Sti Doctoris opera edidêre, licèt à Dn. *Du Pin* (*a*) *Iſaaci* opus exiſtimetur. * Hæc docet *Index Auctorum* præmiſſus *Pontaſii* Diction. edit. A. 1731. *p.* 7.

(*a*) Sec. XII. *p.* 188. in 4.

ALCHETTABI Scriptor Syrus, de quo vid. ſub tit. DANIEL Bar-Chettab.

ALCIATUS (*Andreas*) Juriſconſultus magni nominis, gente Italus, claruit Sec. XVI. Natus eſt menſe Maio A. 1492. & nomen ſortitus à patriâ *Alciato*, (vernaculè *Alzato*,) Mediolanenſis Ducatûs oppidulo, denatus 12. Jan. 1550. doctrinâ & ſcriptis præſertim Juridicis poſteritati ſe commendavit, quæ quidem, ut pote ab inſtituto noſtro aliena, hic recenſere non eſt animus, ſed in Theologicis ſcripſiſſe docet Tullenſis Epiſc. *Andr. Sanſſayus* in Contin. Bellarmini *p.* 86.

Tractatum de Summa Trinitate & Sacroſanctis Eccleſiis.

Sanè non omittenda ejus *contra Vitam Monaſticam* ad Bern. Mattium *Epiſtola* Lugd. Batav. edita, apud

Fred. Haaring, 1695. in 8. cum Epiſtolis aliorum illuſtrium virorum, curante *Ant. Matthæo.*

Doctiſſimus ille Editor Juriſconſultus hanc *Alciati* Epiſtolam è ſcriniis *P. Scriverii* nactus fuerat; quia verò religioni, cui innutritus erat *Alciatus*, & cui addictis in locis jus proſtrebatur, adverſatur ſententia ibi expoſita, occulte & ſub ſilentii religione ad amicum perſcripta eſt. Nimirum poſtquam *Bern. Mattius*, eruditione perpolitus, comis, facundus, ſuaviſque moribus, & acri ingenio ac inſigni probitate præſtans, relictis amicis & domeſticis, matre cumprimis vetulà & in re parum lauta verſante poſthabità, in cœnobium Jacubi anno ætat. 40. ſe contuliſſet, & in Minoritarum familiam, animo veſtituque mutato, tranſiiſſet, indignitate propoſiti hujus permotus *Alciatus*, Epiſtolam hanc ad ipſum perſcripſit, rationibus, argumentis, perſuaſionibus, precibus denique eum oppugnans, & Monaſticæ vitæ, ut quidem tum ea vivebatur, perverſitatem diſertis verbis prolixè ob oculos ponens. Quo quidem in argumento vivam ac ſpirantem *Eraſmi* Roterodami imaginem refert *Alciatus*, deſidioſam, orbique inutilem Monachorum vitam paſſim inſectantis, ſalſiſque dictis perſtringentis: quam & alii qui reprehenderent, & à primo cœnobiorum inſtituto degeneraſſe ac deſciviſſe, Monaſticam otiosè vivendi rationem notarent, omni ævo extiterunt pii & docti viri. Sanè qui primitùs Eccleſiæ ſe aſſociarant, aliud vitæ tenuiſſe inſtitutum, Noſter obſervat. „Qui ei, (inquit *p.* 10.) nomen „dederant, à vitiis abſtinebant, nullius delicti rei „habebantur, & tametſi certà lege, quominus uxo„res ducerent, non prohiberentur, nihilo tamen ſe„cius rarò ducebant. Indifferentia victûs erant, ſicuti „& habitûs. Qui ex eis melior haberetur, in Epiſ„copum creabant. Mores & vitæ ſanctitas, non pe„cunia aut nobilitas, conſpiciebantur. Ex his tot „ſunt martyres propagati, tot confeſſores &c. “ Et paulo poſt *p.* 13. „Quoniam illorum virtute jam res „Chriſtiana mirum in modum creverat, & jam *Conſ„tantini* lege templa ſua Pagani claudere erant juſſi, „unuſque Chriſtus omni in orbe cantabatur; fuére „qui ſeceſſum amaverunt, unde *Monachi* dicti ſunt, „quorum inſtitutum ita *Hieronymo* placuit, *Ruffino*que, „ut in hoc albo nomen dederit. Non erant hi, qua„les noſtri temporis, furvà tunicà induti, caput cu„cullione tecti, ſolitarii à laicis, inter ſe minus fre„quentes, carnem perosi, paſtillos, ſeriblitas, pla„centas, piſces pretioſiſſimos comedentes, latifundiis „ditiſſimi; ſed qui veſtimentis in promiſcuo genere „uterentur, divitias contemnentes, ſolius Dei laudi„bus inſiſterent, ſudore alioquin ſuo victitantes, quip„pe qui legeram, eorum aliquot vili mercede cæ„menta & terram bajulare ſolitos, quà ſe alerent, „& ut quod ſuperflueret, cæteris inopibus largiren„tur.„ De Ordinibus poſtea à *Benedicto* & *Franciſco* optimo conſilio inſtitutis, *p.* 14. 15. diſſerit, ac *Bonaventuram* habitum veſtis, quo hodie Franciſcani utuntur, inveniſſe, *Bernardinum Senenſem* calopodia addidiſſe *p.* 16. obſervat, aliaque hominum ab ingenio ſubinde adinventa, verà in Deum pietate poſthabità. Cynicis eos *p.* 19. & Eſſenis *p.* 21. 22. comparat; laborem tamen, à quo hi neutiquam alieni fuerint, iſtos odiſſe & ſubterfugere, *p.* 23. eleemoſynas etiam, quibus tamen plurimis ipſi fruantur, nemini præſtari ab iis, *p.* 26. 30. conjugio prorſus iis interdictum eſſe, *p.* 27. proximi, quin & ipſorum parentum neceſſitati ſubveniri ab iis non poſſe, *p.* 30. improbat. Solitarium vitæ genus non optimum eſſe, *p.* 34. oſtendit: nec jejunia magnam adeo apud Deum gratiam mereri, *p.* 41. longe majorem laudem apud homines,& gratiam apud Deum adipiſci eos qui non peccant, quum poſſint, quàm qui peccandi facultate ſunt deſtituti, *p.* 43. ac proin utcunque arduum ſit, ut diu quis bonus eſſe in magnà male faciendi occaſione perſeveret, maximè tamen & tanto magis eſſe laudandum, *p.* 45. docet. Paupertatem Monachorum, quà Chriſtum ſe imitari iidem credant, non adeo prædicandam eſſe, *p.* 48. exiſtimat, quum eà adigente multa perpetrentur, quæ nec viris bonis conveniant, nec quicquam honoris Ordini eorum præſtent, *p.* 51. Studiis bonarum artium monaſticam vitæ rationem parum convenire, *p.* 53. oſtendit, quod id genus hominum eò doctiorem exiſtimet, eò meliorem, quo quis ab elegantioribus litteris magis abfuerit, *p.* 55. quum tamen, quo quis gravior eſt in divinis Scripturis Auctor, eò & mundiore & caſtigatiore ſtilo fuerit uſus, *p.* 56. ipſi autem loco Sanctorum & diſertorum Patrum *Auguſtini*, *Ambroſii*, *Nazianzeni*, *Chryſoſtomi*, ineptiſſimos indoctiſſimoſque Scriptores evolvant, *p.* 54. 58. Tot magnificas porro ſubſtructiones, & ſplendidiſſima ædificia, ampliſſimaque prædia & lautas poſſeſſiones, quibus Franciſcani gaudent, paupertati quam jactant parum conſentire, *p.* 59. 60. 61. annotat, nec ambitioſos titulos, quibus ſuperbiunt, & ad Angelorum dignitatem tantum non Ordinis ſocios evehant, ipſos decere, p. 62. illud autem execrabile eſſe, quod Chriſto parem Franciſcum faciant (*a*), *p.* 67. affirmat. Quibus expoſitis, *Mattium* hortatur *p.* 68. ut de ſententià vitam monaſticam ſectandi decedat, & quia annum probationis adhuc agat, (*p.* 70.) neque ullà lege intra hunc teneatur conſtanter iſti vitæ generi inſiſtere, ad prius vitæ genus redeat, quod Deo longè ſit gratius. * Hæc ad verbum *Acta Lipſ.* menſ. Jun. A. 1696. p. 290. & ſeqq.

Belim, qui *Alciati* laudes & merita ſatis fusè proſequitur, inter alia obſervat *p.* 137. edit. A. 1720. memoratam Epiſtolam intra quatriduum compoſitam fuiſſe, & ſubſcriptam d. 7. Jun. 1553. ſed falſam eſſe ſubſcriptionem exiſtimat, ſiquidem obiit *Alciatus*, ut ſupra diximus, A. 1550. Eam igitur ante annum 1520. ſcripſiſſe putat, quam ne *Eraſmus* edendam curaret metuebat, hæc ad familiarem *Franc. Calvum* ſcribens 26. Sept. ejuſd. anni. *Quod ut facias te quoque ipſe oro: nec minus ut de unguibus Eraſmi reglutines Orationem illam meam ad Matthiam Minoritam, cum id quæſo, ut ſi in cinerariorum iſtorum manus inciderit, parata ſint mihi cum eis æterna bella.*

De eximio illo viro legi poteſt inter plures *Hyac. Gimma* Idea della Storia dell' Italia Letterata (*Napoli* edita, 1723. in 4.) *p.* 260. *n.* 17. &c. *Gail. Grotius* JCtus Delph. in Vitis JCtorum quorum in Pandectis extant nomina *Lugd. Batav.* editis A. 1690. in 4. de quibus *Act. Lipſ.* menſ. Aug. ejuſd. anni, *p.* 408. Qui alia ejus Scripta noſcere cupit, adeat *Lipenii* Bibl. Jurid. *Morhof.* Polyhiſt. &c.

(*a*) Id ipſum obſervavit quidam *Eraſm. Alberus*. Vid. ſupra p. 227 ubi de *Barthol.* ALBIZIO.

ALCIATUS (*Joannes Paulus*) Nobilis Italus, aliis Pedemontanus, aliis rectius, ut videtur, Mediolanenſis, ſectà Socinianus, fuit è ſocietate illorum Italorum, qui Sec. XVI. circa A. 1546. relictà patrià, Eccleſiæ Reformatæ ſeſe adjunxerunt; ſed qui poſtea Trinitatem in dubium revocantes, Proteſtantibus ipſis non minùs quàm Pontificiis odio fuerunt. Aliquando ſtipendia fecit *Alciatus*; Genevæ innovare cœpit, unà cum Medico quodam *Georgio Blandrata*, & Cauſidico *Matth. Gribaldo*, quibus ſocium ſe dedit *Valent. Gentilis*; contra quem adeo rigide egerunt Genevenſes, ut alii ſibi caverent, diſceſſerint. Poloniam ergo petierunt *Alciatus* noſter, & *Blandrata*, ubi hæreſes ſuas proſpero ſatis ſucceſſu diſſeminarunt. Ad ſe *Gentilem* allexerunt, quem in oppido *Gajo* (Gallicè *Gex*) incarceratum redemerat *Alciatus*. E Polonia in Moraviam tranſiiſſe dicunt. Saltim Dantiſcum ſeceſſit noſter, ibique Socinianum obiiſſe colligitur ex Epiſtolà *Mart. Ruari* (qui & ipſe Socinianus) ad *Abrab. Calovium* ſcriptà Gedano ſeu Dantiſci A. 1640. 3. Non. April. quæ eſt quadrageſima ſeptima Cent. I. Epiſt. hujus *Ruari*, edit. Amſtelod. 1677. ubi hæc refert: *Tu nòris Alciatum in hac urbe, vitam per aliquot annos, Chriſtiano ritu, ſingulari cum pietate exegiſſe, & moritu-*

ram

rum, animam Chriſto Servatori commendaſſe. Quod porrò teſtimoniis confirmat, & nonnulla alia de eo ibidem narrat; v. g. Cracoviæ à puerulis, quia Arianus habebatur, vehementer aggreſſum, *ridiculo ſchemate evaſiſſe cum ſe non Arianum, ſed Marianum eſſe diceret, quod cùm illi quid ſibi vellet quærerent reſpondiſſe, credere ſe Jeſum Chriſtum Dei vivi & Mariæ filium. Illi non minore ſtupore quam malitiâ obſeſſi, audito venerando Mariæ nomine incolumem dimiſerunt.* Atque hîc verificatur dictum *S. Anſelmi* de Excellentiâ Virginis, cap. VI. *Velocior eſt nonnunquam ſalus invocato nomine Mariæ, quam invocato nomine Jeſu.* Dixerunt aliqui *Alciatum* tranſiiſſe ad Turcas, ac Muhammediſmum amplexum fuiſſe, & inter eos vitam finiiſſe; ſed meram fabulam eſſe variis argumentis comprobat doctiſſ. *Balin.*

Epiſtolas duas *Huſterlitzii* dederat A. 1564. & 1565. ad *Gregorium Pauli*, in quibus eum ab hac ſententiâ abſtrahere conatur, quod Chriſtus extiterit antequam ex Maria naſceretur, & acerrimè dogmati vulgari de Trinitate reſtitit.

Porrò ſcripſiſſe eum præter hæc, plura de ſimili materia, innuit cum *Staniſl. Budzinius* Hiſt. Eccleſ. Polon. *cap.* 27. tum *Andr. Dudithius* in Epiſt. ad *Theod. Bezam.*

Alciatum vocat *Calvinus* adversùs *Valent. Gentil.* (p. 659. Tract. Theolog.) hominem non ſtolidi tantùm ac veſani ingenii, ſed planè phreneticum ad rabiem uſque: *Beza* verò *Epiſt. LXXXI.* idem fermè audit *homo* .... *planè phreneticus & vertiginoſus.*

* Conf. *Sandii* Bibl. Anti-Trinit. p. 27. *Balinus* p. m. 139. &c.

ALCIATUS (*Joannes Paulus*) alius, Soc. Jeſu, Rhetorices Magiſter in Collegio Braydenſi (*di Brera*) edidit *Orationem gratulatoriam ad clariſſimum S. Dominici Ordinem in electione Benedicti XIII. P. O. M.* quam habuit in Aulâ maximâ dicti Braydenſis Jeſuitarum Collegii. *Mediolani*, ex typ. hær. Dom. Bellagattæ, 1724. in 8. * Vid. *Diar. Italic.* Tom. XXXVI. p. 364.

ALCIATUS (*Terentius*) Jeſuita, è nobili *Alciatorum* Mediolanenſium familiâ ortus, Romæ natus eſt A. 1570. Societatem iniit menſe Mart. 1591. tùm Juriſprudentiæ per quinquennium operam dediſſet. Fuit Romani Collegii per tredecim annos Præfectus, in eoque Philoſophiam quinque, ac Theologiam ſeptemdecim annis docuit. Vaticanæ Pœnitentiariæ dein Rector ac domûs Profeſſorum Præpoſitus extitit. Nonæ Generali Jeſuitarum Congregationi, tanquam Romanæ Provinciæ Deputatus, adfuit. Nec minori extra Societatem exiſtimatione floruit; etenim præ ct quam quod diu Congregationis Sti Officii Qualificator, Rituum verò Conſultor extitit, ab *Urbano* VIII. electus eſt, qui *Sarpium* refutaret. Concilii Tridentini Actorum Editionem parabat, quæ hujus Congregationis adverſus omnes quoſcunque adverſarios; ac nominatim adverſus formidabilem Venetum *Frà Paolo* vulgò dictum, Apologiæ loco fuiſſet: cui conficiendæ multa jam collecta habebat cum Vice-Provincialis obiit d. 12. Nov. 1651. verùm huic labori licèt plures impendiſſet annos, attamen Operis formam vix tum inchoaverat: cauſam verò cur ab executione tam longè diſtaret docet Emin. Card. cui eadem commiſſa fuit cura, *Sfortia Pallavicinus* Introd. ad Hiſt. Concil. Trid. *cap. V.* Sibi nimirum *Alciatus* legem impoſuerat adverſario nonquam inficias ire, niſi negativam probare poſſet, ita ut multos per annos in quærendis commentariis quæ valida hæc præberent argumenta inſudârit; adde quòd lentè admodum componebat *Alciatus*, nullatenus ſibi indulgens, ſi quid à perfectione alienum videret: decrepita item ætas, ac Societatis negotia quominùs ad executionem conſilii perveniret obſtiterunt.

Alciatum Cardinalatu digniſſimum pronunciaſſe dicitur P. M. *Urbanus* VIII. quod refert *Nicius Erythræus* Pinacoth. II. Cap. XLVII. *p. m.* 446. EDIDIT autem Noſter Italicè ſub nomine *Eminii* vel *Erminii Taciti*;

1. *Vitam P. Petri Fabri, primi Sociorum Sti Ignatii*, ex Latine ſcriptâ à *Nic. Orlandino*, & *Lugduni* editâ 1617. in 8. (a) Prodiit verſio P. *Terentii* Romæ apud hæt. Barth. Zannetti 1619. in 8.

Prodiit nuper, inquit *Alegamb.* cum aliis ejuſdem argumenti

2. *Concio* ejus *de Paſſione Domini*, quam habuit ad *Clementem* VIII. anno 1602.

* Conf. *Alegamb.* p. 429. *Balinus* ex *Nathan. Sotuello* &c. *Allatii* Apes Urb. *p. m.* 339.

(a) *Placcius* in Pſeudon. *p.* 217. *n.* 914.

ALCIDES (*Laudantius*) gente Siculus, Meſſanenſis Ord. Min. Convent. S. Franciſci, natus 29. Julii 1653. ætat. anno 15. Ordinem amplexus, in quo ſolemnia emiſit vota d. 11. Aug. 1669. In Panormitano Ordinis ſui Lyceo fuit Studiorum Magiſter, & Bononiæ, ut vocant, Collegialis. In Bononienſi Academia triennio Philoſophiam docuit, & acceptâ Magiſterii laureâ, eandem facultatem Mutinæ tradidit. Meſſanæ in generali Ordinis ſtudio Baccalaurei titulo inſignitus, quatriennio Metaphyſicam docuit; ibique etiam ſeptennio Theologiam Dogmaticam & Moralem ac triennio Pontificia Jura explanavit. Eloquentiâ clarus, in præcipuis Siciliæ & Italiæ civitatibus, in quadragesimali curriculo Conciones habuit, præſertim Senis, Meſſanæ bis A. 1680. & 1695. Panormi 1684. Pactis, Tropeæ, Mileti, Catanæ, Raguſæ & alibi ut etiam extra Quadrageſimam pluries concionatus eſt cum auditorum plauſu ac fructu. Hinc Guardiani munere Cœnobii Meſſanæ, Calarajeroni, & Randatii præfuit. A. 1714. apud ſuos haud exiguâ æſtimatione proſecutus, Definitoris perpetui titulo exornatus claruit. EDIDIT Italicè

Panegirici Sacri. Meſſanæ, apud Vinc. Amicum, 1686. in 12. * *Mongit.* Tom. II. p. 3.

ALCKET (*Jacobus*) SCRIPSIT Germanicè

Mundtopffer, warum die Catholiſchen, wider das warum der Uncatholiſchen in 40. *Fragen.* Colun. 1648. in 12. * *Lipen.* Tom. I. p. 481.

ALCOBACENSIS. Vid. FRANCISCUS.

ALCOCER. Vid. ALCOZER.

ALCOCK ſeu ALCOCUS (*Joannes*) Elienſis (Comitatûs Cantabrigienſis in Angliâ) Epiſcopus, Eccleſiæ Anglicanæ Seculi XV. inter cæteros decus, ſummæ vir pietatis, caſtitatis præcipuè ac patientiæ laude præfulſit: hujus utriuſque virtutis ita ſtudioſus, ut quidquid Virginitatem quoquo modo lædere poterat, perhorreſceret, & ne ullam quidem emiſerit vocem quæ aut iracundum aut acerbum animum redoleret adeo erat ſui compos! Præclaris hiſce dotibus clarus ad Epiſcopatum Elienſem omnium plauſu aſſumptus eſt, quo in munere plurimam perditorum hominum ſegetem Deo peperit; ac tandem dierum plenus in odore ſanctitatis obiit anno 1500. in Eccleſiâ ſuâ ſepultus.

SCRIPTA:

1. *Mons perfectionis.*
2. *Galli cantus ad Verbi Miniſtros*, ut *Balæus* habet, ſeu *ad Curatos, & Sacerdotes in Synodo.* Venetiis, ni fallor, 1498. apud Bornwel (a).
3. *Abbatia Spiritûs Sancti.*
4. *In Pſalmos Pœnitentiales.*
5. *Homeliæ vulgares.*
6. *Meditationes piæ*; atque alia plura, inquit *Balæus* Cent. VIII. num. LVII.

* Conf. *Morer.* Lexic. ex *Polyd. Virgil.* & *Pitſeo.*

(a) Orlandi *origine e Progreſſi della Stampa* p. 173.

ALCOCK (*Simon*) gente Anglus, clarus circa A. 1380. Theologiæ Magiſter, Concionator ac Philoſophus inſignis, SCRIPSIT

1. *Expoſitiones in Magiſtrum Sententiarum* Libb. IV.

2. *De modo dividendi thema pro materiâ Sermonis.*
3. *Conciones varias.*

Hæc fecit, (inquit *Lelandus*,) ut obſcuris lucem, controverſiæ certitudinem, ac eadem operâ, dubiis etiam fidem inferret. * Conf. *Baleum* Cent. VI. num. LII. *Morer.* Lexic. ex *Lelando* & *Pitſeo.*

ALCOLEA (*a*) (*Martinus de*) gente Hiſpanus, Cartuſianus Monachus regii Cœnobii *del Paulàr* nuncupati, in territorio Segovienſis urbis, vivere deſiit A. 1673. nonagenario major.

Laudabili conſilio *Dianam* Tomis XII. Theologiæ totius Moralis Doctorem, eum tamen inordinatum, malèque ſibi convenientem confuſis partibus ac temerè in medium opus jactis, diſtinxit primus, & quæ ſeparata erant diverſis in locis conjunxit, coordinavitque, ſcribens, inſcriptionem formante *Dianâ* ipſo, dum in vivis ageret.

Antoninum Dianam coordinatum, ſeu ejus omnes reſolutiones morales ipſim verbu ad propria loca, & materias fideliter diſpoſitas, ac diſtributas, & in novem Tomos digeſtas. Lugduni ſumpt. Joan. Ant. Huguetan & Guil. Barbier, *fol.* 1667. ut rectè *Nic. Antonius* (*b*), non autem 1669. ut habet *Merorius* (*c*).

(*a*) Forte à patriâ ſic nuncupatus. *Alcolea* etenim Andaluſiæ oppidum eſt non multùm ab Hiſpali diſtans. (*b*) Tom. II. p. 72. (*c*) *Theatr. Carthuſ.* ad A. 1667. p. 149.

ALCONCHEL (*F. Emmanuel de*) gente Hiſpanus, Ordinis Minorum reformatorum in Provincia Sancti Gabrielis, Novitiorum moderator in domo Hiſpalenſi, ſcripſit:

Regimiento de Vida eſpiritual. Hiſpali 1612. quem eundem credit *Nicol. Antonius* (*a*) cum Tract. de *Oratione mentali*, cujus meminit *Waddingus.*

(*a*) Tom. I. p. 262.

De ALCONO Vid. GUILLELMUS.

ALCORANUS ſeu ALKORANUS, liber Impoſtoris *Muhammedis.* Nomen conſtat ex articulo Arabico *Al*, & ex voce *Korânon*, quæ vel poteſt verti ἀνάγνωσμα, *Lectura*, *Legendum*, vel συναγωγὴ *Collectio.* Liber eſt Pſeudodogmaticus ab Impoſtore *Muhammede* idiomate Arabico conſcriptus, & ab *Abubecro* in ordinem redactus, ut eſſet Muſulmannis norma Religionis & morum. *Cauſam* Alcorani *efficientem principalem* Muhammedani faciunt ipſum Deum, *miniſterialem* Muhammedem. Credunt Muhammedani, *Alcoranum* eſſe verbum Dei increatum: alii tamen, ex ipſis etiam Imperatoribus, creatum putant: Id autem apud eos omnes in confeſſo eſt, *Alcoranum* eſſe θεόπεμπτον, & è cœlo demiſſum fuiſſe quâdam nocte, quam vocant *Potentiæ*, & dicunt mille eam præſtare menſibus, eaque omnia à Deo petita impetrari poſſe. Quomodo verò antilogiam illam conciliare velint, dum alias credunt *Gabrielem* diſtinctis vicibus *Muhammedi* Alcoranum tradidiſſe, & hic eundem totum unâ aliquâ nocte è cœlo demiſſum eſſe aſſerunt, equidem non apparet, unde ſe hic in varias torquet partes celeberrimus *Alcorani* commentator *Beidavius.*

Quæ de *Muhammede* commenta narrantur innumera ſunt, atque ejuſdem commatis eſt quod habet *Hondorfius* Prompt. Exempl. *p.* 114. his verbis: „Præterea „taurum nutrivit, quem aſſuefecit, ut & ipſius vo„cem agnoſceret, & ex ipſius, nec ullius alterius ma„nibus pabulum caperet. Huic inter cornua librum, „cui nomen *Alcoranus*, in quo novæ Sectæ leges „conſcripſerat, alligavit, & conſtituto die, cùm de „ſuis legibus, in maximâ populi frequentiâ, multa „declamaſſet, erupit ſubitò taurus, multiſque in iti„nere proſtratis, volumen per mediam turbam in ma„nus *Mahometi* deponit veluti cœlitùs miſſum mu„nus.

Porrò habuit *Muhammed* in alaboratione *Alcorani* Præceptores & συνέργους. Teſtimonium illi perhibuiſſe Monachum Neſtorianum *Bohairam* referunt paſſim Arabes, duoſque alios *Neſtorium* & *Addaſum* illius orbilios fuiſſe, prodit celebris Arabum Hiſtoricus *Aljannabius*, dicuntque *Bohairam* juviſſe *Muhammedem*, in Religione, & ei prælegiſſe quædam capita ex Evangelio, Lege & Pſalmis, quæ deinceps genti ſuæ patriæ retulerit. Vulgo Neſtorianum *Muhammedis* Præceptorem vocant *Sergium.* Porrò etiam clandeſtinos habuit congreſſus cum quodam *Apella Abdalla* filio *Selam*, utut alii plures ex Judæis ipſi orbilios tribuant. Denique etiam verſutos Arabes familiares habuit, & ſic in Alcorano ſuo doctrinam ex Judaiſmo, Chriſtianiſmo & Gentiliſmo conflatam Muſulmannis ſuis obtruſit. Diverſis ergo temporibus *Muhammedes* diverſas *Alcorani* particulas protruſit, nec tamen *Alcoranum* ſuum in unum corpus ipſe collegit, vel in eam formam redegit, quam hodiè præſe fert: verùm id præſtitit, ut diximus, *Abubecer*, Muhammedis in fugâ ſocius, uti patet ex *Abulfeda*, cujus verba ex *Pocockii* verſione hæc ſunt: „Juſſit (*Abubecer*) colligi *Alcora„num* ex ore hominum, & palmarum foliis, & pel„libus; atque ita ſcriptum relinqui apud *Haphſam* „Omari filiam, *Muhammedis* uxorem. Cùm autem „ad Imperium jam evectus *Othman* varias, quæ apud „homines eſſent, lectiones videret, exemplaria ex il„lo, qui penes *Haphſam* erat, libro tranſcripta in va„rias paſſim regiones mittens, reliqua omnia è medio „ſuſtulit." Facit huc quod referunt Arabes, *Muhammedem* invaleſcente morbo fatali dixiſſe: *Afferte mihi atramentum & chartam, ut ſcribam vobis librum, quo poſt obitum meum non erretis*: Diſſuaſiſſe autem hoc *Omarum* his verbis: *Neſcit præ dolore quid dicat: ſufficit nobis Alcoranus*, (ut eſt): cùm verò alii ipſi calamarium porrigere vellent, & ſuper hac re inter eos oriretur contentio, Pſeudoprophetam dixiſſe: *Diſcedite à me, non enim convenit, ut coram me diſceptetis*: Hinc *Ebn Abbas* erupiſſe in hæc verba: *Malum, maximum certe malum, quod in cauſa fuit, ne ſcriberet nobis Apoſtolus DEI librum iſtum.* Videtur ergo Pſeudopropheta morti vicinus Alcoranum in ordinem vel faſciculum redigere voluiſſe, ne poſt obitum variæ naſcerentur contentiones, id quod tamen delirio correptus & morte præventus præſtare non potuit.

Porrò ad materiam, circa quam verſatur *Alcoranus*, progredior; ubi prænotandum, Impoſtorem non pertractare certi aliquid, conſtanti & uniformi methodo, ſed eſſe centonem, multarumque materierum colluviem. Quæ autem tractantur, ſunt *Hiſtorica*, *Didactica*, vel *Elenctica.*

Hiſtorica vel *Sacra* ſunt, vel *profana.* Quod ad illa, *Muhammed* in ſuo centone paſſim adducit Hiſtorias V. & N. T. ſed miſerrimè tractatas & interpolatas. Refert quoque nonnunquam alias res geſtas & *Hiſtorias non Biblicas & profanas*, ax quibus paucas hic in medium proferemus. Enarrat ſuam fugam à Meccanis, & quomodo cum ſocio ſuo *Abubecro* in ſpeluncâ quâdam ſe occuluerit, & inquirentium hoſtium diligentiam eluſerit. *Beidavius* notat Deum eos cœcitate percuſſiſſe, ut *Muhammedem* non viderent, juxta alios autem araneam telâ ſuâ antri os texiſſe. *Surat.* 113. reſpicere dicitur ad mulierculam à Judæo incitatam, ut fune adſtricto, inq; puteum dejecto, *Muhammedem* faſcinaret, donec tandem faſcinum per *Gabrielem* ſublatum ſit. *Sur.* 18. habet hiſtoriam *dormientum* ſeu *ſpeluncariorum*, quam à *Muhammede* ridiculè narratam & à commentatoribus multis facetiis auctam Germanicè recenſet Dn. Olearius *im Roſenthal* p. 8. & ex eo alii.

Ad *Didactica* ſpectant Theologiæ vel potius Matæologiæ Muhammedicæ fundamenta. De Scripturâ quid ſentiat, infra dicemus. Providentiæ divinæ omnia bona & mala ſubjicit. Juſtificationem gratuitam eſſe docet *Sur.* 6. 16. alibi tamen eam operibus adſcribit. De die publicis Sacris deſtinato, repudiato Judæorum Sabbatho & Chriſtianorum die Dominicâ, diem Veneris ſubſtituit. De fugiendis idolis agit *Sur.* 7. 13.

7. 13. & alibi. Purgatorium admittit ; Polygamiam & divortium concedit.

Ad *Ethnica*. Diſputat *Muhammed* ſæpiſſimè contrà Koraiſchitas, quorum partim perſtringit Idololatriam, quod coluerint tum quaſdam Deas lapideas, tum quoſdam Deaſtros, quos *Keſſam* vult ad formam impiorum filiorum *Kaini* factos ; *Beidavius* autem primum forma viri, 2. mulieris, 3. leonis, 4. equi, 5. aquilæ cultos eſſe, de quibus prolixè egit *Pocockius* ad *Abulpharagium* : partim eorum ἀγγελολατρείαν, quod Angelos dicerent Dei filias eſſe ; partim eorum falſam perſuaſionem, non dari reſurrectionem mortuorum, & judicium poſt mortem : partim eorum παιδοθυσίαν, quod filios non tam ex Religione, quàm paupertate & metu mactarent ; partim eorum abominabilem impudentiam, quod quondam ædes ſuas ſacras nudis corporibus circumierint ; partim quaſdam ſuperſtitiones, ut quod certis ceremoniis nonnullas beſtias à communi uſu emanciparent.

Porrò non rarò ſtylum ſtringit *Muhammed* in Judæos, iiſque exprobrat ſanctorum Prophetarum occiſionem. Objicit iis ipſorum paupertatem & vilitatem ; μετοικεσίαν ſeu exilium, quo Arabiâ pulſi in Syriam exire coacti ſunt, & ait eos datos eſſe in exemplum in hac & altera vita, imò eſſe populum, cui Deus ſuccenſuit. Sed neque Chriſtianis omnibus pepercit. Malè eos habet, quod Meſſiam vocant filium Dei ; atque hinc tam Judæos quàm Chriſtianos appellat paſſim *Aſſociantes*, quod Deo vero alium quaſi ad latus ponant, & utroſque haud obſcurè vitâ æternâ excludit. Exprobrare quoque iiſdem videtur Schiſmata & Sectas, ut jam alia mittamus. Denique ſubinde etiam invehitur in cavillatores & adverſarios ſuos.

Si ad *fabuloſa* devenimus, pauca ex multis delibabo. Fabulatur *Agyrta*, cùm homo creatus eſſet, juſſos eſſe Angelos, ut procidentes eum adorarent, id quod cùm facere recuſaret *Iblis*, ſeu Diabolus, factum eſſe, ut Deus ipſi malediceret. Mentionem facit *Temudu*, de cujus legatis refert, quod ad illos miſſus ſit *Zalech* (Pelegum dicere vult, ut plerique divinant) eos ad cultum veri Dei perducturus ; eos autem ſigni loco petiiſſe ut camelam ex petra produceret, quod cùm feciſſet, eos camelam interfeciſſe. De *Abrahamo* fabulatur, quod idola patris ſui *Therachi* confregerit, & propterea à *Nimrodo* in ignem conjectus, mirabiliter ſervatus ſit à Deo, qui dixerit : *O ignis eſto frigidus & ſalutaris Abrahamo* : quam fabellam hauſiſſe creditur à ſuo *Abdalla Selamide*, ea namque à Rabbinis paſſim, fusè v. g. in *Schalſch. Hakkab.* p. 8. narratur. *Sur.* 12. narrat Muhammedes mulieres Ægyptias ex intuitu *Joſephi* manus ſcindiſſe ; & hanc hyperbolen à ſuo Apella didiciſſe videtur : cum hac quippe certare poteſt fabula quæ de *Sara* pulchritudine narratur in *Bereſch. Rabb.* Sect. 40. Porrò fabulari pergit Impoſtor, *Joſephum* patri ſuo fletu & mœrore excœcato tunica ſua faciei ejus impoſita viſum reſtituiſſe. *Sur.* 18. refert *Moſem* ab Ægyptiis rogatum eſſe : *Num aliquem nôſſet ſe peritiorem ?* reſpondiſſe illum : *Imò Eliam* : quem cùm juberetur quærere, aſſumpſiſſe piſcem in ſportula, & cùm piſcis ille non amplius compareret, *Moſem offendiſſe Eliam*. *Sur.* 7. refert de Iſraëlitis, quod Deus ſuper illos produxerit montem nubi ſimilem, cujus ruinam pertimeſcentes, legem divinam accipere coacti ſint. Hanc fabulam iterum didicit à ſuo *Abdalla* : nam Judæi fabulantur, cùm lex daretur, Deum evulſiſſe montem Sinai & elevaſſe eum in aërem, ita ut Iſraëlitis inſtar cupæ vel dolii immineret, & dixiſſe : *Si vultis accipere legem, bene eſt, ſi non vultis, hic erit Sepulchrum veſtrum.* *Sur.* 27. miram Impoſtor fingit fabellam de magno agmine formicarum metuentium & ſtudioſè caventium, ne ab exercitu *Salomonis* conculcentur. *Ibid.* narrat avem quandam, nimir. *Upupam*, famam Reginæ Sabæ *Salomoni* attuliſſe, & ad eandem à *Salomone* ablegatam fuiſſe. Alibi ait Diabolos *Salomoni* in extructione Templi ſuam operam commodâſſe ; cùm verò illi mors inſtaret, Dei providentiâ factum eſſe, ut baculo innixus moreretur, nec priùs concideret quàm vermiculus ſeu tinea baculum corroſiſſet, quo fracto & collapſo dæmones demum *Salomonem* exſpirâſſe animadverterint. Fabulam hanc paulo diductius narrant Exegeræ. Sed hoc commentum iterum accepit Sycophanta à Judæo ſuo. *Sur.* 2. narrat duos Angelos, quibus nomina *Harut* & *Marut*, ad confuſionem linguarum miſſos, in mulierem quandam libidine exarſiſſe & docuiſſe eam alterum quidem, quomodo in cœlum aſcenderet, alterum quomodo deſcenderet : quæ fabella non eſt abſimilis commento Judaico de *Schamchaſai* & *Uſaële* Angelis, qui in terram deſcenderint & libidines exercuerint tempore antediluviano. Ad fabulas illas referimus confictas illas ἱστορίας quibus Impoſtor ſibi authoritatem quandam conciliare voluit. *Sur.* 17. narrat ſe quadam nocte (diſceptant Muhammedani, num καθ' ὕπαρ, an ἐν ὀνείρατι) animali *Boraco* inſidentem, à templo Meccano ad Hieroſolymitanum tranſlatum eſſe. Prolixiùs commentum narrat ex Commentatoribus Fr. *Richardus* c. 14. *Sur.* 72. fingit Dæmones aliquando magno facto agmine à ſe Alcoranum audiviſſe, & quoſdam ex illis Saracenos factos eſſe.

Verum ſiſtemus hìc jam ſeorſim quædem manifeſtè *Abſurda*, eaque partim *Dogmatica*. Sic Angelos ex igne, & dæmones ex igne venenato creatos ſtatuit. Angelis quoque adſcribit animas, eoſdemque mori & reſurrecturos eſſe ait. Deo quoties adſcribit corporeitatem, dicit Deum *creaſſe hominem juxta formam ſuam, & ſenſiſſe ſe digitos Dei frigidos*, quibus ſibi humerum tetigerit. Licèt enim multi hoc impropriè intelligant, alii tamen id in proprio ſenſu defendunt, quos inter *David Alzaharienſis*, qui etiam aſſeruit Deum *à vertice ad pectus eſſe concavum, deorſum verò ſolidum : eſſe ei cæſariem nigram, capillum criſpum*, referente *Pocockio* Abulf. p. 227. *Sur.* 103. ait Impoſtor *DEUM & Angelos orare pro Muhammede & Saracenis*. Vitam verò æternam in Perbibeſiam (hoc vocabulo intellige *edendi & bibendi cupiditatem*) in Perbibeſiam, inquam, imò lupanar convertit. Poma, fructuſque varios, potum velut zingiber promittit, fluvium Paradiſi ; ubi *præclarum bonum, quod dulcius melle, candidius lacte, frigidius nive, mollius ſpuma, cujus ora Chryſolithus & anſa argentea* : in quo *ſore Tapetia, puellas candidis oculis, cum quibus jacebunt & non fœdarunt illas ante eos* (beatos ſcil.) *homines & dæmones*. Imò tribuit iis *oculos magnos inſtar ovorum, quibus ſemper aſpiciunt dilectos ſuos, eorumque lecti oppoſiti invicem erunt*. Et ut omnia in compendium redigamus, à *Muhammede* dictum fertur, *unicuique è Paradiſi incolis datum iri vires centum virorum ad edendum, bibendum, libidinandum, & venerem exercendam.*

Abſurda Philoſophica quamplurima proferri poſſent. Sic avibus tribuit loquelam & linguam, ubi refert *Salomonem* intellexiſſe garritum avium & dixiſſe : *O homines, intelligite avium eloquentiam.* Sed & hoc hauſit *Muhammed* à Præceptore ſuo Judæo.

Inter *Abſurda Hiſtorica* refertur, quod ait *Saülem* populum ad fluvium duxiſſe & ex bibendi modo didiciſſe, quinam ad bellum ſeligendi eſſent, id quod tamen *Gedeonem* feciſſe, ex *Jud.* 7. manifeſtum eſt.

Jam quoque & *impia* quædam excerpemus. Ex *Sur.* 33. manifeſtum quàm parvi duxerit adulterium. Uſus erat aliquandiu uxore miniſtri ſui *Zaidi* ex Prophetica, ut prætendebat, licentia. Cùm verò ſcandali metu (ſi quis tamen impudentiſſimum hominem tetigit pudor) aliquandiu ab ea abſtinuiſſet, neque tamen ulteriùs impuræ libidinis ſuæ flammas occultare poſſet, finxit ſe à Deo graviter reprehenſum eſſe, quod ab eo, quod ſibi à Deo permiſſum ſciret, præ reverentia hominum tamdiu ſe continuerit, adeoque *Zaidum* coëgit, ut *Zainæ* uxori ſuæ repudium mitteret, eamq; ſibi traderet. *Ibid.* ait, ſi mulier aliqua (ex pio ſcil. zelo) velit corpus ſuum ſibi offerre, id licere, ſed ſibi tantum, non aliis. Perjurium committens vel commiſſurus facilè per ipſum ſe extricare poteſt : ſi

enim

enim dives ſit, redimet ſe, decem pauperes paſcendo, vel hominem redimendo: ſi in ære non habeat, vult *Muhammed* ut in corpore luat & per tres dies jejunet. Cùm autem ipſe aliquando meretriculæ cuidam contra fidem uxoribus datam iterum cohabitâſſet, perjurium ficto cœleſti nuntio excuſavit. Juramentum inconſideratum vel ſimulatum non ſtringere vel obligare aſſerit. Ejus autem *juramentorum* ſpecimina quædam exhibebimus. Jurat nimirum per montem, per Scripturam delineatam in pagina extenſa, per domum habitatam & per tectum elatum, per mare fervens, per ficum, per ficum & olivam, per montem Sinai & per hanc provinciam fidelem, per dimiſſos crines & procelloſos ventos, per ſparſas diſſipationes & per ſeparatas ſeparationes. Sic alias jurat (quin & quandoque Deum jurantem introducit) per ordines Angelorum, per ventos, nubes, cœlum, per ſigna Zodiaci, per ſidus lucens (*Saturni*), per noctem obſcuratam & auroram, per paſcha biduumque præcedens, per veſperam, per Solem, per aliquot alphabeti literas, imò per calamum, & per illud, quo ſcribunt, atqui horrendum dictu! per dæmones.

Jam breviter luſtrabimus, quid de Salvatore & Religione Chriſtiana ſentiat. Christi ſemper quidem meminit *κατ' εὐφημίαν*, multa tamen habet obelo digna. Rectè cum vocat Verbum Dei (quo tamen ſenſu oſtendit *Warnerus*) filium Mariæ *ἀειπαρθένου*, à Spiritu Sancto conceptum, qui rectè docuerit Judæos, & fecerit miracula quamplurima. Negat autem Christum eſſe filium Dei, imò propter hanc confeſſionem damnat Chriſtianos, ut ſupra vidimus. Negat quoque eum mortuum vel crucifixum eſſe. Judam autem proditorem ejus loco crucifixum aſſerunt Muhammedani. Alia jam mittimus. Scripturam denique Sacram V. & N. T. pro verbo Dei quidem agnoſcit & ſubinde commendat, eandem tamen à Judæis & Chriſtianis corruptam eſſe clamitat. *Quidam ex Judæis*, inquit, *auferunt verba de locis ſuis, & dicunt: audivimus quidem, ſed repugnavimus.* De Chriſtianis conf. *Warnerum* in Compend. eorum quæ Muhammedani de Chriſto &c. tradiderunt, & *Hotting.* Theſ. Philol.

Qui autem adverſus Impoſtoris hujus commenta, blaſphemias & abſurda mendacia antidotum quoddam deſiderat, conſulere poterit *Joan. Andreæ* Confuſionem Sectæ Muhammed. & Fr. *Richardi* Confut. Alcorani quam B. *Lutherus* Germanicè vertit, *Joan. Galenſis* Angli Tract. de Muhammedis vita & doctrina, *Widmanſtadii* notas ad Theol. Mohammed. & Alkorani Epitomen, *Phil. Guadagnoli* Apologiam pro Chriſt. Relig. contra Ahmed Perſam, P. *Nau* Refut. Alcorani per Alcoranum, & alios.

De veneratione quâ librum hunc proſequuntur Muhammedani ſufficient verba *Barthol. Georgiewiz* de Turcarum moribus *p.* 24. „Tantam, ait, reverentiam Turcæ Mahometi traditionibus & ſtatutis præſtant, ut non ſolum Deum (quod noſtris plerumque accidere ſolet) non blaſphement; imò ſchedam quomodocunque ſcriptam in terra jacentem ſi repererint, erectam & ſæpius deoſculatam in rimam parietis poſitam obſtruunt; dicunt peccatum eſſe, ſi literæ quibus nomen Dei & lex Mahometi deſcribitur, pedibus conculcentur. Et nemo audet Chriſtiano vel alterius fidei vel Religionis homini vendere Alcoranum, aut alia eorum ſcripta, ne abjecta palpentur pedibus vel immundis manibus contrectentur, alioquin capitis pœnâ plecterentur.“ Ipſi Muhammedani Alcoranum nonniſi probè loti legunt; unde ne quis hic per imprudentiam peccet, coriacei involucri, quo liber eſt compactus, protenſiori labro, quod ipſi *linguam libri* vocant, in anterioris partis medio aureis plerumque litteris imprimi ſolent hæc verba: *Ne attingat eum, niſi luſtratus.* Et cùm nullum tempus utilius collocari poſſe arbitrentur, quàm quod Alcorano impenditur, diligentiſſimè eum lectitare ſolent. Unde de quodam, cui nomen *Abu Hanifah Alnooman* narratur, quod in carcere, in quem, quia judicis munere fungi nollet, conjectus erat, & per aliquot annos ad finem uſque vitæ ſuæ ibidem degebat, Alcoranum perlegerit ſepties millies, referente *Pocockio* ad *Abulpharagium* p. 292.

Nefas quoque iis eſſet, & ſummum piaculum Alcorani textum quocunque modo vel prætextu in dubium vocare, utut de ſenſu variis ſæpè modis inter ſe diſceptent. Et *Omarus* Imperator ſub initium Muſlemiſmi, ne Koranus in dubium facile vocari poſſet, callidè cavit. Cùm enim omnia creditu & ſcitu neceſſaria in eo contineri diceret, reliquos omnes libros, ſeu Philoſophicos ſeu alios ex Bibliothecis regiis conquiſitos in balnea comburendos diſtribui juſſit, quibus calefaciendis per integrum ſemeſtre inſervierunt, narrante eodem *Pocockio* l. c. p. 136.

Alcorani Verſiones hic commemorare operæ pretium eſt. Duæ extant *Latinæ*, antiqua una, altera recentior. De illa ita *Erpenius* ad Sur. Joſ. præf. in verſ. antiq. „Jam anni fermè quingenti ſunt, quod auſpiciis Abbatis Cluniacenſis, in Hiſpania, tota Muhammedanorum lex Alkoranus, ex Arabico in Latinum verſa fuit à Roberto *Ketenenſi Anglo*, & Hermanno *Dalmata*, quæ verſio *Baſileæ* ab *Oporino* excuſa, non immeritò à viris eruditis culpatur, tanquam parum accurata, & extra manifeſtas hiſtorias veram Arabiſmi ſententiam ſatis raro fideliter exprimens.“ *Italica* verſio etiam extat, ex antiqua illa Latina tranſlata, adeòque ſi illa non pejor, nihilo certè melior. *Gallicam* verſionem edidit *Andr. du Ryer*, quæ quamvis accuratior, non tamen ex aſſe ſatisfacit Viro Cl. Dn. *Jac. Winder* de Statu vitâ functorum *p.* 223. ubi locum quemdam ab interprete malè redditum ait, & ſolere nimium licenter intervertere, addere, demere: Verſio *Anglica*, inquit idem *Winderus*, ex *Gallica* ejus *du Ryer* facta, itidem malè ſe habet. Ex eadem *Gallica* confecta eſt nova *Latina*. *Germanicam*, ut apparet, ex *Italica* antiqua, vel *Latina*, vulgavit *Salom. Schweiggerus*. Quaſdam Alcorani particulas cum verſione ſua quidam Arabizantes ediderunt, ut *Thom. Erpenius*, *Jac. Golius*, *Joan. Georg. Niſſelius*. Quaſdam breviuſculas *Zechendorfius*, quas ſpeciminis loco adducit *Pfeifferus* mox citandus.

Cæterum *Turcæ* Alcoranum in ſuam linguam non convertunt: ſed ad ejus intelligentiam, linguam Arabicam ſibi perquam familiarem reddunt. *Perſæ* tamen, qui ob quædam in religione diſcrimina à Turcis pro hæreticis habentur, librum hunc in ſuam linguam convertere, ex teſtimonio *Franc. Bartoni* probat *Hottingerus*: Et vidiſſe ſe teſtatur *Pfeifferus* tale exemplar, ubi textui Arabico verſio interlinearis Perſica ſubjecta eſt.

Commentaria in Alcoranum bene multa ſunt, quæ variis modis inter ſe diſſident. Celebriora ſunt *Zamachſcharii* & *Beidavii*. Perſam quemdam valdè commendat Cl. *Golius*. Plures vide apud *Hotting.* in Bibl. Orient. *p.* 158. *ſeqq.*

Præter Alcoranum Turcæ venerantur quoque Traditiones Muhammedis orales, quas vocant *Sunna*, vel *Aſſona*, unde & *Sunnita* vocantur. * Plura habet cui hæc debemus *Aug. Pfeifferus* Theol. Jud. ac Mohammed. *Exercit. VI.* Videri etiam poteſt *Herbelotius* atque præ omnibus Cl. *Hottinger.* in Bibl. & Hiſt. Orient. *Hadr. Relandus* in Tract. Gallico de Religione Muhammed. *Morer.* Lexic. *p.* 199. edit. ult. *Baſil.*

Alcorani editiones aliquot abſque Editoris nomine recenſet *Lipen.* Tom. I. p. 26. & 27. *Gallicam* Pariſ. 1672. in 12. *Latin.* Baſil. fol. 1543. 1580. Norib. 1664. in 4. *Angl.* Londini 1649. in 4. *Hiſpan.* Granatæ 1555. fol.

Quod adeo rara ſit *Italica* verſio Venetia A. 1547. in 4. publicæ ſuppreſſioni tribuendum putat *Schelhornius* in Amœnit. Liter. *Tom. II. p.* 357. Prodiit ea hoc titulo: *L'Alcorano di Macometto, nel qual ſi contiene la dottrina, la vita, i coſtumi, e le legge ſue, tradotto nuovamente dall' Arabo in lingua Italiana:* idque conjicit ex loco *Alvari Gomezii* in Vita

Card.

Card. *Ximenii*, qui ſic habet: ,, Alfaquinis (*Mauri-* ,, *tanorum ſcilicet ſacrorum antiſtitibus*) ad omnia obſe- ,, quia eo tempore exhibenda promptis , Alcoranos , ,, ... ut in publicum adducerentur , impetravit. ,, Quinque millia voluminum ſunt fermè congeſta , ,, quæ variis umbilicis Punicâ arte & operâ diſtincta, ,, auro etiam & argento exornata , non oculos modò, ,, ſed animos quoque ſpectantium rapiebant. Multi eis ,, ſe donari à *Ximenio* petierunt , ſad nemini quid- ,, quam conceſſum eſt , ignibus omnia , publica ,, in pyra , ad unum exuſta , præterquam aliquot ad ,, rem medicam pertinentia , cujus gena illa non ſine ,, magno profectu ſtudioſiſſima ſemper fuit ; quæ ,, propter ſaluberrimæ artis dignitatem ex incendio il- ,, lo liberata , in Bibliotheca Complutenſi nunc ſer- ,, vantur.“ Idem præpoſterus zelus , addit *Schelhor-nius* , nos privavit primâ Alcorani Arabici editione , quæ circa A. 1530. *Venetiis* operâ *Paganini* Brixienſia lucem vidit : omnia enim ejus exempla juſſu Romani Pontificis Vulcano tradita eſſe refert *Jo. Buxtorfius* in Bibl. Brem. *Claſſ. VI. p.* 273.

Diarium Erudit. Jun. 1730. p. 251. edit. *Amſtel.* docet, Bibliopolas aliquot Londinenſes novam Anglicam *Alco-rani* verſionem ſubſcriptionis viâ excudendam propoſuiſ-ſe, juxta exemplar Arabicum elaboratam , notis atque explicationibus ex optimis hujus libri Commentatoribus excerptis , variiſque acceſſionibus illuſtratam.

Codex Arabicus MS. extat in Vatic. inter Codd. *Petri à Valle* , num. 13. in 4. bomb. 345. & num. 24. in 8. bomb. 27. teſte doctiſſimo Maronita *Aſſe-mano* Bibl. Orient. *Tom. I. p.* 588.

In Catalogo MSS. quos Bibl. Cæſ. Vindobonenſi legavit Vir. Cl. *Sebaſt. Tengnagelius* , plures Alcorani recenſentur Arabici Codices , quorum unus *in fol.* alii in 4. 8. & in 12. Vid. *Reimmanni* Bibl. Acroamat. &c. ſive Epitoma *Lambecii* & *Neſſelii* lib. I. p. 77. 82-85. 87. 88. & Part. II. Lib. III. Codd. 4. 26. 53. 65. 74. 76. 88. 91. 93. 104. 107. 109. 110. 115. 118. 119. 121. 127. 131. 139. 143. 148. 149. 155. 158. 165. 173. 179. 183. 186. 193. 197. 98. & 99. 202. 3. & 4. 206. 208. 9. 10. 11. & 12. 218. 222. 226. 230. 234. 235. 241. 42. & 43. 245. 247. 249. 50. 51. 52. 53. & 54. 256. & 57. 260. & 61. 267. 269. 275. & 76. Non ubique quidem Alcoranus integer extat, ſed utplurimùm excerpta varia.

Cùm autem permulti ſint , præter jam citatos , qui de Alcorano vel ax profeſſo vel per tranſennam ſcrip-ſerunt , de quibus ſuis locis , ſive ſint Interpretes , ſive Commentatores, ſive defenſores , ſive adverſarii &c. datâ occaſione dicemus , eorum nomina , ſaltim quos hactenus novi , indicabo. *Joan.* nempè *An-dreas Abdalla* , *Theod. Abucara* , *Iſmaël Abulfeda* , *Adolphus* Abbas Benedict. *Æneas Sylvius* , ſeu Papa *Pius II. Alanus* de Inſulis , *Alexander* Papa III. *Joh. Annius* , *Andr. Arrivabenus* , *Bartholomæus* Edeſſenus , *Matth. Frid. Beckius* , *Lud. Bertrandus* , *Chriſtoph. Beſoldus* , *Theod. Bibliander* , *Jac. Bisda* , *Sam. Bochartus* , *Dav. Buttners* , *Joh. Buxtorffius* , *Thom. Campanella* , *Didacus de Caſtilbo* , *Bern. Perez de Chinchòn* , *J. C. Clodius* , *Nic. Cuſanus* , *Joh. Conr. Danhaverus* , *Demetrius* Cydonius , *Dionyſius* Carthuſ. *Evodius* Monach. *Euthymius* Zigabenus , *Georg. Eyer* , *Felix Urgelitanus* , *Alph. Fernandez* , *Marſilius Ficinus* , *Mart. Figuerola* , *Damianus à Fonſeca* , *Jo. Lud. Frey* , *Ahaſv. Fritſchius* , *Johan. Friſchmuthus* , *Chriſtoph. de Galvez* , *Gennadius* Scholarius , *Georgius* Monach. Abbas Monaſt. S. Simeon. *Georgius* Trapezuntius , *Jo. Ern. Gerhardus* , *Ant. Geropoldus* , *Tyrſo Gonzalez* de Santalla , *Zach. Grapius* , *Theod. Hachſpanius* , *Corn. Hazart* , *Hermannus* Dalmara , *Hildebertus* Cenomanenſis , *Abrah. Hinckelmannus* , *Petrus Holmius* , *James Howel* , *Petr. Janichius* , *Rob. Jenkinus* , *Joan.* Cantacuzenus , *S. Joannes* Damaſcenus , *Johannes* Segobienſis , *Petr. Kirſtenius* , *Chriſt. Kortholtus* , *Joh. Goth. Lakemacherus* , *Jo. Mich. Langius* , *Joan. Leo* , *Joan. Leonhardus* , *Joan. Leopardus* , *Henr. Lenchert* , *Petrus Guerra de Lorsa* , *Jo. Laur. Luchefinius* , *Manuel* Palæologus , *Lud. Maraccius* , *Joſ. Martellinus* , *Petr. Maurusius* , *Phil. Melanchton* , *Balth. Meiſnerus* , *Chriſt. Bened. Michael* , *Dav. Millius* , *Georg. Moëbius* , *Morgagnus* , *Henr. Muhlius* , *Mich. Nau* , *Dav. Nerreterus* , *Nicetas* Byzant. *Nicetas* Choniates , *Nilus* Monachus , *Jo. Niſſelius* , *Lupus de Obrejòn* , *Petrus Paſchaſius* , *Paulus* Monach. Antioch. Epiſc. Sidon. *Petrus de Pennis* , *Petrus* Toletanus , *Ang. Pfeifferus* , *Angelus Pientini* , *Guill. Poſtellus* , *Humphr. Prideaux* , *Balth. Raithius* , *Seraph. Razzi* , *Chriſt. Reineccius* , F. *Richardus* ſeu *Ricoldus* , *Robertus* Ketenenſis , *Humb. de Romans* , *Chriſt. Roſam* , *Samonas* Gazenſia , *Blaſius Verd. à Sans* , *Imman. Sanzianus* , *Hieron. Savonarola* , *Georg. Schererus* , *Matth. Georg. Schroederus* , *Joh. Conr. Schwartzius* , *Salom. Schweigerus* , *Rich. Simon* , *Antonius de Seltanea* , *Tolandus* , *Joan. de Turrecremata* , *Joh. Lud. Vives* , *Corn. Uythagius* , *Joh. Ulr. Wallichius* , *Paul. Wann* , *Levinus Warnerus* , *Matth. Waſmuthus* , *Joan. Alb. Widmanſtadius.*

De Alcorano diximus , quia non minùs ad noſtrum propoſitum facit , libros Mahometanorum deſcribere quam Judæorum , quamvis præcipua noſtra cura ſit de Chriſtianis Authoribus verba facere.

ALCOZER (*F. Franciſcus* de) Hiſpanus Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ S. Jacobi , præſtans vir judicio , divinarumque , atque humanarum cognitione literarum, Scripsit Sec. XVI.

1. *Tratado contra el Juego* : adverſus ludum. *Salmantica* , apud Andr. de Portonariis , 1559.

2. *Confeſſionario breve*. Ibid. 1572. Cordubæ , 1592. & Matriti 1598. in 8. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 304.

ALCOZER (*F. Hieronymus* de) Hiſpanus , Sacræ Theologiæ Magiſter Ord. Prædic. claruit A. 1514. Laudant *Parra* & *Altamura* ad eundem annum , & *Antonius* Tom. I. p. 433. dicuntque edidiſſe librum hoc titulo :

Subida de monte Sion : Id eſt , *De cognitione Dei per contemplationem quietam* , Valentiæ 1509. in 4. * *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 29.

ALCOZER (*Joannes* de) Hiſpanus , Franciſcanus Provinciæ Aragoniæ , Scripsit Seculo XVII.

Ceremonial de la Miſſa. Matriti 1610. & 1617. in 8. apud Alph. Martinum. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 477.

ALCUINUS ſive ALBINUS , (*Flaccus*) Caroli Magni Præceptor , gente Anglus , ex agro Eboracenſi, ut nonnulli volunt , ut alii , non procul Londino , oriundus , primùm *Bedæ* , deinde *Egberti* Eboracenſis diſcipulus , Eccleſiæ Eboracenſis Diaconus , Cœnobii Cantuarienſis Abbas , claruit anno 780. Anno 793. à *Carolo M.* evocatus , ut ſibi *Fœlicis Orgelitani* Hæreſim , & ſecundæ Synodi Nicænæ Canones oppugnanti præſtò adeſſet , ac ſubſidium ferret , in Galliam transfretavit ; & in ſummam *Caroli* amicitiam receptus , Scholæ Palatinæ præfectus eſt. Anno ſequenti *Carolum* ad Synodum Francofordienſem comitatus eſt , & Canone 56. Synodo à Rege commendatus , in Patrum conſortium & amicitiam adſcitus eſt : ab eodem Monaſteriorum Ferrarienſis , S. Jodoci , & S. Lupi , præfecturâ paulò poſt donatus. Anno 796. ab Imperatore crebris precibus enixè petens , ut ſæcularibus nuncium mittere ſibi liceret , repulſam tulit ; Cœnobiorum tamen San-Martiniani & Cormaricenſis regimine auctus eſt. Anno 798. adversùs *Fœlicem Orgelitanum* , quem blandis literis ſæpiùs antea irrito ſucceſſu compellarat , calamum ſtrinxit , ac ſeptem libris errores ejus confutavit. Anno 799. à *Carolo* ad iter Romam ſecum ſuſcipiendum invitatus , infirmitates & ſenium cauſatus ſe excuſatum haberi petiit. Anno 801. *Carolo* ex Italiâ redeunti gratulatus , tandem toties repetitis precibus optatum exitum comparavit , & ab aulâ & ſecularibus negotiis miſſionem impetravit. Rudi donatus , in Cœnobium ſuum S. Martini Turonenſe ſeceſſit , ac reliquum vitæ tempus honeſto otio , & inſtituendis

dis in ſchola Turonica ab ipſo fundata rei literariæ candidatis inſumpſit, crebris Imperatoris Epiſtolis ad aulam fruſtra revocatus. Obiit Turonis anno, non 790. ut malè *Piſeus*, ſed 804. XIV. Cal.*Jun. ipſo Pentecoſtes die. Vir ubique pius, doctus, gravis, Theologorum ſuæ ætatis, ut rectè de eo *Baleus*, immò omnium Anglorum initio poſt *Bedam* & *Aldhelmum* longè eruditiſſimus, Latinè, Græcè, & Hebraicè peritus. Ei quicquid politioris literaturæ iſto & ſequentibus ſæculis Gallia oſtentat, totum acceptum referri debet. Ei Academiæ Pariſienſis, Turonenſis, Fuldenſis, Sueſſionenſis, aliæque plures, originem & incrementa debent; quibus ille, ſi non præſens præfuit, aut fundamenta poſuit, ſaltem doctrinâ præluxit, exemplo præivit, & beneficiis à *Carolo* impetratis adeuxit. Illuſtres & eruditionis famâ celebres diſcipulos habuit quamplures, quos recenſet *Nat. Alexander. Anaſt.* Bibl. barbare vocat *Alcuinum*, delitioſum Caroli Regis. De fundata ab *Alcuino* Academia Pariſienſi diſſentiunt Galli doctiores, omnium inſtar *Joh. Launoius* de Schol. Celeb. & *Nat. Alexander*, quicquid *Baleus* & alii affirmârint.

De eo *Alcuino* hæc *Joh. Piſeus:* Erat, *inquit*, ingenii feliciſſimi, mitis animi, facundæ linguæ, miræ modeſtiæ, moderatæ gravitatis, maturi judicii, magnæ pietatis, ſingularis eruditionis, terſi ſermonis, ſtyli ſuccincti, ſimplicis, puri. Politè, tum verſu, tum proſâ ſcripſit. Cum Latinarum literarum ſcientia, Græcarum etiam & Hebraicarum cognitionem conjunxit. Nam has linguas & perfectè calluit, & publicè docuit; omnes denique ſcientias Mathematicas, Philoſophicas & Theologicas accuratè tenuit, atque etiam docuit. Demùm teſtimonio *Vincent. Bellovacenſis* in ſpeculo hiſtoriali & noſtrorum Hiſtoricorum, imò communi omnium ſcientiâ, erat Anglorum omnium poſt beatum *Aldhelmum*, & Venerab. *Bedam* planè doctiſſimus. Ad quas etiam laudes addunt quidam tres antiquos Authores fuiſſe, ut ita dicam *Hyppiæ* ſimiles, h. e. omniſcios, videlicet *Hieronymum*, *Iſidorum*, & hunc *Alcuinum*. Hæc *Piſeus*. *Alcuini* ſequens Epitaphium ab ipſo dum viveret dictatum, atque à regulis metricis non-nihil aberrans, extat Turonis in D. Martini templo in lamina ænea parieti inſertum, ſimul & inter Epitaphia *Rabani Mauri* nu. 7.

Hic, rogo, pauxillum veniens ſubſiſte, viator,
Et mea ſcrutare pectore dicta tuo.
Ut tua deque meis agnoſcas fata figuris,
Vertitur in ſpecies ut mea, ſicque tua.
Quod nunc es, fueram famoſus in Orbe viator,
Et quod nunc ego ſum, tuque futurus eris.
Delicias mundi caſſo ſectabar amore,
Nunc cinis & pulvis, vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento,
Quam carnem: quoniam hæc manet, illa perit.
Cur tibi rura paras? quam parvo cernis in Antra
Me tenet hic requies: ſic tua parva fiet.
Cur Tyrio corpus inhias veſtirier oſtro,
Quod mox eſuriens pulvere vermis edet?
Ut flores pereunt vento veniente minaci,
Sic tua namque caro, gloria tota perit.
Tu mihi redde vicem, Lector, rogo, Carminis hujus;
Et dic, da veniam, Chriſte, tuo famulo.
Obſecro, nulla manus violet pia jura ſepulchri,
Perſonet Angelica donec ab arce tuba;
Qui jaces in tumulo terræ de pulvere ſurge,
Magnus adeſt Judex millibus innumeris.
Alchwin *nomen erat Sophiam mihi ſemper amanti,*
Pro quo funde preces mente, legens titulum.

Phil. Labbeus *in Theſ. Epitaph.*

SCRIPTA quæ extant:

1. *Interrogationes & Reſponſiones, ſeu liber Quæſtionum in Geneſim*, ad *Sigulfum* Presbyterum, ejus diſcipulum. *Haganoæ* 1529. 8. *Pariſ.* 1579. in Append. Bibl. PP. Bign. Harum Quæſtionum fragmentum reperitur de benedictionibus *Jacobi* Patriarchæ in Tom. III. Operum D. *Auguſtini*, & in libro tertio Commentarii in Geneſim, *Eucherio* Lugdunenſi tributi.

2. *Dicta ſuper illud Geneſeos*, Faciamus hominem ad imaginem noſtram.

3. *Enchiridium, ſeu Expoſitio pia brevis in VII. Pſalmos Pœnitentiales, in Pſalmum CXVIII. & in Pſalmos XV. graduales* ad *Arnonem* Archiepiſcopum Saliſburgenſem. Prodiit ſeorſim *Pariſ.* 1547. 8. præfatione tamen mutilum, quam primus edidit *Lucas Dacherius* Spicileg. Tom. IX. in 4. & Tom. III. fol. p. 323.

Paulò aliter loquitur *Sixtus* Sen. qui ſic habet: *In XV. Cantica graduum*, h. e. *à Pſalm. CXIX. uſque ad CXXXIII. moralium annotationum brevis Commentarius*, qui incipit *Gradus ſunt*. In Pſalmos verò Pœnitentiales *ſuccinctas, argutas, ac mirè ſignificantes* vocat *juxta ſenſum moralem annotationes*, quarum initium *Titulus Pſalmi*.

4. *De Pſalmorum uſu liber*, cum variis precandi formulis ad res quotidianas accommodatis, ad *Fredegiſum* diſcipulum. Prodiit *Colon.* 1571.

5. *Officia per ferias*, ſeu Pſalmi ſecundum dies Hebdomadis ſingulos diſpoſiti, unà cum Orationibus, Hymnis, Confeſſionibus, & Litaniis.

6. *Epiſtola de illo Cantici Canticorum loco, Sexaginta ſunt Reginæ*, &c. Extat apud *Caniſium*.

7. *Commentaria in Eccleſiaſten*, ad *Oniam*, *Candidum* & *Nathanaelem* diſcipulos ſuos, prodierunt Baſil. 1531. 8. *Pariſ.* 1589.

8. *Commentariorum in S. Joannis Evangelium libri VII.* Extant Argentor 1527. vel, ut alii, Auguſtæ, eod. anno, in 8. Multa ex iſtis Commentariis, præcipue contra Tranſubſtantiationem, aut præſentiam corporalem, *Albertinus*, *Dallæus*, *Claudius* &c.

9. *Epigrammata de recognitione & emendatione totius Divinæ Scripturæ* ab *Alcuino* facta.

10. *De Fide SS. Trinitatis* libri III. ad Carolum M. *cum invocatione ad S. Trinitatem & Symbolo Fidei.* Baſileæ editi An. 1515. & Coloniæ 1539. *fol.* adjectis aliquot *Homiliis*, teſte *Geſnero* p. 22. Vid. inf. n. 62.

11. *Confeſſio*, ſive *Doctrina de Deo*, Quæſtiones XXVIII. *de Trinitate*. Extat opuſculum in Monum. SS. Patrum Orthod. *Baſil.* 1569. p. 1730. & in Append. Bibl. PP. Bignæanæ.

12. *De differentia æterni & ſempiterni, immortalis & perpetui, ſæculi, ævi, & temporis*, Epiſtola.

13. *De Animæ ratione liber* ad Eulaliam Virginem.

14. *Contra Fœlicem Orgelitanum Epiſcopum* libri VII. ann. 798. ſcripti. In Bibliothecis Patrum Paulino Aquileienſi malè tribuuntur.

15. *Epiſtola ad Elipandum* Toletanum Epiſcopum cohortatoria in Catholica fide.

16. *Epiſtola Elipandi ad Alcuinum*, injuriis & calumniis refertiſſima, anno 799. ſcripta, ſtylo admodùm barbaro.

17. *Contra Elipandi Epiſtolam* libelli II. quibus evacuat pravas illius aſſertiones, anno 800. ſcripti.

18. *De Incarnatione Chriſti, & de duabus in eo naturis, ac de unitate unius perſonæ*, contra eundem *libri II.* eodem anno ſcripti.

19. *Epiſtola Elipandi ad Fœlicem* nuper converſum. Hæreſim iſte abjuravit in Synodo Aquiſgranenſi exeunte anno 799. ſede tamen ſuâ depoſitus, apud Lugdunum in perpetuum exilium relegatus eſt. Fecit id aliquantò ſerius, & ipſe *Elipandus* ab *Alcuini* libris convictus, piè mortuus eſt anno 808.

20. *Confeſſio Fidei Fœlicis Orgelitanæ ſedis Epiſcopi*, ad Clerum & Populum Orgelitanum miſſa, poſt ejuratam in Synodo Aquiſgranenſi hæreſim.

21. *Epiſtola ad Filiam in Chriſto cariſſimam.*

22. *De Divinis Officiis liber*, ſive *expoſitio Romani Ordinis*. Habetur ſub *Alcuini* nomine inter alios Scriptores ejuſdem argumenti ſæpiùs editus, in editione verò Operum *Alcuini* Du-Cheſnianâ XII. integris capitulis auctus. *Alcuini* autem non eſſe, & poſt annum 1000. ſcriptum eſſe certo certiùs conſtat. Has editiones notat *Lipen.* Tom. II. p. 372. *Colon.* 1568. *Rom.* 1591. Pariſ. 1610. 1624. Prodiit item in Append. Bibl. PP. Bignæanæ.

23. *De*

23. *De ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ* Epiſtola ad *Carolum M.* Extat ibid. cum Epiſtola Imperatoris de eodem argumento.

24. *De Baptiſmi cæremoniis* ad *Oduinum* Presbyterum *Epiſtola.* Extat ibid & apud *Caniſium.*

25. *De iiſdem cæremoniis alia Epiſtola* quam *Alcuino* rectè abjudicat *Sirmondus*; *Amalarii* enim Trevirenſis eſt.

26. *De Confeſſione peccatorum* ad pueros S. Martini *Epiſtola.* Edidit *Caniſius* ex MSS. membranis Monaſt. S. Galli; eandem eſſe conjicit ac librum *de Auriculari Confeſſione*, quem inter *Alcuini* Opera quamplures recenſent.

27. *Sacramentorum liber.* Prodiit *Colon.* 1571.

28. *Homiliæ* III. 1. *De Silentio, in quo miſſum eſt incarnatum Verbum.* 2. *In Nativitate B. Mariæ.* 3. *In Feſto Omnium Sanctorum.* Spuriæ ſunt, ex *Pauli* Diaconi Homiliario deſumptæ. Tertia inter Auguſtinianos de Sanctis locum 36. obtinet.

29. *Vita Antichriſti* ad *Carolum Magnum.* Suppoſititiam notat *Elias Du Pin.*

30. *De Virtutibus & Vitiis* ad *Widonem* Com tem liber. Extat in Append. Bibl. PP. Bignæanæ. Supplementum ad eundem librum ex Cod. MS. S. Galli edidit *Caniſius.*

31. *De ſeptem Artibus liber imperfectus*, cujus duo tantùm extant capitula, viz. de Grammatica & Rhetorica, cum tranſitione ad Dialecticam.

32. *De Rhetorica, & de Virtutibus Dialogus.* Prodiit, teſte *Geſnero*, Haganoæ 1529. in 8. per *Menradum Moltherum* reſtituta. Stilus ſimplex & purus eſt. Editionem *Pariſ.* 1599. in 4. adducit *Caveus.*

33. *Grammatica.* Prodiit ſeorſim *Hanov.* 1605.

34. *Dialectica*, interlocutoribus *Carolo M.* & *Alcuino.* Prodiit unà cum Grammatica, *Ingolſtad.* 1604. in 4. Utramque edidit *Caniſius.*

35. *Diſputatio* Regalis & Nobiliſſimi juvenis *Pippini* (poſtea Regis Italiæ) cum *Albino* Scholaſtico.

36. Scriptum *De vita S. Martini Turonenſis.*

37. *De Tranſitu S. Martini* Sermo.

38. *Vita S. Vedaſti* Epiſcopi Atrebatenſis, anno 795. ſcripta.

39. *Vita beatiſſimi Richarii Presbyteri.* Extat apud *Surium* die XXVI. April. & in *Actis SS. Ord. S. Bened.* Tom. II. p. 187.

40. *De Vita S. Willibrordi Trajectenſis Epiſcopi* libri II. alter ſolutâ, alter vinctâ oratione compoſiti, cum Homilia in eundem, & Elegiaco carmine. Extant apud *Mabillon.* Sæc. Benedict. III. par. I. p. 601. & *Surium* VII. Nov. atque apud *Caniſium* ad calcem Epiſtolarum.

41. *Epiſtolæ CXV.* quarum LXVII. habentur apud *Caniſium*, ex MS. S. Galli, cum variis Annotationibus: his ſubjicitur alia ad *Eanbaldum* Archiepiſcopum Eboracenſem, quam ex Cod. MS. ediderat *Fontanini* in Append. ad Vindicias antiquorum Diplomatum *p.* 266.

42. *Poëmata & Verſus de pluribus Sanctis.*

43. *Alii Verſus* ex variis locis collecti, qui cum prioribus conficiunt Poëmata CCLXXII.

Prodierunt opera *Alcuini* ſupra enumerata, curâ *Andr. Quercetani* ſiva *Du-Cheſne*, Pariſ. 1617. fol.

44. *Libri IV. Carolini de Imaginibus*: hos ſub *Caroli* nomine ſcripſiſſe tradit *Rogerus Hovedenus*; de iis fuſiùs ubi de Carolo *Magno*, quem autorem præferunt, ac proinde inter *Alcuini* Opera non reperiuntur.

45. *Confeſſio Fidei*, ſive *Deſloratiuncula* ex *Auguſtini*, aliorumque Patrum ſcriptis collecta, & in quatuor partes diviſa, ſub *Alcuini* nomine à *Chiffletio* edita eſt *Divione* 1656. 4. inter alia quædam aliorum Opuſcula. Confeſſionem iſtam fœtum eſſe *Alcuino* ſuppoſitum probare conatus eſt *Nat. Alexander*, ut & *Dallæus* in Tractatu poſthumo *Rhotomagi* anno 1675. edito. Eam haud minùs fusè *Alcuino* vindicare nititur *Joannes Mabillonius* Diſſertatione prolixâ, quæ *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I.

habetur *Analect.* Tom. I. *p.* 178. &c. Ex utrius partibus ſtet veritas, judicent Eruditi. Notari tamen velim *Mabillonium* candidè ſatis fateri, ſe rem haud adeò confeciſſe, quam probabilem reddidiſſe.

46. *Commentarius brevis in Cantica Canticorum*, editus à *Patricio Junio* cum Commentario *Gilberti Foliot* Londini 1638. 4.

47. *Breviarium fidei adversùs Arianos*, quod inter Opuſcula dogmatica Anonymum edidit *Sirmondus* Pariſ. 1630. MSS. Codices *Alcuino* adjudicare teſtatur *Chiffletius.*

48. *Homilia de Purificatione B. Mariæ Virginis*, quæ *Ambroſio* perperam inſcripta, ad calcem illius Operum haberi ſolet. *Alcuino* aſſeritur à *Baluzio* Miſcellan. *Tom.* 2. *p.* 382.

49. *Epiſtola, & Præfatio in libros VII.* ad *Fælicem Orgelitanum* (quæ in Codicibus impreſſis deerat) ab eodem editæ *Miſcellan.* Tom. IV. pag. 413.

50. *Epiſtola I. ad Carolum M.* de pretio redemptionis humanæ: *Capitulare admonitionis* ad eundem, *Epiſtola ad Abbates & Monachos Gothiæ* in Cauſâ *Felicis* Urgellenſis: *Sermo* in Hypapanti dictus coram *Carolo M.* qui aliàs inter *Ambroſii* opera legitur; ſed *Ambroſio* perperam adſcribitur, cùm feſtum Hypapantis *Ambroſii* tempore ignotum fuerit. Hæc habentur apud *Baluzium* Tom. I.

51. *Epiſtola ad Monachos Vedaſtinos* ſcripta circa A. 796. edita ex MS. Vedaſtino annorum 800. & ultra, in Collectione *Vet. Script. & Monum.* Tom. I. p. 50.

52. Opuſculum *De comparatione Novi & Veteris Teſtamenti à denario numero uſque ad unum, deque myſtico ſingulorum ſignificatu.* Evulgavit *Bern. Pezius* Theſ. Anecdot. *Tom. II. Part. I. p.* 2. qui in Obſervationibus præviis hæc habet: „ *Alcuinus* hic nihil aliud agit, quàm ut *Gallicellulam*, diſcipulum ſuum doceat, „ quorum myſteriorum in Novo Teſtamento figuræ, „ illi numeri Veteris Teſtamenti extiterint, idque „ paucis, utpote *iter agens*, ut in præfatiuncula ſcribit. “ Sed majoris momenti eſſe ait quas ſubjungit ejuſdem *Alcuini* Epiſtolas VII. ad *Arnonem* ſeu *Aquilam*, primum Archiepiſcopum Salisburgenſem. Inter has, inquit, notatu dignior eſt prima, in qua *Arnonem* admonet, ut cum neophytis Hunnis ſeu Hungaris mitius agat, ſibique proponat *Saxones*, *quorum fidem, ut dicebatur, Decimæ ſubverterunt.* Opuſculum ex MSS. Codd. Monaſt. S. Emmerammi, & Benedictoburani Epiſtolas eruit accuratus Editor.

53. *Epiſtola ad Gallicellulam*, quæ eſt Opuſculum *de comparatione V. & N. T.* &c. edita eſt apud *Dacherium* Tom. III. p. 321. *in fol.* Subjicitur, 1. brevis diſcurſus *de decem verbis Legis*: 2. Epiſtola ad Fridugiſum *de tribus generibus viſionum*: 3. Epiſtola ad *Arnonem.* Vid ſupra n. 3.

54. *Epiſtolæ XXVI. à Mabillonio* evulgatæ *Analect.* Tom. IV. p. 272.

55. *Carmen de Cuculo*, aliaque duo Poëmata, ab eodem publicata *Analect.* Tom. I. p. 369. Tom. II. pag. 552. alia quædam à Baluzio *Miſcell.* Tom. IV.

56. *Poëmata II.* alterum Heroicum breve, alterum Elegiacum prolixum, utrumque præcipuè de argumento Librorum Sacrorum utriuſque Teſtamenti, edita ſunt à *Lambecio* Comment. de Biblioth. Vindob. *l.* 2. *cap.* 5. *p.* 403.

57. *Hymnus*, & *Epigrammata III.* in *S. Vedaſtum* ab eodem data, *ibid. p.* 413.

58. *Homilia in die natali S. Vedaſti*, à *Bollando* primùm in lucem emiſſa inter *Acta Sanctorum* menſe Febr. p. 800.

59. *Homiliæ in Evangelia Dominicarum dierum & feſtorum totius anni*, quas *Baſil.* 1515. & *Colon.* 1539. editas tradit *Hottingerus.* An diverſæ, quas memorat *Lipenius*,

60. *Homiliæ in Evangelia totius anni.* Colon. 1576. Vereor ne illæ ſint quas libris *de fide Trinitatis* adjectas tradit *Geſnerus.* Vid. ſupra n. 10.

61. *Homiliarium* Pauli Diaconi in plerisque codici-

bus *Alcuino* malè inſcriptum, & ſub illius nomine aliquoties prodiiſſe docet *Cavens*: forte eſt Collectio *Homiliarum in Evangelia* veterum aliquot Eccleſiæ Doctorum, in qua reperiri ait *Sixtus* Senenſ. *Homilias CCIX.* nimirum *Augustini* XLVIII. *Hieronymi* VI. *Ambroſii* X. *Hilarii* I. *Fulgentii* II. *Origenis* IV. *Maximi* XVII. *Chryſoſtomi* II. *Severiani* I. *Leonis* XXI. *Gregorii* XXXIX. *Bedæ* XLVIII. *Iſidori* II.

62. *Biblia* item *Latina* juſſu *Caroli M.* manu ſuâ exaravit, quæ MSS. Romæ ſervantur in Bibl. Vallicell. PP. Oratorii, de quo Codice hæc *Baronius* ad A. 778. „Sed & quod præſtat cæteris, eidem *Carolo M.* debemus ingens opus ab *Alcuino* ſive *Albino* „elaboratum, quo totius divinæ Scripturæ tam Ve„teris, quàm Novi Teſtamenti editio emendata eſt.

63. Scripſit præterea *Alcuinus*, inquit *Cavens*, Carmine Heroico librum *de Pontificibus & Sanctis Eccleſiæ Eboracenſis*. Hoc Poema verſus 1658. continens, ex codicibus MSS. Remenſi, & S. Theoderici propè Remos, à *Joan. Mabillonio* ad ſe tranſmiſſum, publici juris fecit *Thom. Galeus*, Rer. Anglic. Script. *Tom. III. p.* 703. qui & Epiſtolas aliquot *Alcuini* nondùm publicatas penès ſe habere teſtatus eſt. At perperam *Alcuino* à *Galeo* librum hunc adſcriptum putat *Oudinus*: & *Frideodi* cujuſdam eſſe arbitratur, natione Angli, Monachi Benedictini, de quo diſſerit ad A. 960.

OPERA DEPERDITA.

1. *Commentarius in Proverbia.*
2. *Commentarius in IV. Epiſtolas S. Pauli*, *nempe ad Epheſios, ad Titum, ad Philemonem & ad Hebræos*: Ita *Cavens*: at *Sixtus* Senenſ. ſcripſiſſe tradit, ut & *Trithemius*, *in omnes hujus Apoſtoli libros*, ac præterea *in Apocalypſin*.
3. *De Orthographia liber.*
4. *De Muſica liber.*

Hæc item *Trithemius* & ex eo alii ſcripta recenſent:

1. *De adoptione filiorum Dei* Lib. I.
2. *De Eccleſiaſticis dogmatibus* Lib. I.
3. *Speculum parvulorum* Lib. I.
4. *De nominum Dei proprietate* Lib. I.

* Conf. de *Albino* ſeu *Alcuino* Sigebert. *cap.* 83. Trithem. *cap.* 251. Honor. Auguſtod. *lib. IV. c.* 2. Leland. *cap.* 88. Baleum *Cent. II. cap.* 17. Geſner. *fol.* 22. Poſſevin. *p.* 29. & 30. Sixtum Senenſ. *lib. IV. p.* 195. Guil. Cave *ad A.* 780. Oudin. *in Comment.* ad A. 785. *p.* 1923. Voſſii *lib. II.* de Hiſt. Lat. *cap.* 30. Nat. Alexand. *Sec. VIII. cap.* I. *art.* 7. *p.* 684. *in fol.* Du Pin *Tom. VI. p.* 120. *in* 4. & Tab. Univerſ. *Tom. I. p.* 308. *in* 8. Le Long *Bibl. Sac. p.* 235. *c.* 2. & p. 601. ac *Bibl. Hiſt. Galliæ* &c. Elſii *Encomiaſt. Auguſtin.* p. 24. Hotting. *Bibl. Quadrip.* p. 309. Lipen. *Bibl. Theol.* Becman. *Catal. Bibl. Francof.* p. 11. Placcii *Theatr. Anonym.* &c. Hiſt. Bibl. Fabric. *Tom. I. p.* 208. 225. Elogia quæras apud *Pope Blount* p. 341.

Cæterùm iſte *Albinus* ſeu *Alcuinus* non confunditur cum altero *Ticinenſi* Monaſterio præfecto ſub *Carolo* Rege: anterior alius fuit *Albinus* Abbas coævus *Bedæ*, adjutor illi in ſcribendâ Anglorum hiſtoriâ, teſte ipſo *Beda* in Præf. Ita enim ille: *Auctor ante omnes, atque Adjutor Opuſculi hujus Albinus Abbas Reverendiſſimus, vir per omnia doctiſſimus, extitit.* Diverſus etiam fuit *Albuinus* Epiſcopus, *Zachariâ* Pontifice, de quo *Uſſerius* Præf. ad Epiſtol. Hib. ut etiam *Baluzius* in notis ad *Lupum* Ferrar.

R. ALDABI (*Meir*) Hiſpanus, vixit A. 5120. C. 1360. SCRIPSIT librum quem nuncupavit

Sceuilè emunà *Semita fidei*: decem abſolvitur tractatibus, quorum I. de exiſtentia Creatoris: II. de creatione mundi, Sphæris & ſtellis: III. de creatione Adam & Evæ: IV. de formatione hominis in utero: V. de tuenda corporis valetudine: VI. de luce animæ, facultatibuſque ejus & intellectu: VII. de animæ ſanitate; VIII. de fide Legi ſcriptæ habenda: IX. de præmiis piorum, & impiorum pœnis: X. de liberatione & reſurrectione mortuorum & ſæculo futuro agit. Prodiit *Rivæ Trid.* per R. Job. Othelingium, A. C. 1559. in 4. (*a*) *Amſtelod.* 1567. in 4. iterumque 1707. in 12. (*b*) Ex illo libro locus benè longus de adventu Meſſiæ & reſurrectione mortuorum Hebr. & Latinè extat apud *Imbonatum* (*c*). * De eo vid. *Voiſin.* not. ad cap. R. *Iſmaelis* de Animâ p. 221.

(*a*) *Bartoloc.* P. IV. p. 15. (*b*) *Wolf.* p. 744. (*c*) In *Tract. de adventu Meſſiæ* p. 46. ſeqq. ad calcem *Bibl. Lat. Heb.*

ALDANA (*D. Didacus de Tapia*) Hiſpanus, Sacerdos & Canonicus Regularis Ordinis S. Jacobi domûs *De Velès* dictæ, multiplicem doctrinam ſuam oſtendit in erudito opere, cui titulus

Philemon, Dialogus, ſive de Triplici bono, & vera hominum nobilitate: Ad *Philippum* Principem Hiſpaniarum. *Salmantica*, 1588. in fol. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 245.

ALDANA (*Franciſcus de*) Hiſpanus, expertæ fortitudinis miles, prudentiâ ingenioque, non minùs quam robore animi, ac manu valens, poſt facta plura ſub *Philippo* Rege II. ſtipendia, approbatamque ei in multis bellicis officiis operam, juſſu ejuſdem comitatus fuit *Sebaſtianum* Luſitaniæ Regem in expeditione illa Africana quæ tam ei quàm *Sebaſtiano* fatalis fuit. Multa *Aldanæ* monumenta cùm ligatæ, tùm proſæ orationis invidit nobis fortiſſimi ac diſertiſſimi hominis mors, quorum memoriam conſervavit ſaltem *Coſmas* ejus frater, ad carmina ejuſdem, quæ in vulgùs edidit, præfatus. Prodierunt nempè ejus cura Opera *Franciſci* quæ reperiri potuerunt, Hiſpanicè

1. *Las Obras que ſe an podido hallar del Capitan Franciſco de Aldana.* Matriti, apud Ludov. Sanchez, 1593.

Deperiiſſe alia opera eodem ipſo fato, quod *Aldanam* ſuſtulit, cùm ſacra, tum profana *Coſmas* conqueritur. Ea ſunt, ejus quidem teſtimonio,

2. *Del Sanctiſſimo Sacramento*; foliorum ferè 100. opus proſaicum.
3. *De la verdad de la fee*, ſeu de veritate fidei, ejuſdem molis.
4. *Perfectiones de Nueſtra Señora*: Perfectiones Dominæ Noſtræ.
5. *Del Amor Platonico.*
6. *Dialogo llamado Ciprigna*: Dialogus inſcriptus *Ciprigna*: ſive ſeceſſus nobilium quorumdam virorum in Cyprum Inſulam.
7. *Hiſtoria del Geneſis, en octavas*:
8. *De Angelica y Medoro, en octavas.*
9. *Epiſtolas de Ovidio, en verſo ſuelto.*
10. *De Amor, y Hermoſura.*
11. *Cartas*: Epiſtolæ nempè tam ſeriæ quàm jocoſæ, urbanitatis plenæ.

Omnia hæc partim lecta ſibi, partim viſa *Coſmas* refert, adjungens *Bucolica* alia *duo Poemata*, quorum alteri *de Partenio y Niſa* nomen fecerat, ab ipſo authore eorum, egregio quidem eo propriarum vigiliarum contemptore, Vulcano, præſente ſe, qui teſtimonium oculatum perhibet, in prædam data. Obiit in Alcazarenſi infelici prælio, die 2. Auguſti A. 1578. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 304.

ALDANA (*F. Petrus de Tevar*) Hiſpanus, Limæ apud Indos Occidentales natus, & in Franciſcanorum provinciæ XII. Apoſtolorum familiam receptus, *Philippo* IV. Hiſpaniarum Regi à ſacris fuit concionibus, rerumque Fidei Cenſor Theologus. SCRIPSIT

1. *Tratados morales para la Quareſma*, duobus tomis: Matriti 1627. & 1644.
2. *Sermones de Chriſto y de ſu Madre.* Barcin. 1633. Olyſſipone, 1635.
3. *Excelencias de Nueſtra Señora y de los Santos*; duobus tomis. Barcinone 1633. & Matriti 1635. * *Hæc Waddingus* apud *Nic. Anton.* Tom. II. p. 197.

ALDAVE (*Dominicus de*) Monachus Ciſtereienſis, Hiſpanus, familia nobili in Cantabria natus, religionem amplexus eſt in Hortenſi cœnobio. Vir fuit raris naturæ dotibus præditus, & gravioribus omnibus diſciplinis excultiſſimus. Philoſophiam in Meyrenſi collegio, Theologiam in Monis Ramorum profeſſus eſt, cum fructu eximio. Ejus quoque ingenium & doctrinam experta & admirata eſt Salmanticenſis Academia. Tandem Hortenſe Monaſterium illum ſibi vindicans, Abbatem coluit : imò & univerſa Congregatio (an. 1626.) Reformatorem generalem. SCRIPSIT præter Comment. *in univerſam Ariſtotelis Logicam*, *in Iſagogen Porphyrii*, *in Phyſicam*, & *in Metaphyſicam*, varios Tractatus Theologicos ; Teſte apud *Viſchiam* pag. 84. *Aug. Henriquez*, qui tamen eorum titulos ſe ignorare fatetur.

ALDEBERTUS. Vid. ADELBERTUS, Heidenheimenſis Abbas.

ALDEBERTUS vel ALDABERTUS & ADALBERTUS, Gallus, Seculo VIII. cum *Clemente* natione Scoto, reſtitit tyrannidi & ſuperſtitioſis inſtitutis *Bonifacii* Moguntini. Teſtes ſunt non modò Epiſtolæ *Bonifacii & Zachariæ* T. VI. Concil. col. 1503. in quibus duo Pſeudo-Prophetæ & Pſeudo-Chriſtiani appellantur, & Synodi variæ, Gallicanæ duæ Sueſſionenſis A. 744. Can. II. ſub *Pipino* Majore domus, & ſuaſu *Bonifacii*, & Germanica III. præſide eodem *Bonifacio*, & Romanâ ſub *Zacharia* A. 745. adversùs *Aldebertum* & *Clementem* ; ſed etiam prolixè *Aventinus* in Annalibus lib. III. *Baleus* Cent. I. & XIV. &c. Nempe hi in Germaniam delati *Bonifacium* palam traduxerunt, & jactatam Pontificis Romani poteſtatem damnabant, ut & Cœlibatum clericis imperatum, abrogatum Sacerdotum conjugium, Imagines, Reliquias, Peregrinationes, Sanctorum & Martyrum cultum, &c. Undè non mirum ſi in eos exaſerit *Bonifacius* : teſtis Epiſtola illa *Bonifacii* ad *Zachariam* A. 745. quam inter Hibernicas edidit *Uſſerius* in ſua Sylloge Ep. XV. *Maximus mihi labor fuit contra duos hæreticos peſſimos, & publicos, & blaſphemos contra Deum & contra Catholicam fidem.* Hinc petit à Pontifice, *ut mitterentur in carcerem, & traderentur Satanæ, ſi qui cum eis loquerentur, vel communionem haberent.* Dein affingit eis portentoſa quædam, v. g. *quod ſe Apoſtolis Chriſti æquipararent, ſigna & prodigia mala facere ſe jactitarent, cruciculas & Oratoria in campis erigerent, in proprio honore ſua Oratoria dedicarent, occultorum peccatorum cognitionem ſibi tribuerent, Canones Eccleſiarum abnegarent, Judaiſmum inducerent, & legem Leviratûs, adulterium Epiſcopi, ſuo exemplo permitterent, horribilia de Prædeſtinatione affirmarent, dicerentque Chriſtum deſcendendo ad Inferos, omnes inde liberaſſe credulos & incredulos.* Hinc, inquit *Spanhemius* fil. Vir Celebrat. in Hiſt. Eccleſiaſt. *p.* 1301. ineptiſſimis aliis fabulis & affictis eiſdem ſcriptis, traducti, tanquam *Anti-Chriſtiani*, *Pſeudo-Prophetæ* &c. Eaque nullum alium teſtem habuêre quàm ipſum *Bonifacium* actorem & reum, cum Synodum Romanam ſub *Zachariâ* Pontifice : dehinc hujus literas ad eundem *Bonifacium*, tandem Synodos per *Bonifacium* ſub Pipino & Carolo Magno, Sueſſione & in Moguntiaco habitas, inducta utriuſque Pontificis Romani Germanique, in quibus fuêre iſta accuſationum, hinc damnationis capita Romæ confirmanda, in *Tom. VI.* Concil. col. 1551. &c.

ALDEBERTUS (*Petrus*) Ord. Prædic. floruiſſe videtur A. 1440. qui Sacræ Theologiæ Lector, ſcholâ relictâ, concionibus ad plebem habendis intendens, SCRIPSIT A. 1451. *Poſtillam in Evangelia Dominicalia totius anni*, quæ MS. extat in Bibl. Reg. Gall. Cod. 5696. Incipit *Veritas Evangelii* &c. * *Oudin.* Tom. III. p. 2468.

ALDEGONDIUS. Vid. MARNIXIUS (*Philippus*).

ALDENARDA (*Nicolaus de*) Ord. Ciſterc. Religioſus B. Mariæ de Dunis, circa annum 1470. Pariſiis in S. Bernardi collegio, clariſſimâ eloquentiæ famâ floruit. Tantæ fuit humilitatis, tantæque religioſæ obſervantiæ & ſolitudinis amator, ut à Flandriæ Comite in Confeſſarium poſtulatus, functionem quantumvis honorificam humaniſſimè declinaverit. Obiit in Monaſterio de Dunis, anno ætatis ſuæ 105. Publicavit Pariſiis

Librum variarum orationum, quas diverſis temporibus habuerat ; qui cum inſigni virorum Doctiſſimorum plauſu exceptus, authori ſuo magnam eloquentiæ famam conciliavit, referente *Viſchio* p. 246.

ALDERETE (*Bernardus de*) Hiſpanus, Zamorenſis, Jeſuita, Societatem ingreſſus A. 1613. ætat. 19. in Salmantina Academia pro Regio ejuſdem Societatis Collegio primarius Theologiæ Profeſſor, obiit Salmanticæ d. 15. Sept. 1657. SCRIPSIT

1. *Commentariorum, ac Diſputationum in Tertiam partem Sancti Thomæ de Sacris Incarnati Verbi Myſteriis & perfectionibus*, Tomos duos. *Lugduni*, apud Phil. Borde & ſocios, 1652. & 1657. in fol.

2. *De voluntate Dei, Prædeſtinatione ac Reprobatione* : Ibid. 1662. fol.

3. *In I. Part. D. Thomæ de Viſione & Scientia Dei*: Ibid. eod. anno.

* Conf. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 178. *Du Pin* Tab. Univerſ. Tom. II. p. 2174. *Lipen.* Bibl. Theol. *Morer.* Lexic. *Baldaſſari* Vite di Perſon. illuſtri *p.* 80.

ALDERETE (*Bernardus de*) alius, itidem Hiſpanus, Malacitanus, Soc. Jeſu, *Joſephi* (de quo infrà) frater gemellus, eadem cum eo ſtudia ſectatus eſt, antiquitatis nempe, ac Juris utriuſque cognitionem. Sacerdotium, ſive Canonicatum, ut vocant, Cordubenſis Eccleſiæ cùm obtinuiſſet *Joſephus*, coadjutorem ſibi fratrem delegit, obtinuitque ; nec diu poſt locum ei vacuum reliquit, religioſam vitam ingreſſus apud Jeſuitas. Ad hæc *Bernardus* Hiſpalenſis Archiepiſcopi *Petri à Caſtro* Vicarium egit Generalem, aliàs Cordubæ manens ; vir inſigni morum probitate, atque modeſtiâ, eàque eruditione, ut pares in hoc ſtudio habuerit paucos, ſuperiorem fortaſſe neminem ; linguarum Græcæ, Hebraicæque, ac cæterarum Orientalium, totiuſque antiquitatis ſtudioſiſſimus, atque eximiè gnarus ; judicio inprimis pollens maturo ac libero.

SCRIPSIT Latinè, præter *Origines linguæ Caſtellanæ*, & *varias Antiquitates Hiſpaniæ* &c. vernaculè editas,

1. *Φωσφόρον, ſive coruſcantia lumina, triumphaliſque Crucis ſigna, Sanctorum Martyrum Albenſium Urgavonenſium Bonoſi, & Maximiani, & aliorum ſanguine purpurata, ſive de inventione Martyrum*, quos vulgò dicunt *de Arxona in Bætica* : Ad Urbanum VIII. P. M. Epiſtola ex Corduba 1630. fol.

2. *Myſterii Myſteriorum Sacrificii æterni Euchariſtica Symbola, deque illi quinta feria ſacrando.* Hæ ſunt *Epiſtolæ* quædam hoc de argumento ſibi, & à ſe ad plures ſcriptæ, ad finemque, Synopſis, compendiumve juſti, & germani operis, quod quidem in ſchedis reliquit. * Vid. *Nic. Anton.* ubi ſuprà.

ALDERETUS (*Joſephus*) Bernardi frater, Soc. Jeſu, cùm Civilis atque Canonici Juris Doctor, & Humanarum atque Divinarum Litterarum cognitione ornatus eſſet, Cordubenſis Eccleſiæ Canonicus, magnamque Capituli, & totius Civitatis ſibi conciliaſſet benevolentiam, ac Judicis Hiſpalenſis Eccleſiæ officio functus, omnia vili pretio habuit, ut Chriſtum lucrifaceret. Quamobrem mundi vanitate rejectâ, ad Jeſuitas tanquam in portum convolavit ; in qua Societate ad alias ſcientias, Philoſophiæ & Theologiæ cognitionem adjunxit ; vir pereruditus, modeſtus, humilis. Dum Granatenſi Collegio præeſſet Rector, obiit die 12. Junii, A. 1616. ætatis 56. Religioſæ vitæ 16. & 9. poſtquam Profeſſis quatuor votorum aggregatus eſt.

SCRIPSIT nomine ad calcem libri appoſito

1. *Juris allegationem pro omnimoda Societatis Jeſu ac Regularium, ab Ordinarii Hiſpalenſis juriſdictione, libertate & exemptione aſſerenda.* Hiſpali per Clem. Hidalgum 1605. in 4.

SCRIPSIT item

2. *De religioſa diſciplina tuenda* libb. III. *Ibid.* 1615. in 4.

* Vid. *Alegamb.* p. 281. *Morer.* Lexic. edit. Baſil.

ALDHELMUS, natione Anglus, *Kenredi*, vel, ut alii ſcribunt, *Chenuni* ſeu *Cheuredi* & *Kenteni* filius, Inæ Viſi Saxonum Regis nepos, juvenis adhuc Galliam & Italiam peragravit, tantoque animi ardore ſacris pariter ac humanis literis incubuit, ut omnes ſui temporis Theologos longè ſuperaverit. Domum reverſus, primùm Monachus, deinde Abbas Bladunenſis, ſive Malmsburienſis factus eſt anno 671. Claruit præcipuè circa annum 680. Exactis in regimine Monaſtico annis 34. ann. 705. Schirburnenſis Eccleſiæ Antiſtes conſecratur. Obiit anno 709. die XXV. Maii. Dum Abbatis munere adhuc fungeretur, ſcripſit jubente gentis ſuæ Synodo adverſus vicinos Britannos, quòd Quartodecimanum Paſchatis celebrandi morem mordicus retinerent. Primus ex Anglorum gente erat juxta *Camdenum* (*a*) qui Latinè ſcripſit, primuſque componendi carminis Latini rationem populares ſuos docuit. *Vir*, teſte *Bedâ* (*b*), *undecunque doctiſſimus: nam & ſermone nitidus, & Scripturarum tam liberalium quam Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus.*

S C R I P T A:

1. *De erroribus Britannorum*, ſive *de Circulo Paſchali* de quo opere (jam deperdito) *Beda* cap. 18. lib. 5. » Scripſit, *inquit*, jubente Synodo ſuæ gentis, librum egregium adverſus errorem Britonum, quo » vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia per ,, plura Eccleſiaſticæ caſtitati & paci contraria gerunt; ,, multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ,, ſubditi erant Britones, ad catholicam Dominicæ ,, Paſchæ celebrationem hujus lectione perduxit. " *Et erat hoc*, addit *Lelandus*, *primum opuſculum, in quo acuti ingenii periculum fecit.*

2. *De Virginitate* proſa & carmine libri II. cui III. *de Pugna vitiorum* adjunctus eſt, quos & *Hildelithæ* Virgini dedicavit. Opus eximium, ad exemplum *Sedulii* compoſitum. Extat liber metricus apud *Caniſium* Tom. I. p. 709. edidit. *Baſnag.* cum opuſculo itidem metrico *de octo principalibus vitiis*: quæ cum proſaico *de Virginitate*, poëticis item nonnullis à *Mart. Delrio* editis *Mogunt.* 1601. 8. atque *augmatum libro* unà prodierunt Tom. VIII. *Bibl. PP.* Colon. 1618. Proſaicus item habetur in *Monum. Orthodox.* p. 1677. & in variis PP. Bibl. Eundem edidit Vir Cl. *Henr. Warthonus*, Londini apud Rob. Clavell, 1693. in 4. cum aliquot *Bedæ* ſcriptis &c. (Conf. quæ de illo dicemus.)

Scripſit præterea *Aldhelmus*

3. *De Vita Monachorum*, *De laude Sanctorum*, *De ſeptenarii dignitate*, *De charitate mutua*, *De fraterna admonitione*, *De natura inſenſibilium*, *De philoſophorum diſciplinis*, *De metrorum generibus*, *Flores utriuſque Teſtamenti*, *Homilias ad populum*, *Dialogum metricum*, *Epiſtolas ad diverſos*, *Hymnos & Odas*, libb. XIII. alioſque varios Tractatus.

4. *Pſalterium* quoque tranſtulit in linguam Anglo-Saxonicam.

Ejus vitam ſcripſerunt *Oſmundus*, *Faritius*, & *Guilielmus* Malmesburienſis. * Vid. *Leland.* cap. 71. *Baleum* Cent. I. cap. 83. *Sigebert.* cap. 66. & 132. *Trithem.* cap. 239. *Anonym. Mellic.* cap. 30. *Miræi* Auctar. cap. 204. *Cave* ad A. 680. p. 389. *Du Pin* Tom. VI. p. 44. in 4. *Poſſevin.* verb. *Adelmus*, *Aldelmus* & *Athelmum.* Lexic. *Morer.* verb. *Adelme.* Act. Sanct. ad 25. Maii, *Adr. Baillet* &c.

(*a*) Britan. in Wilt. p. 116. (*b*) L. 5. c. 19.

ALDOBRANDINUS *de Cavalcantibus.* Vid. Litt. C.

ALDOBRANDINUS Ferrarienſis Italus, Ord. Præd. cujus ætas à quibuſdam ignorata, ab *Altamura* ad A. 1471. collocata, *Rovettâ* ad A. 1380. quem ſequitur *Echardus* Tom. I. p. 681. Hunc volunt compoſuiſſe, quod Sec. XIV. cantatum fuiſſe dicunt, & in Breviariis MSS. Ordinis ejus ætatis MS. haberi aiunt.

1. *Officium Tranſlationis S. Thomæ de Aquino*; cujus princ. *O! quàm felix mater Italia*:

Plura addit *Rovetta.*

2. *Sermones de tempore & de Sanctis.*

3. *Opuſcula plura Moralia* Lat. & Ital. Sed ubi ſerventur non indicat.

ALDOBRANDINUS *Lombardus* quidam, ejuſd. Ord. forte idem cum ſuperiore, vixit quoque Sec. XIV. ut aſſerit *Echardus* ubi ſup. qui poſt *Laur. Pignon.* n. 97. ſcripſiſſe ait

1. *Libros*, vel potius *Sermones de tempore & de Sanctis.* Item librum qui dicitur

2. *Scala fidei*: quem illum eſſe conjicit *Echardus*, qui in Catal. Bibl. publ. baſil. recenſetur in ſacris Bibliothecarum arcanis *p.* 17. *Aldebrandini Scala de articulis fidei.* Haud dubie enim, *inquit*, fallitur *Spizelius* editor, cùm *Scala* putat agnomen eſſe *Aldebrandini*; additque certò legendum eſſe *Aldebrandini Ord. Præd. Scala de articulis fidei*, aut brevius *Scala fidei.*

ALDOBRANDINUS *Papparonus.* Vid. Litt. P.

ALDOBRANDINUS *de Toſcanella*, quibuſdam corruptè *Toſcanota*, à patria ſic nuncupatus, civitate olim Epiſcopali non longè à Viterbio ſita Ord. Præd. Conventûs Viterbienſis antiqui alumnus floruit circa A 1314. cujus *Alva* inveniſſe ait apud Auguſtinianos Eremitas Paduæ

1. *Sermones feſtivos* MSS. nunquam typis mandatos, quos ſervari etiamnum apud Bononienſes addit *Echardus* Tom. II. p. 819. Ibid. (Paduæ) ait *Alva*, ſunt ejuſdem

2. *Sermones de tempore*, qui incipiunt à Dom. 1. adventûs.

Aſſentitur *Tomaſinus* Bibl. Patav. *p.* 75. dicens primum codicem eſſe in fol. alterum in 4. utrumque membr. Addit *p.* 79.

3. *Tract. ſuper decem legis præcepta* &c.

Luſitanus, *Fontana* & *Altamura* addunt ſcripſiſſe, & MS. ſervari Viterbii in domo Gradenſi

4 *Vitam S. Dominici* in VIII. partes diſtributam. Verùm eam juſſu Magiſtri Ordinis *Anton. Cloche* diligentiſſimè quæſitam A. 1710. nuſquam repertam fuiſſe teſtatur *Echardus* Tom. I. p. 527.

ALDOBRANDINUS quidam Italus, SCRIPSIT *In Apocalypſin.* Venetiis, Bibl. Canon. Regul. S. Salvatoris. * *Le Long* p. 601.

De ALDOVERA & MONSALVE (*Hieronymus*) gente Hiſpanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quem quidem in Aragonenſi Provincia ſemel atque iterum, tertioque fuit moderatus. Cæſarauguſtæ veſpertinis horis docuit ſacram ſcientiam, jamque rude donatus, cùm & ſcholaſticis lectionibus, atque unà Eccleſiaſticis, ad populum habendis concionibus quadraginta annorum tempus exegiſſet, prælum cogitare cœpit; cui quidem commiſit

Diſcurſos en las fieſtas de los Santos, tomis tribus; quorum primus *Cæſarauguſtæ* prodiit apud Petr. Cabarte anno 1625. ſecundus ac tertius duobus proximè ſequentibus annis in 4. Prope diem, inquit *Antonius*, edendos quinque alios jam tunc in ſe receperat, nempe quartum *De materiis diverſis*: V. & VI. *De Quareſma*: VII. & VIII. *De Chriſto y ſu Madre*, quos nuſquam vidiſſe ſe fatetur.

Obiit annis plenus Cæſarauguſtæ anno 1630.

* Vid. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 433. *Elſſii* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 287.

ALDREVALDUS. Vid. ADREVALDUS.

ALDROVANDUS (*Virginius*) *dei Bentivogli* dictus, gente Italus, Bononienſis, Carmelita Congregationis Mantuanæ, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor Collegiatus, Romæ Procurator, ac ſuæ Congregationis, per duas vices Vicarius Generalis, obiit Bononiæ 22. Jul. 1623. vel 1622. Typis dedit

1. Lib. *de laudibus B. V. M.*

2. *Vitam S. Alberti.* * Orland. *p.* 261.

ALDWERDT. Vid. RICHARDUS.

ALEANDER (*Hieronymus*) S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Brunduſinus, gente Italus, Mottenſis è Comitibus Landri prope Forum Julii in oppido *Motta* A. 1480. die 13. Febr. natus, patrem habuit *Franciſcum Aleandrum* præſtantiſſimum Medicum, matrem *Barthol. Bonfiliam* Venetam, patricii Ordinis matronam. Anno ætat. 15. bonos authores publicè interpretari cœpit, accurrentibus undique tam laicis quam Eccleſiaſticis. Anno 1498. à *Moyſe Perez* Hebræo Legionenſi Hebraicas literas edoceri voluit; quem ad Chriſtianiſmum adduxiſſe dicitur. Philoſophiæ dein ac Theologiæ ſerò ſtuduit; & annum agens 19. coram Prætore & populo Veneto, inſtitutâ *de Angelis* diſputatione, cum *Joanne Paſeto* Epirota, claro Theologo ita eruditè diſſeruit, ut omnibus admirationi eſſet, famamque excellentis Theologi tulerit. Anno ſequenti, publico ſtipendio conductus, Tuſculanas *Ciceronis* Quæſtiones Venetiis explicuit; ubi ex vehementi vocis intenſione, ruptâ in pulmonibus venâ, periculum vitæ adiit. Sed amicorum ſollicitudine præſtantiſſimos medicos adhibentium curatus eſt.

Aldus Manutius in præfatione Iliados *Homeri* Venetæ editionis, diſertis verbis fatetur, *Hieronymum* annum 24. nondum agentem, præter Græcam, Hebraicamque linguam, quas perfectè callebat, Chaldææ tunc & Arabicæ ſedulo vacaſſe; plurimaque in ejus laudem adducit.

Ludovicus XII. Galliarum Rex cum A. 1508. Pariſios invitavit, ut in florentiſſima Academia bonas literas, quingentorum aureorum ſtipendio conſtituto, profiteretur: Id quod egregiè præſtitit, ſummoque omnium plauſu & utilitate. Altero abhinc anno, ob egregiam navatam operam, *naturalitatis*, ut aiunt, privilegio à Rege donatus, Sacris initiatus eſt. Rector Univerſitatis, Sorbonenſium ſuffragio electus, biennio præfuit. Graſſante poſtmodùm peſte, primùm Aurelam, inde Bleſios conceſſit. Remittente lue, Pariſios iterum evocatus, Præſulis Pariſienſi honeſtiſſimis ipſum conditionibus allicienti, annos minimùm duos adhæſit.

Anno autem 1514. *Erardus de la Marck* Princeps & Epiſcopus Leodienſis, *Hieronymum* Pariſienſi Antiſtite ægrè permittente, ad ſe allectum, Secretarium & Cancellarium ſuum inſtituit, Canonicatuque in æde Cathedrali, & Præpoſiturâ S. Joannis cohoneſtavit. Biennio elapſo Romam eum miſit *Erardus*, à quo purpurâ donato à Leone X. ut *Hieronymus* apud *Julium* Cardinalem *Medicenm* (qui poſtea Clemens VII. evaſit,) eſſe vellet, aſſecutus eſt Summus Pontifex. A. 1519. die 27. Julii, quo *Zenobius Acciaiolus* è vivis exceſſerat, Bibliothecæ Vaticanæ à *Leone* præfectus eſt, quam præfecturam tametſi abſens in legationibus, quibus tum pro Eccleſia fungebatur, contra morem retinuit. Anno proximè ſecuto, turbas in Germania excitante *Luthero*, à *Leone* Legatus miſſus eſt, ubi quamvis pro virili pugnâſſet, re tamen infectâ Romam repetiit. Docet *Pallavicinus* (*a*) orationem trium horarum babuiſſe ad Conventum Wormatienſem adverſus *Lutheri* doctrinam, quam infideliter expoſuiſſe contendit *Seckendorfius* (*b*), at quominus in eodem Cœtu audiretur *Lutherus*, impedire non potuit, nec cum eo congredi voluit, qui tamen ut proſcriberetur, ejuſque libri igni traderentur, impetravit; & ipſe *Aleander* proſcriptionis edictum

digeſſit. Eum *W. Fabricius Capito* in Epiſt ad *Lutherum* (*c*) vocat *incendiarium librorum..... Exuſſit enim* inquit, *Colonia libros tuos magno ſucceſſu, ſed me abſente infeliciſſime tentatur, multò infelicius conſummatur. Exſibilatur à populo, ſeu Judæus, qui prætextu Religionis ſit Moſis gloriam illuſtraturus, quaſi parum Chriſtianus ſit, qui ex Judæo eſt Chriſtianus hac tempeſtate.*

Sed audiendus *Lutherus* ipſe (*d*) qui & Judæum credidit, de prima *Aleandri* Legatione loquens: „ Venit his diebus *Hieronymus Aleander*, vir ſuâ opinione longè maximus, non ſolùm propter linguas quas eximie callet, ſiquidem Ebræa illi vernacula eſt, Græca à puero illi coaluit, Latinam autem didicit diutina profeſſione, ſed etiam mirabilis ſuis videtur ob antiquitatem generis. Nam Judæus natus eſt, quæ gens immodicè gloriatur de *Abraham* vetuſtiſſimo ſe originem ducere. An verò baptizatus ſit, neſcitur. Certum eſt eum non eſſe Phariſæum, quia non credit reſurrectionem mortuorum, quoniam vivit perinde atque cum corpore ſit totus periturus, adeo nullum à ſe pravum affectum abſtinens. Uſque ad inſaniam iracundus eſt, quâvis occaſione furens. Impotentis arrogantiæ, avaritiæ inexplebilis, nefandæ libidinis & immodicæ, ſummum gloriæ mancipium, quanquam mollior quàm qui poſſit elaborato ſtylo gloriam parare, & pejor quàm qui vel conetur in argumento honeſto. At ne neſciamus, ceſſit feliciſſimè ſimulata defectio ad Chriſtianos. « His *Lutheri* verbis relatis, *Aleandrum* origine Judæum fuiſſe negat *Balint.* Nunc ad vitæ ſeriem revertamus.

Leone mortuo, Hadrianus VI. Succeſſor eundem *Aleandrum* magno in pretio habuit, cui aliquando coràm Patribus dixit: *daturum ſe operam, ut homines, quanti ejus eſſent apud Sedem Apoſtolicam merita, palam agnoſcerent*: ſtatimque Canonicatum & Præpoſituram in Valentina Eccleſia, quorum annui redditus ſexcentorum aureorum erant, in eum contulit.

Defuncto Hadriano, mox Clemens VII. eum A. 1524. Archiepiſcopum Brunduſinum & Oritanum creavit; nec multò poſt Internuncium Apoſtolicum apud Franciscum I. Gallorum Regem inſtituit. Ea legatio ob infauſtam Regis captivitatem *Hieronymo* exitialis fuit; nam & ipſe cum Rege ab Hiſpanis captus, malèque habitus atque abductus eſt. Cæſar ejus ſortem miſeratus, eundem muneribus & libertate donatum Romam remiſit, ubi impetratâ à Pontifice veniâ, ad Eccleſiam Brunduſinam ſe recepit. Tranſacto biennio iterum Romam à Clemente accitus, rursùs in Germaniam Legatus proficiſci juſſus eſt, ubi cùm nihil ipſi cum Lutheranis conveniret, abruptâ cum indignatione legatione, Clementis juſſu ad Venetos Internuncius Pontificius ivit, cujus in munere operam & Venetus Senatus & Pontifex probârunt. Venetiis hæſit uſque ad Maii dimidium A. 1534. quo anno Paulus III. extincto Clemente, Pontifex ſalutatus, Romam accerſitum publicis negotiis præfecit; ac biennio poſt de eo in ſacrum Senatum legendo conſilia cum Patribus agitavit: quidam verò Pontifici inſuſurrârunt, *Hieronymi* promotionem tum Ferdinandum Regem Romanorum, tum alios Germaniæ Principes ægrè laturos quòd is in Germania conſtitutus, in *Lutherum* ac Lutheranos nimis acris fuiſſet; quin & concordiam, quæ tunc agitabatur, magno reipublicæ incommodo impediri poſſe: id quod ſummam moleſtiam aliis attulit, præcipuè verò Cardinali *Sadoleto*, qui Epiſtolà ad Paulum conqueſtus eſt, apud *Eggſium* legendâ. Re quoque à Germanis cognitâ (pergit *Eggſius*) tam ipſe Romanorum Rex, quàm Moguntinus & Tridentinus Cardinales, aliique Catholici Principes Paulo ſcripſerunt, ægrè ſe ferre, quòd tunc eum virum prætermiſſum ſcirent, qui multa & magna pro Catholica Religione, & Apoſtolica Sede exantlaſſet. Quare illum Paulus A. 1538. die 13. Mart. Presbyteris Cardinalibus titulo S^ti^

Chryſogoni adſcriptir. Eum ſubinde Legatum Synodi celebrandæ Vicentiæ unà cum Cardinalibus *Campegio* & *Simonetta* inſtituit. Poſt tres menſes Synodi tempore prorogato, *Hieronymum* ad Regem Romanorum legavit, ſpes enim affulſerat (quanquam fallax) res Religionis in Germaniâ meliorem ſtatum habituras: at Brundu:.nus nihil ſe profecturum opinabatur: ivit tamen in eam regionem, in quâ uſque ad Octobrem ſubſequentis anni, nullo fructu ſecuto, moratus eſt.

Redux è Germania Romam, dum egregium illud Opus *de Concilio habendo*, in IV. libros diviſum, molitus eſſet, atque etiam ut excuderetur, animum intendiſſet, lentâ correptus febri obiit Kal. Febr. A. 1542. ætat. anno 62. nondùm exacto; pervaſurus haud dubiè, inquit *Jovius*, ad provectiorem ætatem, niſi nimiâ tuendæ valetudinis ſollicitudine, intempeſtivis medicamentis, ſibi herclè inſanus & infelix Medicus, viſcera corrupiſſet.

Stupendam *Aleandro* memoriam tribuit *Jovius* in Elogiis *cap.* 98. p. 230. *quando nihil eum*, inquit, *cuncta volumina cupide perlegentem vel rerum vel verborum omninò ſubterfugerit, quin ſingula memoriter vel à multis annis longo ſepulta ſilentio recitaret.*

Cæterùm ſequenti Epitaphio ornatur tumulus in æde S. Chryſogoni:

HIERONYMO ALEANDRO
MOTTENSI, è Comitibus LANDRI oriundo,
S. R. E. CARDINALI BRUNDUSINO,
Philoſophiæ & Theologiæ Doctori,
Hebraicæ, Græcæ, Latinæ,
aliquotque aliarum linguarum exoticarum exactè docto, ut eas rectè & aptè loqueretur & ſcriberet. Mox diverſis legationibus pro Summis Pontificibus ad omnes ferè Principes Chriſtianos fideliter & diligenter perfuncto, & ideo in tabem delapſo, quanti humanam miſeriam fecerit, ſequenti diſticho de ſe edito teſtatum poſteris reliquit.
EA- ESSI E VIT E ÆRUMNIS FACILISQUE, LUBENSQUE,
NE PEJORA IP A MORTE DEHINC VIDEAM.

Sic aliqui verterunt duo hæc carmina Græca *Aleandri*:

Κατθανον ὐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι ὧν ἐπιμάρτυς
Πολλῶν, ἀυτὰρ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτε.

S C R I P T A:

1. Vaſtum opus *adverſus ſingulos diſciplinarum Profeſſores*: in quos cenſuram acerbiùs, calamum feliciùs exercuit. *Quum opus illud agitaret*, inquit *Jovius*, *Romæ interiit*. Idem ſcribit *Laur. Craſſus* (1) quod cum Autore *Purpura docta* non convenit, qui *Aleandrum*, ut ſupra vidimus, obiiſſe ait dum Opus *de Concilio habendo* molitus eſſet.

2. *Grammatica ad Græcas, & Hebraicas literas.* Ita *G. J. Eggs*: at *Nomenclator* habet *Tabulas in Grammaticam Græcam*, ſeu potius *Grammaticam ad literas Græcas.*

3. *Carmina quædam, & Epigrammata.* Eggſius. *Carmina quædam, illuſtrium Poetarum Italorum carminibus indita.* Nomencl.

4. *Epiſtola*, in quibus *de rebus Eccleſiæ* agit. Præter illas multæ ſunt, quarum habes inter Epiſtolas *Fred. Naaſea.*

5. *Notationes variæ de rebus variis*, quæ in Bibl. Card. *Sirleti* aſſervantur.

6. Libri IV. *de Concilio habendo*: quos Tridentinæ Synodi uſui plurimùm fuiſſe teſtatur *Oldoinus*.

7. *Dialogos duos*, quorum alter *Cicero relegatus*, alter *Cicero revocatus* inſcribitur, *Aleandro* perperam tribui docet obſervatio doctiſſimi viri *Des-Maizeaux* apud *Balium* p. 1656. in *Hortenſio Lando* Mediolanenſi Medico, cui tanquam genuino Autori, reſtituuntur.

* Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. IV. p.* 524. Nomencl. Cardd. *p.* 131. *Balium* p. 150. edit. 3æ. Frequentem de illo in Epiſtolis ſuis mentionem habet *Eraſmus*, ſed perſæpè adverſam. Vid. Epiſt. 24. Lib. XVII. XVIII. 53. XIX. 113. XX. 84. 99. (XXI. 4. laudes continet.) XXV. 24. XXX. 44. 56. 58. 60. 62. 74.

(a) *Hiſt. Concil. Trid.* Lib. I. c. 10. 28. n. 5. (b) *Hiſt. Lutheran.* Lib. I. p. 149. (c) *Dat. ex Mantuæ prid. Non. Dec.* 4. 1520 *quæ habetur in Bibl. Brem. Claſſ.* IV. p. 924. (d) Oper. *Tom. I. fol.* 496 *apud Salen. orſ.* 1 b 1 p. 125. n. #
(1) *Ist. de' Poeti Greci* p. 177.

ALEANDER (*Hieronymus*) Junior dictus, prioris pronepos, Forolivienſis, Juriſconſultus, floruit Sæc. XVII. Romæ in aulam *Octavii* Card. *Bandini* exceptus, ei per 20. fermè annos à ſecretis fuit. Humoriſtarum Academiæ dein ſe totum addixit, in quâ maximè inclaruit. Adnitente ipſo Pontifice URBANO VIII. ex Cardinalis *Bandini* domo, in aulam Barberinorum adductus, *Franciſco* Cardinali *Barberino*, fratris Pontificis filio, traditus eſt, ab Epiſtolis Latinis ſcribendis; quem etiam ſecutus eſt in Galliam, Legati jure ac nomine ad Regem miſſum. Obiit Romæ, & Academicorum Humoriſtarum humeris elatus, in eâ Academiâ, de quâ erat optimè meritus, Cardinalis *Barberini* operâ ſumptuque, ampliſſimo funere cohoneſtatus eſt. Funebrem ejus orationem ibidem habuit *Gaſpar de Simeonibus* d. 31. Dec. 1631. quæ Pariſiis lucem vidit A. 1636.

Scriptis quidem pluribus famam ſibi fecit, quorum quæ hic locum habere poſſunt, recenſebimus: nimirum

1. *Refutatio Conjecturæ Anonymi Scriptoris* (a) *de Suburbicariis regionibus ac Diœceſi Epiſcopi Romani.* Pariſiis, ſumpt. Sebaſt. Cramoiſy 1617. (b) & 1620. in 4. (c). Librum hunc Romæ emiſiſſe tradit *Erythræus* (d).

2. *De SS. Apoſtolorum Petri & Pauli imaginibus* lib. MS. (e)

Hæc tribuit *Elias Du Pin* (f):

3. *De duplici ſtatu Religionis in Scotia.* Romæ 1623.

4. *Aſſertionum Catholicarum* libb. III. *Ibid.* 1628.

Ejus præterea extant

5. *Epiſt.* (g) ad Joan. Morinum *de variis Exemplaribus necnon Characteribus Samaritanorum*, Romæ data Kal. Maii 1628. Amico gratias agit *Aleander*, quod ad ſe ſcripſerat *Morinus*, Ill. Card. *Berullum* de edendo Pentateucho Samaritanis literis exarato cogitare. Docet eſſe quoque in Vaticanâ aliud Pentateuchi exemplar, iiſdem Samaritanis literis ſcriptum, Hebraica tamen linguâ confectum, quod 300. aureorum pretio *quinque*, ait, *abhinc annis* comparavit *Scipio* Card. S. Suſannæ tunc Bibliothecarius. Aliud Romam detulit *Petrus à Valle*, quod non charactere tantum, ſed & idiomate Samaritano conſcriptum eſt.

6. *Epiſt.* (h) ad eumdem *de Siclis quibuſdam Samaritanis charactere exaratis, forma literæ* Tau *apud Samaritanos*, data ibid. eod. menſe. *Duos hic*, inquit, *ſiclos reperi*, » alterum ex recentioribus, iis nimirum, » quos *Scaliger* viderat, qui propterea pronunciare auſus eſt, non alios characteres ſiclis ineſſe, quàm quibus hodie Hebræi utuntur; alterum longè minorem, » qui aſſervatur in Muſæo *Franciſci Gualdi* Equitis » Ariminenſis, in quo characteres ſunt antiquiores, illi videlicet, quos Samaritani retinuerunt, ſed adeo » detriti, ut nullum inde verbum exculpi poſſit « &c.

7. *Epiſt.* (i) ad eundem *de aliis Siclis Samaritanorum, ſimulque de Pentateucho Samarit.* data 13. Jul. quâ alium ſiclum repeiiſſe ſcribit in cimeliis Ill. Card. *Barberini*, cujus typum, ſicut & aliorum fecerat, ad *Morinum* mittit.

8. *Epiſt.* (k) ad eundem *de eodem argumento*, ibid. data 20. Sept.

* Vid. (præter inf. cit.) *Balium* p. 153. ubi eximium *Erythræi* de *Aleandro* judicium refert: *Scribendi ejuſdem ratio*, inquit, *tum in ſolutâ oratione, tum in verſibus adeo erat pura, adeo perſpicua, ut ſæpè ex me audiret, tum demum me mihimet doctum eruditumque videri, cum ſua legerem: cùm autem in aliorum ſcripta qui ſe eloquentes dici vellent incurrerem, tum planè*

me

me indoctum omniumque rerum rudem agnoſcere, eò quod verbum prorsùs in illis nullum intelligerem.

(a) Cl. Salmaſius ille eſt. (b) Allatii Apes Urb. p. 124. (c) Lipen. Tom. II. p. 791 (d) Pinacoth. I p. 45 (e) Lud Jacob. Bibl. Pontif. p. 336 (f) Tab. Univerſ. Tom. II. p. 1751. in 8. (g) Vid. Antiquit. Eccl. orient. Lipſ. & Francof. 1682. in 12. Epiſt. V p. 147. (h) Epiſt. VI p. 149. (i) Epiſt. VII. p. 151 (k) Epiſt. IX. p. 156.

ALEGAMBIUS (*Philippus*) Societatis Jeſu, gente Flander, patriâ Bruxellenſis, natus 22. Jan. 1592. Societatem ingreſſus eſt Panormi 7. Septembris 1613. Philoſophiam primùm prælegit in Academiâ Gracienſi, deinde Theologiam Scholaſticam ac moralem, adepto priùs Doctoratûs gradu anno 1629. Multis tandem magnâ cum laude perfunctus in Societate muneribus, quæ tùm ad ſpiritualia tùm ad temporalia ſpectabant, Romæ obiit 6. Septembris 1652.

SCRIPTA:

1. *Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu &c. Antverp.* apud Joan. Meurſium 1643. *fol.* Ex Præfatione quædam ad illius Operis hiſtoriam hîc delibabimus.

Primus Auctor Catalogi Scriptorum hujus Societatis, fuit P. *Petrus Ribadeneira*, qui eum A. 1608. *Antverp.* typis Plantinianis primùm vulgavit; recuſum *Lugduni* A. 1609. additis correctiſque nonnullis, quæ de Scriptoribus Gallicanis *Ribadeneira* minus fuerant explorata. Mox paucos poſt annos, operâ P. *Andr. Schotti* cum inſigni auctario typis rurſum Plantinianis A. 1613. vulgatus eſt. Cùm autem vidiſſet *Alegambius* plurimùm creviſſe Societatis Scriptores, operæ pretium ſe facturum exiſtimavit, ſi defectus ſuppleret: in quo opere dirigendo conatus eſt *Ribadeneira* veſtigiis inhærere, & quæ ipſe plenè executus eſt, religiosè ſervare; additis duntaxat iis, quæ vel ipſum prætererant, vel quæ ideo non potuit exequi, quia viventium debuit modeſtiæ parcere. Quæ igitur præſtiterit *Alegambius*, *ipſe docebit*: „ Addidi, » *inquit*, pleriſque locum, annum, formam impreſſio» nis: Auctorum, qui poſt priores illos Catalogos » obierunt, elogia adjeci, & priorum nonnunquam » locupletavi: Ingentem novorum Scriptorum nume» rum adduxi: Vivos vel admodum parcè, vel om» ninò non laudavi; & ſi quid alicui commendatio» nis aſperſi, id nonniſi aliorum verbis jam typis in » vulgus editis præſtiti: Multos recenſui, qui pauca » quædam ediderunt in lucem, unam v. g. duas, » treſve Orationes, vel quid ſimile; Sed ita à me » factum eſt tum *Ribadeneira* exemplo, tum auctori» tate Scriptorum externorum, qui ſuis in Catalogis illos » referunt, tum ne quid huic Catalogo deeſſet, quoad ego » quidem aſſequi poſſem, quod ab ullo poſſet deſiderari... » Sed præterea multos bonum adduxi, & nonnullos etiam » eorum, quorum opera nondum exierunt in lucem *&c.* » In aliquorum rebus geſtis narrandis liberalius excurri, » ſed nec ſine *Ribadeneira* exemplo..... Nonnullos » recenſui, qui poſtquam in Societate ſuas lucubratio» nes emiſerunt, non tenuerunt in illâ conſtantiam: » at quæ vulgârunt, poſtquam à nobis abierunt, quan» quam & illa ſint apud nos nata, aliis recenſenda » prætermiſi. *Scriptoribus* attexui Catalogum, ſecu» tus *Ribadeneiram*, eorum qui violentâ morte pro fide, » Chriſtianâve pietate occubuerunt. Addidit *Ribade» neira* Catalogo ſuo nonnullos Scriptores qui lucu» brationes ſuas nequaquam vulgârunt, vel quia ar» gumenti quod tractâbant, novitas atque excellen» tia, vel quia ipſorummet auctoritas & doctrinæ » præſtantia, aut vitæ integritas merebatur commen» dationem; ii fuêre omnino, quod notarim, unde» viginti. Ego exemplum ſecutus, eaſdem ob cauſas, » ad viginti alios adjeci, & totidem ferè alios, qui » ſcripta ſua vel ſub prælo jam, vel prælo proxima ,, habent, & aliqui fortaſſe, ante abſolutum hunc ,, Catalogum in lucem ediderint &c.

Præfationem hanc ſubſequitur *Admonitio* præmiſſa *Proteſtationi Auctoris*, quæ ad calcem Operis iteratur:

ibi monet *Alegambius* nonnulla ſe in Elogiis Virorum illuſtrium obiter attingere, quæ ſanctitatem ipſis videantur adſcribere: » perſtringo, *inquit*, nonnun» quam aliqua ab iis geſta, quæ cùm vires humanas » ſuperent, miracula videri poſſunt; præſagia futu» rorum, arcanorum manifeſtationes, revelationes, » illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi; be» neficia item in miſeros mortales eorum interceſſionè » divinitus collata; demum nonnullis ſanctimoniæ vel » martyrii videor appellationem tribuere. Ceterùm » horum pleraque jam ante hac ab aliis Sciptoribus » prodita fuerunt, atque à me totidem pene verbis » ex ipſis deſcripta. Ea verò quæ addidi, à viris » probæ fidei, ut exiſtimo, accepi. Verùm hæc om» nia meis Lectoribus ita propono, ut nolim ab illis » accipi tanquam quæ à ſolâ ſuorum Auctorum fide » pondus obtineant; atque adeo non aliter quàm hu» manam hiſtoriam &c. »

Cæterùm fallitur, ni fallor, Cl. *Morhoſius* (a), ubi, de Catalogorum Scriptoribus loquens, *Alegambii* Bibliothecam A. 1653. axcuſam fuiſſe profert, quam *præ cæteris omnibus laudandam pronunciat*: etenim ab A. 1643. non prodiit, niſi auctior, ut ipſe notat, *Romæ* 1676. cura *Nathan. Sotwelli.*

His verbis *Alegambii* laboram laudat *Nic. Antonius* (b): » Jeſuitæ, ut ſunt in rebus ſuis curioſi & induſtrii, poſt an» tiquam *Petri Ribadeneira*, recentiorem promoverunt » *Phil. Alegambe* operam, quâ quid in hoc genere ma» gis aptum & abſolutum eſſe poſſit, meritò dubita» bis. « Quas meretur laudes hæc Bibliotheca, quæve in eâ reprehendi poſſint vitia fuſiùs notat *Adr. Baillet* (c) & ex eo *Balius* p. 154. & 155. Vid. quæ obſervat Auctor *Epiſtola Critica* in ejus Diction. *p.* 45. Conf. quæ dicemus verb. SOTUEL.

Alia *Alegambii* Opera hæc ſunt:

2. *Vita P. Joannis Cardim, Luſitani*, ejuſd. Soc. *Romæ* 1649. in 12.

3. *Mortes illuſtres & geſta eorum de Societate Jeſu, qui in odium fidei ab hæreticis vel aliis occiſi ſunt.* Ibid. 1657. fol.

4. *Heroes & Victimæ charitatis Societatis Jeſu.* Ibid. 1658. in 4.

(a) *Polyhiſt. Liter.* Lib. I cap. 18. §. 14. p. 207. (b) *Præf. Bibl.* Hiſpan. novæ. (c) *Judic. Erudit.* Tom. II. num. 112. p. 73. in 4.

ALEGRE de Caſſanate, (*Marcus Antonius*) gente Hiſpanus, Aragonius, Turiaſonenſis, Carmelitarum ordine Cæſarauguſtæ ſuſcepto, idque dum pater eum Curiæ in vicem avunculi, quem à ſecretis habebat PHILIPPUS Rex III. annuente Rege ipſo deſtinabat, induſtriam ſuam eò totam contulit, ut præter conciones ad populum ex munere habitas, de antiquitate, nobilitate, ac rebus geſtis Carmelitarum commentaretur, factus interim Theologiæ Doctor. Unde hi libri prodiere, ex quibus tamen, ait *Antonius*, haud magnam gratiam apud ſuos Carmelitas collegit, qui incuriosè ac negligenter eum in hiſtoriâ domeſticâ verſatum fuiſſe conqueruntur; atque inter eos *Joan. Cheron* Burdegalenſis in *Vindiciis Scapularis privilegiati* p. 105. *pium virum magis quàm antiquarium* appellans, & *Franciſc. Bona-Spei* in Armament. Carmeli *num.* 859. Obiit *Alegrius* A. 1658. ætat. 68.

SCRIPTA:

1. *Paradiſus Carmelitici decoris, ſive de origine Ordinis Carmelitarum, rebuſque ab his per tot ætates geſtis, ac de Carmelitis pietate aut ſcientiâ claris.* Opus ab omnibus cenſoriâ virgulâ notatum. Vid. *Baillet* inf. cit. Prodiit Lugduni non 1619. (ut *Lipenius* (a) habet) ſed 1639. fol. apud Jac. Proſt. Romæ A. 1640. à Sacra Congregatione de Indice prohibitum fuiſſe docet *Lud. Jacob* (b). Huic operi accedit

2. *Apologema, ſive unius defenſionis pro Joanne Patriarcha XLIV. Hieroſolymitano*; duobus tractatibus, quorum *prior* agit de illius illibatâ fide & ſanctitate,

 alter

alter de ejus Carmelitica profeſſione, & quod author ſit libri *de Inſtitutione Monachorum in lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium.* Iis adjungitur

3. *Encomiaſtica in celebratione Comitiorum Provinciæ Aragoniæ Carmelitica Marianæ Religionis declamatio* Valentiæ habita Kal. Nov. A. 1617.

4. Joannis Trithemii *de laudibus Carmelitanæ Religionis* liber, diligentiſſimè recognitus & reſtitutus. Omnia hæc ſimul ediderunt Lugdunenſes. Hiſpanicè vero, ut exiſtimat *Antonius*, hi loquuntur,

5. *De los Milagros de Nueſtra Señora del Carmen*, lib. 1. & ſi diverſum eſt opus,

6. *De Sacris Operibus* (ut ipſe ait) lib. 1. qui typis Petr. Vergeii *Cæſarauguſtani* prodierunt A. 1625. in 8.

7. *Sobre el Evangelio de los talentos*, lib. 1.

8. *Vida y encomios de San Prudencio Obiſpo de Tarazona, Catalogo de ſus Obiſpos, y de algunos ſuceſos notables de aquella ciudad.* Cæſaraug. 1626. apud eund. Vergeſium.

MSS^ta jam prælo matura habere ſe affirmavit (Latina an Hiſpanica non diſtinguit.)

9. *Comment. morales ſuper regulam primitivam, quam Patriarcha* Albertus *Carmelitis dedit*, libb. II.

10. *Florem Sanctorum, ſive de Sanctis Ordinis ſui.*

11. *Sermones Quadrageſimæ, Adventûs, & de Sanctis*, Tomis IX.

12. *Martyrologium Chriſtianum.*

13. *Cæremoniale Sanctimonialium Ordinis ſui.*

14. *Sacras Orationes* diverſis locis per Hiſpanias ſermone Latino habitas.

* Vid. *Nic. Anton.* Tom. II. p. 66. *Baillet* in Judic. Erudit. *Tom. II.* num. 107. p. 68. in 4.

(a) Lipen. *Tom. I. p.* 235. rectius dixit 1639. *p.* 591.
(b) *Bibl. Poneif. p.* 391.

ALEGRET (*Philippus*) gente Siculus, Raguſinus, Monachus Monaſterii S^ti Nicolai de littore Venetus, Congregationis Caſſinenſis, alias S^tæ Juſtinæ de Padua, obiit in Monaſterio ſuo A. 1592. ubi & ſepultus in Capitulo fratrum. SCRIPSIT

1. *Explanationem in Epiſtolam ad Romanos*: Princ. *Etſi omnis inſtitutio.*

2. *Epiſt. ad Georgium Draſcovitium Epiſc. Quinqueecleſienſem* (a): Princ. *Cum incredibili quodam.* Extabat MS. apud Conſtantinum Syracuſanum in Monaſterio Catanenſi.

Alia nonnulla ſcripſiſſe teſtatur *Poſſevinus* verb. *Philippus* p. 274.

(a) *Cinq Egliſes ſeu Funfkirchen*, urbs Hungariæ inferioris.

ALEGRINUS (*Joannes*) Vid. HALGRAIN.

ALEMANNI (*Ludovicus*) gente, ut videtur, Italus, Reformationem Sec. XVI. amplexus, Calvinianæ de Euchariſtia doctrinæ poſthæc adverſatus, Zuinglianam docuit Lugduni in Galliis circa A. 1566. * *Morer.* Lexic. p. 206.

ALEMANNUS ſeu ALEMANUS. Vid. ALEXANDER, AMBROSIUS.

ALEMANUS (*B.*) Ord. Eremit. S. Auguſt. SCRIPSIT librum hoc titulo:

Diſtinctiones exemplorum Veteris & Novi Teſtamenti abbreviatæ, & reducta ad diverſas materias, ſecundùm ordinem Alphabeti. Prodiit in oppido Meninguen, per *Alb. Kunne* Duderſtadienſem A. 1585.

* *Elſſii* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 109.

ALEMANNUS (*Daniel*) SCRIPSIT Germanicè *de Bacchanalibus Chriſtianis* Opus cui titulus ex *Lipen.* Tom. I. p. 124.

Von Staupitz, Chriſtliche Erörterung der Frage? Ob ein Chriſt mit guten gewiſſen ſich vermummen, und in der Mummerey herumb lauffen konne. Lipſiæ 1627. 4.

ALEN (*Edmundus*) gente Anglus, patria Nordovolgius ſeu Norvicenſis (*de Norwick*) in Comitatu Norfolcienſi, Latinæ ac Græcæ linguæ peritus, ELISABETHÆ Reginæ olim à ſacellis, claruit A. 1550. Anglicè concinnavit

1. *Doctrinæ Chriſtianæ Catechiſmum*: Princ. *Omnipotens miſericordiarum Deus* &c.

Tranſtulit in patrium ſermonem

2. Alex. Aleſium *de authoritate verbi Dei.*

3. Phil. Melanchtonem *ſuper utraque Sacramenti ſpecie.*

4. Conr. Pellicanum *ſuper Apocalypſim*; ac alia nonnulla fecit, inquit *Baleus* Cent. IX. cap. 57.

ALEN (*Theoph. von*) Germanus, SCRIPSIT ineunte Sec. XVII. librum pro Communione ſub utraque ſpecie hoc tit.

Dm man das Abendmahl unter einer Geſtalt nicht empfahen möge. Francof. 1600. in 16. * *Lipen.* Tom. I. p. 347.

De ALENCONIO ſeu ALENSONIO. Vid. HYACINTHUS, PETRUS & PHILIPPUS.

ALENCONIENSIS Synodus habita 27. Maii 1637. de qua ubi de *Moſe* AMYRALDO, occaſione datâ dicemus.

ALENIUS (*Julius*) *Confucius* Occidentis apud Sinas dictus (a), Societatis Jeſu, natione Italus, patria Brixienſis, Deo ſe in Societate conſecravit anno ſæculari 1600. ætatis ſuæ 18. in Provincia Veneta, ex qua poſt decurſa Philoſophiæ ſtudia, & traditas aliquot annis humaniores litteras, impulſus zelo lucrandarum Deo in India animarum, nondum ſacris initiatus navigavit in Orientem, & Macaum appulit 1610. Ibi poſt aliquod intervallum, & Matheſim docuit & Magiſter Tironum fuit, & mox in penetralia Sinarum ſe inſinuans, totis 36. annis novale illud Chriſti labore improbo, fructu maximo excoluit, & votorum 4. Profeſſionem edidit. In Provincia *Xanſi* primus ipſe Chriſti fidem prædicavit; per Provinciam *Fochien*, multas Eccleſias in primariis Urbibus erexit; & aliquot millia per lavacrum Baptiſmi Chriſto adjunxit. Præfuit ſuperior in variis Reſidentiis annis 23. & toti Vice-Provinciæ annis ſeptem. Demum plenus dierum & bonorum operum migravit ad mercedem laborum menſe Auguſti 1649. * *Sotuel* Bibl. Soc. Jeſu. *Moror.* Lexic. p. 207.

OPERA Sinica:

1. *Vita Chriſti Salvatoris noſtri* octo tomis diviſa.

2. *Liber in quo ſpeciatim agit de Chriſti Incarnatione.*

3. *Liber imaginum Vitæ Jeſu Chriſti ad exemplum Hieronymi Natalis, in quo vita, ac myſteria ligneis inſculpta laminis explicantur.*

4. *De Sacro-Sancto Miſſæ Sacrificio, in quo Sacrificium Miſſæ omneſque ejus cæremoniæ, duplice tomo.*

5. *Liber de Sacramento Pœnitentiæ*, Chriſtianis valde utilis.

6. *De origine Mundi, ex quo probat dari Deum.*

7. *Dialogi in quibus refutat errores principales Sinenſium, & ſolvit dubia à Sinenſibus proponi ſolita.*

8. *Dialogus Sancti Bernardi inter animam & corpus ſtylo poetico Sinico.*

9. *De ſcientiis & ſtudiis Europæ.*

10. *Theatrum Orbis diviſum in quinque Libros, in quibus res præcipuæ Europæ, & aliarum Orbis partium explicantur.*

11. *Praxes Geometricæ* Libris 4.

12. *Vita P. Matthæi Ricii Viri Apoſt. in Sinis.*

13. *Vita Doctoris Michaelis Tam Sinenſis, virtutibus conſpicui.*

14. *Vita Sinenſis juvenis Cham Michaelis ex Provincia Fochien probitatis eximiæ.*

Ex his extant Romæ in Tabulario Societatis Generali duo volumina in folio Characteribus Sinenſibus, *De Theatro Orbis ſeu Coſmographia.*

(a) Le Long *p.* 441.

ALENT (*Joannes*) qui ſcripſit circa medium Sec. XVII. *Theologiam Judaicam recentiorem*. Herborn. 1644. in 8. * *Calmet* Dict. S. Script. p. 65. edit. Venetæ.

ALENTSENIUS (*Ambroſius*) Prior Cartuſ. Hortûs Chriſti, & Viſitator Provinciæ Alemaniæ inferioris, idem eſt qui ſupra memoratus verb. ALANTSEE, cujus liber *hoc anno*, inquit *Morotius* (*a*) ad A. 1504. *Auctoris vita penultimo exiit in lucem* Aug. Vindel. *in* 4.

(*a*) Theatr. Cartuſ. *p.* 114.

ALENUS (*Andreas*) Belga; Herckenſis ex Haſbania, Ludimagiſter in patria, *Ægidium Paeſmans* tertii Ord. S. Franciſci, diſcipulum habuit, aliosque magni nominis viros. SCRIPSIT carmine Elegiaco

Sacrarum Heroidum lib. III. in quibus præter alia plurima, ſunt quæ ad intelligendas Veteris & Novi Teſtamenti Hiſtorias, & pietatis incrementum conferunt. *Lovanii*, typis Velpii 1574. 8. * *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 119.

ALERET (*Andreas*) Sequanus, Seguſianus, Minorita, Theologiæ Magiſter, clarus A. 1630. EDIDIT

1. *Notas in univerſam Sacram Scripturam.* Sedani (*a*) vel Seduni (*b*) 1625. fol. 2. vol.

2. *Commentarios* (Memoires) *de Religione Franciſcanorum.* Ibid. 1636.

3. *Apologiam pro Bonito Combaſſon.* Ibid. 1634.

(*a*) *Le Long.* p. 601. *Sedanum* urbs Campaniæ. (*b*) *Du Pin* Tab. Univ. Tom. II. p. 1962. in 8. *Sedunum* vulgo *Sion* urbs Epiſcopalis, Archiepiſcopatus Tarentaliæ ſuffraganea.

ALERIO (*Joannes de*) gente Gallus, Toloſanus, Carmelita, XIII. Prior Generalis, in Capitulo Generali Montiſpeſſulani A. 1322. electus abſens, ter Comitia Generalia coegit, A. 1324. Barcinonæ, 1327. Albiæ, & 1330. Valencennis; ubi ſponte ceſſit officio Generalatûs, electoque *Petro de Caſa*, ad Conventum Toloſanum receſſit, ubi obiit A. 1342. die 23. Nov. (*a*) Vir fuit in divinis Scripturis eruditus, ſcientiâ & eloquio clarus, vitâ quoque & converſatione eximius, ac regularis diſciplinæ conſervator inſignis (*b*). SCRIPSIT

1. *Super Sententias* libb. IV.

2. *In Eccleſiaſticum* lecturas Scholaſticas.

(*a*) *Specul. Carmel.* num. 3508 p. 1003. *Sixtus Senenſ.* lib. IV. p. 257. clarniſſe ſcribit A. 1348. (*b*) *Spec. Carm.* num. 3091. p. 899.

ALESIO ſeu ALESSIO (*Adrianus de*) Dominicanus, gente Hiſpanus, Provinciæ Peruanæ alumnus, & ipſe Peruanus, *Matthæi Peres* celebris ſua ætate Romani pictoris *de Aleſſio* nuncupati filius, & in arte æmulus, uti *Joannes Melendez* habet (*a*); nam & eadem arte pingendi claruit, quam tamen in religione profiteri colereque noluit, ad ſublimiora vocatus. Diſciplinæ regularis obſervantiſſimus, orationi, ſtudio, verbo Dei totus incumbebat, eoque fructu & ſucceſſu, ut plurimos ad meliorem vitæ frugem & pœnitentiam adduxerit. Proinde & prædicatoris generalis honoribus ac titulo decorari meruit. Demum annorum meritorumve pondere gravis in Conventu ſuo Limenſi ſanctiſſime decubuit ſub Provincialis *Franciſci de la Cruz* poſtea Epiſcopi S. Marthæ quadriennio à 1653. ad 1657. cujus habetur in Actis Capituli Provincialis A. 1657. die 24. Julii celebrati inter pie defunctos memoria. SCRIPSIT Poëta parum cultus, inquit *Antonius* in Bibl. Hiſp. *Tom. II. p.* 314.

1. *Vida de Santo Thomas de Aquino, en Quintillas*, Matriti in 4.

2. *Vida del ſiervo de Dios Martino de Porras de la Orden de Predicadores terziario*: ſoluta oratione Hiſpana.

3. *Poſtillam in Geneſim* Latine, nondum excuſam.

* *Script. Ordin. Prædic.* Tom. II. p. 572.

ALESIUS vulgò ALES (*Alexander*) gente Scotus, patriâ Edimburgenſis, ex Pontificio, Auguſtanæ Confeſſionis Theologus inſignis evaſit Sec. XVI. Natus eſt d. 23. April. An. 1500. atavis, ut ipſe ſcribit, Conſulibus ſingulare eſt quod puero ſibi eveniſſe teſtatur his verbis (*a*): „ Memini, *inquit*, frequenter, „ & quoties reminiſcor, toto corpore cohorreſco, me „ in prærupto altiſſimi montis, manibus & pedibus „ repentem, ac proximum præcipitio, ſubitò tranſ- „ latum neſcio à quo aut quomodo in alium locum: „ & aliâ vice ex eminentiori deambulacro ædium pa- „ tris cadentem in acervum lapidum, poliendorum ad „ ædificium, ſervatum eſſe divinitus. Non tribuo hanc „ ſalutem ſententiis ex Joanne, quas forſan aliorum „ puerorum more circumferebam, ſed fidei parentum, „ qui hanc ſententiam mente circumferebant, & „ mente orabant. „ Nec dubitat Cl. *Thomaſius* (cui hæc debemus) *ſervatum eum eſſe à ſanctis Angelis, quos in puerorum caſu ſæpiùs admiranda auxilia tuliſſe teſtantur hiſtoriæ* &c. Hinc ad hiſtoriam vitæ accedit. Tametſi, *inquit*, in ipſam Evangelii repurgationem, B. *Lutheri* miniſterio procuratam, adoleſcentia ejus inciderat; adeo tamen veritati manus non dedit ſtatim, ut in adverſa potius acie pro inveteratis erroribus propugnare non dubitaret. Fatetur ipſe, quemadmodum doctrinæ Sententiariorum addictus, (Scholaſticæ enim Theologiæ apprimè peritum fuiſſe ſcripta ejus loquuntur,) aſſertiones *Lutheri* cum applauſu Theologorum refutaverit ex Epiſcopo Roffenſi *Joh. Fiſchero*, qui adverſus *Lutherum* ſcripſerat. Paulò poſt Noſter certamini interfuit, quod *Patricius Hamilton*, qui hauſtam in Academia Marpurgenſi, *Lutheri* doctrinam Patriæ ſuæ inſerere cœperat, cum raſâ cohorte ſuſtinuit eo eventu, ut cum convinci verbo Dei non poſſet, à *Davide Betoun*, Archiepiſc. Santandreano (de *St. André*) totiuſque Regni Scotorum Primate, pro hæretico damnaretur ad rogum: quod quidem ab aliis ad A. 1528. refertur, ab aliis ad 1530. quo Cæſari exhibita eſt Auguſtana Confeſſio. Cum hoc ergo populari ſuo collocutus etiam tunc fuit *Aleſius*, ſperans ſe effecturum, ut errorem eum (ſic tum credebat,) ille agnoſceret. Verùm contra evenit ut ipſe ſe potius in graviſſimis tenebris verſari, è ſermonibus *Patricii* perſentiſceret. Itaque nec diſſimulare potuit dolorem in Martyris conſtantiſſimi cruciatu. Sed cùm in eo non tantas egiſſe radices videretur nova doctrina, ut patriam relinquendam ſibi ſtatueret, aliòi diſcrimus, quæ domi non poſſet, dedit eum Deus in manum adverſarii, cujus ſævitiâ pelleretur, vel invitus. Is fuit Eccleſiæ Santandreanæ, cujus ſub prædicto Archiepiſcopo *Betono* Canonicum agebat *Aleſius*, tum temporis Præpoſitus, cujus in Noſtrum furor ex hujuſmodi cauſa exarſit. Fuit *Aleſio* A. 1529. juſſu Archiepiſcopi babenda in Synodo Epiſcoporum & Sacerdorum latina oratio. In ea cum inter alia mœchos Sacerdotes disertè inſectatus eſſet; id ad ſe privatim pertinere ratus Præpoſitus, graviſſimas in eum iras concepit, evomiturus cùm eſſet opportunum. Accidit forte, ut de Præpoſiti ſævitia totum Collegium queri conſtitueret apud Regem JACOBUM V. propter multas & graves cauſas. Hoc ubi reſcivit Præpoſitus, venit cum armatis Satellitibus in Capitulum. Monet *Aleſius* hominem iratum, ne quid per iram deſignet, quod ſe non deceat. Hic nactus occaſionem, jubet eum, cui ante erat ex illa concione infeſtiſſimus, ab armatis prehendi; ipſe ſtringit ferrum, confoſſurus, niſi miſerum duo retraxiſſent Canonici. Cum ſe ad genua ejus abjeciſſet *Aleſius*, & ſupplex donari ſibi vitam rogaret, pedem in pectus ejus impegit ita, ut collapſus aliquandiu jaceret exanimis. Deinde cùm jam in carcere miser jaceret, iterum in ipſis foribus ferrum captivo intentat ſævus, ſed retrahunt eum ſatellites. Poſtea prehendit & cæteros Canonicos omnes. Horum amici rem deferunt ad Regem, qui ſtatim jubet liberari omnes, ſeipſum ad eximendos è carcere Sacerdotes venturum fuiſſe confirmans, niſi locus peſtifera lue infectus eſſet. Ac libe-

liberantur quidem cæteri: unus *Aleſius* è carcere, in teterrimam ſpecum, buſonibus perviam atque ſerpentibus, abripitur, donec de eo nominatim expoſtularet Rex mitiſſimus. Juſat Præpoſitus liberatum eſſe *Aleſium*. Jam animi incipiebant de vita captivi deſperare, & quia cum valetudine adverſa conflictabatur, etiam de morte ejus oriebatur fama. Tum demum poſt vigeſimum diem ex iſta latrina extrahi jubet Præpoſitus, jubet lavari ac nitidè veſtiri; ipſi verò, ne cuiquam narret quomodo exceptus fuerit, ſeverè interdicit. Ita productum Magiſtratibus oppidi accerſitis oſtendit, quaſi rumorem de carcere ſic refutaturus. *Aleſius*, qui ſciret, ſe nunquam placato uſurum Præpoſito, Magiſtratibus illis auſoritate Regia exquirentibus, nihil eorum quæ contigerant reticet. Eos utcumque placat Præpoſitus, confirmans, *Aleſium* deinceps liberum fore: Sed ſtatim eum in carcerem raptari denuò jubet, in quo per integrum ferè annum exactus eſt in vinculis. Quæſtus quidem fuit & apud Archiepiſcopum de injuria: ſed Præpoſitus renunciat, nihil eſſe, cur ab hoc ſperaret præſidium, qui ex illa concione animadverterit, eum ſavere hæreticis Lutheranis, & ideo coërcendum pœnaque afficiendum cenſeat. Deſertum ab omnibus Canonici abſente Præpoſito eximebant à cuſtodia: Sed iſte citiùs horum opinione rediens, *Aleſium* deprehendit aræ adſtantem & ſacra facientem: hinc eum avelli ſtatim jubet, & in priſtinam latrinam conjici. Quod factum fuiſſet illicò, niſi Canonici impetraſſent inducias, donec perficeretur ſactum: Poſtquam litavit, reducitur in carcerem, poſtridie novus hoſpes iſtius latrinæ futurus. Cùm autem Canonici quidam audiviſſent jam deſignatum eſſe carceris cuſtodem *Joannem Hawm* ſacrificulum, *Aleſium* adeunt, docentque, horribiles cruciatus & certum exitium impendere, niſi fugâ ſibi conſulat. Habebat noſter in animo ſe ad amicos conferre, ſed conſulunt Canonici, ut ſolum potius vertat, quia Præpoſitus miſſurus ſit ſtatim equites, qui vel in via opprimant fugitivum, vel per vim abſtrahant ab amicis: bonorum ergo virorum conſilium ſequutus, media nocte ſolus iter ingreditur, & ad naves pervenit, in quibus ipſum Germanus quidam amanter excepit, & poſtea ægrotum ſumma humanitate curavit. Poſtridie cùm jam à portu ſolviſſent naves, veniunt ad littus equites miſſi à Præpoſito, qui eum retraherent ex fuga, ſed non inventus, venit in Germaniam A. 1532. iterque faciens per Coloniam, & alias Imperii civitates, Wittebergam anno ſequenti ingreſſus eſt, qua in Academia multa dogmata majore cura conſerre cœpit. Inter hæc autem initia quòd non ſtatim totum ſe Lutheranis addixerit, conjicitur ex ejus confeſſione, quam in Reſponſione ad calumnias *Cochlei* edidit, non diu certe poſt ſuſceptum exilium ſcriptâ, in qua velut medius ac ſuſpenſus videtur inter Pontificios ac Lutheranos: horum tamen doctrinam poſtea apertè profeſſus eſt, in eaque conſtans perſeveravit, ſi illa excipias tempora quibus paulò poſt obitum *Lutheri*, Lutheranorum Eccleſiis ſchiſmatibus quibuſdam diſtractis, illas quodammodo ſecutus eſt partes, quæ fuerunt à ſincerioribus Theologis improbatæ. Enimverò cum Interreligionis formulam (vulgò *Formule de l'Interim*) in armatis Comitiis A. 1548. CAROLUS V. Imperii ſtatibus præſcripſiſſet, ſatis diuturnæ Lipſienſibus Theologis ac Wittebergenſibus diſſenſiones interceſſerunt cum aliis *Lutheri* doctrinam acrius propugnantibus. Hic ergo *Aleſius* etſi de diaphoris, aliiſque connexis argumentis quibuſdam commodius initio, quàm Collegæ Lipſienſes ſentire videbatur, ab eorum tamen ſocietate ad extremum adeo non diſceſſit, ut *Georgii* quoque *Majoris* dogma de Bonorum operum ad ſalutem neceſſitate in quadam Diſputatione A. 1560. defenderet.

Atqui non omittendum quod cùm A. 1534. celebrato HENRICI VIII. cum *Anna Bolena* matrimonio, multi crederent de Papatu ibi jam conclamatum eſſe, eò faciliùs in Angliam allectus eſt *Aleſius*, quò propius ita videbat à patria ſe abſore. Illuc eum anno ſequenti proficiſcentem *Joan. Stigelius* Elegia proſecutus eſt, atque *Phil. Melanchton* Epiſtola inſtruxit ad HENRICUM Regem, cui librum quemdam ſuum dedicaverat, ab *Aleſio* offerendum. Advenientem ſumma benevolentia complexi ſunt inter cæteros *Thomas Crammerus* Cantuarienſis, *Hugo Latimerus* Vigornienſis Epiſcopus, ac *Thom. Cromwel* Regni Cancellarius, qui tum apud Regem maxima authoritate pollebant, publicèque docuit in Academia Londinenſi: atque quaſi in portum ſe appuliſſe ratus *Aleſius*, manere in Anglia decreverat, ſed *Cromwellio* vita, & *Latimero* dignitate exutis, in Germaniam revertitur. JOACHIMUS Elector Brandeburgicus locum in Academia ſua Francofurti ad Oderam clementer tribuit, in qua ille Orationem habuit A. 1540. *de ſcholis reſtituendis*, quaſi Theologicæ profeſſionis auſpicatoriam. Cùm autem A. 1542. inter ipſum & alium quendam exorta eſſet controverſia de quæſtione, *poſſit ne ac debeat Magiſtratus Politicus ſcortationem punire?* ſententiamque affirmantem, ac *Phil. Melanchtonis* calculo approbatam, defendente *Aleſio*, nihilominus hujus diſputationis deciſio juberetur differri; offenſus, ut apparet, hac bonæ cauſæ procraſtinatione *Aleſius*, non exſpectato Principis adventu diſceſſit. Quod etſi contra conſilium ſuum *Philippus* factum videbat, qui & hoc ægrè tulit, quod *Aleſius* poſt migrationem hanc ſuam non ad ſe primùm advolaſſet, de nova ſede deliberaturus, (recta enim Lipſiam contenderat, faventiſſimum hîc ſibi habens *Lud. Fachſium*, Conſulem ſimul & Juridicæ Facultatis Ordinarium,) tamen non omiſit adjuvandi ejus voluntatem. Ideo cum ex Aula Brandeburgica ſcripſiſſent quidam ad Academiam Wittebergenſem de puniendo *Aleſio* (forte quia ſuſpicarentur, nihil prius habuiſſe *Aleſium*, quàm ut ſe conferret ad *Philippum*,) defenſionem pro eo exaravit, interim id quoque præcavens, ne ipſe contra ullos in hoc negotio ſcriberet quicquam. Quod etiam Princeps Saxo ea hyeme quadraginta aureos *Aleſio* donavit, ut haberet viaticum, *Philippo* maximè intercedente factum exiſtimat *Thomaſius*. Nec dubitat Vir Cl. quin publicam apud ſuos (intellige Lipſienſes) Profeſſionem adeptus fuerit. Quamobrem & cùm A. 1543. Regiomontana ipſi conditio ab ALBERTO Pruſſiæ Duce inter conſilia condendæ illius Academiæ, quam ſequente anno conſtat inchoatam eſſe, deferretur, Lipſiæ perſiſtere maluit, eam ſibi jam hîc fortunam obtigiſſe videns, quam cum alia commutare non foret neceſſe. Sane verò quieta ſedes hîc illi contigit, ubi Rectoratûs officio Saxonicæ nationis nomine bis functus eſſet, primùm A. 1555. deinde 1561. Cæterùm quæ illo tempore fuerit ejus inter Theologos autoritas, inde colligitur, quòd compluribus de religione inſtitutis congreſſibus adhibitum teſtantur hiſtoriæ. Jam A. 1540. JOACHIMUS Marchio eum ablegaverat ad Colloquium Wormatienſe, quod quidem in annum ſequentem extractum fuit. Poſtea cum ipſum Lipſienſis profeſſio excepiſſet, interfuit Conventui Numburgico A. 1554. Noribergenſi 1555. aſſumptus à *Philippo*, ad dijudicationem controverſiæ Oſiandricæ evocato; poſtea A. 1561. Numburgico alteri; denique Dresdenſi, eodem anno. Tandem obiit A. 1565. d. 17. Mart. ætat. 65. cùm Profeſſor Lipſienſis fuiſſet per annos 20. & quod excurrit. Præclaris cum verbis laudat *Camerarius* in Vita Melanchtonis: *Alexander Aleſius*, inquit, *valdè charus Philippo Melanchtoni, rei Theologicæ intelligentiſſimus, & artifex excellens congruentium diſputationum, & vir dignitate atque doctrinâ exquiſitâ præſtans.*

SCRIPTA:

1. Lib. *de autoritate verbi Dei* contra Epiſcopum Lundenſem, (non Londinenſem, ut aliqui dicunt.) Hunc ſcripſit *Francof.* A. 1540. & prodiit *Argentorati* apud Cratonem Mylium, 1542. in 8. Verba Authoris ex præfatione ad JOANNEM FRIDERICUM Saxoniæ

Saxoniæ Ducem &c. adducit *Geſnerus* fol. 23. verſo. „Diſputavi autem in hoc libro de auctoritate verbi „divini, quod à Prophetis & Apoſtolis conſcriptum „eſt, dictante Spiritu Sancto, & confutavi Lunden- „ſis Epiſcopi, & ſimilium errorem, qui neſcio quod „verbum non ſcriptum, ut ipſi appellant, commenti „ſunt, ac divino illo præſcripto nobis par, imò ſu- „perius haberi volunt: atque ita præponunt autho- „ritatem ſuam authoritati verbi divini; quæ tanta „eſt blaſphemia, ut major excogitari non poſſit. “ *Et poſt pauca:* „Exiſtimo autem uſum eſſe me ſatis „firmis argumentis, non modò ad confutandam ad- „verſariorum veræ doctrinæ temerariam impietatem, „ſed etiam ad probandam & ſtabiliendam verbi di- „vini dignitatem & majeſtatem, nec omiſiſſe quic- „quam quod ad brevem & ſimplicem hujus naturæ „tractationem pertinere videbatur.

2. *In utramque Epiſtolam ad Timotheum.* Expoſitionis in Epiſt. I. fragmentum excuſum fuit Magdeburgi: Integram poſtea edidit A. 1550. *Wolfg. Rupertus*, Lipſiæ in 8. Altera prodiit anno ſeq.

3. *Explicatio in Epiſt. ad Titum.* Ibid. 1550. vel 1551. 8.

4. *Expoſitio in Pſalmos Davidis, juxta Hebræorum & D. Hieronymi ſupputationem.* Lipſ. 1550. 1554. & 1596. fol.

5. Commentarii *in Evangelium Joannis.* Baſil. 1553. in 8.

6. *Ordinatio Eccleſiæ, ſeu Miniſterii Eccleſiaſtici in regno Angliæ.* Lipſ. 1551. 4. & 1619.

7. *De Juſtificatione contra Oſiandrum.* Witteb. 1552. 8.

8. *Reſponſio ad XXXII. Articulos Theologorum Lovanienſium.* Lipſ. 1559. 8.

9. *Aſſertio doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ de S. Trinitate, cum Confutatione erroris Valentini Gentilis.* Lipſ. 1564. 8. Genev. 1567.

10. Liber *Contra Decretum Epiſcoporum Scotiæ*, in quo iis, ut ſcribit *Varillaſius* lib. 28. imperitiam & mores corruptos exprobrat, ac queritur quod laicis prohiberent Scripturæ Sacræ lectionem: addit Autor Hiſtoriæ Variationum &c. libro iſto magnoperè auctum fuiſſe in Scotia Lutheranorum numerum.

11. *Reſponſio adverſus calumnias Cochlæi*, quam Wittebergæ & ſcriptam & impreſſam ſuſpicatur *Thomaſius*. Habet autem formam Epiſtolæ ad Jacobum Regem. Ediderat jam poſt diſceſſum è patria aliam ad eundem Epiſtolam, quâ haud dubie cauſas expoſuit migrationis ſuæ, ſed breviter. Equidem hanc non vidiſſe ſe fatetur laudatus *Thomaſius*, ſed ſatis apparet, *inquit*, ob eam fuiſſe ipſum traductum à *Cochlæo* tanquam hæreticum. Cui hoc altero quaſi libello reſponſum voluit *Aleſius*.

12. *Diſputatio de neceſſitate Bonorum Operum* propoſita in Academia Lipſienſi d. 29. Nov. 1560. Quinta in ordine eſt inter Diſputationes Anti-Tapperianas.

13. *Diſputatio inter ipſum Aleſium & Joan. Cochlæum.* Baſil. 1533.

14. *Diſput. de perpetuo conſenſu Eccleſiæ.* Lipſ. 1533.

15. *Diſputationes in Epiſt. ad Romanos.* Ibid. 1553. 8.

16. *Diſpp. III. de Mediatore & Juſtificatore hominis.* Lipſ. 1554. 8.

17. *Diſpp. III. contra Serveti blaſphemias*, eod. anno.

18. *Exhortatio ad concordiam pietatis*: Liber, *Seckendorfio* judice, præſtantiſſimus, qui in eorum manibus verſari debet, quibus cordi eſt veritatis amor, odio error.

19. *Reſponſio ad Tapperum de Miſſa & Cœna Domini.* Lipſ. 1565. 8.

20. Liber *de Scriptura S. linguâ maternâ legenda.*

21. *Catechiſmus.*

22. *Oratio de ſcholis reſtituendis*, habita, ut diximus, Francof. ad Oderam A. 1540. extat *Tom. I.* Declamationum Philoſoph. *Phil. Melanchtonis.*

23. *Oratio de gratitudine.*

24. Alia *de Autore & utilitate Pſalmorum.*

* Vid. Orationem quam de *Aleſio* habuit d. 10. April. 1661. Profeſſor Lipſienſis Magni nominis *Jac. Thomaſius*, editam inter alias varii argumenti *Lipſiæ* 1683. in 8. Ex eo ſua hauſit *Balius*, p. 155. *Teiſſier* Eloges des Hommes Sçavans *Vol. II. p.* 189. Edit. IV. *Lipen.* Bibl. Theol. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV.* p. 303. in 8. *Le Long* p. 601. *Becman.* Catal. Bibl. Francof. *p.* 12. De eo quoque legi poteſt *Georg. Mackenzie* Medicus Anglus in *Vitis celebriorum Scotiæ Scriptorum* &c. patrio ſermone editis Edimburgi 1708-1711. cujus operis excerptum dedit Gallicum Dn. *De La Roche* in Bibl. Angl. *Vol. II. p.* 343. &c.

Alius autem eſt quibuſdam dictus *Alexander Aleſius*, ſeu *Alenſis*, ſed rectius HALENSIS ſeu de HALES, quem vide ſub titul. ALEXANDER.

(*a*) Epiſt. dedicat. Comment. in Joannem, & Præf. in alteram ad Timoth.

ALESIUS (*Joannes*) gente Germanus, Salisburgenſis, Scripsit ineunte Sec. XVII.

Methodum Evangelii J. C. ſive Harmoniam IV. Evangeliſtarum. Lichæ in Wetteravia prope *Giſſam* vulgò *Gieſſen*, 1605. in 8. (*a*) additâ *Serie annorum & Indice rerum præcipue Judaicarum à nato Chriſto ad excidium Hieroſolymitanum* (*b*) quam A. 1615. editam profert *Lipenius* (*c*).

(*a*) *Le Long* p. 449. (*b*) *Id.* p. 602. (*c*) *Tom. II. p.* 141.

ALESIUS (*Petrus*) ſeu *Loiſeau* (*a*), gente Gallus, Carnutenſis, Collegii Montacuti (*de Montaigu*) in Univerſitate Pariſienſi Præfectus, clarus circa A. 1560. Edidit

1. Tractatum *de duplici Adventu Chriſti, de extremo Judicio, prodigiis præcedentibus, reſurrectione mortuorum, pœnis inferni, & gloria Paradiſi, adjectis laudibus Chriſti, Prophetarum ac Sybillarum*: Carmine & Proſa: *Pariſ.* apud Lud. Grandin 1552. & 1561. ac *Lugduni* 1564. in 4.

2. *De recta vivendi ratione & officiis virtutis* Libb. IV. carmine conſcriptos. *Pariſ.* 1547. & 1561.

(*a*) Sic appellari vult *Lironius* Bibl. Auth. Gall. *Lib. I. p.* 160.

ALESSANDRI (*Dominicus*) Vid. ALEXANDER.

ALESSANDRI (*Gabriel*) Vid. ALEXANDRIS.

ALESSANDRO (*Sebaſtianus*) Vid. ALEXANDRO.

ALESSI (*Auguſtinus*) Vid. ALESIUS.

ALESSIO (*Joh. Bapt.*) Vid. ALEXIUS.

ALESTRY (*Richardus*) Sac. Theologiæ Doctor, gente Anglus, patriâ Upingtonienſis in Comitatu Salopienſi (de *Shrops*) natus eſt A. 1619. patre *Roberto Aleſtry* viro nobili Comitatûs Derbyenſis. Oxoniæ in Eccleſia Chriſti receptus eſt A. 1636. Cùm autem Regis Caroli I. partes tueretur adverſus Parlamentarios, munere ſuo dejectus, in Comitatum Salopienſem ſe recepit, poſtea verò Oxoniam reverſus, dictæ Eccleſiæ Chriſti Canonicus factus eſt, Regis Capellanus, Profeſſor Regius, ac Præpoſitus Etonenſis (d *Eaton*). Vir fuit vitæ integerrimæ, doctrinâ conſpicuus, Concionator eximius; muniis quæ geſſit cum laude functus eſt. Obiit 8. Jan. 1680. in Eccleſia Collegiali Etonenſi ſepultus, honorificâ inſcriptione ornatus. Reliquit volumen *Concionum* in fol. in quo hiſtoria vitæ Auctoris fuſiùs narratur. * *Morerius* p. 208. ex Dict. Angl.

ALETHINUS (*Chriſtianus*) B. S. J. T. neſcio quis, librum ſcripſit, quem teneo,

De Peccatis Ignorantiæ, ſive Quæſtionem Theologicam an inſuperabilis ignoratio juris naturæ liberet à peccato? diſtributam in tres partes. Coloniæ apud Frieſſem juniorem 1681. in 8.

Affirmativam tuetur Autor adverſùs *Lutherum* & *Calvinum*, ut profitetur in Proœmio. Statuit igitur *Cap. I. Part. I.* ignorationem juris naturæ, quando inſuperabilis eſt, liberare à peccato: *art.* 1. ſine voluntate non peccari: *art.* 2. ſine cognitione peccati,

non poſſe eſſe voluntarium peccatum : *art.* 3. non eſſe peccatum, quod non eſt contra conſcientiam : *art.* 4. peccatum factum ex ignoratione inſuperabili, neque originale eſſe poſſe, neque actuale : *art.* 9. non poſſe de peccato ex ignoratione inſuperabili commiſſo eſſe veram pœnitentiam aut contritionem : *art.* 10. nec poſſe de ejuſmodi peccato eſſe verum propoſitum emendationis : *art.* 11. Quamvis ſæpè meminiſſe poſſimus, nos feciſſe id, quod deinde cognoſcimus eſſe contra legem, non tamen quemquam meminiſſe poſſe, tunc ſe peccaſſe contra legem, ſi fuerit inſuperabilis ignorantia legis; neque adeo veram eſſe poſſe ejuſmodi peccatorum confeſſionem : *art.* 12. neque abſolutionem, neque ſatisfactionem veram convenire ejuſmodi peccatis. *Cap. III.* contendit dari ignorationem juris naturæ, quæ vinci non ſemper poſſit. &c. Adeat librum, qui plura velit.

ALETHOCRITUS (*Chriſtianus*) Scripſit Sec. XVII.

1. *Conſilium de reformanda Eccleſia Anglicana.* Lond. 1634. (*a*)

2. *Stricturas in Notas* Vogelſangi *ad Papam Ultrajectinum.* Ibid. 1670. 4. (*b*)

(*a*) Lipen. *Tom. I. p.* 44. (*b*) Tom. II. p. 507.

ALETHOPHILUS (*Chriſtoph.*) nomen fictitium ſub quo aliquando latuit *Valent.* ALBERTI de quo ſuo loco diximus.

ALETHOPHILUS (*Gothofredus*) Scripſit Germanicè Opus cui tit. *Die über hundert Jahr ihren Widerſachern unſichtbahr geweſene, nunmehro aber, nach deren Entdeckung, zerſtreuete Evangeliſche Teffereckerthal-Kirche*, &c. hoc eſt *Evangelica Teffereggenſium Eccleſia, centum & amplius annis adverſariis ſuis inviſibilis, nunc autem detecta & diſſipata.* Ex publicis Imperii Actis & privatis quibuſdam ſcriptis collegit Autor, ediditque *Mnemopoli*, 1688. in 4. de quo libro hæc *Acta Lipſ.* ejuſd. anni *p.* 447. &c.

Vir quidam ampliſſimus, cùm videret, (prout in præfatione ipſe exponit) hiſtoriam hanc Romano-Catholicis, Eccleſiæ Chriſtianæ viſibilitatem perpetuam jactantibus, objici poſſe; bene de præſentibus & poſteris ſeſe mereri putavit, ſi eam publica donaret luce. Hinc *pag.* 1. *& ſqq.* exhibet duo Epiſtolarum Auguſtæ Vindelicorum A. 1684. menſe Januario & Aprili ſcriptarum fragmenta, ex quibus liquet, Evangelicos Teffereggenſes à novo Præfecto & Parocho ſuo pulſos, partim cum liberis, partim ſine eis, relictis omnibus bonis, in exilium migraſſe, & in Wurtenbergica, Hohenloica, & Auguſtana ditione receptos fuiſſe. Sequitur reſponſio duorum ex iis ad quæſtiones Auguſtæ propoſitas, unde colligitur, Archiepiſcopi Salisburgenſis ſubditos eſſe, & à majoribus ſuis doctrinam libroſque Evangelicos accepiſſe; quapropter etiam Præfectis & Parochis ſemper ſuſpecti fuerint, progreſſum Lutheraniſmi ita impedire conantibus, ut ipſis notitia litterarum & librorum lectione interdiceretur. Fatentur porro, ſe pacis retinendæ cauſâ interfuiſſe miſſis, & Euchariſtiam à Parochis accepiſſe, eorumque Conciones audiviſſe, quanquam benè conſcios, multos abuſus ibi regnare. Nuper autem injunctum fuiſſe, ut V. præcepta Romanæ Eccleſiæ tenerent, ſeptem Sacramenta & ſimilia crederent, Papæque doctrinam tanquam veritati conſentaneam profiterentur; quod cum nollent, emigrare coactos.

Adjicitur *pag.* 7. Epiſtola interceſſoria Potentiſſimi Electoris Brandenburgici ad Archiepiſcopum Salisburgenſem, d. 12. Februarii 1685. data, quâ rogat, ut Teffereggenſibus ſecundùm pacis Weſtphalicæ præſcriptum, liberum religionis exercitium concedatur, ſeque idem Romano-Catholicis ſuæ ditionis porro permiſſurum pollicetur. Reſpondet Archiepiſcopus *pag.* 8. ſe mirari quod Elector pro iis intercedat, qui non Reformatæ religioni, ſed Auguſtanæ Confeſſioni addicti ſint, imo ne huic quidem in omnibus articulis, ſed in cæteris Romano-Catholicæ adhæreant, adeoque novam & inauditam ſectam conſtituant. Ut autem ſeveriori pœnâ in eos animadverteret, variis rationibus ſe permotum ſcribit, præcipuè quod Teffereggenſes auſi ſint in publicis diverſoriis de Religione diſputare, alios ſeducere, & ad ſeditionem concitare &c.

Alii Teffereggenſium ad Potentiſſimum Electorem Saxoniæ ſeſe conferunt, prolixiſque litteris Auguſtæ 15. Martii 1685. datis modum procedendi adverſus ſe ſuoſque obſervatum deſcribunt, Ejuſque opem implorant, publicis & fide dignis inſtrumentis adjectis.

Additur *p.* 28. ſcriptum D. *Eliæ Veielii*, Superintendentis Ulmenſis, quo præſertim docet, illos homines non novam ſectari religionem, ſed poſteros eorum eſſe, qui jam tempore *Lutheri* in Archiepiſcopatu Salisburgenſi Papatum deſeruerint, præeunte *Martino Lodingero*, cujus Epiſtolas binas conſolatorias ad cives ſuos perſecutioni ſubjectos, An. 1559. impreſſas recenſet, Epiſtolamque *Lutheri* ad eundem Wittebergæ A. 1532. miſſam excerpit, alioſque libros Lutheranorum nominat, quibus uſi fuerint. Subjiciuntur *pag.* 39. Articuli in quibus Teffereggenſes ruſtici tam à Lutheranis, quàm à Reformatis diſſentiant, adeoque novam ſectam conſtituant, cum Cenſura Theologi Wurtenbergenſis, quâ eoſdem declarat, & Lutherano ſenſu intelligi docet.

Propterea omnes Status Evangelici, per Legatos in Comitiis Ratisbonenſibus verſantes, apud Archiepiſcopum intercedunt, literis d. 9. Julii A. 1685. ſcriptis, & *pag.* 41. *ſeqq.* propoſitis, quibus rogant, ut inſtrumentum pacis Weſtphalicæ obſervetur, & reſiduis in Valle Teffereggenſi liberum Religionis exercitium privatum permittatur, ejectiſque liberi reſtituantur, bonorumque alienatio concedatur. Gemellæ ſunt interceſſoriæ ſubjectæ *pag.* 47. *ſeqq.* ad ipſum Auguſtiſſimum Imperatorem, quibus pro Evangelicis ex Comitatu Tyrolenſi ejectis eadem expetunt. Reſpondet Archiepiſcopus d. 10. Septemb. *pag.* 50. 51. ſe per Conſiliarios in vallem iſtam miſſos denuo comperiſſe homines iſtos nulli in Imperio permiſſæ religioni ex integro adhærere, ſed varia nova & hactenus inaudita dogmata ſervare, à ſe ipſis diſſentire &c. concluditque, Inſtrumentum pacis locum hìc non habere. Quo facto Ratisbonæ d. 6. Octobris 1686. tres Teffereggenſes & unus Tyrolenſis ruſtici denuò examinantur, quibus reſtitutionem liberorum per miſericordiam Dei ſcriptis literis petentibus (uti *pag.* 52. *ſeqq.* videre eſt,) Status Evangelici d. 12. Novembr. iterum ad Archiepiſcopum ſcribunt *pag.* 61. *ſeqq.* oſtendentes, exules illos non ſectæ novæ, ſed Auguſtanæ Confeſſioni clariſſimè addictos eſſe, ſuamque repetunt petitionem; idemque apud S. Cæſar. Majeſtatem quærunt. Nullo autem reſponſo ſequente, Teffereggenſes humillimas iterant preces *p.* 67. 68. quibus permoti Status Evangelici tertiùm intercedunt apud Archiepiſcopum d. 6. Februar. A. 1687. *p.* 69. 70. reſponſumque *p.* 71. 72. ab eodem d. 3. Martii impetrant, quo declarat, ubi Teffereggenſes adferant teſtimonia Magiſtratuum, quod vel Auguſtanæ Confeſſioni, vel Reformatæ religioni addicti ſint, ipſos & liberorum reſtitutionem, & libera cum bonis ſuis commercia impetraturos. Hoc audito, novem Teffereggenſes in patriam remigrant, liberos & bona recepturi, ſed vi ac contumeliis repelluntur, de quibus conqueruntur *p.* 73. 74. Præfectus autem Teffereggenſis alia omnia Archiepiſcopo refert *pag.* 74. 75. 76. culpamque omnem in illorum calumnias minaſque conjicit. Propterea Status Evangelici quartam ad Archiepiſcopum d. 30. Septembr. mittunt Epiſtolam *pag.* 77. *& ſeqq.* miſeros illos excuſant, & conſcientiæ Præfecti accuſationes relinquunt, inſtantes, ut promiſſa Archiepiſcopus exſolvat. Qui cum illis ſe ſtare indicaret d. 30. Octobr. poſtulans ſolum ut Teffereggenſes teſtimonia Magiſtratûs requiſita, vel propriis

ipſius

ipſius manibus, vel judicio aulico exhibeant, indeque licentiam accipiant: tum Sereniſſimus Dux Würtenbergicus menſe Decembri peculiarem Legatum mittit, quem literis ad Archiepiſcopum, Teffereggenſes verò eum ipſo abeuntes publico teſtimonio inſtruit, eoſque Auguſtanæ Confeſſioni addictos eſſe fidem facit. Sed Legatus Salisburgum veniens facile animadvertit, ſe acceptum ibi non eſſe, & quanquam initio Commiſſarii ei fuerint adjuncti, poſt aliquot tamen hebdomadarum moram nihil obtinuit, ſed re infectâ dimiſſus eſt, eâ præcipue de cauſâ, quod à regimine ſuperioris Auſtriæ denegatus fuerit, tranſitus in vallem Teffereggenſem, quæ omnia liquent ex *pag.* 83. *& ſeqq.* ipſiuſque Legati Relatione d. 30. Januar. A. 1688. Quare apud S. Cæſar. Majeſt. Status Evangelici denuo intercedunt d. 22. Februarii, Litteris *p.* 98. *& ſeqq.* exhibitis; nec non apud Archiepiſcopum Salisburgenſem, ſub 5. Martii, quinta vice inſtant, ne fidem ſemel datam, ſub prætextu cauſæ non novæ, ſed antehac ſatis notæ, liberare diutius differat *p.* 103. *& ſeqq.*

S. ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine Ius, ordine VIIus, natione Romanus, patre *Alexandro*, S. EVARISTO ſucceſſit die 2. Mart. A. C. 108. juxta *Franc. Pagi.* Auctor Libri Pontificalis de eo ſcribit: *Hic paſſionem Domini miſcuit in precatione Sacerdotum, quando Miſſæ celebrantur.* Ad quæ verba *Petrus Urbevetanus* in Scholiis ineditis notat, *ibi videlicet, tam beatæ paſſionis.* Alii etiam paſſim ſcribunt, hanc orationem, *unde & memores Domine*, quæ poſt conſecrationem à Sacerdote dicitur, ab *Alexandro* inſtitutam eſſe: quod negat Card. *Bona* (*a*) poſt *Baronium* (*b*), Si, inquit, præcisè de memoria Paſſionis ſermo ſit, ſive iſtis, ſive aliis verbis fiat. Citatus Libri Pontificalis Auctor ait, *Alexandrum* decreviſſe, ut aqua benedicta in habitaculis hominum aſſervaretur, quem uſum aquæ benedictæ ab Apoſtolis traditione emanarum, & *Alexandri* decreto ſtabilitum contendit *Baronius*, inf. cit. Sacerdos ad Conſecrationem accedens, hanc orationem præmittit, *Quam oblationem* &c. Tum ait Sacerdos: *Qui pridie quam pateretur accepit panem* &c. Quam clauſulam, *Qui pridie* &c. idem Auctor Libri Pontificalis, *Valfridus* & alii, ab *Alexandro* additam opinati ſunt. *Alcuinus* verò etiam Apoſtolis in uſu fuiſſe putat, de quo, ſicuti & de Conſecratione, ejuſque formâ & ritu lege *Bonam*, loc. inſ. cit. qui & alibi (*c*) obſervat aquam in calice vino miſceri ex Chriſti inſtitutione, non verò, ut quidam perperàm ſcribunt, ex decreto *Alexandri*, qui ideo dicitur hujus mixtionis Auctor, quia adverſus hæreticorum errores, inquit *Pagius*, quod ex Domini & Apoſtolorum traditione acceperat, ſcripto firmavit. Prolixam de hoc argumento ſcripſit Epiſtolam *S. Cyprianus* ad *Cæcilium*, ordine 63. quam laudat *S. Auguſtinus* lib. 4. *de Doctr. Chriſt.* cap. 21.

Hac de re illud *Mariani* Carmen refert *Eggſius*:

Vino miſcet aquam, miſto ſale temperat undam,
Regnat Alexander *ſobrius, & ſapidus:*

Quidam recentiores, quorum anteſignanum *Martinum Polonum* in Chronico credit Card. *Bona*, ſcribunt *Alexandrum* ſtatuiſſe, ut oblatio fieret ex Azymo, & in modica quantitate: ſed in antiquis hujus Pontificis Actis, nihil ab eo de Azymis ſtatutum legitur.

In Libello Synodico legitur Concilium, quod in Sicilia celebratum fuiſſe dicitur hac occaſione. *Heracleon* quidam *Valentini* diſcipulus cùm docuiſſet, ſemel Baptizatum hominem, ſive juſtum, ſive peccatorem, non poſſe amplius in peccati nævum incurrere, licèt ejus opus edat; & *Alexandrum* Papam eâ de re conſuluiſſent Epiſcopi, hicque *Sabinianum* Presbyterum ad ipſos deſtinaſſet, collecti omnes Epiſcopi, quorum numerus & nomina ignorantur, (ſoli enim *Euſtachius* Lylibæorum, & *Theodorus* Panormæorum nominantur) *Heracleonem*, qui aufugerat, latâ ſententiâ damnârunt. Licèt autem liber ille, è quo eruitur tam hujus, quàm aliquot aliorum Conciliorum ſub ſequentibus Pontificibus notitia, dubiæ ſit apud nonnullos auctoritatis, cùm tamen *Labbeus* & *Baluzius* in novâ ſuâ Conciliorum collectione, illa referant, illis aſſentiri poſſe putat Anonymus Auctor *Delectûs Actorum Eccleſiæ Univerſalis* &c. Tom. II. in Notis ad Canones *p.* 7. *& ſeq.* De hoc opere ſupra diximus *p.* 76. *c.* 2.

Cæterùm tribus Ordinationibus, Presbyteros *ſex*, Diaconos *duos*, Epiſcopos per diverſa loca *quinque* creavit *Alexander*, quem ſub *Trajano*, non ſub *Hadriano*, martyrio coronatum aſſerunt varia Monumenta; Anno ſcil. CXVI. die 3. Maii, & ſepultum viâ Nomentanâ, ſeptimo ab Urbe lapide, ubi ſecuri percuſſum dicunt, cum *Theodulo* & *Eventio* Presbyteris. Conſtat igitur ex argumentis à *Pagio* adductis, ſed iſſe *Alexandrum* annis 8. menſ. 2. d. 1. licèt *Henſchenius* & *Papebrochius* eum A. CXVII. mortuum exiſtiment: qua de re ubi *Ant. Pagi* Criticam in *Baronium* recenſebimus plura dicere ſpes eſt. At longius aberrare videtur Autor *Pontificii docti*, qui *Alexandri* martyrium ad eundem quidem, quo *Pagius*, diem & menſem reponit, ſed A. C. 130. contigiſſe ait, Pontificatûs ſui anno 10. vel 11. nondum expleto. Eum A. 121. d. 14. Nov. Pontificem creatum ſcribit *Lud. Jacob*, & martyrio affectum A. 132. menſe & die ſupra dicto. Verùm ſi reperiuntur pro *Alexandri* martyrio pugnantes, non deſunt qui negant. Inter hos *Sam. Baſnagius*: „ Porrò, *inquit Vir Cl.* „ etſi *Alexandrum* Pa„pam 3. Maii martyrio coronatum legamus, non „diſſimulabimus tamen nobis in eâ re fieri ſcrupulum. „Sunt enim viro, cui veritas cordi eſt, traditiones „ejuſmodi, non populari quidem, ſed artificis staterâ „examinandæ. „ Docet nimirùm, locum inter Martyres non habere, nec apud *Irenæum* in Catal. Pontiſ. Rom. nec in Depoſitione Martyrum, nec in Chronico *Damaſi* apud *Bucherium*: Neque, *inquit*, Martyrem ſciverunt *Euſebius* & *Hieronymus*. Plura adducit, ut contra *Schelſtratum* oſtendat ſub lita eſſe hujus Pontificis Acta. Succeſſorem habuit S. *Sixtum*.

Decretales III. *Alexandro I.* attribuuntur, quas *Petrus de Marca*, laudatus *Baſnagius*, *Chriſt. Lupus*, aliique Viri doctiſſimi rejiciunt.

Prima ſcripta eſt *ad omnes Orthodoxos*, habetque plura, inquit *Pagius*, ex aliis ſubſequentium Seculorum Conciliis & Patribus, præſertimque inſignem locum ex *Idatio* & Epiſtolâ ſuppoſititiâ *Benedicti I.* incipientem ab illis verbis num. 6. *Si Trinitas non eſt, quare tertiò* Sanctus *dixerunt?* & finientem, *ipſa eſt Patris & Filii.*

Complectitur autem hæc Epiſtola, (cujuſcunque ſit) Capita VI. quorum I. De iis qui Sacerdotes accuſant, vel perſequuntur: II. De Scripturâ, vel confeſſione per vim extortâ: III. Si quis adverſus Epiſcopum, vel Actores Eccleſiæ querelam habuit: IV. Ut in oblatione Sacramentorum commemoretur paſſio Chriſti, & ut panis tantùm, & vinum aquâ mixtum offeratur: V. De benedictione ſalis & aquæ, ſive cæterorum elementorum: VI. De Trinitate & Unitate Deitatis. Plurima falſa certis indiciis deprehendit *Baſnagius*, non omiſſâ inſcriptione, data IX. Kal. Aug. *Trajano & Æliano* ſive *Heliano*, (ut *Geſnerus* habet) *VV. CC. COSS.*

Epiſtola II. *ad omnes Epiſcopos per diverſas regiones conſtitutos* data IX. Kal. Nov. eiſdem COSS. in quâ commendat orationem, eam præſertim quæ communi multorum inter ſe adfectione fit: arcendos à Chriſtianorum commercio, qui Epiſcopos in miniſterio importunius interpellaverint: Ethnicos patientiâ & concordiâ vincendos. Locum habet *Oſeæ* IV. ex verſione *S. Hieronymi*, qui trecentis poſt *Alexandrum* annis vixit.

Epiſtola III. *ad omnes Sacerdotes* data Kal. Maii, *Æliano* ſeu *Heliano* & *Vetereo* VV. CC. COSS. Epiſcoporum officium eſſe, ut omne vitæ tempus in cognitione divinarum Scripturarum collocent, atque ex

eà leges vitæ bominibus præſcribant. Habet iſta locum *Michea II.* ex verſione *Hieronymi*, & clauſulam Sermonum *S. Hieronymi.*

Hæ *tres Epiſtolæ* publicatæ ſunt unà cum D. *Clementis* recognitionibus, *Baſilea* apud Bebelium, 1536. ac prius *Colonia* 10 volumine Conciliorum, 1530. fol. Eas recenſent *Binius* & *Joverius* in ſuâ Collectione.

* Pagi *Breviar. Tom. I. p.* 19. Eggs *Pontif. doct. p.* 18. Baſnagii *Annal. Tom. II. p.* 43. *§.* 3. *&* 4. *& p.* 44. *§.* 5. Lud. Jacob. *Bibl. Pontif. p.* 5. Geſnerus *fol.* 23. verb. *Alexander Epiſcopus.* Morer. *Lexic.* De eo item *Bollandiſta* ad 4. Maii, *Baillerus* verò ad 3.

(*a*) Lib. 2. *Rer. Limogic.* cap. 13. n. 3. (*b*) A. 132. nu. 3. (*c*) *Bona* l. c. *cap.* 9. n. 3.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine IIus, ordine CLVI. Patriâ Mediolanenſis, *Anſelmi* filius, Epiſcopus Lucenſis, anno 1059. à *Nicolao II.* ad Mediolanenſes una cum *Petro Damiani* legatus eſt. Anno 1061. Pontifex Romanus electus eſt, die XXX. Septembr. inthronizatus. Anno 1063. Concilium Lateranenſe C. Epiſcoporum celebravit, in quo Canones contra Clericorum Simoniam & concubinatum edidit. Ipſe à *Cadolo* ſeu *Cadolao* Antipapâ (*Honorio II.*), Epiſcopo Parmenſi, Simoniæ accuſatus, anno 1064. indicto Mantuæ Concilio, coram Epiſcopis electionis ſuæ cauſam egit; & à Simoniæ crimine ſemet juramento purgavit. Romam reverſus, *Cadolaum* toto biennio in Mole *Hadriani* obſeſſum tandem devicit, atque Urbe ejecit. Anno 1065. binas Synodos adverſus Inceſtuoſorum hæreſin à Juriſconſultis propugnatam coegit. Anno 1071. *Petrum* Epiſcopum Anagninum ad *Michaelem Ducam* Imp. CP. irrito ſucceſſu legavit. Obiit an. 1073. XX. Aprilis. Succeſſorem habuit GREGORIUM VII.

Acerrimus fuit hic ALEXANDER II. in oppugnando Jure inveſtiturarum, negato Laicis quibuſcunque, id eſt Regibus & Principibus, ut his nefas eſſet nominare ad Epiſcopatus vel Abbatias, in ſuis Regnis, vel ratam habere eorum electionem, ſcilicet inveſtiendo, ſeu mittendo in poſſeſſionem ſuorum beneficiorum, additis ſymbolis *Baculo* vel Virgâ, tùm & *Annulo*, quæ erant inſignia dignitatis, & conſenſûs Regii, & Infeodationis *ratione* Beneficiorum temporalium.

Eidem adſcribit *Baronius* depoſitionem *Haroldi* Anglorum Regis, & jus tranſlatum in *Guilielmum* Normannum *Conqueſtorem*, qui obedientiam Papæ promitteret, à quo & belli *Vexillum* accipit. Idque bellum, ut à *Guilielmo* ſuſceptum auſpicio Pontificis, ſic & felicem ſucceſſum deberi *Rom. Pontificis in Cælo regnantis favori*, addit ille non ſine ſpecie blaſphemiæ ad A. C. 1066. num. 5. 8. At potiùs credendum gentis Anglorum hiſtoricis.

Laudant alii ejus doctrinam & ſanctitatem, alii ejus in Monachos & viros literatos ſtudium. Quæ ante mortem edidit miracula deſcribit *Leo Oſtienſis* lib. 3. cap. 35. *Chronici Caſſinenſis.*

Extant ALEXANDRI II. *Epiſtolæ* non paucæ, quarum XLV. editæ ſunt *Tom. IX.* Conciliorum *Labbei.*

1. *Unam* dedit *Petro* Archiep. Diocleinſis atque Antibarenſis Eccleſiæ, qua ei pallium mittit. Eam ex fragmentis *Ant. Auguſtini* Tarraconenſis Epiſcopi recitat *Baronius* ad A. MLXII. Pro cujus intelligentiâ Annotator *Baronii* obſervat ex *Joan. Lucio* in *lib.* 2. de Regno Dalmatiæ & Croatiæ *cap.* 2. *& ſeqq.* duas hoc tempore in Regno Dalmatiæ fuiſſe Metropoles ante annum 1000. inſtitutas, nempe *Salonitanam*, quæ Spalatum jamdiu tranſlata fuerat; alteram *Diocletianam* primùm appellatam, ſed Diocleâ deſtructâ Antibarim tranſlatam, ubi cùm Metropolita reſideret, Antibarenſis ſæpiùs vocabatur, ideoque in Epiſtolæ inſcriptione *Petrus* vocatur *Archiepiſcopus Diocleinſis atque Antibarenſis.*

Hoc eodem anno MLXII. (ut obiter dicam) *Alexandrum II. Gebehardo* Archiepiſcopo Salisburgenſi pallium miſiſſe ſcribit *Baronius*, cùm ante annum cum dimidio, anno nempe MLX. *Gebehardus* ejus Eccleſiæ Præſul electus fuiſſet.

2. Epiſtolas XV. ad *Gervaſium Barbet* Archiep. Rhemenſem, edidit *Papyrius Maſſonus*, quæ habentur, (teſte *Lud. Jacob.*) Tom. III. *Bibl. Patrum.*

Quædam extant apud *Quercetanum* (*Duchesne*) Tom. IV. Hiſtoric. Franc. *p.* 198. teſte *Le Long* in Bibl. Hiſt. Gall. Quatuordecim tantùm numerat *Eggſius*, quas tractare ait *de Simoniacis, deque vitiis Clericorum extirpandis.* Inter illas ea reponi debet, quâ (referente *Pagio*) ei (*Gervaſio*) gratias agit Pontifex, quod illum, qui Carnotenſem Eccleſiam ſimoniacè invaſerat, inde ejiciendum curârit, & *Hadericum* Aurelianenſem eâdem de cauſâ amoveri petit, quem ait, fraudulentia ſua in Cabilonenſi Synodo, *Petrum* Oſtienſem Epiſcopum, à quo eadem Synodus celebrata eſt (A. MLXIII.) decepiſſe. Ad hanc præterea *Petri Damiani* Legationem & Cabilonenſem Synodum revocat *Coſſartius* Epiſtolam quæ ſequitur.

3. Epiſt. *ad Archiepiſcopos Galliæ*, in quâ mandat, ut eidem *Petro*, Sedis Apoſtolicæ Legato fidem in omnibus adhibeant, & debite obediant.

4. Literas ad *Berengarium* ſcripſiſſe dicitur, quibus monuit, *ut à ſectâ ſuâ ceſſaret*, qui tamen ab incœpto deſiſtere noluit.

5. Epiſt. *ad Epiſcopos, Clericos, & Judices Italiæ* data, referri debet ad Concilium Romæ habitum A. 1065. in quo Inceſtuoſorum hæreſis damnavit, & contra illius defenſores decretum edidit ALEXANDER, quod Collectioni ſuæ inſeruit *Gratianus* cauſa 35. quæſt. 4. cap. *Ad Sedem Apoſtolicam.*

6. Epiſt. ad *Wilhelmum* Regem Anglorum pro exactione Denarii S. Petri, quam ad A. 1068. revocat *Baronius.* Hujus fragmentum extat in libro *Cenſuum Romanæ Eccleſiæ*, qui reperitur in Bibl. Vatic.

7. Alia ad eundem pro *Lanfranco* Archiepiſcopo Cantuarienſi.

8. Epiſtola ordine XLIX. ad ipſum *Lanfrancum*, quâ prædeceſſorum ſuorum decreta confirmat, ut Monachis Eccleſias Cathedrales obtinere liceat. Ait in eâ Pontifex *Gregorium M.* præcepiſſe *Auguſtino* gentis Anglicæ Apoſtolo, ut ejuſdem ordinis viros, cujus ipſe erat, poneret in Sede Metropolitanâ Cantuariæ, & BONIFACIUM, qui IVus ab eodem GREGORIO Eccleſiæ Romanæ præfuit, hæc *Athelberto* Regi Anglorum, & *Laurentio* Cantuariæ Archiepiſcopo ſcripſiſſe: ſe nimirum libenter concedere, ut in monaſterio Dorobernenſi civitate conſtituto, *cui ad præſens*, inquit, *præeſſe dignoſcitur dilectiſſimus frater noſter* Laurentius, *licenter per omnia Monachorum regulariter viventium habitationem ſtatuat; Apoſtolica auctoritate decernentes, ut ipſi veſtræ ſalutis prædicatores Monachi, Monachorum greges ſibi aſſocient, & eorum vitam ſanctitatum moribus exornent.* Quare *Alexander* Papa eos anathemate conſtringit, qui huic decreto obviare contenderint.

Scripſit ſub initium anni 1073. ad *Henricum* Germaniæ Regem, ut cauſam dicturus Romam ſe transferret, reſponſurus accuſationibus à Saxonibus ad Apoſtolicam Sedem perlatis. Eas literas detulerunt Stus *Anno* Colonienſis Archiep. & *Hermannus* Bambergenſis, qui Romam miſſi fuerant, pecuniam, quæ Regi debebatur, congregandi gratia, quique Legatione peracta reverſi literas *Alexandri* detulerunt, Regem vocantes Romam ad ſatisfaciendum pro ſimoniaca hæreſi, aliiſque nonnullis emendatione dignis, quæ de ipſo Romæ fuerant audita.

9. Epiſt. *ad Mediolanenſes*, illos ad virtutum exercitia excitans, iiſdemque Orationem Dominicam interpretans.

10. Alia ad *Heraldum* Norwegiæ Regem, illum hortans ad obedientiam *Adalberto* Hamburgenſi Epiſcopo præſtandam.

11. Alia ad *Sueſorum* Daniæ Regem, quâ exigit cenſum, quem majores ejus perſolvere conſueverant.

12. Alia *ad omnes Epiſcopos* de rebus in Concilio Romano geſtis.

13. Alia *ad Epiſcopos Daniæ* pro Synodo celebranda.

14. Alia *ad S. Annonem* Archiepiſcopum Colonienſem, quâ concedit illi privilegium immunitatis pro Monaſterio Sigebergenſi.

15. Alia ad *Landulphum* in Corſica, quâ illi vetat niſi cum uxoris conſenſu Monaſticam vitam ingredi, & votum continentiæ emittere.

16. Alia ad *Udonem* Archiepiſcopum Trevirenſem, de pœnitentiâ Sacerdotis inceſtuoſi perpetuâ. Ediderunt ex MS. S. Wilbrordi Epternac. anni circiter 1070. *Vet. Script. & Monum.* Collectores *Tom. I. p.* 480.

17. Scripſit etiam ad *Conſtantinum* Aretinum, *Lambertum* Bononienſem, *Ubaldum* Cremonenſem Epiſcopos; item ad *Everhardum* Archipresbyterum Ferrarienſem, & *Gerardum* Eccleſiæ Piſanæ Canonicum, conceſſioneſque factas à Prædeceſſoribus ſuis Eccleſiis Aretinæ, Bononienſi, Cremonenſi, Ferrarienſi, & Piſanæ comprobavit: quin etiam, Capuæ cùm eſſet, vetera Romanorum Pontificum in Eccleſiam Salernitanam beneficia inſtauravit.

18. *Epiſtolas* quoque plures dedit Lucenſis Eccleſiæ Clero & Populo, quibus illos ad optimam vivendi rationem reducere ſtuduit. Item ad *Petrum* Præpoſitum Spoletanæ Eccleſiæ, quibus ratam habuit *Andreæ* Epiſcopi donationem eidem Eccleſiæ factam. Cum autem a *Petro Damiani* Literas accepiſſet, ad eum prolixam officiique plenam reſcripſit Epiſtolam; illud ab eo exigens, ut quia jam non liceret ipſius frui verbis, ſaltem Literas legere concederetur.

19. Conſtitutionem in Synodo Lateranenſi edidit, quâ Monachis pedem è Clauſtris efferre, & Civitates percurſare prohibuit: Canonicos verò Regulares in communi vivere, & nil proprii habere præcepit; utque Lateranenſis Baſilicæ Canonicos ad antiquum inſtitutum revocaret, Romam Lucenſes Canonicos Congregationis S. Fridani vocavit, quibus Eccleſiam S. Mariæ, antiquam olim, nunc novam dictam, conceſſit.

20. Conſtituit *Reſponſoria* in Dominica Septuageſimæ recitanda, mandavitque *Alleluja*, in Sabbato diem Dominicum Septuageſimæ præcedente dimitti uſque ad Sabbatum ſanctum.

21. Extat ejuſdem Papæ in Bullar. Rom. ad A. 1061. Tom. I. edit. Luxemb. *Approbatio Congregationis Monachorum Eremitarum Camaldulenſium*, alias *Campi Amabilis*, Ord. S. Bened. *Lucæ* data IV. Kal Nov. Pontificatûs ſui anno 5.

22. Confirmatio Inſtitutionis Harlebecani Collegii Canonicorum, data Laterani V. Kal. Febr. A. 1070. Pontificatûs ſui X. Extat ex Cod. Donationum *Aub. Miræi* in Tom. IX. *Bullarii* memoratæ edit.

* Pagi *Tom. II. p.* 384. Eggs *p.* 330. Spanhem. *Fil.* Hiſt. Eccleſ. Sec. XI. *Cave* ad A. 1061. p. m. 531. *Nat. Alexander* Sec. X. & XI. *cap.* 1. *art.* 10. *p.* 412. *in fol.* Du Pin *Tom. VIII. Sec. XI.* p. 29. in 4. *Morer.* aliique quos citat *Lud. Jacob* p. 6.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine IIIus, ordine CLXX. HADRIANI IV. Succeſſor, natione Tuſcus, patriâ Senenſis, *Rainutii* filius, *Rolandus* antea dictus, primùm Eccleſiæ Piſanæ Canonicus, deinde Romam ab *Eugenio III.* evocatus, & Cardinalis Diaconus titulo SS. Coſmæ & Damiani, mox Presbyter titulo S. Marci, & Apoſtolicæ ſedis Cancellarius factus. Anno 1156. ab *Hadriano* ad *Willelmum* Siciliæ Regem Pontificis hoſtem legatus, pacem utcunque compoſuit. Anno 1157. ab eodem ad *Fredericum* Imp. miſſus, ut inſolentiſſimas deferret literas, vitæ diſcrimen adiit, & cum ignominia eſt ablegatus. Anno 1159. die VII. Septembr. Pontifex Romanus electus eſt, & ab *Octaviano* Cardinale, Antipapa *Victore IV.* dicto, Româ ejectus ordinatur ad Nymphas die XX. ejuſdem; anathematis fulminis utrinque vibrato & in Schiſmata diſſiliente orbe Chriſtiano indictum eſt ab Imperatore pro causâ dijudicandâ anno 1160. Concilium Piſanum. In eo communi Epiſcoporum conſenſu, confirmatus *Victor*, reprobatus *Alexander* & excommunicatus. Ipſe viciſſim *Alexander* & Imperatorem & Concilii Patres anathematizavit. Anno 1165. Italiâ à *Frederico* Imp. fugatus, in Galliam ab *Henrico* Angliæ, & *Ludovico* Galliæ, Regibus invitatus, ſeceſſit; atque anno ſequente Concilium Turonenſe celebravit. Anno 1165. poſt *Victoris* mortem Romam reverſus eſt, ab Imperatore A. 1167. iterum ejectus: interea verò *Guido* Cremenſis Epiſc. fit Antipapa ſub nomine *Paſchalis III.* qui in Conciliabulo Herbipolenſi verus Pontifex agnoſcitur: anno 1168. Romam rurſus obtinuit *Alexander*, & collecto Lateranenſi Concilio Imperatorem iterato fulmine percuſſit. Eodem anno mortuo *Paſchali III.* alius in ejus locum electus eſt *Joannes de Struma* ſub nomine *Caliſti III.* Anno 1175. HENRICUM II. Anglorum Regem ob *Thomæ* Cantuarienſis necem à militibus perpetratam, ita caſtigavit *Alexander*: Juſſit, ut in Angliam reverſus ex Normanniâ, pro diæta uſus pane & aqua, ad tumulum *Thomæ* contenderet, ibique flexis genibus, nudis pedibus, cum lachrymarum affluentiâ miſericordiam & veniam precaretur, & ut carnem ſuam diſciplinæ ſubjiciens, in Monachorum capitulo, veſte exutâ, à ſingulis fratribus, virgis cæſus, ternos vel quinos ictus exciperet, ut habet *Walſinghamus*, ſaltem uno virgæ ictu, ut alii volunt, percuteretur: Aiuntque unum ex Legatis Papæ tum dixiſſe, *Domine, noli minitari. Nos enim... de tali Curiâ ſumus, quæ conſuevit imperare Regibus & Imperatoribus.* Anno 1177. Imperatorem Venetorum ope ad iniquas pacis conditiones adegit, & cenſurâ abſolvit: impoſitus tamen prius (ut aliqui volunt) *Cæſaris*, humo ſeſe provolventis, cervici pedibus, additiſque illis ex Pſalte vocibus: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem ac draconem*: ſed de hoc argumento adhuc ſub judice lis eſt. Multus inter incerta fluctuat *Baronius*, ob inauditum antea Pontificis facinus. Tacent multi hiſtorici. At monumenta Veneta docent *Fridericum* ſupplicem, poſt varias perpeſſiones, inauditâ ſuperbiâ ab *Alexandro* exceptum, *qui ſolennem, quæ Pontificii ab Imperatore debetur, reverentiam atque obedientiam ad pium pedum oſculum, inclinatione factâ exhibuerit*: Vid. *Sabellicum* Rerum Venet. *Dec. I. lib.* 7. Teſtantur etiam Codex MS. relictus à *Beſſarione* Card. in Rep. Venetâ, de quo *Baronius*, qui hæc deſcripſerit ex antiquioribus monumentis; *Lapis Porphyreticus* in Porticu Eccleſiæ S. Marci, locum deſignans; *Pictura*, in Aula ipſa in qua congregatur Concilium Majus Venetorum, exhibens Pontif. ALEXANDRUM *pedem leviter imprimentem humero Imperatoris*. Quod in Venetorum urbe auſum fuiſſe de ſuo fingere Pictorem haud probabile. Idem aſſerunt plures laudati *Gherardo* Præf. in part. 2. confeſſionis Catecheticæ, *Wagenſeilio* de Imperatoribus XI. & XII. Secul. & *Reiſero* Romæ non glorioſæ *p.* 467-481. Affirmativam tuetur etiam *Spanhemius* Fil. Negativam *Nat. Alexander*, & *Franc. Pagi*, qui *putidiſſimam fabulam* vocant. Idem ſentit *Elias Du Pin*. Id pro fabula *Lutheri* demum tempore confictâ haberi vult Jeſuita *Nic. Schaten* Annal. Paderborn. *Part. I.* Rem ſimpliciter narrat *Trithemius* cap. 396. Videri etiam poteſt *Pictetus* in Hiſt. Sec. XII. ubi quæ dicuntur ab utrâque parte producit.

Sed dicendum ſupereſt *Calliſtum* Antipapam A. 1178. IV. Kal. Sept. pœnitentem, honorificè ſuſceptum ab *Alexandro*, Papatum abdicaſſe, ac III. Kal. Oct. ſchiſmaticos, duce milite quodam, *Victoris IV.* Antipapæ fratre, *Landum Sitinum* in Pſeudo-Papam elegiſſe, cui nomen *Innocentii III.* impoſuerunt. Sed ejus electionem ad A. 1179. revocat Auctuarium Aquicinctinum. Eodem anno *Alexander* coacto Romæ Concilio Generali plenariam peccatorum remiſſionem Hæreticorum perſecutoribus concedi decrevit. A. 1180. ab eo captus eſt *Innocentius III.* & ad Cavas cum ſociis

ſuis in exilium ductus ; ſicque finitum eſt Schiſma annorum 21. Obiit autem *Alexander III.* A. 1181. III. Kal. Sept. ſeu die 30. Aug. & in Baſilica Lateranenſi tumulatus. Sedit *Alexander* LUCII III. Prædeceſſor annos 21. menſ. XI. dies 23. numerando à die electionis ; ſi verò à die conſecrationis, dies tredecim reſecandi. Singula hujus Pontificis geſta ſpeciatim proſequi longius eſſet, quæ partim peti poſſunt ex ejus Epiſtolis, quarum infra ſequitur ampliſſima ſeries, tum etiam ex variis Authoribus qui de Pontificibus Romanis ſcripſerunt, aliiſque ad calcem hujuſce articuli citandis. Id autem non eſt ſilentio prætereundum, quod ex *Auctuario Aquicinctenſis Chronici* ſub A. 1181. narrant Authores *Itineris Literarii* quod Gallicè prodiit *Pariſiis* 1724. in 4. Hæc leguntur verba *p.* 83. quæ ab *Aub. Miræo* in editione dicti *Auctuarii* omiſſa meritò mirantur docti Benedictini : *Alexander Papa ſenex & plenus dierum, viceſimo fermè ab urbe milliario in quadam Romanæ Eccleſiæ poſſeſſione diem clauſit ultimum. Cujus obitu quidam inſipientes Romani audito, ei non, ut debuerunt, obviam, cùm ad urbem deferretur, venerunt ; & ei maledicentes, luto etiam & lapidibus lecticam in quâ portabatur lapidantes, vix eum in Patriarchio Lateranenſi ſepeliri permiſerunt.*

Epitaphium *Alexandro III.* perhonorificum erigi juſſit *Alexander VII.* quod legi poteſt in libro Italico *Stato della S. Chieſa Papale Lateranenſe nell' anno* 1723. Romæ *in* 4. edito, indeque in *Actis Lipſ.* A. 1725. p. 132.

SCRIPSIT Alexander III. ſi *Trithemio* fides,

Lib. *de Poteſtate Eccleſiaſtica.*

Ejus BULLÆ ſeu CONSTITUTIONES duodecim numerari poſſunt, quarum

I. *Pro Canonizatione S. Eduardi Regis Angliæ, ejuſque adſcriptione in numerum Sanctorum Confeſſorum.* Dat. Anagniæ, VII. Id. Febr. A. 1161. Hanc refert *Baronius* ex Appendice ad Vitam *S. Eduardi* apud *Surium* Tom. III. Extat in *Magno Bullar. Rom.* Tom. I. p. 40. edit. Luxemb.

II. Canonizatio S. Bernardi, *primi Abbatis Claravallenſis, & Inſtitutoris Ordinis Monachorum Ciſtercienſium S. Benedicti, ejuſque relatio in numerum Sanctorum Confeſſorum, cum inſtitutione ſuæ feſtivitatis,* Anagniæ data A. 1164. XV. Kal. Febr. Pontificatus ſui anno quinto, ut cit. Bullarium docet ; quam tamen ad A. 1174. referri vult *Franc. Pagi,* ſequutus Autorem Chronici Clarævallenſis, *Albericum* in Chronico, & Annaliſtam Mailroſenſem. Addit reperiri Canonizationis literas Tom. X. Concil. *p.* 1376. & in Operibus S. Bernardi.

III. *De reconciliatione Regum Franciæ & Angliæ à Sedis Apoſtolicæ Legatis de latere ad hoc deſtinatis, omni ſtudio & æquâ lance curanda, unà cum reconciliatione* Thomæ *Archiepiſcopi Cantuarienſis cum eodem Rege Angliæ.* Dat. Beneventi, II. Kal. Sept. A. 1168. *Bullar. p.* 41.

IV. *Canonizatio S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, ejuſque adſcriptio in Catalogo Sanctorum Martyrum,* data Signiæ IV. Id. Mart. A. 1173. *Ibid.*

V. *Approbatio Ordinis, ſeu Militiæ Sancti Jacobi de Spatha, in Regno Hiſpaniarum nuper inſtituta, cum gratiarum & privilegiorum elargitione,* data Ferent. III. Non. Jul. A. 1175. *Ibid.*

VI. *Approbatio Ordinis Monachorum S. Baſilii Magni, in Monaſterio S^ti^ Salvatoris Meſſanenſis, in Provinciâ Siciliæ, omniumque largitionum Regis Rugerii,* eod. anno data *Anagniæ* XIV. Kal. Nov. *Ibid. p.* 44.

VII. *Approbatio Ordinis fratrum Carthuſianorum, cum elargitione gratiarum,* Anagniæ data A. 1176. IV. Non. Sept. *Ibid. p.* 45.

VIII. *De pace cum Friderico Imperatore Venetiis inita, ejuſque abſolutione,* data Venetiis in Rivoalto VII. Kal. Aug. A. 1177. *Ibid. p.* 46.

IX. *Indictio XI. Sacri & Generalis Concilii Lateranenſis III. poſt an.* 1179. dat. Tuſculi XI. Kal. Oct. A. 1178. *Ibid.*

X. Conſtitutio directa *Oddoni Magiſtro Religioſæ Militiæ Templi Hieroſolymitani, ejuſque ſucceſſoris & Fratribus* &c. *in perpetuum,* quâ dictum Templum variis communit privilegiis, prohibens ne quis temerè hunc locum perturbet, edita A. 1172. Extat ex *Arch. Angl.* Rymer *Tom. I. p.* 30. in *Bullario* cit. *Tom. IX.* ſeu *Contin. Part. III. p.* 24.

XI. *Upſelenſi Archiepiſcopo & ſuffraganeis ejus,* data Tuſcul. V. Id. Sept. A. 1181. de matribus quæ prolis ſuæ procurant interitum, de inceſtis & alia fœdâ libidine : de iis qui cum ſiccâ fæce vini, & micis panis vino intinctis, Miſſam faciunt : deque matrimoniis ſine Sacerdotali benedictione factis. Extat ex *Labbeo* Tom. X. col. 1263. in cit. *Bullarii* Tomo, *p.* 26.

XII. *Canonizatio S. Canuti junioris Daniæ Regis,* qui à Magno *Nicolai* Daniæ Regis filio proditoriè occiſus eſt A. 1130. Refert *Iſaac. Pontanus* Hiſt. Rerum Danic. *lib. VI.* literas *Alexandri III.* Abſoloni Roſchildenſi Epiſcopo inſcriptas, & datas Beneventi II. Non. Nov. A. 1168. ex quibus Annotator *Baronii* eruit, hanc Canonizationem eo anno factam ; cùm autem hujus Canonizationis literas non producat *Pontanus,* eas uſque ad nos non perveniſſe perſpicuum eſt. *Bollandus* ad d. 7. Jan. quo colitur *Canutus,* de ejus Canonizatione agit, ſed nullo anno aſſignato.

EPISTOLÆ:

Extant numero CCCXXXVII. Concil. *Tom. X. p.* 1188. aliæ IV. *ibid. p* 1854. Conſtitutiones ejus quæras *ibid. p.* 1135. Epiſtolæ IV. apud *Baluz.* Miſcellan. *Tom. II. p.* 227. & aliæ II. *Tom. IV. p.* 466. Item Epiſt. ad *Athalandum* de Schiſmate iſtius temporis, *Bibl. Patr.* Tom. XXIV. p. 1519. hæc *Caveus.* At moltò plures in variis Collectionibus recentioribus reperiri liquet ex Catalogo ſequenti, hinc inde petito.

1. Epiſt. ad *Wilhelmum,* Carnotenſem Electum, *Monſpelii* data die 19. Aug. A. 1165. Extat *Tom. X.* Concil. *p.* 1347.

Ad *Henricum* Archiepiſcopum Rhemenſem & ſuffraganeos ejus, data ex Laterano VIII. Kal. Dec. ejuſd. anni. Enarrat quomodo à Romanis ſit exceptus, magno ſcil. honore & gaudio. Extat ibid. *p.* 1370. item apud *Dacherium* Tom. III. p. 538. *in fol.* & ex eo in *Bullar. Rom.* edit. Luxemb. *Tom. IX.* ſeu *Contin. Part. III. p.* 24. ac præterea in Collectione Vet. Script. & Monom. *Tom. II. p.* 715.

Ad *Gerardum Epiſcopum & Canonicos Bononienſis Eccleſiæ, & Legum Doctores, cæteroſque Magiſtros Bononiæ commorantes,* in quâ ſcribit, *Octavianum* ſolemniter excommunicâſſe in Eccleſia tanquam inobedientem & contumacem, ſimulque illos qui ei manus præſumerent imponere, die ſcilicet 27. Sept. A. 1159. octava ab *Alexandri* conſecratione. Extat hæc Epiſtola apud *Baronium,* citante *Pagio.*

Ad eundem ut Canonicos ſuos ad vitam communem revocet, ac ſolitas faciant eleemoſynas. *Martene* Theſ. Anecd. *Tom. I. p.* 460.

5. *Ad Narbonenſem, Helenenſem* & *Carcaſſonenſem Antiſtites* data Turonis XV. Kal. Julii A. 1163. Arguit eos, quod injuſtis exactionibus Craſſenſe Monaſterium vexent. *Ibid. p.* 463.

Ad *Cononem* S. Vironi Abbatem data Pariſ. V. Idus Apr. A. 1160. Laudat eum de zelo pro Sede Apoſtolicâ, hortaturque ut devotus ei ſemper adhæreat. Extat ex autographo *ibid. p.* 455.

Ad Epiſcopum Caturcenſem de ſublevando à debitis Moiſacenſi cœnobio ; data Beneventi XII. Kal. Febr. *Ibid. p.* 456. ex ſchedis Colbertinis.

Ad Priorem & Fratres Monaſterii S. Savini Tarbienſis Diœceſis, data Anagniæ III. Kal. Jul. Ut Abbati ſint obedientes, eique proprium reſignent. *Ibid. p.* 457. ex archivis ejuſd. Monaſt.

Ad eoſdem Monachos, de eodem argumento, data Tuſcul. V. Kal. Aug. *Ibid.*

10. *Ad Archiepiſcopum Auxitanum, & Abbatem Maſſilienſem,* ut Monachis inobedientibus pœnitentiam

tiam congruam imponant, data Tuſcul. X. Kal. Oct. *Martene* Theſ. Anecd. *Tom. I. p.* 458.

Ad *Fulconem* Decanum, & *Canonicos Remenſis Eccleſiæ*, data Anagniæ III. Id Jun. Hortatur eos ad reſumendam quam dimiſerant vitam communem. *Ibid.* ex MS. Igniacenſis Monaſterii. Hanc perperam ſub nomine *Alexandri IV.* ediderat *Marlotm* Hiſt. Remenſis *Tom. II.*

Ad *Joſcium* Archiep. Turonenſem & ejus ſuffraganeos, data Tuſcul. II. Id. Maii. Confirmat excommunicationem latam adverſus Regem Angliæ in cauſa S. Thomæ Cantuarienſis Archiep. *Martene* l. c. *p.* 569. ex MS. B. M. de Fontanis anni circiter 1173. atque ex *Theſ. Anecd.* in *Magn. Bullar.* edit. Luxemb. *Tom. IX.* ſeu *Contin. Part. III.* p. 36.

Ad Barones & populum Dolenſem data Anagniæ v. Non. Mart. A. 1160. Commendat *Hugonem* Dolenſem Archiepiſcopum. *Martene* Tom. III. p. 903.

Ad Decanum & Capitulum Dolenſe, ut Dolenſis electus conſecrationem ab Archiepiſcopo Turonenſi recipiat, eique obedientiam promittat: data Præneſt. IV. Id. Jul. A. 1161. *Ibid.* ex fine lib. 3. quaterni 6. Volum. I. Regeſtorum Alexandri III.

15. Ad *Bartholomaeum* Archiep. Turonenſem, anni circiter 1178. Arguit eum quod ad Conſtitutum terminum non comparuerit, novaſque ei indulget inducias. *Ibid. p.* 904.

Ad eundem, de eodem argumento: *Ibid. p.* 905.

Ad Regem Francorum, ut controverſiam Dolenſem inter & Turonenſem Eccleſiam componere ſtudeat. *Ibid. p.* 906.

Ad *Guillelmum* Senon. Archiep. *Henricum* Bajocenſem Epiſc. *Stephanum* Stæ Genovefæ Abbatem, & Decanum Bajocenſem, de recognitione teſtium in controverſia Dolenſem inter & Turonenſem Eccleſiam agitata; data Tuſcul. V. Kal. Mart. A. 1179. *Ibid. p.* 907.

Ad Monachos Vedaſtinos, ut in electione Abbatis ex gremio, non extraneam eligant perſonam; data *Senonn* Id. Jan. A. 1165. Apud *Martene* in *Vet. Script. & Monum.* Tom. I. p. 872. ex MS. Vedaſtino.

20. *Ad Abbatem & Monachos ejuſd. Monaſterii*, ne obedientiam alii quàm Romano Epiſcopo promittant: data *Beneventi* XIV. Kal. Febr. A. 1169. *Ibid. p.* 880. ex MS. Vedaſt.

Ad *Martinum* Abbatem, *& Monachos Vedaſtinos*, data Pariſ. Id. Apr. A. 1163. Confirmat compoſitionem factam inter eos & Strumenſem Abbatiſſam.. *Ibid. p.* 888.

Ad eundem data *Siponti* VII. Kal. Febr. A. 1177. Monaſterium S. Vedaſti ſub ſua ſuſcipit protectione, varia ei concedit privilegia, ſed præcipuè uſum Dalmaticæ Abbati permittit. *Ibid. p.* 901.

Ad Abbatem & Conventum S. Vedaſti data *Signia* XV. Kal. Sept. Compoſitionem cum Hannoniæ Comite ab eis factam, & eorum in villa Haſprenſi jura confirmat. *Ibid. p.* 906.

Ad *Matthaeum* Epiſc. Trecenſem, de numero Canonicorum, Presbyterorum & Diaconorum Eccleſiæ Trecenſis *&c.* data VI. Kal. Febr. A. 1178. *Ibid.* Ex autographo eruit D. *Brayer* Canonicus Trecenſis.

25. Ad *Simonem* Epiſcopum Meldenſem, ut nulli parochialis Eccleſia concedatur, qui non reſideat: data Lateran.... Kal. April. circa A. 1180. *Ibid. p.* 944.

Ad *Henricum* Belvacenſem Epiſc. de intruſione *Octaviani* ſchiſmatici, data *Anagnia* II. Id. Dec. Extat *Tom. II.* dictæ Collectionis *p.* 654.

Ad eundem, & *Mauricium* Pariſienſem Epiſc. de accuſatione in civilibus & criminalibus adverſus R. Flaviniacenſem Abbatem dictis Epiſcopis commiſſa, data *Terrac.* x. Kal. Jan. *Ibid. p.* 655.

Ad dictum *Henricum* de negotio Eccleſiæ Flaviniacenſis. *Ibid. p.* 656.

Ad eundem, de negotio Magiſtri G. pro Presbyteri præbenda Sueſſionenſi, *Anagnia* data III. Non. Febr. *Ibid.*

30. Ad *Henricum* Remenſem, ibid. data XII. Kal. Mart. Orat ut Eccleſiæ per Fridericum Imperatorem afflictæ ſubveniat. *Martene* Tom. II. *p.* 657.

Ad Magiſtrum *Nicolaum*, ibid. data II. Non. Mart. Laudat ejus erga ſedem Apoſtolicam zelum, hortaturque ut in eo perſeveret. *Ibid. p.* 658.

Ad *Henricum* Belvacenſem, ibid. data VII. Id. Apr. Laudat de ſuo in ſedem Apoſtolicam, & in reprimendis ſchiſmaticis zelo, ſcribens de excommunicatione & depoſitione *Hugonis* Abbatis Cluniacenſis. *Ibid. p.* 659.

Ad Fratres Cluniacenſes, ejuſd. argumenti, ibid. data VII. Id. April. *Ibid. p.* 661.

Ad *Henricum* Belvacenſem data apud Nimpham VI. Id. Nov. Hortatur ut firmiter perſeveret in devotione *Alexandri* Papæ. *Ibid. p.* 663.

35. *Ad eundem*, de eodem argumento, *Anagniæ* data III. Kal. Dec. *Ibid. p.* 664.

Ad eundem, & *Mauricium* Pariſienſem, de controverſia inter Hugonem Senonenſem Archiep. & Abbatem Ferrarienſem, data *Janua* v. Id. Febr. *Ibid. p.* 665.

Ad *Henricum* electum Remenſem, de pallii ad eum tranſmiſſione, data apud Montempeſſulanum II. Kal. Maii. *Ibid.*

Ad *Petrum* Abbatem S. Remigii, pro Eccleſia S. *Mauritii* Remenſis, data Bituric. Non. Maii. *Ibid. p.* 666.

Ad *Henricum* Remenſem, pro abſolutione cujuſdam, data apud Dolenſe Monaſterium VIII. Kal. Jul. *Ibid. p.* 667.

40. *Ad eundem*, ibid. datâ v. Non. Jul. pro O. Monacho. *Ibid. p.* 668.

Ad eundem, ibid. data Non. Jul. pro quibuſdam civibus Atrebatenſibus. *Ibid.*

Ad *Stephanum* Abbatem, & Fratres Cluniacenſis monaſterii, pro Decano & Clericis beati Mauritii Turonenſis, ibid. data XIII. Kal. Aug. *Ibid. p.* 669.

Ad *Henricum* Remenſem, de negotio Eccleſiæ Catalaunenſis, ibid. data. *Ibid. p.* 670.

Ad eundem data Brivatæ Kal. Aug. Ipſum laudat, hortaturque ut cum Rege ſe conveniat ad Clarummontem, pro eodem negotio. *Ibid. p.* 671.

45. *Ad eundem*, ut Comitis Regiſtetenſis exactiones in Eccleſiam Laudunenſem compeſcat: ibid. ſeu forte Bituricis data Kal. Aug. *Ibid.* p. 672.

Ad eundem, de diſtrictione Eccleſiaſtica in *Guidonem de Caſtellione* pro *Petro* & *Ri..* data Bituric. VI. Id. Aug. *Ibid. p.* 673.

Ad eundem, de negotio *Godeſcalci* Epiſcopi Atrebatenſis, data *Pariſ.* IX. Kal. Maii. *Ibid. p.* 1010.

Ad eundem, pro *Gualterio* Diacono, Bituric. data X. Kal. Sept. *Ibid. p.* 673.

Ad eundem, pro quodam milite, qui peccatis exigentibus in tormento deceſſit. *Ibid. p.* 674.

50. *Ad eundem*, pro *Guidone de Dampetra*, electo Catalaunenſi Epiſcopo. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Richardo de Criſſa* ex Archidiacono Laudunenſi electo Virdunenſi, *Frajapani* nobilis viri filio; data Bituric. Non. Sept. *Ibid. p.* 675.

Ad eundem, ibid. data IV. Id. Sept. Eum vocat ad colloquium cum ipſo (*Pontifice*) & Rege. *Ibid. p.* 676.

Ad eundem, pro Eccleſia S. Joannis de Condas, ibid. data II. Id. Sept. *Ibid.*

Ad eundem, pro Fratribus Eccleſiæ S. Remigii. *Ibid. p.* 677.

55. *Ad eundem*, pro Eccleſia S. Remigii. *Ibid.*

Ad eundem, pro O. filio nobilis viri C. Frajapanis, data *Turonn* VII. Kal. Nov. *Ibid.*

Ad eundem, de negotio Romani Pontificis, ibid. data Kal. Nov. *Ibid. p.* 678.

Ad eundem, pro *Leoldo* Aurelianenſi Præpoſito, ibid. data XVI. Kal. Dec. *Ibid. p.* 679.

Ad eundem, de litteris ad Atrebatenſem Epiſcopum Godeſcalcum, ut conſulat animæ ſuæ. *Ibid.*

60. *Ad eundem*, de remotione Abbatum Stæ Ma-

riæ & Sti Wlmari, & de Canonicorum ſecularium intruſione. *Martene* Collect. Vet. Script. & Monum. *Tom. I. p.* 680.

Ad Henricum, de *Matthæo* Comite Boloniæ, qui Monialem duxerat, & duos Abbates de Eccleſiis regularibus ejecerat: data *Turon.* xv. Kal. Jan. *Ibid. p.* 681.

Ad eundem, de negotio W. pro præbenda Caſlatenſis Eccleſiæ. *Ibid. p.* 682.

Ad eundem, de Epiſcopo Aurelianenſi *Manaſſes de Garlanda.* Ibid.

Ad eundem, de Burgenſibus hæreticis, & in fide depravatis. *Ibid. p.* 683.

65. Ad *Ludovicum* Regem Francorum, de his qui in partibus Flandriæ, hæreſis arguebantur. *Ibid. p.* 684.

Ad *Henricum*, de *Drogone* Canonico Sti Timothei. *Ibid. p.* 685.

Ad *G. Catalaunenſem* electum, pro cauſa Eccleſiæ Sti Remigii & Gaufr. de Joinvilla, data *Pariſ.* IV. Id. Febr. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro Eccleſia Sti Remigii ſuper quadam terra, ibid. data. *Ibid. p.* 686.

Ad eundem, de M. Catalaunenſium fœneratore, ibid. data XI. Kal. Mart. *Ibid.*

70. *Ad eundem*, pro P. Lapillo, eod. die data. *Ibid. p.* 687.

Ad eundem, pro civitate Belvacenſi ut abſolvatur à ſententiâ; ibid. data VII. Id. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, pro quadam muliere, ut dos ei reſtituatur, ibid. data V. Id. Mart. *Ibid. p.* 688.

Ad eundem, de Eccleſia *de Rechem* cuidam reſtituenda, ibid. XI. Id. Mart. *Ibid. p.* 689.

Ad eundem, pro Roberto & Gill. Presbytero, ibid. XV. Kal. Apr. *Ibid.*

75. *Ad eundem*, pro Comite Namurcenſi ut uxor ſua ad eum redeat, ibid. XI. Kal. Apr. *Ibid. p.* 690.

Ad eundem, pro Eccleſia beatæ Glodeſindis in urbe Metenſi, data *Stampis* XI. Kal. Mart. *Ibid. p.* 691.

Ad eundem, pro cauſa quæ vertitur inter Eccleſiam S. Remigii & Dervenſem, ſuper quadam decimâ, data *Turonis* VII. Kal. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Ric. de Corberio*, ibid. data III. Non. Jun. *Ibid. p.* 692.

Ad eundem, Exhortatio ad procurationes Romanæ curiæ faciendas, ibid. data Non. Jun. *Ibid.*

80. *Ad eundem*, ejuſque ſuffraganeos &c. Exhortatio ad procurationes Papæ & Fratribus ſuis faciendas, eod. die data. *Ibid.* p. 693.

Abbati S. Remigii, pro T. clerico, data *Senonis* III. Non. Oct. *Ibid.*

Ad *Henricum* Remenſem, de ejus invaletudine, & quod ei Deus ſanitatem reſtituat, ibid. data Non. Nov. *Ibid. p.* 694.

Abbati S. Remigii & de Eleemoſyna, & Decano Remenſi, pro Eccleſia S. Mauritii Turonenſis & Cluniacenſi. (*Eleemoſyna*, Ord. Ciſt. in diœceſi Carnotenſi Monaſterium, vulgò *le Petit Cîteaux.*) ibid. data Non. Dec. *Ibid. p.* 695.

Ad *Henricum*, pro cauſa quæ vertitur inter S. Cluniacenſem Abbatem, & Canonicos beati Mauricii, ibid. data VII. Id. Dec. *Ibid. p.* 696.

85. *Ad eundem*, pro B. Clerico, ibid. data XVIII. Kal. Jan. *Ibid.*

Abbati S. Remigii & S. Nicaſii, pro cauſa *Oddonis* clerici & matris ejus, & *Hugonis Fabri*, ibid. data VIII. Kal. Jan. *Ibid. p.* 697.

Ad Henricum, pro *Roberto* milite, ibid. data. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Andrea* Atrebatenſi Epiſcopo, ibid. data VIII. Id. Jan. *Ibid. p.* 698.

Ad eundem, de causâ Abbatiſſæ de *Bertolcort*, (vulgò *Bertoldi-Curtis*, Gallicè *Bertaucourt*,) & monialium de Sto Igniaco, ibid. data. *Ibid. p.* 699.

90. *Magiſtro F. & ma. R. Remenſi Canonico*, pro *Theobaudo Bigot.* Ibid.

91. 2. & 3. Tres *ad Henricum*, pro Eccleſiâ S. Remigii. *Martene* Collect. Vet. Script. & Monum. *Tom. I. p.* 700. 701. & 709.

Ad eundem, pro Orientali Eccleſiâ, ibid. XIII. Kal. Febr. *Ibid. p.* 700.

95. *Abbati S. Remigii & de Caſtro Theoderici & L. Decano Remenſi*, pro cauſa quæ vertitur inter Abbatem Orbacenſem (Benedictinum) & Igniacenſem (Ciſtercienſem.) *Ibid.*

Ad dictum Abbatem pro cauſa quæ vertitur inter eum & *Oddonem* Presbyterum, ibid. data XVII. Kal. Mart. *Ibid. p.* 702.

Ad *Henricum* Remenſem, pro dicto Abbate. *Ibid.*

Ad eundem, ut G. Comes *de Roceio* cogatur reddere pecuniam, quam abſtulit à nuntio Lugdunenſis Archiepiſcopi. *Ibid. p.* 703.

Ad eundem, de abſolutione cujuſdam civis. Ma. Catalaunenſis, *Mergolii* data III. Id. Mart. *Ibid.*

100. *Ad eundem*, pro Eccleſia S. Memmii Catalaunenſis, data Senonis Id. Mart. *Ibid. p.* 704.

Ad eundem, & *Henricum* Cardinalem, de negotio Domini Papæ, ibid. data XII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 705.

Ad eundem, pro Fratribus Ciſtercienſibus, ibid. data VIII. Kal. April. *Ibid.*

Abbati Ciſtercienſi, de negotio Eccleſiæ Clarævallenſis, ac de Abbate ejuſdem *Gaufrido*, S. Bernardi notario, ac vitæ ſcriptore, data VI. Kal. Apr. *Ibid. p.* 706.

Ad *Henricum* Remenſem, de gratiarum actione pro *Ardicione Rivoltella* Mediolanenſi, S. Theodori Diac. Cardinalis, & de rumoribus Italiæ per Magiſtrum *Od.* ibid. data XVII. Kal. Maii. *Ibid. p.* 708.

105. *Ad eundem*, de verbo ſive negotio commiſſo Archiepiſcopo & Epiſcopo Autiſſiodorenſi in Claravalle agendo, & qualiter Senonis ſint revocati, data Kal. April. *Ibid. p.* 1011.

Ad eundem, pro quodam *Gil.* ut mutuata pecunia ei reddatur, data XIV. Kal. Jun. *Ibid. p.* 709.

Ad eundem, pro *Rainaldo* Imp. *Friderici* Cancellario, data II. Non. Jul. *Ibid. p.* 710.

Ad eundem, pro abſolutione *Guillelmi* Monachi, data III. Id. Jul. *Ibid.*

Ad eundem, pro cauſa *Mileſendis* mulieris, & *Radulſi de Curti* ſeu *de Coci*, data XV. Kal. Aug. *Ibid. p.* 711.

110. *Ad eundem*, pro cauſa quæ vertitur inter Abbatem Sti Remigii & Abbatem Dervenſem, data XV. Kal. Sept. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Milone II.* Morinorum Epiſcopo, data Mimatæ XII. Kal. Aug. *Ibid. p.* 712.

Ad eundem, de negotio Eccleſiæ Clarævallenſis, circa diſpoſitionem *Gaufridi*, data apud Clarum-montem VIII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 713.

Ad eundem, pro *Everen* Presbytero, data II. Non. Jun. *Ibid. p.* 714.

Ad eundem, pro quadam muliere *Herſende* nomine. *Ibid.*

115. *Ad eundem*, pro C. Nepote Domini Papæ, data VII. Id. Jun. *Ibid. p.* 715.

Abbati cuidam ignoti nominis, pro querela quæ vertitur inter E. & A. ſacerdotem, data V. Id. Jun. *Ibid.*

Ad *Henricum* Remenſem, pro *Radulfo* Presbytero, ut Eccleſia ſua ei reddatur, data apud Aleſtam III. Non. Jul. *Ibid. p.* 716.

Ad eundem, pro Magiſtro P. Eccleſiæ beati Aniani Decano, data apud Montem peſſulanum II. Id. Jul. *Ibid. p.* 717.

Ad eundem, de Domino Papa, quomodo evaſit manus inſidiantium per mare, qui res ſuas, & eum & ſocios capere diſponebant, data apud Magalonem IV. Id. Sept. *Ibid. p.* 718.

120. *Ad eundem*, quomodo Romæ exceptus fuerit. Vid. ſup. num. 2.

Ad eundem, pro cauſa quæ vertitur inter Eccleſiam *Erapenſmanil* & Eccleſiam Roienſem, data ex Laterano II. Id. Dec. *Ibid. p.* 721.

Ad

Ad *Henricum* Remenſem. Rogat ut centum marcas argenti ei adquirat, & ejus neceſſitatibus ſubveniat ex Eccleſiis ſui Epiſcopatûs, data xv. Kal. Febr. *Martene* Collect. Vet. Script. & Monum. *Tom. I. p* 721.

Ad eundem, pro *Thomâ* Cantuarienſi Archiepiſcopo, data III. Kal. Febr. *Ibid. p.* 723.

Abbati & Fratribus Sti Remigii, ut Willelmum fugitivum Monachum recipiant, data IV. Id. Febr. *Ibid.*

115. Duæ *ad Henricum* Remenſem, pro *Roberto* Presbytero, datæ x. Kal. Mart. *Ibid. p.* 724.

Ad eundem, pro Capellanis Laudunenſibus, data VIII. Kal. Mart. *Ibid. p.* 715.

Ad eundem, pro dejecto Presbytero, data v. Non. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, & ejus ſuffraganeos, pro *Drogone* ſchiſmatico, data II. Non. Mart. *Ibid. p.* 726.

Ad eundem, de abſolutione quorumdam excommunicatorum, data VI. Id. Mart. *Ibid. p.* 717.

130. *Ad eundem*, pro *Hugone* clerico, data III. Id. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Joanne* clerico, ut præbenda inveſtiatur. *Ibid. p.* 728.

Ad eundem, pro Cantore Duacenſi, ut reſtituatur, data II. Id. Mart. *Ibid. p.* 729.

Decano & Capitulo Catalaunenſi, ne exigant pecuniam pro ſcholis, data XVII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 730.

Ad *Henricum* Remenſem, de admonitione Prælatorum Eccleſiaſticorum, ut ſibi ſubveniant. Commendatio de perſeverantia dilectionis circa Romanam Eccleſiam, & Exhortatio ad idem; data XVI. Kal. Apr. *Ibid.*

135. *Ad eundem*, pro *Galterio* clerico, data XIV. Kal. Maii. *Ibid. p.* 731.

Ad eundem, pro quodam G ut hæreditas ei reddatur, data XIII. Kal. Maii. *Ibid. p.* 732.

Ad eundem, de negotio Epiſcopi Gratianopolitani, data III. Kal. Maii. *Ibid.*

Ad eundem, de ordinatione & conſecratione Epiſcopi Tornacenſis, data II. Kal. Maii. *Ibid. p.* 733.

Ad eundem, pro *Roberto* Sacerdote, data Kal. Maii. *Ibid. p.* 734.

140. *Ad eundem*, pro electione Abbatiſſæ Dodonienſis, data II. Id. Maii. *Ibid. p.* 735.

Ad eundem, de cauſa Braguenſis Eccleſiæ, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem, pro quodam Job. ut ablata ei reſtituantur, data VII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 736.

Ad eundem, pro quodam Burgenſi G. Remenſi, data v. Kal. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, de quodam ſubdiacono Laudunenſi, qui uxorem duxerat, & de lite Laudunenſis Epiſcopi adverſus capellanos Lauduni, data II. Kal. Jun. *Ibid p* 737.

145. *Ad eundem*, de cauſâ quæ vertitur inter G. & Herſendem, data VIII. Kal. Jul. *Ibid p.* 738.

Ad eundem, pro quodam homine de pignore Molendini, data XIII. Kal. Aug. *Ibid. p.* 739.

Guillelmo de Paſſavant, Cenomanenſi Epiſcopo, pro negotio *Philippi* nepotis *Henrici* Remenſium Archiepiſcopi, data Kal. Aug. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro *Balduino* Monacho, ut recipiatur, data XIV. Kal. Nov. *Ibid. p.* 740.

Ad eundem, pro L. Priore Sti Remigii Remenſis, data v. Id. Dec. *Ibid. p.* 741.

150. *Epiſcopo Laudunenſi*, pro cauſa Abbatis S. Remigii & St. mulieris, data apud S. Mariam novam *Romæ* Kal. Jun. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro quadam muliere Herſendi, data v. Kal. Jul. *Ibid.*

Ad eundem, de ſuſpicione furtivarum litterarum habitâ in *Milonem*, data IV. Kal. Jul. *Ibid. p.* 742.

Ad eundem, data Kal. Jul. Commendat & hortatur, ut ſibi ſubveniat, & ut Regem ad idem convertat, & de negotio Magiſtri G. Presbyteri pro præbendâ Sueſſionis, data Kal. Jul. *Ibid. p.* 743.

Ad eundem, pro *Nicolao* de præbendâ Ambianenſi, data *Beneventi* VI. Non. Jul. *Ibid. p.* 744.

155. *Dominico & Heimardo*, data VI. Id. Jul. Confirmat conventionem inter eos & Theodericum factam. *Martene* Collect. Vet. Script. & Monum. *Tom. I. p.* 745.

Ad *Henricum*, pro Canonicis Hamenſis Eccleſiæ, data II. Id. Jul. *Ibid. p.* 746.

Ad eundem, ut reliquias S. Jacobi à Comite Flandriæ violenter ablatas reſtitui faciat Monaſterio S. Vedaſti, data Id. Jul. *Ibid. p.* 747.

Proceribus, militibus & univerſis Chriſti fidelibus, pro Eccleſiâ Hieroſolymorum & pro defenſione terræ illius, data IV. Kal. Aug. *Ibid.*

Ad *Henricum*, item pro Orientali Eccleſiâ, eod. die data. *Ibid. p.* 750.

160. *Ad eundem*, pro *Milone de Thebio* contra adverſarios ſuos, quia rei judicatæ ſtandum decernit juris auctoritas, data III. Kal. Aug. *Ibid. p.* 751.

Ad eundem, pro *Fulcone* de villa *Alerau*, data III. Id. Aug. *Ibid. p.* 752.

Ad eundem, pro fratribus hoſpitalibus Hieroſolymitanis, ſuper villa de *Bechehem*, data XVIII. Kal. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, pro Magiſtro Pagano, data VI. Kal. Sept. *Ibid. p.* 753.

Sueſſionenſi, Ambianenſi & Laudunenſi Epiſcopis, pro Conſtantia Comitiſſa S. Ægidii, contra Comitem Boloniæ de dotalitio ſuo, eod. die data. *Ibid. p.* 755.

165. Ad *Henricum*, ut infirmis *de Dampeera* cœmeterium concedatur, data IV. Kal. Sept. *Ibid.*

Ad eundem, pro Pagano milite, data VIII. Id. Sept. *Ibid. p.* 756.

Ad eundem, pro Eccleſia S. Remigii ſuper quibuſdam cenſibus, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem pro dicta Eccleſia contra *Stephanum* & quoſdam alios, qui terras Eccleſiæ violenter detinent, eod. die data. *Ibid. p.* 757.

Ad eundem, pro Priore vallis S. Petri, eod. die data. *Ibid. p.* 758.

170 *Ad eundem*, pro querela *Marbelini* & *Belot* matris ejus, data XV. Kal. Oct. *Ibid. p.* 759.

Ad ignotum, pro cauſa quæ vertitur inter Ric. & Abbatem S. Petri, data III. Non. Oct. *Ibid. p.* 760.

Ad *Henricum*, pro B. clerico, & ut ejus præbenda ei reſtituatur, data IV. Non. Nov. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Giderum de Strusio* poſſeſſiones Eccleſiæ Montisfalconis invadentem in ſuo contineat officio, data v. Id. Nov. *Ibid. p.* 761.

Ad eundem, pro *Huldredo* ſacerdote ſuper Eccleſia de Pont. data III. Id. Nov. *Ibid.*

175. *Ad ignotum*, pro *Henrico* ſacerdote, data II. Id. Nov. *Ibid. p.* 762.

Ad *Henricum*, pro ſacerdote P. data XV. Kal. Dec. *Ibid. p.* 763.

Ad eundem, pro leproſis Cameracenſibus, data XIV. Kal. Dec. *Ibid.*

Dilectis filiis Sti Andreæ de Caſtello, & Sti Sepulcri Abbatibus & Canonicis Sti Gangerici, item pro leproſis Camerac. eod. die data. *Ibid. p.* 764.

Ad *Henricum*, pro Eccleſia Sti Martini Laudunenſi, data XIII. Kal. Dec. *Ibid. p.* 765.

180. *Ad eundem*, pro R. clerico, ut dominus Remenſis ei benefaciat, eod. die data. *Ibid. p.* 766.

Ad eundem, pro *Amelio* ſuper fundo quodam, data VIII. Id. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, item pro *Amelio*, ſuper quibuſdam poſſeſſionibus, eod. die data. *Ibid. p.* 767.

Ad eundem, & ad *Laudunenſem Epiſcopum*, ut *Rainaldum de Roſeto* compellant reſtituere *Ægidio de Cimai* dotalitium uxoris ſuæ, data VI. Id. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Rolando* & *Ebraino*, data IV. Id. Dec. *Ibid. p.* 768.

185. *Ad eundem*, ut ei commendatum ſit monaſterium Sti Dyonyſii, data XVII. Kal. Jan. *Ibid. p.* 769.

Ad eundem, pro *Johanne* ſacerdote, ſuper Eccleſia de *Poegni*, data XIV. Kal. Jan. *Ibid.*

Ad eundem, ut ablatam fratribus hoſpitalis Hieroſoly-

ſolymitani eleemoſynam à Duce Lovanienſi faciat reſtitui, data x. Kal. Jan. *Martene* Vet. Script. & Monum. *Tom. II. p.* 771.

Ad *Henricum* Remenſem, pro *Goſterio* & *O.* militibus, data iv. Non. Jan. *Ibid.*

Ad eundem, contra leproſos Cameracenſes, data vi. Id. Jan. *Ibid. p.* 772.

190. *Ad eundem*, pro Eccleſia Præmonſtratenſi, data v. Id. Jan. *Ibid. p.* 773.

Ad ignotum, pro Eccleſia B. Remigii Remenſis, data ii. Id. Jan. *Ibid. p.* 774.

Ad *Henricum*, pro *Haldewino* ſive *Holdaiao* Vicedomino Remenſi, data xvii. Kal Febr. *Ibid.*

Ad eundem, Epiſtola commonitoria, data xv. Kal. Febr. *Ibid. p.* 775.

Ad eundem, & ad Epiſcopum Laudunenſem, pro Eccleſia de *Noveio* ut terra ei violenter ablata reſtituatur, eod. die data. *Ibid. p.* 776.

200. *Ad eundem*, pro dicta Eccleſia ſuper Eccleſia Braguenſi, eod. die data. *Ibid. p.* 778.

Ad ignotum, pro Abbate de fratribus Trium fontium, eod. die data. *Ibid. p.* 779.

Ad ignotum, pro cauſa Abbatiſſæ d'*Avenai* ſeu Aveniacenſis, data xii. Kal. Febr. *Ibid. p.* 780.

Ad *Henricum*, pro *Johanne* ſacerdote, ut in Eccleſia ſua miniſtret, data vii. Kal. Febr. *Ibid.*

Abbati Flaviacenſi, ut obedientiam *Bartholomæo* Epiſcopo Belvacenſi exhibeat, data iv. Non. Febr. *Ibid. p.* 781.

205. *Ad ignotum*, pro P. adoleſcente, data Non. Febr. *Ibid.*

Ad ignotum, pro Abbate S. Mariæ Virtuenſis, data v. Id. Febr. *Ibid. p.* 782.

Ad *Henricum*, pro cenſu Romanæ Eccleſiæ, data iii. Id. Febr. *Ibid. p.* 783.

Ad eundem, & *Hugonem*, Epiſc. Sueſſionenſem pro pace *Ludovici* Regis Franciæ, & *Henrici* Regis Angliæ, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem *Henricum*, pro Comite Sueſſionenſi, ſuper menſuras vini, eod. die data. *Ibid. p.* 784.

210. *Ad eundem*, pro *Roberto* clerico, data xii. Kal. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Ricardo* Presbytero, data v. Kal. Mart. *Ibid. p.* 785.

Ad eundem, pro *Amelie de Albiniaco*, data ii. Kal. Mart. *Ibid. p.* 786.

Ad eundem, pro *Petro* Ex-Judæo, data Non. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Dominico* & *Haimardo* ſociis, data v. Id. Mart. *Ibid. p.* 787.

215. *Ad eundem*, pro *Hugone* ſerviente, data iv. Id. Mart. *Ibid. p.* 788.

Ad eundem, & ad Epiſcopos & Cardinales Romanæ Eccleſiæ, pro *Drogone*, Cancellario. *Ibid.* cum reſponſoriâ *Henrici* pro eodem, *p.* 789.

Ad eundem, pro *Drogone* Hamenſi Canonico, data ii. Id. Mart. *Ibid. p.* 791.

Ad eundem, pro G. ſacerdote, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Johanne* Canonico Laudunenſi, data Id. Mart. *Ibid. p.* 792.

220. *Ad eundem* pro *Ha.* ſacerdote, data xvi. Kal. Apr. *Ibid.*

Morinenſi, Epiſcopo, & Abbati Sti Quintini de Monte, ut audiant cauſam inter Humolarienſem, & de Ribemonte Abbates, & Abbatiſſam de Monaſteriolo & militem de *Brenoth*, eod. die data. *Ibid. p.* 793.

Ad *Henricum*, ut compellat S. Urſmari & Antonienſes Canonicos dimittere omnes fornicarias: eos verò qui infra Ordinem Subdiaconatûs ſunt & habent conjuges, adhærere conjugibus: illos autem qui in eo ſunt & ſupra, adhærere Eccleſiis & dimittere uxores. *Ibid. p.* 794.

Ad eundem, pro Abbate S. Martini Laudunenſi, data xiii. Kal. Apr. *Ibid. p.* 795.

Ad eundem, pro *Willelmo* Sueſſionenſi Decano, data xi. Kal. Apr. *Ibid.*

225. *Sueſſionenſi Epiſcopo*, pro eodem *Willelmo*. Martene *Tom. II. p.* 796.

Ad *Henricum*, pro *Alberto* ſacerdote, data xi. Kal. Apr. *Ibid. p.* 797.

Alberto ſacerdoti de Angeio & Cerſolio, eod. die data. Confirmat & Eccleſiam S. Remigii de Augeio, & Capellam de Cerſolio. *Ibid. p.* 798.

Belvacenſi Epiſcopo, pro A. Decano Caſtri-Radulfi. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro B. Presbytero, data x. Kal. Apr. *Ibid. p.* 799.

230. *Ad eundem*, pro Eccleſia S. Johannis Sueſſionenſis, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Her.* ut ei ablata reſtituantur, data v. Kal. Apr. *Ibid. p.* 800.

Ad eundem, pro Decano & Canonicis Eccleſiæ Sueſſionenſis, data ii. Kal. Apr. *Ibid.*

Ad eundem, pro Præcentore R. Sueſſionenſi, eod. die data. *Ibid. p.* 801.

Ad eundem, pro *Radulfo de Cuphies* contra *Joſbertum de Mente*, & contra *Petrum de Nantolio*. *Ibid. p.* 802.

235. Abbatiſſæ *de Brobare*, qualiter imponit, ſilentium *Manaſſe* Presbytero ſuper Capellania earum. *Ibid.*

Ad *Henricum*, ut Præmonſtratenſes compellat ad reddendam *A. de Vilers* terram ſuam. *Ibid. p.* 805.

Ad eundem, pro Canonico Laudunenſi, data iii. Non. Apr. *Ibid.*

Ad ignotum, pro F. clerico ut ei præbenda reddatur. *Ibid. p.* 806.

Ad *Henricum*, pro Clericis Eccleſiæ Braguenſis, data Non. Apr. *Ibid.*

240. *Abbati S. Remigii*, pro *Walando* clerico, data vii. Id. Apr. *Ibid. p.* 807.

Ad *Henricum*, pro Abbatiſſa Bruburgenſi, data iii. Id. Apr. *Ibid.*

Ad eundem, ut Decanum S. Laurentii de Roſeto ad reſidendum compellat, eod. die data. *Ibid. p.* 808.

Ad eundem, pro *Galtero* clerico, data ii. Id. Apr. *Ibid.*

Ad eundem, pro G. clerico & pro Hu. Burgenſi & pro M. uxore ſuâ, data Kal. Maii. *Ibid. p.* 809.

245. *Ad eundem*, de cauſa G. Sicinienſis Canonici, & Galterii, data iii. Kal. Maii. *Ibid.*

Ambianenſi & Meldenſi Epiſcopis, ut cauſam quæ de cancellaria Noviomenſi vertebatur inter Henricum filium Roberti Comitis & Bald. examinent & terminent, data xi. Kal. Maii. *Ibid. p.* 810.

Ad *Henricum*, pro *Garinode Blanciis* cujus uxor interfecta eſt, data v. Id. Maii. *Ibid.*

Ad eundem, ut Arienſes Canonicos cogat reddere caput S. Jacobi, data vii. Kal. Jun. *Ibid. p.* 811.

Odoni Abbati Urſicampi & F. Decano Remenſi, pro *Alermo* Belvacenſi, ne ſeparent eum ab uxore, niſi frater ejus B. à ſua ſeparetur conjuge, data iii. Kal. Jun. *Ibid p.* 812.

250. Ad *Henricum*, data iii. Non. Jun. pro *Aprili de Manſo*. Ibid. p. 813.

Ad eundem, ut L. cruce ſignato fiat ſatisfactio de quodam homine ſuo occiſo, data iv. Non. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Ganfrido* clerico Ambianenſi, data iii. Non. Jun. *Ibid. p.* 814.

Ad eundem, pro *Berengario* clerico, data ii. Non. Jun. *Ibid. p.* 815.

Ad eundem, pro *Hugone* milite, data xvi. Kal. Jul. *Ibid.*

255. *Roberto* Catalaunenſi Archid. & *Abbati S. Memmii*, ut audiant cauſam inter *Herbertum* Medonarium, & *Milonem* clericum, data xiv. Kal. Jul. *Ibid. p.* 816.

Philippo Abbati Præmonſtratenſi, pro pace Præmonſtr. Eccleſiæ. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro *Matthæo* cive Catalaunenſi, ut abſolvat eum abſque pecunia. *Ibid. p.* 817.

Ad eundem, pro Eccleſia Silvæ-Majoris, da-

ta

ta x. Kal. Jul. *Martene* Vet. Script. & Monum. *Tom. II. p.* 818.

Ad *Henricum*, pro *Balduino* Presbytero, data apud S. Germanum Non. Mart. *Ibid. p.* 820.

260. *Ad eundem*, ut A. latori præſentium occupatam ab aliis Eccleſiam ſuam reſtitui faciat, eod. die data. *Ibid.*

Ad ignotum, pro *Haiderico*, cujus nepos ſagittâ perculſus fuerat, data III. Non. Maii. *Ibid. p.* 811.

Ad ignotum, pro Prioriſſa *de Broburg* ſuper decem libris, data XI. Kal. Febr. *Ibid.*

Ad *Henricum*, pro fratre *Galteri* ſacerdotis, & pro ipſo *Galtero* ut eis benefaciat, data *Verulu* XVII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 822.

Ad ignotum, pro* *Girardo*, data XV. Kal. Apr. *Ibid.*

265. *Ad Henricum*, ut à ſuffraganeorum & maximè *Bartholomai* Belvacenſis Epiſcopi vexatione temperet, eod. die data. *Ibid. p.* 823.

Ad eundem, pro *Rolando* & *Arvino*, data XIII. Kal. Apr. *Ibid.*

Capitulo Sueſſionenſi, ut P. clerico Ludovici Regis reſtituant ſubtractam per biennium præbendam, data VII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 824.

Ad *Henricum*, pro Eccleſiâ Compendienſi, data IV. Kal. Apr. *Ibid. p.* 825.

Ad ignotum, pro *Nicolao* cive Catalaunenſi, eod. die data. *Ibid. p.* 826.

270. Ad *Henricum*, & Rothomagenſem Archiep. eorumque ſuffraganeos, pro Eccleſia S. Petri *de Silincurt*, eod. die data. *Ibid.*

Ad eundem Remenſem, pro *Johanne* Canonico Laudunenſi, data v. Non. Apr. *Ibid. p.* 827.

Duæ *ad eundem*, pro *Stephano* Remenſi Canonico, eod. die datæ. *Ibid. p.* 828. & 829.

Ad eundem, & *ejus ſuffraganeos*, in gratiam Eccleſiæ Viconienſis data x. Kal. Maii. *Ibid.*

275. *Ad eundem*, pro *Petro* Canonico Sueſſionenſi. *Ibid. p.* 831.

Duæ *ad Capitulum Sueſſionenſe*, pro eodem. *Ibid. p.* 830. & 832.

Ad *Henricum*, & ad Comitem Flandrenſem, pro Eccleſia Viconienſi, ut ab uſuris relevetur, data VIII. Kal. Mart. *Ibid p.* 831.

Ad eundem *Henricum*, pro *Balduino* Cancellario Noviomenſi. *Ibid. p.* 833.

280. *Ad eundem*, ut quoſdam ab Epiſcopo Catalaunenſi excommunicatos abſolvat, data v. Non. Maii. *Ibid.*

F. Decano & Capitulo Remenſi, contra *Jo.* Cancellarium, & *Ægidium* Decanom de villa Dominica, pro *Roberto* Presbytero de Saceio, data IV. Id. Maii. *Ibid. p.* 834.

Ad *Henricum*, pro P. ſacerdote ut à Domino Remenſi benignè accipiatur, data XII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 835.

Ad eundem, pro V. & fratre ejus contra Abbatem & Monachos Aquicincti, ut audiat cauſam & terminet inter eos, & item inter eundem Abbatem, & Abbatem S. Foillani & Canonicos Sti Vincentii, data x. Kal. Jun. *Ibid.*

Theobaldo Ambianenſi Epiſcopo, pro *Johanne Aculeo* contra novercam ſuam, ut audiat & terminet cauſam inter eos. *Ibid. p.* 836.

285. Ad *Henricum*, pro Eccleſia Caticampi, ut vicedominus *de Pincheri* ceſſet ab inquietatione ejus, data x. Kal. Jun. *Ibid. p.* 837.

Ad eundem, pro dicta Eccleſia. *Ibid. p.* 838.

Ad eundem, pro *Her.* ut ab interdicto abſolvatur, data VIII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 839.

F. Decano & Capitulo Remenſi, pro *Vivlano* Presbytero contra Epiſcopum Catalaunenſem, ne quod bona fide fecit, in damnum vel infamiam ei vertatur, eod. die data. *Ibid.*

Eidem, contra *Thomam* & *Johannem* pro *Theobaldo* clerico, data VI. Kal Jun. *Ibid. p.* 840.

290. *Ad Henricum*, ut audiat cauſam inter *Martinum* & *Adam*, & terminet, ſi conſuetudo terræ habet. Sin autem remittat ad ſecularem judicem. *Martene* Vet. Script. & Monum. *Tom. II. p.* 841.

Epiſcopo Catalaunenſi, ne exigant Presbyteri ſui pecuniam pro baptiſmo parvulorum, nec pro ſepultura mortuorum, juxta decretum ipſius Pontificis in Concilio Turonenſi A. 1163. *Ibid. p.* 842.

Eidem, pro *Milone* clerico, ut ei benefaciat. *Ibid.*

Ad ignotum, ut *Herbertus* civis Catalaunenſis ab excommunicatione lata poſt factam appellationem ſolvatur. *Ibid. p.* 843.

Petro de Caſtra Bituricenſi, *Henrico* Remenſi, *Joſcio* Turonenſi, & *Rotrodo* Rothomagenſi Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis, pro hæreſi damnanda. *Ibid.*

295. *Decano & Capitulo Carnotenſi*, ut *Philippo* Comitis *Roberti* filio ſuam reſtituant præbendam, data XVII. Kal. Jul. *Ibid. p.* 844.

Ad Henricum, quod pro *Philippo* nepote ſuo ſcripſerit Archiepiſc. Senonenſi & Capitulo Carnotenſi. *Ibid. p.* 845.

Ad eundem, data XVI. Kal. Jul. Gratias agit pro munere ſibi oblato & gratia militibus templi exhibita. *Ibid.*

Ad eundem, ut milites templi adverſus ſuos hoſtes protegat, data XI. Jul. *Ibid. p.* 846.

Ad eundem, ut *Radulfum de Cociaco* ob confractam militum templi capellam excommunicatum denuntiet, data XVI. Kal. Aug. *Ibid.*

300. *Ad eundem*, in gratiam cujuſdam militis qui extumulatus fuerat, data XII. Kal. Aug. *Ibid. p.* 847.

Ad eundem, ut *Guido* Canonicus S. Johannis Sueſſionenſis apoſtata pœnitens ab Abbate ſuo recipiatur, data VIII. Kal. Aug. *Ibid.*

Ad eundem, ut exactiones *Thomæ mali burgenſis* S. Remigii compeſcat, data III. Kal. Aug. *Ibid. p.* 848.

Ad eundem. Cauſam ei dirimendam committit. *Ibid. p.* 849.

Ad eundem, pro *Hubaldo burgenſi de caſtro S. Remigii* ſuper violatione pacis. *Ibid.*

305. *Ad eundem*, pro Abbate & fratribus de Sarnaio. *Ibid. p.* 850.

Ad eundem & P. Abbatem S. Luciani, de matrimonio *Adelelmi*, data IV. Non. Oct. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Walterio* ſacerdoti & ejus fratri, qui propter ſchiſmaticos è Tullenſi diœceſi ad Remenſem ſe tranſtulerant, provideatur de aliquo beneficio, data *Tuſculi* XIII. Kal. Nov. *Ibid. p.* 851.

Ad eundem, adverſus *Johannem* Presbyterum, qui vexabat fratres *de Mari*. Ibid. p. 851.

Ad eundem, ut fratribus *de Mari* vineam quandam reddi compellat. *Ibid.*

310. *Gallicanis Epiſcopis*, pro ſcholis regendis. *Ibid. p.* 853.

Ad *Henricum*, & Ambianenſem Epiſcopum. Commendat eis R. mulierem quæ varia à multis gravamina patiebatur, data VI. Kal. Nov. *Ibid. p.* 854.

Ad eoſdem. Dictam mulierem commendat, quæ à miniſterialibus *Philippi* Comitis Flandriæ bonorum jacturam patiebatur. *Ibid. p.* 855.

Ad *Henricum*, data IV. Kal. Nov. pro exceſſibus corrigendis in Tornacenſi Epiſcopatu. *Ibid.*

Ad eundem, ut Epiſcopum Ambianenſem obedientiam ab Abbate S. Richarii exigantem compeſcat, data II. Kal. Nov. *Ibid. p.* 856.

315. *Ad eundem*, pro causâ inter *Rogerum* & *Galardum* ſocerum ſuum, data II. Non. Nov. *Ibid. p.* 857.

Ad eundem, ut P. Presbyterum *de Curtiſmunt*, in multis culpabilem, amoveat ab Eccleſiâ ſuâ, data VII. Id. Dec. *Ibid. p.* 858.

Ad eundem, ut *Reinerium* & *Galterum* fratres excommunicatione ob illatas ſacerdoti manus violentas abſolvat, data VIII. Kal. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, ut G. pauperem clericum à vexationibus *Richardi* Canonici protegat. *Ibid. p.* 859.

Ad eundem, pro G. Diacono ſuper Eccleſia de *Undeſcota*, data v. Kal. Dec. *Ibid. p.* 860.

320. *Ad eundem*, pro fratribus Mauimontenſis Eccleſiæ,

cleſiæ. *Marteue* Vet. Script. & Monum. *Tom. II. p.*861.

Ad *Henricum*, ut compeſcat quoſdam qui decimas novalium exigebant ab infirmis Cameracenſibus, data III. Kal. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, pro Monaſterio S. Medardi, ſuper cauſa uſurarum, data IV. Non. Dec. *Ibid. p.* 862.

Ad eundem, pro Monaſterio Maurimontis, ſuper annonâ. *Ibid. p.* 863.

Univerſis fidelibus per Regnum Franciæ conſtitutis, ut Eccleſiæ Nazarenæ ſubveniant, data VI. Id. Dec. *Ibid.*

325. Ad *Henricum*, data V. Id. Dec. Cauſam ei committit examinandam & terminandam. *Ibid. p.* 865.

Ad eundem, pro *Theobaldo* adverſus *Guidonem de Appia.* Ibid. p. 866.

Ad eundem, & ad ejus ſuffraganeos, de gravaminibus ſibi ab *Henrico* Comite illatis. *Ibid.*

Ad eundem, ut apud Valencenas facultas detur hoſpitali pauperum conſtruendi Eccleſiam, & ne viri Eccleſiaſtici à ſecularibus judicentur. *Ibid. p.* 868.

Ad eundem, ut Corbeienſe monaſterium ſub ſuâ ſuſcipiat protectione, data V. Id. Dec. *Ibid. p.* 869.

330. *Ad eundem*, ut *Guidonem* Epiſcopum Catalaunenſem à vexatione M. viduæ compeſcat, data IV. Id. Dec. *Ibid.*

Ad eundem, data III. Id. Dec. Committit ei terminandam cauſam inter *Bartholomæum* & *Lambertum* Presbyteros. *Ibid. p.* 870.

Ad eundem, ut uſuras quas *Bernardus* leproſus à *Gerardo de Joccere* exigebat, impediat, data XV. Kal. Jan. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Alberto* Eccleſiam de Augeio & Cerſolio conſervet. *Ibid. p.* 871.

Ad eundem, adverſus *Petrum* electum Cameracenſem, & *Drogonem* Cancellarium Noviomenſem. *Ibid. p.* 872.

335. *Philippo* Comiti Flandriæ, ut hortetur electum Cameracenſem fratrem ſuum ad obediendum Archiepiſcopo ſuo, nec Maricolenſem vexet Eccleſiam. *Ibid. p.* 873.

Abbati Hamenſi, ut *Drogonem* Canonicum ſuum gyrovagum in monaſterium ſuum revocet. *Ibid. p.* 874.

Ad *Henricum*, ut *Odonem* macellarium debitas *Richerio* 17. libras ſolvere compellat, data XII. Kal. Jan. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Agatha* reſtituatur *R. de Adverſa* marito ſuo, data II. Non. Jan. *Ibid. p.* 875.

Ad eundem, pro Abbate Maricolenſi adverſus C. Militem de Taiſneria, data VIII. Id. Jan. *Ibid. p.* 876.

340. *Ad eundem*, pro dicto Abbate adverſus *Lamb. de Vigella* & *Oilardum de Landrecies.* Ibid. p. 877.

Ad eundem, ut *Willardum* Presbyterum de multis diffamatum, ſi res conſtet, ab officio ſacerdotali ſuſpendat, data XIII. Kal. Febr. *Ibid. p.* 878.

Ad eundem, data XII. Kal. Febr. Quandam ei cauſam terminandam committit. *Ibid. p.* 879.

Ad eundem, & Catalaunenſem Epiſc. ac Virdunenſi electo, ut compeſcant Caſtellanum Vitriaci à vexatione Caladiæ, data X. Kal. Febr. *Ibid. p.* 881.

Ad eundem, pro Monachis de Noveio, adverſus Canonicos Brugenſes, data VI. Kal. Febr. *Ibid. p.* 882.

345. *Ad eundem*, pro templariis Hieroſolymitanis, data II. Kal. Febr. *Ibid. p.* 883.

Ad eundem, data IV. Non. Febr. Commendat ei milites Templi. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Araldo* Presbytero ſuam faciat Eccleſiam reſtitui, data VI. Id. Febr. *Ibid. p.* 884.

Ad eundem, data V. Id. Febr. Commendat ei fratres Virtuenſis monaſterii. *Ibid. p.* 885.

Ad eundem, data Id. Febr. Commendat ei F. Oſtrevandenſem Archidiac. *Ibid.*

350. *Ad eundem*, pro *Stephano* Clerico, adverſus clericos Catalaunenſes, data X. Kal. Mart. *Ibid. p.* 886.

Ad eundem, data IX. Kal. Mart. Cauſam inter S. Urbani & Dervenſem Abbates terminandam committit. *Marteue* Tom. II. p. 886.

Ad eundem, data VIII. Kal. Mart. Cauſam inter Canonicos Catalaunenſes S. Nicolai & Abbatem Dervenſem committit terminandam. *Ibid. p.* 887.

Bituricenſi & Ambianenſi Præſulibus, ut cauſam matrimonii S. & R. de Guiſia terminent. *Ibid.*

Ad *Henricum*, data III. Kal. Mart. Scribit, nullas adverſus eum dediſſe literas Abbati de Cheminone. *Ibid. p.* 888.

355. *Ad eundem.* Scribit in gratiam *Leonis* Abbatis S. Giſleni electi, quem ſchiſmatici ejecerant. *Ibid. p.* 889.

Ad eundem, ut matrimonium inter filiam Regis *Ludovici* & filium *Frederici* Imperatoris impediat, data II. Kal. Mart. *Ibid.*

Galtero Tornacenſi Epiſcopo, data Kal. Mart. Arguit eum de ſuis exactionibus. *Ibid. p.* 890.

Stephano de Capella Meldenſi, & *Roberto* aut *Theobaldo* Ambianenſi Epiſcopis, data IV. Non. Mart. Committit eis examinandam cauſam matrimonii inter Comitem *Robertum* & filiam *Hugonis de Brou.* Ibid. p. 891.

Ad *Henricum*, ut Epiſcopum Belvacenſem, quem juſſerat ei omnem debitam exhibere obedientiam, ſatisfacientem ſibi humaniter excipiat. *Ibid. p.* 892.

360. *Ad eundem*, & P. Abbatem S. Remigii, ut *Richardo* clerico ſuam in Eccleſiâ S. Pharaildis præbendam reſtitui faciant. *Ibid. p.* 893.

Ad eundem. Confirmat electionem *Roberti* Epiſc. Atrebatenſis, conceditque ei ſpatium ad recipiendos ſacros ordines. *Ibid.*

Ad eundem & *Galterium* Tornacenſem Epiſc. ut pravam conſuetudinem tollant in parochia Dudaſſelenſi, data III. Non. Mart. *Ibid. p.* 894.

Ad eundem, & *Galterium de Mauritania* Laudunenſem Epiſc. data II. Non. Mart. Cauſam de quibuſdam oblationibus inter Brugenſes Canonicos & R. Presbyterum Dudaſſelenſem committit terminandam. *Ibid. p.* 895.

Ad eundem. Cauſam committit terminandam inter virum & fœminam. *Ibid. p.* 896.

365. *Ad eundem*, ut ablata P. & T. Presbytero à *Rainaldo* Comite & *Henrico de Grandi-prato* faciat reſtitui, data Non. Mart. *Ibid. p.* 897.

Ad eundem, ut Epiſcopum Sueſſionenſem hortetur, ut ſolo Epiſcopatu contentus, dimittat Cancellariam. *Ibid.*

Ad eundem, de cauſa inter Jac. Presbyterum & Abbatem S. Salvatoris Virtuenſis, data VI. Id. Mart. *Ibid. p.* 898.

Ad eundem & G. Laudunenſem Epiſc. de cauſâ inter Brugenſes Canonicos & R. Presbyterum, data III. Id. Mart. *Ibid. p.* 899.

Ad eundem, ut *Rogerum Tokellum* & *Guidonem*, qui in clericos violentas manus injecerant, excommunicatos denunciet. *Ibid. p.* 900.

370. *Catalaunenſi Epiſcopo*, ut filium ſacerdotis per ignorantiam ordinatum Presbyterum, ſuâ faciat Eccleſia gaudere. *Ibid.*

Ad *Henricum.* Epiſcopum Silvanectenſem, (ejuſdem nominis) qui diviſerat præbendam, à poteſtate conſerendi præbendas privat. *Ibid. p.* 901.

Ad eundem, de abſolutione Magiſtri *Gerardi* ab excommunicatione, data II. Id. Mart. *Ibid. p.* 902.

Ad eundem, data XVII. Kal. Apr. Scribit in gratiam D. Diaconi, cui fratres S. Eugendi Eccleſiam de Maſdeio dederant. *Ibid. p.* 903.

Ad eundem, ut Epiſcopum Catalaunenſem (*Guidonem de Joinvilla*) qui pro abſolutione excommunicatæ mulieris pecuniam exegerat, ab officio ſuo ſuſpendat, data XVI. Kal. Apr. *Ibid. p.* 904.

375. *Ad eundem*, ut duos Eccleſiæ ſuæ Canonicos, qui violentas manus in Diaconum injecerant, denunciet excommunicatos. *Ibid.*

Ad eundem, ut Canonici Laudunenſes de illatis injuriis faciant ſatis monialibus Sti Petri Remenſis. *Ibid. p.* 905.

Ad *Henricum* Remenſem. Cauſam *Eli eudis* viduæ ipſi committit. *Martene* Vet. Script. & Monum. *Tom. II, p.* 906.

Ad eundem, ut homines S. Remigii à vexationibus Canonicorum Sueſſionenſium defendat, data XII. Kal. Apr. *Ibid.*

Joſcio Turonenſi Archiepiſc. & *Henrico* Æduenſi Epiſcopo, ut latam ab Archiepiſcopo Remenſi ſententiam excommunicationis in Comitem *Henricum* examinent, data XI. Kal. Apr. *Ibid. p.* 907.

380. Ad *Henricum* Remenſem, ut Epiſcopum Belvacenſem aliosque ſuffraganeos ſuos non gravet, ac diſſidia ſua cum *Henrico* Comite componat. *Ibid. p.* 909.

Ad eundem. Reſpondet ad diverſa de quibus eum conſulerat. *Ibid. p.* 911.

Illuſtri Regi Francorum, ut componat diſſidium inter Archiepiſcopum Remenſem, & *Henricum* Comitem. *Ibid. p.* 912.

Belvacenſi Epiſcopo. Quod literas non conceſſerit ipſi exemptionis à juriſdictione Archiepiſcopi Remenſis, & ut debitam ei obedientiam exhibeat. *Ibid. p.* 913.

Senonenſi Archiepiſcopo, ut nepoti Archiepiſcopi Remenſis archidiaconatum concedat in ſua Eccleſiâ. *Ibid. p.* 914.

385. *Andreæ* Epiſc. Atrebatenſi, data VIII. Kal. Apr. Arguit eum quod R. clerico needum præbendam in Eccleſia ſuâ conceſſerit. *Ibid.*

Ad Henricum, pro Abbate S. Johannis de Vineis adverſus R. Presbyterum qui Eccleſiam de Bonnis invaſerat, data III. Non. Apr. *Ibid. p.* 915.

Ad eundem, adverſus *Aalidem* fœneratricem. *Ibid. p.* 916.

Ad eundem, data VIII. Id. Apr. Commendat ipſi D. & G. qui propter ſchiſmaticos Tullenſem diœceſim reliquerant. *Ibid.*

Ad eundem, data VII. Id. Apr. de electo Cameracenſi qui Abbatem de Mareolis equo præcipitari juſſerat. *Ibid. p.* 917.

390. *Ad eundem*, data VI. Id. Apr. Scribit in gratiam G. pauperis Presbyteri, qui in ægritudine ſui non compos, monaſtico habitu indutus fuerat. *Ibid. p.* 918.

Ad eundem, data V. Id. Apr. ut B. Presbytero vicariam de Suaik reſtituere faciat. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Robertum de Bove* compellat ea reſtituere, quæ A. Canonico S. Petri Laudunenſis abſtulerat, data IV. Id. Apr. *Ibid. p.* 919.

Ad eundem, ut vexationes *Hugonis de Junceriaco* in terram S. Medardi compeſcat. *Ibid. p.* 920.

Ad eundem, ut cauſam inter Abbatem S. Medardi & Abbatem S. Johannis de Vineis ratione decimarum de *Eſpiers* terminet, data III. Id. Apr. *Ibid.*

395. *Ad eundem*, ut compeſcat *Gilonem* militem à vexatione quam inferebat fratribus S. Johannis de Vineis, data XV. Kal. Maii. *Ibid. p.* 921.

Ad eundem, ut *Adam* de Corbeia *Johanni* clerico ſuam reddat pecuniam. *Ibid. p.* 922.

Ad eundem, pro *Maria* cive Catalaunenſi. *Ibid.*

Ad eundem, de cauſa inter Canonicos Laudunenſas S. Petri & Canonicos Cathedrales Eccleſiæ. *Ibid. p.* 923.

Ad eundem, ut clericis S. Trinitatis liceat habere cœmeterium, data XII. Kal. Maii. *Ibid.*

400. *Laudunenſi Eccleſiæ.* Quod ea ſola quæ in ipſorum Eccleſia erant emendanda, eorum Decano commiſerit corrigenda. *Ibid. p.* 924.

Corbeienſi Abbati. Da jure Archiepiſcopi Remenſis in burgo Corbeienſi Monaſterio adjacenti. *Ibid.*

Ad *Henricum*, data III. Kal. Maii. Scribit in gratiam B. Canonici regularis, cui ad vitam conceſſa fuerant duo altaria de *Triſli*. *Ibid. p.* 925.

Ad eundem, ut G. Sacerdoti reſtituatur Eccleſia S. Mauritii, data Kal. Maii. *Ibid. p.* 927.

Ad eundem, data IV. Non. Maii. Cauſam *Hilardi* Presbyteri, quem à cenſuris Epiſcopi Ambianenſis abſolverat, committit examinandam. *Ibid.*

405. Ad *Henricum* Remenſem, ut *Wibaudo* clerico ſua reſtituatur Eccleſia, data VII. Id. Maii. *Martene* Tom. II. *p.* 928.

Canonicis Præmonſtratenſibus, data VI. Id. Maii. Improbat electionem quam fecerant contra formam Ordinis, & ut alium eligant Abbatem, jubet. *Ibid. p.* 929.

Ad *Henricum*, adverſus Moniales Malbodienſes in ſuam Abbatiſſam rebelles, data IV. Id. Maii. *Ibid. p.* 931.

Ad eundem, data XVI. Kal. Jun. Arguit eum quod ſuos ſuffraganeos vexet. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Jordane* Laudunenſi cive. *Ibid. p.* 932.

410. *Ad eundem*, ut *Robertum* clericum, qui homicidio nolens interfuerat, pœnitens ad ſacros Ordines promovere poſſit, data X. Kal. Jun. *Ibid. p.* 933.

Ad eundem, ut ceſſet à vexatione Canonicorum ſuorum. *Ibid p.* 934.

Ludovico Regi Francorum, ut Canonicis Remenſibus gratiam & amorem reſtituat, eoſque fratri ſuo Archiepiſcopo reconciliet. *Ibid. p.* 935.

Ad *Henricum*, data VII. Kal. Jun. Cauſam inter *Odierium* civem Laudunenſem, & *Mauricium* clericum, committit terminandam. *Ibid. p.* 936.

Ad eundem, ut ſibi ſignificet quod fuerit actum in colloquio habito inter *Fredericum* Imperatorem, & *Ludovicum* fratrem ſuum, data Kal. Jun. *Ibid.*

415. *Ad eundem*, ut *Viviano* Presbytero ſuam Eccleſiam reſtitui faciat, data II. Non. Jun. *Ibid. p.* 937.

Ad eundem, pro infirmis de Sparnaco, data VII. Id. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, ut *Lamberto* Presbytero, ſi nihil canonicum obſtet, Eccleſiam ſuam faciat reſtitui, data V. Id. Jun. *Ibid. p.* 938.

Ad eundem, data III. Id. Jun.. Commendat illi Canonicos Turonenſes S. Mauritii. *Ibid. p.* 939.

Ad eundem, data XVI. Kal Jul. Monet ut Septem-Salices reſtituat fratribus S. Baioli, atque ab eorum vexatione ceſſet. *Ibid.*

420. *Ad eundem.* Commendat B. & R. clericos, quos a ſententiâ excommunicationis abſolverat. *Ibid. p.* 941.

Ad eundem. Facultatem abſolvendi ab excommunicatione *Arnulfum de Landaſt* ei concedit. *Ibid.*

Ad eundem, data VII. Kal. Jul. pro Abbatiſſa S. Petri Remenſis. *Ibid. p.* 942.

Ad eundem, pro Eccleſia S. Johannis de Vineis de Cervenniaco, data VI. Kal. Jul. *Ibid.*

Ad eundem, de exactionibus quas Abbas Compendienſis exigebat à quibuſdam villis, & de bonis Abbatiæ ab eo diſtractis, data VIII Id Jul. *Ibid. p.* 943.

425. *Ad eundem*, de damnis illatis G. Canonico Catalaunenſi à *Wermundo* milite, data V. Id. Jul. *Ibid. p.* 944.

Ad eundem, & Abbatem Joiacenſem, pro J. paupere Presbytero qui olim novitius extiterat in Joiacenſi cœnobio. *Ibid. p.* 945.

Ad eundem, data II. Id. Jul. pro *Seberto* Remenſi cive ſuper quadam domo *Ibid. p.* 946.

Ad eundem, pro *Johanne Multone.* Ibid.

Ad eundem, data XVII. Kal. Aug. ut T. clericum à gravaminibus Epiſcopi Catalaunenſis protegat, & *A de Poſſeſſa* excommunicationi ſubjiciat. *Ibid. p.* 947.

430. *Ad eundem*, ut *Drogoni* Canonico permittat babitare cum electo Cameracenſi, data VIII. Kal. Aug. *Ibid. p.* 948.

Ad eundem, data VII. Kal. Aug. Committit ei cauſam inter *Odonem* de S. Dionyſio & Paganum Anglicum atque uxorem terminandam. *Ibid.*

Ad eundem. Commendat Canonicos Compendienſes. *Ibid. p.* 949.

Ad eundem, ut perſuadeat Regi ut filium ſuum coronari faciat, data III. Non. Aug. *Ibid. p.* 950.

Ad eundem, de ſatisfactione facienda Canonico S. Joannis

Joannis de Burgo Laudunenſi pro illatis injuriis, data Non. Aug. *Martene* Ver. Script. & Monum. *Tom. II. p.* 951.

435. Ad *Henricum*, pro *Hodeardi* viduâ & filiis ejus adverſus tres Abbates, data III. Kal. Oct. *Ibid. p.* 951.

Aliæ duæ *ad eundem*, ſimilis argumenti. *Ibid.* & 953.

Ad eundem adverſus Decanum S. Quintini & ſibi ſubditos, qui pro benedictione nuptiarum pecunias exigebant, data Signiæ IV. Non. Febr. *Ibid.*

Ad eundem, adverſus G. Decanum de *Unacort*, de ſimonia inſimulatum. *Ibid. p.* 954.

440. *Ad eundem*, pro Monaſterio S. Salvatoris Virtuenſis, data XII. Kal. Mart. *Ibid. p.* 955.

Ad eundem, adverſus Abbatem Aquicinctenſem, qui Presbyterum Eccleſiâ ſpoliaverat, data IV. Non. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, de cauſâ inter Canonicos Sancti Martini & B. Mariæ Laudunenſis, data VIII. Id. Mart. *Ibid. p.* 956.

Ad eundem, pro Abbate S. Medardi adverſus Elizabeth viduam de uſurâ notatam, data XIII. Kal. Apr. *Ibid.*

Ad eundem, & G. Catalaunenſem Epiſc. de cenſu annuo ceræ, quem à Presbyteris exigebat Decanus Virtuenſis, data XII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 957.

445. *Ad eundem*, ut P. Presbyterum ſi non emendaverit, ab excommunicatione non abſolvat, data VIII. Kal. Apr. *Ibid. p.* 959.

Ad eundem, Anagniæ data VI. Kal. Apr. Reſpondet petenti utrum dominium ab Epiſcopo Leodienſi Schiſmatico recipere poſſit. *Ibid.*

Ad eundem, adverſus Epiſcopum Catalaunenſem, qui non deferebat appellationibus ab eo ad Archiepiſcopum Remenſem factis. *Ibid. p.* 960.

Ad eundem, pro Canonicis S. Nicolai Catalaunenſis adverſus Abbatem Dervenſem, data V. Kal. Apr. *Ibid. p.* 961.

Ad eundem, pro Cuſſiacenſi monaſterio adverſus Canonicos S. Petri Laudunenſis, data IV. Non. Apr. *Ibid.*

450. *Ad eundem*, de Eccleſiâ de *Arſi* Henrico adjudicanda, data VI. Id. Apr. *Ibid.* p. 962.

Ad eundem, ut infirmis *de Oſdayn* oratorium & cœmeterium concedat, data V. Id. Apr. *Ibid. p.* 963.

Ad eundem, ut cauſam Abbatia & fratrum *de Humbleriis* jam terminatam faciat obſervari, data Id. Apr. *Ibid. p.* 964.

Ad eundem, de præbenda in Eccleſiâ S. Petri Duacenſis dandâ *Walchero* clerico, data XVIII. Kal. Maii. *Ibid.*

Ad eundem, ut leproſi de Sparnaco ſint immunes à decimis novalium &c. *Ibid. p.* 965.

455. *Ad eundem*, data XV. Kal. Maii. Commendat ei *Milonem* nuncium ipſius. *Ibid. p.* 966.

Ad eundem, ut *Au. de Loeſi*, qui R. ſubdiaconum in vinculis conjecerat, excommunicet. *Ibid.*

Ad eundem, ut A. Presbytero parochia *de Niſi* reſtituatur, data XIV. Kal. Maii. *Ibid. p.* 967.

Ad eundem, pro *Evrardo* Presbytero, data XIII. Kal. Maii. *Ibid. p.* 968.

Ad eundem. Scribit ſe nullum *Philippo* Flandriæ Comiti privilegium dediſſe contra jura Eccleſiæ Remenſis. *Ibid.*

460. *Ad eundem*, ut hortetur Regem, ut arbitrum pacis ſe conſtituat Eccleſiam inter & Imperium, ſtudeatque etiam Reges Galliæ & Angliæ inducere ad concordiam. *Ibid. p.* 969.

Ad eundem, data XII. Kal. Maii. Cauſam inter Humolarienſem Abbatem & F. de Nigella committit examinandam. *Ibid. p.* 970.

Ad eundem, pro mercatoribus quibuſdam Flandriæ adverſus Abbatem Dervenſem, data XI. Kal. Maii. *Ibid.*

Ad eundem, adverſus Canonicos Compendienſes qui Monachis moleſti erant, data IV. Kal. Maii. *Ibid. p.* 971.

Ad eundem, Gratias illi agit, quod ſua protectione foveat fratres Compendienſes, quos illi commendat. *Martene* Tom. II. *p.* 972.

465. *Ad eundem*, ut compoſitionem factam inter Compendienſes & Tenolienſes fratres illibatam obſervari curet. *Ibid.*

Ad eundem, de cauſa inter Canonicos S. Laurentii Belvacenſis & Epiſcopum Belvacenſem, data II. Kal. Maii. *Ibid. p.* 973.

Ad eundem, data Kal. Maii. Cauſam H. mulieris de Suune committit terminandam. *Ibid. p.* 974.

Ad eundem, pro Monachis Silvæ majoris adverſus *Wiſcardum* & *Radulfum de Codiciaco*, data IV. Non. Maii. *Ibid.*

Ad eundem, & ad omnes Epiſcopos ac Abbates per Archiepiſcopatum Remenſem conſtitutos, data Id. Maii. Commendat illis fratres S. Remigii. *Ibid. p.* 975.

470. *Ad eundem*, pro *Alagrino* cive Anagnienſi, data XV. Kal. Jun. *Ibid. p.* 976.

Ad eundem, ut *Rainaldo* terram ſuam reddi faciat, data XIV. Kal. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, contra Canonicos Compendienſes, qui Capellanum in Eccleſia S. Clementis invito Abbate inſtituerant, data XIII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 977.

Ad eundem, ut Eccleſiam S. Medardi de Barleus W. Presbytero tradi curet, data XII. Kal. Jun. *Ibid. p.* 978.

Ad eundem, pro G. paupere clerico, adverſus *R de Thori* Canonicum Belvacenſem, data VII. Kal. Jun. *Ibid.*

475. *Ad eundem*, pro leproſia de Turribus ſuper Matronam adverſus ejuſdem loci Monachos & Presbyterum *E irvinum*, data Kal. Jun. *Ibid. p.* 979.

Ad eundem, ut fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani illata damna reſarciri curet, data III. Non. Jun. *Ibid.*

Ad eundem, ut G. Diacono aliquod beneficium largiatur, data II. Non. Jun. *Ibid. p.* 980.

Ad eundem, ut G. Presbytero Eccleſiam Villæ-Senioris reſtituat. *Ibid. p.* 981.

Ad eundem, pro monaſterio S. Medardi adverſus Canonicos S. Gervaſii, data XVI. Kal. Jul. *Ibid. p.* 982.

480. *Ad eundem*, adverſus Comitem Regiſtetenſem, qui fratres de Jungeriaco infeſtabat. *Ibid.*

Ad eundem, ut obligatam pignori terram Phy. de Petra-fonte reddi faciat, data XV. Kal. Jun. *Ibid. p.* 983.

Ad eundem, ut *Erualdum*, qui violentas in B. Canonicum Laudunenſem manus intulerat, excommunicatum denunciet. *Ibid.*

Ad eundem, pro *Johanne* clerico, & *Radulpho* ejus fratre adverſus *Lambertum* fratrem ipſius, data XIV. Kal. Jul. *Ibid. p.* 984.

Ad eundem, pro iiſdem, quos injuſtè excommunicaverat Epiſcopus Catalaunenſis, data XII. Kal. Jul. *Ibid. p.* 985.

485. *Ad eundem*, de contentione inter Leſſienſes & Malbodienſes ſuper Eccleſiâ villæ *Anor*, data IX. Kal. Jul. *Ibid.*

Ad eundem, pro G. Canonico Laudunenſi, data VII. Kal. Jul. *Ibid. p.* 986.

Ad eundem, pro fratribus S. Nicaſii, adverſus Monachos Elantii, data VIII. Id. Jul. *Ibid. p.* 987.

Ad eundem, de cauſâ inter Vicedominum de Pinconio & Abbatem Aquicinctenſem, data V. Id. Jul. *Ibid. p.* 988.

Ad eundem, ut infirmis de Mellento curet benedici cœmeterium, data XV. Kal. Aug. *Ibid.*

490. *Ad eundem*, ut ſtudeat componere pacem inter *Ludovicum* Francorum, & *Henricum* Anglorum Reges, data V. Kal. Sept. *Ibid. p.* 989.

Ad eundem, data II. Kal. Sept. Quandam cauſam terminandam ei committit. *Ibid. p.* 990.

Ad eundem, data VIII. Id. Sept. ut totis viribus ſtudeat impedire matrimonium inter filium Regis Franciæ & filiam Frederici Imperatoris. *Ibid. p.* 991.

Ad eundem, ut G. Epiſcopus Catalaunenſis *Herricum* admittat ad Eccleſiam S. Juliani de Heliſſia, data IV. Id. Sept. *Ibid. p.* 992.

Ad eundem, pro H. Theſaurario Autiſſiodorenſi, data VII. Kal. Nov. *Ibid.*

495. *Ad Henricum*, data XIV. Kal. Dec. pro Abbate Maricolenſi adverſus Willelmum Caſtellanum de S. Audomaro. *Martene* Vet. Script. & Monum. *Tom. II. p.* 993.

Ad eundem, pro Magiſtro *Radulfo*, data II. Kal. Dec. *Ibid. p.* 994.

Ad eundem, & ejus ſuffraganeos, de neceſſitatibus Eccleſiæ Orientalis, & ut paci intendant inter *Ludovicum* Franciæ, & *Henricum* Angliæ Reges, data X. Kal. Jan. *Ibid.*

Ad eundem, pro Cluniacenſi monaſterio, data XII. Kal. Febr. *Ibid. p.* 999.

Ad eundem, ut Scholæ Regiſteteñſes Monachis S. Remigii conſerventur, data V. Kal. Febr. *Ibid.*

500. *Ad eundem*, pro Abbate S. Remigii adverſus homines ſibi ſubditos, data IV. Kal. Febr. *Ibid. p.* 1000.

Ad eundem, adverſus plures qui monaſterium S. Remigii vexabant. *Ibid. p.* 1001.

Ad eundem, ut C. Comitiſſæ Toloſanæ, ſi eam honorificè recipiat Comes, perſuadeat, ut ad virum quem reliquerat redeat, data XVI. Kal. Mart. *Ibid. p.* 1003.

Ad eundem, data VIII. Kal. Mart. Declarat F. ejus parochianum illi nunquam detraxiſſe in curia. *Ibid. p.* 1004.

Ad eundem, ut ſatisfiat monaſterio Gorzienſi de illatis injuriis à G. de Aſpero-monte, data II. Kal. Mart. *Ibid.*

505. *Ad eundem*, data Kal. Mart. Commendat ei fratres Maurimontenſis monaſterii. *Ibid. p.* 1005.

Ad eundem, pro Abbate Maurimontenſi adverſus vexationes plurium nobilium, data II. Non. Mart. *Ibid. p.* 1006.

Ad eundem, adverſus plures qui S. Remigii monaſterium vexabant, data VIII. Id. Mart. *Ibid.*

Ad eundem, data VI. Id. Mart. Hortatur ad manſuetudinem erga A. civem Laudunenſem. *Ibid. p.* 1007.

Ad eundem, de Presbytero concedendo leproſis de Spamaco, data XVIII. Kal. April. *Ibid. p.* 1008.

510. *Ad eundem*, & ad Morinenſem Epiſc. ne exigantur decimæ à Ciſtercienſibus de terris quas propriis laboribus colunt, data XII. Kal. April. *Ibid. p.* 1009.

Ad eundem, pro fratribus S. Martini Laudunenſis, data X. Kal. April. *Ibid.*

Ad Omnibonum Viennenſem Epiſc. data XVI. Kal. Jun. A. 1162. apud Monteinpeſſulanum, ex quâ conſtat ibi Concilium celebraſſe, in quo *Octavianum* Antipapam excommunicavit. Epiſtola eſt quinta Append. tertiæ *Tom. X.* Concil.

Ad *Ludovicum* Regem, data apud Dolam XV. Kal. Oct. ejuſd. anni, quæ extat apud *Duchesnium* de Rebus Francicis, *Tom. IV. p.* 620.

Ad eundem, data menſe Febr. A. 1163. quâ ad eum Roſam auream mittit. Epiſtola eſt 108 Append. 2. *Tom. X.* Concil.

515. *Literæ Catechetica* ab *Alexandro* ad *Soldanum* ſcriptæ, extant apud *Matth. Pariſ.* apud *Petrum* Bleſenſem, & in Collectione Concil. *Labbei*, ordine XXXII. Iſte ſcilicet *Soldanus*, miraculo crucis ſuper matris (quæ erat Chriſtiana) ſepulchrum patrato, ad Chriſtianiſmum ipſe converſus, Iconii baptizari cupiens, id factum eſt operâ *Alexandri* Papæ, ad quem Legatos miſerat *Soldanus*, qui virum idoneum peterent, per quem vice Pontificis in lege Chriſti plenius inſtrueretur: eo itaque accepto baptizatus eſt clanculò ob metum Saracenorum, ut narrat *Matth. Paris* ad A. 1169.

Literæ ad Adalbertum Saltzburg. Archiepiſcop. datæ *Anagniæ* VI. Id. Sept. A. 1174. quas ad eum annum recitat Chronographus Reicherſpergenſis. Iis caſſat Pontifex, quæ adverſùs *Adalbertum* geſta fuerant in Conventu Ratiſponenſi, quem exeunte menſe Maio ejuſd. anni celebraverat Imperator *Fridericus*, in quo eum Archiepiſcopatu depoſuerat.

Literæ *de eodem argumento*, dicto die datæ ad *Conradum* Moguncinum Archiep. Cardinalem, Legatum ſuum, & ad Capitulum Saltzburgenſe, à citato Chronographo relatæ.

Ad *Willelmum* Archiep. primò Senonenſem, deinde Remenſem, Apoſtolicæ Sedis Legatum & ſuffraganeos ejus, data Venetiis in Rivoalto VI. Kal. Aug. A. 1177. Narrat debitè ſe geſſiſſe Imp. Fridericum in Synodo Veneta. Eam exhibet Chronicon Aquicinctinum.

Abbati Caſſinenſi, & *Archiepiſcopo Capuano*, item *Eboracenſi*, & *Cantuarienſi Archiepp.* dicto die data, ejuſdem ferè argumenti, ut legere eſt Tom. X. Concil. *p.* 1486. *& ſeqq.*

520. Ad *Presbyterum Joannem*, vulgò dictum *Prêtte-Jean*, Indorum Regem, data Venetiis 5. Kal. Oct. eujus ſcribendæ ea occaſio fuit, quod quidam Magiſter *Philippus* ipſius Pontificis Medicus, ad partes illas peregrinatus, retuliſſet, eorum Principem, alioqui de Fide Chriſtianum, tamen, quod non in omnibus conſentiret cum Romana profeſſione, avidè cupere de omnibus erudiri, ut in nullo diſſentiret à doctrina Sedis Apoſtolicæ, habereque in urbe Eccleſiam, ubi miſſi ab eo viri prudentes habitare poſſent, & Apoſtolicâ plenius inſtrui diſciplinâ, quam poſtmodum in patria ſuâ alios docerent. Reſcribens igitur per eundem *Philippum* ALEXANDER, ait, ſe jam pridem referentibus multis, accepiſſe, eum Chriſtianum nomen profiteri, & quod ad hoc firmiter intendat, à doctrinâ Sedis Apoſtolicæ in fide nullo modò diſſentire, ideoque ſe præfatum *Philippum* Medicum à ſuo latere ad illum mittere qui eum & ſuos de articulis Chriſtianæ fidei, in quibus à Romanâ Eccleſiâ diſcordat, erudiat, ſeque libentiſſimè ei Eccleſiam in urbe conceſſurum. *Baronius* relatâ Epiſtolâ illâ ſcribit: *Quæ autem ſecuta ſint illa, nos latet, niſi quod, ſive ab ipſo* Alexandro *Papa, ſive ab aliis Pontificibus conſtat Æthiopibus iſtis Regni* Prêtejani *Abyſſinis dictis, datam Eccleſiam S. Stephani Proto-Martyris unà cum ejus habitationibus, ſitam poſt abſidem Baſilicæ S. Petri, quam in hanc uſque poſſident diem.* Hæc refert *Pagius*, qui tum legationem, tum Epiſtolam *Alexandri* ad Presbyterum *Joannem* tanquam veram admittit, ſed fabuloſam utramque cenſet Vir Doctiſſ. *Frid. Spanhemius* Fil.

Ad *Willelmum* Archiep. Remenſem litteræ datæ XI. Kal. Mart. A. 1180. quibus ei præcipit, ut ſuffraganeos ſuos Pariſiis convocet, & una cum illis & aliis religioſis viris *Petri Lombardi* doctrinam, (*Chriſtum non eſſe aliquid ſecundùm quod eſt homo*,) penitus abrogare ſtudeat: Hanc Epiſtolam refert *Matthæus Pariſ.* ann. 1179. datamque ait *ei illi* tunc Senonenſi Archiep. quem tamen an. 1176. ad Remenſem Archiep. translatum fuiſſe conſtat. *Baronius* quidem exiſtimavit in Concilio Lateranenſi A. 1179. celebrato, delatam fuiſſe accuſationem adverſus *Lombardum*; ſed nihil ibi contra eum definitum fuiſſe, ac poſt Concilium tantùm damnatum fuiſſe contendit *Pagius*, ex narratione præſertim Magiſtri *Gualteri* Prioris S. Vict. Pariſ. apud *Bulæum* (du Boulay) Tom II. *Hiſt. Univ. Pariſ* p. 402.

Diploma datum A. 1179. quo *Alphonſo I.* Portugalliæ Principi *Regis* titulum concedit; illud quidem non habet *Baronius*, ſed teſtatur extare in Turri *de Tumbo* dicta, & eſſe præterea de eo mentionem in Epiſt. 99. *Innocentii III.* juxta *Baluzium*, quæ eſt *Baronio* centeſima; qui Pontifex Portugalliæ Regi ſcribens ait: *Ceterum cùm idem pater tuus uſque ad tempora felicis memoriæ* Alexandri *Papæ prædeceſſoris noſtri* Ducis *eſſet nomine appellatus, ab eodem meruit obtinere, ut tam ipſe, quàm ejus hæredes* Regio *nomine vocarentur.*

Epiſtolas tres *Alexandri* edidit inter alias *Galiczonius* Canonicus & Cantor Turonenſis *Turonibus* 1694. in Collectione *Epiſtolarum* aliquot *Summorum Pontificum* &c. Vid. *Ephemer. Erudit.* d. 6. Jun. A. 1695. p. 398.

Epiſt. ad *Theobaldum* Archiep. Cantuarienſem. Extat in Append. ad *Orthuinum Gratium*, edit. *Londin.* 1690. fol.

525. Epiſtolæ LVI. ad *Petrum* primò Cellenſem, deinde S. Remigii Remenſis Abbatem, tum Carnoten-

ſem Epiſcopum, & ad alios, *Pariſiis* editæ curâ *Jac. Sirmondi* Soc. Jeſu ann. 1613. atque ejus Operum *Tom. III.* edit. Venetæ 1728. Eæ ſunt quæ in Append. Concil. *Labbei* reperiuntur.

Decretales ſui temporis Epiſtolas in unum volumen redactas, *Conſulta Alexandri* inſcribi voluit, teſte *Henrico de Gandavo*, ſed illud volumen non invenitur. Plures illius Decretales inſertæ ſunt libris Decretalium, à *S. Raymundo* juſſu *Gregorii IX.* adornatis. Prior inter antiquas Decretalium, à *Bernardo* Papienſi Præpoſito compilata, quam *Ant. Auguſtinus* edidit, & *Alexandri* & *Lucii III* Conſtitutionibus maximam partem conſtat. Ex iis etiam magnâ ex parte confecta eſt illa Collectio, quæ Concilio Oecumenico Lateranenſi III, Appendicis inſtar ſubjicitur ab Editoribus Conciliorum, quam *Alano* veteri Juris Canonici Doctori tribuit *Ant. Auguſtinus.*

* De *Alexandro III.* videri poſſunt præter cit. *Pagius* Tom. III. p. 49. - 117. & 570. *Eggs* p. 396. *Spanhem.* Hiſt. Eccleſ. Sec. XII. *Nat. Alexander* Sec. XI. & XII. cap. II. art. IX. p. 454. in fol. *Du Pin* Tom. IX. Sec. XII. cap. IX. p. 126. 131. *&c.* in 4. *Cave* ad A. 1159. p. m. 588. *Oudin.* Tom. II. p. 1547. *Lud. Jacob.* p. 8. & ab eo citati.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine IVus, ordine CLXXXI. INNOCENTII IV. Succeſſor, antea *Raynaldus* vel *Reginaldus* dictus, patria Campanus, de Caſtro Genuæ in Diœceſi Anagnina, ex Comitibus Signiæ oriundus, *Philippi Anagnini* filius, *Gregorii* IX. nepos, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis. Pontifex Romanus electus eſt d. 12. Dec. anno 1254. & poſt octiduum coronatus. Eum fuiſſe antea Monachum Benedictinum ſine teſte ſcribit *Paulus Langius* in Chronico Citizenſi: nec ullum *Alexandrum* Trithemius habet, licèt diligentiſſimus, in enumeratione Pontificum hujus ordinis, ut obſervat *Pagius.* Anno 2255 *Manfredum* Siciliæ & Apuliæ Regem anathematizavit, Regno deponendum decrevit, armis impetiit, crucemque contra eum ubique prædicari juſſit. Anno 1256 *Conradinum* Frederici Imp. nepotem, Imperatorem eligi vetuit, & Electores in partes ejus propendentes excommunicavit. Eodem anno à *Manfredo* in anguſtias redactus, *Henrico III.* Angliæ Regi cum ſubſidiario exercitu die præſtituto in Siciliam advolare ſub anathematis pœnâ præcepit, *Alphonſum*que Luſitaniæ Regem cum toto Regno diris devovit. Ad eundem annum refertur miſſus ab eo Legatus ad *Theodorum Laſcarim* juniorem Epiſc. Urbevetanus pro concordia Eccleſiæ Græcæ cum Romanâ. Vid. Epiſt. 325. lib. 2. quæ extat in Regiſtro Vatic. & apud *Wading.* num. 41. ad hunc annum. Anno 1258. Florentinos & Genuenſes fœdus cum *Manfredo* olim initum violare recuſantes anathemate percuſſit. A. 1260. vel ſequenti Concilium Romæ & poſtea mutato conſilio Viterbii indixit, Conciliaque ubique celebrari curavit pro auxilio contra Tartaros; ſed quod ipſe indixerat, celebrare non potuit, ſiquidem obiit *Viterbii* an. 1261. die XXV Maii. Laudatur ab omnibus in iſto Pontifice doctrina, morum probitas, vitæ ſanctimonia &c. Pietatis ejus inſigne monumentum extat in Ceremoniali Romano, quod MS. aſſervari in Vatic. num. 4737. aſſerit *Raynaldus* in Addend. Tom. III. Annal. ſuorum, quo continetur ejus ſanctio de precibus fundendis pro Pontificibus ac Cardinalibus defunctis. Nullum Cardinalem creaſſe contendit *Pagius*, adverſus Martyrologium Benedictinum, Chronicon parvum Vallis-Umbroſæ, *Arn. Wion* & *Platinam.* ALEXANDRO ſucceſſit URBANUS IV.

Edidit ALEXANDER, inquit Autor *Pontificii Docti*, *Sermones Sacros*; idque conjicit ex verbis *Ptolomai Lucenſis* in vitâ hujus Papæ, *qui*, ait, *prædicabat frequenter verbum Dei; multaſque Decretales fecit, quæ in Sexto diverſis titulis continentur.*

Ejus CONSTITUTIONES & EPISTOLÆ

Extant, inquit *Caveus*, Epiſtolæ III *Concil.* Tom. XI. p. 716. aliæ *Epiſtolæ* LI. apud Wadding. *Annal. Minorum* ad an. 1256. &c. *alia* CXXIV. ibid. *Tom. II.* in Regeſto Pontif. p. 18. *Conſtitutio Cypria*, Concil. *Tom. XI. p.* 2352.

Quæ mihi paſſim occurrunt, earum hic argumenta pro more ſubjicio.

1. *Confirmatio Ordinis Fratrum & Militum Hoſpitalis Leproſarum S. Lazari Hieraſolymitani, ſub regula S. Auguſtini, Magiſtro & fratribus dicti Hoſpitalis* data Neap. 11. April. A. 1255. *Bullar.* Tom. I. edit. *Luxemb.* p. 106.

2. *Declaratio quorumdam Articulorum contentorum in Conſtit. IX. Innoc. IV. contra Hæreticos*, quæ incipit: *Ad extirpanda*: data eſt ad Fratres Ord. Prædic. Inquiſitores Hæreticorum in Provincia Lombardiæ, Neap. 12. Kal. Maii A. 1255. iterata ex Later. 2. Non. Mart. A. 1257. *Bullar.* l. c.

3. *Canonizatio S. Claræ de Civitate Aſſiſii, Ordinum Monialium S. Franciſci, ejuſque adſcriptio in Catalogo Sanctarum Virginum, cum ipſius feſtivitatis inſtitutione ſupra die 12. Menſis Auguſti*, univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis per Regnum Franciæ conſtitutis directa, Anagniæ data vi. Kal. Oct. A. 1155. *Bullar.* p. 107. Hujus Canonizationis literas originarias data xiv. Kal. Nov. apud ſe habuiſſe teſtatur *Wadingus.*

4. *Comprobatio Veritatis Stigmatum S. Franciſci de Aſſiſio, cum pœnarum impoſitione adverſus aliter affirmantes*, Ven. Archiepiſcopis & Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, Anagniæ data iv. Kal. Nov. A. 1255. *Bullar.* p. 109. Refert quoque *Wadingus*, ad eundem annum.

9. *Quòd Fratres Minores Conventuales Ordinis S. Franciſci, ad Epiſcopatus & alias dignitates promoti, libros, & alia eorum bona Ordini reſignare teneantur*, Generali & Provincialibus hujus ordinis, data Lateran. Non. Dec. A. 1255. *Bullar.* p. 210.

6. *Unio diverſarum Congregationum Eremitarum, ſub denominatione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ejuſque Regula, ac uniformis habitus delatione*, Lanfranco Generali, Provincialibus & Prioribus, ac univerſis fratribus hujus Ordinis, tam præſentibus quàm futuris, data Later. iv. Non. Maii A. 1256. *ibid.*

7. *Prohibitio eligendi, vel nominandi* Conradum, *natumque* Conradi *filii* Frederici *olim Imperatoris, in Regem Romanorum*, ad Moguntinum Archiep. data Anagniæ v. vel xv. Kal. Aug. A. 1256. *Bullar. p.* 110. Habet quoque *Raynaldus* ad hunc annum, num. 3.

8. *Damnatio libri* Guillelmi de Sto Amore, *De periculis noviſſimorum temporum* &c. nuncupati, *nonnulla impia, ſcandaloſa, & execrabilia continentis*; in quo ſcilicet reperta ſunt multa contra auctoritatem Papæ & Epiſcoporum, aliaque contra fratres Mendicantes *&c.* Anagniæ data 3. Non. Oct. A. 1256. *Bullar.* p. 112. & apud *Wading.* ad A. 1256. num. 31.

9. *Inquiſitorum hæreticæ pravitatis facultas procedendi etiam irrequiſitis Diœceſanis, contrà Hæreticos judicialiter confeſſos & obſtinatos*, ad Fratres Ord. Præd. Inquiſitores in Lombardia & Marchia Januenſi, data Later. 3. Id. Jan. A. 1257. *Bullar.* p. 113.

10. *Quod ſtatuta Communitatis Mantuæ, quoquo modo Officium Sanctæ Inquiſitionis impedientia, abrogentur*, ad Epiſcopum Mutinenſem, *Viterbii* data xv. Kal. Jan. A. 1257. *ibid.*

11. *Unio locorum omnium Congregationis Camaldulenſis, Ordinis S. Benedicti, ſub regimine Prioris Eremi Camaldulenſis, Juriſdictioque omnimoda ejuſdem Prioris, in perſonas d. Congregationis. Ac plurimarum gratiarum conceſſio:* ad Priorem Camaldulenſium, ac univerſos Abbates & Abbatiſſas, eorumque fratres & ſorores, in perpetuum, *Viterbii* data x. Kal. Aug. A. 1258. *ibid.*

12. *Declaratio quorumdam dubiorum concernentium cauſam fidei Catholicæ, & pœnas hæreticorum, eorumque complicum & fautorum*, ad fratres Ord. Minorum Inquiſitores hæreticæ pravitatis in adminiſtrationa S. Franciſci, præſentes ac futuros, data *Viterbii* v. Kal. Oct. A. 2258. *Bullar.* p. 116.

13. *Infirmi, qui ſana mentis hæreticorum conſolamentum petunt, non excuſantur, eo quod tempore recepta conſola-*

ſolationis, ſana mentu non eſſent: ad eoſdem Fratres *Anagniæ* data Id. Nov. A. 1258. *Bullar.* p. 117.

14. *De cautione recipienda ab Hæreticis converſis, & eorum fautoribus, eaque in caſu contraventionis exigenda, ac obedientia ab eis requirenda*, ad eoſdem data *Anagniæ* Id. Nov. A. 1258. iterata A. 1260. x. Kal. Febr. *Bullar.* p. 117. & 118.

15. *Quòd Prælati Eccleſiaſtici, Rectores Seculares, & alii, faveant & aſſiſtant Inquiſitoribus Hæreticæ pravitatis, in negotio fidei exequendo*: Univerſo Clero Ducatûs Spoletani, Anagniæ data xvii. Kal. Dec. A. 1258. *Bullar.* p. 118.

16. *Indulgentia pro Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, eorumque Notariis, ſociis, & fautoribus: Ac pro omnibus in proſecutione negotii Fidei decedentibus*: ad fratres Minores, ut ſupra, data xvii. Kal. Oct. A. 1259. *Anagniæ*: *ibid.*

17. *Inquiſitorum hæreticæ pravitatis facultas cogendi quoſque Magiſtratus & Officiales, ad exequendum eorum ſententias*, ad eoſdem, *Anagniæ* data xiii. Kal. Febr. A. 1260. *ibid.*

18. *Inquiſitorum hæreticæ pravitatis Auctoritas compellendi quoscumque ad ſibi exhibendum ſcripturas & inſtrumenta ſpectantia ad Officium Sanctæ Inquiſitionis, & convocandi Clerum & Populum, adversùs hæreticos, & eorum fautores*, ad eoſdem, *Anagniæ* data iv. Non. Mart. A. 1260. *ibid.* p. 119.

19. *Prælati Eccleſiaſtici, & alii omnes Clerici quomodolibet exempti, ſtatim requiſiti, provideant Inquiſitoribus, eorumque ſociis, de ſalvo conductu*, ad totum Clerum Romanæ Provinciæ, data Id. Mart. A. 1260. *ibid.*

20. *Barones, Magiſtratus, Communitates, & Officiales omnes, tenentur ſtatim requiſiti, Inquiſitoribus, eorumque ſociis de ſecuro ſalvo-conductu providere*, data ad Barones, Caſtellanos, Poteſtates, Capitaneos, Rectores, Antianos, Priores, & eorum Officiales, nec non communitates Civitatum, Caſtrorum & Locorum Provinciæ Romanæ *&c.* Anagniæ Id. Mart. A. 1260. *ibid.*

21. *Quod Inquiſitores hæreticæ pravitatis, bona Hæreticorum confiſcata diſtrahant, & pretium ad opus S. R. E. conſervent*, data *Andreæ, Gentili* & *Bartholomæo* Ord. Minorum, & aliis Inquiſitoribus in Romana Provincia, & adminiſtratione S. Franciſci, Genuæ viii. Kal. Oct. A. 1260. *ibid.*

22. *Inquiſitores hæreticæ pravitatis procedere poſſunt in cauſis fidei, contra quoſcumque, etiam exemptos, eligereque Notarios etiam Regulares, qui in Sæculo Notarii fuerunt*: data ad fratres Ord. Prædic. Inquiſitores in Lombardia & Marchia Januenſi, Anagniæ Id. Oct. A. 1260. *ibid.* p. 120.

23. *Inquiſitores hæreticæ pravitatis Ordinis Fratrum Prædicatorum vel Minorum non tenentur obedire Prælatis ſuorum Ordinum in concernentibus Officium ſanctæ Inquiſitionis*, data Lateran. 3. Id. Dec. ad univerſos Fratres Prædicatores, & Minores, Inquiſitores per Italiam deputatos & deputandos: *ibid.*

24. *Ad univerſos Prælatos, ceteraſque perſonas Eccleſiaſticas tam ſeculares quàm regulares*, data Neapoli xi. Kal. Jan. A. 1254. *Revocat quaſdam litteras & ſententiam ab Innocentio IV latam in Regulares.* Martene *Theſ. Anecd.* Tom. I. p. 1059. & ex eo *Bullarium* Tom. IX. ſeu Contin. *Part. III.* dictæ edit. *Luxemb.* p. 51. Eam quoque habet *Caſ. Oudinus* Tom. III. p. 171. ubi de Innocentio IV.

25. *Ad fratres Prædicatores*, data Neap. viii. Kal. Mart. A. 1255. *Quòd nullus fratrum Prædicatorum alii poſſit peccata confiteri quam ſuis Prælatis, niſi urgente neceſſitate.* Martene *p.* 1060. Bullar. *ibid.*

26. *Ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Decanos, Archidiaconos, Præpoſitos, Archipresbyteros, & alios Eccleſiarum Prælatos*, data Neap. v. Kal. Apr. A. 1255. *Quòd fratres Prædicatores & Minores in Diœceſibus eorum conſtituti, vel qui ad præſentiam Prælatorum pervenerint, permittantur uti liberè ſuis obſervantiis, ſtatutis & indulgentiis Apoſtolicæ Sedis.* Martene *p.* 1061. Bullar. *p.* 52.

27. *Ad Abbatem Ciſtercienſem & Capitulum generale ejuſd. Ordinis*, Anagniæ data xii. Kal. Aug. A. 1255. *Quòd Ciſtercienſes celebrent feſta S. Dominici & S. Petri Martyris.* Martene *p.* 1063.

28. *Ad Miniſtrum Generalem Fratrum Minorum*, ut obligatos Ordini Fratrum Prædicatorum non recipiat, data Lateran. iii. Non. Maii Ann. 1256. *Martene* p. 1066. *Bullar.* p. 52.

29. Similes idem Pontifex litteras dedit ad Fratres Eremitas Ord. S. Auguſtini & S. Guillelmi, *Viterbii* iii. Non. Mart. A. 1258.

30. *Ad Miniſtrum Generalem Minorum*, ne quis recipiatur ad profeſſionem ante annuam probationem, data Lateran. iii. Non. Maii A. 1256. *Martene* p. 1067. *Bullar.* p. 52.

31. *Ad Magiſtrum Generalem Ord. Prædic.* data Lateran. ii. Id. Maii A. 1256. *Quod nullus Prælatus poſſit fratres ad ſecum manendum, & ſua negotia procuranda aſſumere.* Martene *p.* 1068. *Bullar.* *p.* 53.

32. *Ad Decanum Cameracenſem, Tornacenſem in Flandria, & G. de Fauckeberk Leodienſis Diœceſis in Campania Archidiaconos*, ut iterum inquirant de natalibus Johannis & Balduini de Aveſnis, data xii. Kal. Nov. A. 1256. *Martene* p. 1051.

33. *Ad Magiſtrum Generalem & Priores Ord Prædic.* data Viterbii v. Id. Jun. A. 1257. *Quòd dati in ſocios quibuſdam Prælatis poſſint corrigi & ad ordinem revocari.* Martene *p.* 1086. *Bullar.* Tom. cit. in Addend. *p.* 16.

34. *Ad Archiepiſcopum Narbonenſem* data Lateran. iii. Id. Febr. A. 1261. *ut de criminibus, quibus Ruthenenſis Epiſcopus infamabatur, inquirat.* Martene *p.* 1109.

35. *Ad Henricum Angliæ Regem*, quòd præter juramentum fidelitatis Romanæ Eccleſiæ, nomine *Edmundi* Filii ſui pro Regno Siciliæ, data Neap. Kal. Jun. A. 1255. *Bullar.* Tom. cit. in Addend. *p.* 11. ex Archiv. Angl. *Rymer.* Tom. I. p. 553.

36. *Ad Edmundum* Henrici *filium*, dat. Neap. v. Id. Apr. A. 1255. *Conditiones ſub quibus dicto* Edmundo *conceditur Siciliæ Regnum.* Bullar. *p.* 12-16. ex eodem, *p.* 893.

37. *Ad Edwardum Regis Angliæ primogenitum* data Lateran. xv. Kal. Dec. A. 1260. *Poteſtatem ei largitur invaſionibus Tartarorum reſiſtendi.* Bullar. *p.* 16. ex eod. *p.* 716.

38. *Ad S. Ludovicum Francorum Regem* Anagniæ data Kal. Oct. A. 1254. *Prohibet ne quis Capellas Regias Eccleſiaſtico interdicto ſupponat, niſi de licentiâ Sedis Apoſtolicæ.* D'Achery *Spicil.* Tom. III. p. 633. *in fol.*

39. *Ad eundem* data Lateran. ii. Kal. Apr. A. 1255. *Auctoritatem ei concedit, ut nullus poſſit in terram ſuam excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgare abſque mandato vel licentiâ Sedis Apoſtolicæ.* Ibid.

40. *Ad eundem*, ſimilis argumenti, data Kal. Apr. *ibid.* p. 633.

41. *Ad eundem*, Anagniæ data prid. Id. Jan. A. 1259. *adverſus flagitioſos Clericos* &c. *ibid.*

42. *Ad Archiepiſcopos, Epiſcopos* &c. *Franciæ*, Anagniæ data ii. Kal. Febr. A. 1260. *adversùs nonnullos Clericos bigamos, & viduarum maritos, alioſque etiam uxoratos* &c. ibid.

43. *Ad eoſdem*, adversùs nonnullos Clericos qui ſæcularibus negotiationibus potiùs quàm divinis officiis intendebant *&c.* Anagniæ data iii. Id. Aug. A. 1260. *ibid.*

44. Die 22. Dec. A. 1254. inquit *Pagius*, non ſolum circulares literas ad univerſos Eccleſiæ Prælatos ſcripſit *Alexander*, ſed & addictiſſimos quoque Sedi Apoſtolicæ Magnates Italos in prioribus ſtudiis ad tuendas Eccleſiæ partes contra tyrannos confirmavit: atque inter eos *Albericum de Romano* adversùs fratrem *Ecelinum*, qui inauditâ omnibus ſeculis tyrannide in Marchiam Terviſinam deſæviebat, ad conſtantiam eſt adhortatus, quam antea in adverſis oſtentatam, meritis afficiendam præmiis pollicitus eſt Epiſt. 2. lib. 2. quam die xi. Kal. Jan. datam fuiſſe teſtatur *Raynaldus* ad A. 1254. num. 7.

45. *Ad Univerſitatem Pariſienſem* data Neap. XVIII. Kal. Maii A. 1255. quâ commendato ſtudio Pariſienſi in diſcordiâ Franciſcanos inter ac Dominicanos, narrat originem controverſiæ, & duriora temperat ſtatuta, quæ contra Mendicantes ediderant Theologi Pariſienſes, utrumque Ordinem à conſortio Univerſitatis excludentes. Hanc Epiſt. refert *Wadingus* ad A. 1255. num. 2. ex Regiſtro Vaticano.

46. Diploma quo ſedem Epiſcopalem Furconienſem ad Aquilanos transfert, datum Laterani III. Kal. Mart. A. 1257. illud recitat *Raynaldus* ad eund. annum, num. 45. & ſeq. qui aſſerit extare etiam in Bibl. Palatium Oratorii Rom. Extat item lib. 3. Regiſtri *Alexandri*.

47. Aliud *Anagniæ* datum Id. Febr. A. 1259. quod refert *Raynaldus* num. 15. quo *Theobaldo* Navarræ Regi concedit, ut ſi Pampilonenſis Eccleſia Paſtore viduata eſſet, aliove Pampilonenſis Epiſcopus impedimento implicitus, Regem inungere non poſſet, alium Antiſtitem Rex eligeret, cui conferendæ conſecrationis Regiæ provinciam demandaret, ea tamen lege, ut nullum ſibi jus ex eo parere poſſet. Id porrò conceſſit Pontifex non ſolum pro Regibus, ſed etiam pro eorum uxoribus, Navarræ Reginis.

48. Aliud datum VIII. Id. Maii juxta *Raynaldum* ad A. 1259. num. 18. vel VIII. Id. Oct. juxta *Spondanum* num. 2. quo dicti *Theobaldi* precibus Academiam Tutelenſem privilegiis ornat, concedens, ut qui in eâ literis operam darent, integris Sacerdotiorum vectigalibus, ſicut qui Pariſiis ad ſtudia incumbebant, potirentur.

49. Epiſtola 619. ejuſd. libri data Viterbii Non. Sept. A. 1257. quâ Chimenſi Epiſcopo provinciam impoſuit, ut *Philippum* Carinthiæ Ducem & Salisburgenſem Archiepiſcopum (quem, inſtante Capitulo Salisburgenſi depoſuerat Pontifex, quod ordinem Presbyteratûs & Epiſcopalem conſecrationem nunquam ſuſcipere voluiſſet, & Eccleſiæ bona malè adminiſtraret) ad reſtituendas illius arces, oppidaque vero Archiepiſcopo Salisburgenſi, nimirum *Ulrico* Seccovienſi antea Epiſcopo, à Canonicorum Salisburgenſium collegio ſubrogato, cujus electionem *Alexander* Epiſt. 625. ratam eſſe juſſerat, cenſuris compelleret.

50. Epiſt. ad *Belam* Hungariæ Regem, *Anagniæ* data II. Id. Oct. A. 1259. qua eum ne cum Tartaris paciſcatur cohibet. Hanc refert *Raynaldus* num. 33. & ſeqq.

51. *Ad Pragenſem & Olomucenſem Epiſcopos* Diploma datum Anagniæ III. Non. Oct. A. 1260. quo eis mandat, ut vocatâ Præſulum coronâ, Apoſtolicâ auctoritate *Othocarum* Bohemiæ Regem inunctione Regiâ linirent; quo tamen ſancivit, nihil inde detrahi juribus Eccleſiæ Moguntinæ. Extat apud *Raynaldum* num 17. & ſeqq.

52. *Epiſt. ad Principes & Reges Francorum ſuper negotio Regni Siciliæ*, apud Quercetanum Tom. V. *Hiſtoric. Franc.* p. 851. teſte *Le Long* Bibl. Hiſt. Gall.

* Pagi *Tom. III. p.* 331-352. Eggs *p.* 449. Spanhem. *Sec. XIII.* Nat. Alexander *Sec. XIII. cap. I. art. V. p.* 21. Du Pin *Tom. X. p.* 55. & 151. Cave *ad A.* 1254. *p.* 634. Oudin. *Tom. III. p.* 219. Oleat. *p.* 34. Lud. Jacob. *p.* 10. & ab eo citati.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine Vus, ordine CCVI. vel CCVIII. *Petrus Philargus* ſeu *Philarcius* antea dictus, ac ſæpiùs *Petrus de Candia* ſeu *Cretenſis* à patriâ cognominatus; fuit enim natione Græcus, non Italus, quicquid dicant fuiſſe vel *Novarienſem*, vel *Bononienſem*, vel *Papienſem*; aiunt quidem *Ticinenſes* eum ſibi vindicantes, Candiæ natum in oppido agri Ticinenſis ex gente *Philarga*, quæ nunc etiam civium ibi juribus gaudet: ſed multò minus dici debet Hiſpanus, qualem illum ex *Gandiâ* Regni Valentini urbeculâ oriundum ineptiſſimè quidam arbitrati ſunt. Eum in pueritia mendicantem quidam frater Ord. Minorum Italicus, in Inſula Cretenſi recollegit, atque in Latino ſermone inſtruxit, & dum erat aliqualiter major & aptus, in domo Fratrum Minorum in ipſâ Inſulâ conſiſtente, ipſum poſuit, & habitu regulari eorumdem Fratrum induit, & conſiderans quod eſſet bonæ indolis, eum ſecum ad Italiam poſtea duxit. In primitivis artibus eruditus Oxonium in Anglia miſſus eſt; ubi etiam per plures annos ſtudendo & bene proficiendo demum acceſſit Pariſios, & tandiu illic in Philoſophiâ & Theologiâ ſtuduit, quod Doctoratu inſignitus venit ad Lombardiam, & notitiam *Joannis Galeatii* Ducis acquirens, ejus favore primò Epiſcopus Vicentinus, & poſtea Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſucceſſivè Cardinalis, & demùm Papa creatus fuit. Ita narrat *Theod. Niemus* qui vixit in Curiâ Alexandri, *lib. de Schiſm. cap.* 52. Attamen *Wadingus* in *Annal. Min.* ſcribit, eum primò fuiſſe Epiſcopum Placentinum, deinde Vicentinum, poſtea Novarienſem, ac tandem Mediolanenſem Archiep. ſed valdè dubitat de eo quod ſcribunt alii fuiſſe etiam Epiſc. Brixienſem, & Patriarcham Gradenſem. Ab *Innocentio VII* purpurâ donatus A. 1404. tit. Baſilicæ XII Apoſtolorum, hujus nomine, uti & ejus ſucceſſoris *Gregorii XII* varias legationes obiit. Fuit porrò electus Romanus Pontifex Anno 1409. ætat. circiter 70. non, ut aliqui perperam ſcribunt, 90. ac Piſis coronatus die 7. Julii, in Concilio Oecumenico ibidem celebrato, de quo plura dicemus verb. PISANUM Concilium. Verùm Pontificiâ dignitate diu frui non licuit, cùm enim ſub finem ejuſd. anni 1409. lues contagioſa Piſas invaſiſſet, receſſit *Alexander* Pratum, indeque Piſtorium, demum Bononiam acceſſit, inde tranſiturus in Urbem. Die 6. Jan. A. 1410. Bononiam ingreſſus, ibi Romanos Oratores benignè excepit, votiſque eorum ſatisfacere, & Romam quantociùs pergere promiſit, ſed variis curis diſtentus, & *Ladiſlai* armis impeditus, Bononiæ hæſit, qua in urbe obiit die 4. Maii A. 1410. & ſepultus eſt in Eccleſia Fratrum Minorum. Venenato clyſtere ſublatum exiſtimarunt aliqui. Legi poteſt in *Pontificio docto* honorificentiſſima, quâ tumulus ejus ornatur, Inſcriptio, ubi & vocatur *Petrus Philargus Cretenſis*: id quoque teſtatur alia Inſcriptio quæ in Cœnobio Cretenſi D. Franciſci olim extabat, à *Nic. Comneno* relata, his verbis:

Petrus Philargus, Petrus de Candia Cretenſis,
Doctor Padua, Pariſiis Magiſter, Epiſcopus Mediolani,
Alexander V. Papa Piſis,
In hoc Conventu converſus, ex gratia Clericus.
Anno Dñi MCCCLVII.

Multum prædicatur ejus in egenos munificentia, adeo ut per jocum dicere conſueviſſet, *ſe divitem fuiſſe Epiſcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem.* Ejus doctrinam commendat *Ægidius* Card. Viterbienſis: *Alexandro V* Cretenſi *accuratum*, inquit, *ſtudium, peripateticam diſciplinam, divina lux & ſacratum rerum intelligentiam & incredibilem dederat ſanctitatem.* Eum vocat *Platina* magnum Oratorem; *ſummum illo ævo Philoſophum, & Theologum excellentiſſimum* dicit *Blondus* lib. 10. ALEXANDRO V. ſucceſſit JOANNES XXIII.

SCRIPTA:

1. *Comment. in IV. Libros Sententiarum*, MSS. in Bibl. S. Antonii *Patav.* inter Codd. Commentatorum in Sententias; & *Oxoniæ* in Bibl. Colleg. Balliol. Cod. 236. ac *Venetiis* in Bibl. Card. Beſſarionis, Plut. X. in Ium & IIum Lib. item in IV. Libb. *Cremonæ* apud Auguſtinianos, *Piſauri* in Bibl. Ducis, *Aſſiſii* apud Franciſcanos Conventuales; *Toloſæ* verò in Bibl. Collegii Fuxenſis, & in Reg. Gall. Bibl. *Cod.* 685. Incip. *Circa prologum, in quo Doctores communiter quærunt* &c.

2. *Quodlibeta quædam.*

3. *Concluſiones in Concilio Piſano à ſe habitæ*, MSS. Cantabr. in Bibl. Collegii Eman.

4. *Epiſtola ad diverſos* MSS. in Vatic. quarum una, inquit

inquit *Lud. Jacob*, legitur ad *Hugonem Etherianum* Tom. VI. Bibl. PP. *Margar. Bignas* edit. 2. & 4. Eam *Alexandro V.* adſcribunt quoque *Rob. Gerius, Eggſius*, *Poſſevinus*, ſed *errore immani*, ut ſcribit *Oudinus*, qui eam ad *Alexandrum III.* ſpectare vult.

5. *Sermones varii.* Extat à *Nic. Comneno* memoratum volumen in Bibl. D. Marci inſcriptum, *F. Petri de Ordine Minorum Sermonarius*, qui incipit à prima Dominica Adventûs.

6. *Regula Cancellariæ* ab eo editæ aſſervantur in Vatic.

7. Opus inſcriptum *Obligationes.*

Elucubravit pariter inſignem Tractatum

8. *De immaculatâ Deipara Virginis conceptione.* Et jam renunciatus Romanus Pontifex evulgavit *Conſtitutionem* in ſavorem ejuſdem Immaculatæ Conceptionis: non tamen, ut refert *Salazarius*, exiſtimandus eſt illam definiviſſe, aut determinaſſe, ſed tantummodo approbaſſe, ac ſine injuriâ fidei defendi poſſe, Pontificiâ auctoritate ſanxiſſe.

9. *Univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis* &c. *Conſtitutio* data Piſis IV. Id. Oct. A. 1409. *Mendicantibus permittit Evangelia ubique prædicare, ſacramenta adminiſtrare, cateraque munia, quæ Parochi obire ſolent.* Extat ex Hiſt. Univerſ. Pariſ. *Balæi* Tom. V. p. 196. *Bullar.* Tom. IX. edit. Luxemb. *p.* 210. Incip. *Regnans in excelſis.* Eam refert quoque Monachus Dionyſianus in ſuis Annalibus, quâ, poſt narrata quæ *Bonifacius VIII.* in Conſtitutione *Super Cathedram* &c. & *Clemens V.* de eâdem in Concilio Viennenſi ſtatuiſſet ſuper prædicationibus & confeſſionibus, ac ſepulturis, quæque poſtea *Joannes XXII.* de condemnatione articulorum *Joanna de Poliaco* promulgaſſet; cùm, ut ait, nuper Fratrum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmelo Ordinum querelæ ad ſe delatæ eſſent, quod nonnullæ perſonæ Eccleſiaſticæ, atque utriuſque ſexûs homines nedum prædictos damnatos per eundem *Joannem* Papam, ſed etiam quoſdam alios prorſus erroneos articulos non vererentur aſtruere, puta confeſſionem Fratribus factam, multis eſſe dubitabilem & incertam, ac propterea homines teneri dimittere incertum, & ſolis ſuis Sacerdotibus curam animarum habentibus, de quibus nullum eſt dubium, confiteri. Item quamvis Fratres habeant auctoritatem audiendi Confeſſiones & abſolvendi, tamen populum ſubjectum non habere poteſtatem accedendi ad eos ſine licentiâ proprii Sacerdotis. Item Sacerdotem Curatum dantem licentiam Mendicantibus audiendi confeſſiones, magis diſpenſare cum ſtatuto *Omnis utriuſque* &c. quàm Papam Fratribus dantem licentiam juxta formam Decretalis *Dudum* &c. Hos omnes articulos & alios tanquam erroneos & SS. Canonibus contrarios *Alexander* prædictâ ſuâ Conſtitutione damnavit, & quicunque eos defendere aut aſſerere præſumerent, hæreticos eſſe cenſendos, & excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrere decrevit. Hæc quidem Conſtitutio turbas excitavit in Univerſitate Pariſienſi; ſed omninò, inquit *Pagius*, factum eſt quod ait *Theod. Niemus*, Alexandrum nempe, *quatuor Ordinibus Mendicantium decimas conceſſiſſe Eccleſiarum parochialium, propterea quod illi docendo populo seriò incumberent*, addens *magnas turbas rem hanc Pariſiis excitaſſe opponente ſe Pariſienſi Scholâ conceſſioni dolo & fraude impetratæ*: licèt enim, ſubdit *Pagius*, apud Monachum Dionyſianum contineantur propoſitiones Facultatis Pariſienſis contra dictam *Alexandri* Conſtitutionem, nihilominus tamen nec in eo, nec alibi legitur Eccleſiarum parochialium decimas fuiſſe ab iſto Pontifice quatuor Ordinibus Mendicantium conceſſas. Certè contra *Niemum* plures auctores producit *Wadingus* Tom. V. *Annal.* apud quem legere quis poterit. Sed audiendus etiam de hac Conſtitutione *Nat. Alexander* citans laudatum Monachum Sandionyſianum in Hiſt. Caroli VI. *Fratres* noſtri *Prædicatores*, inquit, & Carmelitæ palam profeſſi ſunt, hanc ſe inſciis impetratam fuiſſe, nec eam approbare, ſeque privilegiis præcedentium Pontificum eſſe contentos. Cùm enim non ita pridem Academiæ reſtituti eſſent, à qua ob Joannem de Monteſono diu exules fuerant, Privilegiis uti noluerunt, quæ ipſos cum Epiſcopo & Univerſitate Pariſienſi committerent. *Fratres* verò *Minores* de *Alexandri V* exaltatione intemperantiùs exultantes, ejuſque in Ordinem ſuum amore & benignitate abuſi, pertinaciores fuerunt, quibus juncti *Auguſtiniani*, cùm Privilegiis novâ illâ Conſtitutione collatis cedere nollent, Edicto Regio, publica Præconum voce, Parochis prohibitum eſt gravi mulctâ, ne ipſos in Eccleſiis ſuis Confeſſiones audire, aut Conciones habere ſinerent. Idem legi teſtatur Dominicanus *Alexander* in MS. Cod. Vict. quem laudat *Spondanus* ad A. 1409. num. 22. ubi & ſcribit, hanc *Alexandri V* Conſtitutionem A. 1410. à *Johanne XXIII.* ejus ſucceſſore revocatam fuiſſe.

10. Literæ ad *Sbinconem* ſeu *Sbinconem* & *Sbinkonem*, Archiep. Pragenſem *Piſtorii* datæ A. 1409. XIII. Kal. Jan. quas refert *Raynaldus* ad hunc annum, num. 89. Jubet Archiepiſcopo ut adverſus *Wicleſi* doctrinam à *Johanne Huſs* per Bohemiam propagatam invigilaret, adhibitiſque in Concilium Doctoribus, eam in Eccleſiis, Scholis & quibuſlibet locis doceri auctoritate Apoſtolicâ prohiberet; & ſi quis contrarium faceret, uti hæreticus cenſeretur, & captivus detineretur, invocato brachii ſecularis auxilio. Hac occaſione *Joannes Huſs* Pragam deſerens, Lipſiam venit; atque ad item tempus ann. ſcil. 1409. refertur Academiæ Lipſienſis fundatio per *Fridericum* Miſniæ Margravium *Bellicoſum* dictum, qui teſte *Calviſio* ad dictum annum, ab *Alexandro V.* privilegia pro eâ Academiâ impetravit.

Lud. Jacob p. 11. tradit *Andr. Billium* Mediolanenſem ſcripſiſſe *de Concordiâ & merita Ordinum ſuper generali indulto Alexandri Papæ V. ad Reginaldum Remenſem 73. Archiepiſcopum lib.* 2.

* Pagi *Tom. IV. p.* 359. &c. Eggs *p.* 580. Rob. Gerius in *Append.* ad *Caveum* ad A. 1409. p. 76. Nat. Alexander *Sec. XV. cap. I. art. II.* Du Pin *Sec. XV.* ſeu *Tom. XII. p. 6. & 9. in* 4. Oudin. *Tom. III. p.* 1141. Nic. Comnenus *Tom II. Lib. II. cap. IV.* ubi de claris Alumnis Artium in Gymn. Patav. *pag.* 160.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine VIus, ordine CCXVIII. *Rodericus* ſive *Theodoricus Borgia* antea dictus, natione Hiſpanus, patriâ Valentinus, natus A. 1431. Kal. Jan. ex nobiliſſimâ *Borgiarum* familia oriundus, *Calliſti III.* ex fratre nepos, anno 1455. à *Calliſto* patruo Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, Archidiaconus, & Vicecancellarius creatus, tandem Epiſcopus Portuenſis, & Sacri Collegii Decanus evaſit. Poſt *Innocentii VIII.* obitum anno 1492. Pontifex Romanus electus eſt die XI. Auguſti, coronatus die XXVI. id dignitatis mercatus, partim pecuniâ, partim opimis ſacerdotiis, officiis, quin & ſedis Romanæ fundis & caſtellis, inter primores Cardinales diſtributis. In rebus Eccleſiaſticis nil memoratu dignum geſſit: alia prorſus ille curæ habuit; ut divenditis paſſim, nulla juris, nulla pudoris ratione habita, diſpenſationibus pecuniam undequaque corraderet. Hinc *Ludovico* Galliæ Regi anno 1498. poteſtatem fecit *Joannam* uxorem dimittendi, nullo alio nomine, quàm quòd ſterilis & invenuſta eſſet. Id verò inprimis egit, omnique cura molitus eſt, ut ſæcularem Principatum *Cæſari Borgia*, filio notho, per fas & nefas compararet, *Petrique* patrimonium in *Borgia* hæreditatem commutaret. Sanè incæpto illi nec pater nec filius defuit. Iſte conſcripto paterna ope exercitu Flaminiæ & Umbriæ Regulos civitatibus ſuis ſumma injuria ejecit: illę filium utriuſque Provinciæ Ducem, & Eccleſiaſticæ ditionis Principem autoritate Apoſtolicâ creavit. Verùm ſacrilegis auſis fata obſtitere. Obiit enim *Alexander* anno 1503. die XVIII. Auguſti, fatali pincernæ errore veneno extinctus, quod opulentioribus ipſe a-

liquot Cardinalibus, quorum divitiis inhiabat, ad cœnam vocatis propinandum paraverat. Mores ejus fœdiſſimos, immenſam ambitionem, avaritiam turpiſſimam, deteſtandam ſævitiam, nefandam libidinem, & inceſtos cum *Lucretiâ* filia concubitus ubertim depingunt Hiſtorici iſtius ævi, *Guicciardinus* de rebus Ital. lib. 1. *Ciacconius*, aliique; ut *Brietium* aliosque è recentioribus taceam; adeò ut criminibus hiſce illum eximere fruſtra laboret *Bzovius*. Qui enim ſolas hujus Papæ virtutes, vitiis aut negatis, aut excuſatis, cupierit, eum (*Bzovium*) adire poteſt, ex Indicibus Borgianorum loquentem.

Nat. Alexander Sec. XV. & XVI. *cap. I. art. XI.* hæc inter alia obſervat: 1° *Alexandrum VI.* morem à *Calixto III.* inſtitutum inſtauraſſe, ut campanæ meridie pulſarentur, quò Fideles ad Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam repetendas excitarentur, ut divinum contra Turcas præſidium impetrarent: 2° ad Waldenſes in Bohemia & Moravia profligandos inſtituiſſe Præpoſitum Nuremburgenſem, & *Henricum Inſticorn*, Ord. FF. Prædic. Profeſſorem, utrumqua Fidei Cenſores: 3° Ordinem Sanctimonialium Annunciationis B. M. V. à *Joannâ Valeſiâ*, *Ludovici XI.* filia, *Caroli VIII.* forore, *Ludovici XII.* conjuga repudiatâ, conditum confirmaſſe, ac Regulam quæ Deiparæ decem Beneplacita, ſeu Virtutes præcipuas Sacris Virginibus imitandas proponit, approbaſſe A. 1501. prid. Id. Febr. 4° notat, Typographis hunc *Papam* prohibuiſſe ſub pœnâ Excommunicationis, ne Libros, Tractatus, aut Scripta quævis typis mandarent ſine Epiſcoporum licentiâ, prævio hujuſmodi Operum examine concedendâ.

De iſto *Alexandro VI.* ita loquitur *Onuphrius*. „Hæc » animi ornamenta (de quibus verba fecerat) » magnis obruerat vitiis, perfidia plùs quàm Punicâ, ſævitia immani, avaritia immenſâ ac rapacitate, inexhauſta parandi Filio imperii per fas & nefas libidine. Si quando negotiis non premeretur, omni ſe jucunditatis generi ſine diſcrimina dedit. Mulieribus maximè addictus, ex quibus quatuor Filios, & duas Filias tulit. Omnium præcipua fuit *Vannotia* Romana. Comœdias Plautinas, cæteraque ludicra libenter ſpectavit, frequenterque in *Hadriani* molem, quam propugnaculis, muro, foſſâque munivit, eum in finem ventitabat. In Urbe gladiatorum & ſicariorum nunquam licentia major, nunquam populo Romano libertas minor, delatorum ingens numerus, breviſſimo maledicto pœna mortis erat. Graſſatorum item omnia plena, nec noctu tutum per Urbem iter, nec interdiu extra urbem. Roma.... jam carnifica facta erat, “ &c. In *Cæſarem* ſuum filium perfudit *Alexander* theſauros ex Indulgentiis & Jubilæo profectos, unde is dicterii loco *ſe dilapidare peccata Germanorum* dicebat; idemque blaſphemè de *Alexandri* Patris erga ſe indulgentiâ, *Patrem filio permittere, qua haberet Spiritus S.* Notum illud de hujus Pontificis Simoniâ carmen:

Vendit Alexander Claves, Altaria, Chriſtum,
Vendere jure poteſt, emerat ille prius.

Plura vide apud *Spanhem.* Hiſt. Eccleſ. *Sec. XV.* & *XVI.*

Hic referre juvat hiſtoriolam quam narrat *Balius* in Diſſert. *de Libellis diffamatoriis* ad calcem Dictionarii, depromptam ex *Specimine hiſtoriæ arcanæ ſive anecdotæ de Vitâ Alexandri VI*, Hanoveræ edito A. 1696. curâ Viri Cl. *Leibnizii*, qui *Specimen* iſtud excerpſit è Diario *Joannis Burchardi* Argentinenſis, Capellæ *Alexandri VI.* Clerici, & Ceremoniarum Magiſtri, quam Hiſtoricum ſimplicem & ſincerum, ac probè ſcium pronunciat Artis Criticæ peritiſſimus Vir *Balius*, loc. cit. *p. m.* 3106. „ Dominica ultima, *inquit*, “ menſis Octobris in ſero „ fecerunt menſam cum Duce Valentinenſi (*Cæſare Borgia*) „ in camerâ ſuâ in palatio Apoſtolico quinquaginta „ meretrices honeſtæ, Cortegianæ nuncupatæ, quæ poſt „ cœnam chorearunt cum ſervitoribus & aliis ibidem „ exiſtentibus, primò in veſtibus ſuis, deinde nudæ. „ Poſt cœnam poſita fuerunt candelabra communia men„ ſæ cum candelis ardentibus, & projectæ ante candela„ bra per terram caſtaneæ, quas meretrices ipſæ ſuper ma„ nibus & pedibus nudæ candelabra pertranſeuntes col„ ligebant, Papa, Duce, & Lucretia ſorore ſuâ præ„ ſentibus & aſpicientibus: tandem expoſita dona ul„ timo, diploides da ſerico, paria caligarum, bireta „ & alia, pro illis qui plures dictas meretrices carna„ liter agnoſcerent, quæ fuerunt ibidem in aulâ pu„ blicè carnaliter tractatæ arbitrio præſentium, & do„ na diſtributa Victoribus. Feria quinta, undecima „ menſis Novembris intravit urbem per portam virida„ rii quidam ruſticus ducens duas equas lignis onera„ tas, quæ cùm eſſent in plateola S. Petri, accurre„ runt ſtipendiarii Papæ, inciſiſque pectoralibus, & li„ gnis projectis in terram cum baſtis, duxerunt equas „ ad illam plateolam quæ eſt inter Palatium juxta il„ lius portam, tum emiſſi fuerunt quatuor equi cur„ ſorii liberi ſui frænis & capiſtris ex palatio, qui ac„ currerunt ad equas, & inter ſe propterea cum ma„ gno ſtrepitu & clamore morſibus & calceia contenden„ tes, aſcenderunt equas & coierunt cum eis, & eas „ graviter piſtârunt & læſerunt; *Papâ* in feneſtra ca„ meræ ſupra portam Palatii, & Dominâ *Lucretiâ* cum „ eo exiſtente, cum magno riſu & delectatione præmiſſâ „ videntibus. “

De *Alexandro VI.* dicere non erubuit quidam Satyricus:

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & ipſe,
Semper & à Sextis perdita Roma fuit.
De vitio in vitium, de flamma ceſſit in ignem
Roma, ſub Hiſpano deperitura jugo.

Hoc ei Epitaphium erexit *Sannazarius* Epigr. l. 2. apud *Morer.* p. 213. edit. Baſil. A. 1731.

Fortaſſe neſcis, cujus hic tumulus ſiet?
Adſta viator, ni piget:
Titulum quem Alexandri vides, haud illius
Magni eſt, ſed hujus qui modo
Libidinoſâ ſanguinis captus ſiti,
Tot civitates inclytas,
Tot regna vertit, tot Duces leto dedit,
Natos ut impleat ſuos.
Orbem rapinis, ferro & igne funditus
Vaſtavit, hauſit, eruit:
Humana jura, nec minus cæleſtia,
Ipſoſque ſuſtulit Deos:
Ut ſcilicet liceret (heu ſcelus) patri
Natæ ſinum permingere,
Nec execrandis abſtinere nuptiis
Timore ſublato ſemel:
Et tamen in urbe Romuli bis vel undecim
Præſidet annis Pontifex.
I nunc, Nerones, vel Caligulas nomina,
Turpes vel Heliogabalos.
Hoc ſat, Viator; reliqua non ſinit pudor:
Tu ſuſpicare, & ambula.

Notum eſt Epitaphium filiæ *Lucretiæ*:

Conditur hoc tumulo Lucretia *nomine, ſed re*
Thais, *Pontificis Filia, Sponſa, Nurus.*

Plura de *Alexandro* colligere non vacat. Quæ laudantur ejus eruditionis monumenta hæc ſunt.

SCRIPTA:

1. *Clypeus defenſionis Sacræ Romanæ Eccleſiæ.* Argentorati 1492. vel 1497.

2. *De Cardinalium excellentiâ & officio Vicecancellarii* Lib. I. qui olim, teſte *Lud. Jacob.* p. 13. aſſervabatur in Bibl. Card. *Sirleti.*

3. *Gloſſa in Regulas Cancellariæ*, ad Innocentium VIII.

4. Epiſt. *ad Ruthenos*, Rituum Græcorum ſectatores, quâ eos, ut Eccleſiæ Romanæ ſe adjungerent, paternè hortatur. Ea forte eſt de qua ſic *Nat. Alexander*: „ Cùm da Ruthenorum Baptiſmate orta eſſet » controverſia, iis repetendum non eſſe ſanxit, qui » ejurato Schiſmate ad Romanæ Eccleſiæ ſinum redi» rent.

» rent. Pontificiam eâ de re Conſtitutionem legere » eſt apud *Odor. Raynaldum*, ad A. 1501. num. 37.

5. Epiſtolæ plures *ad Card. Ximenium*, & *Franciſcum Philelphum*, Poëtam & Oratorem celeberrimum: quarum quædam extant in Bibl. laud. Card. *Sirleti*, & in Vitâ Card. *Ximenii*.

6. Epiſtolæ in cauſa *Hieronymi Savonarolæ* Dominicani, cum ejuſdem reſponſivis. Extant MSS. in Bibl. Card. *Barberini*, teſte *Lud. Jacob.*

7. Epiſtolæ LXXXIV. *pro ſolis Franciſcanis, ac Monialibus S. Claræ ſcriptæ*: quas apud *Wading.* Annal. *Tom. VII.* & *VIII.* reperiri teſtatur *Eggſius* p. 689.

8. *Epiſtolæ & Conſtitutiones Eccleſiaſticæ XXI.* apud *Bzovium* ad A. 1493. &c. teſte *Henr. Wharton* in Append. ad *Caveum*, ad. A. 1492.

Quarum argumenta reperio, hîc ſubjicio:

I. *Contra ſibimet jus dicentes, aut Cavalcatam aut Hominum miſſionem facientes in ſtatu Eccleſiaſtico*, data Romæ apud S. Petrum Kal. April. A. 1493. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* Tom. I. p. 452.

II. *Inſulæ novi Orbis à Ferdinando Hiſpaniarum Rege, & Eliſabeth Regina repertæ, & reperiendæ, conceduntur eiſdem, propaganda fidei Chriſtianæ causâ*: data ad Ferdinandum & Elizabeth, ibid. eod. anno, IV. Non. Maii. *Bullar.* p. 453. quæ neſcio quâ de causâ iterum legitur *Tom. X.* ſeu *Contin. Part. IV.* p. 2. edit. ult. *Luxemb.* ex Cod. Diplom. *Leibnitii* Tom. I. Part. I. *p.* 471.

III. *Subjectio Congregationis Fratrum Apoſtolorum pauperis vitæ, ſub Regula S. Auguſtini*: data ibid. A. 1496. VII. Id. Jan. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 455.

IV. *Inventio tituli Crucis D. N. Jeſu-Chriſti Salvatoris, die ultima Dominica Menſis Januarii 1492. in Eccleſia S. Crucis Hieruſalem nuncupata de urbe. Et conceſſio plenaria peccatorum indulgentiæ, pro eâ die illam viſitantibus*, data univerſis Chriſti fidelibus, ibid. eod. anno, IV. Kal. Aug. *Bullar.* ibid.

V. *Privilegium Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quod officium ſacriſtæ Apoſtolici, per unum ex eis exerceatur*: dat. ibid. A. 1497. Id. Oct. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 456.

VI. *Contra non ſolventes cenſus, Canones, & alia jura, vel regalia, Rev. Cameræ Apoſt.* data ibid. eod. anno, XV. Kal. Jan. Univerſis Vicariis, Feudatariis, Gubernatoribus, Cenſuariis, Fictuariis, Emphyteutis, ſive Adminiſtratoribus Civitatum, Terrarum, Caſtrorum & bonorum S. R. E. quacumque dignitate fungentibus. *Bullar.* ibid.

VII. *Unio Congregationis Monachorum Ordinis Ciſtercienſis in Provincia Thuſciæ, & Monachorum ejuſdem Ordinis in Provincia Lombardiæ, & ex eis Inſtitutio unius Congregationis S. Bernardi in Italiâ nuncupandæ, cum ſtatutis, & ordinationibus pro ejus regimine*: data ibid. eod. anno, X. Kal. Jan. ad futuram rei memoriam. *Bullar.* p. 457.

VIII. *Quod Pauperes Jeſuati, de cætero Fratres Jeſuati S. Hieronymi nuncupentur, cæteris Religionis ejuſmodi denominatione interdictâ*: data ibid. A. 1499. II. Kal. Sept. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 460.

IX. *Privilegia ædificantium in viâ Alexandrinâ nuper in Urbe directa, à Caſtro S. Angeli, ad Plateam S. Petri Principis Apoſtolorum*: data ibid. A. 1500. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 459.

X. *Inſtitutio Officii Summatoris Literarum Apoſtolicarum in Officium perpetuum vacabile, cum indultorum & gratiarum conceſſione*, data ibid. eod. anno, X. Kal. Oct. ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 461.

XI. *Contrà offendentes, per ſe vel alium litigantes in Curiâ Romanâ, eorumque Judices, Advocatos, Procuratores, Notarios, teſteſque & alios*: data ibid. eod. anno, Id. Apr. ad perpetuam rei memoriam. *Ibid.*

XII. *Conceſſio Gubernii quarumdam Terrarum Status Eccleſiaſtici, Clericis Rev. Cameræ Apoſt.* data ibid. A. 1502. III. Kal. Maii, ad perpetuam rei memoriam. *Bullar.* p. 463.

XIII. *Renovatio Conſtitutionis Innocentii VIII. pro moderandis Immunitatibus in Regno Angliæ*; data Romæ apud S. Petrum A. 1492. ad futuram rei memoriam. *Bullar.* Tom. X. ſeu Contin. Part. IV. *p.* 1. ex Archiv. Angl. *Rymer.* Tom. XII. p. 541.

XIV. *Facultas tradita Archi-piſcopo Cantuarienſi, & Epiſcopo Dunelmenſi ad abſolvendos ſeditioſos & deturbatores Regni Angliæ*, data ad Regem *Henricum*, ibid. A. 1495. Id. Jul. *Bullar.* Tom. cit. *p.* 3. ex eod. *p.* 573.

XV. *Conceſſio, ut Equites Ordinum Militarium Luſitaniæ à Voto Caſtitatis abſolvantur, ut ſalvo Ordine matrimonia inire poſſint*: data ibid. A. 1496. XII. Kal. Jul. ad perpetuam rei memoriam. *Ibid.* ex Cod. Diplom. *Leibnitii* Tom. I. Part. I. p. 475.

XVI. *Confirmatio Militiæ S. Michaelis à Rege Galliæ inſtitutæ.* data ibid. eod. anno, Id. Nov. *Bullar.* p. 4. ex eod. *p.* 476

XVII. *Excommunicatio & Interdictum contra Ludovicum Galliæ Regem communicatum, ſi defecerit in ſolutionibus Regi Angliæ promiſſis*: data ibid. A. 1500. prid. Id. Jun. ad futuram rei memoriam. *Ibid.* ex Archiv. Angl. Tom. cit. *p.* 762.

XVIII. *Bulla ſuper Canonizatione Anſelmi Archiep. Cantuar.* Extat, teſte cit. *Henr. Wharton*, Concil. Tom. XIII. p. 1476.

Vitam Alexandri VI. & Cæſaris Borgiæ *Anglicè* edidit *Alex. Gordonius* Auctor *Itinerarii Septentrionalis*, Londini A. 1729. ſub tit. *An Account of the Lives* &c. Vid. Diarium Gallicum cui tit. *Bibliotheque raiſonnée* &c. Tom. III. p. 215. Gallicam verſionem teneo, quæ hoc tit. prodiit. *Vie du Pape Alexandre VI. & de ſon fils Ceſar Borgia* &c. Amſtelod. 1732. II Voll. in 12. Ex eâ quæ notatu digna occurrunt, Supplementi loco ſubjiciam: *Part. II. p.* 44. hæc leguntur ex Card. *Bembo* Hiſt. Venet. *Quoniam autem*, inquit, *libido ea* (Simoniæ) *inter cives creverat, ut quamplurimi Sacerdotia, quæ habere bonis artibus non poterant, Romæ coemerent: quâ in urbe ejus rei conſuetudo facultasque ab* Alexandro *inſtituta, latè palamque invaluerat, Decemviri ſanxerunt, ſi quis in poſterum id faceret, ejus bona fiſco inferrentur, ipſe ab urbe atque urbis finibus quamdiu viveret, exul eſſet.* Pag. 76. hæc ejuſd. *Bembi* leguntur verba: « Pecuniæ
„ verò ſacræ ſummam libuit mihi huic loco adſcribere,
„ ut intelligi poſſit, quanta quamque ardens eo tem-
„ pore fuerit in hominum mentibus Religionis exiſtima-
„ tio, & Deorum immortalium timor. Porro in *Urbe*
„ auri libræ 297. eo nomine (*pro Indulgentiis*) ſunt con-
„ fectæ, *Patavii* 61. *Venetia* 64. & ſemi libra, *Verona*
„ 31. Brixiæ 48. *Bergomi* ferè 44. *Cremonæ* 12. *Cremæ*
„ plus novem, *Tarviſii* 24. *Feltri* 12. & ſemi libra,
„ *Cividalis Carnicæ* novem, *Utini* 42. atque, ut à claris
„ Urbibus ad tenuiora Oppida deſcendamus, *Foſſa*
„ *Clodia* libras auri paulo minus 8. facilè contulit, *Por-*
„ *tus* quem *Gruarium* appellant, ferè 11. *Colonia*, qui
„ quidem vicus eſt in Vicetinorum finibus, 4. itemque
„ ſupra quam quis crederet alia in Continenti Caſtella,
„ Vicique; ut eſſet ſumma omnis, *Auri libra ſepties*
„ *centies & novies*, eoque amplius.

Pag. 169. ex Diario *Burchardi* p. 88. „ Intellexi
„ veridicâ relatione, quod in Piumbino Papa facit fieri
„ publicè in Platea ante Palatium ſuum Choream per
„ omnes pulchras mulieres & puellas quæ in Caſtro erant
„ ad plures horas, & quod major pars eorum qui cum
„ Papa ibidem fuerunt, comederunt carnes (licèt
„ Quadrageſimæ tempore) ſimiliter eundo & redeundo
„ in omnibus locis.

Varia *Gordonius* in Appendice exhibet inſtrumenta ex eodem *Burchardo*, *Guicciardino* aliiſque petita, v. g. *p.* 444. Inſtructiones *Alexandri VI.* datas Nuntio *Georgio Bozardo* quem ad Sultanum Bajazet mittebat, ab eo petens aureos ducatos 40000. Sequuntur *p.* 449. &c. quinque Sultani ad Pontificem Epiſtolæ: *P.* 475. *ſeq.* Articulus de Fratre *Hieronymo Savonarola* Dominicano: *P.* 488. Epiſt. Papæ *Alexandri* de eodem ad Priorem & Conventum Monaſterii S. Marci Ord. Prædic. Florentiæ: *P.* 491. Pontificis ad *Savonarolam* Epiſtola, cui

Digitized by Google

ſubjicitur p. 493. *Savonarolæ* reſponſoria, lectu ſanè digna, quâ ſe ab omnibus falſis, ut prætendit, criminationibus in ſe conflatis purgare conatur.

ALEXANDER Pontifex Romanus, nomine VIIus ordine CCXLI. antea *Fabio Chigi* ſeu *Fabius Chiſius*, patriâ Senenſis, natus A. 1599. Id. Febr. Epiſcopus Neritonenſis, ſeu *Nardi* in Salentinis, & in Germaniâ Nuntius, poſt obitum INNOCENTII X. ſciſſis in tres factiones Cardinalium deſideriis, à tertia harum, cui *Volantis* datum nomen (Ital. *ſquadrone volante*,) annitente præcipuè *Olympiâ*, tandem ad Pontificatum promotus eſt d. 8. April. A. C. 1655. *Ferdinandi III.* Imp. 19. Initio ſui Pontificatûs Pedemontana Valdenſium horribilis laniena facta eſt, ingenti nimirum ex toto Pedemontio exercitu, junctis ſex Legionibus Gallicis Hiberniſque conflato: quod tamen *Alexandrum* improbaſſe legitur in Epiſt. *Steph. Curcellæi* ad *Sam. Sorberium* data Amſtelod. 24. Dec. 1655. quæ ordine DCV. Gallicè extat inter *Epiſt. Eccleſ. & Theol. præſtantium Virorum* &c. p. 876. edit. *Amſtelod.* 1684. Improbavit, inquam, *Alexander*, dicens non eâ eſſe utendum viâ ad devios in Eccleſiæ ſinum reducendos.

Eod. anno 1655. die 20. Sept. Bullam edidit *Alexander*, quâ Pacis Catholicorum Principum faciendæ prætextu, eoſdem adverſus Proteſtantes, Sueciæ cumprimis Regem accendere conatur: hanc unà cum gloſſa quadam (ut vocat) ordinariâ repræſentat *Heideggerus*, Pontificiis quàm maximè contumelioſâ.

Sub eo *Chriſtina* Sueciæ Regina, quæ poſt abdicatum Regnum, *Hamburgi* aliquandiu morata, *Bruxellis* dein Pontificiam Religionem amplexa fuerat die 24. Dec. A. 1654. Oenipoute accepto (per *Lucam Holſtenium* ab *Alexandro* miſſum) Brevi Pontificio, eam publicè profeſſa eſt, atque in XXV articulos fidei Romanæ juravit die 3. Nov. 1655. Inde Lauretum venit die 8. Dec. ubi Mariæ imagini Coronam auream, aliaque maximi pretii munera obtulit; quæ cùm in theſaurum illata B. Virginis, ſequenti carmine inſcripta vidiſſet,

Hanc tibi ſacravit ſpretam Regina Coronam
In Cælo tribuas ut meliore frui:

inſulſum Poëtam ſalsè riſit, & *ſpretam* Coronam à ſe Mariæ Virgini donatam negavit. Tandem die 23. Dec. Romam intravit, & ad Palatium Pontificis perrexit, ubi *Alexandri* throno inſidentis pedes oſculata, amplexu verò ab eo ſalutata, gaudium ſuum declaravit quòd in gremium Eccleſiæ Romanæ recepta eſſet: Reſpondit Papa: *Converſionem Reginæ tantum opus eſſe, ut propter eam grandius in Cælo feſtum eo die agitetur, quàm ipſa in terrâ agitari videat.* Poſtero die Papa Sacramentum Confirmationis eidem impertitus, nomen ei *Chriſtinæ Mariæ Alexandræ* indidit.

Quàm pleni bonæ ſpei per initia Papatûs *Alexandri* omnes fuerint, fore ſcilicet, ut temperet ſibi ab Eccleſiæ Bonis in Nepotes & conſanguineos profundendis, aſſentatorum ejus non nemo prodidit. Faculam quin etiam bonæ ſpei nonnullam accendit ipſe *Alexander*, quando electus Papa conſanguineis ne Romam venirent injuſſu ſuo, ſeriò interdixit. Fertur etiam juramento apud Crucifixi imaginem depoſito ſe obligâſſe, *quod nunquam Nepotes ſuos Romæ excepturus ſit.* Jamque Cardinalis *Pallavicinus* in ejus laudes effuſiſſimus, Hiſtoriæ Concilii Tridentini Galeatum Prologum præfixerat, quo *Alexandri* heroicum iſthoc neglecti Nepotiſmi facinus tertium uſque in Cœlum tulit: quem tamen, cùm res alium longè eventum ſortita eſſet, non ſine pudore & impenſarum jacturâ (plurima enim folia, jam impreſſa, has laudes ebuccinantia, ſupprimi debuerunt) ſeu abortivum fœtum tollere, & cum neſcio quo Epilogo Operis, (qui ipſe tamen poſt mortem *Alexandri*, ſaltem in Latinâ editione *Baptiſtæ Giattini* omiſſus etiam fuit) commutare neceſſe habuit. Mox etenim *Alexander* in mitiora ſe inclinari paſſus, Nepotes muneribus mactavit; & ad honores fortunaſque ſummas provexit. Obſtiterat quidem ſolenne juramentum, ſupra relatum; ſed ei ſcrupulum exemit ipſe *Pallavicinus*. Cùm enim ab eo interrogatus Pontifex, ob præſtitum juramentum anxius nonnihil, de conceptis, quibus juravit verbis, reſpondiſſet, juràſſe ſe, *quod Nepotes & proximos ſuos Romæ excipere nunquam velit*; auctor ei fuit Jeſuita Cardinalis ut non Romæ, ſed tendentes Romam in mediâ viâ exciperet. Ita *Senâ* venientes in mediâ viâ lætus excepit, *Marium* nempe Fratrem, Nepotes verò quinque, *Flavium*, *Auguſtinum* & *Sigiſmundum*, duoſque alios, quos omnes, conſanguineos item remotiores dignitatibus fortuniſque ampliſſimis auctos ita reddidit, ut ſimilis Nepotiſmi in Pontificiâ ſede exemplum perfectius hactenus nullum extiterit, inquit *Heideggerus* in Hiſt. Pap. *p.* 432. edit. *Amſtelod.* 1684. qui *p.* 433. *Alvari Pelagii* Joannis XXII. Pœnitentiarii de Pontificum Nepotiſmo querelam refert ex lib. II. art. 15. *de planctu Eccleſiæ*, & pag. ſeq. aliam *Franciſci* Rothomagenſis *de Rebus Eccleſiæ* lib. 1. cap. 9.

Hiſtoriam Conclavis *Alexandri VII.* Auctore Italo minimè ſuſpecto, ſaltem ob pro fuſiſſimas quas *Alexandro* admetitur laudes, Romæ *Italicè*, & à *Joan. Schwarzkopfio* Seren. Aug. Brunſvicenſium Ducis Conſiliario *Latinè* fuſiùs proditam, repræſentat laudatus *Heideggerus*, qui encomiaſtæ verba refert *p.* 410. &c. „Si » noſtro, *inquit*, hoc ſeculo Principem quis cerneret, » qui nudum corpus rigidiſſimo veſtiviſſet cilicio, ne» mo non eum tanquam vitæ integerrimæ, exempla» ris & ſanctæ ſtudioſum, ſuſpiceret. At talis Noſter, » cùm habitu Pontificali indueretur, repertus eſt. Qui » etiam alias animi ab affectibus terrenis, mundaniſ» que divitiis alieni, ſignificationes haud dubias ſæpè » jecit. Lectus enim ejus, in quo, cùm Cardinalis » eſſet, dormire conſueverat, non mollibus ac delica» tis plumis ſtratus erat, cùm ſemper duriſſimè quie» tem ceperit. Singulis quoque ſeptimanis bis jeju» nando abſtinentiam ſuam oſtendit, nec jam Ponti» fex ab iſto more tantillum recedit " &c. Narrat deinceps, eum Papam creatum, cùm ſolenni pompâ in ædem Petri portatus eſſet, ut ibi ſuper altari magno, in medio Templi extructo, ab omnibus Cardinalibus adorationis cultum publicè reciperet, noluiſſe præcedentium Paparum more in altaris medio collocari, ſed vehementer inſtitiſſe, ut in angulo quodam altaris relinqueretur, indignum ſe profeſſus eo loco, quem cæteri Pontifices tenuiſſent. Illic tamdiu proſtratum, imaginemque crucifixi amplexum, maximâ cum animi dejectione jacuiſſe, quamdiu adorationis ſolemnitas duravit. Ubi verò relicto S. Petri templo ad proprium cubiculum Palatii Vaticani delatus fuit, prius quam ſe feſſum jam moleſtis functionibus quieti daret, arcam è cupreſſo, plumbo intus obductam, ut illic poſt mortem conderetur, ſibi condi, & ſub lecto ſuo reponi juſſiſſe. Item refert, eum proximâ ab electione die *Olympiam*, quæ gratulatura ei novam dignitatem Palatium intraverit, rejeciſſe, eò quòd, aiebat, Palatium Papæ à fœminarum pedibus calcari decorum non ſit. Addunt alii, indignabundum *Olympia* objeciſſe, ſatis diu jam Pontifices illam vidiſſe. Alia quoque ſanctitatis & virtutis *Alexandri* *tumpiena* idem memorat; cujuſmodi ſunt, *quòd cognatos ſuos Romam* (ut ſupra dictum) *injuſſu ſuo venire prohibuerit*, docens ſic *ſe jam cognatos non habere*, *nec domi ſuæ evehendæ ſtudere*, *potioremque curam illam habere*, *quomodo Eccleſiæ reditus uſibus neceſſariis applicarentur*: quòd ablata poſtridie creationis à diverſis Principibus aliiſque munera, promptè magnoque animo reſpuerit; inprimis verò *Olympiæ* lectum, variè acupictum, & unionibus contextum, 40. millium aureorum pretio æſtimatum, actutum eidem remiſerit; eamque ad reddendam rationem furtorum ſuorum, inprimis arcæ, in qua 80. aureorum millia, ab *Innocentio*, ſucceſſori tradenda, repoſita ipſemet *Alexander* adhuc Cardinalis viderit, reſtitutionem compulerit; quòd inter Principes diſſidentes concordiam ſarcire, & animas hæreſi pereuntes ad gremium Eccleſiæ reducere, in conſilium miſſis illicò vitæ pro-

batæ

batæ, & expertæ prudentiæ Cardinalibus, ſtuduerit: quod Venetis ſuppetias adverſus Turcas ſtatim tulerit: quòd denique totus motibus ſpiritualibus, meditationibus ſanctiſſimis, & cogitationibus ad totius Eccleſiæ bonum collineantibus, & quidem non perfunctoriè, ſed ſeriò & acriter deditus ſit. *Aa familia ſua ſplendorem* (ita ſub finem loquitur) *auctum, nepotibuſque ſuis Cardinalatus aliaſve dignitates largitura ſit ſua Santtitas, nondum liquet*: Sed liquere mox cœpit, ut ex ſupra narratis patet. Addit *Heideggerus* p. 413. *Mahometem eo ipſo tempore* (Alexandri VII.) *Imperatorem Turcicum quinto gradu conſanguinitatis*, ex Alanc Moruglio, *communi ſtirpe & Atavo utriuſque Parentis Pontificii & Turcici, peſſimo utique omine contigit, uti quidem* Paſtorius *in Henninge redivivo* p. 159. *demonſtravit*. Atqui pedem hic figere brevitatis cauſa neceſſe eſt. Sat erit ſi dicam obiiſſe hunc Pontificem A. 1667. die 22. Maii, cujus mortem doluerunt Jeſuitæ multò plus quàm Janſeniſtæ. Succeſſorem habuit *Clementem IX.* Nunc *Alexandri* in Rempublicam literariam merita proſequamur.

SCRIPTA:

1. *Sermones ſacri in nonnulla celebriora anni feſta.*

2. *Orationes plures* Latinæ & Hetruſcæ, in Legationibus & Conſiſtorio dictæ.

3. *Epiſtolarum ad varios* Volumen.

4. *Pia monita* è Scriptis D. *Franciſci Saleſii* excerpta.

5. *Poſitiones*, ſeu *Theſes Philoſophicæ*, *Theologicæ*, *Juridicæ*, Senis diverſo tempore, in publico Doctorum conſeſſu, pro triplici Doctoratûs ſeu Magiſterii laureâ cum plauſu conſcriptæ & defenſæ.

6. *Verſio Thomæ à Kempis* ex Italico in Latinum, quam ex matris *Lauræ Marſiliæ* imperio novennis ſuſcepit, & ad exitum perduxit, ignorans tunc temporis Auctorem hunc Latinè prodiiſſe.

7. *Hymni Sacri*, quorum nonnullis hodie, inquit Eggſius p. 889. Eccleſia in ſacra Pſalmodia utitur.

8. *Judicium Theologicum* ſuper quæſtione *an pax qualem deſiderant Proteſtantes ſit ſecundum ſe illicita?* (ſic *Balius*:) vel, *licita?* (ſic *Lipenius*:) &c. *operâ ac ſtudio* Erneſti de Euſebiis *civis Romani*. Excuſum ait *Lipenius* (Tom. II. p. 448.) A. 1648. *Balius* verò A. 1646. *Affirmare non auſim*, inquit Vir doctiſſimus, *ſcriptum hoc deberi Nuntio* Fabio Chigi: *mihi ſatis eſt credere, eo auſpice & ſub ıte excuſum fuiſſe*. Autor (quiſquis is eſt) oſtendere conatus eſt pacem à Proteſtantibus deſideratam, Pontificiis iniquiorem eſſe, quàm ut ea ab Imperatore ſatis piè concedi poſſet: ſed irrita fuere ejus monita: Multa Proteſtantibus concedere neceſſe fuit, quæ duriores Romanæ Curiæ moleſtias creârunt, & adverſus conceſſa ardenti percitus irâ invectus eſt *Alexander VII.* tum temporis in Germania nuncius.

9. Plurima ejus *Poëmata* laudantur, quorum prodiit Volumen *Pariſiis* ex Typogr. Reg. 1656. *fol.* ſub tit. *Philomathi Muſæ juveniles*. Vid. *Placcium* in Pſeudon. *n.* 1130. *p.* 502.

10. Hic locum habeant quæ præbet *Iter Italicum* Mabillon. *Muſæi* Tom. I. p. 91. edit. A. 1724. Docet, reperiri inter Codices MSS. Bibl. Chigianæ *Romæ*, pleroſque *Alexandri VII.* manu & obſervationibus illuſtratos: varia item authentica inſtrumenta, in unum corpus ab eodem collecta, quod inſignem, inquit doctus Benedictinus, Pontificis diligentiam, atque in litteras amorem arguit. Ex libris editis (pergit *p.* 93.) præclara ſunt *Biblia Polyglotta*, Pariſiis ante annos 40. expenſis Jaianis (*du Jay*) impreſſa, & pretioſa operta corio: quibus *Alexandro VII.* fucum facere tentârunt Hollandici Typographi tres, qui cùm A. 1666. Romam librorum venalium cauſa adventaſſent, primum horum librorum folium, quod titulum operis continet, cum anno & loco impreſſionis, novis typis recudi curârunt, adjectâ Epiſtolâ nuncupatoriâ ad *Alexandrum VII.* in cujus gratiam hanc editionem primò factam fuiſſe videri voluerunt. Specimen ita habet: BIBLIA ALEXANDRINA HEPTAGLOTTA, *auſpiciis S. D. Alexandri VII. anno Seſſionis ejus XII. feliciter inchoato*. Lutetiæ Pariſ. *Proſtant apud Joan. Janſonium à Waesberge, Joan. Jac. Chipper, Eliz. Weirſtract.* MDCLXVI. Sic titulus: Præfatio ſeu Epiſtola hoc modo exordium habet:

» Ab ultimis Belgarum, Urbem Dominam, Sedem
» veſtram, Romam, divinarum litterarum ſarcina inſ-
» tructi magis quam onuſti, multiplice Sanctitatis
» veſtræ illicio, ſeu potentiore quodam magnete,
» fortiter ſuaviterque protracti, anhelis, non tam fa-
» tigatione quam exultatione animis paſſibuſque ſubin-
» tramue deſideratiſſime terris & nobis Pontifex Maxi-
» me: quò ut votorum noſtrorum vehiculo ſubvecti
» feliciter devenimus, non in primis Urbis Sanctæ
» portis moramur, aut palatiorum promiſcuè ſtatim
» obviorum magnoperè miramur anguſta: alius ardor,
» alia quam curioſitatis cura nos angit: Alexandrum,
» Alexandrum inclamamus: rectaque ad Vaticanum,
» viæ noſtræ finem, greſſu intento, dona quæ ſep-
» templex Sacræ Scripturæ facies facit, deferimus &c. »

Sic fumos, immo libros ſuos venditabant: ſed non diu doli ſui uſura penes eos ſtetit.

Hujus Pontificis merita in Collegium Sapientiæ celebrant eruditi Viatores, laudatus *Mabillonius* cum ſocio ejuſd. Congreg. Presbyt. D. *Michaele Germain*, lib. cit. *p. m.* 148. Hujus ſcilicet Collegii totam fabricam *Alexander VII*, *Borromino* Architecto, abſolvit A. 1660. Inſtructa etiam ab eodem (Papa) Bibliotheca inſignis, cujus ædificium magnificæ totius Collegii ſtructuræ apprimè reſpondet. Magna ibi librorum copia, ſed veteres Codices pauci. Eo tranſlata e *Alexandri* juſſu Bibliotheca *Conſtant. Cajetani*. Ibidem ſex Cathedras, præter alias jam dotatas, inſtituit idem Pontifex: quarum una eſt de Controverſiis Fidei, altera de Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, cæteræ de Jure tam Canonico quam Civili. Præclara ſanè inſtitutio; ſed, (addunt Noſtri) ſi fundatorum votis, & ædificiorum ſplendori frequentia ſtudentium reſponderet.

Plura hanc in rem dabit *Spizelius* in Diſſert. Prælimin. *Specim. Bibl. Univ.* §. VI. ubi honorificam refert inſcriptionem quam *Alexandro VII.* hâc occaſione erigi curârunt Advocati Sacri Conſiſtorii. Eam hîc exſcribere lubet.

ALEXANDRO VII. P. M.

Quod poſt Urbem à peſtilentiâ vindicatam
Et ad ſummam elegantiam, nitoremque
Multiplici opere perductam:
Poſt emendatos populi mores
Et Cleri diſciplinam
Divinumque Cultum ſanctius ordinatum,
Aliaque quamplurima liberaliter
Poſita & ſalubriter inſtituta:
Ne quid
Vel ad Civium commoditatem
Vel ad amplitudinem Urbis
Deeſſet:
Liberalibus diſciplinis
Et bonis artibus publicè alendis
Excolendiſque
Gymnaſii ædificationem abſolverit,
BIBLIOTHECAM
Inſtituerit, inſtruxerit, dicarit,
Sacri Conſiſtorii Advocati
P. P.
ANNO MDCLX.

Sequuntur *Alexandri VII.* CONSTITUTIONES, BULLÆ, DECRETA *&c.* & quæ ad ea ſpectant.

Non tantum INNOCENTII adverſùs Janſeniſtas anathemata confirmavit, ſed etiam Propoſitiones V. ab INNOCENTIO damnatas, ex Janſenii *Auguſtino* excerptas, & in ſenſu ab eodem *Janſenio* intento damnatas eſſe definivit, atque hæc verba, *Vetus interpres D. Auguſtini, Gratia divinæ Catholicus defenſor* in *Janſenii* tumulo ampliùs legi noluit.

Librum

Librum habemus, in quo collectæ leguntur Gallico-Latinæ pleræque Bullæ, Conſtitutiones *&c.* à Concilio Tridentino ad An. 1697. quo prodiit liber iſte *Montibus* in 8. hoc tit. *Recueil Hiſtorique des Bulles & Conſtitutions, Brefs, Decrets & autres Actes, concernant les Erreurs de ces deux derniers Siecles tant dans les matiéres de la Foi, que dans celles des mœurs* &c. In eâ Collectione reperitur *p.* 112. Epiſtola Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Eccleſiaſticorum virorum in Generalibus Cleri Gallicani Comitiis congregatorum, ad *Alexandrum VII.* in quâ poſtquam dixerunt interfuiſſe rei Chriſtianæ, ut is unitatem Eccleſiæ his difficillimis temporibus regeret, qui pietate ſua cœleſte præſidium fidelium gregi promereri poſſet, atque prudentia ſua, æquè ac conſtantia fluctus illos ſuperare, quibus Petri navis, cujus clave feliciter tenendo admotus eſt, atrociter concutitur: Monent .

1°. Se à Chriſto Domino in partem ſollicitudinis vocatos id egiſſe ſuperioribus annis apud *Innocentium X.* ut Conſtitutionem ederet, qua motus in Gallia excitati ob *Janſenii* Yprenſis Epiſcopi doctrinam, certis capitibus comprehenſam, compeſcerentur.

2°. Promulgatum à Gallicanis Epiſcopis Decretum illud.

3°. Epiſcopos illos judicio ſuo decreviſſe, quinque has Propoſitiones ad *Janſenium* pertinere, ejuſque opiniones fuiſſe proſcriptas.

4°. Hanc ſententiam, ab eodem Pontifice non ſolùm probatam, ſed etiam Auctoritatis Apoſtolicæ pondere de integro confirmatam, Brevi dato ad Cleri Gallicani Cœtum.

5°. A Clementia Chriſtianiſſ. Regia impetraſſe Edictum, quo ſibi pollicentur repreſſum iri nefarios conatus Sectatorum Calvinianæ hæreſeos.

6°. Priorem hanc cauſam excepiſſe aliam illi germanam ob erroris ſocietatem de profliganda *Janſeniana* doctrina, Brevis Apoſtolici Majeſtate.

7°. Illud ſuſceptum fuiſſe ab iis, eadem mentis alacritate, qua Concilii Africani Patres ab ipſis expetitam *Zozimi* Epiſtolam amplexi ſunt, quæ *Pelagii* atque *Cœleſtii* errores, quos clanculum propagabant, peremptorio Decreto proſtravit.

8°. Breve illud verſutias omnes Janſeniſtarum infregiſſe. *&c.* Epiſt. data eſt 2 Sept. A. 1656.

1. Huic Epiſtolæ reſpondit *Alexander VII.* Bulla 16 Octobr. 1656. qua confirmat Bullam *Innocentii X,* approbat & innovat, & quinque propoſitiones ex libro *Cornelii Janſenii*, cui titulus *Auguſtinus*, excerptas, ac in ſenſu ab eodem *Cornelio* intento damnatas fuiſſe declarat ac definit, & uti tales, inuſta ſcilicet eadem ſingulis nota, quæ in prædicta *Innocentii X* declaratione, unicuique illarum ſigillatim inuritur, iterùm damnat; eundem librum *Corn. Janſenii*, omneſque alios tam manuſcriptos, quàm typis editos, & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta *Cornelii Janſenii* doctrina damnata defenditur, vel adſtruitur, aut defendetur, damnat ac prohibet, omnibuſque fidelibus mandat ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo vel ſcripto exponant *&c.* Præcipit omnibus Patriarchis, Primatibus &c. ut inſertam *Innocentii X* Conſtitutionem ab omnibus obſervari faciant, ac in obedientes & rebelles, invocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, omninò coërceant. Extat in lib. cit. *p.* 120. & in Bullar. *Tom. VI.* edit. *Luxemb.* p. 46.

2. Decretum die 6. Sept. 1657. promulgatum, quo prohibentur Dni *Paſchalis* Epiſtolæ XVIII. Provinciales, duæ *Ant. Arnaldi*, aliique Janſeniſtarum libri tum editi, tum in futurum edendi. *Ibid.* p. 124. & in Indice Prohibit. (de quo infra,) p. 265.

3. In dictâ Collectione *p.* 125. habetur *Alexandri VII* Breve ad *Joannem ab Auſtriâ* Belgii Gubernatorem d. 23. Dec. 1656. ne permittat pravas nonnullorum voces ac doctrinas latiùs ſerpere proſeminarique, damnatas ſcilicet *Cornelii Yprenſis* ſententias.

4. In eod. lib. *p.* 127. habetur ejuſdem Papæ Breve fulminans 1ª Aug. A. 1661. adversùs Magnos Vicarios qui 5ª Junii 1661. declaraverant neminem teneri credere quinque Propoſitiones eſſe *Janſenii*, & fuiſſe ſenſu à *Janſenio* intento damnatas. Eos vocat malorum Zizaniorum in agro Dominico ſeminatores, Eccleſiæ Catholicæ perturbatores, turpiſſimi Schiſmatis Auctores: accuſat proterviæ, cavillationum ſubdolarum, circuituum obviam eundi Eccleſiæ definitionibus: ait ſe erga eos paterna uti velle clementia, ſperantem fore ut univerſalis Paſtoris vocem audituri ſint, & ſuis literis acceptis edictum abrogaturos, ne indignationem S. Sedis experiantur, memores verborum Dei: *Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem conquaſſabitur; ſupra quem ceciderit comminuet illum:* Denique iis precatur à Domino intellectum & reſipiſcentiæ Spiritum.

5. Ibid. *p.* 130. &c. legitur aliud Breve Epiſcopis Galliæ. 29 Julii 1663. in quo ſuum animum gaudio perfundi declarat, quòd acceperit literis ex Gallia recèns allatis, illorum in dies creſcere numerum, qui rectà ſapiunt, Conſtitutionibus *Innocentii X,* & ſuis ſe ſubjicientes; & hortatur ut pergant operi ultimam manum admovere, & procurare impensè ut omnes ſincero animo rejiciant V Propoſitiones ex *Janſenii* libro excerptas: Ibi laudat Regis Chriſtianiſſ. pietatem, & ipſi ut & illis paterno animo Apoſtolicam Benedictionem impertitur. Rex Ludovicus XIV. hoc Breve executioni mandari juſſit. Qua de re ſcripſerunt Pontifici die 2 Oct. 1663. Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Galliæ, Præſide Card. *Anton. Barberino*, & in ipsâ Epiſtolâ (quæ extat in lib. cit. *p.* 135. &c.) laudant eximiam Papæ charitatem, quâ Janſenianam hæreſim, quæ plurimorum animos veneno ſuo, veluti dira quædam peſtis, afflaverat, extinguere moliebatur; declarantque ſe rejicere ſcriptum DD. *de la Lane* & *Girardi* communicatum ab Epiſcopo Convenarum, ſeu Convenenſi (de *Cominenge*) cujus verba ipſis videbantur ſubdola, ſimulatum obſequium præ ſe ferentia, mente verſipelli & callida concinnata; obſervantes, ex Janſeniſtarum ſcriptis & ſermonibus liquidò conſtare, eos in id juxta incumbere, ut obſequium ſilentio dumtaxat, non verò mutata ſententia & doctrina ſignificent.

Sequitur hanc Epiſtolam (p. 142. &c.) alia circularis Epiſcopis Galliæ, de hoc Brevi, & reſponſo Janſeniſtarum. Item *p.* 147. 150. Declaratio *Natal. de la Lane* Doctoris Theol. Pariſ. & Abbatis Vallis-Creſcentis, ac *Claudii Girardi* Licentiati Theol. Pariſ. data Epiſcopo Convenarum, d. 24. Sept. 1663. ad ſubmiſſionem teſtandam Conſtitut. *Innocentii X.* & *Alexandri VII.*

6. Sequitur *p.* 153. (quæ & in Bullar. cit. *p.* 211.) Bulla *Alexandri VII.* in quâ formulam ſubſcribendam proponit adversùs hæreſim *Janſenii* in Galliis ſerpentem, ab *Innocentio X* fermè oppreſſam; ad inſtar colubri tortuoſi, cujus caput attritum eſt in varios gyros, & cavillationum defluxus euntem, 15 Febr. 1665. Hanc Bullam executioni mandari juſſit Rex Chriſtianiſſ. 29 April. ejuſd. anni.

7. Ille idem *Alexander VII*, die 24 7bris A. 1665. Decretum condidit adverſus XXVIII Propoſitiones, quas vocat Chriſtianæ diſciplinæ relaxationes, animarum perniciem inferentes, quæ leguntur in eod. lib. *p.* 243. &c. ac in Indice Prohibit. inf. cit. *p.* 296.

Prima hæc eſt: *Homo nullo unquam vita ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

Sexta: *Confeſſarius qui in Sacramentali Confeſſione tribuit pœnitenti chartam poſtea legendam, in quâ ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.*

Octava: *Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſâ licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructûs ipſimet celebranti correſpondentem, id-*

que

Digitized by Google

quæ poſt Decretum Urbani VIII.

Nona : *Poſt Decretum* Urbani *poteſt Sacerdos, cui Miſſa celebranda traduntur, per alium ſatisfacere, collate illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.*

Decima ſeptima : *Eſt licitum Religioſo vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi religioſo, vel ejus religioni, publicè & coram gravissimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.*

Decima octava : *Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam Judicem à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.*

Decima nona : *Nec peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam.*

Vigeſima quarta : *Mollities, Sodomia, & Beſtialitas ſunt peccata ſpeciei infimæ; ideoque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.*

Vigeſima quinta : *Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit Confeſſionis præcepto, dicens* : commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, *non explicando copulam.*

Vigeſima ſexta : *Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.*

8. Die 18. Martii A. 1666. alias XVIII Propoſitiones damnavit *Alexander VII.* quarum una ſic habet :

Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

Sequens : *Non eſt obligandus Concubinarius ad ejiciendam Concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum Concubinarii*, vulgò regalo, *dum deficiente illa nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno Concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.* Vid. lib. cit. *p.* 249. &c. & dict. Ind. *p.* 298.

9. Die 21. Aug. 1659. Decretum condideras contra librum Gallicum cui titulus

Apologia pro caſuiſtis contra calumnias Janſeniſtarum &c. Pariſ. 1657. Conf. quæ in Anonymis dicemus. Extat in eod lib. *p.* 237. & in Indice Prohibit. *p.* 272.

10. In gratiam Hiſpanorum *Thom. Villanovanum* quondam Valentiæ Archiep. in Sanctorum numerum retulit A. 1658. Canonizationis Litteræ datæ Kal. Nov. leguntur in Bullar. cit. *p.* 76. *& ſeqq.*

11. Miſſale Romanum Gallicè editum acerrimè perſtrinxit, & in Editores Verſionis, tanquam perditionis filios, in perniciem animarum novitatibus ſtudentes, & Eccleſiaſticas Sanctiones & praxim contemnentes acerrimè invectus eſt Bulla edita die 12. Januar. 1661. quæ extat in dict. Bullar. *p.* 138. Ind. Prohib. *p.* 273. & in cit. Collect. *p.* 239. Dicit Pontifex, eos qui Miſſale ita converterunt, Sacro-Sancti ritûs Majeſtatem Latinis vocibus comprehenſam dejicere & proterere, ac Sacrorum Myſteriorum dignitatem vulgo exponere, temerario conatu tentaſſe; dicit ſe novitatem iſtam perpetui Eccleſiæ decoris deformatricem, inobedientiæ, temeritatis, audaciæ, ſeditionia, Schiſmatis, aliorumq; plurium malorum productricem abhorrere ac deteſtari; perpetuò damnare hoc Miſſale, reprobare, interdicere *&c.* lectionem & retentionem univerſis & ſingulis *&c.* ſub pœnâ excommunicationis latæ ſententiæ ipſo jure incurrendæ perpetuò prohibere; Vult ut Inquiſitores exemplaria igni comburant, & comburi faciant. Facultas Theolog. Pariſ. eod. anno d. 2. Maii, dictam Verſionem damnavit, (cujus Autor Sorbonicus Doctor nomine *Voiſin*) & *Heres Janſeniſticas* Dn. *de Laval.*

12. Alia vulgata Bulla B. Virginem præveniente Spir. S. gratia à peccato originali præſervatam eſſe aſſeruit; vetuit tamen in gratiam Dominicanorum, ne quiſquam dicenti B. Virginem cum peccato originali conceptam eſſe, hæreſeos crimen impingat. Iſtud Decretum pro Immaculatâ Conceptione extat in lib. cit. *p.* 296. & in Bull. *p.* 152. Bulla data eſt A. 1661. d. 8. Dec. In eâ poſtquam aſſeruit hanc Immaculatam Conceptionem, dicit tamen : *Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus : quin potiùs contrariam opinionem hæreſis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas quibus eos ſubjecit* Sixtus IV. *aliique prodeceſſores noſtri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis ſubjicimus*, &c. Hæc Conſtitutio excuſa eſt *Hafniæ*, 1663. in 4. Germanicè.

13. In gratiam Gallorum *Franciſcum de Sales* Anicienſem Epiſcopum, Sanctis adſcripturus Pontifex, Lutetia Legatum ad ſe mitti petit, poſtquam eum Beatum jam pronuntiaſſet die 28. Dec. A. 1661. A Corſis prætoriana *Alexandri* cohorte contumeliam paſſus eſt Dux *Crequius* ad Papam miſſus, ſed non multa fuit contumelia. Extat Breve Beatificationis in Bullar. *p.* 153. & Literæ Canonizationis datæ 12. Maii 1665. vel 1666. ibid. *p.* 221.

14. Novum *Librorum Prohibitorum Indicem* edidit, in quo nec Pontificiis Bullis, celebribusque ſuæ Communionis Auctoribus pacit.

Prodiit Index iſte *Genevæ* ſub tit. *Romæ* A. 1667. ad calcem Indicis Hiſpanici ſub tit. *Matriti* eod. anno, *in fol.* Præmittitur Præfatio Viri Cl. *Bened. Turrettini* edita A. 1619. in limine Indicis *Sandovalliani* Archiep. Tolet. *&c.* Opus ad manus habeo, in quo reperiuntur *Alexandri* varia (præter jam notata) variorum Librorum prohibitoria Decreta. Vid. p. 137. 265. 269. 270. 275. 281. 291. & ſeqq.

15. Jeſuitarum opinionem *de Attritionis efficacia, & nulla neceſſitate Amoris Divini ad ſalutem* reprehendi vetuit Pontifex, Bulla ad valvas Baſilicæ S. Petri & in acie Campi Floræ, aliiſque locis affixa, publicataque die 5. Maii A. 1667. Decretum hoc *de Attritione* legitur in eod. lib. *p.* 251. & in Ind. Prohibit. *p.* 303. In eo vetat Pontifex ne quis audeat Theologicæ cenſuræ alteriuſve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alteram ſententiam, ſive negantem neceſſitatem aliqualis dilectionis Dei in præfata Attritione ex metu gehennæ concepta, quæ *hodiè* inter Scholaſticos communior videtur, ſive aſſerentem dictæ dilectionis neceſſitatem, donec à Sancta Sede fuerit aliquid hâc in re definitum. De illo Decreto item videri poteſt opus Gallicè editum A. 1723. cui tit. *Memoires Chronologiques & Dogmatiques pour ſervir à l'Hiſtoire Eccleſ. depuis l'an.* 1600. *juſqu'en* 1716. Tom. III. p. 24. de quo *Act. Lipſ.* A. 1725. p. 139. &c.

16. *Jubilæum univerſale ad implorandum divinum auxilium initio ſui Pontificatûs pro ſalutari Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ regimine, & pro pace inter Principes Chriſtianos* : univerſis fidelibus dat. die 14. Maii 1655. *Bullar.* Tom. VI. edit. Luxemb. *p.* 1.

17. *Confirmatio Statutorum Univerſitatis Artis Aurificum de Urbe* : ad futuram rei memoriam, dat. die 20. Jun. *Ibid.* p. 3.

18. *Contra Superiores Congregationis Cæleſtinorum Ordinis S. Benedicti, qui favores extra ſuum Ordinem attendentes, Officia, dignitates, ac gratias concedunt, & contra eoſdem Monachos, dictos favores conquirentes* : ad perpetuam rei memoriam, dat. die 5. Jul. *Ibid.*

19. *Declarationes Decreti* Innocentii X. *ſuper ſubjectione nonnullorum Conventuum juriſdictioni Ordinarii loci à Sacra Congregatione ſuper ſtatu Regularium edita, atque ab* Alexandro VII. *approbata* : dat. die 27. Jul. *Ibid.* p. 5.

20. *Confirmatio Privilegiorum omnium conceſſorum tam Guardiano Sacri Montis Sion quàm Fratribus necnon locis Terræ Sanctæ* : ad perpetuam rei memoriam dat. die 3. Aug. *Ibid.* p. 6.

Innovatio Litterarum Innoc. X. *Quod Commendatarii, Monaſteria Ord. Ciſterc. in Commendam obtinentes, nullam in Monaſteria ſibi commendata, quoad eorum Monachos, juriſdictionem exerceant* : ad futuram rei memoriam dat, die 26. Aug. *Ibid.*

Mede-

Moderatio Facultatum Rev. Fabricæ Baſilicæ S. Petri de Urbe circa Legata, Pauperibus in genere facta: ad futuram rei memoriam dat. die 30. Aug. *Bullar.* Tom. VI. p. 8.

Declaratio, quod in præfata Conſtitutione non comprehenduntur legata pro piis operibus incertis relicta: ad perpetuam rei memoriam dat. die 16. Nov. 1660. *Ibid.* p. 9.

Confirmatio Decreti Innocentii X. *ſuper adminiſtratione Cellerariorum Congregationis Caſſinenſis*: ad futuram rei memoriam dat. die 7. Sept. 1655. *Ibid.* p. 11.

25. *Super dominio Conventûs S. Mariæ de Victoria Fr. Carmelitarum Diſcalceatorum Provinciæ Romanæ, & gubernatione Seminarii S. Pauli in eodem Conventu exiſtentis, necnon ſuper adminiſtratione bonorum dicti Seminarii*: ad perpetuam rei memoriam dat. die 24. Sept. *Ibid.* p. 12.

Conceſſio Privilegiorum pro ſuis Capellanis communibus: ad futuram rei memoriam dat. die 18. Oct. *Ibid.* p. 14.

Diviſio & Reductio Provinciarum Religionis Cler. Regul. Miniſtrantium Infirmis: ad futuram rei memoriam dat. die 22. Nov. *Ibid.* p. 17.

Confirmatio Privilegiorum Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. & ejuſdem Confraternitatum, ac B. V. M. de Remedio: ad futuram rei memoriam dat. die 9. Dec. *Ibid.* p. 18.

Sacram & Apoſt. Viſitationem Eccleſiarum omnium Urbis, locorumque piorum quadraginta horarum celebrationem, cum indulgentiarum elargitione indicit: univerſo Clero, & Populo Romano dat. A. 1655. IV. Id. Jan. *Ibid.* p. 19.

30. *Facultates S. R. E. Cardinalium pro viſitatione Eccleſiarum & locorum piorum Urbis aſſumptorum*: dirigitur Epiſc. Alban. *Ginetto*, & Cardd. *Ulderico* Carpineo, *Marc-Ant.* Francrotto, *Franc. Angelo* Rapaccioli, *Nic.* Ludoviſio, *Jac.* Coreado, *Laur.* Imperiali, & *Gib.* Borromæo: dat. die 22. Jan. 1656. *Ibid.* p. 20.

Deputatio Secretarii ejuſdem S. Viſitationis Apoſtol. eod. die dat. *Hieronymo* Archiep. Patrac. *Ibid.* p. 21.

Deputatio Cancellarii ſeu Actuarii Cauſarum dictæ Viſitationis ad *Joſephum Palamollam* Presbyt. Policaſtr. eod. die data. *Ibid.* p. 22.

Pro Cardinalibus aſſumptis pro dicta Viſitatione: *Facultas exercendi Pontificalia*: data ad Cardd. ſupra nominatos, die 26. Jan. *Ibid.*

Pro iiſdem: *Facultas avocandi cauſas occaſione Viſitationis pendentes, & Miſſas pro defunctis ex cauſâ de uno ad aliud altare transferendi*: ad eoſdem data eod. die. *Ibid.* p. 23.

35. Pro iiſdem: *Facultas immiſcendi ſe in criminalibus*, eod. die data. *Ibid.*

Deputatio Judicis Sacræ Viſitationis Apoſt. data die 27. Jan. ad Marc. Ant. de Oddis. *Ibid.* p. 24.

Deputatio Commiſſarii, & Fiſcalis dictæ Viſitationis, eod. die data ad Tranquillum Nuntium J. U. Doct. *Ibid.*

Facultas Congregationi & Judici dictæ Viſitationis ſtandi ſimplici indicationi ſcripturarum &c. *& Judici procedendi abſque voto Congregationis uſque ad ſententiam* &c. *excluſive*: dat. die 13. Mart. ad futuram rei memoriam. *Ibid.* p. 25.

Litteræ Proceſſus Alexandri VII. *lectæ die Cœnæ Domini*, dat. die 15. April. ad futuram rei memoriam. *Ibid.*

40. *Suppreſſio Congregationis Canonicorum Regularium Sti Spiritus Venetiarum*, ad perpetuam rei memoriam dat. die 28. April. *Ibid.* p. 29.

Suppreſſio Ordinis Fratrum Cruciferorum: ad perpetuam rei memoriam dat. die 28. April. *Ibid.* p. 30.

Confirmatio, innovatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. *de datis, & promiſſis pro juſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam obtinenda*, ad perpetuam rei memoriam dat. die 2. Maii, public. die 17. *Ibid.* p. 31.

Quod Epiſcopi Italiæ, Inſularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant, dat die 26. Maii. *Bullar.* Tom. VI. p. 34.

Prohibitio extrahendi Libros, Quinterna, & folia tam impreſſa quàm manuſcripta è Bibliothecis Conventuum Fratrum Capucinorum, exceptis Prædicatoribus, tempore Quadrageſimæ: ad futuram rei memoriam dat. die 3. Jul. *Ibid.* p. 35.

45. *Pro concordia Fratrum Regularis Obſervantiæ S. Franciſci Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ Inſularum de Açorres*: ad futuram rei memoriam dat. die 17. Jul. *Ibid.* p. 36.

Jubileum univerſale ad implorandam opem divinam in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus, occaſione ſcilicet bellorum quæ tunc inter Principes Catholicos graſſabantur: univerſis fidelibus dat. die 21. Jul. *Ibid.* p. 40.

Confirmatio emphyteuſis bonorum Prioratûs, & Eccleſiæ S. Sollicitі Terræ Matelicæ Camerin. Diœceſis: ad futuram rei memoriam dat. die 5. Aug. *Ibid.* p. 41.

Revocatio exemptionum à vectigalibus, & aliis publicis oneribus: ad perpetuam rei memoriam dat. die 22. Aug. public. die 27. *Ibid.* p. 42.

De transferendis penſionibus Eccleſiaſticis, & condendis teſtamentis, aliiſque ultimis diſpoſitionibus in Urbe, ac ejus diſtrictu tempore ſuſpicionis peſtis: ad futuram rei memoriam dat. die 18. Sept. public. die 22. *Ibid.* p. 45.

50. *Confirmatio Privilegiorum FF. Ord. B. M. de Mercede Redempt. Captiv.* ad perpetuam rei memoriam dat. die 11. Oct. *Ibid.* p. 46.

Convalidatio omnium novarum electionum Prælatorum in vim confirmationum factarum Ordinis FF. Diſcalceatorum S. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv. & quod officium Superiorum non poſſit protendi, niſi ad aliud triennium: ad futuram rei memoriam dat. die 24. Jan. 1657. *Ibid.* p. 48.

Ne Commendatarii Monaſteriorum Camaldulenſium deinceps ſe ingerant in electione eorundem Superiorum, aliorumque Officialium: ad futuram rei memoriam dat. die 20. Mart. *Ibid.* p. 49.

Injungitur Cardinalibus trium Eccleſiarum Patriarchalium Urbis Archipresbyteris, eorumque Vicariis, ut divinis Officiis in eiſdem Eccleſiis interſint: ad perpetuam rei memoriam dat. die 9. April. *Ibid.* p. 50.

Quod in Regno Navarræ quotannis recolant Feſta SS. Firmini, & Franciſci Xaverii tanquam de Patronis atque Principalibus dicti Regni, ex præcepto Eccleſiæ: ad perpetuam rei memoriam dat. die 14. April. *Ibid.* p. 51.

55. *Pro electione Conſultorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium miniſtrantium Infirmis*: ad futuram rei memoriam dat. die 2. April. 1658. *Ibid.*

Pro recta adminiſtratione bonorum ad Baſilicas, & Collegiatas ſeculares Eccleſias Urbis pertinentibus: ad perpetuam rei memoriam dat. die 3. April. public. die 10. *Ibid.* p. 52.

Prohibet ne bona Eccleſiarum, & aliorum locorum piorum Urbis locentur conſanguineis, vel affinibus Rectorum aut Adminiſtratorum, &c. Eccleſiarum, & locorum hujuſmodi, ad perpetuam rei memoriam dat. die 23. April. 1657. public. die 5. Maii. *Ibid.* p. 53.

Prohibentur Muſica indecentes in Eccleſiis, & Oratoriis Urbis: eod. die data ad futuram rei memoriam. *Ibid.* p. 54.

Confirmatio Statuti pro Univerſitate Barbitonſorum Almæ Urbis: ad futuram rei memoriam dat. die 16. Jun. *Ibid.* p. 55.

60. *Prohibitio extrahendi paramenta* &c. *Pro omnibus Eccleſiis Monachorum Congregationis Cœleſtinorum*: ad futuram rei memoriam data die 20. Aug. *Ibid.* p. 56.

Pro Archiconfraternitate B. Mariæ de Suffragio Urbis, circa facultatem aggregandi Confraternitates ejuſdem nominis & Inſtituti: ad futuram rei memoriam dat. die 18. Sept. *Ibid.* p. 57.

Pro reſecandis ſumptibus ſuperfluis in Eccleſiis, & Monaſteriis Monialium Urbis: ad perpetuam rei memoriam

riam dat. die 24. & public. die 26. Sept. *Bullar.* Tom. VI. p. 57.

Prohibitio extrahendi libros, & quæcumque alia ex Bibl. Conventus S. Martini Eremit. S. Auguſt. Civitatis Sen. ad perpetuam rei memoriam data die 2. Oct. *Ibid.* p. 59.

Concedit Indulgentiam plenariam omnibus perſonis tam Regularibus quàm Secularibus, quæ per octiduum vacabunt exercitiis ſpiritualibus in Domibus Soc. Jeſu : ad perpetuam rei memoriam dat. die 4. vel 12. Oct. *Ibid.*

65. *Declaratio quod Ciſtercienſes abſque ſcrupulo conſcientiæ poſſint veſci carnibus intra, & extra ſepta Monaſterii, cum non ſit de ſubſtantiâ Regulæ* : ad futuram rei memoriam dat. die 10. Nov. *Ibid.*

Ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Poloniæ, & Lithuaniæ, *ut congregent Synodos pro reparatione Divini cultus*, eod. die data. *Ibid.* p. 60.

Conſtitutio *quâ innovantur ordinata juſſu* Urbani VIII. & Innocentii X. *pro ſubventione pauperum ægrotorum Urbis* : ad perpetuam rei memoriam dat. die 16. public. die 22. Nov. *Ibid.* p. 61.

Mandat obſervari Decreta edita à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ab Eccleſiaſticis tam ſecularibus quàm regularibus pro bono regimine ſpirituali animarum Chriſti fidelium Goæ : ad futuram rei memoriam dat. die 18. Jan. 1658. *Ibid.* p. 62.

Quod FF. Congregationis Hiſp. FF. Diſcalceatorum Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. poſſint dividere ſuam Congregationem in tres Provincias, & augere duos Definitores Generales, dummodo unaquæque Provincia habeat octo Conventus : ad futuram rei memoriam dat. die 30. Jan. *Ibid.* p. 64.

70. Breve, *quo Vicarius Generalis Portugalliæ Minorum de Obſervantiâ declaratur, quod ſit ſolummodo Commiſſarius Generalis ad inſtar aliorum Commiſſariorum Nationum* : ad futuram rei memoriam dat. die 4. April. 1659. *Ibid.* p. 65.

Conſtitutio *contra Religioſos Congregationis Montis Virginis, dignitates, Prælaturas & Officia dictæ Congregationis à quibuſcumque perſonis tam Secularibus quàm Eccleſiaſticis, etiam S. R. E. Cardinalibus procurantes* : ad perpetuam rei memoriam data die 27. Jun. *Ibid.*

Quod in Provinciis Ciſmontanis Fratrum de Obſervantia, ac Reformatorum Sti Franciſci non eligantur amplius Vocales, ſeu Diſcreti à familia Conventuum mittendi ad Capitula Provincialia : ad futuram rei memoriam dat. die 27. Jul. *Ibid.* p. 66.

Confirmatio Privilegiorum, Exemptionum, Libertatum, Immunitatum, Gratiarum, Indulgentiarum, &c. *FF. Eremit. Ord. S. Pauli primi Eremitæ ſub Regulâ S. Auguſt. Necnon Communicationis Privilegiorum quomodolibet conceſſorum, cum Patribus Ordinis Carthuſienſis* : ad perpetuam rei memoriam dat. die 6. Sept. *Ibid.* p. 67.

Breve Confirmationis contractus unionis, ſeu conſortii Eccleſiæ, ac modi eligendi Officiales inter Univerſitates Cauponum, ſeu Hoſpitum, & Albergatorum Urbis : ad futuram rei memoriam dat. die 10. Sept. *Ibid.* p. 74.

75. *Quod non extrahantur libri & ſcripturæ ex Archiviis & Conventibus, ac Bibliothecis Canonicorum Regul. Congreg. S. Auguſt. in Regno Portugalliæ exiſtentibus* : ad futuram rei memoriam dat. die 24. Sept. *Ibid.*

Quod Judæi ſolvere teneantur Penſiones Domorum illocatarum Ghetti, *pro tempore quo illæ non erunt locatæ* : ad perpetuam rei memoriam dat. die 15. Nov. *Ib.* p. 75.

Nova erectio Collegii Apoſtolici minorum Pœnitentiariorum Baſilicæ S. Petri de Urbe, cum nonnullis ordinationibus pro ejuſdem Collegii gubernio, & officii eorumdem Pœnitentiariorum exercitio : ad perpetuam rei memoriam dat. die 22. Febr. 1659. *Ibid.* p. 81.

Nonnulla Ordinationes pro Collegio Apoſtolico Minorum Pœnitentiariorum Sacræ Domus Lauretanæ : ad perpetuam rei memoriam eod. die dat. *Ibid.* p. 84.

Confirmat omnia privilegia Monachorum Silveſtrinorum Ord. S. Bened. extenditque eis, ac communicat omnia, & ſingula privilegia, gratias, & indulta tam Mendicantium quàm non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus conceſſa : ad perpetuam rei memoriam dat. die 28. Febr. *Bullar.* Tom. VI. p. 86.

80. *Confirmatio Reformationis Provinciæ FF. Minorum ſtrictioris Obſervantiæ Auſtriæ, cum declaratione quod moderetur ſicut reliquæ Provinciæ Reformatæ ejuſd. Ordinis* : dat. die 18. Mart. *Ibid.* p. 87.

Quod FF. Minores Diſcalceati S. Franciſci Hiſpaniarum non poſſint tranſire ad aliam Religionem, niſi de licentia majoris partis Patrum Vocalium Definitorii : ad futuram rei memoriam dat. die 18. Mart. *Ibid.* p. 88.

Quod Alumni & Convictores Collegiorum de Somaſca poſſint in eorum Oratoriis confiteri, tam à Presbyteris dictæ Congregationis, quàm ab aliis ab Ordinario approbatis : ad futuram rei memoriam eod. die dat. *Ibid.*

Quod Correctores Provinciales in Ordine FF. Minorum S. Franciſci de Paula, de cætero, completo & exacto eorum officio, per ſex annos immediatè ſequentes ab eodem munere vacare debeant, antequam ad hujuſmodi munus denuò eligi poſſint : ad perpetuam rei memoriam dat. die 24. Mart. *Ibid.* p. 89.

Confirmat Conventiones ſuper Jure Patronatus Ducis Medinæ Sidoniæ in tres Conventus Fratrum Congregationis Hiſpaniæ Ordinis B. M. de Mercede Provinciæ Andaluſiæ, & in totam Congregationem : ad futuram rei memoriam dat. die 9. April. 1660. *Ibid.* p. 90.

85. *Confirmat Statuta edita in Capitulo Generali Toletano pro Provincia S. Thomæ Apoſtoli in India Orientali Ord. FF. Minorum S. Franciſci de Obſervantiâ* : ad perpetuam rei memoriam dat. die 10. Maii 1659. *Ibid.* p. 91.

Conceſſio Indulgentiæ plenariæ Fratribus Regul. Obſerv. S. Franciſci, ac Reformationis Ciſmontanæ Familiæ exercitiis ſpiritualibus per octiduum vacantibus : ad futuram rei memoriam dat. die 11 Jun. *Ibid.* p. 93.

Statuit & decernit, ne oblati ſeu ſervientes Fratrum Laicorum Tertii Ord. S. Franciſci Congreg. Gallic. in futurum nullatenus recipiantur, niſi cum biennali Noviciatu, & quarto voto de non procurandâ aliâ conditione ad præſcriptum Conſtitutionum ejuſd. Ord. Et de conſenſu petendo à tota Communitate ſuper Contractibus : ad futuram rei memoriam dat. die 2. April. 1661. *Ibid.*

Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli Gener. Congreg. Italiæ Fratrum Diſcalceatorum Ord. Eremitarum S. Auguſt. reducitur ad tres pro qualibet Provincia : ad futuram rei memoriam dat. die 16. Jun. 1659. *Ibid.* p. 94.

Super exemptione Religionis B. Joannis Dei nuncupat. de Fate ben Fratelli *ab omnimoda Juriſdictione Ordinariorum* : ad futuram rei memoriam dat. die 5. Nov. *Ibid.* p. 96.

90 a. *Pro erectione Provinciæ* B. Petri de Alcantara *Fratrum Diſcalceatorum S. Franciſci, & communicatione eorum, quæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Diſcalceatorum pro bono earum regimine ſunt conceſſa* : ad futuram rei memoriam dat. die 10. Aug. *Ibid.* p. 97.

90 b. *Reintegratio, ſeu nova erectio Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem Congregationis Ilicetanæ Ord. Erem. S. Auguſt.* ad Epiſcop. Collen. data die 8. Aug. 1662. *Ibid.* p. 98.

Indultum, *ut Complutenſis Academia recitare poſſit officium S. Thomæ de Villanova, ſub ritu dup. 2. claſſis cum octava* : ad futuram rei memoriam dat. die 25 Aug. 1659. *Ibid.* p. 100.

Præcipitur omnibus de Univerſitate obſervari Statutum 64. *de obedientiâ Rectori præſtandâ* : ad futuram rei memoriam eod. die data. *Ibid.* p. 101.

Declarantur pœnæ quas incurrunt non obſervantes dictum Statutum : ad futuram rei memoriam eod. die data. *Ibid.*

Reformatio Collegii Curſorum Apoſtolicorum data Kal. Oct. *Ibid.* p. 102.

95. *Declaratio Apoſtol. pro Univerſitate Studii Gener. Complut. ut deinceps in licentiis Theologiæ non ferant vo-*

tum, niſi illi Doctores, qui vel per ſex menſes continuos ante dictum votum ferendum præſentes in dicta Univerſitate adfuerint, vel ſaltem adfuerint præſentes quatuor actibus ſingulorum concurrentium ad licentias ex iis quos pro licentiâ obtinendâ facere debent : ad futuram rei memoriam dat. die 9. Oct. *Bullar.* Tom. VI. p. 104.

Erectio Provinciæ Reformatæ S. Mariæ Hungariæ FF. Minorum S. Franciſci ſtrictioris Obſerv. ad futuram rei memoriam dat. die 5. Nov. *Ibid.* p. 105.

De numero Monachorum Profeſſorum, qui exiſtere debent in Monaſteriis Congregationis Reformatæ del Tardon, *Ord. S. Baſilii Magni* : dat. die 2. Jun. 1656. *Ib.* p. 106.

Declarat modum habendum à Generali in viſitand. Congreg. Monachorum del Tardon : ad futuram rei memoriam dat. die 11. Febr. 1658. *Ibid.* p. 107.

Quod Generalis dictæ Congregationis eam viſitet eo modo quo disponunt Brevia noviſſima Urbani VIII & Innoc. X. ad futuram rei mem. dat. die 12. Nov. 1659. *Ibid.*

100. *Confirmat Decretum circa receptionem oblatorum, probationem, admiſſionem ad habitum in Provincia SS. Ludovici & Elzearii Congreg. Gallic. Tertii Ordinis S. Franciſci* : ad futuram rei memoriam dat. die 10. Dec. *Ibid.* p. 109.

Quod Monachi S. Baſilii Hiſpaniarum poſſint deferre Cucullam amplam, calasem, manicatam, quam flocum *vocant* : ad perp. rei mem. dat. die 24. Dec. *Ibid.* p. 110.

Quod Fratres Minores de Obſervantia S. Franciſci Provinciæ Valentiæ non poſſint tranſire ad Recollectos abſque licentia Miniſtri provincialis : ad futuram rei memoriam dat. die 22 Jun. 1660. *Ibid.* p. 111.

Confirmat Decretum Capituli Generalis Congreg. Hiſp. FF. Diſcalceatorum SS. Trinit. Redempt. Captiv. ſcilicet, quod Prælati locales, ſeu Conventuales non amplius habeant vota in Capitulis Generalibus, ſed ſolùm Superiores Generales, Diffinitores Generales, Provinciales & eorum ſeu Diſcreti : ad fut. rei mem. dat. die 4. Febr. *Ibid.*

Declaratio Brevis ab Innoc. X editi ſuper modo recipiendi & profitendi Novitios in Monaſteriis Reform. Congreg. del Tardon : ad futuram rei memoriam dat. die 16. Febr. *Ibid.* p. 112.

105. *Revocat omnes contractus, qui contrariantur paupertati, & bono regimini Ordinis Ciſtercienſis* : ad futuram rei memoriam dat. die 8. Mart. *Ibid.* p. 114.

Confirmat Decreta noviter edita, pro regularis diſciplinæ inſtauratione in Religione Minorum Conventualium S. Franciſci : ad perp. rei mem. eod. die dat. *Ib.* p. 115.

Quod in cauſa Fabricæ venerabilis Collegii Soc. Jeſu, & FF. Minorum de Obſervantiâ Nunciata, Presbyteri Societatis non poſſint impediri quominus cœptam Eccleſiam perficere poſſint : ad futuram rei memoriam dat. die 12. Mart. *Ibid.* p. 117.

Conſtitutio ſuper Erectione Collegii eis Referendariis utriuſque Signaturæ, & ſuper qualitatibus admittendorum deinceps in Referendarios : ad futuram rei memoriam dat. Id Jun. 1659. *Ibid.*

Confirmatio Decreti ſuper œconomi o ſtatu, & rectâ bonorum temporalium adminiſtratione Caſſin. Ord. S. Bened. ad futuram rei memoriam dat. die 11. April. 1661. *Ibid.* p. 119.

110. *Dat modum faciendi proviſiones, & electiones in Capitulis Generalibus, & diætis dictæ Congreg. Caſſin.* ad perpetuam rei memoriam dat. die 11. April. 1660. *Ibid.* p. 121.

Pro bono Regimine Congreg. Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum : ad futuram rei memoriam dat. die 28. April. *Ibid.* p. 122.

Confirmat Decreta Sacrarum Congregationum ad ſepulturam pertinentium pro Provincia S. Saturnini Ord. Minorum de Obſervantiâ in Sardinia : ad futuram rei memoriam dat. die 30. April. *Ibid.* p. 123.

Prohibiſce le Lire, e Bolognini nelle Provincie di Bologna, Ferrara, Romagna, e Ravenna, volendo che vi ſi introducbino li giuli e bajocchi : ad perp. rei mem. dat. die 22. Maii. *Ibid.* p. 124.

Ordini per la Città e Ducato di Ferrara, de eodem argumento : ad perp. rei mem. dat. die 27. Maii. *Bullar.* Tom. VI. p. 126.

115. *De obligatione denunciandi hæreticos, vel de hæreſi leviter ſuſpectos; & quod in materiâ hæreſis non admittitur correctio fraterna* : public. die 24. Aug. *Ibid.* p. 128.

Declarat Alumnos Collegiorum Apoſtolicorum non ad triennium tantùm, ſed perpetuò quoad vixerint, Sedis Apoſtolicæ ſervitio adſtrictos eſſe, & dat formam Juramenti : ad fut. rei mem. dat. die 20. Jul. *Ibid.* p. 129.

Confirmatio primi Brevis Provinciæ B. Petri de Alcantara Ord. S. Franciſci PP. Diſcalceatorum in Hiſp. cum electione Miniſtri Provincialis, & Diffinitorum ipſius Provinciæ à Sanctiſſimo facta : ad fut. rei mem. dat. die 9 Aug. *Ibid.* p. 131.

Conſtitutio *ſuper Habitu Prælatitio ab Abbatibus Generalibus Congreg. Olivetanæ deferendo* : ad fut. rei mem. dat. die 12. Oct. *Ibid.* p. 131.

Concedit Conventum B. Petri de Nolaſco Terræ Roccæ di Papa Diœceſ. Tuſcul. FF. B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv. ad perp. rei mem. dat. die 15. Oct. *Ibid.*

110. *Confirmat Decretum Sac. Congreg. Regul. quod FF dicti Ordinis poſſint ſibi eligere unicum Conſervatorem* : ad fut. rei mem. dat. die 9. Oct. *Ibid.* p. 133.

Ordine e dichiarazione, che nella Città di Bologna, Contado, e ſua Legazione la Lira ſi ſpenda à ragione di due giuli Papali. la mezza lira, un giulio : il quarto di Lira, un Groſſo : ad perp. rei mem. dat. die 3. Nov. *Ibid.* p. 134.

Firmanorum Magiſtratus aggregatio : ad perp. rei mem. dat. die 5. Nov. *Ibid.* p. 135.

Confirmatio diſpoſitionis Teſtamenti Joannis Pizzulli de Regina Biſinianenſis Diœceſis, necnon Motus proprii Urbani PP VIII. pro Collegio Fratrum ſtudentium S. Franciſci de Paula in Urbe : ad fut. rei mem. dat. die 6. Nov. *Ibid.* p. 136.

Conſtitutio ſuper numero Vocalium pro Comitiis Generalibus Congreg. Clericorum Regul. Theatinorum *nuncupatorum* : ad perp. rei mem. dat. die 10. Jan. 1661. *Ibid.* p. 137.

125. *Confirmatio & declaratio Conſtitutionum Apoſtolicarum de non contrahendo in favorem forenſium ſuper bonis in Statu Eccleſiaſtico conſiſtentibus* : ad perp. rei mem. dat. die 17. Jan. 1660. *Ibid.* p. 138.

Jubileum univerſale ad implorandam divinam opem contra Turcas : univerſis fidelibus dat. die 2. Mart. 1661. *Ibid.* p. 141.

Inductio ſex Decimarum ſuper fructibus omnium Eccleſiaſticorum, Beneficiorum, & Penſionum in univerſa Italia, & Inſulis Italiæ adjacentibus : ad fut. rei mem. dat. die 24. Mart. 1660. *Ibid.* p. 142.

Confirmatio & innovatio literarum Clem. VIII. & Pauli V. contra Fratres Ord. Eremit. S. Auguſt. conquirentes dignitates in eadem Religione ad requiſitionem perſonarum extra Ordinem conſtitutarum : ad perp. rei mem. dat. die 1. Jul. *Ibid.* p. 146.

Declaratio quod Abbates Ord. Ciſtercienſis, qui ſcilicet utuntur diſpenſatione Apoſtolicâ circa eſum carnium ubique acceptatâ, non poſſint privari voce activa, & paſſiva, virtute ſententiarum à Viſitatore Apoſtolico emanatarum : ad fut. rei mem. dat. die 2 Jul. *Ibid.* p. 148.

130. *Erectio Provinciæ S. Ladiſlai Regis in Sclavonia Ord. FF. Minorum de Obſervantiâ* : ad fut. rei mem. dat. die 16 Jul. *Ibid.* p. 149.

Concedit undecim Congregationibus Monaſticis ut capiant ad cenſum, aut alio licito contractu 40. millia ſcuta monetæ pro prima ſolutione ſex decimarum : ad fut. rei mem. dat. die 21 Nov. *Ibid.* p. 150.

Innovatio Conſtitutionum & Decretorum in favorem ſententiæ aſſerentis, animam B. V. M. in ſui creatione & in corporis infuſione à peccato originali præſervatam fuiſſe, editorum : ad perp. rei mem. dat. die 8 Dec. *Ibid.* p. 151.

Pro diviſione Congreg. Cleric. Regul. de Somaicha in tres Provincias : ad perp. rei mem. dat. die 23 Dec. *Ib.* p. 154.

Contra nonnullos Monachos Ciſtercienſes in Gallia Abſtinentes *nuncupatos, tentantes introducere in Monaſteria* abſtinen-

abſtinentiam à carnibus, quarum eſus certis diebus à Sede Apoſt. conceſſus eſt, & nolentes obedire Conſtitutionibus Apoſtol. ejuſd. Ord. ad fut. rei mem. dat. die 16. Jan. 1662. *Bullar.* Tom. VI. p. 157.

135. *Declarat nullum præjudicium fuiſſe illatum ſuperioritati Vicarii Gener. in nomine Conventûs Terræ Roccha di Papa Conventui S. Joannis de Urbe ſub obedientia Procuratoris Gener. Fr. Ord. B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv.* ad fut. rei mem. dat. die 27. Jan. *Ibid.*

Deputatio Emin. Card. Chiſii *in Protectorem FF. Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula* : ad ipſum *Flavium Chiſium* dat. die 6. Febr. *Ibid.* p. 158.

Super conceſſione Eccleſiæ & Conventûs S. Pancratii extra & prope muros Urbis factâ FF. Carmelitis Diſcalceatis Ord. B. V. M. de Monte Carmelo, necnon ſuper tranſlatione, ſive novâ erectione Seminarii Miſſionum ejuſd. Congreg. in præfatis Eccleſiâ, & Conventu : ad fut. rei mem. dat. die 1. Mart. *Ibid.*

Super unione Congregationum Monachorum Vallis-Umbroſæ, & Silveſtrinorum nuncupat. ſub regula S. Bened. Milit. in unam Congreg. quæ Vallis-Umbroſæ & Silveſtrina Ord. S. Bened. nuncupabitur : ad perp. rei mem. dat. die 29. Mart. *Ibid.* p. 163.

Impoſitio ſubſidii ſcutorum 300. millium monetæ ſuper bonis undecim Congregationum Regul. pro Sanctæ Sedis Apoſt. neceſſitatibus : ad perp. rei mem. dat. die 16. April. *Ibid.* p. 165.

140. *Super concordia ſolutionis Penſionis reſervatæ à Greg. XIII. ſuper fructibus Abbatiæ Fontis Avellanæ de anno 1578. ad favorem Collegii Neophitorum, faciendâ à Collegio Germanico tantum in ſutur. 1400. de Juliis 10 pro ſcuto in futurum* : ad perp. rei mem. dat. die 23. Maii. *Ibid.* p. 169.

Confirmat Decretum Sacræ Congreg. Epiſc. ac Viſit. Apoſt. pro dotandis octo Puellis de Parochia S. Andreæ de Fratis ad fut. rei mem. dat. die 3. Jun. *Ibid.* p. 171.

Quod Joan. Paul. Oliva Vicarius Gen. Soc. Jeſu poſſit relinquere & alienare Collegia & Domos ipſius Societatis, juxta facultatem ſibi traditam à Congreg. Generali : ad fut. rei mem. dat. die 7. Aug. *Ibid.* p. 172.

De promovendis ad Ordines in Urbe, & in ſex vicinis Epiſcopatibus : ad fut. rei mem. eod. die dat. *Ib.* p. 173.

Quod Superiores Congreg. S. Bened. ac etiam Monaſteriorum Sublaci ac Farfæ, cæteriq; Monachi non accedant Romam abſque licentiâ Abbatis S. Pauli, ac Procuratoris Gener. ad fut. rei mem. dat. die 26 Sept. *Ibid.* p. 174.

145. *Quod ſpolia defunctorum Canonic. Regul. Sti Salvatoris Procurationi Generali ejuſd. Congreg. omninò applicari debeant* : ad fut. rei mem. dat. die 27. Sept. *Ibid.*

Confirmatio Brevium ſuper diviſione Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, erectioniq; B. Petri de Alcantara Diſcalc. S. Franc. nuncup. ad fut. rei mem. dat. die 11. Oct. *Ib.* p. 175.

Conceditur Procuratoribus & Commiſſariis Gener. Curiæ Ord. Minorum de Obſervantia, & Reformatorum S. Franciſci Cismontanæ familiæ Votum perpetuum in propriis Provinciis : ad fut. rei mem. dat. die 4. Dec. *Ibid.* p. 176.

Quod Clerici Religionis miniſtrantium infirmis in quibuſvis functionibus tam publicis quàm privatis præferantur laicis, etiam antiquioris profeſſionis : ad fut. rei mem. dat. die 6. Dec. *Ibid.* p. 177.

Confirmat Conſtitutionem Capituli Gener. FF. Congreg. Diſcalceatorum Ord. B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv. circa renuntiationem Officiorum Commendatorum, & Rectorum Collegiorum ipſius Congregationis : ad fut. rei mem. dat. die 18. Dec. *Ibid.*

150. *Confirmatio Statutorum ac Decretorum Capituli Gener. Hoſcen. dicti Ord. B. Mariæ* &c. ad perp. rei mem. dat. die 20. Dec. *Ibid.* p. 178-189.

Conſtitutio ſuper regimine Superiorum Soc. Jeſu : ad perp. rei mem. dat. die 1. Jan. 1663. *Ibid.* p. 189.

Quod Laici, ſeu Converſi Congreg. Hiſp. FF. Diſcalceatorum Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. quartum, ultra tria ſolita, votum addant de non tranſeundo ad ſtatum Clericalem, & ad Ordines Sacros : ad fut. rei mem. dat. die 13. Jan. *Ibid.* p. 191.

Quod electiones Guardianorum, Prominiſtrorum, & Cuſtodum in familia Ultramontana Ord. S. Franciſci per ſuffragia ſecreta, & ballotationes fiant, & in paritate ſuffragiorum Præſidens votum deciſivum habeat : ad fut. rei mem. dat. die 15. Mart. *Bullar.* Tom. VI. p. 192.

Quod Fratribus Clericis Congreg. Gallic. Fratrum Reformatorum nuncup. SS. Trinit. Redempt. Captiv. non competit jus ſuffragandi in Capitulo, Fratribus verò Laicis nullum penitus jus competit ſuffragandi in quocumque negotio. ad perp. rei mem. dat. die 10. Febr. *Ibid.* p. 193.

155. *Declaratio mentis ſuper ſolutione Decimarum per Propionarios faciendâ* : dat. Kal. April. *Ibid.*

Breve Beatificationis Petri de Arbues *Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ primi Inquiſitoris in Regno Aragoniæ* : ad fut. rei mem. dat. die 17. April. *Ib.* p. 195.

Decernit & declarat quod Fratres univerſi & ſinguli Ord. Præd. ubique terrarum, priuſquam ad Sacros Ordines aſcendant, ætatem ad hujuſmodi Ordines ſuſcipiendos explevisse debeant, juxta Concilii Tridentini Decreta : ad perp. rei mem. dat. die 30. Maii. *Ibid.* p. 196.

Indulgentia plenaria perpetua pro viſitantibus Eccleſias Soc. Jeſu in Feſtis SS. Ignatii, ac Franciſci Xaverii, confeſſis, ac communione refectis : ad perp. rei mem. dat. die 18. Jul. *Ibid.* p. 197.

Prohibet fundationes Conventuum in Familia Ultramont. Ord. Min. de Obſervantia intra ſpatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, etiam aliorum Regularium: ad fut. rei mem. dat. die 6. Aug. *Ibid.*

160. *Super electione Provincialium Indiarum Ord. Prædic. ac confirmatione eorumdem à Magiſtro Generali* : ad fut. rei mem. dat. die 7. Aug. *Ibid.* p. 198.

Quod Officium Præpoſiti Gener. Congreg. Cleric. Regul. Minorum in Domo S. Laurentii in Lucina de Urbe durare debeat in perpetuum; cum facultate tamen Capitulo Generali eligendi alium ſi expedire videbitur : ad fut. rei mem. dat. die 22. Aug. *Ibid.* p. 200.

Super Concordia facta inter Procuratores Generales Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. & Ord. B. Mariæ de Mercede : ad fut. rei mem. dat. die 30. Oct. *Ibid.* p. 201.

Decreta pro Limana Provincia in Indiis Ord. B. Mariæ de Mercede Redempt. Captiv. ſtabilita : ad fut. rei mem. dat. die 18. Febr. 1664.

Super obſervatione Indicis Librorum prohibitorum noviter impreſſi (vid. ſup. *p.* 275. *col.* 2. *n.* 14.) : ad perp. rei mem. dat. die 5. Mart. *Ibid.* p. 203.

165. *Eximit Fratres & Conventus Tertii Ord. S. Franciſci in Caſtella, Gallicia, & Legionis Regnis degentes ab omni juriſdictione Miniſtri Provincialis Minorum de Obſervantia S. Jacobi* : ad fut. rei mem. dat. die 26. Mart. *Ibid.* p. 204.

Quod non liceat Fratribus Minor. de Obſervantia S. Franciſci commorantibus Toloſæ inducere novum Rosarium ſub tit. Seraphici; nec facere Proceſſionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet menſis; nec Tabellam exponere, in quâ Beata Virgo det Roſarium SS. Franciſco & Claræ : ad fut. rei mem. dat. die 28. Maii. *Ibid.* p. 205.

Confirmat Decretum Sac. Congregationis pro erectione Conventûs Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in oppido Piſcinæ Marſicanen. Diœceſis : ad fut. rei mem. dat. die 16. Jun. *Ibid.* p. 206.

Quod Feſtum S. Dominici celebretur de præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono cum Octava : ad perp. rei mem. dat. die 28. Jun. *Ibid.*

Decernit & ſtatuit, quod deinceps in Indiarum partibus Priores Parochorum Ord. Prædic. non ab ipſiſmet Parochis, ſed à ſingularum Provinciarum Provincialibus per Vota ſecreta duodecim ad minus canonicè eligantur : ad fut. rei mem. dat. die 8. Nov. *Ibid.* p. 207.

170. *Conſtitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque Confeſſoribus ingredi Septa Monaſterii, & prope illud commorari* : ad perp. rei mem. dat. die 20. Nov. *Ibid.* p. 208.

Quod Fratres Capuccini Ord. Minorum S. Franciſci, tranſeuntes ad aliam Religionem non poſſint permanere in eadem Provincia in qua emiſerunt profeſſionem : ad fut. rei mem. dat. die 17. Dec. *Ibid.* p. 209.

Quod in Controverſia, inter Provincias S. Joannis Baptiſtæ, & B. Petri de Alcantara FF. Diſcalceatorum S. Franciſci circa poſſeſſionem Conventûs Murciæ, præfata Provincia S. Joannis Baptiſtæ non ſit ampliùs audienda: ad fut. rei mem. dat. die 21. Jan. 1665. *Bullar.* Tom. VI. p. 210.

Pro tranſlatione Profeſſorii Monachorum Reformatorum S. Bernardi Ord. Ciſterc. à Monaſterio S. Pudentianæ de Urbe, ad Monaſterium S. Bernardi ejuſd. Urbis: ad fut. rei mem. dat. die 26. Jan. *Ibid.* p. 211.

Prohibitio duorum librorum, quorum alter eſt: Cenſura Sac. Facult. Theol. Pariſ. in libr. cui tit. *La Défenſe de l'Autorité de N. S. P. le Pape* &c. par *Jacques de Vernant*: alter verò: *Cenſura ejuſd. Facult. in libr. cui tit.* Amadei Guimenii *Lomarienſis* &c. *Opuſculum ſingularia univerſæ ferè Theologiæ moralis complectens: adverſus quaſdam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales ad Tractatum de peccatis, de opinione probabili* &c. ad perp. rei mem. dat. VII. Kal. Jul. 1665. *Ibid.* p. 212.

175. *Concedit facultatem Congregationi Caſſinenſi Ord. S. Bened. alienandi bona ſtabilia uſque ad ſummam* ſcutorum 162909. *pro liberatione Monaſteriorum ab ære alieno*: ad *Franciſcum* Epiſc. Portuenſem Card. *Barberinum* dictæ Congreg. Protectorem dat. die 23. Jul. *Ibid.* p. 213.

Confirmat Decretum Diætæ Generalis FF. Congreg. S. Hieronymi Jeſuatorum *nuncup. pro ſubſtentatione Procuratoris Generalis tempore*: ad fut. rei mem. dat. die 14. Sept. *Ibid.* p. 214.

Extenſio & communicatio Privilegiorum Fratrum Diſcalceatorum in Hiſp. Ord. S. Franciſci ad omnes Provincias Diſcalceatorum Indiarum: ad fut. rei mem. dat. die 5. Nov. *Ibid.* p. 215.

Tranſactio inter Vicarium Gener. Bergom. & Fratres Minimos S. Franciſci de Paula pro receptione Conventûs B. M. omniumque Sanctorum de Galgario nuncup. ad Epiſc. Bergomenſem dat. die 7. Dec. *Ibid.* p. 216.

Quod nulli ex Fratribus Reformatis S. Franciſci Provinciæ Romanæ competat jus præcedendi, ſive honorationis loci, niſi Superioribus actualibus & exgeneralibus: ad perp. rei. mem. dat. die 23. Dec. *Ibid.* p. 217.

180. *Decernit, quod deinceps Capitulum Generale Congreg. Eremit. Camaldul. de biennio in biennium, & Diæta anno poſt celebrationem Capituli hujuſmodi reſpectivè celebrari debeant*: ad perp. rei mem. dat. die 28. Jan. 1666. *Ibid.* p. 218.

Quod Fratres Trinitarii Provinciæ Caſtellæ, Aragoniæ & Bætbicæ, aliarumque Provinciarum Redempt. Captiv. non poſſint uti cappa nigra: ad perp. rei mem. dat. die 8. Febr. *Ibid.* p. 220.

Indultum deferendi habitum Prælatitium pro Abbate Generali Congreg. Canonicorum Regul. S. Salvatoris Ord. S. Auguſtini: ad perp. rei mem. dat. die 9. Aug. *Ibid.* p. 225.

Conſtitutio pro inſtauratione ac Reformatione Ord. Ciſtercienſis: ad fut. rei mem. dat. die 19. April. *Ibid.* p. 226.

Pro Fratribus Ord. Prædic. Teutoniæ, ne videlicet in illa Provincia fiat ulla ſeceſſio, diviſio, aut ſeparatio, ſub pœna excommunicationis &c. ad fut. rei mem. dat. die 9 Jun. *Ibid.* p. 231.

185. *De non celebrandis Miſſis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniverſariis ex diſpoſitione Teſtatorum relictis*: ad perp. rei mem. dat. die 22. Jan. 1667. *Ibid.* p. 233.

Quibuſdam locis Congregationis Somaſchæ facta conceſſio ſepeliendi Alumnorum cadavera ſine interventu Parochorum: ad perp. rei mem. dat. die 10 vel 12. Mart. *Ibid.*

Paſtoratum Eccleſiæ S^ti^ Martini Hallis Deiparæ unit Perſonatui, ſeu Rectoratui Collegii Soc. Jeſu ejuſd. Oppidi: ad Archiep. Cameracenſem dat. Kal. Oct. 1659. Extat ex *Oper. Diplom.* Miræi *Tom. II. p.* 1120. in *Bullar. Rom.* dictæ edit. *Luxemb.* Tom. X. ſeu Contin. Part. IV. *p.* 199.

Duo Brevia ad Lovanienſem Univerſitatem & Facultatem Theolog. *quibus iterum damnantur* Janſenii *Propoſitiones*: data die 7. Aug. 1660. quæ *Leodii* edita eod. anno, extant inter *Miſcell. Biblioth. Angl.* Tom. 35. indèque tranſlata in *Bullar.* Tom. cit. *p.* 201. Vid. & Dn. *Gery* lib. Gallic. cui tit. *Apologie hiſtorique de deux Cenſures de Louvain & de Douay ſur la matiere de la Grace* &c. Part. II. n. 37. de quo nos ſuo loco ex *Actis Lipſ.* A. 1689. p. 227. &c.

* De *Alexandro VII* fusè agit cit. *Heideggerus* & *G. J. Eggs* p. 880. &c. *Balim* voce CHIGI (*Fabio*) Hoffmanni *Lexic.* p.m. 143. Videri quoque poteſt *il Sindicato di Aleſſandro VII. con el ſuo viaggio nell'altro mondo*, 1667. in 8. Recenſentur in hoc libro ſcelera hujus Papæ: Sic *Lipenius* Tom. II. p. 397. qui *p.* 402. refert ejuſdem *Conclave reſeratum* Schleſw. 1655. 8. Conf. quæ dicemus ubi de *Vit.* EBARMANNO.

ALEXANDER Pontifex Romanus nomine VIII^us^ ordine CCXLV. antea *Petrus Ottobonus* Cardinalis S. Marci nuncupatus, nobili gente ortus, natus eſt Venetiis die 21. April. A. 1610. Patre *Marco Ottobono* Magno Venetiarum Cancellario, Matre *Victoriâ Tornellâ*. Patavii Philoſophicis ac Juridicis ſtudiis excellens, lauream in utroque Jure annos natus 17. ſub Viris Clar. *Joanne Liceto* & *Barthol. Vecchio* Senenſi magnâ eruditi ingenii famâ aſſecutus eſt. Anno 1630. Romam ſe contulit, ubi Abbas primùm ab URBANO VIII. deinde utriuſque ſignaturæ Referendarius conſtitutus, plures ſenſim Eccleſiaſticæ ditionis Urbes Prætor magnâ omnium commendatione rexit. Præfuit enim Interamnæ, Reatinæ ac Typhernati inclytis Umbriæ urbibus: atque ejuſdem Pontificis juſſu inter Auditores Rotæ adſcriptus eſt:

INNOCENTIUS X. URBANI Succeſſor *Ottobonum* primò Purpurâ tit. S. Salvatoris in Lauro; tum biennio poſt Infulâ Brixienſi condecoravit, quam tamen, interjectis aliquot annis, annuente ALEXANDRO VII. renunciavit, factus Abbas Commendatarius Vangadicienſis, relictoque tit. S. Salvatoris, illum S. Marci obtinuit. Poſtea factus Legatus Venetus, diſſidentibus ſæpè pro juriadictione *Quarterii*, & ab Aulâ diſcedentibus Oratoribus Regum, ipſe Legationem injunctam ita implevit, ut Eccleſiam Romanam obſervaret ut matrem, Venetam Rempublicam ut filiam Romanæ procuraret Eccleſiæ.

Inter Patres Congregationis Epiſcoporum & Regularium, atque Interpretes S. Concilii adſcriptus, adfuit examini Epiſcoporum, Signaturæ Gratiæ, Conventibus, Indicis, Conſiſtorialis, Viſitationis Apoſtolicæ, Indulgentiarum & Reliquiarum, Peſtis depellendæ, aliiſque plurimis; ut nulla eſſet Romæ Congregatio, quam non moderaretur *Ottobonus*; primus ſi loqueretur, dirigeret; ſi poſtremus, revocaret: ea cæterorum attentio, ne ab uno *Ottobono* diſſentirent.

Denique mortuo INNOCENTIO XI. Romanus Pontifex duobus ſupra L Patrum ſuffragiis die 6 Oct. A. 1689. electus eſt. Venetiæ miré ſemper favit, quibus ut & Imperatori adverſus Turcas ſuccurreret, nihil omiſit. Romæ, ut omnia brevi complectar, annonam procuravit, pacem conciliavit, Aulam & Urbem repurgavit, Fontes refici curavit, Vaticanam Bibliothecam præſtantiſſimis omnis generis Manuſcriptis ditavit, totâque *Christinæ* Suecorum Reginæ non ita pridem defunctæ Bibliothecâ auxit: Agriculturam reſtituit. Quæ marmori & aureis argenteiſque numiſmatibus inſcripta ſunt.

ALEXANDRO VIII
Ob Aquæductum Trajani inſtauratum:
Bibliothecam in Vaticano auctam:
Rem Agrariam reſtitutam:
S. P. Q. R.
Grato animo ſacravit.

Nec iſte Pontifex Nepotes neglexit, quibus promovendis totum ſe dedit; *exemplo non ſolùm plurium Romanorum Pontificum* (ut ſcribit *Palatius* Auctor Venetus,) *ſed ipſius etiam Chriſti redemptoris, qui plures*

res cognatos inter Apoſtolos cooptavit. Amicos enim, vel ignotos variis fortunæ caſibus transfert, vel avocat. Famam Principis ſeu alienam cùm negligunt, palpant potius quàm procurant. Ita quidem *Palatius*: at longè aliter *Innocentius XI* in Decreto ſuo, *de abolendo Nepotiſmo.*

Narrat *Menagius* apud *Balium*, ALEXANDRUM VIII anno ætat. 79. Papam electum, cùm omnes Nepotes ſuos trium ſeptimanarum ſpatio jam ad honores promoviſſet, quendam è familiaribus interrogaſſe, quæ de ſe ipſo fama eſſet; cui ille: *dicunt S. V. ad familia ſuæ progreſſum tempori minime parcere*: tum Pontifex: *Oh! Oh!* inquit, *ſono vinti tre hore e mezza*: (proxima eſt hora ſeſqui-vigeſima tertia:) Obiit die 1. Febr. 1691. Succeſſit INNOCENTIUS XII. De ejus morte vaticinium ſparſum eſt, quod ſane dolum redolet. Gallus (cujus nomen tacet *Balius*) è Genevâ ad familiares in Hollandia ſcripſerat, Mediolani virum quendam Confeſſorem adiiſſe, cui dixerit, *mortem ſibi inſtare, & intra biduum moriturum; fratrem ſuum intra quatriduum; PAPAM Natalitiis Feſtis; & Paſchalibus Regem Galliæ*: Addebat Famigerator duos fratres deſignato tempore obiiſſe; quoad Papam, vaticinio non reſpondit eventus.

SCRIPTA:

1. *Deciſiones Rotæ Romanæ*, Romæ impreſſæ.
2. *Pro hæreſeûs extirpatione.*
3. *Pro fidei puritate.*
4. *Pro Evangelii tutelâ*, dum Cardinalis eſſet.
5. Extant item MS. ejus *Orationes* ad Sacr. Senatum dictæ, præter eas quas Urbium Moderator ad Interamnenſes, Reatinos, Typhernates, Spoletinos &c. dixit.
6. Scripſit etiam *multas pias & elegantes litteras* ad Cæſarem, Reges, Principes, Reſpublicas, & Urbium Magiſtratus.

BULLÆ, CONSTITUTIONES &c.

1. *Excommunicatio anniverſaria in die Commemorationis Cœnæ Dominicæ* dat. ad fut. rei mem. Kal. April. Anni, ut arbitror, 1690. non 1689. ut legitur in Bullar. *Tom. VII.* ſeu *Contin. Part. I.* p. 77. edit. *Luxemb.* Hic excommunicantur & anathematizantur Huſſitæ, Wicleſiſtæ, Lutherani, Zuingliani, Calviniſtæ, Hugenotti, Anabaptiſtæ, Anti-Trinitarii, aliique omnes, qui à Romani Pontificis obedientiâ recedunt; eorumque libri prohibentur: Item ab ejus mandatis ad Concilium Univerſale appellantes: impedientes executionem quarumvis Literarum à Curia Romana emanatarum: avocantes perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum Tribunal, vel facientes Statuta S. Sedis & Eccleſiarum juribus contraria: moleſtantes propterea quâvis ratione Judices Eccleſiaſticos, vel ab eis ad Curias Seculares recurrentes: Redituum Eccleſiaſticorum uſurpatores, iiſque diverſa onera ſine ſpeciali Romani Pontificis licentiâ imponentes: Magiſtratus ſe interponentes in cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas: terras & loca ad Romanam Eccleſiam pertinentia infeſtantes, vel juriſdictionem Eccleſiæ in illis uſurpantes *&c.*

2. *Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ Alexandri Papæ VIII.* editæ A. 1689. die 7. Oct. Vid. *Bullar.* loc. cit. *Regulas* hujus Papæ *Antverp.* 1660. editas recenſet *Lipenius* Tom. II. p. 643. ſed proculdubio legendum 1690.

3. *Privilegia, Exemptiones & Indulta conceſſa Dapiferis, qui in Conclavi ſuæ Aſſumptionis S. R. E. Cardinalibus inſervierunt*: dat. 6 Dec. 1689. *Bullar.* cit. *p.* 87.

4. *Jubilæum univerſale, ad implorandum Divinum Auxilium initio ſui Pontificatûs pro ſalutari S. Eccleſiæ Catholicæ regimine*: dat. die 11. Dec. *Ibid.* p. 91.

5. *Conſtitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, aliiſque publicis oneribus*: dat. die 24. Dec. *Ibid.* p. 92.

6. *Conceſſio Privilegiorum pro nonnullis ſuis familiaribus*: dat. die 12. Jan. 1690. *Bullar.* Tom. VII. p. 95.

7. *Indulgentia pro viſitantibus certas Indiarum Eccleſias cum conceſſione quarumdam facultatum pro Societatis Jeſu utriuſque Indiæ Presbyteris*: ad fut. rei mem. dat. die 20. vel 30 Mart. *Ibid.* p. 100.

8. *Confirmatio Decretorum Sanctæ Cardinalium Congregationis ſuper aggregatione ad Provinciam Romanam à quibuſdam Pedemontanæ Provinciæ Monachis poſtulatâ emanatorum*: ad fut. rei mem. dat. die 12. April. *Ibid.* p. 102.

9. *Conceſſio Privilegiorum pro Ordine Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redempt. Captiv.* ad perp. rei mem. dat. die 28. Jul. *Ibid.* p. 103.

10. *Innovatio & extenſio Conſtitutionis* PII V. *quæ* PII IV. *de brevioribus quibuſdam arum non geſtandis diſpoſitionem confirmat*: ad perp. rei. mem. dat. Id. Aug. *Ibid.* p. 104.

11. *Confirmatio tenuarum* INNOCENTII XI *Literarum ſuper conceſſione Privilegiorum pro Collegio B. Ferdinandi Catholici Sancti nuncupati & Univerſitate Stæ Fidei in Indiis Occidentalibus*: ad. fut. rei mem. dat. die 7. Nov. *Ibid. p.* 106.

12. *Indulgentia plenaria pro unicâ vice, pro viſitantibus Eccleſias Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini die feſtivitatis Canonizationis B. Joannis à S. Facundo, vel ſeptem diebus immediatè ſequentibus*: ad fut. rei mem. dat. die 28. Nov. *Ibid.* p. 110.

13. *Proſcriptio Actuum editorum à Clero Gallicano pro declarandâ Eccleſiaſtica poteſtate an.* 1682. *ſub* INNOCENTIO XI. Bulla data die 4. Aug. 1690. extat ex *Berni* Iſtoria dell'Ereſie *Tom. IV.* in Bullar. cit. *Tom. X.* ſeu Contin. *Part. IV.* p. 216. &c. Sequitur *p.* 218

14. *Breve* ejuſd. Papæ ad LUDOVICUM Francorum Regem, dat. die 30. Jan. 1691. *ut prædictam Bullam ab univerſis Regni ſui Ordinibus ſervari curet*: quam eo tantùm die, licèt ſex abhinc menſibus datam, ſolenniter promulgatam docent *Acta Lipſ.* A. 1691. p. 151. Conf. quæ dicemus ſub tit. MENESTRERIUS (*Claud. Franc.*) cujus ibi recenſetur *Refutatio Prophetiarum falsò adſcriptarum S. Malachiæ ſuper Electionibus Pontificum.*

15. *Decretum contra extenſionem Juris Regaliæ, & Declarationem Cleri Gallicani.* Habetur in Collectione Synodorum Cardinalis *Vincentii Mariæ Urſini*, pag. 659. *in fol.* Beneventi 1695. Ita *Longus* in Bibl. hiſt. Galliæ.

16. Decretum adverſus Peccatum Philoſophicum, *dat. die* 24. *Aug.* 1690. Extat *pag.* 320 Collectionis de quâ ſub *Alexandro VII.* In ea Bulla explicatur, quid intelligatur per *Peccatum Philoſophicum Morale*, nempè actus humanus diſconveniens naturæ rationali & rectæ rationi; hoc dicebatur, quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſſe grave peccatum, ſed non offenſam Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æternâ pœnâ dignum. *Peccatum* verò *Theologicum* & *mortale*, eſſe transgreſſionem liberam Divinæ Legis. Declaravit autem Pontifex hanc Propoſitionem, ſcandaloſam, temerariam, piarum aurium offenſivam, & erroneam, & ut talem damnavit & prohibuit.

17. Aliud *Decretum* condidit die 7. Dec. 1690. adverſus XXXI Propoſitiones Janſeniſtarum Lovanienſium, in quo Decreto, Syſtema Janſenianæ Theologiæ ſubvertitur. Extat lib. cit. *p.* 325. &c. Inter haſce Propoſitiones damnatas, leguntur ſequentes:

Tertia: *Non licet ſequi opinionem probabilem, vel inter probabiles probabiliſſimam.* Vid. quæ obſervant *Act. Lipſ.* A. 1695. pag. 9. ubi recenſetur Jeſuitæ *Gonzalez* Tractatus de recto uſu opinionum probabilium.

Decima: *Intentio, quâ quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, merè ut cœleſtem obtineat gratiam, non eſt recta, nec Deo placens.*

Undecima: *Omne quod non eſt ex Fide Chriſtiana*

ſupernaturali, qua per dilectionem operatur, peccatum eſt.

Quatuordecima: *Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis.*

Decima quinta: *Attritio, qua gehennæ & pœnarum metu concipitur ſine dilectione benevolentia Dei propter ſe, non eſt bonus motus ac ſupernaturalis.*

Decima-nona: *Homo debet agere totâ vitâ pœnitentiam pro peccato originali.*

Vigeſima: *Confeſſiones apud Religioſos facta, pleraque vel ſacrilega ſunt, vel invalida.*

Vigeſima-tertia: *Arcendi ſunt à Sacra Communione, quibus nondum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis expers.*

Vigeſima-quinta: *Dei Patris ſimulacrum nefas eſt Chriſtiano in Templo collocare.*

Vigeſima-oona: *Futilis & toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Rom. ſupra Concilium œcumenicum autoritate, atque in Fidei quæſtionibus infallibilitate.*

Trigeſima: *Ubi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clarè fundatam, illam abſolutè poteſt tenere & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.*

Ultima: *Bulla* URBANI VIII. in eminenti, *eſt ſubreptitia.*

* De ALEXANDRO VIII. *Balius* verb. OTTOBONI. *Eggs* p. 921. &c.

ALEXANDER Abbas ſecundus Monaſterii S. Salvatoris Aquiſcincti (d'*Anchin*) Diœceſis Atrebatenſis (d'*Arras*) prope Duacum in Belgio, Ord. S. Bened. Congregationis Cluniacenſis, vulgò creditur Autor *Vitæ S. Goſwini*, ejuſdem Monaſterii Abbatis, qui obiit A. 1196. ſed de Autore dubitat *Valerius Andreas*; & *Molanum*, qui in notis ad *Uſuardum 6.* Oct. eam huic *Alexandro* tribuit, reprehendit *Longus* (a) qui autorem vitæ illius vixiſſe ait ſub *Simone*, *Alexandri* ſucceſſore. Prodiit autem curâ *Rich. Gibboni* Duaci, 1620. in 8. *Poſſevinus* (b) & *Voſſius* (c) dicunt *Goſwino* ſucceſſiſſe *Alexandrum*, quem ad A. 1100 collocant. Falluntur ergo vel qui *Goſwini* mortem ad A. 1196. vel qui *Alexandri* ætatem ad A. 1100 referunt.

(a) Bibl. Hiſtor. Galliæ *p.* 221. *n.* 4830. (b) Appar. ſacri *p.* 33. (c) *Lib. II.* de Hiſt Lat. *cap.* 46.

ALEXANDER Abbas Benedictinorum ad fanum Auguſtini Cantuariæ, gente Anglus, Theologus dictus, ita ab ipſis incunabulis operam litteris dabat, ut vir factus, digniſſimus baberetur, qui tam famoſo Collegio præeſſet. A JOANNE Anglorum Rege ob doctrinæ eminentiam conductus, ac Romam cum ſolemnibus nunciis A. 1206. miſſus fuit, ut cum magnis illic proceribus ſuper ſceptri ſui jure & authoritate regia in Anglorum regno diſceptaret. Probabat igitur rationibus & ſcripturis, coram Pontificiis, non eſſe in Regnis à Deo conſtitutis, poteſtate regia dominationem majorem. Epiſcoporum verò nullum eſſe temporale regimen dicebat; quum Chriſti regnum de hoc mundo non ſit. Allegavitque *Gregorii Magni* dicta ad *Auguſtinum* Monachum, de Anglorum Eccleſiæ ab omni ſervitutis jugo immunitate, atque contra in omnes in eâ conflictatione prævalebat. Cum autem factus eſſet *Stephanus Langtonus*, invito Rege, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, & Angliæ Primas, ſubornatis in illius deſtructionem Principibus aliis, *Alexander* à *Pandulpho* Legato, omni Eccleſiaſticorum functione & communione privatus, mendicare poſt Regis obitum cogitur, digito monſtrantibus æmulis, & dicentibus: *Ecce Homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum.* Iſte *Alexander* inter cætera SCRIPSIT.

1. *Victoriam à Portheo.*

2. *De ceſſatione Papali*, lib I. juxta *Baleum*, vel II. juxta *Ludov. Jacob.* (a) qui prohiberi ait.

3. *De Eccleſia Poteſtate.*

4. *De Poteſtate Vicariâ.*

Atque alia plura, inquit *Baleus*, qui addit claruiſſe A. 1207. quo JOANNES Rex 64. Monachos Cantuarienſes, ob contumaciam & præcepti ſui contemptum, in exilium miſit die 15. Julii. De *Alexandro* autem verificatur illud Apoc. XIII. *Quicunque non adoraverit imaginem beſtia, occidatur.* Et in JULII III. monetâ: *Gens & Regnum quod mihi non paruerit, peribit.* Hæc *Baleus* Cent. III. cap. 57. *Alexandrum* vixiſſe adhuc A. 1217. ſub HONORIO III. P. M. teſtis eſt cit. *Lud. Jacob.*

(a) Bibl. Pontif. *p.* 244.

ALEXANDER Alemanus, Saxo, Ord. Minorum, qui dictus eſt Doctor Illibatus, SCRIPSIT quædam ex Apocalypſi S. Joannis, & in IV libros Sententiarum. Quoniam verò tempore vixerit, tacere *Henr. Willot* Belgam, teſtatur *Poſſevinus* p. 35.

ALEXANDER de ALEXANDRIA. Quære hunc titulum.

ALEXANDER Alexandrinus Epiſcopus, ὁ ϑαυμάσιος τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων πρόμαχος (quo elogio illum ornat *Theodoritus* (a) i. e. *Eccleſia doctrinæ vindex acerrimus.* Achillæ circa A. 312. vel 313. in ſede Alexandrinâ ſucceſſit, Patriarcha in ordine XIX^us. Sub eo *Arius* Hæreſin ſuam diſſeminare cæpit, occaſionem nactus (ſi rem rectè narrat *Socrates* (b) ex ſubtili nimis Epiſcopi ſui ſermone, qui dum de SS. Trinitatis Myſterio paulò ambitioſius diſputaret, *Arius* illum *Sabellii* dogma inducere ratus, in contrariam opinionem contentionis ſtudio deflexit, aſſerens eſſe tempus, quando Filius non exiſteret, qui proinde creatura eſſet. Et ſane *Conſtantinus M.* reprehendit hoc nomine tum *Alexandrum*, quod inutiles quæſtiones Preſbyteris ſuis propoſuiſſet, tum *Arium*, quod in reſpondendo id quod vel nunquam cogitare, vel certè cogitatum ſilentio premere debuerat, impudenter protuliſſet. At verò ulteriorem odii in *Alexandrum* cauſam in *Arii* animo latuiſſe teſtis eſt *Theodoritus* (c), qui refert *Arium*, cùm *Alexandrum* ſibi Prælatum in ſummo Eccleſiaſticæ dignitatis gradu collocari ægrè ferret, nec aliunde moleſtiam illi creare poſſet, invidiæ ſtimulis agitatum doctrinæ ipſius palam contradicere cœpiſſe. Utcunque ſe res habuit, *Arius* rem ſuam gnaviter egit; quem cùm *Alexander* nullis monitis conſiliiſve ad ſaniorem mentem revocare potuiſſet, coactâ Alexandriæ Synodo, impia ejus dogmata damnavit, hominemque ex Preſbyterorum ordine ejecit, eandemque ſententiam, deinceps collecto pleniore, centum ferè Epiſcoporum, Concilio confirmavit; litteriſque ſuis effecit, ut impietas Ariana Eccleſiæ Catholicæ innoteſceret. Tertia tamen adhuc Synodus hac de re Alexandriæ habita eſt procurante *Hoſio* Cordubenſi, quem *Conſtantinus* ad has lites componendas cum litteris *Alexandro*, *Arioque* junctum inſcriptis illuc miſerat. Sed fruſtra omnia. Ideò convocatum eſt ex omni Orbe Chriſtiano magnum illud & celeberrimum Concilium Niceæ A. 325. cujus *Alexander* pars magna fuit, καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων πραγμάτων, geſtorum & autor & particeps, qui ſuâ præſentiâ maximam toti Synodo attulit voluptatem; & in provectâ ætate plurimum laboris ſuſtinuit, ut pax Alexandrinis reſtitueretur: ut de eo ipſi Patres Nicæni (d) loquuntur. Damnatis erroribus & proſcripto *Ario*, *Alexander* quinto poſt Synodum habitam menſe obiit, exeunte anno 325. vel circa initia ſequentis.

Ex *Epiſtolis*, quas de *Ario*, ejuſque dogmatibus ſcripſit, ſuperſunt hodie

1. *Epiſtola Encyclica de depoſitione Arii*, apud *Socratem* l. 1. c. 6. *Gelaſium* II. 3. de Actis Concilii Nicæni, (ubi etiam ſubſcriptiones 33. Preſbyterorum. & Diaconorum 29. quanquam in novâ *Athanaſii* editione habeantur nomina Preſbyterorum 36. & Diaconorum 44.) tum apud *Nicephorum* VIII. 8. & in Tripartita I. 13. Gallicè verò extat in *Hiſtoriâ Conciliorum generalium* Pariſ. 1692 in 4. (e) item Græcè MS. in Vatic. inter Codd. *Abrahami Maſſad* Maronitæ, num. 2. in fol. max. Pap. 362. (f). In eâ *Arii* blaſphemias enarrat *Alexander*, deque eo pariter ac aſſeclis anathemate à ſe percuſſis omnes Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopos certiores

res facit; ne ab iis ad communionem admittantur Hæretici.

2. *Ad Alexandrum C. Politanum* (ſunt qui *Theſſalonicenſem* malunt) τόμος ſive *Epiſtola de fide*, apud *Theodoritum* lib. 1. cap. 4. ubi *Valeſius* verba περὶ ὁμωνύμου, (*ad Homonymum*) male vertit *ad gentilem ſuum*. Extat item Gallicè in citatâ Hiſtoriâ Conciliorum Generalium.

3. *Epiſtola brevis ad Preſbyteros & Diaconos Alexandriæ & Mareotidis*, quâ *Arium* ejuſque ſocios depoſitos eſſe indicat. Memoratur MS. à *Lambecio* Bibl. Vindob. *cod. Theol. II. n.* 47. qui ineditam credidit, attamen ex Bibl. Reg. Codice MS. Græcè & Latinè edidit *Cotelerius* in Notis ad Partes Apoſt.

4. *Epiſtola contra Arianos* ad *Aeglonem* Cynopolis Epiſcopum, ex quâ bina fragmenta adducit *S. Maximus*, Opuſc. Theol. & Polem. *Tom. II. p.* 152. 155.

5. *Epiſtola ad Sylveſtrum* P. M. quæ quidem interiit, ſed cujus extat memoria in *Liberii* Papæ Epiſtolâ ad *Conſtant*. Imper. quam vide in Bibl. PP.

Tales ferè LXX Epiſtolas ad diverſos Epiſcopos τοῖς πανταχῇ ἐπισκόποις (*g*) ſcripſiſſe refert *Epiphanius* LXX. 4. Nominatim ad *Macarium* Hieroſolymitanum, *Euſebium* Cæſareenſem, *Aſclepium* Gazæum, *Macrinum* Jamnienſem, *Zenonem* Tyrium, *Philogonum* Antiochenum, *Euſtathium* Berrhoenſem.

* Conf. *Cave* ad A. 313. *p.* 110 & 111. *Jo. Alb. Fabric.* Bibl. Græcæ *Tom. VIII. p.* 340. *Poſſevin.* p. 31. *Sam. Baſnagii* Annal. *Tom. II.* p. 675. & 689. *§.* 10. p. 690. *§.* 17. p. 691. *§.* 20. & 710. *§.* 13. *Du Pin* Sec. IV. p. 33. in 4. *Renaudot* Hiſt. Patriarch. Alexandrin. *p.* 67. *Bern. de Montfaucon* Obſervat. de die & menſe obitûs *Alexandri*, in *Bibl. Hiſt. Philol. Theol.* Brem. 1730. *Claſſ. IV. Faſc. II. p.* 235. ubi mortem ejus ad 17. April. rejicit, quanquam alii ad 25. Febr. referunt.

(*a*) Hiſt. Eccleſ. *l.* 1. *c.* 2. (*b*) Hiſt. Eccleſ. *l.* 1. *c.* 5. (*c*) Loc. cit. & Hær. Fab. *l.* 7. *c.* 1. (*d*) Ep. Synod. apud *Theod.* l. 1. c. 9. & *Socrat.* l. 1. c. 9. (*e*) Vid. *Acta Lipſ.* Oct. 1692. p. 458. (*f*) *Aſſeman.* Tom. I. p. 598. (*g*) Vid. *Sozom.* lib. 1. c. 15. & *Socrat.* l. 1. c. 6

ALEXANDER Anglus, Monachus Cantuarienſis, Congregationis Cluniacenſis, qui floruit A. 1120. Scripsit teſte *Poſſevino* poſt *Arnold. Wion.*

Lib. *de dictis S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi.*

ALEXANDER Anglus, alius, qui Scripsit, teſte *Lipen.* Tom. II. *p.* 333. *Appendicem Theologicam de origine mundi.* Londini 1647.

ALEXANDER genre Anglus, Caſtrenſis ſeu Ceſtrienſis Epiſcopus, claram ſibi per litteras famam comparavit Sec. XIII. quâ ad Regis Angliæ Henrici III. gratiam pervenit. Unde & poſtea Ceſtrienſis Epiſcopus factus: cum quo novo honore crevit etiam inſigniter Principis favor; uſque adeo, ut nihil non ex ejus benevolentiâ ſperare potuerit. Ille tamen nihil elatior eo factus, relicta ad tempuſculum ſtudia, ut fortem Epiſcopum decuit, repetit; atque pulcherrima ingenii ſui monimenta reliquit: inter quæ extare ait *Lelandus* (a) Commentarios *ſuper Pſalterium*, ſeu, ut vocat *Sixtus Sen.* (b) *Scholaſticam Poſtillam in omnes Pſalmos*, quam A. 1238. ſcriptam tradit: ac præterea *Sermones pluros ad populum habitos*, teſte *Poſſevino p.* 32.

(*a*) Cap. 234. (*b*) Lib. IV. p. 195.

ALEXANDER gente Italus, Bononienſis, Ord. Præd. Vir, inquit *Leander* fol. 145. peritiſſimus, & in Concionibus ſuis *Origeni* valdè ſimillimus, Romæ vitâ functus eſt circa A. 1479. Ad eum *Auguſtinus Datus* Senenſis *Epiſt.* 2. *lib.* 1. ſic ſcribebat: *Certè cum concionaris, proponis nobis ante oculos in procipiendo* Paulum *Magiſtrum gentium, in inſtituendo* Thomam Aquinatem *Chriſtiana Religionis decus; in movendo vim* Demoſthenis; *in docendo* Ciceronis *ubertatem, in delectando ſuavitatem* Iſocratis; *ut nihil penè nec dici nec excogitari poſſit aut utilius, aut jucundius tuis præclariſſimis & optimis inſtitutis.* Dicitur Author

Sermonum de Tempore, de Sanctis & Quadrageſimæ, & ſcripſiſſe in *IV. Sententiarum libb.* Opuſculaque alia Theologica.

* *Script. Ord. Præd.* T. I. p. 856. ubi monent à *Rovetta* Noſtrum in duos dividi, alterum de *Azoguidis* ad 1460 alterum *de Bologninis* ad 1478. at eundem cenſet *Echardus*.

ALEXANDER BRASSICANUS. Vid. Litt. B.

ALEXANDER Cadomenſis (de *Caen*) gente Gallus, Capucinus, Provinciæ Normanniæ Prædicator, Edidit Gallicè libros tres, quorum

1. *La Ruine des Prêches de la Religion prétendue Reformée*: Ruina Concionum Religionis prætenſæ Reformatæ: *Portu Gratiæ* (au Havre de Grace) 1685. in 8.

2. *Le Triomphe de Louis le Grand ſur tous les Heretiques de la France*: Ludovici M. Triumphus in omnes Galliæ Hæreticos: *Ibid.* anno & forma iiſdem.

3. *Le Triomphe du St Sacrement de l'Autel ſur l'Heréſie*: Triumphus SS. Sacramenti Altaris in Hæreſin: *Ibid.* in 8. * Bibl. Capuc. *Dionyſii à Genua* p. 2.

ALEXANDER *Carpentarius*, ſeu *Fabricius* vulgò dictus, fabri lignarii filius, gente Anglus, ſtudioſus *Wicleſi* ſectator, vir multâ eruditione clarus Sec. XV. animum ſuum aſſiduâ S. Scripturæ lectione paſcebat. *Wicleſi* ergo veſtigia ingreſſus, cultûs divini corruptelis, earumque Authoribus, Præſulibus Eccleſiaſticis, infenſiſſimum ſe dedit; ita ut eos in ſuâ vocatione negligentes, manifeſtos Chriſti proditores eſſe pronunciabat. Inſuper iniquos operarios, ſeductores, fures, mendaces, raptores, oppreſſores, voluptatum amatores, carnales hypocritas, tyrannos maledictos, atque execrabiles Antichriſtos, in opere ſuo illos appellat. Cognoſcuntur, inquit *part.* 6. *cap.* 30. hypocritæ ex oppreſſione bonorum; fideles enim ac humiles Chriſti ſervos perſequuntur, incarcerant, & comburendo etiam quandoque interimunt &c. Præclara quædam ejus dicta collegit *Balæus* ex *Deſtructorio vitiorum*, atque inter alia hæc numerat: *imagines mortua, pro ſanitate vel auxilio implorari non debent. Traditionibus ſuperſtitiis, & conſtitutionibus iniquis, ſuas opprimunt iniqui Prælati. Sacerdotes moderni faciunt quæcunque caro & ſanguis eis revelat, igitur à Deo ſunt maledicti. Tales occiderunt Chriſtum, Apoſtolos & Martyres, reputantes eos hæreticos, quod eorum peccata taxarent* &c.

Scripsit ergo eximium opus libris VIII diſtinctum, cui nomen fecit

1. *Deſtructorium vitiorum.* Iſti enim debetur Opus illud quod prodiit *Norimbergæ* 1496. *fol.* & *Pariſ.* 1497. expenſis *Joan. Cobeleus, Petri Levet*, ac *Mich. Morin*, quam editionem vidit *Oudinus* in Bibl. Abbatiæ S. Germani à Pratis, aliamque ibid. ann. 1521. diligenti curâ correctam & emendatam per *Joan. de Fericbour.* Prodiit quoque *Venetiis* 1582. in 4. & alibi ſæpiùs, ſine Authoris cognomine, *Alexandro Anglo* inſcriptum. Sic enim ad calcem Codicis MS. in Bibliothecâ Balliolenſi Oxon. notatum legitur: *Auferens anguſtias tenebrarum cujuſdam fabri lignarii filius hæc notabilia ſupradicta ex SS. Doctorum ſententiis, & S. Scripturæ documentis collegit; & ad honorem Dei ſcribere ad Eccleſiæ utilitatem decrevit*, &c. Codex verò in fronte *Alexandri* noſtri nomen fert. Hæc αὐτόπτης Cl. *Uſſerius* in Bibliothecâ ſuâ Theologicâ MS. prodit. Porrò *Deſtructorium* iſtud habetur etiam MS. ſub *Alexandri* noſtri nomine in Bibliothecâ S. Petri Cantab. cod. 115. Inchoatum verò A. D. 1429. nec ante 1475. (quem tamen annum attigiſſe non putat *Woodius*) abſolutum teſtatur Autor in Cod. Balliolenſi. De hoc opere vid. *Oudin.* Tom. III. p. 131. ubi de *Alexandro de Hales*, qui hujus Autor meritò negatur.

2. *Homilias* item *eruditas*, aliaque plura, teſte *Baleo*, edidit, in quibus non hominum mortuorum conſuetudines ac placita nos ſequi debere dicit, ſed Dei

immortalis ac viventis veritatem.

* De eo *Baleus* Cent. VII. cap. 77. *Wood.* Hiſt. Oxon. *Lib. II. p.* 75. Wharton *Append. ad Caveum*, ad A. 1429.

ALEXANDER, Cœnobii S. Bartholomæi de Carpineto in Italiâ Monachus, claruit an. 1196. Eſſlagitantibus id fratribus ſuis Monachis, condidit *Monaſterii ſui Chronicon* libris VI. iiſque collectanea de ejuſdem fundatione & dotatione ſubjecit. Extat hoc Opus ex membranaceo codice Monaſterii Caſæ Novæ primùm in lucem editum à *Ferd. Ughel.* Ital. Sacr. *Tom. VI. p.* 1231. teſte Cl. *Caveo* ad A. 1196. p. 601. Eum *Viſchius* Bibl. Ciſterc. *p.* 17. Monachum dicit Abbatiæ Caſæ novæ Diœceſis Pennenſis in Aprutio, ejuſque *Chronicon* in IV libros diſtinctum ait.

ALEXANDER (*Daniel*) Ex-Judæus cujus extat à *Fabricio* (a) & *Wolfio* (b) memorata *Confeſſio fidei*, ſæpius edita, ex Syriaco verſa variis linguis, Germanicè, Gallicè, & per *Petrum Jacobi* Belgicè *Amſt.* 1642. 8. Accedit Epiſtola ad diverſos Judæos, quâ ad converſionem excitantur.

(a) Syllab. Script. de veritate Relig. Chriſt. *p.* 631.
(b) Bibl. Hebr. *P. II. p.* 1003.

ALEXANDER *Dolenſis.* Vid. VILLADEUS ſeu VILLA-DEI.

F. ALEXANDER (*Dominicus*) Ord. Præd. gente Italus, Neapolitanus patria & profeſſione, claruit anno 1685. quo & opus edidit hoc titulo:

La Peſca de fedeli per l'anime del purgatorio, Neapoli in 4.

Extat Romæ in Caſanatenſi. Sic ex Memorialibus acceptis refert *Echardus* Tom. II. p. 704.

ALEXANDER *Eremita* Vid. inf. ALEXANDER Monachus &c.

ALEXANDER *Eſſebienſis* cognominatus, natione Anglus, quem alii *Somerſetenſem*, alii *Staffordienſem* faciunt, Prior Cœnobii Eſſebienſis, Canonicorum Regul. Ord. D. Auguſtini, claruit circa A. 1220. non 1360. ut habent *Simlerus* in Epitome Geſn. *Poſſevin.* & *Ciaconius* inf. cit. Apud *Longum* legitur 1260.

SCRIPTA:

Multa cum proſa, tum carmine divulgavit, nimirum

1. *Epitomen Hiſtoriæ Britannicæ* MS. in Colleg. Cantabr. D. Bened. Cod. 53.

2. *Sermones* MS. Cantabr. in Bibl. publ. Cod. 128. num. 7. *Sermones Prioris de Eſſebea.*

3. *Librum Feſtivalem*: Princ. *Duo præclara* &c. Extat inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angl. Cathedr. & aliarum celebr. Biblioth. 1670. in MSS. Codd. Colleg. Etonenſis ſub arce Windeſor. Cod. 77. nu. 2. in fol. atque ibid. nu. 8015. in Codd. Bibl. Jacob. Cod. 289. idem *Feſtivale & Horarum Canonicarum ſeries* &c. notatus.

4. *Vitam S. Agnetis.* Eandem eſſe quam edidit *Barthius* ſub nomine *Hildeberti*, Epiſc. primò Cenomanenſis, tum Turonenſis Archiep. arbitratus eſt *Dammius* Epiſt. 52. ad *Th. Reineſium*, ut obſervat *Sandius* ad *Voſſium* p. 164. apud *Placcium* in Pſeudonymis, *p.* 358. *n.* 1357.

5. *Vitam Bertellini* ſeu *Bertolini* Eremitæ.

6. *Vitam Cungari* ſeu *Cungeri Eremitæ.* *Lungunum* ſive *Lungarum* vocat *Poſſevinus* p. 33.

7. *Opus de Sacris diebus*, in quo feſta celebria totius anni ac Sanctorum Vitas carmine elegiaco deſcripſit. Princ. *Omnia cum nequeam* &c. Hoc *Alexandri* exemplum ſecutus, poſtea fecit *Joannes Baptiſta Mantuanus.*

8. *De miraculis Sanctorum* Libb. II. carmine. Inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. n. 1841. Cod. 2. *Thom. Bodl.*

9. *Geſta & Paſſiones Sanctorum*, verſibus expreſſa. Ibid. n. 2219. in MSS. Codd. ejuſd. lit. D. Cod. 11. nu. 4.

10. *Argumenta Bibliorum*, vel *Compendium Hiſtoriarum Bibliæ*: Princ. *Ante dies omnes* &c.

11. *Confeſſionem ad Deum*: Princ. *Confiteor tibi* &c.

12. *Meditationes quædam*: Princ. *Duæ ſunt vitæ* &c.

13. *Epiſtolarum & Carminum Lib. I.* Princ. *Laborem in ludum* &c.

Licèt ejus carmina, inquit *Baleus*, non habeantur omni ex parte emuncta, nitida & pura, ut hæc peteret ætas, ſunt tamen eruditionis plena, ac plerumque Virgilianum aliquid ſpirantia. Es tamen a ſuperſtitione ac fabulis non eximimus. * Hæc ille *Cent. IV. num.* 59. Vid. & *Leland.* cap. 218. ubi de *Alexandro Nechamo.* Voſſium *Lib. II. cap.* 58. Oudin. *Tom. II. p.* 99. Ciacon. *Biblioth.* p. 83. quam *Pariſiis* edidit A. 1731. *Franc. Dion. Camuſat.*

ALEXANDER ex domo Faſſitelli *de S^to^ Elpidio*, Marchiæ Anconitanæ Oppido, non Umbriæ, ut alii aſſerunt, S. T. D. humanis, & divinis Litteris exornatus, facundiſſimi ingenii, & tatæ experientiæ in rebus agendis, Auguſtinianorum Prior Generalis, Molfetanus Epiſcopus, claruit Sec. XIV. Aſſerunt *Elſſius*, & *Herrera* ſpineam Coronam Jeſu Chriſti, quæ olim in Monaſterio Elpidienſi ſervabatur, ex Pariſienſi Urbe in patriam deportaſſe *Alexandrum*; at *Lud. Zacconius* in viridi Prato *Lib. I. p.* 114. donatam fuiſſe affirmat ab *Alphonſo IV* Rege Aragonio P. M. *Jacobo à S. Elpidio* ejus Confeſſario. Ipſa nunc, non Recineti, ut *Robertus de Licio* cap. 1. *ſer.* 7. teſtatur, ſed Firmi in Auguſtiniano Cœnobio aſſervatur. Viterbii anno 1312. 14. Maii noſter *Alexander* eligitur totius Ordinis ſui Generalis. Anno 1315. in Congreſſu Gen. Patavino Magiſtratus in aliud triennium illi prorogatus fuit: Quod factum quoque eſt in Ariminenſi 1318; Tarviſino 1321; ac quinta vice in Montiſpeſſulano A. 1324. Tempore ſui gubernii præſentavit Papæ *Clementi V.* Conſtitutiones Ordinis Ratisponenſes, quæ etſi ab ipſo Pontifice collaudatæ, non tamen confirmatæ fuère. Quod in bonum Religionis ceſſit. Nam, ſi confirmatæ fuiſſent, niſi de mandato Pontificio unquam variari, vel infringi poſſent. Ordinem ampliare ſtudens, à *Joanne XXII.* facultatem obtinuit Monaſteria fundandi nova, & accitis ex Pariſienſi Univerſitate *Alberto* Patavino, *Gerardo* Senenſi, aliiſque præclaris viris, ſtudia erigere in Italia curavit. Ab eodem *Joanne XXII.* ad Principes diverſos pro tuenda Eccleſiaſtica Juriſdictione, quam verbo, & calamo fortiter tutatus eſt, pluries legationes varias laudabiliter geſſit. Silentii Religioſi amator præcipuus, hæc Fratribus inſuſurrare ſolebat, ut teſtatur *B. Jordanus* Saxo. *Antiqui PP. inſtinctu Spiritus Sancti provide & ſalubriter ordinaverunt, ut certis locis, in choro, in cœnobio, in Religioſis manſionibus, ſilentium teneretur, ex quo naſcitur quies mentium, ſurgit profectus ſtudentium, & juxta Propheticum verbum Iſaiæ cap.* 32. *Cultus juſtitiæ ſilentium.* Pariſiis primo fuit magni *Ægidii* diſcipulus, deinde publicus Univerſitatis Profeſſor. Cùm *Joannes XXII* intellexiſſet Archiepiſcopum Cretenſem obiiſſe, ne egregiæ operationes noſtri *Alexandri* ſine præmio manerent, ad illam Cathedram moderandam deſtinavit: At cum denuò accepiſſet, Archiepiſcopum in humanis agere, eum ad inſignem Infulam Molfetenſem tunc vacantem derexit. Hoc ferè omnes ſcriptores de noſtro *Alexandro* pertractantes non agnovere, ideoque Archiepiſcopum Ravennatenſem, Cretenſem & Amalphitanum incongruè pronunciàrunt. Solus *Torellus* hanc veritatem ab antiquo Regeſto Romanæ Provinciæ extraxit. Aſſertio dicti Regeſti eſt: *Poſt hæc per ſanctiſſimum DD. Joannem Summum Pontificem electus eſt in Archiepiſcopum Cretenſem, ſed poſt paucos dies inventum eſt, quod ſupradictus Archiepiſcopus vivebat, & per eundem S. Patrem proviſum eſt ei de Epiſcopatu Molfetano, & per paucos menſes vivens Epiſcopus diem clauſit.* Obiit igitur *Alexander* anno 1325. licèt poſt annum adhuc 1330. claruiſſe dicant *Caſim. Oudinus*, *Phil. Elſſius*, *Lud. Jacob*, & *Poſſevinus.* Quo anno ætate provectiori vixiſſe etiam docet

Digitized by Google

docet *Mererim.* Nibil de eo *Ughellm* in Tom. I° *Italia Sacra.* Hoc verò nil mirum, quia non rectè cognovit ea quæ ad ſeriem Epiſcoporum Molfetenſium dirigendam erant neceſſaria, ut inibi patet expreſsè. *Poſſevinus* etiam inadvertenter diſcernit *Alexandrum* Archiep. Ravennæ ab *Alexandro à S. Elpidio.* Commendatur ſupradictus à B. *Henrico de Urimaria* Germano in Tract. *de Origine Ordinis*, his verbis: *Undecimus Gen. fuit Magiſter Alexander de S. Elpidio, ſimiliter Doctor in Sacra pagina, vir utique multum cautus, mira prudentia & magna ſcientia.*

S C R I P T A :

1. *De Jurisdictione Imperii, & Auctoritate Summi Pontificis*, Libb. II. *Lugduni* per Claudium Giboleti 1498. 4. Editionem A. 1538. recenſet *Morerius.* Opus iſtud MS. ſervatur Romæ in Vatic. pulchris characteribus, & Cantabr. in Bibl. Collegii Emmanuelis Cod. 1.

2. *De Poteſtate Eccleſiaſtica ad Joannem XXII*, Libri duo. *Taurini* apud Nicolaum de Benedictis, & Jacobum Suignon 1494. 4. Poſteà *Arimini* apud Simbenium, cura & ſtudio P. M. *Angeli Vancii* 1624. 4. Poſtremò *Romæ* in Tom. II. Biblioth. Max. Pont. per Rocaberti 1696. fol.

3. *De ceſſione ſedium, fundatione, & mutatione* Tractatus, in Vaticana.

4. *Quaſtiones ordinaria Theologica*, citantur ab Archiep. Hiſpalenſi *Alphonſo Vargas* in 1. Sent. quæſt. 4. diſt. 1. art. 3. & 4.

5. *Quodlibetorum Libri tres*: eos citat *Argentinas* in 1. diſt. 11. art. 3. ſic. *Reſpondet Alexander Ord. S. Auguſtini 3. ſuo quodlibeto* q. 3. & diſt. 17. quæſt. 1. art. 2. citat 2. quodlibet. quæſt. 22.

6. *De Triplici Sacerdotio* Tractatus tres citantur à *Gavardo* de Hierarchia Eccl. ſuæ Theologiæ Auguſtino-Ægidianæ *Tom. IV. pag.* 499. in Angelica & Vaticana.

Servantur MSS. in Conventu Eremitarum Auguſtinianorum Bononienſi

7. *Comment. in Evangelium Joannis, cum Compendio breviſſimo Librorum D. Auguſtini de Civitate Dei.* Extat MS. ſub *Alexandri* noſtri nomine in Regia Gall. Bibl. Cod. 4160.

8. *De Paupertate Evangelica* Lib. I.

9. *De Eccleſiaſtica Unitate* Lib. I. Duo iſti ſervantur item MSS. Cremonæ in Bibl. Ordinis, & in Colbert. Cod. 506.

10. *In Libros Priorum Ariſtotelis Comment.* & alia multa.

* Conf. *Wharton* Append. ad A. 1312. p. 10. *Diſſert. Hiſt. de CC. celebr. Auguſtin. Scriptor.* p. 174. *Oudin.* Tom. III. p. 881. *Elſſii* Encomiaſt. p. 28. *Poſſevin.* p. 32. & 34. *Du Pin* Sec. XIV. p. 64 in 4. *Lud. Jacob* Bibl. Pontif. *p.* 245. *Morer.* Lexic. *p. m.* 219.

ALEXANDER *de Franciſcis.* Vid. ad Litt. F.

ALEXANDER (*Gabriel*). Vid. *de* ALEXANDRIS.

ALEXANDER *de Hales* ſeu *Halenſis*, natione Anglus, ita cognominatus à Monaſterio Comitatûs Gloceſtrienſis, in quo ab annis junioribus humanas ac divinas ſcientias edoctus eſt; factus autem ob eminentem doctrinam Archidiaconus in Anglicanâ aliquâ Eccleſiâ, ut ex veteri ejus ſepulchri Epitaphio conſtat: ſucceſſu temporis, Angliâ relictâ, Gallias petiit, clarus circa A. 1230. in Academiâ Pariſienſi Theologiam docuit, unde poſtea ad Ordinem Fratrum Minorum (rogatus, ut aiunt, à quodam Franciſcano in nomine B. V. M.) pertranſiit, à quibus *Fons Vitæ, Doctor Doctorum*, & *Irrefragabilis* appellatus. Primum hujus Ordinis Doctorem aſſerit *Labbeus*, qui, ut & *Wadingus*, & Franciſcani omnes, eum SS. *Bonaventuræ* ac *Thomæ Aquinatis* in Theologicis Magiſtrum fuiſſe contendunt, negantibus acriter ſatis omnibus Dominicanis. Probant Sodales aſſertionem ſuam ex Epitaphio maximè quod legitur in Conventu Minoritarum Pariſienſium ad tumulum *Alexandri*, ubi *Magiſter Sanctorum Bonaventura & Thomæ Aquinatis* legitur. Doctam de hoc argumento Diſſertationem in contrarium ſcripſit *Nat. Alexander* Dominicanus, de quo mox dicturi ſumus: Rectè probat Vir doctus, (judice quidem *Caſ. Oudino*) Alexandrum *Halenſem* A. 1245. mortuum, nunquam fuiſſe Magiſtrum S. *Thomæ Aquinatis*, qui eodem circiter anno miſſus Coloniam Agrippinam, primam tantùm operam Philoſophicis ibi ſtudiis dabat ſub *Alberto Magno*: neque unquam, niſi poſt *Alexandri Halenſis* mortem, Pariſios ad Theologiæ ſtudendum acceſſit. Atque ita ex ratione Chronologicâ, Minoritarum ſententiam evertit. Longè tamen inſigniorem, addit *Oudinus*, obtuliſſet *Alexander* Diſſertationem, ſi rationi, quam ſtare ab ejus parte conſtat, modeſtiam atque humilitatem aptâſſet. Plures enim, pergit ille, viros doctos & graves vidimus, etiam *Alexandro* amicos, qui militarem hanc (inquiebant) ſcribendi rationem improbantes, Diſſertationem iſtam *Dicterium ac perpetuam in Franciſcanos ironiam appellarent.* Adverſus *Alexandrum* & *Echardum* Dominicanos pro *Halenſi S. Thomæ* Præceptore pugnavit inter alios Franciſcanus *Aſſermet*, de quo nos ſuo loco. Quantum autem ad memoratum Epitaphium, contendit *Nat. Alexander*, non eſſe anno 1628 vetuſtius, quo à Fratre *Benigno* Genuenſi, Ord. FF. Minorum Generali Miniſtro, poſitum eſt. Ita Dominicanus *Diſſertationis* ſuæ *pag.* 86. ubi acerba in Franciſcanos audaces multa profundit. Cæterùm Epitaphium vetus Leoninis verſibus editum, & *Alexandri Halenſis* tumulo ſtatim ab ejus obitu inſcriptum, eum fuiſſe *D. Thomæ* Præceptorem non narrat. Sic autem habet hæc vetuſta inſcriptio à *Wadingo* relata in Annal. & in Bibl. ſui Ordinis, *p.* 9.

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus & flos Philoſophorum,
Auctor Scriptorum Vir Alexander variorum,
Norma modernorum, fons veri lux aliorum;
Inclytus Anglorum fuit archilevita, ſed horum
Spretor Clerorum Frater (alii *Fratrum*) *Collega Minorum.*
Factus egenorum, fit (alii *ſed*) *Doctor primus eorum.*

Et ibidem:

Si quis honos meritis, ſi qui virtute colantur,
Hunc animo præfer, hunc venerare Patrem.
Nec ſorde & culpa pigriter per otia deſis
Nanciſci ſtudio, quæ Minor iſte refert.

Quod ad S. *Bonaventuram* ſpectat, idem de illo quod de S *Thoma* dici vult laud. *Oudinus*, nunquam fuiſſe *Alexandri Halenſis* diſcipulum. Nam, ait, ex *Wadingo* in Annal. ad A. 1243. num. 2. S. *Bonaventura* Ordinem ſuum ingreſſus eſt eod. anno 1243. ætat. ſuæ 21. vel 22. id eſt junior, & Grammaticus ſeu Rhetor. Vix ergo potuit emenſis novitiatûs annis circiter duobus, mitti Pariſios ante annum 1245. idque tantùm ut Philoſophicis incumberet ſtudiis. At hoc ipſo anno 1245. mortuus eſt *Alexander Halenſis* ſenex & veteranus Theologiæ Magiſter: unde non putat *Oudinus*, illum ſub finem vitæ ſe dediſſe annis 1244. & 1245. Philoſophiæ explicandæ. Obſervat præterea, Theologiæ ſtuduiſſe eodem tempore Pariſiis, licèt non ſub eodem Magiſtro, *S. Thomam* & *S. Bonaventuram*, atque ex Hiſt. Univerſit. Pariſ. ad ann. 1233. & 1242. conjicit, *Bonaventuræ* Magiſtrum potius fuiſſe *Joannem de Rupella*, Doctorem tunc temporis inter Franciſcanos famoſiſſimum. Fatetur equidem, *Bonaventuram à Trithemio* agnoſci *Alexandri Halenſis* diſcipulum, quemadmodum à *Petro Galeſinio* Protonotario Apoſtol. qui primus Vitam D. *Bonaventuræ* conſcripſit; imò hunc Cardinalem ab *Halenſi* Magiſtro fuiſſe laudatum, *tanquam verum Iſraëlitam in quo dolus non eſſet*, ut habet idem *Galeſinius* cap. 8.

Sed hæc,

Sed hæc,* inquit, gratis ſcripta eſſe compertum eſt, cum *Alexandri Halenſis* diſcipulus eſſe nequiverit, ſed *Joannis de Rupella*, qui in Cathedra Magiſtrali ſucceſſit *Halenſi*, ut tradit loc. cit. *Galeſinius*: quod cum *Balco* non convenit, qui ait *Alexandrum diem obiiſſe unà cum Joanne de Rupella* Lutetiæ Pariſiorum *&c.* Litem dirimant quibus intereſt.

Obiit autem Noſter, ut dictum eſt, A. 1245. die 27. Aug. Pariſiis ſepultus in majori Conventu ſui Ordinis, cum Epitaphio ſupra relato: atque, ut exiſtimat *Oudinus*, ſepulchrum poſtea translatum in Capitulum Fratrum, à terrâ utcunque elevatum, cum Epitaphio recenti quod ann. 1628. ut jam innuimus, apponi mandavit *F. Benignus* Genuenſis.

SCRIPTA Genuina, Dubia, Spuria *&c.*

1. *Comment. in IV. Evangelia*, qui MSS. in Bibl. Ambroſ. Mediol. haberi dicuntur. *Poſſevinus* ſcribit, ſe vidiſſe Romæ apud Card. *Sarnanum*, Alexandri noſtri *Tomos IV. MSS. in D. Matthæum, in Lucam, & in omnes D. Pauli Epiſtolas.*

2. *Comment. in Iſaiam, in Jeremiam, in Ezechielem, in Danielem, & in XII. Prophetas Minores*, MSS. in dict. Bibl. Aſſervatus & in Bibl. Colb. Cod. 429 vel 439. *Comment. in XII Prophetas Minores*, ſub nomine *Alexandri de Hales* ad finem Codicis: verùm eo attentius à ſe inſpecto & collato reperiſſe teſtatur *Oudinus*, hos Commentarios pertinere ad *Guillelmum de Milicona*: & quoad *Comment. in Iſaiam*, item ſub nomine *Alexandri* noſtri in Bibl. Paul. Lipſ. cautè diſcutiendum monet *Oudinus*, annon ſpectet ad *Hugonem de S^to Caro* Dominicanum.

3. *Summa univerſa Theologia*, in IV. partes diſtributa. Incip. *Quoniam ſicut dicit Boethius.* Prodiit *Norimberg.* 1482. fol. *Papia* 1489. *Baſil.* 1502. *Lugduni* 1515. & 1516. in fol. vel 4. item caſtigata cum titulis & allegationibus locorum quamplurimis illuſtrata *Venet.* 1575. & 1576. (*Orlandus* habet 1475.) *Coloniæque* 1622. Notandum eſt editionem *Lugdunenſem* prodiiſſe ſub tit. *Quæſtiones* ſeu *Commentaria in IV Libros Sententiarum.* Sed idem omninò opus eſt cum *Summâ* quod invictè probant duo MSS. Codd. Bibl. Vict. Pariſ. litt. K. 1. & 2. quorum alter *textum Magiſtri Sententiarum*, cum *Summâ* Alexandri *Halenſis* exhibet, ad cujus calcem hæc leguntur: „ *Tabula hic „ contentorum*: Primus Liber *Sententiarum*, ſive *Sum„ ma Theologica* Dom. Alexandri de Hales, „ *&c.* Quæſtiones percenſet hic Index, quæ primâ & ſecundâ parte *Summa* continentur: Tertiâ verò parte hæc leguntur: „ Tertius Liber *Sententiarum*, ſeu *Summa Theo„ logica* „ &c. Teſtatur equidem *Pitſeus* eos *in Sententias Commentarios* ſervari MSS. in Colleg. Cantabr. S. Petri Cod. 116. & *Comment. in II librum Sententiarum* Oxonii in Bibl. Colleg. novi Cod. 241. Sed ſi accuratius illos inſpexiſſet, *Commentarium* illum *Summam* ipſam eſſe textui Magiſtri Sententiarum adjectam, facilè animadvertiſſet. Hæc *Oudino* præbuit citata *Nat. Alexandri* Diſſertatio. Addit ille, memoratam editionem Lugdunenſem, quæ habetur in Bibl. S. Germani à Pratis *Pariſ.* eam ipſam *Summam* eſſe, ſub nomine *Alexandri Halenſis* ſæpiùs impreſſam. *Waddingum* itaque inprimis erroris arguit, qui tanquam duo Opera diſtinguit. Porrò de hac *Summâ* audiendus *Ciaconius.* Summam, *inquit*, quadrimembrem juſſu *Innocentii IV* conſcripſit (*Alexander*), quâ cunctas obſcuriores Theologicas dubitationes, per quæſtiones & articulus decidit. *Pars I* Quæſtiones 74 complectitur, de divinis perſonis, de illarum proprietatibus & attributis edifferens. *Pars II*, quæ in 179 Quæſtiones diſtribuitur, agit de productione & creatione cunctarum rerum. *Pars III* complectitur Quæſtiones 82. de hominis lapſu & reparatione per Chriſtum. *Pars IV*, quæ 114 Quæſtiones comprehendit, de Sacramentis Veteris & Novæ Legis, de oratione, jejunio & eleemoſynâ diſputat. Mox *Lugdunenſem* & *Venetam* editionem recenſet *Ciaconius.* Hanc *Alexandri* Summam in compendium redegit *Proſper Urbanus* Urbinas.

4. *Commentaria in Ariſtot. Libros III. de Anima*: Prodierunt *Oxonii* 1481. ſi locum & tempus rectè ſignat, qui Catalogum Bibliothecæ Oxonienſis condidit, Vir Cl. *Thomas Hyde* Protobibliothecarius. Hanc editionem memorat quoque *Orlandus.*

5. *Comment. in Job.* Princ. *Dicitur in Pſalmo* &c.

6. *De verbis exoticis*: Princ. *In exordio hujus libelli* &c.

7. *Dictionarium difficilium vocabul.* Princ. *Ceſpitas in phaleris, Appæ* &c.

8. *Mariale magnum*, Libb. VI. Princ. *Maria præcellentiſſima Matris.* Extat MS. in Bibl. Lambeth.

9. *Lectura Bibliorum*: Alii vocant *Annotationes in utrumque Teſtamentum*, vel *Poſtillam ſuper totam Bibliam.*

10. *De myſteriis Eccleſia.* Anglia quo tandem tua tendis *&c.*

11. *De pœnitentia.*

12. *De negligentia.*

13. *Declaratio Regula ſui Ordinis.* Princ. *Reverendo in Chriſto Patri.*

14. *De triplici Opere* Libb. II.

15. *De concordiâ juris divini & humani.*

16. *Commentarius in Pſalmos Davidis*, qui à nonnullis *Bonaventura*, ab aliis *Hugoni de S. Caro* adjudicatur. Prodiit *Venetiis* 1496. fol. & *Lipſia* 1554. *Poſſevinus* eum *Hugoni à S. Theodorico* falsò adſcriptum pronunciat.

17. *Commentaria in Apocalypſin.* Prodierunt curâ *Joannis de la Haye* Pariſ. 1647. *fol.* An genuinum ſit opus dubitat *Elias Du Pin.*

Plurima extant Opuſcula MSS. in Anglicis Bibliothecis ſub *Alexandri Halenſis* nomine, quæ an ipſius ſint, licèt in MSS. nomen præferant, meritò, inquit *Oudinus*, ambigi poſſit: & inter ea

18. *Expoſitio decem præceptorum legis*, in Bibl. Bodl. num. 663. in MSS. Codd. *Guil. Laudi* litt. C. Cod. 21. num. 1.

19. *De Symbolo SS. Patrum*, ibid. num. 4.

20. *Summa de Virtutibus*, ex quâ multa in Speculum ſuum tranſcripſit *Vincentius.* An genuina ſit dubitat *Elias Du Pin*, & ex ejus operibus delendam jubet *Nat. Alexander.* Prodiit *Pariſ.* 1509.

21. *Commentaria in Metaphyſicam Ariſtotelis.* Extant *Venet.* 1572. *fol.* Alexandro ab Alexandria quidam tribuunt: Hæc item *Alexandro* tribuit *Eiſengreinius*, & ex eo alii:

22. *Vitam S. Thoma Cantuarienſis Archiep.*

23. *Vitam Richardi Anglorum Regis.*

24. *Volumen de factis Muhammedis.* Verùm hæc omnia nugæ deliriaque ſunt, quorum apud coætaneos Scriptores veſtigium nullum. Quoad *Vitam & facta Muhammedis*, opus eſſe *Joannis Gualenſis* teſtatur *Oudinus.*

25. Quoad *Deſtructorium Vitiorum*, quod *Alexandro Halenſi* nonnulli tribuunt, certè opus eſt *Alexandri Carpentarii*, ut ſuo loco diximus.

* Conf. *Cave* ad A. 1230. *Oudin.* Tom. III. p. 129. &c. *Balcum* Cent. III. num. 91. *Leland.* cap. 231. *Voſſium* Lib. II. cap. 58. p. m. 472. *Du Pin* Tom. X. p. 71. in 4. *Henric. Gandav.* cap. 46. *Trithem.* cap. 458. edit. Fabric. *Nat. Alexand.* Sec. XIII. cap. IV. art. 2. p. 137. *Geſner.* fol. 23. verſo. *Ciaconii* Biblioth. edit. *Camuſati*, p. 84. *Poſſevin.* p. m. 33. *Le Long* p. 602. *Orlandi* Origine e progreſſi della Stampa p. 273. *Lipen.* Bibl. Theol. *Morer.* &c.

ALEXANDER, Hierapoleos Epiſcopus, Euphrateſiæ Provinciæ Primas, claruit anno 431. A *Joanne* Antiocheno ad Synodum Epheſinam Orientalium nomine præmiſſus eſt, ut *Neſtorii* cauſam patrocinaretur, quod quidem ſedulò, incaſſum tamen, fecit; & in *Joannis*

Joannis Conciliabulo *Cyrilli* damnationi mox ſubſcripſit. Integerrimus erat *Neſtorii* amicus ; *Cyrilli* verò hoſtis infenſiſſimus, nec cum eo pacis incundæ conditiones admittere unquam voluit, manifeſtum eſſe *Apollinariſtam* clamans, Capitula ejus peſſimam fœtere hæreſin, eique communionem omnimodò denegandam eſſe : quin & pertinax adoò adverſùs *Cyrillum* odium fovit, ut *Joannis*, *Theoderiti*, aliorumque Orientalium ob pacem cum *Cyrillo* initam communioni renunciaret. Sede igitur ſuâ detrudi veritus, Romani Pontificis opem efflagitavit ; verùm ab eo rejectus eſt ; cumque in *Cyrillum* debacchari, & Deiparæ vocem exagitare non deſineret, Imperatoris demum edicto ſede ſuâ expulſus, & *Famothin* Ægyptiacam in axilium miſſus.

1. Extant Lat. *Epiſtolæ* XXIII inter Epiſtolas *Lupi* Epheſinas, *num.* 57. 58. 64. 65. 69. 93. 94. 96. 100. 102. 104. 105. 127. 136. 147. 149. 154. 156. 165. 167. 169. 178. 182.

Scripſit etiam teſte *Suidâ*, voce *Alexand.* p. 164.

2. *Sermonem* [illegible] [illegible], *novem capita complectentem*, in quo docuit, *Quid novi Chriſtus in mundum intulerit.*

Alius à noſtro erat *Alexander* Apameæ Epiſcopus, unà cum eo ad Synodum Epheſinam à *Joanne* Antiocheno legatus ; cujus ad noſtrum extat *Epiſtola* Lat. ibid. num. 132. teſte *Caveo* ad A. 431.

3. Catal. Libr. Syrorum *Ebed-Jeſu* Sobenſis *cap.* 130. refert *Alexandrum* Hierapol. librum compoſuiſſe *Solutionis nugarum Juliani*, Apoſtatæ ſcilicet, ut notat *Aſſemanus* (*a*), monens, *Ecchellenſem* pro *nugarum* perperam legiſſe *errorum*. Rectè item obſervat *Alexandrum* hunc & alios à *Sobenſi*, loco non ſuo, (inter Syros ſcilicet Scriptores, qui Syriacè ſcripſerunt) referri : idque eo factum putat, quod ipſe (*Ecchellenſis*) quinam ii fuerint, ignoravit, ſcriptaque eorum, quæ è Græco in Syriacum converſa ſunt, Syriacè primùm exarata fuiſſe exiſtimavit.

De eo videri poteſt Abbas Floriacenſis *Hiſt. Eccleſ.* Tom. VI.

(*a*) Bibl. Orient. *Tom. III.* p. 197.

ALEXANDER (*Hieronymus*) Vid. ALEANDER.

S. ALEXANDER Hieroſolymorum Epiſcopus, ex genre Cappadocum, ubi erat præclaræ Urbis Epiſcopus, Hieroſolymam orandi & ſanctorum locorum viſendi gratiâ properaverat : quem loci incolæ domum redire non ſinentes, Epiſcopum detinuerunt in adjutorium *Narciſſi*, cujus ipſe *Alexander* in Epiſtolis ſuis ad Antinoitas meminit his verbis : *Salvat vos Narciſſus, qui ante me Epiſcopatum hujus Eccleſiæ regere cœpit, quique mecum poſitus, orationibus veſtris annos jam* 116. *vitæ ſuæ gerit*, &c. anno ſcilicet Chriſti 214. ut in Chronico tradit *Euſebius*. Narrat ipſe *lib. VI. cap.* 9. eo die quo ingreſſurus urbem *Alexander* nunciatus eſt, multitudinem fratrum extra portas in occurſum ejus egreſſam fuiſſe, & cœleſtem ab omnibus auditam vocem, dicentem : *Suſcipite Epiſcopum qui vobis à Deo deſtinatus eſt* : quibus compertis Epiſcopi urbium vicinarum eum inibi reſidere neceſſario compulerunt. Loc. cit. memoratur alia ejus Epiſtola ad Antiochenſes ſuper ordinatione *Aſclepiadis* qui *Serapioni* ſucceſſit, quam electionem gratiſſimam ſibi eſſe teſtatur. *Cap.* 14. fragmentum habetur ejus Epiſtolæ ad *Origenem*, in quâ *Clementis* & *Pantæni* meminit, quos *Dominos ſuos* vocat. Idem *Euſebius* cap. 15. fragmentum exhibet Epiſtolæ *Alexandri* ad *Demetrium* Alexandrinum, cui hæc ſcribit occaſione *Origenis*, nondum Presbyteri : » Quod autem addidiſti » in litteris tuis, *quia nunquam auditum, aut aliquando* » *factum ſit, ut præſentibus Epiſcopis laici diſputent* ; neſ» cio quam ob cauſam tam apertum mendacium aſſerere » volueris, cùm conſuetudo hæc ſit, ut ſicubi inve» niantur qui poſſint fratres inſtruere in Eccleſia, & » conſolari populum, ad tractandum ſemper à Stis Epiſ» copis invitentur *&c.* « Cap. 16. docet extructam eſſe Hieroſolymis ab *Alexandro* Bibliothecam, unde totius operis ſui, & hiſtoriæ conſcribendæ materiam ſumpſiſſe fatetur ipſe *Euſebius*. Cap. 29. *Alexandri* Martyrium refert ad A. 252. ſub *Decio*. Rurſum, inquit, (jam enim ſub *Severo* circa A. 206. incarceratus fuerat) pro confeſſione Chriſti judici ſiſtitur, & vinculis carceris traditur. Quique cum longævæ ætatis veneranda canitie præfulgeret, poſteaquam frequenter paſſionibus ſuis & cruciatibus glorificaverat Dominum. dum de vinculis ad tribunal & à tribunalibus revocaretur ad vincula, inter ipſa viciſſim ſibi ſuccedentia tormenta defecit. Feſtum ejus Græci celebrant die 12 Dec. Latini 18 Mart. Vid *Adr. Bailler.*

Commentarium in Epiſtolam ad Galatas, quem ſub tit. *Alexandri* veteris hæretici memorat *Fabricius* (*a*), tribuit noſtro *Sixtus Sen.* (b) ex quo, inquit, *Hieronymus* nonnulla in ſuos Commentarios ſuper eandem Epiſtolam derivaſſe fatetur.

* De eo præter cit. *Cavens* ad A. 212. *Fabric.* Lib. V. *p.* 268. *S. Hieron.* cap. 62. *p.* 141. edit. *Fabric.* ubi variorum notæ : *Du Pin* Tom. I. *p.* 114. *in* 4. & *p.* 181. edit. Lat.

(*a*) Bibl. Græcæ *Tom. X. p.* 474.
(*b*) Lib. IV. *p.* 195.

ALEXANDER, Laicus, qui ſcripſit

In Apocalypſim. Cod. membr. in fol. cum ſiguris annis abhinc 500 deſcriptus.

* Ita *Le Long* p. 602. ex Bibl. *Jo. Mori* Epiſc. Norvic. Cod. 59. n. 9240.

ALEXANDER *Lycopolita*, Natione Ægyptius, *Lyco* urbe Thebaidis oriundus. Duæ erant hujus nominis urbes, utraque in Ægypto ſita, una in nomo *Lycopolite* dicto, in nomo *Sebennyte* altera. Utra fuerit *Alexandri* patria parum refert. Erat quidem primùm cultu gentilis, deinde ad Manichæos in Ægyptum recens delatos ſe contulit. Tandem ejurata hæreſi, ad Catholicorum caſtra tranſiit. Et cùm ex eorum grege fuerat, opiniones probè novit, ſcripſitque librum περὶ τῆς Μανιχαίων δόξης, *de Manichæorum placitis*, quo interiorem eorum ſenſum accuratè exponit, & maleſana hujus ſectæ dogmata rationibus è medio Philoſophiæ petitis ſolidè refellit. Stylus ei duriuſculus, durior exſcribentium vitio factus ; nec parum difficilem reddit ipſius argumenti perplexitas. Ætas auctoris, etſi certò definiri nequit, antiquiſſimum tamen eſſe, & Sec. IV. ſcriptorem, nec forſan ab ipſius *Manetis* temporibus longè remotum, ſuſpicari fas eſt. Ait ſe relationem hujuſce opinionis ἀπὸ γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς *ab iis qui cum homine familiariter converſati fuerint*, accepiſſe. In his erant, quos proximè nominaverat, *Papus* & *Thomas*, dogmatis Manichaici doctores. *Thomas* non alius videtur quam *Thomas* iſte *Manetis* diſcipulus, cujus meminerunt *Epiphanius* Hæreſ. LXVI. *num.* 5. 12. 31. & *Petrus Siculus* Hiſt. Manichæorum *p.* 31. Et *Formula receptionis Manichæorum*, tum à *Cotelerio*, tum à *Tollio* edita ; quem *Manes* in Syriam & Palæſtinam miſit, quique *Evangelium Manichæorum* condidit, in Decreto Pſeudo-Gelaſiano inter Apocrypha damnatum. *Papum* eundem eſſe conjicerem cum *Agapio* Legis Manichaicæ interprete & explanatore, ab ipſomet auctore conſtituto, qui *Heptalogum Manichaicum* commentus eſt, cujus etiam *Petrus Siculus* loco citato mentionem facit, de quo nos alibi. Sed obſtat quod in prædictâ Formulâ *Papus* & *Agapius* inter *Manetis* diſcipulos diſtinctè recenſentur. His adde *Alexandrum*, *Cyrilli* Hieroſolymitani, *Epiphanii*, aliorumve qui de Manichæis agunt, nuſquam meminiſſe, ipſis, ut videtur, antiquiorem. Extulit Gr. Lat. hunc *Alexandri* librum ex apographo *Bigotiano* Fr. Combefiſius *Auctar.* Paris. 1672. *Part. II. p.* 3. Habetur etiam Latinè *Biblioth. PP.* Tom. XXVII. *Joannes* quidem *Sambucus* notâ codici MS. appoſitâ, *Alexandrum* ad *Heraclii* Imperatoris tempora circa annum DCXL refert, quâ verò

ratione

ratione vel auctoritate ductus id aſſeruerit, me planè latet, nec omninò illud probare poſſum. * Hæc *Cavem* in Diſſert. *de Script. Eccleſ.* ad calcem *Hiſt. Liter.* Confer *Lambec. Comment. lib. IV. p.* 210. & Compendium *Reimmanni* p. 226.

ALEXANDER *de Marchia*, Ord. Eremit. S. Auguſt. clarus A. 1336. SCRIPSIT

Comment. in Lib. I Sententiarum, quæ olim cuſtodiebantur in Cœnobio Ratiſponenſi, teſte *Elſſio* p. 27.

ALEXANDER Monachus Græcus, Eremita, gente forſan Cyprius, quamvis nec ejus patria certò conſtat, nec tempus: *Michaele* tamen *Glyca* antiquiorem vel ſaltem coætaneum fuiſſe certiſſimum eſt, cùm ab eo citetur: Floruit autem *Glyca* A. 1120. quem *Alexandro* aſſignat *Oudinus*, quamvis neſciam, inquit, quà præcisè ætate vixerit.

Superſunt ejus *Orationes* duæ. *Prior* encomiaſtica *in S. Apoſtolum Barnabam*, in Templo S. Barnabæ, præſente Epiſcopo, habita, à *Surio* Latinè edita Junii XI. & in Actis Sanct. *Tom. II. p.* 436. Gr. Lat. cum *Lini* interpretatione. Extat etiam Gr. MS. in Bibl. Colb.Cod. 4137. Vid. *Leon. Allat.* de Script. Simeon. *p.* 99. *Poſterior* Hiſtorica *de inventione veneranda & vivifica Crucis*, ad quoſdam S. Patres, qui ab eo quæſiverant, in quo ſit vera Theologia, & de Divinâ diſpenſatione ſincera confeſſio. Hanc notis illuſtratam, Gr. Lat. ex verſione *Andr. Schotti*, edidit *Gretſerus* de Cruce *Tom. II.* juxta *Caveum*, vel *Tom. I. col.* 1089. juxta *Oudinum* (a). *Extat* Græce MS. Bibl. Vindob. *Cod. Jurid.* 13. (*b*) & ibid. *Cod. Theol.* 377. (*c*) ſub *Alexandri* Aſceræ nomine *Sermo de exitu animarum à corpore, & Angelorum circa eas miniſterio.* Verùm nihil aliud eſt, quàm *Macarii* Alexandrini *Sermo de exitu anima juſtorum & peccatorum*, quem Gr. Lat. edidit Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ad an. 373. ut ipſe docet in *Diſſert.* ſup. cit. Edidit etiam A. 1696. Gr. ac Lat. ex Biblioth. Paulinæ Lipſienſis Cod. MS. in ſuis *Antiqq. Sacris* Jac. Tollius, *p.* 191. Neſcius utique (ſaltem ſe neſcire ſimulavit) eundem Sermonem ab erudito Anglo, ex eodem Codice Lipſienſi editum fuiſſe: ſed præter Verſionem Latinam, *Tollius* variantes codicis cujuſdam Vindobonenſis lectiones adjecit (*d*).

Alexandrum Monachum Cyprium ab Eremitâ diſtinguit *Fabricius* (e); juſtò, inquit, antiquiorem facit *Combefiſius*, quum Heracliana tempora anteceſſiſſe putat, & vixiſſe ſub *Zenone* Imp. vel paulò poſt. Nam certè, addit, non fuit ante Seculum IX. quo fuit *Nicephorus* Patriarcha ab A. 806. ad 815. *Eremita* tribuit *Narrationem de miniſterio Angelorum circa exitum animarum &c.*

Solam *de Cruce* Orationem ſub *Alexandro* Monacho Græco memorat *Poſſevinus* (f) qui cum ipſo *Gretſero* putat, aut à *Julio Polluce* Alexandrum fuiſſe expilatum, aut *Julium* ab *Alexandro*, aut ab utroque tertium, quorum non modo ſententiia, verùm etiam verbis paſſim conveniunt (*g*). Certè *Alexandri* plagiarius non fuit *Julius Pollux* Autor *Chronici*, ut habet *Poſſevinus*; nam vixit ille circa A. C. 360. at multò minùs Autor *Onomaſtici*, qui floruit circa A. C. 180.

(a) Tom. II. p. 1091. (b) Vid. *Compend.* Reimmanni, *Lib. VI p.* 459. (*c*) Reimman. *Lib. V. p.* 439 (*d*) Vid. *Act. Lipſ.* A. 1696. p. 302 (*e*) Bibl Græc. *Tom. X.* p. 473. (*f*) Appar. Sacr. *p.* 33. (*g*) Conf. *Thomaſ.* de Plagio. §. 352. 526. citante *Oleario p.* 33.

ALEXANDER (*Natalis*) Ord. FF. Prædic. gente Gallus, Neuſtrius, Rotomagi 19. Jun. 1639 natus, acris ingenii adoleſcens, ac ſupra ſodales dum ſtudia humanitatis in Gymnaſio proſequeretur, ita eminens, ut in actionibus publicis palmam ſemper ferret, & aliquando viſus ſit prima omnia præmia reportaſſe. Ordini nomen dedit in patria, tirocinioque exacto profeſſus eſt 9 Maii 1655. Continuo Lutetiam ad Sanjacobeum Gymnaſium miſſus, Philoſophicis ac Theologicis diſciplinis ita incubuit, ſicque inter agones ſcholaſticos claruit, ut jam tum in Univerſitate celebre ſibi fecerit nomen. Nec minorem è ſacro pulpito quà eloquentia, quà doctrina Scripturæ Sacræ, Sanctorumque Patrum autoritate ſuffulta, quà oratione ubique ſibi conſtante, & artis leporibus conditâ & ornatâ ſibi famam comparavit, ut inter primos regiæ Urbis Verbi Divini præcones annumerandus ſperaretur. Verùm cùm linguæ non eſſet ita celeris ac explanatæ, qualem in oratore deſiderant, ſcholæ totum ſe dedit ac muſeo. Ad gradus in Sacra Facultate promotus, licentiam decurrit annis 1672. & 1673. Prædicatorum præſentatus ut aiunt, interque Sodales & arguendi vi atque acritate, & theſibus reconditiori Theologia Scholaſtica, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eruditione ac criterio, ſcientiâ Canonum puriori gravidis ac pleniſſimis, reſpondendique ad objecta non ſolum facilitate, ſed & exuberantia plurimum emicuit. Hinc Regius adminiſter *Colbertus*, Muſarum Mecænas ſua ætate laudatus, filium poſtea Rotomagenſem Archiepiſcopum, at tum Theologiæ auditorem, in ea perfectum evadere cupiens, propterea que clariorum Theologorum, qui coram eo celebriores quæſtiones tractarent, perpenderent, ac juxta certiora principia ſolverent, ſocietate coacta & ſelecta, ex eorum numero *Natalem* eſſe voluit, quem exinde pater & filius in primis habuerunt, & ſingulari benevolentia complexi ſunt. Laurea donatus 21 Febr. 1675. primarium Regentem in Gymnaſio Sanjacobeo multis annis egit, & in eodem inter Conventuales, ut vocant, *anno* 1676. cooptatus eſt. Ad regimen etiam Provinciæ Pariſienſis aſſumptus eſt in Comitiis Ebroicæ altera Maii 1706. coactis, quo munere magno pro diſciplina regulari ſtabilienda ſtudio quadriennium de more functus eſt. Obiit 21. Aug. 1724. ætat. anno 86.

SCRIPTA:

1. *Summa S. Thomæ vindicata, & eodem Angelico Doctori aſſerta, contra præpoſteram* Joh. Launoij *dubitationem; item contra* Launoianas *circa Simoniam obſervationes animadverſio.* Pariſ. apud Andr. Cramoiſi 1675. in 8. Vid. *Ephemer. Erudit.* 18. Nov. 1675. *p.* 264.

2. *Selecta Hiſtoria Eccleſiaſtica capita, & in loca ejuſdem inſignia Diſſertationes Hiſtorica, Chronologica, Critica, Dogmatica.*

Seculum I. & II. *Pariſ.* apud Vid. Joan. Du Puis, 1676. Voll. II. De priore vid. *Ephemer. Erudit.* 15. Apr. 1677. *p.* 108. De altero *Giorn. de' Letterati* Romæ in 4. 1677. *p.* 177.

Sec. III. Ibid. 1677. *Giorn. de' Letterati* 1678. *p.* 148.

Sec. IV. Ibid. apud Ant. Dezallier, 1678. Voll. III. de quibus breviter *Ephem. Erud.* 29. Maii 1679. *p.* 170.

Sec. V. Ibid. 1679. Voll. II.

Sec. VI. VII. & VIII. Ibid. 1680. Voll. III. De priore *Ephem. Erud.* 29. Jul. 1680. *p.* 250. De altero 9. Sept. *p.* 291. De tertio 23. Jun. 1681. *p.* 217.

Sec. IX. & X. Ibid. 1681. Voll. II. De priore *Ephem. Erud.* 8 Dec. 1681. *p.* 375. De altero 19. Jan. 1682. *p.* 24.

Sec. XI. & XII. Ibid. 1683. Voll. III. *Ephem. Erudit.* 7. Jun. 1683. *p.* 173-185.

Sec. XIII. & XIV. Ibid. 1684. Voll. III. De duobus prioribus *Ephem. Erud.* 21. Aug. 1684. *p.* 314. De tertio 19. Febr. 1685. *p.* 105. Vid. & *Balium* in Nov. Reſp. Liter. *Oct.* 1684. *p.* 811. 2dæ Edit.

Sec. XV. & XVI. Ibid 1686. Voll. IV. De duobus prioribus *Ephem. Erud.* 24. Jun. 1686. *p.* 268. De ultimis 8. Jul. *p.* 290.

Prodiit altera hujus operis Editio apud eund. Dezallier 1687. totidem Voll. in 8o. recognita, emendata & aucta: tum poſtea

3. *Selecta Hiſtoria Vet. Teſt. capita* &c. ut ſupra, apud eund. 1689. Voll. VI. in 8o. *Ephem. Erudit.* Mart. 1689. *p.* 162 & 167. April. *p.* 215. 224. & 242. *Hiſt. Operum Erudit.* menſ. Jul. ejuſd. anni, *p.* 429.

Deinde verò ſimul & ſemel utrumque opus prodiit hoc titulo:

Hiſtoria Eccleſiaſtica V. & N. Teſt. ab Orbe condito ad annum

annum poſt Chriſtum natum MDC. & in loca ejuſdem inſignia Diſſertationis Hiſtorica, Chronolog. Critica, Dogmatica, in VIII diviſa Tomos. Ante quidem per partes, nunc autem conjunctim & accuratius edita, novarum rerum acceſſione, Scholiis & Indicibus locupletiſſ. aucta, illuſtrata & ornata. Pariſ. Dezallier 1699. in fol. VIII voll. & rurſus 1714. Quartam Editionem emendatam idem Dezallerius ſuſcepit A. 1729. quam hoc anno 1732. evulgare promiſit in Diario Italico *Novelle della Repp. delle Lettere* Venetiis in 4. Menſ. Sept. 1729 *p.* 300. Litteris Typographi Lucenſis *Leonardi Venturini* die 11. Aug. 1731. datis accepi, aliam propediem ex typis ſuis prodituram editionem, a duobus doctis Viris (quos tacet) accuratè correctam.

Mirum eſt quod ſcribit ad R. P. *Bern. Pez* Bened. Mellic. *Renatus Maſſuetus* San-Germanenſis Monachus in Epiſt. *Pariſiis* datâ 13. Kal. Febr. 1712. Scribit, inquam, Hiſtoriam hanc *Nat. Alexandri* farraginem potiùs quam Hiſtoriam dicendam eſſe. Vid. *Schelhorn.* Amœnit. Litter. *Tom. XIII. p.* 292.

Totius Operis compendium ex Actis Lipſienſibus petitum hic exhibere, licet admodum prolixum, attamen pergratum fore nullus dubito. Et quidem quoad methodum, ea Autori placet, ut ſuccinctam Seculi cujuſque Synopſin, in certa capita diviſam, Hiſtoricis, Chronologicis, Criticis & Theologicis Diſſertationibus illuſtret, & panopliam, ut vocat, adverſus veterum & recentiorum, quos exiſtimat, Hæreticorum errores è Scripturâ, Traditione, & Patrum doctrinâ ſubminiſtret. Quod opus Theologiæ ſtudioſis eò gratius & ad uſum accommodatius futurum exiſtimavit, ſi Scholaſticum & diſputantibus familiarem ſcribendi modum in Diſſertationibus iſtis adhiberet, in quibus haud raro magni nominis viros etiam ſuæ religionis atque gentis impugnat, exterarum gentium Theologos tantò æquius laturos ratus, quod in fidei articulis aliis principiis innutritus, Eccleſiæ ſuæ Pontificiæ placita defendere in ſe ſuſceperit. Vid. *Act. Lipſ.* 1682. *p.* 209.

Seculo igitur I° deſcribendo intentus, *Chriſti* ante omnia Genealogiam, Nativitatem, Baptiſmum, Prædicationem, Paſſionem, Reſurrectionem & Aſcenſionem conſiderat. Hinc *Matthiæ* & ſeptem Eccleſiæ Diaconorum electionem, primam Evangelii prædicationem, *Petri* & *Pauli* geſta ac mortis genus enarrat, paucula de Pontificibus, qui iſto tempore *Romanam* rexerint Eccleſiam, deque iſtius Seculi perſecutionibus commentatus. Ex hæreticis *Simonem* imprimis *Magum* introducit, ac poſtea *Menandrum*, *Saturninum*, *Baſilidem*, *Cerinthum*, *Ebionem* & *Nicolaitas* allegat. E monumentis ad illud ævum referri ſolitis, Scripta *Chriſti* ſuppoſititia nominat, Librosque Novi Teſtamenti Canon eos Scriptis, quæ Apoſtolorum nomen falsò præ ſe ferant, opponit. Nec dicere omittit de liturgiis, *Petro*, *Jacobo*, *Matthæo* & *Marco* tribui ſuetis, de Actis *Pauli* & *Theclæ* quæ unà cum Epiſtolis aliquot ad *Senecam*, & decantatâ illâ ad Laodicenſes Spuriis annumerat; nec mitius de *Barnabæ* Epiſtolâ, deque libro *Paſtoris* judicium fert. Primam verò *Clementis* ad Corinthios Epiſtolam pro genuinâ agnoſcit; aſt viciſſim reliquas ejus nomen in fronte gerentes, libros item *Recognitionum* cæteroſque *Clementi* tributos, rejicit. Epiſtolam *Polycarpi* ad Philippenſes, & encyclicam Eccleſiæ Smyrnenſis de *Polycarpi* martyrio approbat. Areopagitæ *Dionyſio* libros ſuos vindicat. *Ignatianas* Epiſtolas genuinas à ſpuriis ſegregat. Octo libros Sibyllinos ex parte, ſed non æque Sybillarum carmina conficta cenſet, *Mercurioque Triſmegiſto* Pimandrum abjudicat. Pleraque autem horum, poſteaquam ante breviter recenſuit, integris mox Diſſertationibus perſequitur, quas inter & *una* eſt de *Symbolo Apoſtolico*, id quod omnino ab Apoſtolis traditum fuiſſe contendit; aliâ *Petrum* Romam veniſſe probat, alibi peculiaribus Diſſertationibus de fidei propagatione in Hiſpania Galliaque agit, inque ultima *Mariæ Magdalenæ*, *Lazari* & *Marthæ* in Gallias appulſum pro certo venditat.

Ad *Seculum II* progreſſus, hæreſes cumprimis tunc exortas, Autoreſque Eccleſiaſticos, qui tum inclaruêre, deſignat, & in Diſſertationibus Synopſi Hiſtoriæ ſubjunctis, præter alia liberationem *Trajani* ex inferno tanquam commentitiam explodit; Montaniſtarum & Catholicorum jejunia ſibi invicem opponit, *Joannem Dallæum*, parem utroxumque conditionem ſtatuentem refutare conatus; controverſiam quæ hoc Seculo circa celebrationem Paſchatos emerſit, latè recenſet; *nævos* in S. *Juſtino*, *Irenæo*, *Clemente Alexandrino*, aut merito notatos, aut præter rem iiſdem affictos, Diſſertationibus tribus, ſed unâ, aſt eâ tamen ſat prolixâ, doctrinam *Tertulliani* examinat. Seorſim quoque de Verſione LXX diſſerit, & quibuſdam interjectis, traditionum non ſcriptarum neceſſitatem & auctoritatem adverſus *Rivetum* & *Dallæum* tueri nititur.

Præcipuæ *Seculi III* Diſſertationes verſantur circa fidem *Zephirini* Romani Pontificis; circa Libellaticos; diſciplinam pœnitentiæ; controverſiam circa hæreticos rebaptizandos; mores, fidem atque defenſores *Origenis*, materiaſque ad tempora hæc ſpectantes alias.

Seculo IV Hiſtoriam imprimis Donatiſtarum illuſtrat, inque commentationem de Concilio Nicæno multum operæ impendit, *Conſtantinum Magnum* non Romæ, ſed Nicomediæ baptizatum aſſerit, donationem ejuſdem explodit, perpetuam Deiparæ virginitatem contra *Helvidium*, *Jovinianum* & *Bonoſum*, ſanctæ itidem virginitatis meritum adverſus *Jovinianum* vindicat.

In Hiſtoria *Seculi V*, & ejuſdem Synopſi Pelagianorum imprimis errores latè conſiderat, Synodoſque, quibus anſam hi ſuppeditarint, recenſet; nec Conſtitutiones Imperatorum, atque debellationes ſanctorum & eruditorum virorum adverſus eos ſuſceptas indicare omittit. Inde ad Semi-Pelagianos pergens, eadem utitur induſtria, pariſique ſtudio Prædeſtinatianam, Eutychianam, Neſtorianam, & reliquas hæreſes perſequitur. Ad Scriptores Eccleſiaſticos delatus, *Auguſtini* præ cæteris prolixe meminit, & ejus pſeudepigrapha enumerat. Inter Diſſertationes *prima* oſtendit, quod Dioſpolitana Synodus, etſi decepta, *Pelagium* abſolverit, ſed ejus tamen hæreſin damnarit. *Tertia Zozimum Celeſtii* hæreſin approbaſſe negat. *Septima* Concilium Epheſinum contemplatur. *Octava* Epiſtolas, Anathematiſmos & reliqua S. *Cyrilli* Scripta penitus ab errorum *Apollinaris* labe aliena pronunciat, atque adeò perperam ea ab Orientalibus hæreſeos inſimulata fuiſſe dicit. In *decima octava* de *Zenonis* Henotico ſuam hanc ſententiam aperit, quod, etſi nullam hæreſin aperte contineret, meritò tamen à piis quibuſdam rejectum fuerit. In ſequenti decima nona *Acacium*, utut a fide haud alienum, juſtis tamen de cauſis à Romanis Pontificibus damnatum ſiſtit. *Vigeſima quinta* diſſertatio in eo tota eſt, ut contra *Vigilantium* & alios venerationem reliquiarum Sanctorumque cultum & invocationem ſtatuminet, ac *Joannis* præſertim *Dallæi* libros de religioſi cultus objecto, in quantum illi iſtis adverſantur, refutet.

Seculi VI Synopſis præter memoratu digniora alia, multas etiam Synodos multaque Concilia deſcribit, & cauſam trium Capitulorum uberius declarat; prout & in peculiari Diſſertatione, quæ *quarta* eſt ad præſens Seculum ſpectantium, eadem meritò damnata fuiſſe innuit. Poſt, *Symmachi* cauſam Romanæ Synodo ſubjectam contemplatur; Scythas monachos ab Eutichiana hæreſi abſolvit; in Synodi V^tæ^ œcumenicæ convocationem, præſidem, autoritatem inquirit; tandemque Aphthartodocetas atque Agnoetas ſigillatim perſtringit.

E Diſſertationibus *Seculum VII* illuſtrantibus, *ſecundam* ſtatim nominamus, quâ *Honorium* in Synodo œcumenica VI^a^ juſtè damnatum probat, ut naſcentis Monothelisſmi Monothelitarumque fautorem, licèt eum ab hæreſi excuſari tam verè quàm piè fateatur. Quarta *Wambam*, Gothorum Regem à Concilio Toletano XII exautoratum negat. *V^a^ VI^a^* & *VII^a^* Monothelitarum, Mahometanam & Paulicianorum hæreſim convellit.

Ut magnam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *Seculi VIII* par-

tem conficit Iconoclaſtarum hæreſis, ita hinc occaſionem mutuatur Noſter, uſum cultumque Imaginum prolixa ſatis Diſſertatione adverſus varias, & maximè *Dallæanas* impugnationes aſſerendi. Ante tamen in Diſſert. IIa agit de tranſlatione Regni Francorum a *Childerico* Rege ad *Pipinum*, Majorem Domûs, & nec *Zachariæ*, nec *Stephani III* Romanorum Pontificum autoritate Regnum iſtud tranſlatum contendit.

Hæc breviter quidem de octo prioribus ſeculis *Acta Lipſ. 1699. p. 385.* &c. Sed de ſequentibus plura dabunt.

Seculum IX & *X* duo Volumina complectitur. Et prius quidem, quod Hiſtoricam utriuſque Seculi Synopſin conjunctim exhibet, à Romanis hujus periodi Pontificibus auſpicatur. Agmen ducit *Leo III* è cujus vitâ *S. Suiberti* Canonizationem contra *Baronium* expungendam eſſe notat, cùm indulgentiæ, ut cætera argumenta prætereamus, fidelibus certas Sanctorum Eccleſias & Altaria viſitantibus erogatæ, quarum in Actis iſtius Canonizationis mentio fit, ante XIIum Seculum Eccleſiæ ignotæ fuerint. *Leonem III* STEPHANUS V & reliqui ſequuntur, quorum ſeriem & res geſtas ita refert, ut errores etiam & turpiſſima quorundam flagitia ſubinde memoret, quamvis per eam labem Romanæ Sedis autoritati, cui ubique conſulere nititur, quicquam præjudicari nolit, & nonnullis doctrinæ nævos & crimina per calumniam objici perſuaſum ſibi habeat. *Eugenio* enim *II*, qui è pervetuſtis & Seculo IX coævis tabulis Remigiania, à *Mabillonio* Tom. I. *Analector.* editis, ritum probationis per aquam inſtituiſſe arguitur, ſuperſtitioſum illud & cum Dei tentatione conjunctum inventum adſcribere religioni habet; & *Joh. Launoium* Pariſienſem Theologum, qui in libro *de Regia in matrimonium poteſtate* JOANNI VIII hanc ſententiam tribuerat, quod conjux ob fornicationem alterius conjugis poſt legitimum divortium aliarum nuptiarum poteſtatem habeat, quaſi magnum illi errorem per hanc ſententiam attribuiſſet, inſigni & omnibus bonis execranda fraude *Joannis VIII* verba adulteraſſe, non ſine verborum amaritudine queritur; & *Sylveſtrum II*, qui inter Romanos hujus ætatis Pontifices extremum locum occupat, de necromantia & aliis magicis artibus non aliam ob cauſam ſuſpectum fuiſſe exiſtimat, quàm quod ſumma ejus in Mathematicis diſciplinis peritia, & ingenioſa in novis horologiis & aliis machinis elaborandis dexteritas, rudi ſeculo Dæmonis familiaris opem requirere videretur.

Romanorum Pontificum hiſtoriam cùm Hæretici, qui Seculis IX & X Eccleſiam infeſtarunt, tum Scriptores Eccleſiaſtici, numero penè LXX. excipiunt, quorum Opera ſic enumerat, ut ea, ſicubi opus, ad criticum examen revocet, & ex pleriſque floſculos aliquos excerpat. Dehinc Synodorum Nationalium & Provincialium, quibus diſciplina Seculi IX & X ſancita & inſtaurata fuit, Decreta ſubjicit. Et poſtquam Canonum in ſingulis conditorum medullam perſpicue expoſuit, Politiæ Eccleſiaſticæ faciem ſpectandam exhibet, à novis Primatuum Sedibus Seculo IX & X erectis & conſtitutis telam hanc exorſus, à quibus ad Metropolitanos eorumque jura, & inſigne eorumdem Pallium accedit, *Petri de Marca* judicium tanquam veritati & Romanæ Sedi injurioſum carpens, qui Pallii uſum, antiquam Metropolitanorum libertatem per cuniculos infregiſſe, & Synodorum Provincialium auctoritatem peſſundediſſe ſcripſerat. Tum ad reliquos Epiſcopos devolvitur, eorumque electionem, confirmationem, juramentum Regibus præſtitum, reſidendi in propriis Eccleſiis neceſſitatem, per Canones Eccleſiaſticos, & Regum Capitularia his temporibus impoſitam, & alia his affinia pertractat, inde ad Clericos & Canonicos tranſitum faciens. Nec omittenda Monaſticæ rei, qualis his Seculis fuit, prolixa ſatis enarratio, qua inter alia Cluniacenſis Abbatiæ origines deſcribit, ejuſque Abbates uſque ad *Odilonem* anno 1048 defunctum ordine recenſet, & peculiares quaſdam Abbatiæ illius conſuetudines à *Bernardo* Cluniacenſi & *Udalrico* deſcriptas ſubnectit, quales fuit ſingularis reverentia in conficiendis hoſtiis Euchariſticis, quæ non ejus, cujus hodie ſunt figuræ, nec denarialis tantum magnitudinis, ſed longe majores extiterunt, & pro communicantium numero in plures particulas dividi potuerunt. Reliquas Abbatiæ hujus conſuetudines & alia, quæ de Monachis & Sanctimonialibus horum temporum, nec non de bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione, & Clericorum privilegiis atque oneribus Auctor congeſſit, huc referre longum nimis foret. Ultimus denique hujus Voluminis labor in Imperatorum Orientalium & Occidentalium, Regum item Francorum, Hiſpanorum, & Anglorum, a quibus per hunc Seculi IX & X decurſum Reſpublica adminiſtrata eſt, præcipuis geſtis breviter enumerandis occupatur.

Poſterius Volumen XVIII Diſſertationes complectitur. In *prima*, quæ de tranſlatione Imperii à Græcis ad Francos agit, *Carolum M.* a *Leone III* Romæ Imperatorem coronatum, & Eccleſiæ, maxime Romanæ cuſtodem conſtitutum, nec tamen, quod *Bellarminus* & alii putaverant, hoc facto Imperium à Græcis ad Francos tranſlatum aſſerit.

Secunda circa *Ludovici Pii* exauctorationem & reſtitutionem occupatur, quem ab *Agobardi*, *Paſchaſii*, & Synodi Compendienſis calumniis acriter vindicat.

In *tertiâ* vulgatam de *Johanna* Papiſſa hiſtoriam poſt *Flormondum Remundum*, *Leonem Allatium*, *Philippum Labbeum*, *Davidem Blondellum* & alios confutare conatur.

Quarta Photii, *Ignatium* Sede CPolitana deturbantis, ab *Ignatio* iterum detrudi, ſed poſt *Ignatii* mortem reſtituti & denuo exauctorati, cum Romanis Pontificibus certamina, nec non legationum & aliarum rerum in ſchiſmate iſto utrinque actarum hiſtoriam exponit. Imprimis verò Synodi VIII Œcumenicæ, ab *Hadriano II* congregatæ, cui aliam Œcumenicam VIII *Photius* poſtea oppoſuit, actiones ordine recenſet, & occaſione Canonis 17. pro *Petro de Marca* & *Boſqueto* contra *Chriſtianum Lupum*, an Epiſcopi Gallicani ab Epiſcopo Romano vocati, citra licentiam a Regibus permiſſam, abire potuerint, diſquirit.

In *Godeſchalchi* cauſâ, quam *quinta* Diſſertatio aggreditur, referendâ ita verſatur Auctor, ut diſſentiones in Gallia ex his certaminibus exortas, utcunque conciliet, & *Mauguinum* aliquoties refellat.

In ſextâ *Rothadi* Sueſſionenſis ad Sedem Apoſtolicam appellantis reſtitutio, quamvis *Annalium Bertinianorum* Auctor eam non regulariter, ſed potentialiter à *Nicolao I* factam eſſe ſcribat, contra *Hincmarum* Rhemenſem defenditur.

Septima controverſiam, quam *Hincmarus* Rhemenſis *Wulfado* & aliis Clericis ab *Ebbone* anteceſſore ſuo ordinatis movit, ventilat, eorumque cauſam contra *Hincmarum* cum Romana Eccleſia tuetur. *Hincmari* iſtius *Rhemenſis* ex ſorore nepos fuit *Hincmarus* junior, Laudunenſis Antiſtes, qui cùm ob turbulentas actiones male ſibi conſcius, interjecta ad Sedem Apoſtolicam appellatione, Nationalis Synodi judicium declinaſſet, ab *Adriano II*, ut pro ſui defenſione graves & acerbas ad *Carolum Calvum*, & *Hincmarum* avunculum ſuum litteras ſcriberet, impetravit. Sed *Hincmarus* Rhemenſis Regis Chriſtianiſſimi nomine Pontificem illum Romanum pro merito haud mitioribus litteris excepit, quarum ſummam cum reliquis hujus controverſiæ Actis *octava* Diſſertatio enarrat.

Nona *Lotharii* Regis & *Teutbergæ* divortium, & novum ejuſdem Regis cum *Waldrada* matrimonium ab Epiſcopis Regni Lothariani, in Aquiſgranenſibus Conciliis & Metenſi Synodo approbatum, ſed a *Nicolao I* quem *Teutberga* appellaverat, reſciſſum memorat; & quid de eo negotio ſcriptum actumque fuerit, exponit.

In *decima* Diſſertatione Auctor *Paſchaſii Radberti*, qui ſe in ſubſcriptionibus Monachorum omnium peripſema appellare conſuevit, Vitam & Opera recenſet, eumque ab *Henrico Boxhornio* & *Hoſpiniano* temere ad Calviniſtarum partes trahi aſſerit, cùm e contrario

trario *Claudius* & *Larroquius* Paſchaſium arguant, quod primus realem Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento præſentiam tradiderit: quorum ſententiam congeſtis rationibus & multorum Auctorum teſtimoniis refellit. Et cum reali corporis & ſanguinis Dominici præſentiæ tranſubſtantiationem ſubinde admiſceat, haud mirum, etiam Lutheranos intactos non relinqui, quos per *Gaſtum* Hagenoienſem Miniſtrum anno 1528 *Paſchaſii* Opera adulteraſſe inſimulat.

In *undecimâ* ad *Rabani Mauri* Opera & nævos progreditur, cui fœdum Stercorariorum errorem falsò tribui ex *Mabillonii* Sec. IV *Benedict.* aſſerit. Imprimis verò negat, *Rabanum* realem corporis & ſanguinis præſentiam in Euchariſtia negaſſe, quamvis corpus illud Chriſti quod ex *Maria* natum eſt, cum eo, quod de Altari ſumitur, idem eſſe negaverit, & cum Patribus quibuſdam triplex Chriſti corpus, Eccleſiam, Euchariſticum, & quod è *Maria* natum eſt, diſtinxerit.

Idem ſenſit *Amalarius*, cujus errorem de Chriſti corpore triformi in Cariſiaca Synodo damnatum refert *Florus* in MS. contra *Amalarium* a *Blondello* in *Elucidationibus controverſiæ de Euchariſtia* laudatus. Num verò *Amalarius* Stercoraniſtarum errorem foverit, ut à *Wilhelmo* Malmesburienſi, *Mauguino*, & *Antonio Arnaldo* arguitur, an realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia planè negaverit, quod *Claudius* & *Larroquius* aſſerunt, *duodecima* Diſſertatio inquirit, in quâ etiam errores *Amalarii* ab *Agobardo* impugnati recenſentur.

Decima tertia *Ratramni* ſeu *Bertrami* Scripta recenſet, & inprimis librum *de corpore & ſanguine Domini*, quem *Petrus de Marca & Antonius Arnaldus* Johanni Scoto, ſed *Mabillonio* judice falsò aſſerunt, nec non librum *de Nativitate Chriſti*, à *Paſchaſio Radberto* impugnatum: & librum *de animâ* MS. Monacho Corbeienſi, qui unam omnium hominum animam eſſe contenderat, oppoſitum ad examen revocat.

Decima quarta *Joannis Scoti Erigenæ*, quem Autor à *Johanne* Æthelingienſi in Anglia Abbate diſtinguendum, & nec *Bedæ* diſcipulum, nec Martyrem fuiſſe probat, Opera & erroneas de Euchariſtia, Prædeſtinatione, & aliis Fidei articulis ſententias, earundemque condemnationem in Pariſienſi, Valentina & aliis Synodis factam exhibet.

Decima quinta contra Calvinianos, & in ſpecie *Albertinum*, *Claudium*, & *Larroquium* militat, qui Seculo X fidem Euchariſtiæ in tantum mutatam eſſe affirmant, ut, cùm *nono* adhuc *Seculo* Chriſtiani corpus & ſanguinem Chriſti ab Euchariſtia abeſſe crediderint, *decimo* demum *Seculo* ſubſtantialis Chriſti in Cœnâ præſentia credita fuerit.

Decima ſexta contra *Johannem Launojum* dirigitur, qui in Epiſtola quadam ad *Ludovicum Mareſium* contra *Baronium*, *Binium*, & alia Curiæ Romanæ mancipia (ſic enim *Launojus* in dicta Epiſtola appellat) Romanum Concilium, quod *Johannem XII* depoſuit, & in ejus locum *Leonem VIII* ſubſtituit, legitimum, & illud, quo *Johannem* reſtituturum volunt, ſuppoſitum fuiſſe probaverat, cujus argumenta Auctor refutare conatur.

In *decima ſeptima* Diſſertatione Auctor de ſeptem Electoribus agit, eoſque à *Gregorio V* in Concilio Romano inſtitutos contra *Bellarminum*, *Baronium* & alios negat: quamvis de cætero haud negandum eſſe lectoribus ſuis perſuadere velit, quod jus eligendi Imperatores à Sede Apoſtolica quodammodo emanaverit.

Ultima denique Diſſertatio, cui *Panoplia adverſus IX & X Seculi Hæreſes* titulus præfigitur, contra *Photium* & reliquos Græcos proceſſionem Spiritus S. à Filio, à Latinis Symbolo adjectam, tuetur, ubi obiter animadvertitur, ex Auctoribus à P. *Ludovico Maimburgio* allegatis, non conſtare, quod *Henricus* Imperator *Benedicto VIII*, ut verba illa Filioque Symbolo adderet, Autor fuerit, aut quod *Benedictus VIII* in Synodo Romana additionem illam approbaverit. *Act.*

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

Lipſ. A. 1682. p. 209. &c.

Seculum XI & XII conjunctim pertractatum *tribus voluminibus* abſolvit *Alexander*, quorum primum ſic recenſent *Acta Lipſ.* A. 1684. p. 221.

Auſpicatur illud Auctor à Pontificibus Romanis *Johanne XVII* ejuſque ſucceſſoribus uſque ad *Cœleſtinum III*, quorum Vitas dum ex ipſorum Epiſtolis aliiſque monumentis in ordinem redactas breviter enarrat, Concilia quoque Summorum iſtorum Pontificum auſpiciis ſive Romæ ſive aliis in locis habita rebus eorum geſtis intertexit.

Hinc ad cætera XI & XII Seculi *Concilia* progreditur, & quid in ſingulis circa diſciplinam Eccleſiaſticam ſancitum decretumque fuerit, exponit. Tria vero Lateranenſia, quæ œcumenicis annumerare ſolent Romanæ Curiæ addicti, item ea, quæ in cauſa *Berengarii*, *Abalardi*, *Thomæ Cantuarienſis*, & inveſtiturarum coacta ſunt, multaque alia partim Hæreſeologiæ, quæ inter ſelecta Synopſeos hujus capita proximè ſequitur, partim Diſſertationibus, quas ſecundum & tertium Volumen exhibet, reſervat.

Inter *Hæreticos* primum locum occupant *novi Manichæi*, quorum errores à muliere quadam Itala in Galliam invectos, & ab *Areſaſto* viro nobili callide exploratos & proditos, A. 1017 Concilium Aurelianenſe, cujus Acta Tomo II *Spicilegii* ſui *Lucas Dacherius* produxit, combuſtis eorum Auctoribus & aſſeclis anathemati ſubjecit. Novis his Manichæis, eorumque promachis *Stephano* & *Liſojo* ſubjungitur *Gandulfus* quidam Italus, cujus Hæreſin A. 1025 Atrebatenſis Synodus à *Gerardo* Cameracenſi & Atrebatenſi Epiſcopo congregata, cujus Acta prædictus *Dacherius* Tomo XIII *Spicilegii* ſui inſeruit, editis ſingulis adverſus ſingulos errores capitulis damnavit. Sequuntur *Berengarius*, de quo in Diſſertationibus uberius agitur: *Michael Cerularius*, in cujus ſchiſmate enarrando, quouſque Latinæ & Græcæ Eccleſiæ diſſenſio tum temporis progreſſa fuerit, diſquirit: *Roſcelinus* in hæreſin, quam coram Sueſſionenſi Synodo ejuraverat, relapſus; *Baſilius* cum ſua *Bogomilorum* ſecta; *Tanchelinus*, qui Antverpienſium animos in tantum ſibi devinxerat, ut quâ corpus laverat, aquam biberent; donec S. *Norberti* opera a flagitioſiſſimi hominis conſortio in meliorem viam reducerentur; *Petrus de Brus*, & qui Petrobuſianorum ſectam propagavit, *Henricus*, de quo ex Actis Cenomanenſium Epiſcoporum, a *Mabillonio* Tomo III *Analect. vet.* publicatis, haud pauca referuntur; *Arnaldus* Brixienſis, ejuſque præceptor *Petrus Abelardus* de quo in tertio volumine copioſius diſſeritur; *Gilbertus* Porretanus; *Eudo*, ſive *Eon* & *Apoſtolici* ab *Evervino* in Epiſtola ad *Bernardum* Clarævallenſem in *Mabillonianis* Analectis edita, & ipſo *Bernardo* Serm. 65. & 66. in Canticum deſcripti; *Folmarus* Trieffenſteinienſis in Franconia infra Herbipolin Præpoſitus, qui *Gerochum* (ſeu *Gerhohum*) Reicherſpergenſem in Bavaria Præpoſitum adverſarium nactus eſt; & ultimo loco *Waldenſes*, de quibus hoc ordine agit, ut primùm ſectæ auctorem & varia nomina, deinde errores circa Eccleſiam, Sacramenta & cætera dogmata, tum varias eorum ſectas, item mores, & diſciplinam, eorumque impugnationem & condemnationem, & tandem Waldenſium Bohemorum poſtremam confeſſionem, & hæreticorum, quibus etiam *Lutherum* accenſet, de iis judicia referat. Inter alia obſervat libros *Ebrardi de Bethunia*, *Bernardi* Abbatis Fontis Calidi, & *Ermengardi*, qui contra Waldenſes inſcribuntur, titulum hunc non à ſuis Auctoribus, ſed ex *Gretſeri* ingenio accepiſſe, & multa paſſim Waldenſibus tribui, ab ipſorum doctrina & moribus aliena. Quod ut rectè monet, ita perperam cum aliis Pontificiis multa inter Waldenſium aliorumque hactenus enumeratorum errores & hæreſes recenſet, ob quæ inter veritatis teſtes potius & confeſſores numerari meruerunt.

Scriptores Eccleſiaſtici quos enumerat, ſunt circiter

Bb 2   CXXX.

CXXX. In his *Anſelmus* Cantuarienſis, cujus genuina Scripta a ſuppoſititiis diſcernit, ad pſeudepigrapha etiam librum de immaculata B. Virginis conceptione, & Epiſtolam ejuſdem argumenti referens, cùm *Anſelmum* in libris, *Cur Deus homo*, B. Virginem ab originalis peccati labe immunem non fuiſſe diſerte doceat. *Guiberti Novigentini* Scripta dum recenſet, ex ejus libro *de pignoribus Sanctorum*, quo Sammedardenſes Monachos dentem à Chriſto novenni emiſſum ſe poſſidere gloriantes ſcriptor ille confutavit, nonnulla de fraudibus & impoſturis circa ſacras reliquias excerpit. Ad *Rupertum Tuitienſem* ubi pervenit, quæ ejus circa Euchariſtiam opinio fuerit, & an unionem hypoſtaticam panis & vini euchariſtici cum Verbo ſtatuerit, cujus erroris à *Bellarmino* aliiſque arguitur, inquirit. *Bernardi Claravallenſis* elogiis criticum de ejus Operibus judicium ſubnectis, & quæ ejus de ſtatu animæ ſeparatæ ſententia fuerit, exponit. Cæteros fere omnes breviſſimis dimittis.

Poſtremum primi hujus voluminis caput circa *Politiam Eccleſiaſticam* occupatur, initio ducto à ſummâ Pontificum Romanorum in univerſâ Eccleſiâ autoritate & poteſtatis plenitudine, cui graviſſima *Yvonis*, *Bernardi*, *Petri* Cluniacenſis, *Goffredi* Vindocinenſis, *Arnulphi* Lexovienſis, & *Hildeberti* Turonenſis de diſpenſationum & appellationum abuſu judicia minimè repugnare Autor exiſtimat, qui deinde ad Cardinales tranſit, quorum dignitatem ob præcipuas in Summi Pontificis electione partes ipſis demandatas Seculo XI novis radiis effulſiſſe notat. Eminentiſſimas quoque virtutes, quibus eminentiſſima hæc dignitas ornari debeat, *Petri Damiani*, *Bernardi*, & *Thomæ* Cantuarienſis verbis exprimit. Hinc ad Primatum Lugdunenſem, Viennenſem, Toletanum, & Cantuarienſem, & certamina inde nata progreſſus, ulterius de jure novas Metropoles condendi, & Metropolitanorum officio ac autoritate, de novis Epiſcopatibus XI & XII Seculo fundatis, deque Epiſcoporum electione, confirmatione, juramento, reſignationibus, tranſlationibus, beneficiis, reſidentia, ut vocant, ejuſque diſpenſatione, juriſdictione, cæteriſque ad Epiſcopalem dignitatem ſpectantibus diſſerit, & ab Epiſcopis ad inferiores clericos deſcendit, ubi titulorum patrimonialium initium, ordinandorum ætatem, conſuetudines circa beneficiorum collationes & jus patronatus uſurpatas, aliaque his affinia recenſet.

Clericos excipit *Ordo Canonicus*, quem cùm ab obſervantia regulari cecidiſſet, Seculo XI inſtauratum & propagatum refert, Autoribus *Petro de Honeſtis*, qui ſibi *Peccatoris* cognomen indidit; *S. Ubaldo*, qui regulam Portuenſem à *Petro de Honeſtis* conſtitutam, & miratulo, ut fertur, approbatam in Eugubinam Eccleſiam intulit, *S. Oldegario*, qui Canonicorum regularium inſtitutum in Hiſpaniam provexit, *Gilberto* Sempringhamenſi, a quo Ordo ille *Gilbertinus* & *Sempringhamenſis* in Anglia nuncupatus eſt, *Yvone* Carnotenſi, cujus opera Ordo hic in Gallicana Eccleſia refloruit, & *S. Norberto*, qui in loco Laudunenſis diœceſeos, qui *Præmonſtratus* dicitur, novum Canonicorum Regularium Ordinem condidit, quem brevi tempore ex maxima paupertate ditiſſimum evaſiſſe & uſque adeo erevisse narrat, ut trigeſimo poſt anno, non ſolum ex Francia & Burgundia, ſed Alemannia quoque & Saxonia, centum pæne Abbates convenerint. Neque hic ſilentio prætermittitur *Ludovici VI* munificentia, qui Monaſterium Canonicorum Regularium ad muros Pariſienſes, cui *S. Victor* nomen dedit, excitavit, cujus regalis Abbatiæ filia fuit Abbatia *S. Genovefæ*, ſiquidem *Eugenii III* juſſu ſecularibus Canonicis rejectis, regulares ex Cœnobio S. Victoris in Eccleſiam illam introducti ſunt.

Hiſtoriæ Canonicorum Regularium ſubjicit progreſſus & incrementa *Ordinis Benedictini*, Congregatione *Vallis umbroſæ*, Congregatione *S. Crucis Fontis Avellani*, Congregatione *Tironienſi* aliiſque novis Congregationibus & Abbatiis multiplicati; item origines, & inſtituta Ordinis *Camaldulenſis* à *Romualdo* conditi, *Grandimontenſis*, qui *Stephanum de Tierno* fundatorem habuit, & *Carthuſienſis* à *Brunone* in rupe quadam aſperrima Gratianopolitanæ diœceſeos, cui Cartuſiæ nomen eſt, inſtituti. Atque hic famoſam illam narrationem de Doctore quodam Pariſienſi, qui jam vita defunctus, in ipſis exequiarum ſolennibus è feretro ſe coram Tribunali Divino accuſatum, judicatum, & condemnatum proclamaſſe, & eo ipſo facto *Brunoni* in Eremum ſecedendi occaſionem præbuiſſe perhibetur, ad examen revocat, in negativam *Joannis Launoii* ſententiam proclivior, cujus argumenta ex libello *de verâ cauſâ ſeceſſus S. Brunonis in eremum* in medium producit. Accedunt ad novos XI & XII Seculi Ordines, Ordo *Ciſtercienſis*, Ordo *Fontis Ebraldi*, & Ordines quidam Equeſtres, *S. Johannis Hieroſolymitani*, *Militum templi*, *S. Mariæ Teutonicorum* & *de Calatrava*. Ordinem autem *Antonii Viennenſis*, ſe eam ob cauſam prætermiſiſſe ſcribit Autor, quod XI & XII Seculo pia tantum Societas & ſecularis confraternitas fuerit, & anno demum 1218. in religioſum Ordinem evaſerit. Poſtea de ritu parentum pueros Monaſteriis offerendi & religioſæ vitæ conſecrandi, de ætate profeſſionis monaſticæ, de monachorum privilegiis aliiſque rebus ad monaſticum ſtatum pertinentibus aliqua ſubnectit. Tandem ubi de bonis Eccleſiaſticis eorumque adminiſtratione, nec non de Eccleſiarum immunitatibus ac oneribus diſſeruit, finem primo huic XI & XII Seculi volumini imponit.

Seculi XI & XII Tomus II, de quo *Acta Lipſ.* 1684. p. 315. Autor in hujus Voluminis frontiſpicio Imperatorum Orientalium & Occidentalium, nec non Regum Franciæ, Hiſpaniæ, & Angliæ ad duas has annorum Centurias ſpectantium, vitam & res geſtas breviter enumerat, & ſic abſoluta XI & XII Seculi Synopſi, pro more inſigniora ejus capita ſelectis nonnullis Diſſertationibus illuſtrat. Earum *prima* circa *Berengarium* occupatur, cujus patriam, ingenium, ſtudia, mores, errores, adverſarios, verſutiam, inconſtantiam, multiplicem in variis Conventibus & Conciliis condemnationem, & finalem pœnitentiam (quæ veterum membranarum Laureacenſium, *Clarii* Floriacenſis, *Hildeberti* Cenomanenſis, cujus epicedium in laudes defuncti *Berengarii* profuſum ſubjicitur, *Wilhelmi Malmesburienſis* aliorumque Scriptorum, nec non Canonicorum Turonenſium *Berengario* quotannis juſta perſolventium, & Pſalmum *De profundis* pro ejus requie canentium, fide aſſeritur,) ex Autoris anonymi à *Chiffletio* editi, *Johannis Mabillonii*, & *Franciſci de Royes* de *Berengario* Diſſertationibus, aliiſque Autoribus exponit. Ubi inter alia obſervat errâſſe *Gerſonium*, eùm Andegavenſem hunc Archidiaconum & Sacramentariorum parentem, *Petri Abalardi* diſcipulum fecit, eumque cum *Berengario Pictavienſi*, qui pro *Abalardo* præceptore ſuo apologiam ſcripſit, confudit; nec minus hallucinari *Papyrium Maſſonum*, cùm *lib. 4. de Epiſcop. urb.* in Nicolao II *Berengarium* ex libro *Joſephi Albonis* Judæi de Fundamentis Legis Moſaicæ, errorem ſuum hauſiſſe exiſtimat, eùm *Joſephus Albo* librum ſuum trecentis fere poſt *Berengarium* annis ſcripſerit, nec dubium videatur, quin potius *Berengarius* ex *Johannis Scoti Erigenæ* ſcriptis putidas ſuas ſententias imbiberit, cujus librum de Euchariſtiâ in Synodo Vercellenſi & Pariſienſi proſcriptum, & in Concilio Romano, quod ſub *Nicolai II* Pontificatu celebratum eſt, ab ipſo *Berengario* palinodiam ſimulante flammis traditum, ex *Lanfranco*, *Durando* Troarnenſi, aliiſque Autoribus commemorat. Neque præterit, quid de *Scoti* libris inter *Aſcelinum* Ord. Benedict. Monachum & *Berengarium* per litteras ultro citroque miſſas, actum, diſputatumque fuerit. Cæterum orthodoxus Lector (ſic Eruditi Lipſienſes) facilè deprehendet, ab Autore hujus Diſſertationis inter *Berengarii* errores perperam referri, quòd panem & vinum in carnem & ſanguinem Chriſti ſubſtantialiter converti negaverit. Rectiſſime enim id ab eo factum; verùm in eo lap-

ſus

ſus eſt, quod dum Tranſubſtantiationis dogmati ſe oppoſuit, nimis ad alterum extremum abreptus, ipſam quoque Carnis & Sanguinis Chriſti in S. Cœna præſentiam negavit.

Diſſertatio II. graviſſima diſſidia inter *Gregorium VII* & *Henricum IV* agitata diſcutit, in qua etſi *Henricum* juſte excommunicatum Autor aſſerat, *Gregorio* in pleriſque æquior, & Pontificis Romani fimbrias juſto latius extendens, probare tamen minime poteſt, quod *Gregorius* Imperatorem exautorandi, & quantum in ipſo fuit, regno privandi poteſtatem, contra Patrum doctrinam ipſumque Dei verbum ſibi arrogaverit. Adductis igitur plurimis contra facti illius inſolentiam argumentis & teſtimoniis, poſtea, ne quid deeſſe videatur, ad rationes quibus *Gregorius VII* poteſtatem Reges exautorandi, & ſubditos à juramento fidelitatis abſolvendi, Romano Pontifici competere in Epiſtola ad *Hermannum Metenſem* probare conatus eſt, reſpondet, minime dubitans, *Gregorium VII* falſis documentis, ab eo qui ipſi ab Epiſtolis fuit, undiquaque corraſis, in errorem induci potuiſſe, cùm præſertim omnia rationum momenta, quibus ſententiam ſuam ſtabilire nititur, accurato judicio perpendere per otium ipſi non licuerit. Ex quo præcipitis judicii fonte, *Alexander* noſter plurimos errores in illâ *Gregorii VII* ad *Hermannum Metenſem* Epiſtolâ obvios derivat, quibus ordine recenſitis paucos admodum fuiſſe notat, qui *Gregorii VII* factum, ejuſve defenſionem approbaverint, & hos quidem non melioribus rationibus quàm ipſum *Gregorium* pugnare judicat: eos autem qui *Henricum* tuendum ſuſceperunt, etſi ſchiſmatis contagio pollutos, vel eo tamen nomine laude dignos cenſet, quod Domini ſui majeſtatem & jura rationibus ac argumentis Sacræ Scripturæ, Traditioni, omniumque ante *Gregorium VII* Pontificum exemplo conſentaneis vindicaverint, quorum pondera ne *Gregorius* ejuſque aſſeclæ ſentirent, humani ingenii tenebras, præconceptam opinionem, & *Henrici* tyrannidem & flagitia obſuiſſe arbitratur. Refert præterea novum illud, & tot à Chriſto nato Seculis inauditum facinus, totum ferè orbem Chriſtianum pro irrito ac invalido habuiſſe, & *Henricum* inſuper habita *Gregorii* cenſura pro Imperatore agnitum fuiſſe, quod plurimis ejus rei monumentis comprobat. Cùmque Autor noſter, ut ex dictis abundè patet, ab opinione illa, quæ Pontifici Romano poteſtatem in temporalia regna tribuit, tantum abhorreat, haud mirum videri debet, quod *Thomæ* ſuo, Angelico illi, ut vulgo dicitur, Doctori invidioſam hanc ſententiam a *Perronio* aliiſque præter meritum tribui, jam pridem in Epiſtolâ ad Franciſcum Mahæum *de novis Launoii contra Summam S. Thomæ objectiunculis* probare niſus eſt, eamque cauſam nunc denuo agere, nec inutile nec faſtidioſum exiſtimavit. Ac ne quis contra Henricum *Gregorii VII* ſanctitatem in Romano martyrologio celebratam objiciat, reſpondet eam eſſe humanæ infirmitatis conditionem, ut ſancti quoque viri quandoque in errores impingant, & zelo immodico abrepti ab æquitatis tramite deflectant. Tandem igitur omnibus modis ratam eſſe cupit Declarationem Facultatis Pariſienſis A. 1663. editam, & data occaſione ſemper propugnatam & vindicatam, quam ſe cæteroſque Facultatis ſocios non ſolum atramento, ſed etiam profuſo, ſi opus foret, ſanguine ſubſcribere paratos profitetur.

In *tertia* Diſſertatione cum *Joanne Launoio* in Epiſtola ad *Antonium Fantum*, articulos illos XXVII, qui *dictatuum* nomine veniunt, *Gregorio VII* ſupponi, contra *Chriſtianum Lupum*, *Baronium*, & alios, qui dictatus illos hoc Dictatore non indignos, nec ab ejus ingenio alienos agnoverant, evincere conatur, non aliam, ut videtur, ob cauſam, quàm ut ea, quæ articulis illis continentur, eo tutius & liberius confutare poſſit.

Diſſertatio IV *inveſtiturarum* originem, & qualis earum ſtatus ante *Gregorii VII* Pontificatum, in Germania, Gallia, & Anglia fuerit, explicat, & quantus continuarum turbarum & certaminum, quæ exinde nata ſunt, tumultus univerſum Occidentem agitaverit, dum ab una parte Imperatores & Reges Chriſtiani, ac inter eos maxime *Henricus IV* & *V* jus Epiſcopos & Abbates per baculum & annulum inveſtiendi, manibus ſuis extorqueri non permitterent, ab altera vero parte *Gregorius VII* ejuſque ſucceſſores *Victor III*, *Urbanus II*, *Paſchalis II*, *Gelaſius II* & *Calliſtus II*, pro abolenda inveterata conſuetudine, & abſoluta poteſtate ſibi acquirenda omnem lapidem moverent, nec acquieſcerent donec ſubjugatis Principibus in *Concilio Lateranenſi I*, cujus Acta & Canones duobus poſtremis Diſſertationis hujus capitibus continentur, voti ſui compotes fierent, exponit, & hos Romanorum Pontificum auſus tanquam juſtos & legitimos defendit; cùm inveſtiturarum uſus *Henrico IV* imperante in tyrannidem varioſque abuſus degeneraverit, & Eccleſia conceſsâ ſibi poteſtate adverſus Reges in jura ſua involantes uti potuerit debueritque. Neque tamen Autor in *Brunonis* Signini, *Guidonis* Vienenſis aliorumque, qui inveſtiturarum conceſſionem, vel uſurpationem, & defenſionem, Henricianæ hæreſeos nomine infamarunt, ſententiam concedit, ne *Paſchalem II* qui captivitatis pertæſus, inveſtiturarum privilegium manu ſua ſubſcriptum, annuloque Pontificio obſignatum *Henrico* indulſit, idque juramento & diris execrationibus confirmavit, inter hæreticos numerare cogatur; quamvis ipſe *Paſchalis* hanc hæreſeos notam ſibi inuſſerit, cùm poſtea pactorum cum *Henrico* initorum parum memor, Decreta Synodi Viennenſis, quæ inveſtituram Epiſcopatuum & Abbatiarum de manu laica hæreſin eſſe judicavit, ſine exceptione rata habuit; quod Autor noſter fateri cogitur, hoc effugio contentus, quod *Paſchalis* forte hæreſeos nomen minus proprie & latiori quadam ſignificatione à Patribus ejus Concilii acceptum intellexerit.

Diſſertatio V circa duas Epiſtolas, *Roberto de Arbriſello* (vel *Arbriſſellis*) inſcriptas verſatur. Una eſt *Geffridi Vindocinenſis*, quam *Bollandus* in Commentario prævio ad Vitam *Roberti*, & *Johannes à Manu Firma* Fontebraldenſis Monachus in Diſſertatione duplici de Epiſtola contra B. *Robertum* confictâ, ſub *Geffridi Vindocinenſis* nomine à *Roſcelino* hæretico compoſitam ſtatuerunt, quorum rationes *Alexander* noſter diſcutit, & nullius eſſe ponderis demonſtrat, prædictum *Johannem a Manu Firma* graviter reprehendens, quod *Jacobum Sirmondum*, qui eam Epiſtolam unà cum reliquis *Geffridi Vindocinenſis* operibus fideliter edidit, impietatis & imprudentiæ poſtulare minime dubitaverit. Alteram verò Epiſtolam quæ ſub *Marbodi Redonenſis* nomine ad *Robertum de Arbriſello* ſcripta circumfertur, cum reliquis ejus operibus excuſam, mendaciis & calumniis ſcatere judicat, nec graves conjecturas deeſſe ſtatuit, quæ autorem illius Epiſtolæ dubium faciant.

Sexta Diſſertationis, quæ ſecundum hoc Seculi XI & XII volumen claudit, argumentum eſt *Concilium Lateranenſe II* ab *Innocentio II* convocatum, cujus hiſtoriam Autor ad tria capita revocat, quorum *primo* ſchiſma *Petri Leonis* recenſetur, *ſecundo* *Petrobruſiani* & *Arnaldiſtæ* denuò damnati perhibentur, *tertio* Canones ad inſtaurandam Diſciplinam Eccleſiaſticam conditi referuntur, nonnulli etiam, ut *decimus* de decimis, *undecimus* & *duodecimus* de treuga & pace, *decimus tertius* de uſuris, & *decimus ſextus* de beneficiis hæreditariis, collatis Patrum dictis & aliorum Conciliorum Decretis illuſtrantur.

Ultimum Seculi XI & XII Volumen de quo *Acta Lipſ.* 1684. p. 406. à *ſeptimâ* Diſſertatione incipit, quæ *Petri Abælardi* variam fortunam, errores, certamina, pœnitentiam, & poſtremo loco Opera à *Franciſco Amboeſio*, præmiſſâ Pariſienſium Theologorum cenſurâ in publicum edita, exponit. In iſtis *Abælardi* Operibus, ut cætera taceamus, variæ occurrunt Epiſtolæ, quarum una ad amicum data, ſtudiorum ſuorum & variarum calamitatum, & amorum cum *Heloiſſa* pudendo vulnere multatorum, hiſtoriam ipſe retulit. *Heloiſſam* verò *Petri* ſcortum & poſtea uxorem, etiam jam monaſticis ſacris initiatam, priſtini illius flagitii haud ſatis pœnituiſſe vel ex eo conſtat, quod in ſecunda

cunda ad *Abalardum* Epiſtola, quam dulce ſibi concubinæ nomen fuerit, haud diſſimulat, & ſe ejus meretricem, quàm *Auguſti Cæſaris* uxorem appellari malle profitetur. Errores *Abalardi* partim ex *Bernardo*, *Gulielmo* Abbate S. Theodorici, *Ganfrido* Carnotenſi Epiſcopo, *Ottone Friſingenſi*, & anonymo quodem Autore, partim ex ipſis *Abalardi* ſcriptis commemorantur, cujus mentem, in nonnullis capitibus lingua ſaniorum, *S. Bernardum* & cæteros antagoniſtas non ubivis aſſecutos *Alexander* noſter arbitratur. Idem quid in Sueſſionenſi Concilio, quod nec cum *Johanne Picardo* in not. ad Epiſtolam *Bernardi* A. C. 1126, nec cum *Binio* A. C. 1136, ſed A. C. 1121, coactum exiſtimat, & undevigeſimo poſt anno ſeu A. C. 1140. in Senonenſi Concilio, nec non Romæ ab *Innocentio II* contra *Abalardum* actum fuerit, ex variis autoribus recenſet, *Berengarii Pictavienſis* Apologeticum pro *Abalardo* effuſis in *S. Bernardum* calumniis refertum ad examen revocat, & tandem *Abalardum* à *Petro* Venerabili Abbate Cluniacenſi, *S. Bernardo* & *Innocentio* reconciliatum, emendatis erroribus ſanctè vixiſſe & piè obiiſſe, ex Chronico Cluniacenſi & Abbatis Venerabilis modò nominati Epiſtolâ ad *Heloiſſam*, ejuſdemque duplici Epitaphio ad *Abalardi* laudes compoſito commemorat. In fine Diſſertationis additur, librum *Abalardi* vulgo *Sic & non* appellatum, in cœnobio Pariſienſi S. Germani à Pratis manuſcriptum extare.

Diſſertatio VIII. *Concilii Lateranenſis III*, in quo poſt certamina *Alexandri III*, cum Antipapis ſuis *Victore IV* ejuſque ſucceſſoribus, *Paſchali III* & *Calliſto III*, quorum partibus *Fridericus I* Imperator addictus fuerat, & plures Synodos in Italia, Gallia, Anglia, Germania, & ipſa Palæſtina agitatas, pace tandem inter Imperatorem & Pontificem inita, de abolenda contraria factione, & mediis prohibendi imposterum ſchiſmatis, nec non de Waldenſibus & Albigenſibus opprimendis, & diſciplina Eccleſiaſtica inſtauranda actum eſt, geſta & Canones præmiſſis loci, temporis & reliquis circumſtantiis recenſet.

In *nonâ* Diſſertatione, quæ caſu tranſpoſita *octava* eſſe debuit, diſquiritur, utrum judicium in cauſis fidei ad ſolum Romanum, Pontificem, an etiam ad alios Epiſcopos referri debeat? Occaſionem huic controverſiæ ſuppeditavit *Concilium Remenſe*, in quo Præſules Gallicani adverſus *Gilberti Porretani* errores, Romano Pontifice & Cardinalibus præſentibus, & tamen inconſultis, fidei formulam ſeu Symbolum ediderunt, de quo facto tanquam illegitimo & Romanæ Curiæ minime tolerando, Cardinales adverſus *S. Bernardum* & congregatos cum eo Galliæ Epiſcopos graviſſime expoſtularunt. Autoris noſtri ſententia eſt, jus fidei cauſas cognoſcendi ac de iis judicium ferendi Epiſcopis omnino competere, ſed confirmationem judicii & ſententiam definitivam, & jus generalia Decreta de fide Chriſtianâ & morum diſciplinâ ſanciendi, non excluſo tamen Eccleſiæ conſenſu, & generalium Conciliorum ſupremâ ac divinâ authoritate non neglectâ, ad Romani Pontificis prærogativas pertinere. Quam in rem poſtquam plurima è *Thoma* ſuo aliiſque Autoribus teſtimonia adduxit, ad Pariſienſes & cæteros Galliæ Theologos accedit, & quid hac de re ſentiant exponit; nimirum Romanum Pontificem, primum & maximum omnium Epiſcopum, in tota Eccleſia principatum & poteſtatis plenitudinem habere, non tamen abſolutam, cùm novos fidei articulos condere & Sacramenta inſtituere vel abrogare nequeat, nec ipſi ſoli determinandi fidei controverſias autoritas conveniat. Hanc Theologorum Pariſienſium ſententiam nonnullis Facultatis Theologicæ Decretis confirmat, & *Lupum*, ſeu quiſquis ad *Thomæ Cantuarienſis* Vitam & Epiſtolas indicem confecit, falſi arguit, cujus majuſculis exarata characteribus hæc eſt ſententia, *quod Romani Pontificis ſolius perſona ſola ſit controverſiarum judex*. Etſi verò in quibuſdam capitibus à pleriſque cæterarum gentium Theologis Gallicani Doctores diſſentiant, inprimis cum diſceptatur: utrum Concilium Oecumenicum Romano Pontifice ſit ſuperius? utrum Rom. Pontifex non accedente Eccleſiæ conſenſu ſit infallibilis? utrum Pontifex Romanus directam vel ſaltem indirectam in temporalia Regum poteſtatem habeat? nihil tamen detrimenti inde pati Romanæ Sedis majeſtatem aſſerit, cùm hæ quæſtiones ad fidem non pertineant, ſed ad humanas opiniones revocentur, & primatus jure divino Romano Pontifici conveniens ubique ſalvus maneat. Cùm enim Theologis permiſſum ſit, varias de Dei potentia in Scholis quæſtiones agitare, & diſquirere, num Deus abſoluta potentia hæc vel illa poſſit, dummodo omnipotentiam Divinam univerſi credant; non inconveniens ipſi videtur, etiam Romanos Pontifices permittere, ut catholici Theologi de poteſtatis ſuæ extenſione, modo, ac uſu modeſtè diſputent, dummodo in confeſſione primatûs jure Divino S. Petro à Chriſto collati, & ad ejus ſucceſſores tranſmiſſi conveniant. Tandem verò & hanc Diſſertationem, & quidquid in toto opere ſcripſit, Romanæ Eccleſiæ, quam omnium Eccleſiarum matrem ac magiſtram profitetur, & Romani Pontificis, quem Petri ſucceſſorem & Chriſti Vicarium agnoſcit, judicio ſubmittit.

In cauſa *Thomæ* Cantuarienſis Archiepiſcopi, circa quam *decima* Diſſertatio verſatur, primùm variæ occaſiones, quæ *Henricum II* Angliæ Regem adverſus *Thomam* commoverunt, memorantur, & in earum numero jus Regaliæ non fuiſſe, adverſus *P. Lupum* ſeu indicis, cujus paulo ante mentionem fecimus, Autorem aſſeritur, cùm jus illud nec à *Thoma* unquam impugnatum, nec à quoquam improbatum, ſed ab *Henrico II* & aliis ævi illius Regibus citra ullam contradictionem uſurpatum fuerit. Hinc ad certaminum illorum inter Regem & Cantuarienſem Pontificem progreſſum delatus Autor, quid ante *Thomæ* exilium, quid in exilio, quid ab ejus reditu ad cædem à quatuor ſicariis peractam, & poſt ejus cædem, quæ vulgo Martyrii nomine inſignitur, geſtum fuerit, inprimis ex hiſtoria quadripartita, ſeu quatuor Scriptoribus coævis, qui *Thomæ* hujus Vitam & Acta conſignarunt, & farragine Epiſtolarum huc ſpectantium à *Lupo* edita, ſic enarrat, ut *Thomæ* cauſam ubique tueatur, quem in calce Diſſertationis ſupplex obſecrat, ut Romanis Pontificibus zelum pro tuenda Eccleſiæ libertate & diſciplina, Regi Britanniæ & toti regno communionem cum Romana Eccleſia, Gallicanæ Eccleſiæ, & Francorum Regno florentiſſimam tranquillitatem, & Galliarum Regi tunc temporis *Ludovico XIV*, quem ab *Innocentio XI* hæreſeos expugnatorem jure nuncupatum dicit, perpetuam felicitatem jugi apud Deum interceſſione impetrare velit.

Reliquæ Diſſertationes ad panopliam adverſus hæreſes, qualem ſingulis Seculis autor annectere conſuevit, referuntur; quarum unam Græcis azymorum in S. Euchariſtia uſum impugnantibus, alteram *Berengario* ejuſque aſſeclis realem corporis & ſanguinis Chriſti in S. Cœna præſentiam negantibus, & poſtremam *Petrobuſianis* pædobaptiſmum improbantibus, & cæteris erroris hujus ſucceſſoribus opponit. *Undecima* igitur Diſſertatio *azymorum* uſum contra Græcos ſchiſmaticos exemplo Chriſti aliiſque argumentis defendit, & à *Michaelis Cerularii* aliorumque Græcorum objectionibus vindicat. *Thomæ* verò *Aquinatis*, *Alexandri Halenſis*, *Bonaventuræ*, aliorumque Scholaſticorum veterum, & recentiorum quorumdam Scriptorum ſententiam, quâ ſtatuunt quod Græca pariter & Latina Eccleſia poſt Euchariſtiæ inſtitutionem uſque ad *Ebionis* tempora azymis uſa, poſtea cùm *Ebionitæ* leges Judaicas ſimul cum Evangelio obſervandas inculcarent, in hæreſeos iſtius execrationem, panem fermentatum adhibuerit, donec illâ hæreſi extinctâ, Latina Eccleſia, Græcis uſum fermenti retinentibus, ad azymorum uſum redierit, ob defectum idoneæ probationis

Digitized by Google

nis & ſummum veterum ſilentium rejicit. Et apud Græcos quidem fermenti uſum perpetuum fuiſſe ex Græcis Patribus colligit, de Latinâ verò Eccleſiâ diverſas eruditorum ſententias inter ſe committit. Cùm enim *Sirmondus* in diſquiſitione *de azymo*, uſum fermentati octingentis & amplius annis in Eccleſiâ Latinâ ſolennem fuiſſe contendat, & azyma medio illo intervallo, quod à *Photii* ſchiſmate uſque ad *Cerularii* tempora effluxit, recepta aſſerat, à quâ ſententiâ etiam Cardinalis *Bona* in ſuis Liturgicis haud alienus eſt, niſi quod à primis illis ſeculis azymorum uſum non penitus excludit; ab alterâ vero parte *Joh. Mabillon* in præf. Sec. III. Bened. & in Diſſertatione ſingulari, nec non *Chriſtianus Lupus* Tom. III. Schol. *in Canones & Decreta Concil.* perpetuum in Latina Eccleſia azymorum uſum fuiſſe exiſtiment, utriuſque opinionis argumenta recitat, & liberum lectori judicium permittit.

In *duodecima* Diſſertatione quæ cæteris prolixior, & libello fere quàm Diſſertationi ſimilis eſt, contra *Albertinum*, adverſus quem etiam à Theologo quodam Jeſuita ingens volumen propediem (ſcil. anno 1683 aut 84) edendum adornari monet, & alios Calvinianarum partium Miniſtros, omiſſis iis quæ jam in priorum ſeculorum hiſtoriâ de hoc argumento diſſeruit, realem corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna præſentiam ex Scriptura Sacra & Eccleſia primitiva fusè & ſatis egregiè evincit, niſi quod etiam *Joh. VI* de Euchariſtiæ myſteriis agi cenſet, & ubique cum reali illa præſentia tranſubſtantiationis dogma adjungit. Ad adverſariorum objectiones dum reſpondet, inter alia Autorem *Expoſtulationis de Epiſtolâ Chryſoſtomi ad Cæſarium*, à Theologis Pariſienſibus ſuppreſſâ, refutare conatur. Adjecta eſt ultimo hujus Diſſertationis articulo ad fratres Calvinianæ ſeceſſionis adhortatio, ut cùm articulum hunc pro fundamentali non habeant, eoque non obſtante pacem cum Lutheranis ambiant, ad Romanam Eccleſiam, à qua eos nullâ gravi causâ urgente ſeceſſiſſe arguit, redire non detrectent.

Ultima Diſſertatio infantum baptiſmum & Scripturæ Sacræ teſtimoniis, & Eccleſiæ Orientalis pariter & Occidentalis traditioni congruam oſtendit.

Hiſtoriam hucuſque productam cum aliis aliquot *Alexandri* noſtri ſcriptis prohibuit atque ad feralem rogum ablegavit *Innocentius* Papa *XI*, peculiari Edicto, Ann. 1684 die 10 Jul. dato, quod legi poteſt apud *Baliuin* in Novell. Rep. Litter. *menſ. Oct.* ejus anni *pag.* 808 &c. 2dæ Edit. & apud *Vitelium* in Diſſert. Iſagog. inf. cit. *p.* 248. Vid. & *Schelhorn.* Amœnit. Litter. *Tom. VIII. p.* 470. Mirum verò iſtud opus antea ab eodem *Innocentio* perbenignè fuiſſe exceptum, atque ſingulari Epiſtolâ ab Emin. Card. *Cibo* Pontificis nomine ac mandato ad *Alexandrum* ſcriptâ d. 15 Jul. 1682. his verbis approbatum: ..... » Pridem acceperam Libros Eccleſiaſticæ » Hiſtoriæ nuper à te editos, cùm pervenerunt ad » me illi quoque, quos ad Sanctitatem ſuam miſiſti; » à quâ illi perbenignè excepti ſunt..... Ea occaſione » oſtendit Sanctitas ſua præclarè ſe de tua pietate & » Catholicæ Fidei zelo ſentire, ſibique perſpectum » eſſe, non defuiſſe te occaſionibus reipſa declarandi » quàm conſtanter S^mi^ Ordinis tui placitis tum in diſ» ciplina, tum in doctrina adhæreas, ubi præſertim » de hujus S. Sedis auctoritate & dignitate agatur. In» junxit autem mihi Sanctitas ſua, ut paternæ ſuæ erga » te benevolentiæ teſtem Apoſtolicam benedictionem tibi » Pontificis verbis amanter elargirer « *&c.* Legitur hæc Epiſtola poſt Præfationem generalem editionis quæ non obſtante interdicto Pontificio prodiit A. 1699. iterumque 1714. *Benedictum* verò *XIII*, pro eo, quo Dominici Ordinem complectitur amore, *Alexandri* noſtri libris ſuum reſtituiſſe honorem, eoſque è prohibitorum numero exemiſſe aiunt.

Seculi XIII & XIV Tomi III. *Act. Lipſ.* 1685. p. 329.

Tribus his Voluminibus gemina Cenſura præfixa legitur: una Conventûs Dominicani, qui in opere hoc tripartito nihil fidei vel Chriſtianæ morum diſciplinæ contrarium contineri declarat; altera Facultatis Theologicæ Pariſienſis, quæ itidem in hac Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ continuatione nihil fidei Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ, aut Chriſtianæ morum diſciplinæ adverſum deprehendit, imo ſtudioſis lectoribus utiliſſimam, cæteriſque ejuſdem Autoris operibus eruditione minime inferiorem exiſtimat. *Utrum ſimili judicio* (ſic Eruditi Lipſ.) *tria hæc volumina ſit approbaturus* Innocentius XI *valde dubitamus, cum præcedentes tomos*, &c. (ut ſupra dictum) *proſcribendos & damnandos cenſuerit, eorumque omnium & ſingulorum impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, & uſum omnibus & ſingulis Chriſtianis, ſub pœna excommunicationis, à quâ nemo, niſi in mortis articulo conſtitutus, à quoquam, præterquam à Pontifice Romano, abſolutionis beneficium obtinere valeat, ſevere interdixerit. Idem fatum tribus his, quæ nunc recenſemus voluminibus vel jam eveniſſe, vel eventurum eſſe, quod menſe Julio anni ſuperioris* (1684) *cæteris contigit, obſcura non ſunt indicia.*

Quamvis enim Autor quavis occaſione Romani Pontificis benevolentiam captet, ejuſque primatum & cætera privilegia tueatur, *Albigenſes*, *Petrum Johannem Olivum*, *Fraticellos*, *Dulcinum*, *Lolhardos*, *Marſilium Patavinum*, *Jandunum*, *Wiclefum* & alios, ob impugnatam Eccleſiæ Romanæ & Pontificis autoritatem, inter hæreticos recenſeat, *Johannem XXII* tam contra eos qui ejus Conſtitutionem *de paupertate Chriſti & Apoſtolorum* Nicolai III Decretis adverſari aſſerunt, quam contra eos qui ipſum erroneam de ſtatu animarum poſt mortem ſententiam propugnaſſe ſtatuunt, peculiari Diſſertatione apologetica defendat, aliiſque modis ſuum erga Romanam Sedem obſequium approbet; non pauca tamen inter has blanditias occurrunt, quæ Pontifici poſſeſſionem dignitatis ſuæ omnibus modis ſartam tectam conſervare cupienti non poſſunt eſſe non ingrata.

Nam ut aliqua ſaltem ejus rei ſpecimina producamus, in Diſſert. III quâ Concilii Lateranenſis IV Canon III illuſtratur, Canonem illum Eccleſiæ, vel Romano Pontifici poteſtatem in temporalia Regum & Principum ſaltem indirectam tribuere, contra *Perronium* & *Bellarminum* negat, doctrinam illam de poteſtate Pontificis R. in temporalia Regum & Principum falſam, erroneam, Sacræ Scripturæ & Traditioni palam adverſam, ante *Gregorii VII* ætatem Eccleſiæ ignoram, teterram, immanem, ſeditioſam, multiſque aliis nominibus deteſtandam eſſe docet, & *Barclajum* regii juris vindicem, à *Bellarmino* tanquam Ethnicum & Publicanum immerito traduci profitetur. In Diſſertatione V quæ de Concilio Lugdunenſi I agit, artic. 3 *Fridericum II* non ab hoc Concilio, ſed privato *Innocentii IV* auſu exautoratum cenſet, & quàm injuſta fuerit illa ſententia demonſtrat, pronuncians zelum Fratrum Ordinis ſui, qui ſententiam iſtam publicandam ſuſceperunt, non ſecundùm ſcientiam fuiſſe, quamvis quodammodo veniâ dignos cenſeat, cùm veritatem variis opinionibus obnubilatam & præjudiciis concuſſam non cognoverint, nec Pontificis factum ad juris regulas, aut opinionem ejus ad Scripturam S. & Traditionem expenderint. In Diſſertatione VIII admodum prolixa Regi ſuo, cujus autoritatem in temporalibus ab Eccleſia vel Romano Pontifice prorſus independentem in ipſo limine profitetur, *Jus Regaliæ*, de quo Pontificem inter & Regem ab aliquot annis (hæc anno 1685 ſcripta ſunt) acerrime diſceptatur, ſaltem ex Senatûs Pariſienſis & Jureconſultorum Gallorum ſententiâ, contra Autorem tractatûs *de Jure Regaliæ* ejuſque aſſeclas vindicat, & citra violationem Canonis in Lugdunenſi Concilio conſtituti; à Rege juris illius extenſionem uſurpari poſſe contendit. In Diſſertatione IX, de diſſidio *Bonifacii VIII* & *Philippi Pulchri*, inter alia, quàm iniquè Pontifex ſummâ rerum ſpiritualium adminiſtratione non

contentus, jura temporalia Chriſtianiſſimi Regis invaſerit, oſtendit, argumenta quibus iſte Pontifex in extravaganta *Unam ſanctam* duos Eccleſiæ gladios, temporalem ſcilicet & ſpiritualem aſſerere conatus eſt, ex *Ægidio Romano* maxime & *Johanne de Pariſiis* refutat, & iniquis *Bonifacii* Cenſuris, Decretis & Mandatis, ſucceſſorum *Benedicti XI* & *Clementis V* diplomata opponit. In Diſſertatione XII, hanc F. *Johannis de Montſono* propoſitionem: *Solius Sedis Apoſtolicæ eſt declarare, damnare, & probare, & torum quæ tangunt fidem, ad ſolum Summum Pontificem pertinet examinatio & deciſio*, ad examen revocat, & *Petri Alliaci* ſententiæ ſuffragatur, qui in tractatu pro vindicanda Facultatis ſuæ cenſura contra *Monteſoni* errores edito, propoſitionem hanc manifeſtam hæreſin continere ſtatuit, cujus concluſiones & argumenta Autor noſter ſuis annotationibus illuſtrat, ſubjiciens nonnullas Facultatis Theologicæ Cenſuras, quæ Epiſcoporum in judicandis fidei controverſiis autoritatem ſtabiliunt, eamque ſoli Papæ Romano perperam tribui demonſtrant. Diſſertationi huic ſubjectum legitur ſuffragium cenſorium, quod Autor noſter poſt CLX & amplius Magiſtros ſe antiquiores, in generalibus Comitiis, diebus 7 & 8 Maii an. 1683 in aulâ Domûs Sorbonicæ, pronunciavit de propoſitione ab Ampliſſimo Senatu ad Theologici Conſeſſûs examen ac judicium doctrinale delata, & his verbis concepta: *ad ſolam Sedem Apoſtolicam Divino immutabili privilegio ſpectat de controverſiis fidei judicare.* Quam propoſitionem falſam, temerariam, erroneam, praxi Eccleſiæ adverſam, verbo Dei contrariam, & doctrinæ aliàs à Facultate Pariſienſi damnatæ conſentaneam eſſe, refutatis adverſariorum objectionibus, demonſtrat.

Reliquæ Diſſertationes, quarum mentionem hactenus nondum fecimus, agunt de Actis & Decretis Concilii Lateranenſis IV, de orthodoxia *Joachimi Abbatis*, qui ab hæreſeos infamia vindicatur, de ſenſu Canonis *Omnis utriuſque ſexus*, de Summâ *Thomæ Aquinatis*, de Actis & Decretis Concilii Lugdunenſis II, de Concilio Viennenſi, & causâ Templariorum, de Sacrificio Miſſæ adverſus Albigenſes & Wicleſiſtas, & de bonorum temporalium poſſeſſione Eccleſiæ non denegandâ contra *Wiclefum*.

Diſſertationes hactenus enumeratas, juxta methodum in præcedentibus Seculis obſervatam, Hiſtorica Synopſis antecedit, quam *Innocentii III* ejuſque ad *Bonifacium* uſque *IX* in cathedra Romana ſucceſſores auſpicantur. Proximum his locum occupant hæretici & ſingularium opinionum architecti, quos excipiunt præcipui Scriptores, numero circiter CXXX, quibus recenſitis, Conciliorum Nationalium & Provincialium Canones & Acta ſubnectuntur. Hinc Autor qualis Politiæ Eccleſiaſticæ facies hoc ævo fuerit, exponit, à Metropolitanis & Epiſcopis ad Clericos, Canonicos, & Monachos, nec non Eccleſiæ bona, immunitates & onera progreſſus. Poſtremis verò Synopſeos capitibus Imperatorum Orientalium & Occidentalium, Regum Francorum, Hiſpanorum & Anglorum hiſtoriam enarrat.

Utrobique nimirum, & in Synopſi & in Diſſertationibus, plurima occurrunt notatu non indigna. Verùm ea huc transferre prolixitatis vitandæ ſtudio prohibemur.

Seculi XV & XVI Tomus I. de quo *Acta Lipſ.* 1687. p. 434.

Hîc monent Eruditi Lipſienſes, haud obſcuris indiciis auguraſſe, cum Hiſtoriâ Seculi XIII & XIV haud mitius actum iri quàm cum præcedentibus. *Quod præſagium*, addunt, *nos minimè fefellit. Etſi autem hac clementiſſimi Patris inclementiâ nihil ſibi triſtius accidere potuiſſe queruletur, edito tamen XV & XVI Seculo tertii fulminis periculum ſubire, quàm opus inchoatum non perficere maluit.*

Auſpicatur Autor Hiſtoriam Seculi XV & XVI quatuor Voluminibus comprehenſam, more in anterioribus Seculis obſervato, à *Romanis Pontificibus*, quorum aliquos libidine, perfidiâ aliiſque flagitiis infectos, neque paucos poteſtatis ſuæ orbitam tranſgreſſos fuiſſe non diſſimulat. Mandata quæ Nuncio ſuo ad conventum Noribergenſem ablegato *Franciſco Cheregato* dedit *Hadrianus VI*, ob reformandæ Curiæ Romanæ ſtudium maximopere commendat, & *Pallavicini* judicium, qui *Hadrianum* optimum Sacerdotem, ſed Pontificem revera mediocrem dixerat, præeunte *Johanne Launojo* iniquitatis arguit, cùm nihil *Hadriano* defuerit, quàm ſecularis illa politica, diſſimulandi & fallendi artifex, & ambitio ſtudiumque dominationem promovendi ultra fines Canonibus totius mundi reverentiâ conſecratis præſcriptos, quæ Pontificem non mediocrem, ſed peſſimum feciſſent.

Non minus in *Paulo III* emendandæ Romanæ Curiæ, & inſtaurandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudium approbat, nec temperare ſibi poteſt, quin conſilium quatuor Cardinalium & quinque Præſulum, quibus tanti momenti propoſitum Pontifex commiſerat, integrum deſcribat. Verba *Marcelli II*, qui manu menſam percutiens ſe non videre dixit, quomodo, qui locum hunc altiſſimum tenent, ſalvari poſſint, tanquam ἀξιομνημόνευτα majuſculis literis exprimi curavit. In *Pauli IV* vita id imprimis obſervatu dignum occurrit, quod ſe alioſque Pontifices variis erroribus obnoxios agnovit; quod ex *Johannis Hayæ* Pariſienſis Theologi narratione, & *Michaelis Caſtelnavi Malviſſerii* Commentariis A. C. 1659 Lutetiæ editis prolixius refertur.

Pontifices Romanos excipiunt *hæretici*, agmen ducentibus *Joh. Huſſo* ejuſque aſſeclis *Hieronymo* Pragenſi, *Jacobello* Miſnenſi & *Petro* Dreſdenſi (è quibus *Petrum* Dreſdenſem primum Communionis ſub utrâque apud Bohemos inventorem, *Jacobellum* autem primum ejus articuli publicum præconem fuiſſe pronunciat,) & cæteris Huſſitis, quorum dogmata, geſta & fata è variis hiſtoriarum monumentis recenſentur. Et in doctrinâ quidem *Johannem Huſſum* & Huſſitas *Calixtinos* circa articulos de Tranſubſtantiatione, Purgatorio, numero & efficaciâ Sacramentorum, confeſſione Sacramentali, Oratione pro defunctis, interceſſione & invocatione Sanctorum, & veneratione Imaginum cum Romanâ Eccleſiâ conſenſiſſe, ex ipſis *Huſſi* ſcriptis, aliiſque argumentis probare contendit, & *Æneam Sylvium* perperam toti ſectæ tribuiſſe cenſet, quæ Thaboritarum propria fuerunt. De *Hieronymo Pragenſi* idem fert judicium. Utrumque in extremô ſuppliciô magna pietatis & conſtantiæ ſigna edidiſſe non diffitetur, at vaticinia quæ ab utrôque edita feruntur, ob *Æneæ Sylvii*, *Poggii* aliorumque ejus ævi Scriptorum ſilentium falſi arguere laborat.

Huſſitis ſubjiciuntur *Gulielmus de Hildernisſen* & *Ægidius Cantoris* Autores ſectæ *Hominum Intelligentiæ*; *Picardus* cum ſuis *Adamitis* à *Ziſca* quidem Thaboritarum duce gladiô deletis, ſed poſtea Seculo XVI ab *Adamo Paſtore* reſuſcitatis; *Johannes Parvus*, de cujus propoſitionibus tyrannicidium approbantibus, quid in Galliâ, & in Curiâ Romanâ, & in Conſtantienſi Conciliô actum fuerit, fusè exponitur. *Matthæus Grabon*, cujus errores, unà cum *Petri de Alliaco*, & *Johannis Gerſonii* cenſuris, & ipſius *Graboni* revocatione & abjuratione, inter *Gerſonii* opera habentur; *Auguſtinus de Roma* ex Actis Baſileenſis Concilii non ignotus, *Religioſi* quidam *ex mendicantium ſodalitiis*, quorum errores ex *Auguſtini Patricii* Hiſtoriâ Baſileenſis & Florentini Concilii adducuntur; *Petrus Oxonienſis*, cujus librum unà cum cathedrâ igni traditum ex *Bannis* in *Thomam* Commentario traditur; *Foſſariique* in foſſis & ſpeluncis promiſcuas libidines exercuiſſe, & hauſtu grandis muſcæ ſpiritum erroris recepiſſe perhibentur, & *Hermannus Ruiſwich* ob blaſphema ſua deliria in Belgio combuſtus.

Ab his ad *Lutherum* tranſit *Alexander*, in cujus vitâ & doctrinâ enarrandâ *Cochlæum* ſequutus eſt, alioſque infenſiſſimos Lutherani nominis hoſtes. Prima itaque ſectione *Lutherum* nomen familiæ ſuæ *Luder*

ob

ob inhoneſtam ſignificationem mutaſſe, cum dæmone commercia habuiſſe, & *Catharinam de Bore* jam gravidam inceſtò matrimoniò ſibi copulaſſe ſcribit. E ſcriptis *Lutheri* ante annum 1521 editis errores, quos putat, ultra CXX excerpit, reliqua ab anno 1521 edita ſummatim perſtringit, & quid in quoque deſideret, breviter enarrat. Poſtea agit quoque de *Carolſtadio*, *Zwinglio*, *Oecolampadio*, *Melanchtone*, *Bucero*, *Schwenkſeldio*, *Agricola*, *Oſiandro*, *Brentio*, *Flacio* & *Stancaro*, cùm eorum nomina, in Lutheranæ, ut ait, hæreſeos hiſtoriâ frequenter occurrant. In hiſtoriâ Auguſtanæ Confeſſionis, Formulæ concordiæ variorumque Colloquiorum & Conventuum Lutheranæ Religionis causâ habitorum, plerumque teſtes Lutheranis ſuſpectos ſequitur. *Interimiſtas* Lutheranos cum *Hoſio* & *Lindano* triplices fuiſſe ſcribit, Cæſareos, Lipſicos & Franciſcos, quorum inter ſe differentiam breviter exponit. In indiculò Scriptorum, qui Lutheranam, quam putat, hæreſin impugnarunt, extremum locum occupat *Anna Binſia*, virgo & ludimagiſtra Antverpienſis, quam rythmo Teutonico pereruditò ſedecim libros Carminum adverſus Lutheranos primùm exſurgentes publicaſſe ſcribit.

A Lutherania ad *Anabaptiſtas*, & ab his ad *Calvinianos* progreditur, quibus diutius immoratur: E plurimis, quæ in medium affert, paucula notaſſe ſufficiat. Inter tres novæ ſectæ quaſi Apoſtolos à *Calvino* ſelectos fuit *Bonus Homo*, qui cum primum in *miniſtraria* ſeu publico Juriſconſultorum auditorio apud Pictavienſes Juris inſtitutiones prælegerit, indeque à *Calvino* non aliò quàm miniſtri nomine appellatus fuerit, inde factum eſſe ex aliorum ſententiâ Autor noſter refert, ut Calviniani prædicantes *Miniſtri* dici cœperint & etiamnum dicantur. *Hugonotarum* appellationem ab Helvetiis derivat, ſe invicem *Fidgnoſſen* ſeu fœderatos nuncupantibus, quam vocem à Gallis male pronunciatam in vulgatum illud Calvinianorum cognomen abiiſſe ſuſpicatur. In *Calvini* vitâ ex *Papyrio Maſſono* Genevenſium dicterium adducit, proteſtantium, inquit, ſe malle apud inferos cum *Beza* eſſe, qui feſtivis jocis eos in mediis flammis exhilarare poſſet, quàm cum moroſo & auſtero *Calvino* apud ſuperos. Eundem *Calvinum* ob nefarium crimen candentis ferri ſtigmate inuſtum ex *Bolſeci* fide narrat, cum quo *Beza* quoque, quem *Calvini* in Caliphatu Genevenſi ſucceſſorem nominat, pæderaſtiam & juveniles amores exprobrat. Errores *Calvini* ad 52 capita reducit. *Sectas Calvinianorum* imprimis IV eſſe ſcribit; *primam* eorum, qui *Calvinum* ad amuſſim ſequuntur, quales eſſe dicit Reformatos in Galliâ & Palatinatu, pleroſque Belgas, & Helvetios, & in Angliâ *Puritanos*, ad quos *Independentes* & *Presbyterianos* proximè accedere obſervat; alteram *Anglo-Calvinianorum* à Puritanis cæteriſque Reformatis cùm in diſciplinâ, tum in dogmatibus nonnullis diſſentientium; tertiam *Piſcatorianorum*, quibus quinque peculiares errores attribuit, & quartam *Arminianorum*. Hinc de Colloquiis & Synodis in causâ Calvinianâ habitis agit, & præcipuos Scriptores Pontificios, qui Calvinianos impugnarunt, nominat.

Inter *Antitrinitarios*, qui proximè ſequuntur, primum locum *Michael Servetus*, medium *Valentinus Gentilis*, *Blandrata* & alii, extremum uterque *Socinus* occupat. Valde autem veremur, ne ipſum quoque *Alexandrum* noſtrum Romana Curia in hæreticorum numero habitura ſit, cùm *Johannem Tanquerellum* & *Florentium Jacobum* eam ob cauſam hæreticis accenſeat, quod Romano Pontifici ſupremam rerum omnium ſpiritualium pariter & temporalium poteſtatem attribuere non dubitaverint. Singulares *Michaelis Baii* opiniones in Tridentino Concilio diſſimulatas animadvertit, cùm prudentia poſtulaverit, externi belli tempore domeſticos in pace continere. Poſtea LXXIX *Baii* Propoſitiones à *Pio V* & *Gregorio XIII* damnatas, & novas lites de ſenſu iſtius diplomatis in Lovanienſi Academiâ exortas excitat. Tandem ad *Guilielmum* quoque *Poſtellum* accedit, quem etſi à delirio fæminei ſexus per *Johannam* virginem Venetam reparandi abſolvat, ejuſque librum de Orbis concordiâ commendet, diffiteri tamen non poteſt, quin multa deliriis & erroribus paſſim inſperſa ſcripſerit, nimirùm de Trinitate mundi, corporis & animarum, de Chriſto intoxicato, de matrice mundi, de ſalvandis univerſis omnis generis hominum ſectis, de clave abſconditorum à ſeculo, quæ nec Apoſtoli nec ipſa Eccleſia portare potuiſſet, de myſteriis ſibi per Angelum *Raziel* revelatis, de nativitate mediatoris futurâ, & alia, ob quæ à Theologis Pariſienſibus reprehenſum, & à Magiſtratu increpitum, & tandem in Monaſterium S. Martini à Campis ſecedere juſſum, abdicatis erroribus per annos aliquot piè vixiſſe, & penè centenarium obiiſſe ſcribit. Mutuatus hæc, ut videtur, è *Spondani* Annalibus Eccleſiaſticis, quibus Auctorem frequenter uſum collato utriuſque opere nemo dubitabit. Hiſtoriâ hæreſium abſolutâ, *Scriptorum Eccleſiaſticorum*, quos vocat, aliorumque autorum Pontificiorum ætatem, præcipua Scripta & nonnunquam geſta hoc ordine indicat, ut à Biblicis Interpretibus ad Theologos Polemicos, Aſceticos, & Morales progreſſus, in Jure conſultis & Hiſtoricis deſinat, quibus in fine Seculi XV etiam duo Philoſophi *Johannes Picus Mirandulanus* & *Marſilius Ficinus* adjunguntur. De pleriſque agit breviſſimè. Libri de imitatione Chriſti, num *Thomam à Kempis* auctorem habeant, quod Canonici Regulares S. Auguſtini aſſerunt, an *Johannem Gerſon*, cui Monachi Benedictini opus illud vindicare ſatagunt, pronunciare non audet, cùm utrique parti graviſſima argumenta non deeſſe cenſeat. *Hieronymum Savonarolam* ob declamationes in luxum & licentiam Cleri, præſertim Romani, & quod in Eccleſiâ à plantâ pedis uſque ad verticem nihil ſani eſſe, & abominationem deſolationis in locò ſanctò ſtare prædicaſſet, ab *Alexandro VI* injuſto anathemate confixum, eoque agente tandem à Florentinò Magiſtratu damnatum, patibulo ſuſpenſum & combuſtum memorat. Pleraque, quæ in *Santis Pagnini* Bibliis Romanis cenſoribus diſplicent, Genevenſibus adſcribenda eſſe cum *Raynaudo* & *Mitæo* ſuſpicatur. Haud minus *Franciſci Vatabli* verſionem ab hæreticis in Galliâ fædè interpolatam, ſed poſtea à Salmanticenſibus & Complutenſibus Theologis emaculatam aſſerit, & quantum Pariſienſi Bibliorum ſub nomine ſuo vulgatorum editione offenſus fuerit, ex *Genebrardi* præfatione in *Origenem* enarrat. In *Johannis Feri* opera multos errores hæreticorum dolo irrepſiſſe, gratis dicit. *Thomæ Cajetani* tractatum de poteſtate Papæ & Concilii ab Academia Pariſienſi & Eccleſiâ Gallicanâ non probatum refert, & quam infeliciter novam Veteris Teſtamenti verſionem Hebrææ linguæ rudis tentaverit, recenſet, approbans *Melchioris Cani* judicium, qui *Cajetanum* novis quibuſdam Scripturæ expoſitionibus, aliorum, quæ dixerat, autoritatem elevaſſe, aut imminuiſſe ſcribit. Neque tamen in hæreticorum numero ponendum cenſet, quod ab *Alphonſo à Caſtro* & *Prateolo* inconſideratè factum arguit. Inter *Ambroſii Catharini* opiniones immeritò à quibuſdam vellicari judicat ſententiam de externa miniſtri intentione ad efficaciam Sacramenti ſufficiente, cùm eandem ſententiam, quam pendente Concilio aſſerunt, ante Concilium Tridentinum Magiſter Sententiarum, *Paludanus*, *Angelus de Clavaſio* & alii, item poſt Concilium *Alphonſus Salmeron* cum pluribus aliis defenderint, & ex Conciliò Rothomagenſi & Aquenſi, quæ 1581 & 1585 celebrata ſunt, eam opinionem Concilii Tridentini Decretis non adverſari conſtet, cùm in iſtis Conciliis prohibitum fuerit, ne baptizati à Calviniſtis iterum ſub conditione baptizarentur, qui mos in pleriſque Neuſtriæ & Provinciæ locis inoleverat, quia *nonnulli dubitabant de valore baptiſmi ab hujuſmodi hæreticis collati, quod non haberent intentionem baptizandi in remiſſionem peccatorum.* Hæc ex primo Seculi XV & XVI volumine notare placuit.

Tomus II. de quo *Acta Lipſ.* A. 1688. p. 109. à Conciliis Nationalibus & Provincialibus incipit, quibus diſciplina horum temporum ſancita vel inſtaurata fuit. Hinc progreditur Auctor ad Politiam Eccleſiaſticam, ubi de Metropolitanis, Epiſcopis, Clericis, Ordinibus Religioſis, bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione, deque immunitatibus ac oneribus perſonarum ac bonorum Eccleſiaſticorum agitur, nec pauca paſſim occurrunt, quæ Romanæ Curiæ grata non fore haud difficulter augurari licet. Extrema capita Imperatorum Orientalium & Occidentalium, item Regum Galliæ, Hiſpaniæ & Angliæ hiſtoriam recenſent.

Synopſin Hiſtoricam excipiunt Diſſertationes, quibus pro more in anterioribus Seculis hactenus ſervato, hanc etiam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ periodum illuſtrat. Pleræque autem circa generalia XV & XVI Seculi Concilia verſantur. *Prima* enim occupatur in enarrando ſchiſmate, quod Piſano & Conſtantienſi Concilio occaſionem dedit, ubi Autor probandum ſuſcipit, Gallicanam, Hiſpanicam, aliasque Eccleſias, *Clementi VII.* & *Benedicto XIII.* antequam à Piſana Synodo depoſitus fuiſſet, adhærentes, æque minus ſchiſmatis poſtulandas eſſe, ac Romanam, Italicam, Anglicanam ac alias, quæ *Urbano VI*, *Bonifacio IX*, *Innocentio VII*, & *Gregorio XII*, Romæ ſedentibus adhæſerunt; cum res adeo perturbatæ fuerint, ut quis eſſet verus ac legitimus Pontifex diſcerni haud poſſet. Ut hoc oſtendat, producit argumenta, quibus ab una parte *Joannes de Lignagno* & *Baldus* JCti *Urbani VI* electionem ut legitimam defendunt, ab alterâ *Johannes Fabri* & *Petrus de Barreria* jus *Clementis VII* propugnant. *Petro* Regio Aragoniæ Principi ſanctitatis & viſionum famâ celebri, & *Catharina* Senenſi, *Urbani VI* patronis, ex parte *Clementis VII* Petrum *de Luxemburgo* & *Vincentium Ferrerium*, Prophetiæ dono, miraculis aliiſque chariſmatibus conſpicuos opponit, tandemque concludit, quamvis Eccleſia deinceps in eam ſententiam inclinaverit, quod *Urbanus VI* ejuſque ſucceſſores legitimi Pontifices fuerint, peſſime tamen feciſſe *Odoricum Raynaldum*, quod Reges Chriſtianiſſimos, alioſque Reges & Principes, Prælatos ac Doctores Avenionenſium Pontificum *Clementis VII* & *Benedicti XIII* obedientiæ addictos, tanquam Schiſmaticos traducat, cùm invincibilis ignorantia animuſq; à Cathedra S. Petri tanquam centro Eccleſiaſticæ veritatis indivulſus, & hâc etiam in controverſiâ Eccleſiæ judicio ſubjectus, eos ab hâc labe tam immunes præſtiterit, quàm immunis ab adulterii vel inceſtus crimine *Jacobus* fuit, cùm ad *Leam* pro *Rachele* ſuppoſitam inſcius acceſſit. Sententiæ ſuæ patronos adducit *Gerſonium*, *Antoninum* Florentinum, *Johannem à Turrecremata*, & *Henricum Inſtitoris*, ac deinde quanto ſtudio Eccleſia Gallicana & Academia Pariſienſis pro extinguendo funeſto ſchiſmate laboraverint, exponit. Ac primum quidem in comitiis Academiæ Pariſienſis tres facultates, Theologicam ſcilicet, Decretorum & Medicam, duaſque nationes Facultatis Artium, Gallicam & Normannam, pro *Clemente VII* ſententiam dixiſſe, Picardicam verò & Anglicam neutras partes eligendas pronunciaſſe refert, donec tandem ſummo omnium Facultatum conſenſu decretum de *Clementi* obedientiâ profitendâ editum fuerit. Addit, *Simonem Freron* Theologiæ Profeſſorem, Regi *Carolo V*, cujus juſſu hæc comitia habita fuerant, pro curâ Academiæ gratias egiſſe, moræque in deliberando factæ veniam poſtulaſſe, cùm juxta *Gregorii Magni* effatum *Maria* minus præſtiterit, quæ cito credidit, quam *Thomas*, qui diu dubitavit. Eadem Academia poſt comitia generalia peculiari epiſtola Tom. VI Spicilegii *Dacheriani*, & Tom. IV Hiſtor. Univ. Pariſ. edita, tres vias extinguendi ſchiſmatis Regi obtulit, primam quidem ceſſionis ac renunciationis, ſi uterque Pontificum contendentium, primatu ſuo ſe abdicaret; alteram compromiſſionis, ſi uterque in aliquos eligendos mutuo compromitteret, qui negotium hoc ſumma autoritate finirent, & tertiam Concilii generalis. Adverſus ſecundam viam objicientibus, quod Papa ſe aliorum judicio ſubmittere non poſſit, reſpondet, etiam ipſum Chriſtum Matri & Joſepho ſubditum fuiſſe, neque Papam *Petro* majorem eſſe, qui *Pauli* contradicentis correctionem ſubmiſſe tulerit. Contra tertiam viam obſtrepentibus, quis Concilio autoritatem daturus ſit? reſpondet Academia: *eam dabit conſenſus omnium Fidelium, dabit Chriſtus &c.* Quibus ita poſitis Academia declarat, diſſidentes inter ſe Pontifices, ſi iſta pacis remedia amplecti nolint, nec aliam extinguendi ſchiſmatis rationem ineant, tanquam lupos ab ovili Chriſti abigendos, nec pro paſtoribus, ſed pro ſchiſmaticis ac hæreticis habendos. Cùm vero *Petri de Luna* (poſtea *Benedicti XIII*) artibus efficeretur, ut Academiæ deputati reſponſum haud ſatis commodum acciperent, Cancellario Regni Academiæ nomine libere denunciarunt, ipſam à lectionibus, concionibus omnibuſque aliis ſtudiorum actibus ceſſaturam eſſe, donec juſtiſſimis ſuis petitionibus ſatisfieret. Reliquos Galliæ, in eaque Pariſienſis Academiæ, pro pace Eccleſiæ conatus, Epiſtolas, legationes, cæteraque acta, ex Hiſtoriâ Univerſitatis Pariſienſis aliiſque monumentis Autor noſter producit.

Secundæ Diſſertationis argumentum ſunt Acta Concilii Piſani, cujus autoritatem contra *Antoninum*, *Cajetanum*, *Sanderum*, *Raynaldum* alioſque vindicat, qui eo maxime nomine hoc Concilium tanquam minus legitimum rejiciunt, quod à Papa non convocatum fuerit; quam rationem *Gerſonius* ridendam & irrationabilem appellat, cùm neque Concilia in Actis Apoſtolicis memorata à *Petro*, neque Nicænum à *Sylveſtro* convocatum fuerit, & Eccleſiæ unitas non à Papa, ſed à Chriſto originetur, qui non dixerit: *ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine Petri vel Papa*, ſed *in meo nomine.*

Sequitur in tertia Diſſertatione Hiſtoria Concilii Conſtantienſis, ubi inter alia Auctor noſter *Spondanum* refutat, aſſerentem, quod *Gerſonius* in ſermone, quo Concilii generalis autoritatem ſupra Papam extollit, non abſolutè & formaliter, ſed caſualiter tantùm & in neceſſitatibus Eccleſiæ de vero Pontifice dubitantis, Pontificem Concilio ſubjecerit.

Hanc ſententiam *Gerſonio* planè adverſam eſſe, ipſis *Gerſonii* verbis, quorum ſenſum obvium & evidentem eſſe pronunciat, adductis demonſtrat. Obſervat inſuper, *Johannem XXIII* ſimpliciter à Conſtantienſi Synodo Papam appellatum, donec exauctorationis ſententia in ipſum dicta fuerit, à quo tempore *Johannes XXIII* nuper aut olim Papa appellatus fuit. Ex quo auctor concludit, Conſtantienſem Synodum *Johannem XXIII* cùm judiciariam auctoritatem in ipſum exercuit, pro reo quidem, non tamen pro dubio, ſed pro vero ac legitimo Pontifice habuiſſe, adeoque non ſolùm in caſu ſchiſmatis, ſed ſimpliciter & abſolutè Concilium Papâ ſuperius agnoſcendum eſſe.

Cæterùm cùm Clerus Gallicanus in Declaratione A. 1682 promulgata ſtatuat, *ſic ineſſe Apoſtolicæ Sedi rerum ſpiritualium plenam poteſtatem, ut ſimul valeant atque immota conſiſtant ſacra œcumenicæ Synodi Conſtantienſis Decreta de auctoritate Conciliorum generalium, quæ ſeſſione quartâ & quintâ continentur*, ſuarum partium eſſe duxit Auctor, ut hanc Cleri Gallicani ſententiam, & prædicta Conſtantienſis Synodi decreta, quartâ & quintâ ſeſſione promulgata, quorum auctoritatem Curiæ Romanæ patroni infringere laborant, peculiari Diſſertatione tueretur. Sequitur igitur *quarta* Diſſertatio, quâ Auctor Decreta iſta Concilii Conſtantienſis, & Clerum Gallicanum iiſdem Decretis inhærentem, adverſus antagoniſtas nonnullos vindicat. Ac primùm quidem Eccleſiam Gallicanam declaratione ſuâ ſibi tantum, non aliarum Eccleſiarum Prælatis ac Doctoribus legem ſtatuere profi-

tetur,

tetur, neque ſupremam auctoritatem Concilii generalis ut dogma fidei, verùm ut opinionem magis probabilem & Scripturæ S. ac Traditioni magis conſonam proponi. Negat deinde Præſules Gallicanos Declarationem ſuam de Eccleſiaſtica poteſtate eo conſilio edidiſſe, ut Curia Romana propoſitionibus illis perturbata cogitationes ſuas à regaliæ negotiò averteret, quod Auctor tractatûs *de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ* (*Antonius Carolus*,) objecerat. Perſuaſum enim ſibi habet, Pontificem Romanum ejuſmodi propoſitionibus minime turbari potuiſſe, quæ & ante & poſt Concilium Conſtantienſe, & in ipſa quoque Tridentina Synodo, ab Academia Pariſienſi & Eccleſia Gallicana propugnatæ fuerint, longeque aliis machinis potentiſſimum Regem perturbare urbem curiamque Romanam potuiſſe, ſi id in animo habuiſſet. Porro ſententiâ Cleri Gallicani primatui Pontificis nihil derogari aſſerit, niſi forte in eo poſita fingatur Romani Pontificis dignitas, quod Reges exauctorare, Canones pro arbitrio diſſolvere, & diſciplinam Eccleſiaſticam evertere valeat, aut quodvis peccati genus cum impunitatis privilegio committendi poteſtatem habeat. Quemadmodum igitur Deus non iraſcitur Theologis de omnipotentia divina diſputantibus, eique omnia ea denegantibus, quæ æternæ ipſius ſanctitati congrua non ſunt, pari modo nec à Pontifice Romano ægrè ferendum pronunciat, ſi Theologi de Pontificia poteſtate inter ſe diſceptent, & plenitudini Pontificiæ poteſtatis ea ſubtrahant, quæ non ad Eccleſiæ ædificationem, ſed deſtructionem vergunt. His aliiſque pro juſtitia & neceſſitate Declarationis à Clero Gallicano promulgatæ præmiſſis, aggreditur *Emmanuelem Schelſtratenum*, cujus tractatum de Actis Concilii Conſtantienſis ſuo loco relatum videas, & excerptas ibidem ejus pro hoc tractatu contra *Maimburgium* Vindicias: quas Auctori noſtro, cùm hanc diſſertationem ſcriberet, nondum cognitas & perſpectas fuiſſe, ipſa temporis ratio facile perſuadet. Aſſerit autem contra priorem illum *Schelſtrateni* tractatum, Decreta illa Concilii Conſtantienſis Sacræ Scripturæ, Traditioni Patrum & regulæ Eccleſiaſticæ conformia, totiuſque Eccleſiæ conſenſu & ipſorum Pontificum Decretis confirmata fuiſſe.

Ex Scripturâ Sacrâ adducit *Matth.* XVIII, 15. & ſeq. ubi notat Pontificem Romanum eſſe fratrem peccato obnoxium, adeoque fraternæ correctionis capacem, & ſi fratrem corripientem non audiat, Eccleſiæ, quæ non ſit ipſe Pontifex, judicio ſubjectum: item *Matth.*XVIII, 20. *Joh.* XIV, 16. & *Act.* VIII, 14. Ad loca ex *Luc.* VII, 42. *Joh.* XXI, 15. 16. 17. *Epheſ.* IV, 11 & ſeq. *Eph.* V, 25. à *Bellarmino* in contrarium adducta, quibus citatus Auctor tractatûs *de libertatibus Eccl. Gall.* duo alia loca ex *Matth.* XVI, 18. & Luc. XXII, 32. adjungit, ordine reſpondet.

A Scripturâ pergit ad Traditionem Patrum, quos Concilium generale pro ſupremo cauſarum Eccleſiaſticarum tribunali agnoviſſe, è controverſia de feſto Paſchatos, è quæſtione de baptiſmo hæreticorum, è cauſâ *Cæciliani*, *Apiarii*, aliiſque certaminibus in primitivâ Eccleſiâ agitatis, per ſingula Secula oſtendit, & dicti ſcriptoris aliorumque objectiones diluit.

Poſtquam rectè à Concilio Conſtantienſi Pontifices Concilio ſubjectos oſtendit, Decretum illud integrum inviolatumque ad nos perveniſſe, contra *Schelſtratenus* conjecturas probat, contra eundem aſſerens, Synodum Conſtantienſem IV & V ſeſſione Eccleſiam univerſalem ſufficienter repræſentaſſe, neque ea Decreta ſine debita deliberatione, omniumque, quorum intererat, conſenſu edita fuiſſe, tandemque concludit, illorum ſententiam à Clero Gallicano meritò improbari, qui Decreta quartæ & quintæ ſeſſionis de Conciliorum generalium ſupra Papam eminentia, vel de ſolo ſchiſmatis tempore intelligunt, vel omni valore ac robore deſtitui arbitrantur. Hæc de ſecundo XV & XVI Seculi volumine, quod quartâ hac Diſſertatione clauditur, ſufficiant.

Tertium Seculi XV & XVI Volumen, (de quo *Acta Lipſ.* A. 1686.p.184.) *Sex* Diſſertationibus abſolvitur. Harum *prima*, eaque reſpectu præcedentium, de quibus in ſecundo volumine actum eſt, ordine *quinta*, mentem Conſtantienſis Concilii circa poteſtatem Eccleſiæ in temporalia Regum explicat. Cum enim *Bellarminus*, *Perronius*, & libertatum Eccleſiæ Gallicanæ impugnator, poteſtatem Eccleſiæ & Romanorum Pontificum in Regum temporalia ex Actis & Decretis Conſtantienſis Concilii probare conentur, auctor Noſter reſpondet, adverſus Reges aliosque ſupremos Principes in tanti momenti controverſiâ, quæ ad ipſorum majeſtatem ſpectaverit, quæſtione non diſcuſſa, Principibus non auditis, nec rogatis ſolemni ritu Patrum ſuffragiis, nihil decerni potuiſſe; Decreta autem ab Antagoniſtis adducta diviſim intelligenda eſſe, & cenſuras quidem etiam ad ipſos Reges pertinere, ſi Concilii Decretis non paruerint, privationes autem dignitatum, officiorum ac bonorum temporalium, Imperatore ac Regibus per Oratores ſuos conſentientibus à Concilio decretas; non ipſos Reges, niſi jure feudi Eccleſiæ obnoxii ſint, ſed Principes tantum Feudatarios ſpectare. Quam ſententiam decem argumentis comprobat.

Sexta Diſſertatio oppoſita eſt F. *Franciſco d'Anghien* ſeu *Enghien*, Theologiæ in Academia Lovanienſi Licentiato. Cum enim Auctor noſter in Hiſt. Sec. XI & XII Diſſert. II, *Gregorium* VII primum inter Pontifices Romanos poteſtatem Reges exauctorandi, contra Patrum doctrinam, ipſumque Dei verbum ſibi arrogaſſe docuiſſet, prædictus Licentiatus Auctoris noſtri in Dominicano Ordine Confrater peculiari libello, (de quo nos verbo ANGHIEN ſeu ENGHIEN) Auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, factumque *Gregorii* defendendum in ſe ſuſcepit. Quam lucubrationem, quippe plane elumbem, nulla reſponſione dignaturum ſe fuiſſe *Alexander* noſter ait, niſi adverſarius nomen ſuum graviſſimis calumniis proſcidiſſet, & libelli iſtius approbatores iiſdem calumniis ſuffragantes & petulanter ſibi inſultantes oſtendiſſet. Ita autem in hoc libello confutando verſatur, ut Auctorem Grammaticis & Oratoribus ob ſermonis vitia, & inſulſas phraſes, Dialecticis & Theologis Scholaſticis ob inepta ratiocinia, Theologis ob pſeudhermenias Scripturæ, Patrumque ac Traditionum ſupinam ignorantiam, Hiſtoricis ob rerum geſtarum imperitiam, Criticis ob fœtus adulterinos *Cyrillo Alexandrino*, *Gregorio M.* aliiſque ſuppoſitos, Theologiæ Moralis Magiſtris ob propoſitiones ſeditioſas & ad Regum parricidia compoſitas, ac denique Juris Canonici Interpretibus ob Canones perperam allegatos, ac in alienum ſenſum detortos, caſtigandum ac deridendum propinet, eademque opera *Franciſcum Janſenii Eliagam* & cæteros *Enghinianæ* lucubrationis panegyriſtas paſſim perſtringat, tandemque decem calumnias diluat, quibus ſe & ab ipſo libelli auctore & ab ejuſdem Cenſoribus gravatum conqueritur. Inter iſtas calumnias eam primo loco ponit tanquam atrociſſimam, quâ Pontificiæ majeſtatis læſæ reus inſimulatus fuit: Quam ut extergat, de ſuâ in Apoſtolicam, ut vocat, Sedem reverentiâ ſolemniter proteſtatur, ſeque pro ejuſdem & Romani Pontificis primatu ſanguinem ſuum profundere paratum, Deo teſte appellato profitetur. Ab eadem culpa Eccleſiam Gallicanam, Pariſienſem Academiam, & Galliæ Regem immunem præſtare ſatagit, quo per Edictorum ſtrepitum foris inſecus inſonante, gratia divina in hæreticorum innumeris cordibus operetur, adeo ut è Calvinianis centum millia ad Romanam Eccleſiam intra paucos menſes vel in una provincia emerſerint. Alterum calumniarum in ſe congeſtarum caput eſſe dicit, quod F. *d'Enghien* in præfatione ad lectorem, ipſum traducat, quaſi hæreticis adjumento fuerit. Reſpondet autem, eos potius hæreticis adjumento eſſe, qui aſſertâ Rom. Pontificis in temporalia Regum poteſtate, Romani Pontificis primatum Principibus à Romanæ Eccleſiæ communione alienis odioſum reddant, & regna jam ad meſſem albeſcentia, &

Longum eſſet reliquos omnes commemorare, quibus hanc ſententiam non obfuiſſe ſcribit, quominus plurimi eorum inſignibus beneficiis à Pontificibus ornarentur, & in ipſum Cardinalium Collegium cooptarentur. Eandem ſententiam tenuiſſe Academiam Viennenſem, Erfordienſem, Colonienſem & Cracovienſem, ex earundem reſponſis & reſcriptis probat, quæ ex Codice MS. S. Vict. producit. His ſubjungit & Lovanienſem Academiam, in quâ doctrinam illam hauſerit *Hadrianus VI* qui non obſtante hac ſententia in Comment. ad lib. IV. Sententiarum publicè aſſertâ, quod Pontifex in iis quæ tangunt fidem, errare poſſit, hæreſin per ſuam determinationem aut decretalem aſſerendo, Cardinalitiam infulam à *Leone X* obtinuerit, & poſt *Leonis* obitum, ad ipſum apicem Pontificiæ dignitatis evectus fuerit; neque eam ſententiam obicem fuiſſe addit, quominus opus ejus à Romanis Theologis laudaretur, cùm illud Pontifex factus Romanis typis edi curaret, ipſo Pontificio ſtemmate ad finem libri excuſo, ut omnibus pateret, non *Hadriani* tantùm *Florentii* Theologi Lovanienſis & Academiæ illius Cancellarii, ſed & *Hadriani VI* Rom. Pontificis doctrinam hoc opere contineri. Eandem propugnari & explicari teſtatur à *Dionyſio* Carthuſiano, *Alphonſo Toſtato*, cujus Opera ob hanc ſententiam minimè Romæ prohibita, aut Romani Pontificis diris excepta fuerint, *Nicolao de Tudiſco*, Præſule Panormitano, & *Nicolao de Cuſa.* Notatu præterea dignum exiſtimat, quod *Pallavicinus* lib. 18. *Hiſt. Concil. Trid.* Romanæ Eccleſiæ in diſtribuendis præmiis ſinceritatem probet exemplo *Æneæ Sylvii*, qui tametſi Concilio Baſileenſi adverſus *Eugenium* adhæſiſſet, purpurâ tamen Cardinalitia & deinde ſupremâ thiarâ donatus fuerit, & *Hadriani Floreatii*, qui quanquam in ſuis Commentariis prærogativam aliquam Conciliis conceſſiſſet, nihilominus Cardinalis, & tandem Pontifex electus fuerit. Tandem Baſileenſis Synodi Patres, etiam poſtquam *Eugenium IV* depoſuerunt, & *Felicem V* elegerunt, ipſumque *Felicem* ejuſque partibus adhærentes à ſchiſmatis crimine abſolvit, & Chriſtianiſſimi Regis *Caroli VII* in procuranda pace Eccleſiæ ſtudium commendat.

Diſſertatio IX agit *de Annatis.* Quamvis autem Autor duodecim abhinc annis (id eſt, A. 1675.) ſub titulo *Animadverſionum in librum* Johannis Launoii *de veneranda Romana Eccleſia circa Simoniam traditione*, duo *de Annatis* opuſcula ediderit, diſtractis tamen jamdiu omnibus iſtorum opuſculorum exemplaribus, nova methodo argumentum illud tractare, & Annatas denuò à Simoniæ labe purgare voluit. Exorſus igitur ab Annatarum origine, motus in Concilio Conſtantienſi contra Annatas excitatos memorat, oſtendens neque Concilium Conſtantienſe Annatarum exactionem damnaſſe, neque totam nationem Gallicanam illo tempore eandem pro Simoniacâ vel illicitâ habuiſſe; poſtea Concilii Baſileenſis & ſanctionis pragmaticæ decretis Annatarum exactionem quidem prohibitam, eâ tamen lege, ut congruum aliunde ſubſidium Romano Pontifici ſubminiſtraretur. Fatetur Reges Galliæ *Carolum VI* & *VII*, *Ludovicum XI*, *Franciſcum I*, *Henricum II* & *Carolum IX* graviſſima contra Romanæ Curiæ exactiones edicta promulgaſſe, verùm has Regum Conſtitutiones Annatis, prout nunc exiguntur & ſolvuntur, non obeſſe contendit. Denique pium eſſe Annatas ſolvere, & eaſdem exigere nec Simoniacum nec injuſtum eſſe, *Proſperi Fagnani* argumentis probat. Minimè tamen probat, quod *Fagnanus* aliique Juriſperiti Romanæ Curiæ addicti aſſerunt, Annatas Summo Pontifici jure divino & naturali deberi, & Pontificem etiam ſine causâ totius orbis Eccleſias collectare poſſe (ſic enim loqui amant) item Pontificem in omnium Eccleſiarum bona ſupremum dominium habere, & Annatarum inſtitutionem adeo antiquam eſſe, ut ad Apoſtolicam ætatem referri poſſit. Claudit hanc Diſſertationem elogio Pontificis *Innocentii XI* tùm ſedentis, qui domeſticis ſumptibus & munificentiæ in propinquos modum ponat, quo nomine ipſi longævam felicitatem apprecatur.

Diſſertatio X, *tertii Voluminis* ultima, circa Decreta Florentinæ Synodi verſatur. Quamvis autem Autor ſe non latere dicat, quod *Carolus* Lotharingus in commonitorio ad *Britonem* ſcripſerit, apud Gallos Florentinum Concilium, tanquam nec legitimum, nec generale, repudiari, hæc tamen Cardinalis verba Gallicanis Theologis neceſſitatem, Florentinum Concilium ex generalium numero expungendi, non imponere pronunciat, cùm Gallicana Eccleſia definitionem fidei in Florentina Synodo publicatam ſemper veneratta fuerit, & Gallicani Præſules, etſi iiſdem Ferrariam ac Florentiam adire non licuerit, ſpiritu tamen & conſenſu affuerint. Aſſerit exoſum fuiſſe quondam Gallis Concilium Florentinum, cùm ab eo Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii decreta, de ſupremâ Conciliorum generalium autoritate labefactari, perſuaſum ſibi haberent; verùm re penitiùs inſpecta, Gallos quoque Theologos Florentinam Synodum pro œcumenica agnoviſſe, cùm omnes characteres œcumenici Concilii ipſi competant. Hinc *Marci Epheſii* aliorumque Græcorum argumenta, quibus Florentinæ Synodi decreta impugnant, refellere conatur. Poſtea Acta Florentinæ Synodi ſummatim recenſet, ac tandem decretum de Armenorum inſtitutione, quod incipit: *exultate Deo Adjutori noſtro*, non eſſe œcumenicæ Synodi demonſtrat.

Diſſert. XI, cum quâ *Volumen quartum*, totiuſque Operis *vigeſimum ſextum* idemque ultimum incipit, Pragmaticæ Sanctionis in generali Eccleſiæ Gallicanæ Conventu Avarici Biturigum (*Bourges*) A. 1438. ſub *Caroli VII* imperio conditæ, & poſtea *Pii II* impulſu a *Ludovico XI* abrogatæ, nec non diſſidii inter *Julium II* & *Ludovicum XII* exorti, item Conventûs Turonenſis & Piſanæ Synodi hiſtoriam exponit, quam Autor noſter Conventûs generalis & legitimi Concilii rationem habere negat. Poſtea Lateranenſis V, quam Piſanæ *Julius II* oppoſuit, Synodi præcipua geſta memorat. In ſpecie agit de pactis inter *Leonem X* & *Franciſcum I*, Bononiæ *concordatis*, & in prædicto Concilio Lateranenſi promulgatis, quorum autoritati non obſtare cenſet, quod ſupremus Senatus Pariſienſis, Academia & Clerus Gallicanus hanc diſciplinæ mutationem non ſtatim concoquere potuerint, eoque nomine Concordatis reſtiterint, iiſque intercelſerint & ad futurum Concilium appellaverint. Ubi inter alia *Genebrardum* notat, Facultatis Pariſienſis Theologum & Aquarum Sextiarum (*d'Aix*) Epiſcopum, qui librum *de ſacrarum electionum jure & neceſſitate* ad Eccleſiæ Gallicanæ redintegrationem edidit, & lib. 4. Chronologiæ ſuæ Concordata myſterium iniquitatis vocat, eaque fremente univerſo Clero, Scholaſticis, populo boniſque & doctis omnibus, Pragmaticæ Sanctioni ſubſtituta aſſerit. Reſpondet autem, *Genebrardum* quidem virum doctiſſimum fuiſſe, ſed turbarum & læſæ majeſtatis accuſatum, quo nomine A. 1596 perpetuo exilio damnatus, bona ejus fiſco addicta, liber *de ſacrarum electionum jure* lictoris manu combuſtus, ejuſdemque editio & venditio omnibus Bibliopolis & Typographis ſub capitis pœnâ prohibita fuerit.

Diſſertatio XII eaque ultima de Concilio Tridentino agit, cujus Seſſiones ita enarrat, ut ſimul ejuſdem autoritatem contra *Suavem*, *Molinæum & Gentiletum* tuendam ſuſcipiat, idque ceu legitimum ac œcumenicum ab omnibus orthodoxis colendum & ſuſcipiendum eſſe probet. Cùm verò nonnulla Concilii Tridentini decreta libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ adverſa animadvertat, reſpondet, ea vel pro Gallis non ſtatuta, vel ab Eccleſiâ Gallicanâ non recepta fuiſſe, eaque Eccleſiam Gallicanam ſemper excepta voluiſſe, quoties Chriſtianiſſimis Regibus pro Concilii Tridentini promulgatione ſupplicavit.

Loco Panopliæ adverſus hæreſes, quam aliàs ſingulis Seculis *Alexander* noſter ſubjungere conſuevit,

trophæum debellati in Galliâ Calviniſmi erigit, quo Regem ſuum magnoperè deprædicat, quod abrogatis Edictis, quæ Calvinianæ religionis exercitium hactenus permiſerant, effecerit, ut qoindecies centena millia bominum ad Eccleſiæ Romanæ gremium convolaverint. Poſtremo fidei Tridentinæ profeſſionem addit, eamque ſe conſtanter ſervaturum jurat, notatis in margine locis, ubi præcipuos ejuſdem articulos in Hiſtoriâ ſuâ Eccleſiaſticâ propugnavit.

Selecta Hiſt. Eccleſiaſtica Vet. Teſt. capita &c. Act. Lipſ. *Supplem.* Tom. I. p. 538.

Cùm Auctor Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſedecim à Chriſto nato Seculorum XXVI Voluminibus comprehenſam & ſupra à nobis memoratam abſolviſſet, præſentis Seculi Hiſtoriâ aliis rejectâ, vel ſaltem in aliud tempus dilatâ; Veteris Teſtamenti Hiſtoriam Eccleſiaſticam non abſimili methodo conſcriptam addere voluit. Eam in *ſex ætates* diviſit & totidem Voluminibus complexus eſt. Neque tamen ſingulæ ætates ſuis voluminibus reſpondent. *Prima* enim *ætas* ab orbe condito uſque ad diluvium, & ſimul *ſecunda* à diluvio uſque ad vocationem *Abrahami*, *primo volumine* continentur. *Tertia* à vocatione *Abrahami*, uſque ad Iſraelitarum egreſſum ex Ægypto, *ſecundum volumen* occupat. *Quarta*, quæ ab exitu Iſraelitarum, uſque ad ædificationem templi *Salomonei* pertingit, *tertium* pariter & *quartum* volumen implet. *Quinta* verò *ætati* ab ædificatione templi uſque ad captivitatem Babylonicam, & *ſexta* à captivitate Babylonica ad Chriſti nativitatem, *quintum* etiam & *ſextum volumen* adæquatur. Singularum ætatum hiſtoria primum è Sacris Literis recenſetur, & deinde quomodo illa partim à *Joſepho* aliiſque Hebræis, partim ab Ethnicis Scriptoribus vel illuſtrata & confirmata, vel interpolata & corrupta fuerit, exponitur: In ſecunda & ſequentibus ætatibus etiam exotica Ægyptiorum, Græcorum aliarumque gentium hiſtoria ſubjungitur. Et Hiſtoricam hanc Synopſin in ſingulis periodis Diſſertationes Hiſtoricæ, Criticæ, & Chronologicæ excipiunt, quarum argumenta breviſſimis indicabimus; quæ item peti poſſunt ex *Imbonati* Bibl. Lat. Heb. *p.* 163. &c. atque ex *Longi* Bibl. Sac. *p.* 602.

Primæ ætatis hiſtoriam *decem* Diſſertationes illuſtrant. *Prima* de principio, in quo Deus cœlum & terram creavit, de Spiritu aquis incubante, de anni tempeſtate qua mundus conditus, de luce primigenia cæteriſque Hexaemeri operibus diſſerit. *Secunda* de Paradiſo ejuſque loco & ſitu, nec non de arboribus Paradiſi agit. *Tertia* Adami & Evæ creationem, tentationem, lapſum & pœnitentiam exponit; qua occaſione fœtus Syſtematis Præadamitarum refutatur, nec non *Cajetanus*, qui hiſtoriam de *Eva* creatione ad metaphoricum & parabolicum ſenſum detorſit. *Quarta* neque *Lamechi* polygamiam Patriarcharum exemplo excuſandam, neque Patriarcharum polygamiam *Lamechi* exemplo damnandam aſſerit. *Quinta* circa *Henochi* raptum verſatur. *Sexta* docet, è Scriptura probari non poſſe, quod hominibus, qui ante diluvium vixerunt, carnium eſus prohibitus fuerit. *Septima* veterum quorundam ſententiam de Angelorum cum filiabus hominum concubitu refutat, & gigantes veros homines fuiſſe contra *Paulum Burgenſem*, & corporis proceritate vulgarem hominum ſtaturam exceſſiſſe contra *Goropium Becanum* oſtendit. *Octava* de annis Patriarcharum antediluvianorum diſputat, quorum computationem non juxta verſionem LXX Interpretum, ſed juxta Hebraicos fontes inſtituendam eſſe docet; etſi contraria ſententia longo uſu & tabulis Eccleſiaſticis nondum emendatis roborata ſit, quàm ab Autore *Antiquitatis temporum reſtitutæ*, qui Hebræum textum à Judæis corruptum ſtatuit, fruſtra defendi oſtenditur. *Nona* de Patriarcharum longævitate tractat. *Decima* Difficultates quaſdam de Arca *Noa* ejuſque dimenſione & capacitate diſcutit, diluvium univerſale fuiſſe contra autorem Præadamitarum probat, & hac occaſione de *Noa* filiis & nepotibus, & terris quas incoluerunt, prolixe diſſerit.

Secundam ætatem ſex Diſſertationes illuſtrant. *Prima* agit de ordine filiorum *Noa* ſic inſtituendo, ut primus locus *Japheto*, *Semo* medius, ultimus *Chamo* aſſignetur. *Secunda* de præceptis *Noachidarum*, quæ ſigillatim explicantur. *Tertia* de *Noachi* ebrietate inculpabili, & benedictione *Japheto* data, quâ vocatio gentium prædicta. *Quarta* de *Cainan* filio *Arphaxad*, quem in verſionem Græcam, indeque in *Lucæ* Evangelium irrepſiſſe, contra fautores contrariæ ſententiæ probatur. *Quinta* de turri Babylonica, & linguarum confuſione. *Sexta* de anno natali *Abrahami* & profectione in terram Canaan, in qua aſſeritur, *Abrahamum* anno *Thara* 130 natum, & anno ætatis 75 in Cananæam profectum. Hæ enim ſunt Autoris δεύτεραι φροντίδες, qui olim in diſſertat. *De Vulgata* quæſt. 6. n. 96. Septuageſimo *Thara* anno *Abrahamum* natum ſtatuerat.

Tertia ætatis Diſſertationes ſunt numero XVI, nempe I de annis 430 quos *Paulus* Gal. III 17. à teſtamento divinæ promiſſionis *Abrahamo* factæ, uſque ad legis promulgationem interceſſiſſe ſcribit, quem locum cum *Exod.* XII, 4. ita Auctor conciliat, ut Vulgatum ibi emendandum affirmet. II. De raptu Saræ, in qua diſquiritur, utrum ab *Abrahamo* citra mendacii & imprudentiæ notam ſoror vocata fuerit, & à Regibus *Pharaone* & *Abimelecho* intacta ad maritum redierit, quorum utrumque affirmatur. III De *Melchiſedeco*, quem neque Filium Dei, neque Spiritum S. neque Virtutem cœleſtem, ſed hominem a *Semo* tamen diverſum eſſe, felicius ab Auctore probatur, quàm quod oblatione panis & vini ſacrificium miſſaticum præfiguraverit. IV De finibus terræ promiſſæ, & ſacrificio, quod in ſignum terræ promiſſæ, *Abrahamo* Deus imperavit. V De conjugio *Abrahami* cum *Hagar*, quod nec *Abrahamo* inhoneſtum nec *Sara* contumelioſum fuiſſe aſſeritur. VI De Circumciſione contra *Marſhamum*, qui eam ab Ægyptiis ad Hebræos perveniſſe opinatus eſt. VII De facto *Lothi* filias ſuas Sodomitarum libidini proſtituentis, ejuſdemque ebrietate & inceſtu. VIII De *Iſaaco* in ſacrificium offerendo, contra *Marſhamum*, qui hoc ſacrificium novum & inauditum *Abrahamo* non fuiſſe aſſeruit. IX De facto *Jacobi* benedictionem paternam fratri ſurripientis & ſe primogenitum aſſerentis. X De cæde Sichemitarum, ob ſtuprum *Dina* illatum à filiis *Jacobi* inique perpetrata. XI De *Juda* & *Thamar*, ubi inter alia iterum contra *Marſhamum* aſſeritur, jus leviratus Patriarchis uſitatum non ab Ægyptiorum aliorumque gentilium exemplis, ſed ex Dei revelatione ortum habuiſſe, item ſcortationem etiam ante Legem datam licitam non fuiſſe. XII De oraculo *Jacobæo* Gen. XLIX, 10. quod non ad ſolam tribum *Juda*, ſed ad totam Judaicam gentem pertinere Auctori noſtro viſum. XIII De hiſtoria *Jobi*, & de auctore illius libri. XIV De cæde hominis Ægyptii per *Moſen* facta. XV De apparitione divina, quæ in rubo ardente contigit. XVI De inſtitutione, celebratione, & ritu Judaici Paſchatis.

Quarta ætatis hiſtoriæ ſubjunctæ ſunt Diſſertationes XXVI, nimirum I de ſpoliis Ægyptiorum, & Iſraelitarum per mare Erythræum tranſitu, quem Auctor contra *Toſtatum* & alios miraculoſum fuiſſe docet. II De præceptis Decalogi, quæ ſingula explicantur. III De legibus ceremonialibus, quæ ita diſpeſcuntur, ut aliæ ad Sacrificia, aliæ ad Sacra, aliæ ad Sacramenta, aliæ denique ad varias obſervationes pertineant: qua diviſione præmiſſa, de ſingulis ſpeciebus ſeorſim & ita quidem agitur, ut *Spencerus* ejuſque opus *de legibus Hebræorum* ritualibus earumque rationibus paſſim notetur. IV De legibus forenſibus ſive ad Principes & ſubditos, ſive ad concives & extraneos, ſive ad converſationem domeſticam inter

maritos,

maritos, & uxores, parentes & liberos, dominos & ſervos ſpectantibus. V De vitulo aureo non ad Cherubinorum ſimilitudinem formato, contra *Monceium*, qui *Aaronem* purgare fruſtra conatus eſt. VI De Serpente æneo contra *Marſhamum*, qui ſerpentem illum ad inſtar præſtigiarum Ægyptiarum quaſi amuletum erectum & ſuſpenſum cenſuit. VII De *Balaami* aſina & oraculis. VIII De morte *Moſis*. IX De Pentateucho, quem vere à *Moſe* ſcriptum contra *Spinoſam* & alios defenditur. X De antiquitate *Moſis* & aliorum Prophetarum, quorum ſcrinia a Gentilium Poetis, Philoſophis & Hiſtoricis cómpilata exemplis nonnullis demonſtratur. XI De *Moſis* & totius Scripturæ V.T. divinitata, XII De jurata Gabaonitis à *Joſua* & populi Principibus ſecuritate, laudabiliter ob juramenti religionem præſtita, etſi eam ex Auctoris noſtri ſententia præſtare non tenerentur. XIII De admirabili Solis ſtatione tempore *Joſua*, quam, ut obiter hoc addamus, in Epiſtola Dedicatoria hujus Operis ad (Regem Galliæ qua fide, cordatus lector haud difficulter judicabit) his verbis applicat: *Quod res Chriſtiana nunc invaleſcat, Turca prope perditis, debet moderationi tuæ. Non enim ſtaret Vienna; noſtra non eſſet Buda, Alba Regaln, Agria; non inclinaret in ruinam Byzantium imminuta altero cornu, & deficiente jam Luna, ſi, non dica repugnare, ſed pedem movere, ſed minari, ſed renuere voluiſſes.* Stetisti Sol Contra Gaaaon, *dum populus Dei perſequeretur adverſarior, & immotus hoſtes Eccleſia perdidiſti, qui levi motu facere poteras, ne perirent, hoc ab Sole aſtrorum Principe diverſus, quod non alieno ſtetiſti imperio, ſed tuo.* Addit poſtea Regem non ideo ſtetiſſe, ut aſſet alienæ victoriæ otioſus ſpectator, ſed interim Calvinianorum octies decies centena millia Eccleſiæ Romanæ ſubdidiſſe. XIV De annis ſabbathicis & jubilæis. XV De tempore principatus *Joſua*. XVI De libro *Joſua*, quem incerti Autoris & temporis eſſe, *Alexander* noſter ſtatuit. XVII De annis interregnorum, oppreſſionum, ſervitutis & quietis, num ſeorſim numerandi ſint, an Judicum annis includendi, quorum poſterius in hac Diſſertatione affirmatur. XVIII De *Debora* contra *Serarium* & alios, qui eam in numero Iſraëliticorum Judicum numerandam eſſe negant. XIX De voto *Jephtha* imprudenter emiſſo & crudeliter impleto. XX De *Samſonis* pœnitentia & morte. XXI De libro Judicum. XXII De hiſtoria *Ruth*, ubi inter alia eorum refellitur ſententia, qui tres *Boozos* fingunt. XXIII De defuncti *Samuelu* apparitione, Regi *Saali* facta, quam veri *Samuelu* fuiſſe Autor arbitratur, etſi etiam contrariam opinionem probabilitate ſua non carere fateatur. XX V De Pſalmis eorumque auctore, numero, diſtributione in quinque libros, & propheticis, quibus ſcatent, oraculis. XXV De libris *Samuelu*. XXVI De initiis regni *Salomonn*, ubi quæritur, quo ætatis ſuæ anno regnare cœperit; & num *Adoniam* juſte capitis damnaverit, & *Abjatharem* exauctoraverit.

Ex *ætatis quinta* hiſtoria *undecim* capita Auctor ſelegit, quæ peculiaribus Diſſertationibus digna judicavit. *Primum* enim de templo *Salomoneo* diſſerit, & *Marſhamum* ac *Spencerum* refutat, quibus originem ædificati templi à Gentilium exemplis arceſſera placuit. *Secundo* de Regina Sabæ agit, quam ex Æthiopia veniſſe, & poſtea ad verum Dei cultum converſam aſſerit. *Tertia* de æterno *Salomonis* poſt mortem ſtatu nihil certi in utramvis partem definiri poſſe judicat. *Quarta* de libris *Salomonis* tractans, num duo poſtrema Proverbiorum capita *Salomonem* auctorem habeant, dubitat; ex Eccleſiaſte multa gentiles hauſiſſe obſervat; Canticum autem Canticorum non eſſe carmen amatorium filiæ *Pharaonis* conſecratum, contra *Caſtalionem* & *Grotium* probat. *Quinto* de *Jeroboami* & 10 tribuum defectione agens, contra *Moncejum* diſputat, qui vitulos *Jeroboami* veri Dei Symbola fuiſſe ad Cherubinorum inſtar formata exiſtimavit; cum Auctori noſtro perſuaſum ſit ipſas animalium figuras à *Jeroboamo* & Iſraelitis adoratas, eaſdemque à Cherubinorum figura alienas fuiſſe. *Sexto* Eliam & Enochum *Chriſti* præcurſores futuros probare contendit. *Septimo* Naamanem Syrum idoli cultum ſimulaſſe negat, & nunquam ei hujuſmodi ſimulationem ab *Heliſao* conceſſam probat. *Octavo* ipſum Solem, non umbram tantum Solis, ut *Grotius* putavit, ſub *Ezechia* imperio retroceſſiſſe evincit. *Nono* libros Regum & Paralipomenon à *Matthao* & *Luca*, genealogiam Chriſti referentibus, non diſſentire demonſtrat. *Decimo* de Prophetis agit, qui ante captivitatem Babylonicam vaticinati ſunt, quibus etiam *Baruchum* adnumerat. *Undecimo* hiſtoriæ & libri *Tobia* veritatem, & Canonicam quam ſibi imaginatur, auctoritatem adſtruere nititur.

Sexta denique *ætatis* hiſtoria decem Diſſertationibus illuſtratur. *Prima* Prophetas enumerat, qui tempore captivitatis Babylonicæ oracula ſua ediderunt, *Ezechielem* puta & *Danielem*, ad quem etiam hiſtoria de *Suſanna*, Belo, & Dracone refertur. *Secunda* in LXX *Danielis* hebdomades. *Tertia* in captivitatis epocham inquirit. *Quarta* Eſdram Sacros libros collegiſſe quidem & digeſſiſſe & à mendis repurgaſſe concedit, at plane deperditos ex integro reſtituiſſe negat; negat quoque eum Hebraicæ punctationis & Maſoræ auctorem fuiſſe. *Quinta* Darium ſub quo templi inſtauratio abſoluta fuit, non *Darium Nothum*, ſed *Darium Hyſtaſpis* filium fuiſſe probat. *Sexta* Prophetas, qui ſoluta captivitate vaticinati ſunt, nempe *Haggaum*, *Zachariam* & *Malachiam* commemorat. *Septima* da reliquis libris Biblicis agit ſextâ hac ætate editis, ſcilicet libris Regum & Paralipomenon, *Eſdra*, *Judith*, *Eſther*, Sapientiæ, Eccleſiaſtici & *Macchabaorum*. *Octava* circa LXX Interpretes verſatur. *Nona* Herodem Idumæum & alienigenam fuiſſe probat. *Decima* Joſephi de Chriſto teſtimonium pro genuino agnoſcit.

Huc uſque, & quidem ſatis prolixè de primâ utriuſque Hiſtoriæ editione verba fecimus: nunc ad indicandas mutationes, omiſſiones item & acceſſiones in ſecundâ editione obvias pergamus: Prodiit illa, uti ſuperius diximus, ann. 1699. *fol. VIII voll.* è quibus *duo priores* Hiſtoriam Vet. Teſt. complectuntur, *tertius* tria à Chriſto nato proximè quæ effluxerunt Secula, *quartus* Seculum IV; *quintus* ſequentia *quatuor* uſque ad *octavum*; ſextus *nonum* ad *duodecimum* uſque; *ſeptimus* decimum tertium & quartum; *octavus* denique Sec. XV & XVI continet.

Jam quod ad *mutationes* in nova hac editione factas attinet, levior fortaſſis illa eſt, quando ad *Sec. I.* in peculiari Diſſertatione fidem *Nicolai* unius è ſeptem Diaconis, contemplatur, de qua tamen in editione primâ ad *Art. 7. Cap.* 10. ubi de Nicolaitarum erroribus ſermo, diſſeruetar. *Seculo XII.* incertum quâ de cauſa inſtituta eſt ordinis inverſio dum Diſſertatio de Concilio Lateranenſi III quæ prior olim fuerat, poſterior facta eſt illa, quæ agit de contentione inter Eccleſiæ Romanæ Cardinales & Gallicanos Præſules, exorta in Concilio Rhemenſi A. 1148. occaſione ſymboli contra *Gilb. Porretani* errores ab iſtis editi. Notatu magis dignum hoc in loco illud eſt, quod appendicem de Canone 47 Concilii Carthaginenſis III. de libris Canonicis, quam in priore editione *Seculo IV* ſubjunxerat, à ſede ſua nunc dimovit, & da libris ejuſcemodi ad Vetus Teſtamentum pertinentibus in V. T. Hiſtoria, de libris autem Novo Teſtamento vindicandis *Seculo* ſtatim à C. N. *primo* latius diſpexit.

Acceſſionum maxima pars conſtat peculiaribus, quæ ipſe vocat, Scholiis, quibus anſam dedit indiculus cenſurarum variarum, quæ ab anonymis quibuſdam Religioſis contra iſthoc ejus opus ſuſceptæ fuerunt. Iſtum ſibi ab Eminentiſſimo quodam Cardinali oblatum teſtatur; inque eo multa ſibi monet tribui, à verbis plerumque ſuis & mente prorſus aliena; multa per ſe innoxia, quæ hiſtorice duntaxat tradide-

rit, acerbis perſæpe criminationibus impeti, quaſi aſſerta eſſent ut dogmata inconcuſſâ fide ab omnibus tenenda, multa ſibi affingi queritur, ac ſi iis autoritatem Sedis Apoſtolicæ impugnaſſet; quamobrem juſtæ defenſionis gratia Scholia hæc ſingulis Capitibus, Diſſertationibus, Quæſtionibus & Articulis, in quibus aliqua notarunt Cenſores, ſubjunxit.

Equidem in Hiſtoria Veteris Teſtamenti Scholiorum iſtorummet pauca ſunt, & in his plerumque tantum allegat Auctor Patrum aut aliorum Scriptorum ſententias, idem, quod ipſe antè dixerat, confirmantes. Interdum typos paſſim obvios evolvit. Jam applicationes ſubjicit ad praxin Chriſtianiſmi facientes. Modo myſticas Textuum Biblicorum interpretationes tradit. Inter potiſſima tamen eorum, quæ ex acroamaticis ab ipſo addita ſunt, iſtud forſan retuleris, quod *p.* 27 Tomi I non aſſentitur iis, qui *Moſen* Angelorum creationem eam ob cauſam non commemoraſſe dicunt, ne Judæi ad idololatriam jam ſatis propenſi Angelos ut Numina colerent. Nihil enim magis conducere potuiſſe reſpondet ad divinos Angelis honores haud deferendos, quam eorum creationem. Potius itaque eam ob cauſam heic ſiluiſſe *Moſen* innuit, quod aſpectabilis duntaxat mundi creationem ſcribere inſtituiſſet.

Aſt inſigniora ſunt, quæ Novi Teſtamenti Eccleſiaſticam Hiſtoriam locupletare deprehenduntur, Scholia, è quibus aliqua huc referemus, & talia præſertim, ubi ne latum quidem unguem à priſtina ſententia diſcedendum ſibi venire contendit. Ita v. g. Tom. III ad nummum *Herodis* Antipapæ, tempus nativitatis Chriſti, quod ipſe determinarat, confirmantem provocat *p.* 74. Cur Patrum plerorumque ſententiam de morte Chriſti ſub duorum *Geminorum* Conſulatu haud amplexus fuerit, declarat *p.* 84. Recte ſe dixiſſe profitetur, quod Epiſcoporum auctoritas ſit immediatè à Deo *p.* 117, & quod *Petrum* ex imprudentia peccarit, factoque ſuo gentibus ſcandalum dederit, *p.* 139. *Anacletum* à *Cleto* diſtinctum non eſſe, adhuc ſe credere affirmat *p.* 156. Epiſtolas Decretales Romanorum Pontificum ad *Siricium* uſque apocryphas eſſe, novis teſtimoniis probat *p.* 218. Meritò ſe de aſſumptione B. Virginis in cœlos dubitaſſe monet *p.* 301. Recte etiam ſe docuiſſe ait, quod abſtinendum ſit ab uxoribus prægnantibus, *p.* 307. quod ſummi Pontifices in quæſtionibus facti poſſint decipi, *p.* 331. quod non ſit hæreſis, ſi quis animas & Angelos corpus habere dixerit, *p.* 393. quod Parochorum Ordo ſit de Jure divino, *p.* 576. quod offula Judæ à Chriſto porrecta panis Euchariſticus non fuerit, *p.* 719. quod tribus ſeculis prioribus nullum in Eccleſia imaginum uſum, aut certe admodum rarum, deprehendere licuerit, *p.* 744. Tomo IV denuo defendit, Clericos, quod tributa haud ſolvant, minime ex Jure Divino, ſed ex Imperatorum pietate & munificentia habere, *p.* 5. non cenſendam ſententiam erroneam, quæ *Paulum* perhibeat vixiſſe in conjugio, *p.* 99. comœdias eſſe illicitas, *p.* 103. hymnum *Te Deum laudamus*, *Ambroſii* non eſſe, *p.* 156. S. *Hieronymum* non fuiſſe Cardinalem, *p.* 172. Imperatorem Epiſcoporum ſententias in Conciliis promulgatas auctoritate ſua confirmaſſe, *p.* 187. *Conſtantinum* Romæ non eſſe baptizatum, *p.* 307. Lege veteri Synedrium cauſas & delicta ſummi Pontificis cognoviſſe, *p.* 609. Diſſertationem denique, quâ mentales reſtrictiones impugnarat, adverſus anonymum æquivocationes defendentem vindicat *p.* 622. In Scholiis Tomi V adhuc aſſerit, *Zoſimum* errorem facti in *Celeſtii* & *Pelagii* cauſa commiſiſſe *p.* 42. Reges Galliæ, ex quo Chriſtiani facti fuerint, habuiſſe poteſtatem convocandi Concilia nationalia, *p.* 198. Epiſcopos reſpectu Papæ vocandos Coepiſcopos, *p.* 300. Diſſertationem de *Honorii* in ſexta ſynodo œcumenica damnatione legitima, quam maximam partem expungendam eſſe Cenſores dixerant, defendit *p.* 615. *ſeq.* In Tomi VI Scholiis ulterius affirmat, *Sergium III* nequiſſimum fuiſſe Papam *p.* 27. *Johannem* quoque *XII* peſſimam egiſſe vitam, mortemque eum peſſimam manſiſſe, *p.* 38. Papæ non promitti obedientiam à Gallis abſolute, ſed ſecundum Canones, *p.* 118. Donationes Papæ factas eſſe non à *Conſtantino*, ſed à Galliæ Regibus *p.* 184. Diſſertationem de translatione Imperii à *Græcis* ad Francos præter rem à cenſoribus expungendam poſtulari innuit *p.* 217. ſeq. *Johannem VIII* indignum Romano Pontifice facinus ediddiſſe, reſcindendo Prædeceſſorum & œcumenicæ Synodi decreta, *p.* 275. contendit. Tomo VII, perſiſtit in ea opinione, quod Pariſienſis Facultas habeat jus doctrinalis Judicii, *p.* 92. quod S. *Thomas Aquinas* nunquam Caſini Monachus extiterit, *p.* 143. quod *Sanctius II* Luſitaniæ Rex regno prorſus ineptum & cucullo quàm diademate digniorem ſe geſſerit, *p.* 309. Tomo VIII, quicquid Cenſoribus videatur ſecus, ſtatuit, *Sixtum IV* peſſimo exemplo ſuos ditaſſe, ſpoliando Eccleſiam, *p.* 24. Sacramentum non adorari, ſed Chriſtum, *p.* 158. *Trithemium* ob Steganographiam in Magiæ ſuſpicionem immerito fuiſſe vocatum, *p.* 207. *Savonarolam* non incongruè virum beatæ memoriæ & Prophetam appellari, *p.* 276. Regios Judices non cenſeri mittere falcem in meſſem alienam, cùm cauſas profanas Eccleſiaſticorum virorum judicent, *p.* 707.

Etſi vero in his pluribuſque ſimilibus à ſententia ſua ſe dimoveri nequaquam paſſus fuerit, non æque tamen conſtans videtur in condemnandis *Joanne Tanquerello* & *Florentio Jacobo*. Iſtud enim caput, in quo hos olim hæreticis eam ob cauſam accenſuerat, quod Romano Pontifici ſupremam rerum omnium ſpiritualium pariter & temporalium poteſtatem tribuere haud dubitarint, in hac ſecunda editione omiſit.

Non eſt tamen cur quis repetitæ huic editioni Scholia modò, quæ diximus, acceſſiſſe exiſtimet. Immixti namque paſſim ſunt libelli & tractatus ſingulares ſeorſim antea à *Natali Alexandro* evulgati, quorſum referas *Apologeticam & Anti-Criticam adverſus Claudium Fraſſenium Diſſertationem*, à nobis infra recenſitam, quæ una cum iſta, unda litis materiam *Fraſſenius* deſumpſit, trigeſimam nonam & quadrageſimam Seculo IV conſtituit. Parilem in modum *Diſſertationes de divina Epiſcoporum ſuper Presbyteros eminentia adverſus Blondellum*, & *de ſacrorum Miniſtrorum cœlibatu*, unà cum appendice *de Chorepiſcopis*, Seculo IV inſeruntur. Quæ dudum Eruditis innotuit concepta adverſus Waldenſes, Albigenſes & Wiclefianos in Calvinianis redivivos *de Sacramentali Confeſſione* Diſputatio, locum ſuum nunc Tomo VII *p.* 597. *ſeq.* ſortita eſt. Huic Tomo ſubnectitur quoque *Collatio Dominicani cum F. Minore de titulo Præceptoris S. Thomæ ex elogio Alexandri Halenſis expungendo, & Panegyricus Thomæ Aquinati dictus.*

Denique & iſtud à nobis ſilentio haud eſt prætereundum, quod novam planè & typis nunquam antea impreſſam Diſſertationem eidem huic Tomo VII Auctor inſeruerit, directam adverſus Quietiſtas, in quibus Beguardorum errores novam quaſi vitam adeptos dicit. Eo fine octo propoſitiones format, quarum prima eſt: *homo in vita præſenti ſecundùm legem communem tantum ac talem perfectionis gradum conſequi non poteſt, ut reddatur impeccabilis & amplius proficere non valeat.* Secunda: *Nullus eſt in hac vita perfectionis ſtatus, in quo juſti jejunare & orare, bonaque ſpiritualia, remiſſionem peccatorum, gratiam perſeverantiæ, vitam æternam &c. deſiderare & ſupplices petere à Deo non debeant.* Tertia: *Juſti ſpiritualeſque viri, in quocunque perfectionis gradu conſtituti ſupponantur, Eccleſiæ præcepta ſervare tenentur, & Paſtoribus ac Præpoſitis obedire, non ſolum in his, quæ diſciplinam exteriorem, verùm etiam in iis, quæ directionem interiorem animarum ſuarum ſpectant.* Quarta: *Homo non poteſt ita finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ut eam in vita beata obtinebit.* Quinta: *Nulla natura intellectualis creata in ſe ipſa naturaliter beata eſt: anima verò indiget lumine gloriæ ad Deum videndum & eo beate fruendum.* Sexta: *Ad Chriſtiani hominis perfectionem pertinet exercere ſe in actibus virtutum.* Septima: *Aſſerere fornicationem aliaſve carnales actus non eſſe peccata, cùm*

graviter

graviter tentatur exercens, hæreticum eſt. Octava: *Aſſerere, cogitationem de Chriſto Jeſu & ejus myſteriis, omnemque erga ipſa devotionem à contemplatione excludi, hæreticum eſt.* Harum propoſitionum quamlibet è domeſticis primùm Theologiæ ſuæ principiis probatam dat; poſt theſin cuique contrariam in Beguardis olim damnatam, aſt à Quietiſtis nihiloſecius reſuſcitatam fuiſſe innuit, eamque operosè refutat. Quinimo & latus Archiepiſcopi Cameracenſis (Dn. *de Fenelon*) ubi poteſt, haud obſcurè pungit, & idcirco antagoniſtis ejus accenſeri utique meretur.

Diſſertationem Iſagogicam in Hiſt. Eccleſiaſticam *Nat. Alexandri* edidit A. 1699. Max. Rev. Ulmenſium Præſul Dn. *Elias* VEIELIUS, quem vide.

Sed alia *Alexandri* opera perluſtrata jam tempus eſt, quæ hæc ſunt:

4. *Diſſertationum Eccleſiaſticarum trias*: I *de divina Epiſcoporum ſupra Presbyteros eminentia adverſus* Blondellum: II *de ſacrorum Miniſtrorum cœlibatu, ſive de hiſtoria* Paphnutii *cum Niceno Canone concilianda*: III *de vulgata Scripturæ Sacræ Verſione*: eod. vol. *Pariſiis*, apud Vid. Joan. Du Puis, 1678. in 8. Vid. *Giorn. de' Letterati* 1678. p. 186.

5. *Diſſertatio polemica de Confeſſione Sacramentali, adverſus Libb. IV* Joan. Dallæi *Calviniſtæ, divinam ejus inſtitutionem & uſum in Eccleſiâ perpetuum impugnantis.* Ibid. eod. anno & forma.

6. *Diſſertationes Hiſtoricæ & Criticæ quibus officium Ven. Sacram. S. Thomæ vindicatur contra RR. PP. Henſchenii & Papebrochii conjecturas.* deinde *titulus Præceptoris S. Thomæ ex elogio* Alexandri Halenſis *expungitur, contra popularem opinionem.* Collatio eſt Dominicani cum Franciſcano elegantiſſima. Accedit *Panegyricus Angelico Doctori dictus.* Pariſ. Dezallier 1680. in 8. eod. vol. Vid. *Ephem. Erudit.* 16. Sept. 1680. p. 306. Quæ de *Alexandro Halenſi*, vid. ſup. ubi de illo.

7. *Diſſertatio Eccleſiaſtica, Apologetica & Anticritica adverſus F. Claudium Fraſſen: ſeu Diſſertationis Alexandrinæ de Vulgata Scripturæ Sacræ Verſione Vindiciæ.* Pariſ. Ant. Dezallier, 1682. in 8. * *Ephem. Erudit.* 25 Maii 1682. *p.* 181. *Act. Lipſ.* ejuſd. anni p. 379.

Hujus Diſſertationis, quam cum aliis duabus (ut ſup. n. 3.) in lucem publicam emiſit *Alexander*, ſexta & ultima quæſtio circa *ſphalmata* occupatur, *quæ*, ut verba ejus habent, *in Vulgatâ Verſione bibliorum juſſu Clementis VIII emendatâ etiamnum ſuperſunt, & Eccleſiæ autoritate corrigi poſſent.*

Hanc Diſſertationem pro inveterata Ordinis ſui erga Dominicanos & Thomiſtas æmulatione haud ita pridem impugnavit *Claudius Fraſſenius*, itidem Theologus Pariſienſis & Conventûs atque Collegii FF. Minorum Guardianus. Is enim in *Diſquiſitionum* ſuarum *Biblicarum* hoc ipſo anno (1682.) editarum, & à nobis ſuo loco recenſitarum, *cap.* 6. quod de Editione Vulgatâ Latinâ inſcriptum eſt, *Natalem Alexandrum* tanquam hodiernum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ compilatorem & Hæreticorum plagiarium ſuggillat, eaque Scripturæ loca, quæ prædictus *Alexander* poſt *Lucam Brugenſem* & alios eruditos corrigenda monuit, nullis omnino mendis laborare maximopere contendit.

Exinde ergo nata eſt hæc *Diſquiſitio Apologetica & Anticritica*, in quâ *Natalis Alexander* Diſſertationis ſuæ de Vulgata Verſione vindicias adornat. Ac primum quidem Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam, in quâ *Blondelli* pro *Hieronymi* ſententiâ *Apologiam* & pleraque *Joannis Dallæi* opera primus confutaverit, & diſceptatas ab aliis quæſtiones novo ordine expenderit, aut novis argumentis illuſtraverit, ex aliorum ſcriptis direptam & compilatam eſſe negat. Deinde haud minus inficiatus, ſe Diſſertationem ſuam de Vulgata Verſione ex *Grotio*, *Waltono* & aliis Hæreticis quos vocat, exſcripſiſſe, objectum plagii crimen in *Fraſſenium* retorquet, quippe qui Diſquiſitiones ſuas Biblicas ex *Waltono*, *Morino*, *Baxtorfio*, *Huetio* & aliis, æque ac olim Ordinis ſui Frater *Galatinus* Arcana ſua ex *Raymundi* Dominicani pugione, corraſerit & compilarit. Tum ad ipſam Vulgatam Verſionem accedit, & ſe *Tridentinæ Synodi* decretum ſanctè revereri proteſtatur, quæ Vulgatam Verſionem ut authenticam recipi decernat, non quod eam Hebraicis & Græcis fontibus, ſed tantum reliquis Verſionibus Latinis anteferendam arbitretur, quam ſententiam Tridentinæ Synodi decretis conſentaneam eſſe *Alphonſi Salmeronis*, qui Tridentino Concilio interfuit, nec non *Andreæ Vegæ* & aliorum Theologorum teſtimoniis confirmare nititur; eorum zelum, qui poſt *Sixti V & Clementis VIII* emendationes Vulgatam Verſionem alicujus mendi arguere nefas exiſtimant, intempeſtivum aſſerens, cum *Innocentio X*, poſt *Clementem VIII* idem liceat, quod poſt *Sixtum V*, *Clemens VIII* licere ſibi ſtatuit. Addit etiam, quàm falſum & ridiculum ſit *Fraſſenii* principium, fontes Hebraicos & Græcos tam corruptos, & Verſionem Vulgatam tam correctam pronunciantis, ut fontes potius ex Verſione quàm hanc ex fontibus emendari debere cenſeat.

Porro his generalibus præmiſſis, ad ſpecialem ſingulorum locorum, quæ in Diſſertatione ſuâ mendoſa & correctionis indiga animadverterat, enumerationem progreditur, & obſervationes ſuas contra cenſoriam *Fraſſenii* virgulam tueri ſatagit. Poſtremo etiam doctiſſimi Viri *Petri Danielis Huetii*, paſſim in *Fraſſenianis* Diſquiſitionibus traducti cauſam agit, & ſimul ad ea, quæ in fine Diſquiſitionis de Vulgata Verſione contra ejuſdem Cenſores durius dicta ſunt, breviter reſpondet.

8. *Statuta Facultatis Artium Thomiſticæ in Collegio Pariſienſi FF. Prædicatorum inſtituta.* Pariſ. 1683. in 12.

Similia aliàs edita fuerant anno 1625. agente F. *Gentiano Billaud* Sac. Theol. Magiſtro, ſed ob innovatum Collegii regimen ea renovari ac emendari oportuit: idque præſtitit *Alexander*.

9. *Theologia Dogmatica & Moralis ſecundùm rationem Concilii Tridentini in Libros V tributa. Opus non ſolùm Clericis & Theologis quibuſque, ſed & Parochis, Confeſſariis, & Concionatoribus perutile.* Pariſ. Dezallier, 1693. Voll. X. in 8. *Ephemer. Erudit.* 14. Dec. 1693. *p.* 759. Editio IIª prodiit *Venetiis* 1698. fol. IIIª *Pariſ.* apud Dezallier, 1703. fol. 2. Voll. de quâ *Ephem. Erudit.* 8. Jan. 1703 *p.* 25. & *Act. Lipſ.* A. 1704. *p.* 45. his verbis.

Eam præſens opus conſecutum eſt celebritatem, tantamque de ſe concitavit ſpem capiendæ exin utilitatis, ut una hactenus vice poſt alteram, ſub diverſa facie, in lucem prodierit. Poſteaquam enim A. 1693. decem voluminibus in 8. primum editum eſſet, aliquot annis poſt eam est adeptum amplitudinem, ut *Diſſertationibus* Auctoris *Hiſtorico-Eccleſiaſticis*, junctim A. 1699 evulgatis, pro appendice peculiari annecti potuerit. Nunc iterum in duos tomos diſpertitum ſeparatim comparet, ac ſuperpondii loco, duplicem ſecum affert Appendicem. Et operis quidem ipſius contenta & ſcopus pridem innotuêre, optimeque conſtat eruditis, quod ſepoſitis Autor quæſtionibus, quæ Criticam, Chronologiam, Hiſtoriam, & antiquam Eccleſiæ diſciplinam ſpectant, quarum tractatione curioſa delectatur eruditio, & in quibus ille alias verſatus fuit, ea duntaxat pertractaverit, quæ in Tridentino Concilio definita atque tradita ſunt dogmata, vel in ejuſdem Concilii Catechiſmo expoſita, cum aliis nonnullis, quæ ſcire ſacerdotes, rectores animarum, conſcientiarum moderatores, ac Verbi Divini Prædicatores debent, ſuo ut miniſterio rite fungantur. Nec eſt, cur de his nunc plura in medium afferamus, uti nec de iis, quæ nominatæ modò continent appendices; quandoquidem iſta nihil aliud ſunt, quàm Epiſtolæ Dogmata, diſciplinam moreſque ſpectantes, & monumenta aliquot, Doctrinam pariter ac morum Diſciplinam confirmantia, quæ ſeorſim jam A. 1701 prodierunt, titulumque *Paralipomenon Theologiæ Moralis adepta*, de quibus infra.

Interea tamen dicendum hanc *Theologiam* iterum prodiiſſe A. 1714. Pariſ. Dezallier, 2. Voll. *fol.* Ex Præfatione quædam ſupradictis addere liceat. Monet id doctiſſimus Autor, Clericorum uſui ut magis accommodata ſit ſua Theologia, in eâ ſequi ordinem Catechiſmi, juſſu Synodi Tridentinæ editi, & à Summis Pontificibus ac Synodis poſt Tridentinam celebratis non modò appro-

bati, ſed Parochis & Seminariis traditi atque commendati: 2° præſtantiſſimos Theologos æmulatum, maximè ex Inſtituto ſui Ordinis, qui huic adlaborarunt Operi, *Pio V.* & *S. Carolo Borromæo* diligentibus, non proprios & peculiares animi ſui ſenſus, non privatas Scholæ Thomiſticæ opiniones, ſed Eccleſiæ tantùm doctrinam (quantùm quidem potuit) in Dogmatibus Fidei, Morumque regulis explicandis conſectari: 3° ait ſe Dogmatum probationes, ex Scripturæ Sacræ, Traditioniſque fontibus derivatas proferre: 4° præcipuas Objectiones ab Hæreticis oppoſitas diluere, non eâ quidem prolixitate, & eruditionis ubertate, quâ Theologicis in Subſelliis, & Exercitationibus Academicis opus eſt; ſed eâ tamen integritate & plenitudine, quæ Viris Eccleſiaſticis ad fidem ſaluberrimam Chriſtianæ plebi exponendam, eandemque nutriendam, roborandam, &, ſi ex adverſo inſtent Hæretici, defendendam ſufficiat. 5° Moralis Chriſtianæ regulas non ex recentiorum Auctorum opinationibus tradere, ſed ex divinis pariter Litteris, Patribus, Conciliis, Summorum Pontificum Decretis, SS. *Thomæ*, *Raymundi*, *Antonini* Operibus, & S. *Caroli Borromæi* Inſtitutionibus; quod ab aliquo Dominicani Ordinis Theologo fieri, *Alexander VII* vehementer optabat: 6° non ſolum priſcorum Pontificum Decretales Epiſtolas & Conſtitutiones, ſed & *Alexandri VII, Innocentii XI*, & *Alexandri VIII* Decreta Cenſuraſque Apoſtolicas in Moralis Chriſtianæ Quæſtionibus explicandis, & Regulis tradendis velut fundamenta poſuiſſe, illaſque paſſim hoc in Opere vindicaſſe, quo ſuam erga Sedem Apoſtolicam & Summos Pontifices, eorumque Decreta, ſive fidem, ſive diſciplinam ac mores ſpectantia, reverentiam ac obedientiam toti orbi Chriſtiano approbaret: 7° Diſciplinam in Sacramentorum adminiſtratione obſervandam, ex Tridentino Concilio, & aliis Synodis poſtea celebratis, ex Rom. Pontificum Decretis & Conſtitutionibus, ex S. *Caroli* laudatis Inſtitutionibus, & ex moribus ac Ritualibus ſingularum Eccleſiarum, præſertimque Romanæ, proponere, Patrum & Synodorum antiquiorum teſtimoniis illuſtratam ſæpè ac roboratam. Præſentem igitur Eccleſiæ diſciplinam in Sacramentorum adminiſtratione & Eccleſiæ regimine obſervandam cenſet ac docet: quamvis & antiqua, inquit, plurimi facienda ſit, ſuſcipienda, veneranda, ejuſque inſtauratio in pluribus optanda, nuſquam verò privato arbitrio & auctoritate tentanda.

Hanc autem Theologiam in quinque Libros tribuit. Librum quemque in plures ſeu Tractatus, ſeu Capita, Articulos, Paragraphos, Numeros, ordinis, perſpicuitatis, & memoriæ juvandæ gratiâ. Rationes Metaphyſicas, abſtractas, ſubtiliores Scholæ Theologis relinquit: Scholaſticas etiam locutiones, quantùm fas fuerit, inquit, vitamus, (neque enim iis nuſquam uti licuit) ut ad Clericorum omnium, qui in Seminariis inſtituuntur, quorum plerique in Philoſophicis diſciplinis non admodum ſunt exercitati, ingenium captumque hancce Theologiam attemperemus. Dicendi genus uſurpat nec barbarum & rude, nec exquiſitum nimis & comptum, inflatum, aut certâ periodorum menſione ad pompam ſtudioſè compoſitum; ſed purum, nitidum, facile, quali ferè, inquit, in aliis Operibus noſtris uſi ſumus: quod intelligere difficilius non fuerit, quàm Tridentini Concilii Catechiſmum Clericis omnibus familiarem.

Lib. I. eſt *de Fide & Symbolo*, ſinguliſque illius Capitibus ſive Articulis, ad quos Theologica Dogmata pene omnia *de Deo uno & trino*, *de Chriſto*, ejuſque *Myſteriis*, *de Gratiâ*, *& Eccleſiâ Chriſti*, revocantur.

Lib. II. *de Sacramentis* in genere & ſpecie. Tractatui *de Euchariſtia* inſerta ſunt quæ ſpectant *Miſſarum celebrationem & ceremonias*, Eccleſiarumque & Altarium conſecrationem. Tractatui *de Pœnitentia* adjuncta ſunt quæ *Cenſuras* & *Indulgentias* attinent. Tractatui *de extrema Unctione*, quæ *Teſtamenta* & *Sepulturam Eccleſiaſticam*. Tractatui *de Ordine* inſerta eſt *Eccleſiaſtica Hierarchiæ* delineatio: Tractatio item accurata *de Simoniâ*, cum Regulis neceſſariis ad ferendum judicium de Caſibus conſcientiæ circa hanc materiam emergentibus: item *de vitâ & honeſtate Clericorum*, maximèque de Beneficiatorum officiis; nec non *de Horis Canonicis*. Tractatus *de Matrimonio* complectitur præcipua difficultatum momenta, quæ negotium faceſſere poſſunt vel in foro conſcientiæ & pœnitentiæ tribunali, vel in foro exteriori Eccleſiaſtico, circa *Matrimonii impedimenta*.

Lib. III. *de Peccatis*, quorum cognitio ad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ neceſſaria eſt. Eo in libro Regulæ generales Moralis Chriſtianæ circa opinionum delectum, & peccatorum diſcrimen atque gravitatem traduntur & explicantur. Tum ſingillatim de ſeptem peccatis capitalibus, & eorum ſurculis agitur, & Regulæ Morales circa ſingulas ſpecies traduntur, exponuntur, firmantur. Accedit brevis *de Virtutibus* Tractatus.

Lib. IV. *de Legibus & Decalogo*; qui omnium & ſingulorum Præceptorum explicationem accuratam, plenamque complectitur, cum Regulis Moralibus ad Caſuum, circa Præcepti cujuſque materiam emergentium ſolutionem & emendationem neceſſariis.

Lib. V. *de Oratione*, brevem Orationis Dominicæ explicationem continet.

Opus ab ipſo Autore recenſitum, & à mendis expurgatum, quæ in prima Editione Pariſienſi pauciora quidem, in Colonienſi & Patavinâ (eadem forte Veneta) multò plura & graviora irrepſerant, hâc poſtremâ Editione prodit in lucem, multis acceſſionibus, Notis, centum amplius Epiſtolis, Dogmata, Diſciplinam, Moreſque ſpectantibus, ab Autore etiam recognitis; præclaris denique monumentis, quibus Catholica Dogmata, & ſanior Morum Diſciplina confirmantur, auctum, illuſtratum, locupletatum.

Cæterùm hanc Theologiam Eccleſiæ, Sediſque Apoſtolicæ judicio & correctioni ſubjicit *Alexander*.

Huic editioni, ut & præcedenti acceſſerunt

10. *Paralipomena Theologia Moralis, ſeu varia de rebus Moralibus Epiſtola*, quæ jamdum prodierant *Delphis* apud Henr. van Rhyn, 1701. in 8. Vid. *Novell. Reip. Litter.* Maii 1701. p. 560. *Act. Lipſ.* Sept. ejuſd. anni, *p.* 421.

Poſteaquam A. 1693. Theologiam didacticam & moralem (decem tum formæ, quam vocant, octavæ voluminibus conſtantem, ſed poſtmodum, ut Diſſertationibus Hiſtorico-Eccleſiaſticis noviſſime junctim editis addi poſſet, in majorem formam redactam) edidit F. *Natalis Alexander*, varios ſubinde expertus fuit adverſarios, & anonymum imprimis aliquem, qui difficultates adverſus Theologiam iſtam Archi-Epiſcopo Rothomagenſi libello Gallico propoſuit. Ut itaque contrariis objectionibus ſatisfaceret, *Paralipomena* hæc evulgavit, in quibus per modum Epiſtolicarum Diſſertationum, argumenta præcipua excutit, ſuamque theſin pro virili defendit, ſæpius tamen aliorum de rebus moralibus quæſitis reſpondet. Statim ab initio recte ſe dixiſſe innuit, extrinſecam probabilitatem, ex unius vel plurium ſcriptorum autoritate petitam, opinioni morali ſecuritatem conciliare non poſſe. Regulam illam, quâ, cùm invocentur Sancti, ſpem fiduciamque omnem in ſolo Deo collocandam eſſe affirmaverit, ab Autore anonymo pulſari ait leviori objectione, quando id cum Eccleſiæ ſententia & fide è regione pugnare dixerit, quippe quæ B. Mariam Virginem hunc in modum quotidie ſalutet: *Spes noſtra ſalve*. Verùm figuratâ ſolum locutione Mariam Pontificios ſpem ſuam, vitamque ſuam appellare reſpondet *Alexander* p. 9. eo quod Chriſtum, Deum, Dominum ac Salvatorem peperit, in quem ſperent, & qui vitæ atque omnium bonorum ipſis auctor ſit. Quemadmodum ergo ipſam adorare non liceat ea adoratione, quam latriam vocant eccleſiaſtico loquendi modo, quæ ſit Deo ſoli debita ſervitus; ita nec quempiam ſperare in eam hoc modo poſſe, ſed hoc ſoli Deo Filioque ejus unico Jeſu Chriſto competere innuit. Sola caritate corda ab amore creaturarum abſtrahi & ad Deum erigi, recte ſe docuiſſe *p.* 16. ſeq. denuo inculcat, nec moratur anonymi objectionem, qui parum hæc accurate

curate atque Theologicè propoſita nuncuparit, ideo, quod ſpe etiam ad Deum corda erigi notitiorum ſit. Spem enim id imperfectè tantum præſtare, nec ab amore creaturæ, in qua finem ultimum conſtituat peccator, voluntatem ejus, ſi ſit informis & caritate deſtituta, abſtrahere reſpondet. Quando Clericos ludis aleatoriis abſque gravi crimine, ludere vel ludentes ſtudioſe ſpectare non poſſe aſſeruerit, non iſtud ſe dixiſſe *p.* 29. monet, quod lethalis peccati reus ſit Clericus, qui virum aut fœminam nobilem urbanitatis vel negotii causâ conveniens ludentes invenerit, nec ſtatim oculos averterit, ac ſine mora è domo exierit; quin potius ad eos ſe reſpexiſſe ait, qui ex condicto & deliberata voluntate præter urgentem neceſſitatem, eo ſe conferant, ubi alea luditur, ut iſto ſpectaculo avidos paſcant oculos, qui ludentibus faveant, iis applaudant, eorumque cupiditate afficiantur, qui denique præſentiâ ſuâ ludentibus auctoritatem concilient. Epiſcopatum aut aliud quodvis beneficium Eccleſiaſticum curam animarum annexam habens, ſine ambitionis lethalis crimine pro ſe neminem poſtulare poſſe, *p.* 35. ſeq. adhuc contendit. *P.* 43. ſeq. contra adverſarium anonymum tuetur ſententiam, quod graviter peccent, qui cum peccati lethalis affectu miſſam dominicis feſtiſque diebus audiant. *P.* 60. à religioſo quodam viro interrogatus, reſpondet: non licere Chriſtianis in regno Sinarum intereſſe ſacrificiis in honorem idoli *Chin-hoam*, aut in honorem *Confucii* vel progenitorum Paganorum à Sinenſibus oblatis, quolibet prætextu; aut genua flectere coram altari, in quo offerantur, aut coram tabellis, quæ ſedes animæ vel ſpiritus *Confucii* aut progenitorum defunctorum inſcribantur; aut ſuperſtitioſis quibusvis ritibus eorum, etiam occaſione funerum, miniſterium aliquod, vel ſolam præſentiam exhibere, quamvis fictè interſint, animoque ſint ab illis ſuperſtitionibus prorſus alieno, aut genuflexiones intentionemque dirigant ad crucem, quam occulte gerant, vel in templo inter flores abſconderint. *P.* 70. alii mentem ſuam de virgula divinatoriâ declaraturus, eadem uti lethale peccatum vocat, divinationiſque per virgas profeſſoribus abſolutionem denegandam eſſe dicit, niſi arti ſuperſtitioſæ renunciaverint, ac pœnitentiam egerint. *P.* 76. retractationem P. *Franciſci Caffaro*, Clerici Regularis Ordinis Theatinorum, quâ veterem de arte hiſtrionica & de comœdiæ frequentatione opinionem emendarit, amico Romæ deganti transmittit, itaque occaſione hiſtriones & comœdos in arte ſua perſeverantes ad Sacramenta Eccleſiæ non admittendos eſſe, ſimul oſtendit. *P.* 80. Sacerdotis cujuſdam, ſingulis diebus miſſam de Roſario B. Virginis Mariæ celebrantis, devotionem taxat. *P.* 96. admittere haud vult, ut conjugata mulier nobilis, cui acerbiſſima cum viro diſſenſio, monaſterium ſacrarum virginum ingrediatur, ibique ut penſionaria vivat. *P.* 108. *ſeq.* ſcrupulos quoſdam circa juramentum ac perjurium exortos reſolvit, idemque *p.* 146. circa uſuras, & *p.* 181. circa Simoniam præſtat. *P.* 165 *ſeq.* Capituli poteſtatem, quam Sede vacante exercere poſſit, declaratam dat. Monachis & ſanctimonialibus, & omnibus generatim religioſæ paupertatis voto obſtrictis, munera largiri vel accipere abſque ſuperiorum permiſſu haud licere *p.* 188 *ſeq.* ſtatuit. Chriſtum duobus diſcipulis Emmaunticis Euchariſtiam non porrexiſſe, *p.* 194. probat. Eum, qui duello pugnans hominem aliquando occiderit, & poſtea religioſam vitam ſolenni ritu profeſſus fuerit, ſacroſque ordines, diſpenſatione ſuper irregularitate à Summo Pontifice non impetratâ, ſuſceperit, ſacris operari non poſſe, *p.* 244. *ſeq.* oſtendit. *P.* 249. Clericos, qui paſſim mulieribus libent oſcula, nec ab Epiſcopo ſuo moniti, pravæ conſuetudinis vitium emendent, patriæ morem, urbanitatis officium, benevolentiæque teſtimonium conſanguineis aut amicis ab honeſtis quibusque viris impendi ſolitum prætexentes, poſt iteratam monitionem, ſeverioribus remediis coërceri poſſe ac debere cenſet. Sacerdotes, qui boves, oves, equos emant, in paſcuis ſuis alant, eorumque fructus vendant, à negotiatione illicita *p.* 300. *ſeq.* abſolvit. Non licere *p.* 309. aſſerit, ut judex reum interroget, quo confeſſionem criminis eliciat. Caſuiſtarum quorundam recentiorum, Deum verbis æquivocis uti poſſe & aliquando uſum eſſe aſſerentium, errorem *p.* 316. *ſeq.* refellit. *P.* 320. examinat illam propoſitionem, quam neoterici nonnulli publicis theſibus *Lugduni* nuper propugnarint: *non eſſe evidens evidentiâ morali propriè dictâ, religionem Chriſtianam Catholicam ſolam eſſe in terris veram religionem*; eamque falſam, temerariam, erroneam & ſcandaloſam appellat, quæ viam ad Socinianiſmum aut indifferentiam religionis aperiat. Solam alimentorum proviſionem filiis illegitimis a parentibus deberi, *p.* 332. aſſerit. Mendacio unam vel alterius vitam ſervare ac tueri Chriſtianum ſalva poſſe conſcientiâ, *p.* 353. inficiatur. Qui paſſim & ſine cauſa per fidem ſuam jurent, eos *p.* 336. temerarii juramenti reos conſtituit. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis, quos vocat, illicita *p.* 344. pronunciat, etiam in iis regionibus, in quibus Catholici cum hæreticis permixti ſint, nec poſſe eadem à Catholicis abſque gravi peccato contrahi exiſtimat, niſi diſpenſationem a Summo Pontifice obtinuerint, omneque ſubverſionis abſit periculum, & Catholicæ liberorum inſtitutioni proſpiciatur. *P.* 347. *ſeq.* Medico officia præſcribit. *P.* 358. non equidem improbabilem videri dicit eorum Theologorum opinionem, qui peccatores aliquos ita excœcatos & obduratos eſſe doceant, ut nulla eis præſto ſint vel offerantur à Deo gratiarum interiorum proprieque ſufficientium auxilia in infelici illo ſtatu. Ali licet ſummam fidei non ſpectet illa quæſtio: utrum excœcatis & obduratis gratia omnis interior, etiam ſufficiens, a Deo denegetur; errorem tamen eſſe monet Scripturæ Sacræ & Traditioni contrarium, aſſerere, quod hujuſmodi plane excœcatis & obduratis hominibus, quos omni gratia interiori & ſufficienti deſtitui arbitrentur Theologi quidam, peccata non imputentur; aſſerere quod errent, qui dicant, ipſis imputari peccata, & quod tolerabilius cenſeant, qui dicant, eis non imputari. Quibus latius deductis, merito rejiciendam eſſe concludit propoſitionem illam, in Collegio Parr. ejuſ Societatis Jeſu d. 14. Dec. A. 1699. propugnatam; cujus declarationem Germanus *Bejch ſer* Illuſtriſſimo Pariſienſi Archi-Epiſcopo obtulerit; quam ipſam quoque *p.* 366. ſubnectit. *P.* 376. *ſeq.* exhibet Cenſuram & declarationem Conventus generalis Cleri Gallicani, A. 1700. in materia fidei & morum editam, in quâ CXXVII Propoſitiones damnantur & configuntur, cumque iſtâ conferri cupit *Theologiam* ſuam *dogmaticam & moralem*, ut conſtet, an ullæ ex aſſertionibus ſuis regulisque moralibus affinitatem aliquam habeant cum propoſitionibus iſtis a Clero Gallicano damnatis, an è contra eos errores & ipſe confutaverit, quos *Alexander VII*, *Innocentius XI*, & *XII*, & noviſſime generalis Cleri Gallicani Conventus confixerint & condemnarint? Ita certe ratione obviam procedi poſſe arbitratur rumori Gratianopoli ab æmulis ſuis diſſeminato, quod propoſitiones nonnullæ, ex Theologia ſua excerptæ, in Cleri Gallicani comitiis in S. Germani caſtro congregatis examinentur & propediem damnandæ ſint.

11. *Inſtitutio Concionatorum tripartita: ſeu Præcepta & Regulæ ad Prædicatores informandos, cum ideis ſive rudimentis Concionum per totum annum.* Edit. IIa Batavicâ longè auctior & emendatior. *Pariſ.* Aniſſon. 1701. vel 1702. in 8. de quâ *Ephem. Erudit.* 8. Aug. 1701. p. 600. Dn. *Gibert.* in lib. Gallic. *Jugemens des Savans ſur les Auteurs qui ont traité de la Rhetorique &c.* Tom. III. p. 427.

Prodierat eod. anno *Delphis* in 8. de qua *Mem. Trevolt.* A. 1701. p. 222. edit. *Amſtelod.* & *Novell. Rep. Litter*, Aug. 1701. p. 193 &c. Nuper lucem vidit *Inſt-*

rii apud Laut. Baſilium 1731. in 4. Vid. *Nevelle della Rep. delle Lettere* Maii hujos anni *p.* 162.

12. *Expoſitio Litteralis & Moralis Sti Evangelii J. C. ſecundùm IV Evangeliſtas.* Pariſiis, apud Joan. Aniſſon, 1703, fol. *Ephemer. Erudit.* 19. Nov. 1703. *p.* 992. *Mem. Trevolt.* Febr. 1711. p. 209. *Clerici* Bibl. ſelecta *Vol. IX. p.* 337. Act. Lipſ. 1705. p. 388.

Poſt multa variaque opera in locem hactenus abs ſe emiſſa, in Scripturæ randem Sacræ lectione acquieſcere, inque ejus meditatione conſeneſcere decrevit doctiſſimus Autor: Sanctum igitur Evangelium in manus ſumſit, ejuſque expoſitionem continuam, juxta quatuor Evangeliſtarum ductum adornavit, literalem ſenſum primò, ac poſtmodum moralem quoque dilueidans. In literali ſenſu pandendo parallela potiſſimum Scripturæ loca, & SS. Patrum commentarios ſe excuſſiſſe profiterur; venerandamque quam appellat, Traditionem ubiq; ſe præ oculis babuiſſe addit. Vulgatam Verſionem Latinam preſſius ſecutus eſt, quamvis & Græci textùs & Orientalium verſionum vim, ſicubi opus duxit, artingere haud neglexerit. Qoam Eruditos pleroſque viros data dudum opera illuſtraſſe cenſet, Evangeliſtarum concordiam & harmoniam, breviter tantum ſe delibaſſe, nullus diſſimulat. Moralem verò ſenſum non minori, ac literalem illum, induſtriâ proſequendum ſibi venire ratus eſt, quandoquidem Divini verbi prædicatoribus, animarumqua paſtoribus, quibus Evangelium populo explicare ex officio incumbat, conſulere boc pacto decreverit. Veterem namque concionandi tationem, quam Sanctï Patres & antiqui Epiſcopi ſectati ſint, in Eccleſiam revocari optat, ut nimirum totius Evangelicæ lectionis, quam quiſque auditoribus proponit, ſeries explicaretur, ſenſuq; literali, quantum neceſſe eſt, expoſito moralis erueretur, eui præcipue Eccleſiaſtes inſiſteret. Novam namque (& ſuæ fidei ſociis, ut conſtat, admodum familiarem) concionandi rationem, parum probat, quæ unica Evangelii ſententia pro themata aſſumta, extra quam divagetur ut plurimum Concionator, ajuſque ſe velut immemorem in progreſſu ſermonis oſtendat, humanis conceptibus, ingenioſis licèt, ſterilibus tamen & exſuccis, ac alegantious quidem, ſad ſæpius infructuoſis morum humanorum picturia, auditorum paſcat, ſeu potius jejunoa dimittat animos, ac molli eloquentia comtæque orationia ornatu ac leporibus demulceat, non inſtroat, non moveat, non flectat. Quod cacoethes tollere ſe ſtuduiſſe innuit hoc Commentario, quem forte coronidem impoſiturum conjicit operibus ſuis reliquis, cùm ultra ſexagenariam ætatem provectus, laſſeſcere jam incipiat. Cæterùm à famoſis illis *quinque* Propoſitionibus, ab *Innocentio X* & *Alexandro VII* in ſenſu *Janſenii* damnatia bæreticiſque, nuſpiam non ſe abhorrere teſtatur; quanquam à Sanctorum Doctorum *Auguſtini* & *Thomæ* dogmatibus de Gratia per ſe efficaci, & omninò gratuita Sanctorum Prædeſtinatione, aut à ſanioris diſciplinæ moralis defenſiona, na latum quidem unguem ſe deflexiſſe, ſimul affirmet.

Inter varia quæ ad manus habeo *Alexandri* opera, hujus *Commentarii* editionem teneo, quæ prodiit *Trajecti ad Moſam* (vulgò *Maſtricht*), rypis Lamb. Bertus, ann. 1721. *fol.* Novo Indice Concionatorio (ſi titulo fides) aucta eſt, & ab innumeris mendis, ac malis citationibus, quæ in aliis Editionibus irrepſerant, ſummo labore expurgata.

13. *Commentarium Litteralis & Moralis in omnes Epiſtolas S. Pauli & in VII Catholicas.* Rothomagi, Euſt. Herault & Petri le Boucher 1710. fol. 2. Voll. *Ephemer. Erudit.* Maii 1710. p. 546. *Mem. Trevolt.* Febr. 1711. p. 205.

Docet Autor in Prologo, ſe Commenrario in Evangelia publicam in lucem edita, manum è tabulâ ſubducere cogitaſſe, aliis præſertim curis diſtractum, & Monaſticæ Provinciæ regimine ſolido quadriennio occupatum. *Viſitationes* Conventuum remotiſſimorum, quotidiana negotia, annexæ munari ſolicitudines, & neceſſaria ſervitus, eum à Moſæolo ſuo libriſque avulſum detinebant. Sacris tamen ſtudiis aſſuetus, cùm Pariſios luſtratis Provinciæ Cœnobiis redux eſſet, D. Pauli Epiſtolas in manus ſumpſit, & quæ ad earum expoſitionem opportuna videbantur ſubciſivis horis in ſcripta redigebat. Cœptum opus diu abrupit gravis perculoſuſque morbus; ſed priſtinâ valetudine recuperatâ illud reſumpſit, & perfecit eâ methodo, eoque ſtylo & conſilio, quo Commentarium in Evangelia adornavit, ut Paſtorum & Miniſtrorum Eccleſiæ, divinique Verbi Prædicatorum utilitati ſerviret, &c.

MSS. prælo parata, apud Auctorem ſervata, quæ à ſe viſa teſtatur *Echardus*:

14. *Commentarium literalis & moralis in Prophetas Iſaiam, Jeremiam & Baruch* fol. papyr. Et cæteros Prophetas eâdem ratione exponere cogitabat, at ne ulteriùs progrederetur, obſtitit oculorum ſuffuſio.

15. *Bibliotheca Sancta F. Sixti Senenſis Ord. FF. Prædicatorum* recenſita, amendata, notis illuſtrata & aucta *fol. papyr.*

16. *Viridarium* fol. payr. quo continentur *Orationes invitatoria ad Paranymphos*: plures aliæ *ad Clerum Gallic. in Comitiis ejuſdem General.* dictæ: *Ad Magiſtrum Ord. F. Jeannem Baptiſtam de Marinis Epigrammata plura*: *Quarumdam ſanctimonialium Ord. Rotomagenſium, quæ* Immuratæ *dicuntur, Epitaphia. Orationes quadam Gallica Ludovico XIV Regi dicta*, cùm ei ſuorum operum editiones offerret. *Orationes circiter XXIII. in actu Veſperiarum tetidem Ordinis licentiatorum habita.*

Sequuntur Opera linguâ Gallicâ exarata:

17. I. *Abregé de la Foi & de la Morale de l'Egliſe, tirée de l'Ecriture Sainte, en faveur des nouveaux Convertis*, hoc eſt, *Compendium fidei & moralis Eccleſiæ* &c. Pariſiis, Dan. Horthemels, 1686. in 12. Partes II.

Id prudenter caverat *Alexander*, ne cum ullius Scholæ Theologis ſibi eſſet controverſia, quod tamen vitare noo potuit. Editum fuit A. 1696. ab Archiep. Rotomagenſi *Jac. Nic. Colbert*, Mandatum Paſtorale, quo Parochis ſuæ Diœceſia inter alios da Theologiâ morali libros ab ipſia legendos conſulebatur Theologia dogmatica & moralis *Alexandri*. Ægrè tulerunt quidam bunc præ cæteris delectum, ac neſcio quis libellum typis furtivis edidit, cujus titulus:

Difficultez propoſées à Mgr. l'Archev. de Rouen par un Eccleſiaſtique de ſon Diocéſe ſur divers endroits des livres, dont il recommande la lecture à ſes Curés, 1696. in 12.

In hoc libello impognabantur *Alexandri* & quidem ſolius XXII propoſitiones; unde paret huic ſcriptori ſolam *Alexandri* commendationem in Mandato Archiep. diſplicuiſſe, ajuſque bilem moviſſe. Reſpondit itaque *Alexander* libello cui titulus:

18. II. *Eclairciſſemens des pretendues difficultez propoſées à Mgr. l'Archev. de Rouen ſur pluſieurs points importans de la Morale de Jeſus Chriſt*, 1697. in 12.

Eodem tempore Archiepiſcopus litteram paſtoralem edidit hoc tit.

Lettre Paſterale de Mgr. l'Archev. de Rouen au ſujet d'un libelle publié dans ſon Diocéſe, intitulé Difficultez *&c.* in 12.

Quâ litterâ Difficultatum motorem egregiè revincit.

Interea ſuper difficultatibus motis *quinque* prodierunt *Littera* ceu doctrinæ *Alexandri* Apologeticæ, in quarum *alterâ* Ordo Prædicatorum laudabatur eâ potiſſimum ratione, quod gratiæ Chriſti ſe ipſa efficaci, ſaniorique doctrinæ morali aſſerendæ ſemper invigilaverit, idque officium quaſi hæreditarin jure ſibi vindicarit. Titulus:

Lettres d'une Dame de qualité à une antre Dame ſçavante. Montibus 1697. in 12. Quis harum Auctor mihi incompertum.

Has

Digitized by Google

Has laudes S. J. Theologis contumelioſas arbitratus ejuſdem Socius R. P. D. aliunde in *Alexandrum* exaſperatus, quod æquivocationum & reſtrictionum mentalium uſum à ſe acriter propugnatum improbaſſet, *decem* Gallicas ad *Alexandrum* ſcripſit Epiſtolas: *quatuor* primis parallelum inſtituit inter doctrinam moralem Theologorum Dominic. & Jeſuitarum. *Sex* aliis ſimile parallelum inſtituit inter doctrinam de Gratiâ utriuſque Ordinis.

Illis Epiſtolis, exceptâ ultimâ, quæ poſt indictum utrique parti à Rege ſilentium prodiit, *Sex Epiſtolis* ad PP. S. Jeſu directis *Alexander* reſpondit. *Tribus prioribus* doctrinam moralem Theologorum Ord. Prædicatorum à probabiliſmi fermento puram tuetur & vindicat; *tribus poſterioribus* ſophiſmata argutiasve adverſarii refellit, Moliniana inventa planè contundit, SS. Auguſtini & Thomæ dogmata ad litteram accipienda evincit, brevi omnibus eruditis, judice doctiſſ. *Echardo*, in hac controverſia prorsùs ſatisfecit. Nec verò erat cur ad ultimam reſponderet, quæ nihil novi objicit, niſi cramben recoctam ſexcenties confutatam, *prædeterminationem* ſcilicèt *phyſicam* S. Doctoris placitis adverſari. Non omittendum in harum Epiſtolarum quintâ *Alexandrum* retractare, quod Seculo ſuo XIII & XIV dixerat, Syſtema Molinianum à Pelagianiſmi & Semipelagianiſmi errore purum eſſe, & hanc inter Propoſitiones Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ à Cenſoribus Romanis notatas & confixas fatetur unam eſſe: *Senſus Molinæ non eſt Pelagianus aut Semipelagianus.* Harum Epiſtolarum titulus eſt

19. III. *Letres d'un Theologien aux RR. PP. Jeſuites pour ſervir de reponſe aux Letres adreſſées au P. Alexandre par un Religieux de leur Compagnie, où il fait un parallele de la doctrine des Jeſuites & de celle des Thomiſtes ſur la morale & ſur la grace*, hoc eſt, *Litteræ cujuſdam Theologi RR. PP. Jeſuitis, quibus reſpondetur Litteris ſcriptis P. Alexandro à quodam Religioſo eorum Societatis* &c. 1697. in 12.

Interea cùm *Lugduni* in Gymnaſio Societatis 26 Aug. 1697. propugnatæ eſſent Theſes erroribus Theologicæ ſcatentes, non tacuit *Alexander*, ſcripſitque

20. IV. *Lettre à un Docteur de Sorbonne ſur la diſpute de la Probabilité, & ſur les erreurs d'une Theſe de Theologie ſoutenue par les Jeſuites dans leur College de Lion le 26. Aouſt dernier*, Montibus Hannoniæ 1697. in 12.

21. V. *Seconde Lettre à un Docteur de Sorbonne ſur la même matiere*, ibid. in 12. Huic adjunctæ ſunt ipſæ Theſes cenſoriis notis diſpunctæ & confixæ.

Paucis menſibus interjectis P. D. ſuas & *Alexandri* Epiſtolas *Lugduni* novis typis edidit, multis pro arbitrio reſectis, aliiſque additis, quibus & præfationem præfixit, quâ in ea controverſia palmam ſibi vindicabat. Sed nec defuit Scholæ Thomiſticæ ſtudioſus, qui Epiſtolas utraſque puras & integras, quales primò editæ, typis mandavit, ac præmiſſâ præfatione geſtorum ſeriem clarè ac ſimpliciter expoſuit, & uter habendus victor lectoris arbitrio commiſit. Titulus

Recueil de pluſieurs pieces pour la defenſe de la morale & de la grace de J. C. Delphis 1698. in 12. 2. voll.

De Religionis Chriſtianæ ſtatu in vaſtiſſimo Sinarum imperio ſcripſit poſtea *Alexander*, ac modum in Evangelii promulgatione à Miſſionariis Ordinis Prædicat. ab initio ad ſua tempora obſervatum adverſus impugnantes vindicavit & aſſeruit, bis prælo datis:

22. I. *Apologie des Dominicains Miſſionaires de la Chine* &c. 1699. ut habet *Echardus*. Vid. ſup. ubi de ACTIS *Cauſa Rituum Sinenſium* p. 74. n. 9.

Italicè reddita fuit hoc titulo:

Apologia de' Miſſionarj Domenicani della China &c. Colon. Egmond. 1699. in 8.

23. II. *Conformité des Ceremonies Chinoiſes avec l'Idolatrie Grecque & Romaine, pour ſervir de confirmation à l'Apologie des Dominicains Miſſionaires de la Chine, par un Religieux Doct. & Profeſſ. en Theologie*, ibid. 1700. in 12. id eſt, *Conformitas Ceremoniarum Sinenſium cum Idololatriâ Græcâ & Romanâ ad confirmationem Apologiæ Dominicanorum Sinenſium &c.* Vid. *Novell. Reip. Litter.* Oct. 1700. p. 473. *Italicè* reddita prodiit ibid. A. 1701. in 8. cum tit. *Conformita delle Ceremonie Sineſi con la Idololatria Greca e Romana* &c.

24. III. Septem poſtea Epiſtolas de iiſdem ritibus Sinenſibus ad varios Patres S. J. eodem anno & ibid. editas dedit.

1. *Lettre d'un Docteur de l'Ordre de St. Dominique ſur les Ceremonies de la Chine au R. P. Le Comte de la Comp. de Jeſus, Confeſſeur de Mad. la Ducheſſe de Bourgogne* in 12. ſive *Epiſtola Doctoris cujuſdam Dominicani de Ceremoniis Sinarum ad R. P. Comitem Soc. Jeſu* &c. Vid. *Novell. Reip. Litter.* Jac. Bernardi, *Aug.* 1700. p. 229. & *Oct.* p. 373. &c.

2. *Lettre au même ſur ſon Syſtême de l'ancienne Religion de la Chine.*

3. *Lettre au R. P. Dez Provincial des Jeſuites* 12.

4. 5. 6. 7. Ad eundem. Vid. *Novell. Reip. Litter.* Nov. 1700. p. 592. 594.

Prodierunt etiam Italicè hoc titulo:

Lettere intorno alle Idolatrie e Superſtitioni della Sina Colon. 1700. in 8.

Hic addit *Echardus* (Tom. II. p. 813.) controverſias illas Sinicas finitas fuiſſe præcepto *Clementis* Papæ *XI.* dato Romæ 19. Mart. 1715. quo ritus à Sinis agi ſolitos ſuperſtitioſos nec neophytis permittendos declaravit. Reliquum eſt, inquit, ut ab omnibus Miſſionariis eâ quâ par eſt reverentia ſuſcipiatur, & ei ad amuſſim obediatur.

* De *Alexandro* præter cit. videri poſſunt *Elias Du Pin* de Auctoribus Sec. XVII. *Part. V. p.* 173. *in* 8. Rich. Simon *Critica hujus Bibliothecarii* Tom. II. p. 413. &c.

ALEXANDER *Neckam.* Vid. NECKAM.

ALEXANDER (*Petrus*) Belga, Atrebas, Carmelita, Theol. Doctor Sorbonicus, claruit 1554. Hujus ex *Friſio* memorat *Longus* p. 603.

1. *In Epiſtolam Pauli ad Romanos* lib. I.
2. *In Epiſtolas binas ad Corinthios* lib. I.

ALEXANDER *Sommerſetienſis.* Vid. ſup. *Eſſebienſis.*

ALEXANDER *de Villa-Dei.* Vid. Litt. V.

ALEXANDER III Pontifex Romanus. Hic addenda quæ ſupra (*p.* 255 *in medio col.* 2) omiſſa eſt notatu digna Imperatoris *Friderici* reſponſio ad verba hujus Pontificis *Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis* &c. Dicunt nimirum, læſum Imperatorem in ipſum illud intorſiſſe, *Non tibi, ſed Petro*; cui repoſuerit Pontifex, *Et mihi & Petro.* * Vid. *Pagi* Breviar. *Tom. III. p.* 102.

ALEXANDRIA (*Alexander de ſeu ab*) Ord. FF. Min. Barcinone inſignia Doctoratûs acceptus, ab anno circiter 1300 claruit, qui ex Miniſtro Genuæ ann. 1313. Generalis Præpoſitus Ordinis electus eſt à *Clemente* Papa *V.* obiit A. 1314. (non 1304 ut habet *Longus* p. 602.) Sepultus eſt Romæ apud Aram Cœli. Vir, judice *Trithemio* cap. 536. in divinis Scripturis eruditiſſimus, & in Philoſophiâ Ariſtotelicâ nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, ſenſu & intellectu profundus.

SCRIPTA:

1. *Commentar. in Magiſtrum Sententiarum* MS. in Bibl. Card. Beſſar. Veneta, plut. X. ubi MSS. Codices Auctorum qui in Sententias commentati ſunt.
2. *In Eccleſiaſticum, in Iſaiam & Tobiam.*
3. *Poſtilla in Evangelium Johannis*, quæ incipit *Annunciabo tibi* &c. inter MSS. Codd. Bibl. S. Antonii Patav.

4. *Poſtilla*

4. *Poſtilla in Epiſt. D. Pauli ad Romanos*, ibid.
5. *Quæſtiones Quodlibeticæ.*
6. *Tractatus de Uſuris* &c. * Vid. *Geſner* fol. 23. b. *Poſſevin.* p. 31. *Oudin.* Tom. III. p. 740.

Alii ſunt *de Alexandria* dicti ſub tit. GREGORIUS, NICOLAUS, THOMAS.

ALEXANDRINUM Concilium I circa annum 230, ſub *Demetrio* Alexandriæ Epiſcopo, in cauſâ *Origenis* collectum. *Origenem* Athenas profecturum Literis commendatitiis ornaverat *Demetrius*; cùm verò per Palæſtinam tranſiret, à *Theoctiſto*, ſive *Theocteno* Cæſarienſi, & *Alexandro* Hieroſolymitano Presbyter ordinatus eſt. Factum improbavit *Demetrius*, hominem ſibi ſubditum, ab alienæ Provinciæ Epiſcopis ordinari. Hinc amor ei in odium vertitur, laudes in vituperium; & coactâ mox Epiſcoporum & Presbyterorum Synodo, decretum eſt, Alexandriâ quidem pellendum *Origenem*, neque in eâ verſari, aut docere permittendum, Sacerdotii tamen dignitate nequaquàm ſubmovendum. Verùm his non contentus *Demetrius*, habitâ paulò poſt alterâ Epiſcoporum Ægyptiorum Synodo, ipſum quoque ſacerdotii honore exuendum decrevit. Et cùm nihil haberet, cujus ipſum accuſaret, facinus illud quod adoleſcens olim patraverat, caſtrationem nempe, graviſſimè ei objecit. Nihilominus ſententiæ Synodali totus penè orbis conſenſit. Hæc apud *Caveum* (a) refert *Pamphilus* martyr *Apol. pro Orig.* ap. *Phot.* cod. 118. p. 297. Confer quæ habent *Euſeb.* lib. VI. n. 8. & 23. *Hieron.* l. II. in *Rufin.* c. 5. & *de Script.* c. 54. 62.

Doctus Benedictinus R. P *Cellerius* (b) duo hæc adverſus *Origenem* Concilia anno 231 celebrata fuiſſe tradit.

(a) *Hiſt. Liter.* p. 99. (b) *Hiſt. gener. Auctorum Sacr. & Eccleſiaſt.* Tom. III. p. 573. 574.

ALEXANDRINUM Concilium II circa annum 308, ſub *Petro* Alexandriæ Epiſcopo, in cauſâ *Meletii* celebratum: quo, *Meletius* Epiſcopus Lycopolitanus, multorum quidem criminum reus, imprimis quod idolis ſacrificaſſet, ἐν Κοινῇ Συνόδῳ τῶν Ἐπισκόπων, *in communi Epiſcoporum Concilio* depoſitus eſt, homine mox in apertum ſchiſma erumpente; ut diſertè tradit, qui rem geſtam neſcire non potuit, ipſemet *Athanaſius* Apol. II. p. 603. *Diſp.* 2. *contr. Arian.* pag. 136. Conſona habet *Patricius Atatſius*, ſcriptor quidem penitùs ignotus, *lib.* quem *Oceanum* cognominavit. Ex quo Fragmentum adducit *Libelli Synodici* auctor p. 14. (a).

Concilium hoc ad ann. 306 referunt *Baronius*, *Elias du Pin*, aliique; *Cellerius* verò ſup. cit. *p.* 670. ad ann. 300 vel 301 aſſignari vult.

(a) *Cave* p. 222.

ALEXANDRINUM Concilium III, ſub *Alexandro* Alexandriæ Antiſtite, omnibuſque Epiſcopis Sedi Alexandrinæ ſubditis, adverſus *Arium* hæreſin ſuam recens evomentem, circa annum 315 juxta *Baronium* habitum. Extat *Alexandri* hâc de re *Epiſtola* apud *Theod.* lib. I. cap. 4. pag. 9. Confer *Epiphan.* Hæreſ. 68. 69. (a). Ad annum 322 revocat *Elias Du Pin.*

(a) *Cave* p. 223.

ALEXANDRINUM Concilium IV, ab *Alexandro* omnibuſque Ægypti Epiſcopis, unà cùm *Oſio* Cordubenſi, eo à *Conſtantino M.* cum litteris miſſo, in cauſa *Arii* circa an. 324. (a) non (quod vult *Baronius*) anno 319 habitum. In hâc etiam Synodo, *Collythus* Presbyter Alexandrinus, qui Epiſcopale munus ſibi arrogaverat, dignitate ſua deturbatur. Vid. *Athan.* Apol. *p.* 614. 616.

(a) *Cave* ubi ſup. *Du Pin* ad eund. annum. Vid. & *Baſnag.* inf. cit. *p* 689. §. XVI.

ALEXANDRINUM Concilium V, ab *Athanaſio* jam ab exilio reverſo, unà cum Epiſcopis ſuis numero ferè C. anno 339 (a) habitum. In quo cauſa *Athanaſii* ſub examen revocatur, ejuſque innocentia adverſus tùm veteres, tùm novas adverſariorum calumnias pleniſſimè vindicatur. Extat *Epiſtola Synodica* prolixa apud *Athan.* Apol. II. p. 562. & Conc. Tom. II. p. 533.

(a) *Cave* p. 225. *Du Pin* ad ann. 340. ut & *Baſnagius* in Annal. *Tom. II. p.* 772. §. *VI.*

ALEXANDRINUM Concilium VI, A. 362 ab *Athanaſio*, jam ab exilio reverſo, plurimiſque Epiſcopis ex Ægypto, Lybiâ, Arabiâ, & Italiâ congregatis, habitum. In hâc Synodo ſancitum eſt, Spiritum S. Patri & Filio eſſe conſubſtantialem, Chriſtum reverà naturam noſtram ex carne, & animâ rationali conſtantem in ſe recepiſſe, voces οὐσίας & ὑποστάσεως, quæ piorum mentes toties turbaverant, eſſe accuratè diſtinguendas, & Nicæni Symboli terminos potiùs uſurpandos: Denique cum iis qui ſub *Conſtantii* regno, cum Arianis incautè communicaverant, mitiùs agendum eſſe, & peractâ pœnitentiâ ſedibus ſuis eſſe reſtituendos. Extat Græc. Lat. Epiſtola Synodalis ab *Athanaſio*, ſaltem ſuo nomine, perſcripta ad Antiochenos apud *Athan.* Tom. I. pag. 447. & Conc. Tom. II. pag. 809. Confer *Socr.* lib. III. cap. 7. pag. 174. *Sozom.* lib. V. cap. 12. pag. 612. *Rufin.* lib. 1. cap. 28. 29. p. 236. His addi poſſunt, quæ habet Auctor Vitæ *S. Euſebii Vercellenſis* apud *Ughel.* Ital. Sacr. *Tom. IV. col.* 1044. * *Cave* p. 230. *Du Pin* in Concil. Sec. IV. *Baſnag.* ſup. cit. *p.* 873. *§. XV.*

ALEXANDRINUM Concilium VII, ann. 363 ab *Athanaſio* & Epiſcopis ſuis habitum. In quo Fidem Catholicam *Joviano* Imp. accuratè exponunt. Extat Græc. Lat. *Epiſtola Synodica de Fide* ad *Jovianum* apud *Athan.* Tom. I. p. 398. *Theod.* lib. IV. cap. 3. pag. 152. *Conc.* Tom. II. pag. 813. Singularis eſt Cl. *Valeſii* conjectura, Epiſtolam hanc ab *Athanaſio* non Alexandriæ, ſed Antiochiæ ſcriptam eſſe, quod neutiquam mihi probabile videtur; etſi illam in Synodo Alexandrinâ dictatam, ab *Athanaſio* & Coepiſcopis Legatis *Joviano* Antiochiæ oblatam eſſe facilè conceſſerim; quod ipſius Epiſtolæ titulus ſatis indicat. Hæc *Caveus* ubi ſup.

ALEXANDRINUM Conciliom VIII, anno 399. (a) vel ut *Pagius* 401. ſub *Theophilo* habitum. In quo, *Origenes* ejuſque Diſcipuli, & Sectatores damnati ſunt. Epiſtolæ Synodicæ hujus Concilii Fragmenta quædam non contemnenda habet *Juſtinianus* Imp. *Tract. adverſ. Origen. Error.* Concil. Tom. V. pag. 660. Multis hac de re agunt *Hieronymus Palladius* in Vita Chryſoſtomi, *Socrates*, *Sozomen.* & nos alibi plura.

(a) *Cave* p. 236 *Du Pin* ad eund. ann. Ipſe tamen *Caveus* ad ann. 400. reponit, ubi de *Theophilo* agit.

ALEXANDRINUM Concilium IX, à *Cyrillo* in Cauſâ *Neſtorii* anno 430 habitum. Acceptis *Cæleſtini* litteris & coactâ Synodo, Legati quatuor cum litteris, & XII Anathematiſmis CPolim, præcipuè ad *Neſtorium* miſſi ſunt, præſcripto ei decem dierum ſpatio quo hæreſin ſuam ejuraret. Extant Epiſtolæ Synodicæ cum Anathematiſmis, Conc. Tom. III. p. 396. 420. * *Cave* p. 306. *Du Pin* Tom. IV. p. 290. in 4. in Hiſt. Concil. I. Epheſ.

ALEXANDRINUM Concilium X, anno 633. à *Cyro* Patriarchâ Monothelitâ coactum. In quo, ſub ſpecioſo unionis prætextu ad hæreſin Monotheleticam ſtabiliendam viam ſtravit. Extant *Acta* & *Epiſtola Synodica*, cum IX *Capitulis*, Conc. VI. Act. XIII. Conc. Tom. VI. p. 950. * *Cave* p. 395. Conf. *Du Pin* Tom. VI. p. 58. in Hiſt. Concil. Lateran. adverſus Monothel.

ALEXANDRINA Synodus Orthodoxorum à *Poſſevino* (Appar. Sacr. *p.* 38.) memorata, A. D. 453. vel circiter congregata à *Proterio* Alexandrino Epiſc. in quâ actum, ut ad catholicam communicationem oblatâ profeſſione redirent qui hactenus ob hæreſim Eutychianam ſeparati fuiſſent.

* De Alexandrinis Conciliis videri poteſt *Morerii* Lexic. *Abbas Floriacenſis* Hiſt. Eccleſiaſt. Tom. III. aliique, ut Conciliorum Collectiones ſilentio præteream.

ALEXAN-

ALEXANDRINUS, Vid. CLEMENS, DIDYMUS, THEOPHILUS &c.

ALEXANDRINUS Civitatenſis, Gallus, Capucinus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Concionator eruditus, & probitate morum laudabilis. EDIDIT Gallicè

Opuſculum de Theologiâ Myſticâ, in quo agit de triplici vita, purgativa, illuminativa, & unitiva *in* 8. * Bibl. Script. Capuc. *p.* 3.

ALEXANDRIS (*P. D. Cajetanus*) Clericus Regularis, SS. Theolog. Profeſſor, librum SCRIPSIT cui tit.

Confeſſarim Monialium, commodâ, brevi, & practicâ methodô inſtructum, circa earum Obligationes, Privilegia, & cætera ferè omnia ad hanc materiam ſpectantia. Prodiit Editio prima in Germania (pluribus locis locupletata) *Coloniæ* apud Henr. Rommerskirchen, ann. 1728. in 8.

Diſſerit Auctor in hoc Libro (quem teneo) de Monialium Conſecratione, ac Obligationibus ratione ſtatus; de Puellarum receptione ad habitum; de Voti Paupertatis Obligatione; ut & Voto religioſæ caſtitatis; de Monialium ſubjectione erga Superiores ex vi Voti Obedientiæ; de præcipuis earum Obligationibus, ſcilicet quoad Clauſuram, ut quoad electionem Abbatiſſæ; de earumdem Privilegiis; ac ultimò de particularium Monialium obligationibus, & privilegiis.

F. ALEXANDRIS (*Gabriel de*) vernaculè *Aleſſandri*, Ord. FF. Prædic. gente Italus, Bergomas patria & profeſſione, claruit ſub finem Seculi XVI. Juniorem adhuc Lectorem Theſes publicas de univerſa primâ parte S. *Thomæ* tanto cum plauſu defendiſſe ferunt, ut Sac. Theol. Magiſterii lauream exinde reportarit. *Pio V* (non *Pio IV*, ut ſcribit *Calvus*) gratus & commendatus, ad inſulam Galeſinam promotus fuit 26 April. 1566. Eccleſiam hanc *Fontana* conſtituit in Sardinia ſub Arboreuſi (vulgò *Oriſtagni* urbs Archiepiſc.) quod improbat *Echardus*, niſi, inquit, velit eſſe Lezenſem vulgò *Alex*, cui adjunctæ Uzellæ, quæque corruptè dicta ſit Galleſina. Sed credit iſte potius eſſe Freſcenniam (lege *Feſcenniam*), quæ & Galleſium & oppidum in Tuſcia ad Tiberim ditionis Pontificiæ, cujus Epiſcopatus civitati Caſtellanæ alias adjectus ab *Alexandro VI.* diſjunctus fuit à *Pio IV.* ann. 1562. Anno tamen 1569. in eandem ſocietatem redire compulſus, ut narrat *Ughellus* Ital. Sac. *Tom. I. col.* 635. Si hujus Eccleſiæ, ut veriſimillimum cenſet *Echardus*, Antiſtes fuit *Gabriel*, paucis annis eam ex dictis regendam habuit. Hinc à *Chriſt.* Cardinali *Madruccio* ſuffraganeus allectus, dum ille varias pro Summis Pontificibus ac Rege Catholico legationes obiret, *Gabriel* Eccleſiam Tridentinam diligentiſſimè adminiſtrabat. Obiit ann. 1595 menſe Sept. teſte *Calvo* citato, qui & in ejus laudem Epigramma Italicum, ſeu carmen quod vulgò *Sonnetto* dicunt, à *Joanne Albano* Academiæ Principe, quam vocant *Eccitata* compoſitum refert, ut & ſequentia OPERA ab eo edita:

1. *De Candelarum aliarumque rerum ſenſu carentium benedictionibus, adverſus hæreticos* brevis Diſputatio. *Mediolani* 1588. typis Jacobi Piccalia.

2. *De Domini reſurrectione* Diſputatio, in quâ explicatur ea ſententia *Noli me tangere* &c. Ibid.

3. *S. Maximi Martyris & Monachi, de duabus Chriſti voluntatibus & actionibus cum Pyrrho CPolitano Patriarchâ* Diſputatio.

4. Ejuſdem ad *Marinum* Presb. *quòd poſt reſurrectionem, Dei Sanctorumque voluntas una futura non ſit.* Uterque tranſlatus è Græco ab eo Latinè redditus, *Mediol.* apud eund. 1588. *Sixto V* nuncupatus.

5. In *Chriſtoph.* Card. *Madruccii* Epiſcopi Principiſque Tridentini ac Brixienſis funere *Oratio*. Ibid. 1588.

* Vid. *Script. Ord. Prædic.* Tom. II. p. 314.

ALEXANDRO (*Sebaſtianus ab*) ſeu d'*Aleſſandro*, Regienſis in Calabria ulteriore, Carmelita, per plures annos Regens Præfectus, Theologiæ Lector in Conventu *del Carmine Maggiore* Neapol. & Vicarius Generalis ab ann. 1656. ad 1660. per ſex annos, deinde Adjutor Generalis Italiæ, demùm ann. 1671 Rubienſis Epiſcopus (de *Ruvo*) in Agro Bariano (de *Bari*) Regni Neapolitani, præter plurimos quos EDIDIT Panegyricos, dedit in lucem

1. *Libram penſilem de numero Prædeſtinatorum & Reproborum.* Romæ, typis Ægid. Gezzi, 1671. in 4.

2. *Apologiam & Orationem pro Carmelitis.* * Toppi *p.* 276.

ALEXIANI Fratres Stum *Alexium*, qui prima nocte nuptiarum ſponſam relinquens, peregrinationem ſuſcepit, & apud Edeſſam Syriæ urbem in Xenodochio ſervierat, ut Patronum colunt Bruxellis, Antverpiæ, Lovanii, Mechliniæ, Coloniæ & alibi apud Belgas & Germanos. Dicuntur etiam *Cellitæ* fortaſſe à Cellis, quas incolunt: nullis Sac. Ordinibus initiati tumulandis mortuorum cadaveribus operam impendunt, & furioſis ac peſte infectis inſerviunt. Auctor eorum fuiſſe quidam *Tibus* dicitur ſub ejus imagine, quæ Antverpiæ cernitur. Incertâ regulâ, & ſine ullâ religioſi profeſſione floruerunt circa annum 1300. Poſtea *Pius II* anno primo ſui Pontificatûs decrevit, ut Religioſorum vota profiterentur, Conſtit. datâ ann. 1459. die 3 Jan. idcirco duodecim ex illis Antverpiæ vota emiſerunt coram P. Priore Conventûs Mechlinienſis ann. 1461. ut narratur in libello Flandrico, impreſſo ann. 1637. in quo eſt Conſtitutio *Sixti IV* anni 1472. quâ illi præſcribitur Regula S. Auguſtini, & privilegia conceduntur, quæ *Julius II* & *Urbanus VIII* confirmarunt. Nigra utuntur veſte, cum Pallio parum ultra genua extenſis, capurio rotundo caput contegunt, ut imago demonſtrat apud *Bonann.* Tom. I. art. 58.

Cæterum Sanctus iſte *Alexius* natus creditur Romæ circa ann. 350. nobilibus parentibus *Euphemiano* & *Aglaide*: Sed fabuloſa videtur ejus hiſtoria. Colitur tamen apud Græcos 17 Mart. apud Latinos 17 Jul. Vid. *Adr. Baillet* ad hunc diem. Facetior eſt *Moretii* narratio.

ALEXIS (*Guillelmus*) vulgò dictus Monachus Lyranus (*a*) Prior Monaſterii *de Buſſy* in Provincia Perticenſi. SCRIPSIT

1. *Le Dialogue du Crucifix, & du Pelerin.* Pariſ. 1486. per Rubinet Macè, & Rothomagi in 4. abſque anni mentione.

2. *Le grand Blaſon des fauſſes amours.* Pariſ. in 16. abſque anni mentione: dubium an ejuſdem ſit.

3. *Le Contreblaſon des fauſſes amours: autrement le Grand Blaſon d'amours ſpirituelles* &c. Liber ſcriptus in honorem Regis *Ludovici VII.* Pariſ. in 8.

4. *Carmina quædam in honorem B. V. M.* Pariſ. Rothomagi & Cadomi *in* 4. abſque anni mentione.

5. *Le Paſſetemps du Prieur de Buſſy & de ſon frere le Cordelier parlant chacun en 4. lignes ou rime.* Rothom. *in* 8.

6. *Speculum Monachorum*: ibid.

7. *Le Martyrologe des fauſſes Langues & la Chapitre general d'icelles, tenu au Temple de Danger*: &c. ibid. in 4.

Hæc omnia verſibus Gallicis ſcripta ſunt. * Vid. *La Croix Du Maine* & *Du Verdier* in Bibl. Gall.

(a) *Lyra* ſeu *Lire* Cœnobium eſt oppidi hujus nominis in Normannia, novem leucis ab Ebroicis diſtans, Gallicè *Evreux*.

ALEXIUS I. Imperat. Orientis. Vid. COMNENUS.

ALEXIUS *Ariſtenus*, natione Græcus, dignitate Nomophylax, (id eſt Legis cuſtos,) Magnæ Eccleſiæ CPolitanæ Oeconomus, quem τὸν ἔντιμον ἐκεῖνον κῦρον (*honore dignum dominum*) non in uno loco vocat *Balſamon*, claruit ab anno circiter 1130. Anno 1166 CPolitanæ Synodo interfuit, & de Jure Canonico inibi conſultus, adverſus *Nicephorum* Patriarcham Hieroſolymitanum, Concilii Trullani Canonem XXXVIIum protulit. Rectè ergo, inquit *Oudinus*, circa ann. 1140 vel 1150 *Collectionem Canonum* quandam compoſuit, ſeu *Synopſim*, quam ſub *Ariſteni* nomine

mine Gr.Lat.ex fide Cod. MS. 1929. Bibl. Reg. Gall. edidit *Chriſt. Juſtellus* in Bibl. Juris Can. Vet. *Tom. II. p.* 673. Hæc Synopſis compendio refert Canones Apoſtolicos LXXVII. Nicænos XXIV. Ancyranos XXVI. Neocæſarienſes XV. Gangrenſes VI. Antiochenos XXV. Laodicenos XLVII. CPolitanos VIII. Epheſinos VII. Chalcedonenſes XXXI. Sardicenſes XXI. Africanos XXII. Trullanos XCI. Ex S. Baſilii Epiſt. I. Canones XVIII. Ex Epiſt. II. Canones XXXIV. Ex Epiſt. III. Canones XVIII.

Eandem autem *Synopſin* cum Scholiis, quæ notis illuſtrata ſunt, edidit Gr. Lat. *Guill. Beveregius* in Pandect. Canonum, *Oxonii* 1672. fol. Ibi arbitratur ille quidem *Synopſin* iſtam, eſſe *Alexio Ariſteno* longe antiquiorem, *Scholia* autem in eandem Græca quæ ille produxit, ab *Ariſteno* in eandem eſſe conſcripta. Sed cùm illa *Synopſis Canonum* in MSS. Regiis, diſertis verbis *Alexio Ariſteno* tribuatur, nullatenus ipſo antiquior eſſe videtur; *Scholia* autem in eandem conſcripta, recentioris alicujus auctoris ſunt. Extat inter MSS. Codd. Bodl. Cod. 221. *Alexii Ariſteni Nomocanon, ſive Commentarius in Canones & Epiſtolas Canonicas*, & in Bibl. Lugd. Bat. inter MSS. Codd. ab hæredibus *Iſaaci Voſſii* emptos, Cod. 29. *Nomocanones Alexii Ariſteni.* Dictas *Expoſitiones Canonum* MSS. quoque extare in Codd. Bibl. Hiſp. S. Laurentii Scorialenſis meminit *Labbeus* in Suppl. X. Bibl. novæ *p.* 386. * Conf. *Oudin.* Tom. II. p. 1300. *Cave* ad A. 1166. *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. XI. p.* 43. 46.

F. ALEXIUS ſeu ALESSI (*Auguſtinus*) gente Italus, Genuenſis, Ord. Prædic. clarus Florentiæ A. 1616. Sac. Theologiæ Magiſter, undecumque doctiſſimus, è Latino Italicè dedit

1. *Compendio della dottrina ſpirituale, raccolto in gran parte da varie ſentenze de' Padri per F. Bartholomeo de Martyribus dell'Ordine de' Predicatori* &c. Genuæ, Joſ. Pavoni, 1616 (*a*) vel 1618. (*b*) in 12.

Ibidem poſt quinquennium (ſcilicet A. 1623.) eodem idiomate evulgavit

2. *Vitam, mortem & miracula B. Ambroſii* Senenſis, Dominicani.

(a) *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 403.
(b) *Oldoini* Athen. Liguſt. p. 60.

ALEXIUS ſive ALESSIO (*Joannes Baptiſta*). Duo hujus nominis Autores memorantur; unus apud *Orland.* in Script. Bonon. *p.* 152. his verbis:

Gio: Bat. Aleſſi Minor Conventuale di S. Franceſco, Capo della Congregazione dei Suffragi, eretta nella Chieſa di S. Franceſco di Bologna, ſotto la protezione di M. V. Incoronata, e di S. Antonio di Padova. Corona prima, che contiene le Prediche delle lodi di detto Santo, del P. Onofrio dei Cherici Minori, e le Poeſie Latine, e volgari di molti inſigni Virtuoſi. Bonon. 1636. per il Monti in 4.

De altero ſic *Nic. Toppi* Bibl. Neapol. *p.* 128.

Gio. Bat. d'Aleſſio, da Monte Corvino, Lettore Generale, e già Miniſtro Provinciale di Principato, dell' Ordine de' Minori oſſervanti, ha dato alle ſtampe

Meditationi per tutti li giorni dell anno. Neap. Agoſt. di Tomaſi 1667. in 8.

ALEXIUS Melfitanus in Regno Neapolitano Epiſcopus, claruit A. 1512. quo *Julii I* Pontificis juſſu Concionem ad Concilii Lateranenſis Patres, ſeſſionem tertiam 3 Non. Dec. celebraturos, habuit, *de ratione Synodorum habendarum optimâ, & concordiæ neceſſitate.* Extat unà cum *Epiſtolâ*, quâ *Julium* muneris peracti certiorem facit, *Concil.* Tom. XIV. p. 83. teſte Cl. *Wharton* App. ad *Caveum.*

ALEXIUS Nicææ Metropolita, compoſuit *Cantica Eccleſiaſtica in S. Demetrium Martyrem*: Incipiunt, Τὴν γλῶτταν μου τεχνῶσον. &c. Habentur in Bibl. Vindob. Cod. Theol. 187. fol. 6. * Hæc *Caveus* in Diſſert. de Script. Eccleſ. incertæ ætatis.

F. ALEXIUS (*Nicolaus*) Umber, patriâ Peruſinus, Ord. FF. Prædic. an. 1535. ætat. 20 Canonicus Eccleſiæ Peruſinæ jam deſignatus, à ſuis fugit, & Ordinem amplexus eſt Florentiæ in Conventu S. Marci. Vir à Sodalibus multùm laudatus, Orator ſacer, facundus, & vehemens, quem Summi Pontifices *Paulus III* & *IV* apud ſe dicentem ſæpius & cum guſtu audierunt & laudarunt: feruntque conciones ubi per Quadrageſimam Peruſii habuiſſet, adeo efficaciter adverſus libidinem detonuiſſe, ut complures ad meliorem induxerit frugem, auctorque fuerit *Fulvio* Cardinali *Corneo* Perunino Epiſc. domûs refugii ſeu pœnitentium puellarum erigendæ, quibus & regulas præſcripſit. Philoſophus & Theologus primi nominis, Scholas diutius rexit, ipſumque Gymnaſium Peruſinum primarius Moderator, ubi & F. *Michaelem Bonelli* Pii V ſororium ac poſtea Cardinalem auditorem habuit, hincque curante diſcipulo plures illi ab avunculo inſulæ delatæ fuerunt, ſed quas conſtantiſſimè recuſavit, eas malens in aliis revereri, quam ſub iis ſudare: Quæſitor fidei generalis Peruſii & per totam Umbriam inſtitutus anno 1566 officii ſui munia diligentiſſimè implevit. Poëtam etiam non vulgarem fuiſſe probant ejus opera. Inquiſitoris munus egit ad mortem uſque, quam obiit Peruſii non ſine fama ſanctitatis, 28. Febr. 1585. ætat. 70. nam qui ann. 1583. mortuum dicunt, emendari vult doctiſſ. *Echard.* qui de illo plura *Tom. II. p.* 273.

SCRIPTA:

1. *Baſiliadu Lib. IV.* i. e. Libri IV *Regum*, carmine heroico. MS. Peruſii ſervatum αὐτόγραφον.

2. *SS. ac BB. ſui Ordinis Vitæ ad ann.* 1577. *carmine heroico cantata*, inter quas eſt *Vita B. Columbæ Reatinæ*: Item MS. Peruſii αὐτόγραφον.

3. *De peſtilentia morbo Carmen.* Peruſii 1576. typis excuſum vidit *Oldoinus*, qui de eo in *Athen. Auguſt.* p. 249.

4 *Carmina in laudem libri F.* Coſmæ Roſſelii *Florent. Ord. Præd.* hoc tit. *Artificioſa memoria theſaurum*, &c. cum eodem edita, *Venetiis* 1579. in 4.

5. *In libros Joſue, Judicum & Ruth animadverſiones.* Oratione ſoluta dicunt *Jacobillus* & alii: ſed carmine potiùs redditas putat *Echardus*, quòd *Razzius* dicat præter libros Regum, & alios Scripturæ libros ſtrictâ oratione ceciniſſe.

Hæc verò Proſaica.

6. *Tract. de SS. Trinitate, de ſummo bono & de Euchariſtia.*

7. *In Logicam & Philoſophiam Ariſtotelis Comment.*

8. *Concionum Volumina II.* Hos ſermones non eſſe in rerum naturâ dixit *Alva*, Sol. Verit. *Rad.* 249. col. 1606. quia à ſe non viſi: attamen quin eos ſaltem MSS. reliquerit *Alexius*, non dubitat *Echardus.*

ALEXIUS Presbyter & Cartophylax Corcyræ, cujus *Orationes in varia S. Scripturæ loca* Græcè excuſas memorari in Bibl. Saraziana *pag.* 21. inter libros in 4. teſtatur Cl. *Fabricius* Bibl. Græc. *Tom. X. p.* 474.

ALEXIUS (*Simon*) quem *Lipenius* Tom. II. p. 499. perperam *Sigiſmundum* vocat, SCRIPSIT circa medium Sec. XVI.

De Origine Dei Miſſatici, quondam in Anglia mortui, nunc denuò ab inferis excitati, Dialogos VII, in quibus puriſſimi Sacræ Scripturæ fontes, ad impuriſſimas Scholaſticæ doctrinæ lacunas collati, non tantum verum Cœnæ Dominicæ uſum oſtendunt, ſed etiam impium Miſſæ Papiſticæ abuſum patefaciunt. Librum teneo, impreſſum ann. 1558. in 8. ſine loci nomine, *Genevam* apponit *Lipenius* abſque anni mentione. Ex præmiſſâ anonymi Typographi ad Lectorem Epiſtolâ colligitur Autorem fuiſſe ex Pontificio Verbi Divini Miniſtrum, qui hos Dialogos non edendi quidem cauſâ olim Londini ſcripſerat, ſed ut *Thomæ Cranmeri*, apud quem tum agebat, mandato ſatisfaceret: Totius libri Summam hîc referre juvat.

» *Dialogus I* continet ſolennem Concionem cujuſ-
» dam Doctoris Oxonienſis inſignis Papiſtæ habitam
» Londi-

Digitized by Google

» Londini ad crucem S. Pauli, poſt mortem Regis Angliæ *Eduardi VI*, præterea regulam, ad quam debent examinari omnes Conciones & interpretationes Sacræ Scripturæ, antequam recipiantur ab Eccleſia Dei. Deſcribit ſimiliter ex Prophetia *Danielis*, mores, vitam & doctrinam ipſius Antichriſti, & miniſtrorum ejus: oſtendens quare nominatus ſit Papa, quo jure, aut titulo poſſideat omnia mundi regna: cum reſponſion ad quæſtionem: an fidelibus liceat Sacris Papiſticis intereſſe, & eorum Sacramentis communicare? quod negatur.

» *Dialogus II* habet repugnantiam inter doctrinam Papiſticam de novo Deo in Miſſâ Papiſticâ colendo, & fidei catholicæ aſſertiones; ſimulque docet quis ſit character ſacerdotalis, ſive poteſtas conficiendi illius novi Dei: Quales ſint Sacerdotes Papiſtici, & quare contra ordinationem Chriſti ſint ab Antichriſto ordinati: Ex quibus lacunis hauſerint poteſtatem conficiendi novi Dei, & ad ſe ſolos pertinere aſſerant: & quâ virtute Chriſtum Cœlo prolatis quinque vocibus deducant.

„ *Dialogus III* continet quæſtionem illam nuper inventam de Tranſubſtantiatione & poteſtate convertendi panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti: an ſcilicet Eccleſia potuerit hunc novum articulum condere abſque verbo Dei, & ſtatuere ut qui huic articulo non crediderint, ſint ab Eccleſia rejiciendi & hæretici judicandi: Præterea, an corpus Chriſti ſit in Miſſa Papiſtica adorandum, & quale ſit: & quàm abominandum coram Deo ſit illud Papiſticum Miſſæ ſacrificium: qualis & quanta ſit differentia inter fidem Chriſtianam, quæ pacatam & certam de æterna ſalute reddit hominum conſcientiam & fidem Papiſticam, quam Maoziniſtæ dicunt ad cultum novi Dei & ad intelligentiam myſteriorum ejus eſſe omninò neceſſariam.

» *Dialogus IV* continet controverſiam illam quæ eſt inter Papiſtas quæſtionarios de quantitate materiæ tranſubſtantiandæ: an ſcilicet Papiſticus Sacerdos ferens characterem beſtiæ, poſſit omnem materiam panis, vini & præſentem tranſubſtantiare, & in verum corpus & ſanguinem Chriſti convertere: & de abſurdis quæ ſequuntur ex illa opinione: propter quæ magiſtratus fidelis, ad quem jure divino pertinet verum Dei cultum promovere, ſuamque provinciam, quam nactus eſt, à malis hominibus purgare, meritò deberet tales tranſubſtantiatores & novorum Deorum factores à ſuis ditionibus expellere, & ſuam ſpartam à talibus inutilibus terræ ponderibus exonerare.

» *Dialogus V* continet alteram quæſtionem, an licuerit Sacerdotibus Papiſticis formæ Sacramentorum aliquid addere, aut minuere, per rationes quas allegant, ut populo perſuadeant ſibi hoc licere facere, quemadmodum auſi ſunt temerariè laicos quos vocant, vano quodam prætextu à communione utriuſque ſpeciei excludere.

» *Dialogus VI* continet quæſtionem quæ movetur inter Sophiſtas: an ſcilicet Chriſtus in Cœna comederit corpus ſuum proprium & naturale? & an Apoſtoli & ipſa Virgo Maria idem corpus comederint? Si verò idem corpus comederint, an illud comederint mortale vel immortale, paſſibile vel impaſſibile? ſi autem immortale aut paſſibile comederint, quale nobis nunc communicetur, unde generantur vermes: & quid comedatur à muribus quando Sacramentum rodunt? declaraturque convenientia Romani Pontificis cum Nabuchodonozore, qui in fornacem ardentem juſſerat mitti omnes, qui nollent ſtatuam quam fecerat auream adorare.

» *Dialogus VII* continet interpretationem verborum inſtitutionis Cœnæ Dominicæ, & modum exiſtendi corporis & ſanguinis Chriſti, ſub Symbolis panis & vini in ipſa actione Cœnæ Dominicæ, ipſomet Domino noſtro Jeſu Chriſto judice & interprete.« Hæc verbotenus tranſcripta.

ALEXIUS Monaſterii Studiani primùm Eccleſiarcha, deinde ab anno 1025 poſt *Euſtathii* mortem Patriarcha CPolitanus factus: anno 1034 auro pariter ac metu corruptus, *Michaelem Paphlagonem* Romani Imp. Patricidam corona Imperiali induit, ac *Zoen* Imperatricem adulteram matrimonio ei ſociavit. Anno 1036, *Joannis* fratris Imperatoris ſedem Patriarchalem ambientis, & conjuratorum illi Epiſcoporum inſidias aſtuto conſilio eluſit, atque irritas reddidit. Obiit an. 1043. Extant ejus aliquot *Decreta de diverſis cauſis Eccleſiaſticis*, in Jure Gr. Rom. *lib.* 4. *p.* 230. teſte *Caveo* ad A. 1025.

De eo ita Cl. *Fabricius* Tom. X. p. 475.

» Alexius *Studites*.... in Synodico de clerico percuſſore allegatur à Nic. Comneno *prænot. myſtagog.* pag. 251. in altero ut judex teſtimonium admittat, *pag.* 285. Cognitio Synodalis de ſeptimo gradu conſanguinitatis, MS. in Bibl. Cæſarea. Anathematiſmi in eos qui contra Imperatorem conſpirant, in Bibl. Regis Gallorum.

ALFAMA (*Alphonſus de*) Luſitanus, Ulyſſiponenſis, Carmelitarum Ordinis Vicarius generalis, clarus Sec. XV. propter merita propria en nomine memorabilis, quod illius Luſitanorum Comeſtabilis *Nonnii Alvari Pereira* poſt ſuſpenſum à ſe in Ulyſſiponenſi Carmelitarum templo fatalem illum tot palmarum gladium, ſæculo renunciantis, Sacramentum religioſam vitam in eodem Ordine profitendi, factus ex munere tantæ rei ſpectator & auctor, ſuſceperit. Scripsisse verò eum aiunt, teſte *Nic. Anton.* Bibl. Vet. *Tom. II. p.* 159. *n.* 286.

1. *Super Caſſiani collationes librum unum*, cui titulus: *Doctrinale Patrum.*

2. *De Ordinis ſui progreſſu libros II.*

ALFANI (*Thomaſius Maria*) gente Italus, Ord. FF. Prædic. Imperatoriæ Majeſtatis Theologus perilluſtris hoc Seculo XVIII. plurimis iiſque non infimi pretii Scriptis rem Eccleſiaſticam illuſtravit, auteditis, aut in poſterum edendis: nimirum

1. *Joannis* Cardinalis *de Turrecremata* flores Sententiarum ex *Thomæ Aquinatis Scriptis collectos* de Summi Pontificis auctoritate evulgavit *Florentiæ* 1715. in 8. ſub *Thomæ Niſalæ* nomine. *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. XI.* p. 128.

2. *Iſtoria de' gli anni ſanti dal di loro cominciamento per inſino a quello del regnante Sommo Pontifice Benedetto XIII* &c. Id eſt

Hiſtoria annorum ſanctorum ab ipſorum inſtitutione ad eum uſque quem celebravit Benedictus XIII *Pontifex Maximus.* Neapoli, typis Jan. Mutii 1725. in 8.

En opus Pontificatûs *Benedicti XIII* laudi ac & temporis hujus inſtitutioni ſerviens. Anni Sancti auctori noſtro ſunt tantùm legis novæ jubilæi anni, quibus certa fuit ſua periodus, quique unoquoque anno ſive centeſimo, ſive quinquageſimo, ſive triceſimo tertio, ſive tandem viceſimo quinto celebrati ſunt. Omiſſis legia antiquæ jubilæis, iiſque quos concedere mos eſt ſummis Pontificibus, quo tempore thiatâ donantur, aut cum id requirit aliqua Chriſtiani orbis neceſſitas. Præter nonnulla ſingularia, quæ fidelium pietatem, alia ſunt, quæ doctorum curioſitatem paſcere poſſunt. Hæc hiſtoria Auctorem noſtrum Dominicanum titulo Cæſariani Theologi dignum demonſtrat, eumque in Antiquitate profana non hoſpitem perhibet; id arguit imprimis locus præfationis, in quo de antiquis ludis ſæcularibus plene diſſerit: quæ, propter errorem multorum auctorum circa Jubilæorum originem, neceſſaria fuerat illuſtratio.

Poſt profligatam *Polydori Virgilii* ſententiam de cauſa inſtituti jubilæi, quam aſſerit fuiſſe conſilium obliterandæ memoriæ ludorum ſæcularium, hanc profert auctor. Exeunte ſcilicet anno 1299 increbuit Romæ rumor, proximè ſequentem annum peccatoribus miſeris fauſtum futurum. Popularis illius rumoris origi-

ne inveſtigata cognitum eſt, in gentibus non paucis poſteros à majoribus per traditionem accepiſſe, quòd quicumque, anno Seculi cujuſque noviſſimo, divi Petri Baſilicam viſeret, peccatorum ſuorum veniam omnimodam accepturus eſſet. Mox compertum eſt, hanc non eſſe peculiarem Romanæ plebis perſuaſionem. Primis anni 1300 diebus convenit Romam mira advenarum multitudo, atque hos inter, quidam qui ſeptimum ſupra centeſimum annum agebat, cujus pater, prout ajebat ille, centeſimo ante anno eodem venerat, ſibique ut exemplum tale ſequeretur diligentiſſimè mandarat: de patriâ ejus ſiletur: at narratur de duobus Gallis ex Bellovacenſe diœceſi ætate provectiſſimis, ac de ſeculi præcedentis indulgentiâ eadem quæ ille dictitantibus. Hiſpanuſque quidam divo Dominico agnatus ætatis anno 115 dicebat ſe juvenem olim eodem animo Romam contuliſſe.

Bonifacius VIII his cognitis ſtudium quoque adjunxit. Notum ipſi erat quouſque circa indulgentias ſeſe extenderet Eccleſiæ poteſtas, & in memoriam revocabat quid de viſitatione locorum ſanctorum ſenſiſſet antiquitas remotiſſima. Tùm cum perſecutiones flagrabant, ab extremis Orientis & Perſidis partibus ad SS. Apoſtolorum Petri & Pauli confeſſionem concurrebatur, ut teſtantur *Origenes* nonnullorumque Martyrum acta. Idem poſthac fuit animus. *Ennodius* narrat *ex omnibus orbis cardinibus* plurimos ad ſepulcrum Petri confluere. *Conſtans II* Imperator, *Pipinus* Rex, & *Carol. Magnus* hoc reſpectu religionem ſuam teſtati ſunt. Pronum etiam eſt conjectare, ea quæ multi Auctores ſcriptum reliquerunt de indulgentia *centenaria* jam nota Romæ ſub Pontificibus *Urbano III*, *Paſchali II*, & *Sylveſtri II* explicatu faciliora fuiſſe *Bonifacii VIII* temporibus quam nunc ſunt. Sed opus eſſet meliore teſte quam hiſtoriâ B. Virginis Montiſſerratenſis ut fides adhiberi poſſet miraculo, quod de Eccleſiæ illius conditore in ea legitur. Se nempe gravi quodam admiſſo peccato Romam iviſſe anno 700 veniam imploraturum quòd hic eſſet Magnæ indulgentiæ annus. Hoc tamen Auctori noſtro certum eſt, nec immerito: ſcilicet *Bonifacium VIII* cautè admodum hoc in negotio ſe geſſiſſe: multum conſultaſſe, & firmiſſimis fundamentis fulciſſe conſilium ſuum de probanda, confirmanda, & æternanda, emiſſâ bulla, anni qui tunc vocabatur *centeſimi* indulgentia. Hæc Bulla, in qua jure ſummo ratum facit, quod ad ea uſque tempora nitebatur tantùm traditione & uſu, 22 Februarii fuit publicata. Præcipit illa diſertè confeſſionem, viſitationem ædium divi Petri in Vaticano, quæ tunc temporis neceſſaria jam habebatur, additâ viſitatione Eccleſiæ divi Pauli in viâ ad Oſtiam; Indulgentias propter Natalia Chriſti jam à 25 Decembris qui proximè præcedit annum ſacrum, permittit accipiendas. Romæ incolis triginta, ut eas conſequantur, dies concedit; advenis quindecim; varios in percipiendo ex iis fructu gradus ſupponit, quodque notatu digniſſimum eſt, non tantum in annum vertentem, ſed & in futuros quoſque centeſimos prorogatur vis hujus indulgentiæ.

Populorum religione ad Romam viſendam, indulgentiamque centenariam lucrifaciendam excitatâ atque auctâ magno illo incitamento, ut ab omnibus Europæ partibus illuc denſiſſimâ catervâ curſitatum ſit. *Carolus Valeſius* Comes *Philippi pulcri* frater, *Caroluſque Martellus* Hungariæ Rex hos inter nobiliſſimi fuere. Singulis hujus anni diebus, teſte oculato *Joanne Villano*, venerunt Romam ducenta millia peregrinatorum. Sed imprimis uſus eſt *Alfanus* Cardinali ſancti *Georgii* in Velabro ad ſcribenda, quæ nobis prodidit, ſingularia; Hunc *Bonifacius VIII* magnifaciebat, ipſeque multùm juvit novam inſtitutionem; hujus laudantur verſus aliquot non inconcinni nec illepidi.

Alius, mirum! Poëta de ſuo addidit plus quam alius quiſpiam 42 poſt annis ad primam anni Sancti reductionem. Is fuit *Petrarcha*, quem multi Magnates Itali, Romæque Magiſtratus legarunt ad Papam *Clementem VI* Avenione ſedentem. Mira expectabant à tam eloquente homine, duoque ut à Pontifice flagitaret ipſi mandaverant, alterum ut in Italiam rediret, alterum ut concederet promulgationem indulgentiæ in annum 1350. ejuſdem valoris atque extenſionis, ac anno 100 conceſſa indulgentia; Hanc legationem nonnulli tribuunt cuidam *Stephano Columnæ*, aut *Cola* Rienzuano viro dicaci, ac tunc temporis illuſtri *Petrarcha* dicta in hanc rem conſultò prætermittimus, & ad eventum feſtinamus. *Clemens VI* motus exemplo Judaici Jubilæi unicuique quinquageſimo anno beneficium Magnæ indulgentiæ affixit, primuſque *Jubilæi* voce uſus eſt: ejus data eſt bulla 17 Jan. 1343; cauſæ mutationis generales afferuntur, additurque tertia viſitatio, ſancti nempè *Joannis* Lateranenſis. Horrenda peſtis, quæ annis 1349 & 1350 ſæviebat in Orbem Chriſtianum plurimos à videndâ Româ deterrere debebat; at effectum contrarium ſortita eſt. Fideles trepidi territique inter tot cadavera hinc & inde putreſcentia, ad pœnitentiam totos ſe convertebant: Romam convolabant; Urbanæ domus in diverſoria commutatæ non ſufficiebant. Videre erat imprimis Germanos Hungaroſque nocte per campos catervatim diſperſos, denſo agmine & preſſo, ignibus ingentibus per intervalla accenſis, ut frigus arcerent: in emendo & vendendo omnes propter multitudinem mutuæ probitati fidere erant coacti; quod tamen non fuit diuturnum, eòque tandem deventum eſt ut Papa, qui Avenione non exiverat, & Cardinalis *Annibaldus* Romæ legatus ad excommunicationes, imò & ad conſcribendos exercitus adacti fuerint.

Vix elapſis annis 20 vel 22 ab anni ſancti reductione prima, terminus ille viſus etiam eſt longior quàm ut ad annum quinquageſimum quis ſibi vivere promitteret: aderat etiamnùm peſtis Memoria recens. *Clementis VI* nepos *Gregorius XI* imprimis de mortuorum allevatione cogitavit; quamobrem indulgentiam plenariam per menſem integrum conſtituit. Novam ille anni Jubilæi reductionem facere voluit, normamque ſumpſit vitæ Chriſti 33 annos. Sed hic ſubſiſtit, *Urbanuſque VI* bullam tantùm publicavit: in ea Jubilæus adſignabatur 25 Decembris 1389 ſerius ſex annis quàm invocatio *Gregorio* decreta deſignabat. Orbem totum Chriſtianum ſpeciatimque Italiam ſpectabat, ſi Mediolanenſem ducatum exceperis, quem excepit Papa propter nonnullas inter ſe & Viſcontios ſimultates, & hæc fuit prima exceptio.

Bonifacius IX *Urbani* ſucceſſor celebravit *Jubilæum* quem obſcuravit maximè ingens ſchiſma. Quod facilem fecit *Bonifacium* ad nonnullos Principes ſuæ obedientiæ eximendos ab itinere illo religioſo, quos inter eminebat *Richardus II* Angliæ Rex, qui tùm delectus inſtituebat, & armatorum millia ſeptemdecim conſcribebat in *Robertum* Genevenſem Avenione ſedentem Pontificem. Sequenti anno 1391. idem retulerunt ab eo beneficium Mediolanenſes, qui pacem cum S. Sede pepigerant, nonnulla Germaniæ oppida, ſimpliceſque Conventus Monaſtici. Aliis, quæ ſibi Confeſſores ſui impoſuiſſent, ſolùm præſcribebat; ab aliis verò ſpeciatim exigebat pecunias, ad reſtitutionem Romanarum Baſilicarum, ut & viſitationem quarumdam domeſticarum Eccleſiarum. Romæ quarta addita ſtatio nempè ad Sanctæ Mariæ Majoris Eccleſiam.

Ultimum decretum de celebrando Jubilæo unoquoque triceſimo tertio anno non obſtitit quominus anno 1400 populi, pro religione ſibi jam à temporibus remotiſſimis inſita, eadem gratia frui deſiderarint. *Bonifacius IX* tunc ſedebat Aſſiſii.

Nihil fuit memorandum in Jubilæo promulgato à *Martino V* poſt viginti tres annos. In hoc ille *Urbani VI* inſtitutionem ſecutus eſt. At anno 1449 *Nicolaus V*, *Clementis VI* ſententiæ adhærens Jubilæum bis in ſæculo celebrari voluit; plurimos à pio itinere liberos declaravit, tùm laicos tùm Clericos, cuditque plurimos in memoriam Jubilæi nummos ordinariis

triplo majores, qui indè Jubilæi nomen habuerunt.

Summi Pontifices jam à ſeculo uno adeò ad vitæ brevitatem reſpexerant ut quater in centum annorum ſpatio Jubilæum celebraverint. *Paulus II* idem principium ſecutus, annorum ſanctorum frequentiam ſervari voluit: Sed majore quàm antea regularitate æquioribuſque intervallis. Viceſimum igitur quintum ſtatuit Jubilæum annum, qui ordo intactus remanſit ad hodierna tempora, hàc ſuper re emiſſa bulla anno 1470, & viceſimo poſt *Nicolai V* Jubilæum; ſed mortuo ante celebrationem *Sixtus IV* ipſi ſuffectus aliâ bullâ ad modum Paulinæ bullæ conſcriptâ Jubilæum publicavit. Primus fuit *Sixtus IV* qui per annum Sacrum caſſam voluerit, quæ data fuiſſet extra Romam, indulgentiam; revocaveritque Confeſſoribus Romæ non degentibus conceſſa privilegia ſuper abſolutione caſuum S. Sedi reſervatorum, liberatione à votis, ipſorum permutatione, & compenſatione bonorum quorum erat injuſta vel dubia acquiſitio. Vaticani pœnitentiarii hàc de ra provincias habebant ampliſſimas. Aliquoties tamen nonnulla tam ſæda, tamque extraordinaria facinota ipſis referebantur, ut ipſi de propriâ poteſtate ejuſque axtenſione dubitaverint. Dubiiſque eorum lux allata eſt plena anno tantùm 1500 Bullâ diſertâ *Alexandri VI*, poſtulantibus conceſſâ.

Antè hunc Papam nulla in Auctoribus mentio ſit Sanctæ portæ apertionis, quæ ultimis hiſce temporibus habita eſt ceremonia penè de eſſentia Jubilæi, hocce veterum ſilentium graviſſima eſt cauſa auctori noſtro rejiciendi tanquam moderna numiſmata omnia in quibus aliquot hujus rei indicia cernuntur ante annum 1500; talem uſum antiquiorem eſſe negat, utque negationem confirmet, ſingularem prodit eruditionem, quæ boni conſulenda eſt.

Porta illa divi Petri primùm aperta eſt ab *Alexandro VI* qui ſimiles portas Baſilicas Sancti Pauli, Sti Joannis Lateranenſis, Stæ Mariæ Majoris habere juſſit; tribus præſulibus earum aperiendarum provincia demandata eſt, inter quos nominatur Cardinalis *Orſini* non omittendus ſub Pontifice ejuſdem gentis.

Clemens VII anno 1525 infeliciſſimum propter ſeceſſionem Lutheranorum ab Eccleſia Romana Jubilæum celebravit; Religioſiſſimis Germaniæ & Septentrionis populis per tumultus totum Chriſtianum orbem infeſtantes Italiam adire non licuit, utque vacuum hujus anni compleret, refert Auctor quædam, quæ in Europâ dicta ſunt de quodam apud idololatras malè dicto Jubilæo; qui unoquoque quinquageſimo anno celebrabatur. In eo renovabatur ignis templorum, latiumque privatorum poſtquàm victimarum humanarum ſanguine piaverant eos. Ritus illa in monta excelſo Mexici vicino, & in urbe ipsâ celebrabatur.

Paulus III, poſt ſignificatum Jubilæum, locum ceſſit *Julio III* qui celebravit. Itali ferè ſoli illo fruiti ſunt: Religio enim illa in ipſis Catholicis regionibus valde erat imminuta. Pietas majorem habuit extenſionem an. 1575 *Gregorio XIII* Summo Pontifice. A *Clemente VIII* celebratus Jubilæus 25 pòſt annis clarus fuit advenarum frequentiâ, Gallorum imprimis. In eo notatu dignum eſt quod refert, 400 Proteſtantes multoſque Turcas, quos allexerat curioſitas, fidem Romanam amplexos eſſe. Ultrà annum, propter *Clementis* Papæ ægritudinem, prorogatus eſt Jubilæus ille, ſcilicet à die 21 Dec. 1599 ad 13 Jan. 1601.

Mexicanorum Romani Jubilæi falſam imitationem ſupra retulit auctor; alterum addit exemplum; nempè de Lutheranorum in Germaniâ, anno 1617, Calvinianorum Genevenſium, anno 1636 faſto publico in memoriam ſuæ reformationis; quod nullam habet cum Romano Jubilæo ſimilitudinem.

Urbanus VIII Jubilæum celebravit anno 1625: Litteratum Papam litterarum litteratorumque amatorem inornatum non ſiluerunt ſcriptores bene multi, qui ad minima deſcenderunt, ut accuratam illius Jubilæi narrationem inſtituerent. Peregrinatorum, propter peſtem & bellum numerus modicus. Magna exempla pietatis dedère *Leopoldus* Ferdinandi III *Caſaris* frater, *Ladiſlas* Princeps Polonus &c.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

Innocentio X Pontifice maximo, celebratus eſt Jubilæus anno 1650, majore advenarum frequentiâ; inter quos claruit Polonus quidam Præſul *Leczinski* nomine. Ad tempora uſque *Innocentii X* Jubilæi indulgentia extra Romam non fuerat collata, niſi peculiari favore, primum individuis quibuſdam, deinde urbibus aliquot, poſtea Provinciis nonnullis, certis tandem regnis. Primus iſte Pontifex in annum, qui proximè Jubilæum ſequebatur, toti Chriſtiano orbi talem conceſſit indulgentiam. Antè *Clementis VIII* Pontificatum nulla Galliæ urbs tale quid obtinuerat. *Ludovicus*que *XIII* Rex pro regno id ipſum impetravit anno 1625.

Quo magis multiplicabantur gratiæ in decurſu anni ſancti, eò magis timendus erat abuſus. Nonnulli, inter ultimos, Pontifices Theologorum animum dubitantem de variis articulis confirmaverunt; id ipſum egit *Clemens X* anno 1675, circa exceptiones allatas contra privatarum indulgentiarum ſuſpenſionem; idque illuſtrat maximè Jubilæum illum, qui præterea finem conſecutus eſt pium atque placidum.

Ab *Innocentio XII* Annus Jubilæus 1700 indictus & publicatus; ſed per magnas Pontificis majoreſque Decani nomina *Cibo* infirmitates, ſolemnitatis hujus cura & adminiſtratio ad Sub-Decanum Sacri Collegii Cardinalem *Bullionenſem* devenit. *Innocentio* ejuſdem anni 27 Septemb. mortuo, mox, nempè 22 Novemb. ſuffectus eſt *Clemens XI*, qui, poſt elapſum menſem, ſolitis ritibus in ædibus S. Petri in Vaticano finem Jubilæo fecit.

Annum tandem 1725 attigit auctor, quem ſibi procul dubio proponebat præcipuè; ajus enim hiſtoria, quam ultra quatuor priores menſes non axtendit, deſinit in laudes Pontificis tum ſedentis *Benedicti XIII*. * Vid. *Mem. Trevolt.* Mart. 1726. p. 528-565. *Giorn. de' Letterati* Tom. XXXVII. p. 462.

3. *Vita ed Uffizi del Veſcovo, ſecondo gli ammaeſtramenti di S. Paolo, e la continuata diſciplina e ſpirito di S. Chieſa* &c. Id eſt *Vita & officia Epiſcoporum, ſecundùm præcepta S. Pauli, conſtantem diſciplinam, & Spiritum S. Eccleſia.* Neapoli, 1728. in 8. * Vid. *Mem. Trevolt.* Mart. 1731. p. 419.

Academiæ Neapolitanæ de hoc libro ſententiam tranſcribere placet; „ Solidâ & profundâ, inquit il„la, refertus aſt doctrinâ, vatiâ atqua ſelectâ eru„ditiona micat, jucunde ſcriptus, levi ſtylo, affec„tatione vacuus; pretioſua eſt contextus Eccleſiæ „Canonum tùm antiquorum tùm recentiorum, „ſummo artificio elaboratus; pulcherrimis ex hiſ„toriâ Eccleſiaſticâ cujuſqua ſæculi petitis locis or„natus, exempliſque illuſtribus Epiſcoporum doctri„nâ & ſanctitata clariſſimorum reſperſus. In eo cer„nere eſt Eccleſiæ mentem de officiis muneribuſque „Epiſcoporum, graphicè viviſque coloribus depic„tam: Auctor uno verbo *omne tulit punctum; nam miſcuit utile dulci.* Præfatio operis eſt Epitome, quæ ipſiua operis loco eſſe poſſet, brevitate perfecti, ſoliditata ſufficientis. In ea ædificat Auctor præceptis & exemplo S. Pauli, quas aſſerit requirere dotes miniſterium Sacrum, officiaque à Paſtoribus gregibus præſtanda. In hoc præloquio contentus Actis Apoſtolicis & Paulinis Epiſtolis ad Titum, & Timotheum, Decreta, Canones, Exempla ad ipſum opus remittit.

Epiſcopatûs munera & officia dignitatis ejus ſanctitatem & gravitatem fundamentum habent. Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, primos illos igitur Eccleſiæ Magiſtros referre debent. *Sunt lux Mundi*: mundum igitur illuſtrare & docere debent. *Sunt Sal terra*: homines igitur doctrinâ & exemplo à corruptione immunes præſtare debent.

Inde *Vigilantia* illa Epiſcopis tantoperè commendata non tantùm in ipſos, ſed & in oves ſibi commiſſas; quæ Vigilantia primis Eccleſiæ temporibus non

ſolùm ſpiritualia ſed & temporalia ſpectabat ; bonorum Eccleſiæ ſuæ adminiſtratores atque diſpenſatores, viduarum & orphanorum tutores, litium fugatores & pacatores ; ut & ſchiſmatum atque hæreſium acerrimi profligatores erant ; Sacris quotidiè operam dabant, docebant, conſolabantur, hortabantur, pacem colebant, violatam reſtituebant, Eccleſiaſticam pacem pœnitentibus conferebant.

Doctrinæ vacaturis Epiſcopis neceſſarium evadit *ſtudium* juxta præceptum Pauli I. Tim. IV. 13. ideò, addit Auctor, ad prima Sacerdotii munia non promovebantur in illâ Eccleſiæ ætate aureâ niſi homines ſortis mediocris, ut aſſueti labore fortiùs ferre poſſent onus Epiſcopale ; ad juvenes etiam eadem de causâ conferebatur munus illud dummodo carerent vitiis juventutem plerumque comitantibus ; ad neophytos autem non veniebat Epiſcopatus, juxta Nicænum canonem, ne parum inſtituti in dogmatibus, uſibus, ritibuſque Eccleſiæ minùs eſſent ad docendum apti ; ſed aliam prorsùs cauſam affert D. Paulus, quam videre eſt I. Tim. III. 6. *Nectarii* ſanctique *Ambroſii* ordinatio hanc non infregit regulam ſed explicavit, quod hic eſſet ſapiens Magiſtratus, ille genere, ſorte, omnium charitate, indolis manſuetudine clarus.

Circa *Reſidentiam*, Auctor quæſtionem, an ſit de jure divino, an de jure Eccleſiaſtico ſimpliciter, non attigit, contentus dicere celebres Canoniſtas *Cajetanum* & *Bellarminum* Cardinales primam ſententiam calculo ſuo confirmaſſe. „ Reſidentia, inquit ille, eſt „ perfectio atque Epiſcopalium officiorum conſummatio, ſine qua munera ſua, ut par eſt, fungi ne„ queunt. His præcipuè S. Spiritus commiſit Eccleſiam „ regendam : hi Deo gregis ſibi crediti rationem red„ dent, quem recturos ſe promiſerunt in ordinatione. " Hanc obligationem probat Pauli locis, Conciliorum decretis, Summorum Pontificum bullis, Eccleſiæ patrum doctrina, Epiſcoporumque ſanctitate conſpicuorum exemplo. * Vid. *Mem. Trevolt.* Mart. 1731. p. 429-443.

Promiſſa, quæ an prodierint incompertum habeo :

4. *Lezioni per lo ſtadio de' Concilii* : Lectiones ad ſtudium Conciliorum : Opus quadripartitum, cujus *Pars I* tractat generatim de Conciliis : *II* de Conciliis per prima VI Secula : *III* à Seculo VII ad XIIum : *IV* à Sec. XIII ad A. 1719 (*a*).

5. *Collectio Conciliorum Neapolitanorum*, ad exemplum Emin. Cardinalis *de Aguirre*, notis & diſſertationibus illuſtrata, *Tomis II*, quorum *prior* Synodos ante Concilium Tridentinum, *alter* poſt illud habitas, complecti debet (*b*).

6. *Hiſtoria Indulgentiarum.*

7. *Hiſtoria Canonizationis Sanctorum* (c). Tria hæc Opera an Latinè an Italicè non produnt.

(a) *Fabric.* cit. t. 1. p. 100. (b) idem p. 128. *Act. Lipſ.* 1725. p. 117. *Mem. Trevolt.* 1731. p. 434. (c) *ibid.* p. 411.

Sunt alii ALFANI voce ALPHANUS.

ALFARDO (*Petrus*) Luſitanus, Conimbricenſis, Pariſios adiit ſtudiorum causâ, ibique Theologiæ Doctor renunciatus eſt. Patriam redux, *Joannem Peculiarem* (Peculiar) Cantorem Conimbricenſem imitatus, quem, dum Pariſiis verſabatur, familiarem ſibi junxerat, Cœnobium S. Crucis recèns inſtitutum ingreſſus, unus extitit è ſeptuaginta duobus S. Theodonii diſcipulis, atque ab eo Prior da Clauſtra electus eſt anno 1184. Eum Hiſtoriographum primarium conſtituit Rex *Alfonſus*. Scripsit autem Latinè, ex mandato S. Theodonii, *Hiſtoriam fundationis* dicti *Monaſterii S. Crucis*, quam in Archivis hujus Cœnobii ſervari teſtatur *Morerius* ex *Memoriis Portugalliæ*. Obiit *Alfardo* 31 Aug. 1190.

ALFARO (F. *Franciſcus de*) Hiſpanus, Bæticus, Giennenſis, (*Jaen* urbs Epiſcopalis Andaluſiæ) ex Sodalibus B. Mariæ de Mercede provinciæ Bæticæ, S. Theol. Magiſter, Italicæ Provinciæ Præfectus, circa A. 1670. Edidit

1. *La Inconſtancia de la vida y certeza de la muerte* : hoc eſt *Vitæ inconſtantia, & mortis certitudo* : ad Biſiniani Principem. *Neapoli* 1667.

2. *Hiſtoria de la Imagen de la Madre de Dios de los Remedios del Convento de Madrid, ſus milagros, y un Panegyrico à la Santa Imagen* : ad Marchionem de Villafranca Sicularum triremium Præfectum. *Ibid.* 1669. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 322.

F. ALFARO (*Gregorius de*) Hiſpanus, Cordubenſis, Benedictinus Monachus, Abbas Monaſterii S. Mariæ *del Brueſo*, pietatis, doctrinæque ſpecimen dedit Scribendi Sec. XVII

1. *Gobierno Eccleſiaſtico y Seglar, que contiene el Paſtoral de S. Gregorio Magno con un Tratado de Republica.* Compluti 1601. in 4. ex officina Joannis Sanchez Creſpo.

2. *Silva de la Providencia de Dios ſacada de los Santos.* Pinciæ 1609. in 8. apud Joan. Godinez.

3. *Vida del Illuſtriſſimo Señor D. Franciſco de Reinoſo con la de Geronimo de Reinoſo ſu ſobrino, Canonigo de Palencia.* Ex relatione MS. *Joannis Garſia* Palentini Canonici, qui fuerat eidem Epiſcopo à ſecretis. *Ibid.* 1617. 4.

Vertit etiam magno aſceticæ doctrinæ bono ex Latino Authoris

4. *Las Obras de Ludovico Bloſio.* Ibid. 1617. & *Matriti*, 1619. fol. * *Nic. Anton.* Tom. I. p. 414.

ALFELDENSIS. Vid. AUGUSTINUS.

ALFINUCIUS, Ord. FF. Prædic. qui floruit anno 1345, de Arabico tranſtulit in Latinum *Legendam de S. Antonio, excerptam de magnâ Legendâ* ; quæ recenſetur in Catalog. Codd. MSS. Biblioth. Paul. Lipſienſ. p. 315. n. 50. indeque ab *Echardo* Tom. I. p. 619.

ALFONSUS (*Bernardus*) genere Hiſpanus, Ord. Ciſterc. Monachus Cœnobii Superatenſis (vulgò *Sobrado*) anno 1649. ſuperſtes. Scripsit *acuta & gravia*, ut loquitur *Viſchius* p. 49. edit. 1656.

1. *Commentaria in Canticum Canticorum in ſenſu litterali & morali* : Latinè. Hiſpanicè verò

2. De peregrinatione & prædicatione S. Jacobi in Hiſpania : *De la venida de Sant-Jago a Eſpaña.*

3. De immunitate Eccleſiaſtica : *De la Immunidad Eccleſiaſtica.* Opus viris doctiſſimis ſummè probatum. Hæc omnia, inquit cit. *Viſchius*, defectu mediorum ſeu ſumptuum, Autor nondum publici juris facere potuit, ſperantur tamen operâ cujuſdam Patroni, brevi lucem viſura. An reipſâ prodierint ignoro. * Conf. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 172.

ALFONSUS *Burgenſis*, aliàs *de Valladolid*, ſeu *Valliſoletanus*, ab alterutro horum natali loco ſic appellatus, Hebræus olim, nomine R. *Abner*, indeque Chriſtianus, & Chriſtianæ Religionis propugnator, claruit Sec. XIV ; anno etenim 1336 adhuc in vivis erat, natu grandævus. Abjurato igitur Judaiſmo, ſeſe Chriſtianæ fidei aſſeclam, non ſolùm vitâ, ſed ſcriptis adversùs Judæorum errorem perfidiamque lucubrationibus docuit, ſacriſta factus Valliſoletanæ Eccleſiæ. Cauſam ſuæ converſionis ipſe narrat *cap.* 27 operis poſtea laudandi, mirabilem illam ſcilicet apparitionem crucis in Judæorum palliis, ubi ubi eſſent, per totum Caſtellæ regnum, dum in Synagogas ſuas falsâ ſpe ſuæ redemptionis à Prophetis ſuis falſiſſimis injectâ permoti ſimul omnes coiſſent : quod contigit anno 1295.

Ait idem ſe à ſuis conſecraneis uti medicum fuiſſe conſultum ſuper eorum curatione, quos credebant ex infirmitate aliquâ vel cerebri debilitate viſa iſta paſſos ; diuque ambiguum ſe in re fuiſſe ; ſed illuminante Deo tandem credidiſſe, non ſine grandi miraculo hæc facta, quæ oculis ipſis vidit, & in quorum teſtimonii fidem cælum terramque invocat. Verba ejus legi poſſunt in *Alphonſi Spina* Fortalitio Fidei *lib.* 3. cap. *de ſignaculis crucis*. Idem auctor ſæpius *Alphonſum*

pro

pro ſe adducit, præſertim ubi ex eo admonet Chriſtianos, ut à Judæis Medicis curari ſe nequaquam permittant, quia lex eorum præcipit occidere Chriſtianos. Habitæ quoque ab eo cum Judæorum potioribus atque doctioribus Valliſoleti, ubi Curia tunc erat, diſputationis meminit, quâ convicit eos negantes oratione quadam ſeſe in publicis precibus Chriſtianis omnibus omnipotentis Dei maledictionem imprecari ſolere, edictum afferens Regis *Alphonſi*, quo iis ulterius hujus orationis uſum ſevere interdixit, datum in eodem municipio 25 Febr. 1336. Verba ipſa Alphonſini edicti apud eundem *Spinam* reperies *lib.* 3. *fol.* 593. *col.* a. edit. Lugdun. 1535. Cæterùm *Alphonſum* noſtrum anno 1346 è vitâ migraſſe putat *Nic. Antonius* (a). Scripsit autem ille Hebraicè quidem, opus inſcriptum

Bella Domini, Hiſpanicè ab ipſo Auctore converſum. Quæ quidem interpretatio reperitur in membr. antiquiſſimæ ſcripturæ apud Benedictinos Pincianos (*de Valladolid*) uti refert *Ambr. Morales*, cujus titulus ſic Latinè ſonat: *Hic eſt liber* Bellotum Dei, *quem compoſuit Magiſter* Alphonſus *Converſus*, *nomine olim*, *cùm Judæus eſſet*, Rabbi Abnee: *Tranſtulitque hunc ex Hebraico in Hiſpanum juſſu Infantis Dominæ* Blancæ, *Abbatiſſæ Monaſterii* de las Huelgas *urbis Burgenſis*.

Reſpondit in hoc opere argumentis R. *Joſephi Kimchi*, quibus uſus fuerat in libro ſuo ejuſdem inſcriptionis *Milchamot haſcem*, Bellorum Domini. Extat MS. Hebraicè *Alphonſi* opus in Bibl. Vatic. & in Collegio Neophyt. Rom. teſte *Bartoloccio* (b), qui & admonet meminiſſe noſtri ejuſque operis, R. *Scem Tou Scipentt*, in libro ſuo *Eben-Bochan* tract. 15.

(a) Vid. Tom. *II.* Bibl. Vet. *p.* 193. *n.* 238.
(b) Tom. I. p 366.

ALFONSUS Carnotenſis (de *Charteer*) gente Gallus, Capucinus, Pariſienſis Provinciæ Concionator, vir in Sacris Scripturis eruditus, Scholaſticæ doctrinæ ſubtilis enodator, claruit Sec. XVII. Quam fuerit ſedulus in evolvendis Divinis, ac SS. Patrum libris, & quàm variâ extiterit ſcientiarum merce refertus, teſtatur ejus præclatum Opus cui tit.

1. *Demonſtrationes Evangelica*, *ſeu Practica Veritates ex quolibet Evangelio ſelecta*, *multiplici tum Theologica*, *tum Phyſica*, *tum Morali ratione illuſtratæ*, *Sacra Scriptura*, *Sanctorumque Patrum*, *atque Philoſophorum ſententiis confirmata*. Pariſ. Dionyſ. Thierry 1669 & 1670. in 4. II voll.

Ex Italico Gallicè vertit

2. *Le Phenix de Louis Manzini*: *ou Exercices de l'ame crucifiée*, *reſſuſcitée & inſpirée*. Ibid. 1659. in 8.

Inſuper edi curavit

3. *Opera omnia P. Ivonis Pariſini* ejuſd. Ordinis, *ab eodem Gallice compoſita*, *qua notis illuſtravit*, *& ad meliorem formam pro commoditate legentium redegit*. Ibid. apud Eman. Anglois 1680. fol. 3 Tom. * *Bibl. Script. Capuc.* p. 7. *Bibl. Chartraine* du P. *Liron* p. 281.

F. ALFONSUS *de Caſaeubius*, (quem *Ciaconius* (a) vocat *à Caſas Ruvias*,) natus in oppido cognomine Diœceſis Toletanæ, Fratrum Minorum Capucinorum ſodalis, Edidit celebre

Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, *aliorumque Mendicantium & non Mendicantium*. Venetiis 1532. in 8. (b) Pariſ. 1578. & 1590. Salmant. apud Alph. de Porras, Bixiæque 1599. (c) Venetiis 1603. in 4. per *Hieron. à Sorbo* ejuſd. Inſtituti locupletatum, additis Annotationibus F. *Antonii de Corduba*: ut & Coloniæ 1610. fol. & 1618. in 4. Antverpiæque apud Belleros, 1615. fol. (d)

(a) Bibl. p. 96. (b) ibid. (c) *Poſſevin.* p. 43. habet 1590. (d) *Nic. Anton.* Tom. I. p. 11.

ALFONSUS (*Conradus*) Mantuanus, cujus *Lipenius* (a) memorat *Comment. in Apocalypſim*, Baſileæ 1560 (b) & 1574. in 8.

(a) Tom. I. p. 66. (b) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. III. pag. 190.

ALFONSUS (*Ferdinandus*) Hiſpanus, Stæ Juſtæ Toletanæ urbis parochus, Scripsiſſe dicitur ann. 1393. *Sanctorale* quoddam, ſive *de Sanctorum Vitis*, quod in eadem Eccleſia aſſervari docet *Antonius* (a) ex *Mart. de Roa* in Hiſt. Aſtigitanæ urbis *fol.* 169.

(a) Tom. II. *Bibl. Vet.* p. 125. n. 195.

F. ALFONSUS Hiſpanus, *de Fuentidueña* ab hujus nominis loco, qui Tago adjacet in Toletano regno, forte dictus, Scripsit Sec. XV. Opus inſcriptum *Titulo Virginal de nueſtra Señora*, vernaculo ſermone, quod editum fuit *in fol.* 1499. Pampelone, per Arn. Guillen, auſpiciis, ut dicitur, nobiliſſimæ ac devotiſſimæ Dominæ Dom. *Brianda Manriquia*, Magnificentiſſimi Domini Dom. *Ludovici de Beaumonte* Conjugis. Extat in Bibliotheca Colonæa Hiſpalenſis Eccleſiæ. * Conf. *Nic. Anton.* ubi ſup. *p.* 229. *n.* 952. & *Bibl. nov.* Tom. I. p. 19.

F. ALFONSUS Hiſpanus, Ord. Prædic. cujus patria & Conventus ignorantur, claruit ann. 1378, *Petri de Luna* Cardin. tit. S. Mariæ in Coſmedim Confeſſarius, Scripsitque

Relationem colloquii ſui cum dicto *Petro de Luna* de electione *Urbani VI* anno 1378. quam in fine ſuo nomine ſignavit ſic: *Et ſcripſi ego Frater Alfonſus*. Hujus Relationis fragmentum refert *Rainaldus* ad ann. 1378. n. 29. ut videtur ex Tom. II. de Schiſm. Aven. Bibl. Vatic. ubi forte ejus alia. *Alfonſi* noſtri meminerunt Editores *Actorum SS.* Jun. Tom. II. ad diem 10. ubi de B. *Joanne Dominici* in Annotatis *p.* 408. *b.* teſte *Echardo* Tom. I. p. 676.

ALFONSUS Hiſpanus item, ex Judæo Chriſtianus, Medicus Complutenſis, ad Biblia Polyglotta Complutenſia ann. 1517. fuit adhibitus. * Vid. *Le Long* p. 8.

ALFONSUS (*Joannes*) Hiſpanus, Beneventanus, (de Benavente) in Salmanticenſi Gymnaſio, cùm Rhetoricam & Philoſophiam, tùm deinde Sacros Canones docuit; & quod mirum videri certe debet, ſexaginta jam ante annos docere cœperat, cùm nondum emeritæ profeſſionis hominem mors abſtulit. Extat ejus à filio editus

De Confeſſione & Pœnitentia liber: ad *Joh. de Caſtella* Epiſc. Salmant. *Burgis* 1516. * *Nicol. Anton.* Tom. I. p. 477.

ALFONSUS *de Leone* Ord. Eremit. S. Auguſt. Scripsit teſte mihi *Elſſio* p. 35.

De officio & poteſtate Confeſſariorum, *tempore Jubilæi*.

ALFONSUS *de Madrid*, Hiſpanus, Benedictinus Monachus S. Salvatoris de Oña (quem inter Script. incerti temp. memorat *Nic. Antonius* (a) reliquit ſcriptam

Hiſtoriam regii hujus monaſterii de Oña, quæ membraneo codice, notiſque antiquioribus exarata, in ejuſdem Bibliothecâ aſſervatur, & magno in pretio habetur, eò quòd Auctor hujuſce domûs Abbas, valde doctus fuiſſe dicatur.

(a) *Bibl. vet.* Tom. II. p. 257.

ALFONSUS *de Madrid*, alius, à loco natali cognomen ſortitus, Theologus Franciſcanus, claruit Sec. XVI. quo Edidit vernaculâ linguâ

1. *Arte para ſervir à Dios*. Compluti, Mich. de Eguia 1526. 4. Burgis 1530. in 16. Et hoc quidem verè aureum opuſculum, quod minùs emendato dicendi genere non ſemel aures legentium læderet, *Ambroſius Morales* ſcite reformavit, verbaque excellenti doctrinæ reſpondere ad amuſſim fecit, atque edidit Matriti 1598. *Latine* autem vertit *Joannes Heutenius*, Dominicanus, Belga, qui olim in Luſitania Hieronymianorum ſodalis fuerat, vir doctus, atque aliis operibus celebratus, cujus quidem verſio prodiit *Lovanii* 1560. in 8. & 1576. in 16. item *Ingolſtad.* apud Sartor. 1578. & Colon. 1608. 8. vel *in* 12. *Italicè* que apud Paulinum 1604. & *Gallicè* Toloſæ apud Guid. Boudoville 1555. in 16. Nec non & *Germanicè*

Digitized by Google

nicè à *Jacobo Farcin* Gallo-Brabanto Franciſcano.

2. *Eſpejo de Iluſtres Perſonas.* Burgis ſecundà vice impreſſum 1514. in 8. iterumque 1542. in 12. *Latinè* verò laudati *Hentenii* curâ prodiit unà cum *Arte rectè inſerviendi Déo.* Speculum iſtud à ſe locupletatum *Italicè* dedit *Venetiis* in 8. *Carolus Baſcape* Novarienſis Epiſcopus.

3. *Sieto Meditaciones de la Semana ſanta.* Has Meditationes *Gallicè* evulgavit Pariſiis 1587. *Gabriel Chappuis* Turingus, Regis Galliarum Hiſtoriographus.

4. *Tratado de la doctrina Chriſtiana*, editus cum *Arte Deo ſerviendi.*

* *Nic. Anton.* Tom. I. p. 27. *Ciacon.* Bibl. p. 102. *Poſſevin.* p. 44. *Du Verdier* p. 24. verb. *Alonſe de Madric.* Eum corruptè quoque *Lipenius* (a) vocat *Alphonſum Madrilienſem* & (b) *Alph. à Manbia*, qui tamen alibi (c) rectè.

(*a*) Tom. I. p. 480. & 508. (*b*) ibid. p. 481. (*c*) ibid. p. 103. & 540. ac Tom. II. p. 423. 498. & 661.

ALFONSUS *de S. Maria*, atque etiam *Garſias de Sta Maria* ac *de Carthagena* cognominatus, genre Hiſpanus, Burgenſis, ut & pater *Paullus*, Epiſcopus, præclaris animi dotibus inſtructus claruit Sec. XV. Natus creditur an. 1396, quem à parente ritè educatum, eximiam Juris utriuſque prudentiam adeptum, naturaliſque totius Philoſophiæ cognitionem, Eccleſiæ Compoſtellanæ Decanum agentem (addunt & Segobienſis) *Joannes* Caſtellæ Rex ad Baſileenſem Oecumenicam Synodum ann. 1431 congregatam legavit, unà cum *Alvaro de Oſorna* Conchenſi Antiſtite, & *Joanne de Sylva* Ciſontano Comite. Quo in loco & munere Noſter, mira res quantùm honoris & plauſus ab omnibus ejuſdem Concilii Patribus & conſenſu integro reportaverit : quà de re inprimis legendus *Æneas Sylvius* in ſuis de iſto Concilio Commentariis, qui inter alia refert Lib. I. *Alphonſum* ad quæſtionem de ſuperioritate Papæ aut Concilii multa reſpondiſſe *ſic doctè atque veriſice, ut omnes ab ejus ore avidè dependerent, jam non (ut in aliis fit) orationis finem, ſed longam continuationem deſiderantes, ipſumque unicum eſſe ſcientiæ ſpeculum prædicarent.* Conſtat autem ex dicto primo Libro, Hiſpaniæ omnes Præſules, quum de exauctorando *Eugenio IV* actum fuit, à ſeſſione abfuiſſe.

Carthaginenſem quoque fuiſſe Epiſcopum *Alphonſum* quidam volunt, ſed eum cum *Paullo* genitore confundunt.

Dicitur quoque Noſter publico nomine, ſive Joannis Regis, ſive Concilii ipſius Baſileenſis, *Albertum II* Auſtriacum Imperatorem, & *Ladiſlaum* Poloniæ Regem ſuper Bohemiæ regno diſſidentes conciliâſſe : quod quidem poſt è Baſilea diſceſſum circa A. 1438 ſequentemve, quo tempore imperavit *Albertus*, factum videtur.

Opera autem reliquit plurima *Alphonſæ*, quorum aliquot lucem viderunt, cætera remanſiſſe Burgis in capella, in qua tumulatus fuit, refert *Ferd. Pulgarius* in ipſius Elogio.

SCRIPTA :

1. *Orationale Opus*, aliàs *duodenarium*, quòd quæſtionibus conſtaret duodecim, nuncupatum, cujus hæc eſt integra inſcriptio editionis poſthumæ, Hiſpanico idiomate : *Oracional, ò tratado que contiene reſpueſta à algunas queſtiones que hizo el noble cavallero* Fernan Perez de Guzman *al. Rev. P. virtuoſo Prelado* D. Alonſo de Cartagena *de buena memoria, Obiſpo de Burgos, tocante à la fiel y devota oracion.* Sequitur : *Contemplazion mezclada con oracion, compueſta en Latin, y tornada en lenguage Caſtellano, ſobre el Pſalmo de David* : Judica me Deus. Item : *Declaracion de un tratado que hizo* S. Juan Chryſoſtomo, *el qual demoſtra y concluye, que ninguna perſona es dañada ſino por ſi miſma; que le mando el Rey* D. Juan el II *hazer.* Adjungitur *Carmen* ſeu *Epicedion* ejuſd. *Ferd. Perezii* in obitu *Alphonſi.* Quæ omnia *Didaci Roder. de Almela*, qui familiaris fuit *Alphonſo*, operâ, ut ſuſpicatur *Antonius*, Murciæ ex typ. Gabr. Loiſii Arimo, & Lupi de la Roca 1487. *in fol.* prodierunt.

2. *Conſlatorium*, quod laudat idem *Almela* in ſuo *Valerio* &c. Sed cujus argumenti ignoratur.

3. *Defenſorium fidei*, quod diſertis verbis laudant idem *Almela* lib. 8. tit. 6. cap. 9. *Alph. Veneræ* in Enchirid. temporum, aliique. Atque librum hunc typis editum fuiſſe, alicubi ſe legiſſe teſtatur *Antonius.*

4. *Super altercatione praeminentia Sedium inter Oratores Regum Aragonia & Anglia in Concilio Baſileenſi.* Ita inſcribitur in Cod. Vatic. MS. 4150. Non cum Aragoniæ, ſed cum Caſtellæ Oratoribus controverſiam Anglis Legatis fuiſſe affirmant. Planè Caſtellæ dignitatem ab eo contra Anglos, qui priora ſibi vendicabant, ſcripto defenſam, & Patribus oblatam, tradunt *Garibaim* lib. 16. cap. 13. & *Mariana* lib. 21. cap. 6. Ac verè res inter Anglos & Caſtellanos geſta argumentum eſt hujus libelli. Quare mendum irrepſiſſe in Vatic. codicis inſcriptione arbitratur *Antonius*, referens titulum Codicis 4151. ejuſd. Bibl. *Propoſitio facta per Rev. P. Alphonſum Epiſc. Burgenſem, ſuper altercatione* &c. *inter Ambaſciatores Seren. & Potentiſſ. Principis Dom. noſtri Regis, & Ambaſciatores Ill. Principis Dom. Regis Anglia* &c. Hoc autem opus eſſe ſuſpicatur *Antonius*, quod inſcriptum *De las Seſſiones*, & Noſtro tributum obſervavit à *Didaco Valera* in Cæremoniali Principum, MSto.

5. *Oratio*, quam habuit in Concilio Baſileenſi, MS. in Cod. Vatic. 232.

6. *Defenſorium unitatis Chriſtiana, ad Joannem Caſtella & Legionis* &c. *Regem potentiſſ.* Converſorum ex Hebraiſmo agit cauſam, ut ſcilicet benevolè, & ex Chriſtianæ charitatis legibus, non verò cum honorum indignis & expertibus ad Eccleſiæ gremium reciperentur. Liber eſt doctiſſimus, ſuoque artifice dignus, Sacrarum Scripturarum, Eccleſiæ univerſalis, atque Hiſpanæ Conciliorum, nec minùs Sanctorum Patrum, & Juris utriuſque teſtimoniis doctè atque nervosè explanatis, conſtans. Hujus tres partes ſunt : *Prima* aliquantò generaliter, *ſecunda* particulari diſtinctione ſpecialiter hanc ſanctam (*ait*) unitatem defendere tentat : *tertia* quantum errorem incurrant qui contra eam aliquid dogmatizare præſumunt, ac quid ad eorum reductionem ſeu punitionem ſuperioribus ſuis incumbat agendum, oſtendit.

Prima quidem *Pars* continet Capita X. *ſecunda* in quatuor theoremata ſubdividitur. I. Demonſtrat populum Iſraëliticum fuiſſe per Chriſtum quoad ſufficientiam ſalvatum. II. Gentes quoque univerſas eodem modo gratiam recepiſſe. III. Tam Iſraelitas quam Gentiles per baptiſma ad fidem catholicam ingredientes, non duos populos, aut duas gentes diverſas manere, ſed ex utriuſque venientibus unum populum novum creari. IV. Tam hinc quàm illinc ad fidem catholicam venientes, quamcumque eminentiam, nobilitatem, aliamve dotem, quam primò habebant, in quantum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ inſtitutis non obviat, recuperare, habilitatemque de novo obtinendi acquirere. *Primum* theorema octo, *ſecundum* tria, *tertium* ſex, *quartum* triginta quatuor habet capita.

Tertia demum *Pars* Operis Capp. XIV continetur. In calce legitur conſcriptum fuiſſe A. C. 1450. Hujus autem ſpecimen (quod paulò prolixius exhibet *Antonius*) ſibi ſubminiſtratum fuiſſe docet ab amico D. *Joanne Luca Corteſio* ex MS. Codice, quem apud ſe habebat, quemque vidit ipſe *Antonius.* Attamen, pergit, commune hoc inter doctiſſimos viros trium ferè ſæculorum de hac re judicium non potuit hactenus quampluribus ſtabilitum Eccleſiarum & Gymnaſiorum ſanctionibus, Pontificiâ etiam auctoritate nitentibus, contrarium judicium perſuaſionemque, non infrequentibus confirmatam apoſtatarum exemplis, labefactare. Occaſionem verò huic *Alphonſi* ſcripto dediſſe primum de hac interdictione ab certis honoribus ſive ſedendi & ſuffragium ferendi locis novis Chriſtianis factâ ſtatutum

tutum

tutum Toletanum quoddam anno 1449 factum, ſe admonitum à docto quodam viro docet *Antonius*.

7. *Memorial de virtudes* : quod à *Defenſorio fidei* diſtinguendum, quamvis confundere videntur alii.

Deceſſit autem *Alphonſus* annos natus 60. Villaſandini Burgenſis territorii oppido, cum viſitato *Jacobi* Apoſtoli ſepulchro è Compoſtella rediret, 12 Jul. 1456. Emendandus igitur *Ciaconius*, qui in Bibl. ſuâ *p.* 96. ait perveniſſe *Alfonſum* ad A. 1460. Alia ejus ſcripta Hiſtorica recenſet *Nic. Antonius* qui de eo plura *Tom. II.* Bibl. vet. *p.* 172. *n.* 389-411. Hujus meminit quoque *Voſſius* Lib. III. *de Hiſt. Lat.* cap. 7. p. 586.

ALFONSUS (*Martinus*) Hiſpanus, à Corduba dictus, natus in cognomine urbe, ut creditur, ibique inter Auguſtinianos ſodales regularis vitæ Sacramento addictus, *Joannis* & *Henrici* Regum tempore (Sec. XV) integritate morum, doctrinaque perutili valdè floruit. Cùm Galliæ Toloſam, & Hiſpaniæ Salmanticam Profeſſor Theologus nobilitaſſet, haud mediocri æqualium ejus ævi compendio navavit ſacris concionibus operam, adeò quidem totus Deo impenſus, ac temporalium ſecurus, ut nec Pacenſis Eccleſiæ infulis, nec præcipuo quodam apud eos loco dignitatis & charitatis iiſdem duobus Regibus olim invitatus, animi propoſitum, quod ſibi fecerat, in paupertate, longèque à ſecularibus manendi, uſquam mutaverit. Immo & magna tum illius temporis immenſam, nulliſque officiis exorabilem dominandi libidinem peroſus, curiâ quoque deceſſit. Nulla hujus viri mentio ultra annum 1476 (a) habita in Auguſtinianis monumentis, ſuadet hæc tempora eum non exceſſiſſe, ſaltem Valliſoleti deceſſiſſe conſtans fama eſt. Hæc *Nic. Antonius* (b). Elſſius *p.* 469. notat *Alfonſum* fuiſſe ann. 1453. Vicarium Generalem in Conventu Salmanticenſi, & in Valliſoletano Cœnobio ann. 1470. 13. Jun. atque ann. 1473. die 27 Jul. Capituli Provinciæ Hiſpaniæ, primo loco, Præſidem deſignatum.

Plura Scripsit, atque ea quidem à ſodalibus Pincianis, ignotum quâ cauſâ, pignori apud Benedictinos poſita, tradit *Hieronymus Romanus* in *Chronico Auguſtiniano*. Latina hæc ſcilicet:

1. *Hexaemeron, ſive in Geneſis priora capita de opere ſex dierum.*

2. *In Divi Pauli Epiſtolas Commentaria & quæſtiones.*

3. *Apocalypſis explanationem.*

4. *Logicam & Philoſophiam.* Vulgaris quoque linguæ hæc inter alia:

5. *Alabanzas de la Virgindad* : (Laudes Virginitatis:) ad Virgines Deo Sacras.

6. *De proſpera y adverſa fortuna.* Opus *Alvaro à Luna* Comeſtabili, qui fato quodam, exemplum utriuſque extitit mirabile, nuncupatum.

(a) *Ciaconius* de eodem *Alfonſo*, ut videtur, loquens, *Bibl.* ſuæ p. 101. floruiſſe ait A. 1540. (b) *Bibl. vet.* Tom. II. p. 101. n. 618.

ALFONSUS ſeu ALFONSI (*Petrus*) gente Hiſpanus, ortu Judæus, *Moyſes* antea vocatus, ad Chriſtianiſmum converſus An. 1106. ætat. 44. in urbe Oſca (vulgò *Hueſca*) regni Aragoniæ, in ipſo *S. Petri* feſto baptizatus, atque ab *Alfonſo* Hiſpaniæ Rege ad baptiſmi fontem ſuſceptus, ideo *Petrus Alphonſus* dictus eſt. Scripsit, nomen ſuum à gentilium ſuorum, qui ejus ad caſtra Chriſtianorum tranſitum malignè interpretabantur, calumniis vindicaturus doctiſſimè atque eruditiſſimè, judice *Nic. Antonio* Bibl. Vet. *Tom. II. p.* 7. *n.* 34. &c.

1. *Dialogos* (ſive *Dialogum* in XII partes ſeu titulos diſtributum) *in quibus impia Judæorum opiniones evidentiſſimis cùm naturalis, tum cœleſtis philoſophia argumentis, confutantur, quædamque Prophetarum abſtruſiora loca explicantur.* Coloniæ primum ex officinâ Gymnici 1536. in 8. prodière, poſteaque in variis Patrum Bibliothecis. MSS. hujus Operis Codices extant Cantabr. in Bibl. S. Bened. Cod. 295. & Pembroch. Cod. 144. & privatim in Bibl. *Gualt. Copi* Cod. 91. item Pariſiis in Bibl. Regia, Colbert. Victor. Longipontana, & alibi. In his autem Dialogis colloquuntur *Moyſes* Judæus, & *Petrus* Chriſtianus, nempe is qui olim fuerat, cum eo qui jam eſſe cœperat. *Omnium* (ait auctor) *aliarum gentium credulitatum deſtructionem propoſui, poſt hæc Chriſtianam legem omnibus præſtantiorem eſſe concluſi: ad ultimum etiam omnes cujuſlibet Chriſtianæ legis adverſarii objectiones poſui, poſitaſque pro meo ſapere cum ratione & auctoritate deſtruxi.* Laudat hominem opuſque *Raymundus Martini* in Pugione fidei &c. eum, priuſquam Chriſtianus fieret, magnum apud Judæos Rabinum fuiſſe aſſerens. *Alphonſus* item *Spina* in *Fortalitio fidei*, qui ſapientiſſimum & eruditiſſimum, & *Alphonſi* Imperatoris Medicum, & venerabilem vocat; aliique plures eum celebrant.

Tribuitur quoque eidem a nonnullis

2. *De ſcientia & philoſophia* lib. 1. qui forſan idem eſt, inquit *Antonius*, cum libro *Diſciplina*, ita ab Autore appellato. cujus exemplum veteris valdè ſcripturæ codex Vaticanus MS. 4161. conſervat, cujus initium: *Dixit Petrus Alphonſus.... compoſitor hujus libri* &c. Et mox: *Prologus libri Petri Alphonſi* : *Deus in hoc opuſculo mihi ſit in auxilium, qui me librum hunc componere & in Latinum convertere compulit* &c. Et paulo inferius: *Propterea ego libellum compegi, partim ex proverbiis Philoſophorum, & ſuis caſtigationibus Arabicis, & fabulis, & uſibus, partim ex animalium & volucrum ſimilitudinibus* &c. Principium libri: *Hoc Philoſophus qui lingua Arabicâ cognominatur* Edrich, *dixit filio ſuo* &c. Et in fine eſt. *Explicit liber Petri Alphonſi, qui intitulatur* Diſciplina *prout habetur in proœmio.* Character eſt lectu difficilis ob frequentes abbreviaturas, & æqualis, aut fere, ſæculo XII quo auctor vixit. Plures hujus *Diſciplina* MSS. Codices recenſet *Oudinus*, quam *Clericalem* vocat, prout inſcribitur in Cod. 4264. Bibl. Reg. Gall. Extat item in Bibl. S. Germ. Pariſ. Cod. 798. & in Vict. Canon. Regul. Auguſtin. Litt. B. 13. item Oxoniæ in Bibl. Collegii Corp. Chriſti Cod. 12. & Cantabr. in Bibl. S. Bened. Codd. 85 & 292. & S. Petri Cod. 18.

3. *Logicam* præterea *Alfonſo* tribuit idem *Oudinus*, quem vide *Tom. II. p.* 992. Vid. & *Elias Du Pin* Sec. XII. p. 180. in 4. *Trithem.* cap. 356. Graviter errat *Placcius* in Pſeudon. *p.* 454. *nu.* 1829. ubi *Alphonſum* noſtrum A. 1526. baptizatum prodit ex *Miræo* Part. II. p. 6. Ille eſt *Alfonſus* quem *Alphuminum* vocat *Imbon.* p. 189.

ALFONSUS (*Petrus*) gente Hiſpanus, *Burgenſis* ſive proprio cognomine, ſive à patriâ dictus, Sec. XVI clarus, *Carolo V* Imperatori charus, Monachus dein Benedictinus Monſerratenſis, in quo cœnobio, atque inde in cellulis montis ejuſdem ſolitariis ingenti fama excelluit, vir eximiæ ſanctitatis, contemplationi addictiſſimus, quæ verba ſunt *Gabr. Bucelini* in Annal. Benedict. ad A. 1552. Scripsit noſter de rebus ſpiritualibus plures Tractatus Latinos, nempe

1. *De immenſis Dei beneficiis, & de tribus virtutibus Theologalibus.* Barcinon. 1562. in 8.

2. *De Euchariſtia* lib. I.

3. *De vita ſolitaria* lib. I.

4. *De Religione tribuſque votis Religioſorum.*

5. *De immortalitate animæ* : itemque

6. *De vita & laudibus B. V. M.* omnia hæc *Barcinone* eod. anno 1562. in 8. Præterea

7. *De Præparatione ad mortem* : ibid. 1568. in 8.

8. *Dialogos entre Chriſto y el Alma* : ibid. 1569. in 8. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 133.

ALFONSUS de Portugallia, clarus anno 1345. quem Auguſtiniani ſodales ſuæ familiæ aſſerunt, Scripsisse dicitur

Interpretationem ſeu *Expoſitionem*, ut mos ferebat hujus temporis, *Magiſtri ſententiarum.* Inter ſuos reponit *Elſſius* p. 37. Subdubitat tamen ingenuus vir *Thomas de Herrera* in Alphabeto Auguſtiniano, an ad

hunc ordinem ſuum pertinuerit. * *Nic. Anton.* Bibl. vet. *Tom. II. p.* 108. *n.* 270.

ALFONSUS V, *Ferdinandi Honeſti* Aragoniæ Regis filius, Aragoniæ idem, Neapolitani & Siculi regnorum Rex, magnanimus, juſtus, fortis, literarum & literatorum valdè amans, omniumque heroicarum regiarumque virtutum exemplar, vixit Sec. XV. Thronum conſcendit anno ætat. 19. at quinquagenarius tantùm literas didiciſſe fertur, quod, cùm tam ingentibus laborioſiſſimæ vitæ curis intentus viveret, non dedignatum, aut impeditum meritò mirantur non pauci; quin etiam pueri patientiâ, & veluti nihil aliud agentis intenſione animi, prima Latinæ grammaticæ rudimenta doceri ſe permiſerit; cujus eam cognitionem, & linguæ Romanæ uſum adeptus eſt, quam mox laudanda monumenta Chriſtianæ totius, ac moralis ſapientiæ plena, tantoque viro prorſus digna præſeferunt: *Epiſtolæ* nimirum quædam, & *Orationes* ejus Latinè dictæ ſcriptæque, à *Lucio Marineo* Siculo in Genealogia Regum Aragoniæ evulgatæ. Sed inprimis hic locum meretur propter *Hiſpanicam* quam confecit *verſionem Proverbiorum Salomonis*, ſi fides *Jac. Le Long* p. 361 & 542. Sanè mirum de eo labora nil reperiri apud *Nic. Anton.* Tom. II. p. 178. qui & *p.* 179 innuit nonnihil ab *Alfonſo* elaboratum fuiſſe in *Seneca* Epiſtolis vertendis. Dicunt præterea eum quatuordecies Biblia legiſſe cum præſtantioribus ſui temporis Commentatoribus. Obiit autem A. 1458. exeunte menſa Junio, annos natus 63 & ultra. Ejus laudes, præclara geſta dictaque fuſiùs celebrat inter alios vir doctiſſimus *Ant. Teiſſerius* in Compendio (Gallico) vitæ variorum Principum illuſtrium &c. Amſtelod. 1710. in 12. Vid. *Mem. Trevolt.* manſ. Dec. 1711. *p.* 2112. &c.

ALFONSUS VIII Rex, ni fallor, Caſtellæ & Legionis, Sec. XIII. cui duas, quæ *Alfonſo X* Sapienti & Aſtronomo dicto tribui ſolebant, Epiſtolas reſtituit *Nic. Antonius* (a), quarum

1. *De Sarracenis profligatis*, Baſileæ 1553. *in fol.* edit.
2. *De Albigenſium hæreſi extinctâ*: ibid. publicata.

Utraque extat Romæ in Barber.

(a) *Bibl. Vet.* Tom. II. p. 59. n. 224.

ALFONSUS (*Vincentius*) gente Siculus, Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Juris utriuſque Doctor. Sacrâ eloquentiâ innotuit, & eximii concionatoris partes explevit. Politiori literaturâ ornatus, vixit circa annum 1632. Edidit Italicè

1. *Prima Centuria delle lettere.* Neapoli, 1635. in 8. Prælo paraverat, quæ an prodierint, ignoro
2. *Seconda Centuria delle Lettere.*
3. *Prediche.* * Mongit. *Tom. II. p.* 274.

ALFONSUS *de Zamora* à patriâ cognominatus, natione Hiſpanus, ortu tamen Judæus, Judæis parentibus natus eſt. Hebraicis literis ac myſteriis eruditiſſimus, publicas inter Judæos, antequam fidem Chriſtianam ſuſciperet, ſcholas moderatus. Demùm baptiſmo initiatus, claruit anno 1506. Ob inſignem rerum Hebraicarum peritiam ampliſſimo ſtipendio a Cardinali *Ximenio* invitatus, nobiliſſimæ illi Bibliorum Complutenſium editioni adornandæ quindecennem ferè operam locavit. Obiit anno 1530 (a) vel ſequenti (b). *Morerius* addit 1535.

SCRIPTA:

1. *Vocabularium Chaldaicum atque Hebraicum Vet. Teſtamenti.*
2. *Interpretationes Hebræorum, Chaldæorum, & Græcorum nominum utriuſque Teſtamenti.*
3. *Catalogus eorum, quæ in utroque Teſtamento aliter ſcripta ſunt vitio Scriptorum, quàm in Hebræo & Græco, & in quibuſdam Bibliis antiquis.*
4. *Introductiones Artis Grammaticæ Hebraicæ.*

Opera iſthæc poſtremum Bibliorum Complutenſium edit. 1515. fol. volumen conficiunt; in quibus conſcribendis *Alphonſus* noſter partes primas, in ſequentibus ſolas tulit.

5. *Introductiones Artis Grammaticæ Hebraicæ*: ſeu Grammatica alia priori *brevior*, *facilior*, & *lucidior*, ut ipſe in Præfatione loquitur ad *Alphonſum Fonſecam*, Præſulem Toletanum, *Ximenii* ſucceſſorem.
6. *Vocabularium breve omnium ferè primitivorum Hebraicorum.*
7. *Brevis Tractatus de Orthographia Hebraica*, ſeu *de Punctis.*
8. *Epiſtola* ex Hiſpania *ad Hebræos* Romæ degentes *miſſa ad reprehendendum eos in ſua pertinacia.* Extat Hebraicè & cum verſione Latina interlineari.

Opuſcula iſta quatuor proximè enumerata prodierunt ſimul *Compluti* 1526. in 4°

Fuit & in Bibliotheca Sotæ Aragonenſis (an MS. an typis editum ignoratur)

9. *Compendium univerſorum Legis veteris præceptorum* in 4°. * Conf. *Henr. Wharton* Append. ad *Caveum* ad A. 1506. *Nic. Anton.* Tom. I. p. 45.

(a) Vid. *Le Long* p. 542. (b) *idem p.* 604.

ALFONSI alii ſunt quamplurimi, de quibus ſuo loco dicemus, v. g. da *Alphonſo* de VARGAS & da *Alphonſo* TOSTATO ubi litteras T & V annuente Deo attigerimus.

ALFORDUS (*Michael*) Societatis Jeſu, natione Anglus, patriâ Londinenſis, natus anno 1587. Societati nomen dedit anno 1607. in Belgio, decurſis prius Philoſophiæ ſtudiis in Hiſpania, axindè Theologiæ navavit operam in Collegio Societatis Lovanienſi. Romæ quinquennio Pœnitantiarii Pontificii munere functus eſt ad Vaticanum, & votorum quatuor profeſſionem emiſit. Miſſus in Angliam capitur Cantuariæ: Magiſtratui ſiſtitur, Londinum abducitur, ſed interventu Reginæ *Mariæ Henriettæ* liber dimiſſus eſt. Triginta & amplius annos vineam illam gnavus Operarius impigrè excoluit, & Rector Collegii (quod vocant) immaculatæ Conceptionis, diu præfuit. A Congregatione Provinciæ habitæ in Anglia, bis delectus eſt ut adiret Romam, ſemel ut Procurator, altera vice ut Elector futuri Generalis in Congregatione nona. Tandem anno 1651. tranſmittens denuo in Belgium, ut operi ſuo *de Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglicana* ſupremam manum imponeret, lenta correptus febre è vita tandem exceſſit Audomaropoli (vulgò *S. Omer*) dia 11 Auguſti. Singulari veneratione ferebatur erga Sacra Chriſti vulnera, & quotidie 22. annorum ſpatio ante obitum, in unum ex illis irrepere ſolebat mente, atque in illo per illum diem quaſi habitare. Unde quatriduo ante exitum, quendam ex aſſiſtentibus rogavit, ut deficienta tunc quotidia memoria ſua quotidiè ſuggereret, quodnam ex vulneribus ſibi ingrediendum eſſet, atqua ita per vulnus in latera Chriſti ingraſſus eſt (ut fas eſt credate) in gaudia Chriſti. * *Sotuel*, Bibl. Soc. Jeſu.

SCRIPTA:

1. *Britannia illuſtrata, ſive Lucii, Helenæ, Conſtantini Patria & Fides cum Appendice de tribus Controverſiis, de Paſchate Britannorum, de Clericorum nuptiis, & num olim Britannia coluerit Romanam Eccleſiam.* Antverpiæ, typis Chriſtophori Legers 1641. in 4.
2. *Annales Eccleſiaſtici Britannorum, Saxonum, & Anglorum à Chriſto nato uſque ad annum* 1189. Tomis IV. in fol. comprehenſi: Opus multarum vigiliarum, ad aſſerendam fidem Romanam ex Regum factis, & rebus ſanctorum geſtis in Britannia. Inſcripti ſunt his titulis:

I. *Fides Regia Britannica, ſive Annales Eccleſiæ Britannicæ per quinque prima Secula.* Leodii, typis Joannis Matthiæ Hovii 1663.

II. *Fides Regia Anglo-Saxonica, ſive Annales Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ, ab anno Domini* 500, *uſque ad* 800. Leodii, iiſdem typis, anno & forma.

III. *Fides Regia Anglicana, ſive Annales Eccleſiæ*

Anglicanæ

Anglicana ab Anno Domini 800. *uſque ad* 1066. iiſdem anno & forma.

IV. *Fides Regia Anglicana*, ſive *Annales Eccleſiæ Anglicanæ ab anno Domini* 1066 *ad* 1189. Ibidem, iiſdem anno & forma.

ALFREDUS, ſeu ÆLFRIDUS, & ALVREDUS Rex Angliæ, *Magnus* à rebus geſtis dictus, Wadingtone in agro Bercheſienſi natus A. 849. *Ethelwolphi* Occidentalium Saxonum Regis, & *Oſburgæ* filius natu minimus, anno ætat. 12. adhuc neſcivit litteras, ſed Saxonica Poëmata, quæ diu noctuque audivit, memoriâ fideli retinuit. Ætate provectior, tempus puerile deperditum omni ſtudio ac diligentia redemit, adeo ut non infimum inter eruditos ſæculi ſui viros locum obtineret. Anno 871. Angliæ Monarchiam obtinuit, ac per triginta fere annos tenuit, frequentibus Danorum incurſionibus exercitatus, quos multis præliis ſuperavit, & ipſe ab iis ad ſummas ſæpè anguſtias redactus, ac ſemel Regno exutus. His verò omiſſis ad alia veniamus. Monaſteria condidit, Eccleſias extruxit, ſcholas atque Academiam Oxonienſem fundavit; in quibus Procerum liberos bonis litteris imbuendos præcipuè curavit. Quin & ipſe exemplo ſuo aliis præivit, quotidie enim octo horas legendo, ſcribendo, dictitando, & orando tranſigebat; adeo ut Grammaticus, Philoſophus, Rhetor, Hiſtoricus, Muſicus, & Poëta, non ignobilis, haberetur. Obiit Rex doctiſſimus, ſapientiſſimus ac piiſſimus Princeps, VII Cal. Nov. A. 900. vel ſequenti, Regni ſui 29. in civitate Wintonienſi reconditus. Vitam ejus litteris mandavit *Aſſerius* Menevenſis, ipſius domeſticus & familiaris, *Oxonii* editam 1678. *fol.* unde preſſiorem ſitim curioſus lector explere poſſit. Attamen de illo ſequentia item obſervanda:

α. Præter admiranda multa hujus Principis, pace belloque geſta, domi foriſque, præter ſanctitatis inſigne exemplum, clementiæ, vigilantiæ, prudentiæ, paternæ ſollicitudinis, beneficientiæ in egenos, unam illi curam fuiſſe reſtituendi Chriſtianiſmi, ſapientiſſimis de Religione Legibus, ac Scholarum fundatione.

β. In iis pependiſſe Alfredum à nutu aut ſententiâ Pontificis *Cæſar Baronius* & *Nic. Harpsfeldius* aſſerunt; at *Johan. Spelmannus* in vitâ *Ælfredi* lib. 3. art. 97. *&c.* uſum fuiſſe auctoritate Regiâ pertendit, & eo factum ut eximiâ ſuâ ſanctitas. non adſcriptus fuerit Sanctorum ordini, certiſſimo indicio, inquit *Spelmannus*, non omnia de ſententiâ Romani Pontificis adminiſtraſſe, nec ſe huic regendum permiſiſſe. Vid. *Spanhem.* Hiſt. Eccleſ. *Sec. IX. p.* 1339.

γ. Sub eo Rege Oxonienſem Academiam ſurrexiſſe A. 885. vel 886. poſt *Grimbaldi* in Angliam adventum, accerſiti ab *Alfredo* inſtaurandis litteris. Unde aperte ibi Grammaticis, Mathematicis, Philoſophicis ac Theologicis litteris ſcholæ, hinc nova ibidem Collegia ſeu Aulæ ſtructæ, ac ſplendida è ſaxo Collegia &c. Vid. *Lib. I.* Antiqq. Univerſ. Oxonienſis, Vitam *Alfredi*, & ad eam Annotationes. *Spanhem.* p. 1341.

δ. Quoſdam dixiſſe *Ælfredum* Anglicani Regni coronam à Papâ accepiſſe, *Leone IV.* aut *Hadriano VI.* hinc vocatum *filium Papæ*; ſic Anglorum Chronica, *Polydorus*, & *Joh. Spelmannus*, in vitâ *Alfredi*: ſed Cl. *Spanhem.* loc. cit. *p.* 1417 obſervat *Alfredum* tum quinquennem vel ſeptennem puerum fuiſſe, cùm Romam miſſus à Patre dicitur, ſuperſtitibus adhuc Patre, & tribus fratribus, natu majoribus. Igitur *unctionem* non tam *Regiam* fuiſſe, vel *Propheticam* per *Leonis* ſanctitate ut interpretantur, quàm ſpectantem ad ritum Confirmationis, Pontifice ſimul eum adoptante in ſpiritualem filium, & Vir Magnus amandat ad notas noviſſimas Oxonienſes in Vitam *Ælfredi*.

ε. *Ingulfum* Abbatem Croilandiæ illum eximiè laudaſſe in *Hiſt. Croilandiæ* ad A. 874.

SCRIPTA:

1. *Paraphraſis Saxonica Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Ven. Bedæ*: quam cum *Beda* Hiſtoria edendam curavit *Abrahamus Whelocus* Cantabrigiæ 1644. fol.

2. *Leges quamplurimæ*, quarum pars longè maxima ad Eccleſiam ſpectant. Extant Latinè & Saxonicè *ibid.* in Append. *p.* 15. & in Chronico *Joan. Brompton*, ac in Concil. *Labb.* Tom. IX. p. 583. & ſeqq.

3. *Teſtamentum ejus.* Extat apud *Aſſerium* in Vitâ *Alfredi* p. 222.

4. *Paſtorale D. Gregorii* Saxonicè vertit. Edita eſt verſionis iſtius Præfatio Saxonicè, Anglicè & Latinè *ibid.* p. 25. ac prius, docente *Lipenio* Tom. II. p. 439. *Lugd. Batav.* 1597. in 8. Extat ipſa *Paſtoralis* verſio in Bibl. Collegii SS. Trin. Cantabr. Exemplar verò vetuſtiſſimum, & quod Codex olim erat *Plegmundi* Archiep. qui floruit anno 890. (cujus character elegans, perpulcher, & vetuſtiſſimus,) habetur in Bibl. Cotton. ſub Tib. B. 11. N. 1. alius item Codex ibid. ſub Othone B. 2. N. 1.

5. *Pſalterium Davidis* ſaltem ex parte Saxonicè convertit. Prodiit Verſio unà cum Textu Latino a *Joanne* Spelmanno *Henrici* filio, *Londini* 1640. in 4. Vid. *Le Long* p. 420. & 413. b. Hanc tamen verſionem *Alfrico* (de quo infra) potius deberi forſan judicabit peritus Lector, cujus arbitrio res eſt.

6. Pauli Oroſii *Hiſtoriam*, ſive *Hormeſtam* Saxonicè item vertit: cujus Verſionis Præfatio habetur apud *Henr. Spelmannum* in Append. cit. *p.* 205. Ipſa verò Tranſlatio Saxonica habetur MS. in Bibl. Cotton. ſub Tib. B. 2. N. 1.

7. *Hiſtoriam Regum Weſt-Saxoniæ* condidit, cujus fragmenta extant Saxonicè & Latinè, *ibid. p.* 199.

8. *Tranſlatio Boetii per Alfredum* &c. habetur in Bibl. Cotton. ſub Othone A. 6. N. 1. Verſio eſt operis *de Conſolatione Philoſophiæ*, ut tradit *Baleus*, & ex eo alii: idque confirmat titulus Editionis quæ lucem vidit *Oxonii* è Theatro Sheldon. 1698. in 8. *An. Manl. Sever. Boethi Conſolationis Philoſophicæ Libri V. Anglo-Saxonicè redditi ab* Alfredo *inclyto Anglo-Saxonum Rege.* Ad Apographum Junianum expreſſos edidit *Chriſtoph. Kairlinſon*, è Coll. Reginæ. * *Nov. Reip. Liter.* Dec. 1701. p. 688.

9. Interierunt penitùs, inquit *Caveus* ad A. 871. *Dialogi IV. S. Gregorii* ab *Alfredo* Saxonicè verſi, (*a*) aliaque plurima Opuſcula, partim tranſlata, partim proprio Marte elaborata, quorum Indiculum exhibet *Baleus* Cent. II. cap. 16. Conf. *Leland.* Collect. Vol. IV. n. 1. p. 110. & *de Script. Brit.* cap. 115. Plura *Nat. Alexander* in Hiſt. Sec. IX & X. *Voſſius* lib. II. cap. 38. *Poſſevin.* p. 41. *Olear.* p. 36.

(a) Nota eundem *Caveum* ad A. 980. hanc verſionem tribuere *Ælfrico* Cantuarienſi Archiep. quam MS. cum aliis extare docet Cantabrig. & in Bibl. Lumleianâ.

Alii quidem ſunt *Alfredi*, ſed Hiſtorici aut Philoſophi, quibus hic non eſt locus.

ALFRICUS. Vid. ÆLFRICUS. Hic obiter moneo *Vitam S. Guthlaci*, quæ non ad eum quidem, ſed ad *Alfricum* antiquiorem pertinet (*a*), MS extare in Bibl. Cotton. *litt. D. Cod.* 21. *num.* 2. non n. 21. ut ſupra (*b*) dictum eſt. Eidem *Alfrico* Pſalterii Davidis (*c*) & Dialogorum S. *Gregorii* verſionem Saxonicam (*d*) tribuimus; utramque verò *Alfredo* Regi adſcribit *Caveus*. Vid. ſup. n. 5. & 9.

(a) Vid. ſup. p. 130. *col.* 1. & *Caſ. Oudin.* Tom. I. p. 1789. (b) *p.* 128 *col.* 2. *n.* 7. (c) Vid. ſup. *p.* 129. *col.* 2. ſub finem. (d) ſup. *p.* 128. *col.* 2. *n.* 12.

ALFRIDUS. Vid. ALTFRIDUS.

AL-GAZALI. Vid. ſup. ABU-*Achmed Algazali* &c. de quo item conſuli poteſt *Herbelotius* voce *Abu Oloum eddin*, p. 71. & *Bartolocc.* Tom. I. n. 193. p. 131. *Aſſemanus* Tom. I. p. 626. *Algazelis* Metaphyſicam recenſet inter Codd. MSS. Arabicos Bibl. Vatic. num. 35. in fol. bomb.

ALGAVA & EXPEXO (*Ferdinandus Gomez* de) Hiſpanus, *Montillâ* Bæticæ Provinciæ oppido Cordubenſis ampla familia ortundus, in proximo huic altero oppido *Aguilar* dicto Parochus, EDIDIT

Primera

Primera Parte del Arte de ſervir à Nueſtra Señora, y entretenimientos para los devotes : Montillæ, apud Joh. Bapt. de Morales, 1631. in 8.

* *Nic. Anton.* Tom. I. p. 087.

ALGERUS primùm Eccleſiæ S. Bartholomæi Leodienſis Diaconus & Scholaſticus, dein ad Eccleſiam S. Lamberti ab *Oberto* Epiſcopo tranſlatus, negotiis Eccleſiaſticis per viginti ferè annos uſque ad obitum *Frederici* Epiſcopi operam dedit : poſtremùm in Cœnobio Cluniacenſi ſub *Petro Mauricio* Abbate inſtitutum Monaſticum amplexus eſt. Claruit anno 1130. non 2040. ut habet *Ciaconius p.* 118.

Scripta:

1. Libb. III. *De Sacramento Corporis & Sanguinis Chriſti adverſus Berengarium*, Coloniæ 1535. vel 1585. Lovanii 2551, 1561 & 1571. in 8. cum aliis vetuſtis Autoribus, ac prius Antverpiæ 1530, ex *Eraſmi* recognitione. Habetur & iſtud Opus in Bibl. PP. Pariſ. 1576. *Tom. IV.* & Lugdun. *Tom. XXI. p.* 051. Extat MS. in Bibl. Canon. Regul. S. Auguſtini Tungrenſium, cui adduntur Bullæ *Urbani IV* & *Martini IV*, de inſtitutione Feſti S. Sacramenti &c. Vid. *Iter Litterarium* Pariſ. 1714. in 4. Gallicè editum, p. 197. Monet Lectorem *Sweertius* p. 117. quædam in *Algero* cautè & cum curâ legende, & ad *Bellarminum* remittit *de Script. Eccleſ.* Docet nimirum Cardinalis *p.* 18. 046. poſt *Petrum* Cluniacenſem, *Lanfrancum* ſcripſiſſe de Sacramento Euchariſtiæ, benè, planè, perfectè ; *Guirmundum* meliùs, pleniùs, perfectiùs ; *Algerum* optimè, pleniſſimè, perfectiſſimè. Sed obſervari vult, hunc *Algerum* lib. 0. cap. 1. ſcripſiſſe *ſpecies Sacramentales non poſſe corrumpi, vel rodi à muribus* &c. quod eum à *Guismundo* accepiſſe putat ; additque, *Algerum* cap. 8. perperam citare D. *Auguſtinum*, cùm ait. „ Unde, ut ait *Auguſtinus*, nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne „ ritè communicatur : “ Hæc eſſe *Auguſtini* negat *Bellarminus* ; ſed *Paſchaſii* in lib. de Corpore Domini, *cap.* 14. Denique *cap.* 11. videtur *Algerus* velle, eſſe de jure divino, ut ſacrificium Miſſæ celebretur in azymo ; quod non eſt verum, inquit *Bellarminus*, alioquin Eccleſia non toleraret eos, qui celebrant in fermentato. *&c.*

De hoc *Algeri* opere *Pinius* à *Petro Venerabili* diſſentit, ampliorem quidem librum illum, & allegatis veterum Patrum locis ditiorem non negans, aſt nervis ac dictione *Lanfranco* inferiorem judicans.

2. Libb. III. *De Miſericordia & Juſtitia*, quorum I. agit *de gratia*, quomodo ſcilicet, & quamdiu tolerandis malis ſit exhibenda : II *de juſtitia*, quo ſcilicet tempore, vel ordine, vel diſcretione contra eoſdem ſit exercenda : III *de variis hæreſibus*, quomodo ſcilicet in ſua ſuorumve ſacramentorum damnatione differant, aliquo modo quidem à Catholicie, aliquo autem à ſe ipſis. Quicquid verò tractandum ſuſcipit *Algerus*, hoc SS. Patrum aut Conciliorum auctoritate probare & confirmare nititur, quorum verba aliquando truncata, non ſemper integra refert, ſed ea tantùm quæ ad ſuum propoſitum facere videntur. Horum Librorum Præfationem, cum Elogio *Algeri*, Auctore *Nicolao*, Leodienſi Canonico, ejus æquali, edidit *Mabillonius* Vet. Analect. *p.* 119. &c. edit. *in fol.* integri Operis editionem in *Admonitione* ſubjunctâ pollicitus. Verùm quod ille exequi non potuit, præſtiterunt ſodales *Edm. Martene* & *Urſ. Durand* Theſ. Anecd. *Tom. V. p.* 1011. &c. ex MSS. Codd. Monaſt. Claræ vallenſis, Villarienſis in Brabantia, & Alnenſis ad Sabim fluvium in diœceſi Leodienſi.

3. Brevis *De libere arbitrio* libellus. Conſtat *Capp. V.* quorum I explicat quale fuerit *Ada* liberum arbitrium ante & poſt lapſum : II ſtatuit, nec Prædeſtinationem bonorum ad præmium, nec præſcientiam malorum ad pœnam obeſſe libero arbitrio : III. æternam Dei viſionem, quâ omnes actiones noſtras ſibi præſentes habuit, iiſdem nullam neceſſitatem inferre, ſed omnino liberas relinquere : IV meritis & precibus noſtris prædeſtinationem ad vitam obtineri poſſe : V arbitrium noſtrum ſic nunc liberum eſſe, ut mala ex ſe ſolo, bona nonniſi ex gratia velle poſſit. Prodiit primùm hic libellus in *Theſ. Anecd.* R. P. *Pezii* Tom. IV. P. II. p. 112. ex MS. Bibl. Viri Illuſtris Dni *Zacharia Conradi ab Uffenbach.*

3. Lib. *De dignitate ſeu antiquitate Eccleſia Leodienſis*, cujus unica ſupereſt memoria.

4. *Epiſtola plurima* quæ etiam interierunt.

5. *De Spiritu & anima* lib. I. qui inter ſpuria S. *Auguſtini* reponitur, ab aliis tribuitur *Hugoni de S. Victore*, ab aliis *Algero* noſtro. Vid. *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. I. p. 208. ſed alii *Alcherum* ſcribunt, de quo nos ſupra *p.* 033. *col.* 2.

* Vid. (præter. cit.) *Cave* ad A. 1130. *Oudin.* Tom. II. p. 1118. *Du Pin* Sec. XI. p. 21. &c. in 4. *Morer.* Lexic. *Nat. Alexander* Sec. XII. *Trithem.* cap. 318. p. 84. *edit.* Fabric. *Poſſevin.* p. 39. *Catal. Bibl. Traject. Bat.* P. II. p. 57.

ALGOER ſive ALGŒWERS, Theologus Ulmenſis hoc Sec. XVIII Edidit Germ. librum de Veritate Religionis Chriſtianæ hoc tit.

1. *Einleitungs* Diſcours *zu einem* Collegio *über* Grotium *von der Wareith der Chriſtlichen Religion.* Ulmæ 1720. in 8. (a)

2. *Commentarios hiſtoricos* (Germ.) *de ſecunde Jubileo Reformationis, cum Elogiis Theologorum & Paſtorum Ulmenſium, à primo ad ſecundum Jubilaeum.* Ibid. 1717. in 4. (b)

(a) *Jo. Alb. Fabric.* Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt. p. 552. (b) Novell. Litter. *d.* 9 *Jul.* 1718. *p.* 18. Conf. *Fabric.* Centifol. Luther. *p.* 942.

ALGRINUS, Cardinalis. Vid. HALGRAIN.

ALIAGA (*Petrus* de) natione Hiſpanus, Capucinus, Concionator Provinciæ Aragoniæ, ac Magiſter Noviriorum, vir pius, ac obſervantiæ regularis admodum ſtudioſus, Edidit vernaculè Opuſculum cui tit.

1. *Dios Pralhica Capucini.* Cæſaraugustæ 1680 in 8. &

2. *Clara Luz, con la qual podrà puerpol Hebreo ſu falſa eſperanza, y el Chriſtiano ſu obligacion.* 1688. in 8. * *Bibl. Capucin.* p. 270.

ALI-BEIGH ſeu *Albertus Bobowſki* gente Polonus. *Vid.* HALI-BEIGH.

ALIBERTI (*Joannes*) Hiſpanus, civis Bononienſis, & Collegii Majoris ſuæ gentis alumnus, Scripsit *Paraphraſim in IV Evangelia*, verſibus Hexametris & Pentametris, ritè & perbellè elaboratam, ipſâ nominum & vocum proprietate ſervatâ : Item *Vitas Sanctorum* verſibus Jambicis, quæ ſub alieno nomine evulgatæ fuerunt ſub titulo *Primatum Coli*; quâ de re queſtus Autor tum vivens, (quo Seculo non dicunt) dicere ſolebat :

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores,
Sic vos non vobis &c. * Hæc *Orlandus* p. 139.

ALIBRANDO (*Nicolaus Jacobus de*) Siculus, Meſſanenſis Sacerdos, & Poëta, vixit anno 1534. quo edidit Italicè

Lo Spaſimo di Maria Vergine : Poemetto in ottava rima. Meſſanæ 1534. ex *Placido Samperio* in *Iconologia M. V. lib.* 5. *cap.* 33. *pag.* 616. apud *Mongit.* Tom. II. p. 89.

ALIBRANDUS (*Franciſcus*) Meſſanenſis itidem, Juris utriuſque Doctor, & aliquando Societatis Jeſu alumnus, politiores litteras, præſertim eloquentiam coluit, Academicis Meſſanenſibus officinæ adſcriptus. Anno 1676 relictâ patriâ, aliò digreſſus eſt. At anno 1701. patriam repetiit, ubi ſempiterno ſomno oppreſſus, mane repertus eſt in lecto, die 14 Aug. 1711.

Scripta:

1. *Termine* (a) *rimeſſa in ſtato, e pur Riſpoſta ad* un

un ſcritto del Dottor D. Vincenzo Auria. Meſſanæ ſub tit. *Venetiis* apud Bertanos 1664. in 4. cum anagrammatico Autoris nomine *Bernardini Aſſialci*. Sed ex edicto S. Officii dato Panormi 24 Aug. 1665. prohibetur : vid. *Angel. Aproſium* ſub nomine *Joan. Pet. Jac. Villani* in libro : *la Viſiera alzata* pag. 51. *Placcium* in Pſeudon. *p.* 17. *n.* 52. & Diarium Venetum (*Giorn. de' Letterati*) Tom. V. p. 402. Conf. quæ nos voce AURIA.

2. *Diſcorſo in memoria della ſacra Lettera* (*ſcritta da M.V. à Meſſineſi*) *recitato nell' Academia della Fucina nel* 1663. In libro : *Proſe degli Accademici della Fucina lib.* 1. Monteleoni, apud Dom. Ant. Ferrum 1667. in 4.

3. *L'Humanità, che muore ſul naſcere, per rinaſcere nel morire. Diſcorſo nell'eſequie degli Accademici* (*della Fucina*). In Proſis ſuprad. *lib. II.* Neap. apud Andr. Colicchiam 1669. in 4.

4. *Dell' opinione probabile ad uſo delle conſcienze Opuſculo.* Meſſanæ, typis Dom. Coſtæ 1707. in 4.

Reliquit etiam opus MS.

5. *De Uſuris.* * Vid. *Mongit.* Tom. I. p. 200. & II. p. 39. in Append.

(*a*) *Thermæ* urbs Siciliæ ſeptem leucis à *Panormo* diſtans.

ALIENANTUS. Vid. ALYEVAUNT.

ALIER (*Joannes* d') Vid. ALERIO.

ALIERUS (*Stephanus*) gente Italus, Cremonenſis, Ord. Minor. Obſerv. S. Franciſci Theologus ac Concionator perquam egregius, clarus A. 1533. SCRIPSIT librum cui tit.

Prattica dell' Oratione Mentale ; aliaque nonnulla, ut innuit *Breſſianus* in V. R. apud *Ariſium* Cremonæ literatæ *p.* 138.

ALIGERIUS ſeu ALIGHIERI. Vid. DANTES.

ALIPIUS. Vid. ALYPIUS.

ALISERIUS (*Joannes Vincentius*) Siculus, Panormitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci Theologus doctiſſimus, Græcis, Hebraicisque literis apprimè excultus, Concionator celebris, in Sicilia, & in præcipuis Italiæ Civitatibus magno cum plauſu, ac fructu concionatorio lumine effulſit. Romæ præſertim quinquies quadrageſimale curriculum non ſine plauſu confecit. Multa honorificè obivit Ordinis munera. Cœnobia Panormitana S. Mariæ de Miſericordia, & S. Mariæ Annunciationis *Ziſæ* gubernavit. Fuit etiam à Secretis Generalis Ordinis, ac ipſius Ordinis Generalis Procurator. S. Officii Siciliæ Conſultorem, ac Cenſorem egit ſcientiſſimum. Deiparæ Virginis ſtudioſus, in ſingulis ipſius pervigiliis jejunium ſervabat, in quo ſolo pani frigidam aquam addebat. Modeſtiâ, morum integritate, ac mirâ ſuavitate claruit ; ideoque apud nobiles viros magnâ æſtimatione, ac conſilio valuit. Tandem gravi morbo vexatus, ut aeris mutatione convaleſceret, ad Cœnobium Burgii delatus eſt, ubi ita invaluit morbi vis, ut ſupremam vitæ lineam expleverit 14 Septembris 1652. De eo vide *Franc. Bordonum* in Chronolog. Tertii Ord. S. Franciſci *cap.* 53. *num.* 55. *pag.* 318. *cap.* 25. *n.* 80. *pag.* 456. & *cap.* 38. *pag.* 561. qui ſcripſiſſe teſtatur apud *Mongit.* Tom. I. p. 368.

De Sacramento Altaris vulgari ſtylo elegantiſſimo.

ALITGARIUS. Vid. HALITGARIUS.

ALKER (*Thomas*) gente Anglus, cujus *Poſtillas ſuper Joannem & Marcum* in Bibl. Aulæ Pembrock. extare docet *Langus* p. 603.

ALLADIUS (*Petrus*) ſi *Bernardo à Britto* credimus, auctor eſt

1. *Hiſtoria Luſitanorum veterum*, quâ ſæpiſſimè is utitur, eadem Luſitanorum antiqua geſta & eventus partim ex *Laimundo*, partim ex *Alladio* confirmans, cujus etiam verba quandoque producere ſolet.

Item aliud, quod neceſſe eſt opus, inſcriptum

2. *De Sacris ſeu ſacrificiis Luſitanorum*, quanquam teſtes ab eo (*Bernardo*) adducti, de veritate horum auctorum, *Petri Alladii* unum tantùm *De ritibus & moribus veterum Luſitanorum*, opus ſe vidiſſe in Alcobaziæ domûs Bibliothecâ teſtentur, cujus initium : *Antiquitus apud nationes* : finis *omnibus ad nihilum redactis*. Codex anno 1234 manu exaratus. * Vid. *Nic. Anton.* Bibl. Vet. *Tom. II. p.* 270. ubi de Script. incerti temp.

ALLAIN Canonicus Sti Brioci (*a*) ineunte Sec. XVIII SCRIPSIT Gallicè librum cui tit.

Devoirs & Fonctions des Aumoſniers des Evêques &c. id eſt *Munia & officia Eleemoſynariorum Epiſcopis deſervientium* : Liber bipartitus, in quo reperiuntur ſingulæ Epiſcopales Cæremoniæ tum ordinariæ tum extraordinariæ, cum praxi quæ maximè uſu recepta eſt ; Pſalmis item & Precibus, quibus utuntur in his Cæremoniis, & Salutationibus quæ per totum annum fiunt. Prodiit *Pariſiis* apud Florent. & Petr. Delaulne, 1701. in 12. * *Diar. Erudit.* 9. Jan. 1702. p. 50.

(a) *St Brieu* urbs Epiſcopalis in Britannia minore, duodecim leucis à Maclovio (*St Malo*) diſtans ad occidentem.

ALLARD (*Claudius* d') natione Gallus, patriâ Lugdunenſis, Soc. Jeſu, tranſtulit Gallicè ex Hiſpanico

1. *Tractatum de gravitate peccati mortalis* P. Roderici (*a*).

2. Item l'*Aimable Jeſus Chriſt & la façon de l'aimer*, ſodalis *Joan. Euſebii Nierembergii*. Lugd. apud Claud. Proſt 1641. in 12. Hanc verſionem teneo.

(a) Alegamb. *p.* 78.

ALLARD (*Claudius*) gente Gallus, Delphinas, Religioſus Ordinis Sti Antonii Viennenſis, obiit A. 1658. EDIDIT vernaculè

1. *Le Crayon des grandeurs de St Antoine de Viennois* (non *Sti Stephani* ut *Morerius* habet) : Pariſ. 1653. in 12. (a)

2. *La Vie de Charlotte Flandrine de Naſſau, Abbeſſe de Sainte Croix de Poitiers*, ſub tit. *Speculi animarum religioſarum*. (Le Miroir des Ames Religieuſes :) Pictavii 1653. in 4. (b)

(a) *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 273. *n.* 5871 (b) id *p.* 287 *n.* 6107.

ALLATIUS Italis ALLAZZI (*Leo*) Bibliothecæ Vaticanæ cuſtos, egregiis dotibus, atque eruditione Seculo XVII inclaruit. Gente fuit Aſiaticus, ex Inſulâ Chio oriundus, qui cùm Romam veniſſet anno 1600, datâ ibi Philoſophiæ & Theologiæ operâ plurimâ, *Bernardi Juſtiniani* Anglonenſis Epiſcopi Vicarius Generalis extitit : tantam hoc in munere laudem duos per annos adeptus eſt, ut idem munus apud *Marcum Juſtinianum* Chienſem Epiſcopum obtinere etiam meruerit : exinde Romam redux, Medicinæ operam dedit, ac paulo poſt electus eſt, ut in Græcorum Gymnaſio doceret. A *Gregorio XV* Pontifice miſſus in Germaniam fuit, ut Heidelbergenſem Bibliothecam inde Romam aſportari curaret. Anno 1621. *Franciſci Barberini* Cardinalis Domeſticus factus, aut conſcribendis ipſe operibus vacabat, aut emittendis in lucem veterum ſcriptis. Eruditorum exiſtimationem ſibi conciliavit ſub *Urbano VIII*, *Innocentio X*, & *Alexandro VII*, à quo cuſtodiendæ Bibliothecæ Vaticanæ præfectus eſt. Is erat profectò *Allatius*, qui hoc munus feliciter obiret, utpote laboris patientiſſimus, Manuſcriptorum veſtigator avidus, multâ memoriâ præditus, congerendarumque materiarum peritiſſimus. Fundatis in Inſulâ Chio pluribus Gymnaſiis, Romæ deceſſit anno 1669. menſe Jan. ætatis 83. *Arnaldo* Doctori cæteriſque Portûs Regii Doctoribus non parùm profuit in eâ quam cum *Claudio* Miniſtro habuerunt controverſiâ *de Græcorum circa Euchariſtiam fide*. Siquidem ipſe, Græcus licèt, ſchiſmaticis Græcis infenſiſſimus, ac Romano Pontifici devotiſſimus fuit, in quo & Italos omnes longè ſuperavit. Is neque conjugium inire voluit, neque Sacris Eccleſiæ ordinibus initiari,

quò ſcilicet (ut *Alexandro VII* interroganti cur aut non nuberet, aut ſacerdotium non ambiret, ipſe faſſus eſt) *ad conjugem ducendam eſſet paratior*, & vice verſa *ad ſacerdotium expeditior*. *Mabillonius* qui hæc docet, eodem loco (*a*) refert, *Allatium* unico calamo uſum fuiſſe ad Græce ſcribendum (quod expeditiſſimè faciebat) per annos 40 & eo tandem amiſſo tantum non lachrymaſſe. Addit *Balius*, Allatium unius noctis ſpatio deſcripſiſſe *Diarium Romanorum Pontificum*, ſibi ab *Hilarione Rancato* Monacho Ciſtercienſi commodatum, quodque publici juris facere *Allatio* non licuit. Verum id de *Holſtenio*, non de *Allatio* narrat *Mabillonius* (b) his ferè verbis: „ Illud .... ob-„ ſervandum, quod ab homine docto accepimus; „ quem cum de libro *Diurno Romanorum Pontificum*, „ ..... interrogaremus, ab eo nobis reſponſum eſt, *Hie-„ ronymum Rancarum* (lege *Rancatum*) Ciſtercienſem, „ .... habuiſſe antiquum ipſius libri exemplar, quod „ HOLSTENIUS commodato cum accepiſſet, unâ noc-„ te exſcripſerit, ac poſtea typis commiſerit, ſed edi-„ tionem interceptam ac ſuppreſſam fuiſſe.

(a) *Itin. Ital.* p. m. 60. *Balius* citat *Muſæum Ital* p. 61.
(b) *Itin. Ital.* p. 75. *Balius* citat idem *Muſæum* p. 77.

Nunc ad OPERA *Allatii* deveniamus: ea quidem in tres claſſes diſtribui poſſunt: I eorum quæ cum MSS. eſſent, typis mandavit. II eorum quæ ex Græco tranſtulit: III eorum quæ propriâ Minervâ compoſuit: ſed ordinem chronologicum, quantum fieri poterit, ſervabimus omiſſis tamen pluribus opuſculis Hiſtoricis, Poeticis, Grammaticis &c. Sequuntur quæ ad rem Eccleſiaſticam ſpectant:

1. *Catena SS. Patrum in Jeremiam Prophetam: Expoſitio* S. Joannis Chryſoſtomi: *Homiliæ VIII* Origenis. *&* Maximi *Confeſſoris Quæſtio in eundem Prophetam*, Græc. Lat. *Lugd.* apud Laur. Durantium 1623. *fol.* cum Commentariis *Ghiſlerii* in Jeremiam. Verſio Latina eſt *Allatii*.

2. Euſtathius *Archiep. Antiochenus in Hexaemeron*: Ejuſdem *de Engaſtrimytho adverſus Origenem Diſſertatio*: (1). Origenis *de Engaſtrimytho in I. Reg. XXVIII. Homilia Græc. Lat.* (2). Addidit in *Euſtathii Hexaemeron* notas uberiores ex Collectanea, & ſuum *de Engaſtrimytho* Syntagma (3). *Lugd.* apud eund. Durantium 1629. in 4.

In dicto Syntagmate, oſtendit *Allatius* ἐγγαστριμύθους eſſe *ventriloquos*, aliàs dictas *Eurycleitas* & *Pythonianteis*, in quibus Spiritus malus è quacunque humani corporis, maximèque muliercularum, potiſſimùm autem è podice, voce exili & ſtridulâ loquitur, & ſciſcitantibus reſpondet: ac talem fuiſſe Pythoniſſam quam conſuluit *Saul*, nec illam verum *Samuelem* evocaſſe & exhibuiſſe, ſed totam illam apparitionem fuiſſe meras præſtigias à Dæmone ipſo confictas.

3. *Confutatio fabulæ de Joanna Papiſſa ex Monumentis Græcis*, jubente *Urbano VIII* edita *Romæ* cum *Ciaconio* fol. 1630. & ſeorſim in 4. Item *Coloniæ Agrip.* typis Jod. Kalcovii 1645. in 8. *Bart. Nihuſius* recenſuit, Prologo atque Epilogo auxit, nec non Teleſcopium adjunxit: Prodiit iterum in opere cui tit. *Symmicta* &c. (Vid. inf. n. 23. art. XVIII.) indeque inſeruit *Schelhornius* Tom. IX. *Amœnit. Litter.* p. 779 &c. ſubjunctâ *p.* 817. *Jo. Phil. Palthenii* Epiſtolâ de Papiſſa commentitia, Dn. *Jo. Bahr* datâ Gryphiſwaldiæ Cal. Jan. 1708.

4. *Mantiſſa ad Opera S. Anſelmi Cantuarienſis Epiſc.* Sunt quædam ejus opera quæ nondum evulgata fuerant, quæque è Bibliotheca Vaticana eruit *Allatius*, præbuitque *Theophilo Raynaudo*, qui hæc inſeruit editioni Anſelmianæ *Lugd.* apud Durantium 1630. fol.

5. *Odem Urbani VIII Exhortatoriam ad Virtutem* Franciſco Barberino fratris F. dictam, carmine Pindarico Græco expreſſit, impreſſam in *Apibus Urbanis*.

6. Multas *Libanii* Orationes, nondum nec Græcè, nec Latinè editas, *Morello* Lutetiam miſerat ut ederentur, quas ille ſuppreſſo *Allatii* nomine, ſub Codicis Romani titulo publicavit.

7. *Apes Urbanæ, ſive de Viris illuſtribus qui ab anno* 1630. *per totum* 1632. *Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgarunt.* Romæ, typis Lud. Grignani 1633. in 8. Recudit præmiſsâ Præfatione Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Hamburgi apud Chriſt. Liebezeit 1711. in 8. Vid. *Act. Lipſ.* 1712. *p.* 42. ubi refertur *Adriani Baillet* de iſto libro judicium, quòd etſi nihil admodum ſingulare contineat, commendandus tamen ſit vel eo nomine, quod ab Autore optimo & doctiſſimo conſcriptus ſit: in eo cùm Italorum præcipuè elogia condat, non omittit tamen & aliarum gentium viros eruditione & fama illuſtres, quales ſunt *Jo. Barclajus*, *Cominæus*, *Grotius*, *Dan. Heinſius*, *Meurſius*, *Naudæus*, *Sammarthanus*, *Strada*, *Jo. Gerh. Voſſius*, aliique.

8. *De Pſellis & eorum Scriptis Diatriba* ad *Jac. Gaffarellum.* Romæ apud Mascard. 1634. in 8. recuſa *Tom. V* Bibl. Græcæ. Huic editioni acceſſerunt notæ & ſupplementa quædam, tum *Mich. Pſelli* Διδασκαλία παντοδαπή, ſive de omnifaria Doctrina Capita & Quæſtiones ac Reſponſiones CXCIII. ad *Michaelem Ducam* Imp. CPol. ex Apographo Lindenbrogiano, quod extabat Hamburgi in Bibl. S. Joannis, Græce nunc primùm (A. 1712.) editæ & Latinè verſæ à *Jo. Alb. Fabricio*.

9. *De erroribus Virorum magnorum in dicendo Diſſertatio Rhetorica*, ad *Slingelandum*, Protonotarium Apoſtol. *Romæ* 1635. in 8. *Hagæ Comitum* A. 1724 novæ editionis ſpem fecit Typographus *Joan. Gerh. Menſchen*, cui Vitam Autoris præmittere promiſit, ex ejus ſcriptis, variiſque Epiſtolis exceptam (4). De iſtâ Diſſertatione accipe *Morhofii* judicium. „ Non exiguas," inquit Vir Cl. (5), ex *Claudii Verderii* centione la-„ cinias in hunc ſuum libellum tranſtulit *Allatius*, lau-„ dato interdum, ſed diſſimulanter, Autore, inter-„ dum præterito. Nam certè majori judicio ingenio-„ que *Leo Allatius* erat, quam ut è miſerâ iſtâ *Verde-„ rii* cenſione judicia illa emendicaret. " Et alibi (6) ſic loquitur laudatus *Morhofius*. „ Peculiare ſibi & „ planè elegans argumentum è Rhetoricis pertractan-„ dum ſumpſit Vir πολύγραφος admodum..... *Leo „ Allatius*, ſcriptâ *de Erroribus magnorum Virorum in „ dicendo Diſſertatione*...... Cenſuram illic inſtituit in „ Autores tum veteres, tum recentiores, monſtratque „ ubi illi defecerint in orationis charactere idoneo ex-„ primendo. Veterum pleraque hauſit ex *Claud. Ver-„ derii* ſtulta Autorum cenſura, non appoſito interdum „ illius nomine. Et ſane *Leo Allatius* non valuit iſto „ judicio, ut cenſuram ſibi in re tanta ſumere po-„ tuiſſet: aliis planè hic ingeniis opus eſt. "

10. *Eridanus* Græco carmine ad Card. *Ant. Barberinum*, Latinè redditus à *Barthol. Tortoletto.* Romæ 1635. in 4.

11. *Procli Diadochi* Paraphraſis in *Ptolomæi* Tetrabiblon, ſeu Libros IV *de ſiderum affectionibus*, Græc. Lat. *Lugd. Batav.* 1635. in 8.

12. *De ætate & interſtitiis in collatione Ordinum etiam apud Græcos ſervandis*, ad Card. *Franc. Mar. Brancatium.* Romæ apud Maſcard. 1638. in 8. Hujus libri ſcopus ex Præfatione peti poteſt: „ Sanè Græ-„ corum, inquit Autor, „ vetus Eccleſia, non-„ dum hoſtium, ne dicam Præſulum, furore dilania-„ ta, pura ac ſibi ſemper conſtans, & Romanæ, „ æque atque aqua aquæ, & lac lacti ſimillima; ubi „ eorum ſive inertia, ſive malitia interturbata eſt, „ nullum ſuæ antiquitatis ſpecimen præſeferre vide-„ tur; cùm in eo ſuam illius laudem velint abjecti „ ac poſtremi hi homines, ſi ab Eccleſia Romana diſ-„ ſideat. Atrox facinus, nullique Græcorum feren-„ dum. Quare ad illam in multis vindicandam, ſuo-„ que nitori reſtituendam opellam aliquam contuli; „ idque dudum præſertim conatus ſum, cùm vide-„ rem illam acriùs urgeri à nonnullis, qui eam in „ conferendis Ordinibus nullam habere, neque circa „ Ætatem, neque circa Interſtitia modum præſcrip-„ tum, ſed omnia ex libidine Antiſtitum pendere af-

„ ſirma-

„ firmabant. Hoc ideo onus perquàm libenter ſubii, „ ut illam à calumnia eximerem : &, ni ſallor, a- „ bundè eam circa hæc duo leges præſcripſiſſe, ſer- „ vaſſeque, atque in his etiam ad Romanæ Eccleſiæ „ ſimilitudinem quàmproxime acceſſiſſe demonſtro. “

13. *Salluſtii* Philoſophi *Opuſculum de Diis & Mundo*, nunc primùm è tenebris erutum, & è Græco Latinè verſum, cum notis *Lucæ Holſtenii*. Romæ 1638. in 8. Lugd. Bat. 1639. in 8. vel in 12. & Cantabrigiæ 1670. in 8.

14. *Philo* Byzantinus *de ſeptem Orbis ſpectaculis*, Græc. Lat. cum notis. Romæ 1640. in 8.

15. *Excerpta varia Græcorum Sophiſtarum ac Rhetorum* Heracliti, Libanii *Antiocheni*, Nicephori *Baſilacæ*, Severi *Alexandrini*, Adriani *Tyrii*, Iſaaci *Porphyrogenetæ*, Theodori *Cynopolitæ* & aliorum. Annexa ſunt nonnulla *Carmina* diverſorum, & *Leonis Allatii* ad *Urbanum VIII* Enneadecaëtericus, Carmine Jambico, ex primo Tomo nondum edito *Variorum Antiquorum* ejuſd. *Allatii*, ab eodem nunc primum vulgata, Græcè, & Latinè reddita. *Romæ* 1641. in 8.

16. *Tiberius* Sophiſta, *Leſbonactes* Romanus, *Michael Apoſtolius* & alii *de Figuris Rhetoricis* : Georgius Chæroboſcus *de Tropis Poeticis*, Georgius Pachymeres *de Probatione Capitum* ; Anonymus *de Figuris* apud *Hermogenem*, & alii *de rebus Rhetoricis*, Græc. Lat. *Romæ* 1643.

17. *De Libris Eccleſiaſticis Græcorum* Diſſertationes II. quarum *unâ* (ad *Gabr. Naudæum*) Divinorum Officiorum potiores uſitatioreſque Libri percenſentur ; *alterâ* (ad *Joan. Aubertum* directâ) Triodium, Pentecoſtarium & Paracletice examinantur : ad editionem Cramoiſianam *Pariſ.* 1644. in 4. additis Notis, Supplemento & Indice, atque Elencho Alphabetico Melodorum Græcorum, recuſæ curâ *Jo. Alb. Fabricii* Bibl. Græcæ *Tom. V.*

18. *De Templis Græcorum recentioribus, de Narthece Eccleſiæ veteris* (7), *& de Græcorum hodie quorundam Opinationibus.* Coloniæ 1645. in 8. Tres iſti Tractatus verè lectu digni ſunt. In ſecundo contendit *Allatius*, veterum Eccleſiarum Narthecem eam fuiſſe partem in quâ collocabantur Catechumeni, Energumeni & pœnitentes ſecundi & tertii ordinis. In tertio loquitur de quibuſdam Græcorum ſuperſtitioſis opinionibus circa Magos, Incantationes, Morbos, Genios &c. itemque media quibus utuntur Græci ut ab iis præcaveant.

19. *De menſura Temporum antiquorum, & præcipuè Græcorum.* Colon. 1645. in 8. Liber iſte curioſis diſquiſitionibus refertus eſt de annis & menſibus, horarum differentiis, & methodis tempus menſurandi apud diverſas gentes. *Scaligerum* ſæpè aggreditur *Allatius.*

20. *De Eccleſiæ Orientalis atque Occidentalis perpetuâ conſenſione Libri III. cum Diſſertationibus : I de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum : II de Miſſa Præſanctificatorum unà cum* Bartholdi Nihuſii *ad hanc Annotationibus, de Communione Orientalium ſub unica ſpecie.* Coloniæ (vel potius *Amſtelod.*) 1648. in 4. In hoc opere probare conatur *Allatius*, eandem ſemper fidem ſervaſſe & hodienum ſervare Græcam Latinamque Eccleſiam. Diſquiſitionibus & eruditione multâ refertum eſt, & in eo accuratam Eccleſiæ Græcæ, Græcorumque Autorum, qui Eccleſiæ Romanæ vel patrocinati ſunt, vel adverſati, Hiſtoriam deſcribit Auctor. Sed audiendus item de iſtâ Græcorum cum Latinis conſenſione jam laudatus *Morhoſius* (8) : „ Magnum, *inquit*, inter Eccleſias Latinam & Græ- „ cam eſſe diſſenſum, ex Hiſtoricis notiſſimum eſt, „ quod vel ex una illa *de Imaginum cultu* controver- „ ſia patet, quæ miras in Oriente Tragœdias exci- „ tavit. Hodierni Græci multùm diſſident à priſca re- „ ligione. Fucum itaque fecit, fumoſque Eccleſiæ „ vendidit Latinæ *Leo Allatius*, ... ſcribens *de* „ *Latina & Græca Eccleſiæ conſenſu perpetuo.* „

21. Georgii Acropolitæ *Hiſtoria Byzantina ab anno* 1204. *quo deſinit* Nicetas *ad annum* 1261. *quo ultimùm Francorum Imperatorum ab Urbe* à Michaele Palæologo *expulſus eſt* ; Joëlis *Chronographia Compendiaria*, & Joannis Canani *Narratio de bello CPolitano* Græc. Lat. Interprete *Leone Allatio*, cum ejuſd. Notis, & *Theod. Douzæ* Obſervationibus. Acceſſit *Allatii* Diatriba de Georgiorum Scriptis *Pariſ.* ex Typ. Reg. 1651. fol. Hanc *Diatribam* ſcriptam A. 1644. cum Notis, Supplemento & Indice recuſam dedit *Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. X. p.* 549. ad finem.

22. *Græciæ Orthodoxæ Scriptores* Tomis II. quorum I° Romæ 1652. in 4. edito continentur *Nicephorus Blemmida*, *Joannes Veccus* Patriarcha CPolitanus, *Petrus* Epiſc. Medi lanenſis, *Georgius Pachymeres*, *Eſaias Cyprius*, *Joannes Argyropylus*, *Gregorius Protoſyncellus*, Patriarcha CPolitanus, *Georgius* Trapezuntius, *Joannes* Pluſiadenus, *Hilarion Monachus* de Proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, *Nicetæ* Byzantini Philoſophi, & Magiſtri *Refutatio Epiſtolæ ſcriptæ ab Armeniorum Principe, quâ fidem Catholicam, & Chalcedonenſem Synodum criminabatur*, &c. *Leo Allatius* nunc primum è tenebris eruit & Latinè vertit. Addita eſt de *Gregorio Palama* Archiep. Theſſalonicenſi in numerum Sanctorum à nonnullis Græcis adſcito Græcorum ſententia, nec non *Gregorii Acindyni* de Erroribus *Palamæ*. Tomo II. Romæ 1659. in 4. continentur *Joannes* item *Veccus*, *Conſtantinus Meliteniota* Chartophylax, *Georgius Metochita* Diaconus Magnæ Eccleſiæ, *Maximus Chryſoberga* de Proceſſione Spiritûs S. &c.

23. *Symmicta, ſeu Opuſculorum Græcorum ac Latinorum vetuſtiorum ac recentiorum* Libri II. Edente, nonnullis additis, *Bartoldo Nihuſio* Coloniæ Agrip. 1653. in 8. Editionem Romanam hær. Maſcardi 1668. in 4. memorat Catalogus de quo inf. n. 38.

Opuſcula autem hic collecta, ſunt

I. *Joh. Phocæ* Cretenſis Monachi, qui *Matthæi* Monachi in Paſmo filius fuit, & A. C. 1185 Palæſtinam luſtravit, *de locis Antiochiam inter & Palæſtinam, nec non Syriæ, Phœnicia & Palæſtina*, Græc. & Lat. *p.* 1-46.

II. *Epiphanii* Monachi ac Presbyteri Hagiopolitæ ſeu Hieroſolymitani incertæ ætatis *Syria & Urbs Sancta* Græcè è Codice Vaticano, cum *Fed. Morelli* verſione per *Allatium* multis locis interpolata *p.* 48-63.

III. *Perdiccæ* (8) Protonotarii Epheſini *Hieroſolyma* verſibus politicis cum Metaphraſi ejuſdem *Morelli* carmine Jambico *p.* 65-78.

IV. *Anonymi* de Locis Hieroſolymitanis linguâ Græcâ vulgari cum *Allatii* verſione *p.* 80-102.

V. *Eugeſippus* de diſtantiis locorum terræ Sanctæ ; Latinè *p.* 104-120 Scripſit A. 1040.

VI. *Wildebrandi* ab *Oldenburg* Canonici Hildesheimenſis, qui A. C. 1211 Palæſtinam adiit, *Itinerarium terræ Sanctæ*, Latinè *p.* 122-152.

VII. *Leonis Allatii* Diſſertatio *de Soleâ Vet. Eccleſiæ*, ſive loco in quo Solium Imperatoris, *p.* 154-174.

VIII. Ejuſdem *Epiſtola* ſive *Diſſertationes III* ad *Bartholdum Nihuſium* ; *prima* pro γνησιότητι Liturgiæ S. *Jacobo* Apoſtolo tributæ *pag.* 176-203. Editio altera priore auctior, quæ prodierat *Coloniæ* 1648. in 8.

Secunda Diſſert. pro Græcorum communione ſub unâ ſpecie *p.* 204-223.

Tertia de Lignis vel Reliquiis S. Crucis. *p.* 224-235.

IX. *Rituale* vetus Eccleſiæ Ægyptiæ ſive Cophtitarum, Latinè ex verſione *Athan. Kircheri* Soc. Jeſu. qui eam A. C. 1647. juſſu Cardinalium Congregationis de propagandâ fide, ex linguâ Copta & Arabicâ tranſtulit, *p.* 239-267.

X. *Conr. Marpurgici* de Miraculis S. Eliſabethæ Viduæ, Thuringiæ Landgraviæ, Latinè *p.* 269-293.

XI. *Gabr. Sionitæ* Epiſt. binæ ad *Nihuſium* de nonnullis Maronitarum ritibus *p.* 295-302.

XII. *Conſtantini Porphyrogenetæ* Imp. liber de vitâ & geſtis Avi ſui *Baſilii* Macedonis Imp. Conſtantinop.

Tom. II. *p.* 1-178.

XIII. *Joan. Cameniata* de excidio urbis Theſſalonicæ A. C. 904. *p.* 180-316.

XIV. *Joan. Anagnoſta* Theſſalonic. de captâ Theſſalonicâ A. C. 1430. *p.* 318-380.

XV. Ejuſd. *Monodia* de eodem extidio.

XVI. *Theod. Gaza* Epiſtola ad *Franc. Philelfum* de Origine Turcarum *p.* 382-398. Hæc Græcè & Latinè, quibus Latinè ſubjiciuntur

XVII. *Melch. Inchofferi* S. J. Diſſert. de Eunuchiſmo, ab antiquâ Eccleſia improbato, ad *Leon. Allatium.*

XVIII. *Allatii* Confutatio fabulæ de Johannâ Papiſsâ ex monumentis Græcis. Editio IV. ex duabus primis Romanis recognita *p.* 415-434.

XIX. *Luca Holſtenii* ad *Nibuſium* Epiſtola de uſitatâ etiam Abaſſinis communione ſub una ſpecie *p.* 436 &c.

XX. Ejuſdem & *Anonymi* de Sabbatho flumine *p.* 439-444.

XXI. Catalogus Operum S. *Joan. Damaſceni* Jo. Auberto qui poſt *Cyrillum Alexandrinum* recenſitum, novam eorum editionem meditabatur, ſuppeditatorum ab *Allatio*, & Lutetiam tranſmiſſorum, *p.* 448-453.

24. *Meliſſolyra de laudibus Dionyſii Petavii Soc. Jeſu*, carmine Jambico Græco. Romæ 1653. in 8.

25. *De utriuſque Eccleſia Occidentalis atque Orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio conſenſione* pag. 1. *Diſſertatio de perpetua Occidentalis item & Orientalis Eccleſia tum in Dogmate, tum in Ritibus conſenſione*, ad Dn. *Joan. Chriſt. de Boineburg* pag. 581. *Epiſt. ad Bart. Nihuſium Epiſc. Myſſienſem, in qua agitur I. de Communione Græcorum ſub ſpecie unica. II. Textum Græcum Maccabæorum de Sacrificio pro mortuis dicere quod exprimit textus Latinus* pag. 857. Hæc *Leonis Allatii.* Inſeritur *pag.* 319. Euſtratii Presbyt. CPolitani *adverſus eos, qui dicunt Animas ſtatim atque è corpore ſolutæ ſunt, non operari; neque oblatis pro iis precibus, & aliis bonis operibus juvari*, Græc. Lat. *Allatio* interprete. Denique *p.* 825. *Joannis Vecci* Epiſc. CPolitani ad Sugdææ Epiſcopum *Theodorum* Liber IIIus *de Cauſa Schiſmatis.* Omnia hæc uno volumine edita *Romæ* apud Joſ. Lunam Maronitam, 1655. in 8.

26. *Tractatus de Concordia gentium Chriſtianarum Aſia, Africa & Europa de Fide Catholica à Proteſtantibus deſerta.* Moguntiæ 1655. in 8. Autore *Allatio* unà cum *Abrahamo Ecchellenſi.*

27. *Carmina Græca in Chriſtinam Suecorum Reginam.*

28. *De Cryptographia Græcorum recentiorum* Epiſt. ad *Carolum Meronum.*

29. *La Vita della Venerable Suor Maria Raggi da Scio del terzo Ordine di San Domenico*, Romæ 1655. in 4.

30. *S. Methodii Epiſc. & Martyris Convivium X Virginum, ſive de Caſtitate*, Græc. Lat. Interprete *Allatio*, qui Notas & Diatribam *de Methodiorum Scriptis* adjecit. *Romæ* 1656. in 8. Has Notas cum Diatriba recudit *Fabricius* Tomo II Operum *S. Hippolyti.*

31. *Vita è Morte del P. F. Aleſſandro Baldrati da Lugo, fatto morire nella Città di Scio da' Turchi per la Fede Catolica al* 10 *Febr.* 1645. Ibid. 1657. in 12.

32. *Enchiridion de Proceſſione Spiritus S.* Romæ 1658. in 12. Græcè.

33. Opuſculum Græcum *de Symbolo S. Athanaſii*, Ibid. 1659. in 12.

34. *Vindiciæ Synodi Epheſinæ, & S. Cyrilli de Proceſſione Spiritus S. ex Patre & Filio.* Ibid. 1659. & 1661. in 8.

35. *Joannes Henricus Hottingerus fraudis & impoſturæ manifeſtæ convictus* circa Græcorum dogmata. *Ibid.* 1661. in 8. Adverſario minimè parcit *Allatius*, cujus verba ex Epiſtola nuncupatoria ad *Ferdinandum* Epiſc. Paderbornenſem &c. deprompta viri indolem apertè produnt. „ Eſt, inquit, Calvino-Tigurinus „ quidam Hæreticus, nomine *Joannes Henricus Hottingerus*, qui novus Catholicorum dogmatum im-„ pugnator ſcriptis flagitioſiſſimis ac peſtiferis emerſit, „ folia ſatis prolixis, & frequentibus voluminibus, „ ex varia mendaciis compoſitia, & collecta ex alio-„ rum colluvie ſordibus, quas ſi quis expurgare voluerit, næ ille & expeditius & facilius Augiæ ſtabu-„ lum repurgaverit, & unà cum inſano, irremedia-„ bilem inſaniam, nec Chironia manu levandam inſa-„ niverit. Et ne me verba vendere dicat, non omnia „ illius volumina, ſed quod Seculi XVI Hiſtoriam „ Eccleſiaſticam explicat, & quæ tantummodo de „ Græcorum religione duabus paginulis tractat, ten-„ tare adnitat, ut hinc videat Lector quantæ aucto-„ ritatia homo ille ſit, quantique faciendus. Namque „ ſi verba, eaque perpaucula à mendeciis ſuperantur, „ cùm de Græcis vicinitate & confinio proximis lo-„ quitur, exiſtimandumne eſt eum aliquando colli-„ neare, cum de aliis longiſſimè remotis agit. Hinc „ *Diatriba* hæc nata, quâ fraudis & impoſturæ *Hottingerus* convincitur. " Conf. quæ in Hottingero dicemus.

36. *De octava Synodo Photiana* : annexa eſt Refutatio Diſputationis Apologeticæ ejuſd. *Hottingeri* de Eccleſiæ Orientalis atque Occidentalis tam in Dogmate quàm in Ritibus diſſenſu, & Exercitationis Hiſtorico-Theologicæ juvenis Ulmenſis (qui eſt *Elias Veielius*) de Eccleſia Græcanica hodierna. *Ibid.* 1662. in 8.

37. *De Simeonum Scriptis* Diatriba : *Simeonis Metaphraſta* Laudatio, Auctore *Mich. Pſello* : *S.æ* Mariæ Planctus, ipſo *Metaphraſte* Auctore : ejuſd. aliquot Epiſtolæ : ex verſione *Allatii.* Pariſ. 1664. in 4. Vid. *Ephemer. Erudit.* 19 Jan. 1665. p. 33. Conf. quæ dicentur in Combefisio.

38. *Leonis Allatii* in *Rob. Creygtoni* Apparatum, Verſionem & Notas ad Hiſtoriam Concilii Florentini ſcriptam à *Sylveſtro Syropulo* de unione inter Græcos & Latinos, *Exercitationes XXXI*, ad *Raymundum Capiſuccum* Ord. FF. Prædic. *Romæ*, 1666. ac denuò typis Mich. Herculis 1674. in 4. Hanc Editionem recenſeo, cui præfigitur Operum *Allatii* Elenchus. De eâ vid. *Giorn. de' Letterati* Romæ 1674. in 4. p. 69. De priori editione ſic *Ephem. Erudit.* 15 Nov. 1666. p. 517. edit. Lat.

Licèt quicquid quod in Concilio Florentino actum eſt, in commodum potius Latinæ quàm Græcæ redat Eccleſiæ, Græcis tamen magis curæ fuit conſcribere ipſius Hiſtoriam, quàm Latinis. Multi etiam doctiſſimi Græcorum laborem illum, ut perfectum redderent Concilium, inter ſe diviſiſſe videntur. Ex quinque enim Crucigeris, quorum dignitas in Eccleſia CPolitana primaria eſt, unus quem Allatius *Theodorum Xanthopulum* credit, Acta Concilii illius compoſuit, in quibus ea præcipuè, quæ in ſeſſionibus publicis peracta ſunt, deſcribere intendit animum. Atque ut poſteritas de omni eo, quod in particularibus Congregationibus contigit, informaretur, alius ex illis Crucigeris *Syropulus* dictus, Relationem eam conſcripſit, in qua præcipuè omni illi, quod in Græcorum, quos inter ſemet ipſos habuerunt, conventibus, actum eſt, omnibuſque Itineris ipſorum in Italiam circumſtantiis explicandis invigilat.

Diu jam eſt, quod primum illorum Operum Volumen in lucem editum eſt, & *Binius* etiam in ſuam Compilationem Conciliorum id inſeruit. Secundum verò ſepultum adhuc manſit in Bibliothecæ quodam angulo, & ad præſens uſque neglectum fuit, ſive quod Autoris affectus contra Eccleſiam Romanam ubique conſpicuus Hiſtoriam ipſius ſuſpectam reddiderit, ſive quod de particularibus ibidem relatis omnibus haud adeo voluerint eſſe ſolliciti.

Et certè etiam hoc negotium tam parvi olim fuit habitum, ut antiquus Actorum Concilii illius Interpres ea bonam partem omiſerit, quæ non concernebant dogmata, operæ pretium haud eſſe eadem transferri perſuaſus. Ante annos verò nonnullos *Voſſius* cùm MS. in Bibl. Regia offendiſſet, exemplar exinde deſcripſit,

ſcripſit, idque communicavit poſtea *Creygtono* Capellano Regis Angliæ, qui in Linguam Latinam id convertit, & cum Obſervationibus longâque præfatione typis excudi curavit.

Quod ſi verò Hiſtoriæ illius Autor contra Latinam Eccleſiam multùm oſtendit acerbitatis, Interpres magis adhuc eam declaravit. Nimium enim quantum id quod in Textu in commodum Latinorum haud adeo bene cedit, exaggerat, & Verſione ſua plurima innoxiè *Syropulo* dicta inficit. Præfationem etiam & Notas ſuas ad auctoritatem Græcorum Schiſmati conciliandam, Pontificia Romani directionem infamandam, articuloſque Fidei Romanæ Eccleſiæ plurimos refutandos maximam partem impendit.

Hinc *Allatius* reſpondendi ipſi laborem in ſe ſuſcepit, inque hoc libro Præfationem ipſius, Verſionem & Notas examinare cœpit.

Multa in Præfationis initio errata ſatis craſſa detegit, ut quando Epaunum pro urbe Orientis habet, & propterea *Spondanum* Epiſcopum ejus loci pudendæ commodorum Patriarchæ ſui proditionis accuſat. Reprehendit & errores alios contra Hiſtoriam *Allatius*, qui nihilo magis ſunt tolerabiles.

Poſtea eò devenit, ubi in Præfatione de Græcorum Schiſmate differitur. Ubique prolixè probat, vocis *Filioque* inſertionem in Symbolum non fuiſſe cauſam illius Schiſmatis, ſed rationes planè temporarias fuiſſe, cur *Photius* & *Cerularius* Patriarchæ CPolitani à Latinorum Eccleſiâ ſe ſeparaverint. Habentur hoc in libro plures obſervationes eruditæ *Photii*, cauſam concernentes, unà cum accurata Eccleſiæ Romanæ in caſu directionis defenſione.

Quoniam etiam Interpres in Præfatione ſuâ dixit, dogma Tranſubſtantiationis tempore ſaltem *Innocentii III* in Eccleſiam eſſe introductum, inque Notis ſuis defendit, Græcos eam nunquam credidiſſe, *Allatius* prolixè materiam illam pertractat, & innumeris Græcorum pariter atque Latinorum Patrum locis probat, utramque Eccleſiam credidiſſe ſemper Tranſubſtantiationem, eamque primarii Fidei articulis annumeraſſe. Hoc etiam monſtrat, quòd licèt plures ſæpè lites aliæ de Euchariſtia inter Græcos motæ fuerint, nulla tamen unquam de Corporis Domini realitate viguerit contentio.

De Antiquitate etiam Panis Azymi in Eccleſia agit; & de contentione item inter Græcos & Latinos de Verbis Conſecrationis agitata, ubi formam in verbis à Chriſto pronunciatis, non verò in precibus ab Eccleſia adjectis conſiſtere probat.

Verſionem tandem Hiſtoriæ illius Latinam examinat, & probat, Interpretem quibuſdam in locis Autorem non eſſe aſſecutum, in quibuſdam verò malitioſè ipſum corrupiſſe; & denique *Syropulum* multa ſæpè dicentem, de quibus ne quidem cogitaviſſet, introduxiſſe.

His accedat Cenſura *Joannis Bona.*

Hiſtoria Concilii Florentini, (inquit ille,) *quam* Sylveſter Syropulus *Schiſmaticus ſubleſtâ fide Græcè ſcripſit, &* Rob. Creygton *Anglus Heterodoxus malignâ præfatione præfixâ, & impiis additis Notis Latinè edidit*, à Leone Allatio *V. C. doctiſſimis illis Exercitationibus ſubtiliter examinatur, detectâ Interpretis ignorantiâ, ejuſque mendaciis ſolidè confutatis. Prælo itaque* (pergit Cenſor) *digniſſima ſunt, utpote neceſſaria ad Novatorum retundendam audaciam, & ut agnoſcatur Eccleſia Orientalis cum Occidentali in præcipuis Dogmatibus fidei perpetuus conſenſus, qui in hoc libro ex Scriptoribus Græcis tam orthodoxis quàm ſchiſmaticis luculenter probatur.* Sed nimio etiam felle conſperſas *Allatii* Exercitationes docti quidam Viri pronunciant.

39. Τῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νείλῦ τῦ Ἀσκητῦ Μαθητῦ Ἰωάννῦ τῦ Χρυσοστόμου Ἐπιστολῶν Βιβλία Δ. S. P. N. *Nili Aſceta* Diſcipuli S. Joannis Chryſoſtomi *Epiſtolarum Libri IV*, interprete *Allatio*. Additæ ſunt variæ Lectiones in ejuſdem *S. Nili* Narrationem de cæde Monachorum ex variis Codd. MSS. *Diatriba* quoque ejuſd. *Allatii* de Nilis, & eorum Scriptis. *Romæ*, typis Barberinis 1668. *fol.* Vid. *Giorn. de' Letterati* Romæ 1668. *p.* 68. Diatribam recudit *Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. V.* adjectis Supplementis & Animadverſionibus.

40. *Inſtructio de Bibliotheca Palatina Romam transportanda* ex Italico tranſlata à *Mich. Frid. Quade.* Gryphiſwald. 1708. in 4.

Habuit præterea multa partim perfecta, partim inchoata, quorum quæ ad noſtrum propoſitum faciunt, omiſſis iis quæ de rebus profanis agunt, indicabimus: nimirum

1. *Bibliothecam de Scriptoribus Græcis Eccleſiaſticis.*
2. *De Fine temporum.*
3. *De Differentiis Græcorum & Latinorum in Ceremoniis Eccleſiaſticis & Fide.*
4. *Conciliorum Ferrarienſis & Florentini Acta*, Notis & Animadverſionibus illuſtrata.
5. *De Schiſmate Græcorum Hiſtoriam.*
6. *Eccleſiæ Orientalis Hiſtoriam.*
7. *De fine vitæ Joannis Evangeliſtæ.*
8. *Hiſtoriam Georgii Abbatis*, qui *Hamartolus* vocari gaudet, ab exordio mundi ad Imperium *Michaelis Theophili* F. Imperatoria.
9. *Joannis Chryſoſtomi* & *Photii* Patriarchæ CPol. *Explicationes in Evangelia Matthæi, Joannis & Lucæ*, nunquam antea editas, nec Græcè, nec Latinè. Opus ſingulare.
10. Illuſtravit librum *Alani* de Inſulis, *de planctu naturæ*, à nobis ſuo loco memoratum *p.* 182. *col.* 2. *num.* 8.

Adversùs *Allatium* plures decertarunt, ac inter alios præter *Hottingerum* (vid. ſup. n. 35.) *Frid. Spanhemius* Filius, & imprimis *Elias Veielius* Ulmenſis Theol. Doctiſſ. in defenſione *Exercitationis Hiſtorico-Theol. de Eccleſia Græcanicâ hodiernâ* adverſus refutationem *Senis Chii*: id eſt *Leonis Allatii* (vid ſup. nu. 36.) Francof. 1666. Capita de quibus controvertitur ſunt XXXV.

1. Additio, *Filioque.*
2. Aquæ calidæ admiſſio.
3. Artolatria.
4. Baptiſmatis immerſio trina.
5. Chriſmatis in Baptiſmo conjunctio.
6. Clerogamia.
7. Communio ſub utrâque ſpecie.
8. Confeſſio Auricularis.
9. Confirmationis Sacramentum.
10. Crucis ſignum.
11. Deſcenſus Chriſti in Euchariſtiâ.
12. Euchariſtia infantibus præbita.
13. Excommunicatio mutua.
14. Fiducia propriæ juſtitiæ.
15. Hæreticorum ſupplicia.
16. Idololatria.
17. Jejunium.
18. Imaginum cultus.
19. Infernalis mutabilitas.
20. *Lutherus* de Verbo Dei.
21. Matrimonii inſolubilitas & Sacramentum.
22. Muhammedanorum teſtimonium.
23. Operationes divinæ.
24. Origo Schiſmatis.
25. Ordinis Sacramentum.
26. Panis azymus.
27. Papæ Primatus.
28. Polygamia ſucceſſiva.
29. Pœnitentiæ Sacramentum.
30. Præſanctificata.
31. Proceſſio Spiritûs S. ex filio.
32. Pſychopannychia.
33. Purgatorium.
34. Sacramentorum numerus.
35. Traditiones, Tubingenſe negotium, & Unctio Extrema.

* De *Allatio* legi poſſunt *Apes Urb.* p. 248. edit. Fabric. *Balim* in Dictiōn. *Du Pin* Sec. XVII. Tom. XVIII. *p.* 2. &c. *in* 4. & *Tab. Univerſ.* Tom. II. p. 2276. *Rich. Simon* Crit. Tom. II. p. 344. *Comment.* (Memoires) *ad Hiſt. Virorum illuſtrium* Tom. VIII. p. 91. & X. P. II. *p.*259. *Lipen.* Bibl. *Baillet* Judic. Erudit. *Tom. II. p.*462. in 4. Hiſt. Bibl. Fabric. *Tom. IV. V. & VI* &c.

(1) Extat *Crit. sacr.* Tom. II. Part. II. p. 1117. *&c.* (2) Ibid. (3) ibid. p. 1051. (4) Vid. *Giorn. de' Letterati* Tom. XX. p. 418. (5) *Polyhiſt. Liter* Lib. I. Cap. XVI. n. 26. (6) Lib. VI. Cap. I. n. 30. (7) Hæc in *Antiquit. Eccleſ.* Tom. VII. n. 33. inſerere promiſit A. 1712. Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius.* Vid. *Giorn. de' Letterati* Tom. IX. p. 453. (8) Polyhiſt. Pract. *Lib. V. n.* 23.

ALLE' (*Hieronymus*) gente Italus, Bononienſis, Congreg. S. Hieronymi Feſulenſis (*di Fieſoli*) Sacræ Theologiæ Doctor Collegiatus, Lector publicus, & Concionator inſignis Cathedræ S. Petronii Bononienſis, claruit Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Predica fatta nel Capitolo Generale della ſua Congregatione* &c. ſive *Concio* habita in Capitulo Generali ſuæ Congregationis, dum illius Viſitator eſſet ann. 1639. *Bonon.* in 4. typis Ferroni.

2. *Eſtratto ſpirituale per curare un'anima*: Expreſſio ſpiritualis ad ſanationem animæ. *Ibid.* 1640. in 12.

3. *Anatomia delle Religioſe*: Religioſarum Anatomia. *Ibid.* 1645. in 12. apud Tebaldinum.

4. *L'Uomo che parla poco, e ragiona molto*: Homo parviloquus, multæ meditationis. *Ibid.* 1646. in 12. per Andr. Salmincium.

5. *Le Chimere Pitagoriche, Cabaliſte, Chimiche e Giudiciarie diſſipate dal vento della verità*: Chimæræ Pythagoricæ, Cabaliſticæ, Chymicæ, & Judiciariæ à vento veritatis diſſipatæ. *Ibid.* 1654. in 12. apud Montium.

6. *Sermones SS. Caroli & Venantii.*

7. Li convinti e confuſi Ebrei: *Convicti & confuſi Hebræi.* Dividitur iſtud opus in aliquas Conciones, ab ipſo Autore Venetiis habitas in Patriarchali Templo S. Sylveſtri.

Et alia quædam. Vid. *Orland.* p. 171. *Imbonat.* p. 72.

ALLEGRO (*Angelicus* ab) natione Gallus, Capucinus, alumnus Provinciæ Lugdunenſis, vir doctus, & Sacris ſtudiis totus deditus, Concionator illuſtris, EDIDIT Gallicè

Chriſtianum perfectum, &c. *Le Chretien parfait, ou le portrait des perfections Divines, tiré en l'homme ſur ſon Original.* Pariſ. Andr. & Seb. Cramoiſi 1669. in 4. * Bibl. Scripr. Capucin. *p.* 15.

ALLEMANT. Vid. LALLEMANT.

ALLEMANTIUS (*Anaſtaſius*) ſeu l'*Allemant*, (a) quem *Germanicum* ait *Lipenius* (b) SCRIPSIT *Libb. III de Immunitatibus Eccleſiaſticis*, & *Tractatum de Indultis Apoſtolicis.* Romæ 1591. fol.

(a) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. III. p. 188.
(b) *Tom. II. p.* 86. *b.*

ALLEN (*Joſephus*) fervens Eccleſiaſtes Anglus, Presbyteranis addictus, natus A. 1653. in Comitatu Wiltoniæ (de *Wiltshire*) Oxonii ſtudiis operam dedit in Collegio Lincolnienſi & *Corporis Chriſti.* A. 1655. Dn. *Newtono* Tauntonienſi Miniſtro adjunctus eſt; ſed A. 1662. uterque propter Non-Conformitatem à munere dejectus eſt. Conciones habere non ceſſavit *Allenius* licèt interdictus, uſquedum A. 1663. in jus vocatus, Ilcheſtriæ incarceratus eſt, & per integrum annum detentus. Vix libertatem recuperavit, cùm majori quàm antea fervore & vehementiâ concionari cœpit; eamque ob cauſam denuò in carcerem conjectus: quo, & aſſiduo labore fracto corpore, obiit A. 1668. Ad pietatis progreſſum non vulgari flagrabat zelo. Aſſiduè perquàm concionabatur, & ſæpiùs de die quater: per hebdomadam ſepties vulgò, aliquando decies, atque etiam quatuordecies. Maximâ cum aſſiduitate miſeros viſitabat & catechizabat; quod ratione admodum ad inſtructionem conferente faciebat; horum maximum vidit fructum, quemadmodum de eo ſe convincere poſſunt, quicumque vitam ejus Anglicâ & Germanicâ linguâ evulgatam legent. Etiamſi non exiſtimaret conſcientiam ſuam illi permittere locum quem intra Presbyteranos occupabat deſerere, non propterea adeò Anglicæ Eccleſiæ infenſus erat, ut ejus cœtus non frequentaret. Nec principia reſpectu Reipublicæ periculoſa admittebat. Plura exſtant ejus ſcripta Anglicè; unum inter alia inſcriptum, *Dux certus ducens ad Cœlum*, cujus octoginta millia diſtracta fuerunt exemplaria. Latinè Theologiam naturalem parabat, quæ nunquam in lucem edita fuit. * *Morer.* edit. Baſil.

ALLEN (*Robertus*) Anglus, Reformatus, claruit initio Sec. XVII. quo Anglicè dedit

1. *Tractatum de liberalitate Chriſtiana.* Treatiſe of Chriſtian Beneficence. *Lond.* 1600. in 4.

2. *Concordantias Proverbiorum Salomonis cum ſententiis libri Eccleſiaſtæ.* Concordances of the Proverbs of Salomon, and of his ſentences in Eccleſiaſtes. *Ibid.* 1612 & 1658. in 4. * Conf. *Le Long* p. 603. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV.* p. 2231. *Lipen.* Bibl.

ALLEN (*Willelmus* ſeu *Guillelmus*) gente Anglus, de quo & ſcriptis ejus hæc *Acta Lipſ.* Suppl. Tom. V. p. 242.

Quæ Virorum doctiſſimorum ſcriptis, ſeorſim diverſis temporibus excuſis, ſæpè fruſtra ſperatur felicitas, ut conjunctim prodeant in lucem; eâ Auctor præſens perfruitur, qui vitæ genere mercator, neque eruditarum gnarus linguarum, multis haud dubie ſubſidiis caruit, quibus ad æternitatem effingi ſcripta ac parari ſolent. Gravis natura fuit, & ad ſeveriorem religionis Chriſtianæ diſciplinam ſemper proclivis; proinde factum, ut nondum confirmata ætate facilius adhæſerit diſſeminatis longè latèque in Anglia erroribus, quòd pulchram ſpeciem obtenderent. *Antinomorum* nempe laqueis irretitus eſt, quorum perniciosis doctrinis libera Dei gratia & meritum Servatoris noſtri extolli videbatur. Liberatus inde, *Independentium*, quos vocant, partes ſequi non intermiſit, quorum errores novos pepererunt deinceps, eumque in *Anabaptiſtarum* caſſes præcipitem dederunt, adeo ut Paſtoris inter eos munia ſuſceperit. Sed mentem ei melioſem ſubjecit Deus, ut agnoverit periculoſum, quo incederet, iter, eoque deſerto in Eccleſiam Anglicanam ſe receperit. Quod facturus, librum, quo cauſas explicavit conſilii ſui, compoſuit, ſed quem nanciſci non licuit, hanc Operum editionem (de quâ infra) parantibus. Alio etiam ſcripto, quod illis inſertum octavum locum occupat, adverſus *Nonconformiſtas*, quos appellant, nihil temerè, nihil ſine conſilio prævio abs ſe factum, declaravit. Confutare illud aggreſſus eſt ex contra ſentientibus Vir Celeb. *Rich. Baxterus*, ſed neque Autorem noſtrum, quod reponeret, deficere potuit. Intercidit tamen & hoc reſponſum, ut illud in his operibus fruſtra quæratur. Quantum ad iſta, nemo negaverit, digna ſatis eſſe quæ legantur, vel eam ob cauſam, quod à præjudiciis liberior ad materiarum, de quibus egit, tractationem acceſſiſſe Autor videtur. Neque vim argumentorum, neque perſpicuitatem deſiderabunt Lectores, multò minus ſtyli calamiſtris offendentur, quo plano, ſimplici, nec inepto tamen utitur. Scilicet inciderat olim juvenis in Rhetorices atque Logices præcepta vernaculo ſcripta ſermone, quorum è lectione non parùm adjumenti ſenſit.

SCRIPTA autem de quibus hîc, Anglicè prodierunt hoc tit.

The Works of Mr. William Allen &c. i. e. *Opera* Wilhelmi Alleni, *quæ complectuntur tredecim Tractatus varii argumenti, unà cum Concione funebri ejuſdem, ab Epiſcopo* Kiddero *dicta, & Indicibus locorum Scripturæ & materiarum. Acceſſit Præfatio* Johannis, *Epiſc. Ciceſtrienſis, de Autore & ſcriptis ejus.* Lond. apud Gualt. Kettilby 1707. fol.

Quæ

Quæ hoc Volumine continentur, ſunt

1. *Diſcurſus de natura, finibus, & diſcrimine utriuſque fœderis.*

2. *Diſcurſus de fide.*

3. *Conſideratio Doctrinæ de Juſtificatione*, cum animadverſionibus ad partem libri *Rob. Ferguſon*, cui titulus: *Quæ rationis partes in Religione, quæ agit de Juſtificatione, ad modum Epiſtola.*

4. *Chriſtianorum Juſtificatio ſtabilita.*

5. *Diſcurſus de Divino auxilio & ejus methodo.*

6. *Practicus Diſcurſus de humilitate.*

7. *Hortatio ad Pacem & Concordiam inter Chriſtianos.*

8. *Gravis & amica allocutio ad Nonconformiſtas, ſpeciatim Anabaptiſtas.*

9. *Catholiciſmus, ſeu variæ diſquiſitiones de naturâ & extenſione viſibilis Eccleſiæ, & Communionis.*

10. *Πρῶτον ψεῦδος Quakerorum detectum & confutatum.*

11. *Myſterium iniquitatis expoſitum.*

12. *De ſtatu Eccleſiæ futurorum temporum.*

13. *De naturâ, ſerie atque ordine rerum in Apocal. cap. XI. prædictarum.*

Librum Anglicum *Williami Allen*, cui tit. *Tyrannum occidere non eſt crimen*, Anonymum in Batavis excuſum, Gallicè, & Dn. *de Marigni* falsò tributum docet ex *Balio* Placeius in *Anon* p. 530. num. 2114. * Quod intelligendum puto non de iſto *Allenio*, ſed de alio qui vernaculè *Allyn*, Latinè *Alanus* dicitur, de quo ſup. *p.* 180. 181.

Subitò incidit in manus Gallica verſio hujus libelli in Hollandiâ excuſi (licèt ſub tit. *Lugduni*) 1658. in 12. quæ ſic inſcribitur: *Traité politique, composé par* William Allen *Anglois, & traduit nouvellement en François, où il eſt prouvé par l'exemple de Moïſe & par d'autres, tirés hors de l'Ecriture, que tuer un tyran titulo vel exercitio*, n'eſt pas un meurtre.

ALLEY (*Robertus*) Anglus, Anglicanus, SCRIPSIT Anglicè *Rapſodias ſeu Prælectiones in 1. Epiſt. S. Petri*, Londini 1571. fol. 2. vol. * *Le Long* p. 603.

ALLIACUS (*Petrus*) aliàs *de Alliaco*, *Alliacenus* &c. Gallice d'*Ailly* vulgò dictus, S. R. E. Cardinalis, *Compendii* ad Iſaram (*à Compiegne ſur l'Oyſe*) quod Galliæ Belgicæ oppidum eſt, natus A. 1350. haud claris admodum, ſed probis parentibus. Germanum fuiſſe quidam tradiderunt, inter quos *Thevetus*: ſed falluntur: immò etiam iſte errat, dum adjicit, Navarrici Collegii Janitorem fuiſſe. Patri *Colardus* nomen fuit. Luteriam venit puer *Alliacus* ſtudiorum causâ, & in dicto Collegio exceptus eſt. Anno 1365. inter Artiſtas annumeratus, & A. 1372. Nationis Gallicanæ Procurator electus eſt; quo etiam anno, beneficio Regis, in ſtudiorum ſubſidium Navarrici Collegii Convictoribus adſcriptus eſt, & inter Theologiæ Candidatos recenſitus. Tum in Philoſophicis operibus ſeſe haud ſegniter exercuit, *Nominalium* Sectæ potiſſimùm addictus. Hinc ad Theologiam acceſſit, & pro more, A. 1375. Magiſtrum Sententiarum legere ac Commentariis illuſtrare aggreſſus eſt. Plures etiam tum temporis, & ſubinde Orationes & Conciones Sacras habuit. Ambianum (*à Amiens*) ad Synodum evocatus, concionatus eſt, & cùm Hypodiaconus tantùm eſſet, Presbyteros ad Dei cultum & pietatem informavit. Sub illud tempus *de Momentis Aſtrologiæ* quædam opera compoſuit, quæ *Paulus* Sempronienſis Epiſc. *lib.* 18. de recta Paſchatis celebratione *cap.* 1. mirum in modum comprobavit. Tum A. 1380. III Id. April. Doctoris Theologi in Academia Pariſienſi titulum adeptus eſt *Alliacus*. Anno ſeq. *Simon Freron* hactenus Collegii Navarrici Præpoſitus, & Theologiæ Profeſſor, ad Canonicatum Pariſienſis Eccleſiæ promotus, Præpoſiturâ ſeſe abdicans, ſucceſſorem habuit *Joannem Laurentium Chavangium*, cui paulò poſt in hoc munere ſucceſſit *Alliacenus*. Interim creſcente quotidie fama, coram Duce Andegavenſi, Academiæ Pariſienſis nomine, 13

Kal. Jun. vel Jul. Orationem habuit, quâ Concilii generalis convocationem neceſſariam docuit, ad *Urbani* & *Clementis* abolenda diſſidia, reſtituendamque Eccleſiæ pacem. Eod. anno vitæ præſidia quærens, ex Academia Pariſienſi diſceſſit, ac Noviodunum Belgatum, in cujus urbis Eccleſia Canonicatu donatus erat, commigravit. Verùm Luteriam revocatus, Navarrico Collegio in locum *Chavangii* A. 1383. præficitur. Hic etiam pro more Theologiam profeſſus eſt, & inter alios diſcipulos duos habuit celebres, *Gerſonem* & *Clemangium*.

Adversùs *Joannem Blanchard*, Cancellarium Eccleſiæ & Univerſitatis Pariſienſis, jura ſibi quædam pecuniæ pro Licentiandis arrogantem, A. 1384 decertavit; nec minus acriter A. 1387 adverſus *Joannem de Montiſono* Dominicanum Immaculatæ Conceptionis oppugnatorem; adverſùs quem ab univerſitate Legatus fuit Avenionem ad *Clementem VII* Antipapam, ibique Cauſam Univerſitatis tum Orationibus, tum ſcriptis egregiè defendit. Anno 1389 factus eſt Cancellarius Univerſitatis Pariſienſis, poſt Magiſtrum *Joannem de Guignecourt*: eoque anno, aut ſequenti Magiſterium domus Navarricæ ejuravit. Ei ſucceſſit *Joannes de Cruce*.

Anno 1393. cùm *Petrus de Luna* Cardinalis Legatus *Clementis VII* Pariſiis degeret, & tum temporis Academia Pariſienſis cum eo de Eccleſiæ pace per ceſſionis viam ſancienda, non ſine acerbitate ageret, inter primos *Alliacenum* fuiſſe haud dubium. Hunc ſane & *Ægidium de Campis*, ut nominatiſſimos ad ſe mitti a Rege petiit *Clemens VII*. At illi vim aut inſidias veriti, Avenionem proficiſci renuerunt.

Anno 1394. Capellæ Regiæ Pariſiis Theſaurarius factus eſt. Anno vel ſuperiori, vel ſequenti Cancellarii munere ſeſe abdicavit, eique ſuffectus eſt *Joannes Gerſonius*. Poſt electum in *Clementis VII* locum *Petrum de Luna* qui *Benedictus XIII* eſt nuncupatus, ad eum a Rege miſſus eſt *Petrus de Alliaco*, Regis Eleemoſynarii (ut ſcribunt *Launoius* & alii) honore auctus, cum eo de pace Eccleſiæ acturus. *Benedictus* pacis ſe cupidum ſimulans, *Alliacenum* in ſuas partes ſenſim pertraxit. Is reverſus, promptum Pontificis erga pacem animum cùm expoſuiſſet, concluſum via ceſſionis id fieri poſſe, quæſitumque quo pacto utriuſque Pontificis ceſſio impetrari & effici poſſet.

Verùm ut arctius hunc ſibi devinciret *Benedictus*, eum ex Concilio *Clemangii* Anicienſem ſeu Podienſem aut Vellavenſem (Gallicè *du Puy en Velay*) Epiſcopum deſignavit IV Non. April. anni 1395, ac poſt ſeſqui annum iterum miſſus ad *Benedictum*, Cameracenſis Epiſcopus factus eſt, cujus muneris poſſeſſionem adiit IV Non. Jun. A. 1396. Tantæ autem autoritatis fuit apud *Benedictum*, ut ad promovenda in Gallicanis Eccleſiis Theologica ſtudia, ab eo impetrarit ut in Metropolitanis & Epiſcopalibus Eccleſiis conſtitueretur Theologus, qui Theologiæ docendæ vacaret, & Præbendæ unius ad id jure gauderet, quæ in perpetuum huic Officio deputaretur. Quod inſtitutum Facultati Theologicæ tantoperè placuit, ut per litteras ei propterea gratias ageret. Verùm hoc Decretum tum temporis effectu caruit, ut queritur *Gerſonius* in Oratione quam A. 1408 in Concilio Remenſi habuit.

Petrus de Alliaco tantis beneficiis *Benedicto* devinctus, ne eorum quæ adverſus ipſum Pariſiis moliebantur particeps eſſet, Cameracum ſeceſſit, ubi Pontificali functus eſt officio, donec A. 1403 *Benedicto* favorabilior, affulgeret fortuna: tunc enim Lutetiam venit, & Aurelianenſi Duci ſe adjunxit, ut ad reſtituendam ei obedientiam Regis animum inclinaret: eâque reſtitutâ ſolennem Orationem in Æde Cathedrali coram Rege & Principibus habuit. Hinc ad *Benedictum* miſſus eſt, ut eum ad ceſſionem invitaret.

In hac Legatione A. 1405 *Alliacenus* Genuæ agens, Oratione publica *Benedictum* inſtigavit, ut Feſtum Trinitatis ubique ſolemne eſſet: quam in rem datum

eſt Kal. Jul. Pontificis Reſcriptum, quo ſtatuitur de Feſto Trinitatis in poſterum ubique pari cum Feſtis Nativitatis & Reſurrectionis Chriſti gradu celebrando.

Cùm rurſus A. 1406. in *Benedictum* moras trahentem ludificantemque ne cederet, inſurrexiſſet Univerſitas Pariſienſis, & ab ejus obedientia recedendum eſſe contenderet, Cameracenſis *Benedicti* partes in duobus Conſeſſibus tuitus eſt, & Concilium generale convocandum eſſe ſtatuit. Et hoc quidam evicit, ſed interim ſubtrahendam *Benedicto* obedientiam à Conſeſſu definitum. Indignata univerſitas Cameracenſem Epiſcopum tam acriter *Benedicti* partes defendiſſe, & Univerſitati non peperciſſe, in eum pro jure ſuo agere voluit, quod cum reſciviſſet *Alliacenus*, conqueſtus eſt peti ſe ab Univerſitate, cùm ſibi tuendarum *Benedicti* partium provincia eſſet demandata; quod ſi fieret, libertatem tolli, nec quemquam hiſcere auſurum; rogavitque ne quidquam in Comitiis Univerſitatis contra ſe ageretur, ſed ſi vellent eum provocare, ſtarent ad Tribunal Regis; quâ de re inter eum & *Joannem Parvi* Deputatum Univerſitatis convenit.

Decreto perfecto, *Petrus de Alliaco* non obſtitit; imò unus fuit è Legatis ad *Benedictum* & *Gregorium XII* qui *Bonifacio* ſucceſſerat, miſſis, ut uterque in ordinem ſeſe cogeret. *Alliacenus* qui plus apud *Benedictum* poterat quàm cæteri, cum eo ac nonnullis aliis Legatis ſecreta habuit colloquia, conſentientibus cæteris. Deinde cum Legatis *Gregorii* egit, ut eum ad Savonenſe Colloquium perduceret, ſed fruſtra.

Re igitur infectâ, cum ad *Benedictum* ſcripſiſſet Cameracenſis, vix jam ullam affulgere ſpem finiendi ſchiſmatis per voluntariam ceſſionem, aliaque media, & inprimis Concilii generalis convocationem propoſuiſſet, intellexiſſetque inutilem operam ſuam in Curiis Romanis futuram, ad Eccleſiam Cameracenſem reverti ſtatuit; & *Benedictum* monet litteris ad eum & ad Cardinales in Porto Veneris degentes datis, 26 Jan. A. 1408, in quibus pollicetur ſe ibi & ubilibet paratum fore ad ſuæ Sanctitatis beneplacita & mandata. Nec promiſſis defuit, etiam cum magno ſuo periculo. Cum enim ob atroces ab eo miſſas in Galliam literas *Benedictus* infamaretur, à partibus ejus non receſſit, quæque agebantur improbavit. Quamobrem Univerſitas à Rege petiit, ut cum cæteris fautoribus *Benedicti* Lutetiam adduceretur, & ibi in cuſtodiam traderetur. At in Epiſcopatu ſeſe continuit; nec quidquam legitur in eum actum.

Tandem quod in votis ſemper habuerat *Alliacenus*, Concilium generale Piſis congregatum eſt A. 1409. In eo publicam utilitatem privatis beneficiis anteponens, *Benedicti*, non ſecus ac *Gregorii* exauctorationem, & *Alexandri V* electionem non ſolùm approbavit, verùm etiam promovit. A *Joanne XXIII* Cardinalitia purpura A. 1411. VII Id Jun. inſignitus eſt, tit. S. Chryſogoni. Deinde A. 1414 Legatum in Germaniam miſit, qui Baſileæ Junio & Julio menſibus degit, ubi præter Eccleſiæ negotia, quæ omninò curabat, Pſalmum XLII, Dominicam Orationem & Angelicam Salutationem piis commentationibus explanavit. Sub finem ejuſd. anni 1414 ad Conſtantienſe Concilium profectus eſt, cujus tertiæ Seſſioni præfuit. Cùm *Joannes XXIII*, abſente *Sigiſmundo* adeſſet, *Huſſum* apud Papam adſtantem aliquoties vidit & audivit *Alliacenus*. Deinde unà cum *Gerſonio* magnâ animorum conſenſione, de auctoritate Concilii generalis, de depoſitione trium contendentium & de Eccleſiæ reformatione, de *Joannis Parvi* damnatione multa & præclarata dixit, ſcripſit, & præſtitit. „ In eo Concilio Conſtantienſi, inquit *Illyricus*, „ juſſu *Sigiſmundi Cæſaris* obtulit articulos, ſe„ cundùm quos putabat correptiſſimum Eccleſiæ ſta„ tum eſſe reformandum. Primùm autem ac præci„ puè Curiam Romanam corrigendam cenſuit, tot„ que ac tam varias, ea corradendæ pecuniæ artes „ præcidendas: Epiſcoporum Prælatorumque mores „ ac vitam corrigendam, eoſque ad proprium eorum „ officium rectè obeundum cogendos. Deinde pompam „ Eccleſiaſticam, ſuperflua feſta, jejuniorum abuſum, „ prolixas battologias boatuſque, & Sanctorum Ca„ nonizationem eſſe tollendam: quin & Monacho„ rum Ordines minuendos eſſe: denique & nimiam „ Imaginum Templorumque curam & copiam abro„ gandam. Hæc & ſimilia quædam alia in refor„ mandâ Eccleſiâ agenda putavit, ac ut fierent, in „ Concilio ſuaſit, ſed nihil profecit. Ipſimet enim, „ qui emendari, reformarique debebant, nempe Cur„ tiſani, Cardinales, Epiſcopi & Monachi in Con„ cilio regnabant, & ad ſuam libidinem jus faſque „ inflectebant. „

Sed ut pauca quæ ſuperſunt *Alliaci* geſta repetam, ille demum electioni *Martini V* voto ſuo ſuffragatus eſt. Soluto deinde Concilio, ad Cameracenſem Eccleſiam ſuam reverſus, ibi miſerum Regni & Eccleſiæ Gallicanæ ſtatum, necnon Univerſitatis ruinam, ac amicorum vexationem deflevit, & Navarrico Collegio multa contulit, ita ut ſecundus hujus domûs fundator dici meruerit. Fallitur tamen *Spondanus* in Annal. ubi prodit extructam fuiſſe ab *Alliaco* Bibliothecam: quod opus eſt Regis *Caroli VIII*. Scribit *Miræus* Bibliothecam ſuam dicto Collegio legaſſe *Alliacum*, quam ibi aliquando ſe vidiſſe teſtatur; verùm *Launoii* hac de re ſilentium Scriptoris Belgæ teſtimonium ſan dubium reddit.

Obitum *Alliacni* quidam referunt ad A. 1416 in Germania, quidam ad 1425. d. 8. Aug. Avenione; alii Avenione quidem, ſed A. 1426. *Launoius* alicubi innuit deceſſiſſe A. 1423, alibi verò A. 1425. die 9. Oct. in Germania, quod quidem tradunt Acta publica Eccleſiæ Cameracenſis. Rectè itaque dixit Gerſonianorum Operum doctus Editor: *Senex altera vice à Pontifice Martino V in Germaniam ablegatus eſt* (Alliacenus): *in quâ Legatione vitâ functus eſt A. 1425. d. 9 Oct. annos natus* 75. Teſtamento corpus ſuum in Altari minori Cameracenſis Eccleſiæ recondi mandavit. Cameraci, Compendii, Pariſiis tum in æde Regia, tum in Collegio Navarræ Sacra Funebria fieri juſſit: certam pecuniæ ſummam Noſocomiis & pauperibus Eccleſiis diſtribuit; voluitque ut reliquum bonorum in tres partes divideretur, quarum una in Eccleſiis funebribus Anniverſariis diſtribueretur; altera in pauperum adoleſcentularum generis potiſſimùm ſui matrimonium inſumeretur; tertia hæredibus traderetur.

Corpus Cameracum è Germania relatum, & in Eccleſia Cathedrali prope majus Altare repoſitum eſt, *Compendii* quoque, quæ urbs patria ejus erat, hujus effigies in Eccleſia B. Antonii inter parentes poſita.

Cameraci tumulo ejus hoc inſcriptum eſt Epitaphium:

Mors rapuit Petrum, *petram ſubiit petra corpus*,
Sed petram Chriſtum *Spiritus ipſe petit*.
Quiſquis ades precibus fer opem, ſemperque memento,
Quod præter mores omnia morte cadunt.
Nam quid amor Regum, quid opes, quid gloria durent,
Aſpicis; hæc aderant nunc mihi, nunc abeunt.

Alliacus vir fuit doctrinâ & moribus ſpectatiſſimus, qui non modò Galliam, ſed univerſum etiam terrarum orbem radiis virtutum illuſtravit, (inquit *Joan. Ravn. Textor* in lib. de clar. mulier.) qui dum viveret dici meruit *aquila Franciæ, & malleus à veritate aberrantium indefeſſus*: cujus uno verbo ipſum nomen in ſcholis & in Eccleſia elogium eſt, (ait *Launoius*): qui divinarum ſcripturarum peritiſſimus, & in Peripateticâ Philoſophiâ & Aſtronomicis Diſciplinis abſolutiſſimus, eloquio elegans & declamator facundus, juxta *Sixt. Senenſ.* extitit.

„ Quis unquam, (inquit *Weſſelus* Groningenſis *lib.* „ *de poteſtate Papæ* cap. 9. apud *Launoium*,) „ ad il„ lum apicem Theologiæ, quo *Petrus de Alliaco* „ conſcendit, abſque definitionibus, diviſionibus, ar„ gumentationibus, diſtinctionibus, inſtantiis logica„ libus,

„ libus, perveniret? In diſputationibus dico, ubi „ diſcuſſione diſerta opus eſt. Quomodo *Petrus* Joannem *de Monteſono* in *Rota* de errore quatuordecim „ illarum concluſionum concuſſiſſet, niſi diſtinctione „ multiplici, aut elenchi ignorantia antecedente vel „ conſequente deluſum docuiſſet? Opus igitur Theologicis Logicam inferre. *Et* Gerſon *ipſe*: Quo „ tandem tantus ipſe Theologus, niſi per accuratiſſimam illam ſuam Magiſtri *Petri* Logicam evaſit?

Cæterùm *Launoius* monet, ſe dum *Alliacum* laudat, non probare velle, quæ de Eccleſiaſticâ ſuper temporalia poteſtate ſcripſit: ſiquidem, inquit, illa omni carent fundamento, quod vel ex duobus veræ Theologiæ principiis, Scripturæ auctoritate, & Catholicæ Eccleſiæ traditione, vel ex duobus Pontificii juris principiis, Sacris Canonibus, & Sedis Apoſtolicæ Decretis ex iiſdem Canonibus promulgatis, repetatur. Dictata hujuſmodi dari vult injuriæ temporis, quæ, ut notat Vir doctiſſimus, ſunt nævus in candidiſſimo pectore.

In *Laudatione Theologia* (inquit *Illyricus*) dictum hoc, *ſuper hanc petram*, trahit ad Chriſtum, & ejus verbum. In ſuis Concluſionibus diſputat, *Eccleſiam eſſe alligatam ad Scripturam*: item *Papam non habere Monarchiam temporalem*: item *Romanam Eccleſiam errare poſſe*: verum apud eundem *Illyricum* nuſquam reperi quod quidam ab eo traditum dicunt, *Alliacum* Tranſubſtantiationis dogma improbaſſe in IV Sentent.

Sed unum eſt inprimis in quo reprehenditur doctus Cardinalis, quod ſcilicet Aſtrologiæ judiciariæ nimium crediderit: quâ de re legendus *Sixtus Sen.* Lib. V. Annot. 81. cui addi poteſt obſervatio doctiſſimi *Iſaaci Voſſii* de Scient. Mathem. *p.* 214. 215.

Priuſquam *Alliaceni* Opera recenſeam, qui de eo conſuli poſſunt indicabo; inter quos primus *Launoius* Hiſt. Gymn. Navarræ *Tom. I. p.* 130 &c Tom. II. p. 467-480. Ejus vita quæ reperitur *Gerſonianorum* lib. II. p. xxxvii. Operum *Tom. I.* edit. 2æ. Dn. *Lud. Elia Du Pin* Hagæ-Comitum 1728. *fol.* Idem *Du Pin* Sec. XV. p. 63 &c. *in* 4. & Tab. Univerſ. *Tom. I. p.* 797. in 8. *Balus* verb. *Alli*, & Epiſtola Critica in ejus Dictionarium, *p.* 179. hoc anno 1731 Gallice edita: *Wharton* ad *Caveum* ad A. 1396. *Oudin.* Tom. III. p. 1293 &c. *Bellarmin.* p. m. 312. *Flacius* Illyricus *Catal. Teſtium Verit. contra Papam* n. 372. p. 809. & *Dietbericus* in Auctar. *n.* 17. *p.* 105. Pope-Blount *p.* 445. Morhof. *Polyhiſt. Philoſ.* Lib. I. Cap. 13. n. 7. *Du Verdier* p. 51. verb. *Ant. Belard.* Crucius Cenoman. *p.* 381. *Poſſevin.* verb. *Petrus.* Sixt. Senenſ. *Lib. IV. p.* 290. Geſner *fol.* 543. Eggs *Purp. docta* Lib. III. p. 5. *Sweertius* inter Belgas *Alliacum* repoſuit *p.* 598. quod diu apud illos vixerit.

Scripta:

Quæ ſequuntur ſimul prodierunt Argentinæ 1490.

1. *Commentarii Breves in IV Libb. Sententiarum*, ſeorſim excuſi *Pariſiis* A. 1500. *Lugdunenſem* anni 1505. in 4. editionem memorat *Morhofius.*

2. *Quatuor principia in eoſdem Libros.* Extant in Append. *Faſciculi rerum expetendarum*, Londini A. 1690. edita.

3. *Recommendatio Sacra Scriptura.* Ibid. Vid. & inf. *n.* V. poſt n. 68. inter Opuſcula *Gerſoniana* inſerta.

4. *Principium in curſum Bibliorum*, &c. Ibid. Vid. & inf. *n.* VI. ibid.

5. Quæſtio Veſperiarum, *Utrum Petri Eccleſia lege reguletur?* Ibid. Vid. & inf. *n. XIII.* art. 74.

6. Quæſtio de reſumpta, *Utrum Petri Eccleſia Rege gubernetur, lege reguletur, fide confirmetur, & jure dominetur.* Vid. & inf. n. XIV. ibid.

Tractatus & *Sermones* uno pariter volumine comprehenſi, *Argentina* iiſdem excuſi ſunt A. 1490. *in fol.* quorum pars aliqua recuſa eſt *Duaci* 1634. in 8. curis *Leandri à Sto Martino* in lingua Hebraica Profeſſore. Quæ ſequuntur continet Collectio Argentinenſis.

7. I. *Speculum Conſiderationis* XII Capp. contentum.

8. II. *Compendium contemplationis* tres Tractatus complectens: quorum I ex doctrina S. *Thoma* in 2a 2æ XII Capp. conflatus: II de ſpirituali Genealogiæ Jacob, & de figuralibus exemplis ad contemplationem pertinentibus: III de ſpiritualibus ſenſibus hominis ad contemplationis perfectionem pertingentibus.

9. III. *De quatuor gradibus ſcala ſpiritalis ex dictis B. Bernardi.*

10. IV. *Verbum abbreviatum ſuper libros Pſalmorum.* Vid. *Lipen.* Tom. II. p. 579.

11. V. *Devota Meditatio ſuper Pſalmum XXX.* In te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum. Habetur in *Monum. Orthodoxogr.* Baſil. 1569. p. 1110 &c.

12. VI. *Expoſitio ſuper reliquos verſus ejuſdem Pſalmi.*

13. VII. Devota Meditatio ſuper Pſalmum XLI *Judica me, Deus, & diſcerne* &c. compoſita *Baſilea* A. 1414. Habetur inter *Orthodoxogr.* p. 1119. &c.

14. VIII. *Expoſitio ſuper Cantica Canticorum.* Vid. inf. *n.* 89.

15. IX. Tractatus *ſuper ſeptem Pſalmos Pœnitentiales*: quem Gallicè vertit *Ant. Belard*, Lugduni editum, typis Dion. de Harſy 1542. vel 1544. in 16. *Meditationes* in eoſdem Pſalmos *Pariſiis* A. 1545. *in* 12. prodiiſſe ſcribit *Morhofius.* Habentur item inter *Orthodoxographa* p. 1085 &c. Editionem Baſileenſem 1596 memorat *Lipenius* Tom. II. p. 610.

16. X. Tract. *de Oratione Dominica.*

17. XI. Meditatio ſuper *Ave Maria*, Baſileæ compoſita A. 1414.

18. XII. Tract. *ſuper Canticum Beata Maria, Zacharia* & *Simeonis.*

19. XIII. Epilogus *de quadruplici exercitio ſpirituali.*

20. XIV. Tract. *de duodecim honoribus Sti Joſephi.*

21. XV. Tract. *de Anima* recuſus Pariſiis A. 1505. & prius 1494. *in* 4. juxta *Morhofium*, vel *in* 8. juxta *Orland.* & *Caveum.*

22. XVI. Sermones II *de Adventu Domini.*

23. XVII. Sermo *de quadruplici Adventu Domini*, & ſpecialiter *de Adventu ad Judicium.*

24. XVIII. Alius *de Nativitate J. C.*

25. XIX. Alius *de eodem.*

26. XX. Alius *de Circumciſione.*

27. XXI. Alius *de Septuageſima.*

28. XXII. Sermo *factus in Concilio Conſtantienſi*, *Dominica in media Quadrageſima.* Vid. inf. n. XXVI. poſt 83. Idem enim Sermo eſſe videtur.

29. XXIII. Alius *in die Reſurrectionis.*

30. XXIV. Sermones II *in die Pentecoſtes.*

31. XXV. *Modus ſeu forma eligendi Summum Pontificem.*

32. XXVI. Sermo *de S. Trinitate*, Genuæ habitus, non Genevæ ut *Pinius* habet.

33. XXVII. *Conſtitutio Benedicti XIII.* (Petri de Luna) *ex occaſione prædicti ſermonis.*

34. XXVIII. Sermo *de S. Chryſogono Martyre.*

35. XXIX. Sermones III *de S. Ludovico Toloſano Epiſcopo.*

36. XXX. Sermo *factus in Synodo Cameracenſi.*

37. XXXI. *Homilia* facta in Synodo ſuper illud Evangelii: *Deſignavit Dominus alios LXXII.*

38. XXXII. Sermo *de S. Dominico.*

39. XXXIII. Alius *de S. Franciſco* A. 1482. habitus.

40. XXXIV. *De Sacramentis Eccleſia* Lib. I.

41. XXXV. *Quæſtiones in Sphæram mundi Joannis de Sacroboſco*, editæ cum *Petri Cirvelli* Commentariis in eandem, *Pariſ.* 1468. 1488. 1494 & 1498. fol. (hæ quatuor editiones forte unam conficiunt) dein *Venet.* 1508. & *Compluti* 1526. fol.

42. XXXVI. *De emendatione Eccleſia* (vid. inf. n. XXV.) Libellus ſcriptus A. 1415. editus *Colonia* 1535. in Faſciculo rerum expetend. *Orthuini Gratii*, & recuſus Baſileæ A. 1551. Inſeruit *Joan. Wolfius* Lect. Memorab. *Cent. XV.* p. 756-764. edit. 1æ. Hunc obtulit *Alliacenus* Concilii Conſtantienſis Patribus, ſex diſtinctum conſiderationibus, quarum I de reformandis

dis circa corpus Eccleſiæ, II circa ejus caput, ſcil. circa ſtatum Papæ & Romanæ Curiæ, III de reformatione principalium Eccleſiæ partium, ſcil. Prælatorum, IV de reformatione circa Religionem & Religioſos, V de reformatione circa cæteros Eccleſiaſticos, VI de reformatione Laicorum Chriſtianorum. Teſtatur doctus Autor in præfatione hujus libelli, ſe aliàs de reformatione Eccleſiæ prolixius ſcripſiſſe: In ipſo autem libello narrat, fuiſſe ante ea tempora quoſdam qui contenderint, Cardinales neque à Chriſto, neque ab Apoſtolis inſtitutos; ad hæc inutiles, damnoſos & oneroſos Eccleſiæ eſſe, eòque tollendum totum eum ordinem.

43. XXXVII. *De Poteſtate Eccleſiaſtica.* Habetur apud *von der Hardt* inf. cit. *Tom. VI. A.* 1416. *p.* 15. Lipen. *Bibl. Jurid.* p. 170 librum memorat *Romæ* editum in 4. *de Eccleſia & Cardinalium autoritate.* Vid. inf. n. XXVII.

44. XXXVIII. *Tractatus ſuper libros Meteororum de impreſſionibus aëris*, &c. *Argentinæ* 1504 apud Joan. Priis, & *Viennæ Auſtriæ* aut *Venetiis* 1509. fol.

45. XXXIX. *Conceptus & exponibilia.*

46. XL. Lib. I. *de Legibus & ſectis.* Venetiis 1508 editum refert *Lipen.* Bibl. Jurid. p. 317. ubi liber inſcribitur *de Legibus & SCtis*: idem forte cui tit. *p.* 535. *de Statutis.* Vid. inf. n. XX.

47. XLI. Lib. I. *de Concilio generali.*

48. XLII. Lib. I. *Quæſtionum in Hexaëmeron.*

49. XLIII. Tractatus *de Interdicto.*

50. XLIV. Tract. *de permutatione Beneficiorum.*

51. XLV. *Sacramentale.* Lovanii 1487.

52. XLVI. Tractatus *de imagine mundi.* Editionem Pariſienſem 1482. *fol.* memorat *Lipen.* Tom. II. p. 333.

53. XLVII. *Epilogus Mappæ Mundi.*

54. XLVIII. Tract. *de correctione Calendarii.* Editionem Venetam anni 1608 memorat *Lipenius* Tom. I. p. 190. *Alliaceni* hac de re exhortatio ad Concilium Conſtantienſe habetur apud *von der Hardt* in Hiſt. hujus Concilii *Tom. III. A.* 1417. *p.* 72.

55. XLIX. Tract. *de vero Cyclo Lunari.*

56. L. Tractatus duo *Coſmographiæ.*

57. LI. *Vigintiloquium de Concordantia Aſtronomicæ veritatis cum Theologia.*

58. LII. Tract. *de Concordia Aſtronomicæ veritatis & narrationis hiſtoricæ*, compilatus *Baſileæ* A. 1418. Editionem *Auguſtæ Vindel.* 1490. in 4. per Erard. Ratdolt excuſam refert *Orlandus.* Iſtud *Alliaci* Opuſculum refutavit *Picus Mirandulanus*, in quo planè tot errata, quot verba indicat eſſe, affirmans *Alliacum* ignorantem Aſtronomiæ fuiſſe, quam nonniſi ſenex delibaverit: & in illis libellis ferè quæcunque ſcripſit, ex aliis ad verbum accepiſſe, potiùs lecta, quàm medullitùs intellecta.

59. LIII. Tract. *elucidarius Aſtronomicæ concordiæ cum Theologia & cum hiſtorica narratione.*

60. LIV. *Apologetica Defenſiones II. Aſtronomicæ veritatis*; prior 16 Sept. altera 3 Oct. A. 1418. Coloniæ compilata.

61. *Vita S. Petri de Morono* ſeu *Papæ Cœleſtini V.* Pariſ. 1539 in 4. edita apud Franc. Stephanum, curâ *Dion. Fabri* Prioris Pariſienſium Cœleſtinorum. Extat apud *Surium* in Vitis Sanctorum die 19 Maii. Hanc *Poſſevinus* alteri *Petro de Alliaco* perperam tribuit.

62. *Brevis deſcriptio vitæ Tyranni*, Gallicè, verſibus 32. conſtans; cujus Paraphraſim Latinè ſcripſit *Nicolaus de Clemangis* verſibus Hexametris impreſſam *Genevæ* apud Joan. de Tournes 1605. in 16. ad calcem Libri Gallico-Italico-Germanici *de contemptu aulæ.*

63. Tract. *de ſanguine Chriſti.* Norimb. 1474.
64. *Tertia pars Summæ.* Ibid. 1482.
Orlandi *Origine e progreſſi della ſtampa* p. 274.

Inter Opera *Gerſonii* hæc habentur *Alliaci*, nunc primùm edita ex MSS. Codd. Navarrici Collegii,

ALLIACUS.

65. I. *Epiſtola ad Gerſonium*, in quâ laudat ejus de Aſtrologia judicium; *Tom. I. P. II. p.* 226. ex MS. Cod. Regio 5874.

66. II. *Judicium adverſus libellum Joannis Grabon*: ibid. *P. III. p.* 469. 470.

67. III. *Tractatus Ius* in illud Matth. VII. *Attendite à falſis Prophetis*: ibid. in Append. *col.* 489. &c.

68. IV. *Tractatus IIus* de eodem argumento, in quo adverſùs vanam Aſtrologiæ ſuperſtitionem fusè diſſerit: de hypocriſi, de bonorum & malorum Angelorum cognitione & locutione, Prophetia & Divinatione per Aſtra diſputatur: *ibid.* col. 511. &c.

V. *Recommendatio Sacræ Scripturæ*: deſumpto argumento ex Matth. XVI. 18. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: ibid. *col.* 603 &c. ex editione anni 1490.

VI. *Principium in curſum Bibliæ, præſertim in Evangelium Marci*: in quo *Principio*, Theologicam ſcientiam aliis, ut æquum eſt, præfert ſcientiis humanitùs adinventis, multipliciter eam commendans & extollens: ſuper quæſtione Marci I. 27. *Quænam doctrina hæc nova?* ibid. *col.* 610 &c. ex editione anni 1490.

69. VII. Quæſtio *Utrum Trinitas perſonarum in una natura, creatura ſit incommunicabilis?* Affirmativam tuetur *Alliacus*: ibid. *col.* 617. &c.

70. VIII. *Reſponſio ad eandem Quæſtionem in Sorbona propoſitam*: ibid. *col.* 625 &c.

71. IX. *De libertate creaturæ rationalis ante & poſt lapſum*: ibid. *col.* 630 &c.

72. X. Quæſtio *Utrum conſcientia erronea excuſet à culpa?* ibid. *col.* 636. &c.

73. XI. *De legitimo Dominio*, Utrum Chriſti dono gerens poteſtatem, ſolus in hominibus juſtè dominetur? *ibid.* col. 641. &c. *Launoio* inſcribitur *Reſponſio in Aula Epiſcopi*, Utrum Chriſti dono gerens poteſtatem, juſtè damnetur?

74. XII. *Utrum indoctus in Jure Divino poſſit juſtè præeſſe in Eccleſiæ Regno?* ibid. *col.* 646. &c.

XIII. Quæſtio in Veſperiis *Utrum Petri Eccleſia Lege reguletur?* ibid. *col.* 662. Vid. ſup. n. 5.

XIV. *Quæſtio de Reſumpta* &c. ibid. *col.* 672. &c. Vid. ſup. n. 6.

75. XV. Sermo coram Papa *Clemente VII.* Avenione habitus, *circa negotium Univerſitatis Pariſienſis adverſùs Joannem de Monteſono*: ibid. *col.* 698. &c. Incip. *Pater ſancte* &c.

76. XVI. *Propoſitio facta in Conſiſtorio contra eundem*, quâ ſingulares facti circumſtantias proſequitur: nihilque ab Univerſitate in eis peccatum probat: *ibid.* col. 702. &c. Incip. *Veritatem meditabitur guttur meum* &c.

77. XVII. *Apologia Facultatis Theologiæ Pariſienſis* circa damnationem ejuſdem *de Monteſono*: ibid. *col.* 709. &c.

78. XVIII. *Tractatus Ius* adverſus Cancellarium Pariſienſem: *Quòd nihil liceat exigere pro Gradu licentiæ*: ibid. *col.* 723. &c.

79. XIX. Tractatus IIus *An liceat pecuniam dare, vel exigere, pro docendi Licentia?* ibid. *col.* 745. &c. Ille eſt qui apud *Launoium* vocatur: *Quæſtio determinata in Scholis Navarræ*, Utrum hæreticum ſit, dicere, quod liceat &c.

XX. Tractatus *de Legibus & Sectis*, *contra ſuperſtitioſos Aſtronomos*, decem Capitulis diſtinctus, compilatus A. 1416. menſe Dec. *ibid.* col. 778.

80. XXI. *Opuſculum de difficultate Reformationis in Concilio univerſali*, ſcriptum A. 1410. proximè ante Concilium Conſtantienſe, ad *Joannem Gerſonem.* Conſtat Capp. VIII. Habetur apud *von der Hardt* in Hiſt. hujus Concilii *Tom. I. A.* 1410. *p.* 225. & in Append ad Tom II Operum *Gerſonii* edit. ſup. cit. *p.* 867. &c. ex antiquo MS. Academiæ Helmſtadienſis.

81. XXII. *Epiſtola II ad Joannem XXIII* ſcriptæ paulo ante Concilium Conſtantienſe. Eccleſiæ mala deſcribit & deflet; futura etiam majora auguratur: rationes exponit, quibus & præſentibus mederi, &

futuris

futuris occurri queat. Pontificem & Cardinales ad ea ampleċtenda vehementer hortatur. Prodierunt primùm Tom. cit. *Gerſonii* p. 876. ex MS. Cod. Viċt. 56.

82. XXIII. *Fragmentum alterius Epiſtola ad eundem Papam* : ibid. *p.* 883. ex MS. Cod. Vindob.

83. XXIV. *Monita, de neceſſitate Reformationis Eccleſia in Capite & in Membris*, ſcripta in principio Concilii Conſtantienſis. Sunt Capitula XXX. *Ibid.* p. 885. &c. ex vetuſtiſſimo MS. Bibl. Vindob.

XXV. *Tractatus de Reformatione, ſeu Canones reformandi Eccleſiam.* In MSS. Codd. Viċt. titulus eſt : *Tractatus ſuper Reformatione Eccleſia in Concilio Conſtantienſi*, A. 1416. Cal. Nov. in ipſo Concilio generali ſcriptus & oblatus ; collatus ad MSS. Codd. Viċtorinos & Editionem nuperam ex MS. Cod. Vindob. *Ibid.* p. 903. Conſtat Capp. VI. Vid. ſup. n. 42.

XXVI. *Oratio de officio Imperatoris, Papa, reliquorumque Membrorum Concilii Conſtantienſis, pro emendatione Eccleſia*, habita Conſtantiæ in Concilio Generali, A. 1417. *Ibid.* p. 917. ex vet. Editione Argentin. anni 1490. Vid. ſup. n. 28.

XXVII. *De Eccleſia, Concilii generalis, Romani Pontificis, & Cardinalium autoritate*, Liber unicus, ſcriptus in Concilio Conſtantienſi A. 1417. *Ibid.* p. 925. Collatus ad Codd. MSS. Viċt. 56 & 409. Poſt Procemium ſequitur diviſio Operis, cujus tres ſunt Partes : *Prima* habet Capp. IV ut & *tertia* : duo tantùm *ſecunda*. Vid. ſup. n. 43.

Tandem ſequuntur *Alliaceni* Opuſcula quæ MSS. ſervantur in Bibl. Coll. Navarr. & pleraque Cantabr. in Colleg. Eman. Cod. 2.

84. I. Propoſitio facta coram Papa *adverſus Cancellarium Pariſienſem*, quæ incipit : *Domine vim patior.*

85. II. Quæſtio de reprehenſione *Petri à Paulo* facta: *Quærit à me charitas veſtra.*

86. III. Invectiva *Ezechielis* contrà Pſeudo-prædicatores. *Ezechiel Propheta.*

87. IV. Sermo in Capitulo Navarræ : *Veritas de terrâ orta eſt.*

88. V. Sermo de S. Bernardo : *Dedit ei cor ad præcepta.*

89. VI. Sermo in Capitulo Navarræ : *Ipſorum eſt regnum Calorum.*

90. VII. Sermo in Synodo Ambianenſi factus, dum erat ſubdiaconus : *Sacerdotes tui induantur Juſtitiam.*

91. VIII. Sermo in Synodo Eccleſiæ Pariſienſis : *His jam quæritur.*

92. IX. Tractatus utilis & amplus ſuper *Boetium de Conſolatione Philoſophia*, cum eleganti Præfatione quæ incipit : *Reverendiſſimi Patres, Magiſtri ac Domini cariſſimi, mihi ardua ſcandere volenti.*

93. X. *Deſcriptio imaginaria viſionis de horto Sacra Scriptura*, quam fecit in principio ſuo ſuper *Cantica* anno 1374. *Veni in hortum meum*, cum longâ & eleganti Præfatione, quæ deſiderantur in *Expoſitione ſuper Canticum Canticorum* edita *Argentina* A. 1490.

94. *Clypeus paupertatis* quem ab *Alliaco* ſcriptum ex auditu refert *Thevetius* apud *Balium* ; quo in libro ait contineri *Apologiam Religioſorum Mendicantium*. Editum an ineditum non docet.

Extant autem Opuſcula nonnulla modica adverſus *Joannem de Monteſono*, impreſſa Seculo VI. *Hiſt. Univ. Pariſ.*

95. *Dua collationes* Petri de Alliaco *pro apotheoſi Petri de Luxemburgo*, ibid. Sec. VII. p. 651. ſeqq. eductæ ex MS. Codice Bibl. Cameracenſis, quas habuit Avenione A. 1389. coram *Clemente VII.*

De Oeconomia Papali librum *Steinfurti* 1599. 8° editum recenſet *Lipenius* Tom. II. p. 397.

Expoſitionem in Pſ. XXXI. & LI. editam *Tom. II.* Diſpp. Marpurg. 1597. idem refert *p.* 597.

Selecta quædam ex Petri Alliaceni *Quæſtione de Reſumptâ, & Excerpta de Eccleſia infallibilitate* &c. in quibus docti hujus Cardinalis de hoc argumento ſententia, ab interprete minime ſuſpecto (*Petro de Agurto* Doctore Complutenſi) ipſis ejus verbis, ipſo ita volente, repræſentatur. Hic coronidis loco adjiciam, reperiri in *Actis Erudit.* A. 1710. p. 359.

Alliacenus de Vulgata Editione ſententiam refert *Mart. Dorpius* in Orat. Prælect. in Epiſt. Paul. & ex eo *Rich. Simonius* Hiſt. Crit. Verſ. N. T. *cap. VII. p.* 81. Vulgatam ſummis quidem laudibus effert Cardinalis, ſed fateri cogitur, *propter exempla corruptionis qua in Bibliis inveniuntur, & alia multa ejuſmodi, expedire exemplaria Sacri Canonis examinari diligenter & corrigi : ad quam correctionem*, inquit, *non ſunt omnes indifferenter admittendi, ſed ſolum Theologi multum in Grammatica & lingua Hebraa & Graca eruditi.* Addit quod cùm plures propriâ autoritate Exemplaria Latina emendare auſi eſſent, non leves irrepſerint errores : ac Romanam Eccleſiam in hoc ut & in pluribus aliis fuiſſe indiligentem teſtatur.

ALLIAN (*Franciſcus*) Soc. Jeſu, natione Gallus, gente Delphinas, Cuſtenſis, ingreſſus in Societatem anno 1625. ætatis 22, è Latino Gallicè reddidit, teſte *Alegamb.* p. 113.

Indiculum Sanctorum Lugdunenſium, à *Theophilo Raynaudo* ſodali confectum.

ALLIARIUS (*Tobias*) Scripsit Germanicè *Preces Biblicas* quibus titulus ex *Lipen.* Tom. I. p. 168.

Chriſtl. Bibliſche Gebetlein der H. lieben Altvätter, Propheten, Evangeliſten &c. Witteberg. 1606. in 12.

ALLINDUS (*Jac.*) ſeu ALINDUS, Theologus, Scripsit

De Poteſtate Summi Pontificis librum à *Lipenio* (a) & *Lud. Jacobo* (b) memoratum.

(*a*) Bibl. Jurid. *p.* 438. (*b*) Bibl. Pontif. *p.* 142.

ALLINGA (*Petrus*) Belga, claruit Sec. XVII.

Scripta:

1. *Uytvaart van D. Leon. Ryſſeni verſtike in ſyne ingebeelde Doodſtuypen der Carteſianen en Cocceianen* : Veritas Leon. Ryſſeni in ſuis ſcriptis demonſtrata ſuper Carteſio & Cocceio &c. Belgicè. *Trajecti* 1676. in 4. *Lipen.* Tom. I. p. 303. *Du Pin* Tab. Univ. Tom. III. p. 188.

2. *Verhandling van de Verſchilſtukken tuſchen de Gereformeerde Augſburgſe Confeſſie.* Leovardiæ 1679. in 8. ex *Lipen.* Tom. I. *p.* 211. verb. *Calviniani num ſint ſocii Auguſtana Confeſſionis ?*

3. *Zedige Verhandelinge van de voornaamſte Verſchilſtukken tuſchen de Leeraaren van de Gereformeerde Kerk* &c. *Tractatus pro reformatione Confeſſionis Auguſtana.* Ibid. eod. anno in 8. *Lipen.* Tom. II. p. 637. *Du Pin* l. c.

4. *Erotematum tam ex Theologia quàm Philoſophia Decades XII. accurata Reſponſionibus, in quibus examinantur etiam qua Vir Cl.* Witſius *in Oeconomia & Diatribe, &* van Maſtricht *in Gangrana Carteſianiſmi protulêre adverſus Clariſſ.* Cocceium, *& ſubtiliſſimum* Carteſium &c. Trajecti 1679. in 4. *Lipen.* Tom. I. p. 238.

5. *Mantiſſa ad duodecim Erotematum Decades, ſeu fuſior Diſſertatio de tribus Quæſtionibus, breviter tractatis in dictis Decadibus* : I de actuoſitate mali hæreditarii in infantibus, à primo momento unionis mentis cum corpore : II de actuoſitate mentis humanæ ac mentis eſſentia : III de poſſibilitate tertiæ ſubſtantiæ perfectæ, ſubſtantialiter ſeu eſſentialiter diverſæ à ſubſtantia cogitante & extenſa : examinans cuncta, quæ nuperrimè de hac materia diſſeruit Cl. *Gerardus de Uries* Phil. Doctor & Profeſſor, ſub tit. *Narrator confutatus.* Præfixa eſt narratio hiſtorica de controverſiis quibuſdam nuperius motis in Academia Ultrajectina. Librum teneo editum *Trajecti ad Rhenum* 1679. in 4.

6. *Fax diſſidii extincta, ſeu Exercitationes pacifica, ad nonnullas quæſtiones problematicas, qua hodie in Belgio potiſſimum moventur.* Amſtelod. 1682. in 4.

Belgium nimirum, (ſic *Acta Erudit. Lipſ.* ejuſd. anni *p.* 160.) exorto Carteſianiſmo & Coccejaniſmo, in

in duas abiit factiones ; quibus ſua etiam nomina, inter plures alios, dederunt *Leydekkerus* & *Allinga.* Ille contra Carteſianos & Coccejanos in lucem publicam emiſit *Facem veritatis* ; quam cum à ſe refutatam, tametſi nondum editam eſſe, ſalſus eſſet *Allinga* in præfatione, *Erotematibus* ſuis præfixa, ægre id ille tulit, facemque ſuam inextinctam & vi veritatis nunquam extinguendam eſſe, gloriatus fuit in corollario diſputationis, 22 Febr. A. 1679 habitæ. Quo in arenam ſe provocatum eſſe putans *Allinga*, refutationem illam, quam hactenus in ſcriniis ſuis reſervaverat, evulgavit, *ut ita*, ceu loquitur ipſe in Præfatione, *Faxilla diſſidii, ad confuſionem vana Profeſſoris jactantia, penitus ac omnino extingueretur.* Hinc titulus Libri, qui proinde non de Pace, ſed de Triumpho eſt accipiendus, quem ſuper *Face veritatis* Leydekkeri (*Face falſitatis & diſſidii* jam ante *Allingam* à *Burmanno* in Narrat. p. 27. dicta) canit. Quemadmodum etiam quæſtiones has in titulo quidem problematicas vocat ; parum tamen Orthodoxe *Leydekkerum* inter probandum agere, capite ſtatim primo, §. 6. cenſet. Totum itaque ſcriptum cum ſit Elenchticum, veſtigia etiam Adverſarii ſui ubique premit, eundemque ordinem obſervat, & verbis ejus plene allegatis ſuas ſubjecit reſponſiones, poſtque LXXXVIII capita, finem operi in octogeſimo nono imponit.

7. *Vis veritati illata repulſa : ſeu Exercitationes pacifica ad nonnullas Quæſtiones problematicas, qua hodie moventur, de Teſtamentis & Oeconomia Fœderum Dei. Accedit reſponſum ad nuperum* D. Leydekkeri *Apologeticum.* Amſtelod. apud Henr. Wetſtenium, 1682 in 4.

Totus eſt hic Autor præſente Anno (ſic *Erudit. Lipſ.* A. 1682. p. 313.) in edendis Exercitationibus pacificis; quarum primæ ſub titulo *Facis diſſidii extincta* ſupra memoratæ ſunt ; jam ſequuntur alteræ, *Vis veritati illata repulſa*, dictæ. illæ partim *Carteſii*, partim *Coccejii* ; hæ ſolius *Cocceii* ſententias nonnullas de Teſtamentis & Oeconomia Fœderum Dei defendunt, & quidem adverſus *Melchiorem Leydekkerum*, Profeſſorem Ultrajectinum. Unde, tametſi Exercitationes *Pacifica* dicantur, revera tamen ſunt *Polemica*, quibus lites illæ, niſi pugnando, non componentur. Quo obſervato, non opus eſt *ὑποτύπωσιν* Libri plenius delineare. Dedit eam, quoad fieri poteſt de hujuſmodi ſcripto, Autor ipſe in præfatione ſequentibus verbis : *Non eſt, quod multa dicam de hoc meo opere. Examino omnia, qua Profeſſor* (*Leydekkerus*, cùm *Allinga* ſit Paſtor paganus ; hinc titulus officii loco nominis ſæpius poſitus) *veritati oppoſuit, fraudes Viri detego, ſententiam noſtram pluribus rationibus munio, ac objectiones Profeſſoris ſolvo. Pro veritate Theſium noſtrarum pugno, alio loco acturus de antiquitate.* Hæc autem omnia pertracta ſunt 25 capitibus : quibus adjicitur *Reſponſum ad nuperum D. Leydekkeri Apologeticum*, quod hic pro face veritatis in lucem publicam emiſerat. In illo verò breviſſimus eſt *Allinga*, ratus ſe una plagula totam rem conficere poſſe ; imprimis cum *Leydekkerus* etiam brevitati, non abſque ſaltu, quem ipſi imputat, ſtuduerit.

ALLIX (*Petrus*) natione Gallus, patria Alençonienſis in Normannia, Theologus inter Reformatos magni nominis, linguarum Orientalium peritus, claruit Sec. XVII. & ſub initia ſequentis. Rothomagi primùm, deinde Carentonii Verbi Divini Miniſter, hic unà cum Miniſtro *Claudio* novæ Bibliorum verſioni operam dedit, eapropter à quibuſdam Socinianiſmi accuſatus. Revocato A. 1685 Edicto Nannetenſi, Galliâ profugus in Angliam ſeceſſit. Oxonienſis & Cantabrigienſis Univerſitates quanti illum facerent publico teſtimonio demonſtrarunt, collato ei gratuitò Theologiæ Doctoris gradu. Poſtea Canonicus Windſorienſis, & Cathedralis Saliſburienſis Theſaurarius electus eſt. Summam ejus in Antiquitate eruditionem cùm probè noſſet Clerus Anglicanus, electus eſt Vir magnus ad Hiſtoriam Conciliorum elaborandam, qui Pontificiorum defectus (ne dicam falſitates) & omiſſiones à Pontificiis commiſſas obſervaret ; aſſiduam tanto operi impendit operam, & chartam impreſſioni neceſſariam à tributis publico Scripto exemit Parlamentum ; ſed lucem non vidit hæc Hiſtoria, deficiente ingenti ſubſcriptionum numero, quas Typographus poſtulabat. Muſæo tenaciſſimus ſemper fuit *Allixius* : qui plurimos tum Gallicè, tum Anglicè, tum Latinè evulgavit Libros, alioſque editioni paratos reliquit, nimirum Biblia Gallica cum Notis, & correctius Chronologiæ Syſtema cum eruditis Diſſertationibus, ad detegendos celebriorum Chronologorum errores. Obiit Londini $\frac{20\ Febr.}{3\ Mart.}$ 1717. annos natus 76. MSta ejus ſervat filius natu major, Miniſter Anglus, quæ eum cum orbe literato communicaturum ſpes eſt. * Vid. *Nov. Liter.* 5 Maii 1717. ſeu *Tom. V. p.* 286. Morer. *Diction.* edit. Baſil.

SCRIPTA :

1. *Reſponſio ad Diſſertationem de Libro Bertrami.* Quevilly 1671. Vid. *Bælium* in Epiſt. LXI, Tom. I. p. 218, & LXIII, p. 257.

2. Verſio libri ejuſdem *Bertrami*, cum Præfatione. *Ibid.* 1672. Hæc *Du Pin* loc. inf. cit.

3. *Diſſertatio de origine Triſagii.* Rothom. 1674. in 8. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 1185. Lipen. *Tom. II. p.* 879. Placc. *in Anon.* p. 597. n. 895.

4. *Diſſertationes III.* quarum I *de ſcriptis Tertulliani* : II *de ſanguine Chriſti* : (Conf. quæ dicemus ſub tit. BOILEAU :) III *de Concilio Niceno.* Pariſ. 1680. in 8. *Du Pin* l. c. *Fabricius* Bibl. Gr. *Tom. XI. p.* 106. Diſſertationem citat *de Conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis.*

5. *Anaſtaſii* Sinaitæ *Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron* Librum XII. ſive exemplarium MSS. raritate, ſive, (inquit *Caveus* ad A. 561.) Pontificiorum fraude hactenus ſuppreſſum Græc. Lat. edendum curavit noſter *Allixius* Londini 1682. in 4. *Expoſtulatio* præfixa *de S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtola ad Cæſarium Monachum adverſus Apollinaris hæreſim*, aſſeritur *Allixio* noſtro apud *Placcium* in Anon. *n.* 677. *p.* 93. variis autoritatibus adductis.

6. *Clavis Epiſtola S. Pauli ad Romanos, ſeu Explicatio v. 27. Cap. III.* Gallicè (ſuppreſſo auctoris nomine) *Amſtelod.* 1683. in 12. * Vid. *Aug. Calmet* in Supplem. ad Bibl. Sacr. *p.* 383. edit. Lucenſis 1731.

7. *Douze Sermons de P. A.* &c. *Conciones XII* Petri Allixii *in varia Sac. Scriptura loca*, Carentonii habitæ, ſecundò excuſæ *Amſtelod.* vel *Roterod.* apud Rein. Leers 1685. in 12. * Bælius *Nov. Reip. Liter.* April. 1685. p. 441.

8. Les Maximes du vrai Chretien : *Regula veri Chriſtiani.* Reperiuntur ad calcem libelli Gallicè editi *Amſtel.* apud Petr. Mortier 1687. in 24. cui tit. *Bonnes & ſaintes penſées pour tous les jours du mois.* Editionem anni 1680 memorat *Du Pin* l. c.

9. *L'Adieu de St Paul aux Epheſiens.* Concio in Act. Apoſt. XX. 26. 27. 28. quam Carentonii dicturus erat *Allixius* die quo everſum eſt Templum ; ſed gravibus quibuſdam de cauſis eodem die nil actum eſt. Hoc docet titulus ipſius *Concionis* excuſæ *Amſtelod.* apud Petr. Mortier 1688. in 12.

10. *Determinatio Fr.* Joannis *Pariſienſis Prædicatoris, de modo exiſtendi corpus Chriſti in Sacramento Altaris, alio quàm ſit ille quem tenet Eccleſia. Nunc primum edita ex MS. Cod. S. Vict. Pariſ. cui præfixa eſt Præfatio hiſtorica de dogmate Tranſubſtantiationis.* Londini apud J. Cailloüé, 1686. in 8. In qua Præfatione probare contendit Autor Tranſubſtantiationem ante Tridentinum Concilium articulum fidei habitam non fuiſſe, idque probat non tantùm Epiſtola S. *Chryſoſtomi* ad *Cæſarium*, primo *Theodoreti* dialogo libroque *Gelaſii* Papæ de duabus naturis, ſed præterea perpendendo primò ſucceſſum quem habuerunt Concilia Romæ habita ſub *Nicolao II* & *Gregorio VII*, quæ præſentiam realem definiunt, quorum nonobſtantibus decretis

cretis

eretis rationem exiſtendi Corporis Chriſti in Sacramento aliter quàm per tranſubſtantiationem expoſuerunt probati Doctores. Secundò, diſſerit Autor de Decreto *Innocentii III*, in Synodo Lateranenſi A. 1215, quod ab Eccleſia admiſſum fuiſſe negat, imò nec ipſi *Innocentio* ſemper placuiſſe qui *paucitatem* & *vinitatem* in Euchariſtia ſupereſſe, quæ famem & ſitim placare poſſent, docuit. Tertiò urget *Allixius* ipſum *Joannis* Pariſienſis ſcriptum quod indemnatum reliquerunt & Facultas Pariſienſis A. 1304, & ipſe Papa ad quem lis delata eſt.

11. *Reflexions ſur les cinq premiers Livres de Moyſe* &c. h. e. *Conſiderationes in quinque libros Moyſis, ad ſtabiliendam veritatem Religionis Chriſtianæ.* Londini, apud B. Griffinum, pro J. Caillouè 1687. in 8. Eod. anno ad exemplar Londinenſe recudit *Amſtelodami* Petr. Mortier *in* 12. Hanc Editionem teneo. De priore vid. *Nov. Reip. Liter.* hujus anni *p.* 409. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. V. p.* 471-486.

Scopum ſuum in titulo breviter indicatum, in præloquio explicat Autor. Relata enim nec improbata aliorum methodo, qua pro veritate Religionis adverſus Atheos aut infideles, vel ex mentis humanæ ſenſu & conſcientia, vel ex collatione dogmatum cum ratiocinatione argumenta eruunt; hanc ſibi propoſitam eſſe oſtendit, ut *facta*, quæ in Religione Chriſtiana proponuntur, ſolidis probationibus ſtabiliret. Sepoſitis ergo quæſtionibus abſtractis, v. g. an detur cognitio Dei naturalis, aut propenſio hominum ad Religionem, aliiſque ſimilibus, demonſtrandum ſumit, *Deum ſeſe revelaſſe, cultumque ſuum primis hominibus præſcripſiſſe*, cujus regulas illi ad poſteros ſuos tranſmiſerint. Reſtrinxit autem Conſiderationes ſuas intra quoſdam terminos, per quos veritatem librorum S. Script. V. & N. Teſtamenti, & ſic etiam Religionis Chriſtianæ, firmiter aſſeri poſſe exiſtimavit, ſimulque evidens fieri, quod per Mahometiſmum Chriſtianiſmus aboleri minimè debuerit, licèt Judaiſmua in ceremonialibus per Chriſtianiſmum abrogatus ſit. * Vid. *Acta Erud. Lipſ.* 1688. p. 238. &c.

12. Tomus II *Conſiderationum in libros Sacræ Scripturæ, ad ſtabiliendam veritatem Religionis Chriſtianæ.* Amſtelod. apud Paul. Marret, 1689. in 8. * *Act. Erud. Lipſienſ.* ejuſd. anni *p.* 397. &c. *Hiſt. Oper. Erudit.* Dec. 1688. p. 363. 2æ Edit.

Opus iſtud *pro veritate Religionis Chriſtianæ ſtabiliendâ* poſt editionem *Amſtelod.* plus ſimplici vice integrum Gallica item lingua recuſum in Belgio, Germanicè etiam exſtat, interprete Viro Cl. *Andr. Chriſt. Eſchenbachio*, Eccleſiaſte Norimb. A. 1702. in 8. editum, ſub tit. *Vernünfftige Betrachtungen über die Bücher der Heil. Schrifft, die Warheit der Chriſt. Religion dadurch zu behaupten.* * Conf. *Fabric.* lib. inf. cit. *p.* 35. & *Bibl Gr.* Tom. VII. p. 111.

13. *Some Remarks upon the Hiſtory of the ancient Churches of Piedmont*, id eſt *Annotationes aliqua ſuper hiſtoriam antiquarum Pedemontii Eccleſiarum.* Londini apud Rich. Chiſwell, 1690. in 4. * *Act. Lipſ.* A. 1691. p. 254.

Occaſionem præſenti ſcripto dedit Epiſcopi Meldenſis *Jac. Benigni Boſſueti* Hiſtoria de Variationibua Eccleſiarum Proteſtantium, quam ſuo loco recenſebimus: Scilicet cùm inter alia ille toto libro XI magno ſtudio id egiſſet, ut Albigenſium atque Waldenſium famam denigraret, atque ſic omne Proteſtantibus adminiculum eriperet, quod ex iſtorum conſenſu ſubinde quærere conati fuerant; *Allixius* ſui muneris eſſe credidit, iniquum iſtius animum, defectumque ſinceritatis, in tradenda harum Eccleſiarum hiſtoria detegere, adeoque hanc ſpeciatim partem memorati operis impugnare, non dubitans reliqua ejus capita ab aliis Proteſtantium Doctoribus affatim confutatum iri. Scopus ejus eſt, oſtendere veram antiquitatem Eccleſiarum Waldenſium Albigenſiumve, ac nihil falſi ab earum membris jactatum eſſe, dum aſſeruerunt, eas à Romanæ ſedis jugo immunes, originem ſuam ad ipſa Apoſtolorum tempora referre. Quo pacto iis ſatisfactum iri confidit Autor, qui poſtulant, ut ſibi oſtendatur ulla Eccleſia, quæ ante *Lutheri* reformationem, aut ſaltem ante Seculum XII, eaſdem cum Proteſtantibus opiniones foverit.

ALLIX.

14. *Remarks upon the Eccleſiaſtical Hiſtory of the ancient Churches of the Albigenſes*: id eſt: *Annotata ad Eccleſiaſticam Hiſtoriam de priſcis Albigenſium Eccleſiis.* Londini, apud Rich. Chiſwel, 1692. in 4.

Hic Albigenſium ſpecialis vindicatio prodit, Gallice quidem ab Auctore conſcripta, at in Anglicum dein idioma transfuſa, geminaque illi, quam in gratiam Pedemontii Eccleſiarum inſtituit clariſſimus Auctor. Nam ut Pedemontanas juxta ſeculorum ſeriem à Manichæiſmo contra *Boſſueti* accuſationem liberavit, ita & nunc Albigenſes, quarum ſedes in Narbonenſi Gallia & Aquitania figit, pari ſtudio defendit. Pernegat ipſas ab Apoſtolis, Apoſtoliciſque viris (quod vult *Baronius*, aliique) converſas eſſe, idque *Sulpitii Severi* & *Gregorii* Turonenſis teſtimoniis; licet enim ad ea *Petrus de Marca* in Epiſtola ad *Henricum Valeſium*, *Euſebii* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ præfixa, reſponderit, ſufficit tamen noſtro *Franciſci Boſqueti*, *Jacobi Sirmondi*, & *Joannis Launoii* aſſenſus. Hinc ab *Irenæo* orſus oſtendit, qui ſingulis centuriis has erudiverint Galliarum Eccleſias. Probat independentes à Romano Pontifice fuiſſe has Galliæ Eccleſias, imò & Romano Pontifici ſeſe frequenter oppoſuiſſe, illas Manichæiſmi crimine purgat, illarum regiminis & Cultus formam recenſet, ac præcipuos qui in illis floruerunt Doctores &c. * *Act. Erud. Lipſ.* 1693. p. 169.

15. *The Judgment of the ancient Jewiſh Church, againſt the Unitarians, in the Controverſy upon the Holy Trinity, and the Divinity of our Bleſſed Saviour* &c. id eſt, *Judicium veteris Eccleſiæ Judaicæ contra Unitarios in Controverſia de SS. Trinitate, & de Deitate Salvatoris noſtri J. C.* &c. Londini 1699. in 8. * *Hiſt. Oper. Erud.* menſ. Apr. ejuſd. Anni *p.* 147-166. *Nov. Reip. Liter.* Nov. p. 518-536. & Dec. p. 603-632. Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius* qui hujus libri Synop n exhibet in *Syllabo Script. pro verit. Relig. Chriſt. p.* 133. ſimul docet Germanicè verſum fuiſſe à *Chriſt. Matth. Seidelio*, Inſpectore Tangermundano in Marchia, & *Berolini* editum 1707. in 4. cum præf. *Godfr. Arnoldi.*

Contendit Autor fuiſſe inter Judæos receptum genus quoddam exponendi ſcripta V. T. nixum avitâ traditione & ſecundum certas regulas, quibus arcanus eluehatur ſenſus, neque hanc Scripturam exponendi rationem à Chriſto & Apoſtolis improbatam fuiſſe: deindè ex Libris Apocryphis, Paraphraſibus Chaldaicis, & *Philonis* ſcriptis, Trinitatem agnoviſſe Veteres Judæos colligit. Meſſiæ Divinitatem illis etiam creditam fuiſſe contendit & τοῦ λόγου à Patre diſtinctionem. Immenſa Eruditione Judaica ſcatet Liber iſte quem impugnavit *Stephanus Nye* de quo ſuo loco dicemus.

16. *De Meſſia duplici adventu Diſſertationes II, adverſus Judæos.* Londini apud J. Taylor, 1701. in 8. vel *in* 12. Quæ in hiſce Diſſertationibus protulit Auctor ea ſupponit ſe dixiſſe in quodam cum Judæia colloquio, ponitque tanquam rem compertam, ex Danielis capitis 2 lectione, inter Judæos de tribus hiſce convenire. 1. Deum, per ſtatuam illam auream, imperiorum ſeriem portendere voluiſſe; *Chaldæorum* nempè, *Medorum* & *Perſarum*, *Græcorum*, & *Romanorum*. 2. Lapidem ſine manu projectum, ſtatuamque dejicientem repræſentare *Meſſiam*, cujus regnum Romanum imperium everſorum erat. 3. Durantibus illis imperiis Deum ſuſcitaturum regnum æternum; ita ut nullum exſtiturum ſit regnum aliud poſt Romanum imperium, quàm regnum *Meſſiæ*: Sibique videtur Autor in Danielis Prophetia reperiſſe, regnum Pontificium anno 1736 vel potius 1720 abolitum iri. Secunda Diſſertatio agit de 70 Danielis hebdomadis: in eâ auctori

tori

tori noſtro cum Judæis res eſt unicè : Contendit *Allixius* ea quæ verſu 24 de Judæis præcinuntur, eventura intra 70 hebdomadas, & proinde Meſſiam, à quo bona illa erant accepturi, eo temporis ſpatio venturum fuiſſe. Multa eruditione conſperſæ ſunt hæ Diſſertationes : at inter alia memoratu digna eſt Autoris obſervatio, in qua vertitur Chronologia ſua, annos nimirum de quibus ſermo eſt in Prophetia *Danielis*, fuiſſe annos Chaldæorum, dierum 360. Vid. *Diar. Erudit.* 20. *Mart.* 1702. p. 289. Haſce Diſſertationes Germanicè vertit laudatus *Eſchenbachius*, ediditque cum verſione Operis Gallici *Conſiderationum in libros Sacros*, de quibus diximus. * Vid. *Fabric.* lib. ſup. cit. *p.* 619.

17. *Præfatio & Argumenta in Pſalterium Anglicum.* Pſalmis quamplurimis ſenſum à vulgari multò diverſum tribuit *Allixius*. Prophetias ubique reperit, & adverſus eos exclamat, qui duplicem iis tribuunt ſenſum, ut docet Dn. *Jac. Bernard* Nov. Reip. Liter. *Dec.* 1701. *p.* 688. Idem opus eſſe ſuſpicor cui tit. Germ. apud *Fabric.* lib. ſup. cit. *p.* 516. cap. 28. de ſenſu Prophetiarum *Vorbericht über die Auslegung der Pſalmen*, ex Anglico, 1714. in 4.

18. *Nectarii* Patriarchæ Hieroſolymitani *Confutatio Imperii Papæ in Eccleſiam* &c. Hanc edendam curavit & è Græco Latine vertit *Allixius*. Vid. plura ſub tit. NECTARIUS, & RENAUDOTIUS.

19. *Diatriba de anno & menſe natali J. Chriſti.* Londini 1707. & 1710 in 8. Priorem memorat *Baſnagius* in Hiſt. Oper. Erud. *menſ. Mart.* 1708. *p.* 140. Alteram *Mem. Trevolt.* menſ. Aug. A. 1715 p. 1298. & *Acta Erudit.* Supplem. *Tom. V. p.* 306. Menſe Aprili, non Decembri, natum fuiſſe Chriſtum, contendit.

20. *Examination of ſeveral Scripture Prophecies Which the Rev. M. W.* (Whiſton) *hath applied to the times after the coming of the Meſſiah.* Lond. 1707. in 8. id eſt, *Examen variarum Scripturæ Prophetiarum quas Whiſtonus ad tempora Meſſiæ adventum ſecuta retulit.* * *Fabric.* lib. ſup. cit. *cap.* 31 ubi de Scriptoribus adv. Judæos *p.* 624.

21. *Subnotationes in tranſlationem Arabicam Pentateuchi quam concinnavit* Abouſaid, *& in ejus notas.* Pariſiis in Muſæo Abbatis *de Longuerüe* extare docet *Le Long* p. 604.

22. Allixii *Præparationes ad S. Cœnam* Genevæ Gallicè in 12. editas vidiſſe memini.

Ei *Librum de Libero Arbitrio & Prædeſtinatione* (cujus Autor Dn. *Le Cene*) perperam aliqui tribuerunt, ut innuit *Balius* Epiſt. XLVI, Tom. 8. pag. 185. & LI, p. 196. Vid. & Epiſt. XLV, p. 183.

ALLMANS (*Conradus*) SCRIPSIT Germanicè librum cui tit. ex *Lipen.* Tom. II. p. 20.

Antwort auff das Heydelbergiſche Tractatlein, deſſen Titel, Gegenbeweiſung, daß die Heydelbergiſchen Theologen, Gottes Wort, der Augſpurgiſchen Confeſſion &c. *und der* Concordiæ *nicht ungemäß lehren.* Du Pin (a) vertit : *Reſponſio ad Tractatum Theologorum Heidelbergenſium, quo probabant, Verbum Dei non eſſe conſentaneum Auguſtanæ Confeſſioni.* Prodiit *Lipſiæ* 1596. in 8.

(a) *Tab. Univ.* Tom. IV. p. 442.

ALLODIIS (*Joannes* de) Gallicè *des Alleus*, Ord. FF. Prædic. natione Gallus, patria Aurelianenſis, unde & quibuſdam *de Aurelianis* dictus, Pariſiis educatus, & Sacræ Facultatis Magiſter, ac tandem Eccleſiæ & Univerſitatis Pariſienſis Cancellarius A. 1271 promotus, hoc Seculo XIII tum doctrina, tum pietate claruit. Anno 1279 exeunte, vel ſequenti, Pariſienſis Epiſcopus à *Nicolao III* electus eſt : ſed dignitatem oblatam recuſans, ad San-Jacobæos confugit, & Ordinis Dominicani veſtem induit 13 April. A. 1281. Non omittendum autem, quod etſi aliàs *Joanni* noſtro gravis fuiſſet de Cancellarii juribus cum Univerſitate contentio, adeo ut ab eo deſciverint Academici, aliumque ſibi ſelegerint Cancellarium, ſcilicet San-Genovefianum, nihilominus tamen, inquit *Echardus*, ſive ante ſive poſt Ordinis ingreſſum, etiam qui maximè adverſabantur, eximias ejus virtutes & agnovère ſemper & coluere. Ut Concionibus inter priores claruerat Cancellarius, ſic & multò magis cum & veſte fuit Prædicator. Obiit A. 1306. menſe Oct. Vid. *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 499.

Obſervat *Oudinus* inter alia ad A. 1260, *Joannem* noſtrum Theologiam docuiſſe Pariſiis A. 1266 & 1267. quo ultimo cum Decano Magiſtrorum Pariſiis regentium, Rectore Univerſitatis & Procuratoribus quatuor Nationum, appellavit cum aliis Magiſtris actu regentibus diverſorum Ordinum in actu ſubſcriptis, contra Depoſitionem *Gaufridi* Officialis ab Officio, factam eod. anno die 21. Jun. per ſententiam *Simonis* S. R. E. Cardinalis & Apoſtolicæ Sedis Legati. Extat hæc appellatio cum ſententia dicti *Simonis* Sec. V. *Hiſt. Univerſ. Pariſ.* ad A. 1267. *p.* 384 *& ſeqq.* Ibid. ad A. 1271. *p.* 398. hæc leguntur : „ Cum Magiſter *Joannes de Aurelianis*, tunc Cancellarius..... *Ferdinandum* Aragoniæ Regis Filium Theologica laurea donaſſet, nullo ante tentatum examine, coactus eſt ab „ Univerſitate dignitatem illam abdicare, aut ſaltem „ à Licentiis dandis abſtinere, eo quod contra ſtatu„ ta tam Papalia quàm ipſius Univerſitatis, ſolus au„ thoritate propria non vocatis de more examinatori„ bus, Doctoralem pileum auſus eſſet imponere. Quod „ quidem initium fuit magnæ diuturnæque litis, in„ ter Academicos & Cancellarios Eccleſiæ Pariſienſis, „ etiam apud Curiam Romanam. ---- „ At qui hæc ex *Bullas* habet *Oudinus*, certum eſſe ait *Joannem de Aurelianis* ſive ob perſonale meritum, ſeu quod promiſſet Univerſitati impoſterum tales à ſe auſus haud profecturos, ab officio Cancellarii non fuiſſe depoſitum, quod ab ipſo ſervatum pacificèque geſtum aſſerit ad annum uſque 1279, quo Pariſienſis Epiſcopus electus eſt. Addit *Oudinus* noſtrum *Joannem* cum aliis Ordinis ſui (Dominicani) Fratribus A. 1303. appellationi ad Concilium Generale per PHILIPPUM *Pulchrum* contra BONIFACIUM VIII interjectæ adhæſiſſe & ſubſcripſiſſe.

Conciones ejus plures extant MSS. ſed mutilæ & aliis permiſtæ, & quidem *octo* in Sorbon. Cod. 1018. ſup. cit. *p.* 122. b. in *Ægidio de Aurelianis.* Titulos refert *Echardus* Tom. I. p. 268. & p. 385. *Sex* in Cod. Victor. 761. *unica* Cod. 515. *tres* Cod. 528. ut ipſe notat *p.* 500. item *quædam* in Cod. Sorbon. 285 & 960.

Conciones, inquit *Oudinus*, quas Cancellarius pronuntiavit, immixtæ cum aliis Concionibus celebriorum ſui temporis Concionatorum, in MS. Codice Bibl. S. Renigni (lege *Benigni*) Divionenſis, num. 186.

Joannis Aureliani (an ejuſdem dubium eſt) *Commentarios in Pſalm.* LXXI & CXXXVIII *Pariſiis* in 8. impreſſos ait *Geſnerus* fol. 386. verſo, & ex eo forte *Le Long* p. 620.

ALLONIS (*Nicolaus*) natione Suecus, Archiepiſcopus Upſalienſis, Anno 1291 electus, obiit 2. Non. Feb. A. 1305. SCRIPSIT

Statuta provincialia, publicata cum Statutis *Jacobi Erlandi*, Upſaliæ A. 1525. per Bartholomæum Fabrum. * Conf. *Scheff.* p. 5 & 7. cum Hypomn. *Molleri* p. 350.

ALLOTUS (*Guil.*) Anglus, Pontificius, SCRIPSIT librum cui tit. ex *Lipen.* Tom. I. p. 170. & 641.

Theſaurus Bibliorum utriuſque Teſtamenti, & Index Evangeliorum Dominicalium in ſeries ſuas certas & Capita diſſectorum : vel ut habet *Le Long* p. 604. *Theſaurus Bibliorum, utriuſque vitæ antidotum, ſecundum utriuſque Teſtamenti veritatem & hiſtoriam, per locos communes* in 8. *Antverp.* 1577. & 1583. *Lugduni*, 1585. *Colon.* 1612. & 1642.

ALLOUS (*Polycarpus*) natione Siculus, ex oppido Frazanii, vulgò *Frazzano*, Ord. S. Baſilii, natus

19 Dec. 1658 io tegularem Ordinem aſcitus, in eo doctrinâ & morum præſtantiâ ſemper eluxit. Commiſſarii Generalis, Definitoris, & Provinciæ Siculæ Procuratoria Generalis munere claruit. Abbatia dignitate inſignitus, præfuit Cœnobiis Medii-juſtii, Panormi, & alibi. Cùm Panormi novum S. Baſilii Monaſterium, ejus operâ excitaſſent Baſiliani, in eo omnium primus conſtitutus eſt Abbas; in eoque fundando, non modicam pecuniæ vim erogavit. Anno 1711 adhuc ſuperſtes eadem dignitate Panormi florebat. EDIDIT Italicè, teſte *Mongit*. Tom. II. p. 189

Brievi Inſtruttioni per le Monache Oblate dell' Ordine del Protapatriarca S. Baſilio, raccolte dalle ſue Regole, Conſtitutioni, e Decreti Pontificii: con l'aggiunta dell' Indulgenze, e Cerimonie nel veſtir l'habito. Panormi apud Angleſem & Leonem 1691. in 4.

ALLOZA (*Joannes* de) Jeſuita, natione Peruanus, patria Limenſis, origine Hiſpanus, natus anno 1598. Vicennis ſocietati ſe adſtrinxit. Docuit humaniores litteras & Theologiam Moralem, rexit Vicario munere Domum probationis Limenſem, in qua 30 annis magnæ virtutis exemplo operarius gnavus vixit, & inſignis cultor Deiparæ, migravit ex hae vita eum opinione eximiæ ſanctitatis Limæ die 6 Novembris 1666. * Sotuel *Bibl. Soc. Jeſu.*

OPERA:

Edidit Hiſpanicè in honorem Beatiſſimæ Virginis:

1. *Cielo eſtrellado de mil y veinte dos exemplos de Maria Paradiſo eſpiritual y teſoro de Favores*: id eſt, *Cælum Stellatum Mariæ, ſive Exempla* 1022. *De mirabilibus favoribus B. Mariæ erga ſuos Clientes, quot ſtellas Aſtronomi numerant in Cælo*, alludendo ad illud carmen *Bernardi Bahuſii* in ſuo Proteo; *Tot tibi ſunt dotes, Virgo, quot ſidera Cælo.* Cujus alterum perſimile aptè condidit: *Tu ſine va Patris primi, Tu Filia Summi.* Matriti 1654. (a) vel 1655. fol.

2. *De Excellentiis Sancti Joſephi.* Matriti 1655. & 1656. in 8.

3. *Convivium Divini amoris, ſive Deus hominum amans, Chriſtus in Euchariſtiæ Sacramento latens*, Lugduni 1665. in 12.

4. *Flores Summarum, ſeu Alphabetum Morale, quo omnes ferme Conſcientiæ caſus, qui Confeſſariis contingere poſſunt, breviter, clarè, ac quantùm licet, benigne digeruntur. Ex ſelectioribus Doctoribus, præcipuè Societatis Jeſu, ex utroque jure, ac Manuſcriptis variis. Opus ſedulo labore per annos triginta conquiſitum, ex legibus Imperatorum, Decretis Pontificum, uſu Parochorum, Prætorum Peruani Regni &c. collectum.* Prodiit primò *Lugduni* 1666. in 8. Hiſpanicè ut credo (b). Poſteaquam verò *Alexander VII* quaſdam Probabiliſtarum opiniones proſcripſiſſet, quibus & ſcatebat hoc *Alphabetum*, addita ſunt hæc verba titulo Editionis Latinæ *Colon. Agripp.* 1669. in 8. *Prodit nunc primùm in Germania, à plurimis mendis correctum, damnatiſque ab* Alexandro VII *ſententiis expurgatum.* Recuſum eſt poſtea ibid. A. 1671 apud Joh. Wilh. Frieſſem *Jun.* A. 1702 apud Franc. Georg. Frieſſem, ac rurſus A. 1715 in 8. apud Jac. Prompet, *damnatis ab Alexandro VII & VIII ac Innocentio XI ſententiis expurgatum*: quod de duabus poſtremis editionibus intelligendum. Tres ultimas teneo.

(a) Lipen. Tom. II. p. 233. (b) Vid. *Meyeri* Bibl. Script. Theol. Mor. *p.* 348 ad calcem *Theologiæ Moralis* Ægidii Straucbii.

ALLWOERDEN (*Henricus* ab) Stadenſis in Saxonia inferiori, Theologiæ Cultor, nuper evulgavit

Hiſtoriam Michaelis Serveti, quam Præſide *Jo. Laur. Moshemio* Abbate Mariævallenſi & Michaelſteinenſi *&c.* publicè exponit Autor *Henricus ab Allwoerden* Helmſtad. 1727. vel 1728. in 4.

Autor hujus libri doctiſſimus in Præfatione commemorat ſingulos, qui ante ipſum aggreſſi ſunt conſcribere Hiſtoriam *Serveti*, interque eos principem locum tribuit *Michaelis de la Roche*. Cùm verò nondum exhauſta ſit à quoquam hæc hiſtoria, ſtatuit & accuratius & uberius perſequi ſingula ejus capita, præſertim cum ipſi à ſummè Reverendo ſuo Præſide ampliſſima darentur collectanea, quæ ipſe pluribus abhinc annis eodem conſilio ſtudioſiſſimè congeſſerat. Nec tamen hinc exhibet niſi *hiſtoriam vitæ & ſcriptorum Serveti*, alio tempore cetera daturus, quæ diſputari de *Serveto* poſſunt, quæque ſub finem Præfationis enumerat. Singula hîc à doctiſſimo Autore deſcribuntur copioſè, adjectis luculentiſſimis autoritatibus. Præterea multorum, maximè *Calvini*, mala fides notatur: multorum etiam errores corriguntur. Errant ſcilicet, qui *Andream Servetum* cum noſtro confundunt: qui referunt, eum aliquando in Africa fuiſſe verſatum, ibique partim à Judæis, partim à Muhammedanis accepiſſe doctrinas impias: qui putant, in primo Auguſtanæ Confeſſionis articulo innui dogmata *Serveti*: qui negant, *Calvinum* fuiſſe autorem captivitatis *Serveti* Viennenſis. Inter hæc dignum cognitu eſt, Theologos Helvetios à Senatu Genevenſi rogatos non ſuſtinuiſſe capitis pœnam in *Servetum* decernere. Nec minorem init gratiam Autor doctiſſimus, cùm §. 61 excerpta exhibet ex inedita *Guilielmi Poſtelli* Apologia pro *Serveto*; & cùm § 62 diſſerte de præfixa huic Diſputationi effigie *Serveti*, eamque veram & germanam eſſe contendit; denique cùm § 63 ex libro quodam rariſſimo brevem edit hiſtoriam *Serveti*. Sequitur hinc tractatio de libris à *Serveto* ſcriptis, de quibus, nec non de ejus vita hîc dicere non eſt locus. Videri interea poſſunt *Acta Erud.* A. 1730. p. 19. Multò prolixiora hujus hiſtoriæ dedit excerpta æquo in utramque partem animo ductus eruditus Autor Bibliothecæ Europeæ (*Bibliotheque raiſonnée* &c.) Tom. I. p. 366-400. & *Tom. II. p.* 88. ac *p.* 93-176.

ALLYN. Vid. ſupra *pag.* 180. *col.* a. ALANUS (*Gulielmus*)

ALMADA (*Andreas* de) natus in orbe *Pompadilho* juxta Conimbricam in Portugallia, patrem habuit Dn. *Antonium de Almada* hujus nominis ſecundum, matrem *Vicentiam de Caſtro*. Multò minor illi erat Eccleſiaſticarum dignitatum ambitio quam Theologici ſtudii amor, in quo tantos fecit progreſſus ut ejuſdem Profeſſor conſtitutus fuerit, licet à Sacerdotio conſtanter fuiſſet alienus; mirum autem quod vitâ potius longâ typis nil dederit; repertum tamen in ejus monumentis affirmant *de incarnatione Tractatum* prælo paratum, inter alios non eò uſque productos. Obiit ann. 1642. 29. Novemb. Conimbricæ, quâ in urbe ſemper commoratus fuerat. * *Morer.* Dict. *ex Mem. Portugall.*

ALMADA (a) (*Emmanuel* d') Luſitanus, Epiſcopus *Angrenſis* in *Terzera* Inſula, cùm in Belgium delatus in Comitatu *Mariæ* Parmenſis Principis, incurriſſet in *Gualteri Haddoni* librum ad *Hieronymum Oſorium* Silvenſem Antiſtitem ſcriptum, ſeu potiùs adversùs eundem, *Epiſtola* Oſorii *ad Eliſabetham Angliæ Reginam* refutatorium, ſumens reſpondendi partes, antequam *Oſorius* ipſe reſciſſet, EDIDIT

Contra Gualter. Haddonum Anglum de verâ Religione, Epiſtolam. Antverpiæ, typis Sylvii. Quod opus *ſingulari diligentia confectum*, & Authorem ejus *virum omnibus rebus ornatiſſimum* vocat *Oſorius* ipſe propugnatus, in eundem *Haddonum* poſteà ſcribens, teſte *Nic. Anton.* Tom. I. p. 262.

(a) *Forte* à patria ſic dictus; nam hujus nominis oppidum eſt in Extremadura Luſitanica, ſex aut ſeptem leucis ab Ulyſſipone diſtans.

ALMAINUS, (*Jacobus*) gente Gallus, patriâ Senonenſis, Theologus magni inter Scholaſticos nominis, doctrinæ *Scoti*, *Occami*, & *Biela* addictiſſimus; Collegii Navarrenſis in Academia Pariſienſi alumnus, & *Joannis Majoris* auditor. Claruit anno 1502. Quamprimum Artium Magiſterium tuliſſet,

Dialecticam & Philoſophiam naturalem publicè docuit, ſuaſque de utraque diſciplina lucubrationes ab anno 1505 ad 1508 typis dedit. Anno 1508 in Theologico Navarræ Sodalitio locum obtinuit; atque anno demum 1511 lauream Theologicam tulit. Anno ſequenti Sententias in Collegio ſuo prælegit, & Commentariis illuſtravit. Eodem circiter tempore à Facultate Theologica electus eſt, qui *Thomæ Cajetani* librum *de Pontificis ſupra Concilium auctoritate*, à Concilio Piſano ad Pariſienſes tranſmiſſum, edita reſponſione refutaret. Summo id acumine ac doctrinâ præſtitit; librumque ſuum, in frequentiſſimo omnium Theologorum conventu recitatum, cunctorum ſuffragiis comprobatum retulit. Obiit anno 1515. immatura morte abreptus. Cæterùm aliqui *Almainum* Franciſcanum, aliqui Monachum perperam fecerunt.

Opera:

1. *Moralia*, in quibus quatuor habentur Tractatus, viz. *De actuum & habituum eſſentia, eorumque impedimentis; de tribus virtutibus Theologicis, Fide, Spe, & Charitate; de humanis virtutibus; de earundem virtutum oppoſitis.* Prodierunt ſimul Pariſ. 1510. 1512. apud Henr. Stephanum, & 1526. in 8.

2. *Quæſtio reſumptiva*, agitata in Veſperiis Magiſtri *Ludovici Ber*, A. 1512. *de Dominio naturali, Civili, & Eccleſiaſtico.* Habetur *ibid.* & inter *Gerſonii* Opera in Append. ad Tom. II. p. 961. edit. Hagæ Com. 1728.

In quæſtione *utrum Eccleſiaſtici ſint Jure Divino exempti à Juriſdictione Civili?* negativam amplecti videtur *Almainus*. In ſequenti *de plenitudine poteſtatis Papæ* hanc propoſitionem *periculoſiſſimam & condemnandam* cenſet, *quòd ſummus Pontifex poſſet ſtatuere, quòd per ſecundum Matrimonium rumperetur primum.* Statuit inferiùs Eccleſiam non poſſe homines à peccatis abſolvere latâ excommunicationis Cenſurâ. Non putat inſuper poteſtatem Pontificis ad eos qui ſunt in Purgatorio extendendam, cùm ubicunque in Evangelio herent promiſſa dictum ſit, *Quodcumque ligaveris ſuper terram*, Matth. XVI. 19. aut *quodcumque ſolveris ſuper terram. Quæcumque ligaveritis ſuper terram*, & *quæcumque ſolveritis ſuper terram* Cap. XVIII. 18. & nunquam, inquit, de iis qui è vita deceſſerunt facta eſt mentio: ex quo ſequi addit, quòd non poſſunt animæ in Purgatorio exiſtentes a pœna ſolvi per Indulgentiarum largitionem, ſed bene per ſuffragia, ut optimè, inquit, deducit *Charlerius*, in Tractatu quem fecit da iſta materia. Statuit deinde *Almainus*, nullum Chriſtianum à poteſtate Eccleſiaſtica eximi poſſe: Poteſtatem temporalem non eſſe annexam Eccleſiaſticæ: Regnum Franciæ nulli ſubeſſe in temporalibus: Poteſtatem Eccleſiaſticam natura & tempore priùs eſſe in Eccleſia, quàm in Papa: Poteſtatem majorem eſſe virtute in ea quàm in eo: Summo Pontifici Jure Divino competere autoritatem ordinariam & regularem Concilium Generale convocandi, & nulli alteri: Concilium poſſe exercere omnes actus Juriſdictionis: ac tandem in Quæſtione *an Summus Pontifex, ut Summus Pontifex, pœna Eccleſiaſtica affici poſſit?* negativam tuetur.

3. *Tractatus de Autoritate Eccleſiæ & Conciliorum generalium*: &c. Extat apud *Gerſonem* ubi ſup. pag. 976. In Codice impreſſo habetur: *Libellus de Autoritate Eccleſiæ ſeu Sacrorum Conciliorum, eam repræſentantium* &c. *contra Thomam de Vio* Cajetanum, *Dominicanum, qui his diebus ſuis ſcriptis niſus eſt omnem Eccleſiæ Chriſti ſponſæ Poteſtatem enervare.* Prodiit ſeorſim *Almaini* liber *Pariſ.* Joan. Granjon 1512 in 8. ut habet *Echardus* in *Cajetano*, Tom. II. p. 19. n. 38. Item *Colon.* 1514. Epiſtola dedicatoria inſcripta eſt Archiepiſcopo Senonenſi *Triſtando de Salezar*. Tractatus ipſe conſtat Capp. XIII, in quibus id inprimis agit Autor, ut Eccleſiæ autoritatem ſuper Papam demonſtret.

4. *Expoſitio circa Deciſiones Magiſtri* Guillelmi Occam, *ſuper poteſtate Summi Pontificis*: ubi, inquit *Launoius*, certa quædam eſt propoſitio, quæ tunc, ut apparuit, tolerabatur, ſed nunc tolerari deſiit. *Quæſtio I.* de Poteſtate Eccleſiaſtica & Laica habet Capp. XVI. *Secunda* de Suprema Poteſtate Laica habet V. *Tertia* an Juriſdictionis temporalis authoritas dependeat à Papa & Romana Eccleſia? Capp. VIII. *Quarta* Cap. I. Prodiit ſeorſim Opus iſtud *Pariſ.* 1512. 1526. & 1537. in 8. Extat præterea apud *Goldaſtum* Monarch. *Tom. I. p.* 588. apud *Richerium* Defenſ. doctrinæ Veterum *Tom. III*, & apud *Gerſonem* ubi ſup. *col.* 1013-1119. ubi hæc Annotatio legitur: *Porrò idem* Almainus, *Comment. in aliquot Diſtinctiones IVti Sententiarum, ubi agit de Pœnitentia, diſputans de Præcepto confeſſionis, Diſt. 17. Art. 3. quærens an Summus Pontifex teneatur ſemel in Anno, ad diem Paſcha confiteri, juxta Præceptum omnis utriuſque ſexus, hæc ſubjicit*: „ Aliqui dicerent, ait, quòd Papa non obligatur ad illud Præceptum: tamen tenendo partem „ veram, quòd Summus Pontifex obligatur per Statuta Conciliorum, & qui diceret oppoſitum, ſaltem in Francia, reputaretur hæreticus, obligatur „ vi Præcepti humani, & tenetur ſemel in Anno ſumere Euchariſtiam, patet ex capitulo: ſed non „ poteſt ſumi Euchariſtia, ſine peccato, ab eo qui eſt „ conſcius peccati mortalis, niſi confiteatur: Ergo „ Summus Pontifex tenetur confiteri, &c.

5. *Lectura in IV.um Librum Sententiarum* imperfecta, ſeu de Pœnitentia & Matrimonio; à diſtinctione 14. ad 37. ubi *Almainus* ad mentem *Scoti* diſſerit. Editionem Pariſ. 1626. 8. memorat *Lipenius* Tom. II. p. 752. ſed forte dicere voluit 1526.

6. *Lectura in eundem Librum* completa. Prodiit ſeorſim *Lugduni* 1527. 8°.

7. *Dictata ſuper Sententias M. Roberti Holkot de actibus fidei & intellectus, & de libertate voluntatis.* Pariſ. 1512. & 1526. 8o.

8. *Embaumata Phyſicalia* &c. Pariſ. 1505.

9. *Tractatus V, Conſequentiarum*, denuò excuſi *Pariſ.* 2508. apud Dion. Roccum.

Prodierunt omnia *Almaini* Opera *Pariſ.* 1516. curante *Oliverio Lugduneo.*

* De *Almaino* conſ. *Launoius* Hiſt. Regii Navarræ Gymn. *Tom. II. p.* 611. Henr. Wharton *Append. ad Caveum* ad A. 1502. *Bælii* Diction. *Poſſevin.* p. 41. *Le Long* Bibl. hiſt. Galliæ *p.* 112. *n.* 2397.

ALMANNUS (*a*) ſeu ALTMANNUS natione Gallus, Monachus Altovillarenſis (*b*), Cœnobii Ord. S. Bened. claruit Sec. IX. (*c*) In literas miſit *Vitam S. Sindulfi* Confeſſoris apud Remos, quam ex MSS. codicibus Monaſteriorum S. Theoderici Remenſis, & Altovillarenſis, primus extulit *Jo. Mabillonius* *Sec. Bened. I.* p. 368. Præter *Sindulfi* Vitam, memorat etiam *Sigebertus* cap.98 ab *Almanno* noſtro ſcriptam, *Vitam S. Nivardi* (aliis *Vinardi*) Archi-Epiſcopi Remenſis, *Vitam* (d) *Helenæ* Reginæ, & Tranſlationem ejuſdem à Româ ad Cœnobium Altovillarenſe. *Et quia*, inquit idem *Sigebertus*, *ſuo tempore Francia à Normannis vaſtabatur, exemplo Hieremiæ Prophetæ, deſolationem Franciæ & ſui Cœnobii, quadruplici planxit Alphabeto.*

Almanni Reſcriptum ad *Theudoinum* Præpoſitum Catalaunenſem edidit *Mabillonius* Vet. Analect. *p.* 424. præmiſsâ *p.* 423. *Theudoini* ad *Almannum* Epiſtolâ de ſcribenda vita *S. Memmii* Epiſc. Catalaunenſis primi. Sed doctus Editor in ſubjunctis *p.* 415. Annotationibus non putat Vitam hujus Epiſcopi ab *Almanno* noſtro ſcriptam fuiſſe, quanquam ut paulò ſuperiùs ait, *rogatu* Theudoini *veterem ac propè detritam de S*to *Memmio ſcriptionem novo ſtilo ſcribere aggreſſus eſt ſub A.* 868. Id quoque obſervavit *Placcius* in Anon. *n.* 2246. *p.* 318.

(*a*) *Almannum* perperam vocat *Ciaconius* Bibl. ſuæ p. 109. ubi ait vixiſſe A. 890. (b) *Altum-Villare* Gallice *Hauvilliers* · men

men oppidi & Abbatiæ prope Remos in Campania. (c) De eo *Caveus* ad A. 850. *Oudin* ad A. 900. (d) Hæc cum notatione Translationis MStam extra. In Rubea Valle, itaque Pe ... Reſbacenſi Monaſterio dioceſis Meldenſis, notat *Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2. *c.* 36 *p.* 323.

ALMARAZ (*Jodocus* ab) Brabantus, natus in pago Londerzeel, tertii Inſtituti D. Franciſci, Miniſter Zepperenſis, & Sororum III[i] Ordinis in Steynart Confeſſarius, SCRIPSIT teſte *Sweertio* Athen. Belg. *p.* 489.

1. *De tribus Virtutibus Theologicis* Tractatum.

2. *De frequenti uſu SS. Sacramenti Euchariſtiæ* per quæſtiones.

3. *Varias ſpirituales Meditationes.*

ALMARICUS Pariſienſis Clericus, ex oppido territorii Carnotenſis, cui *Bena* nomen, oriundus, literis apprimè eruditus, cui hæreſis impacta in Concil. Lateran. IV. Can. 11. ſub *Innocentio*, *ut homini impio, Auctori perverſiſſimi dogmatis, & inſana doctrinæ.* Quale autem dogma fuit, non dicit *Canon.* Nempè fertur aſſeruiſſe, *quemlibet Chriſtianum*, verè talem, *teneri credere, ſe eſſe membrum Chriſti*, ex naturâ fidei, πληροφορίαν, & certam perſuaſionem ingenerantis. Hinc *Almarico*, ex tædio & indignatione in eam Pontificis & Cleri injuſtitiam, paulò poſt diem obeunte, Diſcipulis ejuſdem, tùm & ipſi *Almarico* aliæ hæreſes improperatæ; v. g.

α. Negatum corpus Chriſti eſſe alio modo in Pane altaris, ac in quolibet pane.

β. Negatam reſurrectionem corporum.

γ. Negatum Paradiſum, Infernum &c.

Quod nixum teſtimonio *Cæſ. Heiſterbacenſis* hujus temporis Monachi Diœceſ. Colon. Viſionibus, fictis Miraculis, Fabulis, ac Legendis deditiſſimi. Sed Cl. *Spanhemius* in Hiſt. Eccleſ. *p.* 1694. veram fictarum hæreſium cauſam hinc furoris in diſcipulos hanc fuiſſe ait: 1° Quod *Almaricus* cum ſuis, Corpus Chriſti ipſiſſimum negarent eſſe, quoad ſubſtantiam, in Sacramento Euchariſtiæ: 2° Quòd docerent certitudinem fidei, Salutis: 3° Quod impugnarent cultum delatum Sanctis, Imaginibus, Reliquiis: 4° Quod in Romanum Pontiſ. ut Antichriſtum, Romam ut Babylonem, & in Prælatos ut Antichriſti Miniſtros, inſurgerent: 5° Quòd ſenſerint cum genuinis Waldenſibus & Albigenſibus ejus temporis.

Hinc portenta hæreſium & flagitiorum ipſis attributa ab Inquiſitoribus, quæ legas apud *Nic. Eymericum* Inquiſit. Gener. ſub INNOCENTIO VI. *Franc. Pegnam*, *Vincentium*, *Antoninum*, *Luxenburgum*, *Prateolum*, ſimiles hæreſium fabricatores v. g. de promiſcuis ſtupris, adulteriis; de negato peccato in Sanctis; de negatis Sacramentis *&c.* Hæc *Spanhemius.* Plura *Nat. Alexander* in Hiſt. Sec. XIII. p. 75. 76. *in fol.* ubi Diſcipulos reliquiſſe ait (ex *Rigordo* coævo *Almarici* Auctore, ad A. 1209.) novis erroribus audaciam Magiſtri ac impietatem ſuperantes. Poteſtatem Patris duraſſe effutiebant, quamdiu viguit Lex Moſaica: Legem novam à Chriſto conditam ad ſua uſque tempora vim habuiſſe: ipſam deinceps cum omnibus ſuis Sacramentis antiquatam, & Regnum S^ti Spiritus incepiſſe, quo Baptiſmus, Confeſſio, Euchariſtia, & alia Sacramenta, & ſalutis adminicula neceſſaria jam non eſſent, ſed ſolâ gratiâ interiori Spiritus Sancti, abſque ullis externis operibus unumquemque ſalvari poſſe: Charitatis virtutem ſic ampliabant, ut flagitia ipſa, ſtupra & adulteria, charitatis nomine adornarent: Mulierculis quibuſcum peccabant, & rudibus quos decipiebant, impunitatem peccati promittentes: Deum tantummodo bonum, & non juſtum prædicantes.

His alia quædam addit *Alexander* ex *Cæſario* Heiſterbac. *lib. V. Dialog. cap. XXII.* Altaria in memoriam Sanctorum erigere, & thus coram Sacris Imaginibus adolere, idololatriæ vertebant: Eos qui oſſa Martyrum deoſculabantur, ſugillabant. Eum in quo eſſet Spiritus Sanctus, peccare non poſſe, nec fornicationem ab ipſo perpetratam peccatum eſſe docebant. *Alexandrum* adeat qui plura velit.

ALMASAR. Vid. ſup. *p.* 36. *col.* 2. ABU-ALMASAR, de quo præter ibi cit. legi poteſt *Bartolocc.* pag. 3.

ALMEIDA (*Chriſtophorus* de) gente Luſitanus, Golegææ natus in Diœceſi Ulyſſiponenſi, Congregationem Auguſtinianorum reformatorum iniit, in quâ plurima & honorifica geſſit munera, ac tandem Coadjutor nominatus eſt ab Archiepiſcopo Ulyſſiponenſi, cum tit. *de Martyria.* Obiit Aquis Calidis (vulgò *las Caldas*) A. 1679. d. 26. Oct. Ejus *Sermonum* habentur Tomi IV Ulyſſipone editi annis 1673, 1680 & 1686. teſte *Morerii* Diction. ex *Mem. Portugal.*

ALMEIDA (*Emmanuel* de) Luſitanus, Viſenſis, (de *Viſeu*) Jeſuita, Societatem ingreſſus A. 1595, ab anno 1602. quo cum aliis ſodalibus è Luſitania ſolvit, ad uſque annum 1646 tam in Æthiopum, quàm in Orientalium Indorum regionibus Evangelicum præſtitit, ac fructuoſiſſimum quidem operarium. Docuit in primis Sodales non ſolum humanas literas, ſed & Philoſophiæ & Scripturæ Sacræ ſcientiam; & poſt gubernata quædam Indiæ collegia ad Æthiopum plagas tranſvectus, Societatis ut viſitaret domos Imperatoris Abyſſinorum indulgentiâ ibi fundatas, decem totos annos in ſumma illius ac procerum gratia vigens, Eccleſiæ hujus gentis fovendæ atque amplandæ magno cum Evangelicæ meſſis proventu impendit. Ejectus vero, cùm Deo placuit, ſimul cum aliis ab ejus Imperii finibus, reliquum vitæ tempus Goæ ferè manſit, Rectoris, Præfecti provincialis, Viſitatoriſque aliorumque munerum officiis intentus. Obiit Goæ 10 Maii 1646 ætat. 65. SCRIPSIT (præter Hiſtoriam Æthiopiæ & alia quædam Luſitanico ſermone: *De Erroribus Abyſſinorum, refutationeque ejus gentis dogmatum.* Librum hunc Abyſſinorum lingua ſcriptum ſuſpicatur *Antonius.* Extat cum Hiſt. Æthiopiæ *Conimbricæ* 1660. fol.

* Vid. *Nic. Anton.* Tom. II. p. 321. *Alegamb.* p. 500. *Lipen.* p. 5. *Morer.* &c.

ALMEIDA (*Henricus* de) Ord. FF. Prædic. Hiſpanus, vernacule dedit, quod *Ludovicus Granatenſis* Luſitanico idiomate ſcripſerat,

Compendio de doctrina Chriſtiana, y catorze Sermones de las principales fieſtas d l anno, Matriti 1595.

Hæc *Henrici* verſio alia eſt, inquit *Ludovicus Muñoz* Vitæ *Ludovici* Granatenſis *lib.* 3 *cap.* 3. ab ea quam *Joannes de Montoya* accuravit, ac eodem anno 1595 edidit Granatæ, quod ex utriuſque collatione diſcutiant gentiles, nam hactenus (ait *Echardus* qui hæc refert *Tom. II. p.* 315.) ſolam *Montoyanam* nobis videre licuit; at quantùm ad quatuordecim Sermones, quos etiam *Joannes* edidit, eos non a ſe verſos, ſed ab alio ejuſdem Ordinis ſodali Hiſpana lingua donatos ipſe fatetur, quem non alium à noſtro *Henrico* cenſeas.

ALMELOVEEN (*Theod. Janſſonius* ab) Batavus, patriâ Goudanus, Humaniorum Literarum in Academia Harderwicenſi Profeſſor celeberrimus, Polyhiſtor plurimis operibus clarus Sec. XVII & XVIII. obiit Trajecti ad Rhenum A. 1713. Vid. *Diar. Erudit.* menſ. Jul. ejuſd. anni, p. 114. *Le Long* p. 604.

SCRIPTA:

1. *Opuſcula, ſive Antiquitatum è Sacris profanarum Specimen, Conjectanea, Veterum Poetarum Fragmenta, & Plagiariorum Syllabus.* Amſtelod. apud Janſſonio-Waesberg. 1686. in 8.

Poſt eos omnes qui in eruendis veterum Judæorum ſcriniis, & in antiquitatis Rabbinicæ ſtudio operam ſuam collocarunt, clariſſimus Autor ſpicilegium relictum ſibi eſſe probè perſpexit, multorumque excitatus hortationibus, *Specimen* præſens erudito indulſit orbi. Loca in univerſum XXIIX propinat, ſingulaque ita tractat, ut ex profana antiquitate, quæ ad intelligentiam eorum faciunt luculentiſſimè, ſedulò producat.

ducat. Primum omnium v. g. profert locum *Gen. III,* 7. & præmiſſa opinione ſatis frequentata, ficum fuiſſe arborem, cujus fructum ne attingerent vel comederent, primis parentibus interdictum erat, argumentiſque prolatia variis, rem ipſam ex Periphalliis ſeu Phallagogiis Gentilium, quæ inde manaſſe autumat, dilucidat, & de ficu ruminali nonnulla ſubjicit. Ad locum *Pſal. LVI,* 9. exiſtimat Autor Davidem hæc ſcribentem, in animo habuiſſe morem apud Gentiles, forſan & apud Hebræos, familiariſſimum, quo lachrymas utre incluſas ſervarent, apponerentque in ſepulcris vel ipſis cadaveribus *&c.* Vid. *Acta Erud.* p. 413. *Diarium Erud.* 4. Mart. p. 70. *Nov. Reip. Liter.* Jan. 1686. p. 22.

2. *Amœnitates Theologico-Philologica, in quibus varia S. Scriptura loca, ritus priſci, & inedita quædam* Eraſmi, Bocharti, Baudii, Scriverii, J. de Laet *&c. eruuntur.* Subjiciuntur *Epigrammata & Poemata vetera, ut & Plagiariorum Syllabus, altero tantò auctior.* Amſtelod. 1694. in 8.

Narrat doctiſſimus Autor, Comitem quendam, peregrinas inviſentem terras, à ſe, ubi Goudam perveniſſet, deductum fuiſſe in templum *p.* 10. qua occaſione de Templo Salomonis *p.* 12 *ſeq.* diſſerit, deque duabus ei appoſitis columnis *p.* 15. quibus inſcripta fuiſſe autumat Iſraëlitis data à Deo præcepta *p.* 16, appellataſque *Jachin* & *Booz* p. 18, quæ nomina explicat *p.* 19, & duabus columnis, quibus igneâ ac nubilâ uſus eſt Deus in ducendis Iſraëlitis, V. & N. Teſtamentum ſignificari exiſtimat *p.* 23. Tum porro Judæos leges poſtibus domuum ſuarum affixiſſe tradit *p.* 24. unde explicandus ſit ritus ille Hebræorum de quo *Exod. XXI.* 6. Conſpecta *Eraſmi* imagine in Bibliotheca Templi ſuſpenſa *p.* 37. contendit eum potius Goudanum, quam Roterodamum dici debere, quòd ex Epiſtola ipſius *Eraſmi* ad Herm. *Lethmatum* olim ſcripta, quam Goudani poſſederint, ſed furto amiſerint, oſtendi poſſit, profeſſum Eraſmum *ſe eſſe Goudanum*, & dolere, *quòd Roterodamenſem ſe, non Goudanum ſcripſerit* p. 38. De loco *Jud. XVI,* 19. diſſeritur *p.* 150; de ſcala in ſomnio *Jacobo* viſa *p.* 157. de cauſa, ob quam certarum avium eſu interdixit Iſraëlitis Deus; de variis pictorum erroribus agit, qui v. g. Chriſtum in cunis vagientem fulgore conſpicuum pingunt *p.* 183; Angelum è Paradiſo protoplaſtos expellentem gladio flammante inſtructum *p.* 186; *Moſen* cornubus armatum *p.* 189; *Caini* ſacrificium verſus terram depreſſum, in Abelis holocauſto ſurſum adſcendente fumo *p.* 189; Spiritum S. columbæ forma conſpicuum *p.* 197; quæ omnia, aliaque hujus generis, pictorum nugamentis accenſenda tradit. *P.* 231 agit de loco *Jerem. X,* 2. in quo per *ſigna* intelligenda eſſe docet ſchemata natalitia, ſeu genituras è conſtellationibus collectas. *Joannis de Laet* brevis Comment. in Epiſtolam *Pauli* ad *Titum*, qui lucem non adſpexerat antea, hic videtur *p.* 258. Diſſeritur quoque de loco *IIa ad Corinth. XII,* 7. an nomen *Panis* oriatur à falſo Deo *Pane*, cujus olim in pane videbatur imago? Vid. *Acta Erud.* menſ. Aug. p. 339. *Hiſt. Oper. Erud.* Febr. 1694. p. 259. *Diar. Erud.* 15 April. 1697. ead. pag. 259.

3. Epiſtola ad Cl. Virum *Joannem d'Outreinium* de loco *Cant.* VIII, 5. data Goudæ IX Kal. Nov. 1695. Extat in *Bibl. Brem.* Claſſ. V. p. 996. Contendit Autor, arborem ſcientiæ boni & mali non *malum*, ſed *ficum* fuiſſe; ac unde opinio de pomo profluxerit inquirit, quod ex dicto loco *Cant. VIII,* 5. elici non poſſe oſtenditur: 1ò quia falſo ſupponitur *Evam* in Paradiſo peperiſſe: 2o quia nimium liberè malus *Salomonis* transfertur in Paradiſum: 3ò Errant qui hunc *Salomonis* hortum confundunt cum Paradiſo: 4ò quod fruſtra nuptiæ *Salomonis* comparantur cum expulſione parentum ex Paradiſo. Illuſtratur quoque locus *Eſaiæ I,* 29. & *Ezech. XVI,* 31.

4. *Epiſtola II ad eundem*, Harderovici datæ, *prior* Kal. Febr. *altera* 18, April. 1701, in quibus continentur Obſervationes quædam ad hujus Tractatum vernaculum, cui tit. *De Tabernaakel Gods onder de menſchen* &c. *Joh. I,* 14. Extant in Bibl. cit. *Claſſ. III. p.* 1183.

5. Epiſtola ad eundem, *Harderovici* data 26 Dec. 1702. in qua multis Sacrarum literarum locis lumen affunditur: nimirum *Eſ. XLV,* 5. *Pſ. CX,* 3. Ep. *Judæ* ℣. 3. *Epheſ. II,* 14, 15, 16. VI, 11, 12, 13, 14, 16, 17. *Cant.* V, 11, 13, 16. *Luc.* XII, 7. *Prov.* XXV, 11. *Matth.* IX, 38. Extat in Bibl. cit. *ead. Claſſ. III. p.* 230-258.

De cæteris hujus Autoris ſcriptis, qui propter memorata locum inter Theologos obtinere poteſt, conſulere poſſunt qui rebus Miſcellaneis variâque eruditione delectantur, *Act Erud.* 1684. p. 208 & 556. 1687. p. 569. 1688. pag. 479. 1692. p. 299. *Baluus* Epiſt. XXXVIII, Tom. I. p. 161. *Nov. Reip. Liter.* Jun. 1684. p. 334. Jan. 1686. p. 33. *Bibl. Univ.* A. 1687. Tom. V. pag. 200 & 205. *Morhof.* Polyhiſt. Lit. L. 4. c. 12. n. 7. *Mangeti* Bibl. Script. Medic. *Bibl. ſelecta* A. 1705. Tom. VII. p. 213. *Diar. Trevolt.* Jun. 1711. p. 990. *Diarium Erudit.* Febr. ejuſd. anni p. 135. & Jan. 1715. p. 16.

F. ALMENARA (*Michael Angelus*) Hiſpanus, Valentinus gente, Franciſcanus Provinciæ Valentiæ, Scripsit

1. *Penſamientos literales y morales ſobre los Evangelios de las Dominicas deſpues de Pentecoſtes.* Valentiæ, apud Chryſoſt. Garriz 1618. in 4. II Voll.

2. *Sobre las Dominicas de Adviento.* Ibid.

3. *Sobre las Dominicas deſpues de la Epiphania y Paſqua de Reſurection.* Ibid. 1618. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 123.

F. ALMENDARIS (*Alphonſus Henriquez* de) Hiſpanus, natus Hiſpali, apud Mercenarios, (ut vocant,) qui Captivos ex inſtituto redimunt, Ordinem Religioſum profeſſus, Granatæ ſuis præfuit, Hiſpalique in patriâ ſub advocatione *Laureani* martyris conſtruxit ſodalibus Collegium. Sidonienſis fuit primùm factus Titularis Epiſcopus, annoque 1610 Cubæ apud Indos Præſul: unde Regis Philippi III nutu miſit exactiſſimâ diligentiâ conſcriptam

Relacion de lo Eſpiritual, y Temporal del Obiſpado de Cuba, vida y coſtumbres de todos ſus Eccleſiaſticos; quod teſtatur *Ægid. Gonz. Davila* in *Theat. Eccleſ. Indic.* apud *Nic. Anton.* Tom. I. p. 21. Anno 1623. in Mechoacanenſem Eccleſiam tranſlatus, diem ibi ſuum extremum vidit.

R. ALMOLI (*Nathanael*) fil. R. *Joſeph*, Commentarium *Maimonidæ* in *Seder Kodaſchim* ex Arabico Hebraicum fecit, teſte *Juchaſin* apud *Wolfium* o. 1743.

ALMONAZID (*Joſephus*) Hiſpanus, Ord. Ciſterc. Scripsit vernaculè

Vitam S. Bernardi Claravallenſis. Matriti 1682. fol. * *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 268. *n.* 5639.

ALMONAZIR (*Hieronymus*) Ord. FF. Prædic. Hiſpanus, Conventûs Civitatenſis, vulgò *Ciudad-Rodrigo*, alumnus Sac. Theologiæ Magiſter, atque per annos 40 variis in locis, *Burgis*, *Pincia*, *Compluti* Theologiæ Profeſſor ut vocant Cathedraticus, Complutenſis Academiæ Decanus, indeque demum in ea A. 1591 donatus, A. 1570 veſpertinam Theologiæ, & deinde Sacræ Scripturæ cathedram ibidem annis pluribus, maxima cum laude rexit, Supremi Senatûs Inquiſitionis Hiſpaniarum Conſilii Conſultor etiam & Cenſor adlectus. Literis & Religioni, dum viveret, ſemper addictus, Compluti octogenario major piè devixit A. 1604. Etſi autem ejus in Sacram Scripturam prælectiones quotidianæ tanti haberentur apud diſcipulos non modò, ſed & eruditiores Hiſpaniæ Theologos, ægrè tamen adduci potuit, ut ex eis aliquid in publicam lucem emitteret, importunis tamen amicorum victus precibus, typis commiſit

1. *Comment. in Canticum Canticorum.* Compluti 1588. in 4. Tomis II. Eruditum plane profundumque opus, omnigena

omnigena eruditione refertum, quod hominem arguit non in SS. Patrum lectione tantùm, ſed & in Hebraicis Græciſque Interpretibus egregie verſatum; ita ut *Poſſevinus* nemini eorum qui in idem Canticum Canticorum antea ſcripſerunt cedere cenſeat. Quod autem ait ipſe ubi de *Ludovico* Legionenſi, *Expoſitionis etiam in Canticum Canticorum* Auctore, (*qui utramque & hujus & Hieronymi* noſtri *contulerit*, *intelliget aut utrumque in eodem fuiſſe ſenſu*, *aut alterutrum ab altero non pauca mutuatum eſſe*) id negat *Echardus*, utroque diligenter collato, & aliud ab altero, non verbis modò & ſententiis, ſed & methodo ſtyloque omninò diverſum aſſerit, addens *Ludovicum* breviſſimè omnia exponere, & ad hominem Chriſtianum privatum quemque ferè Salomonis verba referre, *Hieronymum* verò fuſius ex Sacris Interpretibus commentari, & ad Eccleſiam utramque antiquæ legis & novæ omnia componere, licèt aliquando, quod non mirum in ejuſdem ſacri libri expoſitoribus, eundem ex iiſdem fontibus ſenſum eliciant, ſed abſque ulla in alterutro, (quod tamen inſinuare videtur *Poſſevinus*) plagii nota.

2. *Comment. in Matth. cap. V. Epiſt. Pauli ad Epheſios*, *Sermonem Dominicum*, *& in Pſalmos aliquot*: ac præterea *Controverſiarum Scholaſticarum Centurias*, *quæ Theologorum ſtudia forte nonnihil juvabunt*. Hæc promittebat in Epiſtolà Operis præcedentis nuncupatoriâ brevi in lucem proditura, at non prodiiſſe teſtatur *Echardus*, Tom. II. p. 355. ubi verò ſerventur MS. ignorat: Hujus Autoris meminit quoque *Nic. Antonius*.

R. ALMOSNINO (*Moſes*) fil. R. *Baruch*, vixit circa A. C. 1538. cui plurima tribuuntur.

SCRIPTA:

Inter ea eminet Expoſitio quinque libellorum, nempe Cantic. Cant. Ruth, Threnorum, Eccleſiaſtæ & Eſther, quam appellavit

1. Jedè Moſcè, *Manus Moſis* (Exod. XVII. 12.) Ea omnia ſecundùm principia Philoſophorum pertractat, ita tamen ut non abhorreat à principiis Talmudiſtarum. In fine extat Epiſtula R. *Samuelis Aben Dejeſus* ad Lectorem; qui & recenſuit concionabilia in quinque *Megilloth*, & Indices locorum Sacræ Scripturæ, & eorum, quæ narrantur ex antiquis Rabbinis in hiſce quinque parvis voluminibus. Prodiit *Venetiis* apud Dan. Zanetum A. 357. C. 1597. in 4. In Bibl. Oppenheim. extſtat Editio *Theſſalonic.* 332. C. 1572. quæ etiam memoratur in Catal. Bodl. quanquam ibi annus ponatur 1577.

2. Thephillàth le Moſcè *Oratio Moſis*, (Pſal. XC, 1.) *Bartolocc.* ait eſſe Conciones in Legem, *Plantavitius* verò *n.* 762 habet pro Commentario in librum Precum ſive Breviarium Hebræorum, quà in re noſtrum confudit cum alio ejuſd. tit. qui eſt R. *Moſis Cordueri*, qui explicat librum precum ex ritu Judæorum Hiſpanorum, ſed lucem non vidit. Rectius præcepit *Juchaſin*, quando ait, librum in tres Tractatus diſtinctum, in I° agere de uſibus ex lege deducendis, II° de uſibus Legis eximiis & magnis, III° de *Kriath Schema* in lecto pronunciando. Prodiit *Cracov.* A. 306. C. 1546, & 322. C. 1561. in 4. ut & *Theſſalon.* apud R. *Iſaacum ben Joſeph Jabetz* A. 328. C. 1568. & rurſus *Cracov.* A. 350. C. 1590.

3. Peruſc al Pirkè Avòth *Comment. in Capitula Patrum*, juxta *Bartolocc.* ſeu *Pirkè Moſcè*, Capitula, (ut in Indice Bibl. Lugd. Batav.) vel juxta *Wolf.* Capita Moſis. *Theſſalon.* A. 323. C. 1563. in 4.

4. Meammetz Coàch: *Bartolocc.* vertit, *Roborans virtutem*: Wolfius, *Confortans vires*, (Prov. XXIV. 5.) Liber Concionum pro ſolemnioribus feſtivitatibus, cum Præfationibus & Indicibus. *Juchaſin* monet, Conciones illas ex Comment. ejus in V *Megilloth* deſumptas de variis argumentis diſſerere, & editas eſſe *Venet.* (apud Joan. de Gara,) A. 345. C. 1585. in 4. *Bartolocc.* P. I. n. 248. eidem tribuit 30 Ser-

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

mones elegantes, quos à libro iſto non diſtinguit *Wolfius*.

5. Migdal oz, *Turris fortitudinis* (Pſ. LXI, 4.) Expoſitio libri *Heres chauauoth happiloſophim* (Deſtructio ſententiarum Philoſophorum) cujus Autor *Abu Achmed Algazali* de quo ſup. *p.* 36. & verb. ALGAZALI.

6. Nora Tehillòth *Formidabilis laudibus* (Exod. XV, 11.) Liber Concionatorius excuſus Theſſalon. *Buxtorf.* fil. dicit eſſe Commentarium R. *Joel ben Schoeb* in Pſalmos, ad quem pertinere ait quoque *Wolfius*. Forſan, inquit *Bartolocc.* erunt duo diverſi libri, cum eodem titulo.

7. Torath Moſcè *Lex Moſis*, quem ei tribuunt *Buxtorfius* & *Juchaſin*: neuter addit argumentum, ſed poſterior teſtatur ſe illius libri mentionem alicubi fieri vidiſſe. Liber ejuſd. tit. tribuitur *Moſi Alſchech*, de quo infra.

8. *Inſtructio vitæ*, ubi de eo, quomodo homo vitam rectè agere debeat, in medio ferè libro de ſomniis ex ſententia Rabbinorum exponitur. Liber Italicè ſcriptus, quamvis Præfatio & Index Hebraicè ſint exarata. *Venet.* A. 364. C. 1604. in 4. partibus 3. & capp. 46 conſtans.

9. Penè Moſcè, *Facies Moſis*, (Exod. XXXIV, 35) Eſt Comment. in Pentat. MS.

Alii item huic Rabbino tribuuntur Libri, quorum unus ad *Moſem Alpalas*, alii ad R. *Alſchechum* pertinere videntur. * Conf. *Wolf.* n. 1521. *Bartolocc.* P. IV. n. 1178.

De ALNA. Vid. REGINALDUS.

ALNENSE Concilium ſub *Berthwaldo* Cantuarienſi, & *Wilfrido* Eboracenſi, omnibuſque Angliæ Epiſcopis A. 709. celebratum. In quo, inter alia, Donationes Monaſterio Eveshamienſi collatæ confirmantur. Vide *Godwin.* de Præſul. Angl. *in Epiſc. Wigorn.* p. 501. & *Spelm.* Conc. Brit. *Tom. I, p.* 213. Huc circiter tempore (vel ut alii 712) Synodum quandam Anglicanam habitam eſſe volunt nonnulli; in quà, ex prætenſâ *Egwini* Wigornienſis viſione Imagines in Templis ponendas & adorandas eſſe ſancitum eſt. Verùm incerta omnia, quin & ſuſpecta, & planè ſuppoſititia. Vid. quæ habet *Spelman.* Conc. Brit. *Tom I. p.* 208. Præcipuè *ibid. p.* 216. Sub *Inâ* etiam, incerto & tempore & loco habitum eſt Concilium omnium Epiſcoporum, Principum, Procerum, &c. In quo, occaſione nuptiarum *Inæ* cum *Gualâ*, *Cadwaladri* Britonum Regis filiâ, de mutuis connubiis habendis inter Anglo-Saxones, Britones, & Scotos, tum ad delendam fornicationem, & immunditiem, tùm ad concordiam publicam promovendam, conventum eſt. Vide Acta apud *Spelm.* ibid. *pag.* 219. Huc loco cùm *Inæ* Regis mentio fiat, notare fas ſit, ipſum plurimas ſuaſu & inſtituto Epiſcoporum, Senatorumque ſuorum, *in magnâ ſervorum Dei frequentiâ* Leges tuliſſe, quarum plures Eccleſiaſtici commatis ſunt; nempe de formulâ vivendi Miniſtrorum Dei, de Infantibus baptizandis, de opere in Die Dominico, de Immunitate Templi, &c. Extant Saxonicè & Latinè apud *Lambard. Archaionom.* p. 1. Edit. Cantab. teſte *Caveo* in Conciliis Sec. VIII.

ALNENSIS (a) Monaſterii Ord. Ciſterc. Religioſi diverſi ſuppreſſis nominibus ſuis, SCRIPSERUNT plura egregia opera, quæ in eodem Monaſterio MSS. aſſervantur, inter quæ recenſet *Viſchius* p. 18.

1. *Vitam B. Eulaliæ Virginis*, *& Monialis*, Ord. Ciſt. de qua *Henriquez* in Menol. 11. Maji.

2. *Vitam B. Walteri*, *ad* ibidem Prioris: de quo *Arnoldus de Raiſſe*, in Auctario ad *Molanum* 5. Dec. Et

3. *Vitam Werrici Prioris*, carmine & proſa.

(a) Oppidum Gallicè *Aulne* in diœceſi Leodienſi.

ALNETO. Vid. ANETO (*Joannes* de)

ALOGI Hæretici Sec. II. de quibus vid. ſub tit. THEODOTUS Byzantinus.

ALOIS (*Petrus*) aliàs *Aloyſius*, Jeſuita, natione Italus, patria Caſertanus (*a*), Societatem Anno 1609.

 ætat.

ætat. 15 ingreſſus, Philoſophus, Theologus ac Poëta inſignis, Philoſophiam & Sacras Litteras Neapoli cum laude profeſſus eſt. SCRIPSIT præter *Epigrammata varia* (b)

1. *Comment. in Evangelia Quadrageſimæ juxta Expoſitionem Litteralem & Moralem.* Lat. Pariſ. 1658, fol. 3 Vol. (c) *Laurent. Craſſus* de duobus prioribus loquens (d), hoc opus vocat *Ærarium inexhauſtum Oratorum Apoſtolicorum.*

2. *Diſciplinam moralem ad rectè vivendum*, Neapoli editam (e) an Latinè, an Italicè, ignoro.

(a) *Caſerta* urbs Epiſcopalis in Regno Neapolitano. (b) Vid. *Toppi* p. 244. *Alegamb.* p. 370. *Morhof.* Polyhiſt. Lit. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 4. *p.* 1065. (c) Lipen. *II.* 622. (d) Elog. Hom. Letter. *P.* I. *p.* 380. apud *Morhof.* ubi ſup. *l.* 6. *c.* 4. *n.* 23. *p.* 991. (e) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. III. p. 389.

ALOLPHUS (*Chriſtian.*) Scripſit librum German. in Dedicatione Templi Francodalienſi (*a*), cui tit. ex *Lipen.* I. 497.

Chriſtliche Evangeliſche Kirch-Weyhe, das iſt, Einweyhungs-Predigt, in der erbaueten Kirche zu Franckendal gehalten. Francof. 1615. 4.

(a) *Franckendal* urbs Palatinatus Rheni, prope *Heidelbergam.*

ALOS & ORRAZA (*F. Marcus Antonius*) patria Valentinus, Ordinis Trinitatis redemptionis captivorum, Edidit

Selectarum Diſputationum Theologicarum Scholaſticarum Part. I. Valentiæ apud hær. Chryſ. Garriz. 1642. in 4. * *Nic. Anton.* II. 67.

ALOSTANUS. Vid. ARNOLDUS.

ALOUETTE. Vid. LALOUETTE.

ALOYSIUS (*Petrus*) gente Siculus, Panormitanus, Ord. FF. Præd. Philoſophus, & Theologus doctrinâ clariſſimus, qui haud modicam æſtimationem promeruit, ob acutiſſimi ingenii dotes, in publicis diſputationibus detectas: doctrinam modeſtia, ac vitæ integritate illuſtravit. De eo Baronius de Maeſt. Panorm. *lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 123. qui SCRIPSISSE teſtatur doctiſſima

In D. Thomam, ac Cardinalem Caetanum Commentaria. Quo tempore vixerit Autor non docet *Mongitor.*

ALOYSIUS (*Joh. Baptiſta*) gente Italus, Ravennas, Sac. Theol. Doctor, Ord. Eremit. S. Auguſtini, Lector & Regens Venetiis in S. Stephano, à *Girolamo* Romano in ſuis Chronicis *Doctor eximius* appellatus, (*a*) cum *Sabellico* familiariſſimè vixit; clarus circa A. 1490. SCRIPSIT præter varia opera Philoſophica (*b*)

1. *Theoremata de corpore Chriſti.*

2. *Tractatum de eſſe & eſſentia, de menſura, & cognitione Angelorum.*

(*a*) *Paſolini* Huomini illuſtri di Ravenna. *p.* 41. (*b*) Vid. *Elſſii* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 325. ubi vocatur *Aloiſianus* ſeu de *Aloviſiis.*

R. ALPALAS (*Moſes*) vixit Sec. XVI. inclinante, & SCRIPSIT

1. Hoil Moſcè, *Voluit Moſes* (Deut I, 5.) cujus libri duæ ſunt partes, quarum *prior* capp. 13. de præſtantia Legis Moſaicæ & perfectione ejus agit, atque hac occaſione oſtendit, nihil in ea eſſe ſupervacaneum, quod videri cuiquam poterat: Pars *poſterior* capp. 7 diſſerit de præſtantia circumciſionis, cui tit. *Ba Ghad*, Venit turma, (*Gen. XXX*, 11.) unde emendandus *Plantavitius*, qui pro *Ba Ghad* legit *Ba Gher*, (Venit peregrinus) contra ſenſum tituli ab ipſo Auctore in Præf. explicati. Prodiit *Venet.* A. 357. 1597. in 4. apud *Dan. Zanetum*, curâ R. *Sam. Dejenis.*

2. Vajakhel Moſcè, *Et congregavit Moſes.* (Exod. XXXV, 1.) Sunt Conciones 25. quas in Synagogis habuit. Excuſæ ſunt ibid. eod anno & forma, ac priùs *CPoli.* In calce libri reperiuntur Indices *Maamarim* (Sententiarum) veterum Rabbinorum, & locorum Sacræ Scripturæ. *Plantavit.* & poſt eum *Bartol.* perperam hunc tribuunt *Moſi Almoniſno*, de quo ſupra: poſterior noſtro etiam adſignat.

Porrò Rabbinus iſte non ſolùm prænotatos libros eruditè ſcripſit, ſed & alios quamplures ab aliis ſcriptos ſummâ diligentiâ caſtigavit, correxit, & ut in lucem quàm emendatiſſimè prodirent, curavit. Vid. *Bartolocc.* P. IV. n. 1179. *Wolf.* n. 1522.

ALPARTILIUS (*Martinus*) Aragonenſis, natus prope locum quem *Pueyo de Atauda* vocant, Cæſar-auguſtanæ S. Mariæ Virginis de Pilari Eccleſiæ, ut olim audiebat, Camerarius, de quo ita *Nic. Antonius* Bibl. Vet. *T. II. p.* 131. *n.* 27. „Gliſcebant apud nos initio „hujus Seculi (XVti) animorum turbæ ob controverſam „magnis animis inter *Gregorium XII.* & *Benedictum XIII.* „(vulgò Anti-Papam dictum) atque utriuſque aſſeclas, „ſupremam Eccleſiæ dignitatem; quo tempore *Benedictus*, cujus adhærebant partibus Caſtellæ & Aragoniæ, „atque alii Reges, in familia fuit *Martinus Alpartilius*, „.... fidus ſemper, ſtrenuuſque *Benedicti* comes, „quocum in Avenionenſi palatio Gallorum Cardinalium, & adverſæ partis Ducum obſidionem circa An. „1399. diu pertulit: ob eo autem, dum in Nicienſi Provinciæ urbe ageret, aliquando, anno nempe 1405. ad „Siciliæ Regem *Martinum* juniorem, *Martini* alterius „Aragoniæ Regis filium, deſtinatus fuit.

„Hujus paſſim (pergit *Antonius* n. 28.) in Annalibus „Aragonenſibus, atque hujus temporis rebus meminit *Hieronymus Surita*, ex quo eum in commentarios „retuliſſe ait *Hiſtoriam hujus ſibi ætatis*, unde plurium „eventuum hujus temporis æqualium deſervire hiſtoriæ „ſuæ mentionem fecit. Quo ſimiliter in Latinis Rerum „Aragonenſium Indicibus uti ſolet, præcipue circa finem; ubi ait *Martinum Alpartilium* operarium Cæſar-auguſtanum, qui in intimis *Benedicti* erat, ejus varios actus actioneſque fermè omnes conſiliorum & „temporum, ex quo in Summum Pontificem eſt evectus, diffusè complexum fuiſſe. Alibi Dertonæ Eccleſiæ Camerarium vocat, ad annum ſcilicet 1406."

Alios Hiſpaniæ Scriptores adducit *Antonius*, qui *Martinum* noſtrum laudârunt.

ALPEN (*Joannes ab*) natione Germanus, Eccleſiarum Metropolitanæ Colonienſis Archidiaconus Major, Archidiaconalis Santenſis (de *Santen* in Ducatu Clivienſi (de *Ceves*) Præpoſitus, inſignis Collegiatæ D. Martini Monaſterienſis Decanus, *Chriſtophori Bernardi de Galen*, Epiſcopi Monaſterienſis Conſiliarius intimior, Vicariatu generali aliiſque muneribus ſub hoc ipſo Epiſcopo, ſupra viginti annos functus eſt, præſertim verò, Epiſcopo A. 1664 in Hungariam profecto, diœceſin Vicaria poteſtate rexit, & ejuſdem nomine Neomagum pacis conciliandæ gratia legatus fuit A. 1678. ac demum *De Vita & rebus geſtis* hujus Epiſcopi & Principis Monaſterienſis *Decadem* conſcripſit, in duas partes diviſam, quarum *prior* prodiit Coſfeldiæ (à *Coesfeld*) A. 1694. *altera* Monaſterii Weſtphaliæ (à *Munſter*) A. 1703. in 8. Iſte *Galenius*, cujus in iſto opere celebrantur laudes, Epiſcopus electus A. 1651, A. 1678. XIX Sept. è vivis exceſſit. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1703. p. 425-436.

ALPENDORP (*Conradus*) Germanus, Epiſc. Azotenſis, compoſuit *Vitam D. Cyrilli* Doctoris Ord. Carmelitarum. Vid. *Miræum* de hoc Ordine *pag.* 214. ad quem remittit *Halervordius* in Spicil. de Hiſt. Lat. *p.* 52.

ALPHANA (*Euphraſia*, *Eufraſia*, vel *Eufroſina*) quam alii malè *Alpharam* cognominant, gente Itala, patriâ Peruſina, Monaſterii S. Mariæ Montis Lucis Sanctimonialis, pia & erudita, Scripſit maternâ linguâ *Chronicon prædicti Monaſterii*, aſſervatum MS. in Bibl. S. Iſidori de Urbe, & apud ſanctimoniales Peruſinas ſui Ordinis. Illud etiam penes ſe habuiſſe foſſus eſt *Luc. Waddingus* in opere *de Script. Ord. Min.* ut teſtatur *Oldoinus* in Athen. Peruſ. *p.* 96. Autoris ætatem non indicat.

ALPHANUS (*Aloyſius*) itidem Peruſinus, *Francisco* (a) patre natus, *Bartoli* nepos, cùm Juris Civilis ſtudio operam dediſſet, à *Martino V* Romam evocatus, Æſinus in Piceno agro Antiſtes renunciatus, plura & pia monumenta edidit, non contemnenda: cujus adhuc extare ait *Oldoinus* p. 21. *Leges pro Cle-*

ticis

ricu ſibi commiſſis conſcriptas. Obiit anno 1405 aliis 1435. Hunc *Ughellus* in ſuo Æſinorum Antiſtitum Catalogo *Aloyſium Franciſci* nominat, & Monachum Vallis-Umbroſæ facit.

(a) De illo cit. *oldoinus p.* 106.

ALPHANUS (a)(*Carolus*) ſuppreſſo nomine SCRIPSIT Italico ſermone *Acta & geſta Sciabbathai Tzevì* (de quo *Bartolocc.* P. IV. p. 48. c. 2.) qui anno 1666 Meſſiam Judæorum ſe fecit, ac tandem Sectam Mahometanam amplexus eſt; Prodiit *Viterbii* eod. an. in 16. ſub hac inſcript. *Il Sabbathai, o vero il finto Meſſia delli Ebrei, che nell' anno 1666-ſi dichiaro Mahometano in Conſtantinopoli.* Ex *Imbon.* Bibl. Lat. Hebr. *p.* 24.

(a) Malè *Alphanium* vocat *Vinc. Placcius* in Anon. n. 2652 *&* p. 651.

ALPHANUS Salernitanus, Archiepiſcopus, gente, ut videtur, Italus, primò Cœnobii Caſinenſis alumnus, deinde Monaſterii S. Benedicti Salerni Abbas, tandem A. 1057 Archiepiſcopus Salernitanus factus, (non Sipontinus, ut perperam ſcribit *Trithemius*, lib. 4. c. 110.) A. 1059 ſub *Nicolao II* Synodo Beneventanæ interfuit, cui ſecundo poſt ipſum *Nicolaum* loco ſubſcripſit. Anno 1080. *Gregorium VII* monuit, corpus S. Matthæi Salerni repertum fuiſſe: quâ de re ipſi gratulatus eſt Papa, eum certiorem faciens, lætari de hujus corporis inventione, non ſolùm S. Matthæum, ſed & alios omnes Apoſtolos, cæleſtes Spiritus, Beatamque Deiparam. Obiit A. 1086, Præſulatus ſui XXIX. Scripſit quamplurima, metro ut plurimùm compoſita, viz. *Paſſionem S. Chriſtinæ, & Hymnos de eadem: de S. Benedicto: Verſus S. Sabinæ: S. Chriſtinæ: S. Petri Apoſtoli: In laudem Monachorum Caſinenſium: De ſitu, conſtructione, ac renovatione ejuſdem Cœnobii: De S. Mauro: Hymnos de S. Matthæo: De S. Fortunato & ſociis: De S. Nicolao: Confeſſionem Metricam: De Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in Caſino:* Denique *Epitaphia* atque Poëmata alia quamplurima. Hæc ferè omnia edidit *Ferd. Ughellus* in calce Tom. II *Italiæ Sacræ*, teſte *J. B. Maro* not. ad *Petrum* Diac. Alia edidit *Proſper Martinengus* Poëm. Tom. III. *Rom.* 1589 in 4. *Verſus in laudem Romualdi Caſidici Salernitani, & Sigiſmundi Monachi Caſinenſis* in Bibliotheca Caſinenſi MSS. aſſervantur. *Paſſio SS. Martyrum XII fratrum Beneventanorum*, metro heroico conſcripta, extat apud *Lipoman.* Tom. IV. & apud *Sur.* Tom. VII. Sept. I. quam tamen longe auctiorem omnibuſque numeris abſolutam, ad Codd. MSS. fidem correctam, ſeſe in lucem emiſſurum pollicetur prædictus *Marus* loc. cit. ubi aliquot aliorum *Alphani* noſtri opuſculorum meminit, quæ in Bibliothecâ Caſinenſi jam non ampliùs comparent: nimirum *De Unione Verbi Dei & hominis* Lib. I. *De Unione Corporis & animæ* Lib. I. &c. Denique corrigit errorem *Falconis* in Chronico, qui Poëmata prædicta non noſtro, ſed juniori *Alphano* Archiepiſcopo Salernitano (qui obiit an. 1121) tribuit.

* Vid. *Petrum Diac.* cap. 19. p. 177. *Trithem.* cap. 323. p. 83. edit. Fabric. *Cave* ad A. 1057. *Pictet.* in Hiſt. Sec. XI. *Voſſium* l. 2. c. 45. p. 376. *Poſſevin.* p. 43. *Ciacon.* Bibl. *p.* 112. ubi neſcio quâ de causâ vocatur *Alpatragius*, & claruiſſe dicitur A. 1030.

ALPHANUS (*Thomaſius Maria*). De eo jam diximus ſub tit. ALFANI: verùm hîc addendus ex *Diario Trevolt.* Jun. 1732. p. 1073. liber inſcriptus *Il celeſte principato di S. Michele Arcangiolo come ſegnifero della croce potente in tutte le noſtre occorrenze, con un appendice di varj modi di venerarlo contro il tremuoto e le tempeſte.* Neapoli excuſus eſt.

ALPHEN (*Hier. Simon* van) Hanovienſis (de *Hanaw* in Wetteravia) Calviniſta, (ut ait *Le Long* p. 604) natus d. 11 Maii A. 1666, primùm in Eccleſia Zutphanienſi & Amſtelodamenſi V. D. M. inde à d. 25 Febr. A. 1715. Sac. Theol. Doctor & Profeſſor in Academia Ultrajectina, hoc inprimis Seculo XVIII doctrina illuſtris.

SCRIPTA:

2. Sermo funebris in obitum *Gal. Auſtarii*, V. D. M. Amſtelod. (ex Hebr. XIII, 7. 8.) *Amſtelod.* 1694. in 4.

1. *Ontledende Verklaaring* &c. ſiva *Explicatio analytica Epiſtolæ poſterioris ad Corinthios.* Ibid. apud Jac. Borſtium, 1708. in 4. de quo libro *Acta Erud.* Supplem. *Tom. IV. p.* 440.

In Prolegomenis fuſe agit Autor de vita *Pauli* & *Timothei*, quorum nomina hæc Epiſtola præfert, de urbe Corintho & moribus incolarum, de numero Epiſtolarum à *Paulo* ad Corinthios ſcriptarum, quarum tres fuiſſe, unamque deperditam eſſe ſtatuit; de Epiſtola priore hodie adhuc ſuperſtite, cujus argumentum breviter exhibet, de tempore, quo *Paulus* Hieroſolymis in vincula conjectus eſt, nempe A. C. 55, de tempore porro, quo poſteriorem Epiſtolam ſcripſit, quod eodem anno contigit; denique de occaſione, ſcopo, argumento, divinitate & uſu hujus Epiſtolæ. Præmiſſa eſt operi tabula Synoptica totius Epiſtolæ, ubi ſingulæ diviſiones ac ſubdiviſiones peculiaribus numeris, literis etiam aliiſque ſignis forma diverſis indicantur · hæcque ſigna per totum etiam Commentarium repetuntur.

3. Oratio inaugur. *de ſimilitudine inter Moſem & Chriſtum.* Ultraj. 1715. in 4.

4. *Tabula Analytica, compendium Theologiæ revelatæ* Sal. van Til *exhibentis, in uſum ſcholæ privatæ.* Ibi l. 1716. in 4.

5. *Comm. in Daniel. IX*, ubi inprimis agitur de LXX annis vaſtationis Babylonicæ, & LXX hebdomadibus ab hoc vate annunciatis. Dimidiam fere libri partem conficiunt additamenta, ſive Diſſertationes, in quibus Chronologia Sacra illuſtratur egregiè. *Ia* agit de annorum, de quibus hic agitur, nominibus & ratione: *IIa* de Regibus ſub quorum imperio Daniel in exilio vixit, per XII annos Babylonicæ captivitatis. *IIIa* de annis Regum Perſiæ poſt Cyrum uſque ad Alexandrum M. *IVa* de tempore mortis Alexandri M. de ejus ſucceſſoribus, Regibus Ægypti & Syriæ, ut & de principibus populi Judaici ad Herodem Magnum: *Va* de annis imperii Herodis, & Tiberii Imp. ut & miniſterii publici Joannis Baptiſtæ, & ipſius Jeſu Chriſti ad ejus mortem uſque. Omnia *Belgicè.* Amſtelod. 1716. in 4. non 1706. ut mendosè legitur in Supplem. ad Dict. Bibl. *Aug Calmet* Tom. II. edit. Lucenſis *p.* 153. * Vid. *Bibl. Brem.* Claſſ. III. p. 161. *&* VI. 386. *Hiſt. Crit. de la Rep. des Lettres* Tom. XIV. p. 357.

6. Oratio *de libro Pſalmorum.* Ultraj. 1718. in 4. dicta 29 Mart. * *Hiſt. Crit.* &c. Tom. XV. *p.* 367.

7. *Diſſert. ad Hiſtoriam Pauli* 1717 & 1718. in 4. *Bibl. Brem.* Claſſ. III. p. 162.

8. Diſſert. *de Sacerdote Caſtrenſi veterum Hebræorum*, ad Deut. XX, 1. habita in Acad. Ultraj. A. 1719. *Ibid.* Claſſ. V. p. 254.

9. Diſſert. *de terra Chadrath, & Damaſco ejus quiete*, ad locum Zach. IX, 1. *Ultraj.* 1713. in 8. Excuſſis aliorum de hoc loco ſententiis, ſuam proponie florentiſſimus Auctor, qua terram *Chadrach* eſſe terram *Derce* ſeu *Atergatis*, noti illius Syrorum idoli, ſtatuit; illius autem *requiem* dici *Damaſcum*, quòd in hac urbe numen illud ſepultum eſſe crederetur. Rem perbellè tractat eruditus Autor, ac interiorum literarum elegantiis illuſtrat. * *Bibl. Brem.* Claſſ. VII. p. 1087.

10. *Ichnographia Theologiæ naturalis* tabulis XV analyticis in uſum ſcholæ domeſticæ (*Traject.*) adumbrata. *Ultraj.* 1723. in 4. *Ibid.* * Vid. & de alio *Alpheuii* libro *Placc.* in Anon. *p.* 502. *n.* 1950. *us.*

ALPHERIUS (*Paulus*) Siculus, Panormitanus, Ord. FF. Prædic. in patria ordinem amplexus, vir eruditione clariſſimus & Eccleſiaſtes facundus & elegans,

gans, Philoſophiæ Profeſſor, ac Concionator diſertiſſimus, ab ingenio & morum integritate laudatus, obiit Panormi in ſuo S. Dominici cœnobio 17 Maii 1692. Ediderat antea *Panegirico ſacro del Patriarca San Domenico.* Panormi, apud Domin. Anſelm. 1679 in 4. * *Mongit.* II. 119. *Echard.* II. 734.

ALPHONSUS. Vid. ALFONSUS.

R. ALSCHECH (*Moſes*) fil. R. *Chajim*, inclinante Seculo XVI Saphetæ, ſuperioris Gablææ urbe, ut Præſes Curiæ & Archiſynagogus floruit, Concionator idem & Interpres magni inter ſuos nominis, refertur in *Zemach David* continuato ad A. C. 1572.

SCRIPTA:

1. Toràth Moſcè *Lex Moſis*, ex Joſ. VIII, 31. *Comment. in Pentateuchum.* (*Bartolocc.* perperam addit eſſe etiam Comm. in Prophetas priores.) Eſt Commentarius locupletiſſimus, qui ſenſum literalem & allegoricum exhibet, & explicat. Prodiit *Calloſcopii* in Belvedere prope CPolim, ſub Sultano *Morad*, & poſtea *Venet.* 361, C. 1601. fol. apud Jo. de Gara, literis Bombergianis, curâ R. *Chajim* Auctoris filii. In fine adjicitur Index *Maamarim* Sententiarum antiquorum Rabbinorum, verſiculorum Sac. Scripturæ, & *Hammeſſaròth* &c. Liber ejuſd. tit. tribuitur R. *Moſi Almoſnino* de quo ſup.

2. Enè Moſcè *Oculi Moſis.* Comment. in Ruth. *Venet.* 361, C. 1601. in 4. apud Joan. de Gara. Vid. inf. n. 9. In Catal. Bodl. memoratur prior Veneta anni 1596 (quæ eſt eadem cum 1591.) quo anno Comm. in *Megilloth* junctim prodierunt.

3. Masèth Moſcè *Onus Moſis.* Comment. in lib. Eſther, quem *Almonſino* etiam tribuit *Bartolocc.* Prodiit *Venet.* 366. C. 1606. Conf. n. 9.

4. Chelkath mechokèk *Portio Legiſlatoris*, ex Deut. XXXIII, 21. *Comment. in Jobum.* Venet. 363, non 362 ut alii habent C. 1603. in 4. apud Joan. de Gara per Autoris filium, cum textu, litteris quadratis, & punctis. Editio poſtrema *Jeſuitis Anhalt.* typis *Iſraelis* fil. *Abraham*, A. 482, C. 1722 fol. Huic brevis indiculus ſententiarum adjectus eſt.

5. Romemòth El, *Exaltationes Dei*, ex Pſ. CXLIX, 6. *Comm. in Pſalmos.* Venet. 365, C. 1605. in 4. apud Joan. de Gara, cum præf. R. *Chajim* filii: recuſ. *Amſtelod.* 455, C. 1695. in 4. non 355 ut mendosè legitur in Catal. Hinckelm. Hunc à *Fr. Donato* Latinè converſum, ſed non editum ſcribit *Meelführerus* Diſp. de meritis Hebr. in rem liter. §. 11. Editio Amſtelod. nonniſi compendium eſt hujus Commentarii, id quod tum inſpectio & collatio utriuſque codicis docet, tum quoque teſtimonia Rabbinorum & præfatio ipſius Autoris, ſive potius abbreviatoris, cui nomen R. *Elieſer* fil *Chanina*, ex Tarnigorod in Polonia minore. Recentior verò prodiit editio *Jeſuitii* &c. A. 481. C. 1711. fol. quæ hoc præ priore habet præcipuum, quòd in ipſo Commentario numeri verſuum addantur, ut quilibet ſtatim videre queat, ad quemnam verſum ſingula verba referantur. Sub finem verò R. *Zevi Hirſch* fil. R. *Meir*, qui ſimul Correctoris munus geſſit, brevem indicem præcipuarum ſententiarum adjecit. In teſtimoniis ſive potius Exorciſmis Rabbinorum huic Commentario præmiſſis ſpes quoque facta eſt, fore, ut Commentarius in Cantic. Canticorum imprimatur. *Act. Erud.* Lipſ. 1725. p. 431.

6. Rau happeninìm *Multitudo margaritarum*, ſeu *Multum margaritæ*, ex Prov. XX, 15. *Comment. in Proverbia Salomonis.* Venet. 361, C. 1601. in 4. apud Joan. de Gara, præfante Auctoris filio. *Bartolocc.* habet 356. Priorem vidit *Wolfius.* Hujus Index Chriſtianorum more formatus eſt, ita ut res omnes ſecundùm literarum ſeriem recenſeantur, quod inter Judæos rarum eſt. Conf. *Theod. Daſſovii* Dedicat. Diatribes de Reſurrectione. Iſte *Alſchechi* Commentarius denuò prodiit *Jeſuitii* (ut ſup.) A. 482, C. 1722. fol. cui Index quoque rerum adjectus eſt, prout in editione Veneta habetur.

7. Devarìm Tovim *Verba bona*, ex I Reg. XII, 7 & Zachar. I, 13. eſt *Comment. in Eccleſiaſten.* Editionem *Venetam* A. 365, C. 1605 vidit *Wolfius.* Scribit *Bartolocc.* 367, apud *Joan. Garam.* Prodiit item cum cæteris Commen. in V *Megilloth.* Vid. inf. n. 9.

8. *Kòl Bochim* Vox flentium, ſeu Devarìm nechumim *Verba Conſolatoria*, ex Job. XXX, 31. *Comment. in Threnos Jeremiæ.* Venet. 367, C. 1607. in 4. teſte *Bartolocc.* niſi potius 361. Vid. n. 9.

9. Sciuſcianàth haamakim *Lilium convallium*, ex Cant. II, 1. *Comment. in Canticum Cantic.* Venet. 352, C. 1591. in 4. apud Joan. de Gara. *Juchaſin* rectè teſtatur, judice Cl. *Wolfio*, ejuſd. Comment. in ceteras *Megilloth*, nempe *in Eccleſiaſten*, *in Threnos*, *in Ruth*, *in Eſther*, junctim prodiiſſe Venet. 361, C. 1601. in 4. quam ipſe item *Wolfius* vidit, qui addit *Prag.* 370, C. 1610 fol. & *Amſtelod.* 1698. in 12. cura *Elieſ.* fil. *Chanina.*

10. Chavatzèleth Haſſàron *Roſa Saronis*, ex Cantic. II, 1. *Comment. in Danielem.* Venet. 351, C. 1592, in 4. alterâ vice, ut titulus monet; per *Joſ.* fil. *Chajim*, fil. *Saruch*, quam edit. rectè memorat *Juchaſin*: Textus prodit cum literis quadratis, & ſuis punctis vocalibus. In fine reperiuntur Indices Materiarum & *Maamarim* (Sententiarum antiquorum Rabbinorum. Priorem quoque memorat *Bartoloccius* Tzaphethenſem anni 328, C. 1568. In Catal. Bodl. p. 12. videtur poſterior *Veneta* 1598.

11. Maròth hatzovèth *Specula militantium*, ex Exod. XXXVIII, 8. *Comment. in Prophetas priores.* Venetiis A. 355. C. 1595, & 367, C. 1607. fol. apud Joan. de Gara, cum præfatione R. *Iſaaci Gerſonis* excuſum ait *Bartolocc.* ſed *Wolfius* rectius dici putat 361, C. 1601. Vidit ipſe *Pragenſem* edit. A. 370, C. 1610. Aliam adducit *Juchaſin* ejuſd. loci, A. 380. In Catal. Bodl. memoratur *Veneta* ejuſd. anni, C. 1620.

12. *Comment. in Prophetas poſteriores* ſub eod. tit. *Specula militantium* Venet. 367. C. 1607. & 380, C. 1610. In Catal. Bodl. affertur edit. anni 1616 ſine loco. *Bartolocc.* poſt *Plantavit.* adfert priorem *Venetam* 355, C. 1595. Comment. *Abarbanelis* & *Alſchechi* in Eſ. LIII. Latinè edidit cum ſtricturis ſuis *Conſtant. l'Empereur* Lugd. Batav. 1631. Vid. ſup. quæ ſub *Iſ. Abrabanele* p. 19 n. 5. Conf. *Gerh. Meyeri* Diſſertat. in hoc caput *Witteb.* 1686 habitam. Poſtremò prodiit iſte *Comment. in Prophetas poſteriores* Jeſuitii Anhalt. (ut ſup. n. 4.) A. 480, C. 1710. fol.

Primus hic liber eſt, quem Typographus *num.* 4. nominatus edidit; cumque unâ tantum vice *Venetiis* A. 363, C. 1603 editum, adeoque rariſſimum fuiſſe, dicunt Editores, tum in ipſo titulo, tum in præfatione: quæ tamen editio nec à *Bartoloccio*, nec à Celeb. *Wolfio* recenſetur, pluribus aliis, ut ſupra memoratis. Hanc verò (de quâ *Acta Erud.* A. 1724. p. 143.) unà cùm Typographo procuravit R *Jizchak* fil. *Calonymi*, qui & partem ſumptuum ſuppeditavit. Laudantur tamen etiam Judæi Halberſtadienſes, Hallenſes, Viennenſes & Dreſdenſes, qui aliquam exemplarium copiam redimendo, editionem faciliorem reddiderint. Quâ re excitati promittunt, ſe reliquos etiam *Alſchechi* Commentarios, quos in Hagiographos edidit, quique pretio comparari vix poterant, edituros.

Hujuſce Commentarii Editionem ipſam ſi ſpectes, illa ſatis eſt nitida, tum ratione typorum, tum chartæ habitâ. In medio paginæ ſacer textus legitur, punctis & accentibus inſtructus, quem Commentarius duabus columnis conſtans includit. In hac editione ſingulare id obſervatur, non ſolùm ſub initium ſingularum plagularum in fine paginæ apparere litteras Latinas, quæ numeros plagularum denotant, ſed in gratiam lectorum Chriſtianorum, & ad evolutionem ipſis faciliorem reddendam, literis Latinis additum eſſe

Digitized by Google

eſſe nomen Prophetæ, & numerum capitis. Imò in ipſo quoque textu initium Prophetæ literis Latinis exprimitur: *Liber ISAIÆ*, & initium cujuſcunque capitis hac nota *Cap. I.* & ſic de reliquis. Quod ideo notandum duximus, quia hucuſque magnæ Judæis religioni fuit, aliarum linguarum characteres ſuis immiſcere.

Sub finem, ubi, mora apud ipſos recepto, nomina operarum apponuntur, inter Judæos, qui literas congeſſerunt, apparet etiam Chriſtianus quidam, qui ſui mentionem his verbis fieri voluit: *der Drucker*, Georgius Kleſſerii, Lipſienſis. Illud autem monendum ſupereſt, Commentarium hunc in hac editione non integrum, ſed mutilum eſſe. Quum enim Typographus uſque ad caput XXVI Jeremiæ veniſſet, tum demum obſervavit, in exemplari, quod præ manibus habuit, quædam folia deſiderari; quapropter poſt paucas lineas capitis memorati reliqua cum tribus capitibus ſequentibus omittere coactus fuit. Hæc lacuna occurrit *fol.* 102, 2. Gemina obſervatur *fol.* 111, 1, ubi poſt caput XXXVIII Jeremiæ reliqua illius Prophetæ unà cum toto Ezechiele deſiderantur. Quum verò Typographus aliud exemplar ſtatim nanciſci non poſſet, promiſit, ſe ea ſuppleturum, quando Commentarios *Alſchechi* reliquos in lucem prolaturus eſt, ut docent *Eruditi Lipſ.* ann. cit. 1724. p. 240.

13. *Quæſita & reſponſa legalia CXL.* Venet. 365, C. 1605. & antea 347 in 4. quam vidit *Wolfius*.

14. *Centum portæ*: Conciones de diverſis argumentis in centum claſſes diſtributæ: MSS. teſte *Jubahn*.

Huic *Alſchecho* adſcribitur etiam in Catal. Bodl. *p.* 22.

15. *Ordo benedicendi cibum* in 4. ſine anno memorato editus.

Vitam ejus & Scripta recenſet *Adr. Relandus* in Analect. Rabbin. *p.* 142 ſeqq. *Rich. Simon.* Hiſt. Crit. V. T. l. 3. c. 6. *Alſchecum* collocat inter Rabbinos Cabbalizantes & Allegorizantes. Chriſtiani tamen alii nonnulli de illius laboribus præclarè judicarunt, nominatimque B. *Jo. Friſchmuthus* in Diſſert. ſuis paſſim, & alii, qui ingenii, quod ex novis ut plurimum, neque tamen ineptis interpretationibus elucet, & induſtriæ laudem ipſi reliquerunt, quanquam id cum pleriſque ſuis civibus commune habet, ut arctiſſimo nexu juncta temerè ſeparet & diſtinguat. Quod ad interpretationes illas novas, quas diximus, attinet, magis quidem illæ novæ videntur, quam ſunt: recentioribus enim ſcriptoribus neglectis antiquiſſimos quoſque ſectatur, quorum interpretationes cùm non adeo nunc ſint perſpectæ, ratio in promptu eſt, cur novæ ut plurimùm videantur. Ita poſt *Conſtant. l'Empereur* in præf. ad Vindic. Vaticinii Jeſ. LIII. judicat *Jo. Bened. Carpzovius* Proleg. ad Colleg. Biblico-Rabb. in lib. Ruth. *p.* 20. Vid. etiam *Wulferum* ad Theriac. Jud. *p.* 65. & *B. Carpzov.* Diſſ. de Vacca Rufa *p.* 8 & 13. quos omnes adducit Cl. *Wolfius* n. 1523. Conf. *Bartolocc.* P. IV. n. 1180. *Le Long* verb. *Moſes* p. 868. *Lipen.* Bibl. *Morer.* Diction. ubi corruptè vocatur *Alſacus*.

R. ALSCHEKAR. Vid. ſup. ALASCHKAR, de quo item *Bartolocc.* P. IV. n. 1177 & 1182.

ALSENCIA. Vid. ALCENSIA.

ALSFELD. Vid. ANDREAS (*Conradus*)

ALSHAHER. Vid. JOSEPHUS.

ALSTEDIUS (*Joannes Henricus*) Religionis Reformatæ Theologus, natione Germanus, patria Herbornenſis; ſcriptor indefeſſus, cujus in labore literario *ſedulitas* nominis Anagramma abundè explevit: Philoſophiæ primùm, dein Theologiæ Profeſſor extitit Herbornæ in Comitatu Naſſovio, unde in Tranſylvaniam migravit, Prælectiones publicas Albæ-Juliæ (aliàs *Weiſſenbourg*) habiturus. Is Dordracenſi Synodo interfuit, atque anno 1638 mortuus eſt ætatis ſuæ 50, non 52 ut habet *Elias Du Pin*, nec anno 1631 ut ipſe alibi. Variæ vir eruditionis, multâ Literaturâ inſignis *Alſtedius*, qui tamen à nonnullis plagiatûs inſimulatur; ſiquidem *hunc* (ait *Thomaſius*) (a) *in Paratitlis Theologicis quicquid de ſilentio Sacrorum aſſerit* (b) *obſervo prope de verbo deſcripſiſſe* à Caſaubono (c) *quem nominari tamen etiam Lectoris intererat, ut ſciret unde plura ſibi haurienda forent. Vereor autem ne quæcum tandem alibi quoque exſcripſerit, cùm in ipſo ad lectorem principio reperiam periodum unam alteramque dedicationis Caſaubonianæ.*

(a) *Thom.* de Plagio Liter. *n* 314. *p.* 155. (*b*) Tit. Paratitl. p. 166, 167, 168. (*c*) Exerc. XVI ad Baron. *n.* 43, *p.* 399.

SCRIPTA:

1. *Triumphus Bibliorum Sacrorum*, ſeu *Encyclopædia Biblica*, exhibens *Triumphum Philoſophiæ*, *Jurisprudentiæ & Medicinæ Sacræ*, *itemque SS. Theologiæ*, *quatenus illarum fundamenta ex Scriptura V. & N. T. colliguntur.* Francof. apud Barth. Schmidt, 1625, & apud Joh. Dav. Zunnerum 1642 in 8. quas teneo. Priorem *Francof.* A. 1621. in 4. memorat *Lipenius*. Herb. 1624. in 8. *Fabricius* Bibl. Græcæ VII. 111. *Duo* ſibi propoſuit Autor in hoc opere, *unum* ut animum ſuum, ut ipſe profitetur, exueret opinionibus Philoſophicis, quæ non poſſunt non adhæreſcere iis, qui vulgarium Philoſophorum ſcripta, ſepoſitis Scripturis Sacris evolvunt, eaque ſibi proponunt canonem: *alterum*, ut Biblia Sacra in locos communes ita redigeret, ut inde Syſtema methodicum conficeret, pandectaſque illas ſacras juventuti familiariſſimas redderet. Id quidem obſervat *Morhofius*, in hac Encyclopædia omnium diſciplinarum Syſtema è S. Scriptura concinnari: quod autem ſtatuere conatus eſt, inquit *Baius*, non multis perſuaſit. Vid. & *Bibl. Brem.* Claſſ. IV. p. 997.

2. *Theologia Didactica, exhibens locos communes Theologicos methodo ſcholaſtica, quatuor in partes tributa.* Hanoviæ, (*Hanau*) Conr. Eifrid. 1627. in 4. Hanc editionem teneo. Priorem anni 1618 recenſet *Lipenius*.

3. *Pentateuchus Moſaica & Pl ius Apoſtolica*, id eſt, *quinque Libri Moſis, & ſeptem Epiſtolæ Catholicæ, breviculis notationibus illuſtrata.* Herbornæ Naſſov. 1631. in 8. Præfatio ſcripta eſt Albæ-Juliæ, Kal. April. 1630. Edit. anni 1640 & 1643 alii memorant.

4. *Theſaurus Chronologiæ, in quo univerſa temporum & hiſtoriarum ſeries in omni vitæ genere ita ponitur ob oculos, ut ſumma ita Chronologia ex Sacris Literis & calculo Aſtronomico eruantur, & deinceps titulis homogenei in certas claſſes memoriæ cauſa digerantur.* Herbornæ Naſſov. 1650. in 8. *Editio IV limatior & auctior.* „In eo Theſauro Herculeum laborem exantlaſſe mihi videor, adeo quidem, ut reliquæ lucubrationes ſint veluti ludus, ſi ad hanc referantur.“ Hæc *Alſtedius* in Præfatione, Herbornæ ſcripta A. 1628, ætat. ſuæ 40 *Alſtedianam* Chronologiam eleganti methodo diſpoſitam eſſe cenſet *Morhofius*, ſed titulos, qui illic deficiunt, ſupplendos, & corrigendos errores ab *Alſtedio* commiſſos. Alibi obſervat, eam, quanquam eleganti methodo adornatam, ut Locorum Communium Chronol. inſtar eſſe poſſit, multa habere in tempore errata: & alibi rurſus ait mancum eſſe illud opus & mutilum, ac indicis tantùm loco. Notat *Baius* alios id ipſum habere pro *Alſtedianorum* operum præſtantiſſimo, alios contemnere. Cæterùm in hac ſua Chronologia dedit *Alſtedius* Chronologiam Scholaſticorum Doctorum, quam in tres ætates diſtinguit; primam à *Lanfranco* ad *Albertum M.* ſecundam ab eo ad *Durandum*; tertiam à *Durando* ad *Lutherum*.

5. *Methodus SS. Theologiæ, in VI Libros tributa*; quorum I *Theologia naturalis*: II *Catechetica*: III *Didactica, ſeu loci Communes*: IV *Soterologia ſeu Scholæ Tentationum, & Caſus conſcientiæ*: V *Prophetica, ubi Rhetorica & Biographia Eccleſiaſtica*: VI *Acroamatica*: Hanoviæ, Conr. Eifrid. 1634. in 12. Hanc teneo. Epiſtola dedicatoria Herbornæ Naſſov. data eſt Kal. Jan. A. 1611. Eod. anno prodiiſſe dicitur *Offenbachi*,

bulii, & *Hanoviæ* 1623. in 4. atque hujus Theologiæ Compendium exhibens Methodum SS. Theologiæ VIII partibus abſolutam. *Hanoviæ* 1614.

6. *Turris David de quâ pendent mille clypei : hoc eſt Sylloge Demonſtrationum quibus invictum robur Religionis aſſeritur.* Hanov. Conr. Eifrid. 1634. in 12. Præfatio ſcripta eſt Albæ-Juliæ Kal. Sept. 1633. „ Cum „ inquit Autor, „ Turris David commendetur hoc „ nomine, quod mille, id eſt, multa, ſcuta pependerint de illa, ego non abs re me facturum putavi, „ ſi veram religionem mille, id eſt, variis & validis „ demonſtrationibus (millenarius enim uſi eubus denarii. . . . .) præcipuè ſuffultam eſſe planum facerem, & hunc laborem titulo *Turris David* inſig- „ nirem. “

7. *Summa caſuum conſcientiæ novâ methodo elaborata :* Accedunt Opuſcula duo ejuſd. argumenti, ſcil. I. *Explicatio terminorum quibus utuntur Caſuiſtæ* : II *Arithmologia ſacra & quotidiana conſcientiæ inſtantiis.* Hanov. (non *Antverp.* ut alii dicunt) Joh. Preſſii 1643 in 12. Edit. 11ª Duæ tamen priores memorantur Francof. 1626 & 1628. & Germ. 1654. in 12.

8. *Compendium Philoſophicum* una cum *Compendio Lexici Philoſophici* &c. *Herbornæ Naſſov.* 1626. in 8. Opus implet pagg. 3394.

9. *Rotunda* &c. ibid. eod. anno in 8. Epiſtola dedicatoria data eſt Herbornæ Kal. Mart. 1616.

10. *Consiliarium Academicum*, id eſt, *Methodus formandorum ſtudiorum*, &c. Argentor hær. Laz. Zetzneri 1627. in 4 *Edit. 2ª paſſim limata & aucta.* Prior prodiit A. 1610.

11. *Triplum Propheticum, ſeu Explicatio Cantici Canticorum, Prophetiæ Danielis, & Apocalypſis.* Herborn. 1640 in 4. Vocat *Aſſi aut* hoc opus, Propheticarum de Chriſto & Eccleſia breviarium.

12. *Diatribe de mille annis Apocalypticis.* Francof. 1627. in 8. & Germ. 1630. in 12. Millenariorum in hoc libro ſententiam tuetur *Alſtedius*, in quo nunciavit fideles cum Chriſto in terra per mille annos regnaturos, quo elapſo tempore futurum omnium hominum reſurrectionem, & extremum judicium : id autem regnum fore ut anno 1694 initium baberet prædixit : ſed vanum monſtravit eventus vaticinium.

13. *Memoriale Biblicum & Oeconomia Bibliorum cum Trivio Philoſophico*, &c. Herbon. Naſſov. 1620. in 8. 1617. in 12.

14. *Theologia Caſuum.* Hanoviæ 1616, 1621 & 1630 in 4.

15. *Theologia Catechetica.* Hanov. 1622. in 4.

16. *Catechiſmus Racovienſis*, h. e. *Arianus*, Belgicè *Racowiſche* Catechiſmus *met ſyn Onderſoek*, Franek. 1652. in 8.

17. *Theologia Polemica, exhibens præcipuas hujus ævi in religionis negotio controverſias.* Hanov. 1610 in 8. 2627. in 4. *Anti-Alſtedium* edidit *Joh. Hummelius*, quem vide.

18. *De Manducatione Spirituali, Tranſubſtantiatione, Sacrificio Miſſæ* &c. Genevæ 1619. & 1630. fol.

19 *Theologia naturalis, exhibens Scholam naturæ, in qua creatura Dei, communi ſermone ad omnes pariter docendos, utuntur*, &c. *Francof.* 1615. *Hanov.* 1623. in 4.

20. *Diſtinctiones per univerſam Theologiam ſumpta ex Canonibus Sacrarum Literarum & Claſſicis Theologicis* &c. *Hanov.* 1630. in 12.

21. *Lexicon Theologicum, in quo SS. Theologiæ termini dilucidè explicantur ; una ſeriem Locorum communium* Hanov. 1612. in 8. 1610. vel 1616. & 1634. in 12.

22. *Conſilium de locis communibus in Theologia rectè adornandis.* Herb. 1612. in 8.

23. *Loci communes & Problemata Theologica Theologorum Heidelb.* Hanov, 1641. Amſt. 1646. in 4. Tomi ii.

24. *Loci Theologici ſimilitudinibus illuſtrati.* Hanov. 1641 & 1658. Francof. 1653. in 12.

25. *Logica Theologica, ſeu de modo argumentandi in Theologia.* Francof. 1625 in 8. 1629. in 12. *Du Pin* addit *Hanov.* 1618 & 1627. *Lipenius* item *ibid.* 1624. in 12.

26. *Paſtor confirmatus ab* Henr. Bullingero, *officium boni Paſtoris ita ob oculos ponens, ut ſimul contineat totius Chriſtianæ Religionis elementa, jam in lucem productus.* Francof. 1613. in 12.

27. *Syſtema Phyſicæ Harmonicæ.* Herb. Naſſov. 1612 in 12.

28. *Quæſtiones Theologicæ.* Francof. 1627. Hanov. 1634. in 12.

29. *Regulæ Theologicæ, quibus corpus doctrinæ Chriſtianæ illuſtratur.* Hanov. 1627. in 8. vel 1618. in 16.

30. *Theologia Prophetica, exhibens 1 Rhetoricam Eccleſiaſticam, ſive artem concionandi, 2 Politicam Eccleſiaſticam.* Hanov. 1622. in 4.

31. *Analyſis Novi Teſtamenti, XVII titulis vel XII Tabulis comprehenſa.* Norib. 1625. in 8.

32. *Turris Babylonica*, id eſt, *argumentationes ſectariorum enervata*, ſeu *Theologia Antithetica.* Herb. 1609 vel potius 1639. in 12.

33. *Præcognita Theologica.* Franek. 2614. *Hanov.* 2623 in 4.

34. *Paratitla Theologica.* Francof. 1626. in 4.

35. *Encyclopædia*, ſeu *Circulus omnium ſcientiarum*, fol. 4 Tom. *Herb.* 1610. & poſtea *Lugduni*, ſumpt. Ant. Huguetan. 1649. De quo opere loquens *Morhofius*, notat, operoſam fuiſſe *Alſtedii* diligentiam, non tantum in conſuetis diſciplinis in compendium redigendis, ſed etiam in novis inveniendis. Valdè largum fuiſſe in titulis novarum artium, quos effinxit interdum, ut nova res videretur, quæ in aliis diſciplinis jam tùm pertractata erat, & pertractari debebat : atque hinc factum ait, ut cùm *Alſtedius* nimiam diligentiam affectaret, negligentior fieret. *Gatakerus* in Præf. *Cinni* ſui parum magnificè de hoc Opere ſentit. Neque ipſe *Morhofius* ſuadet inde Philoſophiam diſcere : Suam enim, inquit, quandam Methodum ſequitur, à publica & uſitata diverſam, & uni diſciplinæ detrahit ſæpè, ut eò locupletiorem diſciplinarum orbem habeat. Hinc quas ſucci plenas habere poterat, reddit ſuâ curaturâ junceas. Laudandam tamen eſſe addit Vir. Cl. *Alſtedii* diligentiam, qui primus tentavit artes mechanicas ad ſua redigere principia, & ſub formâ diſciplinæ proponere : ſolere procedere per Canones, iſtarum verò artium principia more Mathematico eſſe proponenda, utpote Mathematices propagines &c. Hoc autem *Alſtedii* Opus in Romano Indice prohiberi docet *Imbonat.* p. 305.

Sunt & alia quædam *Alſtedii* ſcripta, ſed quæ ad nos minùs pertinent.

* Vid. *Balii* Diction. p. 164. edit. 3æ *Morhof.* Polyhiſt. *Baillet* in Judic. Erud. *Tom. II. n. 269. p.* 180 *in* 4. Du Pin *Tab. Univ.* Tom. IV. p. 991. & in *Bibl. Autorum Anti-Pontif.* Sec. XVII. Tom. II. p. 469 ubi iniquum ſatis de *Alſtedio* judicium profert. Conf. de *Alſtedii* Scriptis *Lipen.* Bibl. Theol. & Phil. *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. IV, V & VI.

ALTABLE (*Joſephus Ruiz* de) Presbyter Hiſpanus edidit

Hiſtoria de la milagroſa Imagen de Nueſtra Señora del buen ſucceſſo de Madrid. Matriti 1641. in 8. * *Nic. Anton.*

ALTACUMBA. Vid. GAUFRIDUS.

ALTAEMPS (*Joannes Angelus* Dux d') Vir doctus, à quo putat *Balius* (a) collectam fuiſſe Romæ Altaempenſem Bibliothecam, cujus A. 1685. manuſcripti adhuc venales ad duo millia (b). Obiit A. 2620. Ille eſt qui *Vitam* Papæ *Aniceti* evulgavit. Dicitur quoque Autor libri cui tit. *Euralia.* (c)

Vid.

(a) Vid. *Marc Altaemps* Pii IV nepos, S. R. E. Card. Sec. XVI. (b) *Mabillon.* Iter Ital. *p. 76.* (c) Vid. *Placc.* in Anon. p. 656 n. 2660.

ALTAEMPS (*Gaudentius* Dux d') qui obiit A. 1677. priore nec amore librorum, nec doctrinâ inferior, evulgavit *Vitam S. Chryſoſtomi*, & *Sanctitatem vexatam triumphantem*, teſte eod. *Balio* ex Diar. Biogr. *Henn. Witten.*

ALTAMIRANO (*Balthazar*) Hiſpanus, patria ex oppido *San Lucar la mayor* Hiſpalenſis Sacri territorii, profeſſione Juriſconſultus, Sanctæ Inquiſitionis, uti vocant, Commiſſarius, edidit

Tractatum de Viſitatione circa Textum in cap. III Concilii Tridentini Seſſ. XXIV De Reformatione. Hiſpali, apud Andr. Peſcioni, 1589. in 8. * *Nic. Anton.*

ALTAMURA (*Ambroſius* de) Ord. FF. Prædic. natione Italus, cognomen à patriâ ſortitus, quæ eſt urbs agri Bariani in regno Neapolitano, natus eſt 16 Nov. 1608 è familia cui agnomen *del Giudice*, Ordinemque induit in Conventu Altimurano, ac per omnes Scholæ agones Magiſterii apicem meruit: in Actis Cap. gen. Valentiæ Arag. A. 1648 ei collatum, ibidem Gymnaſii S. Dominici de Andria Regens inſtitutus. Vir pius fuit, ut ejus indicant opera, Ordinis ſui ſtudioſiſſimus, ejuſque rebus illuſtrandis addictiſſimus. Obiit A. 1677. non circa A. 1685. ut habet *Elias Du Pin.*

SCRIPTA:

1. *Il Melchiſedech, ovvero Lezzioni in lode del SS. Sacramento dell' Eucariſtia, divise in tre ottave.* Romæ, Franc. Monica 1653. in 8.

2. *Comment. in Ariſtotelis Topica.* Neap. Jac. Gaffari, 1658. in 8.

3. *Meditazioni ſopra gli miſterii del SS. Roſario.* Neap. hær. Gaffari, 1659. in 4.

4. *Panagion, ſeu SS. Dominicanorum, quorum per annum ubique in Ordinis Prædicatorum Eccleſiis ſolemnia celebrantur, Elogia*, Part. II. quarum *prior* Neap. Franc. Zannetti, *altera* Barii A. 1671, in 8. lucem vidit. In iis ſcribendis *Altamura* imitatus eſt, quæ *Emman. Theſaurus* de Patriarchis V. T. *Aloyſius Juglaris* S. J. de Chriſti Domini actis, tum & de geſtis Ludovici XIII, & *Petrus Labbe* alter Jeſuita de quibuſdam Sanctis edidere. Pia quidem illa *Altamura*, ſed in quibus ſalis & acuminis plus deſideres.

5. *Bibliotheca Dominicana accurata collectionibus primò ab Ordinis conſtitutione uſque ad annum* 1600 *producta hoc ſeculari apparatu incrementum & proſecutio.* Romæ, Nic. Ang. Tinaſſii 1677. fol. Vid. *Giorn. de Letter.* ejuſd. anni Romæ in 4. p. 33.

Auctor dum typis invigilaret, è vivis ereptus eſt. In hoc opere multa arguuntur; primò antichroniſmi frequentes, nempè auctores centum annis ante vel poſtquam vixerint, & aliquando amplius poſiti, *præterea* unus & idem auctor in plures diviſus ac multiplicatus, extranei etiam multi ut legitimi adoptati: *denique* in hiſtoria ſæpiſſime veri criterii modicum, unde & viris Ordinis ſapientiſſimis non arriſit nec probatum fuit: quod & in cauſa fuiſſe ſuſpicatur *Echardus*, cur Tomus IIus in quo de ſcriptoribus Seculi XVII agebat, typis non prodierit. Laudandam tamen ait ille præter ſtudium Auctoris, ſingularem ejus modeſtiam, quæ manifeſtè apparet in capite Appendicis ad dictam Bibliothecam.

6. *Chronologia*, ad quam lectorem ſæpius remittit in Bibliotheca, quæ tamen an excuſa ſit ignorat *Echardus*, qui de *Altamura* loquitur ad A. 1676. De eo quoque *Adr. Baillet* in Judic. Erud. *Tom. II. n.* 110. *p.* 71. Du Pin *Tab. Univerſ.* Tom. II. p. 2438. *Toppi* p. 10 & 338. qui eum in duos dividere videtur, alterum *ab Altamura*, alterum *del Giudice*, ſed perperam.

ALTAMURA (*Joannes* de) Vid. RICCIARDI.

R. ALTARAS (*Moſes*) Judæus Hiſpanus, SCRIPSIT libr. Hiſp. *del mantenimiento* ſeu *alimento de la alma* i. e. de alimentis animæ, quem, teſte Cl. *Wolfio* n. 1514. allegat Ven. *Theod. Daſſovius* in Diſſ. de rebus in agris relictis Hebr. vett. §. 24. ubi innuit, tribui etiam poſſe *Davidi Barſillai*, cujus operâ *Moſes* ille uſus ſit. Eund. librum allegat *Giſb. Voetius* Diſp. ſelect. Tom. II. p. 144. aitque ex Hebræo eſſe converſum, & Venet. 1609. apud *Baldiſera Bonibelli* editum.

ALTASERRA. *Vid.* ALTESERRA.

ALTAVANTIUS. *Vid.* ATAVANTIUS.

ALTAVILLA (*Jacobus* de) vulgò *de Hauteville*, natione Germanus, patria Ringhovius, Abbas Ord. Ciſterc. Cœnobii Eberbacenſis in Archiepiſcopatu Moguntino, Sacræ Theologiæ Doctor, & in Academia Pariſienſi Profeſſor quondam celeberrimus, floruit circa annum 1360. SCRIPSIT *Comment. ampliſſimos & ſubtiliſſimos in IV. Libb. Sententiarum*, qui MSS. ſervantur Brugis Flandriæ in Bibl. Cœnobii de Dunis Ord. Ciſterc. nec non in Claravallenſi. Item *in tres priores Libros Sent.* MS. in Bibl. Baſil. in fol. *Joannes Bunderius* in Indice MSS. Codd. Belgii eum vocat *Jacobum Baebac* pro *de Eberback*, atque Commentaria ipſius in Sententias extare etiam MSS. in rubro clauſtro juxta Bruxellas. SCRIPSIT & *Librum variarum Quæſtionum* teſte *Bulleo* Hiſt. Univ. Pariſ. *Sec. VI. p.* 994. in Catal. illuſtrium Academic. iſtius Seculi, ubi honorificam illius, etſi brevem, mentionem habet. Mortuus eſt A. 1393. ſepulturam inter prædeceſſores ſuos in Capitulo Monaſterii Eberbacenſis aſſequutus; quam ſe vidiſſe teſtatur *Viſchius*, qui de *Altavilla* loquitur *p.* 163. & ex eo *Oudin.* III. 1010. Eum vocat *Eyſengreinius* Theologum vere profundiſſimum & Rhetorem inſignem.

ALTEMBURGENSE Colloquium de Juſtificatione, cum additione eorum, quæ circa articulum de Libero arbitrio & Adiaphor. proponenda erant à Ducalibus Jenæ 1669. Editum est A. 1570. 4. habitumque ſub finem A. 1568. & principium anni 1569. inter Saxonicos Electorales, & Ducales. Vid. *Compend. hiſt. Eccleſ.* in uſum Schol Goth. p. 777. *J. A. Schmidii* Hiſt Eccleſ. *p.* 455. *Guliel. Forbeſ. Melch. Adam.* in Vit. Theolog. p. 435. *Bellarmin.* l. 2. de Juſtificat. c. 1. *Saxonicos* appellat Lutheranos rigidos, *Electorales* autem molles. Colloquio huic *Nicol. Sander* oppoſuit Librum *de Juſtificatione* A. 1585. 8. Electorales Saxonici Theologici erant *Eberus, Salmuth, Cracigerus, Mollerus, Prætorius.* Alii Thuringici erant *Wigandus, Celeſtinus, Irenæus, Kirchnerus, Roſinus.* Actum eſt de neceſſitate bonorum operum, viribus liberi arbitrii, corpore doctrinæ *Philippi.* Colloquium editum eſt à Theologis Ducalibus, cum ipſorum præfatione in quâ agitur de cauſis propter quas Acta iſtius Colloquii non debeant ſupprimi, ſed publicari, & de eau s Colloquii. Qui diſcordes erant Theologi ante Colloquium, in Colloquio viſi ſunt aliquid remiſiſſe, ſed domum reverſi, ſua iterum ſcriptis defendere cœperunt, unde novæ lites natæ, ad quas componendas A. 1571, *Dreſdæ* Conventus Theologorum indicitur.

ALTENHOVIUS (*Henricus*) Germanus, EDIDIT

Orationem de quæſtione an Chronologia integra ab Adamo ad Chriſtum ex ſola S. Scriptura haberi poſſit? Heidelbergæ 1606. in 4. * *Le Long* p. 604.

ALTENRATHS (*Georgius*) SCRIPSIT Germanice

1. Fidem Ubiquitiſticam: *Ubiquitiſtiſcher Glaube.* Francof. ad Od. 1614. in 12.

2. *Catechiſmum Ubiquitiſticum de perſona Chriſti & S. Cœna.* Ibid. 1569. 4. & 1615. in 8. * *Lipen.* II. 889. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 417.

ALTENSTAIG ſeu ALTENSTEIG (*Henricus*) de quo ſic *Mothesius* (a): *Cujas fuerit, equidem dicere*

Digitized by Google

dicere non poſſum, quidve ſcripſerit, novi tamen illum feciſſe Indicem in Thomam, *&, ſi rectè memini, alios quoque Scholaſticos, qui uſui eſſe poſſunt illis qui in hoc ſterquilinio aurum quærunt.*

(a) *Polyhiſt. Phil.* Lib. I. Cap. XIII. §. 10. p. 79.

ALTENSTAIG (*Joannes*) Germanus, Mindelheimenſis, Theologiæ Doctor Sec. XVI Edidit

Lexicon Theologicum, continens Vocabulorum deſcriptiones, definitiones & interpretationes perutiles, Theologiæ ſtudioſis concinnatum, quod non contemnendum cenſet *Balius* (a), qui ſecundam editionem *Antverp.* Petri Belleri 1576 *fol.* vidiſſe ait. Priorem ad A. 1519 reponit *Koenigius* (b): Poſteriorem habet *Lipenius* (c) *Colon. Agripp.* 1619 fol. Alium hujus Autoris librum *de triplici Felicitate* Argent. 1494 in 4. memorat *Miræus* (d). Idem ille eſt qui præter *Artem Epiſtolandi* Scripsit item *de vocabulis* (e) *barbaris*, ipſe barbarus, judice Cl. *Morhofio* ſup. cit.

(a) Vid ejus *Diction.* p. 165. edit. 98 (b) *ibid.* (c) Tom. II. p. 177. (d) *de Script. Sec. XVI.* cap. 24. p. 122. edit. *Fabric.* (e) *Vid.* Geſner. *fol.* 381 verſo.

ALTERIUS (*Joh. Bapt.*) S. R. E. Cardinalis, ex antiqua familia *de Alteriis* (vulgò *Altieri*) ortus, Romæ 24 Jun. 1589 natus, *Marii*, de quo infra, nepos, patrem habuit *Laurentium de Alteriis*. In Collegio Romano poſt Grammaticam, Humaniores litteras, Rhetoricamque, Philoſophiæ ac Theologiæ (quarum poſitiones publicè propugnavit) ſtudiis excellenter ac ſedulò vacavit. Inter Seminarii Romani nobiles cooptatus, reliquos omnes literis ac diſputationibus longè ſuperavit. Tum datâ Juri Civili & Canonico operâ (in quo Doctoris lauream, anno ætat. 23 ſuſcepit) à *Paulo V* Sacerdotio in Baſilica Vaticana, & Theologali præbenda anno 1613 fuit inſignitus. Quam provinciam cum laude adminiſtrans, ſæpè ſæpiùs publicas Conciones in primariis Urbis Templis habuit ad populum. Deinde *Urbanus VIII* Eccleſiam Camerinenſem anno 1614 illi ultrò commiſit, eundemque non multò poſt Sacræ Pœnitentiæ Sigilli Cuſtodis munere inſignivit, & ſex Epiſcopatuum ſupremi Ordinis SS. Senatûs Apoſtolici Viſorem, ut dicunt, actualem renunciavit. Quo munere magnâ integritatis famâ aliquandiu perfunctus, eum *Urbanus* A. 1643 Presbyterum Card. tit. S. Mariæ ſupra Minervam creavit: Purpurâ ornatus, dimiſſo in favorem *Æmilii* fratris Epiſcopatu Camerinenſi, Tudertinam Eccleſiam ab eodem *Urbano* regendam ſuſcepit, ex quâ cùm anno 1654 ad inviſenda Apoſtolorum limina Romam ſe conferret, Narniæ ſubitâ tactus apoplexiâ die 25 Novembris è vivis exceſſit, anno ætat. 66. Cadaver Narniâ Romam delatum, ad ædes S. Mariæ ſupra Minervam in Majorum ſepulchro conditum eſt.

Scripsisse ait *Eggſius* Purp. doctæ *Lib. VI. pag.* 384. *Sermones Sacros*, *Poemata* varia, & *Annotationes Philoſophicas.*

ALTERIUS (*Marius*) *Joannis Baptiſtæ* ſupra laudati patruus, *Rutilii*, *Laurentii* & *Horatii* frater natu maximus, patriâ itidem Romanus, Theologiæ Doctor, & Canonicus Vaticanus, unà cum fratribus ab *Erythræo* multùm laudatus, ad divinarum rerum ſcientiam ſummum honorum contemtum adjunxit. Nam, cum ob inſignem probitatem atque doctrinam, locupletes ipſi Epiſcopatus ultrò deferrentur, nullum unquam accipere voluit, ſed contentus Canonicatu quem in Baſilica Vaticana obtinuerat, ſumma animi tranquillitate in literarum ſtudiis ævum agitabat, quorum fructus non avarè intra ſe continebat, ſed cum aliis etiam largè liberaliterque communicabat, cùm Canonicatui illi, quo ſummâ cum laude fungebatur, id etiam oneris eſſet adjunctum, ut moralem Theologiam Parochis traderet iis qui Eccleſiaſticæ ejus Baſilicæ ditioni ſubjiciebantur, quo munere functus eſt egregiè, neque ſolum doctrinæ ſuæ fontes in eos, qui præſentes eſſent, aperuit, ſed, poſteritati etiam conſulens, in eos, qui futuri eſſent, effudit. Nam librum

de Cenſuris, imprimis utilem ac doctum, emiſit (a). Eum anno 1613 obiiſſe ſcribit *Le Long* at *Elias Du Pin* ab anno 1610 ad 1620 floruiſſe ait.

Ejus laudantur

1. *Diſp. de Cenſuris Eccleſiaſticis, nempe de Excommunicatione, Suſpenſione & Interdicto.* Ext. cum explicatione Bullæ *In Cœna Domini.* Romæ 1616 & 1618 (b) vel 1619 fol. (c)

2. *Super Geneſim.*

3. *In Evangelium S. Marci* (d).

(a) *Eryth.* Pinacoth. II. n. 5. (b) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II.* p. 1578. (c) Lipen. I. 267. (d) *Le Long* p. 601. ex *Mandoſio.*

ALTESERRA (*Antonius Dadinus* de) Gallicè *de Hauteſerre*, J. U. Profeſſor celeberrimus, Anteceſſor Toloſanus, quo munere anno 1644 honeſtatus fuerat, patria Caducenſis (de *Cahors*), publica officii ſui munera egregiè non adimplevit tantùm, verùm privatis etiam ſtudiis ac laboribus rei literariæ plurimùm profuit. Obiit anno 1682 octogenario major, * Vid. *Du Pin* Tom. XVIII. p. 95. &c. *in* 4.

Scripta:

1. *Diſſertationum Juris Canonici Libri VI, quorum Ius & IIus de Adjutoribus Epiſcoporum*. IIIus & IVus *de Sacris Caſibus*: Vus & VIus *de Parochiis, deque officio & poteſtate Parochi.* Quatuor priores *Toloſæ* 1651. duo poſteriores 1654. in 4. prodierunt.

2. *Commentarius perpetuus in Decretales Innocentii III.* Pariſ. Billaine 1666. fol. Opus iſtud quamplurimas & quidem curioſas obſervationes continet de diſciplina & adminiſtratione Eccleſiæ, de convenientiâ & differentiâ inter Jus Civile & Canonicum, ac ſpecitim de ordine proceſſuum Commiſſariorum Apoſtolicorum. Multâ quoque eruditione refertum eſt. Etenim doctiſſimus Autor non ſimpliciter modò harum Decretalium textum explicat, ſed & exponens litim de quâ pronunciat *Innocentius III*, partium rationes adducit, quas Juris Canonici & Civilis, nec non Patrum Græcorum Latinorumque autoritate firmat. * Vid. *Ephem. Erud.* 11 Jul. 1666. p. 549.

3. *Obſervationes ad XII Libros Epiſtolarum S. Gregorii Magni.* Toloſæ 1669. in 4. *Giorn.* inf. cit. *n.* 5.

4. *Exdicm Gregorii Papæ*, A. 1671 editus.

5. *Aſceticon, ſive Originum Rei Monaſticæ Libri X.* Pariſ. Billaine 1674. in 4. Eorum ſententiam rejicit, qui ad Patriarcharum V. T. & Apoſtolorum tempora Monaſticæ vitæ originem referunt, quam peti debere contendit à tempore tantùm perſecutionum à *Decio* & *Diocletiano* adverſus Chriſtianos excitatarum, quarum vitandarum cauſâ in ſolitudines, ac imprimis in Ægypti deſerta ſeceſſum fecerunt Chriſtiani nonnulli. * Vid. *Ephem. Erud.* 11 Maii 1676. p. 115. *Giorn. de' Letter.* Romæ 1675. in 4. p. 156.

6. *Notæ & Obſervationes in Anaſtaſium de Vitis Romanorum Pontificum.* Pariſ. Billaine 1679 vel 1680. in 4. * *Ephem. Erud.* 22 April. p. 129.

7. *Notæ & Obſervationes in X Libros Hiſtoriæ Francorum S. Greg. Turonenſis Epiſc. & Supplementum Fredegarii.* Toloſæ 1680. in 4. * *Ephem. Erud.* 26 Aug. p. 276. In his Obſervationibus nihil notatu dignum contineri ait *Le Long.*

8. *Comment. in Libros Clementinarum & Prælectiones pro ſcholis reſtaurandis.* Jenæ & Pariſ. 1680. in 4.

9. *Eccleſiaſticæ Juriſdictionis Vindiciæ adverſus Caroli Fevreti & aliorum Tractatus de Abuſu.* Aureliis, & veneunt Pariſ. apud Nic. Devaux 1703. in 4. cum Privilegio Regis & Approbatione. * *Ephem. Erud.* 26. Mart. p. 311. *Diar. Trevolt.* Nov. p. 337. edit. Amſtel. *Act. Erud.* Dec. 1703. p. 511.

Poſthumum hoc opus eſt, quod Clariſſ. Autor, ex hypotheſibus *genuinis* quidem Pontificiis, ſed non ſatis ad mentem Curiæ Gallicanæ, compoſuit A. 1670 & inſcripſit *de Juriſdictione Eccleſiaſtica tuenda, adverſus inſultus Auctoris Tractatus de Abuſu, & aliorum*: cui titulo prior ab Editoribus ſubſtitutus eſt, qui debetur

Digitized by Google

betur Dno *du Gono* veterano Parlamenti Advocato. Acceſſit autem Operi Præfatio, autore forte *Vaillantio*, ejuſdem dignitatis viro, in quâ nonnulla exhibentur monita. Malè ſcilicet habuit *Altaſerra* Clerum Gallicanum, quod *Carolus Fevretus* in Tractatu ſuo *de Abuſu*, Juriſdictionem Eccleſiaſticam impugnaverit: hinc Virum antiquitatum Eccleſiaſticarum peritiſſimum, qui partes ſuas tueri poſſet, adhibendum eſſe putavit. Eminuit in Clero Illuſtriſſ. *Franciſcus Harlaus*, tunc Rothomagenſis, poſtea Pariſienſis Archiepiſcopus, qui *Altaſerram*, ſcientiarum & benevolentiæ vinculo dudum ſibi devinctum, ſæpiùs hortatus eſt, ut *Fevreto* reſponderet. Acceſſit deinde Emin. Cardinalis *d'Eſtrées*, Epiſcopus tunc Laudunenſis, qui datis ad *Altaſerram* literis, ſuo Clerique Gallicani nomine, idem munus eidem impoſuit. Tantis igitur ſuffragiis auctoratus Noſter, haſce Juriſdictionis Eccleſiaſticæ Vindicias adornavit. Sed Viro doctiſſimo id accidit, judice Præfationis modò laudatæ Auctore, quod plerumque iis, qui contrarias partes ſuſcipiunt, evenire ſolet; ut ſcilicet, dum alium impugnare aggrediuntur, aliquando in alterum extremum prolabantur, & durioribus vocibus animi ſenſa exponant. Hinc ulterius ille Lectorem monendum eſſe cenſet, ne omnia, quæ in hoc opere reperiuntur, juri, quod inconcuſſè in Gallia ſervetur, & Curiæ placitis ſtabilitum ſit conſona eſſe exiſtimet: aberraſſe aliquando à praxi fori Gallicani *Altaſerram*, antiquitatis potius, quam praxis forenſis ſtudioſum; id quod vel ideo mirum videri alicui non debeat, quod Vir doctiſſimus omnem fere ſcientiam ſuam, tum ex Decretalibus, tum ex Canoniſtis, nimium Juriſdictioni Eccleſiaſticæ indulgentibus, hauſerit. Negari quidem non poſſe, temporibus naſcentis Eccleſiæ, quibus enatæ lites compromiſſo plerumque definitæ fuerint, pleraſque controverſias, ad Judices Eccleſiaſticos delatas, ab iiſque diremtas fuiſſe; ſed mutatis judiciorum formis, ac Juriſdictione Eccleſiaſtica cum ſtrepitu forenſi exerceri cœpta, Judices Laicos liberum Juriſdictionis ſuæ in Laicos exercitium reaſſumpſiſſe, multaque in foro, ſuadente utilitate, mutata eſſe. Ne igitur quem, Juris Gallici tenacem, generalius ab *Altaſerra* ſcripta offendant, memoratæ Præfationis Auctor indiculum nonnullorum, quæ à praxi Gallicana abhorreant, ſubjungi curavit, adjiciens, potuiſſe, imò propemodum debuiſſe hæc in manuſcripto deleri, ſed aliud placuiſſe, ne opus hoc, cujus ſcripta exemplaria & in Regia, & in pleriſque Virorum doctiſſimorum Bibliothecis reperiantur, mutilum mancumque videri poſſet. Denique ille credi vult; *Altaſerram*, ſi pauca excipias, non dogmaticè, ſed hiſtoricè ſcripſiſſe, & reconditioris antiquitatis ſecreta reſeraſſe, & hinc, ne quis offenſionis cauſam habeat, librum illum non ut dogmaticum, ſed potius hiſtoricum, ac quoad praxin cum delectu legendum, proponi, quamvis hoc ultimum, ut id adjiciamus, menti *Altaſerra* non ſatis conveniat, in operis fine diſertè ſcribentis: *unum in calce hujuſce operis teſtor, me ſincerè & ex animi ſententia hac ſcripſiſſe, abſque livore ac adulatione, non vernulæ, ſed docentis ingenio, non fraudis, ſed veritatis ſtudio. Verùm ne mihi credam, quâ religione hac ſcripſi, eadem hac judicio Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ univerſa ſubmitto.*

Ipſum opus *undecim libros*, capitibus variè diſtinctos complectitur. In *primo libro* contendit Clariſſimus Autor, Epiſcopos habere propriam Juriſdictionem, eamque eſſe Juris Divini, à Civili diſtinctam, Regibus minimè ſuſpectam ac metuendam, ſed ab iis potius defendendam: qualis vero ab Apoſtolis, uſque ad *Conſtantinum*, ac ab hoc, ſub aliis Imperatoribus Romanis, Regibus Gothorum, Francorum, Capetianorum & Anglorum, Juriſdictionis Eccleſiaſticæ fuerit ſtatus, deinde oſtendere nititur. Poſtea ipſam Juriſdictionem per partes explicaturus Noſter, in *libro ſecundo* Voluntariam, quæ in collatione ordinum & beneficiorum potiſſimum conſiſtat, & *tertio* Correctivam, quæ diſciplinæ & correctionis cauſa, de plano

extra tribunal exerceatur, perſequitur. Inde pergit ad Contentioſam Juriſdictionem, eamque in Civilem & Criminalem diſpeſcit, ſubjuncta in eodem *libro tertio* illius prolixiori explicatione, huic verò *quartus* & *quintus* deſtinati ſunt *libri*, in quibus adeo, de criminibus Eccleſiaſticis & mixtis latius diſquiritur. Reſpicit autem Juriſdictio Eccleſiaſtica præcipuè Clericos: ſunt tamen etiam nonnullæ Laicorum cauſæ illi ſubjectæ, de quibus in *libro ſexto* diſſerere, Noſtro viſum eſt. Expoſitâ ſacræ Juriſdictionis vi ac poteſtate, ad proceſſum fori Eccleſiaſtici Cl. Autor progreditur, eumque in *libro ſeptimo* quoad primam, *octavo* quoad ſecundam inſtantiam explanat. Cùm verò omnis Juriſdictio ſit inefficax, ſi contumaces ad juſta facienda malo repræſentato adigi nequeant, hinc Eccleſiaſticam quoque pœnis canonicis velut muniri oportuit, quas in *libro nono* Noſter percenſet. Atque ita ſe abſolviſſe putat ea, quæ ad Epiſcoporum, Metropolitanorum & Primatum Juriſdictionem pertinent, quibus expoſitis conſentaneum ei fuit viſum, præcipua Juriſdictionis Pontificiæ, quæ fons & matrix Juriſdictionis Eccleſiaſticæ ſit, addere: hinc cauſæ majores, Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, ut Congregatio Conciliorum generalium, definitio quæſtionum fidei, depoſitio, reſtitutio & tranſlatio Epiſcoporum, ſimileſque *libro decimo* pertractantur. His abſolutis, non alienum à propoſito exiſtimavit doctiſſimus Autor, ſi *libro ultimo* numerum perſonarum, in quibus Juriſdictio Epiſcopalis verſetur, puta Presbyterorum, Diaconorum & inferiorum Clericorum, præmiſſis nonnullis de diſtinctione ordinum Eccleſiaſticorum ejuſque cauſis, percenſeret: nam exinde, ut Noſter loquitur, inprimis elucebit Hierarchicus Ordo Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, faceſſet invidia Clericorum, dum Minores intelligent, ſe eadem fere poteſtate uti in ſubditos, quâ Epiſcopus in ipſos, ſubordinatis inter ſingulos Ordines Sacræ Juriſdictionis apicibus, obſtruetur maledicum os ſecularium, dum ſcient, eam per ſingulos ordines ita diviſam, ut ejus vinculo conſtet pulcherrimus ordo Eccleſiæ.

Cæterùm præter Opus ſupra recenſitum, reliquit etiam MS. Vir doctiſſimus, ſcientiarum ferè omnium ſubſidiis inſtructus,

9. *Notas in Decretales Alexandri III.*

Plurima quidem edita ſunt ejus Opera, ſed quæ ferè omnia ad Jus Civile pertinent. * Vid. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ, *Lipen.* Bibl. Jurid. *Ephem. Erud.* 16 Jan. 1665 p. 47. 11 Sept. 1664. p. 359. *Nov. Reip. Liter.* Oct. 1685. *Act. Erud.* ejuſd. menſ. p. 453. April. 1697. p. 147.

B. ALTFRIDUS Mimigardefordenſis, ſeu ut hodie vocatur, Monaſterienſis Epiſcopus, (de *Munſter*) *Gerfrido* in eadem Sede ſucceſſit A. 839. Obiit A. 849. die 22 April. Ejus Epitaphium quod legitur in Eccleſia Abbatiæ *de Werden* in diœceſi Monaſterienſi, refertur in *Itinere Liter.* Gallicè *Pariſiis* edito 1724 *in 4.* p. 236.

Altfridus tumulum Præſul ſibi vindicat iſtum,
Pneuma creatori dant, cinereus cineri.
Obiit in decimo Maii Pater iſte Calendis,
Cujus nos ſacris protegimur meritis.

Condidit *de Vitâ S. Ludgeri* primi Monaſterienſis Epiſcopi *Libb. II*, quos Notis illuſtratos, præmiſſis multis de *Ludgeri* ortu, baptiſmo, Epiſcopatu, ætate & obitu, variis Actis, ejuſque ſcriptis & Monachatu, ediderunt Bollandiſtæ ad 26 Mart. *Tom. III. p.* 616. Exinde *Mabillonius* Sec. Bened. IV. *P. I. p.* 15. Eodem etiam ſæculo, inquit *Caveus* ad A. 839. poſt annum 864 vixit Anonymus Monachus Werthinenſis, qui vitam etiam S. *Ludgeri* duobus libris ſcripſit, vel potius *Altfridi* Opus auxit & interpolavit. Hos primus extulit *Chriſt. Browerus* in Sanctis Germaniæ; ex eo poſtremæ collectionis *Suriana* curatores ad 26 Mart. Denique *Mabillonius* ubi ſup. *p.* 35. *Browerus* autem hunc Anonymum *Othelgrinum* LUDGERI ſocium fuiſſe ſuſpicatur: at *Voſſius* (a) & *Elias Du*

Fin (b) eundem cum *Hildegrimo* cenſent, quem *Alfrido* præiviſſe dicunt. Monet autem *Oudinus* (c) cautè diſtinguendum iſtum *Altfridum* ab alio Epiſcopo Hildesheimenſi qui eodem etiam Seculo floruit, cujus elogium texuit *Mabillonius* Sec. Bened. IV. *Tom. II. p.* 259.

(a) Lib. II. *de Hiſt. Lat.* cap. 35. p. 318. (b) Sec. IX. p. 198. in 4. (c) *Suppl. p.* 241.

ALTHAMERUS ſeu ALTHAMMERUS (*Andreas*) Germanus, Brentius, V. D. Miniſter Lutheranus Norimbergæ, clarus Seculo XVI, qui A. 1526 Diaconus Norimbergenſis ad S. Sebaldi ædem, inde A. 1528 Paſtor Onolsbacenſis fuit. Is cùm in Diſputatione Bernenſi, quam ſequuta eſt Reformatio dicti anni 1528, libera ſibi facta eſſet diſputandi copia, referente *Hoſpiniano* in Hiſt. Sacram. volens paſſus eſt ſe a parte Pontificia deligi, ut Oratoris munere in ſuggeſtu fungeretur, carnalemque Chriſti præſentiam in cœna defenderet. Claruiſſe A. 1554 ſcribit *Longus*.

Scripta:

1. *Epiſtola ad Conr. Sominum de præſentia corporali Chriſti in Sacra Cœna.*

2. *Conciliationes Locorum Scripturæ, qui ſpecie tenus inter ſe pugnare videntur.* Norib. 1535. 1548. *Wittb.* 1582, 1602 in 8. Priorem addit *Balæus* ante ann. 1518. *Longus* notat *Norib.* 1527, 1529, 1532, 1542, 1588. *Budiſs.* 1560. *Wittb.* 1561, 1591, 1612. *Fabricius* opus bipartitum facit, *Norimb.* 1528. 8. editum, cujus Pars Ia loca centum, IIa ſexaginta complectitur. Editio anni 1535 duas habet Centurias.

3. *Sylva, ſeu Index nominum Biblicorum*, quo virorum, mulierum, populorum, civitatum, montium, fluviorum, & ejuſmodi locorum propria vocabula, quorum in Sacris Bibliis fit mentio, explicantur: denuo diligentius excuſ. *Baſil.* apud Thom. Wolfium 1535. prius verò, ut *Geſnerus* habet, *Norib.* 1530, in 8. Eas *Lipenius* recenſet; alibi verò ait *Baſil.* 1537. *Norib.* 1630. in 8. alibi item *Baſil.* 1538. Permittitur in Hiſpania, ſed cum variorum locorum expurgatione.

4. *Annotationes in Epiſtolam D. Jacobi.* Argent. 1527. Witteb. 1533 vel 1553. in 4. *Germ.* Ex eo opere locum adducit *Grotius* in Diſcuſſione Apologet. Rivetiani apud *Balium*; ubi autoritatem Apoſtoli elevare nititur *Althamerus*, & quidem verbis parum cautis.

5. *In Iam Epiſt. S. Joannis.* Argent. 1521, in 8. In IIam 1528.

6. *Argumenta capitulorum in utroque Teſtamento contentorum.* Francof. 1605. in 8.

7. *Tractatus de Sacramento Altaris.*

8. *Von der Erbſünde, daß ſie ſo wol der Chriſten Kinder, als der Heyden Kinder verdamme.* Tract. de Peccato Origin. *Norib.* 1527. in 4.

9. Ejus præterea ſunt *Scholia in Tacitum de ſitu, moribus & populis Germaniæ.*

* Conf. *Balæum* p. 166. edit. 3æ Roterod. *Moreri.* p. 263. edit. Baſil. 1732. *Le Long* p. 604. *Lipen.* Bibl. Theol. *Imbonat.* p. 304. *Geſner* fol. 38. b. *Morhof.* Polyhiſt. Liter. *Becman.* Catal. Bibl. Francof. *p.* 14. *Fabricii* Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt. *p.* 533. ubi plura de *Althamero* & ejus ſcriptis legi docet in Diario Theologico Dreſdenſi, *Unſchuldige Nachrichten* A. 1713, p. 734 ſeq.

ALTHIRENIUS (*Bonamicus*) Lutheranus, Scripſit *Defenſionem Formulæ Concordiæ adverſus Calviniſtas*, German. *Chriſtliche abgenöthigte und abgezwungene Verantwortung* Chriſtianæ Concordiæ, *auf das greuliche Schmach-Bild und Schmach-Buch der Calviniſten, ſo ſie bergiſch* Montium *genandt.* Middelb. 1593. in 4. * *Lipen. l.* 387.

ALTHOFERUS (*Chriſtianus*) SS. Theol. Doctor celeberrimus, quidemque in Univerſitate Altorffina Noric. Profeſſor quondam Publicus, poſt Conſiliarius Eccleſiaſt. Ducis Brandenburg. ac Superintendens Generalis Culmbacenſis longè meritiſſimus, claruit Sec. XVII. Natus eſt Hersbrucci in ditione Noribergenſi A. 1606, Nov. die 9. patre *Ulrico Althofero.* Anno ætat. 15 primis literarum elementis imbutus, in Altorfinam Academiam miſſus, ubi biennium, ſtudiis præſertim Philoſophicis ac Philologicis egregiè mancipatus, conſumpſit. Inde A. 1623. Wittebergam petiit, verùm vix anno elapſo, valetudinis curandæ gratia, ſuaſu famigeratiſſimi Medici *Dan. Sennerti*, Lipſiam contendit. Sed neque hic diu moratus: ſanitatis quoque tuendæ causâ, auditis brevi tempore (trium aut quatuor menſium) Profeſſoribus præſtantiſſimis, extremo anno 1624 Jenam commigravit, ubi, recuperatis tandem corporis viribus, animo, quo antehac ſolebat, expeditiſſimo, in ſtudiorum, multis modis huc uſque præpeditorum, ſtadio perrexit, ſacramque Theologiam, uti jam Wittebergæ cœperat, indefeſſa induſtria coluit in quintum uſque annum continuata, Præceptoribus uſus Viris Clariſſimis *Joh. Gerhardo*, *Majore* & *Himmelio.* Eum autem tanti fecit ordo Theologorum Jenenſium quinquennem diſcipulum, ut privatim Theologicas, tametſi nec titulis Magiſtri inſignitus eſſet, prælectiones inſtituendi poteſtatem ei conceſſerit; quâ impetratâ, in Aphor. Theol. *Gerhardi*, aliaque ſcripta non diſſimilia Collegiorum habendorum atque docendi adeo initium fecit. Præterea *Althofero* demandata eſt à Theologis tam Noribergenſibus quàm Salanis, ſparta refutandi libellum, quem *Joh. Schrotero* oppoſuerat *Becmannus*; noſter verò tantâ, ſi *Zeitnero* fides, ἀκριβείᾳ diſcuſſit, ut quod reponeret, Adverſario nihil ſuppeteret, & quæ ſorte longe poſt regeſta ſunt, ea vel fugitivo oculo expendentibus, nonnisi prius, & aliquoties jam dicta, denuò recoqui oſtendant. Acceſſit tandem dato huic eruditionis illuſtri documento, quod iidem Theologi *Althofero* nondum annos 23 nato, propter eximiam eruditionem, ſummos in Theologia honores ſemel iterumque obtulerunt conferendos, quos cum graves ob cauſas noſter capeſſere nollet, factum eſt haud dubie, ut *Anti-Becmanno*, priuſquam prælo liberaretur, præfationem luculentam præmitterent, inque ea publicum inſigne ejuſdem doctrinæ teſtimonium, ſcripto comprehenſum, toti erudito orbi proponerent: in quâ etiam, *Althoferum* non ex arrogantia, vel ſuo tantùm auſu, ſed jubente Ordine Theologico, libellum hunc adornaſſe teſtificantur. Hoc ipſo A. 1629 quo ea potiſſimum geſta ſunt, in patriam reverſus eſt, poſt mortem Parentis, res domeſticas componendi, matrique ſuperſtiti conſulendi gratiâ, ſed in eadem campum in quo ſe exerceret induſtria, reperiret divinitus apertum. Firmiter namque conſtituerat animo, Muſas Salanas ſe, rebus omnibus domi diſpenſatis, reſalutaturum, fortunæque illic tantoperè adhuc faventis incrementa, ad divini Numinis nutum, expectaturum. Cum autem ſub id tempus, quo patriam Noſter reviſerat, è vivis excederet Academiæ Altorfinæ deſideratiſſimus Theologus *Chriſt. Crineſius*, non multò poſt in ejus locum ſuffectus eſt *Althoferus*: poſteaquam & in Univerſitate patriâ, quam inviſerat, ſpecimen aliquod eruditionis Theologicæ edidiſſet, (de quo inf. n. 3) officioque, cui videbatur præficiendus, ſe idoneum eſſe ſatis ſuperque demonſtraret. In Collegium igitur utrumque, Profeſſorum nempe & Eccleſiæ Miniſtrorum, cooptatus eſt ſub initium Nov. A. 1629. cùm paulò ante, d. 28. Oct. ſacro ritu ad munus Diaconi obeundum initiatus eſſet: utrumque ſtrenuè admodum geſſit; nihil verò ex Eccleſ. munere detrimenti paſſum eſſe officium Profeſſoris Theologi, teſtantur Diſſertationes Exegeticæ pariter ac Polemicæ, doctè non minùs quam perſpicuè elucubratæ, ſuo quæque loco percenſendæ. Quibus rebus etiam factum eſt, ut in eaſdem pene Urbes, in quibus olim *Seluneccerus* civis *Althoferi* docuerat, & Noſter evocaretur, Dreſdam puta, Brunſwicum, Vinariam & Jenam; ut taceam Norbergæ Antiſtitis munus oblatum. Quas tamen omnes,

omnes, perhonorificas conditiones, modeſtè recuſavit, & Altorfi, quoad per vires animi corporiſque liceret, permanere firmiter ſibi propoſuit. Verùm abdicato miniſterio Eccleſiæ, ſolius profeſſionis, ex cathedra Academica Theologica commodius obeundæ cauſa, iſtam vacationem ab Illuſtri Senatu Noribergenſi expetiit. Quam cùm haud difficulter impetraſſet, (ſub finem A. 1637.) & ſimul poteſtatem titulos Doctoris Theologi aſſumendi conſecutus eſſet, Jenam iterum adiit, ubi privilegia Doctoriſque lauream Academico more ſuſcepit, poſteaquam, quæ uſu recepta ſunt, exercitia & doctrinæ experimenta, ab univerſis approbata, publicè & privatim dederat, (vid. inf. *n.* 9.) Cæterum ſi curriculo vitæ *Erhardino*, collato cum auſpicali Diſputatione, fides habenda, eodem quo diſputavit pro gradu honoris obtinendo, die 12 Jan. 1639 unà cum Candidato Medicæ artis unico, publicus Theologiæ Doctor, *Himmelio* Brabeutâ renuntiatus eſt (hæc omnia A. 1638 facta contendit *Zeltnerus*) & brevi tempore peractis omnibus, quorum cauſa iter tam periculoſum, Mercatorum commeatu ordinario munitus, eò ſuſceperat, cum iiſdem, ex nundinis hyemalibus Lipſienſibus Noribergam redituris, ad priſtinos & ipſe labores lareſque ſe tutò reverti poſſe exiſtimabat, comitemque ceteris ſeſe jungebat: ſed parum abſuit quin vitæ periculum adiret, cùm in manus latronum hinc inde vagantium incidit, & vix per profundiſſimas nives ſeminudus Coburgum fuga pervenit. Invitatus tandem ad recipiendum Antiſtitis Eccleſiarum Baruthenſium, & ſigillatim Culmbacenſis Diœceſeos munus, illud per ſedecim annos bene adminiſtravit. Altorfio nempe, (ubi præter munus Decani ſæpius adminiſtratum, etiam faſces Academicos A. 1640, 1641 laudabiliter geſſerat) demigravit 25 Febr. 1644. Quanto autem ſemper ſtudio tam diſputandi exercitia quam commentandi in Sacram Scripturam labores, inter alias quotidianas occupationes, continuaverit, non aliunde magis liquet quàm ex lucubrationibus ibidem elaboratis, ac in lucem editis, quarum infra fit accurata mentio. Obiit vir eximius A. 1660. die 11 Maii, Culmbaci tumulatus die 17. *Wolfg. Erhardus* Collega antehac dilectiſſimus, ejuſdemque Urbis V. D. M. funebrem ejus Concionem habuit, ex *I Cor. II*, 2. quam, adjecto *Althoferiana* vitæ curriculo, Baruthi publici juris fecit. Cæterùm ut de *Althoferi* familia pauca dicam, uxorem duxit ille *Michaelis Paulini*, dum viveret, à ſecretis Cancellarii Norib. filiam, ex qua liberos duodecim ſuſcepit, filios ſex & filias totidem. Inter eos *Georgius Chriſtophorus*, Theol. Stud. & Philoſ. t. t. cùm parens diem obiret, Candidatus fuit. *M. Chriſt. Ulricus*, Collega Gymnaſii Culmbacenſis tertius factus eſt. Vid. *Zeltner.* in Vitis Theolog. Altorf. *p.* 268 &c. ac in Supplem. quædam.. *Erhardi* Concionem tranſtulit *Henn. Witte* in Mem. Theolog. *Dec. XI. p.* 1487. &c. Monet autem *Zeltnerus* p. 279, *Wittenium*, *Freherum*, *Ubſium* alioſque, quæ de Noſtro retulêre, ex *Erhardo*, falſis quibuſdam intermixtis, deprompſiſſe.

SCRIPTA:

1. *Diſp. Theologica, ζητημάτων decem, adverſus perſonatum* Jo. Schröteri *Antagoniſtam exhibens & diſcutiens*, A. 1628 menſe Majo Jenæ propoſita *in* 4. recuſa ad calcem libri ſequentis

2. *Anti Becmannus, ſive Apologia Sceptri regalis à Dn.* Schrödero *adornati: in qua Artic. de Perſona Chriſti & inprimis locus* Phil. II, 6 8 *& Syllogiſmus Calvinianorum nobilis pro re nata uberius explicantur; oppoſita ſtrophis & impugnationibus* Chriſt. Becmanni, *approbante Ven. Collegio Theol. Jenenſ. quorum Præf. eſt præmiſſa.* Jenæ 1620. 8. *Lipenius* item ait 1639. Conf. *Adr. Baillet* in Judic. Erud. *Tom. VII. n.* 48. *p.* 146. in 4.

3. Exercit. Theologica *de Juſtificatione contra Pontificios, Quæſtiones illuſtres explicans*, Altorfi menſe Junio 1629 ventilata & impreſſa *in* 4.

4. *Abyſſus deſperationis Pontificia* h. e. *Collegium in quo XV Diſpp. oſtenditur, hominem Religioni Pontificia addictum, qua talem, neceſſario tandem deſperare*: publicè inſtitutum in Acad. Altorf. A. 1630-1631 quo, generali quodam titulo præfixo opus integrum comparuit cum Indd. Hoc *primum ingenii ſui fœtum* appellavit in Dedic. ad Senatum Norib. Edit. Altorf. 1635 in 4 memorat *Wittenius*.

5. *Salva Quardia Spiritualis* Germ. *Vier Chriſtl. in Gottes-Wort gegrundete Predigten* &c. Noremb. 1631. in 4.

6. *Diſſ. oſtendens ex diſſenſione inter Theologos Wurtemb. & Haſſiacos exorta nihil decedere veritati & unitati Relig. Lutheranæ.* Scripta eſt occaſione Belli Ubiquitiſtici *Fereri*, in qua non ſolum fidei fundamentum eam litem non attingere, ſed magis de terminis, quam re ipsâ litigari oſtenditur: edita A. 1633. in 4.

7. *Pſeudo-Stereomata Relig. Pontificia, adverſus Pontificios, & imprimis* Dn. Matth. Fabrum *Theol. Pontificiæ Licent. inſtituta Diſputationes III* quæ agunt de Script Sacra, utrum Lutherani, aut Pontificii, genuinam habeant, item de Libris Canon. & Apocryph. Scripturæ perfectione & perſpicuitate *&c.* editæ *Altorf.* 1637. in 4. Edit. anni 1640 & Francof. 1641. in 4. memorat *Lipenius*.

8. *Diſpp. IV Apologetica, oppoſita defenſioni Petra Religionis Pſeudo-Catholica*, à dicto *Fabro* adornatæ. *Ibid.* eod. anno & ſeqq. *in* 4.

9. Diſp. Inauguralis *de principio Religionis Chriſtianæ.* Jenæ 1638. in 4.

10. *Speculator Anti-Calvinianus*, h. e. *Dodeca Exercitt. Theologg. in quibus veritas præcipuorum dogmatum inter nos & Calvinianos controverſorum demonſtratur, dictis Script. & propriis Adverſariorum teſtimoniis ac hypotheſibus firmatur, & Calviniſtas ſemet ipſos contradictionibus implicare oſtenditur.* Altorf. 1636 in 4. Initium harum Diſpp. factum A. 1634, & A. 36 finis impoſitus eſt. Conf. *Baillet* ſup. cit. *num.* 50. *p.* 150. *§.* 13.

11. *Chriſtl. und in Gottes Wort gegrundete Neu-Jahrs-Predigt am Tag der H. drey Konig zu Altorff gehalten* ad Evang. Ordinarium *Altorf.* 1640. in 4.

12. *Diſputationum Biblico-Practicarum, quibus loca quædam Script. difficilia & quæſtiones tam dogmatica quàm practica, caſuſque conſcientia enodantur, Faſciculus.* Altorf. 1640-1642. in 4. Sunt omnino ſeptem, multamque doctrinam & demorſos ungues pluteumque ſapiunt.

13. *Obſerv. Sacra* ſeu *Commentariol. in Epiſt. Pauli ad Philipp.* Ibid. 1641. in 4. *Norimb.* 1647. in 4. memorat *Lipenius*. Quatuor Diſpp. abſolvitur.

14. *Obſerv. Sacr.* ſeu *Commentariol. in Epiſt. ad Coloſſ.* Ibid. 1643. in 4. Diſpp. VII conſtat, quarum Iª A. 1632, ultima A. 1633 propoſita eſt.

15. *Animadv. Sacr. in Epiſt. ad Epheſ.* Diſpp. VI comprehenſæ. *Ibid.* 1641. in 4.

16. *Periculum in fide juſtificante factum.* Ibid. 1643. in 4.

17. *Harmonia Evangeliſtarum emedullata*, h. e. *Obſervationes Sacra in IV Evangeliſtas, in quibus ſenſus literalis breviter & ſuccincte explicatur, difficiliora cumprimis loca illuſtrantur & à falſis interpretamentis vindicantur.* Opus tenco impreſſum *Jenæ* & *Hiſtrieb.* 1653. in 4. quod *pereleganſ* vocat *Zeltnerus*, & *Altorfi* prælect. publ. propoſitum ait, ac *Culmbaci* typis traditum, ſed imperfectum; quippe quod in hiſtoria Reſuſcit. Lazari deſinit: ubi termino de induſtria fixo ad *Gerhardum* Lectores porrò Noſter ablegat. Addit equidem, ſi compendium hoc L. B. non diſpliceret, reliqua quoque κατ' ἐπιτομὴν ſe additurum eſſe; ſed nihil unquam eorum deinceps comparuit. Hæc *Zeltnerus*. Edit. *Jenenſ.* 1658 memorat *Lipenius* præter priorem.

18. *Cynoſura Religionis vere Catholica* Diſpp. aliquot propoſita & Jenæ atque Hoſi A. 1654-1660 impreſſa in 4.

in 4. Diſpp. hæ Synodales & Scholaſticæ ſumptu
& juſſu Sereniſſ. Principis excuſæ fuere.

Conciones funebres quas habuit & typis ſubjecit,
numerantur XIV.

ALTHUSIUS (*Theodorus*) (a) Sub hoc perſona-
to nomine *Hiſtoriam Eutychianam* publicavit *Matthias*
ZIMMERMANNUS, quem vide.

(a) *Thomas* perperam vocatus in Diction. *Morer.* ex *Konig.*
Bibl. vet. & nova.

ALTIMURA (*Stephanus* de) Sub hoc perſonato
nomine *Panopliam contra Schiſma Græcorum* publicavit
F. *Michael* LE QUIEN Ord. Præd. quem vide.

ALTINENSE Concilium in Provincia Aquileienſi,
à *Paulino* Epiſcopo A. 802 convocatum: in quo Par-
tes *Caroli M.* auxilium in *Joannem* Venetorum Du-
cem, ob cædem *Joannis* Patriarchæ Gradenſis factam,
imploratunt. Extat *Epiſtola Synodalis* Concil. Tom.
VII. p. 1187. & apud *Le Cointe* Tom. VI. p. 808.
teſte *Caveo* in Conciliis Sec. IX.

ALTINGIUS (*Henricus*) Theologiæ Profeſſor Hei-
delbergæ primum, deinde Groningæ, Natione Ger-
manus, patriâ Embdenſis, parentibus apud Friſios
dudùm conſpicuis natus eſt 17 Febr. 1583. patre exi-
mio Viro *Menſone Altingio*, V. D. M. qui primus,
unà cum duobus aliis, pro reformatione Conciones
habuit in territorio Groningenſi circa A. 1567. ſub ip-
ſâ *Albani* Ducis graſſante tyrannide. Primus etiam
in majori ejuſd. urbis Eccleſia concionatus eſt re-
ductâ Groningâ A. 1594 ſub poteſtate Statuum
Generalium. Eccleſiæ Embdenſi fideliter per 38 an-
nos præfuit, magnoque animo furoribus Anabap-
tiſtarum, ac Ubiquitariorum machinationibus obſtitit.
Obiit 7 Oct. 1612, eo ipſo die quo filius cum *Abra-
hamo Sculteto* in lacu Harlemenſi vitæ periculum ſubiit.
Ipſe autem *Henricus*, ad Miniſterium à puero deſtina-
tus, humanioribuſque literis ac Philoſophiâ Gronin-
gæ imbutus, in Germaniam poſteà redux, anno ſci-
licet 1602, Herbornæ triennio commoratus eſt; ubi
tam felicem in audiendis Viris Celeb. *Piſcatore*, *Mar-
tinio* & *Zeppero* operam poſuit, ut Philoſophiam ac
Theologiam docendi ipſe deinceps licentiam obtinue-
rit. Sedani Præceptor electus eſt trium juvenum Co-
mitum Naſſovienſis, Solmenſis & Iſenburgenſis, qui
cum Sereniſſ. Electo ali Palatino ſtudiis operam da-
bant: idque munus iniit *Henricus* menſe Sept. A.
1605; cum autem A. 1606, Sedano ſecederet Princeps
cum Comitibus, eos Heidelbergæ ſecutus eſt Noſter, ubi
A. 1608 ipſius Principis Præceptor evaſit, eumque Seda-
num primò, deinde in Angliam anno 1612 hoc nomine
comitatus eſt: cujus quidem *Magiſterii ne aaquam apud
poſteros inteſtata queat eſſe induſtria, vel Roma faciet, quæ in
Bibliothecâ Vaticanâ inter Heidelbergenſia monumenta,
oſtentat Themata & exercitia ſtyli Regis Bohemiæ*, Al-
tingii *manu emendata*. In Anglia Noſter notitiam ſibi
paravit *Georgii Abbot* Cantuarienſis Archiepiſcopi, *Kin-
gii* Londinenſis Epiſcopi, & Doctoris *Hacquell*, qui
apud Principem Wallienſem Præceptoris munus agebat.
Sermonem etiam habuit cum Rege *Jacobo*. Electoris
cum Angliæ Principiſſa nuptiis Londini menſe Febr.
1613 celebratis, *Altingius* cum antiquis diſcipulis Hei-
delbergam pervenit die 1 April. Menſe Auguſto ſe-
quenti Locorum Communium Theologiæ profeſſione
donatus eſt, & ſiquidem Diſputationibus præeſſe non
potuiſſet, niſi Theologiæ Doctor fuiſſet, menſe No-
vembri, recepto more Doctoratum accepit. Anno 1616
Collegio Sapientiæ Heidelbergenſi præfectus eſt. Ipſi
oblatam ſecundam Theologicæ Facultatis Cathedram
Coppenii morte A. 1618 vacantem, recuſavit; quæ
ideo *Scultero* collata eſt. Cum eo atque *Toſſano* ad
Synodum Dordracenſem miſſus *Altingius*, egregia
ibi doctrinæ & ingenii ſpecimina edidit. Heidelber-
gam reverſus, maximas haud dubiè animo concepit
ſpes, ſiquidem inter medios Bohemiæ tumultus Elec-
tor Sereniſſimus ejus regionis Rex eſt ſalutatus. Ve-
rùm A. 1622 menſe Sept. Heidelbergâ impetu &
vi captâ, omniaque dira laniene ac direptionis paſſâ
exempla, quæ militaris licentia patrare ſolet,
ex immaniſſimâ ſtrage ipſe quaſi divinitùs eva-
ſit. Hinc familiam, quam ab aliquo tempore ad
Heilbronnenſes miſerat, Schorndorfii aſſequutus eſt,
ubi ad Februarium uſque 1623 hæſit, facultate hac
per Seren. Electricem impetratâ à Duce Wirtember-
gico, cujus alias Miniſtri Lutherani id ferebant æger-
rimè, non aliâ de causâ, quam quod *Altingius* Pro-
feſſor eſſet Heidelbergenſis. Embdam cum familia ſeceſſit
dicto anno 1623, & ſtatim Hagam-Comitum Bohemiæ
Regem ſalutatum ivit, apud quem tanto in pretio fuit,
ut inſtituendo Filio ejus natu-majori ab ipſo admo-
tus, & Embdenſis Eccleſiæ regimen ad quod poſtu-
labatur, & Profeſſoris Theologiæ munus in Acade-
miâ Franequeranâ anno 1625. oblatum ſuſcipere id-
circò prohibitus ſit. At anno ſequenti Groningæ Theo-
logiæ Profeſſor Rege tamen vix aſſentiente factus eſt:
cujus muneris poſſeſſionem iniit 16 Jun. 1627 & ad
mortem uſque ſervavit. Equidem verum eſt eum anno
1633 firmiter in animo habuiſſe Groningam cum Lei-
da commutare, ſed eâ ſibi ſervatâ lege, ſi aſſenſum
darent Status Groningenſes; id autem recuſârunt. Ve-
rum eſt item aurem præbuiſſe A. 1634 præpoſitioni-
bus Principis *Ludovici Philippi*, Palatinatus Adminiſ-
tratoris, ut ad Academiam Heidelbergenſem & Ec-
cleſias Palatinatûs reſtaurandas accederet, ideoque
Francofurtum uſque proceſſiſſe *Altingium*; at ejus con-
ſilio obſtitit Norlingenſis victoria ab Imperialibus re-
portata. Groningam itaque devio itinere repetere
neceſſe habuit. Multis tandem perfunctus laboribus
variiſque cùm calamitatibus, tum infirmitatibus laceſ-
ſitus, piiſſimam mortem oppetiit die 25 Auguſti, an.
1644. Vir egregiis dotibus clarus. In faciendis col-
lectis in gratiam Eccleſiarum Germaniæ Proteſtan-
tium ac præſertim Palatinatûs non ſegniter laboravit;
cui illarum etiam quæ in Angliâ factæ ſunt adminiſ-
tratio commiſſa eſt, ut & Eleemoſynarum *Ludovici
de Geer* credita diſpenſatio. Cæterùm *Henricus* in
componendâ re domeſticâ fuit accuratiſſimus: *hinc in
familiâ ejus omnia ſemper pacata, omnia ordinata, de quâ
hoc ſolum ſciretur, quod à nemine ſciretur quid in illâ
fieret, niſi quod piè, compoſitè, decenter omnia fierò
neminem lateret. . . . . . Theologus alienus à jurgiis &
vitilitigiis Cuminiſectorum, ab iis diſtinctiunculis & inep-
tiis Sophiſtarum, quibus myſteria ſalutis potiùs impli-
cantur quàm explicantur; à ſcrupuloſitatibus Præciſiſtarum,
qui nodum quærunt in ſcirpo, colant culicem, camelum de-
glutientes.* &c. *Theologiam probabat ac tuebatur ſoli-
dam ac maſculam, non ex lacunis Scholaſticorum, etſi
illarum imperitus non eſſet, ſed ex fontibus Siloe & Scrip-
turarum derivatam; ut gloria ſibi duceret ſe ab imperi-
tis aenullis ac naſutis Palæmonibus traduci tanquam
Theologum Scripturarium & Biblicum.* Uxorem duxe-
rat Heidelbergæ A. 1614, ex quâ ſeptem liberos pro-
creavit, quorum ei ſuperſtites fuêre filia unica, maſ-
culi duo: natu major Daventriæ Juris Profeſſor ex-
titit: de altero infra dicemus, qui Parentis OPERA
evulgavit, quæ ſequuntur:

SCRIPTA:

1. *Notæ in Decadem Problematum* Joh. Behmii *de
glorioſo Dei & Beatorum Cælo*. Heidelb. 1618. in 4.

2. *Methodus Theologiæ Didacticæ, perpetuis S. Scrip-
turæ teſtimoniis explicata & confirmata.* Addita eſt *Me-
thodus Theologiæ Catecheticæ*. Amſtel. apud Joan. Janſ-
ſonium 1656 & 1662 in 12. Has teneo. *Lipenius* re-
cenſet *Amſtel.* & *Groning.* 1650. in 12. & 1656. in
4, item *Amſt.* 1661. in 12. Epiſtola dedicatoria *Jacobi*
filii Curatoribus Academiæ Groningæ & Omlandiæ
data V Kal. Sept. 1645.

3. *Scriptorum Theologicorum Heidelbergenſium Tomus
Ius* continens *Locos communes cùm Didacticos, tam E-
lenchticos.*

lenchticos. Epiſtola dedicatoria *Menſonis* & *Jacobi* fratrum ad *Carolum Ludovicum* Comitem Palatinum data eſt Amſtel. Nonis Quintil. 1646. *Tomus IIus* continet *Problemata Theologica, tam Theorica quàm Practica* : Tomus IIIus *Explicationem Catecheſeos Palatinæ, cum vindiciis à Conſiderationibus Novatorum, & Antitheſibus Socinianorum.* Edit. Amſtel. 1646. in 4. recenſet *Lipenius.* Teneo *Freiſtad.* in 4. ſine anni mentione, cui præmittitur ipſius *Henrici* Oratio inauguralis *de natura, ortu, uſu, ordine, ſive methodo Locorum Communium Theologicorum,* Heidelbergæ habita 16 Aug. 1613.

4. *Exegeſis Logica & Theologica Auguſtanæ Confeſſionis, cum Appendice Problematica, num Eccleſiæ Reformatæ in Germania pro Sociis Auguſtanæ Confeſſionis agnoſcendæ & habendæ ſint?* Acceſſit *Syllabus Controverſiarum quæ Reformatis hodiè intercedunt cum Lutheranis.* Amſtelod. apud Joan. Janſſonium 1652. in 4. Hanc teneo. Priorem ejuſd. loci A. 1647 memorat *Lipenius.*

5. *Theologia Problematica nova*, ſive *Syſtema Problematum Theologicorum* in Academia Groningæ & Omlandiæ publicis Prælectionibus propoſitum. *Amſtel.* Joan. Janſſon. 1662. in 4. Præfatus eſt *Jacobus.*

6. *Theologia Hiſtorica*, ſive *Syſtematis Hiſtorici Loca IV* in eâdem Academiâ publicè propoſita. *Amſtel.* Joan. Janſſon. 1664. in 4. Locus Ius eſt *de natura Theologiæ.* II *de Verbo Dei, ſive de Sacrâ Scripturâ* : III *de Deo, Eſſentiâ uno, Perſonis trino* : IV *de Decretis Dei in genere, deque Prædeſtinatione Divina in ſpecie.* Operi præfatus eſt *Jacobus.*

7. *Theologia Elenctica nova* : ſive *Syſtema Elencticum* in dictâ Academiâ publicè propoſitum. *Baſil.* Jo. Rod. König 1679. in 4. *Editio nova priori correctior.* Typographus monet hanc penitus ad exemplar primæ excuſam eſſe. *Lipenius* recenſet Groning. 1654. *Amſtel.* 1655 & 1674. in 4. Epiſtola dedicatoria *Menſonis* & *Jacobi* Ordinibus Groningæ & Omlandiæ data eſt prid. Id. Jan. 1654. *In eo*, aiunt, *ſyſtemate controverſiæ capitales omnes quas cum adverſariis Religionis habemus, accuratè nec minùs ſuccinctè à Parente noſtro ſunt explicatæ.* Sequitur Præfatio *Jacobi*, ubi inter alia, ordinem exponit quo Parens *Henricus* ſingulas ſuæ Theologiæ partes tractavit. Cùm ſcilicet Theologiam univerſam hic denuò pertractandam in quatuor partes diſtribuiſſet, quarum una *Didactica* veritatem doceret; altera *Elenctica* falſitatem refutaret; tertia *Problematica* difficiliores in locis Theol. quæſtiones enuclearet; quarta *Hiſtorica* doctrinam in Eccleſia, ejuſque mutationem & inſtaurationem per intervalla temporum & locorum exponeret: *Primo* quidem *loco* & cum initio repetitæ in Academia Groningenſi profeſſionis, i. e. A. 1627. d. 15 Jun. proponere cœpit Didacticam, viginti locis Theol. in univerſum concluſam, eamque abſolvit d. 5 Oct. 1628. quam tamen poſtea curſoriis aliquot repetitionibus, non contemnenda acceſſione auxit & ampliavit. *Secundo* rationem temporis & facilioris doctrinæ ſecutus, ad Problematicam acceſſit, totidem locis conſtantem, quam inchoavit d. 22 Oct. 1628 & finivit 24 Sept. 1630. *Tertio* auſpicatus eſt Elencticam prid. Cal. Oct. ejuſd. anni, abſolvitque Nonis Jul. 1632, quamvis poſtea adhuc Appendix de Synchretiſmo ei acceſſit. *Ultimo* cœpta eſt *Hiſtorica* d. 15 Oct. 1635, ſed per quatuor duntaxat loca deducta, quòd commoda juventutis Theologicæ (explicationem Locorum dogmaticam magis requirentis) eam tum temporis ulterius perſequi non paterentur. Supererat quidem adhuc *Quinta Pars*, quam *Practicam* Pater indigitavit, ab ipſo cœpta Cal. Jun. A. 1640 poſt ſuperatum difficillimum morbum, & deſtinata plenæ informationi Auditorum circa praxin doctrinæ Sacræ. Eam autem affectam tantùm, à conſummatione longè abeſſe docet laborioſus paternorum Operum Editor *Jacobus*; idque, ait, quòd hinc cum avocarent tyronum ſtudia, aliam inſtitutionem exigentia, ad ſcopum ipſorum propius ſpectantem: quæ cauſa eſt, cur de hujus ſpecimine edendo nihil hic promittere audet.

8. *Didaſcalia Theologica duæ* : Prior *de Peſte* : Poſterior *de Vitâ æternâ*, in dictâ Academiâ publicè propoſitæ. *Groningæ Friſ.* apud Medium Spinneker 1668 in 12. Præfatus eſt item *Jacobus* Id. Jul. ejuſd. anni. ubi docet triginta duos propemodum præterlapſos eſſe annos, ex quo Parens b. m. haſce Didaſcalias congeſſit. Redierat tunc Lugduno-Batavorum, ubi recenſendæ novæ verſioni Bibliorum Belgicæ, juxta cum aliis Theologis eo fine convocatis, vacaverat, maximamque partem anni 1635 exegerat, quo in hac urbe immanis graſſata eſt peſtilentia; nata illi cogitatio aliquid de Peſte commentandi, & quid in diſcrepantibus illis ſermonibus & actionibus probandum aut improbandum, ſequendum fugiendumve eſſet, ex Verbo Dei definiendi.

9. *Medulla Hiſtoriæ Profanæ* à *Daniele Pareo* ſuo nomine publicata, Opus eſt *Henrici* noſtri. Idem forte quod *Pinius* (a) vocat *Compendium Theologiæ Sacræ & Profanæ* Tiguri 1691 editum.

10 *Hiſtoria Eccleſiaſtica Palatinatûs à Reformatione ad Adminiſtratorem Joannem Caſimirum* non minimum tenet locum inter Opera quæ MSS. reliquit.

(a) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. IV. p. 1029

ALTINGIUS (*Jacobus*) *Henrici* ſupra laudati filius, Theologiæ Profeſſor Groningenſis, natus Heidelbergæ 27 Sept. 1618 tempore quo ad Dordracenam Synodum ipſius parens profectus fuerat. De loco in alium in teneris annis tranſmigravit Noſter. Embdâ tandem Lugdunum in Batavis, inde Honſlaerdickium, ac tandem Groningam tranſlatus anno ætatis nono, ubi peracto ſtudiorum curriculo, Embdam tranſiit anno 1638, auditurus Rabbinum *Gumpertcht ben Abraham*, Linguarum Orientalium, quarum ipſe *Jacobus* erat amantiſſimus, Profeſſorem. Anno 1640 in Angliam ſe recepit, ubi habitis publicis concionibus, & multam apud celeberrimos viros gratiam nactus, Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter à *Joanne Prideaux* Epiſcopo Vigornienſi creatus eſt. At quamvis decreviſſet ibi vitam tranſigere, tum tamen Profeſſoris Linguæ Hebraicæ munus Groningæ ſuſcepit, poſt mortem *Gomari*, & initiatus eſt 13 Jun. 1643. Alia multa deinceps munia obtinuit, ſiquidem 21 Oct. 1645 Philoſophiæ Doctor, anno 1647 Concionator Academicus, anno 1667 Theologiæ Doctor ac Profeſſor eſt renunciatus. Heidelbergam antea iteratâ vice iter fecerat, primùm anno 1651, ſecundò anno 1662, & ſibi ab Electore Palatino *Carolo Ludovico* non ſemel oblatam Theologiæ Cathedram honeſtè recuſaverat. Celebris ei brevi tempore lis fuit Groningæ cum *Samuele Marchio* ipſius in Profeſſione Theologiæ Collegâ, inde orta quod diverſâ docendi methodo uterentur, nec eadem ſuper varia capita illis eſſent principia. *Altingius* Scripturæ Sacræ deditus, Theologiam Scholaſticam nequaquam admittebat. Gloriæ curriculum intrabat, in quo progredi properabat: nec ei ingenium, nec eruditio deerat, quibus ſuam tueretur ſententiam. Ad primas quas in domo ſui ſupra Catechiſmum recitavit lectiones, tam multi convolarunt Auditores, ut cubiculo non eorum capace, Auditorio Academico uti neceſſe fuerit. *Mareſius* Scholaſticorum diſtinctiones & methodum adhibere ſolitus, *Altingium* hæreſeos publicè inſimulavit, eo ſcilicet nomine quod multa innovaret, & ſacros moveret limites mendacium inter & veritatem à majoribus conſtitutos: adductis inſuper in medium *XXXI Propoſitionibus in errorem, ut putabat, inducentibus.* Academiæ Curatores Scriptum accuſatoris cum accuſati Reſponſo, partibus non monitis, ad Theologos Lugduno-Batavos miſerunt, rogantes ut eâ de re ſententiam ferrent: qui latâ *Altingium* ab omni hæreſeos notâ abſolverunt, in ipſo autem prudentiam in procudendis novè inventis, in *Mareſio* modeſtiam, & charitatem requiſiverunt. Iſte huic judicio non ſtetit, nec oblatum ſilentium accepit: cauſam à Conſiſtoriis, Scholis ac Synodis examinari voluit; ſed aſſenſum negarunt ſuperiores, ac ne quis pro judicio Theologorum Leiden-

ſium vel contra illud ſcriberet, prohibuerunt: ideoque ſuppreſſum fuit Opus *Mareſii* inſcriptum *Audi & alteram partem*. Magnos hæc controverſia rumores excitavit, mitam habitura cataſtrophen, *Mareſio* quanquam ſene ad Theologiæ Profeſſionem Lugdunum in Batavis vocato, ſed antequam munus iniret, obiit Groningæ menſe Maii 1673. In lecto mortis procurata eſt quædam utriuſque reconciliatio. Qualis fuerit, ipſiuſmet *Altingii* Epiſtola initio Mantiſſæ Tomi VI Operum ejus poſita teſtatur. Quieſcente *Mareſio*, non ſic tamen quieſcendum ſibi duxerunt qui ipſius partium fuerant. Nihil autem adeo dediſſe operam videntur, quàm ut via quaſi Eccleſiaſtica per Synodos, Claſſes, & quas dicunt Correſpondentias, *Altingii* opinionibus obſiſterent. Ita variis quidem fluctibus, ſuæ autem ſententiæ tenaciſſimus tandem ferè enatavit; ſiquidem quotieſcunque aliquid proponeret Eccleſiaſticorum ordo, illud mox procerum edicto vel conſulto rejectum eſt. Imo exauctorationis etiam pœna in eos conſtituta, qui de controverſiis *Mareſio-Altingianis* in cœtu aliquo Paſtorum quidquam moverent. Ita factum ſæpius eſt ut generalibus etiam verbis concepta gravamina de periculoſis novitatibus in ſpongiam incubuerint. Tandem *Altingius* continuâ febre oppreſſus piiſſimè occubuit 20 Aug. 1679. non 1670 ut habet *Le Long*. Procurandæ omnium Operum ſuorum Editionis curam demandaverat Conſobrino ſuo *Menſoni Altingio*, Conſuli Groningenſi; quod equidem effectum eſt, ſed curâ *Gerardi* Autoris filii, & *Balth. Beckeri* qui maximâ fuerat cum *Jacobo* familiaritate conjunctus. Hæc opera ſimul collecta, ut infra dicetur, ſummam viri Eruditionem teſtantur, atque indefeſſam laboris literarii patientiam. Vitam cœlibem ad annum ætatis ferè trigeſimum perduxit, cujus tandem pertæſus, junxit ſibi tori ſociam, ex quâ liberos octo procreavit, quorum unus fuit Medicus, alter Jureconſultus &c. Erat autem Noſter ad ſcribendas literas impiger quod loquuntur Epiſtolæ quarum tam paucas ex 5000. publicari potuiſſe, id equidem dolendum. Dixerat inter alia *Altingius* ſi Deus ſibi vitam vireſque concederet, ſtare ſibi animum duos libellos in lucem mittendi, *alterum* quidem Latinè, quem orſus etiam eſt, quo ſe purgaret coram Eccleſiâ ab Heterodoxias & hæreſeos crimine ſibi intentato; *alterum* verò Belgicè, quo Hiſtoriam Vitæ ſuæ publicè panderet, ab eo tempore quando in Academiâ docere cœpiſſet; unde cuivis judicandum relinqueret, quo jure, quâ injuriâ tantum ipſi moleſtiarum creatum fuiſſet. Præ cæteris autem conquerebatur, à malevolorum inſidiis atque inimicitiis ſletiſſe, quominus, ut vellet, publicæ rei inſervire potuiſſet. Fuit autem *Altingius* vir Germanicè, Belgicè & Anglicè concionandi peritus, Scripturæ Sacræ addictiſſimus, nec non Cocceianiſmo & Rabbiniſmo. * De utroque *Altingio* vid. præ omnibus *Balum* qui Parentis Vitam habuit ex Vitis Profeſſorum Groningenſium 1654. *fol.* Filii verò ex eâ quæ operibus ejus præmittitur.

SCRIPTA:

1. *Fundamenta punctationis Linguæ Sanctæ*. Groningæ 1654. 1658 & 1675. 8. juxta *Lipenium*. Recentius prodierunt cum *Synopſi Inſtitutionum Chaldæarum & Syrarum, necnon ſimili Inſtitutionum Samaritanarum, Rabbinicarum, Arabicarum, Æthiopicarum & Perſicarum Synopſi*, à *Georgio Othone* adornatâ. *Francof.* ad Mœn. Frid. Knoch, 1701 in 8.

Cùm in profeſſione Linguarum Orientalium in Groningenſi Academia annum jam ageret undecimum *Jacobus Altingius*, ſuaſu atque deſideriis amicorum inductus, A. 1654. fundamenta Linguæ Sanctæ eum in finem evulgare inſtituit, ut controverſiam *Buxtorfium* inter atque *Capellum* de punctorum vocalium antiquitate, tanto animorum certamine diu agitatam, theſibus hiſce ſuis quadantenus illuſtraret, & contra quam *Capellus*, ejuſdemque antelignanus *Elias Levita* (quaſi inventum humanum Hebræorum puncta vocalia ſolommodo ſaperent,) exiſtimavit ab ipſiſmet linguæ hujus incunabulis eadem arceſſenda eſſe, clariſſimè evinceret. Hoc ut commode atque argumentis firmiſſimis demonſtret, ſubtilitatem hancce ſuam non ad normam Rabbinorum eorundemque principis *Kimchii*, qui ſolum legendi, ſcribendique artificium, per præcepta quædam euntes, Lectori adaperiunt, informat, ſed ipſum inſuper τὸ διότι exemplorum, quibus regulæ multum confirmantur, per cauſas ex imis Linguæ principiis atque fundamentis depromtas, inſimul declarat. * *Act. Lipſ.* 1702. p. 21. *Ephem. Erud.* ejuſd. anni, *p.* 314.

2. *Hebræorum Reſpublica Scholaſtica, ſive Hiſtoria Academiarum & Promotionum in populo Hebræorum*, geminâ Oratione delineata, & in geminâ Panegyri Academicâ ab Autore recitata: prior 10 Kal. Sept. Julian. 1647 cùm Recturam Academicam deponeret: altera 6 Non. Quintil. Julian. 1651, cùm Dn. *Thomæ Ghyſe* Zutphanienſi ſummum in Philoſophia gradum conferret. Acceſſit *Appendix gemina*, complectens Catalogum Doctorum Judæorum ex Celeb. D. *Jacobi Capelli* Synopſi, Centuriis quinque Hiſtoriæ ipſius Eccleſiaſticæ præfixâ: & Hiſtoriam literarum & artium apud Hebræos, ex præfatione *Petri Martinii* Navarri in Technologiam Grammaticæ Hebrææ. Prodiit libellus *Amſtelod.* apud Joan. Janſſon. 1652. in 12.

3. *Internuncius Dei gemius, Veteris alter, alter Novi Teſtamenti: ſeu Vaticinii Moſaici, quod Deut. XVIII exſtat, plenior explicatio.* Groningæ 1658 in 12. Epiſtola dedicatoria Curatoribus Academiæ Groningenſis eod. anno ſcripta eſt IV Kal. Mart.

4. *Schilo, ſeu de vaticinio Patriarchæ Jacobi, quod Geneſ. XLIX, 10 exſtat, Libri V. Quibus vera interpretatio redditur, ex eventu demonſtratur, & ad Judæorum convictionem aſſeritur: ſimul varia Religionis Chriſtianæ capita, necnon utriuſque Teſtamenti dicta, ex ipſorummet Judæorum ſcriptis illuſtrantur, vel etiam confirmantur.* Franeck. 1660 & 1662. in 4.

5. *Explicatio doctrinæ Synodi Nationalis Dordacenæ de Sabbatho, juxta Regulas ibidem conceptas.* Groningæ 1671 in 12.

6. *Academicarum Diſſertationum Heptades duæ*: prior *Theologicarum*, poſterior *Philologicarum*: Acceſſit *Heptas Orationum*. Groningæ 1671. in 4. Præmittitur ſatis prolixa Præfatio eod. anno data Groningæ prid. Id. Mart.

Diſſert. Theol. I. ex *Heb. VI*, 1. 2. inſcribitur: *Capita Catechetica Religionis Chriſtianæ pro Catechumenis Hebræorum adultis*: II *de notitia Dei naturaliter inſitâ* eaque generalis, ex *Rom. I*, 19. Reſp. *Alb. Alberthoma* (de quo ſup. *p.* 195.) *III. IV & V* ſpeciales de eodem argumento: VI *de libero arbitrio*: VII *de Meſſia θεανθρώπου egreſſibus*. Appendix *de ortu Meſſiæ humili*, ſive *Paraphraſis* in Eſ. VII.

Diſſert. Philolog. I. *de conſtantiâ vernacula Judæ Hebrææ Linguæ in Captivitate Babylonicâ*: II *de tempore captarum & modo uſurpatarum in Eccleſiâ Verſionum S. Scripturæ*: III *de punctis & pronunciatione Tetragrammati* Jehova: IV *de numero plurali Nominis* Elohim: V de integritate vocis *Kaari* quæ *Pſ. XXII*, 17 exſtat. VI *de perfoſſione Aurium*, memorata *Pſ. XL*, 7. VII. *de Proſelytis, & eorum Baptiſmo*.

Orationes IV *de Republica Hebræorum Scholaſtica*, nimirum I *Hiſtoria Academiarum*: II *Hiſtoria Promotionum Academicarum* (vid. ſup. n. 2.) III *Studioſus Hebræus*: Oratio dicta 23 Aug. 1651 cùm Academiæ Recturam ſecundùm ſuſciperet: IV *Doctor Hebræus*: Oratio dicta in depoſitione Recturæ 23 Aug. 1659. *Tres poſteriores* de veſtimentis Summi Sacerdotis propriis: quæ ſunt I *Mitra, cum Frontali*, dicta 3 Maii 1667 cùm Profeſſionem Theologicam auſpicaretur: II *Stola*, ſub auſpicium Recturæ Academicæ explicata 24 Aug. 1668: III *Ephod & Pectorale*, ſub finem Recturæ Academicæ deſcripta 23 Aug. 1669.

7. *Epiſtola*

7. *Epiſtola de reconciliatione Mareſiana*. Leovard. 1673. in 4.

8. *Den gerechtveerdigden Ende rechtveerdigmackenden Chriſtus*. Groning. 1673. in 12. *Libenius* verh. *Juſtificatio hominis ex mente Calvinianorum*.

9. *Verklaaringe der zehen Geboden* &c. Groning. 1678. 8. Idem voce *Decalogus*.

10. *Spes Iſraelis*, ſive *Commentarius Eccleſiaſticus in Cap. XI Epiſt. ad Romanos: in quo Myſterium Converſionis Judæorum explicatur, & quamplurimis teſtimoniis Propheticis confirmatur*. Leovard. 1676. in 4. Eod. anno Jan. 10 data eſt Groningæ Epiſt. dedicatoria ad Seren. *Henricum Caſimirum* Principem Naſſov. *&c. &c.* quam ſequitur Prooemium eod. die ſcriptum, quo totius operis ratio exponitur. Diſtribuitur in Conciones LIV à die 19 Febr. 1671 ad 19 Maii 1671 habitas. Subjicitur Sermo Academicus *de Iſraelis reſtitutione in patriam ſuam*, A. 1672. Sept. 24 poſt ſolutam obſidionem Groninganæ urbis recitatus, in exordio Lectionum Theologicarum.

11. *Analyſis & Notæ in IV priores Moſis Libros, & in XXIV priores Pſalmos*.

12. *Commentarius in Deuter. à Cap. I ad XIX, v. 12.*

13. *Lectiones in Jeremiam*.

14. *Collationes variarum Vet. Teſtamenti Prophetiarum quæ in Novo allegantur*.

15. *Comment. Theoretico-Practicus in loca quædam è Pentateucho, libris Samuelis, Regum, Paralipomenon, Eſthere, Jobo, Pſalmis, Proverbiis, Cantico, & Prophetis ſelecta*, quorum ſenſus indicatur, & oſtenditur uſus in Religione & Ethica.

16. *Comment. locupletiſſimus* ejuſd. generis *in totam Epiſt. ad Romanos, cum ejus analyſi*.

17. *Analyſis exegetica in Epiſt. ad Coloſſenſes*.

18. *Prælectiones in Epiſt. ad Hebræos à Cap. I ad IX, v. 10.*

19. *Conciones in loca ſelecta Novi Teſtamenti*.

20. *De Sabbatho Libri VI*.

21. *Analyſis exegetica Catecheſeos Palatinæ*.

21. *Methodus Theologiæ Didactica*.

23. *Diſſertationum Academicarum Theologicarum & Philologicarum* (præter memoratas n. 6.) *Heptades V* quarum I de Scriptura Sacra & ejus perfectione; II de Juſtificatione; III & IV de Meſſia, V varii argumenti.

24. *Orationum Heptades aliæ II*. Eæ ſunt, ni fallor, Diſſertationes & Orationes, quas ſub tit. *Theſaurus Groninganus* Amſtelod. 1698. in 4. produiſſe ait *Le Long*.

25. *Sciagraphia Biblica ſeu ſpecimen œconomiæ Patriarcharum*. Compendium quoddam hiſtoricum Theologiæ, juxta ordinem quo in Scriptura Sacra continetur, diſpoſitæ. Tractatus autem non eſt abſolutus, ſiquidem à Creatione initium habet.

26. *Epiſtolæ* quamplurimæ, & ex Epiſtolis excerpta. Dignæ ſunt quæ legantur, tum propter argumenta Critica in iis tractata, tum propter moderationem Autoris circa Controverſias inter Theologos Batavos ſuo tempore agitatas, plurimaque hiſtorica facta in iis contenta.

27. *Mantiſſa Miſcellanea*, in quâ præter alia *Epiſtola de reconciliatione Mareſiana*, & ſcriptum Curatoribus exhibitum de Propoſitionibus XXXI à *Mareſio* Autori tributis continetur.

Hæc omnia *Altingii* Opera, tum jam ſeorſim edita, tum hactenus inedita ſimul collegit *Balthazar Bekkerus* Eccleſiaſtes Amſtelodamenſis cum *Gerardo Altingio* Autoris filio & hærede, & præcipuis defuncti diſcipulis, quorum nomina in ſingulorum tomorum præfationibus commendantur; eaque prodierunt *Amſtelod.* apud Ger. Borſtium 1687 *fol.* in Tomos V diſtributa. * *Act. Erud.* Supplem. *Tom. I. p.* 255. Clerici *Bibl. Univ.* Tom. IV. p. 354-381.

Compendium Hiſtoriæ Sacræ, Tiguri 1691 in 8. editum hunc *Jacobo* tribuit *Le Long* p. 605. quod *Henrici* patris opus eſſe ſupra dictum eſt ubi de illo, *n. 9.*

ALTKIRCHERUS (*Euſebius*) Nomen fictitium ſub quo latuit *Chriſtoph.* HERDESIANUS quem vide.

ALTMANNUS (*Joh.*) Zoſinga-Bernenſis natus anno 1664. poſt aliquot munera Eccleſiaſtica in agro Bernenſi obita ad Gymnaſiarchatum in urbe vocatus A. 1711. Opuſcula ejus edita ſunt

1. *Wohlgemeintes Sendſchreiben an die ſo genanten Pietiſten in der Evangeliſchen Kirchen* 1700. in 8.

2. *Neugebahnter Weg zwiſchen den Proteſtirenden zu einem Evangeliſchen Kirchen-Frieden*, in 4. 1705. & 1722.

3. *Moſes und Aaron unter dem neuen Teſtament, oder Evangeliſches Staats und Kirchen Regiment* in 8. 1709.

4. *Der einige Weg des Heils durch den Glauben an Chriſtum uber die Worte* Tit. II. 11. 12. 13. in 12. 1710.

5. *Catechetiſcher Leuchter und Rauchwerck, oder Erklärung und Gebätte uber den Heidelbergiſchen Catechiſmum*, in 8. 1710. *Bibl. Brem.* Claſſ. VI. p. 721.

6. *Chriſtliche Religions-Geſpräch* 2. Vull. in 8. 1710.

7. Genuina Analyſis *oder naturliche Zertheilung der Fragen des Heidelbergiſchen Catech.* in 8. 1710.

8. Analyſis Theol. Scripturariæ *oder kurtzer Begriff der gantzen Religions-Lehr nach Ordnung der H. Schrifft vorgeſtellt*, in 8. Bernæ 1710. * *Bibl. Brem.* Claſſ. VI. p. 722.

ALTMANNUS (*Joh. Georgius*) *Johannis*, ut ſuſpicor, de quo ſupra, filius, hoc anno 1732 ſuperſtes, cujus habentur

1. Obſervatio Philologica *de Gallicinio Hieroſolymis in ædibus Pontificis audito*. Extat in *Bibl. Brem.* Claſſ. V. A. 1721. p. 451-457.

2. Obſervationes ad locum Act. XVI, 14 *de Lydia Thyatirenſi*. Ibid. *p.* 670-679. Conf. quæ ſub tit. BIEL (*Jo. Chriſt.*)

3 *De lingua Opica, Italorum antiquiſſima, eorumque origine* Exercitatio Philologico-Critica. Bernæ 1721. in 8. Citatur *Claſſ VI* p. 367.

4. Animadverſio in Matth. III, 9. & Luc. XIX, 40. *De Lapidibus teſtimonium de Chriſto exhibentibus*. Extat *Claſſ. VII.* A. 1723. p. 261-268.

5. Oratio *de recta legum ferendarum ratione* habita Bernæ pro vacua ſede Juridica. Bernæ 1723. in 4. Citatur *ibid.* p. 1088.

6 Spicilegium *de pœna ſervi mali & injuſti* ad loca Matth. XXIV, 51 & Luc XII, 46. Extat in *Muſæo Brem.* A. 1728. Tom. I. p. 95-104.

7. Quædam præterea *Joh. Rodolphi* Theologi Bernatis Opera Germanice vertit, cujus & Orationem funebrem dixit. Conf. quæ de illo dicemus.

ALTMANNUS Monachus Altovillarenſis. Vid. ALMANNUS.

ALTOGRADI (*Coſmus Maria*) gente Italus, Ord. FF. Prædic. Patria & profeſſione Lucenſis, Sacræ Theologiæ Lector, medio Seculo XVII florebat. Habetur

Orazione detta da lui nella Chieſa di San Domenico alla preſenza del ſupremo magiſtrato, Piſtorii 1657 in 4 cujus meminit *Cinellus* Bibl. Volante *Scanzia V. p.* 20. apud *Echard II.* 586.

ALTOMANDUS (*Octavianus*) ab oppido Octaviani in agro Neapolitano, Carmelitanus, Sacræ Theol. Magiſter, Studiorum Præfectus, & Academici Theologorum Collegii Neapolis Decanus, item majoris Conventûs ejuſd. Urbis Prior, ac Provinciæ Neapolitanæ Provincialis, obiit 9 Maii 1648. Scripſit Latinè Opuſculum *de optimo Generali eligendo pro Comitiis Generalibus ſui Ordinis* A. 1625. *Neap.* eod. anno in 4. * Spec. Carmel. *Tom. II. n* 3747. *p.* 1073.

ALTOMARUS (*Clemens*) Averſanus (d'Averſa) in Regno Neapolitano, Clericus Regularis, reliquit MS. Volumen *ſuper Sac. Theologiam*, Italicè, ut puto,

conſcriptum,

conſcriptum, quod in Biblioth. S. Mariæ Angelorum, à *Pizzo Falcone* à ſe viſum teſtatur *Toppius* p. 66.

ALTON (*Gervaſius*) cujus extat, teſte *Lipen.* I. 595.

Enchiridion, ſeu Manuale ad uſum Parochorum pro viſitatione & cura Infirmorum. Oliv. 1653. in 12.

De ALTON. Vid. GUILLELMUS.

ALTONA (*Chriſtianus*) SCRIPSIT Germanicè

Wahre Seelen-Ruhe in der Chriſtlichen Religion. Hamb. 1717. 8. * *Fabric.* Syllab. Script. pro verit. Relig. Chriſt. *cap.* 31. *p.* 632 ubi de Script. Ex-Judæis adverſus Judæos.

ALTOVITA (*Antonius*) gente Italus, Florentinus, Archiepiſcopus Florentinus Sec. XVI. vir pietate illuſtris, Philoſophus ac Theologus eximius, patriæ Academicus, Cameræ Clericus, ad Florentinas infulas à *Paulo III* A. 1548 promotus, Jeſuitas A. 1551 in urbe excepit. Adfuit Concilio Tridentino; ac poſtmodum duas in Metropoli ſuâ Synodos celebravit. Obiit Florentiæ A. 1573. v Cal. Jan. ætat. 52 cum dimidio, Vitæ integritate, Literarum ſcientia, ac Morum ſuavitate incomparabilis, ut loquitur Epitaphium.

Varia Latinè SCRIPSIT Opera Philoſophica, quæ nondum edita ſcribit *Gaddius.*

1. *Decreta Diœceſana Florentinæ Synodi*, ſub ipſo celebratæ A 1569 eod. anno excuſa ſunt *Florentiæ* apud Barthol. Sermatellium, præfixâ ejuſd. Archiepiſcopi ad Sacerdotes Epiſtolâ.

2. *Decreta Provincialis Synodi Florentinæ*, præcedente in eâ Rev. Dn. *Antonio Altovita*, præfixa item ejus ad Sacerdotes Epiſtola. *Ibid.* 1573.

* Vid. *Negri* Iſtoria degli Scrittori Fiorent. *p.* 53.

ALTOVITA (*Jacobus*) itidem Florentinus, Feſulanus Epiſcopus, Sec. XIV & ſub initia ſequentis claruit. Habitum S Dominici induit in patria, ac tantos in ſtudiis fecit progreſſus, ut inſignis Theologus effectus, maximè honorifica ſui Ordinis munera gerere potuerit. Tanti nominis fuit in Florentina Republica, ut Metropolitana hujus urbis ſede vacante, Senatus miſſo A. 1389 ad *Urbanum VI* Viterbii tunc commorantem Inſtrumento, ei *Jacobum* ſummoperè commendarit propter eximias virtutes; quo beneficio ab iſto Pontifice pro *Altovita* non impetrato, ſedem Feſulanam in ejus gratiam a *Bonifacio IX* obtinuit, ad quam evectus eſt *Jacobus* 18 Jan. 1392. Patriæ Legatus fuit A. 1405 ad *Innocentium VII* unà cum *Thoma Sacchetti*, *Laur. Ridolfi*, & *Piero Guadagni*, Pontifici de ſuâ ad Sedem Apoſtolicam evectione gratulaturus: atque eodem officio functurus miſſus eſt A. 1407 ad *Gregorium XII*, quibus muniis ritè geſtis, ſtudio flagrans extinguendi ſchiſmatis inter hunc Pontificem & *Petrum de Luna*, obiit A. 1409. SCRIPSIT unâ cum concive *Joanne Siglero*

Dialogum de ſedando dicto Schiſmate, quod ſervatur MS. in Regia Gall. Bibl. * Vid. *Negri* ſup. cit. *p.* 320.

ALTUNA (*F. Petrus Lopez* de) Hiſpanus, Segovienſis, Ord. SS. Trinitatis Redempt. Captiv. officium facturus pro commiſſo ſibi Chronographi generalis munere, dedit in publicum

Primera parte de la Chronica general del orden de la Sanctiſſima Trinidad redencion de cautivos. Segoviæ, apud Did. Diez Eſcalante 1637. *fol.* Alteram deſtinabat referendis ſacrarum ædium & Monaſteriorum ejuſdem Ordinis erectionibus, iiſque in eumdem Summorum Pontificum, ac Regum liberalibus collationibus. * *Nic. Anton.* II. 167.

ALTWASSERUS (*Wenceſl.*) ex Pontificio Lutheranus, SCRIPSIT Germanicè

Orationem revocatoriam ex I. Pet. I petitam, unde Poriſmata ad confutandum Papatum ſummè idonea ſunt extructa. Vratiſlav. 1612. 4. * *Lipen.* II. 671.

R. ALU (*Jacob*) SCRIPSIT Hebr.

Generationes Jacobi, h. e. *Conciones* Venetiis editas, ut poſt *Buxtorfium* teſtatur *Bartoloccius*. At ſuſpicatur *Wolfius*, * eumdem eſſe librum hunc quem ejuſdem tituli & argumenti tribuit R. *Jacobo Alba*, qui itidem Venetiis editus eſt, 1609. in 4. †

* *Bibl. Hebr.* p. 611. † *ibid.* p. 580.

ALVA & ASTORGA (*Petrus* de) Ord. FF. Minorum S. Franciſci, Hiſpanus, Sec. XVII clarus, natus in oppido *los Caravajales* nuncupato, Ordinem ſuſcepit in regno Peruano, unde ad Hiſpanos ſuos reverſus, incredibili ardore animi Ordinis ſui Privilegia, & Beatæ Virginis immaculatam conceptionem ſcriptis ſuis propugnavit. In quorum poſteriore argumento perficiendo, &, quoad opus eſſet, validè propugnando, ſi ſe intra limites qui virum religioſum & bonæ cauſæ defenſorem planè decent, continuiſſet, nec ingenio alacri & laſcivienti habenas relaxaſſet, magis placuiſſet forſitan iis etiam qui ſeſe olim huic Deiparæ Virginis privilegio tenendo tuendoque addixerunt: Sed, dum non magis ſpartam hanc ornat, quàm aliter ſentientium nomini, fortunis, doctrinæ, atque ſacris ipſis procaciter inſultat, *S. Thomæ Aquinatis* autoritatem labefactare vult, atque duos Religioſorum ampliſſimos Ordines inter ſe committere, nec ab Eccleſia, cujus in eo res agitur, nec ab ipſo Minorum Ordine, nec à prudentibus hujuſmodi conflictationum cenſoribus ſolidam gloriæ laudem reportaſſe videri poteſt. Familiæ ſuæ in Romanâ Curiâ negotia geſſit, cauſamque, ut vocant, Canonizationis B. *Franciſci Solani* procuravit Lector emeritus. Obiit Bruxellis, vel in alio Belgii loco, menſe Aprili 1667.

SCRIPTA:

1. *Armamentarium Seraphicum pro tuendo Immaculatæ Conceptionis titulo.* Matriti 1648. *fol.* quod cum aliis elucubravit. Volumen alterum hujus operis inter promiſſa recenſetur.

2. *Abecedarium Marianum*, tribus tomis abſolvens litteram A, ſive Collectionis Scriptorum *de Maria Deipara* Pars Iª, eorum ſcilicet quorum nomina à dictâ litterâ A incipiunt, *fol.* Matriti 1648 juxta *Lipen.* qui vocat *Bibliothecam Virginalem*, *ſeu Mare magnum Mariæ.* Alia hujus operis Volumina XVIII promiſerat.

3. *Naturæ prodigium & gratiæ portentum*, hoc eſt, *Seraphici B. Franciſci vita acta ad Chriſti Domini vitam & mortem regulata.* Ibid. 1652 fol.

4. *Indiculus Bullarii Seraphici.* Romæ 1655.

5. *Nova literalis expoſitio Cantici* Magnificat, *pro myſterio Immaculatæ Virginis Mariæ.* Matriti 1656 in 4.

6. *Opuſculum, quòd titulus* Immaculata, *quomodocunque Mariæ adſcribatur, ſemper appellat & ſupponit pro phyſico conceptionis inſtanti.* Ibid. 1658.

7. *Sol Veritatis cum Ventilabro Seraphico pro candida Aurora Maria in ſuo Conceptionis ortu ſancta* &c. Ibid. 1660 fol.

8. *Nodus indiſſolubilis de Conceptu mentis, & Conceptu ventris, hoc eſt, inter immunitatem ab omni defectu & errore Angelicæ Doctrinæ S. Thomæ & præſervationem ab omni culpa, & macula puriſſimæ animæ Virginis Mariæ.* Bruxellis 1661 in 8. ac locupletior 1663 in 4. Vid. *Oudin.* Tom. III. p. 354 & 363 ubi miratur quomodo Ordo FF. Minorum paſſus ſit, ut *Petrus de Alva* tam portentoſum opus in publicam lucem emiſerit, ineptum, ſuperbum, apertiſſimiſque mendaciis plenum. Conf. *Acta Erud.* 1697. p. 183. & quæ nos ubi de *Elia* VEIELIO.

9. *Militia Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ contra malitiam originalis infectionis peccati.* Lovanii 1663 fol.

10. *Radii Solis veritatis cæli atque zeli illuſtrantes Fratrum Minorum ſententiam communem, & P. Ord. Prædic. ſententiam ſingularem pro SS. Virginis Mariæ electione, productione* &c. Ibid. anno & forma iiſdem.

Vernaculè decertavit acerrimè his libris pro eodem myſterio, ſcribens

11. *Soplos en defenſa de la Pura Concepcion de Nueſtra Señora*

Digitized by Google

Señora contra algunos atomos que ſe an levantado y opueſto al Sol de la Verdad ; ſub nomine *Petri à Conceptione*, Valonæ, ut præfert, 1661. in 8. & Cæſaraug. 1662. Liber pro defenſione Immaculatæ Conceptionis & *Solis veritatis*.

12. *Riſa del Alva*, ſub nomine *Joannis Garcia de Loayſa*, in defenſionem *Solis Veritatis*, Lovanii 1663 in 8.

13. *La Roſa Seraſica*, contra libellum ſupplicem Mag. Fr. *Joannis Martinez de Prado* Caſtellæ Præfecti Provincialis, ſub eodem *Loayſa* nomine, 1663. fol.

14. *Sermon de Peor eſta que eſtaba*, ſub eod. nomine. *Matriti* 1663 in 4.

15. Reſpueſta ſin reſpueſta al papel intitulado, *Su oro al Ceſar* ; ſub nomine ridiculo *Joannis de ſi es, no es*. Cæſaraug. ut ſonat, 1663. in 8. Defenſio hæc eſt opuſculi quod præmiſerat, hujus tituli:

16. *Juicio de Salomon*, ſeu de adjudicandâ *Pontio Carbonello* Catenâ aureâ ſuper Geneſim, ac S. *Thomæ* Aquinati abjudicanda, 1661 in 8.

17. *Pleito de los libros y ſentencia del Juez* &c. ſub nomine *Roderici Rodriguez*. Dertuſæ, ut præfert, 1664 in 8. Cenſura ſcilicet Scriptorum Dominicanorum.

18. *Reſpueſta limpia a los papeles manchados que ſe an eſparcido eſtos dias contra la Conſtitucion de* Alexandro VII *&c.* (vid. ſup. *p.* 275. *n.* 12) *defendiendo la coſtumbre ſanta que ſe obſerva en los Reynos de Eſpaña* &c. Lovanii 1663. in 4. Opus adverſus varia ſcripta quibus oppugnatur *Alexandri VII* Conſtitutio in gratiam Conceptionis Immaculatæ.

Publici juris fecit inedita aliorum hæc opera.

19. *Monumenta antiqua pro Conceptione ex vigiati Tractatibus & Sermonibus antiquis* in 4.

20. Allegationes & Aviſamenta *Joannis de Segovia* Canonici Toletani *pro Concilio Baſileenſi ad informandos animos* &c. *de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ*. Bruxellis 1663 fol.

21 *Monumenta ſingularia, pro Immaculata Conceptione ex XXVIII libris excuſis, ſed jam penè extinctis*, an in lucem prodierint, neſcio.

Editurum ſe promiſerat olim (præter memorata)

22. I. *Bullarium ſuæ Religionis* X Tomis.

23. II. *Arcana Elogia S. Franciſci*.

24. III. *Super duo Evangelia feſtorum ejuſdem*.

25. IV. *Glorias Seraphicas*, vulgari ſermone.

26. V. *Bibliothecam Conceptionis*, VI voluminibus.

27. VI. *Bullarium Conceptionis*.

28. VII. *Franciſcum Evangelizatum in illud* Confiteor tibi Pater *&c.* & illud, *ſi quis vult venire poſt me* &c.

29. VIII.° *Armamentarium Angelorum*, cujus ipſe *Alva* meminit in *Militia Conceptionis*, verb. *Landalphus de Saxonia*.

30. IX. *La Vida de Jeſu en el vientre de Maria*, ſive hujus operis interpretationem Hiſpanam.

31. X. *Memento homo, quia pulvis es* &c. *pro myſterio Immaculata Conceptionis, ubi refertur quidquid contra illud actum eſt ab aliquibus ſcriptoribus antiquis* in 4. Meminit in *Militia Conceptionis*, & alia forſan.

de ALVARADO (*Antonius*) Hiſpanus, Benedictinus Monachus, Pinciæ aggregavit ſe huic Religioſo Ordini, Concionumque habendarum exercuit miniſterium : Iracienſe quoque in Navarris cœnobium rexit, clarus Sec. XVI & XVII.

Scripta:

1. *Arte de bien vivir, y guia de los caminos del Cielo*, duobus tomis. *Iracii* Navarrorum 1608. in 4. *Pinciæ* 1613. *Iraciique* iterum, 1616. 4.

2. *Practica manual de la Vida Chriſtiana*. Pinciæ, 1610. 8.

3. *Guia de los devotos y eſclavos del Santiſſimo Sacramento* : Ibid. 1613. in 8.

4. *Ramillete de flores y excelencias de Nueſtra Señora, y guia de los eſclavos de ſu penoſo deſtierro*. Pampelone, apud Nic. Aſſiayn, 1617. in 8. * *Nic. Anton.*

ALVARADO (*Franciſcus* de) Hiſpanus, Archidiaconus de *Birvieſca* in Eccleſia Burgenſi, Protonotariuſque Apoſtolicus, ad Mariam Auſtriacam Imperatorem Scripsit

Frutos admirabiles de la limoſna : Eleemoſynæ fructus admirabiles ; pluribus Sacræ Scripturæ, veterumque Autorum hiſtoriis collectis & in Hiſpanicum ſermonem converſis. *Compluti* 1609. 8. * *Nic. Anton.*

ALVARADO (*Garſias Lopez* de) Hiſpanus, edidit Romæ

Compendio de Confeſſion ; apud Vincent. Lucrinum 1558. in 8. * *Nic. Anton.*

ALVAREZ (*Alphonſus*) Hiſpanus, Toletanus, è Latino Hiſpanicè vertit, teſte *Nic. Antonio*

Los Morales de S. Gregorio. Hiſpali apud Jac. Cromberger 1513. Tomis II *in fol.* & Salmant. 1534.

Librum Jobi addit *Jac. Le Long* p. 542.

Alius eſt *Alphonſus Alvarez* Guerrero quem vide.

ALVAREZ (*Antonius*) Hiſpanus, Beneventanus, Ordinis Minorum Provinciæ S. Jacobi, Concionibus ad populum in Salmantina domo habendis præpoſitus, edidit

1. *La Silva eſpiritual*, tribus partibus. *Prima* edita eſt Salmanticæ, deinde Valentiæ anno 1591. *Secunda* Valentiæ apud Phil. Mey 1590. & Salmanticæ 1594. *Tertia* additionum, Barcinone apud Gabr. Lloberas 1595. & Valentiæ 1596. 4. *Quinta* hujus operis editio prodiit ex Mattiſen. officina, anno 1597. 4. deinde & alibi 1605. & 1615. in 4.

2. *Primer tomo del Santoral, o Miſcellaneas*. Salmanticæ, apud Artum Tabernier, 1607. 8. * *Nic. Anton.*

ALVAREZ (*Balthaſar*) natione Hiſpanus, patriâ Cervarienſis in diœceſi Calagurritana, nobilibus parentibus natus anno 1533 patre *Antonio Alvarez*, matre *Catharina Manriquia* : Societati Jeſu ſe adjunxit Compluti die 3 Maii 1555. Edidit quatuor votorum profeſſionem Methymnæ Campi Cal. Maii 1567. cum Rector ejus eſſet Collegii, & Tyronum Magiſter, & ex eodem munere Procurator triennalis Romam à Provinciâ miſſus eſt ann. 1571. Provinciam totam adminiſtravit pro *Ægid. Gonz. Davila* profecto ad Comitia generalia ; & ſubindè Salmanticenſis Collegii Rector fuit. Mox Villagarciæ Tyronum rurſùs Inſtructor, & Rector conſtitutus anno 1576. inde Viſitator Aragoniæ factus, eâ luſtratione peractâ Peruanæ Provincialis, & mox pro eâ Toletanæ deſignatus, in ejus muneris ingreſſu ſanctiſſimè diem obiit Belmontii, 8. Cal. Aug. ann. 1580. ætatis ſuæ 47. initæ Societatis 25. Scripsit

1. *Relationem de modo ſuæ Orationis*, ad Præpoſitum Generalem Soc. Jeſu.

2. *Tractatum, quo diluit difficultates ſibi contrà eum propoſitas*.

3. *Tractatum de modo & ratione loquendi de rebus ſpiritualibus*, contra depravatas Phraſes Illuminatorum, qui anno 1575. in Bœticâ Hiſpaniæ Provinciâ multas ejus generis perniciosè atque hæreticè uſurpabant. Inſeruit hæc opuſcula *Lud. de Ponte* ejuſdem Soc. Vitæ *Alvarezii*, quam Hiſpanicè ſcripſit, & Latinè vertit *Carol. Bovius* Sodalis Antverpiæ editam, anno 1670. in 4. prius *Matriti* evulgatam A. 1615. & *Coloniæ* anno ſequenti. In eâ legitur (*cap.* 11. *§.* 2.) Alvarezium *S. Thereſiam* cognoviſſe divinitus. *Cap.* 6. narrantur *mira quædam Methymnæ & alibi per Balthazarem geſta cum proximis, precationis vi, & notione arcanorum pariter, ac futurorum* : Cap. 53 *divina quædam oſtenſa de ipſius felici obitu, gloriaque. Poſt ſuprema aliquibus, uti vivens, opem cœleſti vi affert.* Cap. 54 eoque ultimo *Balthaſaris corpus ad Collegium Villagartienſe defertur. Elogia in ejuſdem funere Concio recitatur.* Eum ut *Contemplationi deditum* in ſuo Autorum Myſticorum Catalogo *p.* 323 memoravit *Petrus Poiret*.

Laudatur

Laudatur etiam ab *Ant. Baldaſſarri* (a) Jeſuita, qui notat fuiſſe, niſi acutum ac profundum Theologum Scholaſticum, ſaltem inter Myſticos inſignem: *eſſendo egli ſtato*, inquit, *ſe non de' piu acuti, e profondi Theologi Scolaſtici, al meno ſegnalatiſſimo tra Miſtici.*

(e) *Vite di Perſonaggi illuſtri* p. 60.

ALVAREZ (*Balthazar*) alter, natione Luſitanus, itidem Jeſuita, vir inſigniter doctus, Theologiam in Eborenſi Academiâ diu cum laude profeſſus, ibidemque in Cancellarii munere ſtudia moderatus, obiit anno 1628. vel 1630. 12 Febr. Conimbricæ: Concinnavit *Indicem expurgatorium librorum ab ortu Lutheri ad ſua uſque tempora*: qui autoritate D. *Ferdinandi Martinez Maſcarenhas* Algarbiorum Epiſcopi, ſupremique per Luſitaniam Inquiſitoris, fuit publicatus. * Conf. de utroque *Alegamb. Nic. Anton.* Diction. *Morer.* ex *Mem. Portugallia.*

Ejuſdem nominis Autori tribuit *Lipenius*

1. *Res geſtas Davidis.* Heidelb. in 12.

2. *Vitam Maria Magdalena* 2518.

ALVAREZ (*Benedictus*) Hiſpanus, Ciſtercienſis Monachus Monaſterii *Vallis-Eccleſiarum*, Patriarchæ ſui *Bernardi* libros duos *De diligendo Deo*, ac *De interiore domo*, in vernaculum ſermonem vertit, atque edidit *Matriti* anno 1616. in 8. * *Nic. Anton.*

Talaverâ municipio oriundum affirmat D. *Thomas Tamaius.*

ALVAREZ (*Benedictus*) alius, itidem Hiſpanus, Benedictinus Monachus ex *Sti Facundi* monaſterio, SCRIPSIT teſte *Nic. Anton.*

Apologia en defenſa de la antiguedad, que tiene la confirmacion de la orden de San Benito. Matriti 1636. 4.

ALVAREZ (*Damianus*) Ord. FF. Prædic. Hiſpanus, patria Methymnenſis Caſtellæ veteris oppido à Rivo Sicco vulgò *Medina de Rio Seco*, major natu fratrum duorum germanorum, *Didaci*, ſcriptis & infula conſpicui, & alterius S. Theologiæ præſentati concionatoriſque primi nominis, qui poſt ipſum in eodem Conventu Ordinem amplexati ſunt Methymnæ, vir fuit moribus eruditione ac religione commendatus, ſuoque aliquandò dicto Conventui præfuit Prior, anno ſcilicet 1610. Prædicatoriſque titulo Generalis in ſua provincia fuit inſignitus. Quo ille obierit loco & anno Gentiles ſui omiſerunt, annum tamen 1621, quo, Fratris ſui *Didaci* Tranenſis Archiepiſcopi libros IV approbavit, ſuperaſſe pro comperto habemus, forteque pluribus aliis ſupervixit annis. SCRIPSIT

1. *Expoſicion de los Evangelios del adviento y del primero lunes de quareſma y dia de Navidad &c.* Burgis, Jo.Bapt. Vareſii 1610 fol.

2. *Las Lagrimas de San Pedro en octava rima.* Neapoli, 1613 in 12.

Quod ſecundum opus verſio eſt Poematis Italici ejuſd. tituli *Ludovici Tranſili*. Ejus meminerunt apud *Echard.* II. 421 *Fernandez* in Concert. & *Nic. Anton.* qui emendandus, ubi de *Damiano* ait, *Vivebat adhuc tempore quo* Alphonſus Fernandez *Scriptorum Dominicanorum Indicem publicavit anno ſcilicet MDXVIII*: legendum eſt MDCXVIII.

ALVAREZ (*Didacus*) Tranenſis Archiepiſcopus, ejuſdem cum *Damiano* mox laudato patriæ & profeſſionis, natus circa medium Sec. XVI, Ordinem amplexatus adhuc adoleſcens, Theologus evaſit ætate ſua clariſſimus, Magiſterioque donatus, triginta & amplius annos ſacram doctrinam legit in ſtudiis generalibus Burgenſi, Trianenſi, Placentino, Taurenſi, Pinciano, Gregoriano & Romano ad Minervam, in quo decem annis Regentem primarium egit cum ingenti omnium Ordinum plauſu, innumeroque auditorum concurſu. In urbem autem veniendi hæc ei fuit occaſio. Novum ſcilicet ſuum de libertatis humanæ cum divina gratia conciliatione ſub titulo *Concordiæ* adinventum non priùs edidit *Lud. Molina* cùm graviſſimæ ex eo opere in Academiis Hiſpanis exortæ ſunt tempeſtates, Dominicanis concordiam illam Molinianam ejuſmodi ſibi viſam à ſcholis excludi, imò & ab Hiſpanæ Inquiſitionis Tribunali damnari pro virili ſatagentibus, Patribus Societatis contra communi conſilio illam defendentibus. Cùm itaque litem hanc Papa *Clemens VIII* ad ſuum ſolium evocaſſet, ex Hiſpania ſelectus eſt *Didacus* noſter cum *Thoma de Lemos*, Romamque delegati, qui pro gratia per ſe efficaci juxta SS. *Auguſtini* & *Thomæ* mentem ſtarent ac decertarent. Urbem primùm ingreſſus eſt *Didacus* 7 Nov. 1596; quantùm autem vir acris judicii in ſolemnibus illis Sodales inter & Societatis Jeſu Profeſſores ſub *Clemente VIII* & *Paulo V* agitatis diſputationibus claruerit, fusè enarrat *Hiſtoria Congregationum de Auxiliis Divinæ Gratiæ*, quibus addas libellos in ejuſdem Hiſtoriæ defenſionem editos hoc tit. *L'Hiſtoire des Congregations de Auxiliis juſtifiée contre l'Auteur des Queſtions importantes*, & *Le Correcteur corrigé, ſuite de la Juſtification* &c. Tanto autem dictis Pontificibus in pretio fuit ob præclaras animi dotes *Alvarezius*, ut eum peractâ ſolutâque hac celebri diſputatione ad Archiepiſcopatum Tranenſem in Terra Baris regni Neapolitani libens evexerit *Paulus V* anno 1606, die 19 Mart. quam ſedem ad obitum uſque rexit, deceſſitque vir pius, laboribus, ſtudiis, & ſenio fractus, anno 1635. Ejus cum laude meminère *Fernandez*, Ughellus *Ital. Sac.* Tom. VII. *Fontana* in Theatro & in Monum. *Nic. Antonius* ubi ait *opera* eum *Theologica* priuſquam ad infulas eveheretur *foras emiſſa* infulis ipſis *adhuc magis conſpicuum orbi reddidiſſe, & uſque hodie reddere.* Hæc autem præter alia hactenus, inquit *Echardus*, inedita, poſteritati ab eo relicta ingenii ſui monumenta.

SCRIPTA:

1. *Comment. in Iſaiam juxta ſenſum literalem & moralem, cum annotationibus SS. Patrum, & aliquibus animadverſionibus in gratiam Prædicatorum in unum collectis.* Romæ 1599, 1602 & 1615. in 4. Tomis II.

2. *De Auxiliis Divinæ Gratiæ & humani arbitrii viribus & libertate, ac legitimâ ejus cum efficacia eorumdem auxiliorum concordiâ* Libri XII. *Romæ* 1610. & *Lugduni* 1610 *fol.* ac prius 1611 in 4. Vid. *Morhof.* Polyhiſt. Liter.

3. Anno 1606 *Relationem brevem* ediderat Actorum in Collegio Ambroſiano S. J. Pinciano, dum Theſes Molinianæ in eo propugnarentur præſide *Antonio de Padilla* S. J. ſeque inter diſputantes unum recenſet.

4. *De Incarnatione Divini Verbi Diſputationes LXXX, in quibus explicantur & defenduntur quæ in tertiâ parte Summæ Theologicæ docet S. Thomas à Quaſt. I ad XXIV.* Lugduni 1614. Romæ 1615 & Coloniæ 1622. in 4.

5. *Diſputationes Theologicæ in primam ſecundæ S. Thomæ, in quibus præcipua omnia quæ adverſus doctrinam ejuſdem, & communem Thomiſtarum à diverſis DD. impugnantur, juxta legitimum ſenſum præceptoris Angelici explicantur & defenduntur.* Trani 1617 fol. Colon. Agripp. 1621. in 4.

6. *Opera de Auxilio Divinæ Gratiæ*, &c. (ut ſup. n. 2) *Summa in IV libros diſtincta.* Ad eadem operis teſtatur ipſe *Didacus* ſe proprio ſtudio conſcripſiſſe, & ad ea capita majus ſuum opus redegiſſe Romæ 18 Nov. 1618. Prodiit Lugduni 1620. in 12. vel *in* 4. juxta *Lipen.* qui addit ex eo Compendio excerptum *Atreb.* 1628. *Summa* hujus duas teneo Colonienſes editiones A. 1621 & 1649 in 12.

7. *Reſponſionum ad objectiones adverſus concordiam liberi arbitrii cum Divina præſcientia, providentia, & prædeſtinatione, atque cum efficacia prævenientis gratiæ, prout à Sto Thoma & Thomiſtis defenditur & explicatur*, Libri IV. *Trani* 1622 in 4. *Lugduni* 1622. in 8.

8. *Manuale Concionatorum, ſelectiſſimis Scripturæ Divinæ, & SS. Patrum ſententiis per locos communes ordine convenienti digeſtis adornatum, ac varia ad formandos Chriſtiani hominis mores eruditione refertum: Concionatorum, Confeſſariorum & Paſtorum uſui ſingulari-*

ter

ter accommodatum. Trani 1623. & *Colon. Agripp.* 1642 in 4. quam teneo. *Editio altera, ab ipſo Auctore* (ſi titulo fides) *recognita & novâ ad ſingulos Titulos acceſſione locupletata*: cui acceſſerunt duo Tractatus *Gangerici* Hiſpani S. T. D. Congreg. Orat. Presbyt. quorum alter *de Sacramento Pœnitentiæ* Capp. XIII: alter *Inſtructio ad Parochos de Curâ Infirmorum* Capp. XX conſtat. Operis autem *Alvarezii* edit. *Colon.* 1621. 1632. & 1655. item *Herbip.* 1665. in 4. memorat *Lipenius.*

9. *De origine Pelagianæ hæreſis, & ejus progreſſu, & damnatione per plures Summos Pontifices & Concilia factâ Hiſtoria ex Annalibus Card.* Baronii *collecta.* Trani, 1619. in 4. *Lipenius* ait Francof.

10. *Reſponſionum liber ultimus* hoc titulo: *Opus præclarum, nunquam hactenus editum, in quo argumentis validiſſimis concordia Divini arbitrii cum Divina præſcientia, prædeſtinatione, & efficacia gratiæ præveniente ad mentem S. Thomæ & omnium Thomiſtarum, contra eos qui eam impugnare volunt, defenditur & explicatur.* Huic acceſſit *Hiſtoria* mox laudata *de origine Pelagianæ hæreſis* &c. Duaci, curis F. *Lud. Bertr. Lorb*, 1635 in 8.

Hoc opus à quibuſdam dicitur *Reſponſionum liber ſeptimus* manifeſta hallucinatione, etſi enim in edito ita legatur alicubi, Typorum eſt erratum, legique debet *ultimus*, cùm non ſequatur ad libros ſex priores qui fuerint, ſed ſit ad nova, tum contra XII *de Auxiliis*, tum adverſus IV priores Reſponſionum libros objecta reſponſio, & major explicatio. * Vid. *Echard.* II. 481. *Nic. Anton.*

ALVAREZ (*Didacus*) Hiſpanus, Granatenſis, Jeſuitarum ſodalis, morum Theologiam profeſſus fuit, deque eâ interrogatus, magnâ omnium commendatione aliquot annis reſpondit. Obiit Hiſpali, in domo profeſſa, cui præerat, anno 1617. Sub nomine *Melchioris Zambrano* Clerici Hiſpalenſis edidit Opuſculum hâc inſcriptione.

1. *Deciſio caſuum occurrentium in articulo mortis.* Hiſpali 1604 (a) SCRIPSIT quoque

2. *De Teſtamentis Tractatum*: quem ineditum dicit *Nic. Antonius* poſt *Alegamb. Bern. Alderete* in Libro *de las Antiguedades de Eſpaña y Africa*, ſub *Didaci Alvarez*, Jeſuitæ nomine laudat opus typis nondùm eo tempore editum *De la venida de S. Jago a Eſpaña*: quod ad noſtrum an pertineat ignoratur.

(a) Vid. *Placc.* in Pſeud *p.* 621. *n.* 2915.

ALVAREZ de los Reyes (*Emanuel*) patria ex oppido S Chriſtophori Inſulæ Teneriſe, edidit carmine

Alabança (Laudes) *de la Glorioſa Santa Anna, y San Joachim.* Olyſſip. 1604. in 8. * *Nic. Anton.*

ALVAREZ (*Gabriel*) Hiſpanus, Oropeſanus, Jeſuita, Societatem iniit Cæſarauguſtæ Id. Nov. anni 1582. ætat. 18. Vir fuit multæ eruditionis, dignuſque quem vel hoc nomine abſentem amaret *Juſtus Lipſius* Belgarum eruditiſſimus, Majoricenſis & Barcinonenſis Collegiorum Rector, ac inter ſuos humaniorum literarum, moraliſque, expoſitivæque Theologiæ Rector. Obiit A. 1645. (*a*) Dedit in lucem

1. *Iſaiam expoſitum*; fol. 2. Tom. *Lugduni*, 1623. Eod. anno Kal. Jul. data eſt è Collegio Valentino Provinciæ Aragoniæ Epiſtola dedicatoria Dn. *Hugoni de Moncada* Marchioni Aytonenſi &c.

2. *Tres Conciones.* Hiſpanicè.

Ab eo item expectari juſſit *Alegambius*

3. *Commentaria in Oſeam Prophetam* (b).

4. *Hiſtoriam Provinciæ Aragoniæ Societatis Jeſu*, & alia.

(a) *Le Long* p. 605 *Du Pin* Tab. Univ. *II.* 2015.
(b) Huic operi editionem *Lugdun.* 1623 perperam apponit *Lipenius* II. 41 quam *Tom. I p.* 613 rectè in notat ſub tit. *Comment in Iſaiam*, ubi delenda edit. *Romana* 1599 quæ ad priorem *Didacum* ſuperiùs laudatum pertinet.

ALVAREZ (*Gabriel*) Hiſpanus, Toletanus, Eques Ordinis Alcantaræ, Regi Hiſpaniarum à ſecretis, & primus Bibliothecæ Regiæ Cuſtos, Academiæ Matritenſis circa medium anni 1713 inſtitutæ Socius digniſſimus, obiit die 7 Jan. 1714. (*a*) cujus præclarum habetur opus vernaculè ſcriptum hoc tit.

Hiſtoria de la Igleſia y del Mundo, que contiene los ſuceſſos deſde ſu Creacion haſta el Diluvio: ſive *Hiſtoria Eccleſiæ & Mundi*, &c. *à Creatione ad Diluvium.* Matriti ex Bibl. Regiâ, curâ Joſephi Rodriguez & Eſcobar 1713. fol. Multis nominibus laudatur in Ephemeridibus Eruditorum (*b*) tum propter typorum elegantiam, tum propter operis argumentum, methodum & ſtylum Autoris. Ad calcem ſubjiciuntur quinque Diſſertationes, (*c*) quarum I de ſitu Paradiſi Terreſtris: II de lingua primæva: III in quo anni tempore conditus eſt orbis: IV de diſcrimine in ſupputationibus textûs Hebraici & verſionis LXX Interpretum: V de ſcriptis Henochi.

(a) *Journ. des Sçav.* April 1716 p. 395. edit. Amſtel.
(b) *ibid.* menſe Majo 1714 p. 526-535.
(c) *ibid.* menſ Jun. p. 605-613.

ALVAREZ (*Joannes*) Ord. FF. Prædic. S. R. E. Cardinalis, patriâ Toletanus, *Friderici Alvarez*, Albæ Ducis ex *Iſabella Pimentella* filius, natus eſt 5 Id. Jun. A. C. 1488. Toleti adoleſcens Ordini nomen dedit, in quo literis politioribus excultus, Philoſophiam & Theologiam aliquandiu docuit. Cordubenſis primò Epiſcopus, deinde Burgenſis, demum ad preces *Caroli Cæſaris* Presbyter Cardinalis à *Paulo III* renunciatus eſt. Anno 1553 Epiſcopus Albanenſis creatus, huic præfuit Eccleſiæ per biennium: tum ad Tuſculanam infulam promotus, eam uſque ad obitum retinuit. Rexit pariter Archiepiſcopus Eccleſiam Compoſtellanam, unde Cardinalis poſtea Compoſtellani, cum Burgenſis antea diceretur, nomen eſt conſecutus. Poſt plurima præclara geſta interfuit Comitiis Pontificiis: in quibus renunciati ſunt Romani Pontifices *Julius III*, *Marcellus II*, & *Paulus IV*, ſub quorum ultimo deceſſit Romæ die 15 Sept. 1557. ætat. 69. cujus corpus in Hiſpanias translatum, Albæ in ſepulchrum Majorum ſuorum illatum eſt, elogio funebri a *Joanne Vitali* ornatum.

Dum inter Dominicanos viveret, à ſuperioribus ad aliam civitatem miſſus, iter illud ſat longum pedibus conficere voluit: verùm defeciſſet proculdubio in via, niſi agreſtis quædam mulier laſſum juvenem ad proximum tuguriolum invitaſſet, in quo proſtratas vires non tam cibo, quàm quiete refecit: eique vulgarem aſinum commodavit, cujus ope reliquum itineris facilè confecit. Ut primùm ad Epiſcopalem dignitatem fuit evectus, beneficii haud immemor, cùm mulierem jam mortuam intellexiſſet, filiam ejus unicam honeſto matrimonio collocavit, atque annuis reditibus etiam in poſteros valituris remuneravit. SCRIPSIT vir eruditus

1. *De regimine hominis Chriſtiani.*

2. *Sermones de Sanctis.*

3. *Speculum virtutis.*

4. *Epiſtolas varias.* * Eggs *Purp. docta* Lib. IV. p. 546.

ALVAREZ (*Ludovicus*) Hiſpanus, Monachus Ciſtercienſis, domûs Superatenſis, (vulgo *Sobrado*) Abbas, SCRIPSIT

De los aſos de la regular Obſervancia del Ciſter de Eſpaña, Salmant. 1565. in 8. * *Nic. Anton.*

ALVAREZ (*Ludovicus*) Toletanus, Eremitarum ſodalis, SCRIPSISSE dicitur ab *Hippol. Maraccio* in Bibl. Mariana, & *Petro Alva* in Militia Conceptionis *Sermones de Immaculata Conceptione.* * Nic. Anton.

ALVAREZ de Toledo (*Ludovicus*) Ord. Eremit. S. Auguſt. ex nobiliſſima Oropeſæ Comitum familia natus in oppido *Valderas* diœceſis Legionenſis, Proregis D. *Franciſci de Toleto* conſanguineus, pietate inſignis clarus Sec. XVI. Fuit, adhuc juvenis, Superior Conventûs Toletani. A. 1569 miſſus cum aliis in Regnum Peruntinum, Viſitatoris munere functus eſt. Poſtea fundavit Provinciam Quiti. Prædicator Apoſtolicus ab omnibus nuncupabatur; à Deipara,

cui

cui devotiſſimus erat, teneros ſuvores, ſi *Elyſio* fides, humilis recepit: addit Spiritu Prophetiæ claruiſſe. A. 1575 Provincialis contra voluntatem electus, egreditur viſitaturus Provinciam Guamachuci. Narrat autem Panegyriſta *p.* 445. *Ludovicum*, dum ab eo oppido profecturus eſſet, mortis præſcium, totam noctem duxiſſe inſomnem, manè verò è loco illo egreſſum, deveniſſe ad ripam parvuli torrentis, ubi poſtquam in terra paululum requievit, ſurrexit hilaris & lætus è terra & ſomno, ad ſodales inquiens, *Credo quod ſomniavi me ſuffocandum in hoc amne: ſomnis nulla danda fides, ſed in omnibus voluntas Dei in me impleatur.* Ingreditur torrentem, & dum egreditur, mula quâ vehebatur, præcipitem illum in tergu dedit, & in lapidem impingens, ſtatim ſubmerſus eſt: quod accidit octavo ſui Provincialatus menſe, an. 1576. ætat. 45. Addit qui hæc refert, hunc locum hodiè in veneratione haberi, & torrentem Monachi Sancti nuncupari; latuiſſe aliquandiu *Ludovici* corpus, & diligenter quæſitum, inventum fuiſſe, adeo pulchrum & incorruptum, ut vivum omnibus videretur; illæſum omnino, neque ab avibus laceratum, licèt in eo tractu plurimi vultures alantur; neque à belluis diſcerptum, quamvis terra illa lupis, leonibus, & voracibus tigridibus ſcateat. Deductum inde ad oppidum S. Jacobi de Chuco, tumulatum eſt. In ejus exequiis Limæ Concionem habuit M. *Gabriel de Saona* ejus Confeſſarius, dixitque illum corpore & animo Virginem deceſſiſſe, nullâque lethali labe fœdatum, quantùm ex tribus Confeſſionibus generalibus noſſe potuerat. Poſt duos annos inventum eſt corpus ejus integrum, & ſuaviter redolens, tranſlatum ad Conventum Truxilli, iterumque poſt 15 annos incorruptum repertum: at cùm anno 1594 D. *Florentio de Eſcobar* in eodem altaris concavo in quo erat *Ludovicus*, depoſitu fuiſſet, & poſt aliquot annos ſepulchrum aperiretur, *Alvarezii* corpus repertum eſt tantùm oſſibus conſtans, & aliquibus coronæ capillis in capite, eratque habitus magna ex parte corroſus.

Scripsisse autem dicitur

Sermones de las Dominicas del anno, Sermones de Quareſma, Paſquas, Fieſtas de Nueſtra Señora, y de los Santos: Sermones de Difuntos, quos typis non ſubjeciſſe ait *Nic. Antonius.*

ALVAREZ (*Ludovicus*) Soc. Jeſu, Luſitanus, ex oppido S. Romani Diœceſis Conimbricenſis, defunctus A. 1661 (*a*) vel 1681 (b) Scripsit

Joſephum filium Rachel illuſtratum, ſive *Comment. in Geneſim*, quem vidiſſe memini *Lugduni* editum 1675 fol.

(*a*) *Le Long* p. 605. (b) Supplem. ad Dict. Bibl. *Aug. Calmet.* Tom. II. edit. Lucenſis 1731. *p.* 320.

ALVAREZ (*Ludovicus*) alter, gentis & Societatis ejuſdem, plura in eâ munera geſſit, & clarus Concionibus evaſit, quæ Eboræ tribus voluminibus prodierunt. Alia quædam ex eo habentur opera ſpiritualia. Obiit ætate admodum provectâ die 13 Jan. 1709.

ALVAREZ (*Thomas*) Luſitanus item, Leirienſis, primus Capellæ Regiæ Theſaurarius, animum dedit intelligentiæ Rubricarum Miſſalis & Breviarii Romani, ſuaſque in eas evulgavit Obſervationes *Ulyſſip.* annis 1615 & 1629. * De utroque *Morer.* ex *Mem. Portug.*

ALVARUS (*Antoninus*) Ord. FF. Prædic. ſic in religione nuncupatus, Gallus genre, natione Aquitanus vel Occitanus, Toloſæ, parente Phyſico Therapeuticenque profitente natus, ibidem ad Ordinem receptus eſt adoleſcens. Diſciplina regulari plurimum emicuit inter ſuos, ferventiſſimo erga B. Virginem ejuſque per roſarium cultum affectu, quem totis promovere viribus non ceſſavit ad obitum uſque die 16 Mart. 1660. quo Toloſæ ſepultus eſt prope octogenarius. Pluribus functus fuerat in Congregatione Occitana, provincia poſtea Toloſana muneribus, tironum educationi præſertim variis in Conventibus præfectus. De quo legendi *Percium* in Monum. Toloſ. *p.* 161, & *Suegium* anni Dominic. Gallici menſe Martio. Scripsit libellum hoc titulo:

Instructions pour les confreres du Saint Roſaire. Burdigalæ 1641 in 24: Et alias ſæpius. * *Echard.* II. 592.

ALVARUS Hiſpanus, Cordubenſis, S. *Eulogii* ſocius & amicus ſummus, claruit circa medium Sec. IX. An ille ſit ex ſtirpe Gothorum, an Hebræorum, incertum eſt. Equidem ſi auctor eſt Epiſtolæ quæ inter ſuas ad *Eleazarum* ſectâ Judæum reperitur, fateri opus eſt eum eſſe Hebræum, qui hæc ſcribit...... *Quis magis Iſraelis nomine cenſeri eſt dignus, tu qui diu in idololatria ad ſummi Dei cultum reverſus es, an ego, qui & fide & genere Hebræus ſum? ſed ideo Judæus non vocor, quia nomen novum mihi impoſitum eſt, quod os Domini nominavit. Nempe pater meus Abraham eſt, quia majores mei ex ipſa deſcenderunt traduce. Exſpectantes enim Meſſiam venturum, & recipientes venientem magis illi videntur Iſrael eſſe, quàm qui expectabant & venientem reſpuerunt, nec tamen eum expectare ceſſarunt.* Aliquo autem modo videtur & Gothum ſe affirmare ad eundem *Eleazarum* reſcribens. Sed quicquid ſit, modeſte ipſe in *Indiculo luminoſo*, cujus auctor fuiſſe creditur, de ſuis ſtudiis loquitur: *Quia nec in liberalium artium diſciplina* (excultus), *non excultum proprium ignoro ſtudium, & ne ſcientiam meam ipſe non neſcio, & quod magiſterio humano non didici, exhibere aliis, ut pote ignarus, non volui.* S. *Eulogii* martyris amicitiâ in primis voluit, ſcripſitque ejus vita & martyrio; cujus operis frontem quadam inſcripſit notâ, in qua ſtatum ſuum laicalem & ſæculo hærentem omnibus notum reliquit: Ibidem profitetur ſe non audita & dubia, ſed viſa & per ſe probata de *Eulogio* retexere: Conjugio autem adſtrictum fuiſſe noſtrum, *Joannes* Hiſpalenſis ei ſcribens innuere videtur. Plura ex eodem *Eulogii* Vitæ exordio de communi utriuſque ſub *Spera-in Deo* Abbatis ductu conſuetudineque adducit *Nic. Antonius.* Verum de *Alvari* obitu nihil habetur certi, quanquam Pſeudo-*Luitprandus* dixerit obiiſſe Cordubæ Sanctum virum patricium *Alvarum* die 4. Maii A. C. 869. cui temere credidit *Joannes Tamajus*, eum in Martyrologio Hiſpano hac die uti Sanctum celebrans.

Advertendum autem eſt, quod ſive à Gotthico origine, ſive aliam ob cauſſam videtur noſtrum *Flavium* & *Aurelium* cognominari ab his, qui litteras ei dabant, ſed proprio nomine *Alvarum Paulum* ſe ipſe vocat in pleriſque Epiſtolis.

Opera hujus Auctoris feliciter conſervavit codex quidam Eccleſiæ Cordubenſis, à ſeptingentis, ut colligit *Antonius*, annis ſcriptus, quem vidit *Morales* laudatque non uno loco. Codicem alium Toletanæ Eccleſiæ *Thomas Tamajus* laudat. *Antonius* verò inde dimanans omnium, quæ ibi exſtant, exemplum ſe habere teſtatur, tranſcriptum ex altero ſibi communicato ex Bibl. Barber. Rom. in qua aſſervatur apographum. Hujus ergo conſpectum exhibet, quemadmodum ex dicto exemplo prodiit: *Aurelii Flavii Alvari viri illuſtris, Patricii Cordubenſis*, S. Eulogii *Archiep. Toletani martyris amici, & ſtudiorum Collegæ, Opera omnia, quæ in Bibliothecis Hiſpaniæ exſtant, à multis hactenus deſiderata, nunquam edita, è codice pervetuſto Eccleſiæ Cordubenſis literis Gothicis exarato, bona fide primùm tranſcripta, tandem è Bibliotheca* D. Thomæ Tamaji de Vargas *Hiſtoriographi Regii, libenter communicata.* Nempe hac inſcriptione inſignitum habebat vir ille doctiſſimus, quod editioni præparabat, *Alvari* operum corpus, quo hæc continentur:

1. *Indiculus luminoſus*, ſcriptus ab Auctore A. 854. Librum hunc *Alvari* eſſe negaverat olim *Ambr. Morales* in Notis ad vitam *Eulogii* in fine, ex eo maximè quòd nullum in eo verbum de *Eulogio* factum reperiatur; ſed huic opinioni renunciavit cùm Hiſtoriam Hiſpaniæ ſcriberet, *lib.* 14. *cap.* 3. Jure quidem: ipſe

ipſe enim ſtylus & vaibis & aompoſitione cæteris *Alvari* ſcriptia ſimillimus, eædamque res, idem utriuſque tempus *Eulogii* & *Alvari*, nec non & mentio in *Eulogii* vita axſtans, ſcripſiſſa *Alvarum* aliquod opus, qood ad hiſtoriam illius parſecutionis partinerat, in tuto ponere videntur, non alium eſſe libri auctorem. Argumentum autem aſt defenſio illorum qui Cordubæ ſeſa Martyrio non perquiſiti obtulerunt, pro quibus & *Eulogius* decertavit, dein propheriarum de Mahometo & ejus nafanda hæreſi explicatio. Sequitur in Codica Cordubenſi

2. *Confeſſio* ejuſd. *Alvari*, ad exemplum Iſidorianæ, demiſiſſimi ac verè contriti animi ſigna præſeferens manifeſtiſſima.

3. *Liber Epiſtolarum XX.* Præmittuntur aliquot verſus in laudem Crucis & B. Hieronymi, aliqua.

4. *Vita vel Paſſio B. Martyris* Eulogii *Presbyteri & Doctoris*, qui paſſus aſt æra 897. A. C. 859. ſub Rege *Mahomad*, die 5 Id. Martii, quam ex Cod. MS. Eccleſiæ Overenſis, hoc titulo inſignem, & quaſi operum *Eulogii* prodromum, edidit *Morales*, & poſt eum *Schottus* Hiſt. Hiſp. *Vol. IV. p.* 223 cum notia ejuſd. *Moralis*. Eam haberi notat *Caveus* Operibus *Eulogii* præfixam, tum in Editione Complutenſi, tum in Bibl. Patrum, & apud *Surium* xi Mart.

5. *Hymnus in diem S. Eulogii, cum ejus Epitaphio.* Omnia hæc, exceptâ *Eulogii* Vitâ, latant adhua. Nequa D. *Laur. Ramirezius*, nequa D. *Thomas Tamajus*, qui olim editionem meditati ſunt, fidem ſuam liberaverunt. *Forte nos*, addit *Antonius*, *ſi otium ſuppetat ſcholiis conficiendis, id præſtabimus* : quod an revera præſtiterit non puto.

Tribuitur quoque noſtro *Alvaro*

6. *Liber Scintillarum* in Cod. membr. Bibl. Monaſterii S. Facundi (vulgò *Sahagun*) in Hiſpania, ubi poſt Sti Gregorii *Expoſitionem in Ezechielem*, hic liber exſtat cum hac inſcriptione : *In Chriſti nomine incipit Liber ſcintillaram Alvari Cordub. de ſententiis SS. Patrum : Scriptus dicitur V Kal. Oct. arâ* 1213. Opera exſcriptoris hic laudatur, non tempus Auctoris. Exempla duo alia *Morales*, qui & primum hoc vidit, laudat in relatione adhuc inedita ſuæ axpeditionia ragio nutu ad viſitanda tabularia & cimelia Gallæciæ, Aſturiarum, & Caſtellæ veteris initæ, & Hiſt. loc. ſup. cit. Alterum exemplum ſervari ait Gotthicæ ſcripturæ antiquiſſimum in Monaſt. *de la Eſpina* Ord. Ciſterc. prope Pinciam ſeu Valliſoletum; alterum in Mindonienſi urbe. Editum opus fuit Baſileæ abſque auctoris nomine, ſed mutilum, ut monet *Voſſius*.

7. Periiſſa alia ait *Antonius*; ſcilicet ad *Eulogium* literas, ſeu cum eo velitationes ſcholaſticas, quas tamen, & rhytmicos verſua, *atas mora abolenda*, (ut ipſa *Alvarus* loquitur) *ne in poſteros remanerent*, decrevit : atqui eas inter *Eulogii* Epiſtolas, & in Bibl. PP. *Tom. XV.* p. 89, 303, 306 raperiri taſtatur *Caveus*.

8. Meditabatur quoque adverſus Alcoranum ex propoſito ſcribere, ut ex his *Indiculi* verbis colligit *Antonius* : „ Quæ omnia in alio opere enucleatius & „ limitatiore (lege *limatiore*) invectiona, ſi Deus „ vitam concaſſarit, differemua „ *Et poſtea* : „ Pudet „ namque inſaniam ipſius domui (lage *domus*, de qua „ ſupra egerat, idoli nimirum cujuſdam) ſigillatim „ exponera, nec expedit braviter aliqua ex multis „ deridanda jaculis impetere, cùm noſtria tenearur in „ manibua tota quandoque fidelibus publicare.

* Vid. *Nic. Anton.* Bibl. vet. *lib. 6. cap.* 8. Cave *ad A.* 847. Voſſius *de Hiſt. Lat.* lib. 3. cap. 4. *p.* 759. & quæ nos in Eulogio dicemus.

ALVARUS (*Joannes*) Solſonenſis in Cataloniâ Epiſcopus, gente Hiſpanus, patriâ Aragonenſis, Toralbæ natus eſt. Suſcepto Ordinis Ciſtercienſis habitu in Monaſt. de Veruelâ A. 1565. 13 April. Studiorum curriculum Alcalæ ſeu Compluti peregit, ubi tantam inter ſuos adeptus eſt exiſtimationem, ut Abbas primùm, deinda Boſenſis in Sardiniâ Epiſcopus fuerit renunciatus. Verùm cum illua itar faceret, ad naneiſcendam dicti Epiſcopatûs poſſaſſionem, in Hiſpaniâ morari, ac Solſonenſem Epiſcopatum ſuſcipera coactus eſt : in quo & vitam finiit circà annum 1621.

Scripta :

1. *Vida y milagros del Glorioſo Padre S. Bernardo*, libris tribus. *Cæſaraugustæ* 1595. in 4.

2. *Hiſtoria breve y ſumaria de las fundaciones de todos los monaſterios de la orden de San Bernardo, que ay en la Corona de Aragon* ; ibid. eod. anno : In quo opere multa habet rara, & lectu jucunda de monaſteriis Aragoniæ, Valantiæ, Cataloniæ, & Inſulæ Majoricenſia.

3. *Varias obras de San Bernardo* : quæ Hiſpanicè convertit in gratiam Monialium ſuæ familiæ *de la Zaidia* dictarum in urbe Valentia, quibus a conſcientiæ fuit arcania.

Hujus meminit *Vinc. Blaſcus de Lanuza* Vol. 2. Hiſt. Aragon. *lib. 5. cap.* 43 citante *Nic. Antonio* p. 479. Conf. *Viſchium* p. 274.

ALUCCIUS (*Cæſar*) Soc. Jeſu, natione Italus, patriâ Theatinus, ſeu Chietinus in Regno Neapol. Philoſophus, Theologua, ac Concionator inſignia, Societatem ingreſſus A. 1584. ætat. 16. obiit Romæ XV Nov. 1634. Edidit Italicè ſub nomina *Georgii Porzii* collectionia

1. *Speculum*, ſeu *Compendium Antiquitatum, tum ſacrarum, tum prophanarum urbis Romæ*. Part. II. *Romæ* 1625. in 12. Item ſuo nomine adſcripto

2. *Lignum vitæ*, ſeu *de fructibus Tribulationis & Mortificationis* Libb. III. in illud Apoc. XII *Lignum vitæ efferens fructus duodecim*. Ibid. eod. anno *in* 4. deinde *Brixiæ* apud Lud. Britannicum 1626. in 8.

3. *Filium Prodigum*, ſeu *Institutionem Juventutis*. Romæ apud Zannettum 1627. *in* 12 vel *in* 16.

4. *Summarium earum rerum quæ oportet ſcire, ut poſſimus adipiſci Jubilæum Anni Sancti*. in II partes diviſum. *Romæ* apud Zannetrum 1625. *in* 12. vel *in* 16. eodemque anno Latinè.

5. *Pſychagogia*, ſeu *de bono mortis*, ubi agitur da cauſis quibus juſtorum animæ recreantur in morte. *Romæ* apud Maſcardum 1627. *in* 12. vel *in* 16. aut *in* 8.

* Conf. *Allatii* Apes Urb. *Alegamb.* p. 67. *Toppi* p. 61. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 1766.

ALVELDA vel ALBELDA (*Joannes Gonçalez* de) Ord. FF. Prædic. Navarrete in Hiſpania natus, diœceſis Calagurritanæ Oppido, Salmanticæ junior in regio S. Staphani Conventu Ordini aooptatus eſt, ibique dia 18. Jan. 1585. edidit vota. Qui cum ingenuis eſſet moribus ac ingenii perſpicaciſſimi, ſuos inter æquales & condiſcipulos plurimum eminuit, quaſque didicerat, aliis diu tradere juſſus eſt variis in Provinciæ ſuæ Hiſpaniæ locis & domibus, humanas divinaſqua literas. Inda Romam accitus à Magiſtro Ordinia F. *Auguſtino Galamino* Collegii S. Thomæ ad Minervam Regens inſtitutus eſt primarius in Actis ipſis Cap. Gen. Rom. 1608. Ex quo aolligas eos ſu in Hiſtoria Congregationum de Auxilia ſub *Clemente VIII* & *Paulo V* peregrinos probare, qui hunc *Joannem* noſtrum *Thomæ de Lemos* ſocium dant, & unum da diſputatoribua fingunt, cùm illæ Congregationes jam à Fabruario 1606 finitæ eſſent, tribus circiter annis priuſquam ille Romam accederet. Triennio ſuo exacto in Hiſpaniam reverſus, primariam Theologiæ Cathedram in Academia Complutenſi obtinuit A. 1612, quam cum lauda rexit ad A. 1622 quo è vivis abiit teſte *Fernandez* Hiſt. del Roſar. *lib.* 9. cùm prius typis edidiſſet

Commentariorum & diſputationum in primam partem Summæ S. Thomæ de Aquino Volumina duo. *Compluti* 1621 fol. *Prim* comprehendit XXV priores quæſtiones ; *alterum* ſequentes uſque ad XLIII. Iterum prodierunt *Neapoli* 1637 *fol.* docente *Nic. Antonio* p. 537.

De eo legendus (quem citat *Echardus* II, 427) *Hyac. Serey* Hiſt. Congreg. de Auxiliis *col.* 608 & 767, ubi eos egregiè revincit, qui hunc auctorem quid habere aut communi Thomiſtarum ſententiæ de efficacia gratiæ contrarium, aut Molinianæ doctrinæ conſonum finxerunt.

ALVELDEN. Vid. AUGUSTINUS.

ALVERNIA (*Bernardus* de) Ord. FF. Prædic. aliis de *Claromonte*, aliis etiam cum addito de *Gannato* dictus, quæ indicant tum patriam, ſcilicet *Gannatum* oppidum in confinibus ejus Provinciæ, tum locum profeſſionis *Claerumontem*, (Clermont) quæ urbs eſt caput *Arvernorum*, *Arvernum* vel *Alvernum* aliàs ſimpliciter nuncupata. Sub finem Sec. XIII, & ſequenti ineunte floruit, præſertim Pariſiis in Gymnaſio San-Jacobæo, cui Prior præerat anno 1303. Junii XXVI, ut conſtat ex inſtrumento, eo anno confecto, in quo ſodales San-Jacobæi omnes ad CXXX ſe ſigillatim ſubſcripſerunt; videſis librum cui titulus *Differens de Philippe le Bel & de Boniface VIII*, pag. 121. & 151. Sacræ Facultatis Pariſienſis Baccalaureus fuit, & Eccleſiaſtes ſuâ tempeſtate clariſſimus. A quibuſdam Epiſcopus Claromontenſis dicitur, ſed certum non ſediſſe. Alicubi legitur electum fuiſſe, ſed quod electio in diviſione facta fuiſſet, non confirmatum. Quo anno è vivis abierit, non invenitur. Ejus cum laude meminerunt *Leander* fol. 124. *Luſitanus* in Chronico ad Decad. 1290. p. 158. *Fernandez*, *Fontana*, *Altamura* ad 1295. & ante hos omnes *Laurentius Pignon* n. 39. his verbis: F. *Bernardus Claromontenſis Epiſcopus* (intellige ut ſupra forſan electum) & *Baccalarius in Theologia*, SCRIPSIT

1. *Lecturam ſuper Libros Sententiarum.* Laudatur in primum Diſt. 40. in Pantheologia *Raineriì de Piſis*, ubi de reprobatione *cap.* 3. Videſis Edit. *Lugdun.* 1519. *fol.* 209. b.

2. Item *contra dicta Hugonis* (leg. *Henrici*) *de Gandavo*, *quibus impugnat S. Thomam.* Extat MS. Bononiæ apud Sodales.

3. Item *contra Godefridum*, *eâdem de cauſâ.* Is eſt *Godefridus de Fontibus*, Magiſter Pariſienſis.

4. Item *contra Jacobum Neapolitanum*, *eâdem de cauſâ.* Is erat F. *Jacobus de Viterbio* Eremita Auguſtinianus, demùm Archiepiſcopus Neapolitanus.

Hæc verò ſcripta eadem cenſet *Echardus*, quæ vocant *Quodlibeta*, quæ ad XV aliqui numerant, & extant apud Sodales Audomarenſes, Trajectenſes, Colonienſes.

Sermones etiam edidiſſe certum eſt. In Colbert. cod. 3275. n. 17. *fol.* 50 unus eſt cujus titulus: *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Hebr. IV. Eſt adverſus hæreſes, & videtur integer, obtinet enim XV coll. Alter eſt *fol.* 104. poſt Sermonem XXXIII. Tit. *Collatio F. Bernardi de Alvernia Dom. IV. poſt octavas Paſchæ. Induite vos ſicut electi Dei in Epiſt. hodierna.* Sicut magiſter Cluniacenſis eleganter dicebat in mane in illis verbis, *Venite ad me tria tanguntur* &c. Integra etiam videtur, nam obtinet XII coll. codicis *in fol.*

In Victor. cod. 428. fol. memb. extat *fol.* 4. Sermo dictus in feſto S. Cæciliæ. Tit. *Bernardus Jacobita. Mundam ſervavi animam meam.* Tob. III. Plures alii ab eo relicti creduntur, quos diuturna abſumpſit ætas. * Vid. *Echard.* I, 384 & 492. II, 819.

ALVERNIA (*Petrus* de) Claromontanus Epiſcopus, ex Ordine FF. Prædicatorum, natione Gallus, vir doctus, S. *Thomæ* dum Pariſius legeret, diſcipulus, claruit anno circiter 1280 poſt mortem ejuſd. *Thomæ Aquinatis*, quæ anno 1274 contigit. Epiſcopus Claromontanus dicitur à *Ptolomæo de Luca* in Hiſt. Eccleſ. MS. *lib.* 23. *cap.* 11 ubi de Scriptis S. Thomæ: quod confirmatur his verbis quæ adducit *Oudinus* ex *Tom. II* Galliæ Chriſtianæ in Epiſcopis Claromont. *pag.* 530. „*Petrus du Cros* creatur Epiſcopus 3 Febr. „1302 ſub quo Claromonte 1304 à Præſulibus Bituricenſis Provinciæ, pro decimis Regi *Philippo Pulchro* datis, convocatus eſt cœtus Eccleſiaſticus, ex „Regeſto Cameræ Rationum Regiarum Pariſienſium. „Obiit *Petrus* die 25 Sept. anni 1307. ex Calendario „Claromontenſi." Hic junior, inquit *Oudinus*, Ordinem FF. Prædicatorum ingreſſus fuerat, dictus *de Croſſo*, ſanguine nobili ortus, progreſſus plurimos in Philoſophia ac Theologia fecerat, quando *Appendicem* ſeu *Supplementum ad ſummam Theologicam S. Thomæ Magiſtri ſui*, quod ubivis locorum ad calcem ejuſdem plures Summæ impreſſum eſt. Extant præterea ipſius Commentarii in plures Ariſtotelis libros, de quibus hic tacemus. * Vid. *Oudin.* Tom. III. p. 503. *Geſner.* fol. 543 verſo. *Echard.* I, 489. ubi perperam, ut videtur, laudatur inter Scriptores falsò Dominicanis adſcriptos; hunc enim diſtinguit *Oudinus* ab alio ejuſdem temporis Autore, qui Pariſienſis Canonicus extitit, quemque ideo à ſodalibus ſeponit *Echardus*, & cum priori confundit, ſed minus rectè ut dicetur in *Petro de Arvernia*.

ALVERNUS. Vid. GUILLELMUS Pariſienſis Epiſcopus.

de ALVEWICK. Vid. MARTINUS.

d'ALVIN. Vid. STEPHANUS.

ALVINCZI (*Petrus*) gente Hungarus, ob inſignes quos in ſtudio Theologico fecerat progreſſus, Eccleſiæ Calvinianæ in urbe Hung. Caſſovienſi Sacerdos, typis evulgavit in Hungaria aliquot opuſcula, contra Romano-Catholicos, quorum tamen titulos nanciſci non potuit qui hujus Autoris meminit *Dan. Czvittingerus* in Specim. Hung. Liter. *p.* 16. Impugnavit autem ex iis aliqua *Petrus Pazmany* S. R. E. Cardinalis, libello aliquo primùm edito, ſuppreſſo ſuo nomine, *Quinque Epiſtolarum*, in quo ipſo Veritas Fidei Catholicæ ab *Alvinczo* coram ſuis Tractatu aliquo oppugnatæ, aſſerta & defenſa eſt. Præterea Reſponſio etiam à dicto Cardinali prodiit ad librum quendam, ab eodem *Alvinczo* luci publicæ expoſitum A. 1609. Conf. quæ ſub tit. PAZMANY.

ALUISET (*Virg.*) SCRIPSIT, teſte *Lipenio*

De privilegiis Ordin. Regularium. Campid. 1679. in 4.

ALULFUS ſeu ALULPHUS, S. Martini Tornacenſis Ord S. Bened. Monachus, ac primùm Clericus in Eccleſia B. Virginis, *Sigeri* Præcentoris Tornacenſis filius, claruit ſub finem Sec. XI. In Monaſterio ſuo Cantoris officio per 47 annos functus eſt. *Paterii* Gregorii M. exemplum ſecutus, ex omnibus *Gregorii* operibus, quibus Vetus & Novum Teſtamentum exponit, ſervatis ipſius *Gregorii* verbis, opus contexuit hortatu *Odonis* ſui Abbatis, in quatuor partes diſtributum, quod *Gregoriale* appellavit. *Pars Iª* & *IIª* continent Comment. in Libros V. T. *IIIª* in libros N. T. *IVª* de variis argumentis, in XVI libros diſtributa. Hoc opus MStum vidit *Oudinus* IV Voluminibus *in fol.* in Bibl. S. Amandi Ord. D. Bened. & in Alnenſi Ord. Ciſt. in Epiſc. Leodienſi: ac tria priora Volumina in Bibl. Longip. ejuſd. Ord. in Epiſc. Leodienſi, quartum verò in Bibl. S. Petri Selincurtenſis Ord. Præmonſtr. in tractu Ambianenſi. Codex MS. Tornacenſis *Alulfi* autographus videtur, IV Voll. *in fol.* quorum poſtremo hi duo verſus leguntur:

> *Hæc de* Gregorii *qui traxit Opuſcula libris*,
> Gregorii *precibus in pace quieſcat* Alulfus.

Operis Prologum edidit *Mabillonius* in Analect. Vet. *Pars IIª* prodiit Pariſ. & Argent. 1516. in 4. *Tertia* ſub *Paterii* nomine edita ab anno 1553 inter Opera *Gregorii M.* * Conf. *Cave* ad A. 1096. *Oudin.* Suppl. *p.* 373. & in Comment. ad A. 1100. *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 117.

ALUN (*Robertus*) ſeu ut alii ſcribunt, à *Lund*, S. R. E. Cardinalis, natione Anglus, ex Archidiacono Cantuarienſi, & Cancellario Academiæ Oxonienſis, creatus Epiſcopus Sariſberienſis, interfuit A. 1409 Concilio Piſano, in quo die ult. April. poſt Miſſam ſolem.

ſolemnem celebratam, conſenſo umbone vehementer invectus eſt in diſſidentes ac ſchiſma foventes, Patres purpuratos hortatus ex parte Regia Angliæ, & Cleri, ut eliminato ſchiſmate diligenter opus unionis agerent, ac pacem Eccleſiæ procurarent. Fuiſſe autem Noſtrum unà cum aliis gravibus viris ad Synodum Piſanam miſſum à Clero Anglicano, narrat pluribus *Thomas Walſinghamus* in Hiſt. Anglic. à *Joanne XIII* jam ſenex Cardinalis renuntiatus, titulum de more non obtinuit, quia Romam nunquam, quò eum reciperet, venit. Interfuit tamen Conſtantienſi, in quo abrogatis tribus dubiis Pontificibus, *Martino V* ſuffragatus, eod. anno (qui fuit 1417) die 4 Sept. è vita exceſſit, ac Conſtantiæ in Cathedrali Eccleſia, præſentibus Patribus, ac *Sigiſmundo* Imperatore ſepultus fuit.

Nonnulla erudita Opuſcula Scripsit, ut refert Auctor Catalogi Scriptorum Angliæ, inter quæ eminent duo Tractatus, *de unione Eccleſiæ Habilienda*, & *de Schiſmate tollendo*: Extat etiam typis impreſſa ejus Oratio, quam nomine Regis Angliæ in Concilio Piſano dixit. * *Eggs* Purp. doctæ *Supplem. Lib. II.* p. 168.

ALWOERDEN. Vid. ALLWOERDEN.

ALYEVAUNT (*Galfridus*) vel *Alievantus*, juxta *Baleum* Cent. V. cap. 39. *Lelando* cap. 412 *Galfridus Alienantus* dictus, Ordine Carmelita, in Eboracenſi Provincia natus, apud Oxonienſes magnus inter Sodales Rabbinus habebatur. Theologus Iſiacus eximiè per eam ætatem cognitus fuit, cujus in diverſis Anglorum Bibliothecis varia extant Scripta, ac potiſſimùm

1. *Lectura ſententiarum* Libb. IV. *Sol lucet in virtute ſua uſque.*
2. *Comment. in Lucam.* Quoniam quidem multi *&c.*
3. *Tabula Originalium.* Abimelech *&c.*
4. *Ordinaria quæſtiones.*
5. *Sermones ad populum.*

Cætera me latent. Vixit autem circa annum 1340 regnante *Eduardo III.*

ALYMANTIUS (*Theophilus*) cujus memorat *Lipenius I*, 323

Aſſertionem Catholicam de Cœna Domini A. 1577 impreſſam. Eſt autem ille, ni fallor, *Jac. Andreæ* quamplurium librorum Autor, de quo vid. ſuo loco.

ALYNGTON (*Robertus*) Magiſter Sophiſticus, doctior, (inquit *Lelandus* apud *Baleum* Cent. VII. cap. 20) quàm facundior, in ea tempora incidit, quæ ſemiſopitas Oxonienſium mentes acriter ad ſtudia incitabant. Nam *Wicleſi* factio editis in lucem bene multis famoſis libris, ita invaluerat, ut cogerentur tanquam victi, ſupplices dare manus, niſi prius habuiſſent, quibus venienti occurrerent malo. Ac ſi perniciosum, addit *Baleus*, malum eſſet Dei veritas, & arma quibus abarceretur, ſophiſticæ cavillationes forent. Scripſit in hos hoſtes, nempe Wicleſiſtas, dum eſſet Oxonienſis Gymnaſii Cancellarius, de veneratione ſanctorum atque imaginum, ſed an habuerit ab adverſariis victoriam non affirmat *Lelandus*. Ejus autem Scripta præter varia Philoſophica hæc ſunt:

1. *De adoratione Imaginum.*
2. *De Veneratione Sanctorum.*
3. *Quæſtiones de Imaginibus.*
4. *De mendicitate ſpontanea.*
5. *De Chriſti humanitate.*
6. *Super conſtitutum Joannis XXII.*
7. *De Euchariſtia.*
8. *Lectura quædam*, Incip. *Notandum* ſecundum Lincolnienſem *&c.*
9. *De eleemoſyna*: & alia. Claruit autem *Alyngtonus* A. 1400 ſub *Henrico IV.*

S. ALYPIUS Afer, Tagaſtenſis, baptizatus à S. *Ambroſio*, ſimul cum S. *Auguſtino*, cujus diſcipulus fuit, Monachiſmum ſuſcepit, quem in Africa conti-

nuavit. Poſtea Hieroſolymam profectus, *Hieronymo* innotuit. Inde reverſus in Africam, prius *Auguſtino* ad Epiſcopalem dignitatem ſubvectus eſt in Eccleſia Tagaſtenſi. Interfuit Concilio Mileti in Numidia celebrato contra emergentem *Pelagii* hæreſim. Anno 401, VIII Cal. Sept. interfuit Generali Concilio Carthaginenſi contra Donatiſtas. Anno 404 mittitur Legatus Ravennam ad *Honorium* Imp. contra Pelagianos; item Romam ad *Bonifacium* Pontificem, à quo humaniſſimè ſuſceptus eſt. Doctrinâ, ſanctitate, & legationibus obitis clarus, tandem Primas Epiſcoporum Numidiæ obiit. Poſt mortem faſtis Eccleſiaſticis adſcriptus eſt. Scripsit Vitam S. Auguſtini, cujus & *Alypii* ad *Paulinum* Epiſtola extat *num.* 106 inter Epiſtolas S. Auguſtini, ac *num.* 143 ad *Julianam* Demetriadis virginis matrem; item eorumdem & *Fortunati* ad Generoſam *num.* 165. Vid. *Elſſii* Encomiaſt. Auguſt. *p.* 32. Poſſevin. *p.* 49. Ciacon. *Bibl.* ſuæ *p.* 115.

Idem ille videtur Autor cujus his verbis meminit *Caveus* in Hiſt. Liter. „ *Alypius* Presbyter, uti ſe vocat, Apoſtolorum, i. e. (ni fallor,) Magnæ Eccleſiæ CPolitanæ, claruit anno 430. Extat ab eo ſcripta *Epiſtola ad Cyrillum, ut adverſus Neſtorii hæreſin viriliter pergat, exhortatoria*, Concil. Tom. III. p. 785.

ALYPIUS de Carmaniola in Pedemontio, Ord. Eremit. S. Auguſt. vir doctus, & in habendis ad populum ſermonibus, ſuo tempore nemini cedens, claruit A. 1460. Scripsit *Contionum* duo volumina, unum ſuper Evangelia, alterum ſuper Epiſtolas totius anni, ut docet *Elſſius* ſup. cit.

ALZANO (*Bartholomæus* de) Ord. FF. Prædic. Italus, patria & profeſſione Bergomenſis, maximo labore ſummaque diligentia per omnes Italiæ civitates ſpatio viginti annorum Epiſtolas B. *Catharinæ de Senis* perquiſivit, & in unum collectas *Venetiis* apud Aldum Manutium excudi fecit *in fol.* charact. Rom. & charta elegantiſſimis A. 1500 die 15 Sept. Extat hæc editio Pariſiis, in Regiâ, D. 525. * Vid. *Echard. I.* 893.

ALZEDO. Vid. ALCEDO.

ALZERNOUCHI (*Burhaneddin*) Arabs, cujus liber inſcriptus *Enchiridion ſtudioſi* ſup. p. 30 in *Abrahamo Ecchellenſi* memoratus, prodiit cum verſione duplici Latina, alterâ à *Friderico Rofgaard*, ſub auſpiciis *Joſephi Banese*, Maronitæ Syri, alterâ à dicto *Abrahamo* elaboratâ; edente *Hadriano Relando* Trajecti ad Rhen. 1709 in 12. de quo libro præter *Acta Lipſ.* videri poteſt *Diarium Erudit.* Jul. 1710. p. 3-13.

ALZPICUETA (*Martinus*) Vid. AZPILCUETA.

R. AMA, cui *Plantavitius* tribuit librum *Portam ſecretorum Cabbal.* de reconditis myſteriis Pſ. XIX agentem: quem à *Galat.* l. 1. de Arte Cabbaliſt. ait citari.

à Sto AMABILI (*Modeſtus*) Gallicè *Modeſte de St Amable* Carmelita Diſcalceatus Provinciæ Aquitanicæ, librum edidit vernaculè hoc titulo:

Les trois devoirs d'un bon Prêtre, repreſentez ſelon les regles des Canons, des Conciles, des SS. Peres, des Theologiens, & ſelon les exemples des plus vertueux Eccleſiaſtiques i. e. *Tria probi Sacerdotis officia* &c. Lugduni 1679. 2 vol. in 12. Edit. II, (quam teneo) reviſa & quarto Tractatu aucta de Inſtructione juvenum Eccleſiaſticorum. Prior editio, ut ex Approbationibus conjicio, prodiit A. 1673. Opus per Tractatus, Libros & Capita diſtributum eſt.

AMABILIS (*Baſilius*) Ord. FF. Prædic. Siculus, Meſſanenſis, Sacræ Theol. Magiſter, Eccleſiaſtes ſua ætate celebris, Meſſanæ bis in Eccleſia principe, Romæ etiam & in Italiæ civitatibus præcipuis Conciones quadrageſimales habuit, fructu animarum non mediocri. Rebus agendis expeditus & ſolers, à Meſſanenſibus ad *Philippum IV* Regem Catholicum non ſemel

legatus fuit de maximis negotiis. De quo legendus *Ferrante Palavicino* in libro cui tit. *l'Ambaſciatore invidiato* : ubi quæ *Baſilius* egerit, & ab æmulis aulicis paſſus ſit, *Albiſium* inverſis literis vocans, eleganter narrat. *Philippi* tamen gratiam meruit, ab ipſo pluries Matriti è ſuggeſtu ſacro auditus, ac Prædicatoris regii titulo cum annuo 500 aureorum honorario inſignitus, literis Matriti IX. Octob. 1648 datis. Quibus ut & vita ceſſit, Prioris in ſuo S. Dominici conventu munus agens Meſſanæ anno 1650, cui ut de ſe optimè merito civitas univerſa parentavit. Hæc *Echardus* II, 562 ex *Mongitore* Tom. I. p. 99. qui de eodem *Amabili* videndum monet *Placidum Reina* in *Not. Hiſt. Meſſana* pat. 2. pag. 508, & in libro ſub *Andrea Potili* nomine edito *De Populari motu Panorm* pag. a, & alibi. Edidit

1. *Orationi funerali compoſte, e recitate nella chieſa di S. Dominico de' Padri Predicatori della citta di Meſſina.* Meſſanæ, Jac. Matthæi 1645 in 4.

Hæc finita præloque parata MS. in eodem Conventu ſervari teſtatur idem *Mongitorius* :

2. *Tract. ſuper Evangelia totius anni.* Tomi II *in fol.*

3. *Annuale de' Santi* : Tomi II *in fol.* & *Quareſimale.*

AMADEUS Bajocenſis, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Normanniæ egregius Concionator, vir doctrina illuſtris Sec. XVII, pluries electus ad Guardianatum, illud munus ſtrenuè adminiſtravit, doctiſſimumque opus elaboravit, cui titulus :

1. *Paulus Eccleſiaſtes, ſive Eloquentia Chriſtiana, qua Orator Evangelicus ad ideam & doctrinam S. Pauli efformatur. In hoc opere celebriores utriuſque pulpiti Oratores, tum veteres, tum recentiores unà conſpirant, ut multiplici faciliique ratione omnes facultatis eloquendi ſtudioſos, ac maximè Eccleſiaſticos, edoceant varia dicendi genera, diverſas concionandi formas, ingenioſaſque concionum inventiones, diviſiones & diſpoſitiones pro diebus Feſtis, Dominicis, aliiſque propoſitis, per annum in Eccleſia tractandis.* Prodiit *Pariſiis* apud Dion. Thierry 1662 in 4. & *Venetiis* apud Jo. Bapt. Albrizzi, 1720 ead. formâ (*a*).

2. *De legitimo jure admittendi fideles ſeculares utriuſque ſexûs ad tertium Ordinem à S. P. N. Franciſco inſtitutum.* Pariſ. 1673. in 4. (*b*)

(a) *Giorn. de' Letterati* Tom. XXXIII. Part. II. p. 546.
(b) *Bibl. ſcript. Capuc.* p. 11.

AMADEUS Luſitanus. Vid. MENESIUS de Sylva (*Joannes*).

AMALARIUS, Metenſis Diaconus, Abbas in antiquis MSS. Codicibus appellatus, &, ut nonnulli volunt, Epiſcopali infula tandem donatus, tertius verò Metenſis, vel ut alii, Lugdunenſis Chorepiſcopus. Certè anno 825 *Amalarius* quidam incertæ ſedis Epiſcopus, à Synodo Pariſienſi ad *Ludovicum* Imp. Aquiſgranum miſſus eſt, ut ad eum Collectiones ex Patrum ſcriptis de Imaginibus deferret. Utut ſit, *Amalarius* Diaconus claruit ab an. circiter 812. uſque ad an. 836. & forſan diutius. Poſt annum 827. à *Ludovico* Imp. ad *Gregorium IV.* Papam legatus eſt. Vixit adhuc A. 840. ætatis annum agens ad minùs ſexageſimum.

SCRIPTA :

1 *De Divinis ſive Eccleſiaſticis Officiis* Libri IV. ad *Ludovicum* Imp. circa an. 820. vel 827. ſcripti. Codicem MS. extare in Bibl. Pompoſiana prope litus Maris Adriatici refert *Bern. de Montfaucon* in Diario Ital. *p.* 85. De hoc opere ſic *Boſtonus* Burienſis ,, Scripſit *Amalarius* ad *Ludovicum* Regem *de Officiis Eccl.* ,, libros IV, quorum principium *Glorioſiſſime*, finis, ,, *Orationes*. Unde liquet, juxta *Caveum*, poſtrema ,, duo 4ti libri adjectitia eſſe; ſicut nec in Indice ,, Capitulorum IVº libro præfixo ea comparent. Inde etiam patet alterius cujuſdam eſſe aſſumen- ,, dum prolixum illud Supplementum, quod edidit ,, *Mabillonius* Analect. *Tom. II. p.* 96. & in *Biblioth.* ,, Patr. *Tom. XIV. pag.* 934. Supplementum de quo hic agitur unicum exhibet caput, numero 48. *de Regula S. Benedicti præcipui Abbatis*, quod extat apud *Mabillonium* p. m. 93-100. ex MS. Cod. membr. Bibl. Colleg. Eccl. S. Martialis apud Lemovicas, curâ *Ademari* (de quo ſup. *p.* 114.) ante annos ſexcentos & quod excurrit exarato, in quo vocatur noſter *Symphoſius* Amalarius *Clericus.* ,, Hujus verò Supplementi, ,, judice ipſo *Mabillonio*, ,, auctorem eſſe ipſum *Amalarium*, probat ſtilus & ſcribendi forma iſti auctori conveniens. Itaque hoc ,, fragmentum vel *Amalarius* operi ſuo ſecundis cu- ,, ris adjecit, vel certè amanuenſes nonnulli, ,, quibus res monaſticæ minùs cordi erant, ſuperius ,, additamentum pro arbitrio reſecuêre. ,, Ejuſd. *Ademari* (ut obiter dicam) edidit *Mabillonius* cit. pag. 432. Acroſtichon ad *Rohonem* Epiſc. Ecoliſmenſem.

Sed ut ad *Amalarium* redeam, quatuor ejus libros &c. in compendium redegit *Willelmus* Malmsburienſis, cujus Abbreviatio hodie MS. extat; qui in fine hanc de his libris cenſuram tulit; ,, Si de ,, Compendio vis ſcire ſignificationes Miſſæ, legas ,, verſus *Hildeberti* prius Cenomanenſis Epiſcopi, ,, poſtea Turonenſis Archiepiſcopi. Significationes ,, Sacrarum Veſtium & cæterorum id genus, Ser- ,, mones *Ivonis* Carnotenſis Epiſcopi : Hi enim Viri ta- ,, lia videntur intellexiſſe perſpicacius, & texuiſſe pul- ,, chrius. Cæterum de varietatibus Officiorum, a- ,, lium fruſtra deſiderabis quàm *Amalarium* : Fuerit ,, fortaſſis aliquis qui ſcripſerit diſertius, nemo cer- ,, tè peritius.

Plura notat *Mabillonius* in Commentario in Ordinem Romanum *Muſæi Ital. Tom. II. p.* LXXXI. ubi agit *de Sanctificatione calicis non conſecrati ex contactu particulæ conſecratæ* : & *an ea ſit eorum* (de quibus hic loquitur) Autorum *ſententia, vinum ex contactu particula conſecrata verè ac propriè in Chriſti ſanguinem commutari? an verò conſecratio ſeu ſanctificatio hæc credita ſit tantùm accidentaria & metaphorica?* ,, ,, De *Amalarii* ſententia, inquit doctus Benedictinus, ,, major eſt difficultas : quæ ut facilius capiatur & ,, illuſtretur, obſervare juvat, non unam, ſed plu- ,, res factas fuiſſe ab *Amalario* libri Officialis, in quo ,, hac de re agit, editiones ſeu recognitiones. Quip- ,, pe ſub annum 820 illud opus .... compoſuit, il- ,, ludque *Ludovico Auguſto* nuncupavit. Deinde verò ,, cùm poſt annos decem Romam ab eodem Impe- ,, ratore miſſus fuiſſet, multaque in ritibus Eccle- ,, ſiaſticis coram obſervaſſet, opus ſuum denuò re- ,, cognovit, atque in eo nonnulla correxit & muta- ,, vit, præfixâ operi ſuo alterâ præfatione, quæ ,, hujuſce recognitionis mentionem facit in hæc ver- ,, ba : *Poſtquam ſcripſi libellum, qui à parvitate mea vocatur* de Eccleſiaſtico officio, *veni Romam, interrogavique miniſtros Eccleſiæ Sti Petri* &c. ,, Ex ejuſmodi in- ,, terrogationibus multum profecit *Amalarius* ad li- ,, mandum caſtigandumque librum Officialem, in ,, quo nota eſt non parva inde varietas, cùm in aliis ,, exemplaribus lectio prior, in aliis poſterior ſerva- ,, retur. Id patet imprimis ex *lib.* 1. *cap.* 15. cujus ,, duplex eſt editio omninò diverſa. In illis ſiqui- ,, dem exemplaribus, quibus deeſt altera, cujus ,, ſuperius meminimus, præfatio, ita affertur hoc ca- ,, put : *Poſt hæc præcipit Ordo, ut Presbyteri afferant corpus Domini, quod pridie remanſit, & calicem cum vino non conſecrato.* ,, Et quibuſdam interpoſi- ,, tis, quæ ad moralem ſignificationem pertinent : *Hæc poſita in altari, dicit Sacerdos orationem Dominicam, & ſequentia ejus uſque* PER OMNIA SÆCULA SÆCULORUM : *Hoc peracto, aſſumit de ſancto corpore, & ponit in calice, ſilendo.* PAX DOMINI SIT SEMPER VOBISCUM *non dicitur : quia non ſequuntur oſcula circumſtantium : Sanctificatur enim vinum non conſecratum per ſanctificatum panem. Poſtea* communi-

communicant omnes „ Sic habetur in Cod. Colbert. n. „ 224 in quo tres tantum priores libri habentur omiſſâ „ præfatione poſteriori: ſic in aliis tribus exem„ plaribus, quæ viderat *Hittorpius*, apud quem „ prædictum caput 15 in operis contextu omninò „ diverſum eſt, ex quo hæc delibamus: *In ſuperius memorato libro inveni ſcriptum, ut duo Presbyteri afferant poſt ſalutationem crucis corpus Domini, quod pridie reſervatum fuit, & calicem cum vino non conſecrato; quod tunc conſecretur & inde communicet populus: De qua obſervatione interrogavi Romanum Archidiaconum, & ille reſpondit:* In Ea Statione Ubi Apostolicus Salutat Crucem, Nemo Ibi Communicat: *Qui juxta ordinem libelli per commixtionem panis & vini conſecrat vinum, non obſervat traditionem Eccleſiæ, de qua dicit* Innocentius, *iſto biduo Sacramenta penitus non celebrari.* „ Tantam diſ„ crepantiam hoc in capite, & in alio, de quo „ mox dicemus, cùm advertiſſet *Hittorpius*, eam „ tribuit diverſæ ejuſdem operis editioni ab auctore „ factæ: & priorem quidem hujus capitis lectionem „ primæ eſſe editionis cenſuit, poſteriorem verò re„ cogniti operis: Illud argumento eſt, quod *Ama*„ *larius* ipſum caput hoc modo recognitum incipiat „ ab interrogatione Romano Archidiacono facta, in „ ſua ſcilicet Romana legatione, quâ peractâ opus „ ſuum emendavit. Inde fit, quod in Codice Col„ bertino, in quo prior hujuſce capitis lectio extat, „ omiſſa eſt altera operis præfatio, quæ recogni„ tioni præmiſſa fuit.

„ Alia eſt in eodem opere varietas non minor „ in *lib. 4. cap. 26.* ubi relata *Gregorii M.* ad *Joan*„ *nem Syracuſanum* Epiſtola de nonnullis ritibus Ec„ cleſiæ Romanæ, quaſdam ex ea obſervationes „ colligit „ inter quas unam hic adfert *Mabillonius*, in prima operis editione, quam in recognitione expunxit, ab *Hittorpio* ad calcem operis cum aliis variis lectionibus relatam.

His præmiſſis, diſquirit Benedictinus, quæ fuerit *Amalarii* in duobus quos retuli primæ editionis locis ſententia ſuper conſecratione vini in Paraſceve; & quid demum in ſuæ ſententiæ recognitione emendaverit. In priori loco ait, *Sanctificari vinum non conſecratum per ſanctificatum panem*: in poſteriori quaſi non ſatis valere animadverteret ſanctificationem illam ex commixtione particulæ conſecratæ, ulterius progreſſus eſt in *lib. 4. cap. 26.* ratus vini conſecrationem fieri per ſolam Orationem Dominicam: Atque ut eum de verè & propriè dicta conſecratione loqui appareat, ita mentem ſuam exponit, ut dicat, *niſi eſſet admonitum ex Romano Ordine, ut reſervaretur corpus Domini à feria quinta uſque ad ſextam, non eſſet neceſſarium reſervari*, quid ita? *quoniam ſufficeret ſola Oratio Dominica ad conſecrandum corpus, ſicut ſufficit ad conſecrandum vinum & aquam?* Hoc in loco manifeſtum eſt, inquit *Mabillonius*, auctorem agere de vera ac propriè dicta Dominici corporis conſecratione, quæ fieret per ſolam Orationem Dominicam in feria ſexta, ſi ex priori conſecratione nihil fuiſſet reſervatum. Unde conſequens eſt, eandem Orationem Dominicam, ſecundum *Amalarium ſufficere ad conſecrandum vinum & aquam*, conſecratione non tantùm accidentaria, ſed vera ac reali.

Nunc verò, pergit *Mabillonius*. quid in ſecundis curis ſui operis auctor in his duobus locis emendavit? De priori facilis eſt ſolutio ex comparatione quam mox fecimus, primæ editionis cum ſecunda: ubi nemo non videt, mutata potius fuiſſe verba, quàm ſenſum: nam in prima concludit *Sanctificari vinum non conſecratum per ſanctificatum panem*: in ſecunda verò *juxta Ordinem libelli* Romani *per commixtionem panis & vini conſecrari vinum*. Et ne quis putet id interpretandum de metaphorica conſecratione, addit, qui hoc fecerit, *non obſervare traditionem Eccleſiæ, de qua dicit* Innocentius, *iſto biduo Sacramenta penitus non celebrari*. Atqui *Innocentius* agit de vera conſecratione myſteriorum: ac proinde *Amalarius*, qui hac commixtione prædictam traditionem violari exiſtimavit, eidem commixtioni veram conſecrationem tribuit.

Sed quia in poſteriori loco primæ editionis conſecrationem illam non commixtioni, ſed Orationi Dominicæ adſcripſerat, ut ſibi ipſe conſtaret, totum hunc locum ſuſtulit, ut totam conſecrandi vini virtutem commixtioni tribueret. Has obſervationes nemini diſplicituras ſperat *Mabillonius*, cum ad rem perobſcuram illuſtrandam nonnihil conducere videantur.

Hic occaſione datâ ex eodem *Mabillonio* addemus, librum illum *de Divinis officiis*, qui *Alcuini* nomen in editis præfert, eſſe farraginem ex diverſis *Amalarii*, ipiuſque *Alcuini* genuinis conſarcinatum centonibus, aliorumque auctorum *Alcuino* poſteriorum. Quippe caput 40 nihil aliud eſt quàm *Remigii* Monachi Autiſſiodorenſis libellus de expoſitione Miſſæ; & in *cap.* 18 refertur Epiſtola *Helperici* Monachi ad Sanctum Gallum ſub finem Seculi X. Ad hæc, ut multa alia omittam, *Paſcha* Græcam vocem eſſe dicit auctor contra expreſſam *Alcuini* ſententiam *lib.* 6. in Joannem *cap.* 32. ubi hæc verba: *Paſcha, fratres, non ſicut quidam exiſtimant, Græcum nomen eſt, ſed Hebræum.* Denique perſonatus ille conſarcinator *Sacerdotis* vocabulum Græcum eſſe ait in *cap.* 36. quod etratum ab *Alcuini* doctrina prorſus alienum eſt. Hæc referri poſſunt ad ſupradicta *pag.* 240. *numero* 21.

Tandem de *Amalario* ſubjungit *Mabillonius*: „ Jam „ verò hæc, qualem modò expoſuimus, *Amalarii* » ſententia catholicæ fidei de vera ac reali Chriſti » præſentia in Euchariſtia quàm benè conveniat, » facile eſt advertere; ſi enim metaphoricam ac figu» ratam ſolùm conſecrationem admiſiſſet, non tantoperè engirandum erat de modo, quo vinum in » Paraſceve conſecretur, per contactum particulæ » immiſſæ, an per Orationem Dominicam. Nam u» nius ſpeciei conſecratione metaphorica ſemel factâ, » ex ejus contactu conſici accidentariam conſecratio» nem planum erat. Sed quia vera ac ſubſtantialis » ab *Amalario* credebatur illa converſio, de modo, » quo ea fieret, anxie inquirebat. Quid porro mi» rum, ſi veram vini conſecrationem ex contactu » & admixtione alterius ſpeciei fieri opinatus eſt » *Amalarius* longe ante *Berengarii* ætatem? cùm » poſt damnatam ejus hæreſim idem ſenſerint non » pauci catholici auctores. » Hoc *Amalarii* opus ab eodem *Mabillonio* ſæpè citatur in Ordine Romano I. *p.* 9. &c.

2. *De Ordine Antiphonarii liber*, poſt annum 827 ſcriptus. Extat una cum quatuor libris *de Divinis Officiis*, inter alios ejuſdem argumenti Scriptores *Pariſ.* 1610. fol. pag. 305. 503. & in Bibliotheca Patr. *Tom. XIV. pag.* 1032.

3 *Ecloga in Canonem Miſſæ*, à *Baluzio* edita Capitular. *Tom. II. pag.* 1352. Indeque à *Mabillonio* in Append. ad libellos Ordinis Romani *lib. cit.* p. 549. ubi inſcribitur *Amalarii* liber: *Ecloga in Ordinem Romanum.* An genuinus ſit *Amalarii* fœtus dubitat *Elias DuPin*.

4 *Regula ſeu Inſtitutio* vel *Forma Inſtitutionis Canonicorum, & Sanctimonialium Canonicè viventium*, Ludovici Imp. (qui & librorum copiam ei ex Palatio Aquiſgranenſi ſuppeditavit) juſſu, ex veterum Patrum & Conciliorum ſcriptis ac decretis collecta, & in uſum Occidentalium Eccleſiarum concinnata, in Concilio Aquiſgranenſi anno 817 lecta, approbata, & Synodica authoritate confirmata. Conſtat Capitulis CXIII. quibus ipſi Patres Aquiſgranenſes alia XXVII addiderunt. Habetur Concil. *Tom. VII. p.* 1313. Edidit quoque *Aub. Miræus* cum Notis, in Codice Regul. & Conſtit. Cleric. *Antverp.* 1638.

5. Epiſtola ad *Anonymum Epiſcopum* inſcripta, quam ex MS. S. Albini ediderunt *Martene* & *Durand*

Theſ. novo Anecd. *Tom. I. p.* 25. qui Epiſcopos fuiſſe putant *Jeremiam* aut *Rangarium*, ad quos Epiſtolas dedit *Amalarius* à *Dacherio* cum aliis evulgatas *Tom. VII. pag.* 164. in 4. & *III*, 330 fol. Vid. ſup. *p.* 55. Subjecit Editor Præfationi Tomo I° præmiſſæ Diſſertatiunculam in qua contendit *Amalarium* non modò Sacerdotem & Abbatem extitiſſe, ſed etiam Epiſcopum, ut docent Bibliothecæ Vaticanæ Codices MSS. notati 1146. & 1147. Has autem Epiſtolas cum capite ult. libri 3 de Eccleſiaſticis Officiis, ſcilicet *de obſervatione Quadrageſimæ*, quod in editionibus deſiderabatur, ſuppeditarunt duo Codd. MSS. Abbatiæ Corbeienſis; quæ ſingula extant quoque in dictis Codd. Vatic. & in Cod. Monaſt. S. Benigni Divionenſis Ord. S. Benedicti.

Amalarius in Epiſt. III. ad *Rangarium* Noviomenſem Epiſcopum expreſſiſſimè, ut obſervavit *Spanhemius* Hiſt. Eccleſ. Sec. IX. *p.* 1404, loquitur contra Præſentiam corporalem, pro ſenſu figurato verborum inſtitutionis Dominicæ: *Hic eſt calix ſanguinis novi & æterni Teſtamenti, myſterium fidei*: Ille ſanguis, *inquit*, figura fuit veri ſanguinis Chriſti. ,, Hic calix eſt in figura corporis mei, in quo eſt ſanguis qui manabit de latere meo ad complendam legem veterem, quo effuſo deinceps erit Novum Teſtamentum ...... Vocatur *myſterium fidei*, quoniam qui credit ſe redemptum ab eo ſanguine, & imitator fit paſſionis ipſius, ei proficit ad ſalutem & ad vitam æternam. Unde Dominus dicit, *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem: non habebitis vitam in vobiſmet ipſis.* ,, Hoc eſt, niſi participes fueritis meæ paſſionis, & credideritis me mortuum pro veſtra ſalute, non habebitis vitam in vobis ...... Sicut ergo ſecundum quemdam modum Sacramentum Corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, Sacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt: ita Sacramentum fidei, fides eſt. Simili modo poſſumus dicere: *Hic eſt calix ſanguinis mei novi & æterni Teſtamenti*, ac ſi dicat: hic eſt ſanguis meus qui pro vobis datur, ut deinceps novum & æternum Teſtamentum à me accipiatur & teneatur. Sequitur: *myſterium fidei* hoc credere debetis, id eſt, hanc fidem habere debetis, ut per illum remiſſio vobis ſit omnium peccatorum. ,, Multùm itaque à Reformatis in materiâ Eucharíſtica citatur *Amalarius*, ac nominatim ab *Edm. Albertino lib.* 3. *p.* 924. &c.

Mabillonius in lib. cit. *p.* 111. ſequentia item de ,, Auctore noſtro obſervat: *Amalarius*, Metenſis, ut videtur, Eccleſiæ Clericus, Lugdunenſis Chorepiſcopus fuit. Hujus ſententiæ auctorem habemus *Florum*, ejuſdem Eccleſiæ Diaconum, qui in priori Epiſtola adverſus eumdem *Amalarium* edita, tria ejus opera commemorat, nempe ..... 1 *Officialem*, 2 *Antiphonarium* velut à ſe digeſtum ac correctum: 3 noviſſime novum volumen, quod *Embolum* opuſculorum ſuorum appellavit, quodque apud Lugdunum ornate induit, ac vitis ſericeis diſtingui fecit. Hæc ex prima *Flori* Epiſtola *contra falſiloquas adinventiones* Amalarii *quondam Lugdunenſis Chorepiſcopi, de corpore Domini tripartito*: qua in Epiſtula *Florus* AMALARIUM durius carpit, uti & ipſe *Agobardus* Lugdunenſis Antiſtes. Nam etſi fortaſſe longius progreſſus eſt *Amalarius* in quærendis myſticis ſignificationibus ſacrorum rituum, quibus Eccleſia utitur, non eâ tamen acerbitate tractandus erat vir ut illis temporibus doctus, qui pia religione & ſtudio res ſacras illuſtrandi utique ducebatur. Typis vulgata ſunt priora duo ejus Opuſcula, nempe *Officialis*, & liber *de Antiphonario*: at *Embolum* adhuc in tenebris latere credimus. Edita illa duo non ſine fructu terunt rerum Eccleſiaſticarum ſtudioſi, qui longè aliis oculis hæc legunt, quàm *Florus* & *Agobardus*. Libellum *Officialem* appellavit *Amalarius* poſt Patres Concilii IV Toletani in Canone 26. Hinc poſtquam monuit *Agobardi* libros tres exſtare adverſus *Amalarium* ſcriptos, (vid. ſup. *p.* 148. *n.* 23, 24 & 25.) ſic pergit *Mabillonius*: Non minus ,, *Amalario* infenſus fuit *Florus* Diaconus, ac demum Presbyter Eccleſiæ Lugdunenſis; à quo *Amalarius* in medium provocatus fuit in Synodo Cariſiacenſi; ab eodemque in Concilio Epiſcoporum apud Theodonis-villam (*Thionville*) accuſatus, quod Chriſti corpus triforme dixiſſet, & quod ritus ſacros paſſim traduceret ad myſticas ſignificationes. Quid in utraque Synodo geſtum ſit, explicat *Florus* ipſe tum in Epiſtola mox laudata, tum in opuſculo ſubſequenti, tum in alia Epiſtola ad Patres Concilii apud Theodonis-villam congregati ..... Primum ac præcipuum caput accuſationis eſt, quod doceret *Præceptor ipſe* Amalarius *egregius, ita corpus Chriſti eſſe triforme & tripartitum ut tria ſint Chriſti corpora: primum, quod in ſe ſuſcepit, ſecundum in nobis, qui ſuper terram ambulamus: tertium in illis qui ſepulti jacent*: atque ideo in ſacrificio Miſſæ *tres debere fieri partes: unam in calice pro Chriſto; alteram in patena pro vivis; tertiam in altari pro mortuis.* Alterum accuſationis caput eſt, quod idem *Amalarius* pleroſque ſacrificii ritus ad morales & figuratas, uti mox dicebam, ſignificationes transferret. Tertium denique eſt, quòd LIBELLUM ROMANI ORDINIS *tantæ auctoritatis haberet, ut eum pene ad verbum uteretur exponere*; tamen ſi hunc libellum *Romano Archidiacono, cujus traditionibus gloriabatur*, ignotum fuiſſe fateretur. Verùm tantum abeſt, ut *Amalarius* ob expoſitum Romani Ordinis libellum de Eccleſia male meruerit, ut contra multum ei obſtricti ſimus, quod hujus libelli antiquitatem dignitatemque nobis unus ex priſcis auctoribus comprobaverit. ,, Videri etiam poteſt *Hiſt. Liter. Lugdun.* Tom. II. p. 114. ubi Rev. Auctor P. *de Colonia* nimiam *Agobardi* in *Amalarium* acerbitatem minimè probat.

5. Liber quem *de Præſcientia & Prædeſtinatione* contra *Gotheſchalcum*, hortatu *Hincmari*, edidit noſter *Amalarius*, non extat. Ipſum graviter perſtringit Lugdunenſis Eccleſia lib. de tribus Epiſtolis ,, Quod autem, *inquit*, inter cæteros, qui de tanta quæſtione, *divina* videlicet *præſcientia & prædeſtinatione* apud eos ſcripſiſſe memorantur, etiam *Amalarius* ponitur, & *Scotus Johannes* ab eis ad ſcribendum compulſus eſſe refertur, multum moleſtè & dolenter accipimus, ut Eccleſiaſtici & prudentes viri tantam injuriam ſibimet ipſis fecerint, ut *Amalarium* de Fidei ratione conſulerent, qui & verbis, & libris ſuis, mendaciis, & erroribus, & phantaſticis atque hæreticis diſputationibus plenis, omnes pene apud Franciam Eccleſias, & nonnullas etiam aliarum regionum, quantùm in ſe fuit, infecit, atque corrupit, ut non tam ipſe de Fide interrogari, quam omnia ſcripta ejus, ſaltem poſt mortem ipſius, debuerint igne conſumi; ne ſimpliciores quique, qui eos multùm diligere, & legendo frequentare dicuntur, eorum lectione & inaniter occuparentur, & perniciosè fallerentur & deciperentur.

De *Amalario* legendus *Nat. Alexander* Sec. IX. cap. 3. art. 4. *p.* 41 & Diſſert. XII. *p.* 352, ubi relatâ ſuperiori in *Amalarium* cenſurâ, eum *inter adverſarios* Paſchaſii *& realis præſentiæ corporis Chriſti in Eucharíſtia impugnatores ab Heterodoxis falsò annumerari* contendit, *indecentem & periculoſam* vocat *Amalarii conſuetudinem ſtatim ſpuendi poſt factam Communionem*: *Stercoraniſtarum fœdo errori in ſpeciem favere* obſervat; *multaque in ejus libris* de Divinis Officiis *meritò ab* Agobardo *reprehendi* cenſet. Vid. ſup. *p.* 291. *col.* 1.

De quæſtione Stercoraniſmi videndus eſt *Elias Du Pin* Sec. IX. p. 74. qui de ſcriptis *Amalarii* fuſiùs agit *p.* 158 &c.

AMALA-

Digitized by Google

AMALARIUS, ſeu AMALHARIUS *Fortunatus* dictus, anno 810 Archiepiſcopatum Trevirenſem obtinuit. Anno 811 à *Carolo* Imp. ad imbuendos fide Chriſtiana Saxones Tranſalbianos legatus eſt; ubi fundata Eccleſia Hamburgenſi, anno ſequenti in Gallias revertitur; & ad encyclicas *Caroli* de Baptiſmo literas ſcripto libello reſponſum dedit. Anno 813 CPolim ad pacem cum Græcorum Imperatore confirmandam miſſus eſt. Anno 814 ex Oriente reverſus, paulo poſt diem obiit. Extat inter Opera *Alcuini* Liber *de ratione rituum S. Baptiſmatis*, Alcuino falsò inſcriptus, (vid. ſup. *p.* 241. *n.* 25) quippe integro ſeculo poſt illius mortem, & ab Epiſcopo quodam, ſcriptus; quem quidem *Amalarium* (*a*) fuiſſe ex Codicis Petaviani authoritate conſtat. (*b*) De eo plura legi poſſunt apud *Chriſtophorum Browerum* Societatis Jeſu Presbyterum, in Annalibus Trevirenſibus, *Sammarthanos* fratres in Galliâ Chriſtianâ, verbo *Trevirenſes Archiepiſcopi*, & alios (*c*). Ii autem emendandi qui Opus *de divinis officiis* huic *Amalario* tribuunt, quod ad Metenſem pertinet: inter quos Anonymus Mellicenſis cap. 71. *Bellarminus*, *Gerbardus* in Patrol. p. 511. *Poſſevinus* (d), *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 131 voce *Amalarius*, ubi vocatur *Monachus Benedictinus*, *Lexovienſis*, & *p.* 295, voce *Amalarius*, ubi notat non obiiſſe A. 813 ut *Trithemius* habet, cùm ipſe *Amalarius* in Libro Antiphonarii aſſerat Romæ fuiſſe anno 831. Sed erroribus ſcatet ipſe *Ciaconius*, ſiquidem *Trithemius* de *Amalario* Trevirenſi loquitur, qui revera obiit vel anno 813, vel ſaltem 814. ut dictum eſt, licèt ei perperam quoque *Amalarii* Metenſis opera tribuat, unicum ex duobus *Amalariis* faciens. Id prætere notandum, *Amelarium* à *Ciaconio* vocari p. 128. *Metenſem Epiſcopum*, qui *ſcripſit Libros IV de divinis Sacramentis*, *tempore Ludovici*, *anno* 780: quæ habet ex *Honorio* Auguſtod *lib.* 4. *cap.* 3.

De utroque *Amalario* præter cit. legi poteſt *Morer.* Diction. *Olear.* p. 39.

(*a*) Erant qui hujus libri Autorem Sec. XI vixiſſe putant, ut qui eum *Remegio* Autiſſiodorenſi tribuunt. Vid. *Placcium* in Ps . . . p. 16 col. 2. (*b*) *Cave* ad A. 810. (*c*) *Oudin* Supplem. pag. 016. (*d*) Vid. *Placcium* ubi ſup. *p.* 37. *n.* 135.

d'AMALFI. Vid. CONSTANTIUS.

AMALFITANA Concilia. *Vid.* MALFITANA.

AMALRICUS Biterrenſis. *Vid.* AUGERIUS.

AMALRICUS Carnotenſis. *Vid.* ALMARICUS.

AMAMA (*Sixtinus*) Theologus Calvinianus, Linguæ Hebraicæ Profeſſor in Academia Franekeranâ, gente Friſius, *Druſii* Diſcipulus, plurimâ eruditione clarus extitit ſub initia Seculi XVII. *Cenſuram totius Vulgatæ Editionis Bibliorum* aggreſſus erat; at publicatâ tantum *Cenſurâ vulgatæ Latinæ Editionis Pentateuchi*, ab incepto opere avocatus eſt ut recenſendæ Belgicæ Bibliorum Verſioni operam daret: cujus quidem recenſionis rationes exhibet in libro Belgico cui tit. *Bybelſche Conferentie* &c. de quo vid. Epiſt. *Ric. Simonis* ad Dn. P. de inſpiratione Sacrorum Librorum *p.* 10 & 11. Deinde cum à *Riveto* accepiſſet *Amama* quendam *Marſennum* VI priorum Geneſeos capitum *adverſus ſuam ſtricturas patrocinium ſuſcepiſſe*, ad modeſtam, ut ipſe ait, & manſuetam replicationem ab eodem *Riveto* animatus eſt, quam præivit *Epiſtola* προσφωνητικὴ ad dictum *Marſennum*, ſeu *Merſennum*. Obiit menſe Dec. A. 1619. ætate non multùm provectâ, & majori dignus. Ejus Vitæ hiſtoriam præbet Operum Catalogus.

SCRIPTA:

1. *Diſſert. quâ oſtenditur præcipuos Papiſmi errores ex ignorantia Hebraiſmi, & Vulgata verſione partim ortum, partim incrementum ſumpſiſſe.* Franek. 1618. in 4.

2. Comment. *de Decimis Moſaicis.* Franek. 1618. Londini 1660. in 4.

3. *Cenſura Vulgatæ Latinæ Editionis Pentateuchi*, cum Prolegom. *Franek.* 1620. in 4. & *Francof. ad Moen.* 1634.

4. *De recta lectione Linguæ Sanctæ.* 1620. in 8.

5 *Collationes Biblicæ*: Liber in quo veterem Bibliorum verſionem è Germanica *Lutheri* factam ad fontes Hebraicos & ad optimos quoſque Interpretes examinat & reſtituit juxta *Bootium*. Amſtel. 1623. in 4. *Belgicè* ſub tit. *Bybelſche Conferentie* &c.

6. *Supplex Parænſis ad Synodos, Epiſcopos & Superintendentes Eccleſiarum Proteſtantium, de excitandis SS. Linguarum ſtudiis.* Extat in Anti-Barb. & cum Grammatica: antea vero bis lucem viderat. Hac Oratione Sacrarum literarum ſtudioſos ad notitiam Linguarum Orientalium tam feliciter adhortatus eſt *Amama*, ut in Synodo Haringenſi anno 1624. apud Friſios habita decretum ſit, „ ut in poſterum Theo„ logiæ candidati quotquot ad examen Miniſterii „ Eccleſiaſtici admitti deſiderabant, præter teſtimo„ nia Senatus Academici & Theologiæ Profeſſorum, „ exhibeant etiam teſtimonia Profeſſorum Hebrææ „ & Græcæ linguæ, quibus doceant ſe in prædictis „ linguis eos fecien progreſſus fecisse, ut Originalem „ Veteris Novique Teſt. menti textum mediocriter poſ„ ſint intelligere, utque in Claſſe ſuâ, cujus examini „ ſe offerunt, ejus quoque rei ſpecimen edere teneantur.

7. *Sermo Academicus ad Eccleſ. XII, I.* Holmiæ 1626. in 4.

8. Oratio *de Barbarie*, habita in templo Acad. 22 Sept. 1626.

9. Epiſtola *Caſpari Barlæo* data Franck. 3. Dec. ſtil. vet. 1626. De Commentario *Druſii* in duodecim Prophetas *Overbeckio* dedicando. Extat inter Epiſt. præſt. Virorum *n.* 444 *p.* 723. Conſ. quæ ſub tit. DRUSIUS (*Joh.*)

10. Epiſtola Dn. *Marino Marſenno* Ord. Minim. S. Francisci de Paula, Franekeræ data 20 Feb. 1627. Hanc meminit *Crenius* Animadverſio num ſuarum *Part.* *III.*

11 *Reſponſio ad excurſus D. Marini Marſenni Theologi Pariſien.* quâ defendit *Amama* Cenſuram ſuam Vulgatæ Verſionis ad VI priora capita Geneſeos ab ipſo oppugnata: inſcripta Rev. & Clariſſ. Theologis *Francisco Gomaro* & D. *Andreæ Riveto*, Epiſtolâ datâ 27 Dec. 1626.

12 *Commentatio de nomine Tetragrammato, cum modeſta reſponſione ad argumenta Cl. Viri* D. Nicolai Fulleri, *quibus pro vulgata lectione* Jehovah *certitudine* *oppugnavit*: ad Rev. & Clariſſ. Virum D. *Feſtum Hommium* SS. Theol. Doctorem &c.

13 *Diſſertatio de fundamentis allegoricæ interpretationis*, quâ omnia iſta quæ Jobi XL de *Behemoth* & *Leviathan* dicuntur, ad Diabolum vulgò transferunt: ad D. *Theod. Saekma.*

14. *Diſſert. de Keri & Chetib*: ad D. *Lud. de Dieu.* &c.

15. *Diſſert. de craſſioribus quibuſdam Interpretum erroribus, in quos vel per librariorum ſphalmata, vel vocum ambiguitatem, dum ad originalem textum non recurrerunt, delati ſunt*: ad D. *Epenum ab Aylva.*

16. *Commentatio ad locum Prov. VIII, 22.* Κύριος ἔκτισέ με, *in quâ explicatur & à calumnia vindicatur ſententia Viri Celeb.* D. Joh. Druſii: *ad* D. Johannem Hachtingium *&c.*

17. *Grammatica Hebræa* Martinio-Buxtorfiana, *ſeu Grammatica* Petri Martinii *Navarri*, *quam ex accuratiſſimis aliorum Grammaticis, præcipuè verò Cl.* Buxtorfii, *ſuiſque etiam obſervationibus* Sixtinus Amama *innumeris in locis ita mutavit, correxit & auxit, ut nova meritò Grammatica dici poſſit.* Addita eſt *Parænſis ad Eccleſias Protest. de excitandis SS. Linguarum ſtudiis.* Amſtelod. 1634. in 8. Epiſtola dedicatoria ad Illuſtr. D. *Achatium* Burggravium & Lib. Baronem à *Dhona* data eſt Franekeræ 6. Jan. 1625.

18. *Coronis* ad eandem *Grammaticam*, continens Explicationem omnium ſpecialium Anomaliarum; aliarum-

aliarumque difficultatum textûs Hebraici, ordine Biblico inſtitutam : II, Diſſertationem de *Keri* & *Chetib*, id eſt, variis lectionibus, literis majuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inverſis *&c.* III, Conſilium de ſtudio Hebraico bene inſtituendo. *Amſtel.* 1635. ac prius 1625 cum *Grammatica*, & ſeorſim 1628 in 8.

Extant *Amama* in Criticis Sacris edit. Amſtel. 1698 (præter *Comment. de Decimis*, & Epiſt. *n.* 10 memoratam) Cenſura Vulgatæ Verſionis Pentateuchi, & Notæ in Libros Hiſtoricos, Pſalmos, Proverbia & Eccleſiaſten, de quibus ſic Editores Batavi in Præfatione ad Lectorem : ,, Secundum hujus Editionis ,, augmentum ſuppeditarunt nobis ſcripta *Sixtini Amama*, quæ, quamvis ad prælum planè non viderentur parata, ſed potius memoriæ juvandæ gratiâ ,, ab eo conſcripta ad alios vivâ voce docendum, tanti ,, tamen momenti ſunt ut lectorem haud pœnituerit ,, ea aliquando delibare, cùm multas raras & eruditas contineant animadverſiones, eòque gratiores ,, quò breviores, nulliſque verborum phaleris implicitas. His jure merito adjunximus, quam jam olim ,, ipſe vulgaverat *Cenſuram Vulgatæ Verſionis quinque* ,, *Librorum Moſis*, quia diu iſte liber deſideratus fuit. ,, Non poſſumus etiam ſilentio præterire, quod ad ,, *Notas in Eccleſiaſten* ab eo notatum deprehendimus, ,, ſcilicet hanc extremam ejus voluntatem fuiſſe ut ,, nemo eas Notas in lucem ederet, niſi à ſe de novo deſcriberentur, notiſque Maſſoreticis augerentur. ,, Verùm enim verò cùm præ cæteris hæ eleganter ,, eſſent deſcriptæ, multæque Notæ ad finem uſque ex ,, Rabbinis imprimis & peculiaribus ſchedis & ad marginem adjectæ, id ipſum ab eo præſtitum eſſe arbitrati ſumus, quare & has publico denegare noluimus.

19. *Anti-Barbarus Biblicus*, &c. Franequeræ 1628 & 1656 in 4. Huic Editioni acceſſit Liber quartus. Prodiit item Hamburgi 1707. Epiſt. dedicatoria Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordinum Conſiliariis, nec non Conſulibus Leidenſibus, Academiæque Curatoribus data eſt Franekeræ 20 Jun. 1628. Ex eâ colligitur ab iis vocatum fuiſſe Anno 1626 ad Hebrææ Linguæ Profeſſionem, *Erpenii* morte vacantem, quam Noſter non omnino recuſavit, ſed ab Illuſtribus Friſiæ Ordinibus adeundi veniam non obtinuit.

In Præfatione ad Lectorem de Operis argumento, & ratione tituli diſſerit Autor. ,, Damus tibi, *inquit*, ,, Benevole Lector, Anti-barbari Biblici Libros tres, ,, totius operis partem primam, quorum primo ſeptem errores generales, ſeu totidem omnis, quæ ſuperioribus ſeculis Sacras Literas fœdavit, barbariei ,, fontes, oſtenduntur; reliquis duobus craſſiſſimi aliquot errores & ineptæ interpretationes particularium ,, Scripturæ locorum, quæ ex iſtis fontibus emanarunt, ,, repræſentantur. Qua occaſione multis Sacræ paginæ ,, locis facem allucemus. ,, Hic autem ſecutus eſt ordinem librorum Biblicorum. Secundus enim liber circa Pentateuchum : Tertius circa libros Hiſtoricos, Jobum, Pſalmos, Proverbia, *Koheleth*, Canticum, & Eccleſiaſticum (licèt Apocryphum) verſatur. Quartus circa Eſaiam, Jeremiam & Threnos. Animus erat quintum & ſextum ſubjungere, iiſque loca quædam ex reliquis Prophetarum & N. T. libris, adverſus aliorum Interpretum corruptelas interpretari.

Primum librum quod attinet, ſeptem qui in eo oſtenduntur errores generales, iſti ſunt :

I, Græcam interpretationem veteris fœderis, quæ LXX interpretibus vulgò adſcribitur, eſſe θεόπνευστον :

II, Vulgatam tranſlationem Latinam utriuſque fœderis, quæ vulgò B. *Hieronymo* tribuitur, mentem Spiritûs S. ubique examuſſim expreſſiſſe, eam eſſe authenticam, nulloque prætextu à Chriſtianis rejici poſſe aut debere :

III, Fontea ſeu originariam Scripturam, hæreticorum, & Judæorum maliriâ ita eſſe corruptam, ut non amplius norma Chriſtianorum dogmatum eſſe poſſit. ,, De duobus iſtis ὕστερον πρότερον egimus, inquit Autor, capitibus XIV. Namque tribus prioribus exhibuimus generalem defenſionem Hebraicæ ,, & Græcæ veritatis, reliquis XI detectum ivimus *bonam fidem*, *infallibilitatem & concordiam* Romanorum ,, Pontificum circa Vulgatam Editionem. Poſtea lectori ,, communicat ſuperbam & famoſam illam *Sixti V* ,, Bullam, quâ ſuæ Editionis autoritatem conſtabilire ,, molitus eſt : quam hodie in Bibliorum Editionibus ,, fruſtra quæſiveris. ,, Subjicit mendaciis illud Breve, quod *Clemens VIII* biennio poſt ſuæ Editioni præmiſit, & nunc quoque à multis Editionibus abeſt. Adjecit Præfationem in *Clementis* Biblia, quæ, ,, cum *Sixti* Bullam graviſſimis difficultatibus urgeret, ,, Pontifex Pontifici cornua obvertere videtur, nec ,, *Clementis* nec ullius Cardinalis Doctoriſve nomen ,, oſtendit. ,, Unde de ejus authoritate anxie inter Pontificios diſputari ca. XI oſtendit. ,, Quis tamen, *addit*, ,, perſuaderi ſibi ſinat, eam Præfationem improbante Pontifice, operi Biblico præmiſſam eſſe, ,, & in hunc uſque diem tolerari? ,, Tandem etiam tranſit *Amama* ad conſilium ſuum de continuatione Cenſuræ ad Vulgatam Verſionem, & quæ huic operi cum iſthoc affinitas & conjunctio ſit oſtendit.

Sed ut ad *errores* redeam, IVum numerat Auctor, Linguarum iſtarum quibus Sacræ Litteræ originaliter conſcriptæ ſunt, vid. Hebrææ & Græcanicæ, totiuſque adeo politioris literaturæ, ſtudia hodie eſſe ſupervacanea. Hac occaſione tertiam exhibet, eamque auctiorem, ſuæ *Paraneſis* editionem, qua omnes Evangelicarum Eccleſiarum Synodes, Epiſcopos & Superintendentes ad excitanda SS. Linguarum ſtudia hortatur. Quem Auctoris conatum quam præclarè Eccleſiæ Belgicæ promoverint, apographæ aliquot Decretorum Synodicorum, quæ ſubjecit, loquuntur.

Error Vus, Verſiones Latinas, ex. gr. *Pagnini*, *Junii*, *Eraſmi*, *Bezæ*, nec non Germanicam *Lutheri*, & quæ ex ea expreſſa eſt, Belgicam, mentem Spiritûs S. ubique ita expreſſiſſe, nullius ut correctionis amplius indigæ ſint.

VI, Bibliorum lectionem Theologiæ ſtudioſo non eſſe admodum neceſſariam, vel poſſe aliquem Theologiæ ſtudere, & Theologum eſſe, etiamſi non legat Sacras Literas.

VII, Omni Scripturæ textui, ſinguliſque locis, aut ſaltem pleriſque, duplicem ineſſe ſenſum, Literalem & Myſticum. Circa illum (literalem) verſari Theologiam craſſam : circa hunc (myſticum) occupari Theologiam ſecretiorem & ſpiritualem. Quin & uno loco plures poſſe ſubeſſe ſenſus literales.

,, Hic verò, inquit noſter, intolerandum illum ,, Allegorizandi pruritum in ipſo limine graviſſimis ,, *Serarii*, *Sixti Senenſis* & *Riberæ* cenſuris notavimus. ,, Oſtendimus teſtimoniis *Auguſtini* & *Hieronymi*, à ,, literalis ſenſus difficultate & cleri ſocordiâ hunc pruritum robur & incrementa acquiſiviſſe. Egimus de ,, duplici Scripturæ ſenſu, literali & myſtico. Variis Nomenclaturis eos inſigniri, & ſæpè terminos ,, confundi, dum jam laxius, jam ſtrictius uſurpantur. Non omnem allegoricum ſenſum in exilium ,, mitti. ,, Præter errores notatos iſtum vitari vult, quorundam locorum nullum eſſe ſenſum literalem. Deinde agit de loco I Cor. X, 6. *Omnia in figuris contingebant illis.* Admonet etiam eos, qui ex quolibet propemodum homine vel re in Vet. Teſt. memorata, Typum Chriſti aut Eccleſiæ, aut rerum ad N. T. pertinentium, fabricant; non ſufficere, ut aliquid alterius typus ſit, ſimilitudinem aliquam, ſed ex Sacra pagina oſtendendum eſſe, illud è Spiritu S. huc fuiſſe deſtinatum & ordinatum. Tales autem typos oppidò paucos eſſe. In multis, de quorum evidentiâ multi non dubitant, tantùm alluſionem quandam eſſe. Illos quoque monet, qui circa nominum propriorum originationem nimis curioſi pro concione ſunt, iiſque doctrinas, quin & integras ſæpè conciones, ſuper-

ſuperſtruunt. Concludit denique diſſertationem illam graviſſimis admonitionibus *Barfrerii*, Jeſuitæ Galli, *Leonardi Marii*, Theologi Colonienſis, *Adami Saſbouth* & *Martini Buceri*.

Libris tribus poſterioribus recenſentur varii errores circa explicationem particularium S.Scripturæ locorum, qui ex VII illis, quos libro ſuperiore diſcuſſit, erroribus generalibus emanarunt.

Plurima in toto opere paſſim citantur & tractantur Nov. Teſtamenti loca, nimirum *Matth.* XXVII, 9. *Luc.* I, 78. IV, 17. 20. VIII. 15. *Joh.* II, 19. VIII, 25. X, 35. XVII, 12. XXI, 21. *Acta Apoſt.* II, 27. *Rom.* XI, 20. XIII, 2. I. *Cor.* II, 3. XV, 54. *Epheſ.* V, 14. *Hebr.* X, 7. XI, 11. *Jac.* V, 5. *Apoc.* III, 14. XI, 3. XIII, 8. XVIII, 3.

Hanc autem tituli rationem reddit Autor: „ Cum „ illis potiſſimum, inquit, mihi negotium eſt, qui „ linguarum originalium ſtudia, tanquam ſi nulli uſui „ eſſent, proſcribunt. Eos vel barbaros eſſe, vel bar- „ bariei patrocinium præſtare, nullus, opinor, infi- „ tebitur. Iſtorum furoribus hunc librum oppoſui. „ Meritò ergo *Anti-barbarum* dixi. Addidi *Biblicum*. „ Nibil enim cum iſta barbarie hic mihi negotii eſt, „ quæ τὰς ἔξωθεν diſciplinas ſuperioribus ſeculis deflo- „ ravit. Nec etiam eos tango, qui ad rerum Theolo- „ gicarum tractationem barbarum, aut ſaltem minus „ Latinum, ſtylum attulere. Ipſe mihi meæ tenui- „ tatis conſcius ſum. Atque hoc quoque debeo Pa- „ triæ meæ infelicitati, in cujus Scholis & Academiâ „ ſtyli exercitia, me juvene, omninò jacuêre. Quam- „ vis ne nunc quidem ea admodum floreant, juven- „ ture noſtra ad ea potius ſtudia properante, quæ „ πρὸς τὰ ἄλφιτα ſunt. " Primarius ipſi ſcopus fuit oſtendere, *quantas fruſtrationes linguarum originalium ignorantia beatiſſimis Patribus & acutiſſimis ſcholaſticis in Scripturarum interpretatione attulerit. Non Patres, non omnes ſcholaſticos, quarum interpretationes convellit, inter barbaros* ponit. Illos hæc nomenclatura notat, *qui ad iſta oculos claudant, & cum poſſent linguas diſcere, quod iſtis ſeculis infelicitas negabat, nec diſcant ipſi, nec alios diſcere patiuntur, inſtar canum, qui cùm fœno non veſcantur, prohibent tamen accedere boves.* Illis etiam, *quibus in veterum illo Ægypti ollis amorum eſt, qui ſcholaſticorum ſcriptis & Pontificiorum poſtillis ſemper inverſantur*, illis, inquam, hoc quoque ſcripto prodeſſe voluit. „ Neque enim, pergit Autor, in Evangelicis „ Eccleſiis nulli ſunt, qui malunt cum barbaris iſtis veſci „ glandibus, quam cum eruditiſſimis viris fruges edere. „ Queis volupe magis eſt cum *Origene*, *Auguſtino*, „ aliiſque ἀλληγορεῖν, quàm cum præclaris iſtis Dei or- „ ganis, *Luthero*, *Calvino*, *Bucero* &c. Scripturam „ ſolide interpretari. Hi ſunt, qui quicquid in Pa- „ trum vel Homiliaſtarum ſcriptis legunt, pro oracu- „ lo accipiunt, pro concione proponunt. Hi ſunt qui „ omne id quod ipſi non didicerunt, ut hæreticum „ ſuſpectant, qui ſub qualibet Hebræa aut Græca „ voce heterodoxiam latere muſſitant. Hi ſunt, qui „ cum ſententiam aliquam, vel loci alicujus explica- „ tionem ab ea, quæ apud nos recepta eſt, diver- „ ſam in Patrum ſcriptis legunt, mox percelluntur. „ Hi denique ſunt, quibus miſeri Grammatici ſemper „ vapulant, illam *Joannis Dullardi* ſententiam, quâ „ *Ludovicum Vivem* diſcipulum ſuum ſuffluminare ſo- „ lebat, *Quanta eris melior Grammaticus, tanto pejor* „ *Philoſophus & Theologus*, ſæpè inculcantes. Illi, ſi „ hæc noſtra legere dignabuntur, tanquam in ſpeculo „ videbunt, præclaris iſtis viris (Patres intelligit & „ florem Scholaſticorum) „ nil niſi linguarum notitiam „ defuiſſe, ſe quoque dum authores quoſdam ſine de- „ lectu & judicio legunt, & ſequuntur, in Scriptu- „ rarum interpretatione & citatione ſæpè impingere. " Illud autem hic ſemel monet, *ſe non cujuſlibet ſcriptoris de qualibet re ineptias... hac convellaſſe, ſed lapſus & errores magnorum virorum, ... qui jam pridem in Eccleſia & Scholis dictaturam quandam gerunt.* Inter quos ſunt *Auguſtinus*, *Ambroſius*, *Athanaſius*, *Chryſoſtomus*, *Baſilius*, *Epiphanius*, *Tertullianus*, *Lactantius*, *Gregorius* Magnus, *Thomas*, *Lombardus* & alii. Quia verò non defuturos exiſtimat, *qui ſe inſtar Chami Patrum pudenda retegere clamabunt*, eos rogat *Amama*, ut ad *Sixti Senenſis* Bibliothecam S. oculos „ pauliſper reſpectant, „ qui Patrum in exponenda „ Scriptura errores, quos nec ſine Catholicæ pietatis „ offenſione, nec ſine magna legentium perturbatione „ diſſimulari potuiſſe ait, ſtudiosè collegit, iiſque „ duos integros libros (vid. quintum & ſextum) „ explevit. Illud inſuper ſemel hìc proteſtatur noſter, „ ſe non iſthoc animo magnorum iſtorum virorum „ errores recenſuiſſe, quaſi levato ſipario omnibus „ conſpiciendos exhibuiſſe, ut illis convitium face- „ ret, aut publicè traduceret, ne dum ut eorum ſcrip- „ ta de juventutis manibus excuteret. Scio enim, in- quit, „ illos præclaris dotibus nævos iſtos penſaſſe. „ Scio Patres noſque prævius doctoribus antea iter „ non calcatum ingreſſos, glaciem, quod aiunt, fre- „ giſſe..... Quod ſi in hæc ſecula magni iſti Heroes „ incidiſſent, aut ego fallor, aut omnibus qui poſt „ renatas litteras in Scripturarum interpretationem cum „ laude incubuêre, otia feciſſent. Quid ergo? Jam „ bis dixi. Ut juventus noſtra tanquam in ſpeculo „ videret, ſolam linguarum notitiam præſtantiſſimis iſtis „ ingeniis ſeculorum infelicitatem negaſſe, ne juventus „ noſtra omnia quæ in authoribus iſtis occurrunt, tan- „ quam oracula accipiat, populoque, ubi jam ad „ docendum admiſſa erit, proponat. „ Juventutem nominat, quia hanc operam in gratiam juventutis & & tyronum præcipuè conſcripſit. Uno verbo voluit evidentibus exemplis oſtendere, *omnia ad originarii textûs regulam examinanda eſſe, præſertim cum dogmata probanda vel confutanda ſunt*: plurimis hâc in re D. *Auguſtini* locis innixus, inter quos iſte refertur ex *proleg. lib. 3. de Trinitate*, ubi ait *Noli meis litteris tanquam Canonicis deſervire.* Alios refert *Gratianus* in diſt. 9. cujus hæc ſumma eſt, *Patrum ſcripta ad Scripturas Canonicas examinanda, nec cum credendi neceſſitate, ſed cum judicandi libertate legenda eſſe.* Nec omittit noſter *Baronii* verba ad ann 34. §. 213. » Non » omnes, *inquit*, qui loco Apoſtolorum ſucceſſerunt, » Epiſcopi, aſſecuti ſunt ſenſum & intelligentiam Scrip- » turarum, vel eos ipſa ſemper excelluiſſe gratia, eſt » neceſſarium. Nam Sanctiſſ. Patres, quos Doctores » Eccleſiæ ob eorum ſublimem eruditionem meritò no- » minamus, quantumlibet eos Spiritus S. gratia præ » cæteris imbutos eſſe liquet, in interpretatione Scrip- » turarum non ſemper, nec in omnibus ſequitur Ca- » tholica Eccleſia. « Addit & *Bellarminum*, qui *de Concil. lib. 2. cap. 12* diſerte pronunciat, *Sacra Patrum ſcripta non eſſe regulas, nec habere auctoritatem obligandi.*

De illo *Anti-barbaro* vid. *Adr. Baillet* Tom. VII. p. 353. *in* 4. Idem opus ſatis acriter perſtringit *Simonius* Hiſt. Crit. V. T. *lib.* 2. *cap.* 14. *p.* 71. & *lib.* 3. *cap.* 19. *p.* 95. edit. Lat.

Amama laudes quas meretur tribuit *Elias DuPinius*, eum Linguæ Hebraicæ & Græcæ peritiſſimum pronunciat, ejuſque Annotationes judicio pollere, ac prodeſſe poſſe cenſet. *Vid.* Bibl. Auth. Anti-Pontif. *Tom. II. p.* 459. &c. & *Tab. Univ.* Tom. IV. p. 1017. Conf. *Lipen.* Bibl. Theol. *Le Long* p. 606. *Imbon.* p. 268. ac præ omnibus *Balii* Diction. *p.* 172. edit. 3a.

Crediderat *Amama*, primum omnium *Petrum Lombardum* Lib. I. Sent. diſt. 2. ex nominis pluralis cum verbo ſingulari conſtructione, pro perſonarum in divinâ eſſentiâ pluralitate argumentum extruxiſſe; ſed ante eum id feciſſe *Theodoretum* in Gen. cap. 1. ℣. 26. monet *Crenius* in Not. ad Epiſt. *Hottingeri* 1 in faſce I. p. 231. Sed credidit Noſter primum *Galatinum* vocem *Jehova* uſurpaſſe.

AMAN (P. F. *Aquilinus*) Ord. S. Franç. Reform. Convent. Friſingenſis, SS. Theolog. Lector Jubilatus, & SS. Canonum Ordinarius, SCRIPSIT librum cui tit.

Norma Clericorum, quemvis in ſuo, maximè Sacerdotali, gradu conſtitutum fundata, practica, & clara *methodo*

methodo dirigens ad manus ſibi commiſſum, præcipuè in Sacrificio Miſſæ, debite exercendum. Editio ſecunda, aucta, præſertim quoad materiam de Sacramentie in genere, modum exorcizandi obſeſſos, variaque dubia de celebratione Miſſarum. *Ingolſtadii*, apud Joh. Andr. de la Haye, 1727. in 8. Prodierat antea ann. 1724. cum titulo *Speculum O dinandorum* &c.

Diſtribuit Autor opuſculum in *Capita*, *Articulat*, *Queſtiones*. Ac præmittit in *Cap. I°* neceſſaria ſcitu ex materia de Sacramentie in genere: *Cap. IIdi* argumentum eſt natura & Diviſio Ordinis: Agit in *Cap. IIIo* de ſubjecto Ordinie capaci, ejuſdemque qualitatibus: De Miniſtro, Effectu, & Obligationibue Ordinandorum diſſerit in *Cap. IV°* ut in *V°* de Officiis ſingulorum Ordinum: Diſcurrit in *Cap. VIo* de Sacrificio Miſſæ, & ſpecialiter de iis, quæ illius eſſentiam, ſive ut Sacrificium, ſive, ut Sacramentum eſt, concernunt: *Cap. VIIum* de concomitantibus miniſterium Sacrificii Miſſæ: *VIIIum* ultimumque de circumſtantiis Sacrificii Miſſæ, ut de obligatione, loco, & tempore calebrandi &c. Omnia, quæ continet Liber iſte, maximam exhibent ſtyli ſuavitatem, cum doctrinæ profunditate, brevitatem amicabilem, cum judicii ſoliditate; & ipſius Authoris ingenium ſublime, quo ſe maximâ dignum reddit æſtimatione.

AMANATUS (*Jacobus*) Vid. PICCOLOMINÆUS.

AMANDO (*Johannes* à S.) Vid. FAYTA.

AMANDO (R. P. F. *Valentinus* à S.) Provinciæ Flandro-Belgicæ Sacerdos Profeſſus, Theologiæ Doctor, Carmelitani Ordinis Hiſtoriographus, Tractatum typis dedit ſuper Regula ejuſdem Ordinis, hoc titulo.

Heroica Carmeli Regula, à S. Dei Propheta Elia vitâ & exemplo tradita, ab Hieroſolymitanu Patriarchu Johanne & Alberto *conſcripta, ab cujuſdam Muſtei Scriptoru vilipendiu vindicata*. Coloniæ, apud P. Alſtorff, 1682. in 8.

AMANDUS *de Caſtello* cognominatus, Canonicus primum Eccleſiæ Tornacenſis, tum Monachus Cænobii Sti Martini in urbe eadem, anno 1113. & ſequentibus ſi tuit, factus deinde Prior Aquicinctinus ac demum Marchianenſis Abbas, qui *Herimanno* teſte, Eccleſiam illam pene deſtructam, tam interius in Religione, quàm in divitiie & ædificiis renovando correxit, prout fuſius proſequitur ex antiquis ejuſdem loci monumentie in ſua *Gallo-Flandria* Joannes Buzelinus. SCRIPSIT *Amandus* Aquicincti degens *Epiſtolam de Vita & obitu Venerabilu* Odonis *Cameracenſis Epiſcopi* MS. ibid. & apud S. Martinum Tornaci; quam edidit *Arnoldus Baiſſius* Duacenſis, in Eccleſia D. Petri Canonicus, in *Belgica Chriſtiana* de Epiſcopis Provinciæ Belgicæ, edita Duaci 1634. in 4. * *Oudin.* Tom. II. p. 1014. ad A. 1120. *Sweert*. p. 117. *Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2. *cap.* 48. *p.* 398.

AMANDUS Germanus, Græcenſis, Capucinus, Provinciæ Styriæ Concionator, pluries Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, inter Scriptores Capucinos à *Dionyſio* Genuenſi *p.* 12. laudatus, EDIDIT

Conciones Quadrageſimales A. 1688. Tomis II.

AMANDUS de S. Quintino, Gallus, Veromanduue, Ord. FF. Prædic. à patria & profeſſione ſic nuncupatus, Sacræ Facult. Pariſ. Magiſter, apud *Bern. Guidonem* n. 48 recenſitus, dicitur Sententias legiſſe A. 1301. Vir fuit ſua ætate, eruditione & facundia clarus, ejuſque meminit *Leander* fol. 138 b. Scripta quædam quin relinquerit, non dubitat *Echardus*, ſed vel deperdita vel alicubi latentia ſuſpicatur. Ejus tamen vidiſſe teſtatur *p.* 492

Sermonem in die Pentecoſtes, qui extat in Colb. cod. 3785. qui collectio eſt Sermonum ſelectorum à variis, præſertim ſodalibus circa A. 1300 habitorum, ut annotavit Vir Cl. *Baluzius*. Sermo cum collatione quinque folia continet, & integer videtur.

Hujus item eſt alius *Sermo* dictus Dom. ante Pu-

rific. 31. Jan. 1283. Cod. Victor. 762. n. 45. Vid. *Echard*. p. 384.

AMANDUS *Teuto*. Vid. SUSO (*Henricus*)

AMANDUS Zelandus, Ziriczæenſis à patria dictus, Ord. Minorum de Obſervantia, Theologue & Hiſtoricus, Sec. XVI. clarus, ſcientiſſimus antiquitatis indagator, cum magna laude Theologiam Lovanii profeſſus eſt in Conventu Minorum. Pietate atque eruditione inſignis, Cænobiorum ſui Ordinis reformationi, cùm Provincialatum ejus gereret, operam dedit Deceſſit Lovanii apud ſuos, extatque hæc memoria in libro fratrum mortuorum:

Obitus venerabilu, zelozi & devoti Patru AMANDI Ziriczæenſis, *Sacerdotis, Prædicatoris, & Confeſſoris, qui fuit ante unionem Miniſter & Cuſtos Fratrum Reformatorum hujus Provinciæ Coloniæ, nec non & Guardianus, & Lector in diverſis Conventibus, etiam poſt unionem. Vir utique in Sacra pagina literatiſſimus, Latina, Græca & Hebraica Lingua peritiſſimus. Sepultus in choro Lovanii ante ſummum altare A. D.* MDXXIV. 8 *Junii*.

Annus mortis hic ponitur XXIV; portò *Chronicon* ejus ſub finem non uno loco meminit anni XXXIV.

SCRIPTA:

1. *Chronicon à mundi exordio ad A. D. MDXXXIV. libb. VI.* Quod *Scrutinium* vel *Venationem veritatu hiſtorica* vocabat Prodiit Antverp. 1534. 8.
2. *De LXX Hebdomadibus Danielu.*
3. *Comment. in Geneſim & Jobum.*
4. *Spiritualis militia XII hora.*
5. *Dominica Paſſionis Hiſtoria.*
6. *De Chriſti reſurrectione & aſcenſione.*
7. *In Eccleſiaſten Salomonis.*
8. *De S. Anna conjugio.*
9. *Conciones variæ.*
10. *De XL manſionibus.*
11. *De Sophi Rege Perſarum* MS. Lovanii * *Sweert.* p. 117. *Ciacon.* p. 116. *Poſſevin.* p. 50. *Morer.* pag. 274.

AMANTHIA (*Horatius*) Siculus, Catanenſis, Juris utriuſque Doctor, antiquitatum ſedulus perſcrutator, Doctrinâ apprimè excultus, in Catanenſi Academiâ legum feudalium Interpres, claruit anno 1626. EDIDIT, teſte *Mongit*. p. 294.

Litanias, Preces, Rogationes ad laudes B. Agathæ V. & M. Catanæ 1630. in 12.

AMARAL (*Franciſcus de*) Luſitanus, Olyſſiponenſis, atque in hujus Urbis Collegio Jeſuitarum, (quorum erat ſodalis,) Philoſophiæ ac Theologiæ Profeſſor, habere ſe parata detulit ad *Bibliotheca Jeſuitica* Authorem,

Concionum tomos duos; alterum *de Tempore*, alterum *de Feſtis*. * Alegamb. *p.* 113. Nic. Anton.

AMARAL (F. *Nicolaus Coelho* de) Luſitanue, Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. Conimbricenſis Profeſſor cùm Theologiæ, tum Matheſeos, cujus egregiè gnarus fuit, primarius tandem Pincianue ejuſdem ſacræ ſcientiæ Doctor ſcripſit, præter *Chronologiam temporis*, & *Regum Portugallia geſta, Sermones, & Carmina*. Floruit autem ſub *Joanne III* & *Sebaſtiano* Portugalliæ Regibus, i. e. circa medium Sec. XVI. Obiit Pinciæ * *Nic. Anton.* II, 120.

AMARAL (*Petrus de*) Luſitanus, Soc. Jeſu, clarus exeunte Sec. XVII. in Univerſitate Conimbricenſi, obiit Ulyſſipone, 29. Decemb. ann. 1711. conſcripto in honorem B. Virginis prolixo Tractatu, cui titulum fecit

Canticum Marianum, Eboræ edito ann. 1709. * *Mem. Portug.* apud *Morer.*

AMATA (*Antonia Felix*) gente Sicula, Panormi nata 12 Oct. 1669 neglectis Sæculi pompis, ſeptenis patrium Gynæceum Monialium S. Catharinæ Ord. Prædicatorum ingreſſa, depoſito *Roſolia* nomine, Ordinis

Digitized by Google

dinis inſignia accepit, ac ſolemnia emiſit vota. Hunc pluribus laudibus exornat *Mongitor* Tom. I. p. 349. indeque inter *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 849 laudata. Pietate inſignis deceſſit Panormi 22 Maii 1701. EDIDIT Italicè

Ghirlanda Celeſte di orationi devote per coronarne tutte le opere buone del giorno, offerta alle ſacre ſpoſe del Crociſiſſo. Genuæ 1692. in 16.

AMATIS (*Evangeliſta* de) Carmelita, Italus, Cremonenſis, clarus A. 1495. Summus in patria ſui temporis Philoſophus ac Theologus, SCRIPSIT

1. *Super Acta Apoſtolorum* Libb. II.

2. *Super Cantica* Libb. II.

3 *De Philoſophia Morali* Tract. 1. * *Ariſi* Crem.Liter. *p.* 373.

AMATIS (*Franciſcus Maria de*) Soc. Jeſu, natione Italus, patria Romanus, edidit

1. *Orationem ad Politianos in Studiorum inſtauratione* habitam anno 1610. Et ſub nomine *Marcelli Cervini* (a)

2. *Orationes II*, alteram *de Laudibus Marcelli II.* P. R. alteram *de Laudibus B. Franciſci Cervini*. Senis, 1611. in 4. Tranſtulit etiam Italicè

3. *Vitam P. Gonzali Silveriæ Martyris è Societate Jeſu*. Romæ 1615. in 12. (b)

(a) *Placc.* in *Pſeud.* *p.*179. *n.* 607. (b) *Alegamb.* p. 126.

AMATO (*Michael* d') Italus, Neapoli natus 3 Oct. 1682, utriuſque Juris ac Theologiæ Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, Socius Congregationis Apoſtolicæ Miſſionis in Cathedrali Neapolitana erectæ, ann. 1707 primarius Regiæ & Parochialis Eccleſiæ Caſtelli novi Capellanus electus, (cujus & anno 1724 curam habuit) Pœnitentiarius item, Theologus, & Examinator Curiæ Capellani majoris, hac dignitate ornatus, omnium Cathedralium & Capellarum Regiarum, eo mandante A. 1719 Viſitatorem egit, a Vice-Regibus, ac Regiis Miniſtris in variis negotiis Juriſdictionem Regiam ſpectantibus adhibitus eſt. Vir multiplici eruditione illuſtris, Linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, Illyricæ, Gallicæ, Hiſpanicæ aliarumque peritus, obiit 15 Nov. 1729. * *Nov. della Rep. delle Lettere* A. 1730. p. 332.

SCRIPTA:

1. *De Balſami ſpecie ad ſacrum Chriſma conficiendum requiſita Diſſert. Hiſtorico-Dogmatico-Moralis*, cujus duæ editiones *Neapoli* prodierunt A. 1722 in 8. Altera ab Auctore recognita & aucta: de quo libro vid. *Diar. Trevolt.* Mart 1723. p. 907 &c.

2. *De Piſcium, atque Avium eſûs conſuetudine apud quoſdam Chriſti fideles in Antepaſchali Jejunio*, (quam memorat *Socrates* Hiſt. Eccleſ. *lib. V. cap.* 22.) *Diſſertatio Hiſtorico-Phyſiologico-Moralis.* Neap. 1723. in 8. de qui *Diar. Trevolt.* Jun. 1724. p. 1107.

3. *Diſſertationes IV Hiſtorico Dogmaticæ* anno 1728 coram literario Conſeſſu recitatæ in ædibus Viri Cl. D. *Joſephi Ruſſi* Patritii Neapol. eod. anno editæ in 4.

In Diſſert. I ad trutinam revocatur, *quibus de cauſis in antiquis Fidei Symbolis Niceno & CPolitano articulus ille*, deſcendit ad Inferos, *fuerit prætermiſſus*.

Diſſert. II. *de Inferni ſitu adverſus novum Commentum cujuſdam natione Angli.*

In IIIa enucleatur, *quomodo Chriſtus in ultima Cœna Euchariſtiam benedixerit, & utrum uno, an pluribus Calicibus uſus fuerit?*

In IVa agitur *de ritu, quo in primitiva Eccleſia Fideles S. Euchariſtiam percepturi manibus excipiebant, ubi expenditur quidnam fuerit Dominicale, quod mulieres adferre debere jubebantur.*

INEDITA.

4. *De Sanctorum eorumque Imaginum religioſo Cultu* Diſſert. Hiſtorico-Dogmatica.

5. *De Statu parvulorum ſine Baptiſmo decedentium juxta S. Auguſtini doctrinam* Diſſert. Dogmatica.

6. *Della Cautela che ſi dee uſare in leggere l'Opere de Padri, e Scrittori Eccleſiaſtici de' tre primi Secoli della Chieſa*: id eſt *Diſcurſus* de Cautione adhibenda in legendis Operibus Patrum & Scriptorum Eccleſiaſticorum trium priorum Seculorum.

7. *Sopra la venuta de' Magi in Betlemme ad adorare il nato Redentore*: id eſt: *de adventu Magorum ad Chriſtum natum*, Diſſert. II. Hiſtorico-Criticæ.

8. *Sopra la Feſtività dell'Epifania*, Diſcurſus.

9. *Di qual Religione erano i Terapeuti*, Diſſert. Hiſt. Crit.

10. *Delle Predicazioni e Martiri di S. Pietro, di S. Paolo, e di S. Andrea Apoſtoli*, Diſcurſus Dogmatici & Chronologici.

11. *Della dignità e giuriſdizione del Regio Capellano Maggiore del Regno, e de Privilegi de' Cappellani, e Cherici aſcritti al ſervigio delle Reali Chieſe, e Cappelle, come aquelli de' Regi Oſpitali, Preſidi, Galee e Milizie.*

12. *Varie allegazioni toccanti i dritti del Regio Cappellano Maggiore.*

13. Lectiones Sacro-Hiſtorico-Dogmaticæ-Morales *ſuper Capita Evangeliorum, quæ ſingulis Dominicis diebus in Eccleſia leguntur.* Tomus Ius continens *quædam Capita præliminaria ad integrum Opus, & Lectiones à Dominica prima Adventus uſque ad Dominicam infra Octavam Nativitatis Domini.*

AMATUS, Campania oriundus, Monachus Caſinenſis, & incertæ ſedis Epiſcopus; claruit anno 1070. Scripſit metricè ad Gregorium VII

1. *De geſtis Apoſtolorum Petri & Pauli* libros IV

2. *Hiſtoria Normannorum* libb. VIII. qui MSS. in Bibliotheca Caſinenſi extare dicuntur.

3. *Verſus* quos fecit *de laude Gregorii Papæ, de duodecim Lapidibus, de civitate cœleſti Hieruſalem*, an hodie ſuperſint nondum didici. * *Cave* ad A. 1070. Vid. & *Poſſ* vin. p. 50. *Petrus* Diac. *cap* 20. c. n. *Joan. Bapt. Mari.*

AMATUS (*Dalmatius*) Ord. FF. Prædic. Hiſpanus, provinciæ Aragoniæ alumnus, Sacræ Theol. Magiſter in Actis cap. generalis Pinciæ anno 1605 habiti promotus, SCRIPSIT Relationem cauſæ de Auxiliis inter Dominicanos & Jeſuitas hoc titulo:

Relacion del principio que tuvo la cauſa de los auxilios entre los padres de la Orden de Predicadores, y los de la Compania. Extat MS. Romæ in archivo Magiſtri Ordinis, qua & uſus eſt *Jac. Hyac. Serry* in utraque editione Hiſtoriæ Congreg. de Auxiliis, & laudat in præfatione *§. VI, p. XVIIi* ut docet *Echardus* II, 358.

AMATUS (*Jacobus*) Siculus, Colleſanenſis, Juriſconſultus, & Poeta. EDIDIT Italicè ex *Mongit. p.* 297.

Poema Sacro della Vita, Martirio, e Morte della Gl. S. Chriſtina V. e M. Protettrice, e Padrona della Felice Città di Palermo. Panormi 1612. in 8.

AMATUS (*Ignatius Hyacinthus*) Vid. GRAVESON.

AMATUS (*Joannes Maria*) Soc. Jeſu, natione Siculus, nobilis Panormitanus, natus eſt 19 Jul. 1660. parentibus nobilitate clariſſimis, patre *Antonio Amato* Galatis Principe, Alcantaræ Equite, qui Panormitanum Diarium ſcripſit ab anno 1619 ad 1667. *Joannes* noſter ſeptennis Panormitanum Collegium Soc. Jeſu adiit, ibique Grammaticæ, Humaniorum litterarum, & Rhetoricæ curſum laudabiliter explevit. Mox eccleſiaſticæ militiæ adſcriptus 25 Nov. 1675. S. Mariæ Novæ Abbas infulatus electus eſt à ſuo Parente, uti Caccabi Duce, qui hujuſce Abbatiæ jus patronatus poſſidet. Jeſuitis ſeſe addixit 21 Jan. 1677 & quatuor votorum profeſſionem edidit 2 Febr. 1695. Scholaſticis ſtudiis addictus, ipſum biennio humanioribus litteris excoluerunt *Placidus Spataſora*, & *Franciſcus Carrera*. Exacto Philoſophiæ ac Theologiæ curriculo

lo non ſine ingenii laude, doctrinâ abundè inſtructus effulſit. In Panormitano Collegio prima litterarum elementa, ac humaniores litteras docuit. Rhetoricam etiam biennio tradidit, & per annum Moralem Theologiam. Vir fuit eximius, eruditione omnigenâ tum ſacra, tum profanâ latiſſimè refertus: præſertim in Siculis rebus verſatiſſimus; & antiquitatis apprimè ſtudioſus, qui quamplurima ſcripſit ad ſuæ gentis hiſtoriam, aliaque quorum Catalogum præbet *Mongitor* p. 348. 349. Ex iis hic tantùm quæ ad rem Eccleſiaſticam pertinent:

1. *Elogio di D. Franceſco Sclaſani Sacerdote, e Cavaliere Palermitano*: ejus operi præfixum, quod inſcripſit: *Vita della Ven. Madre ſuor Maria della Paſſione*, Panormi 1706. in 4. Hunc *Sclaſani* librum poſthumum evulgavit *Amatus*, addiditque appendicem cujuſdam Monialis de 88 gratiis ab eadem Sorore *Mariâ* patratis.

2. *Concilium Provinciale Panormitanum anno* 1388 *conflatum à* Ludovico II. *Bonito* Panormitano Archiep. ac poſtea S.R.E. Cardinali, in cujus operis prodromo notitiam exhibet XX Conciliorum Siculorum hactenus incognitorum; & in ejus fine Notas addidit utique copioſas ad ſacram, profanamque hiſtoriam Siculam illuſtrandam. Opus ſub prælo ſudabat A. 1713. vel 1714. Vid. *Diar. Trevolt.* Jul. 1713. p. 1290, non 1290 ut legitur in *Diario Veneto* A. 1714. *Tom. XVII. p.* 430.

PROMISSA jam ante annum 1714.

3. I. *Oratio de præſtantia Eccleſiæ Montisregalenſis* cum Notis.

4. II *Oratione funerali di D. Giacomo Palafox, e Cardona primo Arciveſcovo di Palermo, e dopo di Siviglia, tradotta della lingua Spagnuola nell' Italiana.*

5. III. *Alphonſi Salvi* Doctoris Panormitani *Diſſertatio de antiqua Religione Urbis Panormitanæ*, quam ipſe *Amatus* citat in Notis ad Orationem primam *Panormi* 1703 in 8 editam, *n.* 16. *p.* 30. & Anonymus in Notis Iſagoges *Oct. Caetani* cap. 31. p. 115.

6. IV. *Vincentii Leti* Canonici Syracuſani *Inventarium S. Eccleſiæ Syracuſanæ* anno 1640.

7. V. *Matthæi Urſini & Ludovici Bonitti* Panormitani Archiep. *bina Concilia Provincialia ſuis cum ſuffraganeis celebrata.*

8. VI. *Joannis Paternionis* Panormitani Archiep. *Allegationes de Primatu Eccleſiæ Panormitanæ.*

9. VII. *Relatione di tutti li Arciveſcovati, Veſcovati, Badie, Priorati, Commende e altri beneficii del Patronato Reale, loro introiti annuali, gravezze, penſioni in eſſe ſituate, & exiſtenti dal giorno della poſſeſſione de' Prelati nell' anno* 1691. di Andrea Salerni *Meſſineſe, Rationale del Real Patrimonio.*

10. VIII. *Memoriale della fondatione dell' Oſpedale Grande della Città di Palermo, dotatione, e aggregatione di Abbatie, augumenti, eredità ſopraggiunteli, coll' annotatione di tutti li ſuoi privilegi, Bolle Pontificie, lettere Reali, e ſcritture, con un diſtinto ragnaglio della volontà de' Teſtatori, introiti annuali* &c. *ſecondo lo ſtato dell' anno* 1697. di Antonino Giuſeppe Caſora *Palermitano.*

11. *De Principe templo Panormitano libri XIII* in quibus oſtenditur Panormitana Cathedra à S. Petro Apoſtolo inſtituta; deſcribitur maxima Eccleſia prima, ſecunda, tertia, quarta hodierna, &c. bina Concilia provincialia aliaque monumenta inedita recenſentur & illuſtrantur: *Panormi* 1726 fol. *Giorn. de' Letter.* T. XXXVIII. P. 1. p. 471.

AMATUS (*Joſephus Maria*) Congregationis Cœleſtinorum Ord. S. Benedicti, cujus à ſe dictatæ & compoſitæ *Theſes dogmaticæ de Adoratione* ſecundò editæ ſunt cum ejus *Ethicâ* Neapoli 1725. in 8.

* *Diar. Trevolt.* Febr. 1726. p. 384.

AMATUS (*Vincentius*) Siculus, Ciminnenſis, natus eſt 6 Jan. 1619. Adoleſcens Panormitanum Clericorum ſeminarium ingreſſus, cùm ſtudiorum curriculum confeciſſet, Sacræ Theologiæ laureâ cohoneſtatus eſt. Sacris ordinibus initiatus, muſices ſtudio animum adjecit, ac ita profecit, ut hac in facultate peritiſſimus evaſerit: ideoque anno 1665 Cathedralis Panormitanæ Eccleſiæ Muſices Moderator electus, quæ harmonicis modulis expreſſit, ſummâ cum laude audita ſemper, ac probata ſunt. Anno ætatis ſuæ 41. ad plures abiit 29. Julii 1670. Funeri interfuit Muſicorum omnium cœtus, ac Capitulum, & Clerus laudatæ Cathedralis: & in Eccleſia S. Nymphæ Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis ſepultus eſt. Evulgavit teſte *Mongitore* Tom. II.

Sacri Concerti a 2. 3. 4. *e* 5. *voci, con una Meſſa a* 3. *e* 4. *Libro Primo; Opera Prima.*

Meſſa, è Salmi di Veſpero, e Compieta a 4. *e* 5. *voci. Libro Primo; Opera Seconda.* Panormi 1656. in 4.

AMATUS quidam Panormi edidit A. 1729 vel 1730 in 4. Tractatum cui tit.

La vera Penitenza: de verâ Pœnitentiâ ſancto & ſincero Chriſti amore directâ * *Diar. Trevolt.* Mart. 1730. p. 574.

AMBAHOUMATAH Religioſioris inter Mahometanos inſtituti cultor, ex eorum numero quibus nomen *Giogbi*, Mahometanæ fidei ſe addixit, deditque explicationem Arabicam libri Brachmanorum cui titulus *Anbertkead*, quo continetur Indorum Religio ac Philoſophia, inſcripſitque *Merat al maani*, Speculum animæ. Verùm opus illud non intelligitur niſi adjuvante Brachmano, nomen Doctorum apud Indos.

* *D' Herbelot* Biblioth. Orient.

De AMBASIA. Vid. BERNARDUS.

AMBERGENSIS Conſulis & Senatûs *Wahrhaftiger Bericht* vera narratio, in ipſius Eccleſiâ & Scholâ Chriſtianam & puram doctrinam ſecundùm amuſſim Verbi Divini & Auguſtanæ Confeſſionis proponi, & Sacramenta porrigi, omneſque alius actus Eccleſiaſticus peragi, contra accuſationem *Dan. Toſſani*, Lipſ. 1576. *Toſſani* liber ita inſcriptus erat *Chriſtliche erinnerung* ſeu Chriſtiana admonitio ad Senatum populumque Ambergenſem de nuper inſtitutâ actione propagandæ & conſervandæ in Eccleſiâ & Scholâ piæ concordiæ causâ.

AMBIANATE (*Georgius*) vulgò *George d'Amiens*, Capucinus, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, clari nominis Concionator, ac eruditiſſimus Sacræ Theologiæ Profeſſor, vir mirè induſtrius, ſolidiſſima reconditæ litteraturæ peritia prædictus, qui omnes, tam antiquos quam modernos Scriptores pervolvere nunquam deſtitit, ſingularique apud Gallos doctrinæ opinione præfulgens, præclaris ſuis Scriptis ſummoperè ſuæ Provinciæ, immò & Religionis gloriam adauxit.

SCRIPTA:

1. *Tertullianus redivivus, Scholiis & annotationibus illuſtratus; in quo utriuſque Juris forma ad originem ſuam recenſetur, & avita pietatis amatoribus inquirendi norma præſcribitur.* »Opus ſanè eximium, ſolidam, »veram, claramque continens doctrinam. Omnia enim »in illo ad unguem ſunt elaborata, ſtylo facili, elo»cutione perſpicuâ explicata, & prolata: mens *Ter»tulliani* feliciter exponitur, ſuoque ſplendori, & »autoritati reſtituitur. *Pariſ.* editum apud Mich. Soly, 1646, 1648 & 1650.

2. *Trina Pauli Theologia, Poſitiva, Moralis, Myſtica, ſeu omnigena in univerſas Apoſtoli Epiſtolas Commentaria, Exegetica, Tropologica, Anagogica.* Tomis tribus, quorum I° continentur Epiſtolæ ad Romanos, ad Galatas & ad Philippenſes: II° ad Corinthios, Theſſalonicenſes & Timotheum: III° ad Epheſios, Coloſſenſes, Titum, Philemonem & Hebræos. *Tomus I* prodiit *Pariſiis* apud Vid. & Dion. Thierry 1659, duo poſteriores *Lugduni* 1664 fol. Approbationes

tiones Operi præmiſſæ A. 1658 & 1659 datæ ſunt; errant igitur qui editionem notant 1649 & 1650.

Paratam habuit

3. *Theologiam SS. Patrum*, in VI Tomos *in fol.* diſtributam, quam morte præventus prælis ſubmittere haud valuit. Conſervatur MS. in Conventu ſodalium Pariſienſi, in quo ſexagenarius obiit *Georgius* anno 1657. præclaræ ſuæ doctrinæ non obſcuro nomine derelicto. * Hujus meminit *Wadingus* de Script. Ord. Min. & ex eo Autor *Bibl. Capuc.* p. 139.

AMBOESIUS (*Franciſcus*) vulgò *François d'Amboiſe*, Pariſinus, natus eſt patre *Jacobo* CAROLI IX & HENRICI III Chirurgo. Primùm in duorum inferiorum Navarræ ſodalitiorum diſciplinam receptus eſt, & *Caroli IX* liberalitate ad Rhetoricas ac Philoſophicas inſtitutiones fuit eruditus. Deinde humaniores literas ibidem docuit, & anno 1572, quo Gallicæ nationis procurationem adeptus eſt, in ordine ſecundo jam docuiſſe per quadriennium, teſtantur Academiæ Pariſienſis monumenta. Tum ad Juris ſcholas ſe convertit, factuſque in Pariſienſi Senatu Cauſidicus *Roſcium* ipſum expreſſit; deinde in Redonenſi Curia Judex, ac poſtremo libellorum ſupplicum Magiſter (*Maitre des Requeſtes*) evaſit. In editione Operũ *Abelardi* titulum habet Equitis, Regis in Sanctiore Conſiſtorio Conſiliarii Baronis Chartræ *&c.* Obiit ante annũ 1620. Plurima juvenis ſcripſit opuſcula, pleraque metrica, de quibus tacemus: hic enim tantùm locum obtinet propter ejus diligentiam in colligendis *Abelardi* manuſcriptis, quæ typis evulgavit *Pariſiis* 1616. *in* 4. non *fol.* ut aliqui dicunt: itaque cum iis emendandi, qui editionem ad A. 1506 & 1526 reponunt: Gallicè vertit *Amboeſius* Regulas quas Monialibus Paracleti præſcripſerat *Abelardus*. Noſtri pro illo Autore Præfatio apologetica non paucis diſplicuit: ſunt enim qui hanc in cauſa eſſe arbitrati ſunt, cur in Indice Expurgatorio Romano locum habuerit opus ab *Amboeſio* evulgatum. Narrationem ille præmiſit de præcipuis *Abelardi* fortunis, quæ ab erroribus non eſt immunis. Cæterùm in Præfatione docet *Amboeſius* ſe edidiſſe *de Concilio* Tractatum, & Præfationem in Hiſtoriam *Gregorii* Turonenſis, quam putat *Balus* Pariſiis excuſam apud Claud. de la Tour, 1610. in 8. In eâ *Gregorium* defendit *Amboeſius* adverſus accuſationes *Flacii Illyrici*; ſuumque Hiſtoricum deſerit quoad duos *Dionyſios*, Areopagitam alterum, alterum Corinthium.

Hic autem non omittenda obſervatio doctiſſimi Viri Dni *Lancelot*, unius è Bibliothecæ Mazarinæ Pariſienſis Præfectis ſecundariis. Notat eſſe exemplaria operum *Abelardi*, quæ *Amboeſii* nomen in fronte gerunt: ſed alia reperiri, in quibus legitur nomen *Andreæ Quercetani* (Du Cheine,) cum hoc tit. *Petri Abelardi, Sti Gildaſii in Britannia Abbatis, & Heloiſſæ Conjugis ejus, quæ poſtmodùm prima Cœnobii Paracletenſis Abbatiſſa fuit, Opera, nunc primùm eruta ex MMSS. Codd. & in lucem edita ſtudio ac diligentiâ* Andreæ Quercetani, *Turonenſis*. Pariſiis, Nic. Buon, 1616 *in* 4. Huic celebertimo viro hanc editionem revera deberi putat *Lancelotus*. Et quidem in compendio Privilegii, initio exemplaris cui *Quercetani* nomen præfigitur, præmiſſo, legitur hæc *Abelardi* Opera ipſius *Quercetani* ſtudio eſſe edita; at in exemplari quod nomen *Amboeſii* præ ſe fert, Privilegium ne verbum quidem habet de eo qui in iis Operibus colligendis ſuas adhibuit curas. Ideoque ſuſpicatur *Lancelotus* Quercetanum tacito quodam conſilio ductum, ſui operis gloriam in *Amboeſium* tranſtuliſſe, qui tunc temporis tale ſacrificium digno compenſare præmio potens erat. Utut res ſe habeat, duo, quæ ſe vidiſſe teſtatur *Lancelotus*, *Quercetani* & *Amboeſii* exemplaria, non in omnibus eſſe ſimilia monet: v. g. *Quercetanum* incipit ab Epiſtolâ nuncupatoriâ Dn. *Benjamino de Brichanteau*, Laudunenſi Epiſcopo, & Stæ Genovefæ Abbati inſcriptâ: quæ deeſt in Editione Amboeſiana; ut & Præfatio quam addidit *Quercetanus*, in quâ poſtquam generatim dixit quinam fuerint *Abelardus* & *Heloiſſa*, tantum redditi laboris quem impendit in Editione inſignis hujus Dialectici quàm optimâ potuit efficiendâ: honorificè de iis omnibus loquitur, qui ſuis manuſcriptis opem ipſi præſtiterunt, atque *Amboeſio* debere fatetur Epiſtolas, & alia quædam opuſcula. Hanc Præfationem ſequuntur Teſtimonia Veterum de *Abelardo* & *Heloiſſa*, quæ & in exemplari *Amboeſiano* deficiunt. Ejus Apologetica pro *Abelardo* Præfatio deeſt in Editione *Quercetani*. Quoad cætera nulla eſt diſſimilitudo, ſibique invicem correſpondent in utroque exemplari paginæ. Vid. *Baluz* p. 175. edit. 3æ. *Launoii* Hiſt. Gymn. Navarræ *p.* 799. Ibi laudatur etiam *Franciſci* frater *Hadrianus*. Is anno 1582 Pariſienſis Theologus renuntiatus eſt, & ſub annum 1594 ab *Henrico IV* cui gratiſſimus erat, Navarrici Collegii regimen obtinuit, & per id tempus Sti Andreæ Curionatum adeptus, ac tandem anno 1604 Trecotenſis Epiſcopus electus, obiit anno 1616, v Cal. Sext. & in Eccleſia Trecenſi ſepultus Gallico carmine ſcripſit Tragœdiam unam ſanctam, cui nomen *Holophernes*, Pariſiis anno 1580 editam. De utroque *Franciſco* & *Hadriano* videri item poſſunt *Ant. Verderius* & *Crucius Cenomanenſis* (La Croix du Maine) in Bibl. Gallic.

AMBOSIA (*Franciſca* de) ex Duciſſa Britanniæ Monialia Carmelitiſſa, Carmeliſſatum in Britannia Armorica Fundatrix, Sec. XV ſanctitate & miraculis claruiſſe dicitur: quæ nupta *Petro* Principi, virginitatem, ad inſtar S. *Cunegundis* cum S. *Henrico* Imperatore, ſervavit, ut ipſemet ſponſus *Petrus* moriens aſſirmavit; quo nimirum defuncto, vitæ ſolitariæ ineundæ conſilium cepit; quapropter ſcrutata eſt regulas plurium Ordinum, ſed ad nullum ſe inclinavit, niſi ad Religionem B. M. de Monte Carmeli: cùm ſcilicet poſt mortem mariti quadam vice publicè in Eccleſia cùm ſacerdos illi pro communione ſacrum Chriſti corpus offerret, clarâ voce Deo & B. V. M. perpetuam caſtitatem promiſerit; quo voto facto, tertia contremuiſſe fertur. Sed ut a vitæ exordio initium faciam, nata eſt *Franciſca* anno 1427 patre *Ludovico de Amboſia*, Thouarſii Vice-Comite, Principe, & Domino Talmontii, matre *Maria de Rieux* illuſtrioris proſapiæ Britannicæ. Filiam piè educatam cum *Georgius de la Trimouille* in ſponſam uni filiorum ſuorum poſtulaſſet, non obtinuit; at promiſſa eſt Principi *Petro* Comiti *de Guenkamp*, ſecundo genito *Joannis Vi* Britanniæ Ducis, in cujus aulâ hac occaſione anno ætatis quarto conſtituta fuit, ubi piè inſtruitur documentis traditis à S. *Vincentio Ferrerio*: anno autem 1442 cum dicto Principe matrimonio juncta eſt; eoque A. 1457 vitâ defuncto, alteras nuptias cum Duce Sabaudiæ, fratre Reginæ Franciæ abſolutè renuit. Itaque habitum Ordinis Carmelitani induit *Franciſca* 25 Martii 1467. Anno 1475 Priorilla electa eſt. Sub finem anni 1478 cùm B. *Alanus de Rupe* Nannetum veniſſet, ſe ipſam cum omnibus ſuis Religioſis Confraternitati SS. Roſarii inſcribi voluit. Tandem patratis miraculis non paucis obiit 4. Nov. 1485. poſt mortem etiam miraculis clara.

Hujus *virginis conjugata*, ut vocatur, virtutes fuſiùs celebrant Acta SS. Britanniæ Armoricæ à *pag.* 290 ad 335. Opus cui tit. *Decor Carmeli, in ſplendoribus Sanctorum*; Martyrologium Gallic. *Andr. Sauſſayi* ad IV Non. Oct. in vita B. *Joannis Soreth* Pariſiis edita 1625. *cap.* 16. In Collectaneo exemplorum *Balduini Leerſii*, (quod excuſum extat *Speculi Carmelitani* p. 364 & ſeq.) cap. 5. *Arn. Boſtius* in ſpeculo hiſtoriali; *Michael à Fonte* in Compendio hiſtoriali in Catal. SS. & Beatorum Ord. B. V. M. de Monte Carmeli: *Lezana* Annal. Tom. IV. ad A. 1427. *Alb. le Grand* Dominicanus inter Vitas SS. Britanniæ indeque in *Speculo Carmelit* p. 740-752. ubi (*p.* 749. n. 2586.) excuſa ſunt B. *Franciſcæ* Documenta ſeu Apophtegmata ſpiritualia, Religioſis ſuis tradita. In eodem *Speculo p.* 1085. n. 3807 memoratur ejus liber inſcriptus:

Sancti ardores in ſeptem Chriſti in Cruce pendentis verba, cum ſuis meditationibus, Pariſiis editus 1621. in 12. Ejus vitam ſcripſit item Gallicè Abbas *Barrius*, ediditque Rhedonis 1704 in 12. de quâ *Diarium Erudit.* 13. Sept. 1706. p. 932-946.

AMBOSIANUS *ſive* de AMBASIA. Vid. BERNARDUS, GEORGIUS, & JOHANNES.

AMBROSIANI vel *Pneumatici*, nomen aliquot Anabaptiſtis impoſitum, cujuſdam *Ambroſii* diſcipulis, qui divinas ſuas revelationes jactabat, ac præ iis Scripturam Sacram in contempto habebat. *Moreri.* ex *Prateol.* & *Galterio* in Sec. XVI.

AMBROSINUS *de Soncino* Ord. FF. Prædic non clericus ſed laicus ex eorum numero quos converſos vocant; claruit anno 1517 ætate provectus. Optimus erat vitrearum concinnator, inquit *Leander* fol. 2676. prout videri poteſt in pluribus Italiæ cœnobiis, hac in arte B. *Jacobi Alemani* diſcipulus, magiſtri anno 1491, v Id. Oct. mortui Vitam conſcripſit hoc tit.

1. *La Vita del Beato Giacomo d'Alamania*: ex qua *Sylveſter Prierias*, *Iſidorus* Mediolanenſis, & *Jo. Ant. Flaminius* ſuas Latinas concinnârunt:

Addunt ſcripſiſſe

2. *La Vita della B. Luchina da Soncino del terzo ordine di San Domenico.* * Vid. *Echard.* I. 35.

AMBROSIUS Abbas, patriâ Cremonenſis, Latinè Scripsit circa A. 1174.

Vitam S. Himerii Epiſc. Amerini, MS. in vet. Cod. quem *Conſtant. Cajetanus* communicavit *Ughello*, qui hoc operis initium citat in *Luitprando*. Cum autem Cremonenſem quondam Canonicum his innuat *Ambroſius*, ſuſpicatur *Ariſius* p. 85 hunc eundem eſſe cum Anonymo Cremonenſis Eccleſiæ Canonico, quem *Ughellus* loco citato refert, (tanquam tamen ab *Ambroſio* diverſum) *Offredi* Epiſcopi temporibus

AMBROSIUS *Alemanus* ab origine, ut videtur, Germanicâ dictus, Ord. FF. Prædic inter illuſtres viros ſcriptoreſque recenſetur à *Leandro* fol. 150: *Vir fuit*, inquit, *animo infractus, litteris eruditus, multâque ſanctimoniâ præditus, qui anno elapſo* (hoc eſt 1515) *Mantuæ in cœnobio D. Dominici vitâ ſanctiſſimè functus eſt, ubi multo tempore vitam egerat*, ac

1. *Indicem* ſeu *Tabulam*, ut vulgò dicitur, inceptam à *Petro Bergomenſe* compleverat. *Opus inſigne & apprimè neceſſarium.*

Cùm autem, inquit *Echardus*, Aurea *Petri Bergomenſis* Tabula in omnia D. *Thomæ* opera ipſo *Bergomenſe* ſuperſtite typis prodierit, (extat enim editio Baſileenſis quam vidiſſe ait) anni 1478 quæ forte non prima, cum *Petrus* non obierit niſi anno 1482, ſic ab *Ambroſio* Bergomenſis diſcipulo, ut ait *Lopez* Hiſt. Ord. *P.* 3. *lib.* 3. *p.* 225. quis dixerit completam, quòd ſuam in evolvendis S. Doctoris operibus præceptori navarit operam, vel quod à *Petro* antea editam recognoverit, novâque acceſſione locupletâdit, in altera editione, ut revera recenſetur alia *Venetiis* 1497 teſte *Beughemio* in Incun. typogr.

Hic idem videtur *Ambroſius de Alemania* qui

2. Opuſculum *de ſenſibilibus deliciis paradiſi* ex Tractatu F. *Joannis de Tambaco* à *Bartholom. Lapaccio* ſeu de *Rimbertinis* excerptum recognovit & diligenti curâ emendavit, ut legitur in Edit. Pariſ. anni 1513 menſe Martio. Hujus Auctoris poſt *Leandrum* meminêre *Luſitanus*, *Pius*, *Altamura*, *Rovetta* ad 1516. *Echardus* verò ad 1515 *Tom. II p.* 30.

AMBROSIUS, *Alexandrinus*, generis claritudine, vitæ inſtituto, (erat enim τις τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς, inquit *Epiphanius* (a) facultatum copiâ, nec minus indolis atque ingenii acumine, & quod majus eſt, pietate, & Chriſtiani nominis confeſſione nobiliſſimus. Claruit circa ann. 230. Uxorem habuit *Marcellam* (b), ex qua plures liberos ſuſcepit. Sectæ Valentinianæ & Marcioniſtæ inſidiis captus, *Origenis* operâ ad rectam fidem & Catholicam veritatem reductus eſt circa A. 212. (c) Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconus factus: Ex quo arctiſſima ei cum *Origene* neceſſitudo interceſſit. Amici fideliſſimi unà ſæpius habitabant, junctiſque ſtudiis rem literariam eo animi ardore promovebant, ut neque inter cœnandum ab Exemplarium S. Voluminum inter ſe collatione abſtinerent; neque à cœna ambulare, aut corpus quiete relaxare datum ſit. Quin & illo etiam tempore litteris vacabant, ſtudiis in multam noctem protractis; ne quid dicam de matutinis laboribus, qui ad nonam, nonnunquam vero ad decimam horam trahebantur, uti ipſe *Origenes* (d) nos docet. Quæſtiones ad dubia *Origeni* ſolvenda quotidie proponebat *Ambroſius*, illumque ad Commentarios in S. Scripturam conſcribendos innumeris ſtimulis non verbis modò, ſed & re ipſa incitavit, ἐργοδιώκτης propterea ab eo dictus. Sumptus enim neceſſarios ad alendos ſeptem & amplius Notarios, qui dictanti *Origeni* per vices præſtò adeſſent, totidemque Librarios una cum Puellis eleganter ſcribendi peritis copiosè ſubminiſtravit. Illi etiam ſcripta ſua corrigenda non rarò ſubmiſit *Origenes*. Obiit multa paſſus in Maximini perſecutione ineunte *Decii* imperio, i. e. circa annum 251 (e) *Origene* adhuc in vivis agente; ob id unum reprehenſione dignus, quod eùm locuples fuerit, amici & magiſtri ſui ſenis jam & inopiâ laborantis, moriens non recordatus ſit. Scripſit *Epiſtolas ad Origenem*, ex quibus judice *Hieronymo* (f) liquidò conſtat eum non inelegantis ingenii fuiſſe (g).

De hoc *Ambroſio* Martyrologia & Acta SS. 17. Mart. *Euſeb.* VI, 23. *Photius* Cod. 121 (ubi quæ de *Ambroſio* ſcripſerat *Euſebius*, *Hippolyto* perperam tribuit (h), *Epiphanius* LXIV, 3. *Niceph.* V, 15 &c. citante *Fabricio* (i). Vid. & Abbas Floriacenſis *Hiſt. Eccleſ.* Sec. III.

(a) Hæreſ. 30. (b) Huic librum *de precatione* inſcripſit *Origenes*. (c) Vid. *Adr. Baillet* 17 Mart. p. 226 (d) Epiſt. ap. *Suid.* in voc. *Orig.* p. 390. & ap. *Cedren.* p. 208. (e) *Baillet* ubi ſup. p. 226. (f) de Script. Eccl. cap. 56. (g) *Cave* ad A. 230. (h) Vid. *Steph. le Moyne* Prolog ad Varia Sacra. (i) *Bibl. Græca* V, 272.

AMBROSIUS Alexandrinus, *Didymi* Diſcipulus, qui non-niſi poſt annum 392 mortuus eſt, Scripsit, *Hieronymo* teſte (a) *Tractatum de Dogmatibus adverſus Apollinarem*, vel, ut alii legunt, *Apollinarium*, & *Commentarios in Jobum*: verum nihil hodie extat.

Trithemius (b) ait claruiſſe anno 400.

(a) de Script. Eccleſ. cap. 126.
(b) cap. 87.

AMBROSIUS Authpertus. *Vid.* AUTHPERTUS.

AMBROSIUS Sti Andreæ Auguſtinianus diſcalceatus Congregationis Italiæ, *Benedictus Salvus* antea nuncupatus, è Roſilione Ligur, qui Romæ diem ſupremum obiit anno 1660. evulgavit

1. Precationem Jaculatoriam *Jeſus Maria, dono vobis cor, animamque meam*; & gratiarum numerum collegit, obtentarum ab illis qui eam devotè recitant.

2. *Apologiam* quoque pro illa, ejuſdemque *expoſitionem* exaravit, teſte *Oldoino* Athen. Liguſt. *p.* 15.

AMBROSIUS *Camaldulenſis*, gente Italus, patriam habuit Porticum Flaminiæ Oppidum non procul à Florentiâ ſitum. Anno 1400 Monachorum Camaldulenſium Ordini initiatus eſt. Pro ſæculi ſui captu fuit eruditiſſimus, quodque illâ ætate paucis contigit, utriuſque linguæ peritus. In Græcis *Emanuelem Chryſoloram* Venetiis docentem audivit; tantoque ſtudio Græcarum litterarum ſcientiam excoluit, ut à *Sguropulo* Hiſt. Concil. Flor. *Sect.* 10. *cap.* 2. inter omnes Latinos τῆς ἑλληνικῆς παιδείας ἔμπειρότερος haberetur. Tandem Ordinis ſui Abbas Generalis conſtitutus claruit anno 1431, *Eugenio IV* & *Nicolao V* inpri-

imprimis charus, à quibus ad Cardinalitiam purpuram ſæpè deſignatus, dignitate, ſeu ſponte ſeu fatali quadam ſorte, excidit. Ab *Eugenio* ad Concilium Baſileenſe legatus, partes Pontificias egregiè propugnavit; nec minùs ſedulam in Conciliis Ferrarienſi & Florentino navavit operam; in quibus contra Græcorum dogmata acerrimè diſſeruit, & anno 1437 coram Imperatore & Epiſcopis Græcis, plus unà vice Græcè peroravit. Ex Concilio Ferrarienſi Florentiam ab *Eugenio* miſſus, ut Concilium iſtuc transferre liceret, à Florentinà Republicà obtinuit: quin & eleemoſynæ Papali diſpenſandæ præfectus eſt, qui nummulos eſurientibus apud Concilium Græcis minutatim erogaret. Pactà tandem utcunque inter Græcos & Latinos concordià, ſpectatæ *Ambroſii* eruditioni datum eſt, ut unionis ineundæ formulam componeret: *ἀνὴρ ποικίλος μὲν καὶ πανοῦργος*, (ut de eo *Syropulus* Sect. 7. c. 1.) *προσχήματι δὲ προσποιούμενος εὐλαβείας, οὐκ ἀμοιρῶν τῆς τῶν ἑλληνικῶν λόγων παιδείας; καὶ τῷ πάπᾳ πιστότατος.* *Vir veteratorius & callidus, inſigna ſanctitatis ſimulator, nec lingua nec diſciplinarum Græcarum penitùs ignarus, & Papæ fideliſſimus.* De eo tamen ſic *Poggius* Florentinus in Dialogo adverſus Hypocritas. *Quid*, inquit *Carolus* interlocutor, *de noſtro* Ambroſio *judicatis? rectâne an tortuoſâ philoſophabatur viâ? Numquid verba hypocriſim redolebat? Nequaquam*, Hieronymus *inquit*, *fuit enim vir optimus meo judicio ac probatiſſimus, qui in ſuo Cœnobio literis deditus multa ſcripſit magnâ cum laude & doctrinâ. Summâ certe fuit præditus humanitate ac virtute. Laudo vitam illius.* Carolus *inquit*, *& exiſtimo extra hypocriſim fuiſſe* &c.

Ambroſius ex Concilio Florentino, cui & ſubſcripſerat, reverſus, obiit 21 Oct. 1439 in Eremo ſua potiùs quàm Conſtantiæ, ut quidam dicunt, & ſepultus in Oratorio Camaldulenſi ſine lapide & titulo, quâ de re queritur *Mabillonius* Itin. Ital. *p. m.* 178.

Extant igitur qui eum claruiſſe anno 1440 & grandævum obiiſſe ſcribunt, anno nimirum 1490, quo certe major fuiſſet centenario; etenim *Auguſtinus* Florent. in Vita *Ambroſii* cap. 4. eum ad Monaſterium Camaldulenſium ſeſe recepiſſe ait VIII Id. Oct. anni 1400. ætat. 14 cum diebus 22. indeque anno 1356 natus colligitur: at *Maurus* ejus diſcipulus, ubi *Eugenium* (qui obiit anno 1447) de interitu *Ambroſii* vehementer doluiſſe refert, addit eum ſexagenario majorem exceſſiſſe, quod ſi anno 1439 contigit, ut ſcribunt *Aug. Flor.* cap. 29. *Thom. de Minis* in Catal. SS. Ord. Camald. *p.* 45. aliique recentiores, dicendum cum Editoribus *Vet. Script. & Monum.* mendum aliquod in *Aug.* cap. 4. irrepiſſe, & legendum XXIV *ætatis annum* pro XIV. ideoque natum anno 1376, ac ætatis anno 63 vel 64 demortuum. Saltem non ad provectam ætatem perveniſſe probant hæc *Gregorii Corrari* verba ad *Cæciliam Gonzagam* ſcribentis, ubi loquens de *Ambroſii* verſione Latina libri D. Baſilii *de virginitate*, mox addit: *Multa quidem utilia ex Doctoribus Eccleſiaſticis egregiè tranſtulit, & plura tranſtuliſſet, ni eum à laboribus humanis* IMMATURA *mors ſuſtuliſſet.* Vid. *Mabillon* Iter Ital. *p.* 196.

SCRIPTA:

1. *Hodœporicon*, ſeu deſcriptio itineris, *Eugenii* Papæ auctoritate anno 1431 à ſe (*Ambroſio*) per Italiam ſuſcepti, *ut corruptos Monachorum & Virginum clauſtralium mores emendaret.* Ita *Whartonus.* Prodiit curâ *Nic. Bartholini* Bargenſis C. R. Congreg. Matris Dei, *Florentiæ ac Lucæ* 1680, 81 vel 82 in 4.

Ex lectione Opuſculi hujus, inquit *Oudinus*, datur intelligi, quàm immani ſpurcitia ac libidine tunc temporis tenerentur Monachi Camaldulenſes, quos in officio continere non poterat. Plurima hanc in rem exempla producit *Balius.* De eodem opere *Acta Lipſ.* ejuſd. anni *p.* 159. his ferè verbis.

Ut integritas collapſæ in Italia diſciplinæ Monaſticæ quodammodo reſtitueretur, anno 1431 *Eugenii IV* P. R. autoritate *Ambroſius* Camaldulenſis cum ſocio ſuo *Silveſtro* miſſus eſt, qui monaſteria per Italiam luſtraret, corruptoſque monachorum ac virginum clauſtralium mores emendaret. Hujus officii partes, quâ fide, zelo & prudentià impleverit *Ambroſius*, quàque ſolennitate in diverſis locis fuerit exceptus, in hoc ſuo *Hodœporico* ipſe exponit, nominatis etiam claris viris, quos in itinere ſalutavit; annotatis item libris quos in Bibliothecis vel conſpexit, vel evolvit. *Romæ* Origenis *in Lucam* XXXIX Homilias ab *Hieronymo* traductas; *Mantuæ* inter multa Græca ſcriptorum volumina Orationes quaſdam *Julii Cæſaris*, *Homeri* vitam ab *Herodoto* ſcriptam, item *Quintiliani* Muſicam, & alterius *Senis* de Muſica opus cum aliis ſcriptis perluſtravit. In eodem itinere *Chryſoſtomi* quædam ſcripta, ejuſque Vitam ex Græco Latinè vertit, ac Pontifici *Eugenio* dedicavit: de cujus affectu erga Concilium Baſileenſe, & fugâ propter Romanorum inſidias ſuſceptâ, ſimul quædam commemorat. *Coſmi* & *Laurentii* Florentinorum virorum excellentium, quod illo tempore contigit, exilium cùm deſcribit, eorum virtutes quoque laudat. Editor autem *Bartholinus* in adornanda ejuſdem editione liberalem operam Dni *Ant. Magliabechi* valdè prædicat, & ſub finem *Ambroſii* Epiſtolas cum Elogiis illius edendas promittit. Huc uſque Eruditi Lipſienſes. Vid. & *Ephem. Erudit.* 2 Mart. 1682. p. 78 ubi legitur quod narrat *Ambroſius* de vità *Eugenii*, hunc ſcilicet Pontificem Romà egredi coactum fuiſſe Monachi veſte indutum, ac Tiberim conſcendere comite quodam viro, verſus Piſam ac Florentiam iter facturi, factionis vitandæ gratia Romæ contra ipſum excitatæ, cujus cauſam tacet *Ambroſius.* Notat *p.* 80 Abbas Larroquanus (*de la Roque*) hunc *Ambroſii* librum è MS. Cod. Bibl. Ser. Ducis Etruriæ erutum imperfectum eſſe. Legi item poteſt *Clericus* Bibl. ſelectæ *Vol. XX.* A. 1710. *p.* 183. &c.

2. *Unionis formula inter Eccleſias Græcam & Romanam*, ſeu *Definitio Synodi Florentinæ.* Extat Gr. Lat. *Concil.* Tom. XIII. p. 510.

3. *Linea ſalutis Monachorum ſive Eremitarum.* Lib. hunc MS. in Monaſt. S. Scholaſticæ Montis Caſſini repetiiſſe ait *Mabillonius* Itin. Ital. *p.* 127.

4. *De laudibus V. M.*

5. *Tractatus de SS. Sacramento Altaris.*

6. *Orationes multæ ad Patres Concilii habitæ:* quarum una Baſileæ in ſacra Synodo VII Cal. Sept. 1435 dicta habetur MS. in Bibl. Monaſt. Rubri-clauſtri Canon. Regul. S. Auguſt. in Belgio. Vid. *Iter Liter.* Pariſiis 1724. in 4. Gallicè editum *p.* 116.

7. *Chronicon Montis Caſſini*, quod quidem non conſcripſit *Ambroſius*, ſed reformavit ac emendavit. Vid. *Giorn. de' Letterati* Tom. IX. p. 198.

8. *Commentariorum de rebus à ſe, dum Generalis eſſet Camaldulenſis, geſtis* Libri II.

9. *Vitæ Sanctorum aliquot*, ut S. *Athanaſii*, *Prothi* & *Hiacynthi*, necnon S^{tæ} *Eugeniæ* Virginis.

10. *Epiſtolæ.* Has poſt annum 1500 evulgare meditabatur *Paulus Juſtinianus*, & circa annum 1610 exemplar MS. Ravennæ typis paratum erat. *Bartholinus* quoque, ut diximus, idem promiſerat. Recentiùs verò Ravennæ Abbas Camaldulenſis *Petrus Canneti* anno 1710 (vid. Diarii Veneti *Tom. I. p.* 450.) proximæ editionis ſpem fecit (quam anno 1712 iteravit) tum hucuſque ineditarum, tum ſparſim editarum, Præfationumque & aliorum ad *Ambroſium* Epiſtolarum, & quidem ex memorato Codice Ravennatenſi; eaſque Notis illuſtraturus erat, ſed nondum, quod ſciam, ſtetit promiſſis: at eorum omnium fidem liberavit doctus *Mabillonius* à quo collectas quotquot reperiri potuerunt *Ambroſii* Epiſtolas ediderunt *Tom. III.* Ver. Script. & Monum. *Edm. Martene* & *Urſinus Durand*, qui de *Ambroſio* ejuſque ſcriptis in Præfatione ſatis prolixè diſſerunt; atque in prævia Obſervatione de variis Epiſtolarum *Ambroſii* collectionibus plura notant, quæ hic compendioſè referam: *primam* ſcilicet collectionem, quæ in Bibl. S. Michaelis in Muriano reperitur, conſtare Epiſtolis CCLXI in VII libros diſtributa;

tis : *ſecundam*, quæ & in Eremo Camald. & in Bibl. Cl. Viri *Ant. Magliabechi* reperitur, Epiſtolas continere CDIIXL in libros XIII diſtributas : *tertiam*, à *Michaele* Monacho, *Ambroſii* diſcipulo, libris XVIII digeſtam, in quibus extant Epiſtolæ CDLXX : *quartam* in totidem libris continere DXLVIII. Has omnes Collectiones cùm reperiſſet *Mabillonius* in Florentinis Bibliothecis, quartam, cujus & ordo probabilior, & numerus Epiſtolarum amplior viſus eſt, deſcribendam aliis prætulit vir doctiſſimus, de quibus hoc tulit judicium : *Omnes* Ambroſii Camaldulenſis *Epiſtolæ libris 18 digeſtæ ſunt optimæ. Hiſtoriam ſui temporis continent. In his Ordinis Camaldulenſis hiſtoria.* Quia verò in aliis Collectionibus nonnullas ſparſim deprehendit Epiſtolas in ſuâ deſideratas, eaſdem ſeorſim deſcribi curavit, ex quibus librum 19 & 20 confecerunt Editores. Liber autem *primus* continet Epiſtolas XVI ad Eugenium IV : *ſecundus* XX ad Cardinales & Epiſcopos varios : *tertius* XXIV ad *Chriſtophorum* Cervienſem Epiſcopum : *quartus* XVII ad Dn. Placidum *Eugenii* Papæ IV cubicularium. *quintus* LIV ad Prælatos & Monachos ſui Ordinis : *ſextus* LVI ad *Auguſtinum* Monachum diſcipulum ſuum & quoſdam alios *ſeptimus* XX ad *Paulum* Abbatem Monaſt. S. Michaëlis de Muriano : *octavus* XL ad Dn. Marietum vel Mariottum : *nonus* XXX ad *Sebaſtianum* Abbatem Monaſt. S. Salvatoris de Roſa de Florentia : *decimus* LIII ad *Hieronymum* fratrem ſuum : *undecimus* XVI ad eundem : *duodecimus* LVII ad *Michaelem* Monachum & alios : *decimus tertius* XX ad Coſmum & Laurentium Mediceum : *decimus quartus* XV ad *Laurentium* & alios : *decimus quintus* XX ad Nicolaum : *decimus ſextus* XXII ad eundem : *decimus ſeptimus* XX ad Franciſcum Barbarum : *decimus octavus* XVIII ad *Leonardum Juſtinianum*, *Philippum* & *Franciſcum* Ducem Venetum : *decimus nonus* LX ad diverſos : *vigeſimus* XXIX ad *Franciſcum* Abbatem de Carceribus & alios : Hujus Collectionis ſumma ad DCVII Epiſtolas aſſurgit, quæ columnas implent 692.

Sequuntur Præfationes in varias Tranſlationes de Græco in Latinum factas.

1. *Præfatio in Vitam S. Joannis Chryſoſtomi*, ad Eugenium IV, *col.* 693 ex MS. Abbatiæ Florentiæ.

2. *Præf. in librum Chryſoſtomi ad Stagirium Monachum arreptitium*, de Providentia Dei, ad *Petrum* Luſitaniæ Regis filium, *col.* 695. ex MSto Vatic.

3. Præf. in ejuſdem Sancti libros *adverſus vituperatores vitæ monaſticæ*, col. 697 ex MS. Can. Regul. Feſulan.

4. *Prologus in tranſlationem à ſe factam Operum Sti* Joannis Climaci, *col.* 699 ex MS. Vatic.

5. Præf. in librum S. *Baſilii* Epiſc. *de vera Virginitate*, col. 700 ex Bibl. Præd. S. Marci Florent.

6. Epiſtola in verſionem VII Homiliarum S. *Ephrem*, col. 702 ex MS. Reginæ Sueciæ.

7. Præf. in verſionem *Diogenis Laertii* de vitis Philoſophorum, *col.* 704. ex MS. Card. Ottoboni.

Poſtea extat *col.* 706. Prologus *Michaelis* Monachi in libros Epiſtolarum *Ambroſii*, Coſmo Mediceo inſcriptus : tum *col.* 707-728 doctiſſimorum Virorum ad *Ambroſium* Litteræ XLVI : denique *col.* 737

8. Ambroſii *Epiſtola ad Bronium* de obitu *Nicolai* Florentini.

VERSIONES è Græco Latinæ.

1. *Vita Chryſoſtomi* à *Palladio* ſcripta. *Venetiis* 1533 & alibi : Extat MS. in Bibl. S. Antonii Veneta in 4.

2. *Vita Monachorum & Gregorii Nazianzeni.*

3. *Vita SS. Patrum Ægidii.*

4. *Diogenes Laertius* de Vitis Philoſophorum. *Venetiis* 1475. in 4. prodiiſſe ait *Clericus* ſup. cit. *Oudinus* addit Baſileenſes *Curionis* 1524 & 1529 ac *Hier. Frobenii* & *Nic. Epiſcopii* 1533. in 4. *Geſnerus* verò A. 1544 typis *Valentini Curionis*, qui ex obſervatione doctorum hominum admonet, eam verſionem planè infeliciter comparatam eſſe. Multa enim Græcè reliquerat Interpres omninò non verſa, aut planè perverterat : carmina autem tum *Laertii*, tum aliorum conſulto etiam ſe omiſiſſe ipſemet ſcribit : ſed in his omnibus reſtituendis operam ſe dediſſe ait Typographus.

5. Opus *Manuelis Caleca* conſtans libris IV contra errores Græcorum ; quam tranſlationem primus edidit *Petrus Stevartius* Ingolſtadii an. 1608.

6. *Tractatus de Spiritu Sancto ad probandam Catholicorum ſententiam, illum à Patre & Filio procedere:* qui non opus eſt *Ambroſii*, ſed tantùm verſio.

7. Dionyſius Areopagita *de divinis nominibus, de Cœleſti & Eccleſiaſtica Hierarchia ac de Myſtica Theologia* : Argent. 1498. & Colon. *Agripp.* 1546.

8. Divi *Baſilii* liber de Virginitate. Extat MS. cum aliis quibuſdam *Ambroſii* verſionibus in Bibl. S. Mariæ Florent. Vid. *Montisfalconii* Diarium Ital *p.* 371.

9. *S. Chryſoſtomi* libri III ad *Stagirium* Monachum, adverſus vituperatores vitæ Monaſticæ. MS. in Bibl. S. Juſtinæ Patav. teſte *Tomaſino* lib. de Bibl. Patav. *p.* 40. & in Bibl. Feſul. Canon. Regul. teſte *Monsfalconio* ſup. cit. *p.* 392. Prodiit autem hæc verſio *Aloſtenis* 1487. ſed non ab ipſo Autore edita, ut aſſerit *Oudinus*.

10. Ejuſd *Homiliæ ſuper Matthæum.*

11. Ejuſd. *lib* 18. diverſarum materiarum.

12. *Ephræmi* Syri *Sermones.* Venetiis 1501 die 10 Martii. Huic operi præmittitur *Ambroſii* Epiſtola ad *Coſmum Mediceum*, cui ſequentes nunc primum ex Græco Latinè converſos ſacrat :

13. *De Pœnitentia : de Judicio & Reſurrectione, Charitate & Compunctione : de Vita & exercitatione Monaſtica : quod non oporteat videre, ſed flere : ad animam negligentem : ad Monachos de Sanctis quibuſdam Patribus, qui tempore illo requieverant, de armatura Monach. quod oporteat Monachum veluti militem in acie ſemper aſſiſtere : de Converſione & Pœnitentia : de ſecundo Domini Adventu : de timore Dei : de anguſtia quâ premitur anima cùm ex pugna contra hoſtu infirmior fit : de Paſſione Domini : ad eos qui Filii naturam ſcrutari volunt : de Antichriſto : de laudibus Martyrum & Joſephi Patriarchæ.* Horum Sermonum verſio prodiit *Brixiæ* 1490. *Argent.* 1509 & 1537. & *Venetiis* 1545 in 8. Qui *de Martyribus* inſcribitur Latinè prodiit *Romæ* 1590. Extant, inquit *Whartonus*, in Bibl. Cæſareâ Sermones XXI. S. *Ephræmi* ab *Ambroſio* olim Latinè verſi, & *Coſmo Mediceo* nuncupati. Præfationem, ſane elegantiſſimam, exhibet *Lambecius* Comment. de Bibl. Vindob. *Tom. I. p.* 119. Non verſionem ſolùm, ſed Præfationem etiam, tacito *Ambroſii* nomine, expilavit *Gerardus Voſſius* Tungrenſis.

14. *Joannis Scholaſtici Climax*, ſeu *ſcala Paradiſi.* Venetiis 1531. in 8.

15. *Philoſtrati*, *Plutarchi*, *Nicandri* Opera.

16. *Divi Athanaſii* liber *contra gentes, & de Incarnatione.* MS. in Bibl. SS. Joannis & Pauli Ord. FF. Prædic. Venetiis. Vid. *Monsfalcon* ſup. cit. *p.* 49.

17. Æneæ Gazæi *Theophraſtus.* Hanc verſionem primum *Baſileæ* 1516 prodiiſſe diximus *p.* 132. b. at prius excuſa eſt *Venetiis* 1513.

18. Quædam *S. Ambroſii* Latinè donata.

19. *Hermetis* Ægyptii *Opera.*

20. *Epiſtolæ VII S. Antonii Magni.*

21. Joannis Moſcæ *ſeu* Moſchi *Pratum ſpirituale.* Lugd. 1617. & cum textu Græco in Auct. Ducæano *Tom. II. p.* 1057.

22. *Andreæ* Cretenſis *de dormitione B. Virginis* Homilia tertia. Venet. 1530. 8.

De *Ambroſio* ita vir Cl. *Pet. Dan. Huetius* lib. de claris Interpretibus *p. m.* 218. »Eadem quoque ætate »(ſcil. *Laur. Vallæ*) prodiit ex *Emanuelis Chryſoloræ* »umbraculis vir pietate juxta & doctrinâ inſignis *Am*»*broſius Camaldulenſis*, non ſatis politus, & ut vitæ »inſtituto, ſic ſermone auſterus, ſtylo quandoque »extra callem excurrens.

* Conf. de illo *Balius* voce CAMALDOLI. *Whartonus* ad *Caveum* ad A. 1440. *Oudin.* ad eund. *Tom. III. p.* 2434 &c. *Du Pin* Sec. XV. p. 95. in 4. *Negri* in

Scipt.

Script. Florent. p. 27. *Voſſius* de H. L. Lat. *lib.* 3. *cap.* 5. *p.* 555. & ad eum Obſervationes *Diani Vanerr* Tomo IX. pag. 196. &c. *Chacon.* p. 118. & ad eum *Camuſati* Animadv. *p.* 845. &c. *Trithem.* cap. 769. *Bellarmin.* ad A. 1480. *Poſſevin.* p. 62. *Paoni* nuomini illuſtri di Ravenna p. 23. *Nat. Alexand.* Sec. XV. cap. 4. art. 6. p. 178. *Gerhardi* Patrol. p. 662. *Oudin.* p. 40. Errat autem *Lanem* cum *Auguſtinum* tribus libris *Ambroſii* vitam deſcripſiſſe ait (*a*). Scripſit quidem ille de Hiſtoriâ Camaldulenſi libros tres: *Ambroſii* verò vita ſolummodò in Appendice ad librum tertium continetur.

Eum inter Auctores Myſticos memorat *Poiretus* p. 323.

(*a*) Differt. *Tom. II. p.* 45. apud *Wharton*

AMBROSIUS à Calvomonte (*de Chaumont*) natione Gallus, Capucinus, novæ Provinciæ Campaniæ primus Miniſter Provincialis, vir eruditionis diſciplinæ, ac Sacrarum litterarum ornamentis decorus, Concionator eximius, ac Theologiæ Lector, edidit Sermones plures de SS. Euchariſtiæ Sacramento, ſub hoc tit.

Conſummatio Amoris Divini. Rothom. 1684. in 8. (*a*). Teneo priorem Gallicam anni 1676. cum tit. *La Conſommation de l'amour de J. C. au Saint Sacrement de l'Autel, contenant pluſieurs Diſcours moraux pour l'Octave de cet adorable myſtere.*

(*a*) Bibl. Script. Capuc. *p.* 12.

AMBROSIUS *Catharinus* & *Coriolanus.* Vid. Lit. C.

AMBROSII (*Dimius*) vel *Divinus* Gallus, Salyua ſeu Provincialis Ord. FF Prædic. Sec. XIV. vel XV clarus, ſcripſit opus hoc titulo

Quoddam bonum documentum: de quo ita *Echard.* Tom. I. p. 723. »Codex Mſ. in 8. craſſioris molis »extabat anno 1681 in Bibl. noſtra Maſſiliæ, a me »tum viſus, menſe Majo, & ætatis ccc annorum »circiter videbatur.

AMBROSIUS, Gallus, Lexovienſis, tertii Ordinis S Franciſci Theol. Prof. obiit A. 1630. cujus habetur

Lampas accenſa in IV. Evangelia, Acta Apoſtolorum Epiſtolas omnes Pauli & VII. Canonicas. Extat in Bibl. Conventûs dicti S. Mariæ de Gratia prope Lutetiam, vulgò *Picpus*, teſte *Le Long* p. 607.

S. AMBROSIUS, Mediolanenſis Epiſcopus, origine Romanus, nobili & ſplendida familia natus eſt anno 333 vel 340. Patrem habuit *Ambroſium*, tunc temporis Galliarum Prætorio præfectum; quem Arelate, Galliæ Narbonenſis Metropoli, domicilium habuiſſe quidam dicunt, alii vero Lugduni, aliique Auguſtæ Trevirorum in Germania, ubi filium natum volunt. (Vid. *Hiſt. Liter. Lugdun.* p. 137) In cunis adhuc vagientis & aperto ore in area Prætorii dormientis pueri ſubitò inſedit ori examen apum; quæ cùm ingrediendi, egrediendique vices frequentaſſent, in ſublime tandem evolarunt. Quo viſo Pater juxta deambulans, *Si vixerit*, inquit, *infantulus iſte, aliquid magni erit.* Puer adhuc cum Romæ ageret, & matrem viduam unà cum ſorore, ejuſque comite Epiſcopi manum oſculantem videret, ipſe iis dextram obtulit, lepidè dicens, *Sibi id ab iis fieri oportere*: Siquidem Epiſcopum ſe futurum eſſe memorabat. Omni ſæcularium litterarum genere perpolitus, cauſas in Auditorio Præfecturæ Prætorii tantâ eloquentiâ, tanto ſucceſſu egit, ut *Probus* Prætorii Præfectus eum ſibi Conſiliarium aſciverit, mox etiam inſignia Conſularia ei detulerit, commiſſis ipſius regimini Liguriâ & Æmiliâ Provinciis, eique proficiſcenti mandata dedit his verbis, *Vade, age, non ut Judex, ſed ut Epiſcopus.* Provinciam ingreſſus, Mediolani lares fixit, donec ann. 374 mortuo *Auxentio* ejuſdem Urbis Epiſcopo, & de novi Epiſcopi electione acriter contendentibus hinc Catholicis, inde Arianis; cùm res jam in nervum eruptura eſſet, adeſt *Ambroſius*, ut authoritate ſuâ paci publicæ conſuleret: cum ſubitò vox quaſi infantis in populo audita eſt, *Ambroſium Epiſcopum.* Voci acclamârunt, calculiſque ſuis approbârunt Epiſcopi & populus adſtantes. Reſilit *Ambroſius*, & detractato munere fugâ ſibi conſulit, tandem precibus fatigatus & à populo pene coactus manus dedit. Primo igitur baptizatus (erat enim adhuc Catechumenus) ſacro muneri initiatur, *Valentiniano Auguſto* qui geſtis omnibus intererat, in hæc verba erumpente, *Gratias tibi ago, Deum omnipotem, & Servator noſter, quòd huic viro, cui ego corpora commiſeram, in animas regendas commiſeris, & electionem meam juſtam fuiſſe declaraveris.* Epiſcopus factus bona dependidit, & in pauperum uſum erogavit; & commiſſa fratri *Satyro* rei familiaris cura, ſtudiis Theologicis ſe totum dedit; in quibus *Simplicianum* Presbyterum Romanum Ephorum ſibi adhibuit. Circa ann. 377. Barbaris gentibus in Imperium Romanum irrumpentibus, in Illyricum fugit; quâ occaſione, ut videtur, uſus, Romam etiam petiit: ubi virgine ſororis comite manum ejus pro prisco hujus ævi more oſculante, *Ecce juniſdens*, inquit, *ut ducoam tibi Sacerdotis manum oſculari.* Anno 380 frendentibus fruſtra Arianis *Anemnium* Sirmii Epiſcopum conſtituit. Anno ſequenti, Synodo Aquilejenſi præfuit, in qua adverſùs *Palladium* Arianorum antesignanum diſputandi partes in ſe ſuſcepit & feliciter peregit. Anno 383. *Maximus* Britannus Imperii faſces arripuit; & commiſſo ad Lugdunum prælio Gratianum Aug. dolo interfecit. Miſſus igitur a *Valentiniano* Imp. ad Tyrannum *Ambroſius* authoritate ſua & eloquentia effecit, ut *Maximus* in Tranſalpinis provinciis ſeſe contineret. Infeſtiſſimis hiſce Imperii motibus animati Gentiles ad cultum ſuum redintegrandum vires animoſque ſumpſerunt, cauſam agente *Q. Aur. Symmacho* Romæ Præfecto, eloquentiæ laude celeberrimo. Hinc nobile illud ipſum inter & *Ambroſium* de Ara Victoriæ reſtituenda certamen; in quo longè ſuperior evaſit *Ambroſius*, ita ut *Symmachus* non modo cauſâ exciderit, ſed & paulò poſt urbe pulſus, & rhedæ vili impoſitus extra centeſimum ab Urbe lapidem manere juſſus ſit. Silentibus Paganis inſurgunt Ariani, *Juſtina Auguſta*, filiique *Valentiniani* Auguſt. patrocinio freti: unde anno 386. ab *Ambroſio*, militari etiam manu uſi, poſcebant, ut Baſilicæ iis traderentur. Iis viriliter ſe oppoſuit Vir Sanctiſſimus, & conſternatos civium animos tum præſentia ſuâ, tum precibus confirmavit; Hæreticoſque voto excidere fecit. Tot, tantiſque ab Imperatore injuriis laceſſitus ſecundam tamen ad *Maximum* Italiæ minitantem legationem obire non gravatus eſt; ubi cum Tyranno prolixo ſatis colloquio intrepidè egit; verum re infectâ rediit. Tertio poſthæc anno facta eſt barbara nimis & truculenta Theſſalonicenſium cædes *Theodoſii* juſſu perpetrata; quem proinde acerrimè reprehendit *Ambroſius*; nec ad Eccleſiam illum prius admittere voluit, quam longam & publicam pœnitentiam peregiſſet. Anno 392. *Valentiniano* Arbogaſtis inſidiis ſublato, & *Eugenio* tyrannidem arripiente, *Ambroſius* relicto Mediolano Bononiam ſe recepit, inde ad Faventiam profectus, tandem Florentiam; unde victo mox *Eugenio* domum rediit. Exacto quadriennio fati ſui conſcius mortem ſibi ante Paſcha anni 397. obventuram prædixit. Prædictionem ratam habuit Deus. Annos enim natus LXIV. in morbum incidit; & lecto affixus vitam ſibi à Deo precibus impetrare, obnixè licèt à Proceribus Urbis rogatus, renuit, reſpondens, *Non inter vos vixi, ut pudeat me vivere: nec timeo mori, quoniam bonum Dominum habemus.* Obiit pridiè Nonas Aprilis anni 397. (vid. *Muſæum Ital.* p. 115.) magnâ funeris pompâ in Baſilica Ambroſiana ſepultus. Vir ſummâ pietate, omnique virtutis genere venerabilis: invicti animi Præſul, qui Judæis, Gentilibus & cujuſcunque generis Hæreticis animosè reſtitit; litterarum Græcarum æque ac Latinarum peritiſſimus; unde è

Scriptis Patrum Græcorum, *Origenis* puta, *Didymi* &c. hortulos ſuos largiter irrigavit: in hoc laudandus, quòd ſuppreſſis foliis flores decerpſerit. Stylo uſus eſt concito, arguto, teſſellato; & qui *Senecæ* facundiam, molliori tamen venâ, imitatur, judice doctiſſ. *Caveo* ad A. 374.

In Fragmento Chronici *Flavii Marci Dextri* apud *Nic. Anton.* Bibl. vet. *Tom. II p.* 275. Ambroſii conſecratio ad A. C. 369. obitus ad A. 397 collocatur, A. 384. *libros contra Arianorum perfidiam luculentiſſimos* ad *Gratianum Auguſtum* ſcrip. ſſe dicitur; A. 369 *Hymnos* ab eo compoſitos, *qui nunquam ante ab Eccleſiis Latinis modulo canebantur.*

De *Ambroſio* ſic P. *Delphinus* in Epiſt. quæ extat *Tom. III* Vet. Script. & Monum. *p.* 960.: » Eſt apud nos B. *Ambroſii* Homilia in hanc Evangelii lectionem (*munus quodcunque eſt, ex me prodeat*) qui, ut in pluribus conſuevit, adeo ſtrictim & implicite loquitur, ut expoſitionem non minus quàm textum difficilem exhibeat, videaturque obſcurum per obſcurius interpretari.» *Ambroſium* impensè laudat *Pelagius* apud *Aug.* lib. de grat. Chriſt. cap. 43. *in cujus præcipuè libris*, inquit, *Romana elucet fides, qui Scriptorum inter Latinos flos quidem ſpecioſus enituit, cujus fidem & puriſſimum in Scriptura ſenſum ne inimicus quidem auſus eſt reprehendere.*

» Inter priſcos Eccleſiæ Doctores vix aliom, (inquit *Eraſmus* Epiſt. 3. lib. 28.) » arbitror eſſe digniorem, cujus extent integræ Lucubrationes, quàm D. *Ambroſium*. Hoc & ex animo dictum videri velim, & citra cujuſquam contumeliam. Sit Linguarum ac Scripturarum peritior *Hieronymus*, ſit elaboratioris phraſeos *Hilarius*, ſit in quæſtionum nodis explicandis argutior *Auguſtinus*, aliis item dotibus excelluerint alii; ſed quem mihi dabis, qui pari ſinceritate tractet Sacras Litteras, qui cautius vitarit ſuſpecta dogmata, qui ſic ubique gerat Chriſtianum Epiſcopum, qui ſic ſpiret paterna viſcera, qui ſummam Præſulis auctoritatem cum ſumma manſuetudine conjunxerit? Ubique ſentias hôc illum affici quod loquitur, & adeſt dictioni modeſta quædam ac pia jucunditas grataque civilitas. Eſt quem omninò ſine causâ *Doctorem melliſluum* vocant. At hic, juxta nomen ſuum, verè cœleſti manat Ambroſiâ, dignus qui ſit, quod dicitur *Ambroſius*; hoc eſt immortalis non ſolum apud Chriſtum, verùm etiam apud homines.

» *Ambroſius* firmiſſimum Eccleſiæ ſui temporis columen, (inquit *Dallæus* de uſu Patrum *cap.* 4.) » ne ipſe quidem omni plane errore caruit. Cum *Hilario* conſentit omnes in univerſum ignis examen ſubituros, juſtos inde liberatum iri, infideles in eo æternùm manſuros..... Reſurrectionem verò mortuorum non ſimul & ſemel futuram arbitrantur, ſed paulatim longo & ſtatuto ordine, ita ut qui crediderunt, primi reſurgant, pro meritorum ratione.

Plura de *Ambroſio* doctorum judicia collegit *Pope-Blount* p. 247. De eo, ejuſque doctrina, ſcriptis, genere dicendi interpretandive bene multa habet *Poſſevinus* p. 50 & ſeqq. qui pleraque hauſit è *Sixto Senenſi*. Vid. *lib.* 4. *p.* 98. *lib.* 5. *annot.* 77. *p.* 355 & *annot.* 94. *p.* 361.

Eum *Illyricus* laudat inter *Teſtes veritatis* cap. 115. p. 193. ubi notat Io. *Ambroſium* ad 2 Theſſ. II dicere, *Priuſquàm Antichriſtus veniret, Romanum regnum debilitandum eſſe, ſed Antichriſtum Romanis ſub ſuo nomine libertatem reſtituturum. Tempus*, inquit, *eſt illud poſt defectionem Romani Imperii, & ante inſtaurationem. Perſona porrò eſt illa ipſa, quæ Romanum Imperium jam collapſum utcunque eriget.* IIo. in quodam Sermone ait: *Ex inordinata & indiſciplina Sacerdotum multitudine hodie datur contemptui noſtra redemptionis venerabile Sacramentum. Nam qui debuerant eſſe Vicarii Apoſtolorum, facti ſunt ſocii Judæ & præambuli Antichriſti.* IIIo. *ſola fide nos juſtificari*, ſuper Romanos, & ſæpè aliàs conſtanter ac graviter aſſerit: 4o *Sanctorum invocationem* in multis locis non obſcurè reprehendit.

De Ambroſio item conſuli poſſunt *Spanhem.* & Abbas Floriacenſis *Hiſt. Eccleſ.* Sec. IV. *Nat. Alexand.* Sec. IV. cap. 6. art. 27. *Adr. Baillet* Dec VII. *Du Pin* Sec. IV p. 250-295 in 4. & in eum *Rich. Simonii* Cenſura *p.* 91. *Placcius* in Pſeud. *Rivet.* Crit. Sacr. *Oudin.* Tom. I. col. 655 &c. ut alios multos ſilentio prætercam.

De Miſſâ autem Ambroſianâ, priùs quàm ad Operum enumerationem progrediar, præſtat hic paucis agere. Eccleſiam Mediolanenſem, quod & aliis tunc in more poſitum erat, ſuas olim ſolemnes precum formulas habuiſſe, ritus ſuos peculiares, nemo qui in antiquis Eccleſiæ monumentis hoſpes non planè ſit, dubitare poteſt. Quin nec deſunt, qui nobis perſuadere velint, Miſſale Ambroſianum à *S. Barnabâ*, primo (ut volunt) Mediolanenſium Archiepiſcopo, ejuſdemque Eccleſiæ fundatore fuiſſe adornatum, a S. *Mirocleto* auctum, tandem à S. *Ambroſio* in hodiernam formam redactum, ab eoque nomen traxiſſe. Sed nugas vendirant qui talia nobis ſomnia narrant, nec vel leviſſimum ex veteribus teſtimonium proferre poſſunt. Primus, quod ſciam, qui diſertè meminit, eſt *Walafridus Strabo* circa ann. 842. qui lib. *de Reb. Eccleſ.* cap. 22 refert *Ambroſium* Mediolanenſem Epiſcopum tam Miſſæ,, quam cæterorum diſpoſitionem Officiorum ſuæ Eccleſiæ & aliis Liguribus ordinaſſe. Quæ & uſque hodiè (inquit) in Mediolanenſi tenentur Eccleſiâ. Si verò ipſum *Ambroſium* auctorem non ſtatuerimus (quod omninò incertum eſt, nulloque veteri nititur teſtimonio) probabile eſt, Compilatorem, quiſquis tandem fuerit, plurima ex ipſius *Ambroſii* Scriptis deſumpſiſſe, quæ à ſequentium ſæculorum Archiepiſcopis (ut in hiſce fieri ſolet) mirè aucta & interpolata ſunt. Miſſa Ambroſiana, prout hodiè habetur, tùm rituum ordine, tùm ritibus ipſis, precumque diſpoſitione, tùm à Romanâ, tùm ab aliis admodùm diſcrepat; in Pſalmis & Lectionibus ex S. Scripturâ petitis antiquâ verſione Italicâ, non quæ hodiè obtinet vulgatâ, utitur; longitudine ſuperat Romanam, hac in re Græcis potius conſona, quia Mediolanenſes priſcis Græcorum veſtigiis firmius inhæſerunt, quod ad Liturg. S. Petri notat *Lindanus*, & ex eo *Bar. Gavantus* Theſ. S. Rit. *Tom. I. Par. II. Tit.* 15. *p.* 118. Liturgiæ Ambroſianæ ordinem nobis depingunt *Joſ.* Vicecomes, & ipſe Ambroſiani Collegii Doctor, de Rit. Miſſæ *lib.* 2. Card. *Bona* de Reb. Liturg. l. 1. c. 10. p. 89. *Joan. Mabillonius* tum *de Liturg. Gallic. l.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. tùm *Itin. Ital.* p. 15. Vid. & *Muſæum Ital.* p. 95-109 ubi extant Epiſtolæ & Obſervationes plurimæ de Officio, Ordine & Ritu Ambroſiano Miſſale hoc Ambroſianum edidit *Pamelius* Liturg. Eccleſ. Lat. *Tom. I. pag.* 293. Duas alias Editiones recenſet *Mabillonius*, viz. ann. 1560. & 1669. ſed tum à Pamelianâ, tum à ſe invicem, haud parùm diſcrepantes, quibuſnam verò in locis prodierint, non indicat.

Joſephus Antonius Saxius Bibliothecæ Ambroſianæ Præfectus *Epiſtolam ad Amicum* nuper evulgavit *pro vindicandâ formulâ in Ambroſiano Canone ad Miſſæ Sacrum præſcriptâ*, Corpus tuum frangitur Chriſte. *Mediolani* 1731. in 8. *Diar. Frud.* Maii 1732. p. 136.

OPERA GENUINA:

1. *Hexaemeron* ſeu *de Opere ſex dierum* libri VI. maximam longè partem ex *Baſilii* opere ejuſdem argumenti deſcripti, anno 389 compoſiti.

2. *De Paradiſo* Liber I. paulò poſt Epiſcopatum ſcriptus.

3. *De Cain & Abel* libri II.

4. *De Noe & Arcâ Liber.* Ex *Ambroſii* libro *de Noe & Arcâ* locum quendam profert *Auguſtinus* contra duas Pelag. epiſt. *l.* 4. *c.* 11. qui in antiquis editionibus non reperitur.

5. *De*

5. *De Abraham Patriarcha* Libri II.
6. *De Iſaac & Animâ* Liber.
7. *De bono mortis* Liber anno 387 ſcriptus.
8. *De Jacob & beatâ vitâ* Libri II.
9. *De Elia ſive de fugâ ſæculi* Liber.
10. *De Joſeph Patriarchâ* Liber.
11. *De benedictionibus Patriarcharum* Liber 3. anno 387.
12. *De Arbore interdictâ.*
13. *Annotationes in Exodi cap.* 8. 16. 24. 30. 32.
14. *Annotationes in Levitici cap.* 10. 12. 26.
15. *Annotationes in Numerorum cap.* 23.
16. *Annotationes in Deuteronomii cap.* 22.
17. *Apologia pro David prior.*
18. *De Elia & jejunio.*
19. *De Nabothe Jeſraelita & Pauperibus* (quem titulum habent Codices MSS.) *Liber I.* circa A. 395.
20. *In caput 6. Libri 4. Regum* Sermones II.
21. *De Tobia, ſeu adverſus Fœneratores.*
22. *De Job.*
23. *Sermo in cap. 7. Job.*
24. *De interpellatione David* Libri III. *& Apologia* ſeu
25. *Enarrationes in Pſalmos* 1, 21, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 45, 47, 48, 50, 61. 67.
26. *Tractatus in Pſalmum* 104.
27. *Sermones III in Pſalmos* 109. 117. & 118.
28. *Enarrationes XXII. in Pſalmum* 118.
29. *De Salomone Liber, ſeu in cap. 30. Proverb.*
30. *Enarrationis in idem caput* Fragmentum.
31. *In cap. 31. Proverb ſeu de muliere forti.*
32. *In cap. 4 Eccleſiaſtis, ſeu ad Clericos Exhortatio.*
33. *In cap. 3. Eccleſiaſtici.*
34. *In cap. 1. & 52. Eſaia* Sermones II.
35. *In Hieremia cap. 16. Enarratio.*
36. *In Danielis cap. 13.* Sermones II.
37. *In capita 3. & 4. Jonæ Enarrationes* II.
38. *In Michæam Obſervationes* II.
39. *In capita 1 & 2 Aggæi obſervatio.*
40. *In Malachiæ cap. I. Sermo.*

41. *Commentariorum in Lucam* Libri X. an. 386 ſcripti. Hic *Ambroſium*, plus quam in aliis Commentariis, hiſtorico ac litterali ſenſui addictum eſſe ait *Elias Du Pin.* Hos equidem Commentarios laudarunt *Caſſiodorus*, aliique Scriptores; verùm obſervat *Simonius* ſup. cit. multùm differre *Hieronymi* judicium, qui *Ambroſium* non reprehendere non potuit; eum arguens quod materiam ſuam non ſatis graviter tractet, nec Auctoris ſenſui immoretur, ſed in verbis ludat, in ſententiis dormitet. Plura vide in *Hiſt. Crit. Comment. N. T.* cap. 1.

42. *De Officiis* Libri III. Prodierunt Latinè *Moguntiæ* 1601. in 8. unà cum *Ciceronis* libris totidem de eodem argumento. Hanc editionem teneo, nec non Gallicam verſionem, interprete *Jac. Tigeou* Andegavenſi &c. *Rothom.* 1606 in 12. cui adduntur *Ambroſii* Epiſtola 29 ad *Theodoſium*, 30 & 31 ad *Valentinianum*, ac 33 ad ſororem *Marcellinam*; item Oratio contra *Auxentium.* Hos *de Officiis* libros Gallicè quoque vertit Abbas *de Bellegarde* Pariſ. 1689. in 12. Vid. *Diar. Erudit.* 30 Maii 1689 p. 369.

43. *De Fide ad Gratianum Imp.* Libri V, anno 377 inchoati, intra biennium abſoluti.

44. *De Spiritu Sancto ad eundem* Libri III. quos *Ambroſium* ex Græcia *Didymi* bonis Latinos feciſſe non bonos ſcribit *Hieronymus*, (tacito tamen *Ambroſii* nomine) nihil ibi dialecticum, nihil virile atque diſtrictum, quod Lectorem in aſſenſum trahat, inveniri arguens.

45. *Oratio funeris de obitu* Valentiniani *Imp.* anno 392 habita.
46. *Oratio funebris de exceſſu fratris ſui* Satyri.
47. *De eodem ac fide reſurrectionis Oratio.*
48. *Oratio funebris de morte* Theodoſii *Imp.* habita, præſente *Honorio* anno 395.

49. *De Incarnationis Dominicæ Sacramento*, circa annum 382.
50. *De myſterio Paſcha.*
51. *De Paſchalis celebritatis ratione.*

52. Liber *de initiandis*, ut alter *de Sacerdotali dignitate*, an *Ambroſii* ſint, meritò dubitari poteſt, utpote in quibus nil ſucci & ſpiritûs Ambroſiani ineſſe videtur. Certè de poſteriori ait *Theoph. Raynaudus*, Erot. X. de bonis & malis libr. *p.* 114. eum *Anſelmum* potiùs redolere quàm *Ambroſium.*

53. Brevis Oratio *infra actionem quotidianam*, quæ extat inter Codd. MSS. Abbatiæ Vallis-claræ (*de Vauclair*) in diœceſi Laudunenſi. Vid. Iter Litterarium *Pariſiis* 1724. in 4. Gallicè editum *p.* 41.

54. *De Pœnitentia contra Novatianos* Libri II. circa annum 384 ſcripti.
55. *De Virginibus* Libb. III.
56. *De Virginis inſtitutione ad Euſebium* Liber.
57. *De Hortatione ad Virginitatem.*
58. *De Viduis* Liber.
59. *Epiſtolarum* Libri VIII.

60. Hymnus, *Te Deum*, cœlitus, ut fertur, delapſus, & inter baptizandum *Auguſtinum* ab *Ambroſio* & *Auguſtino* alternis verſiculis recitatus. Videtur vero ab *Ambroſio* eo tempore compoſitus, quo Ariani omnia ſurſque deque miſcentes, Eccleſiam militari manu obſederunt, ut fatiſcentes Catholicorum animos refocillaret. Vide quæ de hac re habet *Ambroſius* Orat. in Auxent. *p.* 128.

61. Sermones II. *de Natali Domini*; quos primus edidit unà cum aliis quibuſdam *Chr. Daumius* Cygneæ 1670. Verùm hi II Sermones inter Conciones XCIII ſpurias reperiuntur.

62. *Diſputatio cum Palladio Ariano*, quæ apud *Vigilium* Tapſenſem habetur; cujus merum figmentum eam eſſe, abſque juſtâ tamen ratione, contendit *Chifletius.* Diſputationis hujus *l.* 2. *cap.* 6. exhibet Expoſitionem ſive Symbolum Fidei Ambroſianæ.

63. *Recapitulationes*, quas unà cum Symbolo prædicto & *Comment. in Cant. Canticorum* edidit in Supplemento Patrum *Jac. Hommey* Pariſ. 1684. 8o.

64. Apud *Monſfalconium* inf. cit. *p.* 92. memoratur *Ambroſii* tractatus in *Cant. Canticorum* quinque libris conſtans; item Tractatus *de Pſalmo* 61, & 118, Liber I *de baculo* ſorori ſuæ *Marcellinæ*, & alia quædam; variæ ſcilicet *Ambroſii* Epiſtolæ ad *Gratianum*, *Valentinianum*, *Theodoſium*, *Eugenium*, & *Irenæum*; item liber de obitu *Theodoſii*, & libri 2 *de exceſſu fratris*; quæ omnia olim extabant in Bibl. Pompoſ. prope littus Maris Adriatici, ut teſtatur Epiſtola *Henrici* Clerici ad *Stephanum* ſcripta ſub finem ſæculi XI.

Dubia.

1. Altera *Davidis* Apologia.
2. *De Virginis formâ vivendi*, ad virginem devotam.
3. *De Virginis lapſu ad Virginem lapſam.*

4. *Hymni aliquot*, ex quibus nonnulli *Ambroſii* videntur; alii verò *Ambroſii* certo certiùs non ſunt, ut ille, *Vexilla Regis prodeunt*, qui *Fortunati* eſt.

5. Nonnullis etiam videtur *Ambroſius* Auctor librorum *de Excidio Judæorum*, qui ſub *Hegeſippi* junioris nomine circumferuntur: ſaltem ſcriptor iſte erat *Ambroſio* σύγχρονος. Alii credunt *Hegeſippum* vertiſſe è Græco.

6. *De Sacramentis Libri* VI. qui non tantum à Theologia Reformatæ, ſed & Pontificiæ Religionis quamplurimis *Ambroſio* abjudicantur: ſcripſiſſe quidem *Ambroſium* libros *de Sacramentis* certiſſimum eſt, qui vero hodie extant aut ejus non ſunt, aut adeo inſigniter interpolati ut novam plane faciem induerint. Deſiderantur in his quæ ex illis citant *Auguſtinus* & *Bertramus*; aliam exhibent S. Scripturæ verſionem, quàm quâ in genuinis operibus uſus eſt *Ambroſius*; repugnat ſtyli diverſitas Patre mellifluo indigna; repugnant haud pauca à ſæculo Ambroſiano aliena. Vidit

hæc omnia ac ingenue agnovit eminentiſſ. Card. *Bona* de reb. Liturg. *lib.* 1. *cap.* 7. *§.* 4. ubi hoc opuſculum non niſi ab octavi & noni Sæculi Scriptoribus tanquam legitimum *Ambroſii* fœtum laudari fatetur. Vid. & *Muſæum Ital.* p. 7. *Monsfalconius* inf. cit. *p.* 75. Ambroſium *de Sacramentis* MS. in Bibl. Tarviſ. extare ait Cod. anni 1436.

Spuria:

1. *Conciones XCII.* viz. Conciones *de Tempore*, *Conciones de Sanctis*, & *Conciones breves.* Maximi Taurinenſis eſſe conjicit *Joh. Coſterus*; certè eorum plurimi inter *Maximi* Sermones leguntur. (Vid. *Muſæum Ital.* p. 7 & 8.) Sermo ultimus, *De Baptiſmo Auguſtini*, inepti cujuſdam nugivenduli eſt. Vide quæ habet *Bellarminum* in Ambroſ. *p.* 129.

2. *Sermo de Purificatione B. Virginis.*

3. *Precationes ad Miſſam duæ.*

4. *De Vocatione omnium Gentium* Libri II. ſub ejus nomine impreſſi *Genevæ* apud Mich. Sylvium an. 1541 in 8. *Ambroſio* malè tributi, ut in quibus Pelagianorum & Semipelagianorum mentio ſit, ut de ſtyli diſſimilitudine jam non dicam. *Proſperi* cujuſdam eſſe omnibus jam notum eſt. De iis vide plura in *Proſpero.*

5. *De Filii Divinitate & Conſubſtantialitate* ſeu *de Fide Orthodoxâ adverſus Arianos* Liber.

6. *Commentarii in Epiſtolas D. Pauli.* Scripſit quidem in Apoſtolum *Ambroſius*, ſed opus iſtud interiit. Hoc de quo agimus, *Hilarii* Diaconi eſt, in quo notandum tamen eſt *Commentarium in X priora Epiſtolæ ad Hebræos Capita*, Hilarii non eſſe (nec enim *Hilarius* aut ullus alius Latinorum ejuſdem ætatis aliquid in Epiſtolam eam ſcripſit) ſed à falſario quodam aſſutum eſſe, partim ex *Chryſoſtomo*, partim ex *Hieronymo*, contextum.

7. *Commentarii in Apocalypſim B. Joannis*, quibus plurimæ paſſim inſpersæ leguntur *Gregorii* M. ſententiæ: in quamplurimis MSS. Codd. *Berengaudo* inſcribuntur. Quiſnam fuerit iſte *Berengaudus*, an *Berengarius* (uti vult *Baleus*) an alius quiſpiam, non ſatis liquet.

8. *Tractatus de 42 manſionibus filiorum Iſraël*, ſeu *Annot. in Num. cap.* 33.

9. *Tractatus in Symbolum Apoſtolorum*, ſeu, ut habent Codices MSS. *De Trinitate & Reſurrectione.*

10. Libellus *de dignitate Sacerdotali.*

11. Libellus *de dignitate conditionis humanæ.*

12. *De Fide Reſurrectionis* liber ἀκέφαλος Baſileæ editus anno 1523.

13. *De vitiorum virtutumque conflictu.*

14. *Expoſitio fidei ſecundum Symbolum Nicenum*, ex libro primo *De Fide* ad *Gratianum* excerpta.

15. *De Spiritu S. Libellus*, ſeu potius libelli Fragmentum. *Ambroſii* quidem non eſt, opus tamen perantiquum.

16. *De Concordiâ Matthæi & Lucæ in Genealogiâ Chriſti.*

17. *De Pœnitentiâ Liber*, cum Exhortatione ad peragendam pœnitentiam, & Epiſtolâ *cur Deus permiſerit Monachum quendam à dæmone vexari.* Victoris Scriptoris Africani eſt. *Victorem* Cartennenſem eſſe rectè nonnulli, Tununenſem alii volunt.

18. *De Origine & moribus Brachmanorum.* Extat tum in recentioribus *Ambroſii* Editionibus, tum *Palladio* de Gentibus Indiæ adjunctus, *Londini* 1665. 4to.

19. *Expoſitio in Cantica Canticorum*, ex Ambroſii libris excerpta.

20. *Epiſtola ad Demetriadem*, quæ inter Ambroſianas eſt 84. *Proſpero* rectè aſcribitur.

21. *Epiſtolæ aliquot Gentilium Philoſophorum* ex *Ambroſii* verſione.

22. Extitit olim *liber Phyſiologus* ab Hæreticis conſcriptus, & B. *Ambroſii* nomine ſignatus, in Decreto Pſeudo-Gelaſiano tanquam apocryphus damnatus. Extat MS. hodie in Bibliothecâ Lambethanâ liber *Phyſiologus* dictus, carmine conſcriptus: an cum Pſeudo Ambroſiano idem ſit, diſquirant alii.

Deperdita:

1. *Commentarii in Eſaiam.*

2. *Commentarii adverſus nonnullos Platonicos*, ſive *De Sacramento regenerationis & Philoſophiâ Liber*; cujus fragmenta quædam habet *Auguſtinus* contra *Julian.* l. 2.

3. *Elucidationes & Homiliæ in librum Sapientiæ.*

4. *Expoſitio in omnes D. Pauli Epiſtolas.* Monsfalconius in *Diar. Ital.* p. 36. memorat *Tractatum primum S. Ambroſii de Epiſt. Pauli ad Romanos* qui extat MS. Mutinæ in Monaſterio S. Bened. PadolIron. Codex eſt ſeculi XI.

5. *Sermo de Judicio Salomonis.*

6. *Catechiſmus Epiſtolaris ad* Fritigildem *Marcomannorum Reginam.*

7. *De puerilis ætatis inſtitutione ad Panſophiam.*

Prodierunt *Ambroſii* Opera *Baſil.* 1492. 1517. 1538. 1555. 1567. 2. vol. fol. (quæ accurata eſt editio) *Romæ* 1580-1587. (in qua editione quamplures nævos notat *Nic. Faber* Opuſc. *pag.* 315.) *Pariſ.* 1529. 1540. 1549. 1586. 1603. 1614. 1632. 1642. 1665. Primus, ni fallor, genuinus *Ambroſii* fœtus, qui artis typographicæ beneficio lucem viderit, erant *Epiſtolæ* anno 1480. editæ, fol. Primam operum editionem adornavit in Italiâ *Maffæus Vaneus* Auguſtinianus, anno 1485. Fatendum eſt neminem in toto Sanctorum Patrum choro inveniri, qui in operum ſuorum editionibus infeliciorem ſortem expertus ſit quàm D. *Ambroſius.* Ipſa editio Romana tantoperè licèt jactata, confuſa eſt, truncata, vitiis & erroribus miſerè inquinata: de quo Viri eruditi dudum conqueſti ſunt. Operæ pretium igitur ſe facturos exiſtimarunt Monachi *Benedictini* Congregationis S. Mauri, ſi novam Operum Ambroſianorum editionem ſummâ curâ adornandam in ſe ſuſciperent. Quod & præclarè præſtiterunt Tomis II. quorum *I Pariſ.* 1686. *II ibid.* 1690 in fol. prodiit apud Joh. Bapt. Coignard. Titulus eſt: *Ambroſii* Mediolanenſis Epiſcopi *Opera ad MSS. Codices Vaticanos, Gallicanos, Belgicos* &c. *necnon ad editiones veteres emendata, ſtudio & labore Monachorum Ord. S. Benedicti è Congregatione S. Mauri.*

Tomus I.

De quo *Acta Erud.* 1688. p. 64.

Notatu dignum eſt, quod de *Lugdunenſi* quadam *Ambroſii* editione, à Franciſcanis invito typographo peſſime depravata, *Franciſcus Junius* oculatus teſtis (huic enim, dum anno Chriſti 1559 & 1560 Lugduni verſaretur, Frelonianæ officinæ corrector *Ludovicus Savarius* perfidiæ illius ſpecimen oſtendit) & poſtea ex *Junii* fide *Dallæus*, *Rivetus*, aliique plures retulerunt, (inter quos *Camuſatus* in Obſerv. ad *Ciaconium* p. 851.) Monachi Benedictini è Congregatione S. Mauri, ſe perluſtratis Bibliothecis Pariſienſibus, & exterarum catalogis diligenter exploratis, ne ullum quidem Lugdunenſis iſtius editionis veſtigium deprehendere potuiſſe ajunt, indeque eam vel forte omnino fictam, vel, quod veriſimilius videtur, ſtatim ſuppreſſam fuiſſe colligunt. Ipſi interim meliora pollicentur, ſanctèque ſpondent, ſe omnia ad MStorum fidem exacturos, & pro virili compenſaturos, quæ in anterioribus editionibus deſiderari poſſint. Ex his antiquiſſimam eſſe ſcribunt, quam *Maffellus Venia*, (alii ſcribunt *Maffæum Vanejum*) Monachus Auguſtinianus, ejuſdem Ordinis Generali *Ambroſio Corano* nuncupavit, proximam autem huic, eidemque quoad characteres ſimillimam, quæ A. C. 1490 *Cribellii* Presbyteri ſtudio Mediolani apud *M. Leonardum Pachel* prodiit. Verùm cùm utraque paucos admodum tractatus comprehendat, *Johannis Amerbachii* civis Baſileenſis induſtriam commendant, qui biennio poſt longè

longe plura *Ambroſii* opera tribus tomis in lucem produxit, & *Johannes de Lapide* Carthuſianus Pariſienſis ope procuravit, ut ſingulis libris in certa capita diviſis, ſuum cuique capiti argumentum adderetur. Quam editionem A. C. 1506 *Johannes Petri de Langendorf*, regiſtro, ut appellat, ſeu copioſo indice adjecto, prælo iterum ſubjecit. Horum diligentiam ſupergreſſus *Eraſmus* Roterodamus, ut & plura & emendatiora *Ambroſii* opera ederet, quod *Baſileæ* A. C. 1527 factum eſt, nullis laboribus pepercit, eaque editio tanto fuit in pretio, ut ſæpius diverſis locis recuſa, ac *Gevelii* aliorumque doctorum hominum ſtudio novis ſubinde tractatibus locupletata, omnium in ſe oculos converteret. At Benedictini noſtri, ut *Amerbachium* in vitioſos codices incidiſſe dolent, ita *Eraſmum* arguunt, quod doctrinæ & famæ ſuæ fiduciâ audacior, plus ingenio ſuo & propriis conjecturis quàm MSStorum autoritati detulerit, eamque ob cauſam, cum hæc *Eraſmi* editio A. C. 1529 Pariſiis *Chevallonii* typis iterum exprimeretur, multa in ipſo textu commutata, & nonnulla in margine notata, quæ poſtea a *Johanne Coſterio* Canonico Lovanienſi, qui A. C. 1555 novam *Ambroſii* editionem adornavit, pluſquam duo millia errorum, ut ipſe gloriatur, ſublata fuerint.

Verùm cùm ipſe *Coſterius* in tanto opere non ſatis ſibi auxilii fuiſſe ingenuè fateatur, operæ ſe pretium facturum putavit *Johannes Gillotius*, ſi plura *Ambroſianorum* operum manuſcripta exemplaria è Pariſienſibus aliiſque Galliæ Bibliothecis conquireret, quibus inter ſe conferendis cùm vix plures, nedum unum hominem ſufficere animadverteret, ipſe paucos, quibus evolvendis par eſſet, codices delegit, cæteros aliorum induſtriæ commiſit. Et hanc Gillotianam editionem A. C. 1568. apud *Guilielmum Merlinum* & ſocios *Pariſiis* vulgatam, omnium, quæ hactenus prodierant, abſolutiſſimam Benedictini ſtatuunt, & indignam plane, quæ editionis Romanæ paulo poſt ſecutæ famâ opprimeretur.

Aggreſſus hanc editionem, aliis poſtea in laboris partem adſcitis ſociis, *Felix de Monte Alto* (alias *de Montalto*) Ord Min. Vicarius Generalis, deinde Cardinalis, & tandem ſub Sixti V nomine Pontifex Romanus, quinque tomis conſtantem, è quibus priores quatuor A. C. 1580. 1581. & 1582; quintus & ultimus A. C. 1585, cùm jam Romanam Cathedram *Xyſtus* occupaſſet, lucem publicam aſpexit.

Quamvis autem hæc editio tantum obtinuerit autoritatis, ut in locis, ubi Romana floret Religio, ſola prælo ſubjiceretur. & in una Lutetia ab A. C. 1586 ſingulis ferè decenniis iterata fuerit, non diſſimulant tamen Monachi Benedictini, non pauca in editione hac Romana deprehendi, quæ minus probari poſſint. Inprimis autem hoc animadverſione dignum cenſent, quod etiam in ipſo *Ambroſii* textu multa ſibi permiſiſſe deprehendantur, qui eundem corrigendum ſuſceperunt.

Ut igitur *Ambroſius* integritati ſuæ & nitori reſtitueretur, Benedictini novæ huic editioni inſudarunt, quâ omnibus, qui à Romana Eccleſia diſſentiunt, tela contra *Ambroſii* autoritatem objecta ereptum iri ſibi perſuadent.

Univerſa *Ambroſii* Opera duobus tomis comprehenduntur. Ac primo quidem volumine *Ambroſii* libri 6 in *Hexaëmeron*, *de Paradiſo* liber unus, *de Cain & Abel* libri duo, *de Noe & Arca* liber unus, (cum inſigni quodam fragmento quod ex hoc *Ambroſii* libro *Auguſtinus* contra Pelagianos ſuorum operum juſtitia inflatos duabus vicibus allegavit,) *de Abraham* libri duo, *de Iſaac & anima* liber unus, *de bono mortis* liber unus, *de fuga ſeculi* liber unus, *de Jacob & vita beata* libri duo, *de Joſeph Patriarcha* liber unus, *de benedictionibus Patriarcharum* liber unus, *de Elia & jejunio* liber unus, *de Nabotho Jezraelita* liber unus, *de Tobia* liber unus, *de interpellatione Job & David* libri quatuor, *Apologia Prophetæ David*, *Apologia* altera *Davidis*, Enarrationes in Pſalmos duodecim 1, 35-38, 40, 43, 45, 47, 48 & 61. (prout in vulgata numerantur,) *expoſitio in Pſalmum* 118 (Hebræis 119.) & *Expoſitio Evangelii ſecundum Lucam* decem libris comprehenſa; quibus *Ambroſii* tractatibus appendicis inſtar ſubnectitur *Commentarius in Cantica Canticorum* à *Gulielmo* quodam Abbate S. Theodorici, poſtea Monacho Signiacenſi, è ſcriptis S. *Ambroſii* collectus.

Prædictos *Ambroſii* tractatus omnes genuinos eſſe cenſent, ſeque non poſſe non mirari ajunt, quid *Eraſmo* & poſt *Eraſmum* aliis in mentem venerit, quod librum *de Tobia* Ambroſio adjudicaverint, cùm ex *Auguſtini* libro I. contra Julianum c. 3. & *Ambroſii* ad *Vigilium* Tridentinum Epiſtola, legitimum eſſe hunc *Ambroſii* fœtum comprobari poſſit. Contra alteram *Davidis Apologiam* plures dubitandi rationes *Eraſmo*, *Bellarmino*, *Poſſevino*, *Hermanno*, (is eſt *Godefridus Hermantius*) qui vitam *Ambroſii* Gallicè deſcripſit, aliiſque ſuppetere non diſſimulant, non deeſſe tamen etiam ex altera parte argumenta non minoris momenti ſtatuunt, quibus hic tractatus *Ambroſio* vindicari poſſit. Unde lectori liberum de autore hujus libelli judicium relinquunt, ipſi interim cùm jus ſit in ambiguo, poſſeſſionem quæ hactenus penes *Ambroſium* fuit, eidem non abrogandam eſſe arbitrantur.

Præmiſſa ſunt primo huic volumini poſt præfationem ſelecta veterum de *Ambroſio* teſtimonia. Singulis autem tractatibus præfigitur peculiaris admonitio, qua eorum argumentum recenſetur, tempus, quo ſcripti videntur, diligenter inquiritur, aliaque obſervatu digna breviter expenduntur.

In ipſis tractatibus retineri priſtinam eorum in capita diviſionem, ipſaque capita novis ſectionibus diſtingui, vetera autem capitum argumenta, quæ Autoris ſenſum vel minus perſpicuè vel minus Latinè repræſentare viderentur, corrigi placuit. Inferiorem paginarum marginem occupant minutioribus characteribus expreſſæ variæ lectiones aliæque notæ, quas ad pleniorem *Ambroſii* intelligentiam junioribus ſaltem Theologis non fore inutiles confidunt, obſervantes, quòd in multis locis Romani editores non aliam ob cauſam mutationes quaſdam in textum induxerint, quàm quod *Ambroſii* ſenſum non aſſecuti fuerint.

Nævos *Ambroſii* cum in Præfatione ad lectorem, tum in Admonitionibus ac Notis pro viribus obtegunt. Concedunt *Ambroſium*, inſignem *Origenis* imitatorem, allegorico & myſtico ſenſui nonnunquam in tantum indulgere ut hiſtoriæ veritatem prorſus negare videatur, & hoc ipſum in cauſa eſſe putant, quod Romani editores in altera *Davidis* apologia ex capite octavo verſus aliquot eraſerint, etſi in omnibus Codicibus editis & manuſcriptis habeantur. Secus tamen ſe rem habere, neque hiſtoricam veritatem ab *Ambroſio* prorſus deſtrui, quemlibet comperturum aſſerunt, qui ſingula in orationis contextu atque ſerie diligentius perpendet. Unde etiam in ſpecie Paradiſi hiſtoriam in meras allegorias ab *Ambroſio* verſam negant, etſi Paradiſum, quo Adamus ejectus, cum eo, in quem Paulus raptus eſt, ubique eundem faciat. Porro cum *Ambroſius* lib. 1. de Abraham c. 4 ſcribit, ante Moſis legem & Evangelium adulterium non interdictum videri, id Benedictini ita explicant quòd *Ambroſius* ſignificare voluerit illis temporibus eam circa adulterium ignorantiam extitiſſe, quæ etſi non omninò culpam tolleret, non mediocriter tamen eam minueret, aut quòd forte *Ambroſius* nomine adulterii nihil aliud quàm polygamiam intellexerit, eaque verbi duritie uſus fuerit, ut catechumenos ſuos efficacius à pellicatu abſterreret. Quod *Ambroſius* librum quartum *Eſræ* ab *Hieronymo* & aliis rejectum, in libro *de bono mortis* Canonicis Scripturis annumerat, Benedictini exemplo *Clementis Alexandrini*, & *Autoris* operis imperfecti in *Matthæum* excuſant, eoque conſilio hoc ſcriptum ab *Ambroſio* commendatum aſſerunt, ut *Platonem* doctrinam ſuam de animarum ſtatu ab *Eſra* aliiſque Sacris Scriptoribus mutuatum potius, quàm Chriſ-

Chriſtianos eandem à gentilibus accepiſſe demonſtraret. Porro in eodem libro aliiſque in locis ſtatuit *Ambroſius*, animas corpore ſolutas in quibuſdam habitaculis ad uſque generalem reſurrectionem ſervari, ibique mercedem operibus ſuis debitam, ſed ante ſupremum judicii diem non reddendam expectare; quod etſi minus mirandum ſit, cum plerique Eccleſiæ Patres de ſtatu animæ ſeparatæ minus accurate ſenſiſſe videantur, non abſurdum tamen videtur novis *Ambroſii* editoribus, ſi quis *Ambroſium* animabus ſeparatis viſionem Dei attribuiſſe potius, quàm iiſdem eam denegaſſe arbitretur, indeque verba *Ambroſii*, cùm *l.* 2. de Cain & Abel *c.* 2. animam corpore ſolutam adhuc futuri ambiguam ſuſpendi profitetur, ita accipiunt, quaſi *Ambroſius* non tam de ipſius animæ felicitate, quam de ambigua fratrum ſalute, aut incerta reſurrectionis & judicii die locutus fuerit. Quæ autem *Ambroſius* in enarratione XII Pſalmorum de judicio extremo, reſurrectione mortuorum, & animarum purgatione per ignem differit, cùm ab orthodoxa fide diſſentiant, Benedictini ſic emolliunt, ut aſſerant *Ambroſium* hæc non tam è ſua, quàm aliorum ac imprimis *Origenis* ſententia protuliſſe, cùm hoc inſignium virorum honori dederit, ut eorum opiniones nondum ab Eccleſia liquido proſcriptas propoſuerit. Duriorem *Ambroſii* de uſuris ſententiam contra *Salmaſium* aliosque defendunt, quorum argumenta nihil aliud eſſe putant, quàm cavillationes, quibus jam *Ambroſii* ævo fœneratores uſi fuerint. Succenſent quoque *Dallæo*, quod *Ambroſium* in explicandis literis Hebraicis mera auditoribus ſuis ſomnia narrare dixerit. Etſi enim *Ambroſium* in eruenda Hebraicorum nominum ſignificatione minus feliciter deſudaſſe, non poſſint non fateri, ipſi tamen propterea non inſultandum, ſed imperitiam illam Hebraicæ linguæ conditioni illius ævi tribuendam eſſe judicant. Cum *Ambroſius* divinitatem à Chriſto morituro diſceſſiſſe ſcribit, id tantum de effectu divinitatis intelligendum eſſe tradunt. In verbis Ambroſii: *lacrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego*, cum ea doctrinæ Pontificiæ de pœnitentiâ non conveniant, voce *ſatisfactionis* defenſionem intelligi ſtatuunt. Peccare *Ambroſium* aſſerit *Eſtius*, cùm Petri peccatum nimis extenuat. At Benedictini ſibi perſuadent, in tota *Ambroſii* commentatione (lib. 10. in Evangel. Luc.) nihil occurrere, unde colligi queat, *Ambroſium* Petri peccatum pro mortali non habuiſſe. Cætera quæ pro *Ambroſio* vel defendendo, vel ad partes ſuas trahendo proferunt, omnia congerere non eſt hujus loci.

Cæterum ut eo caſtigatior hæc *Ambroſii* editio prodiret, non contenti Regia, Colbertina, Sorbonica aliiſque Pariſienſibus Bibliothecis, etiam Vaticanos conſuli codices, variaſque inſuper lectiones, quibus *Xyſtus V* olim uſus fuerat, deſcribi curarunt. Subſidio prætcrea fuerunt manuſcripta, quæ & ſuæ Congregationis, & aliorum Ordinum, cùm in Gallia tum in aliis provinciis Bibliothecæ ſuppeditarunt. Speciatim commendant *Joh. Baptiſtam de Noyville* Priorem Abbatiæ Vallis-claræ prope Laudunum, qui ex monaſterii ſui codicibus Sermones quoſdam nondum editos propria manu deſcripſit, item *D. Tonnellerium* Can. Vict. cui varias lectiones, quas ad editionem *Ambroſii* ſibi propoſitam collegerat, acceptas referunt, & *Stephanum Baluzium*, qui præter Colbertinos *Ambroſii* codices, varias lectiones Sermonum & Epiſtolarum *Ambroſii*, ex optimæ notæ manuſcriptis excerptas, liberaliter communicavit.

Elenchus Codicum manuſcriptorum pariter & editorum, ad quem exacti & caſtigati ſunt *Ambroſii* tractatus primo hoc volumine comprehenſi, ſub finem exhibetur, cui & alii indices ſubjuncti, ſcilicet locorum Scripturæ, rerum & ſententiarum, item verborum, dogmatum & rituum in notis explicatorum, & poſtremo variarum lectionum, quæ inter omiſſas non contemnendæ videbantur.

T O M U S II.

De quo *Acta Lipſ.* Supplem. *Tom. II. p.* 209 &c.

Primùm libros III, De Officiis exhibet, quos Benedictini ex fide MSS. Codicum *de officiis Miniſtrorum* inſcribunt, nec ſtatim ab *Ambroſio* ſub exordium Epiſcopatûs ſui, quod aliquibus viſum eſt, ſed anno demum 391 ſcriptos ſuſpicantur. Hos excipiunt libri totidem De Virginibus quos *Ambroſius* ſorori ſuæ *Marcellinæ* dedicavit, & circa annum 377 compoſuit. Cùm autem inter Theologos Romanæ Eccleſiæ addictos, de ſtatu virginum in primitiva Eccleſia non eadem ſit omnium ſententia, Benedictini noſtri in admonitione huic tractatui præmiſſa non diſſimulant, eorum opinionem, qui ab ipſis Eccleſiæ incunabulis virgines & ſolennia continentiæ vota emiſiſſe, & communem in monaſteriis vitam egiſſe contendunt, haud exiguis difficultatibus premi, cùm Romanorum leges cœlibatum ſeverè interdixerint, neque Chriſtianis religionis cauſâ convenire integrum fuerit. Quæ difficultatum repagula Martyrum quorundam Actis removeri minimè poſſe animadvertunt, cùm Acta illa non levi ſuſpicione, ſed manifeſtis prope indiciis corruptionis arguantur. Quæ autem ex Patribus & Conciliis pro contrariâ ſententiâ adducuntur, haud difficulter ad illorum opinionem traduci poſſe ſtatuunt, qui à virginibus privata tantum vota emiſſa, & vitam in paternis ædibus & ſeculari contubernio tranſactam arbitrantur, vel etiam in virginibus ſimplex tantum propoſitum, quod velo & veſtium modeſtia teſtatæ fuerint, agnoſcunt. Cum autem *Innocentius I* in Epiſt. ad *Victricium* duplex virginum genus aſſerat, quorum unum à Sacerdotibus velari meruerit, alterum veli expers in propoſito tamen virginali manſerit, utriuſque generis virgines perpetuo virginitatis voto adſtrictas fuiſſe contendunt, & ad ea quæ contra illud perpetuæ virginitatis vinculum ex *Cypriano* objici poſſunt, reſpondere conantur, ac tandem concludunt, jam inde ab Apoſtolicis temporibus puellas extitiſſe, quæ vel voto vel promiſſo virginitatem ſuam Deo conſecrarent, eaque vota poſtea coram Epiſcopis vel Presbyteris, vel parentibus, vel tota Eccleſia per externa indicia declarari cœpiſſe; ac primum quidem ſacras illas Virgines in paternarum ædium ſecretis commoratas, donec ceſſante perſecutionum tempeſtate Monaſteria in Oriente ac deinceps etiam in Occidente ingreſſæ fuerint; quod vivendi ſtudium ab *Ambroſio* adeo adjutum atque amplificatum aſſerunt, ut vel primus ſanctimonialium apud Italos parens, vel ſaltem patronus & propagator meritò audiat. Non minori ſtudio viduitatis ſtatum *Ambroſius* commendavit, atque hinc liber De Viduis natus, cujus occaſionem & argumentum cùm Benedictini breviter indicaſſent, notant *Perkinſum* qui hunc de viduis librum eo nomine in νόθειας ſuſpicionem adducere voluit, quod cum commentario in cap. 6. Epiſt. ad Rom. pugnare videatur, cujus argumenti futilitatem jam à *Riveto* deprehenſam obſervant: Perſtringunt quoque Centuriatores, quòd librum de Viduis ab *Ambroſio* ſcriptum dubitaverint, craſſa quædam de invocandis ſanctis mortuis illo tractatu contineri cauſati. Cùm enim & ipſe *Ambroſius* in Comment. ad Lucam hoc ſcriptum ſuum vel quarer allegaverit, & *Hieronymus* in Apologia adverſus *Jovinianum*, Ambroſii *librum de Viduis* memoraverit, de autore hujus libri minimè dubitandum eſſe cenſent, indeque colligunt, orthodoxa viſa *Ambroſio*, quæ Centuriatores tanquam craſſa improbarunt. Librum De Virginitate, qui proxime ſequitur, aliqui pro poſtrema libri tertii de Virginibus parte habuerunt; aliqui cum tractatu de Virginibus tanquam quartum conjunxerunt, alii denique librum ſecundum de Viduis eſſe cenſuerunt. Verum hunc librum a priori de Virginibus tractatu avelli, & libro de viduis poſtponi oportere, doctiſſimi Editores variis rationibus demonſtrant, & inter alia obſervant, quod *Hieronymus* tres tantum libros de Virginibus ab *Ambroſio* ſcriptos teſtetur, & ipſe *Ambroſius* totidem à ſe compoſitos aſſerat. Notant prætcrea tres libros de Virginibus in libro de Viduis, & librum de Viduis in libro de Virginitate allegari. Eos autem qui hunc etiam librum

de Viduis inſcribunt, inde conſutant, quod *Hieronymus* in Apolog. adv. *Jovin.* unicum *Ambroſio* librum de Viduis attribuerit. Quamobrem hunc tractatum *de Virginitate* inſcribere ipſis placuit. Huic ſubjungunt *Librum* De Institutione Virginis *ad Euſebium*, ſive, ut in manuſcriptis codicibus appellari ſolet, *Sermonem de S. Mariæ Virginitate perpetuâ*; quod lemma ratione non caret, cùm præcipua hujus Tractatus pars in perpetuâ Mariæ virginitate contra *Bonoſum* ejuſque aſſeclas aſſerendâ occupetur. Sequens tractatus, qui Exhortatio Virginitatis inſcribitur, Sermonem Florentiæ in publico cœtu habitum continet, cui *Baronius* annum 392, noſtri autem Benedictini annum 393 aſſignant. Neque dubitant his tractatibus etiam adjungere *Librum* de Lapsu Virginis Consecratæ, qui etiam inter *Hieronymi* Opera reperitur. Verùm Autor hujus operis Epiſcopum ſe eſſe paſſim indicat, quod *Hieronymo* minus convenit, neque Novatiana hæreſi infectum eſſe Autorem illius libri exiſtimant Benedictini, idque probant ex eô quod virginem lapſam ad pœnitentiam publicam ſtimulet, & æternis pœnis ſceleri ipſius debitas evitandi ſpem illi faciat.

[Opera *Ambroſii* de Virginibus, & Virginitate, de Virginis inſtitutione, dehortationem ad Virginitatem, & contra Virginem lapſam, Gallicè vertit, Notiſque ac Diſſertatione præliminari de Virginibus illuſtravit R. P. de *Bonrecueil* Oratorii Presbyter, *Paris*, 1729. in 12. Vid. *Diar. Erud.* Nov. ejuſd. anni.]

Pergimus ad *Librum* De Mysteriis, qui in Romanâ editione *initiandis*, in Eraſmianâ *de iis qui myſteriis initiantur*, in Amerbachianâ *de myſteriis initiandis* inſcribitur. Hunc *Ambroſii* fœtum genuinum eſſe, Benedictini noſtri minimè dubitant. Repertas quidem à ſe referunt literas *Bullingeri* ad *Vadianum* apud S. Gallum d. 7 Jul. 1535 datas, quibus aſſerit, librum hunc *nequaquam eſſe Autoris optimi & judicii emunctiſſimi fœturam*: tùm & ſtylus differat, & ratio Euchariſtiæ hîc alter, quàm in aliis indubitatis *Ambroſii* operibus tractetur, & tractatio rerum frigidior ſit, quàm *Ambroſio* conveniat; idcoque *Eraſmum*, etſi judicium ſuum de hoc tractatu diſſimulaverit, eum tamen dubio procul pro mangonis alicujus opere habuerit, & hanc ipſam ob cauſam in poſtremum editionis ſuæ tomum rejecerit. Verum reſpondent Benedictini, hanc de *Eraſmo* aſſertionem, cùm mera ſit hariolatio, explodendam potius quam refellendam videri; cæteris autem rationibus unicam hanc reſponſionem opponunt, quod tractatus hic tanquam catecheſis proprio ſuo charactere gaudeat, cùm catecheſes ſimpliciter, perſpicuè & ſine motibus edi oporteat. Addunt *Bullingerum* cenſorem ſcriptorum *Ambroſii* non admodum idoneum videri, qui extruſo fœtu legitimo ſpurium in Epiſtolas Paulinas commentarium admittat. Poſtea etiam argumenta, quibus *Robertus Cocus* & *Johannes Dallæus* hunc *Ambroſii* fœtum impugnarunt, referunt, & ſubjectis ſuis reſponſionibus, *Blondellum* iis, *Albertinum* & alios opponunt, quos paucorum è ſuis cenſura inſuper habita, calculum ſuum veritati non ſubtraxiſſe ſcribunt. Librum *de Myſteriis* ob argumenti cognationem excipiunt *Libri VI* de Sacramentis, de quorum Autore doctiſſimi Editores prolixè diſſerunt, & ſuam ſententiam dicturi, id primum certum eſſe ex ipſo opere declarant, quod ejus autor Epiſcopus alicujus fuerit. Deinde antiquitatem hujus autoris partim ex codice S. Galli, quem *Mabillonius* in Muſæo Italico ante mille annos exaratum judicavit, partim ex ipſo tractatu colligunt, cùm Autor eo ſe vixiſſe ævo prodat, quo adultorum baptiſmus, & gentilium cultus in ſua diœceſi adhuc viguit, & verſio Bibliorum vulgata nondum apud omnes autoritatem obtinuit. Porro extra controverſiam eſſe dicunt, quod parens horum librorum non quidem Romanæ metropoli ſubditus, ſed tamen ſedi ab urbe, cujus ceremonias probe perſpectas habuit, non multum diſſitæ præfectus fuerit. Eum verò *Ambroſium* fuiſſe pro certo aſſerere non audent, neque refragantur, ſi quis cum *Hermantio* non ipſum *Ambroſium*, ſed *Venerium*, vel alium quempiam *Ambroſii* diſcipulum hos ſermones, quibus tractatus de Sacramentis conſtat, habuiſſe & literis conſignaſſe dicat. Adjiciunt ex illis, quæ de ſacra communione, apud ſuos & in Orientali Eccleſia ſemel tantum ſingulis annis fieri ſolita, Autor memorat, conjici poſſe, quod poſt *Chryſoſtomi* tempora vixerit. Quominus autem illis omnino ſuffragentur, qui fœtum hunc *Ambroſio* tribuunt, ea imprimis ſibi ſcrupulum movere dicunt, quod elocutio ab Ambroſiana multum differat; quod tota fere hæc de Sacramentis commentatio ex tractatu de myſteriis & libro de inſtitutione Virginis expreſſa ſit; denique quod Autor in Eccleſiam Romanam ob omiſſam in baptiſmo pedum lotionem tantis animis inſurgat, cùm alias *Ambroſius* ſuos cuique Eccleſiæ uſus atque ritus liberos permiſerit. Nihilominus tamen huic tractatui inter genuina *Ambroſii* opera locum relinquere voluerunt, ne quis moleſte ferret, hanc lucubrationem communi fere conſenſu pro Ambroſianâ per multa ſecula habitam, antiqua ſua poſſeſſione dejici, in qua eam conſervare tanto lubentius voluerunt, quod ex *Ambroſii* ſententiis & plerumque etiam verbis contexta fuerit.

Sequuntur hoc opus *duo Libri* De Poenitentia, quos *Auguſtinus* iterum ac tertio ſub *Ambroſii* nomine citavit, & ipſe *Ambroſius* in expoſitione Pſ. 37. à ſe ſcriptos teſtatus eſt. Unde Benedictini mirantur, quod *Petrus à Soto* hoc opus *Ambroſio* ereptum voluerit. Graviorem tamen *Riveti* culpam eſſe cenſent, quod relatis *Soti* argumentis oppoſita maligne tacuerit. Cujus ſilentii cauſam hanc eſſe ſuſpicantur, quod in his *Ambroſii* libris nonnulla cum Reformatorum doctrina haud congruentia occurrant.

Libri V De Fide, ad quos editionis hujus ordo devolvitur, in nonnullis Codicibus *de Trinitate* inſcribuntur; quo nomine etiam à Magiſtro Sententiarum & aliis citantur. Verumtamen communem epigraphen præferendam eſſe ex eo probatur, quod & à *Leone* Pontifice Romano aliiſque, & ab ipſo *Ambroſio* ſub titulo Librorum de fide memorentur. His haud immeritò junguntur *Libri III* De Spiritu Sancto, quos pro tuenda Spiritus S. Divinitate, non minus quam illos de Fide, ad retundendas Arianorum contra Divinitatem Chriſti blaſphemias, *Gratiani* Imperatoris juſſu elaboravit. Cum verò *Hieronymus* in Epiſt. ad *Paulinianum* graviter *Ambroſium*, etſi ejus nomine ſuppreſſo exagitet, quod in hoc tractatu *de Spiritu Sancto* inſtar corniculæ Æſopicæ alienis plumis ſe adornaverit, & *Didymi* libros, de eodem argumento ſcriptos, quos *Hieronymus* Latine interpretatus eſt, exſcripſerit, & contra *Ruffinus* in *Hieronymum* graviter invehatur, quod virum de Eccleſia meritiſſimum verbis tam aſperis lacerare non veritus fuerit; nec alium in finem opus *Didymi* de Spiritu S. interpretatus fuerit, quàm ut *Ambroſii* furta cognoſcerentur, fatentur Benedictini, *Ambroſium* non pauca ex *Didymo* in ſuum opus tranſtuliſſe. Attamen negant *Didymo* adeo addictum fuiſſe *Ambroſium*, ut ex *Baſilii M.* libris de Spiritu S. nec non ex *Athanaſii*, *Gregorii Nyſſeni* & aliorum ſcriptis quædam mutuari faſtidiret. *Hieronymum* igitur in cenſura ſua, ſi ea adverſus *Ambroſium* directa fuit, modum exceſſiſſe non dubitant, idemque ipſi contigiſſe pronunciant, quod illis accidere ſolet, qui Auctores, in quos aliquid ſtudii atque operæ conferunt, elogiis ſuis ornare non contenti, editos ab aliis de eadem materia tractatus, infra quam veritas atque æquitas ſinat, deprimunt. Ac *Ruffinum* quoque indignatione ſua ultra quam decuit abreptum ſtatuunt, cùm *Hieronymum* criminatus eſt, quaſi eo tantum conſilio *Didymi* tractatum de Spiritu S. Latino idiomate donaſſet, ut *Ambroſii* furta proderentur.

Cum autem Ariani poſt libros *de fide & Spiritu S.* ab *Ambroſio* editos nondum acquieſcerent, ſed per duos cubicularios *Gratiani Cæſaris* objectiones quaſdam

dam ipſi proponerent, hinc *Ambroſio* novi Sermonis, quem ſcripto complexus poſtea auctiorem edidit, occaſio nata eſt. Inſcribitur ille tractatus De Incarnationis Dominicæ Sacramento, cui nonnulli adjiciunt *contra Apollinariſtas*. Cujus rei cauſa eſt, quod *Ambroſius*, in hoc tractatu etiam Apollinariſtas perſtringat, & libri cujuſdam autorem, quem Benedictini noſtri ipſum *Apollinarium* exiſtimant, blaſphemiæ arguat. Commodum verò viſum eſt Ambroſianæ hujus editionis curatoribus, huic tractatui fragmentum operis cujuſdam Ambroſiani, temporum invidia intercepti, ex *Theodoreti* dialogis ſubjungere.

Poſt tractatus hactenus enumeratos, comparent S. Præſulis Epistolæ, in novum ordinem eo modo digeſtæ, ut prior claſſis eas contineat, in quibus aliquam ætatis ſeu temporis quo ſcriptæ ſunt, notam deprehendere licuit; poſterior autem eas, quarum certum tempus inveſtigari non potuit. Cum autem poſterioris hujus claſſis epiſtolæ juxta temporis rationem locari non potuerint, materiarum ordo ſervatus eſt, agmen ducentibus Epiſtolis, quæ ad explicandam Scripturam faciunt; proxime ſequentibus, quæ in gravi aliquo & religioſo argumento verſantur; ultimum denique locum occupantibus, quæ ad neutram partem referri commodè potuerunt. Inter prioris claſſis epiſtolas leguntur aliquot epiſtolæ nomine Concilii Aquileienſis ſcriptæ, quibus etiam *Acta illius Concilii contra Palladium & Secundianum* præmittuntur. Etſi enim *Chifflrius* Acta hæc vertente V. Seculo à *Vigilio* Tapſenſi conficta ſuſpicatus fuerit, ideoque illa Acta cum reliquis *Vigilii* Tapſenſis operibus ediderit, & conjecturam hanc ſuam peculiari diſſertatione ſtabilitum iverit, aliter tamen Benedictini ſentiunt, nec perſuadere ſibi poſſunt, *Vigilium* & famam propriam & eccleſiæ catholicæ cauſam ficto aliquo Concilio Arianorum probro atque ludibriis expoſuiſſe. Epiſtolas 13. & 14. prioris claſſis, nomine Concilii alicujus Italiæ ab *Ambroſio* ad *Theodoſium* Imperatorem ſcriptas, & in aliis *Ambroſii* editionibus hactenus omiſſas, ex *Sirmondi* appendice ad Codicem *Theodoſianum* & *Labbeanis* Conciliorum tomis huc transferre Benedictinis noſtris placuit, cùm eas non minus quàm Concilii Aquileienſis literas ad *Ambroſium* pertinere judicaverint. Epiſtolis *Ambroſii* numero 91, quibus etiam *Gratiani* ad *Ambroſium*, & *Siricii* ad Mediolanenſem eccleſiam epiſtolæ, nec non *Symmachi* relatio & *Ambroſii* de Baſilicis ſermo, ut & ſermo de reliquiis Sanctorum *Gervaſii* & *Protaſii* inſeruntur, proxime cohærent tractatus funerum occaſione ſcripti, quos inter primum locum tenent Libri II De Excessu Fratris Satyri, quorum poſterior De Fide Resurrectionis inſcribitur. Dubio autem procul hallucinatus eſt *Dungalus*, cum in tractatu *de cultu imaginum* tertium *Ambroſii* librum de morte *Satyri* allegavit; in quem errorem à librariis inductus eſt, quorum aliqui ob nonnullam argumenti cognationem duobus libris de morte *Satyri* librum de Paradiſo adjunxerunt. Idem verò *Dungalus* in eodem tractatu Epitaphium *Satyri* tanquam ab ipſo *Ambroſio* poſitum memorat; ex quo colligi poteſt, *Satyrum* Ambroſii fratrem etiam *Uranium* cognominatum fuiſſe. Sic enim ſe habet:

Uranio Satyro *ſupremum frater honorem*
Martyris ad lævam detulit Ambroſius.
Hæc meriti merces, ut Sacri Sanguinis humor
Finitimas penetrans adluat exuvias.

Fortè tamen vox *Uranii* in hoc epitaphio non tam cognominis quam epitheti rationem habet, quo *Ambroſius* fratris in cœlum recepti beatitudinem denotare voluit; quod Benedictini in medio relinquunt. Medium locum inter tractatus funerum occaſione ſcriptos Consolatio De Obitu Valentiniani, & ultimum Oratio De Obitu Theodosii Imperatoris occupat, de qua, num *Ambroſium* autorem habeat, *Magdeburgenſes* & alii nonnulli dubitarunt; quibus Benedictini opponunt, quod intexta hiſtoricorum eventuum ſeries, ſtylus operis, & Scripturæ interpretandæ & argumento accommodandæ ratio, pro *Ambroſio* invictè pugnent.

Tandem his *Ambroſii* tractatibus, ſoluta oratione ſcriptis, accedunt Hymni numero XII. Quamvis enim *Gillotius* in ſua *Ambroſii* editione ſedecim tanquam Ambroſianos admiſerit, & Romanæ editionis Curatores octodecim alios addiderint, eumque numerum ſequentes Pariſinæ editiones aliis quibuſdam Hymnis additis amplificaverint, Benedictinis tamen noſtris placuit, nullum hymnum pro Ambroſiano agnoſcere, qui gravis alicujus teſtis autoritate careat. Non plures igitur quàm duodecim, ut diximus, hymnos Ambroſianos exhibent: quorum primus *Æterne rerum conditor*, ſecundus *Deus Creator omnium*, & tertius *Jam ſurgit hora tertia*, Auguſtini teſtimonio *Ambroſio* aſſeri poſſunt; quartus *Veni Redemptor Gentium*, à *Caſſiodoro*, *Ildephonſo*, *Fauſto* Regienſi & aliis *Ambroſio* tribuitur; quintus *Illuminans altiſſimus*, & ſextus, ſeu potius ſexti fragmentum *Orate mente Dominum*, à *Caſſiodoro* laudantur; ſeptimus *Splendor paternæ gloriæ* & octavus *Æterna Chriſti munera*, Bedam, nonus *Somno refectis artubus*, decimus *Conſors paterni luminis*, & undecimus *O lux beata Trinitas* Hincmarum Remenſem, & duodecimus denique *Fit porta Chriſti pervia*, Ildephonſum Toletanum pro *Ambroſio* teſtem & aſſertorem habet. Quantum autem ad hymnum *Te Deum laudamus* ſpectat, eum inter Ambroſiana opera omittere Benedictini noſtri religioni non duxerunt, notantes neminem eſſe noſtra ætate non plane rudem, qui inficietur fabulam eſſe, quod hic hymnus, poſt *Auguſtinum* ab *Ambroſio* baptizatum, ab utroque alternis vicibus cantatus fuerit. [*Meditationes* & *Hymnos* Ambroſii, *Baſileæ* anno 15.., lucem vidiſſe teſtis eſt *Ciaconius*.]

Singulis Tractatibus hactenus recenſitis admonitiones prævias doctiſſimi Editores addiderunt, in quibus varia ad tractatuum iſtorum notitiam ſpectantia pertractant, & imprimis argumenta ſingulorum tractatuum recenſent. Singulis etiam Tractatibus, ſi hymnos excipias, notas ſuas addunt, quas in ſecundo hoc tomo longè quam in primo uberiores deprehendere licet. De diviſione tractatuum in capita, capitumque ſummariis & ſectionibus, de aſſertione ordinis epiſtolarum juxta temporum rationem inſtituti, nec non de Codicibus MSS. & editis, ad quos hi tractatus Ambroſiani exacti ſunt, de appendice variarum lectionum inter omiſſas non contemnendarum, variiſque indicibus, quibus partim epiſtolarum numeri in diverſis editionibus variantes inter ſe componuntur, partim perſonæ, ad quas *Ambroſii* literæ exaratæ ſunt, juxta alphabeti ordinem recenſentur; partim loca Scripturæ, quæ in his *Ambroſii* tractatibus explicantur, partim res & ſententiæ in his *Ambroſii* ſcriptis notatu dignæ; partim ea, quæ in notis explicata ſunt, magna cum induſtria digeruntur, nihil addimus, ſed potius ad Appendicem properamus.

Conjuncta enim eſt ſecundo huic Tomo Appendix ad Opera *Ambroſii*, in qua poſt triplicem *Ambroſii* vitam, pſeudepigraphi quidam tractatus continentur. Et *prima* quidem *Ambroſii* Vita à *Paulino* ſcripta eſt, non Epiſcopo Nolano, ut perperam aliqui opinati ſunt, ſed *Ambroſii* Notario, quem poſtea ad gradum Presbyterii perveniſſe ex *Iſidori* c. 4. de Viris illuſtribus colligi poteſt. *Altera* Ambroſii *Vita* ab Autore quodam Anonymo, qui forte *Metaphraſtes* fuit, Græcè ſcripta eſt, quæ ex Colbertinæ Bibliothecæ codicibus nunc primùm, addita Latina verſione, luce publica donatur. *Tertiam* Ambroſii *Vitam* ipſi Benedictini imprimis ex *Ambroſii* ſcriptis collegerunt, & juxta Chronologiæ ordinem digeſſerunt: in cujus exordio monent, *Baronium* quidem *Ambroſii* vitam elaboraſſe; eamque Romanæ *Ambroſii* editioni præfixam eſſe; verùm celeberrimi hujus Viri laborem uſque adeo ab omnibus probatum non fuiſſe, ut ipſi Autori non ſatisfecerit, quippe qui poſtea, cum Annales Eccleſiaſticos ſcriberet, multa illius vitæ errata emendaverit. *Hermantii* autem, Doctoris Sorbonici, vitam Ambroſianam

Digitized by Google

pam propterea à ſe omiſſam notant, quod & Gallico idiomate ſcripta ſit, & mole ſua amplior, quam ut præſenti volumine comprehendi commode potuerit. Inter pſeudepigrapha, quæ in hac appendice leguntur, primo loco exhibetur tractatus *de 42. manſionibus Filiorum Iſrael*. Etſi enim Romani *Ambroſii* editores, qui primi hunc tractatum vulgarunt, eum inter genuina *Ambroſii* opera retulerint, Benedictini manifeſta ſuppoſitionis indicia in ipſo hoc tractatu deprehenderunt. Sequuntur hunc Tractatum *Commentarii in Epiſtolas Paulinas*, quos nec ab *Ambroſio*, nec ab *Hilario* Sardo, quæ plurimorum hodie eſt ſententia, ſcriptos eſſe probant Benedictini, in eam potius inclinantes ſententiam, quod hic commentarius non tam ab uno auctore ſcriptus, quàm à quodam compilatore è variis commentariis corraſus fuerit. Quam ſententiã ex eo confirmant, quod in his commentariis magna & dictionum & ſententiarum ſuper eadem materia diverſitas occurrat, & non minus quædam ſequioris ævi indicia, quam antiquitatis veſtigia in illis deprehendantur. Non veriti quoque ſunt Benedictini noſtri tractatum *de Trinitate* inter opera *Ambroſio* perperam adſcripta numerare, cum in prima ſtatim lectione hujus operis illud ingenio & ſtylo *Ambroſii* deſtitutum deprehenderint, etſi Romanæ editionis curatores hunc tractatum genuinis *Ambroſii* ſcriptis adnumeraverint, hoc lemmate prænotatum: *in Symbolum Apoſtolorum tractatus*. Iidem Romani editores inter genuina *Ambroſii* Opera vulgarunt tractatum de *Filii Divinitate & conſubſtantialitate*, qui alias inſcribi ſolet *de Fide Orthodoxa contra Arianos*, & non ſolùm inter *Ambroſii*, ſed etiam inter *Gregorii* Nazianzeni & *Vigilii* Tapſenſis Opera à *Chifflettio* edita occurrit. At *Hermantius* in vita *Ambroſii*, & *Queſnelius* in appendice ad Opera *Leonis M.* hanc lucubrationem *Gregorio* Eliberitanæ ſedis in provincia Bætica Epiſcopo adſcribere maluerunt; quorum conjecturis ſi quis adquieſcere nolit, eum Benedictini monent, ut ſaltem tractatum hunc antiquum eſſe agnoſcat, cum ab *Auguſtino* allegatus fuerit. Sequitur hunc tractatum *libellus de dignitate Sacerdotali*, qui in codice quodam Lemovicenſi, *Gerberto* Philoſopho ſeu Papæ *Sylveſtro* tribuitur, & inſcribitur *Sermo de Informatione Epiſcoporum*; unde *Mabillonius* inter Benedictinos noſtros celeberrimus, cum hunc *Gerberti* Sermonem parte IIa Analectorum ſuorum ederet, diverſitate tituli deceptus eum nunquam antea vulgatum exiſtimavit, etſi toties inter *Ambroſii* opera jam editus fuiſſet. De tractatu *ad Virginem devotam* conjiciunt Benedictini, quod ejus Autor aſceticæ vitæ addictus fuerit. Quiſquis autem ille fuerit, ipſorum judicio ab Ambroſiana eloquentia & eruditione procul abfuit. De *Sermonibus Ambroſii* obſervant, neminem ignorare, quod magna pars Sermonum, qui in antiquioribus editionibus *Ambroſii* nomen præ ſe ferunt, perperam *Ambroſio* tribuatur, & inter aliorum Patrum opera circumferatur: deinde accuſant Romanæ editionis Autores, quod huic malo non ſolum medicam manum non adhibuerint, ſed etiam multos alios Sermones ab *Ambroſii* ſtylo & ingenio magis alienos adjecerint. At Benedictini è tot *Ambroſii* Sermonibus, exceptis pauciſſimis, quos cum genuinis *Ambroſii* operibus ediderunt, nullum deprehenderunt, quem probabili aliqua ſpecie *Ambroſio* tribui poſſe arbitrarentur. Cum autem in iſta Ambroſianorum Sermonum farragine nonnulli tantum apud *Ambroſium*, alii alibi etiam & imprimis cum *Maximi* Sermonibus vulgati fuerint, priores tantum in hac appendice Benedictini exhibere voluerunt; reliquorum quos omiſerunt, indicem attexuiſſe contenti. Præterea in fronte ſingulorum Sermonum, quibus in hac appendice locum reliquerunt, rationes indicarunt, quarum intuitu Sermones illos *Ambroſii* titulo indignos cenſuerint. Sermonibus hiſce ſpuriis etiam ſuppoſititias *epiſtolas* adjungunt, quarum prima Sacris Virginibus deſtinata etiam à *Baronio* & aliis repudiatur. Unde ſe mirari dicunt Benedictini, quid viris doctiſſimis, qui Acta Sanctorum à *Bollando* colligi cœpta continuarunt, in mentem venerit, quod hanc epiſtolam ſub *Ambroſii* nomine iterum ediderint, nec animadverterint, autorem hujus epiſtolæ ignarum fuiſſe rituum atque morum, qui *Ambroſii* ævo Romæ viguerunt. Huic epiſtolæ junguntur Epiſtola *de inventione corporum Gervaſii ac Protaſii*, epiſtola *de inventione Sanctorum Vitalis ac Agricolæ*, & epiſtola *ad Florianum*, quæ in Romana *Ambroſii* editione primùm prodierunt, & pariter *Ambroſio* minus dignæ ſunt. Et in hac ſpuriarum *Ambroſii* epiſtolarum claſſe locandam etiam eſſe epiſtolam *ad Demetriadem*, nemo Eruditorum non agnoſcit. Cum vero epiſtola illa non modo in aliis *Ambroſii* editionibus, ſed etiam inter *Proſperi* opera & in Queſneliana *Leonis M.* editione legatur, Benedictini eam planè omittere, quam hoc volumen inutili pondere gravare maluerunt. Reliqua hujus appendicis ſcripta ſunt *duæ precationes*; *expoſitio in Apocalypſin*, quæ *Berengaudo* vindicatur; *liber de pœnitentia*, quem *Gillotius* Victori *Cartennenſi*, Benedictini autem Noſtri poſt *Sirmondum* Victori *Tunnunenſi* tribuunt; *libellus de Spiritu S.* tractatus brevis *de concordia Matthæi & Lucæ in genealogia Chriſti*; libellus *de dignitate conditionis humanæ* & *exorciſmus*, in codice quodam Vaticano *Ambroſio* adſcriptus.

Non latuit Benedictinos, plura *Ambroſio* in aliis editionibus adſcribi opera, quàm quæ in nova hac editione ipſi collegerunt: verum ea conſultò omiſerunt. Omiſerunt (variiſque de cauſis) fragmentum *de fide reſurrectionis* quod ex Epiſtola *Hieronymi* ad *Pammachium* adverſus errores *Joannis* Hieroſolymitani conflatum eſt; *meditationes* quæ etiam inter *Auguſtini* Opera, etſi alio ordine, leguntur; *breves Epiſtolas Philoſophorum*, quæ ab *Ambroſio* è Græca lingua in Latinam verſæ perhibentur; *duas epiſtolas de Monacho energumeno*, quarum prior ex Epiſtolis *Gregorii M.* & poſterior è fine libri de conflictu virtutis & vitiorum deprompta eſt. Omiſerunt libros *de vocatione Gentium* cum & ab *Ambroſio* non ſcripti ſint, & in aliorum quoque Patrum operibus legantur; librum *de vitiorum atque virtutum conflictu*, quem Auguſtiniani in Appen. Tom. VI. ult. edit. à ſe procuratæ *Ambroſio Autperto* vindicarunt, *expoſitionem fidei ſymboli Niceni contra Arium & Photinum*, quæ tota ex libro primo *Ambroſii* de fide conſarcinata eſt; *exhortationem ad pœnitentiam agendam*, quæ ferè totidem verbis in Sermone 393. inter Auguſtinianos reperitur; tractatum de moribus Brachmanorum *Ambroſii* nomine plane indignum & *Sermonem de purificatione Mariæ*, qui in codicibus quibuſdam MSS. *Alcuino*, ſub cujus nomine hunc Sermonem *Baluzius* tomo primo Miſcellaneorum ſuorum edidit, in aliis vero *Ambroſio Autperto* tribuitur, quem etiam *Petrus* Diaconus pulcherrimas in hoc feſtum homilias edidiſſe refert. Non fugiebat Benedictinos noſtros, in Actis Sanctor. d. 13. Kal. Febr. à *Bollandio* ſub *Ambroſii* nomine edita fuiſſe *Acta S. Sebaſtiani Martyris*, & in nonnullis *Hegeſippi* editionibus *hiſtoriam* illam *belli Judaici & excidii Hieroſolymitani* Ambroſio tribui. Verum cùm omnes criticos emunctæ naris epigraphen Actorum *Sebaſtiani* nullo negotio fallacem deprehenſuros judicarent, & hiſtoriæ excidii Judaici nihil Ambroſiani ſtyli atque ingenii ineſſe cenſerent, illa quoque ſcripta ab hac *Ambroſii* editione removerunt. Non ignorabant, in Bibliotheca Sancti-Gallenſi duos antiquos tractatus *Ambroſio* adſcriptos aſſervari, unum *contra hæreticos*, alterum *de laude Sanctorum*. Verum cum priorem nihil aliud eſſe deprehenderent, quam partem libri contra Arianos, qui in Bibliotheca Patrum ſub *Gregorii* Bœtici, & iterum ſub *Fauſtini* nomine legitur, & alterum quoque tractatum nulli minus quam *Ambroſio* convenire perſpicerent, indignos illos cenſuerunt, qui cum *Ambroſii* ſcriptis ederentur. Nec meliori ſorte dignas cenſuerunt alias ejuſmodi ſcriptiunculas, quas codices quidam manuſcripti in diverſis Italiæ & Galliæ Bibliothecis *Ambroſio* adſignant; cujuſmodi ſunt *confeſſio fidei*, quam *Jac. Hommey* in Suppl. PP. ſub *Ambroſii*, ſed *Queſnelius* ſub *Fauſtini* nomine vulgavit; tractatus *de pœnitentia*, qui in appendice Operum *Hieronymi* inſcribitur *epiſtola ad quemdam qui in ſeculo pœnitebat*, aliaque hujuſmodi, quorum titulos (brevitatis cauſâ) recenſere ſuperſe-

demus, ut & ea quæ de deperditis *Ambroſii* ſcriptis verſatiſſimi in Patrum hiſtoria Editores retulerunt.

De eadem Patrum Benedictinorum Editione legi poteſt *Diarium Erudit.* XIII Maii & X Jun. 1686. XII & XIX Mart. 1691.

Simonius ſup. cit. cum *Eliâ Du Pin* convenit, Benedictinorum editionem omnium eſſe optimam & accuratiſſimam, ac mendis ſcatere Romanam, cui plurima propriâ auctoritate immutârunt Editores: verùm ubi doctus Bibliothecarius de priori loquens, ſummum perfectionis gradum attigiſſe, operumque D. Auguſtini, quam iidem Benedictini curârunt, Editioni nequaquam inferiorem eſſe pronunciat, cenſet Criticus non pauca tum in Ambroſiana, tum in Auguſtiniana Benedictinorum editione ſupereſſe vitia, uti facile eſt, inquit, pluribus exemplis demonſtrare; quod ad aliud tempus dimittit. Debita quidem gratia, ait paulò inferiùs, Benedictinis referri debet, quòd Ambroſianorum operum Editionem dedarint, quam exſibilare non poſſint Proteſtantes, uti fecerunt *Junius* & *Rivetus*, at, *Simonio* judice, ſine fundamento; falſi arguens quæ de Lugdunenſi editione duo iſti Calviniſtæ dixerunt. Atqui omnibus ritè perpenſis, inquit, non ſingulis egregiis dotibus hæc editio gaudet, quas docti Benedictini, & eos ſequutus *Elias Du Pin*, ei tribuere non dubitant. »Primùm enim, dicunt, hanc legem »inviolabilem eſſe voluimus, nullam injuſtam conjec»turam admittere; *et* in Scripturæ locis, qui paſſim »citantur ab *Ambroſio*, diligentiam ac religionem ad»huc majorem adhibuimus, eorumdem enim locorum »varietates interdum etiam haud ita graves non ſolùm »ex *Ambroſio*, ſed ex diverſis quoque Biblicorum idio»matis placuit annotare.» Sed tantùm abeſt, ſubdit *Simonius*, ut quoad Scripturæ loca ab *Ambroſio* allegata diligentem eruditi Monachi curam adhibuiſſe videantur, ut è contra eorum incuriæ, ne dicam infirmitatis, reperiantur exempla, quod aliquando ſe oſtenſurum ſperat: hocque vitio laborare addit quamplurimas Patrum Editiones à Benedictinis evulgatas, ut jam annotaſſe ait.

Ambroſianorum Operum novæ Editioni procurandæ nuper inſudabat quidam, ni fallor, Benedictinus Dom *Lemeros*, ut ex litteris Typographi Pariſienſis 25 Jan. 1730 datis accepimus, eaque tribus conſtare Tomis debebat, quorum priorem nondum abſolutum eſſe monuit die 7. Jun. 1731.

Ordo S. AMBROSII ad Nemus.

Horum Religioſorum originem reperire haud facile eſt; ſed antiquiſſimam eſſe, ab eorum nomine deducitur. Barnabitæ enim vocabantur à S. *Barnaba* Apoſtolo, à quo ſe inſtitutos fuiſſe affirmabant. At cum longâ temporis ſerie paulatim à primæva inſtitutione defeciſſent, Archiepiſcopus Mediolanenſis ſupplicavit *Gregorium XI.* ut illi apud Templum S^ti^ *Ambroſii ad Nemus* dictum, extra muros Mediolani, ad quod ſæpè accedebant ob devotionem erga S^tum^ Eccleſiæ Doctorem, vitam ducere poſſent. Indulſit Pont. an. 1376. Conſt. 9. *Cupientibus*, in qua Reg. S. *Auguſtini* ab eis ſervari mandavit, addiditque, ut Fratres deinceps vocarentur *S. Ambroſii*, quorum unus Prior eligeretur, incederentque induti ex panno cum cappa & ſcapulari furvi coloris. Anno deindè 1435 tres nobiles Viri Mediolanenſes *Alexander Crivellus*, *Albertus Beſozzi*, & *Antonius Petra-Sancta* ad meliorem vitæ normam eos revocârunt. *Eugenius* autem *IV.* an. 1441 cum videret ejuſmodi Religioſos in variis Monaſteriis per Italiam diſperſos & auctos, Conſt. 22. eos omnes redegit in unam Congregationem, quam Fratrum *S. Ambroſii ad Nemus* Mediolanenſem juſſit nuncupari. Privilegia inſuper multa conceſſit, inter quæ facultas fuit, ut Generalem Priorem eligerent, & Ambroſianum Officium, ut antea conſueverant, recitarent, quod Officium à conſuetudine approbatum ſervari præceperat *Pius V.* quando Decr. Concil. Trident. Brev. Romanum reſtituit cæteris interdictis. * *Bonannus* Tom. I. art. 59.

S. AMBROSII Moniales. Hujus ordinis fundatrix dicitur *Marcellina S. Ambroſii* ſoror, cui documenta Vitæ dediſſe creditur ipſe *Ambroſius*. Mediolani ſunt Moniales quæ S. *Ambroſii* nomen retinent: nunc tamen militant ſub Regula Ciſtercienſium. * Vid. *Bonanni* Tom. II. art. 4.

AMBROSIUS Mediolanenſis, Capucinus, vulgò *Soncinus* dictus, ob Soncinatis Marchionatûs titulum, quo in ſeculo fruebatur, vixit Sec. XVI. Is defunctâ uxore quam duxerat, Aſculani Principis filiâ, mundo valedicens, Capucinis ſeſe adjunxit anno ætat. 41. quem multis laudibus ornat Autor Bibliothecæ Scriptorum hujus Ordinis *p.* 12. additque, eum martyrii cupidiſſimum à *Clemente* Papa *VIII* Evangelium infidelibus prædicandi facultatem poſtulaſſe, & Apoſtolica auctoritate munitum, Algerium deſtinatum, ut plenario Jubilæo Chriſtianis captivis prædicato, pœnitentes à peccatis omnibus abſolveret, iter aggreſſum, & ab Algerienſi Prorege humaniſſimè exceptum, illos incredibili diligentia ac ſolicitudine curaſſe, monuiſſe, inſtruxiſſe *&c.* Multis demum laboribus fatigatus, in eadem Algerii Miſſione deceſſit anno 1601. ejuſque oſſa poſtea Mediolanum tranſlata, in communi Fratrum ſepulcbro ſunt tumulata.

SCRIPSIT

1. *Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ.*

2. *De modis & remediis rectè vivendi & moriendi*, MS.

De eo vid. *Boverius* ad A. 1601 & *Carolus* Bruxell. *Flor. Seraph.* Tom. 1.

AMBROSIUS Florentinus, Ord. Eremit. S. Auguſt. Theologiæ Doctor, ab inſigni pietate *Homo Dei* dictus, doctrinâ, prædicatione, & ſanctitate glorioſus, quem laudat *Poggius* invectivâ 2ª in *Franciſcum Philelphum*, claruit anno 1430 (a), 1443 (b), vel 1456 (c). EDIDIT

Sermones Quadrageſimales, qui olim ſervabantur Florentiæ in Bibl. S. Spiritûs (d).

(a) *Ciacon.* p. 125. (b) *Negri* Iſtor. degli Scrittori Fiorent. *p.* 30. (c) *Eiſſius p.* 45. (d) *Poſſevin. p.* 64. verb. *Ambroſius* Florentinus.

AMBROSIUS Neapolitanus, Parthenopeus dictus, Ord. Eremit. S. Auguſt. Theologiæ Doctor ingenii acumine præſtantiſſimus, literis Latinis, Græcis & Hebraicis eruditus, nec non Concionator egregius, Philoſophiæ præſertim Academicæ valdè gnarus, Lector Comitum Placentinorum de Lande, anno 1503 die 1 April. creatur Epiſcopus Lamoſenſis, Neapoli Regens anno 1514 (*a*) & A. 1517. Pro-Præſul Eccleſiæ Mantuanæ, in qua dignitate *Plato* Chriſtianus videbatur, ita doctè ſcripſit de rebus Academicis. Miſſus quoque à Mantuanum Duce, *Clementi VII* gratulatus eſt Pontificiæ dignitatis faſtigium adepto. Adhuc vivebat anno 1524. Obiit Mantuæ ſatis ſenex (*b*).

SCRIPTA ejus inter alia ſunt

1. *De mundi genitura, ubi ſex dierum opera explicantur.*

2. *De Fato*, contra *Petrum Pomponatium*, pro *Alexandro Aphrodiſæo*, ad Papam *Clementem VII.*

3. *Quadrageſimale*, quod vulgò *Gentile* nominatur. *Venetiis* 1523. in 8. apud Octav. Scotum.

4. *Conciones ſuper ſalutationem Angelicam & Canticum B. M.*

5. *De tribus Magdal. & unica Magdal.*

6. *De vera & Catholica fide conflictationes* contra *Lutherum.*

7. *Quod non ſit abroganda Miſſa ſecundùm ritum S. R. E. ordinata*, contra eundem.

8. *Sermones per Adventum uſque ad Epiphaniam.*

9. *Contra aſſertores mortalitatis animæ.* Liber impreſſus in Italia.

Omnia hæc ejus Opera & alia Mantuæ aſſervantur in Bibl. S. Agnetis (*c*).

(a) Toppi *p.* 13. (b) Eiſſius *p.* 46. (c) Ciacon. *p.* 125. Poſſevin. *p.* 64.

AMBRO-

AMBROSIUS *de Neapoli*, à patria ſic nuncupatus, Ord. FF. Prædic. Sac. Theol. Magiſter, Congregationis *della Santà* alumnus, circa finem Seculi XVI floruit, quo edidit, teſte *Toppio* p. 11.

Trattato della Religione, Neapoli 1593. in 12.

AMBROSIUS (*Sebaſtianus*) Germanus, cujus extant

1. *Antitheſis Ubiquitatis & Orthodoxa Doctrina de Perſona Chriſti* contra *Greg. Horwath*. Serveſtæ (a) 1591. 8.

2. Wiederholung der reinen lehr der Stadt Keiſmarck: i.e. *Declaratio circumſtantiarum geminι Colloquii in Arce Cæſareopoli* (b) *A. 1595 & 96 habiti*. Serveſtæ 1598. 8. vel in 4 (c).

(a) *Zerbſt*, urbs ſuperioris Saxoniæ. (b) *Keyſermarck*, urbs ſuperioris Hungariæ. (c) *Beeman.* Catal. Bibl. *Francof.* p. 15.

AMBROSIUS *de Urbino*, natione Italus, Capucinus, Provinciæ Marchiæ alumnus, vixit Sec. XVI. Is ex nobiliſſima *Rodulphorum* natus familia pietate claruit, atque ad humanarum, divinarumque litterarum ſtudia promotus, indeque ad Prælectoris munus aſſumptus, in his tantum profecit, ut inter illuſtriores Ordinis Seraphici Theologos haberetur: cùmque à Patribus Capituli Generalis fuiſſet deſtinatus Ven. Pater *Laurentius à Brundusio* ad Civitatem Pragenſem in Germania, & fidem Catholicam vaſtis illis regionibus reportaret, *Ambroſius* illi ſocius fuit adjunctus, ibique plurima ſuæ doctrinæ ſignis exhibitis, animam piè exhalavit 18 Jul anno 1600. ætat. 53.

Multa ferunt SCRIPSISSE Philoſophica & Theologica: attamen ſolùm vidiſſe ſe teſtatur MS. *Dionyſius* Genuenſis *p.* 13.

1. *Tractatum de SS. Euchariſtiæ Sacramento, ad modum Dialogi compoſitum*, &

2. *Compendium Fidei Catholicæ contra Lutheranos.*

Ejus geſta recenſet *Boverius* in Annal. Meminit quoque *Ardinghellus* in Append. Congeminaræ vocis Turturia, *Oſt.* 3

AMBROSIUS. AMERUN (*Petrus*)

Sub priori nomine *Synopſin novorum Bibliorum Polyglottorum & Epiſtolam ad Origenem* de eodem argumento evulgavit *Ric.* SIMONIUS; & ſub altero *Reſponſionem* (Gallicam) *ad Hiſt. Crit. V. T.* ut ſuo loco dicemus.

R. AME' Sacerdos, diſcipulus R. *Jochananis*, poſt ejus obitum factus Rector Academiæ Tiberienſis, SCRIPSIT 400 *Libros Legis*; non quod 400 integros libros ſcripſerit, ſed ſecundùm quod explicat *Juchaſin* p. 82. ſcripſerit tantum in eis unum verſiculum, qui eſt Deut. XXXIII, 4. *Legem præcepit nobis Moſes; hæreditatem congregationi Jacobi*; in quo cum ſint ſeptem dictiones, qui eas in libro Legis ſcripſerit, reputatur ac ſi ſeptem libros Legis ſcripſiſſet. Septem enim libros Legis numerant Talmudiſtæ. Sectionem (cap. 10. Num. X, 35) *Et erat quando proficiſcebatur Arca, & dicebat Moſes: Surge Domine* &c. librum unum conſtituunt; alterum, qui erat ſeptimus, non indicant. Roborant tamen hunc ſeptenarium librorum legis numerum, illo Prov. IX, 1. *Sapientia ædificavit domum ſuam, excidit columnas ſuas ſeptem.*

Cæterùm R. *Jochanan* obiit A. M. 4039 C. 279 quo anno ſucceſſit in Rectoratum R. *Ame* Vid. *Juchaſin* p. 106. *Dav. Ganz* Sec. III. Ghemar. Citatur in Cenſuris p. 468. col. 2. 481. & 515. teſte *Bartolocc.* III, 674.

AMEDEUS Lauſannenſis Epiſcopus, ex Abbate Altæcumbæ Ord. Ciſterc. ab an. 1144 quo ordinatus eſt (& anno 1145. die S. Agnetis conſecratus) ad annum 1158 vel 1159 quo mortuus dicitur 27 Sept. non autem an. 1219 ut ſcribit *Ellias Du Pin*. Is gente Allobrox, in Caſtro Coſta non longè à Vienna, illuſtri familiâ natus, diſcipulus fuit *S. Bernardi*. Quidam Cancellarium *Friderici I* Imp. fuiſſe dicunt, de quo tamen plurimum dubitat *Oudinus*. Hujus cum laude meminerunt Autores ſeculi ſui non ignobiles, inter quos *Nicolaus* Claræ vallenſis *Epiſt.* 34. ad ipſum datâ. *Alanus* Antiſſiod. in Vita S. Bernardi *cap.* 20. & *Arnaldus Bonæ-Vallis* in Vita ejuſd. lib. 2. cap. 8. *Amedei* memoria in Menologio Ciſterc. ad diem 7 Jan. celebratur.

Ejus extant *Homiliæ VIII de Laudibus B. V. M.* quæ ejus eruditionem cum pietate conjunctam teſtantur. Sæpius impreſſæ ſunt in Gallia cum Sermonibus *Leonis* Papæ *I*, *Maximi*, *Chryſologi*, *Fulgentii* & aliorum, ac primum cum elogio Autoris præfixo à *Gervaſio Sopheno* Briſacenſi, *Baſileæ* apud Adamum Petri 1517. in 8. vel 4 (non 1537 ut habet *Ellias Du Pin*) poſtea curâ *Rich. Gibboni* Audomari 1613. deinde in Bibl. Patrum *Tom. XX. p.* 1261.

De eo plura dabunt omnes rerum Ciſtercienſium Scriptores, inter quos *Viſchius* p. 19. Vid. & *Oudin.* II, 1432. *Cave* ad A. 1144. *Miræus* in Auctat. cap. 384. *Nat. Alexand.* Sec. XII. cap. 6. art. 13. p. 533. in fol. *Du Pin* Sec. XII. *p.* 184 in 4. & *Tab. Univ.* Tom. I. p. 512. *Morer.* Dict. *Sammarthani* in Gallia Chriſt. ubi de Epiſcopis Lauſann.

Errant autem qui hunc *Amedeum* cum Franciſcano confundunt, de quo nos ſub tit. MENESIUS (*Johannes*)

AMELINCURTIUS, Gallicè *d'Amelincourt*, Presbyter. SCRIPSIT vernaculè librum cui tit.

La Science du ſalut renfermée dans ces deux paroles: PAUCI ELECTI: Il y a peu d'Elus: *ou Traité dogmatique ſur le nombre des élus* &c. Id eſt

Salutis ſcientia duabus hiſce vocibus incluſa: PAUCI ELECTI: *ſive de electorum numero dogmatica diſſertatio.* Rothomagi 1702. 2. voll. in 12. * *Ephem. Erudit.* 5 Sept. 1701. p. 682. & 31 Jul 1702. p. 824

Operis hujus titulus *Salutis ſcientia* explicandus erat, alioqui putare pronum fuiſſet, Auctorem in tali libro de mediis ad ſalutem diſſerere, quod tamen non intendit præcipuè; ſed in eo ferè totus eſt, ut demonſtret minimum eſſe electorum numerum: contenditque tantæ eſſe utilitatis perſuaſionem de paucitate electorum inter fideles, ut, eâ ſublatâ, graviſſimæ religionis veritates animum non niſi leviter perſtringant. Eorum tamen ſententiam in prima parte (quæ breviſſima eſt) refellit, qui viam ad beatitudinem nimis coarctant, reſpondetque nonnullis ex divis *Chryſoſtomo* & *Ambroſio* locis ductis, quæ pauciſſimos Electos aſſerere videntur. Divi *Nili* ſententiæ valedicit, qui, juxtà quandam à *Simeone* Stylite falſo nomine jactatam revelationem, unam tantum, ex decem millibus, animam ab angelis in cælum ſupportari dicebat.

In ſecunda parte probare nititur Auctor, ea ſacrarum litterarum loca in quibus mentio ſit electorum paucitatis, intelligenda eſſe non ſolum habito reſpectu ad totum genus humanum, ſed & ad reproborum multitudinem etiam inter fideles, ſervatoſque pauciſſimos eſſe, quam confirmat ſententiam plurimis Patrum tùm Græcorum tùm Latinorum locis.

In tertia parte ab auctoritate ad ratiocinium pergit: poſitoque principio, abſolutæ eſſe neceſſitatis, ut vita obtineatur æterna, præceptorum divinorum obſervationem; perluſtrat Auctor fidelium ætates varias atque ſortes, factaque actæ cum agendi vitâ juxta Evangelii regulas comparatione, colligit pauciſſimos ſalutem conſequi, cùm ex experientiâ conſtet pauciſſimos Deo, ut par eſt, morem gerere.

Tertia hæc pars cæteris eſt utilior, ac jucundior & ad Ethicam propiùs accedit; in ea multas practicas veritates inſerit *Amelincurtius*, errores varios hominum, cujuſvis ſortis mores incompoſitos depingit, regulaſque Chriſtianiſmi puriſſimas legentibus proponit.

AMELINE (*Claudius*) Pariſienſis, in patriâ ſtudiorum curſum confecit, poſteaque Juris Doctor evaſit. Congregationem Oratorii dictam ingreſſus eſt anno 1660. Debito tyrocinii peracto tempore (vulgo *Noviciat*) Theologiæ ſtuduit Salmurii, poſteaque humaniorum literarum Claſſes ali-

quot rexit, quo abiit munere, Cantoriam dignitatem in Eccleſiâ Cathedrali Pariſienſi poſſeſſurus: Atque hanc etiam brevi poſt tempora permutavit cum Abbate *Joly* Archidiacono, utpote cujus flagrabat zelo non reſpondentem; ſola enim illi erat cura ut, cùm quædam occurrerent feſta, rem divinam faceret, Conventuique abſente Decano præeſſet: ſummus verò Archidiaconus viſitationis jus habet in maximam Diœceſis partem &c. Familiare cum R. P. *Malebranchio* in Oratorio iniit commercium, conſilia ſtudiaqua ad Metaphyſicam, ut & ipſe, vertens: Atqui ab illius ſententia Noſter aliquoties alienus, hanc ob cauſam edidit

1. *Tractatum de Voluntate, ac præcipuis ipſius actionibus, paſſionibuſque*, Pariſiis apud Deſprez, 1684 in 12. Gallice. Illi dehinc Archidiaconatus eripuit otium, ut ſe compoſitioni traderet neceſſarium, divinis præterea in Choro, viſitationum ac morbi fortè intervenientis caſibus exceptis, perquàm aſſiduus, horis etiam matutinis, quod vulgò mediâ nocte cantatur Officium. Dn. *de Fenelon* Cameracenſis Archiepiſcopus cum typis dediſſet ſuum *de Quietiſmo* Syſtema ſub titulo Gallico *Maximes des Saints*, Autor noſter falſi in opere iſto apprime intelligens, adverſus eum edidit

2. *Tractatum de amore ſummi boni*. Pariſiis apud Frid. Leonardum, 1699. in 12. Gallicè, quo in ſcripto ſolida probat amorem purum eſſe merè commentitium, ſideque, renunciationem æternæ felicitati non vetante, nobis à Creatore innatum amorem illi repugnaturum, ita ut non tantùm Hæreſis adverſùs ſidem dici poſſit Quietiſmus, ſed & ſtultitia vocari queat, tanquam rationi atqua iis quæ mens homini dictat adverſans.

Seculo XVIII ineunte obiit *Amelinus* anno ætatis circiter 75.

Hæc accepimus ex Comment. MSS. verùm *Elias Du Pin* eum anno 1704 ſuperſtitem ſcribit (a), ac poſteriorem Tractatum anno 1700 editum ait, quem inſcribit *de amore Dei*. Quoad priorem, partes habet quinque, in quibus doctiſſime & politiſſime de voluntate & affectibus humanis, in genere ac ſpecie multa tradit Autor lectu plane digniſſima, ut obſervat *Placcius* (b) ex *Bælio* (c) ubi creditur liber iſte fœtus Dni *Nicole*; cui verò falſo tribui monuit idem *Balius* (d) qui *Amelinum* Autorem deſignans, addit ad eum extare *Joannis Launoii* Epiſtolas inter ejus opera.

(a) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. II. p. 2716. (b) *Theatr. Anon.* n. 1490. p. 616. (c) *Nouv. Rep. Littér.* Jan. 1685. p. 115. art. 1. citat *Placcius* p. 111 (d) April. 1685. p. 425. teſte *Placcio*; ſed fruſtra quæſivi. Judicat quoque *Bælii* Epiſt. de Scriptis Adelp. p. 409.

AMELIUS ſeu AMELII (*Petrus*) Senior, Archiep. Ebrodunenſis (d'*Ambrun*) & S. R. E. Cardinalis, natione Gallus, quem Vita prima *Clementis VII* appellat *Alvernigenam*, *Monachum Ord. S. Bened.* Avenione degens Cardinalis factus eſt anno 1378. XVI Dec. Vulgò tradunt Auctores fuiſſe primò Presb. Card. tit. S. Marci, deinde S. Mariæ trans Tyberim; ſed in libris Cameræ Sedis Apoſt. ſtatim Cardinalis tit S. Mariæ trans Tyberim vocatur, & ubi dies ejus mortis notatur, Cardinalis S. Marci vocatur, qui vulgò tamen Cardinalis Ebredunenſis dicebatur. Ipſe autem cùm *Clemens* Papa rediiſſet in Galliam, ei occurrit apud Maſſiliam anno 1379, Jun. 25. ut habet liber Obligationum, & deinceps ſemper apud eum fuit, quod oſtenditur ex Diario *Joannis Fabri* Carnotenſis Epiſcopi. Anno 1376. Sept. 27 inter intimos *Mariæ* Reginæ Siciliæ Conſiliarios admiſſus eſt. Obiit octogenarius anno 1389. die 10 Aug. qui, ut obſervat *Ægidius Bellamera*, per paucas horas ante obitum nitebatur de apicibus Theologiæ diſputare. SCRIPSIT autem Tractatus aliquot in gratiam *Clementis VII*; nam in Bibl. Colb. Codd. 812. 814. 812 extat Tractatus iſtius Cardinalis

Super materia Concilii generalis habendi vel non habendi in cauſa ſchiſmatis & concludit, non eſſe faciendum Concilium generale ſuper declarationem facti Eccleſiæ: aliuſque ejuſdem de eadem materia Tractatus extat in vet. Cod. MS. Carthuſiæ majoris.

Habetur item ejus *Epiſtola* ad *Joannem de Calore* Cancellarium Pariſienſem data die 7 Sept. 1378. *Hiſt. Univ. Pariſ.* Tom. IV. p. 479.

Amelii geſta fuſius deſcribit *Baluzius* in Notis ad Vitas Pap. Avenion. *col.* 1252 &c. & ex eo *Oudinus* Tom. III. col. 1194.

AMELIUS ſeu AMELII (*Petrus*) junior, natione Gallus, patria Alectenſis (*d'Aleth* in Occitania) variis Sec. XIV functus eſt officiis ac dignitatibus ſucceſſive adeptis. Hic ex Ord. Eremit. D. Auguſtini aſſumptus, (nam Dominicanis falsò adſcribit *Phil. Labbeus*) *Urbani V* Sacriſta, deinde *Gregorii XI* Pœnitentiarius ac Bibliothecarius, poſtea Senogallienſis Epiſcopus, (da *Sinigaglia* in Ducatu Urbinate) tum Archiepiſcopus Tarentinus, tum Patriarcha Gradenſis & Alexandrinus, atque Eccleſiæ Aquenſis Adminiſtrator inſtitutus. Conſcripſit

1. *Ordinarium Cæremoniarum ſeu rituum S. R. Eccleſiæ*, circa ann. 1390 vel 1400 quo floruit ſub *Gregorio XI* atque *Bonifacio IX*. quod edidit *Mabillonius* ex MS. Cod. Card. Caſanatæ, *Muſæi Ital.* Tom. II. p. 443-544 præmiſſa Admonitione, in qua notat, nullum auctoris nomen præfixum eſſe in veteri codice quem ſecum communicavit dictus Emin. Cardinalis *Caſanata*, ſed ex variis (quos allegat) ejuſdem libri locis conſtare, eum eſſe *Petrum Amelii* ſupra deſignatum. Ita v. g. *cap.* 90 teſtatur ſe Sacriſtam & Epiſcopum Senogallienſem, agnos Dei (ut vocant) confeciſſe anno 1378. *Cap.* 158 ait ſe Gradenſem Patriarcham unà cum Patriarcha CPol. proceſſus generales in furioſos feria V in Cœna Domini pronunciaſſe anno 1393. Denique in vivis erat ad annum 1398 inſtante obitu *Bonifacii IX*, ex *cap.* 165. Falluntur itaque qui eum anno 1368 obiiſſe ferunt. Sedit ut Patriarcha inter Cardinales Epiſcopos anno 1391 ex *cap.* 153.

2. Iter *Gregorii XI* Avenione Romam verſibus cecinit, cujus operis meminit in *cap.* 142. Hoc Itinerarium extat apud *Maſſonum* & *Ciaconium* de Summis Pontificibus in *Gregorio XI*. Ex his manifeſtum eſt, non alium a *Petro Amelii* hujus *Ordinarii* ſcriptorem eſſe, de quo *Auguſt. Patricius* lib. 2. cap. 60.

Quædam tamen additiones ab aliis auctoribus hinc inde reſperſæ ſunt, nimirum in *cap.* 61 ubi quædam obſervantur de tempore *Eugenii IV*, tum in *cap.* 63 ubi exequiæ Cardinalis Novarienſis, qui anno 1434 obiit, referuntur. Harum additionum auctorem eſſe *Petrum* Epiſcopum Oloycenſem conjicere licet ex *cap.* 85. Totus autem liber conſtat Capitulis CLXVII. Ex obſervationibus *Mabillonii* ſua hauſit *Oudinus* Tom. III. p. 1274.

Labbeus in Ind. Bibl. nov. libb. MSS. p. 55. ex Cod. Naudeano huic *Amelio* tribuit, præter Itinerarium *Gregorii XI*, teſte *Echardo* Tom. I. p. 743 (ubi Scriptores falsò ſuis adſcriptos recenſet)

3. *Regiſtrum omnium librorum libraria D. N. Papæ, diſtinctum per tabulas compoſitas juxta ſerenitatem & aptitudinem intellectûs SS. ac BB. D. Rogerii de Belloforti ſolâ Dei clementiâ Gregorii Papæ XI anno Dni 1375. ſui Pontif. anno V.*

4 De *Amelio* loquens *Elſſius* in Encomiaſt. Auguſt. p. 560 ait eſſe Autorem *Breviarii Veneti* circa ann. 1577 impreſſi, approbante *Gregorio XI*: atque rem miram refert ex *Bzovio* in Annal. ad A. 1388. n. 1. p. 130. » Româ, inquit ille » ad dexteram relictâ, » Tibur ferebatur (*Urbanus VI.*) Aliquis Eremita, ſe» cundùm viſionem admonitus, hortabatur Pontifi» cem ut Romam accederet. Qua exhortatione per» culſus, cùm dubius expenderet quid faceret, non» dum ſatis ad profectionem animatus, vidit B. Pe» trum in ſublimi, ad eam partem quæ Romam ducit. » Nec ipſe tantùm *Urbanus*, ſed cum eo viderat plu» rimi. Sed ille imperavit, ne cuiquam viſionem, » vivente ſe, dicerent. Poſt ejus obitum, Epiſcopus » Tarentinus (quem noſtrum *Amelium* eſſe ait *Elſſius*

qui

» qui *Urbans* à confeſſionibus fuerat, pro concione » publica palam dixit ad populum, ſe cum Pontifice » & multis aliis tum in ea effigie vidiſſe S. Petrum » in ſublimi, quâ ſculptus adſtat, ad porticum Baſilicæ Vaticanæ. Ab hac viſione tum demum incitatus, Romam revertens inſigni honore à Romanis » eſt in urbem introductus.

AMELIUS quidam Turonenſis Archiepiſcopus, is forte qui *de Brennaco* (a) dicitur, *Statuta Synodalia* Gallicè publicavit anno 1396. quæ ex MS. Cod. Bigotiano ediderunt docti Benedictini *Edm. Martene* & *Urſ. Durand* Theſ. novi Anecd. *Tom. IV. p.* 1181.

(a) *Brennacum*, Gallicè *St Michel en Brenne* oppidum Turoniæ.

AMELOT de la Houſſaie (*Abrahamus Nicolaus*) natione Gallus, Aurelianenſis, natus menſe Februario 1634. obiit Pariſiis 8. Dec. 1706. Libros quamplurimos Gallicè vertit, nimirum ex Hiſpanico *Joannis de Palafox* Homilias Theologicas & Morales de Paſſione Domini; ex Italico *Pauli Sarpii* Hiſtoriam Concilii Tridentini, Hiſtoriamque Beneficiorum, ac præter verſiones alias non paucas, opera etiam nonnulla proprio marte elaboravit, inter quæ ſunt Gallicè conſcripta

1. *Relatio Conclavis anni* 1670. Pariſ. 1672.

2. *Hiſtoria regiminis Venetorum* (*Hiſtoire du Gouvernement de Veniſe*) Pariſ. 1676. recuſa & aucta anno 1685

3. *Supplementum hujus Hiſtoriæ*, quo continetur *diſſidium inter Pontificem Paulum V. & Venetos anno* 1606. & 1607. Prodiit A 1677. * Vid. *Du Pin* Tab. Univ. Tom II. p. 2759. *Morer.* Diction. *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. IV. V. & VI. *Placcii* Theatr. Pſeud. *Nov. Reip. Liter.* Jun. & Dec. 1686. *Diar. Erudit.* April. 1691. Maii 1693. Febr. 1698. Nov. 1722. *Clerici* Bibl. ſelecta A. 1708. Tom. XVI. *Act. Erud.* 1683. 84. 85. 87 Conf. quæ nos ſub tit. GRATIANUS, PALAFOX & SARPI.

AMELOTTE (*Dionyſius*) natione Gallus, patria Santonenſis (de *Saintes*) natus, ut creditur, ineunte Sec. XVII. ſiquidem anno 1631. Presbyter ordinatus fuit. Paulò poſt Theologiæ Doctoratum accepit, atque anno 1650. Congregationem Oratorii J C. ingreſſus eſt, in quâ virum egregium ſe præſtitit, muneraque primaria geſſit, fuit enim Adjutor R. P. Generalis, ac domûs quæ vulgò dicitur *S. Honorati* Præfectus. Summo eum in pretio habuerunt Ill. Dnn. *Harduinus de Perefixe* & *Franciſcus de Harlay* Pariſienſes Archiepiſcopi qui ejus conſilia libenter audiebant in rebus quæ occurrebant magni momenti. Cùm in Gallia magnos excitaſſet rumores damnatio quinque Propoſitionum, ex Oratorii Congregatione plures memoriam *Janſenii* Yprenſis Epiſcopi, in Eccleſiæ gremio defuncti, ab ipſis condemnatam iri debere non exiſtimarunt, neque, licet condemnationi quinque Propoſitionum ſubſcriberent, ſubſcriptionem debere putarunt formulæ quæ dictas Propoſitiones Yprenſi Epiſcopo tribuebat, in cujus libro, conceptis ſaltem verbis, non reperiebantur; qui ſcilicet non aliam, ut ipſis videbatur, doctrinam exhibebat quàm *S. Auguſtini* Doctoris Gratiæ, cujus adverſus *Pelagium* & Pelagianos, ut adverſus *Molinam* & ejus ſectatores *Janſenius*, defenſorem ſe præbuerat. P. *Amelotte* neque tamen admiſſo novo docti Jeſuitæ Syſtemate, omnibus Curiæ Romanæ Decretis ſe maximè ſubmiſſum ſemper profeſſus eſt, ac non parum contulit ut ea uno, ut ita dicam, animo admitterent ſodales omnes. Obiit Pariſiis die 1. Oct. 1678. ætatis anno circiter 75.

Hæc accepimus ex Comment. MSS. At legitur apud *Morerium* natum fuiſſe anno 1606; denatum, ait *Du Pin* die 7. Oct.

Scripta Gallica:

1. *Vita* Caroli de Condren *ſecundi Superioris Generalis Congreg. Oratorii.* Pariſ. 1642 vel 1643, 1653, 1655 in 8. & 1657 Quid ſentiebat *Condrenus* de Abbate *San-Cyrano* cùm expoſuiſſet *Amelotus*, ejus teſtimonio offenſus *Nicolius* vindicias ſuſcepit in libro cui tit. *Idée generale de l'eſprit & du livre du P. Amelotte* &c. qui adverſarium acerrimè refutavit in Præfatione Novo Teſtamento appoſita.

2. *Vita Rev. M.* Margaritæ à S. Sacramento *Carmelita Belnenſis* (de Beaune). Pariſ. Hure 1655. in 8.

3. *Defenſio Conſtitutionum* Innocentii X. & Alexandri VII. *ut & Decretorum Conventûs generalis Cleri Gallicani adverſus doctrinam Janſenii, unà cum Tractatu de ſubſcriptionibus.* ibid. 1660. in 4.

4. *Exercitia Chriſtiana pro Oratione & Sacramentis Pœnitentiæ ac Eucharistiæ, item modus audiendi SS. Miſſam.* ibid. 1664. in 12.

5. *Novum Teſtamentum* ex antiquâ Editione Latinâ juſſu *Sixti V* recognitâ, & auctoritate *Clementis VIII* editâ, in Gallicum idioma converſum, &c. *Pariſ.* Muguet 3. vol in 8. *Evangelia* cum *Actis Apoſtol.* 1666. *Epiſtola D. Pauli* 1667. *Epiſtola Canonica & Apocalypſis* 1670.

Gallica hæc N. T. verſio non paucis diſplicuit, variiſque adverſus Auctorem ſcriptis locum dedit. De hac priori editione vid. *Ephem. Erud.* 26. April. 1666. Cæteras mox recenſebimus.

Plura de hac Verſione obſervat *Simonius* Hiſt. Crit. Comment. (cap. 58) & Verſ. N. T. *cap.* 32 & 33. in priore de ipſa Verſione diſſerit, Præfationem Interpretis expendit, & quædam alia huic primæ editioni adjuncta, in altero ſingulare verſionis examen inſtituit, & quarundam ex Annotationibus Interpretis, quæ cum ipſa Verſione convenientiam habent. Plurima cenſoriâ virgulâ notat hujus verſionis loca, quæ apud ipſum perluſtrare poterit curioſus Lector. *Verſio valde literalis eſt, ſed inelegans*, inquit *Aug. Calmet* Dict. Bibl. *p.* 55. edit. Venetæ. Prodiit autem Editio IIa. *Pariſ.* 1673. II vol. in 12. abſque Notis.

IIIa. Recognita cum nova admonitione ad lectores. *Ibid.* 1677. in 12.

IVa. Ibid. 1678. in 24. Va. 1681. VIa. 1686. in 12. VIIa. Rothom. 1687. in 16. VIIIa. Pariſ. Muguet 2. vol. in 4. 1688, cum Notis in præcipuas difficultates, Chronologiam, Controverſiamque, ac plurimis tabellis ad lectoris commodum, additâ novâ Typographi Epiſtolâ ad *Franciſcum de Harlay* Archiep. Pariſienſem (a) IXa. ibid. abſque Notis 1692. in 12. Xa. 1696. in 24. XIa. 1702. XIIa. annuente Emin. Cardinali, *de Noailles*, apud Mich. David. 1703. in 12. XIIIa. ſtylo aliquoties mutato, ibid. 1707, in 12. XIVa. Lugd. Valfray 1710. in 12. & in 24. (b) XVa. 1712. cui acceſſit alphabetico ordine digeſta Geographia Sacra, & geminæ Tabulæ, Urbis ſcilicet Jeruſalem ac Templi Salomonis (c)

Animadverſiones in hanc *Ameloti* Verſionem edidit *Claud Bruſonus* quem vide.

6. *Vita Chriſti ſeu Unitas quatuor Evangeliſtarum* Pariſ. 1669. in 12. Gallicè, Latine verſa anno ſequenti.

7. *Compendium Theologiæ, ſeu præcipuarum Religionis veritatum.* Pariſ. Muguet 1675. in. 4.

8. *Epiſtola & Evangelia* &c. hoc tit. *Les Epitres & Evangiles, avec les Oraiſons propres qui ſe diſent à la Meſſe, aux Dimanches & aux Fêtes de l'année, ſelon l'uſage du Miſſel Romain.* Leodii, Streel 1675. in 12. juxta editionem Pariſienſem quæ prodiit A. 1668. ut ex Approbationibus colligitur.

9. *Dies Chriſtianus.* Pariſ. 1671. & 1673. (d)

(a) Vid. *Simon.* Bibl. Crit. *Tom III. c.* 17. de quo *Nov. Reip. Liter.* Aug. 1710. p. 176. (b) *Le Long* p.g. 338 (c) *Calmet* Dict. Bibl. *Suppl. Tom. II. p.* 496. edit. Lucenſis. (d) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 2461.

AMELRY (*Franciſcus*) Belga, Theologiæ Baccalaureus & Ipris Carmelitarum Prior, vir piua & eruditus, qui in eo totus erat ut tom clerum, tum populum ab omni vitio deterreret, atque ad virtutis pietatiſque cultum traduceret, SCRIPSIT

1. *Paraphraſin in Pſalmum CXIV.* Antverp. 1551. in 8 (*a*).

2. *Dialogum Sacrum, in quo anima Chriſtiana amore Chriſti inſlammata ad perfectam Sacra Scriptura cognitionem perducitur.* Colon. 1604. in 16. (*b*) & 1612 (*c*).

3. *Dialogus anima amantis & ſponſi.* Ibid. 1605. in 12 (*d*).

(a) *Swertii.* p. 238. (b) *Le Long* pag. 607. *Lipen.* II. 735. (c) *Du Pin* Tab. Univ. Tom. III. p. 218. (d) *idem* p. 192. *Beuman.* Catal. Bibl. Francof. *p.* 15.

AMENDE (*Georgius*) Jeſuita, natione Germanus, *Ferdinando II* Imperatori fuit à Concionibus Aulicis (*a*). Societatem ingreſſus eſt anno 1598 ætat. 26. Obiit anno 1624 (*b*). EDIDIT Germanicè librum, cui titulus,

1. *Funiculus triplex* ; & continet tres tractatus *de fidei Controverſiis*. Viennæ 1615. Item

2. Tres utiles interrogationes, *De Eccleſiâ Dei, & Sacrâ Communione ſub unâ ſpecie.* Niſſæ Sileſiorum apud Joannem Schubart, 1612.

(a) *Alegamb.* p. 154.
(b) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 1620.

AMERBACHIUS (*Henricus*) Paſtor S. Pauli Halberſtad. anno 1677 (*a*) cujus hæc ſunt SCRIPTA Germanica.

1. Duo Tractatus *contra Ebrietatem*. Hamb. 1663. in 4. Jenæ 1664. in 8.

2. *Furſten-Geiſt* ex Eſ. XXXII, 8. Jenæ 1663. in 8. de Principum mente.

3. *Teuffeliſcher Bielſtaß, des Teuffels Leib-Pferd, oder Chriſtliche Betrachtung der jenigen Freß-und Sauff-Welt.* Hamb. 1664. 8.

4. *Never abgott, alter Teuffel* in 4. Uterque de conjuratione malignorum ſpirituum in corporibus Hominum exiſtentium.

5. *Frommer Wucherer* 1665. in 8. de Uſuris.

6. *Conſideratio Theologica de Retorſione.* Hanoviæ 1668. in 4.

7. *Cathedra Moſis, in quâ ſedent Phariſai & Legis Doctores*, 1673.

8. *Diabolus ſpiritualis & doctus.* Halberſtad. 1675 in 8.

9. Spiera deſperana ; *Erſchrekliche Beſchicht von* Franc. Spiera *Francof.* 1677. io 4. * Conf. *Lipen.* & *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 750. Vid. & *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. V.

Aliquando latuit ſub nomine *Hanſenii* (b), & *Chriſtiani Warneri* (c).

(a) Vid. *Catal. Bibl. MSS. Uffenbach.* P. V. p. 299.
(b) Vid. *Placc.* in *Pſeud. n.* 1286. *p.* 314.
(c) *ibid. n.* 1875. *p.* 614.

AMERBACHIUS (*Vitus*) patria Vedingenſis in Bavaria, in ſchola *Lutheri* & *Melanchtonis* formatus, Pontificiis poſtea ſe adjunxit, ac Philoſophiæ Profeſſor evaſit in Academia Ingolſtadienſi. Obiit vir doctiſſimus anno 1557. ætat. 70. Latinè vertit inter alia *Chryſoſtomum* de Providentia, *Epiphanium* de Fide Catholica & Eccleſia Apoſtolica, *Suida* Hiſtoriam de Sacerdotio Chriſti : librîſque non paucis humaniores litteras illuſtravit. * Vid. *Teiſſerium* in Elog. *Tom. I. p.* 282. 4ta Edit. *Lipen.* Bibl. Philoſ. *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. VI.

Libri ejus *III de Anima* cum aliis ejuſd. argumenti prodierunt *Tiguri* 1563. in 8. Vid. *Fabric.* Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt. *p.* 429. *Geſnerus* verò fol. 626 verſo *Libros IV* excuſos ait *Argent.* anno 1542.

AMERPOEL (*Joannes*) Groninga-Friſius, librum SCRIPSIT in quo Carteſiana principia cum Moſaicis contulit (*a*), hoc tit.

Carteſius Moſaizans, ſeu evidens & facilis conciliatio Philoſophia Carteſii *cum hiſtoria Creationis cap.* 1. *Geneſeos per* Moſen *tradita.* Leovard. 1669 in 12. *Philoſophical Tranſactions LIX.* Tom. I. p. 1052. *Obſerv. Selecta Hallenſes* Tom. III. p. 249. (*b*)

(a) Vid *Morhof.* Polyhiſt. Phil. *I.* 1. *c.* 15. *n.* 13. ac *lib.* 2. *part.* 1. *c.* 3. *n.* 4. & part. 2. *c.* 1. *n.* 5. (b) *Fabric.* Syllab. Script. pro Veritit Relig. Chriſt. *p.* 162.

AMESIUS (*Guilielmus*) gente Anglos, Franekeræ ab anno 1622 ad 1634, indeque Roterodami Theologiæ Profeſſor clariſſimus, obiit ante annum 1635.

OPERA :

Ea ad manus habeo quorum Editiones juxta titulum hic notantur.

1. *Nic. Grevinchovii* & *Gul. Ameſii* Diſceptatio de *Arminii* Sententia *quod Electio omnis fidei praviſa innitatur.* Amſtel. 1613. in 4.

2 *Anti-Synodalia Scripta, vel Animadverſiones in dogmatica illa, qua Remonſtrantes in Synodo Dordracena exhibuerunt, & poſtea divulgarunt.* Amſt. Blaeu 1633. & Janſſon 1661 in 12. ac prius 1613. (*Lipen.* I, 95.) & Francof. 1620. in 8. *Lipen.* II. 664.

3. *Diſceptatio Scholaſtica de Circulo Pontificio, & eorum omnium ἀκαταληψία qui in Scripturis non acquieſcunt.* Item *Diſquiſitiones Theologica de Lumine Natura & Gratia ; de praparatione peccatoris ad converſionem ; de adoratione Chriſti Mediatoris ;* ac denique *Orationes dua* Inaugurales *Franekera* habitæ, I^a 7 Maii 1622 cùm Theologiæ profeſſionem, II^a Cal. Jun. 1616 cùm Rectoris munus auſpicaretur. Subjuncta eſt *Eſtii* Oratio *de Certitudine Salutis, & Perſeverantia Sanctorum non interciſa*, prout edita eſt A. 1613 ad calcem *Diſceptationis Scholaſtica* Ameſii *&c.* Hæc ſimul prodierunt *Lugd. Batav.* 1633 & *Amſt.* 1658. in 12. *Diſceptatio* autem prodit ex edit. *Francof.* anni 1610 demptis paucis quibuſdam ex præfatione, quæ cum alio quodam Tractatu cui ſubjuncta erant, individuo nexu cohærebant.

4. *Utriuſque Epiſtola D. Petri Explicatio Analytica, Documentis ſuis ubique illuſtrata, & uſibus ad ſingularem pietatis profectum applicata :* nec non *III Conciones*, *quarum* I^a in Matth. VI, 33. II^a in Evang. Joh. XVII, 3. III^a in Epheſ. I, 16-19. *Amſt.* Blaeu 1635 & Janſſon 1650 in 12. Addit *Lipen.* II, 484. Lugd. Bat. 1639. *Longus* citat *Amſt.* 1663 & *Londin.* 1641 in 12. Anglicè.

5. *Coronis ad Collationem Hagienſem, quâ argumenta Paſtorum Hollandia adversùs Remonſtrantium quinque articulos de Divina Prædeſtinatione, & capitibus ei adnexis, producta, ab horum exceptionibus vindicantur.* Amſt. Janſſon 1636 in 12. Edit. 3a. Prior, ut puto, *Lugd. Bat.* 1618. in 4. à *Lipenio* memorata I, 95. aut 1617. *p.* 335.

6. *Philoſophemata*, in quibus continentur (inter alia) *Diſputationes Theologica II*, quarum I^a *adverſus Metaphyſicam*, II^a *de perfectione SS. Scriptura, in qua Ethica vulgaris imperfectio & inutilitas detegitur.* Lugd. Batav. 1643 & Amſt. 1651 in 12. Diſp. adverſus Metaphyſicam *Lugd. Bat.* 1632. 8. produiſſe refert *Lipen.* II, 279.

7. *Chriſtiana Catecheſeos Sciagraphia, ubi ſub S. Scriptura textu oppoſito, ſingula Dominica Catech. Reformata breviter, ſolidè, doctè & perſpicuè enodantur, & ſuis Documentis, Uſibus, & Quaſtionibus illuſtrantur.* Amſt. 1650 in 12. *Ereptus nuper nobis eſt*, (inquit Auctor Præfationis *Amſtelod.* datæ Kal. Jan. 1635.) *Guilielmus Ameſius, cujus obitum lugent meritò permulti*, &c. Edit. Franck. hujus anni adfert *Lipen* I, 246. at p. 254 *Leid.*

8. *Ameſii* Sententia *de origine Sabbati, & die Dominico*, quam ex ipſius mente concepit ſcripto & publicè diſputavit *Nathan. Eatonus* Anglus. *Franek.* 1653. & Amſt. 1658 in 12. Adfert *Lipen.* II 690. *Franek.* 1633. in 8.

9. *Reſc*

9. *Reſcriptio ſcholaſtica & brevis ad* Nic. Grevinchovii *Reſponſum illud prolixum, quod oppoſuit Diſſertationi de Redemptione generali, & Electione ex fide praviſâ*, Amſt. 1658. in 12. *Editio ultima prioribus longè emendatior*. Roterod. 1615 & *Amſtel*. 1644. in 12. adducit *Lipen*. I, 588. *Leid*. 1617. *Beman*. inf. cit.

10. *Puritaniſmus Anglicanus, ſive præcipua Dogmata eorum, qui inter vulgò dictos* Puritanos *in Anglia, rigidiores habentur*. Amſt. 1658. in 12. *Lipen* II, 620 memorat *Francof*. 1610 in 8. Anglic. 1641 in 4. & *Franek*. 1652. in 12. *Ameſium* librum hunc A. 1610 in Anglia evulgaſſe teſtatur *Balius*. Vid. & *Placc*. in Anon. *n*. 858. *p*. 160. Puritanos ſolos in Anglia viros bonos exiſtimabat *Ameſius*, ſimplices, quadratos; » quos ex ſcelerifugio ſit cognoſcere, quibus ex repu» dio ſpectaculorum, juramentorum, chorearum, a» learum, & commeſſationum, inditum ſit nomen » *Puritanorum*; reliqui verò inſignes aleatores, po» tatores, religionis officia ſuſque deque habentes, » verſati inſtitutres Papiſtarum, ambitionibus pravis » corrupti, juratores impii, homines denique vani, » injuſti, turpes, & omnes filii Belial.... Adeoque » vel è medio tollendum eminentum hunc Epiſcopo» rum ordinem, vel denuò Papam revocandum ab » orco.» Vid. *Grevinchovii* Præſ. Diſſert. de duabus Quæſt. (*fol* * * * * *iij*.) inter ipſum & *Ameſium* agitatis, de Reconciliatione per mortem Chriſti, ac de Electione per Fidem præviſa *Amſt*. 1615. in 4. *Lipen*. I, 436. II, 635.

11. *Lectiones in CL Pſalmos Davidis: in quibus per Analyſim, &, ubi opus eſt, per Quæſtiones ſenſus dilucide ac ſuccinctè enodatur, necnon documenta ubivis eliciuntur, & ad uſus ſuos dextrè applicantur*. Amſt. 1658. in 12. Priorem 1635 in 8. memorat *Lipen*. II 582. Addit *Longus* (pag. 607.) 1650 & 1663. ſed neſcio quâ de causâ inſcribit *Lectiones in LX Pſalmos*.

12. *Medulla Theologica*. Amſt. 1659 in 12. *Editio noviſſima, variis in locis emendatior, & Orationibus duabus, nunquam hactenus editis, auctior*. Ia eſt Diſputatio reperita & vindicata *de Fidei Divinæ veritate*, IIa eſt Explicatio textûs ex I ad Corinth. II, 4 5. Edit. *Franek*. 1623 & *Amſt*. 1628. in 8. memorat *Lipen*. II, 839. Amſt. 1652. *Becman*. Catal. Bibl. Francof. *p*. 15.

13. *Veritas ſecundum pietatem de Luſu Alea*, à Cl. Theologo *Gulielmo Ameſio* lib. 2. *Medulla* cap. 11 ſolidè defenſa, & nunc ab impugnationibus *Thomæ Gatakeri* vindicata, Autore *Leon*. *a Ryſſen* Eccleſiaſte Heuſdano. *Ultraj*. 1660 in 12.

14. *De Conſcientia & ejus jure, vel de Caſibus* Libri V. *Amſt*. Boom 1670. in 12. *Editio nova*. Lipen. I, 240 addit *Amſtel*. 1631. 1654 in 12 & *Lugd*. *Bat*. 1643. ac *p*. 409 ſub *Ameſii* nomine adfert *Gewiſſens Noth*. Arnh. 1654. in 12. Fuit *Ameſius*, judice *Balio*, Theologus inter Reformatos qui accuratiſſimâ methodô Caſus Conſcientiæ tractarunt.

15. *Diſp*. *cum* Nic. Grevinchovio, *de Reconciliatione per mortem Chriſti omnibus ac ſingulis hominibus impetrata*. Roterod. 1615. in 4. *Lipen*. II, 327.

16. *Bedencken von IV Ordensleuten* in 8. *Lipen*. II, 382. voce *Ordines Religioſi* &c.

17. *Amica & fraterna Collatio inter Remonſtrantes*. Arnh. 1647. in 4. *Lipen*. II, 664.

18. *Bellarminus enervatus*. Amſt. 1627. 1632. 1658. in 8. *Lipen*. I, 138. *Franek*. 1625. 8. *Becman*. ſup. cit. *Ameſius*, inquit *Elias Du Pin*, Illuſtris evaſit libris controverſiæ, eoque inter alios cui titulum fecit *Bellarminus enervatus*, in quo breviter hujus Cardinalis rationibus reſpondet. Stilo utitur nitido & conciſo, ad reſponſionem, non ad aggreſſionem idoneo. Vid. *Bibl*. *Auth*. *Proteſt*. Tom. II. p. 458. Conf. *Tab*. *Univ*. Tom. IV. p. 1014.

Vitus Ebermannus ſeu *Ebermanus* Jeſuita ſcripſit contra *Ameſium* pro *Bellarmino*; at ei pro *Ameſio* reſpondit *Nic*. *Arnoldus*.

19. Contra *Mortoni* generalem defenſionem trium Ceremoniarum Angliæ *Ameſium* ſcripſiſſe docet *Voëtius* (a) apud *Placc*. in Anon. *p*. 516 *n*. 2028. *b*.

Vid. & de *Ameſio* Hiſt. Bibl. Fabric. *P*. *IV*. & *V*.

(a) *Diſp*. *Select*. Tom. III. p 243

AMIAX (*Johannes* de) Navarrus, Beneficiatus, ut vocant, Eccleſiæ Vianenſis, Scripſit

1. *Ramillete de Nueſtra Señora de Codes de la Villa de Viana*. Pampilone 1608. in 4.

2. *Antiguedades de la Igleſia de Calahorra*. Laudat hoc opus *Michael Erce Ximenez* de Adventu Sti Jacobi in Hiſpaniam *pars*. *II*. *tract*. *III*. *cap*. *I*. ineditum, ut ſuſpicatur *Antonius I*, 479.

AMICIS (*Joannes Georgius* de) Ord. Eremit. S. Auguſt. Caſſianus, S. T. D. Scripſit circa A. 1560 teſte *Elſſio* p. 377.

Vitam B. Ritæ de Caſſia.

AMICIS (*Ovidius* de) Alifanus (*a*) in Regno Neapolitano, Canonicus Capuanus, Doctor ac Protonotarius Apoſtolicus, vivebat Romæ anno 1633. Scripſit præter varia Juridica,

De Primatu Eccleſiæ tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus Diſcurſus duos ad *Urbanum VIII*. * Conf. *Allatii* Apes Urb. p. 208. *Toppi* p. 231. *Lipen*. ac *Simonis* Bibl. Autorum Jurid. apud *Morer*.

(a) *Aliſi* urbs Epiſcopalis Beneventi ſuffraganea, prope oppidum *Piè di Monte* (Pedemontium;) falluntur enim qui hunc Autorem Pedemontanum faciunt.

d'AMICO (*Felix* vernaculè *Felice*) Doctor Panormitanus, edidit Italicè opus in Lamentationes Jeremiæ, hoc tit. *Rinovellamento del cuore contrito, cioè mistici rifleſſi sù i Threni del Santo Profeta Geremia*. Panormi 1731. in 4 (a).

(a) *Diar*. *Trevolt*. Oct. 1731. p. 1794.

AMICUS (*Antoninus*) natione Siculus, Meſſanenſis Sacerdos, vir eximiæ eruditionis Hiſtoricus, ac Panormitanæ Eccleſiæ Canonicus, à *Philippo IV* Hiſtoriographi Regii titulo inſignitus. De antiquis rebus benemerentiſſimus, omnia Archiviorum Siciliæ, & Neapolis tabularia indefeſſo perquiſivit labore, è quibus monumenta omnia quæ Siculam reſpicerent hiſtoriam, vel ſacram, vel profanam, eruit diligenter, quorum magna pars in plures digeſta Codices in Bibl D. *Aloyſii la Farina* Marchionis Madoniæ olim ſervabatur: nonnulla cùm ad Archiepiſcopum Panormitanum D. *Jacobum Palafox* pervenıſſent, ſecum tranſtulit, quando ad Eccleſiam Hiſpalenſem regendam tranſiit. Variis tandem ærumnis affectus, Panormi deceſſit 22 Oct. 1641 & in Eccleſia Cathedrali ſepultus eſt.

Scripta:

1. *Trium Orientalium Latinorum Ordinum poſt captam à Duce Gothofredo Hieroſolymam, videlicet Sacræ domûs Hoſpitalis, ſive militum S. Johannis Hieroſolymitani: Sacræ domûs templi, ſive Militum Templariorum ante ipſorum extinctionem, & S. Mariæ de Valle Joſaphat Ord. S. Benedicti Notitia & Tabularia*. Panormi 1636. fol. At horum opuſculorum unum tantummodo editum apparet, *de origine Sac. domus Templi*: cætera MSS. ſe habere teſtatur *Mongitor*.

2. *Diſſertatio Hiſtorica & Chronologica de antiquo urbis Syracuſarum Archiepiſcopatu, ac de ejuſdem in Univerſa Sicilia Metropolitico Jure*. Neapoli 1640. in 4. Huic operi reſpondit *Franc*. *Baronius* in libro edito: *Hiſtoria & Chronologica Diſſertationis* &c. *Judicium*. Utrumque opus inſeruit *Grævius* Theſ. Antiquit. Siciliæ &c. Tomo II Lugd. Batav. 1723. fol

3. *De Meſſanenſis Prioratûs Sacræ Hoſpitalis domûs militum S. Johannis Hieroſolym. Origine*. Panormi 1640. in 4.

Multa edere promittebat *Amicus*, in mirum

4. *Hiſtoriam Eccleſiæ Meſſanenſis, & Archiepiſcoporum Vitas*.

5. *De Germano magni Monaſterii S. Salvatoris Ord. S. Baſi-*

S. Baſilii, *olim in Promontorio Urbis Meſſanæ conſtructi Authore*, *Chronologicam & Hiſtoricam Diſſertationem*, cujus autographum MS. *in fol.* ſe habere teſtatur *Mongitor*.

6. *De Origine*, *progreſſu*, *immunitatibus & privilegiis Cruce ſignatorum. Quæ deinde in SS. Fidei Quæſitores*, *eorumque Miniſtros*, *ac Familiares Romanorum PP. diſpoſitione collata ſunt*, *Apodictica Diſſertatio.*

7. *Hiſtoria magni & regii Monaſterii S. Salvatoris Linguæ Phari nuncupati*, *Ord. S. Baſilii prope Meſſanam*; *in qua Archimandritalis dignitatis origo demonſtratur*, *& omnium Archimandritarum Vita ſcribuntur.*

8. *Brevis Diſſertatio de ſervato apud Beneventanos S. Apoſtoli Bartholomæi corpore.*

Aliaque plura quæ leguntur in *Bibl. Sicula* p. 42.

AMICUS (*Bartholomæus*) Jeſuita, natione Italus, ex Antio Lucariæ, jam inde ab anno 1581 in Societatem ingreſſus, in ea fuit Philoſophiæ ac Theologiæ in Collegio Neapolitano Profeſſor, & ſtudiorum Præfectus. SCRIPSIT Italicè

1. *Meditationes de plagis ſeu vulneribus Jeſu & Mariæ.* Neap. 1635 in 8.

2. *In univerſam Aoiſtotelis Philoſophiam Notas & Diſputationes* &c. Tomis IV *Neap.* ab anno 1623 ad 1629 *in fol.* Latinè. Quatuor poſteriores propediem expectare juſſit *Alegambius* p. 55.

AMICUS (*Carolus*) Siculus, Panormitanus Sacerdos, Vir doctrinâ ac morum integritate inſignis. In Panormitano Clericorum Seminario exceptus, literis operam dedit, & abſoluto ſtudiorum curriculo Doctoris inſignia accepit. Primum Cathedralis Panormitanæ Eccleſiæ Beneficiatus, inde Canonicus titularis, *Magna Vinea* vocatus, tandem an. 1686 ejuſdem Eccleſiæ Canonicus extitit. Ornamentum ipſi addidere ſacræ eruditionis copia, & ſacrorum rituum ſtudia, in quibus fuit verſatiſſimus: ideoque eo inſtante Sacra Rituum Congregatio Decretum in una Cordubenſi, & Neapolitana 3 Sept. 1672. de Officio, & Miſſa ſeptem Dolorum B. Mariæ Virginis revocavit, edito Decreto 4 Martii 1673, quo ſtatuit eo in feſto adhibendum colorem album, in Officio dicendum, *Te Deum*, & in Miſſa, *Gloria in excelſis.* Ob vitæ probitatem ab omnibus veneratus claruit, præſertim ab Archiepiſcopis Panormitanis; egregias namque coluit virtutes, quas Dominus laborum igne expiatas voluit. Deceſſit Panormi 3 Nov. 1687 & Canonicorum ſapulturæ traditus eſt. EDIDIT Italicè

1. *Vita del P. Filippo d'Amico Prete ſecolare.* Panormi 1652 in 12.

2. *Bilancia ſpirituale dell' Anima*, *in cui ſi tratta d'eſercitii*, *meditationi*, *e diſcorſi adornati con divote curioſità tanto della Divina Scrittura*, *quanto ancora della Miſtica Teologia.* Ibid. 1671. in 4.

Per annos 23 edidit etiam Ordinem recitandi Divinum Officium, Miſſaſque celebrandi, ſervandum ſingulo anno ab omnibus Eccleſiaſticis Panormitanæ Eccleſiæ, ejuſque Diœceſis. * *Mongitor* p. 123.

AMICUS (*Franciſcus*) Jeſuita, natione Italus, patria Conſentinus, (de *Coſenza* in Regno Neapolitano) nobili loco natus, Sacræ Theologiæ Doctor, & ejuſdem in Italia Aquilæ, & Neapoli, in Germania Græcii Styriæ annis 24. Profeſſor, Cancellarius Academiæ Græcenſis quinquennio, Præfectus Generalis ſtudiorum Viennæ circiter novennium. Societatem ingreſſus eſt anno 1596 ætatis 18. & vota quatuor nuncupavit. Vir candidiſſimis moribus, & priſca ſimplicitate, evangelica prudentia temperata, ut qui præter Deum & literarum ſtudia ignorare cætera omnia videretur. Cum his omnis illi occupatio, de his omnis ſermo; cum Deo agebat ſuaviſſimo animi guſtu & æſtum animi ſæpè lacrymis temperabat. Eminenti ſapientiæ quam ſuſpiciebant omnes, adjunxit profundam animi demiſſionem, qua in viliа ſe miniſteria uſque ad extremum ſenium ingerebat. Septuagenario major obiit Græcii die ult. Jan. 1651. * *Sotuel*, Bibl. Soc. Jeſu.

SCRIPTA:

Curſus Theologici juxta Scholaſticam hujus temporis Societatis Jeſu Methodum Tomi IX in fol. quorum

I. *De Deo uno & Trino*, Viennæ Auſtriæ 1630.

II. *De natura Angelorum*, *eorumque proprietatibus.* Antverp. typis Belleri 1637.

III. *De ultimo fine hominis*, *& mediis ad eum conducentibus*, *& impedimentis abducentibus.* Duaci, 1640.

IV. *De Fide*, *Spe*, *Charitate*, ibid. 1641.

V. *De Ju ſtia*, *& jure.* Antverp. 1650.

Correctus hic liber eſt juxta Decretum S. Congregationis Inquiſitionis Romæ.

VI. *De auguſtiſſimo Incarnationis Myſterio.* Duaci, 1640.

VII. *De Sacramentis in genere*, *de Baptiſmo*, *Confirmatione & S. Euchariſtia*: ibid. 1640.

VIII. *De Sacramento Pœnitentiæ & extrema unctionis:* ibid.

IX. *De magno Matrimonii Sacramento.* Antverp. 1650.

Recuſus eſt totus Curſus Theologicus Tomis VIII. *Duaci*, typis Belleri, & *Antverpiæ*, apud Gulbelmum Leſteericum 1650. Tomis IX. *in fol.*

AMICUS (*Laurentius*) Siculus, nobilis Mylenſis (de *Milazzo*) Ord. Minim. S. Franciſci Paulenſis, in ſæculo dictus *Antoninus Amicus*, natus eſt 17 Dec. 1633. ac renuentibus parentibus, Ordinis inſtitutum amplexus eſt Catanæ 5 Octob. 1648. In ea gravioribus diſciplinis inſtructus, Lectoris munere functus eſt: ſeptennio enim Philoſophiam, ac Theologiam docuit. At morborum vi exagitatus ad mitiora ſe vertit ſtudia: ideoque Canonicas Inſtitutiones aliis explanavit. Tyrones Ordinis inſtruxit. Multa rexit Provinciæ ſuæ Cœnobia: bis præfuit in Sicilia Provincialis: in comitiis Generalibus Siculæ Provinciæ nomine interfuit. In Provincia Paulenſi Vicarium Generalem egit, & alia præclara exercuit Ordinis munia; multaque etiam promeruit, quibus nuncium remiſit; inter quæ munus Socii Patris Zelantis, ut vocant, ſive Procuratoris Generalis. A Mylenſi Urbe pluries Orator miſſus eſt ad Siciliæ Pro-Reges, & ad Meſſanenſem Magiſtratum, ut magni momenti negotia pertractares. Nunc (inquit *Mongitor*) i. e. A. 1714. annorum pondere gravatus, in patria non ſine eximia æſtimatione vivit. De eo *Philippus de Amico* in Epiſtola nuncupatoria *Reflexion. hiſtor. Mylenſis Urbis* pag. 26 EDIDIT ſub nomine quo in ſæculo utebatur

1. *Diſſertationes Epiſtolares ad Amicum directas*, quibus ſtemma, & patria D. *Franciſci Aleſſii de Paula* vindicatur. *Meſſanæ* 1693. in 12.

SCRIPSIT etiam

2. *Formularium electionis Canonicæ.* in 4. quod Genuæ Amico cuidam religioſo tradidit, & an typis ediderit ignoratur.

3. *Librum Cæremoniarum Eccleſiaſticarum* in 4. quem multi ut opus novum probavera, at dum ipſum legendo percurrebat U. J. Doctor *Placidus Joppolus*, ex inopinata hujus morte liber amiſſus periit. *Italicè* verò

4. *Vita di S. Papino Martire.*

5. *Panegirici: & alia*, quæ in bello Siculo anni 1676 amiſit. *Philippus Amicus* citatus *pag.* 24. ſcripſiſſe etiam ait

6. *Diſcurſum*, quo probavit linguam Italicam à Sicula derivatam: & *pag.* 25. & 27. opus ipſius citat, cui nomen *Epiaovium.* * Hæc *Mongitor* II. 4.

AMIDANIS (*Eliſeus de*) Italus, Cremonenſis, Ord. Min. Obſerv. S. Franciſci Theologus & Concionator eximius SCRIPSIT circa A. 1497

1. *Sermones ſuper Evangelia totius anni.*
2. *Comment. ſuper IV libros Sententiarum :*
3. *Expoſitio ſuper Oratione Dominicali :* aliaque materno idiomate concepit, teſte *Aeiſio* P. 1. p. 386.

AMIDANUS. Vid. GUILIELMUS.

d'AMIENS (*Georgius*) Vid. AMBIANATE.

AMIRA (*Georgius*) Patriarcha Maronitarum, *Michaelis* Edenenſis filius, Romam ſtudiorum cauſa anno 1583 in Collegium Maronitarum à *Gregorio XIII* recens erectum profectus, emenſo Philoſophiæ ac Theologiæ curriculo in patriam anno 1595 regreſſus eſt. Anno ſequenti in Canubienſi Epiſcoporum Conventu, quem *Sergius Riſius* Maronitarum Patriarcha, ut affictos nationi ſuæ errores depelleret, juſſu *Clementis VIII* indixerat, magnam doctrinæ ac prudentiæ famam adeptus eſt. Quare a *Joſepho* ejuſdem *Sergii* nepote ac ſucceſſore, exeunte eodem anno Epiſcopus Edenenſis conſecratus, poſt obitum *Joannis* qui *Joſephum* Patriarcham exceperat, die 27 Dec. 1633 communibus Epiſcoporum ſuffragiis in Patriarcham eligitur, & ab *Urbano VIII* anno 1635, die 3 Mart. pallio & confirmatione donatur. Obiit die 29 Jul. 1644.

Edidit Latinè *Grammaticam Linguæ Syriacæ* Romæ 1596 cujus abbreviatores fuerunt *Petrus* Meroſcita, & *Gabriel Avodius* Heſronita, quorum Grammaticæ Syriacæ extant in Bibl. Colleg. Maronitarum, & in Collegio Urb. de Propaganda Fide. Eidem eruditiſſima Prolegomena præmittit *Amira* de ejuſdem Linguæ nominibus ac diſcrimine, antiquitate, dignitate, præſtantia ac utilitate; ubi contendit vir doctus, eam Linguarum omnium primam, Hebraicæ etiam matrem fuiſſe; cujus argumentis reſpondet *Waltonus* in Prolegom. ad Biblia Polyglott.

2. Laudatur & ejus liber Arabicus *de ſtructura Ædificiorum.* Vid. *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. I. p.* 552. Bartolocc. *P. III. p.* 11 eum vocat *Georgium Michaëlem.* Ejus obitus apud *Morer.* [voce *Georgius*] circa annum 1641 reponitur.

AMIRUTZA. Vid. AMYRUTZA.

AMLINGUS (*Wolffgangus*) Auguſtanæ Confeſſionis Theologus, patria Munerſtadienſis, natus eſt anno 1542. Anno 1558 Naumburgum ſe ſtudiorum gratia contulit: inde ad Academiam Jenenſem, anno 1560, eſt profectus: ubi, perluſtrata prius Academia Tubingenſi & Wittembergenſi, ſexto poſt anno ſummos in Philoſophia honores eſt conſecutus. Eodem anno 1566 *Amlingus* cùm ad gubernacula ſcholæ, quæ eſt *Serveſtæ*, ad D. Bartholomæi ædem vocatus eſſet, *Serveſtam* venit. Quo tempore lues epidemica illic graſſari incipiens, & ſcholam illam diſſipavit, & *Amlingo* acerbam calamitatem attulit. Quare functionem ſuam deſerens, Principis *Bernhardi*, cujus erga literatos amor fuit illuſtris, permiſſu, in patriam rediit: at vix elapſo ſemeſtri Serveſtam eſt reverſus, & ſcholæ, quà erat doctrinâ, ita præfuit ut Eccleſia & Reſpublica magnum inde commodum perceperit. Anno 1568 matrimonio ſibi junxit in patria ſua *Dorotheam Krebſin*, quæ anno ſequenti peperit filium Patri cognominem: qui poſtea Juris utriuſque Doctor, Profeſſorem, & Inſpectorem illuſtris Gymnaſii Serveſtani egit. Eodem ſtatim anno graviſſimis de cauſis munere ſuo ſcholaſtico ſe abdicare, & in patriam abire neceſſe habuit.

Anno 1570 Coſwigum ad munus Paſtoris invitatus, vocationi paruit: Mox eodem anno à Serveſtanorum miniſterio ad idem munus eſt expetitus; quo per quinquennium functus eſt. Anno 1578 *Abrahamo Ulrico* vitâ defuncto, noſter ab Ill. Principe *Joachimo Erneſto* Superintendens, ſive Inſpector Eccleſiarum eſt conſtitutus: quo in officio ita verſatus eſt, ut ædificationis Eccleſiæ princeps illi cura fuerit. Decalogum primus ipſe integritati ſuæ reſtituit, & præceptum ſecundum de imaginibus, authoritate Sacræ Scripturæ & magiſtratus rurſum inſeruit; Quod ad doctrinam Evangelii *de perſona & officio Jeſu Chriſti*, ea à *Lutheri* temporibus ibi ſecundùm ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum ſemper pura & integra propoſita & conſervata fuit. Ubiquitatem corporis Chriſti, exorciſmum & oralem manducationem acriter impugnavit. Paulò ante obitum *de Sacramentis in genere* diſputavit, & ſic operas ſuas in Gymnaſio, cum alioquin in ordinaria ſua profeſſione, in explicatione *Epiſtolæ Pauli ad Romanos* ſubſtitiſſet, utiliter finiit. Obiit 18 Maii 1606. ætat. anno 65. cujus Concionem funebrem habuit *Caſpar Ulricus* ex quo ſua hauſit *Melch. Adam* p. 355 &c. edit. 3æ.

Scripta Lat. & Germ.

1. *Confeſſio de quibuſdam controverſis Articulis*, & *refutatio contra lib. Concord. Præfationem.* Serv. 1582.
2. *Defenſio modeſta & perſpicua, oppoſita inani & frivoli* Joh. Matthiæ *Smalcald.* Refutationi. *Serv.* 1583. 8.
3. *Defenſio VI argumentorum quibus Anhaltini realem ſeu Phyſicam idiomatum communicationem falſitatis convicerunt*, adverſus *Joh. Matthæum.* Serv. 1583. 8.
4. *Chriſtliche Erinnerung und Troſt, auß dem ſchönen Spruch-Suchet was droben iſt, da Chriſtus iſt*, Serveſtæ 1584. in 4. *Lipen.* verb. *Aſcenſio Chriſti.*
5. *Victoria de triumphata communicatione idiomatum reali*, contra *Joannem Matthæum* Smalcaldenſem. *Serv.* 1585. 8. Lat.
6. *Explicatio articuli de Incarnatione Jeſu Chriſti.* Serv. 1587. in 4. Germ.
7 *Proceſſus judicii extremi* ex Apoc. XX. *Serv.* 1598 in 4. Germ.
8. *III Predigten von der Perſon und ampt Chriſti.* Caſſellis 1590 in 4. *Lipen.* tit. *Perſona Chriſti.*
9. *Beweiß, das die Evangeliſchen auß hochwichtigen Urſachen ihres Gewiſſens, vom Pabſthum ſich abgewendet* 1590 in 4. *Lipen.* voce *Apoſtaſia ab eccleſia* &c.
10 *Chriſtiana repetitio doctrina de Cœna Domini*, ex I Cor. X. 11. Amberg. 1596. 8. Germ.
11. *Explicatio προορισμάτων electorum Dei* ex Apoc. VII. *Serv.* 1598. in 4. Germ.
12. *Chriſtiana commonefactio* ex dicto Paulino, *quæ ſupra ſunt quærite ubi Chriſtus eſt.*
13. *Explicatio Epiſtola D. Pauli ad Romanos*, quam expoſuit, ſententiis integris Latinè & Græcè adductis, ut loquitur *Adamus.*
14 *Spongia Amlingiana* contra *Alb. Grawerum*, cui reſpondetur in *Graweri* Polemicæ Sacræ Præfatione. *Jenæ*, 1656. in 4 an *Graweri* opus?

Conſ. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 904.

AMMAN [*Caſparus*] Germanus, Theol. Doctor, cui debetur verſio Germanica Pſalterii, ex Hebræo facta, quæ hoc tit. prodiit:

Pſalter des Königlichen Propheten Davids geteutſcht nach warhafftigem Texte der Hebraiſchen Zungen: Auguſtæ Vind. ſumpt. Doctoris *Sigiſmundi Grymm* 1519 in 8. Hanc verſionem, quæ rariſſima eſt, *Joanni Boſchenſtainio* Eslingenſi, ſuo in Hebraicis præceptori, inſcripſit *Ammanus*; cujus in fine acceſſit hymnorum aliquot Biblicorum, & *Boſchenſtainii* precum Salomonis *I Reg. VIII*, 23 *ſeqq.* ex fontibus tranſlatio Germanica, viciſſim *Ammano* dicata. Quædam ex Pſalterii verſione loca adducit, & cum verſione *Lutheri* confert *Aug. Pfeifferus* Crit. Sacr. *cap.* 13. *p.* 341. *ſeq.* Vid. & *Amœnit. Litter.* Tom. V. p. 291, & VI, 455, ac *Selecta Litteraria* Joh. Henr. à Seelen *p.* 732 *ſeq.* edit. *Lubec.* 1726. in 8. Conſ. quæ dicentur ſub tit. AMMONIUS (*Caſpar*)

AMMANNUS (*Johannes*) Scripſit adverſus Pontificios librum cui tit. ex *Lipen.* I. 565

Ordens-Beſchreibung aller Geiſtlichen der Römiſchen Kirchen. Francof. 1661.

AMMERBACH. Vid. AMERBACH.

AMMIANUS (*Ludov.*) in agro primùm Tigurino,

no; Glaronæ poſtea Miniſter. Scripsit Conciones anniverſarias de proceſſione illa famoſa ad Navalia. Prodiit opus poſthumum A. C. 1661. Obiit 1660. * Hæc *Hotting.* Schola Tigur. p. 66.

AMMO (*Andreas Godefridus*) Lutheranus, Theol. Doctor, Edidit

Diſputationem de tentatione Chriſti à Satane facta, Marc. I, 7. Helmſtad. 1676. in 4. * *Le Long* p. 607.

AMMON, ſive *Ammonius* Abbas Monachorum Nitrientium, gente Ægyptius, claruit ſub *Conſtantino* circa an. 330. Anno ætatis 22 uxorem ducere à Gentilibus ſuis perſuaſus manus dedit, ſponſalia egit, coronam induit, & in thalamum ſponſam ducens, eam, ut renunciatâ vitâ ſæculari monaſticam ſectaretur, multis hortatus eſt, & hortando effecit. Uterque igitur, conſervatâ virginitate, ſub eodem tecto per annos octodecim pietati & precibus intenti degebant. Quibus exactis *Ammon*, relicta uxore, in Nitrienſem ſolitudinem ſe recepit; ubi ſeveriorem adhuc vivendi rationem inſtituens, 22 annos peregit, ac 62 ætatis annum agens, è vivis exceſſit. Mortui animam ab Angelis in cœlum evectam vidiſſe narrat *Antonius*. Multa de ejus pietate, moribus & miraculis narrant *Palladius* (a), *Socrates* (b), & *Sozomenus* (c), quos adeat iſtiuſmodi rerum curioſus Lector. Extant inter *S. Ephræmi* Opera Tom. II *Ammonii* noſtri nomini inſcripta *Capita Parænetica XIX.* Verùm ea *Ammonii* eſſe præter Codicis MS unde eâ hauſit *Voſſius*, autoritatem, argumentum aliud non ſuppetit. Plures ejus *Epiſtolas* apud Chaldæos extare memorat *Hebedjeſu* (d).

Extant dicta *Ammonii* capita aſcetica Græcè MSS. in Bibl. Cæſ. Vindob. *Cod. Theol.* 179. *fol.* 36. & ex ejuſdem *Inſtitutionibus Aſceticis* capita XXII. ibid. *cod.* 293. *fol.* 19. Hoc idem ſcriptum memorat *Labbeus* (e) de quatuor illis *quorum ſi vel unum quis habeat, nec pœnitentiam agere poteſt, nec Deus ejus orationem exaudit* (f).

Natus eſt autem noſter *Ammonius* A. 285 vel 286. (g)

(a) Hiſt. Lauſiac. c. 7. (b) L. 4. c. 23. (c) L. 1. c. 14. (d) Cave *ad A.* 330. (e) Bibl. nov. MSS p. 98. (f) Vid. *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. VIII. p.* 303 ubi plures *Ammonii* recenſentur. Conf. *Caveum* in Diſſert. de Script. incerti temp. p. 167. *Ammonas* vero de quo hic agitur, idem videtur. (g) Vid. *Act. Bolland.* ad IV. Oct.

AMMON Adrianopolitanus Epiſcopus, gente Ægyptius, ortu è regione Thebaidis, ipſum enim & nomen & locus Epiſcopatûs hic ortum eſſe clamant. Etſi enim plures erant *Adrianopoles* quas homo famæ & gloriæ cupidus, in ſui honorem condidit *Adrianus* Imperator; cùm tamen omnium hoc tempore famoſiſſima erat *Antinoe* ab *Adriano* Imp. in honorem *Antinoi*, amaſii ſui, in Thebaide condita, ab eoque etiam *Adrianopolis* vocata (teſte *Stephano* de Urb. voce *Artv.*) *Ammonem* noſtrum, non alibi natum eſſe, credi par eſt. Quo tempore vixerit haud ſatis certum eſt. *Cyrillo* Alexandrino, à quo citatur, ſeniorem fuiſſe ſatis conſtat; *Epiphanio* verò qui opus ſuum *de Hæreſibus* anno 374 elucubravit, poſterior videtur; qui ipſum, non minus quàm *Methodium* in diſſertatione *adversùs Origenem de Reſurrectione*, proculdubio laudâſſet, ſaltem meminiſſet. Medio igitur tempore claruiſſe videtur; nimirùm exeunte ſæculo IV circa annum 399 fervente tunc temporis, & in Ægypto præcipuè *de Origene ejuſque dogmatibus*, controverſiâ. Et quidem poſt annum 392 ſcripſiſſe vel hinc firmari poteſt conjectura, quòd *Hieronymus* in recenſendis ſui temporis Scriptoribus Eccleſiaſticis diligentiſſimus, quique hoc ipſo anno catalogum ſuum claudebat, ipſius nullibi meminerit. Nec ſatis mirari licet, virum non incelebrem, non modò ab *Hieronymo*, ſed nec à *Socrate*, vel *Sozomeno*, nec qui illis accuratior & diligentior eſſe ſolet, *Theodorito* (ut alios Scriptores Eccleſiaſticos *Cyrillo* excepto, taceam) uſpiam, quod ſciam, memorari. Plures erant *Ammones* qui hoc ſæculo floruerunt. Nemo verò huc majori probabilitate pertinere videtur, quàm *Ammon* iſte, cujuſdam urbis (quidni Adrianopolis?) in Thebaide Epiſcopus, ad quem extat *Theophili* Alexandrini *Commonitorium*, ſeu *Epiſtola Canonica de iis qui cum Arianis communicaverint, deque Biſto Presbytero Lycopolitano*, quæ unà cum *Balſamonis* Commentario habetur *Pandect. Canon.* Tom. II. p. 170. certè & locus, & tempus, & ſumma cum *Theophilo*, acerrimo *Origenis*, & Origeniſtarum adverſario, familiaritas optimè congruunt. Edita eſt à Bollandianis *Maii* Tom. III. pag. 63. *Ammonis* Epiſcopi Elæarchiæ *Epiſtola ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum de vitâ & converſatione SS. Pachomii & Theodori.* Ubinam verò ſita fuerat hæc *Elaarchia*, an in Thebaide, vel alicubi in Ægypto, vel an locum indicent Editores *Bollandiani*, nondùm didici. Viderint quibus opus Bollandianum ad manum eſt. Quiſquis tandem ſit, ſcripſit *Libros aliquot adverſus Origenem de Reſurrectione* teſte S. Maximo *Schol. in Dionyſ. de Cœleſt. Hierarch.* c. 7. p. 88. Cujus operis ne mica quidem hodie ſupereſſe videtur. Fragmentum περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου citat *Cyrillus* loco laudato; An ex *libro de Reſurrectione*, non conſtat. Idem Maximus *Schol. in lib. de Eccleſ. Hierarch.* c. 7. p. 422. *Olympium* quendam Adrianopolis in Lycia Epiſcopum iis accenſet, qui *Origenis* dogmata *de Reſurrectione Scriptis ſuis oppugnârunt*, his verbis, Ἀνάγνωθι, Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ Ὀλυμπίου Ἀδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας τὰ κατ᾽ αὐτοῦ ὑπ᾽ αὐτῶν περὶ ἀναστάσεως γραφέντα, καὶ Ἀντιπάτρου τοῦ Βόστρων ἐπισκόπου, *Lege S. Methodii Martyris, & Olympii Adrianopolitani, Epiſcopi Lyciæ, nec non Antipatri Boſtrorum Epiſcopi libros, quos in eum de Reſurrectione conſcripſerunt.* Hunc *Olympium*, eundem cum *Ammone* noſtro facit vir doctiſſimus *H. Hodius*, libro *de Reſurrectione*, Anglicè edito. Non aliâ opinor ratione, quàm uterque Adrianopolis Epiſcopus, uterque adversùs *Origenem* ſcripſiſſe dicitur. Sed plures erant Adrianopoles, in Thraciâ, Æoliâ, Piſidia, Bithynia, Thebaide, in Syriâ (Thadmarah); & forſan alibi. Diverſa planè ſunt utriuſque Scriptoris nomina, diverſa & loca. *Ammonem* enim in Ægypto Epiſcopum fuiſſe, nemo temere dubitabit. *Olympium* Scriptorem novi neminem, nullam in Lyciâ Adrianopolim. Ut non ſemel ſuſpicatus ſim, in S. Maximi verbis mendum eſſe, locumque integrum ad *Methodium* eſſe referendum hoc ferè modo; *Lege S. Methodii Martyris, & Olympii Adrianopolis Lyciæ Epiſcopi libros quos, &c.* & pro τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν (*Methodii* ſcilicet & *Olympii*) τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ legendum eſſe. Etſi vulgata lectio retineri poteſt, dummodò & ad *Methodium* & *Antipatrum* Boſtrenſem referatur: quo ſenſu interpretem intellexiſſe conſtat. Ut hanc conjecturam ab omni prorsùs veriſimilitudine non abhorrere demonſtremus; Notandum 1ò. *Olympum* celeberrimam fuiſſe Lyciæ Urbem, ex ſex majoribus hujus Provinciæ civitatibus, unam. 2ò *Methodium*, Olympi Lyciæ fuiſſe Epiſcopum, quod *Hieronymus* (a) & *Suidas* (b) diſertè teſtantur. 3ò *Methodium* ſimplici Martyris titulo hic inſigniri, nullâ, vel ſedis, vel dignitatis Epiſcopalis, mentione factâ, aliter quàm à Veteribus citari ſolet, aliter quàm in eodem textu *Maximus* alios citavit. Regeret huc fortè quiſpiam, ſed quid fiet de voce Ἀδριανουπόλεως? Quid ſi dicamus, in textum irrepſiſſe? Vel quod rectiùs putem, Olympum etiam Adrianopolim dictum? Certè non paucæ erant urbes, *Adrianopoles* dictæ, quæ etiam vetus nomen ſuum ſimul retinuerunt, quales Stratonicæa Macedoniæ, Murſa Pannoniæ, Neocæſarea Ponticæ, Antinoe Thebaidis, ut de aliis non dicam. Quin ſi concedamus Adrianopolim propriam & diſtinctam fuiſſe Lyciæ urbem, potuit & hoc modo *Methodius* noſter Adrianopolis eſſe Epiſcopus. Nondum enim exactâ Epiſcopatuum diviſione ubique factâ, qualis ſequentibus temporibus obtinuit, & præſertim vigente jam perſecutione, *Methodius* plurium civitatum curam Epiſcopa-

lem

lem ſimul habere potuit. Et ita quidem revera habuit, cum ipſum & Olympi Lyciæ, & Patarorum Epiſcopum eſſe disertè refert *Suidas*, (quod tamen miror negaſſe virum eruditiſſimum mox nominandum, inde Veteribus vulgò Methodius *Patarenſis* dictus. Adjungam V.C. *L. Allatii* (c) teſtimonium. *Cum iiſdem ipſis teſtibus Olympi Lyciæ fuerit Epiſcopus, quæ inter maximas Lyciæ urbes commemoratur, potuit eſſe eodem ipſo tempore & Patarorum, & aliarum in Lyciâ urbium Epiſcopus*. Si conjectura noſtra erudito Lectori minùs placuerit, aliam loci hujus S. *Maximi* lectionem ſubſtituendam proponit idem *Allatius* (d). Μεθόδιο τῷ ἁγίῳ μάρτυρι ..., ἐπισκόπῳ Λυκίας, καὶ Ὀλυμπίῳ Ἀδελφ... An verò talis fuerit *Olympius*, meritò dubitat, idque ſibi anxiè quærendum eſſe dicit. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 217.

(*a*) De Script. cap. 83. (*b*) In Μεθοδ. (*c*) Diatr. de Method. Script. p. 304. (*d*) ibid. p. 318.

AMMONAS Abbas Scetenſis, *Antonii* Magni, qui Sec. IV & V vixit, diſcipulus, Magiſtrum adiiſſe legitur in Apophtegm. Patrum *Cotelet*. p. 385. In Scetenſi eremo per annos 14 manſit, ut *ibid*. narratur, *p.* 3.3. demum ad Epiſcoparum evectus fuiſſe perhibetur *ibid*. p. 385. De eo autem loqui *Ebedjeſu* (a) cenſtare ait *Aſſemanus* (b) ex Codicibus Syriacis Vatic. (c) in quibus ejuſdem *Epiſtola XV ad Monachos* leguntur hoc tit. *Ammona Abbatis & Epiſcopi*. Ejuſdem *Sermones III* Græcè exſtant in Cod. MS. 13. (*d*)

(*a*) *Catal. Libr. Syr. cap.* 42. (*b*) *Tom. III. p.* 47. (c) Vid. Tom. I. p. 567. & 610. (*d*) ibid. *p.* 604.

AMMONIUS, natione Ægyptius, Monachus Alexandrinus, claruit, ſi quid in his video, circa annum 372. Monaſticam diſciplinam in Canopo, haud procul ab Alexandriâ, diu excoluit, donec ſæviente ubique perſecutorum malitiâ, *Petroque* Epiſcopo latebras ſubindè quæritante, ac fugâ ſalutem redimente relictâ Ægypto, in Palæſtinam ſe contulit, ubi luſtratis locis ſanctis, Montem Sinam petiit, ibique miſeram Monachorum ſtragem, à Saracenis factam, ſuis oculis aſpexit, & quæ eodem tempore in Monachos Raithunos, juxta mare rubrum poſitos, fecerunt *Blemmyes*, ex aliorum relatione accepit. Tandem patriam repetens, Lares propè Memphim fixit, & quæ de Monachis Sinaitis à Saracenis peremptis viderat, quæque de Raithunis audierat, ſermone Ægyptiaco in Commentarios retulit. Hunc *Ammonium* ſub *Diocletiani* perſecutione vixiſſe, *Petri* Epiſcopi Alexandrini Martyris familiarem, contendit *Combefiſius*, non alium nempè quàm Presbyterum illum, qui, teſte *Euſebio* (a), unà cum aliis, eodem ferè tempore Martyrio perfunctus eſt. Cui quidem hâc in parte nullo modo aſſentiri poſſum; nulla apud *Ammonium* Petri Martyris, nulla perſecutionis *Diocletiani* mentio, nulla Saracenorum hoc tempore apud Veteres occurrit eruptio. Quin & in ipſo opere ſunt quæ reclamant. *Pag.* 99. mentio fit *Moſis* cujuſdam qui à tenerâ jam ætate Monachi inſtitutum amplexus, annos tres ſuprà ſeptuaginta ἐν τῷ μονήρει βίῳ in Monte Raithu traduxerat. Quod cum initio hujus ſæculi ſtare non poteſt, cùm ipſius vitæ Monaſticæ inſtitutio longè minorem ætatem præ ſe ferat. Conſtat igitur *Ammonium* de quo agimus, alium non eſſe quàm cujus meminit *Socrates* (*b*), ubi celebriores in Ægypti ſolitudine Monachos recenſet, quem ἄνδρα θαυμάσιον vocat, & unà cum *Athanaſio* Romam veniſſe refert, poſteaque dextram ſibi aurem amputâſſe, nè ad Epiſcopatum traheretur. *Petro* Antiochiæ Epiſcopo, qui *Athanaſio* ſucceſſit, ... erat. Quo tempore, infeſtantibus omnia Ægypti loca Arianis, & Monachos præcipuè perſequentibus, *Petro* Epiſcopo in vincula conjecto, & elapſo tandem Romam fugiente, hâc occaſione uſus *Ammonius*, in Palæſtinam ſeceſſit. Quin & hoc ipſo tempore, Saracenos, Phœnices ac Palæſtinæ urbes, omniaque vaſtâſſe Orientem loca vaſtâſſe, referunt *Socrates* (c) & *Sozomenus* (d). Quod quidem eo ipſo tempore contigiſſe disertè tradit *Ruffinus* (e), (ex quo ſua hauſerunt *Socrates* & *Sozomenus*) quo *Lucius*, qui *Petri* ſedem invaſerat, graviſſimam adverſus illum, omneſque Catholicos & Monachos in Ægypto, perſecutionem movit. Hiſtoricum *Ammonii* noſtri Commentarium, apud Senem quendam anachoretam, propè Naucratem repertum, *Joannes* quidam Presbyter ex linguâ Ægyptiacâ in Græcam tranſtulit. Hunc notis illuſtratum, Græc. Lat. edidit *Fr. Combefiſius* inter *Acta Martyrum antiqua*, Pariſ. 1660. 8vo p. 88. * *Cave* ad A. 372. *Fabric*. Tom. X. p. 475.

[a] Lib. VIII. c. 11. p. 3.8. [b] Lib. IV. c. 23. p. 38. [c] Lib. IV. c. 36. p. 251. [d] Lib. VI. c. 38. p. 699. [e] Hiſt. Eccl. *Lib. II. c.* 6. *p.* 46.

AMMONIUS gente Ægyptius, Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter & Oeconomus, claruit anno 458. Subſcripſit *Epiſtolæ*, quam Ægyptiacæ Diœceſis Epiſcopi & clerici, *pro defenſione Concilii Chalcedonenſis* ad *Leonem* Imp. miſerunt, ut *in Codice Encyclico* videre eſt Concil. *Tom. IV. pag.* 897. Scripſit *Ammonius* opus contra *Eutychetis & Dioſcori hæreſes*. Extat MS. Græcè Fragmentum *contra Monophyſitas*, ſive *de differentia inter naturam & hypoſtaſin* Biblioth. Vindob. *Cod. Theol.* juxta *Lambec.* XLVII. num. XXVII. Ex ejus etiam ἑρμηνείᾳ τῶν πράξεων, ſive *expoſitione in Acta Apoſtolorum* (a) habetur Fragmentum, ibid. *Cod. CCLI. fol.* 21. Citatur etiam ſub nomine *Ammonii* Junioris, in Nicetæ *Catena in Pſalmos* 1 & alibi non ſemel. * *Cave* ad A. 458.

De eodem *Ammonio* loqui videtur *Le Long* p. 607. his verbis: » Ammonius *Ægyptius*, qui Gaianitas » hæreticos ſub *Juſtiniano* Imp. profligavit, Alexan» drinæ Scholæ Præfectus, claruit Sec. V vel VI.

Hujus memorat, præter *Expoſitionem in Acta Apoſtol.* (cujus Fragmenta quædam extare ait in Bibl. Reg. in Catena Græca Actuum Apoſt. *cod.* 1885)

1\. *Lucubrationes varias in Sacram Scripturam.* » Ex» tant complura Fragmenta earumdem in Catenis » Græcis. *Mich. Le Quien* in Diſſert. Damaſcen. *p.* » 47.

2\. *Enarrationes in opus ſex dierum.* » Anaſt. in » Prologo Homil. Anagogic. in prima Geneſeos ca» pita.

(a) Vid. *Simonii* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 31 *p.* 455.

» AMMONIUS Græcus.

» 1. *Loci communes Sacri in Evangelia* Græcè : » *Bibl. Imper.* Friſius.

» 2. *Interpretatio in Apocalypſim Joannis* Græcè, in » fol. *Pariſ.* Bibl. Collegii S. J. cod. 108.

* Ita *Le Long* p. 607.

AMMONIUS, Philoſophus Alexandrinus, eodem, quo *Hippolytus*, tempore ab ipſo *Commodi* Imperio clarus habebatur, præcipuè verò circa ann. 220. Vitæ quidem inſtituto primùm Bajulus, inde à ſaccis quibus frumenta circumferebat, *Saccas* dictus. His verò relictis, Philoſophiæ ſe totum dedit; & Philoſophorum omnium ſui temporis celeberrimus evaſit. Scholam Platonicam Alexandriæ aperuit, in qua tegenda ἐνθουσιάσας πρὸς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἀληθινόν, ut *Hierocles* (a) de eo loquitur, *dum aſſe quodam ad Philoſophiæ veritatem raptus eſt*, rixoſas Platonicorum & Peripateticorum diſputatiunculas contempſit; Veterum Philoſophorum opinionibus perpurgatis, & reſectis, quæ utrinque excreverant, nugis, in præcipuis quibuſque & maximè neceſſariis dogmatibus concordem eſſe *Platonis* & *Ariſtotelis* ſententiam demonſtravit: utramque Sectam reconciliavit, & à contentionibus liberam Philoſophiam omnibus ſuis Auditoribus tradidit. Unde & illum Θεοδίδακτον appellari ſolitum prædicat *Hierocles*. Chriſtianus erat, Chriſtianis Parentibus natus, atque ab iis educatus, ipſo fatente *Porphyrio* (b), inſimul illo Chriſtiano-

Chriſtianorum adverſario ; cùm verò illum à veri Numinis cultu ad Gentilium ritum tranſiiſſe dicit, ψεύδεται μὲν σαφῶς, inquit *Euſebius* (c), in eo maniféſtiſſimè mentitus eſt. *Ammonius* enim divinæ & Chriſtianæ Philoſophiæ præcepta ad extremum uſque vitæ terminum integra atque immota retinuit. (Mitto quæ de hâc re habet *Eutychius* (d), utpote nullius judicii & parum probatæ fidei Scriptor) id teſtantur, inquit, etiamnum lucubrationes viri illius ad ea quæ reliquit ingenii monumenta celeberrimi. Obiit circa ann. 230.

Scripſit enim *Ammonius* inter alia, *De Conſenſu Moſis & Jeſu*, Opus elegans, quod non extat ; & *Evangelicos Canones* excogitavit quos poſtea ſecutus eſt *Euſebius* Cæſarienſis. Sic *Hieronymus* (e) qui tamen in eo lapſus videtur. Præterquam enim quod *Caſſiodorus* (f) *Euſebio* eos diſertè aſcribat, ipſe *Euſebius* in Epiſtolâ ad *Carpianum* Canonibus præfixa ſe Canones iſtos occaſione Ammoniani *Monoteſſari* excogitaſſe teſtatur. Rectiùs forſan *Victor* Capuanus (g) qui ab *Ammonio* mirabili ſtudio repertos, & ab *Euſebio* deinde diligenter excultos fuiſſe Canones ſcribit. Extat in Orthodoxogr. Tom. II. p. 747-761. & in Bibliothecæ PP. ſingulis editionibus, Sanctorum quatuor Evangeliorum *Harmonia* (h) ab *Ammonio* conſarcinata, à *Victore* autem Capuano interprete, *Tatiano* malè inſcripta (i). In eâ enim exhibentur Chriſti Genealogiæ, quas à *Tatiano* amputatas fuiſſe produnt *Euſebius* (k) & *Theodoretus* (l), quæque in *Tatiani* Diateſſaro, *Ammonio* falsò inſcripto (m) revera deſiderantur. Quid quod ipſe *Victor* dubius aliquamdiu hæret, cui potius, *Ammonio* an *Tatiano*, adſcribat ; & *Zacharias* Chryſopolitanus, qui ante annos quingentos Harmoniam iſtam Commentariis illuſtraverit, *Ammonio* eam diſertè attribuat ? Extat etiam (uti ſupra dictum eſt) Tatiani *Diateſſaron*, ementitum *Ammonii* nomen præ ſe ferens. *Canones* verò *Harmoniæ* haut ſubjungi ſolent. Alius longe à noſtro, utpote integro pene Sæculo antiquior, erat *Ammonius* ille Ægyptius *Plutarchi* Chæronenſis Præceptor ; de quo ipſe *Plutarchus* lib. περὶ τοῦ [εἰ] τοῦ ἐν Δελφοῖς, pag. 385. Et *Eunapius* proœm. ad Vit. Sophiſtarum *pag.* 11. * Hæc *Caveus* ad A. 220. *Oudinus* p. 230 monet, *Concordiam* quæ in edit. 1a Bibl. PP. anni 1575 ſub *Ammonii* nomine continetur, ab *Ottomaro Luſcinio* Latinè (n) verſam, & cujus initium *In principio erat verbum* &c. nec *Ammonii* eſſe, nec *Tatiani*, ſed elegantem atque latinam Anonymi cujuſdam in Evangelia Paraphraſim, quæ nunquam ex Græco textu verſa eſt. Conf. quæ habet Vir Cl. *Fabricius* ubi de *Ammonio Sacca* (o) & *Ammonio* Monoteſſari Evangelici Scriptore (*p*), quos diſtinguit. Vid. & *Bælii* Diction. *Du Pin*, *Nat. Alexand.* Sec. III. *Sixt. Senenſ.* lib. 4. pag. 100. *Poſſevin.* pag. 66. *Le Long* p. 449. *Ittig.* de Bibl. PP. *Millii* Proleg. in N. T. Græc. p. 63. *Olear.* p. 42. *Geſner.* fol. 36. *Ciacon.* p. 129.

(a) De Provid. & Fat. *Cod.* 251. 214. (b) *Lib.* 3. adverſ. Chriſtian. apud *Euſeb.* l. 6. c. 19. (c) *ibid.* (d) Annal. *p.* 332. (e) De Script. c. 55. (f) Inſtit. Divin. Script. c 7. (g) Præf. ad *Tatiani* Diateſſ. (h) Gallice prodiit *Lugduni* 1526. *in* 8 & 1544. in 16. Vid. *Ant. Du Verdier* Bibl. Gall. *pag.* 935. (i) Vid. *Cellerii* Hiſt. Auth. Eccleſ. *Tom. II. cap.* 31 (k) *L.* 4. c. 29. (l) Hæret. Fab. *l.* 1. c. 20. (m) Vid. *Catal. Libr. Syr.* cap. 3. *apud Aſſeman.* Tom. III. p. 12. (n) Eadem eſt quæ inter *Orthodoxographa* reperitur, cum Canonibus in IV. Evangelia. (o) *Bibl. Græc.* Tom. IV. p. 159. (p) *ibid.* p. 172. n. 6. & *Tom. V. p.* 83.

AMMONIUS Lamprienſis (*a*) vixiſſe creditur triginta circiter annis ante Chriſtum, & ſcripſiſſe opus *de Altaribus & Sacrificiis*. Vid. *Balium*, *Morer.* & *Fabric.* ſup. cit.

(*a*) *Lampria* urbs Atticæ.

AMMONIUS (*Gaſparus*) Eremita Auguſtinianus, natione Haſſeletenſis, gentis Eburonicæ, Anno 1488 Prior in Laugingen, & Capituli Provincialis tertio loco Præſes Deputatus ; anno 1514. Præſes Capituli deſignatus, fuit S. Theologiæ Doctor, Prior Provincialis Provinciæ Rheni, & Sueviæ, multarum linguarum, præſertim in Hebraicæ peritia celeberrimus ; quo etiam in Germania complures, qui ob ejuſdem linguæ inſtructionem famam non modicam acquiſierunt, uſi ſunt præceptore. *Elſſius* eum ait claruiſſe anno 1514. Laudant inſignem *Ammonium* Hiſtorici complures & inter exteros apparent *Poſſevinus* pag. 528. *Friſius* pag. 253 & 54. Sweertius *Athen. Belg.* pag. 264 ; & *Valerius Andreas* pag. 255. *Diſſert. Hiſt. de CC. Script. Auguſt.* Imbonat. *p.* 50.

Huic *Ammonio* locum dedit *Colomeſius* in Hiſp. Orient. *p.* 219. ſed perperam, ut in Noria obſervat *Wolfius*. Alii Suevum faciunt noſtrum, ideo ſcilicet, quod in Suevia rerum ſuarum ſedem fixit. Hinc inter Germanos numerat *Mitelfuhrerus* in Prodr. Germ. Orient. *p.* 3. vel forte quod Haſſeletum Weſtphaliæ, non Belgii noſtro patriam fuiſſe crediderit.

Scripſit autem *Ammonius* iſte *Grammaticam Hebraam*, in quinque libros diviſam, quam MStam habuit *Conr. Pellicanus* Tigurinus, ideoque *Elſſium* qui excuſam fuiſſe tradit *p.* 229. erraſſe putat *Wolfius*. Nec ſibi videtur ab αὐτογράφῳ *Pellicani* diſtinguenda *Epitome Artis Grammatica Hebraa* quam A. 1520 Auctoris manu ſcriptam habuit *Matth. Frid. Beckius* (*a*). Cæterùm non dubitat idem *Wolfius* eundem eſſe hunc *Ammonium* cum *Caſp. Ammano*, cui Germanica Pſalterii Davidici verſio debetur (*b*) : idque datâ operâ ſe oſtenſurum ſibi nuntiavit per literas Cl. *Frid. Jac. Beyſchlagius*.

(a) Vid. *Mettfuhreri* Acceſſ. ad *Amelov.* Bibl. promiſſ. & lat. *p* 8. [b] Vid. ſup. p. 393.

AMMONIUS (*Hieronymus*) Germanus, cujus extant

1. *Chriſtlicher Glaubens-Spiegel, in welchem ſich täglich ein Chriſt beſchauen ſoll.* Norib. 1623. in 8 (*a*).
2. *Deliciæ domeſticæ, ultimis atque miſerandis hiſce temporibus ſolatii cauſa labore collecta & dolore confecta.* Norib. 1638 1640. in 12. (*b*)
3. *Exercitium pietatis domeſticum.* Norib. 1647. in 4. (*c*)

[a] *Lipen.* I. 538. ſub tit. *Doctrina Chriſtiana.* [b] id. *p.* 499. [c] *Tom. II* p. 496.

AMMONIUS (*Levinus* vel *Livinus*) Cartuſianus Gandenſis, *van der Maude* vulgò dictus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, eruditione juxta ac pietate inſignis (*a*), profeſſus in domo Silvæ S. Martini apud Geraldi montem, multùm laudatur ab *Eraſmo* (*b*) cujus ad eum & viciſſim hujus ad illum plures Epiſtolæ extant. Obiit in Cartuſia Vallis Regalis Jubilarius anno 1556. Scripſit inter alia

1. *Tractatum in Parabolam Servatoris de Filio minore natu* Luc. XV. *Lovanii* 1541.
2. *Elegiam de tempeſtivè & piè vivendi electione.*
3. *Vitam* Guil. Bibauci *Cartuſiani* (c).
4. *De Inſtitutione novitiorum*, cujus fragmenta MSta ſe vidiſſe teſtatur *Moretus* (d).

[a] *Eraſm.* Epiſt 23 Lib. 28. *pag* 1704. [b] Vid. *Epiſt.* 94. *Lib.* XX & 20 XXV. apud *Balium* p. 190 edit. *Roterod.* 1720. [c] Vid. *Sweerti.* p. 504 [d] *Theatr Cartuſ.* ad A. 1542. *pag.* 117. ubi *Ammonius de Harena* vocatur.

AMMONIUS Francus (*Wolffgangus*) Miniſter Inckelſpuelenſis (*a*) Scripſit Pſalmodiam novam Latino-Germanicam hoc tit.

Neu Geſang-Buch Lateiniſch und Teutſch. Lipſiæ 1579 (b) Francof. 1581 (c) 1583 (d) & 1606 in 12.

[a] Du Pin *Tab. Univ.* Tom. IV. p. 425. [b] *ibid.* [c] *Lipen.* I. 229. (d) *id.* II. 578.

R. AMNON Moguntinus, æqualis Nachmanidæ, qui vixit A. 1142. & a Magiſtratu Chriſtiano religionis causâ occiſus dicitur. Tribuitur ei *Precatio* quædam quam Judæi in die expiationis, & ſub initium novi anni recitare ſolent. Legitur illa in *Machzor* Majori Synagogæ Romanæ Bononiæ A. 301. C. 1541. fol. expanſo. Aliam eidem *Precationem* tribuit *Schalſcheleth*

cheleth p. 57. quæ apud Judæos Germanos in uſu olim fuit, legiturque in *Machſor*, Germanico MS. Bibl. Vatic. ut teſtatur *Bartoloccius*, qui etiam narrationem de cæde hujus *Amnonis*, quam Judæi *Martyrium* interpretantur, ex Comment in *Machſor* Bonon. editum repetit & confutat. Conf. de noſtro *Zemach David* ſub initium Millenarii VI. ad quem remittit *Wolfius* p. 501.

» AMO.

» *Expoſitio ſuper Iſaiam*. Bibl. Colleg. Oxon. cod. » 1355. » Ita *Le Long* p. 607.

AMODEUS (*Michael*) Siculus, Menænſis, (de Meneo) Poëta non contemnendus. Edidit vernaculâ linguâ

Hiſtoria delli Miracoli di Noſtra Signora d'Itria in ottava rima Siciliana. Panormi 1606. in 8. * *Mongit.* II. 69.

AMŒNUS. Vid. PRUDENTIUS.

AMOLAZ (*Franciſcus de*) Hiſpanus, Sereniſſimo *D. Joanni de Auſtria*, noſtræ (ait *Nic. Antonius*) juventutis Principi à ſecretis, laudatus à *Fr. Petro de Alva* in *Militia Conceptionis*, edidit

Deiparæ Triumphum ab originali. Barcinone, 1655. in 4.

AMOLON, *Amulo*, *Amulus*, ſive *Amularias*, genre, ut videtur, Gallus, primùm Diaconus Lugdunenſis, deinde, defuncto *Agobardo* cujus diſcipulus fuerat, ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatus ordine LVII. 18 Cal. Febr. anno 841. Conſultus anno 844 à *Theoboldo* Lingonenſi Epiſcopo ſuper incertis Sanctorum reliquiis, ſuperque prodigiis, quæ illarum occaſione dicebantur evenire, gravem ad ipſum Epiſtolam ſcripſit adversùs temeritatem quorundam Monachorum quos *viles & aequam homunculos* vocat, (verba ſunt Cl. *Baluzii*) reliquias illas venditantium. Præfuit Concilio Lugdunenſi anno 845 habito: Ab *Hincmari* partibus adversùs *Goteſchalcam* ſtetit, & in vivis erat an. 852. ſi modò iſthoc anno contra *Goteſchalcam* ſcripſerit, alias de tempore mortis nil liquet. Certè hoc circiter tempore ſcripſiſſe vel inde colligi poteſt, tùm quòd *pag.* 169. ait Goteſchalcum *pluribus jam annis à corpore Eccleſiæ juſta ſeveritatis damnatione præciſum, atque omni bonorum contubernio, ac ſolatio defraudatum remanſiſſe*; tum quòd non longè ab Epiſtolæ initio innuere videtur nondum ad ſe datas eſſe trium Epiſcoporum, viz. *Hincmari*, *Parduli* & *Rabani* Epiſtolas, quæ tamen exeunte ann. 852 ſcriptæ ſunt. Vir fuit *Amulo* in divinis Scripturis ſtudioſus, teſte *Trithemio*, tam Hebraicâ quàm Latinâ linguâ clarus. Cujus authoritas & amor *Caroli* Regis ergà ipſum multùm valuit Sancto Papæ *Leoni*, ut ipſe *Leo* teſtatur in Epiſtolâ ad eum miſſâ, inquit *Hugo* Flaviniac. in Hiſt. ſuæ Collect. *Amulonis* præterea mentio fit in Caroli M. Capitulis cap. 6. in Villa Sparnaco, & in Joannis VIII Epiſtolâ 163, & apud alios. Sed nuſquam illuſtrior quàm apud Lugdunenſes ipſos qui Sancti eum titulo exornant in veteri Martyrologio, aliiſque monimentis Baſilicæ Irenæanæ: attamen in Litaniis nec in Martyrologio Gallico, nec etiam in Supplemento reperitur. Vid. *Hiſt. Liter. Lugd. P.* 11. p. 127. &c. *Severtii* Chronol. Archiepp. Lugd. *p.* 179. *Nat. Alexand.* Sec. IX. cap. 3. art. 13. *Oleae.* p. 44.

SCRIPTA:

1. *Ad Theoboldum Epiſcopum Lingonenſem Epiſtola*, cujus occaſionem ſuprà retulimus. Vid. *DuPin* inf. cit. *p.* 150.

2. *Ad Goteſchalcum Epiſtola*, ſcripta, ut diximus, circa annum 852. quâ quidem magno animi candore & ſummâ lenitate cum miſerabili hoc Monacho agit: nihilominus non modò erroneas illius opiniones ſtudioſe refellit, ſed & ipſum ob mores perverſos & inſolentes, atque obſtinatam animi pervicaciam meritò corripit. Vid. *DuPin* Sec. IX. p. 18. in 4. Primus eam in lucem extulit *Sirmondus*, ex eo alii, & in his Cl. *Mauguinus* Collect. Scrip. Sæculi IX. *Tom. II.* qui in ſectiones diſtinctam, notuliſque ſuis illuſtratam exhibet, *Diſſert. Hiſt.* c. 23. p. 195.

3. *Reſponſio ad interrogationem cujuſdam de Præſcientia, vel Prædeſtinatione divina, & de libero arbitrio.*

4. *De Gratia & Præſcientia Dei, deque prædeſtinatione, & libero arbitrio, de ſpe item ac fiducia ſalutis, & de ſententia S. Auguſtini.*

5. *Sententia B. Auguſtini, ex libris ejus de præſcitis rebus ſumpta, & in unam ſeriem diſtinctis Capitulis ordinata.* Notandum verò Lectori tria hæc poſtrema Opuſcula in Codice Trevirenſi, ex quo ea deſumpſit *Sirmondus*, anonyma fuiſſe, *Amulonis* Epiſtolæ ad *Goteſchalcum* ſubjecta: adeò ut incertum fuerit an ei ſint aſcribenda. Primum, ſeu *Reſponſionem* Flori *Diaconi Lugdunenſis de Prædeſtinatione ſermonem* eſſe cum Clar. *Maugaino* conſentit *Baluzius* Secundum, initio mutilum, nil aliud eſſe, quam *Amulonis* ad *Hincmarum* Epiſtolam, unà cum Epiſtola ad *Goteſchalcum* miſſam, contendit *Mauguinus* Diſſert. c. 22. pag. 169. An rectè ſatis viderint alii. Tertium, ſeu *Sententiarum Collectionem* Amuloni noſtro, ſed ex conjecturâ tantum, tribuit, qui primus edidit, *Jac. Sirmondus*.

Edidit hæc *Amulonis* Opera cum Notis *Stephan. Baluzius* ad calcem *Agobardi* Tom. II. p. 135. Exinde translata ſunt in *Biblioth. Patr.* Tom. XIV. pag. 329.

6. *Contra Judaos* Liber I. *ad Carolum Regem Lotharii Imperatoris fratrem.* Hunc ſub *Rabani* Mauri nomine unà cum *Fulgentii*, &c. Opuſculis in lucem emiſit P. *Chiffletius* Divione 1656. perperam omnino; cùm *Amaloni* noſtro disertè eum tribuat *Trithemius* (a), cujus ſententiam Codices quidam MSS. liquidò confirmant.

* *Cave* ad A. 841.

[a] *De Script. Eccl.* cap. 273. ubi vocatur *Hamulus*.

AMORAGA (*Petrus* de) Hiſpanus, ortundus ex oppido cui nomen *El Concejo de alrobucy*, profeſſione Minimus, ejuſque Ordinis in Conventu Segoviæ anno 1620 celebrato Provincialis, ut vocant, Corrector electus, duabus edidit partibus

De la Inſtruccion del Pecador, partim Matriti 1605 partim Toleti 1616 & hæc poſterior para duobus Tomis edita eſt. * *Nic. Anton.* II. 155.

de S^{to} AMORE (*Florimandus*) Gallicè *Florimond de St Amourr*, ſcripſit librum cui titulus *L'eſprit des Pſaumes de David en vers François avec le Latin à coté*, Id eſt, Mens Pſalmorum Davidis verſibus Gallicis cum verſione Latina, Pars prima *Pariſ.* Lud. Dion. de la Tour 1728. in 8.

Admonitio huic operi præmiſſa quatuor in Pſalmos continet obſervationes. 1°. Majorem Pſalmorum partem duplicem ſenſum, Litteralem ſcilicet & Myſticum, includere monet auctor. 2°. Quæſtioni, cur in Pſalmis ſint verſiculi adeò abſtracti, ut ſine supernâ luce eorum ſenſum aſſequi prorſus ſit impoſſibile, reſpondere conatur; atque ſic procedit ejus reſponſio: *Pſalmi*, inquit, *quoad litteram primi eorum textûs originalis abſolutè differunt, ſi non totaliter, ſaltem partim*: ut hanc aſſerat propoſitionem, affirmat auctor, Templi incendium fuiſſe libris ſacris omnibus perniciem; per 70 annorum captivitatem *nullam ferè librorum Sacrorum mentionem factam fuiſſe*; & 70 circiter annis poſt Judæos à captivitate dimiſſos *Sacrarum litterarum memoriam in terra Iſraelitica prorſus obliteratam apparuiſſe: Eſdramque tùm reſtituendi illas quovis molimine ſibi aſſumpſiſſe; eoque perveniſſe, ut ex collectis undique rudenibus conſultiſque traditionibus, ſacrum codicem compingeret*; *Judicent lectores*, pergit auctor, *an poſt tantam revolutionem, exempla in talem reſtitutionem ab Eſdra adhibita fidem Autographorum, quæ abſumpſerat ignis, æquare valerent.... inde colligamus exempla illa non tam*

Hieronymus. » Amos, inquit (*a*), fuit imperitus ſermone, » ſed non ſcientia. Idem enim qui per omnes Pro- » phetas in eo Spiritus Sanctus loquebatur. » Et alibi (*b*) obſervat, *Amos* omnes comparationes ſuas è re campeſtri trahere, pro more ſatis recepto, ut ſinguli de rebus artis ſuæ libentius agant. Illum in medium adducit D. *Auguſtinus* (c) ut oſtendat, Scriptores Sacros genere quodam eloquentiæ uti pleno ſpiritûs & prudentiæ, ac rebus, de quibus agunt, adeo conformato, ut ii qui ruditatem, & ruſticitatem ſtyli in illis carpunt, neque ipſi magis aptum perſonis ac circumſtantiis ſtylum eligere potuiſſent. * Conſ. quæ habet *Cellerius* Tom. I. p. 310. 311. *Rechenbergii* Hiero-Lexic. *Nat. Alexand.* Hiſt. V. T. *Tom. II.* Differt. X. art. 3. p. 199.

Hujus Prophetæ Commentatores (ſaltim quos hactenus novi) ſunt R. *Aben Ezra*, *Seb. Beufield*, *Joh. Brentim*, *Chriſt. de Caſtro*, *Hugo de S. Charo*, *S. Cyrillus* Alexand. *Lamb. Danæus*, *Joh. Druſius*, *Joh. Gerhardus*, *Thom. Hall*, *Eſ. Heidenreich*, R. *Salom. Jarchi*, R. *Dav. Kimchi*, *Franc. Lambertus*, *Paul. Laureatias*, *Edo. Livelejus*, *Pet. Laſſius*, *Matt. Lutherus*, *Joh. Mercerus*, *Joh. Oecolampadius*, *Dav. Pareus*, *Matur. Quadratus*, *Joh. Quinquarboreus*, *Quir. Reuterus*, *Ruffinus Toranus*, *Hier. Savonarola*, *Elias Schadæus*, *Wolfg. Sedelim*, *Nic. Selneccerus*, *Dom. Vermeer*, *Joh. Henr. Urſinus*, aliique plures quos recenſebimus ſub tit. PROPHETÆ minores.

(a) *Hieron. Præf. in Amos.* [b] Comm. in *Amos*, l. 2. [c] lib. 4. *de Doctr. Chriſt. cap. 9.*

AMPHIBALUS Iſcælegius ſeu Legionenſis, natione Anglus, vixit Sec. III. Literas Græcas & Latinas puer didicit; deinde Romam ſe contulit, ubi bonas artes, unà cum Chriſtiana religione pleno fonte hauſit, addocente *Zephirino* Epiſcopo Romano. Sed urgente perſecutione à *Diocletiano* & *Maximiano* adverſus Chriſtianos excitata, Britanniam repetere coactus eſt, Verolamiumque adiit, ubi ab *Albano* in hoſpitium receptus eſt, cum quo poſtea tam bene illi conveniebat, ut longum quotidie ſermonem de Chriſto & ejus religione faceret. Sed perempto per ſatellites Chriſtiani nominis hoſtes *Albano*, ad Venedotas primùm, poſtea Demetas Cambriorum gentes, demumque ad Scotos & Pictos, cum magno piorum numero, Evangelium ubique prædicando, convolavit *Amphibalus*, juxta *Baleum*; *Lelandus* verò ad Iſcanos fugiſſe illum putat. Iſcanum autem urbs totius Cambriæ (du Pais *de Galles*) clariſſima, hodie vocatur *Carleon*. Fuit autem (ſi *Hectori Boethio* credimus) in Mona Inſula primus Druydum loco Epiſcopus conſtitutus, ubi poſt functiones tam publicas quàm privatas; poſteris reliquiſſe fertur

1. *Chriſtiana Vita inſtituta.*

2. *Contra Druydum errores*, & alia, inquit *Baleus* (*a*). Non levia *Lelandus* (b) ait eruditionis ſigna in perſuadenda religione Chriſtiana oſtendiſſe *Amphibalum*; ſed libros, ſi quos ſcripſit, à tyrannis igne conſumptos fuiſſe.

Tandem Verolamii poſt multa exquiſita tormenta martyrio coronatus obiit A. C. 291. Idem legitur in Lexico *Morer.* ſed talem extitiſſe virum dubitatus. Si tamen juvat plura de eo noviſſe, ad librum anonymi autoris antiquiſſimi de *Amphibalo* & *Albano* martyrio remittit *Lelandus*.

[a] *Centur. cap. 33.* [b] *Cap. 24.*

AMPHILOCHIUS Iconii Epiſcopus, ſi quid divinando aſſequi poſſumus, gente erat Cappadox. Mortuo demum Patre Monaſticam vitam amplexus eſt, & in Eremi Ponticæ ſolitudines receſſit; ubi *Baſilium* & *Gregorium* ſocios habuit. Circa ann. 370. vel 375 Iconii Lycaoniæ Metropolis Epiſcopus conſtituitur. De modo quo ab Angelis conſecratus eſt, aliiſque ab eo geſtis; miras nobis narrat fabulas *Simeon Metaphraſtes*, vel quiſquis eſt ejus Author; quem adeant, quorum labra ſimiles amant lactucas. Anno 381 cùm *Theodoſius Aug.* lege latà Epiſcopos quoſdam celebriores intra ſingulos Orientalium Diœceſeon terminos ſtatuiſſet, ut Eccleſiæ iis ſolummodò traderentur, qui cum illis communicarent, & fidem Nicænam conſiterentur: Aſianæ Diœceſeos cura *Amphilochio* noſtro (teſte *Sozomeno* l. 7. c. 9.) commiſſa eſt; cui lex Theodoſiana *Optimum* Antiochiæ Piſidiæ Epiſcopum adjungit. Biennio poſt cùm in Synodo, ut Arianorum conventicula vetarentur, ab Imperatore fruſtra petiiſſet, arte quadam id impetravit. Palatium enim ingreſſus, *Theodoſium* ſolito honore proſecutus eſt, *Arcadium* verò Patri adſtantem inſalutatum præteriit. Filii contemptum indigne ferente Imperatore; *Vides*, *Imperator*, inquit Amphilochius, *te filii tui contumeliam ferre non poſſe; crede igitur Deum quoque eos adverſari atque odio habere, qui filium ipſius unigenitum blaſphemant.* Dictum miratus Imperator, legem ab Epiſcopo poſtulatam extemplo dedit. Eodem circiter tempore contra Maſſalianos (peſſimos Hæreticos, qui aſſiduis precibus turpiſſimas impudicitias obvelarunt) ſtrenuè decertavit. Eos Synodus Sidenſis, cui *Amphilochius* præſedit, ſententiâ ſuâ damnavit: quin & *Amphilochius* edito libro confutavit. In vivis adhuc erat anno 394. cum *Bagadii* & *Agapii* cauſa in Synodo CP. agebatur; & anno ſequenti obiiſſe videtur. Summis eum laudibus propter indefeſſum diſcendi ſtudium & induſtriam, ſingularemque planè humilitatem, & alias dotes eximias evehit D. *Baſilius*, cui tam carus erat ut in rebus quibuſcunque graviſſimis eum conſulere ſoleret: libros quoſdam nomini ejus inſcripſit, & tam frequentes ad illum dedit literas, ut, ipſo fatente *Baſilio*, vicem Ephemeridum supplere, & quotidianum vitæ curſum exponere poſſent. Vir erat & ſæculari eruditione, & S. Scripturarum ſcientiâ in primis eximius; adeò ut eum Gentilibus ſuis *Baſilio* & *Gregorio* conferre non dubitet *Hieronymus*: Scripſit plura; verùm an ea quæ nunc extant, ſint genuina, haud ſatis liquet; de quibus eò difficilius eſt, certi aliquid pronuntiare; quòd nulla indubitatæ fidei Scripta ſuperſint, ex quibus de aliis judicare liceat.

SCRIPTA, quæ extant:

1. *Oratio in Chriſti Natalitia.*

2. *Oratio in Chriſti Circumciſionem & in Baſilium.*

3. *Oratio in Occurſum Domini.* MS. in Vatic. inter Codd. Græc. *Abrah. Maſſad.* num. 7.

4. *Oratio in S. Deiparam & Simeonem*; proculdubio ſpuria; *Neſtorium* enim & *Θεοδώρου* memorat. Unde Autorem ejus *Amphilochium* eſſe Sidæ Epiſcopum, qui Concilio Epheſino ann. 431. interfuit, nonnullis ſuboluit: quod & de aliis quibuſdam hic enumeratis Opuſculis dictum eſto. Quod ad iſtam tamen attinet *Orationem*, rectius faciunt qui *Nicephori* Patriarchæ CP. autoritate freti, eam *Theodoto* Ancyrano aſcribunt. MS. extat in Vatic. inter Codd. Græc. *Pii II.* num. 11.

5. *Oratio in Lazarum quatriduanum.*

6. *Oratio in Mulierem Peccatricem.*

7. *Oratio in diem Sabbati Sancti.*

8. *Homilia de Pœnitentia, & quòd de ſua ipſius ſalute non ſit deſperandum.* Spuria ſi quæ alia, ut pote quæ Iconoclaſtas nominatim refellat, & putidiſſimis fabulis ſcateat.

9. *Ad Seleucum Jambi*, Gregorio Naz. à *Billio* adjudicati, nec invita quidem veritate.

10. *Vita S. Baſilii.* Nugivenduli cujuſdam opus.

11. *Excerpta varia*, ab *Amphilochio*, ex variis Autoribus deſumpta.

Hæc omnia collegit, additiſque notis Græco-Latinè edidit *Fr. Combefiſ.* Pariſ. 1644. fol.

12. Extat etiam *Epiſtola Synodica* Gr. Lat. apud *Coteler.* Monument. *Tom. II. p.* 90. unicum forſan, quod hodie ſupereſt, *Amphilochii* Opus genuinum.

13. *Comparatio SS. Baſilii & Ephræmi Syri.*

14. *Vita S. Ephræmi Syri.* Utrumque opus habetur inter *Ephræmi* Opera à *Gerb. Voſſio* Tungrenſi Epiſc. edita, *Tom. I.*

15. *Cohortatio ad virtutes, Oratio de lachrymis & Regno Dei*, aliaque in *Arbores infrugiferas* penes *Holſtenium* Gr. MS. extiterunt.

DEPERDITA:

1. Liber *contra Maſſalianos*, cujus meminit *Theodoritus* Hæret. Fab. *l.* 4. *c.* 11.

2. *Epiſtola ad Seleucum*, ex quâ multa Fragmenta hinc inde collecta repræſentat Editio Combefiſiana.

3. Oratio in illud, *Pater major me eſt*, cujus fragmentum exhibet *Theodoritus* Dial. 1. aliudque, Dial. 2.

4. Oratio in illud, *Non poteſt Filius ex ſe facere quicquam*, cujus Fragmenta habet *Theod.* Dial. 1. bina Dial. 2. & unicum Dial. 3.

5. Oratio in illud, *Amen dico vobis, Qui audit me,* &c. cujus Fragmentum profert id. Dial. 3.

6. Oratio in illud, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me*, &c. cujus Fragmentum ſubminiſtrat idem *Dial.* 3. Ibidem quædam citat ex Oratione *Amphilochii* contra Arianos, quæ eadem forſan fuit cum Oratione in illud, *Pater major me eſt.*

7. *Oratio de Filio verba*, cujus Fragmentum nobis conſervavit *Theod.* Dial. 3.

8. Tractatus in illud, *Dominus creavit me*, &c. ex quo quædam habet *Damaſcenus* in Elementis.

9. *Epiſtola ad Suadrenſes de S. Trinitate*, ex quâ bina Excerpta adducit id. ibid.

10. *Commentarii in Iſaiam*, quorum meminit id. ibid.

11. *Epiſtola dogmatica ad Panchorium Diaconum Sidenſem*, cujus laciniam ex MS. quodam hauſtam dedit *Combefiſius.*

12. Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς *liber*, cujus verba quædam adducit Synodus ſeptima *Act.* 5. *c.* 5.

13. *Liber de Generatione Domini ſecundùm carnem*, cujus Fragmenta quædam habentur ap. Concil. Epheſ. *par.* 1. *c.* 4. *p.* 127. & *Act.* 1. *p.* 518.

14. Porro *Combefiſius* inter excerpta *Amphilochii*, Fragmenta aliquot ex Codd. MSS. repræſentat orationum *Amphilochii* in illud, *Jeſus proficiebat ſapientiâ & ætate*, &c. In illud; *Solvite templum hoc.* In illud, *De meo accipiet & annunciabit vobis.* Et ex ſermone primo in illud, *de die illâ & horâ.*

15. *Fragmenta* denique *Amphilochii* plurima, librorum ex quibus hauſta ſunt titulis non notatis, extant apud Damaſcenum, *Catenam in Lucam*, *Catenam in Joannem*, & alibi: quæ ferè omnia unà cum cæteris prædictis fragmentis in unum collegit ſæpè laudatus *Combefiſius.*

16. *Liber de Spiritu Sancto, quòd Deus, & quòd adorandus, quòdque omnipotens ſit.* Librum iſtum ſibi legiſſe *Amphilochium* teſtatur *Hieronymus* cap. 133.

Librum ejus contra Arianum, & Eunomium, & Macedonium haberi MS. Pariſ. in Bibliothec. Regiâ fidem nobis facit *Phil. Labbeus* Biblioth. nov. MS. *p.* 82.

Amphilochii noſtri operibus à *Combefiſio* editis, ejuſdem utpotè furfuris, accenſeri meretur *Tractatus de non deſperando*, quem Gr. Lat. evulgavit *P. Poſſinus* Theſaur. Aſcet. *pag.* 155. qui opuſculum hoc *Amphilochii* noſtri eſſe contendit, idque manifeſtè conſtare dicit. Verùm ægrè à me, inquit *Caveus*, impetrare poſſum ut illud credam. Multa continet fabuloſa, puerilia, ridicula, ſæclo Amphilochiano, ſummique viri ingenio ac gravitate indigna. Voces adhibet ſequioribus demum Eccleſiæ ſæculis natas & uſurpatas. Quis enim *Amphilochii* ævo ψάλλειν τὰς ὥρας, pro *officio Canonico recitando* uſus eſt? Quis ἱερεῖς κοσμικοὺς, pro *Sacerdotibus ſæcularibus*, prout à *Monachis* diſtinguuntur? Apage nugas, gerris Siculis nugatiores! Verùm ut opuſculi ſui autoritatem tueatur *Poſſinus*, provocat ad *Amphilochii* Homiliam *de Pœnitentiâ, quòd non ſit deſperandum*, quæ inter opera ejus habetur, *pag.* 91. In quâ, binæ in hoc opuſculo recitatæ narrationes, idque totidem verbis reperiuntur; dignum plane patellâ operculum. Ut enim omnia quæ ſub *Amphilochii* nomine extant, incertæ admodùm fidei ſunt; ſic hæc Homilia, primâ ſtatim fronte, impoſturam ſuam manifeſtè prodit. Scriptam eſſe poſt exortas de cultu Imaginum controverſias, Sole clarius eſt, ubi venerabilium Imaginum oppugnatores, inter inſigniores Hæreticos reputantur: Meminit non ſemel Imaginis Chriſti in Templis collocatæ: Introducitur Chriſtus B. *Petro* Principi ſuo & Coriphæo mandata tradens; Denique Hiſtorias ſuas, ſeu veriùs, Fabulas ex libro *de Vitis Sanctorum* ſe deprompſiſſe, diſertè tradit. Hæccine ævi Amphilochiani? Videant æqui & prudentes rerum æſtimatores, quâ fronte ejuſmodi quiſquiliæ ſub ſanctiſſimorum & antiquiſſimorum Patrum nominibus nobis obtrudantur. Certè utrumque opuſculum ex unâ eâdemque officinâ prodiiſſe videtur. Niſi dicere malimus, poſterioris auctorem ex Homiliâ iſtâ, paucis aliunde adſcitis, opuſculum ſuum conſarcinaſſe. Habentur apud Cl. *Galenum* iſta *Amphilochio* adſcripta: *Diegeſis de Sylveſtro PP. De Miraculis S. Baſilii. Jambi de SS. libris legendis.* Extat apud Virum Nob. *Georgium Wheelerum* Amphilochius *in Mariam Magdalenam.*

Illis quæ à Doct. *Cave* allata ſunt ſequentia addit Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græc. *Tom. VII. p.* 500 &c. ſcilicet qood *Facundus* XI. 3. laudat *Amphilochium* in illud *Joh.* XX. 17. *Aſcendo ad Patrem meum & ad Patrem veſtrum*, obſervatque inter alia,

1º. *Orationem in Chriſti Natalitia* extare (ut & cæteras quas edidit *Combefiſius*) Latinè in Bibl. PP. Lugd. *Tom. V.* & in Bibl. Concionator. ejuſd. *Combefiſii*, qui eam ait ſe accepiſſe à *Joh. Auberto*, qui *Amphilochii* editionem pridem meditatus, è Regio codice eum Sermonem deſcripſerat.

2º *Orationem in Chriſti circumciſionem &c.* non *Amphilochii* ſed incerti Authoris videri.

3º *Orationes in occurſum Domini* deque *Deipara*, *Anna* ac *Simeone* prodiiſſe ad calcem *Theophilacti* in Acta cum *Laur. Siſani* interpretatione *Colon.* 1568. fol. & in Auct. Bibl. PP. *Pariſ.* 1624. & Tom. XIII edit. 1654. Latinè etiam in Bibl. PP. Colonienſi Tom. IV. atque ex aliâ Interpretatione in Tomo V. *Aloyſ. Lipomanni* & apud *Surium* 2 Febr.

4º *Oration. in Deiparam & Simeonem* ex *Sirmondi* Apographo ſub *Amphilochii* nomine editam.

5º. *In Lazarum* &c. quoque à *Joh. Auberto* ex Regio Codice deſcriptam *Combefiſium* accepiſſe.

6º. *In diem magni Sabbathi &c.* Hanc orationem vulgatam fuiſſe primò Græcè ex MS. Thuaneæ Bibl. cum verſione à *Petro Pantino* Tiletano, Decano Bruxellenſi *Antverpiæ* 1598. 8. additam tribus homiliis SS. *Methodii*, *Athanaſii* & *Chryſoſtomi*. Extare quoque ex eâ *Pantini* verſione in Bibl. Patr. Colon. *Tom. IV.* & in Supplem. Pariſ. A. 1639. *Tom. I. pag.* 626. Verterat & *Achilles Statius* Lovan. 1551.

7º Orationem *de Pœnitentia* &c. ſcriptam fuiſſe poſt Controverſiam motam de Cultu imaginum, ad quam adſtruendam quædam narratiunculæ inſeruntur.

8º *Jambos ad Seleucum*, (cujus matertera *Olympias*,) præcepta morum & doctrinæ atque librorum Sacræ Scripturæ enumerationem complexos, cum Metaphraſi Latinâ Jambicâ *Joachimi Zehneri* Superintendentis Schleuſingenſis, (quem *Zechnerum* vocat *Combefiſius*) editos *Schleuſingæ* 1609. 8. Sunt verſus CCCXXXIII. *Combefiſius* non credit eſſe *Gregorii Nazianzeni*, ut pertendit *Billius*: primùm enim, *inquit*, minùs quadrant hic poſita de libris Canonicis, cum iis quæ habet de illis Theologus, carmine de iiſdem *p.* 98. edit. *Pariſ.* ubi abſolutè pronuntiat de *Pauli* Epiſtolis & VII. Catholicis, nullâ mentione libri *Eſther* aut Apocalypſi. Et quoque videntur hi Jambi non

ita

ita accedere ad cothurnum *Gregorianum*, potiùſque referre facilem *Amphilochii* venam ac nonnihil licentius decurrere &c.

5°. Ἰαμβοι ἐκ ἐκλογῆς collectas fuiſſe à *Combefiſio* ex ſcripto ad *Seleucum*.

10 Vitæ & miraculorum *S. Baſilii* Auctorem non *Amphilochium*, ſed alium longè juniorem. Hanc Vitam *Sigeberto Gemblacenſi* memoratam legi Latinè ex verſione *Combefiſii* etiam in *Actis SS. Jan. Tom. II. p. 926. ſeqq.* cum *Franc. Baetii* animadverſionibus, quibus ſuppoſitam eam eſſe *Amphilochio* oſtenditur, quod agnovêre *Baronius*, *Bellarminus*, *Poſſevinus*, *Tillemontius*, *Lambecius*, *Elias Dupin* &c. Ante *Combefiſium* Latine verterat *Urſus* Romanæ Eccleſ. Subdiaconus Seculo IX exeunte, *Anaſtaſii* Bibliothecarii temporibus clarus, de quo eadem Acta Sanctorum conſuli poſſunt *p. 937.* Illa *Urſi* verſio cum præmiſſa Interpretis præfatione extat in *Heriberti Roſweidi* Vitis Patrum *p. 156.* (*Comparatio Baſilii M. & Ephræmi Syri* (quæ eſt hujus Vitæ Caput XIII) extat ex *Ceſſii* interpretatione Latine in Suppl. Bibl. PP. *Pariſ.* 1639, *Tom. I. p. 625.*

11°. *De humanâ naturâ Chriſti, num propter unionem cum Divinâ ad præſcit præ ens*: Ex *Photii* CPol. Ἀμφιλοχίοις ſive quæſtionibus & reſponſionibus centum ad *Amphilochium* Cyzici Metropolitam de diverſis S. Script. locis, quæ in variis Bibl. integræ extant MSS^tæ. Addit falli *Combefiſium* qui caput illud pro genuino *Amphilochii* Iconienſis fragmento habuit.

12° *Vitam S. Ephræmi Syri* haud dubiè Scriptoris eſſe ab *Ephræmi* ætate, longè quàm fuit *Amphilochius* Iconienſis, remotioris.

13°. *Epiſtolam Synodicam*, qui reſpondet Synodicæ Epiſcoporum alterius Provinciæ, qui circa *Macedonii* hæreſim de Spiritu S. fluctuabant ac diſſentiebant, in MS. inſcribi Αμφιλοχίῳ Βασιλειος: Sed propter ea quæ de *Baſilio* in hac Epiſtola leguntur, *Baſilii* eſſe non poteſt, itaque ſub *Amphilochii* nomine edidit *Cotelerius* ut ſupra.

14°. *Homiliam extare* in Bibl. Cæſ. Vindob. Περὶ ἀγίας καὶ περὶ πονηρῶν ἀνδρῶν ἐκ Δὶξ βίλον ex *Neſſel*. V. p. 126.

Oudin. in Comment. *Tom. II. p. 217.* &c. pertendit omnia Opera ſub noſtri *Amphilochii* nomine à *Combefiſio* producta nullo excepto pertinere ad *Amphilochium* Cyzici Metropolitam, magnum *Photii* CPol. Patriarchæ amicum circa A. 860, creditque errores illos inſignes qui reperiuntur in vitâ S. *Baſilii* ab *Amphilochio* conſcriptâ, in *Amphilochium* Iconienſem cadere non potuiſſe.

Obſervat *p. 224.* Authorem Orationis *in Circumciſionem Domini & in Baſilium M.* ſupponere Chriſti *circumciſionem* feſtum eſſe quoddam medium inter Chriſti nativitatem atque ejus Epiphaniam: hoc autem Seculo IV non erat inſtitutum: Item feſtum *Baſilii* in Eccleſiâ jam univerſali ubique admiſſum eſſe: At Seculo IV inauditum Sanctos non Martyres feſto celebratos.

p. 225. Orationes duas *de occurſu D. N. J. C.* de *Deiparâ*, *Annâ & Simeone* recentioris ævi eſſe quàm *Amphilochium* Iconienſem, ſiquidem *feſtum purificationis ſeu occurſus* Seculo Eccleſiæ VI. & Imp. *Juſtiniani* tempore antiquius non eſſe.

p. 226. &c. *Baſilii* Vitam *Amphilochio* attributam agnoſci ſpuriam a *Baronio* in Annal. ad A. 363. n. 55. ad A. 378. n. 10. in notis ad Martyrolog. ad diem Jan. quo *Baſilius* obiit; *Bellarmino* ad A. 380. nam in ea multa hiſtoriæ contraria videntur *Eliæ DuPin*, unde mirum eſt *Bellarminum* in Apol. ad librum *Jacobi* Magn. Brit. Regis *c. 8.* & *l. 4. de Euchariſt. c. 24* citare hunc librum ut probet apud Veteres conſueviſſe deferri ad ægrotos Euchariſtiam ſub ſolâ ſpecie panis, & lib. *de Confirmat. c. 5.* ut confirmationem eſſe Sacramentum oſtendat. Mirum alleg̃ari à *Caſtro* in Enchirid. Controv. *c. 8.* pro reali præſentiâ Chriſti in Sacramento: ab *Hardingo* in Reſponſ. ad *Jelli* provocationem *Art. I.* pro Miſſa privatâ, *Art IX.* pro ſuſpenſione Sacramenti ſupra altare, *Art. XI.* pro fractione hoſtiæ in tres partes. Hic tamen notandum, *Amphilochium* tanquam Vitæ *Baſilii* auctorem citari ab *Anaſt.* Bibl. in Prologo ſuper quædam Miracula S. *Baſilii* apud *Mabillon.* Muſæi Ital. *p. 83.* Iſte autem Prologus *Urſo* Eccleſiæ Rom. Subdiacono inſcriptus eſt, in quo Vitam D. *Baſilii* à ſe Latinè verſam dicit. *Amphilochii* Vita *Baſilii* reperitur quoque MS. inter alia in Cod. membr. Sec. XII, Bibl. B. Mariæ Florent. apud *Monſfalcon.* Diar. Ital. *p.* 364. Item in Vatic. inter Codd. Græc. *Pii II* num. 21. & *Abrah. Maſſ.ed.* num. 12. Inter Codd. Copticos (quos ex Oriente advexit *Aſſemannus*) extat num. 10. *Amphilochii* noſtri *Homilia* de Abraham & Iſaac.

* De *Amphilochio* item videri poſſunt *Elias DuPin* Sec. IV. p. 222. *Nat Alexand.* cap. 6. art. 21. *Poſſevin.* p. 67. *Cacou.* p. 130. *Baldaſſ.* p. 27. *Gerb.* Patrol. p. 200. *Miræus* in Auctar. cap. 35. *Bellarmin.* ad A. 380. *Rivet.* Crit. Sacr *lib. 3. cap. 27.* *Baillet* ad 23 Nov. *Aſſeman.* Bibl. Orient. Tom. I *p.* 595. 600. 603 & 618. Inter ſictitios Carmelitas recenſetur *Amphilochium* in lib. Gallic. cui tit. *Moines traveſtis* Vol. 11. p. 89. ac inter *Teſtes veritatis* contra *Imagines* cap. 122. Vid. & *Placc.* in Pſeud. *p.* 48. *n.* 154.

AMPHINGIUS vel AMPSINGIUS (*Samuel*) cujus extant

Diſpp. III Theologicæ adverſus Anabaptiſtas, I de Incarnatione Filii Dei, II de Pædobaptiſmo, III de Diſciplina Eccleſiaſtica. Lugd. Bat. 1619. (a) 1639 (b). in 8.

(a) *Lipen* I. 531. Pag 36 idem opus ſub nomine *Joh. Aſſueri Ampſingii* memoratur.
(b) *DuPin* Tab. Univ. *Tom IV p.* 1004.

AMPHORA (*Onuphrius*) Surrentinus, Congreg. Regul. Præpoſitus Generalis XI qui obiit A. 1640, Edidit, referente ex *Silos* Hiſt. Cleric. Regul. *T. III. fol.* 620 *Oleario* in litteris A. 1676. 26 Jun. apud *Placc.* in Anon. *p.* 116. *n.* 731 y.

Libellum Exercitiorum Spiritualium, ad Joannem Auſtriacum, Buteræ Principem, Neapoli.

AMPIGOLLUS (*Antonius*) Vid. RAMPELOGUS.

AMPOS (*Hieronymus de*) Hiſpanus, Commendator (ut Præfectos domorum vocant) Ordinis S^ti Antonii, Scripſit

1. *Silva de varias queſtiones naturales y morales con ſus ſoluciones ſacadas de Griegos y Latinos.* Valentiæ 1587. in 8.

2. *Directorio eſpiritual del alma prudente.* Matriti 1593. in 8.

3. *Manual y Directorio de la oracion vocal del Alma Chriſtiana* Ibid. 1600. in 8. * *Nic. Anton.* I. 434.

R. AMRAM (*Jacob* fil.) clarus Sec. XVII. Scripsit Hebr. contra Chriſtianos librum cui tit.

Porta veritatis, quem anno 1634 ſcriptum, ex *Radulphi Cudworthi* Bibliotheca accepit, ejuſque contra N. T. exceptiones confutavit *Rich. Kidderus*, Epiſc. quondam Bathonienſis & Wellenſis in *Part. III* Demonſtr. Meſſiæ *cap.* 3. qui in præfatione teſtatur, ſcripto hoc religionem Chriſtianam tam acerbe oppugnari, ut ſimile illi exemplum non exſtet, nec inpoſterum ſit expectandum. Citatur idem liber à Viro Cl. *Alixio* in Præf. ad Epiſt. *de duplici adventu Meſſiæ*, teſte *Wolfio* p. 581.

Raf AMRAM Rector Soranæ Academiæ circa A. M. 4606 C. 846. cui *Zemach David* ad hunc annum tribuit *Ordinem precum* ex more Judæorum Hiſpanorum. Eſt & *Amram* Moguntinus incola, de quo mira fingunt Judæi in *Schalſcheleth* p. 36 b. cujus auctor dubie aſſerit, eundem hunc eſſe cum priore, de quo *Wolfius* p. 953.

AMRUS *Matthæi* filius, Scriptor Syrus Neſtorianus,

nus, Tirhanæ in Patriarchali Neſtorianorum provincia natus, claruit circa A. C. 1340. Alius eſt à *Mari Salomone*, libri qui inſcribitur *Turris* auctore: Qui vero librum illum *Amro* tribuunt, tum MSS. Codicum fide moventur, quibus diſertum *Amri* nomen præfigitur, tum potiſſimum *Abulbarcati* auctoritate, qui in lib. *de divinis officiis* cap. 7. eum *Amro* quoque adſcribit: verum præterquam quòd ejuſdem libri auctor *ſect.* 5. *cap.* 5. expreſsè docet ſe ſub Patriarchis *Machida* & *Barſuma* vixiſſe, quorum prior A. C. 1110, & poſterior anno 1137 obiit, alter ipſius operis Tomus, A. C. 1214 ab amanuenſi exaratus dicitur, ideoque ad *Amrum* nullatenus referri poteſt. Hanc autem hallucinationis cauſam fuiſſe putat *Aſſemanus*, quod *Mares* & *Amrus* ejuſd. tit. opus, *Turris* ſcil. ediderant: *Hiſtoriam* præterea *Patriarcharum Neſtorianorum* quam *Mares* cap. 5. ſect. 5. ad *Ebedjeſum* perduxerat, *Amrus* in compendium redactam multiſque additamentis interpolatam, ad *Timotheus II* prædeceſſorem *Jaballabam* continuavit. Utriuſque libri, *Maris* ſcilicet & *Amri* exempla extant, *Renaudotio* teſte, in Bibl. Reg. Pariſ. & Palat. Medicea. In Vatic. *Maris* quidem duo Tomi habentur, quorum alteri ad calcem ſubjecit amanuenſis abſolutum fuiſſe Anno Martyrum 1117 (C. 1401.) Apographum verò exaratum Anno 1075 (C. 1359).

Vocatur autem *Amri* liber *Megdal*, h. e. *Turris*, in quinque Parte diviſus, Exſtat inter Codd. Arab. quos ex Oriente advexit *Aſſemanus* num. 41. peevetuſtum quidem exemplar, ſed initio ac fine mutilum.

Pars I deſideratur.

Pars II continet *Præfationes V* & *Capita VIII*. Præf. 1, 3 & 4 deſiderantur. *Præf.* 2. Cur Orientales appellati ſint Neſtoriani, & quis *Neſtorii* Patriarchæ CPol. nomen iis impoſuit, quum ille Græcus eſſet, ipſi verò Syri *&c.* *Præf.* 5. de ſenſu Unionis & Filiationis. *Cap.* 1. Orientem partium mundi nobiliſſimam, & *Cap.* 2 primam eſſe mundi partem, quam homines habitarint, oſtenditor. *Capp.* 3, 4 & 5 deſiderantur. *Cap.* 6 Dei notitiam in eumque fidem, nec non legem, Sacerdotium, factamque de Chriſti adventu promiſſionem ex Oriente proveniſſe. *Cap.* 7. Adventum Chriſti in Oriente primùm annunciatum fuiſſe, in eumque homines credidiſſe. Hic *Amrus* de *Zoroaſtro*, deque Magis multa congerit. *Cap.* 8. de SS. Apoſtolorum prædicatione in diverſis mundi partibus: ubi ab *Addeo* & *Maei*, nec non à D. *Petro* prædicatum fuiſſe in Oriente, hoc eſt, in Meſopotamia & Chaldæa, Evangelium affirmat; Babylonem enim in altera S. *Petri* Epiſtola memoratam nil aliud eſſe, quàm celeberrimam illam Aſſyriæ urbem.

Pars III continet *Capita VII* & Epilogum. Deſunt omnia Capita. *Epilogus*, de Patriarchis & Imperatoribus, deque iis, quæ eorum temporibus contigêre, ex quo Imperium ad Chriſtianos devenit, hoc eſt, à *Conſtantino* Imp. uſque ad *Heraclium*: ubi *Eutychii* Alexandrini Chronicon in compendium redactum deſcribit *Amrus*; nec non ex *Severo Mokaffeo* nonnulla mutuatur; Nicænos autem Patres, iis exceptis quos ex Oriente adveniſſe, confeſſioniſque gloria claruiſſe teſtatur, corpore mutilos fuiſſe tradit: quod falſum eſſe contendit *Aſſemanus*. Subjungit *Amrus*, poſtquam Iconoclaſtarum hiſtoriam retulit, duo Capita, *I* de ſenſu quo Imagines coluntur, *II* de Cantu in oratione uſurpato.

Pars IV de gentibus, ſectis, opinionibus & religionibus, deque Conciliorum numero: *Capp. VII.* 1 de Judæorum gente; deque Regibus & Prophetis: 2 de Samaritanis: 3 de antiquis Romanorum & Græcorum ſectis: 4 de ſectis, quæ poſt Apoſtolorum prædicationem in terris Romanorum Græcorumque extiterunt. Ex *Eutychio Alexandrino* hæreticos recenſet à *Simone* Mago ad Monothelitas; 5 de templo ſub nomine *Michaëlis Archangeli* exſtructo Alexandriæ, qui & *Saidus* Patricides: 6 quod Orientales ab antiquis temporibus ad hanc diem opus non habuerint, ut Concilium ad ſtabiliendam collapſam fidem cogerent: 7 Recenſio Conciliorum, & Occidentalia quædam hæc recenſet, Ancyranum, Neocæſarienſe, Nicænum, Gangrenſe, Antiochenum, Laodicenum, Sardicenſe, CPolitanum, Epheſinum I adverſus Neſtorium, Epheſinum II, Chalcedonenſe, & CPolitanum II. Orientalia verò ſub *Iſaaco* Patriarcha Canones 22. ſub *Ezechiele* 36. ſub *Jeſujabo* 12. ſub *Timotheo* 98. ſub *Joſue Barnun* 130 & ſolutiones quæſtionum 70, ſub *Ananjeſa* Canones 20. ſub *Joanne* Tomum Canonum.

Pars V. Fundamenta VII continens & Epilogum.

Fundam. I. de Chriſto & Apoſtolis XII deque nonnullis diſcipulis, ubi & de Epiſtola Chriſti ad Abgarum ex Chronico *Joannis* filii *Saidi* Melchitæ.

Fundam. II de Patriarchis Orientis eorumque geſtis, quæ *Amrus* accuratè deſcribit ab *Abee* uſque ad *Jaballabam* Timothei II prædeceſſorem, ſubjicitque ad calcem Catalogum Metropolitanorum & Epiſcopalium Sedium, quæ Patriarchæ Orientis ſubjectæ ſunt.

Fundam. III continet Capita 14 de Orthodoxa Fide ejuſque expoſitione ex mente Patrum Orientalium. Deeſt *Cap.* 1. Cap. 2. in quatuor ſectiones diſtributum: *Sectio* 1 Præf. libri de fundamentis fidei ab Elia Patriarcha Orientis compoſiti & in ſectiones 21 diviſi. *Sect.* 2 ex eodem libro de Unione Verbi Dei cum perfecta humanitate ex Maria Virgine aſſumpta. *Sect.* 3 ex eodem, teſtimonia de humanitate Chriſti. *Sect.* 4 teſtimonia de divinitate Chriſti. *Cap.* 3 in quatuor partes & octo ſectiones diviſum. Tractatus *Eliæ* Metropolitæ Niſibis ex libro de fide Orthodoxa. *Cap.* 4. libellus *Georgii* Metropolitæ Moſulani de fide Orientalium. *Cap.* 5 Libellus *Machicha* Patriarchæ Orientis. *Cap.* 6 Fides *Michaelis* Epiſc. Amidæ & Majapharchini. *Cap.* 7 de Deo uno & trino. Tractatus *Ebedjeſu* Metropolitæ Niſibis, continens Fundamenta VII, ſectioneſque XXVII. *Cap.* 8 ex eodem *Ebedjeſu*. Cap. 9. de inhabitatione & Unione; eſt *cap.* 8. libri *Ebedjeſu*. Cap. 10 ex eod. libro, quòd leges veteres jure abrogatæ ſint, lex autem D. N. J. C. abrogari nequeat. *Cap.* 11 Fides *Jeſujabi* Metropolitæ Niſibis, cognomento *Ebu-Malchoa*. Cap. 12 Epiſtola *Machicha* ad quendam fidelem Aſpabani commorantem ſcripta, quum Metropolita Moſul & Arbelæ eſſet. Deſunt *Capp.* 13 & 14.

Fundam. IV continens *Capp.* 4. Reſponſa & Quæſtiones. Deeſt *Cap.* 1 & 3. *Cap.* 2. In quo conveniant Chriſtianorum ſectæ circa Unionem. *Cap.* 4. Reſponſio ad eum, qui objicit, duos à nobis (loquitur *Amrus*) filios aſſeri.

Fundam. V continens *Capp.* 4. Objectiones & Reſponſiones. *Cap.* 1 Enarratio eorum, quæ Presbytero *Sabarjeſu* Pauli Moſulani filio cum quodam Judæorum doctore contigere circa Chriſtum. *Cap.* 2 Reſponſio adversùs eos, qui aiunt Mariam Deum genuiſſe. Ubi teſtimonium profert *Jeſujabi* Metropolitæ Niſibis ex Epiſtola cui tit. *Demonſtratio.* Cap. 3 confutatur præcipuum Jacobitarum argumentum. *Cap.* 4 Reſponſio ad eos, qui dicunt Deum paſſum & crucifixum fuiſſe.

Fundam. VI continet duas Partes. I de iis qui ſecundam ſententiam tenent, hoc eſt, de Melchitis, in tractatus 2 diviſa. II continet tractatum I. & 4 capita, de iis qui tertiam ſententiam tenent, hoc eſt, de Jacobitis. Hæc ex *Aſſeman.* Tom. III. p. 580 *&c.* ubi ad priores variis locis remittit.

AMSDORFIUS vel AMSDORFFIUS (*Nicolaus*) Naoburgenſis juxtà Auguſtanam Confeſſionem Epiſcopus, in Miſnia anno 1483. die 3 Dec. prope *Wurcenam* natus. Anno 1501. cùm in Saxonia ad Albim Wittenbergæ auſpiciis *Friderici III* Electoris aperta eſſet ſchola publica, hanc acceſſit *Amsdorfius*, &, animum ad S. Theologiæ cognitionem, & divinarum rerum

rerum contemplationem convertit. Ibi anno 1504. quarum promotionis actum titulo Magiſtri accepto, illuſtravit, ac paucis poſt annis Licentiatus Theologiæ renunciatus. Anno 1521. *Lutherus* cum ad cauſam dicendam coram Cæſare & Imperio *Wormatiam* evocatus eſſet; *Amsdorfius* eò cum *Hieronymo Schurfio*, Icto, & *Juſto Jona* Theologo ipſum comitatus eſt. Poſtea eodem anno *Wittenbergæ* una cum ſociis *Juſto Jona*, *Melanchtone*, & *Joanne Dulcio* vel *Dolz* Miſſæ abrogationem defendit, in eâque Academiâ Rectoratum adminiſtravit.

Anno deinde 1523. cùm vir quidam pius ad Electorem Saxoniæ libellum miſiſſet, in quo docebat *tres eſſe capitales errores, quibus in Papatu Chriſtiani fuerint ſeducti, de libero arbitrio, quod revera ſit ſervum, de meritis operum, quæ ſint potiùs fidei, de traditionibus hominum, cùm in verbo Dei ſit acquieſcendum;* Præfationem libello illi præfixit *Amsdorfius*, qua demonſtrat è Scripturis, *Papam eſſe Antichriſtum*.

Anno 1524. Magdeburgenſes Lutheranæ doctrinæ cupidi *Lutherum* Wittembergæ evocant; Qui habitis ibi quibuſdam concionibus, & paucos dies moratus, cùm conſilium ſuum de emendatione Religionis Conſuli *Nicolao Sturmio*, & delectis civium expoſuiſſet, *Amsdorfium* ſe ipſis miſſurum oſtendit, cui non ſecus ac ſibi ipſi omnibus in rebus confidere poſſent. *Amsdorfius* ergo de ſententia *Lutheri* Magdeburgum profectus, Eccleſias ibi, collega fido *Eberardo Widenſeio*, doctrinæ ſuæ voce & conſiliis ſalutaribus, totos octodecim annos rexit. Ibi etiam dum agit, *Goſlariam* per Senatum illius reipublicæ evocatus, ordinem ibi rituum & doctrinæ in omnibus templis ad formam Eccleſiæ *Wittembergenſis*, & *Magdeburgenſis* inſtituit.

Anno 1531. dubia docentium coram Senatu ibi cognovit, ac duobus dimiſſis alios ſuffecit. Anno deinde 1541. mortuo *Philippo* Comite Palatino, Epiſcopo Naumburgenſi, à Collegio quidem in ejus locum ſurrogatus eſt *Julius Pflugius*, ab Electore autem Saxoniæ ſucceſſor datus eſt hic *Amsdorfius*, qui die 20 Jan. anni 1542. præſente *Friderico I.* Electore, & *J. Erneſto* fratribus Ducibus Saxoniæ, in ipſo oppido Naoburgi ad Salam, Epiſcopus à *Luthero* ordinatus eſt. Electionis hujus, & ordinationis defenſionem, & cauſas cur *Julius Pflugius* à Collegio electus, contra ab Eccleſia & Ordinibus, ac Patronis Eccleſiæ rejectus ſit, libro publicè edito poſtea *Lutherus* reddidit. Actio autem illa Electoris inprimis *Caroli V* animum jam ante alienatum, exacerbavit. Itaque cùm in comitiis Spiræ poſtea *Julius* de injuria illa Saxoniæ Ducis quereretur, Cæſar eum ad exigui temporis patientiam hortatus; *Tua cauſa*, inquit, *erit mea cauſa*. Sexto itaque anno poſt, à *Carolo* Victore *Pflugius* reſtitutus eſt, *Amsdorfius* autem *Magdeburgam* profugit.

Anno 1548 evulgato libro Auguſtano, cùm res per fines *Mauritii* Electoris Saxonici ad mutationem ſpectare viderentur, *Amsdorfius* inter alios Wittembergenſibus ac Lipſienſibus ſeſe oppoſuit in triſti illâ de *Adiaphoris* controverſiâ, quæ totum decennium duravit. Cùmque anno 1550. menſe Octobri Magdeburgum obſidione cincta eſſet, *Amsdorfius* nihilominus ibi ſubſtitit, moroque inſuper bello Theologico anno 1551. *de bonorum operum neceſſitate ad ſalutem*, (quam propoſitionem *Georgius Major* defendendam ſuſceperat,) *Amsdorfius* ad contrariam delapſus partem, ſcripſit *bona opera eſſe ad ſalutem noxia & perniciosa* ac maximam propterea ſubiit invidiam; ſed ita ſuam explicavit ſententiam, ut nocere diceret opinione meriti. Melius itaque ſenſit quàm locutus eſt, ut notat *Seckendorfius*. Magdeburgo Jenam venit, ubi die 2 Febr. 1558 ſolenni ejus Academiæ inaugurationi, (ut fundationi 19 Martii 1548. adfuerat) intereſſuit. Obiit cælebs d. 14 Maii 1565. ætat. 82.

OPERA Germanica:

1. *Epitome Chronicorum* Naucleri *de Paparum perfidia in Romanos Imperatores.* Magdeb. 1534. in 8.

2. Notæ *uber* Pauli III *Bulle des groſſen Ablaſſes zu Ausrottung der Lutheriſchen Ketzeren* 1546. in 4. Notæ in Bullam Indulgentiarum Papæ *Pauli III* pro extirpatione Lutheraniſmi.

3. *Antwort, Glaube und Bekantniſſ auff das* Interim 1548 in 4. *Amsdorfii* Reſponſio, Fides & Confeſſio ſuper Interemiſtico decreto. Vid. *Placc.* in Pſeud. *n.* 2441. *p.* 559.

4. *Daſs die zu Wittenberg im II Theil der Bucher* D. Mart. Lutheri *im Buche, daſs dieſe Wort Chriſti: das iſt mein Leib noch veſte ſtehen, mehr denn ein Blatt, 4 gantze* Paragraphos *auſſen gelaſſen* 1549. in 4. *Lipſ.* verb. *Calviniſmus Wittenberg.*

Tractatus tres adversùs Majoriſtas, nimirùm

5. *Daſs* D. Domer *und* D. Major *mit ihrem Adiaphoriſten Ergerniſſ angerichtet* 1551. in 4.

6. *Daſs die* Propoſitio *gute Wercke ſind ſchädlich zur Seeligkeit, eine recht Chriſtliche* Propoſitio *ſey*, 1559. in 4.

7. *Underſchreibung der Sachſ. Kirchen-Cenſuren wider* D. Majoris *Lehren*, 1559. in 4.

8. *Unterricht, auff* Oſiander *Bekantniſſ, daſs die Gerechtigkeit der Menſchheit Chriſti allen glaubigen Sundern geſchencket werde* 1553. Monitum circa opinionem *Oſiandri* de efficacia mortis Chriſti pro omnibus.

9. *Von dem Pabſt und ſeiner Kirche* 1554. in 4. De poteſtate Pontificis & ejus Eccleſia.

10. *Das in der Schrifft außdrücklich verkundiget iſt, daſs die Rom. Kirche vom Chriſtlichen Glauben abfallen werde* 1555 in 4. Romanam Eccleſiam à Fide Chriſti deviam fore.

11. *Predigten aus* Lutheri *Schrifften uber die Propheten, daſs Teutſchland, wie Iſrael und Juda, wird zerſtöret werden, um gleicher Sunden willen.* Rom. 1562. in 4. Conciones in Prædictiones *Lutheri* Germaniam ſicut Iſrael & Juda fore deſtructam propter peccata.

12. *Polemicum ſcriptum* contra *Tilemannum Heshuſium*, Magdeb. 1565.

13. Edidit quædam *de Sacra Cœna*, ad quæ *Bucerus* reſpondit.

14. Judicium Epiſtolâ quadam tulit de *Eraſmo*, quæ *Lutheri* operibus inſerta eſt.

15. Quinque *Amsdorfii* Epiſtolas ad *Wenceſl. Lincum* exaratas, ex tabulis MStis in lucem protulit *Verpoortenius* in Sacris Seculi XVI Analectis, ed. *Coburg.* 1608. in 8. Ex hoc libello duas exhibet *Schelhornius* Numb. Liter. *p.* 41. quarum *prior* data eſt 21 April. 1543. *altera* 28 Jun. 1544.

16. Aliæ adhuc *Epiſtolæ* ab eo ſcriptæ latitant in Biblioth. Ill. *Kraffitii*. Vid. *Schelhorn.* Amœnit. Litter. *Tom. III p.* 115.

Lutherus ad eum plurimas dedit.

17. Non ſolum in Sacris Bibliis in vernaculum transvertendis *Lutheri* Collega & Paraſtates fuit, ſed & ejus ſcripta unà cum *Rorario* ex Autographo reviſit, quæ hodie *Jenenſia* dicuntur. * Conf. *Zeumer.* Vit. Prof. Jenenſ. pag. 2. *Melch. Adam* p. 32. *Lipen.* Bibl. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 302. *Fabric.* Centifol. Luther. *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. V. *Micrælii* Syntagma Hiſt. Eccleſ. *p.* 734. ubi *Amsdorfius* anno 1563 mortuus dicitur.

AMUNDISHAM (*Johannes*) ad fanum Albani Monachus & Oxonii in Collegio Gloceſtrienſi ſtudentium Monachorum Præſes, claruit A. C. 1450. Cognitione rerum tum naturalium, tum divinarum excelluit, qui, ſi incidiſſet in doctum ſeculum, magnus in utroque ſcribendi genere evaſiſſet. SCRIPSIT

1. *Acta* Abbatis *Joannis Frumentarii*, cui, dum viveret, familiaris fuerat Noſter, eumque etiam mortuum tam magni fecit, ut accuratâ diligentiâ ejus vitam perſcriberet, contra Monachos ipſius adverſarios.

2. *Clypeum* pro eodem Abbate.

3. Diverſi generis *Carmina*.

4. *Epiſtolas* ad diverſos. Hæc ſola ſunt ex omnibus

bus ejus opuſculis, quorum titulos in Ramcienſi Monaſterio ſe vidiſſe teſtatur *Baleus* Cent. VIII. cap. 15.

AMYDENIUS (*Theodorus*) in Romana Curia Cauſarum & Regius Advocatus, claruit Romæ circa A. 1630. SCRIPSIT inter alia

1. *De pietate Romana* libellum quadripartitum. *Romæ* 1625. in 8.

2. *Panegyricum in Urbanum VIII.* Lugd. 1625. in 8. (a)

3. *Tractatum de officio & juriſdictione necnon de ſtylo Datariæ, omnibus Epiſcopis & eorum Vicariis, ſingulisque Eccleſiaſticis, &c. Parochis, Confeſſariis, cæterisque Animarum Curatoribus utiliſſimum.* Colon. Agrip. 1701. Wilh. Metternicht fol. *Editio in Germaniâ prima, ab innumeris mendis, quæ antehac irrepſerant, expurgata.* Hanc tamen produit prior ſub auſpiciis *Innocentii* X ut patet ex Epiſtolâ nuncupatoriâ.

(a) *Allatii* Apes Urb. p. 239.

AMYRALDUS (*Moſes*) Proteſtantium V. D. Miniſter Salmurienſis ac Theologiæ Profeſſor, gente Gallus, honeſtâ familiâ natus, patriâ Burgolienſis (de *Bourgueil* in Turonia) natus eſt Menſe Septembri 1596. Is peracto Philoſophiæ curriculo, Pictavium miſſus eſt, ut Juriſprudentiæ operam daret, in quâ conſumptis ſingulo quoque die horis 14. Licentiatûs gradum brevi obtinuit, anno nimirum 1616. verùm hortatu & conſiliis Dn. *Boucherean* Miniſtri Salmurienſis, Theologiæ partes amplexus, ad quod propoſitum non parùm contulerat *Calviniana Inſtitutionis* lectura, impetratoque ad hunc finem, ægrè licèt, patris conſenſu, Salmurium petiit, ubi docentis *Cameronis* auditor, ſingularem Magiſtri benevolentiam captavit. Miniſter factus, ſuſcepitque primum curâ Eccleſiæ S. Agnani, (in Provinciâ Cenomanenſi) indè ad Salmurienſem, in locum *Dailli* qui Charentonianæ præfectus fuerat, tranſlatus eſt anno 1626; nec multo poſt ejuſdem Academiæ Profeſſor eſt renunciatus, anno nimirum 1633; propugnatis anteà maximo omnium plauſu Theſibus inauguralibus *de Sacerdotio Chriſti*. Anno 1631 miſſus fuerat ad Synodum Charentonianam, à quâ & ad Regem Chriſtianiſſimum deputatus eſt, qui ei exhiberet *Libellum querimoniarum de Infractione Edictorum*; atque tam ſolerte & tam felici hac in Legatione operâ uſus eſt, ut coram Rege ſtans perorandi veniam impetrarit. Vir erat multâ urbanitate, multâ rerum Politicarum ſcientiâ inſtructus, nec earum tantum, quæ Profeſſionis ſuæ erant, limitibus circumſcriptus, undè & maximam ſemper invenit gratiam apud Potentiſſimos utriusque Religionis Viros, inter quos Cardinalis *Richelius*, cujus juſſu nonnulla de procurandâ Eccleſiarum unione cum eo collata ſunt: Mareſchalli *de Brezè*, & *de la Meilleraie*; Dn. *le Goux de la Berchere* Parlamenti Burgundiæ Præſes Primarius, Epiſcopi & Archiepiſcopi non pauci, ac præ omnibus Cardinalis *Mazarinus*, qui ſingulari eum benevolentiâ ac ſtudio proſecutus eſt.

Scriptum quod publicavit *Amyraldus*, in quo myſterium Prædeſtinationis & Gratiæ, juxta *Cameronis* hypotheſes explicavit, bellum quoddam civile excitavit inter Reformatos in Gallia Theologos. *Amyraldum* Dordracenam Synodum violaſſe, & Arminianiſmo favere magnus *Molinæus* clamitabat; cujus autoritas tantum apud complures Miniſtros pondus obtinuit, ut, etiamſi *Specimen doctrinæ Calvini* evulgaſſet *Amyraldus*, in quo Gratiam univerſalem à *Calvino* eductam fuiſſe contendebat, attamen non pauci in Synodo Nationali Alençonii A. 1637 habitâ adfuerunt Deputati, mandatis adverſus *Amyraldum* inſtructi, quorum aliqui adeo fervidi fuêre, ut ad depoſitionem recta contenderent. Cœtus nihilominus, audito in variis ſeſſionibus *Amyraldo*, qui ſuam expoſuit ſententiam, & propoſitis ſibi difficultatibus ſatiafecit, eum ad muneris exercitium honorificè dimiſit, ac ſilentium da bis quæſtionibus impoſuit, quod non adeo religioſè fuit ſervatum. Ad Synodum Nationalem Carentonianam A. 1645 delatæ ſunt querelæ adverſus *Amyraldum*, tanquam ſtatutorum, quæ ſilentium hoc ſpectabant, violatorem, qui viciſſim eâdem de re conqueſtus eſt. Utriusque partis querelas ſempiternâ oblivione involvit Cœtus, ſilentii ſtatuta renovavit, *Amyraldum* denuò ad munus cum gloriâ dimiſit, eique licentiam dedit faciendi adverſus exteros qui ipſum aggrederentur, quod probaret Synodus Andegavenſis: quæ *Amyraldo* permiſit tribus *Frid. Spanhemii* da Gratia Univerſali voluminibus Reſponſum edendi, & hæc fuit quamplurium librorum origo. Durante Synodo anni 1645 Cœtus *Amyraldum* rogavit ut cum *Milleterio* colloquium iniret, quem ad viam reducere tentaret. Stetit per aliquot dies colloquium, ſed inter eos non meliùs convenit vivâ voce diſputando, quam in libris ab utroque hunc in ſcopum antea editis. In dictâ Synodô impugnata fuit *Joſua Placæi* (de la Place) de peccato originali doctrina: quâ de re monitus *Amyraldus*, venit in conſpectum Cœtûs, Collegæ cauſam defenſurus, ac prolixo ſermone oſtendit, ſententiam de quâ querebatur, nil habere periculi: quæ ei in laudes obtinuit, non ſolum propter ſolertiam quâ *Placæi* doctrinam defendit, ſed & quia pro causâ Collegæ tantùm pugnabat *Amyraldus*; ejus etenim hac de re ſententia non erat *Placæi*.

Tandem diſſeminatâ plurimùm nominis ſui famâ piiſſimam mortem obiit 8 Jan. 1664 aut 1665. Vir ſummâ charitate in utriusque Communionis egenos commendandus, ſummâque cùm dicendi tum ſcribendi, ſive Gallice ſive Latine, tam in Prælectionibus quam in Concionibus facundiâ inſignis. Ejus Effigiem hoc Dyſticho adornavit Dn. *Du B ſc*;

A Moſe ad Moſen par Moſi non fuit ullus,
More, ore, & calamo, mirus uterque fuit.

SCRIPTA:

Gallica ſunt quæ lit. G. Latina quæ lit. L denotantur: quorum pleraque ad manus habeo.

1 *Tractatus de Religionibus adverſus indifferentes*, 1631 & 1652. G Germanicè verſus *Lipſiæ* 1665 vel 1667 in 12. interprete *Adriano Steger*. Dividitur liber in tres partes, quarum *prima* oppoſita eſt Epicureis Providentiam Divinam negantibus: *ſecunda* docet neceſſitatem Religionis Revelatæ, & *tertia* unam veram Religionem neceſſariò præferendam cæteris, eamque eſſe Chriſtianam.

2. *Tractatus de Prædeſtinatione.* Salm. 1634. & 1658. in 8. G.

3. *Conciones VI de Evangelii naturâ, extenſione, efficaciâ* &c. Salm. 1636. in 8. G.

4. *Specimen doctrinæ* Joannis Calvini *de Prædeſtinatione* (*l'Echantillon* de la doctrina da *Calvin* &c.) ante annum 1637 evulgatum, anno 1658 recuſum.

5. *De Juſtificatione* adverſus opiniones Dni *de la Milletiere.* Ibid. 1638 & 1658 in 8. G.

6. *De celſitudine Fidei & demiſſione Rationis* Liber, 1641. Gallicè.

7. *Doctrina* Joan. Calvini *de abſoluto Reprobationis Decreto Defenſio adverſùs Scriptorem Anonymum.* Salm. 1641 in 4. L. (*Lipenius* addit 1671) & G. 1644 in 8. Epiſt. nuncupatoria ad Virum Cl. *Joan. Maximil. Langlæum* apud Rothomagenſes V. D. M. data eſt prid. Cal. Sept. 1641.

8. *Diſſertationes Theologicæ VI*, quarum I *de Oeconomia trium Perſonarum*, II *de Jure Dei in creaturas*, III *de Gratia univerſali*, IV *de Gratiâ particulari*, antehac editæ, (anno 1644) nunc reviſæ prodeunt: V ad II Cor. XI, 3. *de Serpente Tentatore*, VI *de Peccato originis*, ad ſuperiores additæ ſunt. *Salm.* 1660 in 8. L.

9. Paraphraſis *Epiſt. ad Romanos.* Ibid. 1644 in 8. G.

10. *Paraphraſis Epiſt. ad Galatas.* Ibid. 1645. in 8. G.

11. *Obſerv.*

11. *Obſerv. ad Coloſſenſes & Theſſalonicenſes* Salm. 1645. in 8. G.

12. *Conſiderationes in Epiſt. ad Epheſios*. Ibid. in 8. L.

13. *Paraphraſis Epiſt. ad Hebraos*. Ibid. 1646. in 8. G.

14 *Paraphraſis Epiſt. ad Philippenſes*. Ibid. 1646. in 8. G.

15. *In Epiſtolas Catholicas SS. Jacobi, Petri, Joannis, & Juda* Ibid. 1646. in 8. G.

16. *Exercit. de Gratia Dei univerſali*. Salm. 1646. L.

17. *Diſcurſus de ſtatu fidelium poſt mortem*. Salm. 1646. & 1657. in 8. Londini *Anglicè*, & Ultrajecti *Belgicè*.

18. *Declaratio Fidei circa errores Arminianorum*. Salm. 1646. in 8. L.

19. Apologia Reformatorum (*Apologie pour ceux de la Religion*) 1647.

20. *De libero hominis arbitrio Diſputatio*. Salm. 1667 in 8. L. Epiſt. nuncupatoria Viro Ill. *Joh Croio* Eccleſiæ Biterrenſis Paſtori, data eſt die Paſchatis 1647 quo primùm prodiit.

21. *De ſeceſſione ab Eccleſiâ Romanâ, deque Pace inter Evangelicos in negotio Religionis conſtituendâ*, Salm. 1647. L. & *Germanicè* Caſſellis 1649. in 8. hoc tit. *Beleuchtung der Urſachen, warum die Evangeliſchen vom Pabſtbum abgetretten* &c.

22. *Conſiderationes in Cap. VII. Epiſt. D. Pauli ad Romanos*. Salm. 1648. in 8. L.

23. *Specimen Animadverſionum in eaſdem Exercitationes*. Ibid. 1648. in 4. L.

24. *De Jure Natura, quod Connubia dirigit*, Diſquiſitiones VI. *Salm*. 1648. in 8. Gall. & ex Gallico Latinè verſæ à *Bern. Henr. Reinoldo*, Anteceſſore Herbornenſe, ex Bibl. *Gerh. von Maſtricht*, qui Notas aliaque ejuſd. argumenti adjecit. *Stada* apud Henr. Brummerum 1712. in 8.

25. *Conciones II de Juſtificatione & Sanctificatione*. Ibid. 1648. in 8. G.

26. *Paraphraſis Epiſt. ad Corinthios*. Ibid. 1649. in 8. G.

27. *De Vocatione Paſtorum*. Ibid. 1649. in 8. G.

28. Ad *Guil. Riveti* Reſponſoriam Epiſtolam *Replicatio*. Ibid. 1649 in 8. L. eod. anno 15. Martii ſubſcripta.

29. *Adverſus Epiſtola Hiſterica Criminationes, Defenſio*, ad D. *Chabrolium* Thoarſenſis Eccleſiæ Paſtorem. *Ibid*. 1649 & 1662 in 8. L.

30. Conciones III, quarum I *de velo Moſis* ad II Cor. III, 13-16. *altera* ad ℣. 17. *tertia* ad ℣. 18. *Ibid*. 1651. in 12. G.

31. *Myſterium pietatis in quatuor Concionibus explicatum* ad I Tim. III, 16. *Ibid*. 1651 in 12. G.

32. *Paraphraſis in Evangelium S. Joannis*. Ibid. 1651. in 8. G.

33. *Ethica Chriſtiana*: VI vol. *in* 8. quorum primus lucem vidit anno 1652. G.

34. *Conciones in varia S. Scriptura loca*. Salm. 1653. in 8. G.

35. *De adminiſtratione Eccleſia*. Ibid. 1653. in 8. G.

36. *In Acta Apoſtolorum*. Ibid. 1654. in 8. G.

37. *De Regno Millenario* Tomi II adverſus *Lanaiſium* (*de Launai*) Pariſienſem Advocatum. Ibid. 1655. in 8. G.

38. *Concio in Hebr. XII, 29*. Ibid. 1656. in 8. G.

39. *Conciones VIII ad Hebr. VI, 4. 5. 6. & VII, 1. 2. 3.* Ibid. 1657. in 8. G.

40. *Conciones V* Carantonii habitæ & excuſæ 1658. in 8. G.

41. *Diſcurſus de ſomniis Divinis quorum in S. Scripturâ fit mentio*, ad Dn. *Gachet*. Salm. 1659. in 8. G.

42. *Apologia S. Stephani ad Judices ipſius*: Carmen. Ibid. 1660. in 4. G. Vid. *Dallaum* in lib. cui tit. *Replique aux deux Livres d'Adam & de Cottiby* P. II, cap. 27. p. 108.

43. *Deſcriptio Chriſtiani*. Amſtel. 1660. in 12. L.

44. *De Myſterio Trinitatis, deque vocibus ac phraſibus quibus tam in Scriptura, quàm apud Patres explicatur, Diſſertatio ſeptem partibus abſoluta*. Salm. 1661. in 8. L. In Parte I agit de Unitate eſſentiæ Dei: II de infinitate Dei: III de revelationa iſtius Myſterii in diſpenſatione Naturæ: IV de primordiis revelationis illius in Vet. Teſtamento: (Hanc inſeruit *Wagenſeilius* in libro inſcripto *Tela ignea Satana* pag. 140.) V de ejuſdem revalatione in Evangelio: VI da vocibus & phraſibus quibus explicatur in Scripturâ Sacrâ: VII.... apud Patres. *Bartoloccius* forte *Moſis* nomine deceptus, *Amyraldi* meminit *P. IV. p.* 668 tanquam Judæi converſi ad fidem, qui eruditiſſimam & Catholicam Diſſertationem de Myſterio Trinitatis &c. ſcripſerit. Hic quoque notandus ſimilis error cujoſdam Angli, religione Pontificii, qui in Notis ſuis Latinè ſcriptis ad excerpta quædam Orationum *Eduardi Dering* Lond. 1659 edit. de *Amyraldo* ſic loquitur: *Moſes* quidam *Amurath*, inquit, *Miniſter Salmurienſis, homo ſaltem nomine*, (*neſcio an & progenie*) *Judao-Turca*: & eum alibi vocat *Amyrath*.

45. *Paraphraſis in Pſalmos Davidis unà cum Annotationibus & Argumentis*. Salm. 1662. in 4. L. In Præfatione ſatis prolixâ, de variis effectibus S. Spiritûs in mentibus humanis fusè diſputatur.

46. Εἰρηνικὸν, ſive, *de ratione Pacis, in Religionis negotio, inter Evangelicos conſtituenda, Conſilium*. Salm. 1662. in 8. L. Epiſt. nuncupatoria Viris Cl. *Seb. Curtio, Joan. Heinio, Petro Muſao*, & *Joan. Hennichio*, Theologis Marpurgenſibus & Rinthalenſibus, data eſt 16 Jun.

47. *In Orationem Dominicam, Exercitatio*. Salm. 1662. in 8. L. ad D. D. *Coſinum*, Dunelmenſem Epiſcopum.

48. *In Symbolum Apoſtolorum, Exercitatio*. Salm. 1663. in 8. L. ad Virum Cl. *Jac. Capellum*.

49. Vita magnanimi *La Noüe* vulgò cognominati *Bras de fer*. G.

50. *Theſes Theologica*. Habentur plurimæ inter *Theſes Salmurienſes*, Genevæ recuſas 1665. in 4.

* De *Amyraldo* vid. *Baelii* Diction. *Epiſt. Crit* Gallica *Nov. Reip. Liter*. 1699. p. 285. *Lipen*. Bibl. *Le Long* p. 608. *Morhof*. Polyhiſt. Pract. *lib*. 5. *n*. 32 & 36. Du Pin *Tab. Univ*. Tom. IV. p. 863. *Hiſt. Bibl. Fabric*. P. V. *Kortholt* Hiſt. Eccleſ. *pag*. 901. *Fabric*. Syllab. Script. pro Verit. Relig. Chriſt.

AMYRUTZA (*Georgius*) natione Græcus, patria Trapezuntinus (*de Trebizonde*), Logotheta & Protovaſtiarius, ob eximiam rerum ſcientiam *Philoſophus* dictus, claruit an. 1461. Hic capta à Turcis *Trapezunte* urbe, ob corporis venuſtatem & jaculandi peritiam, præcipuè autem propter affinitatem cùm Baſſa quodam cujus erat conſobrinus, à *Mahomete* perquam humaniter tractatus eſt, CPolim ductus, inter Primores Regni locum habuit: hiſce illecebris devictus, repudiatâ fide Chriſtianâ, Muhammedaniſmi errores amplexus eſt, ac tandem morte repentinâ, dum aleâ ludebat, perfidiæ pœnas luit. Scripſit adhuc Chriſtianus, ad *Demetrium* Nauplii Ducem *de iis qua contigerunt in Synodo Florentinâ*, contrà Unionem. Princ. Μαθητιῶντί σοι, ὦ πολυτίμητε Δοῦξ Δημήτριε, τὸ τῶν Φλωρεντίνων Συνόδου τέλος. Hujus operis meminit *Leo Allatius* de Conſenſ. *col*. 1379. Varia etiam fragmenta exindè profert, *ibid*. lib. 3. cap. 1. §. 4. & cap. 2. §. 2. & inter addenda, *ibid*. col. 1373. 1375. Extat ejus *Dialogus* (a) *de fide in Chriſtum* cum Rege Turcarum Græcè MS. in Bibl. Regis Gall. teſte *Labbeo* Bibl. MSS. Catal. *pag*. 334. & *Epiſtola* ad *Beſſarionem* Cardinalem. * Hæc *Rob. Gerius* in Append. ad *Caveum* ad A. 1461.

Iſte *Amyrutza* apud *Baelium* vocatur *Amyrutzes* Philoſophus Peripateticus, quem à *Georgio* Imperatoris Trapezuntini Protoveſtiario diſtinguit.

(a) Hunc Latinè editurum ſe promiſit Magnus Cruſius Sleſvicenſis in *Diſſert. de ſcriptis quibuſdam integris fragmentisque hactenus ineditis*. Lipſiæ 1728. in 4. Vid. *Acta Erud*. 1729. ubi vocatur *Amoruza*.

ANABAP.

ANABAPTISTÆ Sectarii Sec. XVI, non multò poſt initia Lutheraniſmi exorti. De origine tamen hujus ſectæ non omnes idem ſentiunt: ſunt qui à Bohemis jam ab anno 1503 ortum babuiſſe dicunt. Sunt qui *Lutherum* ipſum pro ejus auctore venditare non dubitant; alii *Caroloſtadium*, aut *Zwinglium*, aut *Melanchtonem*, aut *Balth. Fridbergium*, ſobolis hujus parentes profitentur: atqui, juxta alios, hanc ſectam fundârunt anno 1521 *Nic. Storchius*, *Marc. Stubnerus*, ac *Thomas Muntzerus* pravè intellectâ quâdam *Lutheri* propoſitione in libro *de libertate Chriſtianâ* anno 1520 publicato, *hominem* ſcilicet *Chriſtianum eorum omnium eſſe dominum, ac nemini ſubjectum*: quæ verba ſano ſenſu à *Luthero* ſcripta, & prolixâ ἐξηγήσει declarata, oppoſitoque aphoriſmo, *eundem omnium ſervum eſſe & omnibus ſubjectum* expoſita, detorta fuêre in ſenſum ſequiorem ab hominibus ſuæ pariter & alienæ quietis impatientibus.

Anabaptiſtæ Leges Eccleſiaſticas ac Politicas, Sacramenta, cultum Religionis exteriorem contemnebant. Baptiſma infantibus adminiſtratum damnabant, & qui ſuam communionem ſectabantur rebaptizabant. Odium in Magiſtratus excitabant, omnia bona eſſe communia, omneſque homines liberos ac independentes eſſe dicebant; felix fauſtumque promittebant imperium in quo ſoli regnarent, impiis omnibus è medio ſublatis. *Muntzerus* hâc doctrinâ in variis Germaniæ locis, tum vivâ voce, tum ſcriptis diſſeminatâ, ruſticos ab omni parte ad ſeditionem adverſus Principes horum locorum excitavit; iis autem debellatis, *Muntzerus* an. 1525 Mulhuſiæ in Thuringia (*Mulhauſen*) capite plexus eſt unà cùm ſocio *Pfiffero* ac præcipuis rebellionis auctoribus. Nec tamen extincta fuit ſecta, quæ in variis Germaniæ & Helvetiæ locis repullulavit, præcipuo fomite *Balth. Hubmejero* Waldiſtæ in Suevia Theologiæ Doctore, qui tandem Viennæ in Auſtria flammis traditus eſt anno 1527. *Jacobum Hutterum* in Moravia ſeduxerat. *Manſius* ejus diſcipulus Tiguri juſſu Magiſtratuum apprehenſus eſt, eodemque anno aquis ſubmerſus. Anabaptiſtarum partes amplexus eſt *Caſparus Schwenkfelſius*, nobilis Sileſius, quorum erroribus novos addidit, etenim non tantùm baptiſma infantium improbabat, ſed & Chriſtum humanâ naturâ ſpoliabat, Magiſtratus nullos admittebat, Scripturam Sacram pro nihilo habebat, revelationibus comparatam. Plures eodem tempore Doctores Anabaptiſtæ varios variis in locis docebant errores, ſicuti *David Georgius* in Belgio, qui fuſtibus cæſus fuit, linguam terebratam habuit, atque in exilium miſſus eſt ad ſexennium; *Melchior Hoffmannus* in Germania, *Jacobus Kautz* Wormatiæ. Aliqui Chriſtum eſſe Deum negabant, alii non deſcendiſſe ad Inferos contendebant, animas mortuorum ad extremum uſque judicium dormire, ac finem aliquando ſortiti debere impiorum ſupplicia. Intra biennium adventurum diem judicii prophetabant, ac trecenti fuêre adeo dementes ut in monte quodam Helvetiæ prope Abbatiſcellam (*Appenzel*) ſe congregarint, ad Cœlum inde corpore & anima ſe rapiendos fore perſuaſum habentes. Helvatia denique, Belgium ac Germania Fanaticis redundabat, qui abſque doctrinâ & miſſione quicquid ipſis in mentem veniret, prædicabant, ſeditionem ubique movebant, ſacrilegia & abominationes innumeras patrabant. Ad tantum exeraverunt numerum tantamque poteſtatem adepti ſunt, ut Monaſterium (*Munſter*) anno 1534 invadere valuerint; atque obſidionem ſuſtinere duce *Joanne Becoldo* Leydenſi, ſartore, qui Rex proclamari voluit. Urbem recuperavit Monaſterienſis Epiſcopus 24 Jun. 1535. *Becoldus* & *Kniperdollingius* capti fuerunt, & aliquandiu poſt debitum ſupplicium paſſi ſunt, *Rotmannus* Urbis Miniſter, qui ad eorum partes acceſſerat, in prælio occiſus eſt. Severiſſima poſthac adverſus Anabaptiſtas ſtatuta condidit cœtus Hamburgenſis. Eorum exitium pari voluntate conſpirantibus Pontificiis & Lutheranis, brevi funditùs ſublati ſunt Anabaptiſtæ, vel in receſſum abire coacti. Non pauci tamen his erroribus infecti remanſerunt tum in Germania, tum in Belgio, unde in Angliam delapſi, ubi Anabaptiſtæ Independentium partem conſtituunt. Hic & in Hollandia vocantur Mennonitæ, à *Simone* quodam, *Mennonis* Friſii filio. Vid. MENNONITÆ.

De Anabaptiſtis plura *Balius* & *Morerius*, *Prateol.* in Elencho Hæreſ. Conf. quæ in *Actis Lipſ.* 1695 p. 362. de *Hiſt. Anabapt.* Pariſ. editâ 1695. in 12. Vid. & *Pantheon Anabapt. & Enthuſiaſt.* Germanicè impreſſum Halberſt. 1702. cujus contenta indicat Pars II *Hiſt. Bibl. Fabric.*

Sunt & alia ſcripta ad hanc ſectam pertinentia quorum Autores hic indicabimus:

Galenus *Abrahamz* de quo ſup. *p.* 33. & in *Actis Erud.* 1704. p. 329. Franc. *Agricola*, Henr. *Ainſworth*, *Alardus* Amſtelod. *Ampſingius*, Chriſt. *Arnoldus*, Rob. *Bailie*, Joh. *Behmius*, Nic. *Bleſdijk*, Petr. *Bontempt*, Joh. *Botſaccus*, Guido *de Bres*, Henr. *Bullinger*, Herm. *Buſchius*, Joh. *Calvinus*, Andr. *Canimus*, Georg. *Caſſander*, Joh. *Cloppenburgius*, Joh. *Cochlæus*, Ant. *Corvinus*, Henr. *Dorpius*, Jod. *Edzardus*, And. *Erdenpryt*, Chriſt. *Eckards*, Herm. *Faukeline*, Chriſt. And. *Fiſcherus*, Valent. *Grieſſmans*, Nic. *Hemmingius*, Jod. *Hunicus*, Conr. *Heresbachius*, Petr. *Hinckelmannus*, Joh. *Hoornbeeck*, Lamb. *Hortenſius*, Ægid. *Hunnius*, Ant. *Jacobus*, Joh. *Knoxius*, Joh. *Laſcus*, Joh. *Launojus*, Mart. *Lutherus*, Joh. *Maccovius*, *Melanchtonus*, Juſt. *Menius*, Arn. *Meſhovius*, Herm. *Modant*, Henr. *Montanus*, Joh. *Mullerus*, Melch. *Nicolaus*, *Oecolampadius*, Joh. *Olearius*, Luc. *Oſiander*, Joh. Henr. *Ottius*, Joh. *Ontermanans*, Petr. *Placoanus*, Urb. *Regius*, Barth. *Rulichius*, Conr. *Schluſſelburgius*, Herm. *Schyn*, Frid. *Seylerus*, Joſ. *Simlerus*, Frid. *Spanhemius*, Theod. *Straikius*, Joh. *Taffinus*, Zach. *Theobaldus*, Theod. *Tornerus*, Joan. *Vagetius*, Godf. *Vdemannus*, Elias *Veielius*, Joh. Jac. *Ulricus*, Gerard. *Vryburgius*, ſeu *Abrah. de David*, Joh. *Wigandus*, *Zwinglius*.

R. ANABI (*Joſeph*) SCRIPSIT Hebr.

Allegoricas Expoſitiones de Adamo & Eva, Paradiſo Voluptatis, Serpente, & fructu arboris vetitæ. MS. in Vatic. in 4. cod. 105. * *Bartolocc.* P. III. pag. 816. n. 781.

ANABI alius, cui nomen *Mohammed Ben Caſſem*, titulo gaudet *Zein al meſchaikh*, l'ornement des *Scheiks*, ſeu Doctorum Legis. Autor eſt libri cui tit. *Aſna fil ſcharh al Eſma*, Explicatio nominum Dei. Obiit anno Hegiræ 586. C. 1190. * *D'Herbel.* p. 113.

ANACLETUS Pontifex Romanus, ordine Vus, natione Græcus, patriâ Athenienſis, S. *Cletum* A. C. 83. excepit. Eccleſiam quam ſuper corpus *S. Petri* Apoſtoli Presbyter inchoarat, Pontifex creatus perfeciſſe dicitur. Pontificatum tenuit uſque ad annum Chriſti 95 quo Martyr occubuit ſub *Domitiano*, poſt ſedem annorum 12, menſium 10 & dierum 3. Non deſunt Viri doctiſſimi qui *Cletum* & *Anacletum* unum eundemque eſſe affirmant; alii verò diſtinguunt. Colitur *S. Anacletus* die 13 Julii, ad quem videndus *Adr. Baillet*.

Tres circumferuntur ejus *Decretales Epiſtolæ*, quas Eruditi ſuppoſititias judicant. *Prima* eſt ad omnes Epiſcopos & Fideles, ſed conſuta eſt tam ex locis Scripturæ ſecundum Vulgatam Verſionem, quàm ex *Clementis* ad *Jacobum* Epiſtolis, uti ex *Rufini*, *Damaſi*, aliorumque auctoritatibus. *Secunda* eſt ad Epiſcopos Italiæ, in qua ſunt teſtimonia ex *Auguſtino*, *Idacio*, *Gregorio M.* deprompta. *Tertia* ad omnes Epiſcopos, agitque de Patriarchis, quorum nomen hoc & ſequenti Seculo II ignotum. Denique habet teſtimonium ex Concilio Romano ſub *Gelaſio*, & ex aliis poſterioribus Patribus. *Anacleti* ſucceſſorum Decretales uſque ad *Siricium* ſuppoſititias quoque probat variis argumentis *Franc. Pagi* (a) poſt *Petr. de Marca* (b) & *Eman. Schelſtratinus* (c). Eadem eſt ſententia *Nat. Alexandri* (d), *Thom. Itigii* (e), *Riveti* aliorumque.

Anaclet.

Anacletum à *Cleto* diſtinguit poſt *Ciaconium* (f) *Eggsius* (g) qui noſtrum ſub *Trajano* martyrium feciſſe ait 23 Jul. A. C. 110, Pontificatûs ſui nono, vel ut alii decimo non completo.

Edidit quoque *Anacletus*, juxta eundem, *Decretum* de laicis non admittendis in accuſatione Epiſcoporum, & ab ipſis Epiſcopis annuatim deberi limina Apoſtolorum viſitari. Ad hunc Pontificem referunt item nonnulli Scriptores perbrevem illam obſecrationem ſactis precibus appoſitam, *Dominus vobiſcum*, *& Pax vobis*.

Lud. Jacob (h) ſcribit *Anacletum* coronatum fuiſſe die 3 April. vel 15 Dec. A. C. 103. martyrizatum anno 121. Jul. 13. & in Vaticano ſepultum.

Tres memoratas Epiſtolas refert *Binius* Concil. *Tom. I. p.* 50-61 cum Notis, & *Franc. Javerius* in ſua *Collectione Decret.* p. 97 & 98. Una etiam habetur in *Collectione Epiſt. Pontif.* Baſileæ 1570 *fol.* editâ, cum *Joannis Sichardi* argumento.

Duo ejus Decreta leguntur apud *Gratianum*, *Carranzam*, *Barboſam* & alios. Extant MSS in Bibl. Parav. S. Joannis de Viridario, in lib. cui tit. *Ordo Pontificum.*

(a) Brevior. *Tom. I. p.* 19. (b) lib. 3. *de Concord. Sacerd. & Imp.* cap. 1 §. 1. (c) *Anonym. Illuſtr.* Part. II. Diſſert. III. (d) Vid. ſup. *p.* 304. *col.* 1. circa med. (e) *Bibl. Patrum Apoſt.* p. 34. (f) Tom. I. *p.* 91. (g) Pontif. Doct. *p.* 16. (h) Bibl. Pontif. *p.* 14.

ANACLETUS Antipapa, *Petrus* Leonis filius antea dictus, in ſedem Pontificiam intruſus eſt die 16 Febr. A. C. 1130 poſtquam uno ante die *Honorio II* ſucceſſor datus fuerat *Innocentius II.* Conſecratus eſt *Innocentius* die 23 ejuſd. menſis apud S. Mariam Novam; *Anacletus* apud S. Petrum.

Hunc Pſeudo-Pontificem à Judæis prognatum, peſſimiſque moribus fuiſſe imbutum, non ſolum Chronographus Mauriniacenſis ſcribit, ſed & *Arnulphus* Luxovienſis (a) qui *Petrum* adoleſcentem in Gallias miſſum ſtudiorum gratia, ſuperbum & petulantem fuiſſe narrat, omnique intemperantiæ addictum, tantam ſibi pravis operibus & fœditate morum infamiam ſuſcitaſſe, ut ejus ortu, ambitione, famaque præcognitis, ipſum eſſe Antichriſtum omnes paſſim crederent & teſtarentur *&c.* Non mirum itaque ſi ab omnibus ferè præ *Innocentio* rejectus fuerit; quem nimirum electione meliorum, & morum apud omnes commendatione Summum Pontificem confirmatum fuiſſe tradit S. *Bernardus* Epiſt. 124. qui de *Anacleto* in contrarium loquitur in Epiſt. 126. ac ſimul de *Gerardo* Engoliſmenſi Epiſcopo, quem, ideo quòd ſuis partibus adhæreret, Legati munere per univerſam Galliam ornavit *Anacletus*. Ut autem Regem aliquem ſibi faventem haberet, anno ipſo ſuæ intruſionis 1130 *Rogerium* Siciliæ & Calabriæ Ducem, Siciliæ Regem Panormi coronavit. *Baronius* refert extare in Vatic. diploma ejuſd. *Anacleti*, ſed multipliciter decurtatum, de titulo Regio impertito *Rogerio*, ejuſque hæredibus pro Sicilia, Calabria & Apulia, aliiſque terris quas poſſideret, ſub cenſu annuo 600 Schifatorum Eccleſiæ Romanæ perſolvendorum; datum ipſum V Cal. Oct. dicto anno 1130. *Anacletus* in Concilio Stampenſi (*d'Eſtampes*) à Gallia rejectus, & in Concilio Remenſi ac Piſano excommunicatus eſt. Obiit 25 Jan. A. 1138. ut probat *Franc. Pagi* Tom. II. p. 649. Ei ſuffectus eſt Antipapa *Victor IV.*

Anacleti Epiſtolas XXXVIII publici juris fecit inter alias *Chriſt. Lupus* Lovanii 1682: quarum pluximæ de ſua electione loquuntur, quam juſtam eſſe contendit, & unanimi Cleri Romani conſenſu factam. *Aymericum* Eccleſiæ Romanæ Cancellarium accuſat, quod ejuſdem Eccleſiæ motus excitaverit, & adverſarii electionem cauſaverit. Laudat in illis Epiſtolis Editor ſtyli nitorem atque elegantiam, ipſamque vim dicendi. Alias, ni fallor, numero XI ex Codice Caſinenſi eruit *Mabillonius*, quas ediderunt ſodales *Tom. I* Vet. Script. & Monum. *p.* 698 &c. In *prima* ſignificat ſe hominium a Romanis excepiſſe, ac de Abbate Farfenſi, tanquam de adverſario, queritur. II de ſua promotione loquitur. III miratur quod nec litteras nec nuncium ei miſerit, hortaturque ut ſe per litteras viſitet: IV conqueritur quod ad ſe non acceſſerit, & de ſua promotione alios parere fecerit. VIII *ad amicum*, ut ſibi adhærere perſeveret. IX *ad quendam Epiſcopum*: Laudat eum quod ſuum impugnaverit adverſarium, ſuamque ei promittit protectionem.

Anacleti Epiſc. *Epiſtolam* ex edit. *Jac. Fabri* Stapulenſis, *Pariſ.* 1541 memorat *Lipen.* I. 603.

Lud. Jacob p. 234 monet extare *Anacleti* Epiſtolas ad diverſos MSS Romæ in Bibl. Barber. nec non in illa Montis Caſſini, quas *Baronius* Annalibus ſuis inſeruit, ab A. 1130 ad 1138.

De eo item *Ciacon.* Tom. I. *Du Pin* Sec. XII p. 47.

(a) *de ſchiſm. orto poſt Honorii de II deceſſum cap.* 3.

ANAGNIA. Vid. ANANIA.

ANAMODUS vel *Anamotus* & *Anomotus*, Subdiaconus Ratiſponenſis Sec. IX. *Traditionum Sanct-Emmeramenſium Codicem* Scripſit *Libris II* quibus Chartæ Donationum *&c.* ad Imperiale Monaſterium Sanct-Emmerammenſe Ord. S. Bened. attinentium, & Sec. IX conditarum, continentur. Primus in lucem protulit ex cod. autographo in eodem Monaſterio aſſervato R. P. *Bern. Pezius* Benedict. & Biblioth. Mellicenſis *Theſ. Anecd.* Tom. I. P. III. p. 192 &c. Vid. Obſerv. prævias *pag.* LXXXII.

R. ANAN, quem Scriptor *Schalſcheleth* p. 34. b. in Millenarii V^ti^ initium h. e. Seculum III poſt C. N. refert, cumque ait ſcripſiſſe librum adhuc ſuperſtitem *Seder Elijahu Rabba* utrumque ex diſciplina *Eliæ*, qui ipſi apparere conſueverit. Cùm verò aliquandò *Anan* ὑπερῆφαν agere inciperet, à conſuetudine ejus *Elias* abhorrere cœpit, donec *Anan* pœnitentiâ facti duceretur, ut precibus reditum ejus impetraret. Quæ itaque ante *Eliæ* diſceſſum ſcripſerat *Anan*, ea *Seder Elijahu Rabba*, quæ poſt diſceſſum & inſecutum reditum, *Seder Elijahu Sutha* appellavit. Plura de hoc libro Cl. *Wolfius* n. 231. Conf. quæ nos ſub tit. *Elias*. Hic adde in *Schalſcheleth* l. c. ad noſtrum hunc referri quæ in cap. VI *Cetuvoth* de controverſia inter Rau *Huna* & R. *Anan* referuntur, quorum ille huic infenſus erat, quod debito honoris præfamine privatum ſe ab eo videret. Idem refert R. *Mardochæus* de Karæis *p.* 48 ſeqq. ubi ætas noſtri hujus *Ananis* rejicitur in An. 3980. C. 220.

R. ANAN fil. *David*, inſtaurator Karaiſmi per aliquot ſecula fere collapſi, & interitum minantis, cujus ætatem R. *Mardochæus* ſup. cit. *p.* 144. refert in annum 4402. C. 642. ſed minus rectè, juxta *Wolfium* n. 1800 ubi oſtendit, ætatem *Ananis* in medium Seculi VIII collocandam eſſe. Conf. *Trigland.* de Karæis *p.* 109. R. *Abrah.* ben *Dior* in lib. Cabbalæ *p.* 11. edit. Mant. *Juchaſin* fol. 118. b. *Jo. Morini* Exercitt. Bibl. *p.* 307. qui *Ananem* primum Karaiſmi auctorem conſtituit, & eum ſecutus *Rich. Simon.* Hiſt. Crit. V. T. (a) atque adeo primam Karaiſmi originem in idem tempus incidere opinatur, minus quidem recte, ut arbitratur *Wolfius*, qui de re alibi fuſius loquitur. Hic tantùm monet, quod ipſe *Abraham* ben *Dior* l. c. *Morino* contrarius ſit, quando commemorato illo *Anane*, diſertè ſcribit, *quòd poſt excidium diminuti fuerint hæretici* (hoc nomine Karæi non ἐξοχὴν vocantur) *donec prodierit* Anan *& eos confirmarit.* Eadem verba repetit *Sam. Schullam* ad *Juchaſin* p. 118. b. & *Zemach David* ad A. 4515. Ex loco *Abrahami* ben *Dior* id quoque perſpicitur, quod *Anan* ex *Beth Zur*, urbecula ſive caſtro prope Hieroſolymam, oriundus fuerit. Quod ut temere negari non poteſt, ita Karæi id inficiantur, quod poſt *Abraham* ben *Dior* teſtantur Rabbanitæ omnes, hunc *Ananem* res novas in doctrina propterea molitum eſſe, quod Geonatûs dignitate præter ſpem exciderit. Vid. quæ hanc in rem diſputat *Mardochæus* cit. *p.* 50. Multas

tas præterea alias criminationes in *Ananem* hunc eructarunt Rabbanitæ, à quibus quomodo Karæi eum defendunt, oſtendit *Triglandius* p. 101 Diſſert. cit. De ſcriptis ejus nihil ſupereſt, ſi exceperis fragmenta quædam, hinc inde à Karæis laudata. Conf. etiam de noſtro *Hottingeri* Hiſt. Eccleſ. N. T. *Sec.* VIII. *p.* 533. *ſeqq.*

(a) *Lib.* I, *cap.* 19. *p. m.* 147. ubi vocatur *Ananus.*

ANANIA (*Joannes* de) Italus, Bononienſis, Juris Pontificii Doctor celeberrimus, patriæ Urbis Archidiaconus & Profeſſor, claruit A. 1430. Obiit A. 1455 (*a*) vel 1457. Febr. 18. (*b*) Ad Papam *Martinum V* Florentiæ Legatus fuerat anno 1415. Ejus extant *Commentaria in Decretalium Libros VI.* Bononiæ 1479 & 1497 & Mediolani 1492. fol. (*c*) item Lugd. 1546. ut alia Opera Juridica ſilentio prætercam; etenim non *Conciliorum*, ut apud *Bellarminum* legitur, ſed *Conſiliorum* volumen ſcripſit.

(a) *Wharton* ad *Caveum* ad A. 1440. *Du Pin* Sec. XV pag. 93. *Bellarm.* ad A. 1430. *Nat. Alexand.* Sec. XV cap. 4. art. 4. (b) *Orlandi* degli Scritt Bologn. p. 130. (c) *Origine e progreſſi della Stampa* p. 276.

ANANJESUS, Monachus Cœnobii Abrahæ in monte Izalenſi primùm, deinde Jacobi in Beth-Abe, floruit ſub *Jeſujabo* Gadalenſi, *Maremo*, & *Jeſujabo* Adjabeno Patriarchis circa A. C. 645, de cujus geſtis ſcriptiſque ſatis fusè *Thomas* Maragenſis *Hiſt. Monaſt.* lib. 2. cap. XI. interprete *Aſſemano* (*a*) in Notis ad *cap.* 75 Catal. Libr. Syr. *Ebedjeſu.* Beatus autem iſte »*Ananjeſus*, inquit, & frater ejus *Jeſujabus* ex Ad»jabenorum regione oriundi fuère, & ambo in ur»be Niſibi beati *Jeſujabi* (Adjabeni) condiſcipuli, »amici, & familiares fuerunt, quum ibidem literis »operam darent. Eruditi itaque fuère in magno mo»naſterio (h. e. Abrahæ) .... Abbas autem *Ananje*»*ſus* quum ſe humili mente lectione librorum Patrum »aliquandiu exercuiſſet, ſacra Hieroſolymæ loca invi»ſere & adorare decrevit; indeque Scetente deſertum »petiit, didicitque omnes mores Patrum Anachore»tarum, quorum geſta & dicta in libris deſcripta »habentur; necnon loca & terras, in quibus illi ha»bitarunt. Inde in patriam rediturus, apud *Stum Mar* »*Joannem* Epiſc Mobadre (*h. e.* diſperſorum per Sy»riam Neſtorianorum) è viâ divertit, ab ejuſdem »ſanctitate benedictionem accepturus, ipſiuſque con»verſatione potiturus. In cœnobium tandem ſuum »poſt liminio reverſus, fratrem ad hoc monaſterium »(*Jacobi* ſcilicet *in Beth-Abe*) „ ſecum adduxit, »excitatas ibi diſſenſiones turbaſque declinaturus; »quum videlicet homines quidam invidi & ſanctorum »adverſarii contra Stum *Narſetem* Babæi diſcipulum »inſurrexiſſent, eumque inde expuliſſent.... Poſt»quam verò ad hoc monaſterium veniſſent, & juxta »Aſcetarum regulam quieti & ſilentio vacarent, Ma»giſter noſter *Ananjeſus* tantâ mentis perſpicaciâ li»brorum Patrum ſenſa perſequutus eſt, ut intelligen»tiâ atque eruditione omnes, qui ante eum fuerunt »eumque ſubſequuti ſunt, ſuperaverit; adeo ut quum »Mar *Jeſejabus* Catholicus Metropolitanum Arbelæ »ageret, & Canonum Codicem (*i. e.* librum ho»tarum Canonicarum) coordinare cogitaret, cujus »poſtea exemplar, quum in Patriarcham electus eſt, »ad omnes Provincias tranſmiſit, ſapientem hunc »Patrem *Ananjeſum* quem unicè amabat, cujuſque fa»miliaritate ſuaviſſimâ delectabatur ob *tractatus* & »*libros* ab ipſo compoſitos, ad illam *Canonum* edi»tionem ſocium aſſumpſerit, utpote unum tanto ope»ri parem ob ingenii perſpicaciam, & mentis acu»men, & in dicendo copiam..... Extant autem ſa»pientiſſimi *Ananjeſu* Diviſiones & Definitiones va»riæ, quas quum in ejuſdem cellæ parietibus de»ſcriptas vidiſſet frater ejus *Jeſujabus*, auctorem ro»gavit, ut earum expoſitionem ſibi traderet: quod »& *Ananjeſus* præſtitit, ſcripſitque prolixum *Com*»*mentarium*, quem quiſquis legerit, auctoris exi»miam ſapientiam deprehendet. *Epiſtola* quam ad »fratrem ſcripſit, ſic incipit: *Præſtanti & ſancto* »*Mar* Jeſujabo *Epiſcopo* Ananjeſus in Domino ſalu»tem. Scripſit etiam ANANJESUS *Expoſitionem nomi*»*num, & lectionum obſcurarum, quæ in libro Patrum* »*occurrunt*, exſtatque ad uſum Archivi hujus Monaſ»terii; quæ duo opera omnes aliorum collationes »correctioneſve proculdubio antecellunt, ſicut à pri»mis ſenioribus didici: qui me etiam reliqua omnia »ad ipſum ſpectantia docuerunt, aſſeruntque ea ope»ra ab ipſo confecta ſibique tradita fuiſſe.

Idem *Thomas* Maragenſis *cap.* 14 & 15 de libro *Paradiſi*, quem *Georgio* Patriarcha jubente compoſuit *Ananjeſus*, plura ſubjungit. Narrat *Georgium* veniſſe ad monaſterium Jacobi in Beth-Abe, & rogaſſe *Ananjeſum* ut hiſtorias & præclara geſta, interrogationes quoque & reſponſa Patrum Anachoretarum, quodam libro comprehenſa, cui tit. *Apophtegmata Senorum*, deſcriberet, & capita & quæſita in eo libro ſparſim expreſſa & confusè inſerta, in partes certaque capitula diſtingueret atque coordinaret, quæſtiones denique ad idem argumentum pertinentes in unum locum conferret. Pater itaque *Ananjeſus*, ut *Jeſujabo* in coordinatione Canonum per anni circulum obedientiæ ſuæ argumentum præbuit, ita *Georgio* in compoſitione libri Patrum, quam conficiendam rogatus in ejus gratiam ſuſcepit, atque perfecit, omnes ejus partes aptâ propriâque methodo, atque convenienti ordine elerè, nitidè & ſapienter digerens, Spiritu mirum in modum ſuis ipſum chariſmatibus adjuvante. Diviſit autem univerſum opus in DCXV Capitula, XIV Canonibus & Diſtinctionibus comprehenſa, ut quodlibet capitulum convenientem proprio argumento quæſtionem ſubjunctam contineat; adeo ut Frater quâcumque tandem tentatione impugnatus, cupiens conſolationem, aut conſilium in ea, qua conflictatur, difficultate capere, id expeditè invenire poſſit, quum omnes ſententiæ ad eam materiam pertinentes perſpicuo ordine in unum locum congeſtæ occurrant, & ſtatim conſolationem in ſua tribulatione inveniat, & ſui doloris medicinam. His alios CDXXX Canones adjecit, qui de omnibus virtutum generibus generalem doctrinam complectuntur: & alios inſuper complures, quibus nec ordinem nec numerum adjunxit. His addidit ex Commentatio S. *Joannis Chryſoſtomi* in Evangelia homiliam de laudibus Monachorum Ægyptiorum, & ex beato Mar *Abrahamo* Nephtareno *Quæſtiones* quaſdam & *Demonſtrationes*, quibus collectanea proprio labore ex Patribus confecta ipſe *Ananjeſus* ſubtexuit; compegitque in duas partes univerſum opus, ut prior Hiſtorias SS. Patrum à *Palladio* & *Hieronymo* (b) ſcriptas contineret, altera quæſtiones & geſta Patrum, quæ ipſe *Ananjeſus* ſubjunxit, complecteretur, librumque PARADISUM appellavit. Atque ſub hoc titulo receptus atque vulgatus fuit in omnibus Orientis monaſteriis, Auctoris mentem & laborem cujuſvis loci Patribus collaudantibus. »Ego vero (concludit *Thomas* Maragenſis) »ejus amore inflammatus, ipſius »venerabilem memoriam Hiſtoriæ Sanctorum, qui »communem cum illo converſationem congregatio»nemque habuerunt, inſerui.» Hoc autem opus, (*Paradiſi*) exſtat in Vatic. inter Codices Syriacos quos ex Oriente advexit *Aſſemanus*, num. 6 (*c*).

Alius autem eſt liber *Ananjeſu* cui tit. *de varietate & diſtinctione lectionum*: nimirum *de ſignificatu & uſu vocum difficiliorum apud Patres*, ut exponit *Maragenſis* ſup. cit. quibus verbis non *Paradiſus*, de quo dictum eſt, intelligitur, ſed aliud opus ab *Ananjeſu* compoſitum, eique ſimile, quod *Jacobus* Edeſſenus eadem ferè ætate exaravit. Vid. Cod Syr. 22 *And. Scandar.* (*d*)

Exſtant inter eoſdem Codices *num.* 4 (*e*) haud expreſſo Auctoris nomine I. *Expoſitio locorum obſcuriorum Evangelii*, ex libro cui tit. *Paradiſus voluptatis.* II. *quorumdam locorum Geneſeos & Exodi.* III. *Vocum Syriacarum interpretatio.* An hujus *Ananjeſu* ſint, definire

definire non audet *Aſſemanus* (f).

(a) *Bibl. Orient.* Tom. III. p. 144. (b) Conf. quæ *ibid. p.* 49 ad cap. 46 *Ebedjeſu.* (c) Tom. I. *p.* 608. (d) Tom. II. *pag.* 499. (e) *ibid. p.* 487. (f) Tom. III. *p.* 146.

ANANJESUS, cognomento *Haghira*, h. e. *claudus*, Syrorum Neſtorianorum Patriarcha hujus nominis Ius, poſt *Joannem* Martha filium ordinarus fuit anno Heg. 67. Græc. 996. C. 685. Obiit in cœnobio Jonæ apud Niniven A. C. 699. multa paſſus à *Joanne Leproſo*, qui ſedem Patriarchalem invaſerat, ut ex *Amro* & *Barbebræo* refert *Aſſemanus* Tom. II. p. 425 *&c.* qui *p.* 425 docet ex eod. *Amro*, *Ananjeſum* compoſuiſſe

1. *XLVII Interpretationes*, ſeu *Conciones.*

2. Librum *Sermonum.*

3. Librum *Epiſtolarum.*

4. Lib. *de Conſolatione*, h. e. Orationes Paracleticas *de Defunctis.*

5. Libb. IV *de expoſitione ſectionum Evangelii*, quarum unamquamque ſingulari homiliâ, & appoſitâ interpretatione dilucidat.

6. Denique *XX Canones* edidit *de Judiciis*, ſub unoquoque Canone plures complectens. Hæc *Amrus*; cui addenda ex Catal *Ebedjeſu* cap. 82.

7. *Hiſtoria Sergii Duda*, Ecchell. *Davadi*:

8. Lib. *de duplici Schola uſu*, nimirum tam ad literas bonaſque artes, quàm ad religioſos mores comparandos, ut *Jeſujabus* Adjabenus in ſua ad Monachos Beth-Abenſes oratione apud Magarenſem *lib.* 2. *cap.* 8. diſſerit, cujus verba refert *Aſſemanus* Tom. III. p. 126. *Ecchellenſis* autem legit, *de duabus cauſis intelligendi*, *ſeu ſignificationum*, h. e. de duplici ſenſu, literali & allegorico. Sed, inquit *Aſſemanus* ibid *pag.* 154. nihil horum in textu *Sobenſis.* Addit præterea

9. *Elucidationem Analyticorum.*

ANANJESUS Neſtorianorum Patriarcha hujus nominis IIus, *Jacobo* ſucceſſit anno Græc. 1085. C. 774. Heg. 157. ut refert *Aſſemanus* Tom. II. p. 482. Ejus geſta fuſius narrat *Amrus* apud eund. *Tom. III. p.* 155 in Notis ad *cap.* 84. *Ebedjeſu.* Doctrina & erudirione excelluit *Ananjeſus.* Laſciumæ, quæ & Dakuka, Epiſcopus fuit. Obiit autem A. C. 777 vel 778. Sub eodem erectum dicitur in Sinarum regione celeberrimum illud monumentum lapideum Sinicis & Chaldaicis litteris exaratum anno Græc. 1092. C. 781: in quo Chriſtiana lex à Syris Evangelii præconibus jam ab A. C. 639 in regnum Sinarum illata fuiſſe fertur. Cùm autem jam anno 778 vitâ functus ſit *Ananjeſus*, id fieri potuiſſe ait *Aſſemanus* propter immenſam Sinarum ab Aſſyria diſtantiam, eò ſcilicet quòd fama obitûs *Ananjeſu* ad Chriſtianos illos in regione Sinarum commorantes nondum perveniſſet, ſed eum adhuc in vivis eſſe exiſtimarent, quando lapideam illam epigraphen excitarunt. Syriaca verba litteris Chaldaicis rotundis ex Vaticano exemplari deſcripſit idem *Aſſemanus* Tom. II. p. 255. in Notis ad *Gregorium Barbebræum.* Eadem unà cum declaratione eorum, quæ Sinicis litteris continentur, exhibet *Athan. Kircherus* in Prodr. *cap.* 3 à *pag.* 53. cujus errores aliquot notat doctus Maronita *Tom. III. p.* 156.

Compoſuit autem iſte *Ananjeſus*

1. *Epiſtolas*, *&* *Paraclericos Sermones.*

2. Tomos V *Interpretationum*, i. e. *Homiliarum.*

3. *Orationes*, *& decem quæſtiones*, vel, ut legit *Abrahamus* Ecchellenſis, *Orationes decem*, *& Quæſtiones.*

ANANJESUS Hirtæ Epiſcopus, cognomento *Barſarufvans*, circa A. C. 900 claruit. Hujus ſunt

1° *Quæſtiones in textum Scripturæ.* Extant in Vatic. Cod. Syr. *Andr. Scandar* num. 3. *Quæſtiones in V. & N. T.* auctore anonymo; ſed fabulis falſiſque traditionibus inquinatiſſimæ. Citantur in iis præter *Nazianzenum*, *Chryſoſtomum*, *Ephræmum* & *Theodorum*, *Jeſujabus* & *Jeſudadus* Neſtoriani. Ex Quæſtione verò 14 in N. T. quæ eſt de Sacris Ordinibus, colligitur, auctorem opus ſuum cuidam Presbytero *Aziza* nuncupaſſe.

2. *Vocabularium cum Interpretationibus.* Ejus meminit *Elias* Anbarenſis in Comment. ad ſuum librum Carminum *par.* 2. *ſerm.* 1. *Cent.* 2. *Stroph.* 2. Porrò tam hujus *Ananjeſu* quàm aliorum Syrorum Vocabularia ab amanuenſibus ita permiſta ſunt, ut vix diſcerni queant. Exſtat Cod. Syr. 4. (a) *Vocum Syriacarum interpretatio* quæ huic *Ananjeſu* haud immerito adſcribi poteſt (*b*).

(a) *Aſſeman.* II. 487. (*b*) id. Tom. III. p. 261 in Not. ad *Cap.* 178 *Ebedjeſu.*

ANANNIUS (*Johannes*) cujus meminit *Lipenius* II. 382 *Habitum Pontificiorum Ordinum utriuſque ſexûs*, Franeof. ad Mœn. 1584. in 4.

ANNASCO (*Petrus* de) Jeſuita natione Peraunus, patria Limenſis, anno ætat. 22 juſſu Beatæ Virginis, Societatem ingreſſus eſt. Magnus extitit per totam vitam Evangelicæ inter Barbaros meſſis operarius, cujus causâ novem illarum regionum linguas perdidiciſſe fertur. Scripſit variis Linguis Tucumanicis

Vocabularia, *Catechiſmos*, *Confeſſionaria*, *Grammaticas.*

Obiit in Tucumana ſacra expeditione, 12 April. 1605. ætat. 55.

Vid. *Alegamb.* p. 370. *Nic. Anton.* II. 135. *Jouvenci* Hiſt. S. J. *pars.* 5. *lib.* 23. *p.* 728. *nu.* 16.

ANASTASIA, Fœmina Romana, genere, conjugio, opibus, maximè verò Chriſtianæ fidei, quam à matre *Flaviâ* hauſerat, profeſſione nobiliſſima; uxor *Publii* viri clariſſimi, ſed erga Chriſtianam Religionem, eoque nomine adversùs Uxorem etiam, malè animati; quem *Diocletianus* ad Perſas Legatum miſit. *Anaſtaſia* Martyrium anno 303 obiiſſe dicitur. Extant duæ *Epiſtola*, ſi modò genuinæ ſint, ab ea ad *Chryſogonum* ſanctiſſimum Confeſſorem non longè ante Martyrium è carcere ſcriptæ, unà cum *Chryſogoni* Reſponſis, apud *Suidam* in voce χρυσόγονος & *Niceph.* lib. 14 ſub finem. Hujus *Anaſtaſia* vita apud *Surium* 25 Dec. (*b*) & eod. die apud *Adr. Baillet.* Alia videtur *Anaſtaſia* Martyr Virgo, de qua *Surius* ad 28 Oct.

(a) *Cave* ad a. 301. (b) *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. VIII. p.* 344. Conf. *Ciacon. p.* 114. *Poſſevin. p.* 69.

à S. ANASTASIO (*Carolus*) Vid. FREYWILLIGER. Alius ſub tit. HILARIUS.

ANASTASIUS I, ordine XL vel XLI. *Syricii* ſucceſſor, *Maximi* Presbyteri filius, creatus eſt Romanæ Eccleſiæ Pontifex die 5 Dec. alii 14 Mart. anno 398. Obiit an. 401. die 14. Decembris, juxta *Baronium* verò alioſque die xxvi a. April. 402. Extat *Epiſtola ad* Joannem *Hieroſolymorum Epiſcopum*, qui *Anaſtaſium* de *Rufino* libriſque *Origenis* ab eo verſis conſuluerat, eodem, quo obiit anno ſcripta, inter *Hieronymi* Opera *Tom. IV.* & Conciliorum *Tom. II.* emendatior autem inter *Marii Mercatoris* Opera edit. *Garner.* par. 1. p. 109. *Tria Fragmenta Epiſtola ad* Urſinum *de Incarnatione Chriſti* exhibet Appendix ad *Liberati* Breviar. Habentur etiam dicto Conciliorum Tomo ejuſdem *Anaſtaſii* Epiſtolæ II, quas ſuppoſititias eſſe nemo non videt. Vid. quæ habet *Dan. Papebrochius* Conat. Chronic. Hiſtor. ad Catal. Pontif. 60. *Prior* dicitur ſcripta *cunctis Germaniæ & Burgundiæ regionis Epiſcopis*, altera *Noriano* (alii *Nectario*) *nobiliſſimo Viro.*

Aiunt quod Romæ inter fœminas duas, dignitate & pietate illuſtres, *Melaniam* & *Marcellam*, de *Origenis* ſcriptis diſſidio exorto, hæc ab *Anaſtaſio* recèns creato impetravit, ut ea damnaret: quod feciſſe monet *Theophilus* Alexandrinus in Epiſt. ad quoſdam Monachos, quam *Juſtinianus* profert in Tractatu ad Menam, & *Hieronymus*, lib. 2. Apol. c. 6.

Idem *Anaſtaſius* Rufinum Πεϱὶ ἀϱχῶν libri Interpretem etiam damnevit. Dicitur inſtituiſſe ut Presbyteri, dum legeretur Evangelium erecti, ſed corpore aliquantùm inclinato ſtatent: Ordinaſſe VIII Presbyteros, V diaconos, X Epiſcopos. Vid. de eo *Auguſtin.* Ep. 165. *Socrat.* l. 7. c. 9. *Sozomen.* l. 8. c. 24. *Theodoret.* l. 5. c. 23. & qui Vitas Pontificum condiderunt.

Vocatur iſte Papa ab *Hieronymo* Epiſt. VIII. ad Demetriadem, *ditiſſima paupertatis & Apoſtolica ſollicitudinis.* Vid. & Ep. XVI. ad *Principiam* Virginem.

Anno 401 ex Concilio Carthaginenſi miſſam ad *Anaſtaſium* Papam legetionem cefert *Baro…ius*, editque deſiderari litteras quas ad Epiſcopos Africanos ſcripſit Pontifex: neque extet illa quâ *Ruffinum* citavit; ut & Synodica quem *Venerio* Mediolanenſi, & *Chromatio* Aquileienſi Epiſcopis de *Origenis* & *Ruffini* demnatione ſcripſiſſe meminit in Epiſt. ad *Joannem*, ſupra nominatum.

* Vid. *Pagi* Breviar. *Egge* p. 62. *Cave* ad A. 398. *DuPin* Sec. V. *Henſchen.* ed 27 April; *Tillemont.* Comment. T. XII. *Nat. Alexand.* Sec. IV. c. 2. *Blondell.* in Pſeudo-Iſid *p. 557 ſeq. Lud. Jacob* p. 15. ubi *Anaſtaſii* Epitephium exhibet. *Anaſtaſio* ſucceſſit *Innocentius I.*

ANASTASIUS II, natione Romanus, *Petri* filius, anno 496. Sept xv. aut xxiv. vel xxviii Novemb. Pontifex Romenus (ordine LII) creatus eſt. Sequenti anno *Germanum* Epiſcopum Capuanum, & *Creſcocium* Tudertinum, quibuſcum *Feſtus* Urbie Romæ Senator ob civilie negotia profectus eſt, ad *Anaſtaſium* Imp. legatos miſit, ut cum eo de *Acacii* nomine è Diptychis abolendo, & Eccleſiâ Alexandrinâ ed Eccleſiam & fidem Catholicam reducendâ agerent. Verùm ſurdo canebant fabulem. Eccleſiæ quidem Alexandrinæ Apocriſiarii oblato *Feſto*, cæteriſque legatis, libello (qui extat *Concil.* Tom. IV. p. 1283.) fidem ſuam aperuerunt, ſeque ad concordiam eum Eccleſiâ Romanâ redintegrandos paratos eſſe declârarunt. *Acacii* autem cauſam Imperator conſtanter defendit, quin & teſte *Theodoro* Lectore (*a*) ipſe *Feſtus* Imperatori pollicitue eſt, ſe Romano Epiſcopo perſuaſurum, ut *Zenonis* Henotico ſubſcriberet. Et *Anaſtaſium* quidem, ut id faceret, nequaquam induxit; Romam enim reverſus, mortuum deprebendit; ut *Laurentium* tamen ab elterâ Cleri factione Pontificem electum in partes ſuas treheret, operam dedit. Certè ex libri Pontificâlis eutore, cui hâc in parte ſuccinit *Platina*, conſtat, multos Romenæ Eccleſiæ Presbyteros, Clericoſque ſe ab *Anaſtaſii* Papæ communione ſubtraxiſſe, quòd cum *Photino* Diacono Theſſelonicenſi, qui à partibus *Acacii* ſtetit, communicâſſet, & *Acacii* nomen Diptychis Romanis reſtituere occultè molitus eſſet. Addunt *Anaſtaſium* nutu divino percuſſum eſſe: ſubdit etiam *Platina*, fuiſſe qui dicerent, eum dum neceſſitati naturæ obtemperaret, in latrinam inteſtina effudiſſe. Utut ſit, obiit *Anaſtaſius* die VIII. Sept. vel 17 Nov. anno 498 vel 499.

Extant *Epiſtola II.* ad *Anaſtaſium Aug.* una, *altera ad* Clodovæum *Francorum Regem*, anno 497 ſcripte, quâ recentem ejus converſionem gratulatur, *Concil.* Tom. IV. pag. 1278. *D'Achery* Spicil. *Tom. III. p.* 304. & Fregmente quædam apud *Baluz.* Nov. Collect. Concil. *pag.* 1457. Scripſit etiam, ſi quæ *Platina* fides, *libros de Trinitate*, *de Libero arbitrio*, *de Regulis fidei*, *adversùs hæreſim Pelagianam*, & *Sermones* quamplurimos: qui interierunt. Verùm unde iſta hauſerit *Platina*, non conſtat.

Iſte *Anaſtaſius* dicitur obſervaſſe in Epiſt. ad *Anaſtaſium* Imp. de mortuis non eſſe judicandum temerè, neque impios Sacrorum Miniſtros polluere Sacramenta, aut alios, ſed ſibi ſolis nocere.

Ordinavit XII Presbyteros & XVI Epiſcopos. De eo legendum opus vulgò adſcriptum *Anaſtaſio* Bibliothecario, *de Vitis Pontif.* Gratianus *Diſt.* 19. Anaſt. cap. 9. *Theodor.* Sect. 2. *Platina*; *Sabellicus* Ennead. VIII. l. 2. *Marianus* Scotus ad A. 499. *Sigeb.* ad A. 491. *Geiliel. Occam* de hæreticis l. 3. quæſt. 5. & in Oper. 90 dier. c. 124. *Alphonſus de Caſtro* adv. hæreſes *l.* 1. *c.* 4. & ii omnes, qui Vitas Pontificum deſcripsère, & qui Hiſt. Eccleſ. compoſuerunt, *Baronius*, *Le Suear*, *Fleury* &c. Conf. *Cave* ad A. 496. *Pagi* Tom. I. *Eggs* p. 82. *DuPin* Sec. V. *Trithem.* cap. 193. *Lud. Jacob* p. 16.

Anaſtaſio II præivit *Gelaſius*, ſucceſſit *Symmachus.*

(a) Collect. L. 2. p. 560. ubi vide *Valeſii* notas.

ANASTASIUS III. Pontifex CXXIII, natione Romanus, patre *Luciano*, ſucceſſit *Sergio III* circa finem Aug. anni 911. elus 910. Geſta ab *Anaſtaſio* memoriâ digne ed nos non pervenère. Illud ſolum obſervat *Sigonius* de Regno Itelim *lib.* 6. Anaſtaſium, expoſcente *Berengario* Itelia Rege, Ticinenſem Ecclesiem (de *Pabie*) plurimis ornamentis decoraſſe, ejuſque Antiſtiti conceſſiſſe umbellæ uſum, equoque vehi albo, crucem præviam in itinere habere, & in Conciliis à læva Pontificiis aſſidere. *Ciaconiae* addit, hunc Pontificem Diaconiam Sancti Hadriani vetuſtate collabentem ceſtituiſſe, altareque in ea propriis manibus conſecratum dedicaſſe. Obiit menſe Octobri A. 913 non 25 Nov. A. 914 ut ſcripſit *Papebrochius*: alii dicunt 912. Sepultus eſt in Vatic. S. Petri Baſilica cum hoc Epitaphio:

Vatis Anaſtaſii *requieſcunt membra ſepulchro,*
Sed unquam meritum parvula claudit humus.
Rexit Apoſtolicam blando moderamine ſedem
Tertius exiſteas ordine Pontificum.
Ad Chriſtum pergens peccati vincula ſperat
Omnia clementer ſolvere poſſe ſibi.
Undique currentes hujas ad limina templi,
Ut praſtet requiem, poſcite corde Deum.

Ei tribuuntur *Epiſtola II*: una ad *Landulphum*, qua ei victoriam de ſuperatis in Italia Græcis gratulatur; altera ad *Berengarium* de argumento ſupra memorato. Addunt nonnulli tertiam, qua Germeniæ Proceres ad ſectandam cum *Conrado* Imp. pacem hortatur.

* Conf. *Eggs* p. 255. *Pagi* Tom. II. *Nat. Alexand.* Sec. X. cap 1. art. 18. *Anaſtaſio III* ſucceſſit *Landus.*

ANASTASIUS IV. ordine CLXVIII. *Conradus* antea dictus, patria Romanus, ex regione Suburcæ, *Benedicti* filius, Canonicus Regularis S. Auguſt. & Cœnobii S. Anaſtaſii in Diœceſi Veliterne Abbas, O. A. Cerdinelis & Epiſcopus Sebinenſis ante ennum 1130. quo Româ fugiens *Innocentius* Papa eum urbis Vicarium conſtituit. Anno 1153. die IX Julii Pontifex Romanus electus eſt, die XII coronatus. Obiit enno ſequente, die II. Decembr. Laudatur ob liberalitatem erga egenos, in annonæ ingenti caritate, & ab eo Templum Mariæ Rot. inſtauratum, juxtaque ſtructis egregiis ædibus exornatum. Obſervat *Pagius* non fuiſſe Benedictinum, neque Abbatem S. Rufi in Galliâ, ſed ut diximus, Canonicum Regularem cujuſdam monaſterii, Veliternæ diœceſis, quod poſtea dictum eſt Abbatia S. Rufi, quia erat Prioratus Canonicorum Regularium ab Abbetie S. Rufi prope Avenionem dependens. Nimiæ facilitatis reprehenſus eſt *Anaſtaſius* quòd *Guicmanno* Siccenſi Epiſcopo ad Sedem Magdeburgenſem à *Friderico* Rege translato pallium miſerit, ſed laudatur quòd *Willelmum* Eboracenſem in Archiepiſcopatum reſtituerit & pallio donarit.

Conſtitutiones II edidit A. 1154. quæ habentur in Bullario, & inter *Epiſtolas XIII* Concil. *Tom. X. p.* 1133 & 1851.

I. Eſt *Confirmatio Caeonicorum Regul. S. Auguſtini, in SS. Lateranenſi Eccleſia, cum gratiarum elargitione.*

II. Hoſpitalis & Religionis S. Joannis Hieroſolym. ſub ſedis Apoſtolica protectione ſuſceptio, cum privilegiorum elargitione.

Extat item ejus *Epiſtola* ad *Richardum* Abbatem Savignienſem, quâ confirmat ei Abbatias Savignienſi monaſ-

terio

terio ſubjectas, apud *Edm. Martene* Theſ. Anecd. *Tom. I. p.* 433. aliaque in *Nova Collectione* Tom. I. p. 826. ad *Wilhelmum* Epiſc. Tolonenſem in gratiam Monachorum S. Victoris, quibus ille infenſum ſe præbebat. * Conf. *Cave* ad A. 1153. *Pagi* Tom. III. *Eggi* p. 389. *Du Pin* & *Nat. Alexand.* Sec. XII. cap. 2. art. 8. *Lud. Jacob.* p. 17. De quatuor *Anaſtaſiis* vid *Moreri*. Diction. eoſque omnes, ut verbo dicam, qui Hiſtorias Eccleſiaſticas condidêre, & Vitas Pontificum deſcripſere. *Eugenio III* ſucceſſit *Anaſtaſius IV.* cui *Hadrianus IV.*

ANASTASIUS Epiſcopus Nicæenſium Metropolitanus ſubſcripſit A. 520 relationi Synodi CPol. de ordinatione *Epiphanii* Epiſcopi, & Concilio interfuit ſub *Menna* habito CPoli A. 536. In Bibl. Coiſlin. *p.* 389. extat MS. ὑπόθεσις καὶ ἑρμηνεία τ̃ ψαλτηρίου τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ψαλμῶν ἀπὸ φωνῆς Ἀναστασίου Μητροπολίτου Νικαίας. Et *p.* 244. Catena MS. in Pſalmos, collecta tùm ex aliis, tum ex *Anaſtaſio* Nicæno. Sub ejus nomine *Quæſtiones* varias & *Reſponſiones* edidit *Hervetus*, quæ in aliis Codicibus & in Editione *Gretſeri* rectius referuntur ad *Anaſtaſium* Sinaitam. * Vid. *Fabric.* Tom. IX. p. 324. & 341.

Anaſtaſium Nicænum floruiſſe quidam dicunt tempore *S. Maximi* Martyris, qui ad eum ſcripſit circa A. 640. Addunt ejus *Reſponſa ad Orthodoxorum Interrogationes de diverſis Capitibus Eccleſiaſticis* extare *Tomo I* Bibl. PP. *Pariſ.* edit. 2a à *Gentiano Herveto* prius vulgata & Latinitate donata (*a*). Is autem eſſe non poteſt *Anaſtaſius*, qui jam A. 520 in vivis erat, Nicænſis (de *Nico* in Macedonia;) alter verò Nicænſis ſeu Nicænus (de *Nicée*) in Natolia. Utut ſit, planè diverſi videntur.

Ciaconius Bibl. ſuæ *p.* 134. *Anaſtaſium* Epiſcopum Nicænum floruiſſe ait A. D. 600 eique tribuit *Quæſtiones & Solutiones in Scripturam Sacram*, ab *Herveto* editas, quas falsò *Athanaſio* tribui notat, eò quod in ipſis *Athanaſius* citetur.

Alii dicunt *Anaſtaſium* Epiſc. Nicænum, ſi earum Quæſtionum Autor eſt, vixiſſe Sec. XI. eique item tribuunt Tractatus *de ſacra ſynaxi, & de non judicando, deque oblivione injuriarum*, quos alii *Anaſtaſio* Sinaitæ adſcribunt. Conf. quæ de illo dicemus.

Anaſtaſium Nicææ Metropolitam, Commentarii Græci in Pſalmos Autorem, A. 642 claruiſſe ait *Jac. Le Long* p. 608.

(*a*) *Conf. Labb.* Tom. I. p. 68. & II, 84 citante *Oleario* p. 47. Vid. & *Miraeum* in Auctar. *cap.* 228.

ANASTASIUS, *Sinaita* à Monaſticâ, quam in monte Sinai egit, vitâ dictus, anno 561 ad Patriarchatûs Antiocheni dignitatem promotus, doctrinam orthodoxam ſtrenuè ac conſtanter propugnabat, *Juſtiniani* autem Imp. deliria de incorruptibilitate corporis Chriſti fortiſſimè impugnavit. Quamobrem *Juſtinianus* ipſum in exilium mittere in animo habuit: quod quidem morte ſubitaneâ præreptus nequaquam præſtare potuit. Tantus certè tunc in *Anaſtaſio* enituit religionis illibatæ zelus pariter ac fama, ut Epiſcopi omnes Orientales à *Juſtiniano* decreto ſuo hæretico ſubſcribere juſſi, ſe *Anaſtaſii* ſententiam exſpectare, ejuſque veſtigiis inhæſuros concordi voce reſponderent: ipſe verò *Anaſtaſius* nullis minis, nullis precibus adduci potuit, ut fidem tantillùm proderet. Anno 570. *Juſtinum* Imp. *Anaſtaſio* objiciens, quod ſacram pecuniam in profanos uſus profudiſſet, quòd ſibi conviciatus eſſet, denique quòd *Joannem* Scholaſticum ob *Eutychii* CP. ſedem inique arreptam reprehenderet; ipſum de throno Antiocheno dejecit, nonniſi poſt 23. demum annos mortuo *Gregorio*, qui in locum ejus ſubſtitutus fuerat, anno 592. ſedi ſuæ reſtitutum. Imperii itaque *Heraclii* anno XI. reverſus *Anaſtaſius* Martii XXV Feriâ quartâ ſanctæ Hebdomadis Orationem *de Pace* ad Antiochenos habuit. Hanc ſe legiſſe ſatis innuit *Nicephorus* lib. IV. cap. 44. ſed *Anaſtaſio* juniori perperam tribuit. Obiit anno 599. Vir erat, inquit *Evagrius*, l. 4. c. 40. τὰ

μὲν θεῖα ὡς μάλιστα λόγιος, ἀκριβὴς δὲ τὰ ἤθη [illegible] ... [illegible] δίαιταν, ὡς καὶ τοῖς λίαν ψιλοῖς ἐπισκήπτειν, καὶ μηδαμῶς δὲ σταθῆς καὶ βεβαίως παρεξίεναι, μήτι γε τ̃ καιρῶν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον ἀνατεινομένων, tam in divinis literis admodum eruditus. tum in moribus & in vivendi ratione accuratiſſimus, adeo ut res etiam leviſſimas obſervaret, nec à conſtantia & firmitate unquam deflecteret, nedum in magni momenti rebus & quæ ad Deum ſpectarent. Eximiam porro comitatem ſumma morum gravitate temperabat, ἐν μὲν τοῖς σπουδαίοις ἐπιμελὴς ἦν τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶσσαν ἕτοιμος, ἐκθερίζων τὰς πεύσεις· διαλύων ἐν δὲ τοῖς παρέργοις τὰ μὲν ὦτα παντελῶς ἀποκλείων. Τὴν δὲ γλῶσσαν χαλινῷ ἀνέχων, ὡς καὶ τὸν λόγον λόγῳ ῥυθμίζεσθαι, καὶ τὴν σιωπὴν ἀσύγκριτα λόγου καθιστάναι. Et in ſeriis quidem colloquiis, aures et patentes & lingua profluens erat: & quæſtiones propoſitas prudenter & argutè diſſolvebat, in Sermonibus autem ineptis ac ſuperfluis, aures quidem penitus occluſas habens, linguam verò quaſi ſræno quodam comprimebat, ita ut orationem ratio metiretur, & ſilentium omni oratione præſtantius eſſet. * Cave *Hiſt. Liter.* p. 344.

OPERA:

1. *Oratio ad Antiochenos, cùm ab exilio reverteretur*: extat Græcè MS. in Biblior. Vindob. inter Codd. Philolog. juxta Catalogum *Neſſelianum* Cod. 74. num. XVI. fol. 203. uſque ad fol 206. & hoc habet initium, εἰρήνην, καὶ πάλιν εἰρήνην, καὶ τρίτον εἰρήνην, ἱερὸν τ̃ Τελειοῦ εἰρήνην, τῶν πάντων ἴδιον, καὶ τιμιώτατον ὄνομα. καὶ τοῖς ἐνδεέσιν ἐχαρίσατο αὐτὴν ὡς σύνθημα πρὸς ἡμᾶς, &c. digna proculdubio quæ in communem lucem producatur.

2. Ibid. Cod. Theol. 305. fol. 193. habetur ejuſdem Oratio *de variis animæ ſalvandæ, & pœnitentiæ agendæ modis*, quæ ita incipit Εἴρηται μὲν ἤδη περὶ βραχέων, ὅτι γινώσκων ὁ Θεὸς τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀκατάσειστον καὶ ταλαίπωρον τῶν ἀνθρώπων ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος πολλὰς ἡμῖν καὶ διαφόρους σωτηρίας ἐχαρίσατο τρόπους, &c.

3. Cod. Theol. 233 num. VII. à fol. 92. uſque ad fol. 101. *Oratio de Fratribus in Chriſto mortuis*, Incipit, Τὸ τῶν σήμερον ἀγαπητοί [illegible] ἡμῶν, &c. Has duas Orationes proximè recenſitas in Bibliothecâ etiam Vaticanâ aſſervari, teſtis eſt *Poſſevinus*.

4. Ibid. Cod. Theol. 60. num. IV. fol. 281. & Cod. 184 num. XX. fol. 118. item Cod. Hiſt. 56. nu. XXI. fol. 184. *Demonſtratio magnam & angelicam eſſe ſummi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laica, ſed tantùm ab alio majore Sacerdote, quemadmodum & Canones affirmant.* Principium, Ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ ἱστορίᾳ Φίλωνος τ̃ φιλοσόφου, [illegible] ..., ὅτι πὲρ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ ἐπέχοντος τις, &c. Quis fuerit hic *Philo* Philoſophus, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam condidit, vel quo tempore vixerit, me plane neſcire fateor. Plura de eo ſuo loco dicemus. Habetur etiam hæc ἀπόδειξις *Anaſtaſiana* in Bibliothecâ Regiâ Pariſienſi teſte *Labbeo* Biblioth. Nov. MSS. *Part. II. pag.* 82. Quod verò inter *Anaſtaſii* Opuſcula eodem codice contenta, recenſet *Quæſtiones & Reſponſiones II.* I. In illud Proverb. *Sapientia ædificavit ſibi domum.* II. *An continuò communicandum corpori Chriſti?* viderint qui codicem MS. inſpicere poſſunt, annon prior eadem planè ſit cum Quæſt. *XLII* Editionis *Gretſerianæ*, poſterior cùm Quæſtione *VI* Quæſtionum & Reſponſionum. Opus à *Gretſero* editum, beneficio Cod. Vindob. Theol. 184 num. XXII. non exiguo ſupplemento augeri poteſt; in quo nempe Quæſtiones quædam Græcè habentur, quæ jam Latinè tantùm extant; & Actorum quorundam nomina, ex quorum operibus quæſtiones & reſponſiones deſumptæ ſunt, quæ in *Gretſeriana* editione fruſtrà quæruntur. Codex etiam Theol. 40 num. XXXIII. quo ὁδηγὸς *Anaſtaſii* continetur, à *Gretſeriano* nullùm differt, tàm reſpectu ordinis, quàm ratione variantium lectionum, & nonnullorum additamentorum. Quin & imago Chriſti crucifixi, quam à ſe delineatam Operis ſui *cap.* 12. inſeruit *Anaſtaſius*, quam-

que omnes, qui Opus ſuum deſcripturi ſunt, per filium Dei objurat ne omittant, à *Gretſerianâ* longè diſcrepat, cujus proinde ectypum æri eleganter inciſum, ex antiquo illo codice Cæſareo exhibet *Lambecius* Comment. *lib. III. pag.* 164. ubi illud obſarvatu non indignum eſt, quod Servator noſter cernitur cruci affixus non tribus, ſed quatuor clavis.

5. Denique *Oratio in Transfigurationem Chriſti* (vid. *inf. n.* 14.) quam in fine mutilam edidit *Combefiſius*, ex Cod. Cæſareo inter Hiſt. 45. n. 15. ſuppleri potaſt, eaque additamenta exhibet *Lambecius* lib VIII. p. 117.

6 Inter Codices Baroccianos in Biblioth Bodl. Cod. 197. fol. 263. habetur Sermo *Anaſtaſii* Patriarchæ Antiocheni περὶ τῦ κατ' εἰκόνα, i. e. ut arbitror, *de illo quod homo ad imaginem Dei conditus ſit:* incipit, Ἀλλά γε δεῖ ἐπὶ τό, &c. An noſtri ſit non liquet.

7. Ὁδηγὸς ſiva *Dux via adverſus Acephalos.* Videtur iſtud Opus tum ex varia ipſius *Anaſtaſii*, cum ex nonnullia Veterum Opuſculis conſarcinatum; ut cuivis conſtabit, qui quatuor priora præſertim capita attentè perlegerit: nec id modò, ſed & à recentiore quâdam manu haud leviter interpolatum eſt. Capite enim 10. pag. 198. meminit *Eulogii* Alexandrini jam mortui, qui nonniſi anno DCVIII diem obiit. *Cap.* 5. init. ſex Concilia Oecumenica memorat: ſed forſan menda cubant in numero, cùm in eodem capite quinqua ſolummodò annumeret. Opus certà nullâ diligentiâ, nullo ordine conſcriptum eſſe ipſe *Anaſtaſius* in Proœmio agnoſcit: ubi veniam à Lectoribus petit ob varias correctiones paſſim adhibitas, & propter ἀκυρολογίας ſæpiùs commiſſas; cùm ægritudinum frequentia non ferebat, ut in iis pro animi ſui ſententia verſaretur. Edidit hunc librum Græc. Lat. *Jac. Gretſerus* Ingolſtad. 1606. 4°.

8. *Quæſtiones & Reſponſiones de variis argumentis in S. Scripturam* numero CLIV. Extant in Vatic. intar Codd. Græc. MSS. *Pii II* num. XI. & *Abrah. Maſſad* Maronitæ, num. 10. Infinitum eſſet omnium da hoc Opera ſententias, objectiones, reſponſiones recenſera. Paucis igitur me expediam. Vel *Anaſtaſii* noſtri Opus non eſt, vel inſigniter interpolatum. Quæſtiona enim 16. meminit *Phocæ* tyranni Imperium ſibi arripientis; alibi etiam in eo citantur *Maximus* Monachus (vid. *quæſt.* 1. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 18. 154.) *Nicephorus* Patriarcha CP. (vid. *quæſt.* 2. 57.) *Olympiodorus*, Synodus VI ſeu Trullana (*quæſt.* 64.) *Joannes Moſchus* (quæſt. 60.) aliiqua *Anaſtaſio* noſtro juniores. Porrò *Quæſt.* 117. loca ſancta Palæſtinæ Orthodoxos Chriſtianos per 700 annos tenuiſſe affirmat Autor. Siva igitur anni iſti à *Conſtantini* Imperio (quod magis videtur) ſive ab ipſo Chriſto initium ducant; id parùm refert. *Anaſtaſius* certè Antiochenus ajuſmodi calculo uti non potuit. Quidquid ſit, videntur mibi hæ Quæſtiones eſſe Cento primùm ab *Anaſtaſio* inchoatus, deinda ab aliia, variis locir ac temporibus auctua & abſolutus. Hinc fit, ut in Codd. MSS. mirè variet quæſtionum numerus: nec ipſe *Gentianus Hervetus*, qui eas primus edidit, plures quàm XCIII. dederit, & iſtas quidem *Anaſtaſio* Nicæno aſcriptas. Integrum verò Opus Græc. Lat. in lucem emiſit *Gretſerus* Ingolſtad. 1617. 4°.

9. *Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron* Libri XI, Latinè editi *Pariſ.* 1609 in 8 Liber XII hactanus daſideratus prodiit Græco-Latinè *Londini* 1682. in 4. Vid. ſup. *p.* 334. *col.* 2. *n.* 5.

Ultimus iſte liber nuſquam in Bibliothecis Patrum cum undecim prioribus comparuerat. Nunc verò, juxta fidem MSC. quod ex *Johannis Dallæi* Bibliotheca in Colbertinam tranſiit, cum interpretationa Latina, & conjecturis *Andreæ Daterii*, acceſſit. Ac na quis miretur, cur *liber* hic *duodecimus* tamdiu in tenebris delituerit; præfationia auctor monet, in eo nonnulla cum Tranſubſtantiationia doctrina pugnantia contineri, quæ librorum cenſores ſupprimere, quàm ſibi ſuæque religionis hominibus negotium faceſſera, maluerint. Atque idem fatum *D. Chryſoſtomi ad Cæſarium Monachum Epiſtolam* ob eandem rationem etiamnum experiri, in *Expoſtulatione* Præfationi ſubjuncta queritur. Enim verò celeberrimum iſtum Eccleſiæ Doctorem Epiſtolam aliquam ad *Cæſarium* Monachum exaraſſe; quamvis ea nec inter Opera *Chryſoſtomi* legatur, nec à Catalogorum Scriptoribua recenſeatur, ex vetere aliquo Scriptore, qui poſt ſeptimi ſeculi medium contra *Severianos* & *Acephalos* ſcripſit, operâ *Turriani* in lucem edito, nec non è *Nicephori* Patriarchæ Conſtantinop. diſputatione adverſus *Iconomachos*, quæ in Colbertina Bibliotheca MS. extat, & aliis monumentia abunde conſtare arbitratur eruditus expoſtulator. Neque dubitat eam *Chryſoſtomi* Epiſtolam adbuc extare, cùm Seculo XVI *Petrus Martyr* è Florentina Bibliotheca iſtam deſcripſerit, quod apographum in Cantuarienſis Archiepiſcopi *Thomæ Crammeri* Bibliothecam translatum quorſum poſtea pervenerit, cùm ſub *Maria* imperio hæc Bibliotheca diſperetur, incertum. Accidit autem ut doctiſſimus Vir *Emericus Bigotius*, dum ante aliquot annos in Italia verſaretur, Florentiæ in eandem Epiſtolam, quam olim *Petrus Martyr* ibidem deſcripſerat, incideret; quam Pariſienſem Archiepiſcopum *Petrum de Marca* pro genuino *Chryſoſtomi* fœtu agnoviſſe, ajuſdem conſobrinus *Fagetus* Epiſtolâ ad primum Palenſia in Bearnia Curiæ Præſidem teſtatua eſt. Nec *Fagetus* modò rem iſtam in publicum protulit, ſed ipſe etiam *Bigotius* ſa Epiſtolam illam, quamprimùm occaſio daretur, in publicam lucem emiſſurum pollicitus eſt, & cùm ſub prælo gementem *Palladii* Dialogum *de vita Chryſoſtomi* illico lucem viſurum amicis ſignificarer, hanc *Chryſoſtomi* Epiſtolam poſt ejuſdem vitam, loco maxime opportuno, ſe itidem editurum haud ſemel pronuntiavit. Quod neminem non noviſſe, cui aut ipſa *Bigotius*, aut *Menagius*, aut *Juſtellus*, aut *Baluzius*, aut *Formentinus*, aut *Santolius* aliique clariſſimi Viri non ſint penitus inſalutati, expoſtulationis Auctor aſſerit; ſubjungens, fuiſſe atiam qui *Bigotii* præfationem viderint, ipſumqua apud amicos liberà profeſſum, ſe aliquor ajua exemplaria jam excuſa ſibi aſſervaſſe, & alia nonnulla apud amicos quoſpiam repoſuiſſe; eſſe inſuper Viros probos, qui *Robertum Bigotium*, in ſupremo Pariſienſium Senatu Conſiliarium, hanc ipſam *Chryſoſtomi* Epiſtolam in conſanguinei ſui manibus vidiſſe profiteantur, denique in Angliam, Belgium, ac aliò miſſa prioris paginæ jam excuſa aliquot exempla, hanc Epiſtolam cum *Palladio* mox prodituram, rem omnibua notam feciſſe. Sed eventum promiſſis non reſpondiſſe dolet; cùm à Pariſienſibus nonnullis Theologis, è quibus *D. Grandinum* & Dn. *Faure* nominat, & Epiſtola illa diu deſiderata, & *Bigotii* Præfatio ſuppreſſæ fuerint; eamque ob cauſam in iſto *Palladii* volumine poſt *pag.* 236. integer quaternio deſit, per quam immanem lacunam lector ad fraudia cubilia deducatur. Cauſam autem tam inopinatæ ſuppreſſionis non aliam eſſe ſcribit, quàm quod *Chryſoſtomus* in hac Epiſtola Tranſubſtantiationi adverſetur, aſſerens, *panis naturam integram permanere, quamvis Divina ſanctificante Gratia, mediante Sacerdote, Corporis Dominici appellatione dignus habeatur.*

Quæ verba *Petrus Martyr* an. 1548. in *Diſputatione* adverſus *Gardinerum* Wintonienſem Epiſcopum allegavit. Quæ vero ad hoc *Chryſoſtomi* teſtimonium *Gardinerus*, & poſtea *Perronius* adverſus *Pleſſæum* (*Du Pleſſis Mornay*) diſputans, & *Gamachæus* regeſſerunt (quorum ultimus Epiſtolam illam non *Johanni Chryſoſtomo*, ſed *Eleemoſynario* tribuit, illumque excuſandum pronunciat quod Tranſubſtantiatio ejus temporibus non ita perſpicuè eradita fuerit) Expoſtulationis Autor breviter recenſet & confutat; & quod Pariſienſes illi Theologi, qui hanc *Chryſoſtomi* Epiſtolam ſupprimendam cenſuerunt, rebus ſuis haud bena conſuluerint, demonſtrat. De cætero quod *Chryſoſtomum* non modu Tranſubſtantiationi, ſed etiam reali Corporis & Sanguinia Dominici præſentiæ adverſatum,

cum

cum *Albertino* & Auctore Diſquiſitionis de Sanguine Chriſti exiſtimat, in eo virum Clariſſimum falli minimè dubitandum eſt. * *Acta Erud.* 1683. *p.* 25.

Has *Contemplationes* Græcè editurum ſe promiſit Magnus *Cruſius* Sleſwicenſis in Diſſert. *de ſcriptis quibuſdam integris fragmentiſque hactenus ineditis*, Lipſiæ 1728. in 4. Vid. *Acta Erud.* 1729.

Extat in Vatic. inter Codd. *Pii II.* ſup. cit. n. 12. *Spiritualis Anagoge in Hexaemeron Sermones X.* *Anaſtaſio* Sinaitæ II Patriarchæ Antiocheno *Sermones XII in Hexaemeron* tribuit *Sixtus* Sen. *lib.* 4. venuſtiſſimis allegoriis exornatos, (quos ait ſervari Venetiis) ſed erraſſe notat *Miræus* in Auctar. cap. 169. Eidem *Hodegum* tribuit *Le Long* p. 608. cum Oratione in Pſalmum VI.

10. *Orationes dogmaticæ V.* via. *De S. Trinitate. De Incircumſcripto. De Incarnatione divina.* (*Liber de Oeconomia Chriſti* extat Græcè MS. in Bibliothecâ Arundelianâ in Collegium Greshamienſe jam translatâ.) *De Paſſione & Impaſſibilitate Chriſti. De ejuſdem Reſurrectione.* Prodierunt Lat. *God. Tilmanno* Interprete *Pariſ.* 1556. 8o. & in Biblioth. Patr. *Pariſ.* 1575. 1589. *Turriano* Interprete *Ingolſtad.* 1616. 4o. item *Tom. I* Theſauri *Caniſ.* edit. *Baſn.* Opera omnia *Anaſtaſii*, hactenus enumerata habentur Lat. in Bibliothecâ Patr. *Tom. IX.* in fine.

11. *Compendiaria fidei Inſtitutio*, quam cum quinque Dialogis de Trinitate ſub S. *Athanaſii* nomine Gr. Lat. edidit *Theodorus Beza* 1570. 8o. Eadem ſub *Cyrilli* nomine in nonnullis Bibliothecæ Patrum editionibus reperitur.

12. *In Annunciationem B. Mariæ* Homiliæ II. quas Græcè edidit inter *Varia Divina* Joannes Meurſius *Lugd. Bat.* 1619. 4o.

13. In Pſalmū VI *Homilia II.* Ibi ad jejunia & pœnitentiam peccatores vehementiſſimè hortatur *Anaſtaſius.* Ideo à Prædicatoribus diurna nocturnaque manu verſari voluit *Combefiſius.* Duplex quidem eſt ejuſdem Pſalmi interpretatio, ſed ejuſdem Auctoris eſſe facilè probatur, in utrâque eadem habet de *octava* quæ *ſeptimam* ſequitur. *Septimam* interpretatur hanc vitam; per *octavam* ſequentem intelligit: quæ nimis à ſcopo *Davidis* aberrant, quippe in titulo Pſalmi, qui præfert *octavam*, debet intelligi vel inſtrumentum muſicum, quod *Octochordon* appellant, ut & ὀκτάχορδον, notiſſimum Judæis & Chaldæis: vel *octava* eſt tonus intenſiſſimus Muſicæ. Ex hoc loco canem patet, *Anaſtaſium* Millenarium fuiſſe; Non video, inquit Cl. *Baſnagius*, quâ ratione alteri *Anaſtaſio* Nicæno & multò recentiori tribuantur hæ *Homiliæ* à Viris celeberrimis. Prodierunt Gr. Lat. *Ingolſtad.* 1603. in 4. ac *Tom. I.* Theſauri *Caniſ.* edit. *Baſn.* unà cum ſequenti Oratione. *Homilia in Pſalmum VI* extat MS in Vatic. inter Codd. Græc. *Abrab. Maſſad* num. 12. & inter Codd. Arab. *And. Scandar* num. 45. Vid. *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. I. & II.*

14. *De S. Synaxi, & de non judicando, deque oblivione injuriarum* Homilia, in quâ plurima obſervantur vitia Chriſtianorum, qui dum in Eccleſia myſteriorum celebrationi adſtabant, ea, quanquam veneratione digniſſima, per negligentiam aut contemptum profanabant. Prodiit Græc. Lat. cum ὁδηγῷ 1606. 4°. Extat in Vatic. Cod. Græc. MS. 59. *Sermo de Sacra Synaxi divina & myſtica liturgia.*

15. *In Transfigurationem D. N. J. C. Homilia.* (vid. ſup. *n.* 5.) Sex iſtæ Homiliæ habentur Gr. Lat. à *Fr. Combefiſio* editæ in Auctuar. Nov. *Tom. I. p.* 850.

16. *Tractatus de ſanctis tribus Quadrageſimis*, unde eas obſervari accepimus; quodque qui eas transgrediuntur, legem violent. Extat Græc. Lat. cum notis inter *Cotelerii* Monumenta Eccleſ. Græc. *Tom. III. p.* 425.

OPERA *Inedita.*

1. Quæſtiones II. *Si fortè rerum potirentur Judæi, Infideles, & Hæretici, an pro iis orandum, in Eccleſia? An Judæi ante adventum Chriſti mortui, ſint anathematizandi?*

2. *Archiepiſcopum non ſubeſſe judicibus laicis, ſed majori Archiepiſcopo.*

3. *Narratio eorum quæ in Synodo ab Orientalibus Epiſcopis geſta ſunt in Perſide.*

4. *Quæſtiones & Reſponſiones II.* 1. In illud Proverb. *Sapientia ædificavit ſibi domum.* 2. *De ſeptem lychnis Zachariæ Prophetæ.*

5. *De fide Redemptionis ad Eccleſiam quæ eſt in Babylone.*

6. *In Spiritum blaſphemia.*

7. *De vera adoratione.*

8. *An quotidie communicandum corpori Chriſti.* Opuſcula iſta in Bibl. Regiâ Pariſienſi extare MSS. teſtatur *Labbeus* ſup. cit.

9. *Sermo in fratres ſuos morte prægreſſos.*

10. *Sermo de diverſis modis ſalutis & pœnitentiæ.* Sermones hoſce duos in Bibl. Vatic. MSS. extare refert *Poſſevinus.* Verum ex ἀνεκδότοις iſtis quænam genuina, quænam ſpuria habenda ſint, is ſolus tutò judicare poteſt, cui Codices Manuſcriptos inſpiciendi adeſt copia.

OPERA DEPERDITA:

1. *Oratio ad Antiochenos* συντακτήριος cùm *Juſtiniani* mandatum de exilio ſuo accepiſſet, ἐν ᾗ ἐκ δικαίας ἀγωγῆς, inquit *Evagrius*, ἐν τε καθαρότητι, ἐν τε ῥοῇ τῶν νοημάτων, ἐν τε διαθέσει τῶν ἱερῶν ῥητῶν, καὶ τὸ μεγαλοφυὲς τῆς ἱστορίας.

2. *Oratio ad eoſdem habita cùm Epiſcopale munus auſpicaretur.* Hanc, ut & orationem *de Pace*, cùm ab exilio reverteretur, laudat *Nicephorus* L. XV. c. 44.

3. *Diſſertatio de Sabbato ad* Simeonem *Epiſcopum Boſtræ*, cujus fragmenta quædam inveniuntur in Concil. Nicæn. II. *Act. IV.* Concil. *Tom. VII. p.* 248.

4. *Epiſtola ad Scholaſticum quendam*, qua reſpondit quæſtioni, cujus initium erat, Εἰ τῷ μόνῳ [illegible] σοφίᾳ σοφία λογισθήσεται. Excerpta aliquot habentur *ibid.*

5. *Liber ad* Juſtinianum *Imp. adverſùs dogma* ab eo propoſitum de incorruptibilitate corporis Chriſti, ab *Evagrio* memoratus loc. cit.

6. *Adverſùs* Joannis Philoponi *librum* Διαιτητὴν *dictum Opuſculum*, cujus Excerptum à *Turriano* Latinè verſum dedit *Gretſerus* in Præfatione ad ὁδηγὸν à ſe editum.

De *Anaſtaſio* Sinaita & Antiocheno Epiſcopo multa mihi adhuc ſuppeditat Cl. *Oudinus* in Comment. *T. II. p.* 545. &c.

1o. Quatuor fuiſſe hujus nominis monet, & quartum ad Seculi XI initium circiter aſſignat, quod probare conatur

α Ex tractatu de *tribus Quadrageſimis*, de quo ſup. *n.* 16.

β. Ex Opuſculo altero ejuſdem argumenti *de jejunio Glorioſiſſimæ Deiparæ*, quodque ſervandum ſit ut legitimum: nam obſervat 1o. priſcis Eccleſiæ temporibus neque tres Quadrageſimas, imò nec duas, ſed unicam dumtaxat apud Græcos fuiſſe: 2o. Jejunium quadrageſimale ante Natalem Domini, multò minùs ante dormitionem Deiparæ apud Græcos valdè antiquum non eſſe, ut docuit *Hugo Menardus* in not. & obſerv. ad librum Sacram. *S. Gregor.* Papæ *III.* Tres illas *Quadrageſimas* ſub octavi ſeculi finem, aut ſub initium noni introductas fuiſſe. Undè conjicit *Anaſtaſium*, qui de hiſce ſcripſit, poſt tempora *Leonis* Philoſophi, qui ab A. 886. ad A. 911. clavem Imperii tenuit, floruiſſe.

2o. *Albertino* & *Labbeo* aſſentitur, qui *Hodegum* (vid. ſup. *n.* 7.) neque ad *Anaſtaſium* Sinaitam & Antioch. Epiſcop. Ium A. 599, mortuum, neque ad ejuſdem nominis IIum A. 608 fato functum ſpectare poſſe putant. Poſt annum 618 obiiſſe ſcribit *Adr. Baillet* ad 21 April. Exiſtimat *Oudinus* eſſe opus *Anaſtaſii* Sinaitæ *IV*, & eſſe farraginem diverſorum Tractatuum.

Autorem hujus ὁδηγοῦ non eſſe *Anaſtaſium I.* pluribus argumentis evincit, v. g.

α Ex eo quòd in Cod. Regio ſe Epiſcopum vocat; at adhuc erat Presbyter.

β. Quod Author hujus libri *cap.* 10. referat imaginem Chriſti crucifixi, ſingulari quodam modo à ſe delineatam *&c.* Undè liquet, poſt ſtabilitas imagines, quod à Synodo Nicænâ II. tantum A. 787. factum eſt, vixiſſe hunc *Anaſtaſium.*

γ Ex ipſis Authoris præcautionibus, quæ recentiorem aperte Græciam arguunt; vult enim ut qui hunc librum tranſcripturi ſunt, ſcholia adjiciant, accentus, puncta & ſemipuncta obſervent, & ſolæciſmi ſpeciem præ ſe ferentia.

δ Ex legitimæ diſputationis conditionibus præſcriptis; ex quibus conjicit Authorem eſſe recentem.

ε. Ex definitionibus variis quæ *cap.* 2. ὁδηγοῦ continentur, ex *Clemente* Romano & *Damaſceno* collectis; At, *inquit*, omnes tres priores *Anaſtaſii* multis annis antiquiores ſunt ætate *Joh. Damaſceni* circa A. 740.

ζ. Ex tractatibus qui ſunt in eo ὁδηγῷ ſub titulo *Anaſtaſii Minimi* Monachi. At, inquit *Oudinus*, hi tractatus non videntur ante Sec. X. medium ſcripti, quo apud Græcos Monachi & Presbyteri affectabant epithetoo *Minimi.*

η. Ex eo quod in editione Græco Latinâ *Jacobi Gretſeri*, Scriptor explicat latiùs *Compendiariam fidei expoſitionem* ab altero *Anaſtaſio III.* factam ad tempora Concil. Œcumen. VI. A. 680.& 681 celebrati.

3º. Refert quoque *Oudinus* ad *Anaſtaſium IV.* Quæſtiones & reſponſiones de variis argumentis in Scripturam Sacram CLIV (Vid. ſup. a. 8.) Has *Anaſtaſio* qui claruit A. 630 tribuit *Le Long.*

4º. Notat *Labbeus* Obſerv. I. in *Anaſtaſ. Sinait.* ſe vidiſſe aliquos, qui Contemplationes Anagogicas in Hexaemeron (vid. ſup. *n.* 9.) ab aliquo *Anaſtaſio* ſeu *Pſeudo Anaſtaſio* poſt annum 1050 vel 1078, ſcriptas fuiſſe dicerent.

5º. De Orationibus V, Dogmaticis, (vid. ſup. a. 10.) ſeu de *rectis* fidei Orthodoxæ dogmatibus libb. V. quos *Anaſtaſio I* tribuit *Albertinus* lib. 2. *de Euchar. Sacram.* p. 894. credit *Oudinus* eſſe *Anaſtaſii IV*, Sec. XI. quia *Anaſtaſius* ὁδηγοῦ Author, *Dogmatici tomi* meminit, ſub finem Prologi τοῦ ὁδηγοῦ.

6º. De aliis Tractatibus ſuum judicium indicat *Oudinus.*

7º *Albertinus* loc. cit. vult *Anaſtaſium I.* Epiſcop. Antiochenum ab *Oudino* ſeniorem dictum ſenſiſſe in Tomo Dogmatico, Chriſti corpus & ſanguinem haud quaquam verè & realiter, ſed in virtute tantùm ac figurâ extitiſſe ſub pane vinoque Euchariſticis, ex Orat. I. *de Trinitate* & V. *de Reſurrectione*; At *lib. III. p.* 904. Pſeudo Anaſtaſium IV. in ὁδηγοῦ farragine *cap.* 23. voluiſſe Chriſti Corpus & Sanguinem verè & ſubſtantiâ ſuâ contineri, ſub ſpeciebus panis & vini poſt benedictionem in Euchariſtiâ: Verùm *Oudinus* putat utrumque opus eſſe *Anaſtaſii IV.*

Nat. Alexand. Sec. VI. cap. 4. art. 13. Auctorem ὁδηγοῦ floruiſſe conjicit circa A. 635. Priori *Anaſtaſio* tribuit *Elias DuPin*, à quo diſſentire videtur ejus Cenſor *Rich. Simonius* in Crit. *lib.* 3. *cap.* 5. ubi Gretſerianam editionem non accuratam eſſe notat, ipſeque novam à ſe ſperare jubet, *p.* 239. ad Codices MSS. optimæ notæ elaboratam. *Je pourrai*, dit-il, *donner au public une edition nouvelle de ce Traité* d'Anaſtaſe, *ſur de bons exemplaires manuſcrits.*

ANASTASIUS, *Sinaita* à monte quem Monachus adhuc incoloit, *Junior*, ut à deceſſore diſtinguatur, dictus, *Anaſtaſio* ſeniori ſucceſſit in Patriarchatu Antiocheno anno 599. Poſtquam ſedem decennio ferè tenuiſſet, anno 608. ſaltem proximo ineunte (*a*), orto immani Chriſtianos inter & Judæos tumultu, à Judæis, qui pugna ſuperiores fuerant, throno deturbatus eſt, & fune pedibus illigato per Urbem tractus, abſciſſis etiam & in os ingeſtis *aidoiois*, ac tandem igni traditus, Matryrii palmam retulit. Exſtat Græc. Lat. ſub illius nomine *Compendiaria fidei Inſtitutio* in Bibliotheca Patr. *Tom. XI.* quam tamen alii *Anaſtaſio* Seniori tribuunt. Revera neutri debetur, cùm S. *Maximi* fœtus ſit. Vide plura in *Anaſtaſio* Seniore. Cæterùm *Anaſtaſium* noſtrum autorem habuit *Verſio Græca Gregorii M. libri de Cura Paſtorali*; quam laudat ipſe *Gregorius* lib. 20 ep. 22. Verùm illa ad nos non pervenit. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 357.

(*a*) Anno 609 vel 611 Martyrio donatum ait *Miræus* in Auctar. cap. 170.

De diverſis *Anaſtaſiis* Sinaitis & Antiochenis Epiſcopis Diſſertationem ſcripſit *Oudinus* Comment. Tom. I. p. 1481. &c. Ex quâ Diſſertatione, quædam à *Caveo* non obſervata excerpam.

1º. Obſervat itaque Ium Anaſtaſium *Sinaitam* dictum & Antiochenum Patriarcham *Gregorio M.* amicitiâ conjunctiſſimum, ut ex pluribus ad eum ejus Pontificis literis liquet Lib. I. *indict.* 9. *Ep.* 7. 24. 25. Lib. IV. *indict.* 13. *Ep.* 36. 37. Lib. VI. *indict.* 15. *Ep.* 24. 31. Lib. VII. *ind.* 1. *Ep.* 3. Iſte mortuus eſt A. 599. April. 21. Vid. *Adr. Baillet.*

2º. Pertendit *Oudinus* genuina hujus *Anaſtaſii* ad nos non perveniſſe.

3º. *Anaſtaſium II* Sinaitam *juniorem* dictum, qui ſeniori ſucceſſit in Patriarch. Antiocheno, *confeſſionem fidei ſua* ad *Gregorium* Papam miſiſſe, ut *Greg.* teſtatur, *lib.* 7. *Indict.* 2. *Ep.* 48. Quidam eum *Nicænum*, à patriâ fortè appellarunt. Credit *Oudinus*, Compendiariam fidei Orthodoxæ inſtitutionem, quæ tribuitur huic *Anaſtaſio*, poſt hæreſim Monothelitarum exortam, imo florentem, ſcriptam fuiſſe, quam hæreſim condemnavit Concil. VI. Oecumenicum A. 680. celebratum, cujus tempore vivebat; non iſte *junior* qui obiit A. 608. Sed alius *Anaſtaſius* Antiochenus Archiepiſcopus, qui hujus *Compendiariæ inſtitutionis* author eſt, ut conſtat ex ejus Opuſculo de hæreſibus.

4º. Idem *Oudinus* p. 1663 ſtatuit *Anaſtaſium III.* Authorem hujus *Inſtitutionis*, Patriarcham quoque fuiſſe Antiochenum. Hæc *Inſtitutio* vel Expoſitio extat in Bibl. PP. Parif. 1575. *Tom. V. p.* 763. in edit. 2a. 1589 *Tom V. p.* 1097. in edit. 3a. A. 1610. *Tom. IV. pag.* 983. primum inſcribitur: *inter* Anaſtaſium *Antiochenum* & Cyrillum *Alexandrinum*, *Dialogus de Orthodoxâ fide.* Opuſculum breviſſimum, quòd incipit, *Heus tu, cujus es Religionis?* R. *Chriſtianus ſum.* Extat hoc in Magnâ Biblioth. Veter. Patrum. *Parif.* A. 1654. *Tom. XV. p.* 677. ſed Latinè tantùm.

5º. *Anaſtaſium* Monaſterii S. Euthymii circa A. 740. totum ad Filium retuliſſe hymnum *de Triſagio.* Vid inf. in *Anaſtaſio* Autore libri contra Judæos.

ANASTASIUS alter, Montis Sinai Monachus, qui & *Sinaita* inde nomen habuit, claruit circa annum 685. Scripſit Narrationem compendiariam *de Hæreſibus* ab initio Religionis Chriſtianæ, deque Conciliis adversùs eas celebratis; quam ad Concilium Oecumenicum VI. CPoli anno 680 & ſequenti ſub Imp. *Conſtantino Pogonato* contra Monothelitas celebratum, perducit, deſinitque ſub Imperio *Juſtiniani Rhinotmeti.* Incipit, ἰδὲ μὲν ἡ ἀρχῆς, Extat MS. in Biblioth. Vindob. juxta *Lambec.* Cod. Hiſt. Eccl. XLIII. *n.* 45. *fol.* 187. *p.* 2. juxta *Neſſel.* Cod. VII. De hâc narratione notat *Lambecius* Comment. *lib. VIII. pag.* 443. contineri eâ quædam ſingularia & obſervatu digna, ad Concilia duo, Oecumenicum V. & VI pertinentia, quæ alibi vix reperiuntur. Sequitur in eodem codice *fol.* 193. Anonymi cujuſdam auctoris *Recenſio compendiaria Conciliorum ab Orthodoxis & ab Hæretica celebratorum*, in duas claſſes diſtincta, & circa annum 652 quo auctor vixit, deſinens. Eam integram exhibuit Cl. *Lambecius* loc. cit. Subjungitur in eodem codice MS. *fol.* 194. & alia Anonymi cujuſdam *Notitia Sanctorum Conciliorum Generalium & Provincialium* uſque ad Concilium V. incluſivè. Cujus initium,

initium, ἐγένετο σύνοδος περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου αὐτῆς, &c. an verò tempore quintæ Synodi circa annum 554 vixerit auctor, non liquet. An noſter, vel alius fuerit *Anaſtaſius* Monachus qui ſcripſit Διηγήσεις περὶ τῆς ἐν ταῖς ἁγίων πατέρων cujus ex Cod. *Colbert.* 4726 meminit Cl. *du Freſn.* in *Gloſſario Græco*, viderint quibus codicem MS. inſpicere licet. * *Cave* ad A. 685.

De eo loqui voluit Cl. *Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. VII. p.* 479. ubi ſequentia obſervat.

1o. Narrationem compendiariam ejus *Anaſtaſii*, περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεων ἢ τῶν Συνόδων γενομένων κατ' αὐτῶν, MS. extare in Bibl. Vindob. teſte *Lambecio* VIII. p. 443.

2o. Quantùm ex his quæ *Lambecius* ibi affert colligere licet, diverſam illam narrationem eſſe ab iis quæ in *Hodego* Anaſtaſius de eodem argumento tradit; nam illius *cap.* 4. continet ἐξήγησιν κατ' ἐπιτομὴν περὶ τῶν αἱρέσεων ἐξ ἀρχῆς ἕως Νεστορίου ἢ Σευήρου. Caput verò V. eſt περὶ τῶν ἁγίων Συνόδων, & in Synodo V deſinit.

3o. In iis quæ de hæreſibus leguntur, à *Simone* Mago Samaritano initium fieri.

4o. Dicit quod ſuo tempore ὕδατα Ἀρμενίων, ὁ Μακεδονιανοὶ, ὁ Βυρομαιανῶν μονάζη ἐν κόσμῳ.

5o. Vocat Neſtorium ῥίζαν ἐλλεβόρου, Καλδαῖον χοῖρον, radicem hellebori, Chaldæum porcum. De Anaſtaſiis conf. *Morer.* Diction.

ANASTASIUS, primò Monachus, deinde Abbas, natus anno 618 S. *Maximi* diſcipulus, itinerum, calamitatum, exiliorum per integrum decennium comes individuus claruit anno 655 quo unà cùm S. *Maximo* Imperatoris juſſu Româ CPolim aſportatus eſt, ibi in judicium tractus, diris modis exagitatus, ac demum Perberim relegatus, A. 662 Lazica cum B. *Maximo* deportatus eſt, ubi caſtello *Scotori* dicto Apſiliæ prope Abaſgiam, deinde Suanenſi incluſus, & tam ex tormentorum & verberum, quæ Byzantii ſuſtinuerat, copiâ, quàm ex afflictionibus & anguſtiis hoc in loco ipſi illatis, vix adhuc ſemivivus 24 Jul. A. 662 vel 664 in Domino obdormivit. Scripſit anno 655 ad *Commune Monachorum apud Caralim* (a) *conſtitutorum Epiſtolam*, *contra Monotheliras hæreticos*, eò delapſos ut duas & unam, id eſt tres in uno eodemque Chriſto voluntates & Operationes prædicarent. Habetur hæc inter Collectanea *Anaſtaſii* Bibliothecarii à *Sirmondo* edita *Pariſiis* an. 1620. in 8. p. 142. inter *Maximi* opera t. 1. p. 43. * Conf. *Cave* ad A. 655. *Oudin.* ad A. 660. p. 1658. *Fabric.* VIII. 729. & IX. 341.

(a) *Caralis ſeu Calaris* vulgò *Cagliari* in Sardinia.

ANASTASIUS, Eccleſiæ Romanæ Presbyter & Apocriſiarius, B. *Maximi* diſcipulus claruit anno 655. quo ob *Maximi* Præceptoris cauſam & Orthodoxæ veritatis confeſſionem Meſembriam Thraciæ urbem in exilium miſſus eſt, poſtea Trapezuntem relegatus. Anno 662 unà cum B. *Maximo* in Lazorum religionem deportatus: ubi à *Maximo* & *Anaſtaſio* cognominis, exilii ſociis divulſus, in caſtrum Buculum dictum in regione Meſimianâ prope confinia Alanorum conjectus eſt; poſt paucos dies in caſtellum Thacyriæ juxta Hiberiam, exinde verò caſtrum Phuſtae, mox Schemarin ablegatus, obiit anno 666. v. Id. Oct. Scripſit an. 645. exul è Lazicâ prolixam ad *Theodoſium* Gangrenſem Presbyterum *Epiſtolam*, cui præter enarrata fusè ſui ac B. *Maximi* & *Anaſtaſii* CP. exilia, plurima duabus Chriſti Operationibus ex S. *Hippolyti* ſcriptis deprompta teſtimonia intexuit. Extat hæc *Epiſtola* Latine inter *Anaſtaſii* Collectanea à *Sirmondo* edita *Pariſ.* 1620 & in Bibl. Patrum *Tom. XII. p.* 858. Operibus etiam S. *Maximi* à *Combefiſio* editis præmiſſa, Græcè & Lat. *pag.* 67. Conf. *Cave* ad A. 655. *Oudin.* ad A. 660. p. 1658. *Mirai* Auctar. cap. 191. *Fabric.* Tom. IX. p. 341.

ANASTASIUS, Monachus Caſinenſis, ſub *Stephano III* (aliis II.) Romano Pontifice Bibliothecarius, & quod volunt nonnulli, ſed inani conjectura ducti, Cardinalis, claruit anno 754 Scripſit *Hiſtoriam de Tranſlatione partis Reliquiarum S. Benedicti & Sororis ejus Scholaſticæ*, quæ in Bibliothec. Caſinenſi ſervatur. Exemplar etiam MS. penès ſe habuiſſe teſtatur *Arnoldus Wion* Lign. Vit. *lib. II. c. 8. p.* 177. Hujus quidem *Anaſtaſii* nullus meminit *Petrus* Diaconus libro *de Viris illuſtribus Caſinenſibus*. * Cave *Hiſt. Liter.* p. 415. Conf. *Voſſius* l. 2. c. 29. p. 284.

ANASTASIUS, Autor libri *contra Judæos*. Quis ſit ille vix divinare licet. Conjiciebat *Caniſius*, ubi de *Anaſtaſio* Sinaita agebat, illum eſſe Abbatem *S. Euthymii*, qui cum de Triſagio malè ſentiret, ad an. 749 occaſionem præbuit *Joanni* Damaſceno eâ de re ſcribendi: Hanc ſententiam amplexi ſunt eruditi non pauci; atqui ab eâ recedendum putat Vir Cl. *Jac. Baſnagius* in Obſerv. prævià ad librum *Anaſtaſii* Antiqq. Lect. *T. II. P. III. p.* 10. editum, ubi notat quod cum obiirit *Damaſcenus* circa A. 787. debuit eo tempore in vivis eſſe jam ætate ſatis provectus *Anaſtaſius* ille, adverſus quem de Triſagio ſcripſit; quæ ſcriptori noſtro convenire non poſſunt, ſiquidem octingenteſimum & ultra annum numerat ab excidio Hieroſolymitano; quod accidit poſt A. C. 70; ideoque ei annum 875 adſignat. Eâdem ratione alium eſſe credit *Elias DuPin* (a) hujus libri Autorem ab eo cujus meminit *Damaſcenus*.

Variis utitur argumentis *Anaſtaſius* ad confutandos Judæos, quæ ſanè firma ſunt; occurrunt tamen aliqua quibus ne Chriſtianus quidem aſſenſum facilè præberet. Venditat Eccleſiæ perennitatem, quæ ſæpiùs oppugnata etiam à nativitate, nihilominus per tot ſæcula ſteterat, eoque potiſſimum argumento Judæos urget. Sed ubi locum Evangelii *de portis quæ non prævaluerunt*, ad rem applicat, illum non de Pontificis Romani aut Conciliorum infallibilitate intemerata, ſed de perſecutionibus tyrannorum adverſus eam graſſantibus interpretatur. *Joſephi* locum de Chriſto, de quo contendunt hodierno die Critici in utramque partem, genuinum agnoſcit, ita ut hic noni ſæculi teſtem habeas. Exprobrat Judæis longum illud exilium quod patiebantur: memorat prædictas à Prophetis non modò captivitates cæteras, ſed etiam ipſos in libertatem reſtitutos fore, Spiritum verò Sanctum nuſquam finem quartæ captivitatis indicaſſe, Judæos imaginum crucisque cultum objicientes inducit; quia tunc temporis vigebat ille cultus, quanquam a lege vetitus.

Is autem liber quem è Græco Latinè à *Franc. Turriano* redditum edidit *Caniſius*, exinde habetur in Bibl. Patrum. Hujus textus Græcus etiamnum ſupereſt MS, Romæ in Bibl. Vatic. & in Jeſuitica ejuſd. urbis inter MSS. Codd. ſibi ab eodem *Turriano* datos.

Extat item Græcè MS. in Bibl. Cæſ. Vindob. Cod. Theol. Græc. 248. num. 2. inſcriptus: *Anaſtaſii* Abbatis Monaſterii S. Euthymii in Palæſtina, *Diſputatio cum Judæo*, ubi notat *Lambecius* Comment. *lib. 5. p.* 135 hanc editam fuiſſe à *Caniſio*, ſed in principio & fine, & paſſim alibi mutilam & imperfectam; ideoque, *inquit*, operæ pretium fuerit, plane novam editionem adornari ex hoc Codice MS. Cæſareo.

Vir Cl. *Fabricius* hujus *Anaſtaſii* meminit (b) tanquam Sec. IX clari; alibi (c) verò eum eſſe putat de quo *Baronius* ad A. C. 749. Conf. *Cave* ad A. 741. *Oudin.* ad A. 750. p. 1796. *Nat. Alexand.* Sec. VIII. cap. 3. art. 5. *Miræi* Auctar. cap. 288.

(a) Sec. VIII. p. 100. (b) Bibl. Græc. *Tom. VII. p.* 100. n. 76. (c) *Tom. IX. pag.* 336. & *Syllab. Script. pro Verit. Relig. Chriſt.* p. 118.

ANASTASIUS, Abbas Romanus, Eccleſiæ Romanæ Presbyter & Bibliothecarius, claruit anno 870 quo ſubreptos a Romanis Legatis conſcio Imperatore

Libellos pœnitentiæ à Photianis ſedi Romanæ oblatos reſtitui impetravit: & in Occidentem reverſus, Actorum Conciliabuli Ignatiani exemplar ſecum detulit; quod poſtea Latinè vertit. Anno 871, ab *Hadriano* Papa Neapolim unà cum *Cæſario* Abbate legatus eſt, ut *Athanaſium* Epiſcopum Neapolitanum, a *Sergio* Neapolis Duce ac nepote ſuo urbe ejectum, ſedi ſuæ quovis modo reſtitui curaret. Sedulò quidem id, irritâ tamen operâ, ſatagit *Anaſtaſius*: cùmque minas & monita Pontificia parùm curarent Neapolitani, delegatâ ſibi ab *Hadriano* authoritate uſus, Clerum ſimul ac populum Anathemate innodavit. Anno 876. Vitam S. *Dionyſii* Areopagitæ Latinè à ſe verſam ad *Carolum* Calvum Imp. miſit. Plura de eo non conſtant.

Eruditis inter ſe parùm convenit, idemne fuerit *Anaſtaſius Cardinalis* qui dicitur, & *Bibliothecarius*, cujus tot egregia habemus monumenta. Quo res hæc clarior apertiorque fiat, videndum primò quiſnam erat *Anaſtaſius* Cardinalis; deinde utrum is idem erat cum Bibliothecario. *Anaſtaſii* Cardinalis res geſtas ex Annalibus Bertinianis, Actiſque Synodi Romanæ ſub Leone IV habitæ, ab *Holſtenio* primùm publicatis, exinde in Labbeanam Conciliorum editionem translatis, compendio deſcribemus. Pater ei erat *Arſenias*, propter opes & potentiam magni apud Romanos nominis, de quo Annales Bertiniani ad ann. 868. *Arſenius ad Ludovicum Imp. pergens in Beneventum infirmitate corripitur, & theſaurum ſuum in manus* Ingelbergæ *Imperatricis committens, & ut dicebatur, cum Dæmonibus confabulans ſine communione abiit in locum ſuum.* Fratrem habuit *Eleutherium*, multis magniſque vitiis infamem, qui *Anaſtaſii* conſilio, *Leonis* Papæ antehac uxorem, ejuſque filiam, quam alii deſponſatam dolo deceperat & conſtupraverat, interfecit. Unde anno 868 petente *Leone* Papâ, à Judicibus, quos eo fine miſit Imperator, ad mortem damnatus eſt. Ipſe *Anaſtaſius* anno circiter 848. à *Leone IV.* Presbyter titulo S. Marcelli ordinatus eſt. *Presbyter*, inquit, *Cardinis noſtri, quem nos in titulo B. Marcelli, Martyris atque Pontificis, ordinavimus*, i. e. hæc Eccleſia ei ſpecialiter commiſſa eſt, ut in eâ curanda, tanquàm janua in cardine ſuo, continuò verſaretur, inde vulgò *Cardinalis* dictus. Verùm cardinem ſuum mox deſeruit *Anaſtaſius*, & relictâ Româ, in religione Aquileienſi per biennium latitabat, & ad duo etiam Concilia vocatus, comparere noluit. Unde à *Leone* Papâ, & Synodo LXXV Epiſcoporum anno 850 Decembr. xvi. Romæ habitâ, Communione privatus eſt. An. 853 *Maii* xxix. *Leo* tunc Ravennæ, in Eccleſiâ S. Vitalis Synodum habuit, ad quam *Anaſtaſium* Eccleſiâ ſuâ jam integro quinquennio abſentem, iterùm vocat. Sed cum latebras adhuc ſtudioſè quæreret, quin nec ipſius Imperatoris Legati qui tunc aderant ſe hominem invenire poſſe affirmarent, *Leo* annuente Synodo anathematis ſententiam in ipſum tulit. Menſe *Junio* die xix. Romam rediit Pontifex, ibique in Eccleſiâ B. Petri ſententiam in *Anaſtaſium* latam publicavit, treſque Epiſcopos ad illum jam Cloſii commorantem deſtinavit, qui eum ad generalem Synodum Romæ *Novembr.* xv. habendam, tum coràm, tùm ſcriptis literis, citarent. *Decemb.* viii. Romæ, in civitate novâ, *Leonianâ* dictâ, in Eccleſiâ B. Petri, Synodus congregata eſt. In quâ cauſa Anaſtaſiana pleniſſimè agitatur, & cùm poſt tot Synodales admonitiones, tot excommunicationes, neque ad Synodum venire, neque ad Eccleſiam ſuam poſt tot annorum abſentiam redire voluit, proinde judicio Synodali ob ſtultam ſuam audaciam meritò depoſitus eſt, & omni Sacerdotali honore penitùs privatus. Cui ſententiæ Epiſcopi LXVII. Presbyteri XX. Diaconi VI. ſubſcripſerunt. In Eccleſia ubi habitum eſt hoc Concilium, imaginem hujus Synodi pingi fecit *Leo*, in cujus parte dextrâ ſententiam quam in *Anaſtaſium* in Synodo Romanâ an. 850 tulerat, ſcribi juſſit; in parte ſiniſtrâ ſententiam Synodalem, quæ hoc ipſo anno *Maii* xxix. in eundem lata eſt. Denique ſuper valvas argenteas, ſententiam in hâc ipſâ Synodo jam prolatam. Anno 855 *Julii* xvii. *Leo* diem clauſit extremum. Quo mortuo, *Anaſtaſius* è tenebris erumpens, & ſæculari potentiâ armatus, in Eccleſiam B. Petri auſu nefario, excommunicatus licèt, intravit, & venerandæ Synodi picturam eraſit & deſtruxit. Adverſus quem eò quòd altiora ſe petens, inquit *Adrianus* Papa, quod ſibi toties interdictum fuerat temerè uſurpavit, ac vetitum locum conſcendit, ſatis noſtra Eccleſia murmuravit & murmurat *Octobr.* 1. in ſedem Pontificalem evectus eſt *Benedictus* qui *Anaſtaſium*, Sacerdotalibus veſtimentis expoliatum, ad laicam communionem redegit, Synodique picturam, quam iſte deſtruxerat, reſtauravit. Ann. 858 *Martii* x. moritur *Benedictus*, cui *Martii* die xvi. ſucceſſit *Nicolaus I.* Ipſe *Anaſtaſium* recepiſſe videtur. Anno 867. *Novembr.* xii. mortuo *Nicolao*, poſt dies octo electus eſt *Adrianus II.* qui mox in exordio ordinationis ſuæ (ut referunt Annales Bertiniani) *Anaſtaſium* Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarium conſtituit, qui anno ſequenti *Adriani* Epiſtolam XI conſcripſit. Sed gratiam, quam conſecutus eſt, non diu tenuit. Quippe anno 878 *Octobr.* xii. coram *Adriano* apud S. Praxedem poſitus, & renovatis prioribus, aliiſque longè graviſſimis criminibus ei objectis, ipſe una cum omnibus fautoribus, qui cum eo locutione, cibo, potuve communicaverint, anathemati ſubjicitur, donec de omnibus quibus impetitur, coram Synodo rationem reddat. His non obſtantibus, in gratiam mox rediiſſe videtur. Anno enim ſequenti (ſi modò idem ſit qui Bibliothecarius) unà cùm *Suppone* & *Everhardo* Comitibus, *Ludovici* Imp. Legatis, CPolim miſſus eſt, ibique Concilii (ut vocatur) Oecumenici VIII. duabus ultimis Actionibus interfuit. Anno 871, ut jam diximus, unà cum *Cæſario* Abbate, Neapolim in cauſâ *Athanaſii* Epiſcopi Neapolitani ab *Adriano* Papâ delegatur, ubi clerum populumque contumacem excommunicationi ſubjecit. Mortuo *Adriano* Novemb. xxv. anno 872 die *Decembr.* xiv. *Joannes VIII* Papa ordinatus eſt, qui *Anaſtaſium* noſtrum Bibliothecarii munere iterùm cohoneſtavit, ejuſque operâ in ſcribendis Epiſtolis uſus eſt. Unde *Joannis* Epiſtola 314. *Januar.* v. anno 886 ſcripta, aliæque forſan ipſum auctorem agnoſcunt. Hujus *Joannis* juſſu, anno circiter 877, Concilii VII Oecumenici Acta, quæ ex Oriente redux ſecum detulerat, è Græco in Latinum ſermonem tranſtulit, ut ex veteri codice MS. luculenter oſtendit Cl. *Papebrochius.* Quouſque poſthæc vixerit, non uſque adeò conſtat; ad annum tamen 887 vitam protraxiſſe putatur.

Notet Lector poſteriora hæc quæ de *Anaſtaſio* retulimus, *Bibliothecario* certò eſſe tribuenda, an *Cardinali*, ſub judice lis eſt. Reſtat igitur ut paucis diſquiramus, utrum *Cardinalis*, & *Bibliothecarius*, unus idemque fuerit *Anaſtaſius.* Eundem cenſent *Voſſius*, *Lambecius*, *Sagittarius*, aliique. Diverſum faciunt *Labbeus*, *Ciampinus* &c. Pro *Voſſio* facit, quòd uterque erat Eccleſiæ Romanæ Presbyter, uterque Bibliothecarius, uterque eadem tempeſtate vixit, & iiſdem Pontificibus miniſtravit. *Voſſium* interim ejuſque ſequaces erroris arguit *Labbeus* quòd duos hos *Anaſtaſios* perperàm confuderint. Quod gratis quidem ab eo dicitur, nullâ ratione redditâ, adducto nullo vetuſtatis teſtimonio. Non alia litem hanc dirimendi commodior mihi videtur ratio, quàm ſi pauliſper inveſtigemus quouſque in deſcribendis Pontificum Romanorum Vitis proceſſerit *Anaſtaſius.* In *Nicolao I.* deſiiſſe communis fert eruditorum ſententia, quam & ipſe *Voſſius* amplectitur. Doctiſſimus *Ciampinus*, quo nemo *Libri Pontificalis* examen accuratiùs inſtituit, poſtquam regulas quaſdam criticas tradidiſſet, quibus certior de Scriptoris alicujus ſtylo cenſura ferri poſſet, Pontificalis libri ſtylum ſub examen revocat, iſtumque diverſos præter *Anaſtaſium* Auctores habuiſſe oſtendit. Concludit tandem, *Anaſtaſium* non niſi *Gregorii IV*, *Sergii II*, *Leonis IV*, *Benedicti III*, & *Nicolai*

colai I vitas elucubraſſe; cæteras, quæ *Gregorium* præcedunt & *Nicolaum* ſequuntur, ab aliis auctoribus confectas fuiſſe. Hæc ſi ita ſint, nullus dubito diverſos fuiſſe *Anaſtaſios* noſtros, hoc præcipuè argumento ductus, quòd tùm in vita *Leonis IV*, tùm *Benedicti III.* Depoſitionis Anaſtaſianæ hiſtoria diſertè traditur, illumque canonicè fuiſſe depoſitum liquidò affirmatur, idque iiſdem pene verbis quæ in ipſius Synodi Romanæ Actis ſub *Leone IV* habentur. Quod omni prorſus probabilitate caret, *Anaſtaſium* Cardinalem de ſe referre voluiſſe. Et ut liberè dicam, diverſum videtur utriuſque ingenium, mores diverſi. Interim non eſt diſſimulandum, non deeſſe Viros impensè eruditos, qui *Anaſtaſium* in condendis Pontificum vitis illas partes tenuiſſe negant. In his eſt *Florent. Marinellus*, vir multæ eruditionis, in Bibliothecâ Varicanâ pluribus annis Scriptoris munere functus, libro *de Româ ex Ethnicâ ſacrâ* pag. 409. Cujus decem vel undecim rationes pro hâc cauſa recenſet *Ciampinus*. Nec ab hâc opinione abludit *Wilkins* Ceſtrienſis Epiſcopus, aſſerens ſe nihil quicquam hactenus vidiſſe, quod *Anaſtaſium* hujus libri auctorem fuiſſe doceat, præter titulum in aliquibus MSS. & ſanè paucis, inventum. Nec Bibliothecarium illum tale opus edidiſſe a quoquam ante Sæculum XIV vel XV perhiberi. De quo viderint Eruditi. Utut ſit, erat *Anaſtaſius* Bibliothecarius ſupra communem ſui ſæculi ſortem eruditus, Græcè pariter ac Latinè doctiſſimus, qui cum primariis ſeculi viris *Photio* ac *Hincmaro*, arctam ſatis amicitiam coluit. CPoli diu verſatus, Græcorum Bibliothecas ſedulò excuſſerat & monumenta undique conquiſivit, in rebus agendis experientiſſimus, ingenio ſubdolus & ſubtilis, ad diſputandum & ſcribendum promptus & paratus, Curiæ Romanæ, prout res ferebat, Advocatus dicam an Mancipium? in cujus gratiam omnia trahebat: cujus cauſam nemo novit accuratiùs, agebat fortiùs. * *Cave* ad A. 870.

In *Anaſtaſio* (ait quidam Moguntinus) habemus ſincerè & fideliter, excluſo omni verborum fuco, deſcriptas CIX Romanorum Pontificum Vitas: h. e. quotquot à B. *Petro* Apoſtolo uſque ad A. D. ferè 870 Romanam Cathedram obtinuerunt: viz. à B. *Petro* uſque ad *Nicolaum I* qui anno 867 è vivis exceſſit. *Whear.* in Method. leg. Hiſt. Eccleſ. *Sect.* 41.

Anaſtaſius, (juxta *Baronium* ad A. 752 & 799) eſt rudi ſtylo, fideliſſimè tamen rerum geſtarum Hiſtoriam enarravit: immò in rerum ſui temporis narratione, nullum fideliorem & meliorem ſcriptorem habemus, apud quem magis cum ſimplicitate veritas, quàm cum fuco mendacia valuerunt.

Multa ille (inquit *Huetius* de Clar. Interpret.) Græcorum volumina Latinè deſcripſit, at quamvis non *κατὰ πόδα*, ſed bona tamen fide ſenſum retuliſſe ſe ipſe ſcribat, in quibuſdam nihilominus boni interpretis numeros omnes abſolvit; & tantâ quidem religione, ut præ fidi interpretis laude, puri & caſti ſermonis decus ſit aſpernatus, & vocabula Cethegis non exaudita fingere auſus ſit; juxta ſanctionem *Hieronymi*, qui rebus novis nova fingere nomina interpretem jubet.

Vid. plura apud *Pope Blount* ad A. 870.

Multa ex Græcis Latio reddidit *rudiori plerumque ſtylo & ſemi-barbaro*, judice *Combefiſio* in Bibl. Concionat. *quanquam nec ipſo inutili, pleriſque in media illius ævi auctoribus Græcis nobis futuris perobſcuris, niſi lucem ille, ſcientia quàm ſermone peritior, vel ita nobis reddens aſſudiſſet.* Vid. *Fabric.* Bibl. Græcæ *Tom. IX. p.* 337 &c.

OPERA:

1. *Acta Concilii CPolitani IV.* ſeu Generalis Pſeudo-Octavi ann. 869 habiti, partim Latinè ſcripta, partim ex Græco Latinè verſa, multis de ſuo additis. Extant Conc. *Tom. VIII. p.* 961.

2. *Acta Concilii Nicæni II.* ſeu Generalis Pſeudo-Septimi, anno 787 habiti, Latinè verſa. Ibid. p. 29.

3. *Hiſtoria Eccleſiaſtica, ſive Chronographia Tripartita*, ex *Nicephori* Patriarchæ CP. *Georgii* Syncelli, & *Theophanis* Confeſſoris Chronicis maximam partem deſumpta, & in Latinum ſermonem converſa. (Vid. *Muſæum Ital.* Tom. I. p. 77.) Prodiit cum Notis *Fabroti*. Pariſ. 1649.

4. *Collectanea de iis, quæ ſpectant ad Hiſtoriam Monothelitarum*, ſeu farrago variorum Opuſculorum ab *Anaſtaſio* partim conſcripta, partim Latinè verſa, partim aliunde inſerta, viz.

I. *Anaſtaſii* Bibliothecarii *Epiſtola II.*

II. *Joannis IV* Papæ *Apologia pro Honorio Papa.*

III. *S. Maximi* Epiſtolæ V.

IV. *Theodori* Papæ *Epiſtola III.*

V. *Martini* Papæ *Epiſtola IV.*

VI. *Commemoratio eorum, quæ S. Martinus paſſus eſt CPoli.*

VII. *Relatio motionis facta in S. Maximum coram Principibus in Secretario.*

VIII. *Anaſtaſii* Monachi *Epiſtola ad Monachos Caralitanos.*

IX. *Relatio Diſputationis inter S. Maximum & Theodoſium Cæſarienſem.*

X. *Anaſtaſii* Apocriſiarii *Epiſtola ad Theodoſium Gangrenſem.*

XI. *Hypomneſticon de geſtis SS.* Maximi, *utriuſque* Anaſtaſii, Martini *&c.*

Collectanea iſta a *Jac. Sirmondo* edita prodierunt *Pariſ.* 1620. 8°. & exinde in Bibl. Patr. Tom. XII. p. 831.

5. *Vita ſeu Paſſio S.* Demetrii *Martyris*. Extat apud *Mabillon.* Analect. *Tom I. p.* 65.

6. *Vita S* Dionyſii *Areopagitæ*, ex *Methodio* in Latinum ſermonem tranſlata interiit, exceptâ Præfatione, quæ habetur apud *Surium* ad diem 3 Octobr.

7. Varia Sanctorum Acta è Græco in Latinum vertit *Anaſtaſius* Bibliothecarius, cujus verſiones quædam abſque nomine & indicio auctoris, quædam typis ineditæ, aliæ vulgatæ ſunt. Edita eſt in Vitis Patrum *Herib. Roſweidi* Vita *S. Johannis* cognomento *Eleemoſynarii*, ipſo *Anaſtaſio* interprete, cum ejus præfatione ad *Nicolaum* Papam *I.* Ineditæ ſunt *Anaſtaſii* verſiones, aut ſaltem præfationes, una in *Vitam S. Petri* Epiſc. Alexandr. quæ Romæ in Bibl. S. Crucis in Jeruſalem habetur. Alias nonnullas edidit *Mabillonius* Muſæi Ital. *Tom. I* nimirum

α. *Prologum in Paſſionem* 1480 *Martyrum*, ad *Petrum* Gavinenſem Epiſc.

β. *In quædam miracula S. Baſilii* Epiſc. Cæſarienſis. In hac Præfatione (quam ex codice Vaticano accepit *Mabillonius*) meminit *Anaſtaſius* Vitæ *Baſilii M.* à ſe Latinè verſæ. Hanc laudat *Baronius* in Notis ad Martyrologium ad diem 1 Jan. ibidemque indicat, Præfationem *Urſi* S. R. E. Subdiaconi in Vitam *Baſilii*, ab eodem *Urſo* latinitate donatam. Verùm illa præfatio non alia eſt ab Anaſtaſiana, quam exhibet *Mabillonius*, exceptâ inſcriptione, quæ apud *Roſweydum* alioſque detracta eſt. Ex hac manifeſtè colligitur, *Anaſtaſium* interpretem eſſe vulgatæ Vitæ, quæ *Urſo* perperam tribuitur in editis, quamque *Urſo* inſtigante aggreſſus eſt *Anaſtaſius*.

γ. *In verſionem Paſſionis SS. Cyri & Johannis.* Hanc Præfationem, etſi mutilam, habuit *Mabillonius* ex vetuſtiſſimo Codice Bibl. S. Petri apud Carnutas. Hujuſce paſſionis hiſtoriam, ab *Othone Zyllo* S. J. ex Græco Latinè redditam, cùm *Anaſtaſii* verſionem non vidiſſet, edidit *Bollandus* ad diem 31 Jan. Sed quem ille incertum auctorem exiſtimavit, is eſt S. *Sophronius* Hieroſolymorum Antiſtes, ut ex præfatione conſtat. *Anaſtaſii* nomen, quod in vitioſo atque ex ſitu corrupto exemplari obliteratum erat, ex conjectura reſtituit *Mabillonius*, quòd tempus atque ſtilus *Anaſtaſio* conveniant. Hujus verſio magis literæ inhæret, quàm Bollandiana, in qua omnium eſt loci nomen in Arabia, ubi *Cyrus* & *Johannes* monaſticam

monaſticam vitam profeſſi ſunt, de quo ſic *Anaſtaſius*. » Ad Arabiam, quæ eſt Ægypti maritima, ve» nit, & in caſtello, quod vocatur *Cetzo*, habitavit, » & cum habitatione etiam habitum commutavit.

7. *In Vitam S. Donati* Epiſcopi apud Euriam in *Syria*. Hanc quoque verſionem eſſe *Anaſtaſii* non dubitat *Mabillonius*, tametſi ejus nomen deſideratur in Caſinenſi codice, ex quo ſuperiora deſcripſit. Integrum libellum edere non ei viſum eſt operæ pretium, licet in Aprili Bollandiano ad diem 30 non alia *Donati* Acta referantur, quam ex Menæis Græcorum, rejectis iis, quæ apud *Mombritium* vulgata ſunt, ipſiſſima quæ in codice Caſinenſi.

8. *Anaſtaſii* collectanea cum Vitis quibuſdam MSS. extare Neapoli in Bibl. S. Joannis de Carbonaria RR. PP. Auguſt. retulit *Monſfalconius* Diar. Ital. *pag.* 309.

9. Extat *Tomo II.* Script. Rerum Ital. *Mediol.* 1723. fol. *Chronicon breve Monaſterii Caſinenſis*, ad A. 857 excurrens, autore, ut fertur, *Anaſtaſio* Bibliothecario ſcriptum, & nunc primum è Bibl. Benedict. Cœnobii S. Georgii apud Venetos, productum; quamvis *Muratorius* falsò hoc nomen præpoſitum putet, ut major nimirum relationi de reportatis ad montem Caſinum SS. *Benedicti* & *Scholaſticæ* oſſibus, quæ huic Chronico inſerta, fides accedat, potius poſt annum demum 1000 à Caſinate quodam Monacho concinnatum, variis indiciis probans. Vid. *Act. Erud.* 1724. *p.* 50.

10. *Hiſtoria de Vitis Romanorum Pontificum* &c. de quâ abunde ſatis in *Damaſo* agemus. Extat illa in omnibus Conciliorum editionibus, ac ſpeciatim *Tomo I* Collectionis Venetæ 1728 fol. Vid. *Acta Erud.* Febr. 1729. Edita autem fuit priùs *Moguntiæ* 1602 & ad calcem *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* cum *Caroli Fabrotti* Notis; *Pariſ.* 1649 fol. ac poſtremò *Romæ* ex Typogr. Vatic. apud Jo. Mar. Salvioni *Tomis III* fol. quorum I anno 1718, II 1723, III 1728 in lucem prodiit.

Splendidiſſima hæc eſt Editio, ita ut fatendum ſit, vix terſius quicquam hactenus è Romano prælo proveniſſe. Et quidem nihil à ſe deſiderari paſſua eſt Cl. Editor *Fran. Blanchinius*, quippe qui non iis tantùm prudenter uſus eſt, quæ in emendando libro illo *Marcus Velſerus*, *Fabrottus*, *Grabbeus*, *Binius*, *Baronius* aliique præſtitêre, verùm & quæ *Lucas Holſtenius* & *Emmanuel à Schelſtrate* ex optimis Codicibus, & *Franciſcus Penia*, Hiſpanus, ex veteri Codice MS. Cavenſi obſervaverant, de quibus hactenus nondum publicè conſtabat, non ad calcem libri, ut in *Fabrotti* editione præſtantiſſima factum, verùm in fine ſingularum Sectionum, quarum numerum ex *Ben. Millini* inſtituto retinuit, vel ad oram cujuſque paginæ ſummo ſtudio annotavit. Præfationem *Tomo I* præmiſit Cl. *Blanchinius*, doctam admodum & prolixam, in qua de nomine Libri, ejuſque ætate, autoribus, origine & incrementis, necnon de illius hiſtoriæ fide ac documentis diſertè agit. Obſervat verò librum hunc è duobus Catalogis Pontificum concinnatum eſſe, quorum alter ſub *Liberio* circa A. 354, alter (qui hodie in membrana Caroli M. ſupereſt,) ſub *Felice IV* circa A. 530 conditus fuerit: ac ſub *Gregorio III* prodiiſſe *Librum Pontificalem*; in eoque eſt imprimis ut cum eo marmorum conſenſum, adductis plurimis exemplis probet. * Vid. *Act. Lipſ.* Oct. 1719. *Giorn. de' Letter.* A. 1718. Tom. XXXI. pag. 441. &c.

Tomus II *De Vitis Pontificum à Petro Apoſtolo ad S. Silveſtrum, cum Notis variorum.* Sub auſpiciis INNOCENTII XI. P. M.

Hoc in Tomo continentur 1º Cl. Editoris *Blanchinii* Prolegomena, quæ, ſi ſeparatim compingantur, juſti voluminis molem efficere poſſunt. 2º variorum in *Anaſtaſium* Notæ. Exhibetur in Prolegomenis *primò* Catalogus Pontificum Romanorum antiquiſſimus, Sæculo IV collectus, tanquam baſis & fundamentum Hiſtoriæ Pontificalis. Ediderat eum olim *Cuſpinianus* in Faſtis, & *Ægid. Bucherius* Comment. in Canonem Paſch. *Victorii* p. 269 ſeq. qui & alia breviſſima opuſcula *de depoſitione Epiſcoporum & Martyrum* adjecit, quæ typis itidem repetierunt Editores. Hunc Catalogum erudito Commentario illuſtrat laudatus *Blanchinius*.

Secundò Catalogi *tres* Epiſcoporum Romanæ urbis, quos olim edidit *Schelſtratenius* in *Append. ad Opus Chronologicum*, cum duobus aliis è *Mabillonii* Analectis deſcriptis. Quibus omnibus notas ſuas adjecit *Blanchinius*. Tertiò *Schelſtratenii* Bibliothecæ Vaticanæ Præfecti primarii, Diſſertatio de antiquis Romanorum Pontificum Catalogis, ex quibus Liber Pontificalis concinnatus fuit, & de Libri Pontificalis autore & præſtantia, cum *Blanchinii* appendice, quâ inter ceteras obſervationes rei diplomaticæ amatoribus ſpecimen donationis *Caroli M.* ex Farneſiano codice, eodem fere ſeculo ſcripto, offertur. *Quartò* ejuſdem *Blanchinii* Diſſertatio de antiquis Romanorum Pontificum Catalogis, eorumque comparatione & delectu inſtituendo, ex genuinis documentis Romanæ Eccleſiæ, ad uſum Hiſtoriæ & Chronologiæ. Scilicet cum nondum omnia à Cl. *Schelſtratenio* in hoc argumento adeo exhauſta *Blanchinius* exiſtimaret, quin ſuæ diligentiæ multa adhuc relicta eſſent, inquirendum ſibi ſumpſit in hiſtoriam & chronologiam Paparum, qui Patriarchalibus in Baſilicis urbis, Lateranenſi, Vaticana & S. Pauli in Oſtienſi depicti antiquitus videbantur. *Quintò* Opuſcula tria Chronologica, ex Archivio Farvenſi ab eodem *Blanchinio* nunc primùm edita. *Primum*, ex codice membranaceo circa finem Seculi XI ſcripto depromptum, complectitur epochas Imperatorum à *Julio Cæſare* ad *Henricum III* &c. *Alterum* ſiſtit Catalogum Pontificum à *S. Petro* ad *Benedictum III*, ex regeſto *Gregorii* Monachi Caſinenſis, perductum ex anno C. 661 ad A. 1140. Ex eodem regeſto deſumptum eſt *tertium* opuſculum, Chronicon ſcilicet à *Gregorio* Caſinenſi, Monacho Farvenſi, collectum ex diplomatibus Pontificum Romanorum, Imperatorum, Regum Longobardorum, Ducum; Comitum, aliiſque publicis tabulis ibi aſſervatis, ex anno 660 ad 1098, in quo apparet ſeries Pontificum Romanorum, Imperatorum, Regum, Ducum, necnon ejuſdem cœnobii Abbatum, per ſingulos annos Æra Chriſti diſtinctos, cum notis Indictionum. *Sextò* Deſcriptio regionum Urbis. Hanc ideo adjecit *Blanchinius*, quod difficile eſt in lectione Anaſtaſiana verſari ſine aliqua notitia ædium ſacrarum, cœmeteriorum, viarum aliorumque urbis Romanæ ornamentorum, quæ longa ætas deſtruxit atque diruit. Reperit iſtud opuſculum *Mabillonius* in Bibl. Monaſt. Einſidlenſis in Helvetia, idque retulit in *Analectis* Tom. IV. p. 506, ex quo deſcripſit Editor, ſuamque ei appendicem adjecit. *Septimò* enumeratio topographica cœmeteriorum martyrum prope Urbem, deſumta ex hiſtoria Malmesburienſi circa finem Sæculi XI. *Octavò* denique Chronologia Pontificia, Cæſarea & Conſularis, à *Julio Cæſare* ad S. *Silveſtrum* Papam, per *Blanchinium* diſpoſita, ſecundum annos Romanorum civiles, comparatos Æræ Chriſti communi & periodo Julianæ *Scaligeri*. Adjecit huic Chronologiæ *Blanchinius* lapides duos, illuſtrandæ temporum ſeriei, unum Latinum, alterum Græcum.

Parte II hujus *Tomi II* variorum ad *Anaſtaſium* Notas & Obſervationes contineri diximus. Præmittuntur iis in ſingulis Pontificibus verba *Anaſtaſii*, ex priori editione repetita, ſinguliſque vetibus in margine apponuntur eorum nomina, quorum Notæ deinde ordine nominum alphabetico ſubjiciuntur. Harum quædam aliàs editæ ſunt; aliæ nunc primùm in lucem prodeunt: has ſigno ſtellæ notabimus. Sunt verò Autorum ſequentium: 1º *Schelſtratenii*, ex Tomo I Antiquit. Eccleſiæ: 2º *Alteſerra* (vid. ſup. *p.* 348. *col.* 2. *n.* 6.) 3º *Severini Binii*, & *Phil. Labbei* ſelectæ ex editionibus, quas fecerunt, Conciliorum;

rum : 4° *Franciſci Bencii*, Bibliothecæ in Collegio Urb. de propaganda fide Præfecti : 5° * *Blanchini*, cujus fere induſtria, ut ſupra monuimus, cetera omnia evaluerunt : 6° * *Alfonſi Ciaconii* ſelectæ ex vitis, quas reliquit, Summorum Pontificum & Cardinalium : 7° *Franc. Pagi*, excerptæ ex tribus ejus Tomis geſtorum Pontificum Romanorum : 8° *Joan. Claud. Somierii* Doct. Theol. ſelectæ ex Hiſtoria dogmatica S. Sedis, è Gallico Latinè redditæ, eidemque Romæ agenti in hac verſione recognitæ & probatæ. Inter has variorum Obſervationes quin judicio, accuratione & eruditione præcipuæ ſint eæ *Franc. Blanchini*, nemini dubium eſſe debet ; quare ex ipſo ſpecimina præbent Eruditi Lipſienſes. Ex iis duo tantum decerpemus. Credit *v. g.* Cl. *Blanchinus* Apoſtolo *Petro* tribuendos eſſe Epiſcopatûs annos 37 & menſes a circiter, quot etiam S. *Hieronymus* enumerat in lib. de Scripr. Eccleſ. ex quibus annis 37 duodecim in Oriente impendit, illius tractûs Eccleſiis ordinandis, antequam Romam veniret, conjectur ductâ ex *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. V. 18.

Ad vitam *Alexandri*, A. C. 121 (vid. ſup. *p.* 253.) ſub *Adriano* Pontificatum Romanum gerentis, quâ *Anaſtaſius* ait : *hic conſtituit, aquam aſperſionis cum ſale benedici in habitaculis hominum* ; ideo ſalis admixtionem benedictioni junctam arbitratur *Blanchinus*, quod in veteri fœdere nulla oblatio fieret, niſi adjecto ſale, quod præceperit Dominus *Levit. II*, 13. Tranſimus quæ de Anachoreiſmo *p.* 96. Jejunio quadrageſimali *p.* 97. Clero in gradus diſtributo *p.* 107. de tonſura Clericorum *p.* 114. de celebratione Paſchatis die Dominica *p.* 121. de ordinatione Sacerdotum & officio ſubdiaconorum in portandis ante Sacerdotes Eccleſiam petentes patinis vitreis *p.* 170. *ſeqq.* de tranſlatione prima corporum Petri & Pauli *p.* 205. de miſſis ſupra ſepulcris martyrum celebratis *p.* 238. de ſepultura martyrum *p.* 241. deque Baptiſmo *Conſtantini* animadverſione digna dicuntur. Vid. *Acta Erud.* April. 1725.

Tomus III *De Vitis Romanorum Pontificum, à B. Sylveſtro ad S. Gregorium M. cum Notis variorum.* Sub auſpiciis *Benedicti XIII* P. M.

Antequam Celeb. Editor ipſum *Anaſtaſii* textum cum variis doctiſſimorum Virorum annotationibus exhibeat, præmittit uſu non caritura Prolegomena, eo conſilio, ut non ſolùm lectori facem præferat ad meliorem *Anaſtaſii* intelligentiam, ſed etiam ut ex æqualis ætatis monumentis fidem faciat hiſtoriis ab *Anaſtaſio* relatis. Exhibetur iis *primò* Tractatus Analyticus de præeminentia & auctoritate ſanctæ Sedis, breviter complectens hiſtoriam dogmaticam ejuſdem S. Sedis è fundatione uſque ad Pontificatum S. *Leonis* M. Hunc è Gallico *Sommierii* Latinè vertit D. *Cajetanus Conni*, Presbyter Piſtorienſis. Facit hoc opuſculum ad acquirendam generalem notitiam connexionis hiſtoriæ, quæ integro hoc Tomo illuſtratur. Quæ ſigillatim Romani Pontifices memoratu digna geſſerunt, vel ad regulas fidei & morum, vel ad conſtitutas in Eccleſia cæremonias poſſunt referri. Illa ex Conciliorum Actis, & Epiſtolis Pontificum decretalibus ſat lucis accipiunt ; hæc non ſine laude illuminarunt *Macer* & *Cangius* in Lexicis ſuis. Atenimverò cùm Seculo IV, V & VI præcipuæ Eccleſiæ ſint fundatæ, inſtrumenta autem divini cultûs antiquis nominibus à Bibliothecariis exprimantur, è re eſſe duxit, afferre aliquot publica documenta illius ætatis, de qua hoc Tomo agitur, ex quibus conſtare poſſit, qualis tum temporis ſacræ ſupellectilis fuerit ratio. Huc pertinet *Charta*, quæ *ſecundum locum* inter Prolegomena obtinet, *Cornutiana*, ſeu donationis, quam obtulit Eccleſiæ Comutianæ *Fl. Valia Q. Theodoviæ*, Leone Auguſto V, & Probiano Coſſ. edita à Viris Cl. *Suareſio* & *Mabillonio*. Huic chartæ non ſolùm notas addidit *Blanchinius*, ſed & obſervationes præmiſit : quibus quidem interſeruit alia adhuc monumenta compatis cum hiſtoria, quæ hoc Tomo recenſetur, ætatis. *Tertiò* comparet *Ordo Romanus* ex vetuſto Codice tabularii Capituli Veronenſis editus, cui *Blanchini* prænotata præmittuntur. Edidit quidem *Georgius Caſſander* jam A. 1561 Coloniæ *Ordinem Romanum* ; quam editionem poſt ſeptem annos recudi curavit *Melchior Hittorpius*. Sed de hac editione judicat Celeb. Card. *Joſ. Maria Thomaſius*, quod ſit farrago diverſorum rituum ſecundùm varias conſuetudines. Huic malo mederi, & unius ejuſdemque ætatis *Ordinem Romanum* exhibere voluit vir in his litteris ſummus *Mabillonius*. Tres enim illos *Ordinis Romani* libellos, qui de miſſa, Baptiſmo, & ſacris ordinationibus agunt, *Tomo II* Muſei Italici ex vetuſtis Codicibus edidit. At nullum Codicem præ manibus habuit qui manifeſtum contineret ætatis, qua ſcriptus fuerat, teſtimonium. Codex autem, quo doctiſſimus *Blanchinus* uſus eſt, hac prærogativa gaudet. Appendicis loco ad *tertium*, cujus mentionem fecimus, Opuſculum, adjici curavit Epiſtolas duas *Gelaſii* Papæ adhuc ineditas, quas ex vetuſtiſſimis Codicibus tabularii Capitularis Veronenſis, ſuis notis additis, cum clariſſimo Editore communicavit ejus fratris filius *Joſephus Blanchinius*, Cathedralis Eccleſiæ Veronenſis Canonicus. Promiſerat etiam *Franciſcus* ſe ex eodem Veronenſi tabulario propediem cum aliis SS. Patrum Opuſculis editurum *Felicis III* tractatum de evitanda communione *Acacii*, nondum publici juris factum. Sed propoſitum hoc præmaturâ doctiſſimi viri morte interceptum eſt, quæ accidit, hoc Tomo vix abſoluto, VI Non. Mart. A. 1729. ætat. 67. Spes tamen ſupereſt reliqua *Anaſtaſii* ex ſchedis ejus proditura pari cultu, ac felicitate.

Quartò denique inter Prolegomena ſiſtitur Chronologia Pontificia, Cæſarea & Conſularis è S. *Sylveſtro* ad *Gregorium M.* per *Franciſcum Blanchinium*, ſecundùm annos Roman. civiles comparatos *Æræ* Chriſti communi & periodo Julianæ *Scaligeri*. Nondum verò Prolegomenorum finem facit, ſed *duo* adhuc additamenta addit. *Primum* conſtat tribus vetuſtis inſcriptionibus, ætate *Gallieni* inciſis in æneis tabulis, quæ A. 1728. Rev. Card. *Albani* venales oblatæ ſunt. Faciunt hæc monumenta ad barbaras voces Operis Anaſtaſiani illuſtrandas. *Alteræ* additamentum eſt, imagines B. *Petri* & *S. Pauli*, ætate *Sylveſtri* in Eccleſia Romana cuſtoditæ.

Progredimur ad *Partem III* hujus *Tomi III*, quâ Notæ variorum ad *Anaſtaſium* continentur. Quorum Autorum Notæ hic deprehendantur, ſupra expoſuimus ; unde illud tantum monemus, *Ciaconii* obſervationes eſſe plerumque breviſſimas, iiſque *Blanchini* annotata accuratione & eruditione palmam præripere. Singulari induſtriâ ornamenta Baſilicæ Liberianæ, cujus Canonicus fuit, ediſſerit. Vitæ enim *Sixti III* duas attexuit Diſſertationes ; quarum *una* agit de tranſlatione ſacrorum cunabulorum ac præſepis D. N. J. C. necnon corporis B. *Hieronymi*, ab Eccleſia Bethleemitica ad Baſilicam Liberianam. Diſſertatio *altera* deſcribit muſivas imagines, à *Xyſto* Papa III collocatas in amplificatione Baſilicæ Liberianæ poſt œcumenicam Synodum Epheſinam. Sed pluribus obſervationibus prætermiſſis, illud tantum notamus, majori diligentiâ hic explicari quæ ad ritus Eccleſiæ pertinent, quàm quæ faciunt ad hiſtoriam doctrinarum atque hæreſium. Videlicet ipſorum Bibliothecariorum propoſitum fuit, geſta Pontificum in majoribus ſcriptis non commemorata recenſere. Quæ enim Pontifices perpetravêre ad univerſæ Eccleſiæ ſtatum pertinentia ; plerumque generali hac formulâ tantum indicant : *fecit conſtitutum* de Eccleſia. *Act. Erud.* April. 1731.

Hujus Operis *Tomus I* qui eſt *de Vitis Pontificum* à B. *Petro* ad *Nicolaum I* cum *Guillelmi* Bibliothecari Vitis *Hadriani II* & *Stephani VI*, integer exſtat *Tomo III* Script. Rerum Ital. *Mediol.* 1723. fol. Ne verò actum egiſſe videantur Editores, poſtquam hos Bibliothecarios luculentiſſimè dedit *Blanchinius* ; docent, nec commode tamen omitti in collectione tam

ampla

ampla potuiſſe, & novam *Anaſtaſio* lucem è quatuor Codd. MSS. quos *Saxius* ex Ambroſiana ſua productos cum *Blanco* & *Argelato* diligenter contulit, acceſſiſſe. Fuit in his unus imprimis pervetuſtus, ut vel ex ſpecimine patet, non abſimilis illis, quorum alterum *Labbeus* tempore *Caroli M.* alterum *Lambecius* Ludovici *Pii* ætate ſcriptum aſſeruit, nec, ut hi, ultra *Stephani II*, ſeu, ut alii volunt, *III* vitam producit, unde patet, non omnium vitarum autorem eſſe *Anaſtaſium*. Id quod & Cl. *Muratorio* in ſua Præfatione veriſimile viſum, qui pauciſſimas *Anaſtaſio* deberi autumat, ſimulque obſervat, in vitâ *Leonis VIII*, in aliis *Anaſtaſii* editionibus prætermiſsâ, ſed à *Baluzio* Miſcellan. *Tomo VII* editâ, & in duobus MSS. Ambroſianis ſuo loco curatius inſertâ, *Anaſtaſium* memorari è Græco in Latinum tranſtuliſſe

1. Hierarchiam *Dionyſii* Areopagitæ
2. Paſſionem *S. Petri* Alexandr. Archiep.
3. Paſſionem S. *Agathii* ſociorumque ejus, &
4. Vitam S. *Joannis* Eleemoſynarii, quod è tot ſcriptoribus, qui de *Anaſtaſio* egerunt, vix quiſquam hactenus annotaverit. Dolet verò idem, quod Notas *Petri Boerii*, Epiſc. Urbeverani, qui circa A. C. 1380 Pontificalem Hiſtoriam ab *Anaſtaſio* aliiſque ſubſecutis autoribus conſcriptam illuſtrare conatus eſt, & quidem ſat feliciter pro modulo illorum temporum, quas MS^tas olim viderit, ſed ob temporis penuriam paucula tantùm deſcripſerit, integras edere nunc non potuerit; ac poſtremò graviter ſuccenſet nupero ſcriptori, qui edito in ipſa Roma libro dicam grandem impegerit *Joſepho Mariæ Thomaſio*, Cardinali, quaſi is, Vitas illas ab *Anaſtaſio* ſcriptas dubitans, & clariſſimam veritatis lucem exſtinguere tentans, gravi periculo expoſuerit Eccleſiam Romanam, cui quidem reſponſum fuiſſe opuſculo *Panormi* 1723 Italicè edito teſtatur. Ceterum ne quid in hac *Anaſtaſii* editione, quod ad rem facit, deſideretur, præmittuntur *Schelſtratenii* de antiquis Rom. Pontificum Catalogis *&c.* Diſſertatio. *Jo. Ciampini* Examen Libri Pontificalis, & ipſius *Blanchinii* in *Anaſtaſium* Præfatio. Cum verò & aliæ Pontificum, etſi non omnium, vitæ paſſim exſtent in MSS, paucis forte, niſi *Baronio*, *Raynaldo*, *Spondano*, *Baluzio* viſæ, haud abs re viſum eſt Editoribus, eas *Anaſtaſio* quodammodo continuando ſubjungere. Vid. *Acta Erud.* Sept. 1724. *Diar. Trevolt.* Jun. 1726. Conf. quæ ſub tit. CIAMPINUS & VIGNOLIUS.

De iſto *Anaſtaſio* ejuſque Opere plura obſervat Cl. *Spanhemius* de Papâ fœminâ *p.* 71 quæ huc referre non pigebit, exceptis quæ ſupra aliunde allata ſunt. Notabimus ergo

α. Precariò aſſeri ab adverſariis *Johannæ* Papiſſæ floruiſſe eum ſub *Leone IV*, cui à ſecretis fuit & ſucceſſivis aliquot Pontificibus.

β. Quod habet *Onuphrius*, ipſummet *Anaſtaſium* referre, ſe creationibus *Sergii II*, *Leonis IV*, *Benedicti III*, *Nicolai I*, *Hadriani II*, & *Joh. VII*. interfuiſſe, in *Anaſtaſio* minimè legi.

γ. *Joh. Launoium* veriùs Epiſt. ad *Mich. Morellium* Part. III. Ep. II. p. 170. floruiſſe *Hadriano II*, & *Joh. VIII* Pontificibus.

δ. Juxta *P. Lambecium* in Comment. de Bibl. Cæſareâ *l.* 11. *p.* 277. floruiſſe ſub Papâ *Nicolao I*, *Hadriano II*, & *Joh. VIII*.

ε. Ex ejus ſilentio circa *Johannam* Papiſſam, & ex variis quæ narrat, quæque *Joannem VIII*. id eſt Papam excludant, Pontificatum *Johannæ* eſſe fictum, adverſarios ejus fœminæ contendere; ſed addit *Spanhemius* p. 278. &c.

1º Vitas Pontificum aut *Damaſo* priore ſui parte, aut quoad poſteriorem, comprehenſis vitis *Benedicti III*, *Nicolai I*, & *Hadriani II*, aut ſi vis etiam *Johannis IX*, *Martini*, *Hadriani III* (quanquam deſint iſtæ) *Anaſtaſio Bibliothecario* eſſe tribuendas; & quidem 1º quia nec *Guilielmus* Bibliothecarius, qui cenſetur *Continuator*, nec *Sigbertus* in Chronico, aut in Script. Eccleſ. (*cap.* 103) nec *Trithemius* (cap. 276) nec *Platina* in *Johanne IX*, ſub quo in pretio fuiſſe *Anaſtaſium* dicit, dum aliàs verſionum, Scriptorumque hujus *Anaſtaſii* cum laude meminerunt, ullam hujus Operis Anaſtaſiani de Vitis Pontificum mentionem injecerint. Imò verò *Platina* in Præfatione, unum *Damaſum* ſi exciperet, alios omnes, qui de vitis Pontificum commentati, » nullum, ait, » florem orationis, nullam compoſitionem & elegan- » tiam ſecutos, non de induſtriâ ornatum fugientes, » ſed inſcitiâ & ignorantiâ literarum, quod in præfa- » tum *Anaſtaſium* R. E. Bibliothecarium minimè qua- » drat.

2º. Abrogare huic *Anaſtaſio* MSS. codices exaratos, antequam natus eſſet *Anaſtaſius*.

3º Nuſquam hujus ſui operis (ſi opus ejus fuit) recordari Bibliothecarium.

4º. Laudari *Anaſtaſium* tanquam virum in utriſque linguis eloquentiſſimum, Græco & Latino peritiſſimum eloquio; at Hiſtoriam *de Vitis* arguere Authorem planè barbarum, incomptum, rudem, bonarum linguarum barbariſmis ac ſolœciſmis delectatum; nihil dignum in eâ tali *Anaſtaſio*, ſeu *ſtylum*, ſeu *res ipſas* ſpectes, ſeu conferas cum ſcriptoribus hujus ævi *Rabano* Moguntino, *Servato Lupo*, *Hincmaro*, *Adone*, aliis, quin & cum ſequentis ætatis aliquot Hiſtoricis.

5º. Authoritatem *Onuphrii Panvinii* non ſufficere, ut vindicetur hoc opus extra controverſiam *Anaſtaſio Bibliothecario*; alia multa quippe *Onuphrius* ad *Platinam*, aut palam falſa, aut pugnantia ſecum invicem, aut dubia certè, aliâ occaſione caſtiganda.

6º. Nihil adeo mirum ementitas has eſſe Vitas incerto Scriptore, prætuliſſe nomen *Anaſtaſii*, quando & *Damaſo* nomen, & diu poſtea *Luitprandi* Cremonenſis falsò prætulerunt Vitæ Romanorum Pontificum.

7º. Quicquid ſcripſerit *Anaſtaſius* Bibliothecarius, paſſum eas eſt mutationes hodiernum Opus de Vitis Pontificum, editum primò à Jeſuitis Moguntinis, A. 1601. & infinitis in locis ita interpolatum, ut non unum, ſed ſexcentos Authores referat; quod liquet ex collatis codicibus, feſtis editoribus, ipſoque *Davide Blondello*.

8º. Sub judice litem hodiè pendere, an *Anaſtaſius* ille tiluerit omninò *Johannem* Anglicum, inter *Leonem* & *Benedictum*. *Johannis* vitâ deſtituta eſt Editio Moguntina; & fatentur editores in Præfat. *Anaſtaſium* nec Pontificum numerum, nec annos Chriſti aut Imperatorum Conſulumve appoſuiſſe, quos ipſi ex *Baronii* Annalibus, & *Onuphrii* Chronico deſcripſerint. In quibus tamen rationibus Chronologicis, quæ jam unius *Baronii* & *Onuphrii* nituntur autoritate, cardo difficultatis conſtituitur; aſſeruntque ingenuè ſe in ipſo contextu quædam mutaviſſe, aut detraxiſſe, vel addidiſſe, imò etiam loco moviſſe: Et dùm meminerunt iidem Codicis Palatini utriuſque MS. à *Marquardo Frehero* ſuppeditati, quorum major omnium Pontificum Vitas quas nunc in lucem darent (exceptis duabus *Benedicti III*, & *Stephani VI*) complexus eſſet, idemque ex *Freheri* & *Salmaſii* oculari teſtimonio, premunt, ait *Spanhemius*, fraudem ſuam quâ & *Frehero* & orbi litterato impoſuerunt; Nam complexus fuit ille Codex Vitam quoque *Johannæ* fœminæ poſt *Leonem IV*, ſed exprimendam iis demùm exemplaribus novæ editionis, quæ unà cum reſtitutione MSS. miſere ad Palatinos, omittendam verò in omnibus reliquis ac rejiciendam ad calcem *Leonis IV*, tanquam quæ à quibuſdam falso eſſet interjecta, hoc *Anaſtaſii* codice Palatino non expreſſo. Teſteſque advocat *Marq. Freherum* in Epiſt. quâdam ad amicum *David. Blondellum* in Anacriſi de *Johannâ*, qui Jeſuitas Moguntinos ea ſubliniſſe *Frehero* agnoſcit; & *Claudium Salmaſium* qui hoc teſtatus eſt pluribus, *Serravio*, *Boeclero*, *Andrea Riveto*, Conf. *Wagenſeilii* Diſſert. de Joanna Papiſſa, & Argumenta

argumenta contra ejuſdem puerperium, quæ extant Tomo II *Amænit. Litter.* α. Obſervat præterea *Spanhemius* olim mutilatam poſtremâ ſui parte feciſſe ante extrema vitæ *Leonis IV.* in plerisque Codicibus, ut ne *Johanna* appareret; hinc neque in iis *Benedictus III.* qui eam excepit. β. Eam mutilationem *Anaſtaſii* ultra *Leonem IV.* quâ parte Papa fœmina aliàs occurrit, certo indicio eſſe factæ fraudis, ſtudio premendæ infamiæ & abolendæ Papiſſæ; Aut ſi mutilatio negetur, nec ultra proceſſiſſe *Anaſtaſium* contendatur, nullum jam ex *Anaſtaſii* ſilentio, nec ex vitâ hodiernâ *Benedicti III* vel *Nicolai I*, tanquam quæ ſint *Anaſtaſii*, duci argumentum poſſe. γ. Corrupti *Anaſtaſii* plura & certa documenta affert *p.* 302. plures detractiones, additiones, mutationes, quas falſi ſunt ipſi Moguntini, præſertim in extremis *Leonis*, & initio *Benedicti* deſignando: citat & *Launojum* Ep. P. VIII. *p.* 732. *p.* 669. δ. Haud quicquam familiare magis eſſe huic Scriptori, qui vulgò putatur eſſe *Anaſtaſius*, quàm ea premere, quæ Romæ invisa eſſe cognoſceret, & cauſæ Paparum adverſa, prodita autem à fide digniſſimis, probatiſque ſcriptoribus *p.* 310. 31› &c. ε. Mendacia illius *Anaſtaſii* ſtudio cauſæ Pontificiæ enarrat *Spanhemius*, & oſtendit quorum Paparum Seculo VIII & IX. hiſtoriæ penè omnes ſuperbiam, tyrannidem, avaritiam, ſimoniam, quandoque ignaviam, & ſi quid his gravius eſt, cum indignatione referunt, eorum iſte *Pſeudo-Anaſtaſius* majeſtatem, jura tanquam Principis Apoſtolorum, pietatem, ſanctimoniam, cœlo efferat, hancque omnem conſtituat in ſtudio novarum Reliquiarum, tranſlationibus corporum, revelationibus, apparitionibus Deiparæ, viſionibus id genus, tum donariis, ædificiis, profuſis largitionibus ſupra fidem, idque ornandis Altaribus, Sacellis, Titulis, Baſilicis, Imaginibus, Crucibus, Reliquiis.

Ex hac occaſione *p.* 321. *Spanhemius* deſcribit veri *Anaſtaſii* Bibliothecarii ingenium immite, vafrum, *μυριώπον*, abjectæ ſervitutis, ex iis, quæ adverſus *Photium* & ſcripſit, & machinatus in Oriente fuit. Legantur modo (inquit V. C.) Præfatio illius in Synodum VIII. ad Papam *Hadrianum*, hujuſque Synodi Actiones, cum notis *Anaſtaſii*, & Vita *Hadriani II.* in Opere Anaſtaſiano, & Epiſtolæ *Photii* 117. 118. 170. Indè conſtabit hominis in *Photium* furor, latrocinalis, eo ſuadente probanteque, agendi modus, in eâ Synodo Anti-Photianâ libertas *Anaſtaſio* facta recognoſcendi, transferendique pro arbitrio Synodi Acta, & vel diſpungendi, vel addendi, quæ viderentur è re Apoſtolicæ Sedis. Hæc *Spanhemius*. Addimus in Bibliothecâ Ambroſianâ duo MSS. extare in quibus hiſtoria Papiſſæ *Johannæ* legitur.

De *Anaſtaſio* Bibliothecario, ejuſque Scriptis *Oudinus* Comment. *Tom. II. p.* 252 &c. hæc inter alia notat.

1°. Extare ejus ad *Adonem* Archiepiſcopum Vienneſem Epiſtolam in Concil. Labb. Tom. VIII. col. 568. de obitu *Nicolai* Papæ *I.* & electione *Hadriani II.* Aliam A. 876. ad *Hincmarum* Remenſem Archiep. *Tom. III.* Concil. Galliæ *p.* 423.

2°. *Anaſtaſium* quoque tranſtuliſſe S. *Theodori* Studitæ Sermonem de S^to^ *Bartholomæo* Apoſtolo, habitum circa An. 820.

3°. Vitas Romanorum Pontificum à *Petro* ad *Stephanum VI.* incluſ. vel uſque ad Papam *Formoſum* & Annum C. 890. ſub *Anaſtaſii* Bibliothecarii nomine à *Joh. Buſæo*, editas Moguntiæ A. 1601. 4. recuſas A. 1649. cum Hiſtoriâ Eccleſ. *Fabroti* Juriſconſulti.

Circa illud opus notat 1°. *Platinam*, *Onuphrium*, *Gerard. Joh. Voſſium* & pleroſque alios, qui hoc collectaneum ad *Anaſtaſium* ſpectare volunt, ultimam cenſere eſſe ab *Anaſtaſio* ſcriptam *Nicolai I* Papæ Vitam, & à *Guilelmo* itidem Bibliothecario additas fuiſſe alias aliorum Pontificum Vitas. 2°. *Baronium* eidem Autori omnes alias Vitas adſcribere. 3°. Alios priorem partem à S^to^ *Damaſo* Papâ compoſitam, à *Petro* ad *Liberium*. Vid. *Labb.* in Damaſo *p.* 252. 4°. à *Ciampino* in ſuo *Examine libri Pontificalis*, referre varias opiniones circa illum librum:

α. *Ptolemai* Lucenſis, *Landulphi* de *Columnâ*, qui à Petro ad Liberium *Damaſi* opus eſſe aſſerunt; reliquas ad *Nicolaum I. Anaſtaſii* Bibliothecarii.

β. *Baronii* & *Labbei*, qui Vitas à *Petro* eſſe incerti Authoris.

γ. *Forbeſii* & *Sylvagii*, qui Vitas Pontificum *Guilielmo* Bibliothecario, ſive *Pandulpho* Oſtiario, vel *Petro* Lateranenſis Eccleſiæ Bibliothecario tribuunt.

δ. *Panvinii*, *Lud. Jacob. à S. Carolo*, *Teiſſerii*, qui omnes Vitas *Anaſtaſio* acceptas referunt.

ε. *Henſchenii* & *Papebrochii*, qui ex Catalogis Romanorum Pontif. vetuſtis Vitas depromptas arbitrantur.

ζ. *Petr. Lambecii* Tom. II. Bibl. Vindobon. qui primam hiſtoriæ originem à primâ Notariorum Romanæ Sedis inſtitutione arceſſit.

η. *Ciampini* qui opinatus eſt, Vitas antiquiores Scriptoribus Anonymis eſſe tribuendas; *Anaſtaſio* Vitas quæ à *Gregorio IV* ad *Nicolaum I.* Zachariæ alteri Bibliothecario Vitas *Hadriani II.* & *Stephani VI.*

5°. In editione *Buſæi* hæc carpit *Oudinus*:

α. Quòd Vitas iſtas *Anaſtaſio* tribuerit.

β. Quòd Epiſtolas duas Pontificali urbis Romæ, unam *Hieronymi* nomine ad *Damaſum*; alteram *Damaſi* ad *Hieronymum* omiſerit *Buſæus*, quæ opus abjudicabant *Anaſtaſio*.

γ. Quod, juxta *Buſæi* confeſſionem, immutarit, detraxerit, addiderit, ſed non omnes ſolæciſmos & barbariſmos correxerit.

δ. Quòd Vitas *Hadriani II*, & *Stephani VI. Guilielmo* Bibliothecario tribuerit, viro imaginario adſcribat.

ε. Quòd editio iſta à *Buſæo* facta fuerit ad fidem MS Codicis M. *Welſeri*, qui collatus ſit ad Codices duos Vaticanæ Bibl. corruptos.

6° *Oudinus* putat antiquiorem hujus Operis Scriptorem fuiſſe *Johannem* Portuenſem Epiſcopum, ſeu *Formoſum* Papam qui ſub *Damaſi* nomine nomen ſuum occultavit, qui A. 681. ab *Agathone* Papâ miſſus ſuit *CPolim*. Huic *Anonymo* alium recentiorem ſucceſſiſſe *Anonymum*.

7°. Obſervat idem veram rationem cur Papa *Formoſus* ſeu *Damaſus*, Portuenſis Epiſcopus, (quem credit Authorem *Pontificalis*,) Vitam *Johannis* Papæ *IX* omiſerit, eſſe vindictam illius *Formoſi* in *Johannem IX.* qui dùm eſſet *Damaſus* Portuenſis Epiſcopus, illum ob conjurationem cum Romanis Proceribus in ſe factam, cujus anteſignanus erat, Epiſcopatu Portuenſi ſpoliaverat, urbe Româ proſcripſit, ad ordinem Laicorum cum infamiâ dejecerat.

8°. Quærit an in *Pontificali*, ſeu in MSS. Codicibus Pſeudo-Anaſtaſii Bibl. contineatur Vita *Johannis VIII.* Fœminæ ſeu Papiſſæ, & recitat quæ *Frid. Spanhemius* obſervavit in lib. *de Papâ fœminâ*, inquiritque, quare *Johan. Buſæus* Hiſtoriam *Johannæ VIII.* fœminæ ſuppreſſerit, ac *Formoſus* Papa, ſeu *Pſeudo-Anaſtaſius* illam per modum dubitantis expreſſerit.

9°. *Claudius Sarravius* qui faſſus erat *Salmaſio* penes ſe eſſe Bibliothecæ Regiæ Cod. MS. Anaſt. Biblioth. in quo diſertis verbis legebatur Vita *Joh.* Papiſſæ, & hanc Hiſtoriam Regio MS. Codici, aliiſque MSS. Codicibus inſertam, atque à ſe deſcriptam, cenſebat tamen eſſe ὑποβολιμαῖα, & quidem afferebat *Salmaſio* 21 Octobr. 1645. has rationes.

α. Quod tunc temporis unico nomine Pontifices, aliosque uno nomine vocari moris erat; at dicitur *Joannes* Anglicus.

β. Quòd tanquam de re parùm compertâ loquatur, *ut aſſeritur*, & *ut dicitur*.

γ. Quod ætate *Anaſtaſii* verbum *legere* non ſumebatur pro ſcientias ex cathedrâ profiteri & in Scholis publicè docere; & vox etiam Magiſtrorum eſt ſequioris ætatis.

δ. Quòd *Anaſtaſii* ætate non habitabant Papæ in Vaticano Palatio ad S. Petrum, at Auctor ſub *Anaſtaſii* nomine dicit *Johannam* enixam eſſe, cùm iter de Sto Petro ad Lateranum.

ε. Quòd *Colyſæum* non erat vox uſitata eâ ætate pro *Coloſſæum*. Reſpondet *Oudinus*

α. Alios Pontifices apud *Pſeudo-Anaſtaſium* binomines fuiſſe Seculo IX. ut *Sergium II.* A. 841. vel 843.

β. Nihil frequantius hoc Seculo quàm *duplex*, vel *triplex* nomen, ut *Albinum Flaccum Alcuinum*; *Joannem Scotum Erigenam* &c.

γ. Solitos Scriptores his verbis uti, *ut aſſeritur*, *fertur*, quum ea tradunt, quæ, quamvis veriſſima, haberent aliquid comparati ad invidiam vel odium; ita *Platinam*, *Clavangium*, *Onuphrium* & alios. Ita *Spanhemium*. Sed addit *Oudinus*, non *Anaſtaſium*, ſed *Formoſum* Papam hæc ſcripſiſſe, qui ſub *Damaſi* Papæ nomine nomen *Damaſi* Portuenſis Epiſcopi occultavit, & hanc eſſe rationem, cur dubitanter videatur loqui.

δ. *Florum* Magiſtrum vocari in primâ editione Bibl. Vet. Patrum Pariſienſi A. 1575. Tom. IV.

ε. Voce *legere* rectè potuiſſe *Pſeudo-Anaſtaſium* uti; nam in quibuſdam Scholis Magiſtri vivâ voce tantùm docebant; in aliis, Magiſtri lectiones à ſe in otio factas & congeſtas legentes, repetebant.

ζ. Plures Scholas fuiſſe, quibus qui præficiebantur *Magiſtri* dicebantur.

η. *Johannam* Papiſſam uterum gerentem ad tempus, ad Vaticanas ædes ab Urbe utcumque remotas & in agris poſitas receſſiſſe, atque illinc ſupplicationem verſus Lateranum incepiſſe, reverſuram dùm uterum dimiſiſſet.

θ. Tantis Barbariſmis auctorem hîc oti, ut nullum alium.

Plura alia apud *Oudinum* legi poſſunt. Conf. *Voſſium* de Hiſt. Lat. *l.* 2. *c.* 35. *p.* 318. Sagitt. *Introd. in Hiſt. Eccleſ.* Du Pin *Sec. IX. p.* 195. Nat. Alexand. *Sec. IX. cap.* 3. *art.* 19.

ANASTASIUS Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, gente forſan Palæſtinus, ſeu Syrus, patriâ, ut videtur, Antiochenus, claruit circa annum 1094. certè ſub *Joanne* Patriarchâ Antiocheno, qui hunc Thronum aſcendit an. 1090. ὁ νυνὶ πατριαρχῶν κύριος Ἰωάννης ὁ ἁγιώτατος, *Qui nunc Patriarchatum tenet ſanctiſſimus dominus Joannes*. Scripſit *Anaſtaſius* Tractatum *de Jejunio glorioſiſſimæ Deiparæ, quodque ſervandum ſit ut legitimum*. Hunc Græcè Latinè edidit *J. B. Coteletius* Eccl. Græc. Monument. *Tom III. pag.* 432. Clariſſimus Lambecius de Biblioth. Vind. l. 8. pag. 450. citat *Anaſtaſii* noſtri Fragmentum περὶ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων τῶν νηστειῶν. Ejoſdem opuſculum *de Artziburio* (*a*) Græcè adverſus Armenios ad calcem Typici S. Sabæ habetur. Interim non diſſimulat *Coteleriu* opuſculum *de Jejunio Deiparæ* in Bibl. Regiâ *Cod.* 3027 multò longius, cumque varietatibus non paucis, ſub *Niconis* Monachi Rheiſenſis nomine reperiri. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 543.

(*a*) Ita Armenii ſuum appellant jejunium.

ANASTASIUS Germanus, Pragenſis, Capucinus, Provinciæ Bohemiæ filius, Concionator eruditus, laudatæ virtutis, ac moribus integerrimis, EDIDIT Opus inſcriptum

Radius Paupertatis, qui clarè & ſubtiliter humanas & divinas operationes, veluti per tranſennam ſcrutatur. Pragæ 1669 in 4.

ANASTASIUS (*Martinus*) Siculus, Panormitanus, Ord. S. Benedicti Congreg. Caſinenſis, cui nomen dedit Panormi in Cœnobio S. Martini 22. Julii 1595. In eo doctrinâ excultiſſimus floruit; fuit etenim in ſacris, profaniſque literis verſatiſſimus, ac omnibus ſcientiis cumulatus: Eruditione, ac Poeſi præſertim claruit. Prioris munere Cœnobia gubernavit S. Martini Panormi, S. Nicolai de Arenis Catanæ, S. Benedicti Militelli, S. Flaviæ Calataniſectæ, S. Mariæ Gangii, S. Mariæ Fundronis, & S. Mariæ Montiſregalis. Tandem è gubernio ſecedens, accepto Abbatis titulo, dum pietatis ſtudia, ac literarum exercitia impigrè recolebat, in Cœnobio Panormitano S. Martini deceſſit anno 1644. Ipſum laudat *Rocchus Pirrus* in Sicilia Sacra *lib.* 4. de Abbatiis *pag.* 199. & *Ant. Ignat. Mancuſo* in Vita S. Roſaliæ *pag.* 27. & 55. Edidit Latinè

1. *De Monogamiâ B. Annæ Parentis Deiparæ, ſeu Veritatem vindicatam*. Oeniponti 1659. in 4.

2. *Vita di S. Roſalia V. Palermitana*, ex P. D. *Petro Antonio Tornamira* in *Reſponſionibus pro Vita S. Roſaliæ* ab ipſo edita *pag.* 7. at veriùs MS. non edita, ſervatur in Cœnobio prædicto S. Martini, ut ex relatione P. D. *Michaelis de Judice* ejuſdem Cœnobii Prioris, ſe accepiſſe teſtatur *Mongitor*: in quo etiam hæc alia reſervantur MSS. noſtri *Martini*.

3. *Concordia quatuor Evangeliſtarum*.

4. *De Septem Eccleſiæ Sacramentis* Tractatus.

5. *De Cenſuris Eccleſiaſticis* Tractatus.

6. *Hiſtoria dell'antichità del Monaſtero di S. Martino de Scalis di Palermo*: & alia quædam tum metro, tum proſa. * Vid. *Bibl. Sic.* Tom. II.

ANASTASIUS Pariſienſis, Capucinus, ejuſdem Provinciæ alumnus, concionator fervidus, librum edidit *in* 8. inſcriptum *Collatio Patris* Anaſtaſii *cum Miniſtro* Paſquerio. * *Bibl. Capuc.* p. 13.

ANASTASIUS (*Philippus*) gente Italus, Archiepiſcopus Surrentinus, Pontificio throno aſſiſtens, & *Clementis* Papæ *XI* Prælatus domeſticus, SCRIPSIT Opus in novem libros diviſum, hoc tit.

1. *Suprema Romani Pontificis in Eccleſiâ poteſtas propugnata adverſus inſtrumentum appellationis quatuor Galliæ Epiſcoporum à Conſtitutione Unigenitus ad futurum Generale Concilium*. Beneventi denuò excuſum 1723. in 4. (a)

2. *Apologia di quanto l'Arciveſcovo di Sorrento hà praticato con gli economi de' beni Eccleſiaſtici di ſua Dioceſi, conſegrata alla Santità di N. S. Papa* Benedetto XIII. *Roma* 1724. in 4. (b)

(a) *Giorn. de' Letter.* Tom. 35. p. 405. (*b*) Tom. 36. p. 396.

ANATOLIUS Alexandrinus, Epiſcopus Laodicenus, claruit anno 270. Quòd eundem hunc cum ANATOLIO *Jamblichi* Philoſophi præceptore facit *Valeſius*, longè à ſcopo errare videtur. Nec tempora ſatis congruunt. Extat quidem *Jamblici* ad *Anatolium* fragmentum Epiſtolæ *de Juſtitiâ* apud *Stobæum*, Serm. IX. p. 104. Extant etiam ad eum plures *Libanii* Epiſtolæ adhuc ineditæ. Verum is provinciæ alicujus præfectus erat, nec religione Chriſtianus. Scripſit noſter *Canonem Paſchalem*, ſive *librum de Paſchate*, qui Latinè extat. Cujuſnam ſit antiqua verſio, *Ruffini*, an alterius, non liquet; prava certè eſt, obſcura parumque fida & accurata. Interim mirari ſubit Cl. *Du Pin* (*a*) hujus opuſculi fidem vellicare, nullâ ratione redditâ, nullis codicibus MSS, Patrumve teſtimoniis in hanc rem adductis; nec ad locum ab *Euſebio* citatum, aliud quod reſponderet, habet, quàm facile fieri potuiſſe, ut aliquis impoſtor locum ab *Euſebio* allatum, cùm facile potuit inveniri, operi ſuo inſeruerit. Videant verò Criticæ ſacræ magiſtri, quo tendat hæc argumentandi ratio, quâ ſemel admiſſâ, actum erit de pleriſque antiquorum monumentis, quæ hoc præcipuè argumento, genuina eſſe demonſtrari ſolent, quod loca ex illis à Veteribus citata, in iis reperiuntur. Certè integrum *Anatolii* opuſculum ejuſdem commatis, & coloris eſt, & ab una eademque manu profectum eſſe videtur. Θεολογούμενα Arithmetica, quæ *Anatolio* tribuuntur, non produnt auctorem ſuum. Qui ſcripſit, videtur plane fuiſſe ex Schola Pythagorica Cl. *Galeo* monente. *Anatolius* noſter vir fuit, teſte *Euſebio*, l. 7. c. 32. ultrà vulgarem ſui ævi ſortem eruditus, principemque locum inter omnes coævos ſine controverſiâ obtinuit, quodvis doctrinæ genus exactè calluit, atque eâ de cauſâ ab Alexandrinis rogitatus

rogitatus ad exemplum Scholæ Platonicæ, Scholam Ariſtotelicam ibidem inſtituit. * *Cave* ad A. 270.

Doctiſſimus *Cellerius* in Hiſt. Auctorum Sæc. *Tom. III. cap.* 15 notat ex *Euſebio*, *Theotecnum* Cæſareæ Epiſcopum *Anatolio* manus impoſuiſſe circa A. 264 eumque ſucceſſorem Eccleſiæ ſuæ ordinaſſe, quam unà texerunt ad A. 269. quo ad Synodum adverſus *Paulum* Samoſatenum congregatam iter faciens *Anatolius* per urbem Laodicæam, à fratribus illius loci, mortuo tunc *Euſebio*, detentus eſt. Floruit adhuc juxta *Hieron.* cap. 73 ſub *Probo* & *Caro* Impp. A. C. 281 vel 283. Docet inſuper *Cellerius* Anatolii *Canonem* ab A. C. 276 initium habere; ac Cyclum Paſchalem 19 annorum continere.

De illo *Anatolio* vid. *Hieronym.* Catal. cap. 73. *Nicephorum* VI. 36. *Bedam* de nat. rerum l. 2. c. 14 & 35. & in Epiſt. ad *Vichredum* Presb. ſed imprimis *Alb. Fabricium* libr. 3. *Bibl. Græca* cap. XI. ubi leges fragmenta quædam *Anatolio* tributa, quæ incipiunt τῆς ἐν μαθηματικῇ Ibidem docet Vir Cl. integrum *Canonem Paſchalem* è Latinà veteri verſione in lucem productum illuſtratumque ab *Ægidio Bucherio* (Boucher) una cum aliis ejuſd. argumenti, *Antverp.* 1634. fol. Vide & eundem *Fabricium* lib. 5. c. 1. ubi obſervat ab hoc *Anatolio* diverſum eſſe

1. *Anatolium* Ethnicum *Jamblichi* Magiſtrum, cui *Porphyrius* Quæſtiones Homericas inſcripſit.

2. *Anatolium* Berytium JCtum de quo *Eunapius* in Proæreſio, & ad quem *Libanii* extant Epiſtolæ.

3. *Anatolium* qui in Geoponicis frequenter allegatur, & in Hippiatricis, & cui fragmentum de Antipathiis & Sympathiis ab ipſo *Fabricio* lib. 4. cap. 29 evulgatum tribuit V. C. *J. Rendtorfius*.

4. *Anatolium* CPolitanum, qui interfuit Synodo Chalcedonenſi, & cujus nonnulla leguntur in Græcorum Octoecho.

5. *Anatolium* ad quem directa eſt *Hieronymo* tributa præfatio, quæ *Victorini* Commentario in Apocalypſim præmittitur.

6. *Anatolium* Epiſcopum Lerinenſem circa A. 484. de quo *Vincent. Barralis* p. 369.

7. Anatolium *Timothei Æluri* Patriarch. Alex. fratrem.

(*a*) Tom. I. Bibl. nov. p. 191.

ANATOLIUS, *Dioſcuri* Alexandrini apud CPolin Apocriſiarius, ab eo in Latrocinio Epheſino *Flaviano* Patriarchæ CP. depoſito, nondum autem defuncto, ſuffectus anno 419. Epiſcopus CP. factus: quò tutius ſedem ſuam retineret, ac *Theodoſii* Imp. & *Leonis* Papæ favorem captaret, anno 450. collectâ CPoli Synodô *Eutychis* ac *Neſtorii* errores damnavit, & *Leonis* Epiſtolam ad *Flavianum* ſubſcriptione ſuâ comprobavit. Anno 451. Synodo Chalcedonenſi interfuit: ubi ſeſſione ultimâ ἴσα cum Româ vetere πρεσβεῖα ſedi ejus à Patribus decreta ſunt. Quâ de causâ ingentes irarum moles concepit *Leo*, atque eum quamdiu vixit, quantâ potuit arte, oppugnare non deſiit. Obiit *Anatolius* anno 458. poſtquam ſedem CP. octo annos ac totidem menſes tenuiſſet. Extat Lat. *Epiſtola* anno 457. *ad* Leonem *Imp.* ſcripta, *de Concilio Chalcedonenſi, & rebus à* Timotheo Ælurio *Alexandria improbè geſtis*, Concil. Tom. IV. p. 905. * *Cave* in Hiſt. Liter. Vid. & *Nat. Alexand.* Sec. V. cap. 3. art. 13. §. 16. ubi narrat quid actum à S. *Leone* cum *Anatolio* ante Concilii Chalcedonenſis celebrationem. Legi item poſſunt quæ habet §. 2. art. 14.

ANBAHOUMATAH Dervis ſeu Religioſus apud Indos, ex eorum numero quibus nomen *Gioghi*, Muſulmanis ſe addixit, atque Arabicè explicavit librum Brachmanorum inſcriptum *Anberthend*, qui Indorum Religionem, Philoſophiamque complectitur. Ei nomen indidit *Merât al maâni*, (Speculum animæ.) Iſte autem liber, licèt verſus, abſque Brachmanorum ope intelligi non poteſt. * *D'Herbelot.*

ANCA (*Paulus*) Siculus, Caſtriveteranenſis, (de *Caſtelveterano*) Ordinis S. Auguſtini; in exorcizandis Energumenis verſatus, vivebat Panormi anno 1712. quo hæc ſcribebat *Mongitor.* Edidit

Præſervativum à Dæmonum vexationibus, & Maleficorum artibus. Neapoli apud Giamignanum 1690. in 24.

ANCHARANO (*Jacob.* de) Scripſit ex *Lipen.* II. 557

Proceſſum Luciferi contra Jeſum, cum Comment. *Jac. Ayreri*, Hanov. 1611. 8.

ANCHARANUS *ſeu* de Ancharano (*Petrus*) Italus, Bononienſis, ex illuſtri Farneſiorum familiâ. J. U. Doctor celeberrimus, *Baldi* Diſcipulus, nec ipſi utriuſque Juris ſcientiâ impar, Seculo XV claruit. A Patribus Piſani Concilii anno 1409. congregatis adhibitus eſt, ut ejus ſynodi auctoritatem tueretur adverſus Legatos *Roberti* Bavariæ Ducis, ipſius impugnatores. Habitâ itaque palam concione in ſeſſione VII comprobavit ſynodum fuiſſe legitimè coactam, ipſique jus aſſeruit dirimendæ *Gregorium XII* inter & *Benedictum XIII* Antipapam controverſiæ, ſchiſmatis finiendi gratiâ.

Obiit Bononiæ, apud Dominicanos ſepultus, eique perhonorificum erectum eſt Epitaphium anno 1497. octogeſimo fermè poſt mortem, quæ accidit non circa annum 1410 ut ſcribit *Oudinus* ad A. 1390. ſed 1416. die 5 Aug. juxta *Orland.* p. 230. & quidem *Nic. Commenus* in Hiſt. Gymn. Patav. (*a*) ſic loquitur: *Floruit maximè anno* 1410, *vitam tamen perduxit diutius, perſenex enim vivebat anno* 1415.

Extant ejus

1. *Commentaria in VI Libros Decretalium*, cum ſcholiis *Codecha*, & *Johannis de Monteferrato*, Bononiæ 1581. fol. ac prius *Lugd.* 1535.

2. *Lectura ſuper Clementinas*, cum Addit. *Cathar. Pariel* & aliorum. Lugd 1534. vel 1584 1549 & 1553. Editionem teneo *Bonon.* 1580. fol. hoc tit. *Super Clementinis facundiſſima Commentaria, a quamplurimis erroribus, quibus antiquorum Impreſſorum incuriâ erant obruta, nunc expurgata, & quâ majori fieri potuit diligentia ad veram germanamque lectionem reſtituta.*

Plura ſunt *Ancharani* Opera Juris Civilis. * Vid. præter cit. *Wharton* ad A. 1410 *Fichard.* in Vitis JC. recent. *Boiſſard.* in Vitis 50 Virorum doct. *Freheri* Theatr. part. 2. ſect. 4. *Du Pin* Sec. XV. cap. 1. p. 4. ac *p.* 86 ubi ad medium hujus ſeculi floruiſſe dicitur, ſed perperam. *Morer.* Diction. *Lipen.* Bibl. Jurid. Id autem monendum eſt, alium eſſe *Petrum Joannem Ancharanum* Regienſem, cujus *Familiarium Juris Quæſtionum Libri tres* Venetiis 1580. fol. prodierunt: *hac poſtremâ Editione, prioribus duobus, qui publicè circumferebantur, tertius additur Liber.* Epiſtola nuncupatoria Seren. *Alfonſo II* Ferrariæ, Regii &c. Duci data eſt A. 1580.

ANCHERSEN (*Matthias*) Philoſophiæ in Academia Hafnienſi Profeſſor, EDIDIT ex MS. Goliano *Poema Tograi cum Verſione Latina* Jacobi Golii *hactenus inedita*, Præfatione & Notis auctâ, *Trajecti ad Rhenum*, apud Gulielmum Brœdeler, 1707. 8.

Carmen hoc, quod ab *Erpenio* quondam, & deinde à *Pocockio* verſione Latina & vocalibus inſtructum & editum eſt, Cl. *Anchersen*, ſuffragio celeberrimi *Relandi* cum verſione *Golii*, in inſtructiſſima *Relandi* Bibliotheca aſſervata & hactenus inedita, denuo, ſed ſine vocalibus, in lucem emiſit, manium Golianorum reverentia adductus. Sed durum fatum experta eſt hæc editio, quandoquidem exemplaria, quæ Cl. Editor omnia, exceptis tantum quinque aut ſex adhuc exſtantibus, navi Hafniam deſtinaverat, in mari periêre. Auctorem Carminis *Tograi* anno Hegiræ 513 à Sultan *Mahmoud* capite plexum, prolixius ex *Herbelotii* Bibliotheca *pag.* 1027. *col.* 1; genus verò carminis Perſis Lamicum dicti, quia omnes verſus in Lam vel L exeunt, ex *Samuelis Clarkii*

Proſodia Arabica *p.* 62. deſcripſit & explicuit. In Notis obſervat Cl. Editor, Autorem minus recte *Abu Iſmael* pronunciari, quia in quinque nominibus, quæ inter & [illegible] numeratur, auctoritate Grammatici Arabis in Zjarumia nota *Chaſda*, i. e. Genitivi eſt, quod *Erpenius* quoque *L. III. p. m.* 142 obſervavit. Quare in Hiſtoria Dynaſtarum à *Pocockio* edita ſuper textum *Abil-Pharaji* nomen legitur, quamvis in titulo, fortaſſe ex errore, *Abul-Pharagius* appelletur. Vocem *Togra*, à qua Autor nomen accepit, formam characterum majuſculorum, teſte *Herbelotio* l. c. denotare, eamque in Tractatu pacis inter Turcicum Imperatorem & *Henricum IV* Regem Galliæ facto, Pariſiiſque A. 1604 Turcice & Gallice impreſſo, nec non in Epiſtola *Morad Chan*, A. 1633 ad Præpotentes Ordines Belgicos ſcripta, inque Bibliotheca MStorum Relandiana ſervata, expreſſam & delineatam eſſe, Noſter indicavit. * Vid. *Acta Erud.* Supplem. Tom. IV. p. 156.

ANCHIALUS (*Michael*) Patriarcha Conſtantinopolitanus ab anno circiter 1167. Vir doctus, & *Balſamone* judice, Philoſophorum ſummus, Latinorum autem hoſtis acerrimus. Sedem Patriarchalem tenuit annis octo. Extant *Decreta Synodalia V.* viz. *Ne Lectores mundana officia ſuſcipiant. Ne Clerici ex alienâ Diœceſi ordinentur*, &c. Gr. Lat. in Jure Gr. Rom. *lib.* 3. *pag.* 227. Scripſit etiam *Dialogum*, quem habuit cum *Manuele Comneno* Imp. quo tempore Pontificis Legati CPolin pervenerunt, Eccleſiarum unionem procuraturi, nihil autem à Græcis expoſcentes quàm ceſſionem primatûs ipſi Papæ, & appellationem permitti, & illius commemorationem inter ſacra fieri. Ex *Dialogo* iſto quædam profert *Leo Allatius* de Conſenſu *lib.* 2. *cap.* 3 §. 2. *c.* 5 §. 2. *cap.* 9. §. 3. qui etiam Epiſtolæ cujuſdam *Michaelis* convitiis, ut ait, & calumniis in Romanam Eccleſiam refertæ meminit. Ipſius præterea extat Græcè MS. *Oratio* in Imperatorem *Manuelem Comnenum*: Cujus principium: Ἔστω ὁ μὲν ἔργοις ὁ αὐτός. Habetur in Bibl. Bodl. inter codices *Baroccianos* Cod. 131. fol. 186. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 592.

Decreta ejus, inquit *Oudinus* ad A. 1170. probant *Anchialum* fuiſſe obſervantiæ Eccleſiaſticæ tenacem virum, neque tam improbum, quàm *Allatius* nobis repræſentat, quòd Latinos non ſaperet ſenſus & mores. Dicitur tenuiſſe ſedem Patriarchalem octo annos, ſeu uſque ad A. 1172 vel 1173. quo mortuus eſt.

Librum Anchiali *de primatu Eccleſiæ Romanæ* memorat *Lud. Jacob* p. 399. MS. in Bibl. Regis Chriſt. & in illa Scoriaci Regis Catholici.

ANCHIETA (*Joſephus*) Societatis Jeſu, Indiarum, hoc eſt Braſiliæ regni, appellatus Apoſtolus, & Seculi XVI Thaumaturgus, Inſulam *Teneriſe* habuit natalem locum, ortus ibi ex Patre Cantabro, matreque indigena. Anno 1550. ætatis XVII. inſtitutum hoc ſequutus, tranſivit poſt triennium in Braſiliæ regiones, quæ pars non parva ſunt Americæ meridionalis Luſitanæ ditionis, ubi integris 44 annis vixit clariſſimus virtutibus, inſigniſque miraculis: de quo nos contenti erimus, hic omittentes, quæ plenis aliorum commentariis, præſertim à *Sebaſtiano Baretario* Florentino Jeſuita quinque libris comprehenſa ſunt, opuſculorum ab eo conſcriptorum meminiſſe. Hæc nempe illa ſunt

1. *Dictionarium* & *Ars Grammatica linguæ Braſilicæ*, quæ in Luſitania excuſa eſt.

2. *Doctrina Chriſtiana*, *pleniorque catechiſmus* eâdem linguâ explicatus.

3. *Dialogi de Religionis rebus ſcitu digni.*

4. *Inſtructio ad interrogandos inter confeſſionem pœnitentes.*

5. *Syntagma monitorum ad juvandos moribundos.*

6. *Cantiones ſacræ* linguis Latinâ, Luſitanicâ, Hiſpanicâ, & Braſilicâ.

7. *Drama ad extirpanda Braſiliæ vitia.*

8. *Poema de B. Virginis vita*, verſu elegiaco quod ad 2800 diſticha excurrit.

9. *Braſilica Societatis Hiſtoria*, & *Vita clariorum Patrum, qui in Braſilia vixerunt.* Sed hæc poſtrema in lucem prodiiſſe non putat *Alegambius*, ex quo plura peti poſſunt.

Obiit in vico quodam *Reritiba* dicto, die 9 Junii 1597. ætatis ſuæ 64. De quo item legi poteſt *Juvenci* Hiſt. S. J. *part.* 5. *lib.* 23. *p.* 759 &c.

ANCILLONIUS (*David*) Gallus, Metenſis, Verbi Divini eâ in urbe Miniſter, natus eſt 17 Martii 1617. patre *Abrahamo Ancillonio* Juriſconſulto expertiſſimo. Noſter licèt inchoato apud Jeſuitas Metenſes ſtudiorum curriculo, anno 1633 Genevam petiit, ibique peractis cum Philoſophiæ, tum Theologiæ ſtudiis, ad Synodum Charentonianam anno 1641 profectus eſt, ut Sacro Divini verbi Miniſterio initiaretur: ſtatimque Meldenſi præfectus fuit Eccleſiæ, quam ad annum 1653 ſumma cum laude rexit. Inde in urbe patriâ Miniſter conſtitutus eſt, uſque ad annum 1685. quò revocato Nannetenſi Edicto, Francofurtum ſe recepit, atque Eccleſiæ Hanovienſi, omnium votis expetitus, ſe addixit, ex quâ aliorum invidiâ ad Francofurtenſes redire coactus eſt. Dehinc Berolinum tranſlatus, ubi à Sereniſſimo Electore Brandenburgenſi humaniſſimè exceptus, ſedem tandem fixit, ac vitæ curſum finiit die 3 Sept. anno 1692. ætatis 75. Vir apud utriuſque Religionis Eruditos inſignis, laboris literarii patientiſſimus, &, ſi ità loqui fas eſt, intemperanter avidus, quippe qui à tenaci lectionis amore, patriâ ſæpe autoritate fuerit coercendus: quem potiſſimùm commendant ſumma Eruditio, eloquentia, pietas, modeſtia, charitas, prudentia in adhibendâ inter redarguendum, ubi opus erat, aut manſuetudine, aut acerbitate: cæteræque eximiæ dotes, quæ Paſtorem numeris omnibus abſolutum conſtituunt. Ampliſſima & ſelectiſſima ei fuit Bibliotheca, iis omnibus Libris inſtructiſſima, qui adornandis ejuſmodi locis ſolent comparari; ſed quæ ſub Edicti Nannetenſis revocationem dilapidata, Eruditorum *nunc* demùm *deſiderium* eſt, *curaque non levis. Horat.* L. I. od. 14. * Vid. *Nov. Litter.* 20 Maii 1719. p. 314. *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes Illuſtres* &c. Tom. VII. Plura *Bælius* in Diction.

SCRIPTA:

1. *Genuina & ſincera relatio eorum quæ geſta ſunt* Ancillonium *inter &* Bedacerium *Auguſtanum Epiſcopum*, in quâ accuratiſſimè pertractatur quidquid ad *Traditionum* materiam attinet. *Sedani* 1657. in 4.

2. *Reſponſio ad Methodum Cardinalis Richelii.* Hæc in lucem integra non prodiit, ſed particula tantùm ejus excuſa eſt *Hanoviæ* an. 1666. hoc titulo: *Apologia Lutheri, Zuinglii, Calvini, & Bezæ.*

3. *Expoſitiones multorum S. Scripturæ Librorum*, ſimul & *Conciones* quamplurimæ, ex quibus omnibus, aut deperditis, aut ſanè alicubi deliteſcentibus, extat *Sermo* unicus Metis in ſolenni Jejunio habitus, vocatus *Lachrymæ S. Pauli*, ad Philip. III. 18. 19. & Pariſiis editus an. 1676. in 12.

4. *Reſponſio ad monitum Paſtorale, Encyclicas Epiſtolas, & Methodos Cleri ad Reformatos Galliæ*, 1682. Hæc in Muſæo *Ancillonii* diù aſſervata, indeque ad *Turretinum* Profeſſorem Genevenſem, ejus familiarem, ut ea pro lubitu uteretur, miſſa, periiſſe creditur.

5. *Vita Guillelmi Farelli*, ſeu *idea veri Chriſti Miniſtri.* Hæc innumeris fœdata mendis, in Hollandiâ furtim excuſa eſt, at cum *annotationibus* Celebris *Conrartii*, prodiit *Berolini* 1691.

6. *Miſcellanea critica Literaturæ* &c. Vid. inf. ubi de *Carolo* filio.

ANCILLONIUS (*Carolus*) Ser. Boruſſorum Regis

gis aulæ, Legationiſque Conſiliarius, ejuſdem Hiſtoriographus, Coloniæ Gallicæ ſupremus Judex, Regiarum Urbium Summus Adminiſtrator, *Davidis* (de quo ſupra) filius, patriâ quoque Metenſis, natus eſt die 18 vel 29 Julii 1659. Is cùm *Abrahamo* Avo gauderet, Juris peritiſſimo, majoribuſque celeberrimis, quorum alter in unâ à ſupremis Galliæ Curiis Præſes infulatus fuerat, i. e, honorario cudone inſignitus; alter verò inter Eccleſiæ Metenſis fundatores conſpicuus, ejuſdemque primus Diaconus, à tantorum virorum exemplis degenerem præſtare ſe non paſſus eſt. Itaque peractis in Metenſi Reformatorum Gymnaſio Humaniorum Literarum ſtadiis, Hanoviam primùm an. 1672. tùm Marpurgum in Haſſia miſſus, penitiorem ei in Academiâ cum ſuis Latinæ Linguæ, tum Poëtarum, Oratorum, Hiſtoricorumque intelligentiam adeptus fuit. Lauſannam poſteà delatus, exinde Genevam, Philoſophiæ ibi curriculum emenſus eſt; quo peracto, Lutetiam Pariſiorum ſe contulit, (*a*) ubi peritiſſimorum Anteceſſorum Auditor aſſiduus, ac celeberrimi præſertim *Bacageri*, ipſius amantiſſimi, operâ uſus, tam ſcitè in Juriſprudentia progreſſus fecit, ut propugnata publicè Theſibus, Doctoris Lauream anno ætatis 18 conſecutus ſit. In album itaque Pariſienſis Senatûs Advocatorum relatus eſt anno 1676. Duce conſultiſſimo *Vairiero*, ſupremi Conſilii Patrono celeberrimo. Pariſiis degens, juvenis licèt, multorum primæ notæ virorum exiſtimationem ſibi conciliavit, præſertim *Claudii*, *Dallai*, & *Allixii*, qui ſingulari eum benevolentiâ proſecuti ſunt. De eo *Claudius* in Epiſtolâ ad *Ancillonium* Caroli noſtri Patrem, quam videre eſt in poſthumis ejus operibus *Tom V. Epiſt.* 17. Hunc & *Jaquelotus*, qui Carentonianæ Eccleſiæ commodatus tunc temporis fuerat, chariſſimum habuit, & ad mortem uſque tenerrimo ſtudio affecit.

Anno 1677. (alii 1679.) in Patriam redux, Foro intereſſe cœpit, eo ſucceſſu, ut annos natus 20. & omnium amorem, & eam jam ſibi famam pepererit, quæ celeberrimis eum illius Senatus Patronis adæquaret. Nec fruſtrà; præterquam quod enim ſummâ pollebat facundiâ & mirâ dicendi facilitate; *Factorum*, ut vocantur, componendorum ità ſolers erat, ut peritiſſimo cuique admirationi eſſent.

Anno 1680 uxorem duxit *Eliſabetham Ancilloniam* cognatam ſuam, egregiis dotibus inſtructam, ex quâ multâ prole ſuſceptâ, quinque filii & duæ filiæ hodienum ſuperſunt. Hæc cùm Baſileæ obiiſſet anno 1698. aliam duobus poſt annis uxorem ſibi delegit *Carolus*, celeberrimi *Hiſtoriæ Edicti Nannetenſis* ſcriptoris, (*Eliæ Benoiſt*) filiam, unici hactenùs filii matrem, qui Literis addictus, materníque Avi operâ utens, nonniſi felices in iis progreſſus edere poteſt.

Anno 1685. revocato Nannetenſi Edicto, quo factum ut Reformatæ Religionis uſus per totum Galliæ Regnum interdiceretur, ceſſavit & Metis ejuſdem Religionis exercitium, licèt eâ in urbe jam ab anno 1543 vigeret. Cùm itaque nec Edicti Nannetenſis vi, nec illius quod Menſe Januario anni 1561 latum fuerat, nec ullius alterius Regum Franciæ Conceſſionis, Reformata ibi Religio ſtabilita eſſet; ſed vigore Pacti cum ejuſdem Urbis Magiſtratu ſanciti die 16. Martii an. 1543. mediantibus ſcilicet Ser. Duce Wurtembergico, Ser. Haſſiæ Landgravio, deputatiſque ad id Argentinæ & Francofurti ad Mœnum Legatis; conſentientibus item Ser. Lotharingiæ Duce, ac totius Provinciæ Clero; viſum eſt præcipuæ notæ virorum cœtui ad potentiſſimum Galliarum Regem quempiam mittere, qui ſupplicia illi Metenſium vota deferret; & eâ communi omnium ſuffragio provincia condecoratus eſt *Ancillonius*. Verſalias igitur delatus, Metenſis Eccleſiæ jura *Lovveſio* (Mr. *de Louvou*) Regis Adminiſtro validè expoſuit, iis præſertim rationibus, quod cùm 50. & amplius annis ante latum ab *Henrico IV* Nannetenſe Edictum conſtituta fuiſſet, nihil propterea ad eam ſpectabat illius edicti revocatio; quod Imperialis adhuc ditionis civitas erat, cùm ibi Reformata Religio invaleſcere cœpit; quod denique ceſſione factâ Urbis & trium Epiſcopatuum Regi Chriſtianiſſimo per Tractatum Monaſterienſem anno 1648. habitum, expreſſe in eo ſtipulati fuerant Metenſes, Religionis negotia eodem in ſtatu in poſterùm relictum iri quo anno 1624 extiterant. Sed ſurdo canebat *Ancillonius*, ſiquidem Religionem per totum Regnum ſubvertere Regi conſtitutum jam fuerat. Id unum impetravit ut a militari expeditione civitas eximeretur, rebuſque ſuis quietè poterentur Reformati cives. At quamvis ſpeciale de eo mandatum ad Urbis Præfectum miſſum ſit, is nec ſtetit promiſſis, nec cæterorum Reformatorum fatum effugere Metenſibus licuit.

Relictâ itaque anno 1686 Galliâ, Berolinum petiit *Carolus* noſter, ubi a Ser. Electore *Friderico-Guilielmo* benigniſſimè exceptus, profugorum Gallorum Ordinarius Judex eſt conſtitutus. Is cùm ejus Coloniæ incrementum cordi maximè haberet, huic promovendæ non abs re facturum putavit, ſi eorum qui in Brandenburgicam ditionem jam profugerant Hiſtoriam conſcriberet, ſimul & beneficia exponeret quibus ſub potentiſſimo Electoris Ser. patrocinio fruebantur: quod tam egregiè ac feliciter præſtitit, ut confluentibus undèquaque, & ex Metenſi potiſſimùm Urbe, profugis, Berolinenſis Colonia numeroſiſſima æquè ac præſtantiſſima brevi evaſerit.

Inter cæteras *Ancillonii* dotes præſertim elucebat Politicæ Negociationis ſolertia; quam cùm probè compertam haberet Boruſſorum Rex Sereniſſimus, hodierni Pater, eâ feliciſſimè uſus eſt, miſſo ſcilicet an. 1695. ad Helvetios *Carolo*, qui nonnulla cum Fœderatia Evangelicis negotia componeret. Eam & experiri voluit Durlacenſis Marchio, (*Bade-Dourlach*) qui cùm Baſileam ſe recepiſſet, vitandi causâ belli quo tota ejus ditio conflagrabat, expetitum a Boruſſorum Rege *Ancillonium*, quandiù apud Helvetios commoraretur, eum & negotiis ſuis adhibuit, & ſingulari benevolentiâ affectum in Conſiliarium ſibi aſſumpſit. Gratum Principi Ser. animum teſtatus eſt noſter, dicato ipſi Libro *Miſcellaneorum Critico-Literariorum*, quæ ex colloquiis Patris ſui *Davidis* collegerat, præfixa oratione de ejuſdem vitâ; qui ſanè Liber Principi acceptiſſimus fuit.

Berolinum revocatus ſub finem anni 1699. totius Coloniæ Gallicæ, quæ in Brandenburgico ſtatu diſſeminata erat, ſupremus Judex in laborum præmium conſtitutus eſt; tùm Principis Diplomate Hiſtoriographus Regius fuit renunciatus; exin Aulæ ſimul & Legationum Conſilio adſcitus; demùm Regiarum Urbium adminiſtrationi præpoſitus: quod quidem munus & introitum & conſeſſum, in Germani Magiſtratus Berolinenſia Comitiis, & ſuffragium *Carolo* tribuebat. Idem ille eſt qui excogitatum de ſtabiliendo Berolini in profugorum uſum Gymnaſio Gallico conſilium ad exitum perduxit, cui & ſummâ cum laude præfuit, conſtitutis ibi nempè Profeſſoribus & Ludimagiſtris eruditiſſimis. Tot ac tantis dotibus conſpicuus vir, in Regiam Berolinenſem Scientiarum Societatem fuit cooptatus, celeberrimi *Leibnitii* Societatis hujus Principis amiciſſimus, quem inter & *Carolum* noſtrum maxima ſemper neceſſitudo interceſſit. Nec tam variis diſtentus occupationibus Noſter à ſtudio tamen vacabat, quippe qui laboris tenaciſſimus, quidquid ſupererat temporis, totum in legendo ſcribendove inſumebat. Ut erat Librorum ſolertiſſimus indagator, egregiam Bibliothecam collegit, eamque maximâ omnigenæ doctrinæ voluminum copiâ inſtructiſſimam. Obiit *Ancillonius* ſubito fato correptus, cùm firmiſſimâ valetudine gauderet, nec ſimile quidquam expectaretur; ſiquidem cùm ad viſendam illuſtrem matronam, Generalis *Grumbkovii* Uxorem, acceſſiſſet, in ejus ædibus ſedens, nullo prævio inſtantis mortis indicio, inter colloquendum cum eâ, animam efflavit die 5 Julii 1715. ætatis 56. Vir, facilis æqui ac jucundi eloquii, egregio corporis

(a) Vid. *Balii* Epiſt. 23. XIV. Sept. 1676. ſcriptam.

habitu præſtans, ingenio admodùm ſuovi, comis, urbanus, ingenuus, morum integritate ſimul ac politiſſimâ agendi ratione conſpicuus, ſine affectatione eruditus, qui amicus ſincerus & conſtans, bonus æque filius ac Pater, bonus æquè maritus & judex, Magiſtratus optimus, optimus demùm Chriſtianus prædicari queat. * *Commentar. MSS.* circa A. 1715.

His verſibus ornatur ejus Effigies.

Aſpice qui frontu decor eſt vultuſque ſerenus
Judicis æquanimi proditor ipſe ſui!
Candorem & plenam doctrina cobore mentem
Conſpicienda tibi muta vel ora dabunt:
Aſt Ancillonium *non exhibet area totum*
Linea: Pars melior per ſua ſcripta patet.

OPERA:

1. *L'Irrevocabilité de l'Edit de Nantes, prouvée par les principes du Droit & de la Politique*: ſive *Edicti Nannetenſis irrevocabilitas à Jure & Politica principiis petita.* Amſtelod. 1687 vel 88. in 12. * Vid. *Acta Erud.* 1689. p. 260. *Nov. Reip. Liter.* Sept. 1688. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. XI. p.* 545.

2. *Reflexions politiques par leſquelles on fait voir que la perſecution des Reformez eſt contre les veritables interêts de la France*: ſive *Conſiderationes politicæ quibus oſtenditur, perſecutionem adverſus Reformatos, Galliæ Regno non prodeſſe.* Colon. 1686. in 12. vel Amſt. 1688.

Balius, ſi *Niceronio* fides, malè conjecit fœtum eſſe Autoris libri cui tit. *Nouveaux interêts des Princes.*

3. *La France intereſſée à rétablir l'Edit de Nantes*: ſive *Demonſtratio quod interſit Galliæ ut Edictum Nannetenſe redintegretur*: Amſtel. 1690. in 12. * Vid. *Acta Erud.* p. 126.

4. *Hiſtoire de l'Etabliſſement des François refugiez en Brandebourg*: ſive *Gallorum in Brandenburgicâ Ditione profugorum Hiſtoria.* Berolini 1690. 8. * Vid. *Balii* Epiſt. 80. *Acta Erud.* 1691. *Bibl. Univ.* Tom. XIX. *Hiſt. Oper. Erud.* Jul. 1690.

5. *Lettre écrite d'Allemagne en Hollande*: ſeu *de Tolerantiâ Eccleſiaſticâ Epiſtola*: 1691. in 12.

6. *Lettre au Roi pour les Reformez de France*: ſive *Epiſtola ad Regem Chriſtianiſſimum in Gallorum Reformatorum gratiam ſcripta.* 1695. in 4.

7. *Lettre au Roi pour les Reformez de la Ville de Metz*: ſive, *Epiſtola ad eundem in gratiam Reformatorum Metenſium*: 1695. in 4.

8. *La Balance de la Religion & de la Politique*: ſeu *Religio & Politica æquâ lance expenſa*: 1697. 8.

9. *Melanges Critiques de Litterature recueillis des Converſations de feu M. Ancillon, avec un Diſcours ſur ſa vie & ſes dernieres heures*: ſeu, *Miſcellanea Critico-Literaria, ex colloquiis Davidis Ancilloni collecta, additâ Oratione de ejus Vita & morte.* Baſil. 1698. 12. 3. Voll. Vid. *Nov. Reip. Liter.* Mart. 1699. *Diarium Berolin.* 1698. p. 275. Hoc opus *Rothomagi* recuſum an. 1702. prodiit, (ſub tit. Amſtel. apud Brunel) ſed mutilum & interpolatum, ut ipſe Auctor conqueſtus eſt in dictis *Novellis* Martii 1703. p. 356. Vid. & April. *p.* 478. De editione Baſileenſi plura notant Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1698. ac ſpeciatim ea quorum ipſis dubia videtur certitudo: veluti cùm *Tertulliani* Apologeticum A. C. 192 vel 193 prodiiſſe ſtatuatur, quicquid contra accuratiores Critici argumentia ſuia moliantur: cùm dicitus, neminem ante *Bedam* in Apocalypſim Comment. ſcripſiſſe, nec poſt eum quemquam iſtius libri explicationem aggreſſum, uſque ad A. 1389 quo in Polonia aut Livonia novus in eum Commentarius prodierit: cùm duos tantùm eſſe *Dionyſios*, Alexandrinum nempe & Rhetorem, ſcriptis celebres traditur: cùm *Bedam* Romæ haud dubie fuiſſe, eique rei firmandæ *Juelli* Epiſc. Saliſburienſis autoritatem ſufficere dicitur: cùm *Cardanus*, utcunque eâ de re dubitet ipſe, omnino tamen Dæmonis familiaris converſatione pollutus fuiſſe memoratur, ejuſque rei argumentum habetur, quòd omnia Aſtrorum motui atque influentiis adſcripſerit: cùm *Petrus de Marca* Proteſtantium, apud quos Miniſtri Eccleſiæ patribus defunctus jam fuerat, caſtris deſertis ad Romanam Eccleſiam transfugiſſe perbibetur: quam fabulam eſſe, doctiſſimi quidam Viri luculentis argumentis conati ſunt oſtendere: cùm *Davidis Parai* filius fuiſſe *Daniel* dicitur, quem nepotem ejus extitiſſe alii nos docent: cùm is qui *de Legibus Hebræorum* eruditiſſimè commentatus eſt *Spencerus*, cùm eo qui *Origenis* contra *Celſum* libros eruditis notis illuſtratos evulgavit, idem fuiſſe ſtatuitur, quos aliàs *Joannis* & *Gulielmi* prænominibus a ſe diſtingui invicem notum ſit *&c.* Sed his ſimilibuſque aliis miſſis, quædam ex hoc opere deligemus, quæ obſervatu non indigna videntur. Multos, ut id primo loco annotemus, anonymos pſeudonymoſve Scriptores paſſim occaſione datâ detegit, ad quorum notitiam non adeo facile unuſquiſque pervenerit. Sic Commentarium in Apocalypſin, qui ſine Autoris nomine prodiit, iſta tantum verba, *Jis organon Jeſu*, in frontiſpicio exhibens, *Stephani Gros*, V. D. apud Genevenſes Miniſtri, eſſe notat: à quo ipſo accepit, verba mox adducta ideo ab eo in fronte libri poſita fuiſſe, quod utrumque nomen ejus, litteris tranſpoſitis, fere referrent. Alium verò Commentarium, qui *Jona de Buy* nomine in eundem librum extat, celeberrimi *Launai*, Cleri metu nomen ſuum occultantis, fœtum eſſe docet. Libri Gallici ſub tit. *Conſiderationum liberiorum* Collectionis Actorum authenticorum à *Blondello* congeſtorum ſcripti, quo acerbiſſimè Vir ille doctus exceptus fuit, ob impugnatam *Joannæ* Papiſſæ hiſtoriam, parentem eſſe *Gauthierum*, V. D. in tractu Rupellenſi quondam Miniſtrum: librum autem, qui *de Religionum conciliatoribus* ſub *Johannis Rolegravii* nomine circumfertur, *Graverolio* deberi, qui Lugduni in Gallia olim, hodie (ſcilicet A. 1698) Londini Gallorum exulum Eccleſiam moderatur. Inter ſcripta quæ Tridentino Concilio ſubvertendo inſerviant, maxime commendat Gallicâ linguâ editum volumen, cujus hic ferè titulus eſt: *Examen Concilii Tridentini, quo cauſæ quæ irritum illud faciant, unà cum vi Regibus & Principibus Chriſtianis, nec non Eccleſiæ Gallicanæ omnibuſque Catholicis ab eo illatâ, luculenter exponuntur*: cujus libri autorem *Gulielmum Ranchinum* eſſe, ſibi certò conſtare ait. Magis notum eſt quòd *Catechiſmi Tridentini* autor ſit P. *Franciſcus Foreirus* Dominicanus, natione Luſitanus, qui juſſu Cardinalis *Caroli Borromæi* eum concinnaſſe dicitur. Quod de *Cæſare Aquilinio* obſervat ſuo loco notabimus. De *Anti Cottoni* operis autore hactenus fuit muſſitatio. *Servino* nonnulli, Generali quondam in Senatu Pariſienſi Advocato, illud tribuerunt; alii Monacho cuidam à quibus etiam a entiendum eſſe putavit P. *Petrus Joſephus* Aurelianenſis, S. J. in vita *Cottoni*. At falli illos omnes ſibi perſuaſiſſimum eſſe *Ancillonius* ait; certis enim teſtimoniis ſibi conſtare, celeberrimi *Petri Molinæi* fœtum eſſe. Vitæ *Philippi Mornai* partem ferè dimidiam nobilem quendam Picardum, *Davidem Lixium*, concinnaſſe teſtatur, à quo acceptam illam telam duo *Mornai* amanuenſes perfecerint; præfationem autem operi præfixam illuſtris *Conratti* ingenio deberi. Celebrem quondam Eccleſiæ Reformatæ apud Metenſes Miniſtrum *Paulum Ferrium*, inter alia quæ edidit doctiſſima ſcripta, ejus quoque eſſe Autorem, quod Gallicè hoc fere titulo anno 1624 evulgatum eſt: *Nota hiſtorica ad diſſertationem quam de morte & miraculis* S. Liberii *nuper evulgavit* Dn. de Ramberviller, *Ballivia in Epiſc. Metenſi Præfectus*; ejuſque rei fidem facere illius libri exemplum, ab ipſo *Ferrio* ſibi donatum, in cujus frontiſpicio propria manu ſe hujus fœtûs parentem fuerit profeſſus. *Mercurium Helveticum* & *Militem Suecum*. Gallica opuſcula, quæ ex *Balzaci* calamo profluxiſſe nonnullis viſa ſunt, *Friderico Spanhemio* reſtituit, quem *Hiſtoricæ* quoque *de Vita Comitis* de Dohna *Commentatii* autorem eſſe prodit.

Nec

Nec deſunt alia, quæ ad Virorum doctorum vitam, mores, & ſcripta cognoſcenda pertinent, omninò jucunda, quæ ex *Ancillonianis* hiſce diſcere liceat: Sane notatu non indignum videtur, quod de *Davide Blondello* refertur, eum à Præſide Parlamenti Pariſienſis Dn. *de Memmes* annuum 1200 librarum, ab alio autem ejuſdem Parlamenti Conſiliario 600 librarum ſtipendium accepiſſe, ut Romani Pontificis oppugnaret primatum; quorum tamen uterque & corpore & animo cum Eccleſia Romana communionem exercuiſſe dicitur. De *Bodino* curioſa quædam adducuntur. De *Caſaubono* multa fusè diſſeruntur. Inter alia præcipuum ſuæ in rebus Eccleſiaſticis peritiæ ſpecimen daturus fuiſſe dicitur, in libro ſingulari *de libertate Eccleſiaſtica*: verùm ex improviſo accidiſſe, ut cùm 264 illius libri paginæ typis exſcriptæ jam eſſent, *Henricus IV*, compoſitis jam Venetorum cum P. R. controverſiis, ultra progredi prohibuerit, iis quoque, quæ excuſa jam fuerant, diligenter ſuppreſſis. De Religione *Caſauboni* illud judicium fertur, ad Romanam Eccleſiam illam forte, quam jactant nonnulli, ejus haud fuiſſe animi propenſionem, cœco tamen Patrum & antiquitatis Eccleſiaſticæ amore Religionis ſyſtema cum ſibi finxiſſe, quale forſan nemo mortalium alius hodie ſequatur; ejuſque rei ex quadam ejus ad *Danielem Heinſium* Epiſtola (quæ eſt 143 inter *Epiſtolas præſtantium & eruditorum Virorum*) confirmatio petitur. De *Paulo Ferrio*, cujus ſupra jam facta eſt mentio, referri meretur, quòd Hiſtoriam reformationis Urbis Metenſis, Conſiſtorii Eccleſiæ Reformatæ in illa urbe precibus, deſcribendam ſuſceperit. Ediderat enim Epiſcopatûs Metenſis Suffraganeus, *de Madaure*, Hiſtoriam natæ, promotæ, & collabentis in ea urbe hæreſeos, cui opponere *Ferrium* volebant, qui hæreticorum nomine Metenſi Suffraganeo appellabantur. Ille itaque utiliſſimum opus quidem ſuſcepit, magnaque Hiſtoriæ Metenſis, temporum quoque ante Reformationem elapſorum parte expoſita, quàm longiſſimè perduxit, ſed imperfectum hæredibus ſuis, morte præventus reliquit, dignum quod iſta quoque conditione lucem publicam intueatur. Inter hæredes illos quidam nepos ejus fuiſſe refertur, *Du Vivier*, qui ab ipſâ licet nativitate ſuâ oculis captus, tantos tamen in elegantioribus litteris, Hiſtoricis item, Philoſophicis & Theologicis fecit progreſſus, ut in territorio Metenſi Eccleſiaſtico officio dignus fuerit judicatus. De *Godello* memoratu digna ſunt inprimis, quæ de Eccleſiaſticâ ejus hiſtoriâ notantur. Cum primo enim ejus Tomo ita comparatum eſſe dicitur, ut nihil merito in fide atque ſinceritate Auctoris deſideres: verùm aliam ſequentium rationem eſſe. Cum enim eo lecto Cardinalis *Grimmaldus*, ob nimiam adverſus Eccleſiam Romanam ſtyli libertatem, hæreſin *Godello* ad ſe accerſito exprobraret, ſeque Romæ redditum, ad Papam quicquid legiſſet exactè relaturum minatus eſſet, territus minis iſtis bonus ille Vir minus candidum deinceps ſe præſtitit. De *Launojo* denique tantùm quæ narrantur addere liceat, qui librum *de Regia in matrimonium poteſtate* invitus juſſu regio compoſuiſſe dicitur. Occaſionem illi mandato conjugium cujuſdam ex Galliæ magnatibus, cum illuſtri quadam ex familia Lotharingica fœmina dediſſe fertur: *Launojum* autem quavis data occaſione dixiſſe, nihil minus animi ſui ſenſis, quam iſtum librum ſuum, unquam conveniens fuiſſe.

Sunt quoque ad Hiſtoriam tam Civilem quàm Eccleſiaſticam ſpectantia in hoc libro nonnulla, de quibus dicere ſuperſedemus.

10. *Trois Lettres Apologetiques &c.* ſive *Apologetica Epiſtolæ tres, in quibus, Reges & Principes Deorum mortalium nomine venire demonſtratur.* 1701. in 4.

11. *Memoires concernant les Vies & les ouvrages de plusieurs Modernes celebres dans la République des Lettres.* Sive *Commentarii de vitis & operibus plurimorum Recentiorum in Rep. Liter. illuſtrium.* Amſtel. apud Wetſtenios 1709. 8.

Autores de quibus in priori volumine agitur, ſunt *Valent. Conrartius*, *Barthol. Herbelotius*, *Urb. Chevreus*, *Henr. Juſtellus*, *Adr. Bailletus*, *Jacobus Brojanus*, *Ludovici* duo, *Johannesque* & *Claudius Auberii*, *Joh.* deinde *Bapt. Cotelerius*, & *Laur. Begerus*, de quorum in rem literariam meritis copiosè, ſtyloque perquam commodo & venuſto exponit doctiſſimus Autor, & quæ in Ephemeridibus Eruditorum, paſſimque alibi de iiſdem fuerant conſignata, labore repetit diligentiſſimo. * Vid. *Acta Erud.* Supplem. Tom. IV. *Nov. Rep. Litt.* 1. April. 1709.

12. *Hiſtoire de la vie & de la mort de M. Lichſcheid, Docteur en Theologie, & Surintendant de l'Egliſe de Cologne ſur la Spréc.* Seu, *Hiſtoria vitæ & mortis D. Lichſcheidii, S. Theol. Doct. & Eccleſiæ, quæ Coloniæ ad Sprehum congregatur, Superintendentis.* Berol. 1713. 12. Et alia quadam. Vid. *Nov. Rep. Liter.* Oct. 1701. Jun. 1703. p. 658. Sept. 1706. *Hiſt. Oper. Erud.* Mart. 1703. *Acta Erud.* 1706. *Baelii* Epiſt. 198. 284. *Nov. Liter.* 12. Oct. 1715. *Mem. du P. Niceron* Tom. VII.

ANCILLONIUS (*David*) *Caroli* frater, Ser. Boruſſorum Reg. a Sacris Domeſticis, Gallicæ Eccleſiæ Reformatæ, quæ Berolini congregatur, Paſtor Ordinarius, & illuſtriſſimæ Societatis, quæ Londini propagandi Evangelii cauſâ inſtituta eſt, ſocius, patria Metenſis, natus eſt die 21 Febr. an. 1670. è Baptiſmi lavacro ſuſceptus ab *Annibale Fareio*, Britone, Daguerıæ Toparcha, in Curiâ Metenſi Senatore, qui nedum *Annibalis* nomen ei imponeret, ab eo ipſe, utpote prophano, prorſus abhorrebat. Is in peragendo humaniorum Literarum ſtadio Præceptore Catholico-Romano uſus eſt, qui nempè Regis Chriſtian. juſſu Metis conſtitutus fuerat anno 1657. ut Reformatorum liberos primis diſciplinarum elementis imbueret, eoſque à Jeſuitarum gymnaſio avocaret. Palæſtram hanc aliquandiu emenſus, Genevam petiit an. 1684. abſolvendorum ſtudiorum cauſâ. Rhetoricam ibi tunc docebat vir celeberrimus nomine *Juvenis* (*le Jeune*) V. D. Miniſter, primæ Claſſis Moderator, Græcæ Linguæ, auctorumque omnium cum Græcorum tum Latinorum pereritiſſimus. Hoc Præceptore ſimul & hoſpite potitus *Ancillonius*, eos & ipſe progreſſus in Literis Græcis fecit, ut illam Linguam æquè ac maternam calleret. Nec perperam fiebat, ſiquidem Eccleſiaſticæ profeſſioni deſtinatus, ſic ſibi viam ad Sacrorum Librorum intelligentiam ſternebat. Philoſophiæ Profeſſorem non minus celebrem ibidem nactus, *Joannem Robertum Chouet*, magni *Derodoni* diſcipulum, Philoſophus & ipſe acutiſſimus evaſit. Theologiæ dehinc operam dedit Profeſſoribus celeberrimis *Philippo Meſtrezatio*, *Ludovico Tronchino*, & *Franciſco Turrettino*, quorum hic cùm *Ancilloni* Patrem ſtudiorum comitem habuiſſet, filium idcirco adamavit ac tenerrimè fovit.

Theologiæ curſum nondum abſolverat noſter, cùm Berolinum petiit, Patrem ſecutus, qui perlatis ad Ser. Electorem Brandenburgicum Literis commendatitiis à Ducisſa *Simmerna* ejus fratris uxore humaniſſimè ab ipſo exceptus eſt. Sic *Davidem* noſtrum compellavit Elector benigniſſimus, cum patrem ejus Eccleſiæ ſuæ Gallicæ Miniſtrum, & *Carolum* fratrem ejuſdem Coloniæ judicem conſtituiſſet. *Tu verò*, ait, *Ephebe*, (vix enim 16um annum *David* egreſſus erat) *cui te profeſſioni mancipas?* Reſpondet noſter, Genevam ſe redire, ubi Theologicum curriculum jam inſtituerat; ſed, cùm ſexcentos cerneret V. D. Miniſtros è Galliâ profugos, omni prorſùs officio vacantes, animo concepiſſe ut relictis ſtudiis ad arma ſe, ſi Serenitati ſuæ videretur, converteret. *Ne feceris*, reponit Elector, *neque enim id mihi probatur conſilium. Vides hujus canitiem?* ſubjungit, *Ancillonii* patrem oſtendens: *brevi hac indigebit auxilio. Veniet aliquandò dies cùm deſiderabuntur V. D. Miniſtri, quod ut contingat, facto tantùm opus eſt ut quatuor oculis clau-*

dantur. (De Ludovico XIV. fiſtulâ tunc laborante, & Jacobo II Anglorum Rege intelligebat.) *Inceptum itaque ſtudiorum curriculum abſolvere te jubeo. Annuâ id circà nummorum centum penſione gaudeto : Francofurtumque ad Oderam petito : & cum is evaſeris qui Miniſter renunciari queas , Patris tui Collega & Coadjutor eſto.* Dicto lubens paruit *David.* Francofurtum delatus, Profeſſores quatuor eoſque celeberrimos audivit, *Riſſmannum* ſcilicet, *Simonſium* , *Boukhium* , & *Strimeſium.* Berolinum poſtea redux anno 1689. ſolitis examinibus probatus , manuum impoſitionem accepit Menſe Julio , annum ætatis agens 19. Patriſque ſui ſtatim Collega factus, et tandem anno 1692 ſucceſſit.

Sub finem anni 1691 uxorem duxerat Hallæ in Saxoniâ *Suzannam Meynertam* (*Meynier*) ex qua plurimos ſuſcepit liberos. Horum undecim hodienum ſuperſunt , tres filii & octo filiæ , illi quidem Avorum & Patris non degeneres ; major quippe natu Gallicæ Coloniæ Judex Aſſeſſor renunciatus eſt. Alter ab eo Sacro Miniſterio initiatus anno 1718. ætatis 25. Eccleſiæ Gallicæ , quæ *Wilhelmdorfii* propè Norimbergam congregatur, præfectus fuit , edíditque Concionem in Synodo Menſ. Jun. 1720. ibi habitam ad *Matth. XVIII. ℣. 20.* Tertius vero in ſacrorum quoque V. D. Miniſtrorum numerum accitus Menſe Aprili ejuſdem anni , ætatis ſuæ 21. ingenii ſimul & eloquentiæ dotibus ſignificat quis aliquandò futurus ſit.

Poſt quindecim annos in obeundis Miniſterii ſui partibus Berolini exactos , in Hollandiam & Angliam anno 1700. a Rege miſſus eſt Noſter , ut demandatas ibi provincias exſequeretur. Menſibus ſex utrobique manſit , quos & in viſendis viris doctis , & luſtrandis Bibliothecis utiliter admodum inſumpſit. Londini magnam nactus gratiam apud illuſtriſſimum Cantuarienſem Archiepiſcopum , Epiſcopoſque Londinenſem & Sariſberienſem , eâ in adimplendis Regis Mandatis haud infeliciter uſus eſt. Luſtravit Academias Oxonienſem & Cantabrigienſem , ubi ex rariſſimis , quæ in iis aſſervantur , MSS. Codicibus varia ſummo cum fructu excerpſit. In Hollandiam reverſus , doctos præcipuarum hujus Provinciæ urbium viros adiit , eorumque conſortio ſumma cum voluptate potitus eſt.

Berolinum redux ineunte anno 1701. Miniſterii ſui partes reſumpſit habitâ de Coronatione Regis Concione. Miniſtris omnibus , cùm Gallis , tùm Germanis ab ipſo Rege ſuppeditatus fuerat. Menſe Auguſto in Helvetiam miſſus , integrum ibi annum exegit , ubi, quidquid otii demandata ſibi à Rege provincia relinquebat , ſtudio graviter impendit. Hinc magna de Vitis doctorum Helvetiorum componendis Commentariorum ſeges , quorum pars fratri ſuo *Carolo* deinceps exhibita ad componendum opus hoc in genere editum non parum contulit.

Berolinum reverſus Menſe Septembri anni 1702. præter Paſtoralis officii curam , à Rege etiam adhibitus eſt in ejus Neocomenſis Helvetiæ Comitatûs negotiis , ubi frequentem cum præcipuis hujus Ditionis Viris Literarum uſum habuit. Poſteà eòdem miſſus, ineunte anno 1707. ut ſub *Metternichii* Comitis ductu, Regis apud Bernates Legati Plenipotentiarii, his negotiis propiùs vacaret, operam haud ſegnem navavit aſſerendis in Principatum Neocomenſem (de *Neufchatel*) & Vallengiſianum Regiæ Majeſtatis juribus , ut patet ex ipſius Principis Literis hac de re ſpecialiter ad ipſum datis. Neocomum itaque delatus , poſt Duciſſæ *Nemoſienſis* (de *Nemours*) obitum, & Conciones in Regio hujus Urbis Caſtro ſingulis Dominicis habuit , & quæ Regis intererant negotia haud infeliciter geſſit. Quæ quidem *Ancillonii* operæ tam Principi gratæ fuerunt , ut dato ſtatim Diplomate , ſigillo Regio munito , eum in Aulicum ibi Paſtorem, cum ſolitis juribus & privilegiis, aſſumpſerit. Perducto itaque ad felicem exitum hoc negotio , latâque ſententiâ quâ Neocomenſis Principatûs legitimus hæres *Fridericus* Rex renunciabatur , inveſtituræ, quam vocant , ſolemnia in perſonâ Legati Regii peracta ſunt , qua de re & Concionem habuit Noſter die 3 Nov. ejuſd. anni 1707. & triduo poſt in gratiarum actione peroravit , magno ſanè gaudio ſimul & honore perfuſus , quod primus ipſe Reformatorum more eo in Caſtro ſacra habuerit , in quo juxtà Eccleſiæ Romanæ ritum tot jam per annos celebrata fuerant. Et hæc quoque res hujus Ditionis concives adeo juvit , ut , in grati animi indicium , *Ancillonium* noſtrum & civitate donarint , & in Helvetiorum naturalium jura omnia adſcivetint.

Tot ac tantis honoribus cumulatus Berolinum repetiit , ubi ſalutato Rege , acceptiſque ab eo meritis laudibus , Paſtoris Aulici munus ſtatim obiit , celeberrimorum *Jaqueloti* , *Belloſobrii* , (de *Beauſobre*) & *Lenfantii* hac in parte Collega factus. Nec diu eum ibi commorari Rex paſſus eſt ; ſiquidem ſummam viri ſolertiam expertus , eum in Pruſſiam ac Poloniam miſit anno 1709. juſſa quædam ſecretiora exequendi cauſâ. In Hungariam datâ occaſione , ſe contulit *Ancillonius* , in quâ decem & octo centies millia Proteſtantium tunc eſſe ſummâ cum voluptate audivit. Per Poloniam rediens , Reformatas , quæ ibi ſuperſunt, Eccleſias luſtravit, exiguo quidem numero, ac ab illo ſplendore longè degeneres, quo initio Reformationis inclaruerant. Anno 1710. Maii 19 in illuſtriſſimam Societatem de promovendo Evangelio Londini inſtitutam cooptatus eſt, acceptis hac de re Literis honorificentiſſimis.

Ab eo deinceps tempore frequens literarum commercium cum illuſtriſſimâ Societate habuit *Ancillonius*, maximeque cum *Chamberlaynio* , ejus amiciſſimo ; utpote qui demandatas ab eâ provincias Berolini , ac per totam ferè Germaniam , obit. His aliiſque graviſſimis curis diſtentus vir, optandum ſanè eſſet ut firmiori valetudine gauderet , ut qui tam ſedulam cum Religioni , tum Rei Literariæ operam navat , utrique adhuc , ut hactenùs fecit , utilem diù ſe præbere queat. Quidquid enim otii ei ſupereſt , hoc in digerendis quos inter peregrinandum legendumve collegit Commentariis impendit , unde Eruditorum vitas identidem eruit.* *Comment. MSS.* poſt A. 1720.

SCRIPTA :

1. *David ſacré Roi d'Iſraël & affermi ſur le Trône par le bras de Dieu.* i. e. *David conſecratus Rex Iſraël ; & in Throno brachio Dei firmatus.* Seu Concio in *Pſal. LXXXIX. ℣. 21. & 22.* Berolini habita die 18. Januar. an. 1701. in Coronatione Regis.

2. *Eloge Hiſtorique de M. Erneſt Martin Plarre, Conſeiller Privé du Roi de Pruſſe* &c. Sive *Elogium Hiſtoricum Erneſti Martini Plarrei , Regi Boruſſiæ à ſecretioribus Conſiliis* , qui Berolini obiit die 5. Maii 1717. ætatis 33. Latini Sermonis elegantiâ æquè, ac puritate præſtans. Vid. *Novell. Liter.* Tom. VII. p. 33.

3. *Brevis Hiſtoria Vitæ & Operum Joannis Rodolphi Wetſtenii Paſtoris & S. Theol. Profeſſoris in Acad. Baſil.* Gallicè. *Ibid.* Tom. IX. p. 162.

4. *Brevis Hiſtoria Vitæ & Operum Joan. Zuingeri S. T. D. & Prof. in eadem Academia.* Gallicè. *Ibid.* Tom. X. p. 99.

5. *Hiſtoria Vitæ & peregrinationum Simonis Batterii JC. ac in eadem Academia Profeſſoris.* Gallicè.

6. *Epiſtola Pacifica decem de Libero Arbitrio , Gratia , & Prædeſtinatione.* Opus procurandæ inter Proteſtantes concordiæ aptiſſimum , paginis 100 conſtans , & Clariſſimis Viris *Joanni Beddens* , ac *Claremontio* , Eccleſiæ Wallonicæ Amſtelodamenſis Paſtoribus nuncupatum.

Habuit *Ancillonius* prælo parata *Dictionaria* duo *Etymologico-Critica* , alterum *Hebræum* , *Græcum* alterum , utrumque novâ methodo concinnatum , Voll. II. in 4. quæ cæteris harum Linguarum hactenus editis Lexicis ſupplementi loco ſint.

Habuit

Habuit & *Corpus Theologiæ*, Gallicè exaratum; nova quoque methodo conſcriptum, ab Eruditis omnibus vehementer expetitum.

ANCKELMANNUS (*Eberhardus*) SS. Theol. Lic. Linguarum Orientalium Prof. Publ. Hamburgenſis, vixit Sec. XVII. Natus eſt Hamburgi die 7. Maii 1641. Datus eſt privatis Præceptoribus ad annum ætatis 18. quo Gymnaſio patrio nomen aſt profeſſus, Virorum Cl. *Lambecii*, *Guthirii* atque *Kirſtenii* famà excitus, quorum operâ in Philoſophicis atque Philologicis cum inſigni ſtudiorum ſuorum incremento per quadriennium uſus eſt, Hebraicaſque, Rabbinicas, Chaldaicas & Syriacas literas apprimè excoluit. Inde in Academias A. 1662. ſe contulit, ac Wittebergæ Theologicis ſtudiis per biennium operam dedit. Hinc diſceſſurus Diſputationem habuit publicam *de Θεογνωσίᾳ* contra Socinianos, Præſide Viro Cl. *Joh. Deutſchmanno*. Tum Argentinam ſtudia tranſtulit, ubi & biennium ſubſtitit, aliamque Diſputationem habuit *de Scriptura Canonica*, Præſide D. *Seb. Schmidio*. Baſileæ dein, ac poſtea Gieſſæ per aliquot annos commoratus eſt, atque A. 1671 Roſtochium abiit, impetravitque ut eruditam, quam compoſuerat, diſſertationem *de perſona & officio Chriſti* ſuper locum *Jer. XXIII. 5. 6.* ſub præſidio Rev. Viri D. *Aug. Varenii* pro licentiâ ſummos in Theologia honores capeſſendi tueri ipſi liceret, quod & maſculè fecit. Redux in patriam, Luſitaniam adire conſilium cepit, ideoque hujus nationis linguam addiſcere, ut integrum ipſi eſſet colloquia cum Judæis inire, verbaque illorum vernacula commutare. Iter itaque ingreſſus eſt, ex quo poſt elapſum biennium & amplius, cùm Luſitaniam omnem & Hiſpaniam luſtraſſet, in patriam reverſus eſt, Judæis aliquot ad fidem Chriſtianam adductis. Nec id ſolum egit in Luſitania, ſed & in hac regione Textum Originalem S. Scripturæ docuit, non dubitante quodam magni nominis Clerico (qui ſe literis Hamburgum datis *Doctorem Jubilatum* vocat,) authenticum Hebræum Codicem ad illum deferre, ſeſeque ei in diſciplinam dare, & de fide crebriùs cum illo conferre. Cæterum in patriam reverſus, Linguarum Orientalium Profeſſor deſignatus eſt ineunte anno 1675. quam ſibi demandatam provinciam maximâ cum laude rexit per annos 32 & menſes aliquot, quinquies intra illud temporis ſpatium Rectoratu functus, cui & immortuus eſt annos natus 62 & ſeſqui, menſe Novembri 1703. Orationem ejus funebrem habuit *Georgius Eliezer Edzardus*, quam inter *Elogia Philologorum Hebræorum* inſeruit *Goetzius* p. 73. ſubjuncto Viri Cl. *Jo. Alb. Fabricii* Carmine in laudem *Anckelmanni*, cujus hæc ſunt Opuſcula:

1. *Diſſert. Theologica Inauguralis de Perſona & Officio Chriſti* ad Jer. XXIII. 5. 6. Roſtochii 1671.

2. Bina *Elogia*, quorum alterum honori D. *Rudolphi Cappelli* A. 1684, alterum memoriæ *L. Henrici Meureri*, Conſulis Hamburgenſis, A. 1690 fuit ſacratum.

3. Oratio *de utilitate ſtudii Hebraici*. Extat apud *Goetzium* ubi ſup. (*a*)

4. In Geneſeos à *Xante Pagnino* factam interpretationem *Notæ Hebraicam veritatem indicantes*. Hamb. 1675. in 8. (b).

(a) Conf. *Ephem. Erud.* Jun 1710. p. 618.
(b) *Placc.* in Anon. n. 742. *le Long* p. 610.

ANCONA. Vid. NICOLAUS & TRIUMPHUS (*Auguſtinus*).

ANCONA (*Joannes*) Siculus, Erycinus Sacerdos, Orator: & Poëta celebris, Eccleſiæ S. Mariæ Annunciatæ Drepani Capellanus. Obiit in patria ſua 15 Maii 1593. & in majori ejuſdem Urbis Eccleſia ſepelitur: ut habet *Rocchus Pirrus* not. Eccl. Mazar. *pag.* 569. & Relatio D. *Viti Carvini* Erycini. Edidit

1. *D. Alberti Officium ſecundùm Romanæ Curiæ ordinem approbatum, & indulgentiis decoratum.* Panormi 1557. in 8.

2. *Hiſtoriam S. Alberti*, aliaque Oratoria & Poëtica, inter quæ aliqua heroica Poëmata.

Joannes de Ancona citatur inter Summiſtas in *Summa Angelica*, teſte *Geſnero* in Biblioth. *p. m.* 382. ſed alium a noſtro putat *Mongitor*.

ANCYRANUM Concilium I. Ancyræ in Galatiâ ab XVIII Epiſcopis, ex Aſiâ minore, viciniſque Provinciis congregatis, anno CCCXV. ex vulgari calculo coactum. Ut Diſciplina Eccleſiaſtica reſtitueretur, & lapſi ad pœnitentiam rectius admitterentur, Canones XXIV condiderunt, qui habentur Græc. Lat. *Concil. T. I. p.* 1455. * *Cave* in Conciliis Sect. IV.

In Can. I. honos Sacerdotii Epiſcopis conſervatus, qui poſtquam idolis ſacrificaverant, ſuæ Apoſtaſiæ pœnitentiam egerant & pro Chriſto perpeſſi fuerant, ſed omni functione Sacerdotali abſtinere injunctum.

In XIV. Canone, ſuperſtitionis accuſantur, qui carnem comedere nolebant. Ultimi Canonis occaſio fuit factum cujuſdam, qui ſtupratâ ſorore illius cum quâ deſponſatus erat, & alia in matrimonium ductâ, ſtupratam ad ſe ſuſpendendam præ ſummo mœrore adegit. * Plura vide apud *Cellerium* Tom. III. cap. 34. art. 8.

ANCYRANUM Concilium II. anno CCCLVIII. ab Epiſcopis Semi-Arianis, præſidente *Baſilio* Ancyrano, paulò ante Paſcha congregatum. Occaſione dedicandæ Baſilicæ à ſe conſtructæ multos vicinarum Urbium Epiſcopos *Baſilius* pro more Ancyram convocavit; ubi habitâ Synodo Aetianos & Eudoxianos damnarunt, & τοῦ ὁμοουσίου dogma ſtrenuè propugnarunt. Extat Græco-Latinè Epiſtola Synodalis admodum prolixa, XII Epiſcoporum ſubſcriptionibus roborata, ad Phœniciæ, reliquoſque ſuæ partis Epiſcopos, quâ Semi-Arianorum fidem explicant pariter & confirmant, apud *Epiphan* Hæreſ. LXXIII. *pag.* 846. Inſerti ſunt huic Epiſtolæ varii anathematiſmi, omnibus qui formulas Antiochenam & Sirmienſem, *i. e.* confeſſionem Semi Arianam non recipiebant, oppoſiti. Habentur etiam nec iidem planè nec diverſi, ut potè nec numero, nec ordine convenientes, Latinè unà cum ſuis animadverſionibus apud *Hilar.* lib. de Synod. adverſ. Arian. *p.* 324. Sedenta Synodo, lectæ ſunt *Georgii* Laodiceni ad Epiſcopos qui illuc convenerant literæ, quibus eos adhortatus eſt, ut unitis viribus adverſus *Aetium* omneſque τοῦ ἀνομοίου aſſertores contenderent curarentque ut *Eudoxium* & *Aetium* ipſum Antiochiâ expellant, & diſcipulos illius in Clericorum album relatos expungant. Scriptis igitur ad Imperatorem literis miſſi ſunt à Synodo Legati *Baſilius* Ancyranus, *Euſtathius* Sebaſtenus, *Eleuſius* Cyzicenus, & *Leontius* ex Imperatoris cubiculario Presbyter, poſtulaturi ab eo, ut quod communi conſenſu toties in Conciliis definitum fuerat, Filium nempè Patri ſimilem eſſe ſecundùm Subſtantiam, firmum ac ſtabile permaneret. Romam advenientes, rem apud Imperatorem mox confecerunt. Unde revocatis literis, quas *Aſphalio* Presbytero, Eccleſiæ Antiochenæ Legato, in gratiam *Eudoxii* & *Aetii* dederat *Conſtantius* Imp. earum loco alias ad Antiochenos ſcripſit, quibus *Eudoxium*, & qui cum illo erant, expelli juſſit. Extant literæ tum *Georgii* Laodiceni ad Epiſcopos Ancyræ congregatos, tùm *Conſtantii* Imp. ad Antiochenos apud *Sozom.* lib. IV. c. 13. & 14. p. 554. * *Cave* ubi ſup.

ANCYRANUS (*Marcellus*) gente Gallus, Theologus in Romanâ Curiâ Prælatus, cujus extat

1. Opuſculum *ad Decretalem* ſuper Specula: *de Magiſtris*, Honorii III *P. M.* ex lib. V. Decret. *Gregorii IX.* Pariſ. Edm. Martin. 1667 in 8. (*a*).

Lectori monitum docet inter ſchedas Autoris repertum fuiſſe, *quod ſi non diſpliceat, expectandum* jubet *ejuſdem in omnes Decretales non injucundum Commentarium*.

Exinde prodierunt

2. *Diſ-*

2. *Diſquiſitiones II de reſidentiâ Canonicorum.* Quibus acceſſit *tertia* de tactibus impudicis : *An ſint peccata mortalia, vel venialia?* Cum Colloquio critico *de ſphalmatis virorum in re litterariâ illuſtrium.* Pariſiis 1695. in 8.

In præmiſſâ præfatione exponit auctor quâ ratione motus hancce ediderit collectionem operum tam diverſorum & tam ſingularium, & in eodem volumine ea conjunxerit.

Prima Diſquiſitio hîc iterum prodit, ab Autore reviſa & emendata. In eâ probare nititur privilegium non reſidendi in Canonicatibus Cathedralium Eccleſiarum, fructuſque percipiendi, non concedi iis qui in Univerſitatibus Theologiam profitentur, at iis tantùm, qui illis ipſis Eccleſiis adnexi, *Theologales* vocantur, qui juxta ſtatuta & Canones Theologiam docere, ſacraſque literas bis terve ſingulis hebdomadis explicare debebant in Capitulis.

Subjunxit *alteram Diſquiſitionem* circa Decretalem, *Ad audientiam de Clericis non reſidentibus*, Papæ *Honorii III.* In quâ oſtendit jus Canonicorum non reſidentium præbendarum ſuarum fructus percipiendi, nullum eſſe, etiam cùm Epiſcopum ſuum comitantur, niſi Eccleſiam regenti & adminiſtranti illi ſint adjutores, quòd ſi ulterius protenditur illud privilegium, non niſi ad tempus breviſſimum, & propter cauſas graviſſimas & neceſſarias, ut cùm quis delegatur ad Clericatum, vel ad Concilium generale, aut provinciale. Probat Canonicos, qui ſub obtentu diplomatum illorum *in comitatu Epiſcopi* Pariſiis verſarentur litis inſtruendæ & inſtigandæ cauſâ, hoc privilegio frui non debere; & poſtquam oſtendit, eos eſſe *ipſo facto* excommunicatos, juxta Diœceſis Pariſienſis ſtatuta Synodalia, arguit, Jus Canonicum, Decreta ſenatûs & Parlamenti, Theologiæ Facultatem, Sorbonæ ſocietatem talibus eſſe contraria.

Tertia Diſquiſitio ſcripta eſt in pernicioſam conſequentiam ex *Quietiſmo* ſponte fluentem : non agitatâ novi illius dogmatis plenâ confutatione, nulloque notato defenſore adverſæ ſententiæ, eruditè evincit autor, *tactus impudicos*, qui finem habent ſolam ſenſuum voluptatem, etiam ſine majoris corruptionis voluntate, ac intentione, eſſe peccata mortalia. Argumenta ejus valida ſequitur undecim nodorum juſta ſolutio : quaſque enodat difficultates ducuntur ab operibus nonnullorum Patrum, Veterumque Scholaſticorum voluminibus.

Quartum Opuſculum formam habet colloquii inter Catholicum Theologum & Proteſtantem inſtituti, de multis Patrum ſive Græcorum ſive Latinorum locis, quæ ſibi invicem objiciunt, à viris utriuſque communionis doctiſſimis & illuſtriſſimis corrupta, aut malè intellecta. Errores admiſſos à *Dallæo*, *Blondello*, *Salmaſiis*, & *Albertino* in operibus ſub eorum nomine vulgatiſſimis non omiſit. Nonnullos etiam Doctorum Catholicorum non diſſimulandos notavit. Habetur colloquium illud in Bibliothecâ, cujus volumina tractant collocutores. In hâc Diſquiſitione multa reperiuntur Græcorum patrum loca nemini hactenus intellecta, quæ explicat auctor, magnaque luce perfundit (*b*).

(*a*) Vid. *Ephem. Pariſ.* 23. Jan. 1668. & *Giorn. de' Letter.*
(*b*) Vid. *Ephem. Pariſ.* 16 Jan. 1696.

ANCYRIANUS, Chronographus, non quaſi civis Ancyranus, ab Ancyra Galatiæ oppido ita dictus (quod ſibi voluiſſe videtur *Lambecius*) ſed nomen proprium eſt, non patronymicum, ut rectè notat *Combefiſius.* Scripſit opus hiſtoricum, ſive chronographicum; quo, inter alia, meminit imaginum *Metrophanis*, *Alexandri*, & *Pauli*, Byzantii Epiſcoporum, quæ tabulis ligneis incîſæ, ſuper magnam Columnam Porphyreticam ad orientem collocatæ erant, quaſque Ariani rerum potiti, unà cum imagine Deiparæ, ipſiuſque Pueri Jeſu poſtea igni tradiderunt. Citat hoc opus *Codinus* de origin. Conſtantinop. *p.* 37. *Edit.* Pariſ. & *Demonſtrationum Chronogr.* auctor *p.* 5. Operis titulus juxta *Demonſtratorem* erat *Decalogus* ἐν τῇ Δεκαλόγῳ αὐτοῦ, inquit : quo tamen nihil aliud intellexiſſe præter librum decimum disertè oſtendit *Codinus*, qui ait, ipſum ἐν τῷ δεκάτῳ λόγῳ αὐτοῦ, *in decimo operis ſui libro* hæc tradidiſſe. Semel monuiſſe ſatis erit, plures Chronôgraphos & Hiſtoricos, tum à *Codino*, tum à *Demonſtratore Combefiſiano* memorari, *Anaſtaſium*, *Herodotum*, *Hippolytum*, *Marcellum*, *Lectorem*, *Milichium*, *Plutarchum*, Juſtino Imp. ab Epiſtolis, & *Philippum* Eparchum, de quibus haud aliud præter nuda nomina, nobis occurrit. In his eſt *Papias*, ex quibus Commentariis quædam profert Anonymus Combefiſianus, *p.* 22. quemque poſt *Anaſtaſii* Imperatoris tempora vixiſſe conſtat. Ut mirum videri debeat, adeo hallucinari poſſe Cl. *Combefiſium* ut eundem cum *Papiâ* faceret, cujus meminit *Nicephorus*, Lib. I. cap. 1. pag. 35. cùm manifeſtum ſit *Nicephorum* loqui de *Papia* Hierapolitano, Apoſtolorum ferè diſcipulo, à *Papia* de quo Anonymus, & vetuſtate, & argumenti diverſitate longiſſimè alieno. * *Cave* in Script. incertæ ætatis.

ANDALA (*Ruardus*) Philoſophiæ primùm, ac poſtea Theologiæ Profeſſor Franeckeræ, natus eſt Burgwerdiæ prope Bolſwardiam in *Friſiâ propriâ*, circa initium anni 1665. Parentibus deſtitutum anno ætat. decimo, inſignes quidam viri paterno affectu proſecuti ſunt, fovendumque ſibi, atque educandum ſumpſerunt. Anno igitur ætat. 15. à ludo literario exemptus ad Academiam Franequeranam ablegatus, ibi nactus eſt excellentiſſimos ſtudiorum duces, quos frequenter audivit. Hos inter fuit *Campegius Vitringa* ſub cujus præſidio A. 1681 Diſſertationem Philologicam de *Urim* & *Thummim* publicè tuitus eſt. Anno 1687 Academias Ultrajectinam, Lugdunenſem, & Gymnaſium Dordracenum luſtravit. Sequenti anno tentati & in ordinem Candidatorum S. Miniſterii cooptato demandata eſt cura Eccleſiæ Arumenſis; cui cùm per biennium ſummâ cum laude præfuiſſet, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Makkumenſem, quæ tamen illum non ultra quinquennium tenuit. Anno enim 1695 ejus operam deſiderarunt Bolſwardienſes, quam etiam illis per integros ſex annos feliciter præſtitit. Anno 1700 Franequeram vocatus eſt, ut provinciam docendi Philoſophiam, quam vacuam fecerat *Schotanus*, impleret. Muneris ſui auſpicia fecit die 23 Junii 1701 Oratione inaugurali dictâ *de præſtantiâ, utilitate & jucunditate Phyſices*, ſicuti, poſt *duodecim* deinde annos, cùm Theologiæ profeſſioni, mortuo *Nic. Gurtlero*, inaugurareture, dixit *de Timore Domini, initio ſapientiæ.* His muneribus ſummâ dexteritate, magnoque cum ſtudioſæ literarum juventutis applauſu functus eſt ad A. 1727, quo obiit Id. Sept.

Quanta ejus fuerit eruditio, quæ dotes animi, ſcripta non pauca, quæ proſtant, loquuntur, quorum Catalogus infra ſubjicitur. Theologus erat egregius, ſed in Philoſophia videbatur regnare. In Theologicis *Cocceianus*, in Philoſophicis *Carteſianus*, quorum placita inſtillabat aliis, ac fortiter, omni datâ occaſione, tuebatur : neque tamen impunè ferebat, ſi quis ea laceſſere auderet. Notatum id in ejus ſcriptis ſæpiùs eſt, illum avidè omnem occaſionem arripuiſſe, quâ ſuum diſſenſum profitari poſſet a Viris eruditione ac celebritate nominis inſignibus. Exempli loco ſit ejus in Apocalypſin Commentarius, quem eo tantùm fine conſcriptum eſſe dicas, ut hypotheſes Cocceianas, quas Vir magnus, qui eundem librum luculenter illuſtravit, ſibi deſerendas eſſe fuerat ratus, aſſereret ac confirmaret. Non longè ante obitum cùm ſe immiſceret controverſiis illis Metaphyſicis, quæ in Academiis Germanicis ab aliquo inde tempore viguerunt, non parum ei moleſtiarum devorandum fuit. Aliàs in eo multum erat virtutum Chriſtianarum, candidus, fuci expers, honeſtus, offici

promptus

promptus, in exſequendis muneris ſui partibus pertinacis diligentiæ. Justa funebria ei dixit clariſſimus ejus Collega *Herm. Venema*, ex cujus oratione ſua hauſit *Theod. Haſæus*, Muſæi Bremenſis *Tomo II. p.* 173 &c. inſerta.

Scripta:

1. *Epiſtola Apologetica* ad *Gub. Weſſ. Duker* adversùs *Ulr. Huberum* & *Herm. Witſium* &c. *in quâ præter alia potiſſimum demonſtratur neceſſitas Rationis, ſive manifeſtationis Dei naturalis, eamque nec poſſe, nec debere abjici: præterea conſcientiam nunquam errare: Loca Scripturæ in contrarium allegata accuratè examinantur* &c. Franek. 1687. in 4. Vid. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. VI.*

2. *Mantiſſa ad Theſes* Joh. van der Wayen *de concurſu rationis & S. Scripturæ* &c. Vid. *Placc.* in Anon. *p.* 133. *n.* 718 *a.*

3. *Reſponſum* ad tres D. *Bekkeri* Epiſtolas, contra Cl *Wayenum* editas. Prodiit A. 1693 ſine nomine. Vid. *Placc.* in Anon. *p.* 521. *n.* 1941. *a.*

4. *Scriptum* alterum *Anti-Bekkerianum*, A. 1696. cujus tit. *Uiterſte Verlegenheit van Doctor* Balth. Bekker *&c.* etiam ſine nomine.

5. *Tertium Scriptum* contra ejuſdem diſcipulos, qui inſcribitur *Deſperata cauſa D. Bekkeri* &c. 1698.

6. *Explicatio textuum* 1 *Petr. II.* 4. & *Jud. v.* 6. contra alios D. *Bekkeri* diſcipulos edita, 1698.

7. Oratio inauguralis Philoſophica *de Phyſica præſtantia, utilitate & jucunditate*, 1701.

8. *Diſputationes XXVII in univerſam Theologiam Naturalem* 1707-1709. in 4.

9. *Exercitationes Academicæ in Philoſophiam primam & naturalem, in quibus Philoſophia* Carteſii *clarè & perſpicuè explicatur, valde confirmatur, necnon ſolidè vindicatur.* Franek. 1708. vel 1709. in 4. Vid. *Acta Erud.* 1709. p. 132.

10. Oratio in obitum *Jacobi Rhenferdii*, 1712. Præmiſſa eſt deinde Operibus Rhenferdianis.

11. *Diſſertationum Philoſophicarum Pentas* &c. Franek. 1712. in 4. In *primâ* explicat Autor quid ſit ſubſtantia, quâ de re *Leibnitii* ſententiam confutat. In *ſecundâ* ſuam de creatione mentem exponit, eâque occaſione tractat de origine mundi. In *tertiâ* oſtendit, creaturas à Deo pendere, cùm ad exiſtentiam, tum ad actionem. In *quartâ* agitur de naturâ mentis & corporis, de decretis Dei, de concurſu, & prædeterminatione Phyſicâ Thomiſtarum, quâ movetur & excitatur voluntas in ſingulis actionibus, cùm tamen Deus peccati non ſit autor &c. Vid. *Ephem. Pariſ.* Dec. 1713.

12. *Vindiciæ Veritatis, quam Eccleſiæ Reformatæ profitentur de dependentiâ actionum à Deo* ſive *Anetarium Diſſertationis III Pentadis Anno* 1711 *editæ.* Adjecta eſt *Diſputatio Theologica de libero hominis peccatoris arbitrio.* Franequeræ, 1713. 8. Vir. Cl. *Jo. Regius* Autoris noſtri in Academia Franequerana Collega digniſſimus ad confutandas eorum Philoſophorum opiniones, qui creaturis omnibus veram agendi facultatem adimunt, oſtenderat in Diſſertatione *de genuinâ cauſæ ſecundæ notione, verâque ejus efficaciâ*, creaturas activas totas quantas licèt in cunctis, nullo excepto, à Creatore dependentes, verâ tamen & propriè dictâ operandi facultate non carere, vel, ut aliis verbis rem declaremus, creaturas non agere paſſivè, à Deo actas. Hanc ipſam verò ſententiam ab Autore noſtro, Heterodoxiæ nomine, ſub cenſuram revocatam, & à *Regio* rurſus defenſam, ille viciſſim *Vindiciis*, de quibus hic, evertere conatur. Vid. *Acta Erud.* Supplem. *Tom. VI.*

13. Oratio inauguralis Theologica *de Sapientiâ initio Reverentiæ Jehovæ*, 1713.

14. Oratio *de Viis Jehovæ rectis*, cùm Magiſtratu Academico abiret, 1714.

15. *Diſp. XXXV univerſam Theologiam ſupernaturalem complectentes*, 1713-1715. in 4.

16. *Examen Ethicæ* Cl. *Geulingii*, 1716.

17. *Summa Theologiæ ſupernaturalis*, 1716.

18. *Exegeſis Pſalmi XVI*, 1716. in 4.

19. Oratio in obitum *Jo. van der Wayen*, 1717.

20. *Apologia pro verâ & ſaniore Philoſophiâ*, quam *Carteſianam* exiſtimat, 1718. in 4. Conſtat quatuor Diſſertationibus. Vid. *Bibl. Brem.* Claſſ. I. *p.* 942. II. 772.

21. Carteſius *verus Spinoziſmi everſor, & Phyſicæ Experimentalis Architectus*, 1716. vel 1719. in 4.

22. *Alloquium ſive reſponſum Tractatui nupero promiſſum vindicatum.* Franek. 1719. in 4. *Bibl. Brem.* Claſſ. III. p. 1136.

23. *Comment. exegeticus in Pſalm. VIII.* 1720. in 4.

24. Oratio *de regno Chriſti & Sanctorum millenario præterito an futuro*, Apoc. XX. 1721. in 4. cùm Magiſtratu Academico iterum abiret. *Bibl. Brem.* Claſſ. VI. p. 361.

25. *Comment.* Belgicus *in univerſam Apocalypſin.* Leov. 1726. in 4. Ille eſt cujus in *Clavi Apocalypticâ* ſpem fecit: De quâ inf. n. 29.

26. Theſes *De Sabbatho & de Diei Dominicæ obſervatione tempore N. T.* Extant *Bibl. Brem.* Claſſ. VIII. Faſc. IV. A. 1726.

27. Oratio *de Eccleſiâ ſatiatâ ſive irriguâ non addendâ ſitienti*, Deut. XXIX 19. cùm tertium Magiſtratu Academico abiret, 1726.

28. *Syntagma Theologico-Phyſico-Metaphyſicum* &c. Franequeræ, 1711. in 4.

Hoc Syntagma non ſolùm Theologiam naturalem à *Carteſio* breviter admodum traditam, fuſiùs explicat, veſtigiis tamen Philoſophi inſiſtens, ſed ad ipſum etiam ejus textum faciliùs intelligendum manuducit, & nobiliora quædam argumenta datâ operâ pertractat. Complectitur nimirùm opus eruditum 1ò Compendium Theologiæ naturalis, 2ò Paraphraſin in principia Philoſophiæ *Carteſii*, 3ò Diſſertationum Philoſophicarum heptada.

Theologia naturalis *quatuor Partibus* abſolvitur. *Prima* de exiſtentiâ Dei tractat. In *Parte II* eſſentiam atque perfectiones Dei contemplatur. *Parte III* de operibus Dei internis & externis agitur. *Pars* denique *quarta* practica eſt: in ea enim de religione agitur, & officia tam erga Deum, quàm nos ipſos & proximum recenſentur.

Paraphraſin principiorum Philoſophiæ *Carteſii* in gratiam tyronum edidit, quibus ipſam textûs Philoſophi lectionem proficuam fore judicat. Cum Philoſophiâ enim experimentali ſyſtematicam conjungendam eſſe cenſet, quam ex *Carteſii* principiis optimè hauriri arbitratur. Diſſertationum Philoſophicarum *prima* argumentum pro exiſtentia Dei à priore, jam olim à D. *Thoma* reprobatum, à *Carteſio* verò renovatum, contra Cl. *De Vries* & *Roellium* propugnat, & non hunc modò, ſed ipſum etiam Cl. *de Volder* reprehendit, quòd Philoſophi mentem non ſatis perceperit. Diſſertationes *quinque* ſequentes oppoſitæ ſunt potiſſimum Cl. *Joanni Clerico*, quia pleraque circa mentem humanam dubia reddere anniſus. *Secunda* nempe de naturâ animæ, cujus in *tertiâ* à corpore diſtinctio ſtabilitur; ac in *quartâ* utriuſque conjunctio explicatur. In *quintâ* loquitur de libero arbitrio, quod cum prædeſtinatione divinâ, ejuſque à voluntate Dei dependentiâ conciliare conatur. In *ſextâ* de Immortalitate animæ tractatur. De cæteris vid. *Nov. Reip. Litter.* Dec. 1710. *Acta Erud.* 1711. *Diar. Trevolt.* April. 1713.

29. *Exegeſis illuſtrium locorum S. Scripturæ.* Accedit *Clavis Apocalyptica.* Franequeræ 1720. in 4.

Exegeticas aliquot Diſſertationes, quas in Cathedra Theologica defendit, hìc exhibet eruditus Autor; quibus illuſtranda ſibi & enodanda ſumpſit octo loca illuſtria, de quorum ſenſu quid ſentiat, mox videbimus. *Primò* ſcilicet interpretatur verba Dei apud *Ezech.* XX. 25. 26. hunc in ſenſum, ut per *ſtatuta non bona* capiat legem Moſis cæremonialem, oppo-

ſitam

ſitam legi amoris erga Deum & proximum. Sequitur auſtam explicationem *Coccejii*, & aliorum; *Coccejii* inquam, quem *ſummum poſt Apoſtolorum ad hæc uſque tempora S. Scripturæ interpretem* vocat. *Secundus locus* eſt *Gen. XLIX. 10.* Noſter per *Judam* capiendum cenſet non univerſum Judaicum populum, ſed tantùm tribum *Judæ*; per *ſceptrum regium*, per *legiſlatorem*, id eſt, interpretes legis divinæ Eccleſiaſticos: ac vaticinium hoc in Davide impletum fuiſſe putat, cujus poſteri uſque ad captivitatem Babylonicam tenuerunt ſceptrum regium, quo tempore in *Zedekia*, ultimo ex tribu *Juda* Rege, *ſceptrum receſſit à Juda*, penitus quippe tum abolito regno Judæ. *Tertia Exegeſis* contemplatur æneum ſerpentem *Num.* XXI. 8. 9. & *Joan.* III. 14. 15. iique hic refutantur, qui ſtatuunt, non Chriſti typum fuiſſe, ſed Diaboli, unà cum Chriſto in crucem acti, victi atque triumphati. *Quarta Exercitatio* inſcripta eſt *de typo ſuſpenſi eodem die ſepeliendi*; Deut. XXI. 22. 23. & Galat. III. 13. De illius legis vero ſenſu, ac ſcopo pluribus Autor diſputat, ac tandem oſtendit, ſuſpenſum in V. T. hominem fuiſſe figuram, ac typum Chriſti ſuſpenſi, ſubeuntis hoc ipſo maledictionem legis, ut nos à legis maledictione liberaret, & redimeret. *Quinta Diſſertatio* illuſtrandis *Eſaiæ* verbis *cap. XL. 6. 7. 8.* deſtinata eſt. *Sexta* expendit locum *Judæ* Ep. v. 9. ubi Noſter per *corpus Moſis* nihil aliud intelligi exiſtimat, quàm *corpus omnium umbrarum in lege Moſis inſtitutarum*. Per *Michaelem* capit *Chriſtum*, qui, cùm Satanas ſe opponeret reſtaurationi templi, reſtitutioni ſacerdotii Levitici, cultûſque umbratilis, & legis univerſæ Moſaicæ obſervationi, populi Judaici cauſam egerit, & poſtularit vi ſuæ ſponſionis reſtitutionem earum umbrarum, rituum & ſacerdotii, ad id uſque tempus manſuri, cùm umbris ſucceſſura ſit veritas, & corpori Moſis corpus Chriſti, ſacerdotioque ac ſacrificiis V. T. verum Chriſti Sacerdotium & ſacrificium, veraque peccatorum expiatio in ſanguine ſponſoris. *Sexta* Diſputatio verſatur in verbis Chriſti *Matth. V.* 20. oſtenditque, Chriſtum hîc nos edocere tantam bonorum operum, veræque & ſinceræ ſanctitatis, & juſtitiæ internæ neceſſitatem, ut ſine ea ſalutem æternam conſequi nemo poſſit; atque adeo vulgatam de juſtitiâ imputativâ interpretationem repudiat. *Septimo loco* conſiderantur verba Chriſti *Matth.* XX. 28. Hic ſimul copioſè Cl. Autor diſputat de miraculis, eoque de argumento ſtudioſis de meliore notâ commendat *Poireti*, quem virum *ſubtiliſſimum, atque eruditiſſimum* vocat, *Cogitationes de Deo & anima*, ex eoque libro ſe multum ait profeciſſe in hac difficili materiâ, nec in ullum alium incidiſſe, qui æquè animo ſuo ſatisfecerit. *&c.* Ultimâ *Diſſertatione* docetur, *Zach. III*, 9. ſub emblemate lapidis deſignari Meſſiam, de eoque totum hunc verſum interpretandum eſſe.

Clavis Apocalyptica conſtat quatuor Propoſitionibus, quarum *prima* hæc eſt: *in Apocalypſi Joannis deſcribuntur fata orbis & Eccleſiæ futura, maximè à tempore aſcenſionis Chriſti in cœlum uſque ad finem mundi.* Supponit hic Cl. Autor, hanc revelationem Apoſtolo obveniſſe imperante *Domitiano*, quam ſententiam aliquot affirmat rationibus. PROP. II. *Fata orbis & Eccleſiæ in Apocalypſi deſcribuntur ſerie continuatâ, ſilo perpetuo & ordine concatenato, tanquam exſtitura ſeptem Eccleſiæ N. T. periodis, ſed inæqualis durationis.* Hanc Propoſitionem demonſtrari putat ex *ſeptem* Epiſtolis, *ſeptem* ſigillis, *ſeptem* tubiciniis, & *ſeptem* phialis. Ac ſeptem quidem epiſtolas illas paucis perluſtrat, iiſque docet convenire tantummodò ſenſum propheticum de futuris N. T. temporibus. Sic & ſeptem tubiciniorum parallelismum cum ſeptem phialis oſtendit. Cæterùm *ſeptem* N. T. *periodos* ita definit, ut *prima* ab adſcenſione Chriſti porrigatur uſque ad perſecutionem Neronis; *ſecunda* uſque ad Conſtantinum M. *tertia* uſque ad Papam Bonifacium III, *quarta* uſque ad Wiclefum, *quinta* uſque ad *Lutheri* & *Zuinglii* reformationem, *ſexta* uſque ad oppreſſionem Antichriſti, *ſeptima* denique uſque ad finem mundi. PROP. III: *Emblemata Apocalyptica explicanda ſunt ex ipſa Apocalypſi, aliiſque propheticis, habitâ ſemper ratione contextûs, & ſeriei rerum, nunquam autem ad propriam hypotheſin torquenda.* Hac in re ſolum *Coccejum* plerumque ait rem acu tetigiſſe, cæteros minus feliciter hic verſatos eſſe, ac multis modis aberraſſe, e.g. *Jurieum*, cujus explicationes copioſiùs expendit. Ipſe hic exhibet ſuam Apocalypticorum emblematum interpretationem: ſpeciatim ſtudioſè exponit emblema *beſtiæ* Cap. XIII ad XIX. deſcriptæ. PROP. IV: *Fata orbis & Eccleſiæ non unâ & continuâ prophetiâ, ſed pluribus viſis, in Apocalypſi revelantur, eorumque ſeries ſæpè ab initio repetitur, tum totalis in generalibus, tum partialis in particularibus viſis, ad ulteriorem præcedentium explicationem:* Hanc Propoſitionem dum illuſtrare ſtudet atque confirmare, præcipua quædam Apocalypſeos loca interpretatur. Sic putat, per *duos teſtes* Apoc. XI. non poſſe non intelligi *Moſem* & *Chriſtum*. Quòd ſi quis propoſitam hanc à *Coccejo* explicationem non amplexetur, eum judicat vel magnam inopiam judicii, vel negligentiam, vel partium ſtudium, vel novaturiendi pruritum prodere. Ad *Cap. XX* ſtatuit, Satanam non eſſe ſolutum ante tempus Reformationis, nec ſimul & ſemel, ſed ſucceſſivè, poſt Reformationem ſolutum iri, ac tum demùm plenè, quando nationes congregatæ fuerint, atque Eccleſiam cincturæ ſint: id quod adhuc futurum eſſe credit. Pari modo ligationem Satanæ ſtatuit gradatim factam eſſe poſt *Conſtantini M.* tempora. Per *millennium* negat intelligi debere omne tempus à morte Chriſti uſque ad finem mundi decurſorum, ſed annos 1260 Capite XI commemoratos. Ac millennii illius exordium incidere putat in illud tempus, quo *Bonifacius III* factus eſt Epiſcopus univerſalis: tum enim Satanam, jam à tempore *Conſtantini M.* ligari cœptum, ſuam tandem potentiam & regnum tradere coactum eſſe *Beſtiæ*. Terminari autem millennium iſtud putat circa tempus Reformationis; quo tempore rurſus ſenſim & per gradus ſolutum fuiſſe putat Satanam, ſed tantùm per breve tempus. Planæ verò ſolutionis tempus & complementum nondum adeſſe exiſtimat. *P. 195. ſeq.* copioſa extat Diſputatio de *Gog* & *Magog*, quæ eò tandem redit, ut Cl. Autor concludat, *Gogum* eſſe Antichriſtum ipſum, *Magogum* autem eſſe multitudinem ei ſubjectam, ejuſque cultui addictam. *P. 201. ſeq.* negat, *Cap. XXI* & *XXII* de ſtatu Eccleſiæ in cœlis triumphantis agi; arbitratur autem, his capitibus deſcribi glorioſum & beatum ſtatum, quem Eccleſia ultimi temporis poſt deſtructum, atque abolitum Antichriſtum in hâc terrâ ſit habitura. *Acta Erud.* 1722. Vid. & *Bibl. Brem.* Claſſ. IV. p. 589.

30. *De varii generis Quæſtionibus Phyſicis* varias *Diſſertationes* ſcripſit ab A. 1720 ad 1727.

31. Nec non *Theologicas*, *de verâ notione Legis*, & variâ vocis acceptione, tum in Epiſt. ad Rom. & Gal. *&c.*

32. *De Juſtificatione Peccatoris coram Deo ex ſola fide, abſque operibus*, per omnia tempora, tam ſub Vet. quàm ſub N. T.

33. De *Hirco*, qui Expiationis die ceſſit *Azazeli*, ad Lev. XVI.

34. *De expiatione Leproſi* ad Lev. XIV.

35. In verba ultima Eſ. LIII. 8. *Propter defectionem populi mei plaga eſt eis.*

36. In verba priora Eſ. LIII. 10. *Et Jehova volentem enervare ipſum infirmavit*, ſive *ad impotentiam redegit.*

ANDALORUS (*Franciſcus*) Meſſanenſis Sacerdos, & Protonotarius, natus 26 Julii 1665. à teneris annis literarum ſtudiis dicatus, ne dum humaniores literas, ac Rhetoricæ præcepta cum laude accepit, verùm etiam & Philoſophiæ partem emenſus eſt. Exinde paterna veſtigia ſectatus, pharmacis componendis operam dedit, & non ſine magno profectu ſui ſedulitatem, ac non vulgare ſtudium detexit.

detexit. At Deo impellente, ab ægrotantium corporum curâ, ad animarum medelam vocatus, præſtantius vitæ inſtitutum amplexus eſt: ideoque clericali militiæ adſcriptus, & ad Philoſophiæ ſtudia regreſſus, Theologicis etiam ſtudiis inſigniter excultus eminuit. Sacerdotali inſignitus charactere, ut aliis prodeſſet, ſacram eloquentiam profeſſus eſt. In Apoſtolicis miſſionibus, & in cineralis jejunii concionibus animi ſui zelum, non ſine ampliſſimo animarum fructu, patefecit. Meſſanæ vir eximius, doctrinâ, & eruditione inſignis, Eccleſiæ S. Mariæ de Arcu, ſive SS. Crucifixi de Providentiâ Moderator, morum integritate, verbo, & exemplo illuſtris vivebat adhucdum A. 1714. Edidit Italicè ad pietatem fovendam

1. *Corona di dodeci Stelle, cioè di dodeci eſercitii ſpirituali da pratticarſi ni i dodeci Sabbati antecedenti alla ſolenne feſtività della Concezione della Vergine.* Meſſanæ 1693. in 12.

2. *Meditazioni ſopra i dodeci Privilegii da Dio conceſſi alla Vergine nel primo iſtante della ſua Concezione.* Ibid. 1694. in 12.

3. *Maniera divota di lodare la Vergine ſempre Immacolata.* Ibid. 1699. in 24.

4. *Divozione al Sacro Cuore di Gierù cavata dall'Opere del P.* de la Colombiere *della Compagnia di Gierù.* Ibid. 1702. in 24. ſuppreſſo nomine.

5. *Squarzi di tempo raccolti à divertimento, e diportamento del vero Savio.* Ibid. 1704. in 4. Prælo parabat etiam Italicè

6. *Caneſtro ſpirituale, overo apparecchio feſtivo dell' Anime divote di Maria Vergine per l'annua ſolennità del ſuo feliciſſimo Natale, vero gaudio dell' Univerſo.*

7. *Emerologio Sacro di Meſſina Cattolica*: & alia quædam Medica Latinè. Vid. *Mongitor* p. 201.

ANDEGAVENSE Concilium I in Galliâ Lugdunenſi, ad reformandam collapſam Eccleſiæ diſciplinam, in ordinatione *Talaſii* Epiſcopi, anno 453. IV. Nonas *Octob.* celebratum. Extant *Canones XII.* Concil. *Tom. IV. p.* 1020. Poſthumas *Sirmondi* notas uberiores vid. ib. in Append. *p.* 1817. * *Cave* in Hiſt. Liter.

In 2ò. Canone præſcribitur, Diaconatum & Sacerdotium non conferri niſi viro, qui unicam tantùm habuiſſet uxorem.

Prohibetur in aliis ad Tribunalia ſecularia deferre ſua negotia, cum fœminis habita, Statum Eccleſiaſticum deſerere aut vitam Monaſticam; Epiſcopis vetitum, Clericum alterius Epiſcopi ordinare, & præſcriptum ad pœnitentiam admittere eos omnes qui volent converti.

ANDEGAVENSE Concilium II an. 1269. die Martis poſt Quindenam Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ habitum. Extant Canones II. *de donationibus non prohibendis*, & *de advocatis Eccleſiaſticis*, Concil. *T. XI. Part.* 1. *p.* 911. * *Cave* ubi ſup.

ANDEGAVENSE Concilium III. an. 1279 à *Joanne*, vel ut alii, *Jodoco* Archiepiſcopo Turon niſi habitum. Extant diſciplinæ Eccleſiaſticæ *Capitula V.* quæ ad jura & libertates Eccleſiaſticorum penè unicè ſpectant, loc. cit. *pag.* 1074. *Cave* ubi ſup.

ANDEGAVENSE Concilium IV à *Petro* Turonenſi Archiepiſcopo cum ſuffraganeis, Abbatibus, &c. apud Caſtrum Gonterii Diœceſis Andegavenſis die 20 *Nov.* 1336 habitum. In quo Eccleſiarum jura & privilegia ſtrenuè propugnantur: Extant *contra eos qui jurisdictionem Eccleſiaſticam impediunt, qui ſpiritualem poteſtatem uſurpant, qui à clericis pedagia exigunt, bona Eccleſiaſtica invadunt aut detinent*, &c. decreta gravioribus pœnis munita, XII Capitulis comprehenſa, *Conc.* XI. Part. II. col. 1842. Cautum eſt inſuper ut hujuſce Concilii decreta ſex vicibus per ſingulos annos in Eccleſiis publicentur, & linguâ maternâ exponantur. * *Gerim* in Append. ad *Caveum*.

ANDEGAVENSE Concilium V ſub *Simone* Turonenſi Metropolitano, aſſidentibus *VII.* ſuffraganeis in Eccleſiâ Andegavenſi die 12. *Mart.* 1365. congregatum. In quo Canones XXXIV. ad corrigendos in foro Eccleſiaſtico abuſus, & mores Clericorum reformandos, immunitateſque Eccleſiæ ſartas tectas conſervandas decernuntur. Extant *Concil.* Tom. XI. Part. II. col. 1939. * *Gerim* ubi ſup.

ANDEGAVENSE Concilium VI. quod alii vocant *Turonenſe* A. 1448. Præſide Archiepiſcopo *Johanne*. XVII Canones conditi circa matrimonia clandeſtina, Eccleſiarum profanationem, ludos vetitos. Canon XIV vetat ferre reliquias Sanctorum ad pecuniam lucrandam.

ANDEGAVENSIS Epiſcopus, cujus hactenus mihi nomen ignotum, Edidit Gallicè

Reflexions conſolantes ad fideles ſuæ Diœceſeos, ut eos in fide confirmet. *Andegavi* 1719. *Queſnellum* & ejus partes aggreditur. Vid. *Bibl. Janſen.* p. 242. edit. 1722.

ANDEGISUS Abbas, in magnâ apud CAROLUM & LUDOVICUM *Pium* gratiâ & auctoritate, uſque ad annum 833. quo in Monaſterio Fontanellenſi in Neuſtriâ obiit. Hic eſt Collector *Capitularium* Caroli M. *de rebus Eccleſiaſticis*, quos in Libros IV digeſſit & poſt *Pithœanam* editionem recognovit *Stephan. Baluzius*, in variis licèt ab illâ diſcrepans, de quo *Carol. Cointius* in Annalib. Francorum ad A. 827. Conſule Præfationem *Baluzii*, ubi editionis ſuæ & MSS. unde hauſit, rationem reddit, teſte *Spanhem.* in Hiſt. Eccl.

ANDEOLUS Lutevienſis, (de *Lodeve* in inferiori Occitania) natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Lugdunenſis alumnus, ac Miſſionarius Apoſtolicus, vir ſuæ ætatis inſignis, & Concionator magni nominis, Religionis amans, Fideique Catholicæ zelator illuſtris, contra Calviniſtas, Anabaptiſtas *&c.* verbo & ſcripto decertavit. Multa ingenii ſui, aſſiduique laboris monumenta reliquit, quorum ſequentia tantùm typis Gallicè (*a*) edita ſunt.

SCRIPTA:

1 *Summa Doctrina Chriſtiana, quam docet Eccleſia Catholica & Romana, cum Breviario Errorum & hæreſium, quas docet Eccleſia prætenſa Reformata Calviniſtarum.* Lugd. 1633. in 4.

2. *Collatio amabilis inter duos Gallos, quorum unus Catholicus, alius Calviniſta, circa materias Fidei controverſas.* Ibid. 1637. in 8.

3. *Exercitia ſpiritualia pro noviter converſis ad fidem Catholicam.* Ibid. 1638. in 8.

4. *Interrogationes juſta ac rationabiles quas Catholici faciunt Calvini ſectatis, ad eos ab erroribus liberandos, & morte æternâ revocandos.* Turnonii (à *Tournon*) 1638. in 8. & 4.

5. *Incitamenta converſionis ad Fidem Catholicam* nobiliſſ. D^næ *Alexandr. de Robiaſch.* Viduæ Dni *Guardivon.* Ibid. 163?. in 4.

6. *Adoratio veri Dei, in quâ oſtenditur quod Calviniſta graviſſimè errant,* dicendo, *Deum non debere adorari in Eccleſiis in Sacramento Altaris, & Imaginibus.* Ibid. 1639. in 8.

7. *Communio bonorum ſpiritualium, quam faciunt boni Catholici, qui ſub protectione B. V. M. cupiunt ſe mutuò adjuvare ad moriendum in gratiâ Dei.* Ibid. 1639. in 8.

8. *Modus indulgentias cum fructu lucrandi, tam pro ſe, quàm pro defunctis.* Ibid. 1639. in 16.

9. *Status deplorandus Eccleſia Calviniſtica fideliter, ac ſincerè repræſentatus.* Lugd. 1639. in 4.

10. *Defenſio Purgatorii, & honoris viris Eccleſiaſticis & Religioſis debiti.* Lugd. 1640. in 4.

11. *Monita amabilia Sectariis Calviniſtica Religionis.* Ibid. 1640. in 8.

12. *Summa omnium Indulgentiarum Regularibus conceſſarum à Summis Pontificibus.* Ibid. 1640. in 16.

13. *Perfectio Chriſtiana ad quam tendere debent illi qui in Paradiſum intrare deſiderant.* Ibid. 1643. in 4.

14. *Exercitia ſpiritualia pro illis qui Deo ſervire, & cum toto corde amare deſiderant.* Ibid. 1643. in 8.

15. *Prudens ac ſapiens Paterfamilias pro devotâ ac debitâ ſuorum & ſibi ſubditorum directione.* Ib. 1646. in 8.

16. *Statuta Archiconfraternitatis SS. Sacramenti, cum*

Regulis, ac Documentis pro Confratribus Diœceſis Mimatenſis Ib. 1647. in 4.

Obiit autem *Andeolus* Lugduni A. 1653. (*b*) ætat. 71. Hujus meminit inter alios *Alegamb* & ex eo *Dionyſius* Genuenſis in Bibl. *p.* 14.

(*a*) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 2044.
(b) Ibid. *p.* 3017.

ANDERNARIUS (*Blaſius*) Carmelitanus, gente Gallus, vir in Script. Sanctis eruditus, & ſæcularium literarum non ignarus, floruit circa A. 1373. (*a*) Scripſit nonnulla præclara volumina, quibus acrimoniam ingenii ſui, poſteris notificavit, è quibus extant

1. *Super ſententias* Libb. IV.
2. *Quæſtiones* quoque *varias in Scholis diſputata*.

(*b*) Aliis autem dicitur *Andennarius* & *Azemarius*.

(*a*) *Specul. Carm. p.* 1085 *n.* 3806.
(b) *Ibid. p.* 898 *n.* 3076 Coll. *Po-ev. p.* 219. *Geſn.* fol. 14. b

ANDEROFL. Idem ille eſt qui ab aliis vocatur ÆNDEVOET: de quo ſup. *p.* 132.

ANDERSONUS (*Patricius*) Jeſuita, natione Scotus, ingreſſus in Societatem anno 1597. Theologicis, Philoſophicis, ac linguarum exactæ cognitioni, Mathematicas Scientias ad ſtuporem uſque conjunxit. Circa annum 1620. in Scotiam profectus, carcerem, ludibria, ſidiculatum minas ſuſtinuit. Ex illis liber, Londini pie obdormivit. Scripſit Scoticè librum, cui tit.

Quomodo unuſquiſque invenire poſſit viam ſe ſalvandi &c. ita refert *David Camerarius* lib. 2. de ſtatu hom. &c. apud *Alegamb.* p. 362.

ANDERTONUS (*Laurentius*) Jeſuita, natione Anglus, patria Lancaſtrienſis, diuturnus Anglicanæ Vineæ operarius. Edidit Anglice lib. cui tit:

1. *Unus Deus, una Fides*: præfixis literis W. B. 1625. in 8. (*a*)
2. *Progeniem Catholicarum & Proteſtantium*: quo oſtendit dogmata Catholica continuo ductu per Patres ab Apoſtolis ad nos manaſſe; ſecus autem Hæretica Proteſtantium. *Rothomagi* 1631. vel 1634 (*b*) in 4.
3. *Controverſiarum Volumina II.* quorum titulus eſt, *Funiculus triplex*: quo fidei capita demonſtrat ex ſenſu litterali Scripturarum, expoſitione Patrum, & ipſorum Proteſtantium. *Audomari* 1634. in 4. (*c*).

(*a*) *Sotwell* apud *Placc.* in Anon. *p.* 520. *n.* 2051. (*b*) ibid. *p.* 510. *n.* 1984 (*c*) *Alegamb.* p. 294.

ANDEVER, (a) (*Johannes*) Anglus, Hamptonienſis, incertæ ætatis, Oxonii poſt ſtudia profanarum literarum, in re Theologicâ tandiu ſudavit, donec eos acceperit a magiſtris titulos, qui tam ſanctæ profeſſioni deferri ſolent. Nullum doctrinæ genus Chriſtianis neceſſarium magis putavit, quam id quod Apoſtolus *Joannes* Eccleſiis poſt Chriſtum propoſuerat. Illud ergo, tanquam Chriſtianæ Theologiæ compendium, magno labore exponendum ſuſcepit, ac tandem ſcripſit

1. *Lecturam in Apocalypſin.*
2. *Poſtillas ſcripturarum.* Nihil aliud ab illo editum reperiſſe teſtatur *Baleus* Cent. X. n. 90.

(*a*) Rectius forte *Andeverus* ex pago cui nomen *Andevere* in Comitatu Hantonienſi.

ANDILLY. Vid. ARNALDUS.

ANDLO (*Petrus* ab) fictitium nomen eſt, quo larvatus Carteſianus quidam Batavus, ſcripſit *Specimen Confutationis* Diſſertationis *de abuſu Philoſophiæ Carteſianæ ſurrepente & vitando in rebus Theologicis & fidei*, anno 1670. editæ a *Samuele Mareſio* Theologiæ Profeſſore Groningenſi. Hæc *Confutatio* multo felle conſperſa, & ipſa confutata eſt ab eodem *Mareſio*, Libro cui titulus *Vindiciæ Diſſertationis de abuſu Philoſophiæ Carteſianæ*; conviciis non minùs refertο. Hunc ſecutæ ſunt *Animadverſiones* (Petri ab Andlo) *ad vindicias Diſſertationis*, *quam* Samuel Mareſius *edidit de Abuſu Philoſophiæ Carteſianæ*: quas proximè excepit *Samuelis Mareſii Clypeus Orthodoxiæ*, ſive *vindiciarum quarum priorum pro ſuâ Diſſertatione de abuſu Philoſophiæ Carteſianæ*.... *Vindiciæ poſteriores* &c. Verùm cum nec conjecturâ aſſequi, nec amicorum diligentiâ reſcire potuerit *Mareſius*, quis eſſet larvatus ille *Petrus ab Andlo*, in anteceſſum proteſtatus eſt, ſibi nihil amplius futurum negotii cum hoc hominis ſterquilinio, (verbis ipſius utor) (*a*) & infami nebulone, quem ſui ipſius pudebat. Promiſſis itaque ſtetit, & intacta reliquit *Specimina Bombomachiæ* Samuelis Mareſii, *pro defenſione Clypeo Orthodoxiæ*, ſeu *Vindiciis Vindiciarum Diſſertationis de Abuſu Philoſophiæ Carteſianæ*.

Hunc Pſeudonymum fuiſſe *Reinerium de Manſvelt* (alias *Manſveltum*) in Academia Ultrajectina Philoſophiæ Profeſſorem ſuſpicatur *Bælius* pag. 115. edit. 1720. ubi addit editum fuiſſe anno 1673. Libellum in 4 ſub hoc titulo: *Danielis* ab ANDLO *Petri filii*, Κατηγεσις ἀδελφῶν ἐλεγχόμενος, ſive *ad clariſſimi Theologi* Samuelis Mareſii *tractatum brevem de jumento Theologico Notæ breves*. Fuit autem verus hujus nominis Autor, de quo vid. ſub tit. PETRUS. Lege interea poterit Diction. *Mores.* p. 335. edit. Baſil.

(*a*) *Mareſ.* in Judicio de Theologia pacif. *Wittichii*, ſub finem.

ANDOCIANUS (*Camillus*) Hiſpanus, cujus grande volumen *de Conciliis*, e Claudio laudat D. *Joan.* *Andreas Schmidius* p. 774. teſte *Fabricio* Bibl. Græcæ *Tom. XI. p.* 1060.

ANDRADA (*Alphonſus de*) Jeſuita, natione Hiſpanus, patria Toletanus, jam publicè docuerat Philoſophiam Toleti, cum Societati nomen dedit anno 1612. ætatis 22. & votorum 4. ſolemnium profeſſionem emiſit. In ſocietate Theologiam Moralem aliquot annis explicuit, & Collegium Placentinum gubernavit: Religioſum vitæ vir Dei caritate, & animarum zelo fervens, in Concionibus, & Miſſionibus obeundis conſumpſit per 50 annos. In his quod ſupererat temporis, in piorum librorum, ut plurimus prodeſſet, ſcriptione impendit. Horum tamen lucubrationum (quod in Scriptore eſt rarum) ita ſe commodavit, non tradidit, ut quoties prodeuntium ad Millionem eſſet, eas nunquam intermiſerit. Diſciplinæ Religioſæ ſuæ apprimè obſervans, & ſupremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis in Hiſpania Qualificator. Demum octogenarius major ad laborum præmia in indefeſſus in pietatis palæſtra, emigravit, Matriti die 20 Junii 1672. Edidit Hiſpanicè oppidò multa, ut mox videre eſt. * *Sotvell* Bibl. S. J.

S C R I P T A:

1. *Sermo de S. Raymundo Nonnato Confeſſore, & Cardinali Ord. B. M. de Mercede Redempt. Captiv.* Murciæ 1628. in 4.
2. *Sermo de SS. Martyribus Japoniæ, ex Ordine Sti Franciſci, & Societatis Jeſu.* Oriolæ 1628. in 4.
3. *Diſcurſus de Baptiſmo B. M. V.* Matriti 1629 vel 1639 in 4.
4. *Scholaſticus perfectus ejuſque obligationes.* Ibid. 1642 vel 1643 in 8.
5. *Bonus miles Catholicus ejuſque obligationes.* Ibid. 1642 in 8.
6. *De Duce ad virtutem, & Imitatione B. V.* tribus Tomis in 4. Matriti editis. *Primus* anno 1641. *Secundus* 1644. *Tertius* 1646.
7. *Manſiones ſpirituales S. Tereſiæ cum Commentario.* 2 Tom. in 4. Ibid. 1647.
8. *Operarius Evangelicus.* Ibid. 1648. in 8. Latinè.
9. *Libri aſcetici quinque Cardinalis* Bellarmini *traducti Hiſpanice cum Auctario.* Ibid. 1650. in 8.
10. Itinerarium Hiſtoricum: *Itinerario Hiſtorial, que debe guardar el hombre para caminar al Cielo.* Ib. 1657. in 4. Voll. II.
11. *Vita P. Petri Claver ex Societate* ſub alieno nomine, Ibid. 1657. in 8.

12. *Vita*

Digitized by Google

12. *Vita P. Bernardini Realini*. Ibid. 1651. vel 1658. in 4.

13. *Vita P. Vincentii Caraſa*, ex Italico. Ibid. 1658. in 4.

14. *Vita P. Franciſci Aguado, & P. Joannis Euſebii Niertemberg ex Societate*. Ibid. 1658. in 8.

15. *Vita Doctoris Martini Ramirez* ſub alieno nomine. Ibid. 1658. in 8.

16. *Idea perfecti Prælati in Vita Cardinalis Archiepiſcopi Toletani D. Baltazaris de Moſcoſo & Sandaval*. Ibid. 1658. in 4.

17. Via Vitæ: *Camino de la Vida y reſguardo de la muerte*, ad Matth. VII. *Lata porta, & ſpatioſa via eſt*. Ibid. 1660. vel 1661. in 8.

18. *Meditationes in ſingulos anni dies*: 4. Tom. in 16. Ibid. 1660.

19. *Militia Spiritualis*. Ibid. 1662. in 4.

20. *Lectio de bene moriendo*. Ibid. 1663. in 8.

21. *Vita S. Gertrudis Mansfeldenſis*. Ibid. 1663. in 4.

22. *Patrocinium Univerſale B. Virginis*. Ibid. 1664. in 4.

23. *Vita Virorum Illuſtrium de Societate Jeſu*. Ibid. 1666. & 1667. fol. 2. Tom.

24. *Vita SS. Joannis de Matha & Felicis de Valois Fundatorum Ordinis SS. Trinit. Redempt. Captiv.* Ibid. 1668. in 4.

25. *De Veneratione Sacrarum Imaginum, & origine mirabilis Imaginis S. Ignatii Munebregæ in Aragonia*. Ibid. 1669. in 4.

Habuit & prælo paratum lib. cui tit.

26. *Suceſos Tragicos de los expulſos de la Religion*, en Dialogo. Conf. *Nic. Anton.* p. 7. *Alegamb.* p. 16. *Lipen.* Bibl.

de ANDRADA (*Andreas Nuñez*) Hiſpanus, Ord. Eremitarum S. Auguſt. Author eſt Libri ſic inſcripti

Vergel de la Eſcritura divina. Opus quidem ab eo cœptum fuit, ſed penè in limine, ut videtur, derelictum, quandoquidem Alphabeti ordinem ſequutus, ut communes locos Bibliorum adornaret, primam ejus partem non ultra limites primæ literæ promovit. Atque ea quidem juſto volumine edita eſt *Corduba*, anno 1600. fol. * *Nic. Anton.*

de ANDRADA (*Didacus Lopez*) Luſitanus, ejuſd. Ordinis, quem inter Aragonenſes cooptavit, ingenioſus & eloquens, ſi quis alius, in concionandi opere; planeque omnium, quos habere ad populum ſermones illa ætas vidit, facilè princeps. Diu operatus eſt Matriti Regius Eccleſiaſtes cum admiratione Curialium, & fructu ad eum uſque diem, quo, deſignante *Philippo* Rege *IV.* in Pontificatum Hydruntinum, anno ſcilicet 1613 Nov. 20. à ſummo Eccleſiæ Præſule fuit adſumptus. In eâ ſede nondum ſexagenarius muneri ſuo inſtans diem ſuum obiit. Vulgaverat is Caſtellæ proprio idiomate, atque eo caſtiſſimo, inquit *Nic. Anton.* p. 227.

1. *Tratados ſobre los Evangelios de la Quareſma*: duobus Tomis. Matriti 1615. & 1617. & Pampelone, 1620. in 4.

2. *Tratados ſobre los Evangelios que ſe dicen en las feſtividades de los Santos*. Matriti, & Barcinone 1622. in 4. Quos hodièque è manibus Doctorum hominum magna hæc vis *Sermonum, Homiliarum*, atque *Diſcurſuum Eccleſiaſticorum* ad hunc uſque diem protuberans nondùm excuſſit.

Sed jam tribus Tomis locupletiora hæc omnia dedit Matritenſis Typographia *Gregorii Roderici* anno 1656. *fol.* quorum *primum* eſt *de Quadrageſima*, ſecundus *de Sanctis*, tertius *de Conceptione Immaculata Mariæ Virginis*, qui ultimus tandem prodierat poſthumus anno 1649. (a) *Neapoli* duabus partibus, *Hieronymi* fratris ſodalis Carmelitæ induſtriâ locupletior factus.

Obiit ante diem VII. Junii 1635. quo ei in Epiſcopali munere ſucceſſor datus eſt.

(a) *Elſſius* p. 167. perperam habet 1633.

d'ANDRADA (*Didacus de Paiva*) Conimbricenſis, claro inter Luſitanos loco editus, famâ vero doctrinæ adhuc clarior, fratres habuit *Thomam à Jeſu* nuncupatum, celebrem illum in barbarici carceris ſqualiore ac tenebris, ſanctiſſimi Redemptoris noſtri laborum enarratorem, Eremitarum fratrum ſodalem (de quo infra:) *Franciſcum* item *Andradam*, cujus vulgari Luſitanorum linguâ edita *de Rebus Joannis III* Portugalliæ Regis *Hiſtoria* extat. Non aliis gravioribus, nec ad rem convenientioribus, verbis celebrari poteſt *Didacus* noſter, quam *Hieronymi Oſorii*: *Erat in illo* (ait in Præfatione libris *Orthodoxarum explicationum* appoſita) *ſummum ingenium, acumen illuſtre, ſingularis induſtria; quibus muneribus naturæ præſtantis & virtute eximia locupletatus, cùm ſe ad artes præclaras inflammato animo contuliſſet, uberrimos fructus conſequutus eſt: eloquentiæ verò diſciplinam egregiè coluit: linguas, quas vidit eſſe ad clariorem ſacrarum literarum intelligentiam neceſſarias, acri ſtudio didicit. Hiſque omnibus inſtructus, ad divina myſteria perſcrutanda totam mentem appulit*: Et alibi: *Contineri non poterat, quin crebris concionibus multos mortales flagitiis innumerabilibus inquinatos inſectaretur*. Hujus doctrinæ virum maxime domi laboris ac meriti expertem non decuit tempore, quo ad inſtruendam univerſalis Eccleſiæ Synodum Tridentinum indictam celebriores Theologi ex omnibus Hiſpaniarum regnis evocabantur. Eo igitur in hoc & doctiſſimorum Patrum conſeſſu, re graviter & induſtrie geſtâ, ſtyloque propugnandis illius Concilii decretis commodato, tamdiu laudabitur, quamdiu Tridentinarum rerum memoria permanebit. Ejus quidem famæ veſtigia ad diuturnum eloquentiæ, ac eruditionis monumentum impreſſa vidiſſe ſe apud Eccleſiæ Principes, dum in Italiâ peregrinaretur, *Hieronymus* ipſe *Oſorius* refert. Edidit per eos dies Concilii

1. *Orthodoxarum Explicationum* Libros X. In quibus *omnia ferè de Religione capita* (ait *Eiſengreinius* in Catal. teſtium veritatis) *quæ his temporibus ab Hæreticis in controverſiam vocantur, apertè, & dilucidè exponuntur, præſertim contra* Martini Chemnitii *petulantem audaciam, qui Colonienſem Cenſuram, quam à viris Societatis Jeſu compoſitam eſſe ait, una cum ejuſdem ſanctiſſimæ Societatis vitæ ratione temere calumniandam ſuſcepit*. Hæc ille, falſus ſaltem in eo, quòd *Andradam* noſtrum unum ex Jeſuitico Sodalitio crediderit. Editum fuit opus *Coloniæ* 1564. *Venetiis* poſtea 1562. vel 1572. 4. & 1604 in 8. Legimus apud *Cordesium* p. 266. harum *Explicationum Catholicarum* librum 1um Gallicè verſum prodiiſſe *Lugduni* 1565 in 8. cumque eſſe Jeſuitarum Apologiam. Cui cum repoſuiſſet profligatiſſimus Hæreticus librum, in quo graviſſimas adverſus univerſalem Eccleſiam contumelias intorquebat, deſcendere denuò in campum ſibi opus eſſe vidit *Andrada* ut immanem hoſtem totis viribus profligaret. Maximè cum ſereniſſimus *Henricus* Princeps, S. R. E. Cardinalis ſuaſorem ſe ac promotorem operis accincto jam, & veluti arma quatienti declaraſſet. Scripſit igitur, ſed poſthumam edendam

2. *Defenſionem Tridentinæ Fidei Catholicæ*, quinque libris comprehenſam, *adverſus Hæreticorum calumnias, & præſertim* Martini Chemnitii. *Oliſſipone* 1578. in 4. deinde ſæpè, *Coloniæ* 1580. *Ingolſtadii* 1589. in 8. & 1591. 4. Habuit &

3. *Orationem ad PP. Tridentinæ Synodi* Dominicâ ſecundâ poſt Paſcha anni 1562 quæ cum cæteris Tridentinis Orationibus prodiit *Lovanii* anno 1567. ac poſtea Pariſiis: *Venetiis* verò ſeorſim 1562. in 4. & *Brixiæ* eod. anno.

Nec non & Luſitanica extare ab eo monumenta fecerunt poſteri; nempè

4. *Sermones*, tribus partibus. I. *do Advento, & Quareſma*. (a) Oliſſipone 1603. *II. Das feſtas da Virgen Noſſa Senhora, e dos Santos*, anno 1604. III.............. 1615. in 4.

Obiit ante annum 1578. quo lucem vidit fratrum opera *Vida aima Fiset d ſerſo*, ut *Oſorius* affirmat. Reliquum eſt ut elogiis doctiſſimorum aliquot virorum, noſtro more, *Parvam* ornemus. Eiſengreinius, *Fid. Christiana defenſorem ſagacem, omnes ſui temporis magiſtros literarum ſacrarum ſcientiâ, eruditione, & doctrina ſuperaſſ* inquit. *Greg. Nuñez* Coronel in libro *De vera Chriſti Eccleſiâ* vocat *virum & longiùs clarum, & doctrina, ac pietate periſlluſtrem*: Raweidus in lege Talionis, Ca auſbono *retaliata*, tab. I *virum longè doctiſſimum* appellat, *& qui ad Concilium Tridentinum & profundiſſimi Theologi mentem, & linguam eloquentiſſimi Oratoris attulit.* * Hæc *Nic. Anton.*

5. Huic *Didaco* tribuit *Pallavicinus* (b) librum *de autoritate Papæ* anno 1562 ſedente Concilio Tridentino ſcriptum, alibi (c) vero librum Ium operis *de Conciliorum autoritate* adducit: ſed unum idemque videtur; & forſan non aliud eſt quam ipſa *Oratio* de quâ ſup. a. 3.

Paulum Pelliſſonium de Opere *Orthodoxarum Explicationum* verba faciens (d), Paulus vix reperiri poſſe aſſerit, in eoque laudat ingenium, eloquentiam & ſagacitatem non vulgarem &c. Vid. *Bayle* Diction.

Legimus apud *Moreriam* p. 335. edit. *Baſil.* obiiſſe *Andradam* in patriâ die I Dec. 1575. ætat. 47.

(a) Hanc in linguam caſtellanam vertit *Benedictus de Alarcon* V.3 imp p 181 (b) Hiſt. Concil. Trid. *lib* 19 *cap.* 16 *n.* 7. (c) *lib* 24 *cap.* 1 *n.* n. 17. (d) in lib. Gallico *de Tolerantiâ Religionum* p. 83. edit. *Parij.* 1692.

ANDRADA (*F. Joannes* de) Septæ in Africæ orâ Luſitanorum coloniâ natus, Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis, S. Theologiæ Profeſſor emeritus, familiæque ſuæ Provinciæ Præfectus, edidit

Apologiam pro vero & proprio martyrio per peſtem, & pro propoſitione affirmante eos, qui purè ex Chriſtianâ charitate immoriuntur miſeriis lue contactorum eſſe abſque impro rietate martyres, veram eſſe, ſaltemque probabilem, & extra omnem cenſuræ aleam.

Hujus Scripti & Scriptoris meminit *Theoph. Raynaudus* in lib. cui tit. *Theologia antiqua de veri martyrii adæquate ſumpti notione.* Lugd. 1656. in 8. apud *Nic. Anton.*

ANDRADA (*Sebaſtianus de Coſta* de) Oliſſiponenſis, ex ſodali regii Conimbricenſis Collegii D. Pauli, Eborenſis Eccleſiæ Canonicus, à ſacris Concionibus, ſive, uti appellant, Magiſtralis, SCRIPSIT

1. *Quæſtionarium variæ Theologiæ ad explicationem Bullæ Cruciata.* Eboræ 1606. in 4

2. *Comment. in Threnos & Orationem Hieremiæ Prophetæ.* Lugd. 1609. in 8. * *Nic. Anton.*

ANDRADA (*Thomas* de) vulgò *de Jeſu* dictus, Luſitanus, nobili genere natus, *Didaci de Paiva* ſupra laudati frater, Ordinem Eremi S. Auguſtini Conimbricæ amplexus, poſtquam Novitiorum, ut vocant, domum Oliſſipone, atque Pennafirmæ cœnobium rexiſſet, nec non & Provinciam integram cenſor luſtraſſet, in comitatu *Sebaſtiani* Regis pars fuit infeliciſſimæ illius Africanæ expeditionis, in quâ à Mauris captus, aſperrimèque tractatus, maluit, in captivitate remanens miſeram illam ſervorum Eccleſiam ſpiritualibus fovere ac ſuſtentare remediis verborum & operum, quam *Jolantæ* Comitiſſæ *de Linares* ſorori indulgentiſſimæ redemptionis pretium offerenti aures præbere, ac morem gerere. Vir ſanè eximiæ ſanctitatis nunquam oblitus fuit, deſpexitve ſalutem aliorum, etiam ſi detentus ipſe & oneratus malis & tribulationibus fuerit. Imò dum in obſcuro carcere aliquo tempore detineretur, lumine tantum eo adjutus, quod trans mittebant januæ rimulæ, pietatis illud plenum elucubravit opus de Chriſti Redemptoris vita & morte, cui vernaculum hunc titulum fecit:

1. *Trabalhos de Jeſus*, duobus Tomis, quorum *prior* anno 1602. *poſterior* autem 1609. Oliſſipone prodit. *Quartam* hujus operis partem imperfectam ab Autore relictam abſolviſſe dicitur *Hieronymus* Romanus ejusd. Ordinis. De *tertia* nullus loquitur. Hoc deinde opus in linguam Caſtellanam vertit *Chriſtophorus Ferreira Sampaio* edidirque Cæſaraugustæ 1624 & 1631. in 4. Gallicè quoque & Italicè legi ait *Georgius Cardoſus*. Latinè item prodiit ſub tit. *Ærumnæ D. N. J. C. compoſito in carcere apud Mauros* &c. Munach 1676. in 4. (a)

2. *Oratorio ſacro de Soliloquios de Amor divino, & varias devoções a Noſſa Senhora.* Matriti 1628.

3. *Inſtrucçam de Confeſſores & Penitentes*, quæ valdè laudatur. Hinc ſuum *Tribunal conſcientiæ* deduxit *Ferd. de Camargo.*

4. *Tratado dos myſterios principales de noſſa Sancta Fee*: quem in Africa virum non parum operis attuliſſe Hebræis quibuſdam Rabbinis ad renuntiandum antiquatæ ſuæ legi, & Chriſtianam amplexandam autor eſt *Cardoſus.*

5. *A Vida do Ven. Padre Fr. Luis de Montoja*; quam proprio nomine inſcriptam publicavit *Hieronymus* Romanus *Oliſipp.* 1588.

Carmine valuit vernaculæ ſuæ linguæ. Certè enim Marochii à captivis Luſitanis recitata fuit *de Vitâ S. Auguſtini* ab eo confecta *Comœdia*, quam ſe vidiſſe apud Provinciæ Portugalliæ ſodales, uti&q e *Carminum ſacrorum* volumen quoddam idem *Cardoſus* refert.

Obiit 17 April. 1582. captivitatis 4to, ætat. 53. Vita ejus ab *Alexio de Meneſes* conſcripta præfixa eſt Editioni *Laborum Jeſu* Cæſaraug 1631. elogium vero dedit laudatus *Cardoſus*, cui notam addidit loculentiorem, laudatis iis, qui *Thomæ* noſtri memoriam poſteris cum inſigni commendatione propagarunt, admonuitque lectoribus, ne cum *Phil. Eliſio* (b) & *Thoma de Herrera* non eidem homini *Jeſu labores* & *Oratorium ſacrum* tribuant (c).

(a) *Lisen.* I p. 186. (b) *Encom. Auguſt.* p. 657. & 658. (c) *Bic. Anton.* II. 247.

ANDRE' (*Spiritus*) Dominicanus, gente Gallus, Cabellione (a) natus & Avenione Ordinem Prædicat. amplexus, Theologus eximius, Scripſit Sec. XVIII

Conciliorum Oecumenicorum notionem generalem, ſeu *Compendium Synodorum elucidationibus hiſtoricis, dogmaticis, criticis illuſtratum.* Tom. II in 8.

Primus Tomus Concilia Generalia in Oriente coacta exhibet, & prodiit *Camberii* vulgò *Chamberi* in Allobrogibus 171....

Alter Concilia Generalia in Occidente celebrata exhibebit. Modus procedendi iſte eſt

1°. Auctor cauſas ob quas coactum eſt Concilium, proponit.

2°. Hiſtoriam ejus brevem ſubnectit, *poſt* hiſtoriæ compendiariam Tractationem, ad argumenta difficiliora, hiſtoriam, dogmata, criticam etiam ſpectantia tranſit, eaque ſelectis dilucidationibus pro modulo ſuo illuſtrare conatur. Quibus dubia inſigniora, præcipuæque difficultates circa facta hiſtorica, diſciplinam Eccleſiaſticam, Eccleſiæ mores, dogmataque cum hæreticis Veteribus aut Novellis controverſa enucleantur, planæque ſunt ac claræ. His omnibus præmittitur quæſtio de Conciliis in genere, tanquam præambula ad Concilia in particulari, de quibus plures quæſtiones breviter attinguntur, quod illæ viam ſternant ad meliùs & faciliùs percipienda ipſa Conciliorum dubia. Hoc totidem verbis Operis ſui ſpecimen dabat Auctor, quem excipit *Echardus* ad A. 1719.

(a) *Cavaillon* urbs Epiſcopalis in Comitatu Vindaſcino (*Venaiſſin*).

ANDREA (*F. Johannes* à S.) Hiſpanus, Ordinis Minorum Provinciæ S. Joſephi Reformatorum, Scripſit

Arbol eſpiritual de la vida y de la muerte, 1621. * Nic. Anton.

ANDREA (à S^to) Monachus Ordin. Minimorum S. Franciſci de Paula SCRIPSIT

Compendium hiſtoricum S. Scripturæ cum notis litteralibus &c. Rothom. apud J. B. Machuel & Pariſiis apud Chaubert 1726. 4. Vol. in 12.

Quantum iſtius operis ſit pretium, ex eâ patet methodo, quâ S. Scripturæ cognitio, & ejus facilior memoriæ commiſſio evadit; hanc aſſecutus autor noſter, quodlibet Caput ex Geneſi ad Apocalypſim incluſivè, in diſtichon unum ſummatim redegit, huic litterales notas, & proſaicas explicationes breviter adjecit.

Operi permiſſum R. P. *Monſinat* Minimorum Corrector Generalis appoſuit, quo teſtatur, eum librum verſibus modulatis, & peritis notis adornatum, fidelibus arriſurum atque profuturum. Varii præterea Ordinis Theologi eum pariter approbando, affirmarunt. Notas has litterales eruditionem & judicium redolere, explicationes brevitate & documento ſuſpectas eſſe, Capitumque Analyſim, quorum ſubſtantia uno diſticho conſtringitur, valde ſingularem, nullamque ab aliis hac ſpecie editam. * Vid. *Diar. Erudit. Pariſ.* Octobr. 1717.

ANDREA (*Joſephus* de) Siculus, Meſſanenſis, Soc. Jeſu, natus A. 1608. Societati nomen dedit 31 Mart. 1626, ac ſolemnia emiſit vota 1 Jun. 1648. Concionatoris munere ſuſcepto, eloquentiâ & omnimodâ eruditione refertiſſimus innotuit; & inter præſtantiores ævi ſui Concionatores adſcriptus eſt. In præcipuis Siciliæ ac Italiæ Civitatibus Conciones habuit magnâ auditorum frequentiâ, omneſque ad ipſum confluentes ad novam vitæ rationem, pœnitentiam ac ſanctimoniam excitabat. Ejus humilitatem inprimis laudat *Placid. Roma* (a) & ex eo *Ant. Mongitor*. Deceſſit Meſſanæ 11 Jun. 1689. Edidit Italicè

Oratione fatta in onore della Sacratiſſima Lettera della Vergine ſcritta à Meſſineſi, e recitata nel domo di Meſſina. Meſſanæ 1650. in 4.

(a) *Not. Hiſt. Meſana* par. 2. p. 521.

ANDREA (*Petrus* à S.) natione Gallus, Carmelita, Ordinis ſui Definitor Generalis,

Hiſtoria generalis Tomum I. à P. *Iſidoro à S. Joſeph* inchoatum perfecit, & ſecundum adjecit: uterque *Romæ* excuſus eſt, prior anno 1668. poſterior 1671. * *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1132.

ANDREÆ (*Abraham*) Angermannus in Sueciâ, Rector Scholæ Holmenſis, deinde Paſtor Oregrundenſis, mox à R. *Johanne* ejectus in exilium, tum Paſtor in *Salawit* Alandiæ, & privatus Lubecæ victitans, poſtremò Archiepiſcopus Upſalienſis, ex Cimbriâ in quâ per annos 13 ob Liturgiam improbatam, exulaverat, poſt *Johannis III* exceſſum, in Patriam, Anno 1593 ad Archiepiſcopatum Upſalienſem revocatus fuit, ab eodem autem, anno 1599. per *Carolum IX.* ob partium *Sigiſmundi* Fratris ſtudium, deturbatus, annoque tandem 1607. in vinculis defunctus eſt.

OPERA:

1. *Scriptum contra Liturgiam*, 1579. in 8.
2. *Apologia pro fugâ ſuâ ex Regno Sueciæ.* Hamburgi, 1588. in 8. Lat.
3. *Liber de Sacerdotio Chriſti.* Ibid. in 8. Lat.
4. *Forum Adiaphororum*, Wittebergæ 1587. in 8. Lat. In eo probavit, fieri etiam adiaphora tempore confeſſionis neceſſaria, ut ait de eo *Micralius* in Hiſt. Eccleſ. *P. III. p.* 347.
5. *De cæremonia ſeu ritibus Eccleſiaſticis præfatio am-* Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

plo, præfixa Dialogo *Laurentii Petri* Archiepiſcopi, ejuſdem argumenti, vernaculè edita Wittembergæ 1587. in 8.

6. *De Statu Eccleſiæ Suecanæ duplici, Evangelico & Liturgico*, ſeu *Hiſtoria Liturgica*, cum *Laurentii Petri* libro *de probatione veri & falſi Sacerdotii*, ſeu *refutatione* Herbeſti, *de Conſecratione Sacramentali Euchariſtiæ.* Hamburgi 1588. in 8. Lat.

7. *Exegeſis* ſeu *Explicatio Danielis*, ſcripta per *Johannem Draconitam*, Theologum Marpurgenſem, ejuſque copioſâ mercede, qui Deo rectè ſerviat, verſa in ſermonem popularem, cum dedicatione prolixâ ad Reginam *Gunilam*. Wittembergæ 1592. in 8.

8. *Relatio de confeſſione & morte Archiepiſcopi* Laurentii *Gothi*, qui obiit anno 1579. MS. reperitur in Bibliotheca Dn. *Heyſig* * Conſ. *Scheffer.* Suec. Litter. *p.* 32. & 326. ac *Molleri* Hypomnem. *p.* 371.

ANDREÆ, (*Erneſtus*) *Tobiæ* filius, Germanus, Braunsfelſio-Solmenſis, Calvin. Eccleſiæ Dantiſcanæ Paſtor &c. obiit A. 1652. Scripſit

1. *Bella Jehovæ*, ſeu *Meditationes ſacras contra vitia.* (a).
2. *Semitam Lucis*, ſeu *Meditationes in Pſalmum* 119.
3. *Fracturam Joſephi* ſeu *Suſpiria pro ſalute Eccleſiæ Catholicæ.* Marpurgi 1681. in 12. Librum hunc publicavit *Samuel* filius (b). Conſ. quæ de illo infra.

(a) Vid. *Placc. in Anon. n.* 643. *p.* 81.
(b) Ibid. *p.* 172. *num.* 878.

ANDREÆ (*Gabriel*) Suecus, Helſingus, ſub legione W-Bothnienſi V. D. M. cujus hæc opera:

1. *Cauſæ duodecim, ob quas Deus hominibus immittat pœnas atque cruciatus*, rhytmis Suecicis *Holmiæ* 1619.
2. *Pandecta miraculorum S. Scripturæ*, ſeu *commemoratio brevis rerum mirabiliter à Deo geſtarum, quæ occurrunt in S. literis*, rhytmis itidem Suecicis. Ibid. 1625. in 4. * *Scheff.* Suec. Liter. *p.* 112.

ANDREÆ (*Godofredus*) Superintendens Bornenſis, natus eſt Ileburgi 14 Oct. 1618. patre *Johanne Andrea* Conſule Ileburgenſi, avo ejuſdem nominis, Paſtore Stahrſicdelienſi prope Martisburgum (*Merſeburg*). Anno ætat. 16. ad Scholam Electoralem Grimmenſem ablegatus eſt, ubi abſoluto triennio, ad Academiam Lipſienſem dimiſſus eſt An. 1637. ut in ſtudiis Philoſophicis æquè ac Philologicis in dies perfectior fieret. Philoſophiæ Baccalaureatu Ann. 1640. die 11 Jul. Magiſterii verò titulo A. 1642. Jan. 27. condecoratus eſt, ac in ipſo promotionis actu pro conſuetâ gratiarum actione verſus 300 memoriter recitavit. Theologiæ poſtea totus incubuit, primò Lipſiæ, dein Wittebergæ, quâ relictâ A. 1645. Lipſiam repetiit, ibique denuò *Hulſemannum*, qui & ipſe Lipſiam migrarat, Præceptorem nactus, ſub ejuſdem præſidio Diſp. duodecimam in *Breviario Theol.* Reſpondens defendit: quo ſpecimine exantlato exteras quoque Academias, Lugdunum, Ultrajectum, Franekeram, Groningam, ſalutavit, ibique Profeſſorum amicitiam favoremque ſibi comparavit. Anno 1647 Lipſiam remigravit, ubi Cathedram deinceps Academicam æquè ac Eccleſiaſticam cum applauſu ſæpius conſcendit. Eod. anno die 5 Dec. eum ad Diaconatum vocavit Senatus Bornenſis, poſtea A. 1653 ad Archidiaconatum, denique A. 1663. die 16 Febr. ad Paſtoratum & Ephoriam. Viſitatoris munus, quod à Ser. Sax. Electore in Ephoria Coldizenſi Noſtro & Dn. *Melchiori Ehrenfried de Kreuz* in Schweickershayn, A. 1674 demandatum fuit, ita geſſit, ut omnes dignitatem muneris ipſum impleviſſe affirmarent. In publico officio conſtitutus uxorem ſibi junxit *Joh. Diezii*, Prætoris Bornenſis, filiam, ex quâ liberos novem procreavit, filios quinque & quatuor filias. Ex illis ſunt *Godofredus* Juris Practicus Ileburgenſis, *Joh. Chriſtophorus* Civitatis Marienwerder in Boruſſia Secretarius &c. Tandem obiit Noſter A. 1675. Nov. 18.

 ætat.

ætat. 57. cùm Eccleſiaſtæ munere per 6, Ephori per 12. annos functus eſſet.

Conciones funebres nonnullas edidit:

1. In exequiis M. *Jac. Loſſii* Superintend. Born. ad Pſalm. XLVI. 11. *Altenb.* 1663.

2. Dn. *Joh. Wilhelmi à Zehmen*, Hæreditarii in *Hänichen &c.* Halæ Magdeb. 1664.

3. *Hieron. Schrey* Conſulis Born. ex Pſalm. LXXVIII. 1 *ſeq.* Martinb. 1673.

4. Diſputationem XIIam Breviario *Joh. Hulſemanni* inſertam de Juſtificatorum renovatione & bonis operibus A. 1646. reſpondendo defendit.

Concio ſingularis Inveſtituræ hujus *Godofredi Andreæ* à D. *Marc. Gesero* dicta 4. Nov. 1663. in Concionibus ejus Miſcell. legitur Germ.

Concionem funebrem in ejus exequiis habuit ac typis dedit *Joh. Wincklerus* Archi-Diaconus Bornenſis, ex Jeſ. XL. 31. Orationem parentalem Germ. adjunxit M. *Chriſt. Schluterus* Paſtor Froburg. & Ephorus Bornenſis.

De eo plura *Lucius* in Biogr. Ephor. Born. *p.* 94. &c.

ANDREÆ (*Jacobus*) *Joannis* Pater, *Joannis Valentini* Avus, Waiblinga-Wurtembergicus, fabri ferrarii (undè ei nomen *Schmidlin* adhæſit) erat filius, & ipſe opificio mancipandus, niſi Conſul Urbis Patriæ reſtitiſſet, puerumque ſcholæ tradi ſuaſiſſet. Stutgardiam igitur A. 1534. ac poſtea Tubingam miſſus A. 1541. tantùm in literis profecit, ut Philoſophiæ Magiſter, & poſt Diaconatum Stutgardenſem & Tubingenſem Doctor Theologiæ, quam imprimis ſub *Erh. Snepfio* didicerat, porro Paſtor ac Superintendens Goppingenſis, tandemque Cancellarius & Præpoſitus Tubingenſis A. 1562 conſtitueretur. Tanta viri erat fama, ut cæteri Principes & Magnates, certatim eum peterent ad Eccleſias ſuas reformandas, vid. Comes *ab Oetinga*, Comes *ab Helffenſtein*, Marchio *Badenſis*, & *Julius*, Dux Brunſvicenſis ac Luneburgenſis. Variis interfuit colloquiis, & *Poſſiaceno* (de *Poiſſy*) Lutetiæ jam hærens, interfuiſſet A. 1561. niſi obruptum fuiſſet, ſed in Monſpelgardenſi cum *Beza* colloquium habuit A. 1586. Natus autem eſt in Ducatu Wirtembergenſi A. 1528. 25. Mart. Tubingæ gradu magiſterii ornatus eſt A. 1545. Diaconus Stutgardenſis A. 1546. & Tubingenſis A. 1539. cum A. 1548. *Interimiſtica* formulæ ſubſcribere recuſaverat, & ideo Stutgardo exire coactus fuerat; Doctor Theolog. A. 1553. April. 19. Superintendens Goppingenſis A. 1576. Adfuit Celebri Conventui Theol. Lutheran. qui in urbe *Torquau* habitus eſt. Collatio fuit inter eum & *Piſtorium* Badæ. Ubiquitatis dicitur eſſe Patronus, ſed *Joh. Fabricius* Vir Cl. dicit ubiquitatem corporis Chriſti, quam ille docuit, non eſſe corporalem, vel localem præſentiam quæ videri vel palpari poſſit, ut ſtramen in ſacco; ſed præſentiam totius Chriſti non tantùm divinitate, verùm etiam aſſumptâ humanitate, ita ut totus Deus & homo, indiviſus, ubique in Cœlo & terrâ omnibus creaturis viſibilibus & inviſibilibus, cœleſtibus & terreſtribus, cœleſti tamen & ſpirituali, ſupernaturali, nec humanâ ratione inveſtigabili modo adſit verè præſens, omniaque ſecundum humanam naturam videat, faciat, audiat, ſciat, & præſens, non abſens, ut Rex Hiſpaniarum Indiam, adminiſtret & regat. Ante obitum, coram Academiæ Tubingenſis Rectore, tribus Decanis & aliquot Paſtoribus ad ſe vocatis edidit confeſſionem doctrinæ ſuæ, teſtatus ſe in eâ quam 44. annos docuerat, permanere ac mori velle, mortuuſque eſt anno ætat. ferè 61. die 7. Jan. 1590. non 1579. ut perperam legitur in *Ephem. Erud.* Nov. 1711. *p.* 497. edit. *Amſtel.*

In docendo populo fuit popularis, in hortando vehemens, in refutando adverſarios potens & acer, in conſolando & perturbatos erigendo mitis, in ciendis & movendis affectibus naturâ & arte inſtructus, in

docendâ juventute Academicâ fidelis ac ſedulus, maximèque Theologiam Practicam, abjectis inutilibus, tradens, in omnibus officii partibus nullis parcens laboribus, nulliſque moleſtiis ſuccumbens, in Colloquiis jucundus & ſuavis, atque ideo Principibus viris gratus & carus. A *Florimundo Remondo* vocatur *homo rara doctrina & magni ingenii*, ab AUGUSTO Electore Saxoniæ *vir ſummus, pietate, doctrinâ & virtute ornatiſſimus*, atque à Sacratiſſimo Imper. MAXIMILIANO II. laudatus fuit *ob ſtudium pacis & concordiæ.* Vid. *Fabricium* in Hiſt. Bibl. ſuæ *P. II. p.* 151. &c. *Melch. Adam.* in Vitis Theol. Germ. *p. m.* 302. &c. *Serpilii* Epitaph. Theol. Suev. *p.* 5. *Lexic. Univ. hiſt.* P. I. ejuſque vita à *Joh. Val. Andrea* ipſius *Jacobi* nepote deſcripta: Vid. & *Konigium* 38. *Fechtium* Supplem. Hiſt. Eccleſ. 216. *Nov. Bibl.* T. I. 608. *Fiſchlinum* in Mem. Theol. Wirtemb. *P. I. p.* 95. &c. & in Supplem. *p.* 143. *ſeq.* ac *Joh. Val. Andreæ* Saleniana, in fine.

SCRIPTA ejus tam multa numerantur, ut quidam vir doctus Tubingam poſt obitum *Andreæ* ſcripſerit, *ſe de monumentis ejus habere in ſua libraria ultra* 150 *variorum argumentorum Opera:*

1. *Primum* opus, ait *Fabricius*, eſt libellus *de Cœnâ Domini* (A. 1547.) additâ præfatione, *Brentii* commendationem brevem continente. *In eo viam monſtrat ad concordiam in controverſiâ odioſâ & toti Eccleſiæ damnoſâ.*

2. *Ultimum* eſt diſputatio de Eccleſiâ contra *J. Piſtorium* Niddanum.

3. Creditur Autor, teſte *Placcio* de Pſeudon. 618. *Refutationis Conſenſûs Orthodoxi per Theolog. Wirtembergicos* Tubing. 1593.

In eâ, præfationi præfatio, & IX. Capitibus totidem capita opponuntur.

Conſenſus ille *Orthodoxus* cui reſpondit *Andreas*, Scripturæ & Veteris Eccleſiæ de ſententiâ & veritate verborum Cœnæ Dominicæ, Tiguri impreſſus fuerat A. 1585. & *Placcius* aliique plures, putà *Quenſtedius*, *Hottingerus* crediderunt Autorem hujus libri fuiſſe *Chriſtoph. Herdeſianum.*

In præfatione dicebat *Andreas*, Zwinglianos & Calvinianos, non ſolum ſchiſmaticos, ſed etiam hæreticos, nullamque concordiam eos inter & Lutheranos ſperandam, vel expectandam: (ſed quos vocabat Zwinglianos & Calvinianos, ſe nec ſchiſmaticos, nec hæreticos eſſe, ſatis ſuperque probarunt.)

Contra *Andream* ſcripſit *Mar. Beumlerus* de Sacramentali conjunctione & verâ communione corporis & ſanguinis Chriſti.

Plura ſcripta Germanica ſuppeditat laud. *Fabricius* Bibl. ſuæ *P. IV.*

1. *Clarum & perſpicuum Reſponſum* ad *Frid. Staphylum* Tubingæ 1561. In quo de vero ſenſu verbi Divini; de verſione Germanicâ SS. Bibliorum, de Concordiâ Paſtorum ſeu Prædicatorum Lutheranor. diſſerit.

2. *Relationem de Chriſtianâ concordiâ Theologorum & Paſtorum Saxoniæ ſuperioris & inferioris, nec non Suevicarum & aliarum Eccleſiarum Superioris Germaniæ.* Wolfenb. 1570. Concordia hæc mutuò declarata fuit Serveſtæ in Synodo per aliquot Electorum, Principum, Civitatum Legatos A. 1570. die 10. Maii.

3. Refutationem reſponſionis *Henrici Bullingeri* & *Paſtorum Tigurinorum* contra defenſionem Teſtamenti *Joh. Brentii* Tubingæ 1575. Quâ rudioribus, quos Laicos vocat, indicatur cum Zwinglianis non amplius eſſe diſputandum de S. Cœnâ, ſed eos judicio Dei relinquendos.

4. *Certitudinem Chriſtianæ doctrinæ & omnium ſinceriorum Theologorum atque Eccleſiaſtarum Auguſtanæ Confeſſionis de peccato originis* contra Flacianos. *Tubingæ* 1581.

5. Confutationem Anteambulonis *Jo. Sturmii.* Tubing 1581. Tractatur in eâ de ubiquitate corporis Chriſti, Chriſti præſentiâ eſſentiali in S. Cœnâ, *Phil. Melanchtonis*

variatione, & *Sturmius* vocatur Matæologus *&c.*

6. Ejuſdem reſponſum ad *Jo. Sturmii* Antipapam quartum. *Dreſdæ* 1581. *Breve* illud vocat, quia tantùm ea excutit, quæ ipſum tangunt, reliquis illius libri argumentis *D. Lucæ Oſiandro* & *D. Joh. Pappo* relictis. Sub finem Syllabum exhibet ingentium errorum (ut vocat) Calviniſtarum.

7. Ejuſdem *fundamentalem deductionem* contra *Jo. Sturmii* Brevem Apologiam. *Tubing.* 1581.

8. Ejuſdem *brevem admonitionem de aliquibus ſcriptis & libris*, qui partim *Ambroſii Wolfii* & *Chriſtoph. Haſſiandri*, partim ſine nomine in publicum emiſſi ſunt. *Tubing.* 1584. Multa hic in Reformatos dicteria.

9. *Brevem Epitomen Colloquii Montbelgardenſis* inter eum & *Theod. Bezam* Tubing. 1588. cum refutatione Reſponſionis *Bezæ* ad acta prædicti colloquii; in quo libro de 4 Capitibus tractatur. 1°. Quis anſam & cauſam ſuppeditaverit ad hoc Colloquium. 2°. De præfatione Comitis Wirtembergenſis *Friderici*. 3°. De Refutatione Annotationum marginalium *Bezianâ*. 4°. De caſtratis *Lutheri* teſtimoniis circa prædeſtinationem.

10. Ejuſdem *Chriſtianam & fidelem admonitionem, ac dehortationem à Lutheri* Bibliis, Neopoli Nemetum ſeu Neuſtadii ad Hartam editis, corruptis, & (ut dicit) Calviniſticâ Blaſphemâ doctrinâ contaminatis.

11. *Speculum manifeſtorum & impudentium mendaciorum Calviniſticorum contra Auguſtanæ Confeſſionis Orthodoxos Doctores, & execrandarum blaſphemiarum contra divinam Majeſtatem hominis J. Chriſti.* Tubingæ 1588. Illorum numerantur XXXIII. & p. 111. adduntur XIII ex Anhaltinis Scriptis convitioſis & injurioſis.

Scripſit & Latinè

12. *Uſûs Calicis in Synaxi defenſionem* contra *Bartol. Latomum* Tubingæ 1560. qui *Latomus* contra *Bucerum* ſcripſerat. Inter *Latomum* & *Jac. Andream* controvertebatur: An primitiva Eccleſia per Chriſtum & Apoſtolos inſtituta, rudis adhuc in eo fuerit, quod utrâque parte Sacramenti uſa eſt; an verò illa quæ longè poſt per Patres docta, quòd calix Sacerdotibus conveniat, Laicos autem ſolo pane poſſe eſſe contentos.

13. Scripſit Germanicè Epiſtolam ad *Matth. Flacium* de peccato originis. *Tubing.* 1574.

14. Idem doctiſſ. *Fabricius* P. V. ait eum *Jac. Andream* ſcripſiſſe Germanicè *Chriſtianam Relationem, quomodo Monachorum & Monialium cœnobia in Ducatu Brunsvicenſi ſint Reformata.* Magd. 1599.

15. *Aſſertionem pia & Orthodoxa Doctrina de perſonali unione* contra *Bezæ* reſponſum ad *Brentii* argum. *Tubing.* 1565. Lat.

In omnibus ſuis ſcriptis iſte Authoe ſuum odium Vaticanum, parùm Chriſtiano dignum, ac furorem in Reformatos prodit, & calumnias plures evomit. Librum *Concordiæ* de quo alibi, dicitur formaſſe, qui vocatur à quibuſdam *Novum Samariticum Interim* D. *Jac. Andreæ*, contra quem librum Judicia multorum Theol. prodierunt.

His autem ſcriptis multò plura addemus:

Latina *Contra Pontificios*:

16. *Τπεραςπισμὸς τῶν προλεγομένων* Joh. Brentii in *Apologia* &c. contra *Bredenbachium* 1558.

17. *Refutatio pia & perſpicua criminationum* &c. contra *Hoſium* 1560.

18. *Recenſatio Concilii Tridentini.*

19. Ad *Frid. Staphili* confictas Lutheranorum antilogias *Reſponſio* 1558.

20. *Apologia Capitum Diſputationis de Majeſtate hominis Chriſti, deque ſubſtantiali præſentiâ Chriſti in Cœnâ* contra Ingolſtadienſes. 1564.

21. *De majeſtate hominis Chriſti, & in Euchariſtia præſentiâ, & Concilii Tridentini decreto de ſide Juſtif.* Reſponſio contra Sperlingium 1565.

22. Confutatio diſputationis *Greg. de Valentia*, ſub tit. *de verâ præſentiâ Chriſti in Cœlo tantùm* &c. contra *Neſtorianos novos Jeſuitas*, 1583.

Contra Calvinianos:

23. *Simplex ac dilucida Expoſitio ſententiæ de Cœnâ*, Germanicè ſcripta, & in gratiam externarum Eccleſiarum Latinè reddita. Additæ ſunt ejuſd. argumenti *Homiliæ* Brentii 1561.

24. Concio *de Cœna Domini* in Comitiis Impar. Auguſtæ habita, & Latinè reddita.

25. *Admonitio* Schenckii *de Comment. in Topica, & Confeſſio de Cœnâ & Perſonâ Chriſti* 1585.

26. *Expoſitio Controverſiæ de duabus Naturis in Chriſto, præſentiâ ejus in Cœnâ*, contra *Bezam* & *Bulling.* 1565.

27. *Admonitio de crimine Stellionatus Calvinianorum, quo Jeſuitas in ſocietatem rapere conantur.* 1582.

28. *Refutatio Blaſph. Apologiæ* Lamb. Danæi *de Adoratione carnis Chriſti* 1583.

29. *Confut. Diſput.* Grynæi *de Cœnâ*, 1584.

30. *Admonitio de Synopſi Orationis* Grynæi 1584.

Orationes:

31. *De Principum officio in Collegiis Monaſticis tuendis, & ſtudiis fovendis*, habita in Collegii Gandersheimenſis inauguratione, 1571.

32. *De ſtudio ſacrarum litterarum* in Acad. Lipſ. recitata 1577.

33. *De inſtauratione ſtudii Theologici in Acad. Witteb. ad eam puritatem in quam vivente* Luthero *Doctores S. literarum piè conſenſerunt* 1577.

34. *De incarnatione Filii Dei*, contra Zwingl. & Calvinianos 1586.

35. *De diſciplinâ in Acad. Tubing. inſtaurandâ & conſervandâ* 1585.

36. *De nativitate Chriſti* 1562.

37. Oratio fun. *Matth. Aulberi* Abbatis Blabyrenſis.

38. *Oratio Inauguralis*, cùm officium Cancellariatûs & Præpoſituræ capeſſeret 1562.

39. Diſputationes *variæ Theologicæ*, numero LXVI. inter quas extant *de Normâ veritatis, Judice Controverſiarum* 1583. 4. Germ. Vid. *Zeltn.* in Vit. Theol. Altorf. *p.* 96. not. *c.*

40. *Reſcriptorum Principum Germaniæ diverſorum* tomus.

41. *Epiſtolarum* à celeberrimis paſſim Theologis acceptarum aliquot Centuriæ.

42. *Epiſtolarum* ſuarum faſciculus.

Colloquia publica & privata:

I. cum Anti-Trinitariis:

43. *Actio* cum *Matth. Gribaldo*, A. 1577. Junii 6 habita.

II. cum Anabaptiſtis:

44. *Colloquium Pfede ſheimenſe* 25. Aug. 1558.

III. cum Pontificiis:

45. *Colloquium Wormatienſe* 1558.

46. *Colloquium* cum Card. *Guiſio* Lotharingo Tabernis Alſaticis die 16 Febr. 1561 inſtitutum.

47. *Colloquium* cum *Andreâ Fabricio* Jeſuitâ 29 April. 1571 Stutgardiæ habitum.

48. *Colloquium Badenſe* cum *Joh. Piſtorio* 1589.

IV. cum Calvinianis:

49. *Maulbronnenſe.* Tubingæ 1564. in 4.

50. *Monſpelgartenſe* cum *Theod. Beza.* Tubingæ 1584. vel 1587. in 4. Vid. *Prezig.* Sueviam & Wirtenb. Sac. *p.* 567. Editionem teneo *Witteb.* 1613. in 4. ſub tit. *Acta Colloquii Montisbelligartenſis, quod habitum eſt A. C.* 1586...... *inter VV. CC.* D. Jac. Andreæ & Theod. Bezam. *Hæc Acta*, ſi titulo fides, *candidâ & bonâ fide conſignata, vaniſſimos de hoc Colloquio ſparſos rumores, imprimis verò Epiſtolam quandam, vanitatibus & calumniis refertam, & typis excuſam, abundè refutant.*

51. *Colloquium* cum Conſule Bremenſi *Danielo à Bym.*

52. Colloquium privatum cum Electore *Friderico* Palatino *de Cœna* 1569.

Oo 4

53. *Mem-*

53. *Memmingenſe* cum *Euſebio Clebero* habitum d. 11 Jul. 1573.

54. Colloquium cum M. *Barth. Hagenio* Stutgargiæ habitum 1559.

55. Cum *Zanchio* Argentinæ habitum 1563.

56. Cum *G. Wigelio* Stutgardiæ 1563. MS.

57. Cum *Gaſp. Peucero*, de Communicatione Idiomatum 16 Nov. 1576.

58. *Hertzbergenſe*, Halæ Saxonum edit. 1594. in 4.

59. Cum *Henr. Joan. à Mundelsheim* Prætorio Argentinenſi *de Cœna Domini & perſona Chriſti* Stutgargardiæ 1584.

V. cum Flacianis:

60. *Sangerhuſanum* cum *Cyriaco Spangenbergero.*

61. Cum *Matth. Flacio* Argent. 1571.

62. Lindavienſe *de Peccato Originis* cum *Tobia Rupio* 1575.

Germanica contra Pontificios:

63 *Nothwendige Erinnerung von der Teutſchen Bibel Dolmetſchung ſamt Widerlegung der Urſachen, warum die Papiſtiſchen den Layen die Bibel verbieten*, 1568.

64. *Theſes Germanica de norma veritatis, & Judice controverſiarum* Ratisbonæ ad diſp. propoſitæ 1588.

65. *Einfaltiger Bericht, wie ſich ein Chriſt auß ſeinem Catechiſmo verantworten ſoll, warum er nicht mehr zur Meße gehe?*

66. *Bericht von Catholiſcher Communion und rechter Nieſſung des Leibs und &c. wieder den Bericht auß Befehl etlicher Geiſtlichen und Weltlichen Furſten durch derſelben Theologen von einer Geſtalt zuſammengetragen.*

67. *Chriſtlicher Gegen-Bericht von der Meſſ, ob ſie ein Evangeliſcher Chriſt beſuchen oder fliehen ſoll?*

68. *Bericht von der Einigkeit und Uneinigkeit der Augſpurgiſ. Confeſſions-Verwandten Theologen wieder den Laſt-Zedel auff den Reichs-Tag*, 1559 *gehalten, außgebreitet.* 1560.

69. *Wiederlegung der vermeynten Urſachen, davon etliche von der Augſpurgiſ.* Confeſſion *zum Papſthum abfallen.*

70. Gratulation, *daß die Prediger Bayern Lutheriſch werden.*

71. *Wiederruff der* Gratulation *wieder die Mönchen und Pfaffen in Bayern.*

72. *Chriſtlicher Bericht, welcher geſtalten die Herren und Jungfrauen-Clöſter in Braunſchweig reformiret.*

73. *Antwort auf den läſterlichen Gegen-Bericht* Juda-Iſcariots, *ſo ſich* Frid. Staphylum *nent, vom rechten Verſtand Gottes Wortes Dolmetſchung der Bibel, und Einigkeit der Lutheriſchen Pradicanten.*

74. *Abfertigung des Vortrabs* Staphyli.

75. *Erklärung dreyer haupt-Artikel: 1. Ob ein Menſch feſtiglich glauben könne, daß er einen gnädigen Gott habe: 2. Diß auß der Heil. Schrifft lerne könne; 3. Wodurch der Menſch bey Gott zu gnaden komme* &c. *ſonſten Antwort auf den Nachdruck* Frid. Staphyli *genannt.*

76. *Ein Buch wieder Schürers Läſterung, und von dem Send-Brief der Patriarchen zu Conſtantinopel.*

77. *Send-Brief an Conrad Vettern Jeſuiten und Thum-Predigern zu Regenſpurg, von ſeinem Predigen und Läſterung wieder die Kirchen Augſpurgiſcher* Confeſſion *und derſelben*, &c.

78. *Wiederlegung der nichtigen Verzeichnuß* Gregorii de Valentia *wieder die Erinnerung vor der Calvinianer Betrug und Einigkeit mit den Jeſuiten* 1583.

79. *Troſt-Schrifft an die arme betrubte Chriſten, die hin-und wieder uber der Lehr des Evangelii verfolgt werden.*

80. *Geſpräch eines Praſidenten, Lutheriſchen Pradicanten, und Jeſuiters, von der Catholiſchen, Apoſtoliſchen, Chriſtlichen Kirchen* 1596.

81. *Ein* Tractat *von der Meſſ an Herzog Eberhardt von Wurtemberg ergangen.*

Contra Calvinianos.

82. *Bericht von des Herrn Abendmahl und wie ſich ein einfältiger Chriſt in die langwierige Zweyſpalt, ſo ſich druber erhaben, ſchicken ſoll.*

83. *CVII Schluß-Reden von der Majeſtät des Menſchen* Chriſti, *und Gegenwart im heil. Abendmahl, defendirt zu Tubingen*, per Joh. Jac. Gryn. 1564. *vertentſcht*, 1584 *wieder* Grynæi *Heydelbergiſche* Diſputation.

84. *Bericht von dem Colloquio zu Maulbrunn &c. Kurtzer Außzug deßelben.*

85. *Wiederlegung der Pradicanten Antwort zu Zürich auf* Joh. Brentzen *Teſtament, in welcher zur Erhaltung des einfältigen Verſtands der Worte* Chriſti, *der ſacramentirer Irrthum wiederlegt wird.*

86. *Kurtze Verantwortung uber* Bullingern 7. *Klag-Artickel.*

87. *Abfertigung der Antwort* Bullingers *und der Zürcher Pradicanten wieder die Rettung des Teſtaments* Joh. Brentii *außgangen, darinn &c.*

88. *Antwort auf* Joh. Sturmii *Buch*, Antipapus quartus, *genant, auß dem Latein vertentſchet.*

89. *Abfertigung des Vortrabs* Sturmii.

90. *Bericht auf* Joh. Sturmii *kurtze ſchrifftliche Verantwortung vom Buch der Concordien und derſelben anhangenden ſachen.*

91. *Warnung vor der Calvinianer Betrug* crimen falſi *genant, ihrer vermeynten Einigkeit und Geſellſchaft mit den Jeſuiten, auch von der Jeſuiter ſchrecklichen Ketzerey und Gottsläſterung, da ſie* Chriſto *nach ſeiner Menſchheit die allmächtige hand Gottes abſprechen.*

92. *Erinnerung von etlichen Schrifften und Buchern, ſo zum Theil unter* Ambroſii *und* Chriſtophori Heſſiandri, *zum theil ohne Nahmen außgangen.*

93. *Abfertigung der Gegen-Warnung der Heidelbergiſchen Pradicanten.*

94. *Kurtzer Begriff des Mompelgardiſchen* Colloquii, *ſamt Wiederlegung der Antwort* Bezæ *auf die* Acta *gedachten* Colloquii. 1586.

95. *Warnung vor der Calviniſchen neuen Erklärung des Catechiſmi, ſo in Zweybruck bey dem gemeinen Mann und der Jugend getrieben werden ſoll, zu Heidelberg*, 1588. *außgangen.*

96. *Warnung von der zu Neuſtatt an der Hartt nach-gedruckten verfälſchten und mit Calviniſcher Lehr beſchmeiſten Bibel D. Luthers.*

97. *Spiegel der offenbaren Calviniſchen Lügen wieder eine Lehrer Augſpurgiſcher* Confeſſion, *und Läſterung wieder göttliche Majeſtät der Menſchheit* Chriſti.

98. *Teutſche* Theſes *wieder der Calviniſten vielfältigen Irrthum von der H. Tauffe.*

99. *Antwort auf die krafftloſe* Proteſtation, *ſo ein leichtfertiger Calviniſt wieder* H. Andreæ *verfertiget.*

100. *Bericht von Chriſtlicher Einigkeit der* Theologen, *ſo ſich zu der Augſpurgiſchen* Confeſſion *in ober-und nieder Sachſen ſamt den Oberländiſchen und Schwäbiſchen Kirchen bekennen, durch etlicher Fürſten Geſandten* anno 1569. *und* 1570. *erkundiget, und zu Zerbſt auf dem* Synodo *gegen einander erklärt, gedruckt zu Wolfenbuttel.*

101. *Bericht von der Ubiquitat an eine hohe Furſtliche Perſon geſtellt.*

Contra Flacianos.

102. *Bericht von der Erb-Sund wieder* Flacium. A. 1575.

103. *Gewißheit der Chriſtlichen Lehr alter reinen* Theologen *Augſpurgiſchen* Confeſſion *von der Erb-Sund wieder die* Flacianer.

104. *Repetitio ſana doctrina D. M. Lutheri.*

105. *Abfertigung des ungegrundten Berichts deren zu Regenſpurg* 1587. *geurlaubter Prediger, betrifft die* Materie *vom Wucher.*

106. Ejus *Methodum concionandi* edidit *Polyc. Lyſerus* 1595.

107. *Conciones* item quamplurimæ extant Germanicæ.

Vid. præter cit. *Teiſſerii* Elogia Vir. Erud. *Tom. IV.* edit. 1715. *Lipen.* Bibl. *Beman.* Catal. Bibl. Francof. p. 18.

p. 18. *Placc.* in Pſeud. *Du Pin* in Bibl. Autor. Proteſt. *Tom. I. p.* 515. & Tab. Univ. *IV.* 347.

De ejus famâ non eadem eſt eruditorum ſententia; aliis etenim, ut ſupra vidimus, vir ſummæ doctrinæ habetur; aliis verò ſcientiâ vacuus, inſtabili animo, qui per Germaniam curſitabat, turbas inter Eccleſias facturus, quò magis utilitati ſuæ proſpiceret, cum ſuis adverſariis pugnare, conviniis ac mendaciis potius quam validis argumentis inſtructus; de ſe ipſo optime ſentire, alios verò ſui temporis eruditos flocci facere; plurimum, qui ſuas partes tenebant, odium in ſe concitaſſe, qui eum ſeurram & vagum hominum vocitabant, conſcientiâ ac Religione vacuum, cui non alius Deus erat quàm Mammon & Bacchus. Addunt fuiſſe ſummæ impudentiæ, ac ambitionis virum, Reformatorum non minus quam Pontificiorum infenſiſſimum hoſtem; cujus opera non multam eruditionem pandunt, præterquam quòd duriori ſtilo ſcripta ſunt &c.

ANDREÆ (*Johannes Erneſtus*) in Aula Regis Boruſſiæ Concionator Scripsit Sec. XVIII, librum hoc in.

Warnung für falſchen Propheten und falſchen Chriſten welche in einer Predig, uber das gewohnliche Evang. Matth. VII. 15. 23. &c. *Berol.* 1721. in 4. (*a*)

(*a*) vid. *Bibl. Brem* claſſ VI. p. 562.

ANDREÆ (*Johannes Valentinus*) *Jacobi* de quo ſupra nepos, *Joannis* filius, natus eſt Herrenbergæ, non Tubingæ, ut *Serpilius* habet, 17. Aug. 1586. Pater autem, ut de eo pauca dicam, fuit Ser. Ducis Wirtembergici Conſiliarius, & Regiofontanus Abbas, aliiſque dignitatibus & eruditione conſpicuus, qui Göppingæ natus die 2 vel 12 Mart. 1554. obiit 9 Aug. 1601. de quo vid. *Mem. Theol. Wirtemb.* Part. I. p. 305. Sed ad Noſtrum redeamus. Is rudimenta literarum poſuit Regiofonti, quò cum Patre A. 1591 traductus fuerat. Poſt ejus fata Tubingam cum matre concedens, Academiæ ſe applicuit, laureâ primâ ornatus 12 Sept. 1603, ſecundâ poſt biennium. Anno 1607 externas viſitavit Academias, Argentinenſem ſcilicet, Heidelbergenſem & Francofurtanam, factus duorum Baronum *Cozianorum*, cùm Lavingæ verſaretur, ut & *Henrici* & *Burckhardi Truchſeſſiorum* Informator, cum quibus in Alſatiam, Helvetiam & Gallias, in reditu verò Baſileam ſe contulit. Hinc portò cum *Philippo à Gemmingen*, cujus informationem & curam A. 1611 ſuſceperat, in Auſtriam, Carniolam Italiamque iter fecit, ex quo redux hoſpitio ſtipendii Tubingenſis Ducali Gratiâ exceptus, Collegium Mathematicum A. 1613 aperuit, quod ſtudium juxta Theologiam & lectionem Patrum impensè excoluerat, ac deinceps excoluit. Miniſterio initiatus 24 Feb. 1614. ætat. 28. Diaconiam Vaihingenſem (de *Vaihing* in Ducatu Wurtembergico) ſex annos adminiſtravit. Inde A. 1620. Febr. 25. Superintendens Calvenſis factus, decem annos muneri præfuit, donec reſtituto Principe *Eberhardo* 14 Jan. 1639 in Concionatorem Aulicum, & Conſiſtorii Aſſeſſorem, tamerſi diu reluctatus, adſciſceretur, in quo officio A. 1641. Sept. 27. ſpontaneâ Univerſitatis Tubingenſis oblatione Doctor Theologiæ renunciatus fuit. A. 1650 ad Abbatiam Bebenhuſanam a Pontificiis redditam, (cui A. 1651. Tetrarchia acceſſit,) denique 1654 ad Adelbergenſe Cœnobium iiſdem dignitatibus tranſlatus fuit. Uxorem duxerat A. 1614. *Joſua Grüningeri*, Paſtoris Boppenwilenſis, filiam, ex qua novem liberos ſuſcepit, relictia filio unico, M. *Gottlieb Gottofredo*, Paſtore Waugheimenſi, & geminis filiabus. Durante Miniſterio varias Noſter in graviſſimis negotiis peregrinationes publicâ autoritate ſuſcepit, in Auſtriam ſcil. A. 1619, Nordlingam 1610, Auguſtam Vindel. 1632, Argentoratum tertiâ vice, imprimis A. 1637. quâ occaſione viris celeberrimis paſſim innotuit, ab omnibus humaniter exceptus, & magni æſtimatus. Erat enim, teſte *Andrea Carolo*, vir acutiſſimi ingenii, ſubacti que judicii, vir defæcatæ mentis & fervidi ſpiritus, teſte *Art. Reifero*, acer & flammeus, judice D. *Majero*. Cæterum Reformationis Eccleſiæ Lutheranæ, quantum ad mores, ſumme cupidus. Unde præ aliis omnibus à D. *Spenero*, tanto operi judicatus idoneus, quem etiam à mortuis revocare voluiſſet. A. 1646. Nov. die 6 ſatagente Augusto Principe Brunſvicenſi, in ordinem frucuferæ ſocietatis adlectus, nomen accepit Placidi, *deſ Mirbeu*. Ab eodem Ser. Principe A. 1642 in Conſiliarium Eccleſiaſticum electus, ultra 900 Epiſtolas propriâ illius manu exaratas, 12 annorum ſpatio accepit, ne quid de ingentibus hujus Ducis bene factis commemoremus. Neque minus ab aliis viris tum eruditionis famâ, tum generis nobilitate inclytis magno in pretio habitus eſt. Quòd verò Fraternitatis *Roſea Crucis* autor fuerit, uti *Godofredus Arnoldus*, qui eum quidem præ omnibus aliis Wirtembergicis Theologis paſſim collaudat, affirmavit, id meritò negare videntur inter alios *Salomon Cyprian*, *Andreas Carolus* junior, & eos ſequutus *Fiſchbacius* V. D. M. Stutgardianus, ex eo potiſſimum quod Vir Cl. *Dan. Morhofius*, qui Sec XVII ſcribebat, de illo Collegio *ſuperiori Seculo* (XVI) famam percrebuiſſe teſtatur *Polyhiſt. Liter.* lib. 1. c. 13. §. 34. Verum *Andreæ* noſter anno tantum 1586 natus eſt. Liber itaque qui *Fama Fraternitatis* inſcribitur, non potuit ab eo concinnari, nedum Societas ipſa erigi. (Vid. *Mem. Theol. Wirtemb.* Supplem. *p.* 198. &c & *P. II. p.* 129-137.) Cæterum & invidiam & obtrectationes multorum libero ſcribendi genere incurrit, quos inter *Georg. Bacherum*, Profeſſor Academicus, *Anti-Menippum* edere non dubitavit. Sunt tamen, qui Miniſtros Eccleſiæ nimium traduxiſſe, deque Satyris ſuis juvenilibus in ſenio eum pœnituiſſe affirmant. Tandem obiit Stutgardiæ, (quo Principis iuſſu familiam traduxerat,) 27 Jun. 1654. ætat. 68. Miniſterii 41.

Vitam propriâ manu deſcriptam reliquit, typis non indignam.

Scripta Latina.

1. *Summa doctrinæ Chriſtianæ*, ex *Matth. Haffenrefferi* locis communibus contracta. Tub. 1614. in 12. Luneb. 1644.

2. *Flos virtutum*. Argent. 1613. in 12.

3. *Hercules Chriſtianus*. Argent. 1615. in 12.

4. *Chriſtianiſmus genuinus ex Scripturâ, Chriſti vitâ, interno conſcientiæ, externoque naturæ teſtimonio repræſentatus*, libellorum *Joh. Arndi* de eadem materiâ ſummariam exhibens recenſionem. *Argent.* 1615. Francof. 1658 & 1669. in 12. Vid. *Placc.* in Anon. *n.*673 *ß* & *n.* 888 *a* de ſequenti.

5. *Theca gladii ſpiritûs* (opus *Tobiæ Heſſi*) Tub. vel Argent. 1616 in 12.

6. *Menippus prior & poſterior*. Argent. 1617. in 18. Berol. 1673. vid. *Placc.* n. 1523. *a*.

7. *Invitatio ad fraternitatem Chriſti*. Argent. 1617.

8. *Peregrini in patriâ errores*. Argent. 1618. in 12.

9. *Mythologia Chriſtiana, ſive virtutum & vitiorum vitæ humanæ imaginum Libri III.* Argent. 1619. in 12.

10. *Turris Babel, ſive Judiciorum de fraternitate Roſacea Crucis Chaos.* Argent. 1619. in 12.

11. *Reipublicæ Chriſtiano-Politanæ deſcriptio*. Argent. 1619. in 12.

12. *Curioſitatis pernicies*. Stuttg. 1619. Argent. 1621. & 1670. in 12.

13 *Chriſtianæ ſocietatis* vel *Diſciplinæ Idea*. Tub. 1620 in 12. *Eberhardus III.* Dux Wurtembergicus *Andreæ* tanti faciebat, ut ſingulas ſuæ ditionis Eccleſias

cietas formam in hoc libro præſcriptam obſervare judenti.

14. *Chriſtiani amoris dextera porrecta.* Tub. 1610.

15. *Veri Chriſtiani libertas. Bona cauſa fiducia. Theologia encomium.* Argent. 1619. 1648. in 12. Vid. *Placc.* in Anon. *n.*785.

16. *Fama Andreana reflorescens,* quæ & *Levino Sutori* tribuitur. Argent. 1630. in 12.

17. *In bene meritos Gratitudo.* Argent. 1633.8.

18. *Actus Doctorum Theologicus.* Tub. 1642.

19. *Subſidia ſacra & literaria eorum regimine Eccleſia.* Tub. 1641. in 12.

20. *Similia & typi ex Joh Arndio.* Lunæb. 1643.

21. *Vita* Joh. Conr. Gœbelii *Paſtoris ad S. Annam & Senioris Miniſterii Auguſtani.* Stuttgardiæ & Norimb. 1644. in 12.

22. *Umbra* Sauberti *delineata,* Stuttg. 1647. 4. Lunæb. 1647. in 12.

23. *Theophilus* ſeu de Chriſtianâ religione ſanctiùs colendâ, vitâ temperantius inſtituendâ, & literatura rationabilius docendâ *Conſilia* ſive *Dialogi III* &c. Stuttg. 1649. 8. & Lipſiæ 1706.

24. *Seleniana Auguſtalia* &c. Ulmæ 1649. & 1654. in 12. Eſt Collectio Epiſtolarum pluſquam CCCC.

25. *Deſcriptio Civis vere Chriſtiani, & de Chriſtiani Coſmoxeni genitura judicium* Amſtelod. 1660. in 12.

Germanica:

26. *Peregrinatio Eccleſia* &c. Opus *Matth. Vogelii* Argent. 1628. in 12. edidit *Val. Andrea.*

17. *Frone Fador, von Ubelstand der Kirchen Gottes.* Francof. 1672 vel 1678. in 12. Opus poſthumum.

28. *Geiſtliche Gemählde,* Tub. 1612.

29. *Geiſtliche Kurtzweil.*

30. *Chriſt. Kinderzucht.*

31. *Chriſten Bürger Schlacht.*

32. *Triumph des Glaubens.*

33. *Evangeliſche Kinder-Lehr.*

34. *Geiſſlung Chriſti.*

35. *Cynoſura Eccleſiaſtica.*

36. *Wurtemberg. Kirchen Ordnung.* Stuttg. 1639, 49, 58, 87.

37. *Kurtze Kirchen-Hiſtorie auſſ* L. Oſiandri *Centurien gezogen und fortgeſetzet, biß auf* 1618. Straſb. 1630. in 12.

38. *Augſpurgiſ. Confeſſion.*

39. *Andreiſch-und Grüninngeriſch Geſchlecht Buch.* Stuttg. 1644. in 32.

40. *Leich Predigt uber Paulum Ruchler, Abbten zu Hirſau, auſſ* 1 Sam XXIV. I. Tub. 1617. 4. * Conſ. præter cit. *Lipen.* Bibl. *Pregiz.* Suev. & Wirtemb. Sac.

DEPERDITA:

1. *Theodoſius* ſive *de celſiore juventutis educatione ſub fictâ hiſtoriâ* Libb. III.

2. *Carcer animæ Chriſtianæ in corpore* Libb. IV.

3. *Deteſtatio Veneris contra ſeculi laſciviam.*

4. Fabula de Chriſto, ſeu Pſeudo Chriſtianorum & cæco-politicorum abuſu nominis, & beneficiorum Chriſti.

5. *Mythologia Chriſtiana* Lib. IV. V. & VI.

Et alia quædam. Vid. *Acta erudit. Liter.* Tom. III. p. 281. Ibid. *p.* 275. exſtat Epiſtola Germ. *Val. Andrea* data d. 10. April. 1648. ubi varia de *Joanne Keilio* Geerlingenſi ex agro Wirtemb. qui eo tempore viſiones quaſdam jactavit, tandem verò fraudibus detectis, impoſtor convictus eſt. Ibid. *p.* 279 legimus, permultas *Andrea* noſtri Epiſtolas, maximam partem Germanicas, in theſauro *Kraffiano* adſervari.

ANDREÆ (*Laurentius*) Suecus, Preſbyter Stregnenſis primùm, poſt Archidiaconus Upſalienſis, tum Cancellarius Regni Sueciæ, ut vult *Meſſenius* in Chron. Epiſc. *p.* 45. poſtremo Nunrius Regius & Præſes Sedis Archiepiſcopalis, ut ſeipſum nominat in Decreto Concilii Orebrogenſis (*a*), Reformationis Eccleſiæ Sueciæ Ergodioctes præcipuus, primus Lutheraniſmi in Aulâ Regiâ Patronus & Inſulæ Upſalienſis Candidatus (*b*) SCRIPSIT

1. *Verſionem Suecicam N. T.* ad exemplum & imitationem verſionis à B. *Luthero* confectæ, ad mandatum Regis *Guſtavi* circa An. 1523. (*c*) Vide *Baazii* Hiſt. Eccleſ. *Lib. II. p.* 163. Eadem eſſe creditur quæ excuſa *Holmiæ* 1526. fol. reperitur in Bibliotheca Dn. D. *Martini Brunneri.*

2. *De fide & bonis operibus,* Holmiæ 1528. in 8.

(a) *Schef.* p. 19. (b) *Moller.* in Hypomn. *p.*361. (c) Vid. *Le Long* p. 419. col. 2.

ANDREÆ (*Laurentius*) alius, Merſoborgenſis Superintendens, clarus ante medium Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Probatio Romanam Eccleſiam nunquam veram fuiſſe.* Lipſiæ 1630. in 4. Germ.

2. *Anatomia Oculorum Salomonica,* Zwickaw. 1631. in 4.

3. *Gratiarum actio Merſoburgenſium pro victoriâ prope Lipſiam reportatâ.* Lipſiæ 1633. in 4. Germ. * Vid. *Lipen.* Bibl.

ANDREÆ (*Nicolaus*) Suecus, Paſtor in *Pitha* edidit

1. *Libellum ABCdarium cum precibus vulgò ſolitis adjungi,* ſermone Lapponico. An. 1618.

2. *Rituale,* ut appellant, *Eccleſiæ,* eâd. linguâ, Holmiæ 1619. in 4. * *Scheff.* p. 110.

ANDREÆ (*M. Olaus*) Suecus, Helſingus, Paſtor in *Bildnas,* cujus extat

Explicatio in Apocalypſin Johannis, Suecicè. Upſaliæ 1621. in 4. * *Scheff.* p. 115.

ANDREÆ (*Paulus*) Danus, Paſtor Orthonienſis, Medelbya Cimber, ex Aulæ Regiæ Hafnienſis Eccleſiaſte, Inſulæ Gorlandicæ Epiſcopus, & Paſtor tandem in Fioniâ Marianus Ottonienſis, die 9. Maii 1631. æt. 76. defunctus, teſte *Wittenio* apud *Mollerum* (*a*) ſcripſit Danicè

1. *Conciones de Paſſione Chriſti* Hafn. 1597 in 8.

2. *Explicationem Periocharum totius anni Evangelicarum,* Ib. 1616. in 4.

3. *Explicationem Periocharum totius anni Epiſtolicarum.* Ib. 1611 in 4.

4. *Explicationem Catechiſmi.* Ib. 1623. in 4.

5. *Hiſtoriam de Chriſti Reſurrectione.* Ibid. 1616. in 8.

6. *Explicationem 64. Textuum, in funeribus habitorum,* in unum faſciculum redact. Ib. 1631. in 4.

7. *Poſtillam Juventutis.* Ib. 1614 in 8. (*b*)

(*a*) Hypomn. ad *Barthol.* de Script. Dan. *p.* 370. (*b*) *Barthol. p.* 215.

ANDREÆ (*Paulus*) A. C. alius, ni fallor, cujus extat

Exilium, Viduitas, & ſolitudo Triumphans; i. e. *Deſcriptio Reformationis Auguſtanæ* A. 1610 juſſu *Ferdinandi II* inchoatæ, acriter A. 1630 & 1632. continuatæ, A. 1632 menſe Aprili finitæ *&c.* Darmſt. 1633. * *Lipen.* I. 108.

ANDREÆ (*Samuel*) Theol. Doctor & Prof. Primarius Marpurgenſis, nec non Eccleſiæ Reformatæ Paſtor, claruit Sec. XVII. Patrem habuit *Erneſtum* ANDREÆ, *Tubæ* blium. Natus eſt Dantiſci ſeu Gedani 19 April. 1640. In ſcholâ patriâ ab *Arn. Tippio* & *Georgio Moreſio* inſtitutus eſt: cùm verò Pater ad Inſpectionem Eccleſiæ Winheimenſis & vicinarum à Senatu Eccleſiaſtico Palatino evocaretur, curæ *Jacobi Kaeſelii* Gedanenſis, quem pater ſecum Groninga adduxerat, traditus fuit.

Poſt mortem patris, quæ anno 1652 contigit, Patruorum ſub directione *Kaeſelius* informandi operam ita continuavit, ut noſter editis ſpeciminibus dignus fuerit judicatus qui Academica intrarer ſpatia, atque A. 1656 à Celeb. *Hottingero* Academiæ Heidelb. tum Rectore Civibus fuit adſcriptus. Ab eo tempore Publicos Doctores ſtrenuè & conſtanter coluit.

Maturus

Maturus cùm eſſet alias inviſendi Academias, Groningam A. 1645 ad Patruum *Tob. m Andr.* a Hiſt. & Ling. Græcæ Profeſſorem profectus, *Alstingium*, *Maresium*, *Altinium* diligentiſſime audivit.

Exacto ibidem apud Patruum triennio Bremam concessit ubi per integrum annum Homileticis ſtudiis operam dedit. Hinc vero diſcedens Nerinas Th. ſ. pias repetit, & biennium diligentiâ apud eas continuatâ A. 1666 in Angliam abiit, ut cum amiciſſimo ſibi a teneris *Altingio* Oxonii agente communia proſequeretur ſtudia, quod tam felici fecit ſucceſſu ut *Beveregio*, *Boulero* & *Antonio Horneck* imprimis carus exiſteret. Ex Anglia Heidelbergam redux A. 1664. literas accepit Dn. *Fabritius*, quibus Herbornenſes petunt, ut Scholæ ſuæ de Profeſſore Hiſt. & Ling. Græcæ, nec non Pædagogiarchâ vellet proſpicere: Utramque ergo ſpartam *Fabritius* noſtro offert, ſuum commendandi ſtudium pollicitus: hac vocatione impetratâ, Herbornam accedit *Samuel*, ſuumque munus auſpicatur, habitâ prius Oratione inaugurali. Biennio ibidem impleto, Baſileæ unâ cum D. *Altingio* Prof. Heidelb. Doctoris Theologiæ titulo condecoratus eſt. Inde Herbornam rediit, annisque 1671 & 1672 Magiſtratum Academicum ſuſtinuit. Poſtquam verò fama variam ejus eruditionem latius circumtulit, Haſſia ſuum eſſe voluit, oblatâ ei A. 1673 à Ser. Regente HEDWIGE SOPHIA Hiſt. & Eloquentiæ, cum cura Bibloth. Academicæ, Profeſſione, quam *Abrah. Boots* vacuam reliquerat. Hanc impetratâ prius à Ser. Naſſoviæ Principibus dimiſſione, ſuſcepit, & ſub initium A. 1674 adiit. Anno 1676 à Ser. Electore Brandenburgico in locum Cel. *Momma* ad munus Theologiæ Profeſſoris & Paſtoria apud Hammonenſes obeundum evocatus, gratiâ tamen Principiſſæ ſuæ retentus, novis honoribus ac ampliori ſalario auctus fuit, addendo prioribus, Theol. Prof. Extraordinariam cum Paſtoratu in Eccleſia.

In Acad. Marpurgenſi Magiſtratum Academ. geſſit A. 1678. & faſces deponens, locum inter Profeſſores Theologiæ accepit ordinarium. Ad Profeſſionem Theol. primariam & munus Rectoris perpetui, ab Illuſtri Bremenſium Senatu anno 1694 deſiderabatur; cùm verò poſt obitum Clar. *Duyſingii* primarius inter Theologos Marpurgenſes locus ei offerretur, manere maluit. Rectoratum ſecundâ vice A. 1695 adminiſtravit, Decanatum in Theol. Facultate ſæpius, laboribuſque publicis & privatis ſingularem nominis ſui gloriam adeptus eſt. Obiit A. 1699 die 6 Jan. ætat. nondum 59 expleto.

SCRIPTA:

1. *Examen Cabbala Phil.* Henr. Mori, *quâ Hiſtoriam Creationis novo modo fruſtrà illuſtrare conatus eſt*. Herb. 1670. in 4. unà cum ſequenti
2. *De Alphabeti verè naturalis Hebraici nuperà delineatione Helmontianâ.*
3. *Disquiſitio Politica diſcutiens fundamenta Politica Hobbeſiana*. Herb. 1672. 4.
4. *De veſtigiis pedum J. C. in monte Thabor poſt ejus aſcenſionem* Marp. 1676. 4.
5. *De ſalute Adami*. 1675 vel 1678. in 4.
6. *De Sepulchro Adami*, 1679. 4.
7. *Diſſertatio de ſucceſſionibus Pontificum Romanorum ſecundum prænotationem Malachia Hibernio adſcriptam*, oppoſita *Franciſco Carriere* 1677. 4.
8. Diſp. II *De Emmanuelis nativitate ex virgine* ſecundum Jeſ. VII. 14. 1679.
9. Disquiſitio Theologica *de Decreto Dei abſoluto*, *cum Vindiciis ejusdem oppoſitis cuidam Diſputationi Jenenſi* &c. 1681. & 1689. 4.
10. *De Simone Mago* ex Act. VIII. 9. 1680.
11. *De Sepulchro Muhammedis* 1680. 4.
12. *De limitibus obſequii humani* ad loc. Act. V. 29. 1682.
13. *De corde condemnante* ad I. Joh. III 19. 20. 1684.
14. *Epiſtola Apologetica* 1684. in 4.
15. *De Nova Eccleſia* Pars I & II 1685.
16. *De adultero lege divinâ impunito* ad Levit XIX. 20. 1685.
17. Περγυρισμα *Manna Catholici*, *quod* R. P. *Robertus* Abbas Augsburgenſis *Reformatis opponit* 1686. 4.
18. *De præſidio Eccleſiæ militantis, ubi præſertim de Jehovah Zebaoth*. 1687.
19. *Disquiſitio Theol.* quâ probatur *Reformatorum ſententiam de Præſentiâ ſpirituali Sacramentali Corporis & Sanguinis Chriſti in S. Cœnâ, nullam involvere contradictionem*. 1687. in 4.
20. *De paſſionibus Meſſiæ, earumque exitu & ſuccedente gloriâ*, ex Jeſ. LII ad finem cap. LIII quâ imprimis *Abrabanelis* Commentum refellitur 1688.
21. *Vindiciæ juris utr. moralis ſcripti, quatenus à jure naturæ diſtinguuntur*, 1688.
22 *Lave Gemeinde zu Laodicea in ſechs Buß und Betags-Predigten vorgeſtellt* 1688 4.
23. Disquiſit. Hiſt. Theol. *de Bogomilis* 1688. 4.
24. *Epiſtola Apologetica* contra *Alſtenium* 1689 4.
25. *Epiſtola gratulatoria & Apologetica* ad Virum Cl. *Anton. Horneck* S. Theol. Doctor. & S. R. M. Magnæ Brit. utrique à Sacris Ordinariis, qua ſimul Danæ Orthodoxæ fidelis & practicæ Autori Theol. Hafnienſ. reſpondetur 1690. 4.
26. *Ejusd. Epiſtola Defenſio* quâ reſpondetur Epiſtolæ Theol. Dani, ad Vir. Exc. D. *Ant. Horn.* Superintendentem Brunſvicenſem; & inſerta eſt diſſertatio quâ Disquiſitio Theol. de Decreto abſoluto ab inſtantiis cujuſdam juvenis Dani vindicatur. 1692. in 4.
27. *De clamore eorum qui foris & fletu nunciorum pacis*, ex Iſ. XXXIII. 7. 8. 9. 1692.
28 *De lege Tionis erga ... ſ paccatis vaſtatoribus perſolvenda* ex Jeſ. XXXIII. 1. 1693.
29. *Prob d s Catholiſchen Manna, entgegen geſetzt Herrn* P. R. Rob. Kulb von Maynz 1697. 4.
30. *De jubilatione impiorum & gaudio hypocritarum* ex Job. XX. 4. 5. 1697
31. *De perſuaſione amicitiæ per externa ſe exercentis*, ex Prov. XVI. 8. 1698.
32. *De remedio adverſus panicum terrorem* ex Jeſ. LI. 12. 13.
33. *Diſputationes Collegii privato ſub ... in Compendium Controverſiarum particularium* Fratrum de Walemburch.
34. *Examen & Specimen* dicti *Compendii*, ſeu *Disquiſit. Theol.* de ſeptem admirandis.
35. *Oratio funebris* in obitum *Reinholdi Pauli*.
36 *Kurtze Erklärung einiger Sprüche auß dem A. und N. T. zum Wachsthum in der Erkäntnüß der Wahrheit die nach der Gottſeeligkeit iſt.*
37. Edidit *Bella Jehovæ* ab *Ernesto* Patre conſcripta (vid. ſup.) 1690. in 16. * Conf. *Tilem.* Vit. Prof. Marp. *Stur.* Propyl. Hiſt. Eccl. *Lipen.* Bibl. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III, p.* 196. *Imhof.* Bibl. Lat. Hebr. *p.* 233.

ANDREÆ (*Tobias*) *Samuelis*, de quo ſupra, Avus, *Erneſti* Parens, Hiſtoriæ & Linguæ Græcæ Profeſſor Groningenſis, natus eſt Braunsfeldiæ 9 Aug. 1604. patre Comitis Solmenſis Adminiſtro, Eccleſiarumque ab eo Comitatu dependentium Inſpectore. Herbornæ humaniores litteras didicit, ibidemque Philoſophiam, ſub auſpiciis *Alſted.* avunculique ſui materni *Piſcatoris*, poſteaque Bremam diſceſſit, ubi per ſeptennium commoratus eſt. *Gerardum de Neufville* Medicum ac Philoſophum maximâ cum aſſiduitate audivit, & cùm palam docendi munus ambiret, privatis Philoſophiæ prælectionibus ad illud obeundum ſe accinxit. Anno 1628 in patriam reverſus eſt, ac non multò poſt Groningam contendit, Patrono ſuo *Henrico Altingio* allectus. Privatas ibi in ſingulas Philoſophiæ partes habuit prælectiones,

prælectiones, ac poſtea liberos ſuos erudiendos ei tradidit *Altingio*; cùm autem ipſis Præceptore non amplius opus eſſet, tale munus ei apud Principem Palatinum obtinuit, quo per triennium potitus eſt, partim Leidæ, partim Hagæ-Comitum, in Aulâ Principis Arauſionenſis tranſactum. Groningam evocatus fuit A. 1634. qui *Jano Gebhardo* in Profeſſione Hiſtoriæ ac Linguæ Græcæ ſuccederet. Hoc munere maximâ cum diligentiâ ad mortem uſque functus eſt, quæ accidit 17. Oct. 1676. Academiæ Bibliothecarius fuerat, & *Carteſio* addictiſſimus, quod & dum viveret magnus ille Philoſophus, & poſt ejus mortem publice teſtatus eſt. Uxorem duxerat *Lud. de Geer* filiam, viri inter Suecos illuſtris, ſuâ præſertim in eos beneficentiâ, qui pro cauſâ Evangelii vexabantur.

SCRIPTA:

1. *Methodi Carteſianæ Aſſertio*, *oppoſita* Jac. Revii &c. *Praf. Methodi Carteſianæ conſiderationi Theologicæ.* Groning. 1653. 8. Pars II. 1654.

2. *Brevis Replicatio* brevi Explicationi mentis humanæ *Henr. Regii* repoſita. 1653. Vid. *Balii* Diction. *Lipen.* Bibl.

Ejuſdem nominis Autori tribuit *Lipenius* & ex eo *Elias Du Pin*,

1. *Explicationem cap. IX Epiſt. ad Rom. de Prædeſtinatione* in ſenſu Calviniano. *Herb.* 1603. in 8. Germ. (a)

2. *Officia pietatis methodo comprehenſa.* Ibid. 1608. in 12. (b)

3. *Grundliche Betrachtung der Worte der Einſetzung Chriſti.* Ibid. 1614. 4. (c)

At certè ad priorem non ſpectant, qui natus eſt A. 1604.

(a) *Lipen.* I. 158. & II. 519. (b) Id. *Tom. I. p.* 275. Du Pin *Tab. Univ.* III. 196. (c) *Berman.* Catal. Bibl. Francof. *p.* 19.

ANDREANUS (*Joannes Baptiſta*) Soc. Jeſu, natione Italus, patria Urbeveranus, natus anno 1604. Deo ſe in Societate dicavit 1623. & ſolemne 4 votorum Sacramentum dixit. Rhetoricam Romæ profeſſus eſt annis octo, Philoſophiam explicavit Vilnæ in Lithuania; ubi etiam Domum Profeſſam Varſavienſem Præpoſitus gubernavit, & duorum Regum Poloniæ *Uladiſlai IV.* & *Joannis Caſimiri* Concionator linguâ Italicâ fuit. Redux in Italiam, rexit Collegia Spoletinum, & Firmanum, & in hoc etiam Theologiam Moralem docuit. Poſtea in Domo Profeſſâ Romanâ operarii ſeduli partes egit, & à ſacris confeſſionibus nonnullis Principibus fuit. Demum ſeptuagenario major, obiit anno 1675. Menſe Auguſto, dum ad aram ſacrum faceret, Apoplexia percuſſus. Vir fuit ſingularis modeſtiæ, eximiæ manſuetudinis, probatiſſimæ patientiæ in diuturnis, quos ſubſtinuerat, morborum moleſtiis, humilitatis apprimè amans, Religioſæ diſciplinæ perquam obſervans, & ad omnia quæ Moderatores ei injungebant, ſine excuſatione aut morâ promptus. * *Sotuel* Bibl. S. J.

SCRIPTA:

1. *Oratio de Laudibus S. Joannis Baptiſtæ*, Italicè ſcripta Senis, & habita ab Illuſtriſſimo Comite Celani D. *Carolo Piccolomineo* 1638. in 4.

2. *Orationes quaternæ de S. Ivone pauperum Advocato* habitæ à variis, Romæ variis annis, typis Corbelletti, & Cameræ Apoſtolicæ in 4.

3. *Orationes binæ de Spiritus S. adventu* habitæ ad *Urbanum VIII.* à Seminarii Romani Convictoribus. Ibid. 1641. & 1645. in 4.

4. *Oratio de Chriſti Domini Cruciatibus*, inſcripta *Paradiſus voluptatis everſus*, habita in Sacello Pontificum Vaticano ad *Urbanum VIII.* 1643. in 4. & Vilnæ 1647.

5. *Diſcurſus Academicus de Odio & Amore*, *Utrum illud ingenioſius ſit ad tollendam vitam alienam, quàm amor ad conſervandam.* Lucæ 1645. Ital.

6. *Diſcurſus de Paſſione Domini* habitus in Academiâ *Joſephi Carpani* & editus inter alios *Romæ* 1673. in 4.

ANDREAS Abbas S. Michaelis prope Bambergam, Congreg. Brunsfeldenſis, natione Germanus, Ord. D. Bened. dignitatem adeptus A. 1483. qui præter Librum

1. *De conceptione Virginis Deiparæ*, ſcripſiſſe falsò dicitur opus ingens

2. *De geſtis Pontificum*, *Archiepiſcoporum*, *Antiſtitum*, *Abbatum & Abbatiſſarum*, *qui ex Ordine D. Benedicti in Sanctorum numerum relati fuerunt*, in dictâ Abbatiâ MS. aſſervatum. Deſcripſit autem

3. *Vitam S. Othonis* ſeu *Ottonis*, Bambergenſis Epiſc. qui primus Pomeranis Evangelium prædicavit, *Libris IV* comprehenſam, quibus anno 1499 finem impoſuit, ut ad calcem MS. Codicis additum erat: eoſque primus publici juris fecit *Jac. Greiſerus* in *Divis Bambergenſibus*; ac poſtea ex membranis *Benedicto* Camminenſis Eccleſiæ Pontifici inſcriptis, curâ *Valerii Jaſchii* Pomerani, SS. Theol. Licent. *Colbergæ* 1681. in 4. Doctus ille Editor, Conſiſt. Elect. in Pomeraniâ Aſſeſſor, Eccleſiaſtes Marianus & Colleg. Schol. Colb. Rector, quantum partim cum Anonymo Autore *de Vita S. Ottonis*, qui apud *Caniſium* legitur, partim cum *Andreâ* Gretſeri conveniret, aut quantum ab iiſdem diſcreparet, diligenter annotavit, & appendice trium Diplomatum, nec non obſervationibus quibuſdam &c. illuſtravit: quibus ſubjecta eſt digreſſio ad digreſſionis Gretſerianæ caput præcipuum de fide ac doctrina *S. Ottonis*, quam Autor Apoſtolicam, ſed nævis illorum temporum aſperſam fuiſſe breviter monet. Vid. *Acta Erud.* 1682. pag. 279.

Ex uno eodemque Scriptore duos conflevit *Voſſius* (a), errorem hunc ex *Trithemio* (b) mutuatus, ut monet *Oudinus* ad A. 1460. Legitur in Diction. *Moreri*, obiiſſe *Andream* A. 1519. ſi verum eſt Abbatiam tenuiſſe per 36 annos, teſteſque adducuntur *Voſſius* & *Aliam* (c) qui hac de re nihil proferunt.

(a) *Lib.* 3 de Hiſt. Lat. *c.* 6. *p.* 569. & *c.* 10. p. 643.
(b) voc. *Andreas* Germanus &c. p. 71. & *Andreas* S. Michaelis Bamb. *p.* 76.
(c) *Auctar.* cap. 517.

ANDREAS Abbas Schonaugiæ Ord. Ciſt. in Diœceſi Wormatienſi, juxta Heidelbergam, ſcriptis ſuis per Germaniam celeberrimos, floruit circa A. 1512. Quorum tamen ſcriptorum pleraque perierunt, dum per hæreticos, inquit *Viſchius* p. 21. Monaſterium vaſtatum fuit. *Aſcetica* ſolùm quædam adhuc in nonnullis Germaniæ Bibliothecis reperiri ait, & ad *Caſp. Jongelini* Notitiam Abbatiarum Lectorem dimittit.

ANDREAS de Albalate. *Vid.* ALBALATE.

B. ANDREAS *Anagninus* S. R. E. Cardinalis ex illuſtri Signiæ Comitum proſapiâ oriundus, *Alexandri IV* pronepos & *Bonifacii VIII* patruus, vir multis virtutibus & ſcientiis celebris, à *Bonifacio VIII* anno 1296 Presbyter Cardinalis deſignatus, oblatam dignitatē conſtanter rejecit. Inter plurima quæ ab eo patrata leguntur miracula, illud cumprimis jucundum auditu & ſingulare: quod dum acri detentus infirmitate, faſtidiente ſtomacho, præter aviculas, ciborum nihil appeteret, appoſitas & bene præparatas noluerit comedere; ſed compatiens occiſis, ut animum frangeret ſuum, facto ſuper eas crucis ſigno, juſſit abire & è diſco avolare; illæ licèt deplumes & aſſatæ eſſent, dicto audientes, vivæ mox & hilariter garrientes, è diſco protinus, ſtupentibus cunctis, evolarunt. Eidem apparuiſſe memoratur CAROLUS *Andegavenſis* Siciliæ Rex lamentabili ejulatu rogans, ut pro ſe Deo preces fundere ne gravaretur, ad mitigandos quos in purgatorio patiebatur graviſſimos cruciatus. Obiit Pilei in conventu Provinciæ Romanæ, non ſine opinione ſanctitatis, ſedente *Bonifacio* Kal. Febr. 1302. alii tamen tempus mortis incertum habent. EDIDIT autem *de partu Virginis Deiparæ* inſigne volumen, nonnulloſque *Sermones Sacros*, ad populum, provehendi Deiparæ honoris

honoris cauſâ declamatos. Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. II. p.* 556.

ANDREAS (*Antonius*) Franciſcanus Provinciæ Aragoniæ, Philoſophus & Theologus inſignis, *Doctor dulcifluus* appellatus, qui inter *Scoti* auditores vulgò enumeratus, floruit vel obiit circa annum 1320. Scripſit *Comment. in IV. Lib. Sententiarum.* Opus quidem valdè doctum (ait *Wadingus*), quod cùm diu latuiſſet, Fr. *Conſtantius* Card. *Sarnanus* Minorita è tenebris erutum atque expolitum, ac locupletibus indicibus, & ad marginem annotationibus illuſtratum, edidit Venetiis 1575. quod iterum prodiit 1578. & 1584.

Dictus Cardinalis de horum Commentariorum doctrinâ ita cenſet. » Denique ut hujus libri commoda » uno verbo, *inquit*, abſolvam tantâ claritatis & facili» tatis laude (quod præcipuè mireris in ſubtili doctri» nâ) omnia pertractavit, ut dubio procul clariſſimam » facem *Scoti* præ ſubtilitate obſcuriſſimis ſcriptis ad» hibuerit, ut horum librorum adminiculo nemo jam » poſſit dubitare quin nullo negotio difficillimum Doc» torem facillimum haber.

Plura item habentur hujus *Andreæ* in Philoſophiam Peripateticam Scripta. Vid. *Nic. Anton.* Bibl. vet. *Tom. II. p.* 97. Wharton *ad A.* 1308. Du Pin *Sec. XIV. p.* 62. in 4. Lipen. *Bibl. Phil.*

ANDREAS Apoſtolus oriundus Bethſaidæ, & Frater *S. Petri*. Primò S. *Joanni Baptiſta*, deindè audito de J. C. teſtimonio, quod *Joannes* tulerat: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: eidem Jeſu adhæſit A. C. 33. Ær. 30. Quare Jeſum in domum ſuæ habitationis reducem, una cum alio ex Diſcipulis S. *Joannis* ponè ſequutus, oſque ad noctem quatuor ſolidis horis ejus conſuetudine uſus eſt. Primus fuit omnium Diſcipulorum, qui Chriſtum ſequerentur; deindè *Simon*, ſivè *Petrus* ab eodem *Andrea* fratre adductus, ambo fratres integrâ die cum Chriſto colloquuti ſunt, eumque ad nuptias Canæ Galilææ comitati, poſtea ad propria diverterunt. Aliquibus elapſis menſibus cùm Jeſus utroſque piſcantes oſtendiſſet, acceſſivit, ſe effecturum pollicitus, ut hominum piſcatores eſſent impoſterum; quare illi continuo relictis retibus eidem ſe perpetuos comites addiderunt A. C. 34.

Is ſequenti anno Chriſtus in deſerto ultrà Mare Galilææ verſans, quæſivit à Diſcipulis, quâ ratione quinque hominum millia, qui ad illum convenerant, alerentur. Reſpondit *Andreas* ſe duos piſces ac quinque panes hordeaceos in promptu habere. Paulò ante Paſſionem, duo Gentiles Jeſum videre optantes, de eâ re *S. Philippum* requiſierunt, qui adjuncto ſibi *Andreâ*, illorum vota Domino expoſuit, An. C. 3 . Poſt duos, vel tres dies *Andreas*, aliique ex Apoſtolis de tempore quo templum everteretur, Dominum ſciſcitati ſunt. De hoc ſanctiſſimo Apoſtolo nihil ultrà ex Evangelio novimus.

Illum Veteres aliqui Scythiam prædicationibus excoluiſſe perhibent (*a*), alii (*b*) Græciam, ſive Epiros inſtituiſſe, ut ex illis aliqui tradunt; ſive Incolas Achaiæ, & Argos, ut alii. Eccleſiam Byzantinam ſive CPolitanam fundaſſe Græci recentiores affirmant; altum tamen de eâ re ſilentium eſt apud Veteres. *Acta Martyrii* hujus Apoſtoli, quæ licèt vetuſtiſſima ſint, originalia tamen à Criticis non creduntur: ejus martyrium Patris in Achaiâ conſignant, quod in Cruce conſummaſſe ſub *Egea* Provinciæ Proconſule tradunt. Tempus mortis ignoratur: Martyrologia tamen omnis ævi, tàm Græcorum quàm Latinorum ejus memoriam die 30. Novembris recolunt. Corpus Patris tamdiò quievit, donec CPolim transferretur, ubi pluribus miraculis coruſcavit (*c*). In Templo S. Victoris Maſſiliæ Crux aſſervatur, in qua S. *Andreas* Martyrium conſummaſſe fertur. Hæc in thecâ argenteâ incluſa formam exhibet Crucis nihilò à reliquis diverſæ; ex quo igitur Pictores morem deſumpſerint pingendæ Crucis S. Andreæ ad formam X. ignoratur: Non cruci, ſed arbori affixum tradit *S. Petrus* Chryſologus *Serm.* 133. arboremque olivæ huic uſui deſerviiſſe *Pſeudo-Hippolytus* (*d*) teſtatur. Verùm traditio, quæ martyrio hujus Apoſtoli Crucem deputat, vetuſtiſſima eſt. Hæc Aug. *Calmet* in Diction. S. Script. *Nat. Alexander* Sec. I. cap. 8. refert *Andream* Scythis, Sogdianis, & Sacis, & in Auguſtæ civitate, quæ cognominatur *Magna*, ſive *Sebaſtopolis*, ubi eſt irruptio Apſari, & Phaſis fluvius, prædicaſſe. Vid. plura apud eundem. Vid. & *Du Pin* Tom. I. *Du Sauſſay* in lib. de gloriâ S. Andreæ, *Fabric.* Codex Apocryph. N. T. Conf. quæ ſup. ubi de Achaiæ Presbb. & ſub tit. Acta S. Andreæ *p.* 72. b.

(*a*) Euſeb. *l.* 3. *c.* 1. ex *Origene.* Eucher. *q. in Act. Oecumen. Tom. I. Prolog. p.* 13. Sophron. *de Vir. Illuſtr.* (*b*) Theod. *in Pſalm.* 116. Greg. Nazia. 2. *Orat.* 25. Hieron. *Ep.* 148. (*c*) Combefis *Auct. Bibl. PP. p.* 835. *Flor. p.* 116. (*d*) *Combef.* ibid. p. 832.

ANDREAS *Auſtriacus* S. R. E. Cardinalis, Ferdinandi Archiducis Auſtriæ, & *Philippina Velſera* Auguſtanæ filius, Caroli V & Ferdinandi I nepos, natus eſt Pragæ in Bohemiâ, menſe Jun. 1558. Anno ætat. 17. à Gregorio XIII Vaticano Senatui adſcriptus, Romam adiit, ubi magno apparatu exceptus eſt. Biennio in urbe exacto, ſacris numeribus à Pontifice donatus, ad ſuos rediit, & Comitatum Tyrolenſem ſibi concreditum prudenter juſtèque rexit. In Urbe, Diaconali titulo S. Mariæ Novæ condecoratus, S. R. I. patrocinium geſſit. Cùm autem ſub annum 1582 *Gebhardus Truchſeſius* Colonienſis Archiepiſcopus, Pontificiorum caſtra deſeruiſſet, *Andreas* Legatus Apoſtolicus, ut Colonienſi Eccleſiæ conſuleret, decretus eſt.

Defuncto Gregorio XIII. A. 1585 *Andreas* Romam ad Comitia profectus eſt. Interfuit electionibus *Sixti V*, *Gregorii XIV*, *Innocentii IX* & *Clementis VIII*. Gregorium & Innocentium thiarâ Pontificiâ propriis manibus exornavit. A *Sixto V* Conſtantienſem, à *Gregorio XIV* Brixinenſem (*de Brixen* ſub Metropoli Salisburgenſi) Eccleſiam regendam accepit. Multa præclarè geſſit. Alberto Auſtriæ Archiduce, Belgii Gubernatore in Hiſpaniam profecto, *Andreas* à Catholico Rege Philippo II ad Provincias illas regendas delectus eſt. Luſtrali *Clementis VIII* anno Romam conceſſit, ubi à Pontifice humaniſſimè exceptus eſt. Inde Neapolim D. *Januarii* reliquias veneraturus, perrexit. Romam reverſus, morbo ex itineris moleſtiâ correptus, è vivis deceſſit A. 1600. Nov. 15. Sepelitur in Eccleſiâ Germanorum *de Animâ* dicta, cum honorifico Epitaphio. Edidit autem nonnulla egregia *Opuſcula polemica*, quibus facilè methodo heterodoxi convinci, & ad ſanam mentem reduci poſſunt. *Statuta* item ſaluberrima pro Diœceſibus Conſtantienſi & Brixinenſi *Nova Breviaria* & *Miſſalia* juxta præſcriptum Concilii Tridentini, cum admonitionibus ad Clericos, & alia quædam maximam pietatem redolentia. (*a*)

(*a*) Eggs *Purp. docta* Lib. V. p. 76. *Du Sauſſay* Contin. Bellarm. *p.* 171.

ANDREAS (*Balthaſar*) Aragonus, Juriſconſultus, Canonicique in Cæſarauguſtano Gymnaſio Profeſſor, obiit A. 1635. Edidit

Ad Decretum Concilii Tridentini de Immaculatâ Virginis Conceptione additionem latam & eruditam, ut refert *Petrus Alva* in *Militiâ Conceptionis*, teſte *Nic. Anton.* qui addit *Genealogiam Regum Aragonia.*

ANDREAS *Barbatius* vel *Barbatia* dictus ex prolixæ barbæ cultu. Gente quidem Siculus, at patriâ incertus, nam alii Meſſanenſem, alii ex oppido Cataracti prope Meſſanam, alii Netinum, alii Panormitanum vel Catanenſem faciunt, ita ut *Mongitor* pluribus citatis Autoribus, his verbis concludat: *Quò te vertas, Lector, neſcio; ego Siculum fuiſſe tantummodo affirmo.* Eum autem ex familia *de Bartholomæo* exortum fuiſſe pluribus probat, unde quibuſdam *Andreas de Bartholomæo* vocatur. Is literarum ſtudiis addictus,

A. 1448 Bononiam profectus eſt, ibique ſub *Joanna* Imolenſis, & *Joannu Anania* diſciplinâ Juriſprudentiæ operam dedit. Acutiſſima ipſi fuit ingenii acies, adeo ut vix peracto anni ſecundi curriculo, publicè, non ſine omnium admiratione, de utroque Jure doctiſſimè diſſeruerit. Juris utriuſque laureâ donatus, Ferrariæ primùm, inde Bononiæ Pontificia Jura interpretatus eſt. Bononiæ ſui æmulum habuit *Alexandrum Tartagnam*, cui memoriæ felicitate anteivit, quam ſingularem accepit: adeo ut omnia quæ oculis luſtrabat, memoriâ tenaciter complecteretur, hinc centum & ducenta argumenta ipſi objecta fideliter repetebat, ac reſponſa celeriter ad omnia reddebat. Brevi horarum intercapedine cauſas plures inter ſe diſſidentes propugnabat, & ingenii acutiſſimi ope, de re quâcumque etiam inopinate diſceptabat: ideoque in arte ſua celeberrimus, paſſim *Legum Monarcha* vocabatur. Interfuit Concilio Baſileenſi, & in eo pro immaculatâ Conceptione doctiſſimè diſputavit; eoque inſtante, *Mariæ* immunitas ab originali labe fuit conclamata. Studiorum autem ſolertia relaxatâ, cum morum gravitatem neglexiſſet, multùm apud doctos ejus doctrinæ opinio diminuta eſt. Hinc *Franc. Aretinus* aſſerere non dubitavit, *Barbatiæ* famam velut palearum ignem futuram. Nonnulli ut inanis gloriæ cupidum, & jactantiæ reum criminati ſunt. Pluries minus prudens inventus, adeo ut ad riſum & irriſionem diſcipulos excitaverit. Ab aliquibus quorumdam criminum inſimulatur: præcipuè rerum ſuarum ſtudioſiſſimum ac venalem prædicant. Nonnulli etſi doctrinæ ſuæ præſtantiam, ingeniique fœcunditatem fateantur, attamen ipſi loquacitatem objiciunt, ac diſputationibus nimis addictum, & mendacem renuntiant alii. Furti reum incuſat *Felinus*; æternam ejus ſalutem in dubio verſari ait *Suarez*. Ab aliis verò ſummoperè extollitur: ab *Ant. Corſetto* Lucerna Juris, paſſim in operibus ſuis *Eques Apoſtolicus* appellatur, Regis Aragonum & Siciliæ Conſiliarius, Canonum Pater famigeratiſſimus, utriuſque Juris Illuminator, JCtus eminentiſſimus ac facondiſſimus. Tandem cum aſtrorum periti imminentem primarii Juriſconſulti mortem prædixiſſent, prognoſticum ſibi adſcribens (etenim putabat ſe inter omnes primum) extimeſcere cœpit ſupremum diem. Sed eum è vivis exceſſiſſet *Alexander Tartagnus*, majori exiſtimatione *Alexandrum* teneri perpendens, moleſtè hoc pertulit, ac nimio dolore animum dilaniavit. Exactis verò quatuor prope annis poſt *Alexandri* mortem, obiit Bononiæ circa annum 1476. licèt alii ad 1477, 1483 & 1494, vel paulò ante rejiciant. Decrepita ætate, inquit Cl. *Wharton* ad A. 1460. Jus Bononiæ edocere cœpit, ubi cùm procaci receptas opiniones convellendi ſtudio abriperetur, *deliri ſenis* nomen meruit. Ex ejus Schola nonnulli eximii Juriſprudentiæ Doctores prodiêre, inter quos *Hippolytus Marſilius*. Ex eo autem *Andrea* genus deducit nobiliſſima *Barbatiarum* familia quæ adhuc Bononiæ floret.

Scripta ejus quamplurima extant Juris Civilis: ſequuntur quæ ad Jus Canonicum pertinent:

1. *Comment.* in *III priores libros Decret.* Venet. 1508 & 1511. fol.

2. *Lectura in Clementinas.* Venetiis 1516. Pariſ. 1517. fol.

3. *De præſtantia Cardinalium* Tractatus ad Card. *Beſſarionem* A. 1454 nuncupatus. Extat in *Tractatu Tractatuum* Venet. 1584. *Tom. XIII. Part. II.*

4. Tract. *de Cardinalibus & Legatis à Latere.* Extat ibid. ac priùs excuſus eſt *Lugd.* 1518. fol. cum additionibus *Joannis de Gradibus.*

De cæteris vid. *Bibl. Sicul.* Tom. I.

ANDREAS (*Baſil.*) Scripſit Germanicè ex *Lipen.* I. 370. ſub tit. Conciones Feſtivales, *Weihnacht-Predigten.*

ANDREAS (*Bernardus*) Ord. Eremit. S. Auguſtini, natione Gallus, patriâ Toloſanus, vir eruditus, & Poeta ſui temporis eximius, liberales artes ferè omnes avidè didicit. In arte Oratoria ac Poëtica inprimis excelluit. Circa A. C. 1517 Toloſâ diſcedens, Londinum in Anglia pervenit, & à Rege Henrico VIII in Aulam adſcitus, Regius Orator ac Poëta ſtatim declaratus, ac Regiæ Bibliothecæ, necnon Typographiæ Præfectus, hinc Regi Author, ut defenſorium contra Lutheranos ſcriberet. Anno 1519 factus eſt Poëta laureatus, qui ut plenioti obſequio Regis animum demereretur, diverſi generis carmina edidit, eique dedicavit *Hymnos Sacros per totum annum*, & *Vitam D. Andreæ Apoſtoli.* Ejus *Sermo* habitus in feſtivitate B. Dominici ſervatur Romæ MS. in Bibl. Angel. Anno 1514 erat utriuſque Juris Doctor. Anno ætat. 60 obiit Londini, apud ſuos ſepultus. Hæc *Fiſſus* p. 124. at juxta *Baleum* Cent. XIII. n. 43. claruit ferè ſexagenarius *Andreas* A. C. 1510. & Londini tandem poſt aliquot annos obiiſſe fertur.

ANDREAS Bituricenſis (de *Bourges*) natione Gallus, Capucinus, Turonenſis Provinciæ Concionator eximius, & multoties Guardianus, vir variarum ſcientiarum copiâ exornatus, Edidit Gallicè

Orationem funebrem Dnæ *de Caſtillon* Abbatiſſæ S. Joannis Toarcii (S. *Jean les Thouars*) Pictavii 1676. * *Bibl. Capuc.* Append.

ANDREAS, Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus, vixiſſe videtur circa exitum Sæculi V. ac claruiſſe anno 500. Incerta enim prorſus illius ætas, nec ulla ejus apud Veteres mentio. Id tantum certum, eum poſt *Baſilium* ad *Cyrillum* Alexandrinum, & ante *Aretham* Cæſarienſem ſcripſiſſe. Scripſit *ad Macariam* quendam *Commentarios in Apocalypſin*, quos Latinè vertit *Theod. Peltanus.* Extant Gr. Lat. ad finem Commentariorum *Chryſoſtomi* in S. Joannem in editione Morelliana *Tom. VIII.* Præterea *Therapeuticam ſpiritualem* ſcripſit; ex cujus libro ſecundo Fragmenta quædam habentur in *Ecloga aſcetica* Joannis *Patriarchæ Antiocheni*, fol 38. pag 2. ab his verbis, Πῶς αἱ ψυχαὶ μετὰ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος ἀπέρχονται, &c. Vide *Neſſel.* Catal. Vindob. *Part. I. Cod.* 276. *num.* 1. *p.* 381.

De variis locis, ubi extat MS. Comment. *Andreæ* Cæſar. in Apocalypſim, vide *Oudinum* ad A. 840. *Tom. II. p.* 93. &c. Obſervat ille, unum eſſe codicem qui tribuit hunc Comment. *Origeni*, duos *Methodio* Monachos, unum *Andreæ* Cretenſi; quinque *Andreæ* Cæſarienſis Archiepiſcopi nomen præ ſe ferre. Argumentum rurſus ad commentationem huic *Andreæ* attribuendam deſumit ex Commentario *Arethæ* Cæſareæ Cappadocum Archiepiſc. in Apocalypſim, *Pariſ.* A. 1631. ad calcem Operum *Oecumenii* impreſſo *p.* 640. ſub hoc lemmate Græco ἐξ τῶν Ἀνδρέα &c. Brevis quædam explicatio ex Commentatus beatiſſimi *Andreæ* Cæſareæ *&c.* expoſita ab *Aretha* indigno Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo.

Editiones poſtea recenſet illius Commentarii:

1am *Theod. Peltani* Jeſuitæ A. 1584. Ingolſtadii in 4. quæ tranſiit in Bibl. Vet. Patrum tum A. 1589. Pariſ. *Tom. I. col.* 1262. tum 1609. *Tom. I. col.* 10.9. tum 1624. & 1654. *Tom. I col.* 1529.

2am *Fred. Sylburgii* Heidelberg. 1596. *fol.* Græc. Lat. quæ cum Operibus Græco Latinis edit. Commelinianæ adjungi ſolet. & habetur *Tom. VIII.* edit. Morell. Græco-Lat. *Pariſ.* in fol. *Oudinus* carpit *Peltanum* quòd dixerit in hoc Commentario mentionem fieri *Baſilii* Cæſarienſis Archiepiſcopi; & affirmat ſe nihil tale obſervaſſe.

De ætate quâ vixit iſte *Andreas* diſceptatur.

Joh. Jac. Friſius in Bibl. univerſali *Andream* A. 579. & *Aretham* A. 587. aſſignat, ut & *Chriſtoph. Helvicus* in Theat. Hiſt. p. 106. *Gulielm. Cave* Andream A. 500. *Aretham* A. 540. *Jacob. Perizonius* in Diſſertatione de morte Judæ *c.* 4. *p.* 40. Sec. IV. *Andream* vixiſſe, & *Baſilio Magno* ſucceſſiſſe, & *Aretham*

tham Sec. VI. claruiſſe affirmat. *Oudinus* credit vixiſſe *Andream* ſub Sec. IX. medium, quod probat 1ò ex eo quòd Author illius Commentarii ex aliis tranſcripſit; at hoc, *inquit*, inauditum fuit ſex primis Seculis, & proprium fuit noni. Perpetuus eſt in citatione Vet. Patrum, atque ita, ſe multis annorum centuriis ab iis fuiſſe remotum. 2ò Quod hic Author attribuit Commentarium in Apocalypſ. *S. Gregorio* Nazianzeno, cujus non meminerunt *Hieronymus*, *Suidas*, *Photius*. 3ò Quòd allegat *c.* 44. *Pſeudo-Dionyſium* Areopagitam, at nihil unquam auditum de operibus Pſeudo-Dionyſii ante A. 533. 4º. Quòd hæc ſcribendi ratio ex laciniis Vet. Patrum ſimul junctis Seculo IX. primùm incepit.

Simonio Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 32. *p.* 466. non tam antiquus videtur, ut eum facit *Bellarminus*, collocans ad initium Sec. VI. quem ſecutus eſt *Caveus* in Hiſt. Liter. *Sixtus* Senenſis *lib.* 4. *p.* 201 *Andreæ* Commentarium vocat opus inſigne; eumque claruiſſe putat *ante annos mille* i. e. circa A. C. 566. nam ſcribebat circa A. 1566. *Pearſonus* in Vind. Epp. Ignatii *c.* 10. *pag.* 323. ipſum *Andream* vocat virum gravem & Catholicum; & quamvis etiam *Juſtinus* M. atque *Irenæus* in Apocalypſ. ſcripſerint, nullus tamen, ut *Peltanus* in Epiſt. dedicatoriâ profitetur, uno hoc Patre, aut copioſius aut eruditius aut lucu-lentius hoc præſtitit. Hunc *Andream* excripſiſſe dicitur *Aretas* in Catenâ ſuper Apocalypſim Johannis. Vid. *Simon.* l. c.

Hanc autem *Aretha* Compendiariam explanationem *Verona* Græcè editam, ac poſtea *Maximo* Florentino Monacho interprete *Baſilea* 1553. in 8. Latinè excuſam tradit *Ciaconius* p. 146. qui *Andrea* explicationem in Viſiones *Danielis* Prophetæ Gr. MS. extare ait apud Patriarcham CPol.

ANDREAS (*Carolus*) Germanus, cujus extat ex *Lipen.* I. 53. *Curator animarum.* Badæ 1675 in 4.

Alius *Andreas* cognomina CAROLUS quem vide.

ANDREAS *de Caſſia*, natione Italus, Ord. Eremit. D. Auguſt. ex provinciâ Vallis Spoleti, floruit circa annum 1420 & ultra, conſcripſitque Tractatum *Contra imaginem nomine* Tabulellæ, *qua eſt imago & ſignum Antichriſti*, P. M. MARTINO V. dedicatam. Habetur MS. in Regia Galliarum Bibl. Cod. 5700. Nullus, quod ſciam, hujus ſcriptoris meminit præter *Oudinum* in Comment. (*Tom. III. pag.* 2321.) alius enim eſt qui apud *Elſſium* laudatur *p.* 51. S. T. Lector, cujus ſtudio ac diligentiâ A. 1308 Monaſterium Vallis-Nucis S. Crucis acquiſitum eſt.

ANDREAS Caſtroregalenſis, natione Siculus, Carmelitanus, Provinciæ Reformatæ, ut vocant, Primi Inſtituti Montis Sancti, in Civitate Caſtri regalis Diœceſis Meſſanenſis ortus ex honeſtâ familiâ *Ferraria*, regularem diſciplinam amplexus, Seculo XVII claruit. Exacto ſtudiorum curriculo, clariſſimam nominis famam ſibi comparavit, ſiva è ſuggeſtu declamando, ſive è Cathedrâ docendo. Concionatoris munera, pluries in cinerali jejunio eruditionis, ac eloquentiæ ubertatem perfecit in præcipuis Siciliæ, & Italiæ Urbibus: dicendi copiæ pondus non leve addidit fervidus animarum zelus. Philoſophiam & Scholaſticam Theologiam ſodales ſuos docuit cum doctrinæ laude. Promeritis exigentibus, ad nonnullos Ordinis honores evectus eſt; fuitque in Cœnobio Neapolitano ſtudiorum Præfectus. Conventûs Montis Sancti bis, ut vocant, Prior; Provinciæ Montis Sancti Definitor, Vicarius Provincialis: ipſamque Provinciam ſemel & iterùm rexit. Doctrinam morum integritate, ac virtutum ſplendore exornavit. Tandem vitæ ſanctimoniâ, ac religioſæ diſciplinæ zelo inſignis, obiit Neapoli 24 Julii 1685. De eo Placidus Reina *in Not. Hiſt. Meſſana par.* 2. *pag.* 56. Daniel à Virgine Mariâ *in Specul. Carmelit. Tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 5. *a.* 3723. *pag.* 1070, & Marcellus Bato *in carm. ſacr. p.* 180.

Magna Bibl. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

SCRIPTA:

1. *Intelligentiarum Divinarum B. Maria Magdalena de Pazzis, Ord. Carmel. Lib. VII.* Neap. Hyac. Paſſari 1666 fol.

2. *Divini Amoris ſpicula S. Maria Magdalena de Pazzis.* Ibid. 1673. in 16. Italicè

3. *All'una delle due, diſcorſi diſingannanti.* Ibid. 1667. in 4. & 1679. in 8.

4. *Sacra Novena Problematica dell' Incarnatione del Verbo per li giorni d'innanzi il Parto di Maria Vergine.* Ibid. 1673 in 4.

5. *Compendio della Vita di S. Maria Maddalena de Pazzi Carmelitana.* Ibid. & Panormi 1669. in 16

6. *Saette d'Amor Divino di S. Maria Maddalena de Pazzi Carmelitana.* Neap. 1674. in 8.

7. *L'Imparadiſata Maria. Predica della Lettera di Maria Vergine à Meſſineſi.*

Vid. *Bibl. Sicul.* Tom. I.

ANDREAS (*Conradus*) Heſſus, Alsfeldenſis prope Abbatiam Fuldenſem, Lutheranus, Superintendens Odernheimenſis, cujus extant

1. *Exegeſis & Explicatio Epiſt. ad Corinthios.* Francof. 1585. in 8. Lat.

2. *Unſchuldiger Luther.* Lutherus innocens. *Ingolſt.* 1594.

3. *Puffer, das iſt, Herſchmetterung des Prädicantiſchen Jeſuiteriſchen Spiegel* Phil. Heilbrunners *mit lebendiger Beſchreibung ſein und ſeiner Zunfft-Genoſſen Prädicantiſchen Geiſts.* Ibid. 1600. 4. Fractura Speculi Jeſuitici *Phil. Heilbrunneri.*

4. *Der Kaiſeriſche Luther wie D. Luther Kaiſer und Konige in Ehren gehalten.* Freyburg. 1606. 4. *Lutheras* ut Rex & Imperator honoratus.

5. *Lutheriſch Diſciplin Büchlein, zur Bekräfftigung des Buchs* D. Jac. Heilbrunners, *wieder das Päbſtliche Geiſſeln.* Ingolſt. 1608. 4. Diſciplina Lutherana pro defenſione Libri *Jac. Heilbrunneri* adverſus Flagellationem Pontificiam.

6. *CC. helle ſtare Probea des unſchuldigen Luthers.* Ibid. 1608. 4. De innocentiâ *Lutheri* Probationes CC.

7. *Beſchwarg und Handhabung zweyer Predigten von der Heiſſel-Proceſſion, erſtlich gehalten, hernach auch in Druck gegeben durch* Melch. Woltzium. *Ibid.* Defenſio duarum *Melch. Woltzii* Concionum de Flagellatione in Proceſſionibus uſitatâ.

8. *Von dem Geſpräch zu Regenſpurg* in 12. De Colloquio Regenſpurgenſi.

* Conf. *Lipen.* Bibl. & *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 433.

ANDREAS, primùm quidem Ordinis Prædicatorum Frater, dein Craynenſis, ſive Carnenſis Archiepiſcopus, & S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Sixti; vir inſigni facundiâ, & eximiâ vitæ ſanctitate meritò celebrandus. Claruit anno 1480. Immenſo pietatis & religionis Chriſtianæ zelo ductus, cùm corruptam Eccleſiæ Romanæ doctrinam, & corruptiores Eccleſiaſticorum (præſertim verò *Sixti* Pontificis,) mores diutiùs ferendos non eſſe arbitraretur; & utrique malo remedium adhiberi è re Chriſtianâ fore cenſeret; crebris precibus & adhortationibus apud *Sixtum* Papam privatim, & in publico Cardinalium conſeſſu egit, ut tamdiu deſiderata reformatio tandem aliquando inchoaretur. A Pontifice & Cardinalibus ſibilo & ſannis exceptus, aliò ſe vertit; acceptâque (uti præ ſe tulit) à *Frederico* Imp. poteſtate, Baſileam urbem ſe contulit; & in Eccleſiâ Cathedrali anno 1482. die 25 Martii, Concilium Generale ibi loci quàm citiſſimè habendum indixit, *ad fidei Catholica* (ut ipſius verbis utar) *reformationem, morum correctionem, ſcelerum vitiorumque extirpationem, & pacem univerſalem in populo Chriſtiano procurandam.* Infremuit *Sixtus* re auditâ, datiſque ad Baſilienſes literis, *Andream* compedibus vinctum ſibi mitti juſſit. Iſte à Pontifice ad Concilium provocat, & Concilii indictionem renovat. *Sixtus* legato in Helvetiam *An-*

gelo Epiſcopo Sueſanenſi *Andream* ſub anathematis pœnâ tradi mandat ; & detrectantes Baſileenſes diris devovet : cùmque anathema parùm curarent Helvetii, *Jodocum* Præſulem Sedunenſem ad *Fredericum* Imp. mittit, qui Cæſarem invitum perquam ac diu renuentem, eò tandem deduxit, ut Baſileenſibus *Andream* cuſtodiæ mancipare ſub perduellionis pœnâ præceperit. Factum id exeunte anno 1482. & *Andreas*, menſibus aliquot in carcere exactis, tandem clandeſtinis inſidiis ſtrangulatus interiit. *Ii barton* ad A. 1480. Conf. *Matth. Flacii* Catal. Teſt. Verit. *cap.* 409.

S c r i p t a :

1. *Epiſtola Encyclica*, quâ inſtituti ſui de convocando rationem reddit, miſerum Eccleſiæ ſtatum, & Papæ Apoſtaſiam deſcribit, reſque in Concilio tractandas proponit.

2. *Appellatio à Papali ſententiâ*, quâ acriter in *Sixtum IV* invehitur, peſſima illius ſcelera depingit, & exaggerat, totamque Pontificiam authoritatem ab imis fundamentis convellit.

3. *Reſponſio ad Epiſtolam* Henrici Inſtitoris *Dominicani*, *Appellationis ſuæ refutatoriam*, quæ Pontificum authoritatem prolixè impugnat, craſſamque totius Ordinis Prædicatorum inſcitiam & hypocriſin detegit & perſtringit.

4. *Exhortatio de reformandis moribus & Eccleſiâ ad omnes Chriſtianos.*

5. *Epiſtola ad* Fridericum *Imp.* quâ illum enixè rogat, ut inceptis ſuis opituletur.

6. *Oratio defenſoria* ad *Antonium Gratiam-Dei*, judicem Cæſareanum.

7. *Epiſtola ad* Gaſparum *Epiſcopum Baſileenſem*, quâ eum, ut inſtituto ſuo obſecundet, multis hortatur.

Opuſcula iſta omnia collegit, & Scholiis illuſtravit, qui *Andreæ* Secretarii & procuratoris vice præſtò fuit, *Petrus Numagen*, Trevirenſis, Notarius & Sacellanus Eccleſiæ Tigurinæ, additâ *Geſtorum* Andreæ *Hiſtoriâ breviculâ*. Collectionem iſtam ex Bibliothecâ Eccleſiæ Tigurinæ in lucem protraxit *Joan. Henr. Hottingerus*, & *Hiſtoriæ* ſuæ *Eccleſiaſticæ* inſeruit Sec. XV. *Append. ad Sect.* 1. à p. 355. ad p. 605.

ANDREAS Cretenſis Archiepiſcopus, Damaſco oriundus, primò Monachus Hieroſolymitanus, deinde ex Diacono & Orphanotropho CPolitano Archiepiſcopus Cretenſis, claruit circa annum 635 ac diu poſtea. Certè de illius ætate inter eruditos non bene convenit. Alii eum ad annum 550 vel 570 perperam referunt. Alii, & in his *Caſim. Oudin.* ad annum 720 deprimunt. Verum ut annum ei 635 aſſignemus, facit Græcorum *Triodii* authoritas, in quo *Sophronio* Patriarchæ Hieroſolymitano σύγχρονος fuiſſe dicitur. Vitam tamen ultra ann. 680 eum protraxiſſe, patet ex Jambis Euchariſticis ad *Agathonem* Diaconum Concilii VI. Scribam, pro ſibi ad exſcribendum commodatis Actis Synodalibus. * *Cave* ad A. 635.

Porrò qui unum eundemque faciunt *Andream* Cretenſem Archiepiſcopum cum Cæſarienſi, ſolis conjecturis innituntur. Volunt enim proclive fuiſſe *Aretæ* Cæſareenſi, ut ex Cretenſi Cæſareenſem faceret, ad honorandam patriam ; unde negant conſequenter fuiſſe unum eundemque *Andream*, utriuſque ſedis ſucceſſivè Archiepiſcopum : ſed dictum ab *Aretâ* Cæſareenſi *Andream* Cæſareenſem, quem Cretenſem appellare debuerat. Sanè cùm *Aretas* qui Commentarium ſcripſit in Apocalypſin circa an. 912. (Scripſit enim etiam *Acta S. Euthymii Patriarchæ CP.* anno 911 ad Cælos tranſlati) *Andream* ſuum à quo ſumpſit pluríma, haberet velut authorem uno aut altero ſeculo à ſe antiquiorem : rectè conſequenter in unum idemque tempus incidunt *Andreas* Cæſarienſis & Cretenſis, ac forſitan in eundem coeunt, qui ſucceſſivè utramque ſedem tenuerit pro more Græcorum, & qui nunc Cretenſis, nunc Jeroſolymitanus, nunc Cæſa-

reenſis vocatus ſit. De eo plura *Combefiſius* tam in præliminaribus ſpecialis ſuæ Operum *Andreæ* Editionis, quàm in Auctario ſuo Græco-Latino anni 1648. ad Bibliothecam SS. Patrum, & in Apparatu ad Bibliothecam Concionatoriam prævio : verb. *Andreas* Cretenſis.

O p e r a *quæ extant* :

1. *Homiliæ XVII.* viz. *In Mariæ natalem*, *In Annunciationem*, *In Circumciſionem*, *In Transfigurationem*, *In Lazarum quatriduanum*, *In Ramos Palmarum*, *In Crucis Exaltationem IIæ.* (quæ habentur & apud *Gretſerum* de Cruce *Tom. II.*) *In Mariæ dormitionem III. in S. Titum*, *in S. Georgium*, *in S. Nicolaum*, *In S. Patapium IIæ. De vitâ humanâ & defunctis.*

2. *Triodia*, ſive *Idiomela* ſeu *Canones IX.* viz. *in Conceptionem S. Annæ*, *in Mariæ nativitatem* ; *Magnus Canon* Sophronio nuncupatus ; *in Lazarum* ; *in IV. ferias majoris Hebdomadis*, *in mediam Pentecoſten.*

3. *Idiomela* quædam brevicula *in varios dies Feſtos* hinc inde collecta.

Omnia Opuſcula ſupra enumerata in lucem eruit, & cum Notis atque Onomaſtico peculiari, Gr. Lat. edi curavit *Fr. Combefiſius*, Pariſ. 1644. fol.

4. *In S. Deiparæ nativitatem Homiliæ II.* quarum poſteriorem ediderat *Schottus* ſub nomine *Germani* Patriarchæ CP. nonnulli verò codices *Joanni* Damaſceno adſcribunt.

5. *In decollationem Sancti Joannis Baptiſtæ* Homilia.

6. *Idiomelon in Feſtum Annunciationis.* Opuſcula iſta quatuor Gr. Lat. edidit idem *Combefiſius* Auctuar. Nov. *Pariſ.* 1648. Tom. I. pag. 1289. 1327.

7. *Jambi Euchariſtici ad Agathonem Diaconum* pro commodatis ſibi Synodi VI actis ab eodem Gr. Lat. editi *ib.* Tom. II p. 135.

8. *Computus Paſchalis*, à *Petavio* Gr. Lat. evulgatus *Tom. III.* de Doctr. Temp. *p.* 393.

Cæterum, addit *Cavem*, quiſquis iſta Sancti *Andreæ* Opera diligenter perlegerit, ultrò mecum fatebitur, quædam ex iis eſſe ſuſpectæ fidei, utpote in quibus recentioris ævi veſtigia facilè deprehendet.

De illô *Andreâ* Cretenſi plura *Oudinus* Comment. *Tom II. p.* 174. &c.

1ò. De *Canone Magno* cujus eſt Author, plures dixerunt. Ita *Triodium Græcorum* fer. 2. hebd. 1. Jejuniorum : *Cantacuzenus* lib. 1. c. 13. p. 43. *Codinus* de Officiis Aulæ CPol. *c.* 11. *num. IV.*

2ò. *Combefiſius* hunc Doctorem accenſuit illis qui Euchariſtiam non eſſe aliud quàm Symbolum & figuram corporis & ſanguinis Chriſti, cum aliis Græcis cenſuerunt, ex Oratione ejus in Ramos palmarum.

3ò. *Cave* ad A. 635 retulerat iſtum *Andream*, contra *Oudinum* qui in Supplem. ad A. 720 deprimebat, & id probare conatus fuerat ex Triodio Græcorum in quo *Andreas* Sophronio dicitur σύγχρονος.

4ò. At graviſſimè Eund. *Cavem* errare pertendit *Oudinus* :

α. Ex homiliâ *Andreæ* in Titum *p.* 173. ex quâ *Combefiſius* conjicit *Andream* floruiſſe tempore *Juſtiniani II.* & *Philippi* ejus filii poſt A. 702 ad 712.

β. Ex *Jambicis Euchariſticis* ad *Agathonem* Diaconum ; qui Jambi ſunt poſteriores Epilogo, quem fecit *Agatho* Diaconus, quando Acta Concilii VI Oecumenici tranſcripſit. At iſta Acta cum Epilogo ipſe *Cavem* ad A. 712 refert.

γ. Ex eo quòd ſequeretur iſtum *Andream* annos natum 107, homilias ad populum habuiſſe. Nam ſi A. 635 florebat, annos circiter 30 natus, ſi A. 680 ad Synodum VI Oecumenicam acceſſit annos 75 natus, ſi A. 712. Acta ab *Agathone* tranſcripta obtinuit, annos tunc fuiſſet natus 107.

δ. Ex eo quod vixit *Andreas* poſt ablatas ab Inſulâ Cretenſi imagines, ut ex Oratione in Circumciſionem & *Baſilium* liquet ; At hoc nonniſi ſub *Leone* Armeno A. 726 contigit, ut ipſe *Cavem* narrat in Hiſtoriâ Monothelitarum, Seculo VIII præmiſsâ, & alibi,

5ò. Ob-

5°. Obſervat *Oudinus* Orationes *de Mariæ Virginis Nativitate & Aſſumptione* huic Cretenſi Archiepiſcopo tribui, cùm feſta iſta Virginis nondùm exſtarent tempore *Andreæ* Cretenſis.

6°. Idem *Oudinus* p. 183. contendit *Andream* Cretenſem Archiepiſcopum non eſſe antiquiorem A. 840. vel 850. quod probare vult

α. Ex feſtivitatibus novis & plurimis, quarum nulla Seculis VII & VIII eſt mentio, in quas homilias ſcripſiſſe legitur, ut in S. Mariæ Natalem, Circumciſionem, Crucis exaltationem, Mariæ dormitionem &c.

β. Ex eo quod hæc omnia Opuſcula *Andreæ* non extabant tempore Nicænæ Synodi II. nam ea non omiſiſſent allegare Nicæni.

γ. Ex eo quod vixiſſe dicitur poſt ablatas ab Inſulâ Cretenſi imagines, ut liquet, quod jam dixi, ex Homil. in Circumciſionem, quam pronuntiatam fuiſſe A. 842 vel 843. credit *Oudinus*, apud quem plura legi poſſunt. Vid. & *Poſſevinum* in Appar. Sacro. *Miraum* in Auctar. *cap.* 182. *Du Pin* Sec. VII & VIII. *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 151. qui *Andream* ad A. 790 refert. *Carol. du Freſne* in Indice Script. quem ſubjunxit Gloſſ. med. & inf. Græc. *col.* 24. & 44. & in Gloſſ. ipſo, verbo *μέγας κανὼν*, col. 583.

Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græc. Vol. X. p. 122. *Caſim. Oudino* aſſentiri non videtur, qui in Supplem. *p.* 190 *Andream* ab Archiep. Cretenſi ad Cæſareenſem tranſlatum putat, mortuumque 14 Junii A. 724. Ejus ſcripta edita accuratè recenſet idem *Fabricius* p. 124 &c.

1. Homiliam *in Annunciationem* ſæpius produiſſe notat Græce & Latinè cum verſione *Marci Hoperi*, ut in Micropresbytico *Baſil.* 1550. fol. & in Orthodoxogr. utriuſque edit. 1555 & 1569 &c. nec non in Tomo II Auctar. Bibl. PP. Ducæani *Pariſ.* 1624 & Tomo XI Bibl. PP. 1644. ne dicam de editionibus Latinis in Bibl. PP. Pariſ. & Colon. ut & de duabus Orationibus *in exaltationem S. Crucis*, vel potius unâ in duas male diſtinctâ (Vid. *Lambec.* VIII. p. 288.)

2. Secunda *in dormitionem B. Mariæ* eſt in Codice MS. Cæſareo, de quo *Lambec.* ibid. *p.* 130. & in facio iiinere Cellenſi *p.* 152. Habetur autem Latine apud *Surium* 15 Aug. & *Laur. Cundium* Tom. IV *Bibl. Homil. PP.* p. 631. nec non tertia. Vid. & ſup. in *Ambroſio* Camald. *p.* 376. b. n. 22.

3. Homilia *in magnum Georgium* legitur etiam in Actia SS. *Tom. III. April.* è MS. Vatic. Sed extrema pars hujus Homiliæ tantùm Latinè extat apud *Lipom.* & *Surium* 23 April. *In pleriſque*, inquit *Combefiſius* p. 358. Regio Codice uſus, *corrigimus* Lipomanni *interpretationem, ſeu potius novam verſionem adornamus, ut eſt ille revera minùs accuratus* &c.

4. Homiliam *in vitam humanam & defunctos* primus Græcè vulgavit *Jo. Meurſius* inter *Varia Divina* Lugd. Bat. 1619. 4.

Omnes denique *Andreæ* Homiliæ unà cum hymnis Latinè recuſæ ſunt ex *Combefiſii* verſione *Tomo X* Bibl. PP. edit. Lugd. 1677. Pleraque etiam meliora edidit ipſe *Combefiſius* partim interpretationis ſuæ recenſione, partim collatione MSS. exemplarium, in Bibl. Concionatoriâ quam *Pariſiis* 1662. fol. Tomis octo Latinè vulgavit.

5. Sermo *in Nativitatem B. Mariæ* ſub *Germani* Patriarchæ CP. I. nomine Gr. Lat. exſtat cum *Andreæ Schotti* S. J. verſione in Auctar. Bibl. PP. Ducæano *Tom. II.* & in Bibl. PP. *Morelliana* Tom. XII. Hunc Sermonem *Allatius* de Georgiis *p.* 312 tribuit *Georgio* Nicomedienſi. Et Codex Regiæ Galliæ MS. num. 275 refert ad *Joannem* Damaſcenum. At præfert *Combefiſius* teſtimonium Codicis Mazariniani, à quo *Andreæ* Cretenſi vindicatur, cui etiam tribuitur in Codd. Cæſareis de quibus *Lambecius* IV. 88. VIII. 379. 380. & in Cod. Bibl. Coiſlin. *p.* 388. & in Vatic. inter Codd. Græcos *Abrah. Maſſad.* num. 9 & 12. Vid. *Aſſeman.* Tom. I. p. 601 & 608.

6. Sermonem *in decollationem Joannis Baptiſtæ* ediderat Latinè *Lipomannus* interprete minus accurato, itaque *Combefiſius* cum novâ ſuâ verſione Gr. Lat. in lucem extulit. Hunc, quemadmodum & alia pleraque hujus *Andreæ*, MS ſervat etiam Bibl. Cæſarea. Vid. *Lambec.* VIII. 530.

7. *Carmen Jambicum Eucharisticum* 128 verſuum ad *Agathonem* in Conciliis *Labbei* extare ſcribit *Oudinus* in Supplem. *p.* 191 ſed in Tomo VI hujus edit. ubi Acta ſextæ Synodi habentur, periode ut in *tertio* edit. *Harduin.* invenire quæſiiſſe fatetur *Fabricius*. De Codice MS. Cæſareo, in quo hi Jambi continentur, vid. *Lambec.* VIII. 520.

8. *Computus* ſive *Methodus inveſtigandi Cycli Solaris & Lunaris*, necnon *Paſchalis*, in ſtudioſorum gratiam accurate elaborata, Gr. Lat. edita à *Dion. Petavio* ex Apographo *Andr. Schotti*, qui ex Codice Vatic. deſcripſerat. Extat, inquam, in Uranolog. *Petavii* Pariſ. 1630 & Antverp. vel potiùs Amſtelod. 1703 fol.

9. In Catenâ Græcâ Patrum ad Lucam, quam *Nicetâ* collectore MStam evolvit in Codice Mazariniano *Combefiſius*, præclara nonnulla referuntur ſub nomine *τῦ Ἱεροσολυμίτυ*, quæ ad *Andream* noſtrum referre non dubitat, & eorum pleraque Latine dedit in Bibl. Concionatoriâ.

» Ubique *Andreas* plane floridus ſcriptor magna » loquitur, ac ſi quis advertent, Dionyſianis, Me» thodianis, Gregorianis, Amphilochianis, aliorum» que veterum inſercita, qua verbis, qua ſententiis: » excepta Scripturâ, quam totus verè Chriſtianus » Orator ſpirat. Nihil rethoricis floſculis ſuavique » compoſitione delicatius, nihil ſatis plenius, nihil » Theologia ſolidius, nihil myſtico velatu ſublimius. » De ejus ſcribendi methodo hoc judicium fert *Elias* Du Pin: *Les Sermons de cet Auteur ne ſont pas ſi fort à mépriser que la plupart de ceux des nouveaux Grecs: ils ſont pleins d'eſprit, de doctrine & de morale, & ne manquent pas d'éloquence & de nobleſſe: ſon diſcours eſt plein de mots compoſez & hardis: ſes narrations ſont libres, ſes reflexions juſtes, ſes eloges eclatans, ſes figures naturelles, & ſes inſtructions ſolides.*

Jam autem à longo tempore illuſtre hujus *Andreæ* nomen eſt inter hymnorum auctores, quibus Eccleſia Græca utitur, ejuſque καλλιέπειαν laudat *Theophanes Cerameus* pag. 207.

Laudatus *Fabricius* p. 139. 140 ineditas *Andreæ* noſtri Homilias XIX recenſet, quas ex MSto Codice Bodlejano ſecum communicavit Vir Cl. *Jo. Christianus Wolfius*, earumque prima *de Publicano & Phariſæo* hic integra legitur Gr. Lat. (p 141- 55) ex verſione ipſius *Fabricii*, qui cæteras alii tempori & occaſioni ſervare monet, quæ vel à ſe, vel ab laudato *Wolfio* in lucem, quià non ſunt indignæ, proferantur.

His addit *p.* 475 *ἐγκώμιον εἰς τὺς ἁγίυς καὶ καλλινίκυς δέκα μάρτυρας. ἐπὶ ἰῶ τῆς τῦ χειμῶνος βίας ἐξ ὑπονεσφίας τῦ πάλιν ἐκεῖσε τὸν ... λόγον.* Laudat *Cangius* ex Codice Viri Cl. *Renaudoti.*

Hujus *Andreæ* memoriam celebrant Græci die 4 Julii. Alius verò *Andreas* Cretenſis, qui martyrio coronatus eſt circa A. 761. Vid. *Adr. Baillet* ad 17 Oct.

ANDREAS (*Dominicus*) Aragonus, Alcanizienſis, Poëta Latinus, uti non vani cenſores operum ejus autumant, cum paucis, etiam veterum comparandus, vixit Sec. XVI. *Vincent. Blaſius La Nuza* in Chronicis Aragon. hæc laudat:

1. *De hominis redemptione* Libb. VII. hexametris verſibus.

2. *De mutuo Dei & Virginis amore* Libb. III.

3. *De tremendo judicio* Librum ſingularem.

4. *De Filiis Zebedæi* alium.

5. *De Petro Archiapoſtolo* alium.

6. *Eglogas duas*, alteram *in Nativitatem Dominicam*, alteram *de planctu Deiparæ Virginis.*

7. *Variorum* Libb. V. Ingenioſè omnia, ſuaviter, copioſèque excogitata & formata, quæ ut edant (ait *Blaſcus*) ſibi nunc hæredes impoſuerunt. Profana alia & juvenilia, comœdiaſque damnavit moriens, nec extare alia voluit præter ſpiritualia & ſacra paulò ante tradita, quæ nondum edita ait *Nic. Antonius*.

ANDREAS Edeſſenus, Scriptor Syrus Neſtorianus incerti temporis, qui in inſulâ Tacrin ex inſulis Erythræi maris habitavit, auctor eſt libri cui tit. *Dialogus inter magiſtrum & diſcipulum*: continet autem capita 41. * *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. III. p.* 609.

ANDREAS (*Emericus*) Belga, Abbas Cœnobii S. Michaelis Ord. Præmonſtr. quod eſt Antverpiæ; vir moribus & ætate maturus, quique dignitatem illam ſuam, (quam non totis tribus annis tenuit) egregiè exornaſſet, ſi pluribus licuiſſet. Obiit A. C. 1540 (*a*) vel 1590. (*b*) in Eccleſiâ ſuâ tumulatus. Cùm autem eſſet & judicio bono præditus, & temporis ſui ſtudioſiſſimus, conſcripſit

Notationum in pleraque totius anni, ut & Quadrageſima Evangelia & Epiſtolas Partes IX. ex probatiſſimis tum Poſitivæ, tum Scholaſticæ Theologiæ ſcriptoribus, magno ſtudio collectatum. Quod opus MS. haberi in Bibl. S. Michaelis teſtatur *Sweertius*.

(a) *Morer.* p. 338. edit. Baſil. ex *Valer. Andrea.*
(b) *Sweert.* Athen. Belg. p 228.

ANDREAS *Gallus* quidam inter Script. Ord. Præd. recenſetur à quibuſdam, ut *Sixto* Senenſi, (*a*) & ab *Altamura* ad An. 1198. collocatus, diciturque ſcripſiſſe *Commentarium in Libb. IV. Regum.*

At ſuſpicatur *Echardus* (b) *Andream* illum eſſe antiquum Scriptorem, qui non ſolùm in libros Regum, ſed & in plures alios Scripturæ Sacræ commentatus eſt; qui & citatur in Prologo cujuſdam Poſtillæ in Exod. & Leviticum, quæ habetur Pariſ. in Vict. Cod. MS. 407. fol. mag. memb. ex Legato *Adenulphi de Anagnia* electi circa A. 1289. Epiſc. Pariſienſis.

(a) *Lib.* 4 *p.* 202. (b) *Tom.* I. *p.* 479. inter Scriptores dubios.

ANDREAS Hiſpanus natione & cognomento, Juris Canonici Doctor, Monachus Benedictinus, Romanæ Curiæ Pœnitentiarius, Epiſcopus Megarenſis, Civitatenſis & Ajacenſis, vixit anno 1512. SCRIPSIT

1. Tractatum *de modo & formâ confitendi* Norimb. excuſum A. 1508.

2. *De Pœnitentiâ* alterum (*a*).

3. *De Decimis* (b). Venet. 1484 (c) vel 1584 (d).

(a) *Ciacon.* Bibl. *p.* 151. (b) *Nomencl. S. R. E. Card.* p. 182. ubi de Script. incertæ ætatis. (c) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III.* in Supplem. *p.* 195. (d) *Lipen.* I. 496.

ANDREAS (*J.*) Gallus (*a*) SCRIPSIT

Hiſtoriam J. C. ſive Harmoniam IV Evangeliſtarum. Pariſ. 1670. in 12. (b)

(a) *Le Long* p. 542. (b) *idem* p. 440.

ANDREAS (*Johannes*) P. Z. N. cujus extant, teſte eodem *Le Long* p. 609.

1. *Virgilius Chriſtianizans*, ſeu *N. T. verſibus ad imitationem Virgilii.* Colon. 1595. in 4.

2. *Meditationes Prophetica ex Deuter. XXVIII.* Lipſiæ 1628. in 4.

ANDREAS (*Joannes*) Alerienſis Epiſcopus, natione Italus, claruit circa A. 1460. tempore *Joannis Ant. Campani*, qui ex Typographiæ Correctore Aprutinus Epiſcopus factus eſt. Ipſe verò *Andreas* ex eodem munere Alerienſis inſtitutus, in memoriam hujus Epiſcopatûs à *Paulo II* accepti, *Biblia Latina* cum Opuſculo *Ariſtea*, Epiſtolâ præmiſſâ ad eundem Pontificem, accepti beneficii gratitudinem teſtatus eſt, ſcriptâ Romæ 15 Mart. 1469. Extant duobus Tomis *in fol.* quorum in fine legitur:

Aſpicis illuſtres, Lector quicumque, Libellos,
Si cupis artificum nomina noſſe, lege.
Aſpera videbis cognomina Teutona forſan,
Mitigat ars Muſis, inſcia verba virum.
Conradus Swenheim, Arnoldus Pannartsque Magiſtri,
Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus *cum fratre* Franciſco Maximus, *ambo*
Huic operi optatam contribuere domum.
MCCCCLXXI.

Extant etiam inter veteres editiones Regiæ Gall. Bibl. *Supplem. IX. pag.* 340. *Cod.* 183. Biblia hæc cum Gloſſâ ordinariâ *Nicolai de Lyra*, &c. V Tomis *in fol.* edita ſtudio *Joannis Andreæ* Alerienſis Epiſc. cum præf. ejuſd. ad *Sixtum* Papam *IV.* Item ibid. *pag.* 339. *Cod.* 47. Titi Livii *Opera* ſtudio ejuſd. ad *Paulum II* Papam dedicata. Denique *pag.* 350. *Cod.* 850 *Lucanus* ex recognitione ejuſd. *Romæ* 1469. *fol.* Ita *Oudinus* ad A. 1460 ex *Phil. Labbeo* in Bibl. Nov. MSS. &c.

De eo *Trithemius* cap. 881 ait obiiſſe anno 1493. Ibi vocatur » Apoſtolicæ Bibliothecæ Secretarius, » *Nicolai Cuſa* Cardinalis quondam contubernalis, vir » in divinis ſcripturis ſtudioſus & in ſecularibus litte» ris eruditiſſimus, Jureconſultus & Orator eloquen» tiſſimus, ingenio excellens, vitâ & converſatione » præclarus, ſermonis tam Græci quàm Latini peri» tus, » &c. Juridica quædam Opera huic *Andreæ* adſcribit, quæ, ni fallor, ad *Joannem Andream*, Juriſconſultum Bononienſem pertinent, de quo infra.

ANDREAS (*Johannes*) ex Judæo Chriſtianus factus, natus eſt in urbe Xativa regni Valentiæ, » quâ » in urbe » inquit ipſe in Prologo libri de quo infra, » à patre meo naturali *Abdalla* Sacerdote in Mahome» tana Lege inſtitutus, ipſoque mortuo illi ſuffectus » fui. Sed in illâ functione diù veritatem neſcivi, » donec A. C. 1487 in Eccleſiâ Valentiæ majore, » menſe Auguſto, in feſto Mariæ Virginis, per con» ciones multùm Reverendi & eruditi Baronis *Mar» queſii Adctoſat*..... radii divinæ lucis ita tenebras » intellectûs mei perſtrinxerunt & elarificarunt, ut » animi oculi mihi ſubitò fuerint aperti, ac intelli» gerem, non per Mahometis perverſam malamque » traditionem, quam probè tenebam, ſed per Sanc» tam Chriſti legem finem ſalutis, ad quem conditi » ſunt homines, acquiri. In eo itaque temporis punc» to Baptiſmum petii, ac eorum quæ de vocatione » *Johannis* & *Andreæ* in mari Galilææ, audiveram, » recordans, *Johannes Andreas* appellari volui. Sump» tis deinde ordinibus ſacris, de Alfaqui & mancipio » Luciferi factus ſum Chriſti miniſter & ſacerdos. Mox » ad exemplum *Pauli* Apoſtoli incœpi concionari, » & contrarium illius quod antea falsò credideram & » affirmaveram, publicare, ac altiſſimi præſidio mul» tas animas Maurorum.... in hoc regno Valentiæ » converti, monſtrans illis finem ſalvationis. Inde à » Catholicis Principibus FERDINANDO Rege & Isa» BELLA Regina accerſitus fui, ut Mauros in regno » Granatenſi ab ipſis nuper occupato quoque docerem, » ubi Dei benignitate, operâ meâ turba infinita Maho» metem repudians, ad Chriſtum traducta fuit. Nec » multò poſt ex regiâ gratiâ Canonicus factus, ac » iterum à Regina ISABELLA in Aragoniam prædi» candi cauſa vocatus fui, ubi Mauri ad ignomi» niam crucifixi Domini, culpâ & periculo princi» pum Chriſtianorum in hæreſi ſuâ huc uſque perſeve» rant: Quæ ſanctiſſima intentio tamen ob mortem » Reginæ caruit effectu. Ego verò ne in otio vive» rem, ex Arabico in Aragonicam linguam tranſtuli » *Alcoranum* cum gloſſis, & ſeptem libros *Zuna* in» tervenientè mandato *Martini Garzia* Epiſc. Barci» nonenſis, ut videlicet munere concionandi infideli» bus rectiùs defungi, & authoritate Legis ipſorum » eos refutare & confundere poſſem, quod ſine hoc » meo labore difficulter præſtitiſſem. Cùm ea om» nia perfeciſſem, divinitùs in me accenſum deſide» rium ulterius quoque occultare nolui, ideoque præ» ſens opuſculum (cui tit. *Confuſio Secta Mahometana*) » in duodecim capita diſtinctum compoſui, & in illud » redegi

Digitized by Google

redegi fabulas, dolos, ſtultitias, fœditates, inconvenientia mendacia, contradictiones & impoſſibilitates ab improbo ac deterrimo Mahomete ad ſimplicium deceptionem diſſeminatas in libris ſectæ ſuæ, potiſſimùm verò in Alcorano *&c.* Nominavi autem id opus, *Confuſionem Sectæ Mahometanæ*, quod ideo quoque compilavi, ut imperiti quoque deprehendant, legem Mahometis fundamento veritatis & omni ratione eſſe deſtitutam, utque Mauri indocti, ſuæ nationis teſtimonio convicti, errorem in quem à falſo Propheta ſunt inducti, agnoſcant.... tum ut omnes ad ſanctam illam legem Chriſti, eumque finem, propter quem creati ſunt, perveniant: demùm, ut prudentes æquè ac ſimplices Chriſtiani diverſam ab ipſorum fide perſuaſionem cognoſcentes, Mauria vel ob arrogantiam & veſaniam illudant, vel propter cæcitatem & impendens exitium condoleant. Reviſum ergo & correctum hunc librum publici boni cauſâ in lucem emiſi, lectores benignos orans, ut ſi quid boni in illo invenerint, Deo id acceptum ferant, ſecus autem prolatum imperitiæ meæ adſcribant, & amanter corrigant.« Liber iſte, ut diximus, inſcriptus eſt *Confuſio Secta Mahometana*, quem Hiſpanicè conſcripſit Autor, *Hiſpali* edit. 1537. in 8. & in gratiam Herculia *Eſtenſis* Ferrariæ Ducis Italicè reddidit A. 1540 *Dominicus de Gazeln.* Ex Italico Gallicè vertit *Guido le Fevre de la Boderie* Pariſ. 1574. in 8. Latinè verò *Johannes Lauterbach* in Noſcowitz J. U. D. & prodiit A. 1595. & Trajecti ad Rhenum 1656. in 8. Præfatus eſt *Gisb. Voetius* in hac Academia Theologiæ Profeſſor, qui cùm incidiſſet in aliquot exemplaria hujus libelli, ita præ aliis ſibi placuit, ut non deſtiterit aliis φιλομαθέσι eum commendare, & hoc unicè optare, ut omnibus familiaris redderetur. » Is enim eſt, *inquit*, ut lectio ejus famem ſi non planè tollere, ſaltem ex parte abſtergere, & patientiam atque exſpect tionem noſtram protelare queat. Fuit autor ejus *Joh. Andreas* Maurus, ſupra omnes alios ad hoc opus maximè inſtructus, ſeniumque perfidiæ Mahumedicæ ex libria eorum & ſcriptis partim autenticis, partim quaſi autenticis optimè perſpectum habuit; quippe qui Juris Alcoranici peritum, à majoribus legis peritis oriundus, inter Mauros ſuos egerat..... Duas methodi elencticæ partes *in hoc libro* ſatia feliciter, ſi non per omnia explevit, ſaltem explere conatus eſt. Ab unâ parte in Alcorano & Doctrinâ Saracenicâ oſtendit falſa, abſurda & ἄλογα, contradictoria, turpia, injuſta, inhoneſta; unde ſequitur non eſſe verbum & doctrinam Dei. Ab alterâ parte Scripturam & ſidem Chriſtianam vindicat à falſis, abſurdis, turpibus, quæ illis à Muhammedanis impinguntur; advocatis etiam teſtimoniis & argumentis ex ipſo Alcorano, aliiſque libris Muhammedicis *&c.* » Editio anni 1646 alicubi memoratur & quidem Idib. Julii ejuſd. anni ſcripta eſt Præfatio. Prodiit autem Germanicè 1598. in 8. plus ſemel recuſua ex *Chriſt. Celli* verſione (*a*), etiam curante *Rad. Capello*, Hamb. 1685. in 12. Tranſtulit item Latinè *Jac. Golius*, cujus verſionem MS. ſe habere teſtatua eſt Vir eruditiſſ. *Hadr. Relandus* lib. 2. *de Relig. Mohammed.* p. 155. (*b*)

Hujus *Andrea* meminit *Nic. Antonius* inter Script. incerti temp. (c) *Balius* in Dict. Crit. *p.* 227. edit. Roterod. 1740.

Idem eſt forte *Joan. Andreas*, cujus memorat *Fabricius* (d) Epiſtolam paræneticam ad congregationem Judæorum. Pariſ. 1552. in 8. Hebr. & Lat.

(*a*) Francof. 1602. in 12. *Lipen.* II. 218. (*b*) Fabric. *Syllab. Script. pro Verit. Relig. Chriſt.* p. 740. (*c*) Bibl. vet. *Tom. II p.* 266. (*d*) Bibl. Græc. *Tom. VII. p.* 117. Du Pin *Tab. Univ.* Tom. III. Supplem. *p.* 195.

ANDREAS (*Joannes*) Juris, præſertim Canonici, Conſultiſſimus, & Bononiæ Profeſſor, gente Italus, apud Mugellum Agri Florentini oppidum natus eſt patre Presbytero, qui an eum ante, an poſt Sacerdotium genuerit, incertum. Is Bononiam admodùm adoleſcens venit, ubi ob paupertatem Pædagogum geſſit. Hujus ſubſidii ope, Juris ſcientiæ totum ſe dedit, in qua gratis obtento Doctoratûs gradu, & Profeſſor dein renunciatus, hoc munus Patavii primum geſſit, poſteà Piſia ac demum Bononiæ, ubi nominis ſui famam maximè diſſeminavit. Conjugem prudentem nactus, nomine *Milanciam*, eruditis parentibus ortam, ſæpè ob ſapientiam conſulere conſuevetat. Filiam ex eâ ſuſcepit nomine *Novellam*, formoſam æquè ac doctam, quam ſublevandi laboris ſui cauſâ aliquando in ſcholas miſiſſe fertur, ut partes ſuas in prælectionibus ageret, obducto ſcilicet ante faciem ejus velo, ne auditorum mentes ab attentione requiſitâ pulchritudine avocaret. Hanc tantoperè dilexit, ut ipſius & Matris memoriæ ſervandæ gratiâ, *Novella* nomen indiderit *Commentario ſuo in Decretales* Gregorii IX. Porrò exactis in Juris Profeſſione 45 annia, peſte enecatus interiit Bononiæ anno 1348. Julii 7. atque apud Dominicanos ejuſdem urbis ſepultua fuit, Epitaphio donatus in quo vocatur

Rabbi Doctorum, lux, cenſor, normaque morum.

In Epitaphio filiæ *Betina* nuncupatur *Archidoctor decretorum*, & à *Bonifacio VIII.* titulo *Luminis mundi* cohoneſtatus eſt. Vid. *Balii* Diction. Crit.

S c r i p t a:

1. *Gloſſarium in VI. Decretalium Librum*: hoc primùm ſcripſit adhuc juvenis, quod poſteà recognovit & auxit. Prodiit *Venet.* & Lugd. 1572.

2. *Gloſſarium in Clementinas.* Ibid.

3. *Novella* ſive *Commentarius in Decretales Epiſtolas Gregorii IX.* Venet. 1581. *Joannis Andrea* Novella Gloſſarum in Decretalium Libros II priores memoratur in Catal. Bibl. Uffenbach. MSS. *P. IV. p.* 114. vol. CI. fol.

4. *Mercuriales* ſive *Commentarius in regulas Sexti*: ſic dictus, vel quod eum diebus *Mercurii* conſcripſerit, vel quod Diſputationes ſuas dierum *Mercurii* ipſi inſeruerit.

5. *Liber de laudibus S. Hieronymi.*

6. *Additamenta ad Speculum Durandi*, anno 1347. conſcripta. Perpetuo ferè inter ſcribendum Pyrrhoniſmo uſus eſt *Andreas*, aliorumque opiniones ſedulò referens, à propriâ ſæpè abſtinuit; unde factum, ut Lectorum mentes in mediis diſputationibus ancipites plerumque pendeant.

Extrà matrimonium ei natus eſt filius, nomine *Bancontius*, vel *Boncontus*, cujus extant Scripta *De privilegiis & immunitate Clericorum. De Accuſationibus & Inquiſitionibus. De Appellationibus*: ex Panzirolo *de claris legum interpr.* l. 3. c. 19.

De cæteris *Andrea* Scriptis conſ. *Trithem.* cap. 574. *Geſner.* fol. 382 verſo. *Wharton* ad A. 1336. *Hiſt. Gymn. Patav.* Tom. I. p. 198. *Lipen.* Bibl. Jurid. *Orlandi* de Script. Bonon. *p.* 139.

ANDREAS (*Johannes Janus*) Archiep. cujus extat ex *Lipen.* I. 570.

Refutatio libelli de Regimine Eccleſia Scoticana. Lond. 1622. 8.

ANDREAS (*Joſephus*) Soc. Jeſu, Aragonenſis, Theologiæ Profeſſor primarius in Cæſarauguſtano Sodalium Collegio, Scripsit

Decorem Carmeli, ſive incly ti ordinis Carmelitani prærogativas in ſynopſim redactas &c. Cæſarauguſtæ 1669. in 12. * *Nic. Anton.* II 331.

ANDREAS gente Italus, patriâ Lucenſis, *Gundualdi*, civis Lucenſis, ipſius *Walfridi* cognati & ſocii filius. Palatioli in Tuſciâ Abbas tertius, claruit circa annum 806. Scripto conſignavit Vitam *Walfridi*, Palatioli Abbatis primi. Primus eruit *Henſchenius* ad diem xv. *Febr.* & ex eo *Mabillonius* Sec. Benedict. III. Part. II. p. 196. teſte *Caveo* Hiſt. Liter. *p.* 434.

ANDREAS de LEON. Vid. LEON.

ANDREAS (*Ludovicus*) cujus extat ax *Lipen.* I. 57 liuer iuſcriptus *Fauſtus annus Chriſtiani.* Monaſt. 1643 in 12.

ANDREAS, Luſatus, Gorlicienſis, Prof. Lipſienſis, Scripſit

In Eſaiam Commentaria. Lipſiæ Bibl. Paul. *Fellerus* p. 79. teſte *Le Long* p. 608.

ANDREAS *de Modœtiâ*, Dominicanus, in Inſubribus non longè à Mediolano, vulgò *Monza* agnomen & ortum ſortitus, laudatur a *Luſitano* ad 1270. & à *Piu* della progenie *p.* 242. inter illuſtres S. *Euſtorgii* Mediolanenſis alumnos. Eum *Altamara* ad An. 1227 *Rovetta* ad 1230 perperam collocant. *Luſitanum* ſequitur *Echardus* Tom. I. p. 259.

Hæc ab eo dicuntur relicta :

1. *Lectura ſuper Johannem*, 160 collationibus conſtans & diſtincta.
2. *Sermones varii* ad Clerum & ad populum.
3. *Commentarii in Logicam & Phyſicam.*

ANDREAS *de Novo Caſtro* Sacræ Theologiæ Magiſter, à *Baleo* (a), *Simlero*, *Ciaconio* (b), *Whartoa* (c), *Ellia Du Pin* (d) aliiſque Scriptoribus Dominicanis, & Anglis aſſeritur ; at *Poſſevinus* (e), *Oudinus* (f), *Echardus* (g) Lotharingum faciunt, è Novo Caſtro (*Neufchaſtel*) oppido prope Tullum ſito, eundemque Franciſcanum, ſuis à *Wadingo* vindicatum, ac Dominicanis nomenclatoribus omninò ignotum pronunciant. *Mirao* (h) quidem ordine Franciſcanus, ſed natione Anglus dicitur. Scripsit autem *Comment. in librum primum Sententiarum*, qui extat MS. in Navarr. cod. fol. mag. memb. & Bononiæ in Bibl. S. Salvatoris. Prodiit *Pariſ.* Joan. Granjon 1514. fol. Errant etenim qui dicunt hujus *Andreæ* commentarium in Libros IV ſententiarum typis editum, cùm nemo unquam viderit niſi in primum. Ineunte Seculo XIV floruiſſe omnes aſſerunt, licèt annum obitûs nemo certo deſignet. Addit *Balæus* ex *Phil. Wolphio* (i) ſcripſiſſe in *Boëthium de Conſolatione Philoſophiæ* & alia plura.

(a) *Cent. X. c.* 70. (b) *Bibl* p. 155. (c) *Append ad Caveum* ad A. 1301. (d) *Sec. XIV. p.* 55. ubi vocatur *Andreas de N uchatel Dominicanus.* (e) Appar. Sac. *p.* 76. (f) Comment. *Tom. III.* ad A. 1300. (g) *Tom. I. p.* 740. (h) Auctar *cap* 416. (i) Lib 3. *de Viris peritorum virorum.*

ANDREAS *Panhyperſebaſtus*, cujus verſus Græcos in *imaginem B. Virginis Deiparæ* memorat *Lambec.* VI. 255 teſte *Fabricio* inf. cit.

ANDREAS Paphlago Epiſcopus, *in Cantic. Canticorum* citatur à *Nic. Comneno* in prænot. myſtag. *p.* 236. teſte Cl. *Fabricio* Bibl. Græc. *Tom. X. p.* 113.

ANDREAS *de Peruſio* etſi non certo, veriſimillimè tamen noſtris, inquit *Echardus* (a), annumerandus viſus eſt Scriptoribus eâ ratione quod adverſus *Ludovicum Bavarum* calamum ſtrinxerit, quod in ordine ſub Pontificatu *Joannis XXII* ſodalibus jubebatur. » Nec me movet, pergit ille, » quod à noſtris nomen- » clatoribus omittatur. Nam nec apud ullum alium » ejus mihi occurrit memoria, nec apud ipſos *Jaco-* » *billum* & *Oldoinum*, qui de Peruſinis ex profeſſo a- » gunt. « Ita tamen eum ſibi vindicat, ut ſi quis alterius profeſſionis ſuum eſſe demonſtret, reſtituere illicò paratus ſit. Venetiis ergo ad SS. Jo. & Paul. extat Plut. XV. teſte *Tomaſino*, hujus *Andreæ* opus cum F. *Hervæi Natalis* Britonis *de poteſtate Papæ* libro & aliorum ſimilis argumenti opuſculis ligatum hoc tit.

Fr. *Andreæ de Peruſio* contra edictum Bavari.

Hinc colligit *Echardus* circa A. 1330 floruiſſe, ejus ut & operis majorem notitiam à ſodalibus expectans.

(a) *Script. ord. Præd.* Tom. I. p. 567.

ANDREAS, Presbyter, ſi conjicere licet, CPolitanus, contexuit ampliſſimam *Catenam*, ſive *Commentarium*, tum in *Proverbia Salomonis*, tum in *Iſaiam Prophetam*, ex variorum SS. Patrum aliorumque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collectum. Pr. [illegible], &c. Extat Gr. MS. utraque hæc *Catena* Biblioth. Vindob. *Cod. Theol.* 24 & codicem integrum foliorum 329 occupat. Ex fine libri, collectoris nomen patet. Ipſe codex anno 1241 exaratus eſt. (a)

(a) *Cave* in Script. incertæ ætat. Vid. & *Fabric.* Tom. VII. p. 759.

ANDREAS, Presbyter Ratiſponenſis, claruit ſub *Sigiſmundo* Imp. an. 1439. *Chronicon* condidit *de Principibus terræ Bavarorum* eâque de cauſâ eum *Titum Livium* ſuum cenſent concives ſui, inquit *Joan. Aventinus.* Dictum Opus notis ſuis illuſtratum, & *Leon. Barnholtzii* Paralipomenis auctum primus in lucem emiſit erudítiſſimus *Marq. Freherus*, Ambergæ, 1602. 4to. Prodiit iterum curâ *Jo. Henr. Bœcleri*, Æneæ Sylvii *de rebus Friderici* Imp. *Hiſtoria* ſubnexum. *Argentor.* 1685. *fol.* * *Rob. Gerius* in Append. ad *Cavii Hiſt. Liter.*

Oudinus in Comment. ad A. 1440 ejuſdem Authoris laudat *Hiſtoriam Fundationum nonnullorum Monaſteriorum per partes Bavariæ*, quam ex *Paulo Frehero* (a) unà cum prædicto Chronico editam fuiſſe docet *Amb.* 1602 & *Hanov.* 1607. in 4.

Aliud item eſt *Chronicon generale à Chriſto nato uſque ad annum* 1432 quod è MS. Cod. Monaſt. Monſeenſis Ord. S. Bened. erutum à R. P. *Joach. Prieſtersperger* Bened. Mellicenſi edidit R. P. *Pezius* Theſ. Anecd. *Tom. IV. P. III. col.* 275-6-5. » Ego, » inquit Autor in Prologo, » Frater *Andreas*, Profeſſus » Monaſt. S. Magni Confeſſoris in præurbio Ratisb. » Ord. B. Auguſt. Canon. Regul...... ea quæ tempo- » ribus meis, & præcipuè in Concilio Conſtantienſi » acta ſunt, ſcilicet ab A. D. 1405 quo in hebdoma- » dâ Pentecoſtes in Eyſtavia ordinatus ſum Presby- » ter, ut ad majorem notitiam perveniant, & ad » meam potiſſimè utilitatem, quamvis ignoranter, » tamen affectanter conſcribere curavi.. .. Chronicas » antiquorum uſque ad tempora *Johannis XXII* & *Lu-* » *dovici IV* Rom. Imp. & Bavariæ Ducis, exſloravi : » cætera vero, quædam ex diverſis collegi ; quæ- » dam ſicut ex relatione virorum fide dignorum ac- » cepi, uſque ad tempora *Martini* Papæ *V* & *Sigiſ-* » *mundi* Regis Rom. fideliter conſcripſi, & fideliùs » juxta ingenii mei parvitatem in hanc formam te- » degi. » Hunc autem ordinem ſervat, ut tempus nativitatis Chriſti, ac deinde Romanos Pontifices in col. primâ ; & Romanos Imperatores contemporaneos, in col. alterâ ex oppoſito in circulis rubeis deſcribat : eos verò Pontifices, qui in numero Pontificum Romanorum non ponuntur, præter *Linum* & *Cletum* in circulis nigris, idemque de Imperatoribus, Tempora etiam ſanctorum, & virorum illuſtrium, ac cætera quædam digna memoriâ annotat. » Noverit Lector », ait inferius, » quod meæ mentis intentio eſt nomina Pontificum & Imperatorum Ro- » manorum, ac cæterorum ſimpliciter, ut in Chro- » nicis inveni, deſcribere, non ſingulorum opiniones » ac diverſitates determinare.

Chronicon illud recenſetur in Catal. MSS. Bibl. Uffenbach. vol. CXXVII. fol. *P. IV. p.* 153 quod annum 1438 attingere dicitur. Accedit in fine Deſignatio Locorum Terræ Sanctæ, à *Marquardo* Baccalauro Vienenſi, ad rogatum *Conradi Perckhofar* dum Hieroſolymæ eſſent, deſcripta ex Tabulâ quæ pendet in Capellâ S. Mariæ. Hanc deſignationem idem *Marquardus* poſtea de Latino in Teutonicum tranſtulit. Adjecta aſt Bulla de Reliquiis Imperialibus quæ ſunt Norimb. aſt mutila in fine.

Ibid. Vol. CXXVIII (quod aſt maximæ molis) continetur prædictum Chronicon per *Leon. Heſſ* Ayſtettenſem, civem Ratiſp. circa finem Sec. XV, è Latino Germanicè tranſlatum & paſſim auctum. Annexa eſt narratio de Concilio Conſtantienſi ac bello Huſſitico. Occurrunt in hâc Appendice varia Acta Concilii,

cilii, quæ quoad maximam partem leguntur in ſecundo ejus volumine Collectionis de iſto Concilio, quæ in dicto Catalogo recenſetur *p.* 46. num. LXXXVI & LXXXVII. Duo ſunt ſpiſſa volumina, quibus continentur Acta Concilii Conſtantienſis a *Joanne Andrea* Ratisbonenſi Sec. XV collecta, nondum edita. Quæ in *Hermanni von der Hardt* collectione jam extant, omiſſa fuerunt omnia, niſi vel correctiora, vel auctiora in optimo hoc codice leguntur. Dividitur in ſex partes, quarum contenta exhibet cit. Catalogus.

(a) *Theatr. Vir. Erud.* part. 2. ſect. 4. p. 1004.

ANDREAS Rhodius ſeu Coloſſenſium Archiepiſcopus. Vid. ſub tit. *de* PETRA.

ANDREAS, Samoſatenſium Epiſcopus, claruit anno 431. Anno 429. circiter, *Joannis* Antiocheni mandato, *Cyrilli* Capitula edito ſcripto oppugnavit; remiſſiùs id quidem, ac quaſi invitus, primo effecit; poſtea verò acri *Cyrilli* adverſùs *Theodoritum*, qui in eâdem, quâ & ipſe, arenâ deſudarat, reſponſione ſuboffenſus, virulento admodum libello eadem inſectatus eſt. Concilio Epheſino intereſſe noluit, morbum cauſatus: *Neſtorii* tamen cauſam quantâ potuit autoritate propugnavit: nec ante aliquot annos hauſtas in *Cyrillinæ* inimicitias depoſuit. Tandem verò circa ann. 436. *Joannis* Antiocheni autoritate motus pacem cum *Cyrillo* iniit; & ut ab *Alexandro*, Metropolitano ſuo, idem fieret, plurimum, irritum licèt, laborem inſumpſit; nec tamen ipſe unquam adduci potuit ut *Cyrilli* capitula probaret, aut Deum paſſum eſſe confiteretur. Mortuus eſt ante tempus Latrocinii Epheſini; cui illum adfuiſſe malè ſcribit *Theophanes*: ſiquidem *Ruſticus* ANDREÆ noſtri ſucceſſor inter Latrocinii Epiſcopos in Concilii Chalcedonenſis Actis numeratur. Extant Lat. *Epiſtola VIII.* inter Epiſtolas *Lupi* Epheſinas, num. 43. 59. 62. 90. 98. 101. 103. 106. Fragmentum ſecundi contra *Cyrilli* Anathematiſmos libri exhibet *Anaſtaſius* in Ὁδηγῷ, cap. 22. quamplurima verò fragmenta petiti apud *Cyrilli* Apologeticum pro XII Anathematiſmis *adverſùs Orientalium objectiones*, ſive *Andreæ* librum: illum enim probarat Synodus Orientalium ante ann. 431. Antiochiæ habita, atque omnium ſubſcriptionibus munitum Alexandriam per *Poſſidonium* Diaconum communi omnium nomine tranſmiſerat. * *Cave* Hiſt. Liter.

Hujus *Andreæ* meminit *Ebedjeſu* in Catal. Libr. Syr. *cap.* 185 ubi eum compoſuiſſe ait *Interpretationes* & *librum antirrheticum*, ſeu *librum comparationis*, ſive *collationis*, hoc eſt *examinis compoſitionum*: nimirum quo *Andreas* compoſitiones, id eſt, opera, ſive anathematiſmos *Cyrilli* confutavit. *Ecchell.* & *Hottinger* perperam *librum de ratione punctandi* vocant, ut notat *Aſſemanus* (a) qui à Sobenſi inter Script. Syros *Andream* ideo relatum putat, quòd ejus ſcripta, quæ è Græco in Syriacum converſa ſunt, Syriacè primùm exarata fuiſſe exiſtimaverit.

(a) *Bibl. Orient.* Tom. III. p. 202.

ANDREAS *de Trajecto*, natione Teutonicus, Monachus Cœnobii Spanheimenſis, Ord. S. Bened. quod ſitum eſt in finibus diœceſis Moguntinæ, vir certè ſtudioſus, & in divinis ſcripturis eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio præſtans, & clarus eloquio. Claruit in dicto monaſterio A. D. 1445. (*a*) Obiit A. 1463. (*b*) vel 1466. (*c*) Scripſit tam metro quam proſâ, non contemnenda opuſcula, de quibus habentur ſubjecta.

1. *Soliloquia hominis ad Deum.*
2. *De profectu virtutum.*
3. *De abſtinentia carnium.*
4. *De uſu floccorum* (d).
5. *Epiſtola ad diverſos.*

(*a*) *Trithem.* de Script. Ecclеſ. *cap.* 802. (*b*) idem *de Script. Germ.* c. 184. (c) *Gazæus apud Swert.* p. 127. (d) *Capitii* monachalis genus, quo utuntur Benedictini.

6. *Collationes variæ.*
7. *Carmina* & *Rhytmi.* Et quædam alia brevia.

Hujus Autoris bis meminit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 154 & 160.

ANDREAS Vallis Umbroſæ Monachus, qui ſanctimoniâ claruiſſe dicitur, conſcripſit *Vitam* Magiſtri ſui S. *Joannis Gualberti*, qui Ordinem Vallis Umbroſæ inſtituit, ac deceſſit anno 1073 (†)

[†] *Voſſius de Hiſt. Lat.* lib. 3. cap. 6. p. 769.

ANDREAS Venetus patria & cognomento, Doctor Theologus Pariſienſis, Philoſophus & Poëta Ord. Servorum, Concilio Baſileenſi a Republica Venetâ miſſus interfuit. *Sanſovinus* ait claruiſſe A. 426 *Ciaconium* (a) A. 1434 *Le Long* (b) A. 1474. & quoniam inſigni memoriâ pollebat, *liber* [illegible] *ſententiarum* dicebatur. SCRIPSIT autem præter Comment. *in par[illegible] naturalia Ariſtotelis*, librum cui tit. *Campus Florum*, in quo varia ex ſacris litteris exempla deſumpta continentur. *Explicationes* item *in Geneſim*, & Orationes aliquot quæ in lucem prodierunt.

(a) *Bibl.* p. 160. (b) *Bibl. Sac.* p. 608. *Poſſevinum* citat qui de ætate nil profert. Vid. *Appar. Sac.* p. 77.

ANDREAS Victorinus. *Vid.* de S. VICTORE (*Andreas*).

B. de ANDREASIIS (*Oſanna*) Soror Ord. S. Dominici, Itala, Mantuæ 17 Jan. 1449 nata, ætat. 14. habitum tertii Ordinis, ſeu de pœnitentia S. Dominici induit, ſed nonniſi ætat. 50 illud inſtitutum profeſſa eſt. Obiit verò cum fama ſanctitatis 18 Jun. 1505. Exinde Mantuæ ut Beata colitur, quod probavit *Leo X* diplomate dato Romæ 10 Jan. 15[illegible]5. Ad totum verò Ordinem extendit Sacra Rituum Congregatio annuente P. M. *Innocentio XII* Brevi dato 19 Jan. 1695. Vitam ejus ſcripſerunt Magiſter Ordinis *Franc. Sylveſter* Ferrarienſis, ejus aliquando Confeſſarius, & *Hieronymus de Mantua* Montis Olivetani Monachus, hujus beatæ filius ſpiritualis, cui illa ſua ſecreta ſpiritualia, & arcana conſcientiæ ſuæ omnia revelaverat. Utramque vitam Editores Actorum SS. intulerunt ad diem 18 Jun. primam qualis ab auctore prodiit, alteram ex Italico Latine redditam. Dixit autem hæc Beata plura de ſuâ vitâ, gratiiſque cœleſtibus à ſe receptis, quæ auctores citati ab ejus ore audita ejus actis inſeruerunt. SCRIPSIT & plura Italicè, inter alia

1. *Libellum de Vitâ ſuâ & donis ſpiritualibus à Deo ſibi collatis.* Hunc dedit citato *Hieronymo*, qui eum inſeruit Hiſtoriæ Beatæ Italicè editæ *Mantuæ* 1507 & *Bononiæ* 1524. in 4.

2. *Epiſtolas ſpirituales XLIII.* quæ cum eâdem Vitâ prodiêre. *Hieronymus* autem ut fidem litterarum certam faceret, eas mox à morte Beatæ palam examinandas exhibuit, præſertim Marchioniſſæ Mantuæ, quæ manum ſeu characterem *Oſannæ* perfecte agnoſcebat. * *Script. Ord. Præd.* II. 840.

ANDREOZZI (*Joachimus*) Bononienſis, Abbas, è Gallico Italicè vertit *Methodum bene orandi* P. *Michaelis* Miſſionarii Capucini, ſub nomine *Rizzardi Chinogiani.* Bonon. 1709. 8. 2 Tom. * *Orlandi* p. 139.

ANDREU (*F. Franciſcus*) Hiſpanus, Valentinus, Ord. Redempt. Deiparæ Virginis de Mercede, S. T. M. domûſque Valentinæ, quam de *Puig* ſive *de Podio* vocant, ut & Balearicæ Provinciæ Præfectus, honeſtate vitæ, meritoque concionatorii muneris ardenter exerciti commendatus poſteris in ſacræ iſtius familiæ monumentis hiſtoricis, ſcripſit, Magiſtri Generalis *Phil. Guimerani* juſſu,

Ceremoniale ſacri ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, cum ſcholiis. Valentiæ, 1614. in 4. * *Nic. Anton.*

ANDREUCCI (*Andreas Hieronymus*) Soc. Jeſu, Italus, librum edidit cui tit.

Introduzione al Chiericato, overo Compendio delle coſe neceſſarie

neceſſarie à ſaperſi da chi brama intraprendere lo ſtato Chericale, con una Inſtituzione ſopra le trè virtù Teologali, Fede, Speranza, e Carità. Aggiuntavi in queſta prima Impreſſione Veneta una Inſtruzione Pratica dello ſteſſo Autore ſopra l'obbligo che ogni Cherico ha di vivere con eſemplarità. Venetiis apud Joſ. Coronam 1730. in 12. Liber exiguæ molis, ſed doctrinâ & ſagacitate eximius, per interrogationes & reſponſiones digeſtus. * Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* 1730. p. 354.

ANDREWS (*Lancellotus*) Theologus & Epiſcopus Anglus, magnâ exiſtimatione floruit Sec. XVII. Cantabrigiæ ſub inſpectione Doctoris *Watſii* in Pembrock-Hall educatus fuit; ibique Academicos gradus accepit. Presbyter ordinatus, Capellani munus iniit apud Comitem Huntingtonienſem. Variis Eccleſiis ſuam præſtitit operam, ac, ne minimo quidem labore adhibito, Præfectus in Pembrock-Hall, & Weſtmonaſterienſis Decanus conſtitutus eſt. Epiſcopatus Elienſes & Saliſburienſes, cùm vacarent, ipſi oblatos recuſavit. Urgentibus tamen ſollicitationibus aliquandiu poſt, reluctante licèt animo, cedere coactus eſt, ac per vices Ciceſtrienſem, Elienſem, & Wincheſtrienſem Epiſcopatum accepit: atque in hâc ultimâ ſede ad mortem uſque permanſit. Eleemoſynarii præterea & Conſiliarii privati Regum Jacobi & Caroli titulo condecoratus eſt; res autem civiles ac politicas, à profeſſione ſuâ prorſus alienas, nunquam tractavit. In egenos, dum viveret, beneficentiâ clarus, pie legata reliquit ad ſummam uſque 6326 librarum quas vocant *Sterling*. Peccatis cujuſcunque generis ſummoperè adverſabatur, ſed iis inprimis quæ tum temporis vigebant, Uſuræ, Simoniæ & Sacrilegio. Viros pios & doctos licèt inſcios promovebat, cujus rei teſtes ſunt *Boyſius* & *Fullerus*, quibus ampliſſimas contulit Præbendas. Ad Clerum, jure divino, Decimas pertinere ſentiebat, & quæcunque exiguntur fœnora illicitæ uſuræ nomine donabat. Magnam ipſi pepererunt famam ejus in omnibus ſcientiis eruditio, quindecim linguarum cognitio, Concioneſque quibus conſcribendis accuratam impendit operam. Concionandi modo utebatur abſolutiſſimo, ac generatim vocatus eſt *Chryſoſtomus*. Ejus Concionum volumen publicari juſſit Rex Carolus, quod ob omnibus theſauri loco exceptum eſt. Atqui prorſus aliter ſentiunt hodierni inter Anglos Eruditi. *Spectatoris* Autor non incelebris eloquentiam hujus Epiſcopi falſam, quodque magis admirationem Regis & Aulæ excitavit puerilitates tantùm & verba jocoſa eſſe ait. In viros doctos liberaliſſimus erat *Andrews*, quod teſtari potuerunt *Caſaubonus*, *Erpenius*, *Voſſius*, *Cluverius*, *Grotius* aliique. *Erpenio* etiam ex propriis nummis annuam obtulit penſionem quâ eum in Angliam alliceret, orientalium in orbe patrio linguarum cognitionem hac ratione promovendi cupidus. Inſignis præterea ſui temporis Caſuiſta habebatur. Ipſi ferè ſoli debebat *Georgius Abbot* Cantuarienſis Archiepiſcopus quod dignitate ſuè non dejectus fuerit. Rem ſuo loco non memoratam huc referre non pigebit. Cum aliquando venaretur *Abbotus*, caſu occidit hominem: quâ de re multus excitatus eſt rumor. Præſulem qui manus ſuas ſanguine inquinaverat, irregularem pronuntiari volebant, & ad Archiepiſcopatum tenendum incapacem. At ſurrexit in Cœtu Rev. *Andrews*, qui Archiepiſcopum tam acriter defendit, ut à Judicibus abſolutus, in poſſeſſione muneris ſui placidè reſtitutus fuerit. Interea tamen Archiepiſcopus per totum vitæ reſiduum diem quo hoc infortunium acciderat in jejunio & oratione tranſegit. Cœlebs obiit *Andrews* 25 Sept. 1626. ætat. 71. * *Morer.* p. 340. edit. Baſil.

Scripta:

1. *Reſp. ad Molinæi Epiſtolas.*

2. *Diſcurſus de Votis*, duabus Dni *Traſkii* opinionibus Judeizantibus oppoſitus. *Angl.*

3. *Reſponſio* ad Cardinalem *Perronium*, pro defenſione *Caſauboni.* Angl.

4. *Sermones XCVI.* Angl.

5. *Sermones in Orationem Dominicam.* Angl.

6. *A Determination concerning Oathes.* Lond. 1593. 4. Determinatio quæſtionis *an per Jus Divinum Magiſtratui liceat à reo jusjurandum exigere?* Vid. inf. num. V.

7. *Tortura Torti*: ſeu Reſponſio ad *Torti* librum contra Apologiam Jacobi Regis Angliæ *pro Juramento Fidelitatis*. Lond. 1609. 4. Vid. *Placc.* in Anon. *n.* 891 β & γ. *Tortus* nomen eſt Eleemoſynarii Card. *Bellarmini*, ſub quo ipſe Cardinalis adverſus noſtrum ſcripſeret. Hujus Reſponſio quamplurima continet ſingularia, Autorumque teſtimonia pro tuandâ Regum ſummâ poteſtate ac independantiâ profert, ac pedetentim refellit librum *Matthæi Torti*, vel ipſius *Bellarmini*. Alia item momentanea de diſciplinâ Eccleſiaſticâ tractat argumenta.

8. *Reſponſio ad Apologiam* Bellarmini, *quam edidit contra Præfationem* Jacobi *Regis Angliæ*. Lond. 1610. 4.

9. *Manual of Directions for viſitation of the Sick*, Lond. 1648. 4. De viſitatione ægrotorum.

10. *Prayers and private Devotions*. Lond. 1648.

11. Explicatio Decalogi. *Upon the X Commandments with an Introduction concerning the uſe of Catechizing*. Lond. 1650. fol.

12. *Diſcourſe of Ceremonies uſed and Retained in Chriſtian Churches.* Lond. 1653. 8.

13. *ἀποσπασμάτια in IV priora Capita Geneſeos & varia V. & N. T. loca.* Lond. 1657. fol. Angl.

14. Diſcurſus varii Anglicè dicti & ſcripti, qui Latinè verſi prodiere *Lond.* 1629.

I. Ad Clerum in Prov. XX. 25. *Laqueus eſt homini devorare ſacra*, ubi Autor in Eccleſiaſticos invehitur, qui Eccleſiæ bona propria ſibi faciunt, quive iiſdem malè utuntur.

II. In Synodo Provinciali Cantuarienſi A. 1593 habitâ, ſuper Act. XX. 28. *Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Contendit Apoſtolum hæc verba pronunciaſſe in Synodo Provinciali Epiſcoporum Aſiæ, Mileti habitâ. Hujus ſententiæ ſingulas voces explicat, amplitudinem oſtendit, hodiernæque Eccleſiæ Miniſtris accommodat.

III. Coram Rege Magnæ Britanniæ 5 Aug. 1606. ex Pſ. CXLII juxta Vulg. CXLIV juxta Hebr. ℣. 11. *Ipſe eſt qui dat ſalutem Regibus: qui eruit Davidem ſervum ſuum de gladio maligno.* Eximias quamplures conſiderationes exhibet de Religione ac Regum officiis, deque obedientiâ ipſis à ſubditis debitâ.

IV. Item coram Rege habitus 13 April. 1613. ex Eſ. LXII. 5. *Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus*: Grammaticalibus annotationibus iſte Diſcurſus refertus eſt.

V. His acceſſit Autoris Deciſio *de Juramento* (vid. ſup. n. 6.) in quâ quinque agitat quæſtiones. 1° an juramentum exigere licitum ſit? 2a an Magiſtratus exigere? 3a an requirere poſſit pars adverſa? 4a an exigere licitum ſit non modò in cauſis capitalibus, ſed & in civilibus? 5a Uſquequò extendatur exigendi tantùm permiſſio? Quoad tres priores affirmativam tuetur: quoad duas poſteriores, non vult juramentum præſtari, quo capite plecti poſſit homo, niſi de rebus Statum concernentibus agatur; ſed in dubiis caſibus ad res civiles pertinentibus, ab Accuſatore aut Defenſore juramentum exigi poſſe arbitratur. In hâc Diſſertatione multa eruditio cum acri judicio elucet.

VI. Sequens eſt *de Uſurâ*: in quâ contendit, uſuras quæ maximè legitimæ videntur, eſſe illicitas, tum ex Scripturâ Sacrâ, tum ex teſtimoniis Patrum, Theologorum Reformatorum, Philoſophorum ac Legum. Adverſus *Molinæum* ſcripta eſt.

VII. *De Decimis* quæ Eccleſiaſticis ſolvuntur. Pro-

lix-

lixè probat aboleri non debere, quod Jure Divino inſtitutæ ſint, Eccleſiaſtico & Civili, Conciliis, Principum legibus, uſu, juſtitiæque ac rationi conſentaneas eſſe.

Fuit autem aliud *Molinæum* inter & *Andrews* diſſidium de diſtinctione Presbyterorum ab Epiſcopis, quam iſte tuebatur, ille negabat. Nec tamen Eccleſiæ Romanæ favebat noſter, qui Anglicè ſcripta edidit adverſus Cardinalem *Perronium*, in quibus Pontificiorum doctrinam oppugnabat, ac inprimis realem corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam. Iis tamen non tam infenſus erat quam Calviniſtis, ſi fides *Elliæ Du Pin* (*). Vir fuit vere doctus. Linguas callebat, in Scripturæ Sacræ & Patrum lectione verſatus. Theologus eximius, ſapienter ac methodice loquebatur, in ſententiâ ſuâ moderatus. Stylo utitur ſimplici ſed virili, ac tali qualis Theologiæ Doctorem & Epiſcopum decet.

(*) *Bibl. Autor. Proteſt. Sec.* XVII. *Tom. II. p.* 598.

ANDRI. Vid. ANDRY.

De ANDRIA. Vid. PETRUS.

ANDRIANUS (*Zacharias*) Brixienſis, cujus extat ex *Lipen.* II. 706.

Expoſitio Sacrificii Altaris, Libb. II. Brixiæ 1573. 8.

ANDRIES (*Jodocus*) Jeſuita, natione Belga, patria Cortracenſis, (de *Courtray*) natus die 15 April. 1588, Societatem ingreſſus Tornaci die 2. Oct. 1606 Profeſſionem 4. votorum emiſit Antverpiæ 3. Maii 1623. Vir fuit eximiæ virtutis, exemplum perfectionis religioſæ, & de quo olim Viſitator Belgii *Henricus Scherenus*, dum illam viſitaret Provinciam, non vano augurio, quaſi præſagiendo dixit, jam tum apparere in eo magnæ ſemina ſanctitatis. Abſolutis ſtudiis, & applicatus à Majoribus ad habendas conciones, tanto zelo indefeſsè eo munere functus eſt per annos prope 40. ut ſæpius bis in die, aliquando ter dixerit. Brugis cum degeret inſtante jejunio quadrageſimali, adverteretque deeſſe qui populo meditationes in templo, de Chriſto patiente veſperi proponeret, ipſe ſe Superiori in ſupplementum obtulit, rametſi ſibi in principe Æde quotidie concionandum eſſet. Fuerunt ex Auditoribus viri fide digni, qui affirmarunt, vidiſſe ſe, dum verba faceret, ejus vultum cœleſti luce circumfuſum, & aliquando quaſi ſtellam vertici inſidentem. Nec in urbibus ſolum, ſed in pagis quoque ſalutem animarum promovere ubique conatus eſt, erectis in illis tum Chriſti patientis tum Matris doloroſæ ſtationibus, quas & ipſe frequens obibat, ut alios ſuo exemplo ad id incitaret. Nec contentus hortari verbo, varia inſuper elucubravit opuſcula, quibus & longè abſentes, & poſteri à peccatis abſtraherentur, & ad pietatis Chriſtianæ officia ſtimularentur. Erat autem in minores tractatus ejuſmodi propenſior, quod facilius poſſent divulgari, & ſine faſtidio perlegi. Nec fefellit eum ſua in eo opinio. Nam certo conſtat, libelli quem edidit *de perpetua Chriſti Cruce* in ſolo Belgio, & anno non integro, quinquaginta circiter millia fuiſſe divendita. Alterius verò *de perpetuo gladio Reginæ Martyrum* ſupra quindecim millia. Ejuſdem zeli & charitatis viſcera experti ſunt etiam quotquot illo Confeſſario vel rerum ſpiritualium Præfecto uſi ſunt; eo enim munere perfunctus eſt in omnibus quibus habitavit locis, tanta ſedulitate, & tanta facilitate exhibens ſe omnibus, & omnibus horis, ac ſi nihil aliud agendum habuiſſet, ut ſingulis ipſis fuerit viva idea charitatis. Sed non minor in eo obedientiæ laus fuit. Superiores ſiquidem ut Dei vicarios venerabatur, promptus ad omnem illorum nutum, nec de ullo onere ab ipſis impoſito ſe unquam excuſabat, Regularum & rerum omnium, quæ præſcribebantur, tam obſervans fuit, ut non ſit qui eum vel in minimo defuiſſe meminerit. Paupertatis ſanctæ ſtudioſus extitit, ut perpetuo viliſſima quæque ambiret, nec haberet in cubiculo quidquam ſingulare, niſi religioſum nitorem juxta Regulam. Cùm quædam pia, & opulenta fœmina, quæ illo utebatur Confeſſario, miſerta ſenii, & laborum, quos ſubibat, obtuliſſet ſe ad conſtruendum cenſum annuum centum circiter aureorum, qui eum quocumque pergeret ſequeretur, diſſuaſit, nec ullo modo admiſit. Caſtimoniæ tam amans fuit, ut virgo uſque ad obitum permanſerit. Hujus virtutis quaſi comites tres inſeparabiles habuit, arctiſſimam cum Deo conjunctionem per orationem, profundam humilitatem, & ſeveram ſui corporis tractationem. Mentalem orationem adeo ſibi familiarem fecerat, ut continuò in Dei præſentia verſari, & divinum quid in omni actione, & verbis ſpirare videretur. Ad Miſſam, quam vocant, celebrandam quotidie ſe operoſiſſimè præparabat, in ipſa autem Liturgia ex abundantia conſolationis Divinæ videbatur colliqueſcere, & in ſacra Communione hærebat diu, cum profundis ſuſpiriis, & profluvio lachrymarum. Nihil tamen in eo eminuit magis, quàm profundiſſima humilitas, cum tanta eruditione & rerum geſtarum, virtutumque ſplendore conjuncta. Erubeſcebat inſtar virginis ad omnem vel minimam ſui laudem, in communi colloquio ſe tanquam omnium infimum gerebat; fratribus Adjutoribus ſe ultro adjungebat. Lucubrationes ſuas judicio aliorum pleniſſimè ſubmittebat; ſenior ſe Superiori obtulit ad docendas denuo litteras humaniores. Cùm Mechliniæ concionaretur, Tyronibus ſe admiſcebat, & quaſi unus ex illis vehebat lapides, ligna portabat. Cum benigniſſimus in omnes eſſet, in ſe unum ſeveriſſimus ac quaſi tortor fuit. Dilacerabat tergum prolixis flagellationibus, & ſæpius de die repetitis, donec ſanguine copioſo totus madere. Induſia vulnerum cruore tincta ſecretò ſtudioſe eluebat, ne ſupplicia ſua linteario innoteſcerent. Horrido ſemper utebatur cilicio, vel cingulo aculeato quo accinctus ſingulis hebdomadis, dum foras concionaturus ibat, milliaria aliquot conficiebat. Dum Brugis per annos 15. Eccleſiaſten ageret, auditus eſt ſæpius media nocte ſurgere, & in ſe flagris atrociter ſævire. Nunquam etiam frigidiſſima hyeme accedebat ad focum, niſi tempore communis recreationis poſt menſam, quamvis præ frigore illi ſæpe finderentur manus. Fuit cùm per menſes integros ſemel duntaxat 24 horarum ſpatio potum ſumeret. Dum concionaretur per quadrageſimam vel adventum quotidie, nunquam attingebat quæ religioſa charitas ejuſmodi operariis extra ordinem ſolet apponere. Demum annis gravis, & febri hectica confectus, receptis tempeſtivè extremis ſacramentis, ubi amori ſuo, Crucifixum cum lacrymis oſculando nonnihil indulſerat, elata dextera & alacri voce exclamans, in Cœlum! in Cœlum! ſanctè obiit, uti vixerat, Bruxellis 21 Nov. 1658. Edidit *Jodocus* varia opportunitate complures pias exercitationes, partim patentibus ſoliis adjuncta imagine, partim brevibus libellis, eo ſucceſſu ut eorum aliquot, duodecies, & decies ſexies, vel ſæpiùs repetito prælo prodierint. * *Sotuel* Bibl. S. J. Conſ. *Alegamb.*

SCRIPTA:

1. *Modus orandi pro neceſſitatibus Patriæ*, Latinè & Flandricè, *Gandavi* 1619. Auctus deinde variis locis ſæpe prodiit.

2. *Manus hominis, & dies hominis Chriſtiani.* Latinè, Flandricè, Gallicè, *ibid.* 1621.

3. *Facilis modus lætam mortem obtinendi* Latine, Flandricè, *ibid.*

4. *Preces ad ſtationes Paſſionis, & ad* 15 *Myſteria B. Virginis, ac ſeptem ejus dolores.* Ibid. 1621, & deinceps alibi.

5. *Annulus Æternitatis*, tum in libellulo, tum in exporrecta Charta, Latinè, Gallicè, Flandricè, duodecies repetito prælo, *ibid.*

6. *Memoria Paſſionis Domini*, Latinè, Hiſpanicè, Gallicè,

Gallicè, Flandricè, *Lovanii*, & *Brugis* 1621.

7. *Emblemata de Stationibus & Memoriâ Paſſionis Dominicæ*. Gand. 1626.

8. *Libellus de Amoris Dei actu, & Contritione*, Latinè & Flandricè, *Mechliniæ* 1626.

9. Idem per Compendium ſub titulo, *Duæ claves Cœli*, quæ ſeptem Linguis Latinâ, Hiſpanicâ, Italicâ, Gallicâ, Germanicâ, Anglicâ, Flandricâ, in lucem prodiere, & ex illis ſupra centum quinquaginta millia exemplarium diſtracta ſunt.

9. *Bruga Mariana*. Flandrice *Brugis* 1634.

10. *Dolores Beatæ Virginis Mariæ*. Mechliniæ 1627. & Brugis 1629.

11. *Brevis exercitatio, ad promovendum Roſarium 12 Stellarum Deiparæ*, Flandricè *Gandavi*.

12. *De Gratiâ Jubilæi ſervandâ, augendâ*.

13. *Facile certumque præſidium adverſus omne peccatum*, Brugis 1629. Latinè, Hiſpanicè, Flandricè, Gallicè, Anglicè, multiplici prælo.

14. *Commemoratio Animarum Purgatorii*, Flandricè item.

15. *Purgatorium Catholicè aſſertum cum incitamentis, ac methodo ſuffragandi*. Brugis 1642. Antverp. 1643. in 12.

16. *Negotiatio ſpiritualis Mercaturæ, ut in uno anno tantum lucremur quantum decem*, Latinè, Gallicè, Flandricè, variis locis novies repetito prælo.

Ex his in unum collegit aliqua, ediditque ſub hoc titulo:

17. *Fauſtus annus, menſis, hebdomas, dies, hora, Christiani hominis*. Brugis 1638. in 24. Monaſt. 1643. in 12. (a) Poſt quinque ejuſdem libelli editiones prodiit ab Auctore recognitus, & auctior, *Brugis* 1659.

18. *Supplex libellus pro Animabus Purgatorii*. Belgicè Antverp. 1642 in 24. *Gallicè* ibid. 1649. *Latinè* Coloniæ 1650.

19. *Perpetua Crux Chriſti à puncto Incarnationis ad extremum vitæ*. Antverp. 1649. in 12. Latinè, Flandricè, Gallicè, Hiſpanicè, Italicè.

20. *Perpetuum Sacrificium Crucis, & altaris*. Ibid. iiſdem linguis, & anno in 12.

21. *Perpetua Crux uberiùs explicata*. Ibid. 1651. in 24.

22. *Perpetuus gladius Reginæ Martyrum*. Ibid. 1650. & 1652. *in* 12. pluribus linguis ſæpius recuſus.

23. *Neceſſaria ad ſalutem ſcientia per Icones* 52. *repræſentata*. Ibid. 1654. Latinè, Belgicè, Gallicè in 12.

14. *Tacitum pactum inter amatores Crucifixi*. Ibid. in 12.

Hæc, & alia tacito nomine maximo fructu evulgavit; pro concionibus frequentem illorum uſum, ferventer commendabat. Cùm Bruxellæ litteris humanioribus docendis operam daret, emiſit in lucem ſub Rhetorum & Collegii ſui nomine,

25. *Lachrymas in obitum ſereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ Margaretæ cum oratione funebri*, ſub nomine Collegii Bruxellenſis S. J. Bruxellæ, 1611.

(a) *Lipen*. I. 57 ſub tit. *Lud. Andream*

ANDRIEU (*Carolus*) Calviniſta, ſcripſit Gallicè

1. La Defaite de Goliath. &c. *Goliæ ſtragem*, ſeu *Refutationem libri, cui tit*. Anti-Calvinus Catholicus. ab *Alex. Regnard* edit. *Bergeraci*. 1612. 8.

2. *Colloquium Amicum*. Ibid. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. IV. p.* 977.

ANDRONICIANUS, Philoſophiæ admodum ſtudioſus, Scripſit *adversùs Eunomianos libellos duos*, in quibus promiſit grandia, mediocria præſtitit. Vid. *Phot*. Cod. XLV. NE (*a*) Moribus, ingenio ac ſtylo Philoſophus erat, Religione tamen Chriſtianus. (*b*)

(a) *Cave* ad finem Sec. VI. ubi de *Script*. incertæ ætatis, *Photio* tamen antiquioribus.
(b) *Du Pin* Sec. VI.

ANDRONICUS, *Camaterus*, Præfectus urbis CP. & magnus Viglæ Drungarius, Sebaſtus, & ipſius Imperatoris *Manuelis* affinis, θαυμαστὸς ἀνὴρ ipſo ſatente *Vecco*, καὶ λόγων ἰσχύϊ πρεσβυβλημένος ἐπὶ μὴ... *Vir admirandus, & egregio ſermonum robore pollens*. Claruit circa annum 1156. unde neſcio, inquit Cl. *Cave*, quid in mentem venerit *Caſimiro Oudino*, qui eum ad annum 1330 detrudit (*a*), ipſumque contra *Veccum* ſcripſiſſe affirmat, cùm è contra abundè ſatis pateat *Joannem Veccum*, qui anno demum 1274. claruit, adversùs *Andronicum* noſtrum ſcripſiſſe, deque eo tanquam ſemetipſo longè antiquiore loqui. Scripſit *librum adversus Latinos* ſub perſonâ *Manuelis* Imp. ſeu potiùs *Dialogum, interlocutoribus Manuele & Cardinalibus Romanis CPoli tunc commorantibus, de Proceſſione Spiritûs S.* cui poſtea reſpondit *Veccus*. Item *Diſputationem Imperatoris cum Doctore Armenorum Petro*, & (*b*) *libellum de duabus in Chriſto naturis*, atque aliis capitibus. Libri iſti extare MSS. dicuntur in Bibl. Bavar. Cod. 120.

Hos *Andronico* CPolitano, ex Imperatoriâ *Comnenorum* proſapiâ oriundo perperam tribuit Cl. *Wharton* ad A. 1317. ut & *Dialogum adverſus Judæos*, qui *Andronici Comneni* eſſe vulgò creditur.

(a) Supplem. *p.* 600 ſed errorem ſuum agnovit in Comment. ad A. 1162.
(b) Diſputationem à libello non diſtinguit *Oudinus*.

ANDRONICUS Imperator. Vid. COMNENUS & PALÆOLOGUS.

ANDRONICUS Sigurus. *Vid.* DUCAS.

ANDROTIUS ſeu ANDROZZI (*Fulvius*) Jeſuita, natione Italus, patriâ Picenus è Monticulo, cùm eſſet Doctor, & Sanctæ Ædis Lauretanæ Canonicus, Societatem anno 1555 amplexus eſt, in quâ duos alios germanos fratres habuit, *Hortenſium*, qui Tiburtini Collegii Rector fuit, & *Curtium*. Ipſe *Fulvius* Meldulam, & latè Picenum primus excoluit, veſtigiis Apoſtolici fervoris altè ubique impreſſis, ut turbæ orationis ejus ardore commoræ Apoſtolum apparuiſſe celebrarent. Senas inde tranſlatus eſt ad naſcentis ibi Collegii firmamentum. Denique Collegii Ferrarienſis habenas perdiù rexit, ſanctèque in eo ceſſit è vitâ, vir prudentiæ, doctrinæ, pietatis egregiæ. SCRIPSIT materna Linguâ

1. *Pias conſiderationes de frequenti Communione*. Mogunt. 1598. in 12. (a).

2. *Meditationes de Paſſione, & Morte D. N. Jeſu Chriſti*. Germ. cum *Cathol. Charwochen* &c. Friburg. 1609. 8. (b)

3. *Speculum Viduitatis*, ſive, *De laudabili Viduarum ſtatu*; quæ omnia ſeorſim priùs edita, demùm Latinè reddita, ſimul prodierunt Coloniæ 1612. in 12 (*c*) *Speculum* item ibid. 1614 (*d*)

(a) *Lipen*. I. 307. (b) *Draudii*. Catal. Bibl. Francof. *p* 19.
(c) *Alegamb. p.* 145. (d) *Lipen*. II. 900.

ANDRUZZI (*Aloyſius*) Cyprius, Phil. ac Theol. Doctor & in Bonon. Archigymn. Linguæ Græcæ Profeſſor Publicus, claruit hoc Sec. XVIII.

SCRIPTA:

1. *Vetus Græcia de Sanctâ Romanâ Sede præclarè ſentiens*, ſive *Reſponſio ad* Doſitheum *Patriarcham Hieroſolym*. Venetiis, Balth. Juliani 1713. in 4. Gr. Lat. Opus in tres libros diviſum, quorum *primo* inſtituit probare à Chriſto Petrum fuiſſe conſtitutum principem Apoſtolorum, & univerſæ Eccleſiæ Paſtorem. *Secundo*, contendit Petro fuiſſe ſemper, eiſque ſucceſſorem in Eccleſiâ tam quod ad munus, quam quod ad poteſtatem attinet; ſolumque Pontificem Romanum hunc eſſe genuinum Petri ſucceſſorem, quod ex Concilio tertio, ſexto & ſeptimo probandum in ſe ſuſcipit, quorum authoritas nec *Doſitheo* inficianda videatur. *Tertia* pars denique *Doſitheo* oppugnando & Pontificum Apologiæ deſtinata eſt (*a*)

(a) *Fabricii* Bibl. Græc. X. 420. *Journ. Liter.* Tom. VI. pag. 490. *Giorn. de' Letter.* Tom. XV. p. 257.

2. *Con-*

2. *Conſenſu tam Græcorum, tum Latinorum Patrum de Proceſſione Spiritûs Sancti ex Filio*, item contra *Doſitheum &c.* Romæ 1716. in 4. (*b*)

3. *Perpetua Eccleſiæ doctrina de infallibilitate Papæ in decidendis (ex cathedra) Fidei quæſtionibus extra Concilium œcumenicum, & ante fidelium acceptationem*: Societati Jeſu dicata. *Bonon.* Piſarri 1720. in 4. (*c*)

4. *Clementina Conſtitutio* Unigenitus, *Eccleſiæ traditionum vindex*. Ibid. typis Lælii à Vulpe 1723. in 4. Duce ac magiſtro Auguſtino, D. Thoma, nec non œcumenicis Synodis, Summorumque Pontificum definitionibus uſus doctiſſimus Autor, parvo opuſculo contentus eſt (conſtat *pag.* 276.) dummodo inter Virorum ſapientiſſimos, ab aliis ad alios hoc latiſſimè manare queat (d).

5. *Peremptorium Iconomachiæ* per *Jacobum Piceninum* reviviſcentis. Venetiis, Pitteri 1730. in 8. Opus in tres libros diviſum, quorum *primo* Capp. X. de Imaginibus tractatur, earumque uſus legi divinæ conſentaneus aſſeritur *&c.*

In *ſecundo* Capp. III. adverſariorum objectionibus reſpondetur.

In *tertio* Capp. VII. de cultu & invocatione Sanctorum agitur, de reliquiis, votis, vigiliis ac feſtivitatibus, quæ omnia probare conatur Autor ex Scriptura, Conciliis, Patribus ac ratione *&c.* (e)

(b) *Giorn. de' Letter.* T. XXVIII. 448. (c) ib. XXXIII. P. II. p. 349. (d) ib. XXXV. 406. (e) Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* 1730. p. 114.

ANDRY (*Claudius*) Eccleſiaſtes Lugdunenſis, *Nicolai Andry* Medicinæ Doctoris celeberrimi (a), frater, SCRIPSIT Gallicè hoc Sec. XVIII.

1. *l'Hereſie des Proteſtants* &c. Hæreſis Proteſtantium, & Veritas Eccleſiæ Catholicæ patefacta. *Lugd.* Viret 1714. II voll. in 12. (b) Opus inſcriptum Viro Cl. D. *Bened. Picteto* Eccleſiæ Genevenſis Paſtori ac Theologiæ Profeſſori doctiſſimo: cui operi reſpondit illicò *Pictetus*. Repoſuit *Andry* lib. cui tit.

2. *Replique à Monſieur Pictet*. Lugd. 1716. in 12. II voll. quibus duo alia oppoſuit *Pictetus*. Poſt hæc prodiit item Gallicè

3. *Epiſtola Dn. Audry ad Dn. Pictetum* &c. Addita eſt alia *ad Proteſtantes* de eodem argumento. Lugd. 1717. in 12. aliaque de nomine Eccleſiæ Romanæ, Catholicæ dato, hoc tit.

4. *Lettre inſtructive d'un Catholique à un Proteſtant de la ville de Lyon, ecrite le 10 de Mars 1717. ſur le nom d'Egliſe Romaine donné à l'Egliſe Catholique*. Lugd. 1717. in 12. (c) Huic Epiſtolæ occaſionem dedit quidam Reformatus, ſe in Eccleſiâ quidem Catholicâ, non autem Romanâ verſari dicens. Contendit igitur Autor noſter ſolam Romanam Eccleſiam eſſe Catholicam.

(a) Vid. *Bibl. Script. Medic.* Tom. I. [b] *Ephem. Erud. Febr.* 1715. *Diar. Trevolt.* Sept. 1717. [c] *ibid.* Jul. 1718.

ANDUESA vel ANDUEZA (*Didacus Malo* de) Hiſpanus, Benedictinus, ſui Ordinis generalis Concionator, edidit Sec. XVII

Oraciones panegiricas en las feſtividades de varios Santos. Matriti, 1663. in 4. * Nic. Anton.

ANDUESA (*Ignatius* de) Navarrus, Sacerdos Theologus, & ad S. Laurentium Pampilonenſis urbis Vicarius, edidit Sec. XVII.

1 *Vida y martyrio de San Saturnino y San Fermin Patronos de Pamplona*. Pampelone 1607. in 8. Præmittuntur *tres Diſcurſos de la Cruz de Chriſto, del Martyrio, y de otras particularidades antiguas*.

2 *Manual de Caſados*. Manuale Conjugum: ſimulque, *un Tratado del Santiſſimo Sacramento*. Ibid. 1618. in 4. ac neſcio quid *de Sancto Ignatio de Loyola*. * Nic. Anton.

ANELLUS (*Joſephus*) Siculus, Mazarienſis, inſignis Poeta. Obiit anno 1520. Ipſum laudat *Rocchus Pirrus* not. Eccl. Mazar. *pag.* 543. qui hæc, inter a-

lia, MSS. reliquiſſe, apud U. J. D. *Joſephum Centorbi* ſervata, teſtatur, nempè:

1. *Vitam SS. Viti, Modeſti, & Creſcentia*.

2. *De Arte Poetica Chriſtiana* libb. 2.

ANELLUS (*Petrus*) alter Siculus, Alicatenſis, Poeta, floruit anno 1533, quo ſcripſit Italico carmine.

Vita, e Morte di lo Glorioſiſſimo B. Sant' Angelo Hieroſolimitano. Panormi 1577. in 4. & iterum ibid. ſuppreſſo nomine 1606. in 8. * De utroque *Mongitor* in Bibl. Sicul.

de ANESIACO. Vid. NICOLAUS.

de ANETO (*Johannes*) Gallus, Ord. FF. Præd. ab origine ſic nuncupatus, (*Anetum* vulgò *Anet*) Carnutenſis diœceſis oppidum) Carnutis Ordini nomen dedit, & circa initia Sec. XIV claruit, ſi fides *Nicol. Le Febvre* qui aſſerit aſſervari in Biblioth. Sodalium Carnocenſi codicem MS. hujus *Joannis*, cujus titulus *Concordantia*. Sunt Sermones ab eo concinnati.

Alva Sol verit. *Rad.* 351. *cod.* 2160. citat codicem Bibl. Victor. alias 2. 582. in quo habentur variorum quæſtiones *ſuper Libros Sententiarum*, & inter alios cujuſdam *F. Johannis de Alneto à Jacobo Pariſienſi*, forte legendum *à S. Jacobo*, cujus & quædam *Alva* exſcribit, quæ habentur codicis *fol* 117. Hujus verò non meminit *Alva*, niſi quia ſodalem cenſuit, & conjectu proclive, ſed hunc alium à priori laudato exiſtimat *Echardus*. *Alnetum* enim vernaculè *Launoy*, ubi Abbatia Livriacenſis, diœceſis eſt Pariſienſis, ſicque erit alter ſcriptor vergente Sec. XIV. clarus.

In Actis cap. gen. A. 1465 Senis coacti fit mentio cujuſdam F. *Joannis de Aneto* provinciæ Franciæ, qui aſſignatur ad legendas Pariſiis Sententias in magnis ſcholis pro ſecundo anno intraneis, id eſt provinciæ Franciæ ſodalibus debito, caſu quo F. *Robertus de Crequy* Conventûs Audomarenſis nationis Picardiæ hunc locum implere non poſſit. An erratum ſit apud *Nicolaum* citatum in anno, & ad Seculi XIV initia retulerit qui vergente tantùm Sec. XV floruerit, in medium reliquit *Echardus*, qui hujus meminit *Tom. I. p.* 727. Vid. & *p.* 502.

ANFORA (*Onuphrius*) Italus, nobilis Surrentinus, Clericorum Regularium Præpoſitus generalis, dedit in lucem Neapoli, ſuppreſſo nomine ſuo, librum *Exercitiorum ſpiritualium*, Buterienſi Principiſſæ JOANNÆ *Auſtriaca* dicatum. * *Toppi* Bibl. Napol. *p.* 227. ex *Silos* in Syll. *fol.* 619.

ANFOSIUS (*Dominicus*) natione Ligur, Tabienſis (de *Taggia* in ditione Genuenſi,) Sacerdos morum integritate & doctrinâ clarus initio Sec. XVII. Rector Ottabiani in diœceſi Papienſi, cui Eccleſiæ nuncium remiſit poſt aliquot annos, Canonicus S. Joannis in Burgo, Doctor tum S. Scripturæ, tum Decretalium in Academia Papienſi, Montis Pietatis Ottabienſis Fundator, in ultima ſenectute inter Patres Oratorii Papienſis luminibus orbatus cum virtute vixit, evulgavitque

1. *De ſacrarum reliquiarum cultu, veneratione a translatione atque identitate*. Brixiæ 1610. 4.

2. *De Eccleſiaſtica libertate*.

3. *Conſilium & reſponſum de aſilorum de Immunitate Eccleſiaſtica*. Bonon. 1636. 4. (*)

4. *De redditibus Eccleſiaſticis*.

5. *De Clericorum peculio*.

6. *De Verbi Dei Prædicatorum miſſione*.

7. *Synodum* Albengæ habitam ab Epiſcopo *Landinello*, & Orationem à ſe dictam in tertia ſeſſione: & alia quædam. * Vid. *Oldoini* Athen. Ligust. *p.* 154.

(*) *Ephem.* II. 86.

ANGARIENSE, ſeu SANGARIENSE Concilium, juxta Helenopolim in Bithyniâ, circa annum CCCXCI. à Novatianis habitum. In quo *Sabbatius* Presbyter, ex Judæo Chriſtianus, ob dogma de Paſchate more Judæorum celebrando, damnatur. Vide *Socr.* lib. V. cap. 21. pag. 281. * *Cave* in Hiſt. Liter.

B. ANGELA *de Fulginio* , Virgo inter Myſticos Auctores inſignis, vixit Fulginii in Ducatu Spoletano Sec. XIII. quæ marito adhuc juncta , ad Deum ſe convertit, ac deinde, poſt ipſius obitum, Tertium S. Franciſci Ordinem eſt ingreſſa. Sanctimoniâ illuſtris obiit 4 Jan. A. 1309. Opuſcula cum Vitâ ejus Latinè Confeſſor ipſius evulgavit. Ex Latino Italicè prodierunt *Romæ* 1541. in 8 (*a*). Latinè *Pariſiis* & *Coloniæ* 1601. in 12. hoc tit.

B. Angela de Fulginio , *oſtendens veram viam , quâ poſſumus ſequi veſtigia noſtri Redemptoris* (b). Reperiuntur item in Actis SS. ad diem 4 Jan. *Belgicè* quoque *Antverp.* 1618. Gallicè *Pariſ.* quæ cùm non amplius ſupereſſet , nova verſio Gallica comparuit *Amſtelod.* 1696. in 12. ſub tit. *Colonia*, quæ inſcribitur *Theologia Crucis Jeſu Chriſti* , *ſeu Opera & Vita B. Angela de Fulginio*. Annexa ſunt huic Editioni Exercitia *Bloſii* in Paſſionem J. C. Sed & ex Latino Hiſpanicè vertit *Matriti* 1618. 8. *Franciſca de los Rios* puella duodecim annos nata (e). *Latinè* iterum *Fulginii* , typis Franc. Antonelli , 1714. in 4. hoc tit.

B. Angelæ Fulginatis *Vita & Opuſcula* , *cum duplici Prologo* V. F. Arnaldi *Ord. Minorum*, *ejuſd. Beatæ Confeſſarii* , *atque illius Vitæ Scriptoris*. Accedunt *Appendix* , *& variæ lectiones ex vetoſto MS. necnon aliquot Virorum illuſtrium elogia* : &c. Hanc editionem curavit *Joannes Bapt. Boccolini* , qui , prioribus omnibus inter ſe collatis , Bollandianam amplexus eſt, eam in libros , partes , & capitula diſtribuendo. Cùm autem in Bibl. PP. Minorum Conventualium Aſſiſii reperiſſet antiquum codicem inſcriptum *Liber Sororis LELLÆ de Fulgineo de Tertio Ordine S. Franciſci*, ſubitò agnovit librum eſſe B. *Angela*, quem cum edito collatum , in pluribus ampliorem eſſe animadvertit, ideoque Appendicem ſubjunxit (*d*).

Verùm ut pauca de ejus Operibus dicam » habetur in iis pleniſſimæ gravitatis commendatio Vitæ » J. C. ejuſque ternæ ac inſeparabilis (ut loquitur) » ſocietatis, *paupertatis* ſcilicet , *contemptûs* & *dolorum*. » Depinguntur ibidem vera Oratio , Humilitas, Amor » Spiritualis, Dona Dei in dilectos ſuos conferri ſolita, » Sacramentum amoris , Præſentia & inhabitatio Dei » in anima , itemque commercia Dei ſupernaturalia » cum ipſâ, unà cum neceſſariis contra illuſiones cautelis. *Vita* ejuſdem ibi in tres partes eſt diviſa, quarum *prima* hiſtoriam converſionis ejus, pœnitentiæ, » & terribilis purificationis continet : *Secunda*, modos » ſupernaturales quois Deus ipſi conſolationes, lumina, » divinas cognitiones ſui & attributorum ſuorum , eorumque omnium quæ ad redemptionem & ſalutem » noſtram pertinent, ſuggeſſit : *tertia* verò poſtremos ipſius ſermones, Teſtamentum & beatum ejus obitum(*e*).

(a) *Ciacon.* Bibl. p. 163. (b) *Lipen.* II. 89. (c) *Nic. Anton.* I. 103. (d) Vid. *Giorn. de' Letter.* Tom. XIX. (e) *Poiret Bibl. Myſt.* p. 143.

ANGELA Virgo, RAYMUNDI Bohemorum Regis filia, in Tyro Palæſtinæ poſt mortem patris, ſub Doctore *Brochardo* Hieroſolymitano , Carmeli velamen accepit , & Anachoreticam vitam ducens , ſcripſit *Contemplationes de Chriſto* , *de Euchariſtiâ*, *Revelationum* libros ſingulos. Claruit A. 1290. Corpus ejus Pragæ in Carmelitarum monaſterio conditum eſt. * *Ciacon.* p. 163.

ANGELELLIUS (*Petrus*) Ord. FF. Prædic. gente Italus , quem *Bern. Guidonis* Lucenſem à patria & profeſſione dictum ait , cui fides potius adhibenda, quàm *Rovetta* qui ad A. 1271 contendit & origine & votis fuiſſe Bononienſem . ab utroque & *Fontana* , & *Rovetta* Magiſter Sacri Palatii ſub CLEMENTE IV fuiſſe aſſeritur , à *Bernardo* citato Lucenſis Epiſc. ad quam Eccleſiam à GREGORIO X fuiſſe promotum 14 Maii 1272, ait *Ughellus* & poſt eum alii. Hunc Pontificem Lugdunum ad Concilium generale properantem ſecutus eſt , & poſt ejus celebrationem A. 1274 ibidem obiit. Hunc *Rovetta* primus ſcriptoribus accenſet , cui à quo relicta fuerint

1. *Comment. in IV libros Sententiarum.*

2. *Summa caſuum conſcientiæ.* * Echard. I. 349.

ANGELERIUS (*Gregorius*) Capucinus , natione Italus , patriâ à Panagia , inferioris Calabriæ oppido, Rheginæ Provinciæ Definitor , vir doctus , vegetioris ſpiritûs ſolertiâ præditus , & in verbo Dei declamando ſacra eruditione cumulatus , obiit *Neapoli* 12 Cal. Febr. A. 1662.

SCRIPTA:

1. *Il pretioſo Teſoro del ſangue di Chriſto raccolto dalla Sacra Scrittura , e da SS. Padri*, in 40 *Prediche*. Neap. 1651. fol.

2. *De Præparatione Evangelica narrationes ſeptem , in quibus referuntur & refutantur falſa narrationes Atheiſtarum , Gentilium , Hebræorum , Turcarum , Hæreticorum & Schiſmaticorum , & oſtendit apertè , quod Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia , & ſola ſchola Dei in terris*. Neap. 1653. in 4.

Plura habuit prælo parata , ſcilicet

3. *De Deo , de Anima rationali , de Demonſtratione Catholica* &c. Libb. III.

4. *De vero Deo , & de vera Eccleſia Dei* Libb. II. *in quibus veritas Catholica Fidei Romana validè Sacra Scriptura teſtimoniis demonſtratur , & Hæretici ſuis propriis rationibus convincuntur.*

5. *Conformitates Miraculorum Seraphica Religionis, cum miraculis Sanctorum V. & N. T.* Libb. XX. Tomi II.

6. *Il torchio del ſangue di Chriſto ſpiegato in* 50 *Sermoni.*

7. *Il pretioſo Teſoro del ſangue di Chriſto Sacramentale.*

8. *Il pretioſo Teſoro delle Lagrime di Chriſto , e di Maria Vergine ſua Madre.* Tomi III.

9. *Pianto della Madre di Dio Maria Vergine e della Chie a Santa con lagrime cantato nell' Inno* , Stabat mater doloroſa , *ſpiegato in* 20 *Homilie.*

10. *La ſalve pietoſa compoſta dal Padre delle lettere Sant' Agoſtino , con la quale egli adorando ſaluta tutte le afflitte membra di Chriſto appaſſionato , diviſa in* 40 *Diſcorſi* : Tomi III.

11. *La Fontana del Sole , che con le lumineſe acque de' ſuoi cinque canali rallegra la Città di Dio della Serafica Religione di S. Franceſco.*

12. *Prediche Quareſimali* : Tomi III. quæ omnia ſervantur Panagiæ apud PP. Capucinos. Vid. *Toppi* p 178. *Bibl. Capuc.* p 143. Ibid. *p.* 16. idem Autor memoratur ſub tit. *Angelus* de Panagia.

ANGELETTUS (*Andreas*) Carmelita , Romanus, Sacræ Theologiæ Magiſter , & Prior Provincialis, cùm patriæ Provinciæ , tum Aprutinæ , vivebat an. 1677.

Edidit

Vitam S. Canuti Martyris , Regis Daniæ. Romæ , 1667. in 4. Primùm *Italicè* , iterum *Latinè* ibid. eod. anno. * *Spec. Carmel.* Tom. II. p. 1070.

ANGELI (*Philippus*) natione Umber , patriâ è Foſſato , territorii Peruſini oppido , Sacerdos, olim Grammaticæ Profeſſor , deinde Præpoſitus Eccleſiæ Parochialis Patavinæ , in eadem urbe denatus A. 1677. SCRIPSIT Latinè *Miſſæ privatæ praxim* , in tres partes , quarum *prima* continet CXL reſolutiones omnium ferè dubitationum , quæ in Miſſa privata occurrere poſſunt. In *ſecunda* exponuntur quædam reſolutiones Rubricarum in 21 capita , quatenus ad privatam Miſſam ſpectare viſæ ſunt. *Tertia* eſt ordinata praxis totius Miſſæ privatæ , juxta Canonem & Rubricas , ſervatis & diligentiſſimè expoſitis , etiam minutiſſimis cæremoniis. His omnibus additæ ſunt piæ preces , ante & poſt Miſſam recitandæ. Hoc opus prodiit *Patavii* 1677. in 12. * *Oldoini* Athen. Peruſ. *p.* 284.

ANGE-

ANGELICI vel ANGELITÆ Hæretici Sec. IV, ita dicti ob eorum rigoroſam oſtentatamque continentiam, ſeu à loco *Angelina* nominato, ultra Meſopotamiam ſito, vel tandem a peculiari cultu Angelorum. *Epiphan.* hær. LX forte etiam *Angelicos* dictos putat, quod ab Angelis mundum creatum eſſe tradiderint. Conf. *Auguſt.* ad *Quodv.* c. 39. *Baron.* ad A. C. 360. n. 69. *Niceph.* lib. 18. c. 49. *Prateol.* &c. *Kirchenberg* Hiero-Lex. p. 83. *Morer.* p. m. 348.

ANGELICUS Mingevenſis (vulgò *Mengen*) Capucinus, natione Sabaudus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, vir illuſtribus parentibus natus, in Philoſophicis ac Theologicis diſciplinis abundè inſtructus, omnium litterarum peritia refertus, pluribus virtutibus inſignis, obiit Taraſconi A. 1620 dum ad ſuæ Provinciæ gubernium præſideret. Ejus Vita deſcribitur à *Marcellino de Piſe* Tom. III. Annal. Capuc. ad A. 1620. §. 84. SCRIPSIT autem Gallicè *Librum Inſtructionum & Exercitiorum Spiritualium pro Novitiis* in quibus educandis per plures annos fuit occupatus. * *Bibl. Capuc.* p. 15.

ANGELICUS Tudelenſis, natione Hiſpanus, Capucinus, Provinciæ Valentiæ alumnus, Concionator inſignis, claruit Sec. XVII. Virtutibus & meritis dives obiit in Monaſterio Monachorum D. Benedicti *de Oliva* nuncupato, in Aragonia, A. 1633. Ejus geſta à *Marcellino* cit. §. 51. deſcribuntur, eumque laudibus, pro mora, cumulat *Dionyſius* Genuenſis p. 16. Multa ſcripſit ad Conciones pertinentia, quæ MS. reliquit, prælo digniſſima, & inter ea

1. *Sermones de Tempore* fol.
2. *Sermones pro Quadrageſima*, fol. 2. Tom.
3. *Sermones de Virtutibus & Vitiis* fol.

F. ANGELINI (*Philippus*) Ord. FF. Prædic. Italus, anno 1627. parochum agebat Romæ in Baſilica S. Mariæ ſuper Minervam, ſcripſitque tum & edidit, teſte *Echardo* II. 450.

Modo di recitar a chori il Roſario della ſantiſſima vergine Maria da tutto il popolo con moderata voce nelle chieſe de' Frati Predicatori, Romæ 1627 in 24. Pias ad quælibet myſteria ſubminiſtrat autor conſiderationes.

ANGELIS (R. P. de) natione Siculus, Ord. S. Franciſci, SCRIPSIT Italicè hoc Sec. XVIII librum *de Paſſione Domini*, cui tit. *Sacro Ritiro* &c. Panormi in 12 (a).

(a) *Diar. Trevol.* Sept. 1731. p. 1677.

ANGELIS (*Alexander* de) Jeſuita, natione Italus, patriâ Spoletinus, adoleſcens in Societatem ingreſſus eſt Romæ 1581. Theologiam diu cum laude profeſſus, ſtudiorum deinde in Romano Collegio Præfectus fuit. Poſtea Ferrariam accitus à Cardinali *Serra* Legato, ibi mortuus eſt anno 1620. ætat. LVIII. Scripſit

1. *In Aſtrologos Conjectores, libros V.* qui ſecundâ editione correctiores & novis exemplis illuſtrati prodierunt *Romæ* typis Barthol. Zannetti 1604 (a).
2. Parabat *Commentationes in Philoſophiam ac Theologiam univerſam*, eas in illius operis, quod edidit, præfatione pollicitus; ſed mors interceſſit. * *Alegamb.* p. 10.

(a) Tertio *Lugd.* ejuſd. anni in 4. apud eundem, quæ nunc primum in lucem prodit.

F. de ANGELIS (*Andreas*) Luſitanus, ex Tertio Ordine S. Franciſci, ſcripſit, ut ex relatione *Georgii Cardoſi* ad *Franciſcum Haroldum* Franciſcanæ Hiſtoriæ continuatorem miſsâ, refert *Nic. Antonius* p. 54.

1. *Triumphum Mariæ Virginis.* Olyſſipone 1600. in 4.

Luſitanèque

2. *A Hiſtoria Univerſal.* Conimbricæ in 4. Idem videtur *Antonius ab Angelis* cui tribuit p. 76 ex *Wadingo* Triumfos da glorioſa Virgen Maria *Luſitanicè.* Alius verò qui ſequitur.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

ANGELIS (*J. Antonius de*) Luſitanus, Ord. SS. Trinitatis, Sac. Theol. Magiſter, Ordinis ſui Provinciæ Luſitanæ aliquandò Præfectus, ſæculari ſacraque eruditione conſpicuus, linguarumque Hebraicæ, Chaldaicæque notitiâ imbutus, Latinas Muſas feliciter coluiſſe, atque artem non minùs Muſicam egregiè dicitur calluiſſe. Obiit Matriti, dùm litem Ordinis ſui Procurator ibi ageret, Anno 1614. Voluminum quinque Author fertur in monumentis ſui Ordinis, quorum uni conſignant argumentum hoc, & inſcriptionem

De Tranſmigratione filiorum Iſraël.

Alii verò

Compendii Indulgentiarum Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis à Summis Pontificibus conceſſarum. * Nic. Antonius.

ANGELIS (*Auguſtinus* de) Aggrianus in Regno Neapolitano, Congreg. Somaſchorum, Philoſophus, Theologus, ac Lector famoſus Collegii Sapientiæ Romani, SCRIPTA edidit ſequentia Sec. XVII.

1. Lectiones Theologicas *de Deo clarè viſo, omnia ſciente, nos prædeſtinante, ac omnia creante*, in ſummam contractas. *Romæ* 1664. in 8.
2. *De Deo, ut trino, & ut incarnato.* Pars altera *ibid.* 1666.
3. *Homologhiam* ſeu *Conſenſum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum Sacris Canonibus, Conciliis, Epiſtolis Decretalibus, Bullis, ſeu Conſtitutionibus Summorum Pontificum*, Partes II. *Ibid.* 1666. in 8.
4. *De recto uſu opinionis probabilis Quæſtio unica*, in quinque lectiones diſtributa, ubi breviſſima & clariſſima methodo, ſtrictior nonnullorum opinandi modus, laxior aliorum temperantur. *Ibid.* 1667. in 8. * *Toppi* Bibl. Napol. p. 3.

F. de ANGELIS (*Bernardinus*) Hiſpanus, Ordinis Minorum, edidit, illaudatus à *Luca Waddingo*, *Sermonum*, ut putat *Antonius*, *duo volumina*, Hiſpali 1616. & 1617. in 4.

ab ANGELIS (F. *Emmanuel*) vulgò *dos Anjos*, Luſitanus, Ordinis Seraphici, in Cœnobio S. Mariæ à Jeſu Olyſſiponenſi Theologiam de moribus docebat cùm foras edidit

Triumpho da Sacratiſſima Virgem Maria noſſa Senhora concebida ſem pecado original. Olyſſipone, 1638. 4. * Nic. Anton.

ab ANGELIS (*Franciſcus*) Hiſpanus, Franciſcanus Provinciæ Pauli, dedit in publicum

Conſideraciones piadoſas ſobre la Antiphona, Tota pulchra es Maria. *Matriti*, 1643. in 4. * *Nic. Anton.*

ANGELIS (*Franciſcus* de) Italus, Peruſinus, Philoſophiæ ac Theologiæ Doctor, nec non Protonotarius Apoſtolicus, SCRIPSIT Italicè *Sermones in commendationem Virginis Mariæ.* Romæ 1647 in 12. * *Oldoin.* p. 106.

ANGELIS (*Franciſcus Antonius* de) Jeſuita, natione Italus, patriâ Surrentinus in regno Neapolitano, claruit Sec. XVII. Is cùm A. 1604 ex India penetraſſet in Æthiopiam, humaniſſimè exceptus eſt ab Abaſſinis, quorum ſaluti per 18 annos magnâ cum laude ſe impendit. Ab *Zelachriſto* Principe, Imperatoris *Seguedi* fratre, tanti ſemper factus eſt, ut propter ſingulares virtutes quas in ipſo obſervabat, ad abjurandos *Eutychetis* errores inductus ſit. Obiit Colellæ, qui vicus Æthiopiæ eſt, vir ſanctimoniâ illuſtris, A. 1623. In hanc regionem venerat A. 1605 animarum zelo flagrantiſſimus. Vertit complures libros in linguam Agaenſem, quæ inter Æthiopicas celebris eſt, nominatim verò

Commentarios Joannis Maldonati *in Matthæum & Lucam.* * Alegamb. p. 113.

ANGELIS (F. *Johannes* de) Hiſpanus, in Provincia S. Joſephi Ordinem Minorum inter Diſcalceatos profeſſus; Diffinitor fuit ac moderator etiam ejuſdem Provinciæ, ædiſque S. Bernardino Matriti ſacræ Præfectus, Monialium eidem familiæ ſuæ confeſſiones in eodem regio oppido pro munere audivit, extareque in publicum fecit

1. *Dialogos*

1. *Dialogos de la Conquiſta del eſpiritual y ſecreto Reyno de Dios, que ſegun el Santo Evangelio eſtà dentro de nos otros miſmos.* Matriti, 1595. in 4. Compluti, 1602. iterumque Matriti 1608. in 8. & Barcinone.

2. *Segunda parte de la Conquiſta &c. o Manual de Vida perfeta, con el Roſario de los principales miſterios de la vida, paſſion, y muerte de Chriſto Nueſtro Redemtor:* Ibid. eod. anno 1608. typis Regiis.

3. *Lucha eſpiritual y amoroſa entre Dios y el alma.* Valentiæ & Matriti, 1600. in 8. ac Lat. Gall. Germ. *Tubingæ* 1610. 8. (*a*).

4. *Los Triunfos del Amor de Dios*, Medinæ 1590. in 4.

5. *Tratado de los Sacratiſſimos Miſterios de la Miſſa.* Matriti, 1604. typis Regiis.

6. *Tratado de la preſencia de Dios.* Matriti, an. 1607. Idem creditur editus, aliquantulùm inſcriptione mutata, Cæſaraugustæ, 1615. in 16.

7. *Vergel eſpiritual del alma religioſa.* Matriti, typis Regiis, 1611. in 8.

8. *Conſideracion eſpiritual ſobre los Cantares.* Ibid. 1607. in 4. (b) Eædem ſunt, *Conſiderationes pia in Canticum Canticorum* Cæſaraug. 1607. in 4. & Gallicè Pariſiis 1609. in 8. (c)

Eum inter Myſticos Auctores memorat *Poiretus* p. 323.

(a) *Lipen.* II. 198. (b) *Nic. Anton.* (c) *Le Long.* p. 609.

ANGELIS (*Ludovicus* de) Hiſpanus, Ordinis S. Baſilii provinciæ Bæticæ, in eaque Definitor, ac domus Hiſpalenſis Abbas. Edidit

1. *Compendio de la Regla de San Baſilio, que recopilò el Cardenal* Beſarion *Niceno por mandado du Eugenio IV. Papa*; item

2. *Inſtruccion de novicios.* Hiſpali 1615. in 8. * *Nic. Anton.*

ANGELIS (*Ludovicus* ab) Luſitanus, Ordinis S. Franciſci Provintiæ Portugalliæ, dedit foras

Meſa ſpiritual. Olyſſipone 1667. in 8. * *Nic. Anton.*

ANGELIS (*Ludovicus* de) Luſitanus, Portuenſis, ex familiâ Eremitarum D. Auguſtini, Sac. Theol. Doctor, & in Ulyſſiponenſi Collegio Sacræ Scripturæ Interpres, *Alexii Meneſii* Brachienſis Præſulis Confeſſiones excepit. Inde Provinciæ Luſitaniæ Ordinis ſui priùs, poſtea religioſæ totius familiæ Chronographus deſignatus 28 Dec. 1608. pro munere impoſito dedit, ex libris præcipuè Sanctiſſimi Doctoris,

1. *De Vita & laudibus S. Patris Aur. Auguſtini*, Hipponenſis Epiſcopi, libros ſex. Conimbr. 1612. 4. Item Luſitanice

2. *Jardin de Portugal de Mulheres illuſtres*, Conimbricæ 1626.

3. Parabat *Auguſtinianos Annales* Caſtellano ſermone, peragratis, ut accuratius rem abſolveret, præter Hiſpaniam integram, Gallia & Italiâ, ut erat Ordinis ſui ornandi ſtudioſiſſimus; ſed immortuus eſt huic curæ vir doctus circa A. 1614. (*a*).

4. Huic noſtro adſcribunt domeſtici *Suſpiriorum D. Auguſtini* inventionem, atque è Vaticano primam in lucem productionem A. 1618 factam, quæ quidem Seguminus Epiſcopus *Sancius Davila* vernaculè vertit.

Meminit cum laude *Ludovici* noſtri F. *Ant. à Purificatione* in Prologo Chron. Provinciæ Portug. Eremit. *cap.* 8. & 11 & ex eo *Nic. Antonius*. Conf. *Elſſii* Encom. *p.* 439.

(a) Obiit 8. Jan. 1625; nam idem eſt qui in Diction. *Moror.* vocatur *Ludovicus dos Anjos* p. 381 edit. Baſil. ex *Mem. Portug.* & *p.* 351 ex *Nic. Antonio* recenſetur, verb. *Lud. de Angelis.*

ANGELIS (*Mutius* de) Jeſuita, natione Italus, patriâ Spoletinus. Philoſophiæ ac Theologiæ ad 16 annos Profeſſor publicus, in quo doctrinam, pietatem, & ut verbo dicam, virtutes omnes laudat *Alegamb.* p. 346. Tres Neapoli, ſeptenos Romæ annos Theologiam explicuit (a). Obiit Romæ, menſe Nov. 1597. ætat. 39. Societ. initæ 20.

SCRIPTA:

1. *Comment. in omnes ferè Libros Philoſophicos Ariſtotelis.*

2. *In Summam S. Thomæ.*

3. *Notæ in Evangelium Matthæi*, &

4. *In Epiſtolas D. Pauli*, &

5. *In Tomos Conciliorum.*

(a) *Juvency* Hiſt. S. J. part. 5. p. 798.

ANGELIS (*Paulus* de) Siculus, Syracuſanus Sacerdos, juxta *Marraccium* (a) & *Labbeum* (b), ſed Narenſis, juxta *Rocchum Pirrum* (c), egregio munitus ingenio ad diſciplinas omnes adipiſcendas apto, in Romanum Clericorum Seminarium exceptus eſt, in quo à Societatis Jeſu Præceptoribus nedum mitioribus litteris, verùm etiam gravioribus ſcientiis eruditus, ſummâ animi contentione doctrinam ſimul ac virtutum ornamenta aſſecutus eſt. Sedulâ exercitatione, quæ ſemel acceperat, ſummè perfecit: ideoque doctrinâ, eccleſiaſticâ eruditione, ac pietate inſignis, in omnium oculis claruit. *Clemens VIII* Pont. Max. ejus integritatis, ac doctrinæ famâ permotus, *Silveſtro Aldobrandino* Cardinali S. Cæſarei, adhuc ephebo, magiſtrum conſtituit: propterea cà induſtria ad munus ſibi demandatum operam contulit, ut eundem moribus primùm excoluerit egregiis, humanioribus exinde literis, Philoſophiâ, omnique eruditione inſigniter informaverit. Pontificis expectationi ita feliciter reſpondit eventus, ut ipſius æſtimationem ſibi comparaverit, & Baſilicæ Romanæ S. Mariæ Majoris Canonicum delegerit. Nil jucundiùs viro piiſſimo accidere poterat; erat etenim Beatæ Virginis ſummè ſtudioſus, quam ab ineunte ætate ſibi patronam adoptaverat: ideoque magnâ animi pietate Deiparæ Virgini, & ipſius Eccleſiæ cultui omnem ſuam operam addixit: quod verò temporis à Chori & Templi frequentia ſupererat, literarum ſtudiis dicabat. *Paulo V* Pontif. Max. gratiſſimus etiam fuit, qui in diplomate, quod legitur in libro *de eleemosyna*, infra notando, *Paulum* Syracuſanæ Diœceſis virum familiarem & continuum commenſalem ſuum vocat. *Urbano* etiam *VIII* acceptiſſimus, ac familiaris fuit, à quo A. 1625. Abbatiâ S. Marinæ in oppido Caſtaniæ in Siciliâ aliiſque Abbatiis donatus eſt. Pietate inſignis, & pauperum amantiſſimus, uſque ad ſenectutem laudabiliter vixit. Romæ extrema clauſit anno 1647.

In lucem emiſit inter alia librum *de Eleemoſyna* hoc tit.

1 *Della Limoſina, o vero opere, che t'aſſicurano nel giorno del final Giudizio*, Romæ 1615. in 4.

2 *Breve Compendio delle coſe, che ſi trattano nella Sacra Hiſtoria de' Titoli dell' Emin. Collegio Apoſtolico*, Ibid. 1640. in 4.

* Vid. *Allatii* Apes Urb. *p.* 209 *Mongit.* Bibl. Sic. *Erythræi* Pinacoth. III. n. 24. ubi vocatur *Pompejus de Angelis* & exinde apud *Morer.* p. 351. *Pompée des Anges* vel *Angelim.*

(a) *Bibl. Marian.* P. II. p. 202. (b) *Mantiſſa antiq. ſuppellect.* p. 382. in calce, *Bibl. Biblioth.* (c) Sicil. Sac. *lib.* 4. *p.* 147

ANGELIS (*Petrus* de) Hiſpanus, Carmelita excalceatus, Paſtranenſem jam domum & Matritenſem D. *Hermenegildo* ſacram Præfectus rexerat, cùm ſcripſit

Compendio del orden judicial y Practica del Tribunal de Religioſos. Matriti 1643. 4. & Latinè cum tit. *Judicis Regularis*, operâ F. *Leonis à Regibus* ejuſd. Ordinis, unà cum *Joannie de SS. Sacramento* Priore Clauſtrali, *Coloniæ* 1665. in 4. (a) iterumque *ibid.* 1681. in 4. (b).

(a) *Nic. Anton.* Tom. II. [b] *Lipen.* II. 650.

ANGELIS (*Simon* de) Etruſcus, Ord. FF. Præd. inter viros cœnobii S. Dominici Senenſis claros in monumentis hujus domûs laudatus, & floruiſſe dicitur ſub finem Sec. XV. ab eoque ſcripta

Vita Ven. Sororis *Catharinæ de Lenzin* ejuſd. Ord. &c. cujus Confeſſarius fuerat *Simon* iſte, & ſpiritualium ſecretorum conſcius. Vitam hanc à *Simone* ſcriptam geſta & miracula Virginis continentem ſe vidiſſe teſtatur *Fontana*. Vid. *Echard*. ad A. 1492.

ANGELO (*Bartholomæus* ab) Siculus Parthenopæus, in patria S. Dominici Ordinem amplexatus, vixit Sec. XVI. De eo, teſte *Vallio* p. 241, hæc in archivo dictæ domûs habetur memoria MS. » F. » *Bartholomæus de Angelo* Neapolitanus, Sac. Theol. » Baccalaureus, filius S. Dominici, Fundator Conven- » tuum Caivani & Prochytæ, vir eruditione merito » venerandus, multa opera edidit. Migravit à ſecu- » lo A. 1584. » Cenſet tamen idem *Vallius* ita Prochytenſis domûs dici fundatorem, quòd ejus erectioni, una cum *Ambroſio Salvio de' Bagnuoli* Ord. Præd. Epiſc. Neritonenſi operam ſuam contulerit. Hæc ejus memorantur in *Script. Ord. Præd.* ad A. 1584.

SCRIPTA:

1. *Conſolatione de' penitenti, libri IV, della orazione, della confeſſione, dell' indulgenze, & il libro quarto brevemente tratta di tutto quello che è neceſſario al Confeſſor o al penitente, con l'eſamina di tutti i peccati.* Neap. 1574. Venet. 1580 in 24. 1594. 1606. & 1617.

2. *Ricordo del ben morire, dove s'inſegna à ben vivere, e ben morire. Et il modo d'ajutare à ben morire gl'infermi, & di conſolare e confortare gli condennati à morte.* Neap. 1575. Venet. 1583. Brixiæ 1589. in 24. Venetiis item 1606. 1609. & 16 9. in 12. Tarvitii 1638. in 12. Hanc opellam Gallice reddidit *Joannes Blancone* Toloſanus Ord. Min. hoc tit. *Le Souvenir de la Mort* &c. Pariſ. 1608 & Rothom. 1613. in 12.

3. *Del Roſario della B. Vergine.* Neap. 1575. & Venet 1583.

4. *Examen Confeſſariorum, ac Ordinandorum*, ubi primò *de Sacramento* generatim, deinde ſigillatim *de Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis, Extremæ Unctionis, Eucharistia, deque Miſſâ multa neceſſaria ad communem omnium fidelium ſalutem more dialogi diſputatur.* Neap. 1583. curante *Franciſco Baldaco de Monte Calerio* Auctoris familiari, ac poſtea *Venetiis* 1600. in 8. Hic tantum Tomus *primus*, qui Dialogis quinque conſtat, Epiſcopum inter & Sacerdotem. Tomum *alterum* promittebat in prologo, in quo de reliquis Sacramentis haud ſolùm reſolutoria daturus erat axiomata, ſed quicquid in controverſiam venit apud peritiſſimos Theologos, Canonum Doctores, & Univerſitatum gymnaſtas, erat clariſſimè explicaturus: at ne promiſſis ſtaret, mors præmatura obſtitit.

5. *Il Teſoro de' Mendicanti.* In eo agebat de ortu Ordinum Mendicantium, & de eorum auctoribus ac dignitate.

Monet *Luſitanus* anno 1577 quo Neapoli agebat, prælo quidem paratam operam, ſed nondum editam.

ANGELO (*Franciſcus* de S.) Matritenſis, Carmelitarum Ordinis, S. T. Magiſter, ſcripſit teſte *Nic. Antonio*

1. *Compendio de las Indulgencias de la Orden de Nueſtra Señora del Carmen.* Pinciæ 1598. in 12.

2. *Catalogo de los Santos de la Orden de Nueſtra Señora del Monte Carmelo.* Cæſarauguſtæ 1608. in 8.

à S. ANGELO (*Nic. Angelus*) Capucinus, natione Picenus, Provinciæ Romanæ alumnus, Concionator eruditus, ac clariſſimo ingenio pollens. SCRIPSIT Italicè carmine heroico Encomium Sacrum de B. *Felice* Capucino, hoc tit.

L'amore fermo del felice amante, overo, li Sacri ampleſſi del B. Felice da Cantalice Capucino, *diſtribuito in dodeci interlocutioni*, Romæ 1638. * *Bibl. Capuc.* p. 255.

à S. ANGELO (*Petrus*) Hiſpanus, Carmelita, Frater Laicus, SCRIPSIT bina opuſcula à Doctoribus Theologis ſingulariter commendata, alterum *de contritione*, alterum *de humilitate & manſuetudine*, Virtutum ac ſanctimoniæ famâ celebratus obiit A. 1520. * *Spec. Carmel.* Tom. II. p. 1130.

de S. ANGELO (*Richardus*) Monachus Caſinenſis, & Monaſterii Vallis Lucis Præpoſitus, claruit ab anno circiter 1290 ad 1300 vel 1310. nec enim ſcimus quo anno præciſè mortuus ſit. Is ad *Nicolai de Fractura* imitationem, vel iſte ad imitationem *Richardi* SCRIPSIT *Commentarium in Regulam D. Benedicti*, quem *Landulfo* cognomine *Brancatio* S R. E. Cardinali ab A. 1244 ad 1312 obtuliſſe tradit *Auctorum*. Habetur MS. in Bibl. S. Germani Pariſ. *num.* 802. A. 1354 ſcripto, & Cod. 694 qui recens eſt. * Vid. *Oudin.* in Comment. ad A. 1290.

ANGELO (*Thomas* de) Dominicanus Meſſanenſis, A. 1720 vitâ defunctus, reliquit *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Siciliæ*, quæ lucem vidit Meſſanæ A. 1735. ſub tit. *Annales Hiſtorico Critici Eccleſiæ Siculæ* Quinque tantùm priora Secula complectitur, quæ totidem articulos præbent. I. *Eccleſiaſticarum rerum ſyntagma*: II. *Eccleſiæ Siculæ perſecutiones*: III. *quinam ſanctitate ac doctrinâ floruerint*: IV. *Eccleſiaſtica Politiæ Ordinem*: V. *Secularis Imperii Analecta.* Priori Seculo adjecta eſt Diſſertatio, in quâ inquiritur quinam ab Apoſtolis inſtituti fuerint in Siciliâ diſcipuli, altera verò ad Seculum V de tempore quo floruit *Philippus*. Prolegomena quoque ornata eſt introductio, ubi agitur de Siculorum Ethica in materiâ Religionis ante Chriſtum. Hanc Hiſtoriam eleganter elaboratam dicunt, preſſoque ſtilo, in quâ prudenter adhibentur hodiernæ Criticæ regulæ (*a*).

(a) *Diar. Trevolt.* Aug. 1730. p. 1467.

ANGELOCRATOR (*Daniel*) aliàs *Engelhart*, Germanus, Corbachienſis, Waldecus, Paſtor Eccleſiæ Francobergenſis, Lutheranus, Theologus & Hiſtoricus, obiit A. 1639. (*a*) Interfuit Synodo Dordracenæ A. 1618. (*b*)

SCRIPTA:

1. *Chronologia autoptica, h. e. ocularis, temporum tum Sacra, tum profana hiſtoria demonſtrationem complectens, ab orbe condito ad Chriſti nativitatem.* Caſſellis 1601. fol. & Francof. 1611 ſub tit. *Ratio temporum, ſeu Chronologia rerum mirabilium* multò auctior, ac rurſus ibid. 1660. fol. quam tenes. Conſtat Libris IX & ab initio mundi ad *Rudolphum II.* Rom. Imp. extenditur.

2. *Appellatio contra* Thadæum Dunum *ſuper quæſtionem* quandiù Iſraëlitæ habitaverint in Ægypto? *Caſſellis* 1603. 4.

3. *De LXX hebdomadibus Danielis* Conciones Germ. *Ibid.* 1604. 4.

4. *De Chriſti nativitate, corporis ſtaturâ, vitâ, formâ, geſtu* &c. Germ. Ibid. 1604. in 12.

5. *Weiſſagung, Zeugniß, und Hiſtorien von Jeſu Chriſti Menſchwerdung, Länge und Geſtalt, oder Perſon, Leben und Wandel, Lehr der XII Apoſtel und LXX Jungern* 1604.

6. *Chriſtliches Bedencken* de Fractione Panis in Cœnâ, *adverſus* Victerem. *Ibid.* 1606. in 4.

(a) *Le Long* p. 609. (b) *Du Pin Tab. Univ.* Tom. IV. p. 1096.

7. *Abweiſſert Virtenſtab, wieder die 3 auffgetretene Rieſen zu Gieſſen.* Marp. 1606. 4.

8. *Jubel Predigten zu Marpurg gehalten.* Francof. 1618. 4.

9. *Epitome Conciliorum & Academiarum omnium,* (uſque ad Dordracenam Synodum) *Marpurg.* (c) vel *Francof.* 1620. 4.

10. *Erklärung Daniels.* Caſſellis 1638. 4. * Vid. *Lipen.* Bibl.

(c) *Fabric.* Bibl. Græc. *XI.* 100.

ANGELOMUS Luxovienſis (*a*) in Burgundiâ Cœnobii Monachus, Ordinis Benedictini, claruit anno 856. * *Cav.* in Hiſt. Liter.

Scripta:

1. *Stromata in libros IV. Regum,* ſeu *Commentarii,* juſſu *Drogonis* Metenſis Epiſcopi ex Veterum Patrum ſcriptis contexti: totas interdum eorum ſententias inſerens, ſolum interdum ſenſum exprimens.

2. *Enarrationes* ſeu *Stromata in Cantica Canticorum,* juſſu Lotharii *Imp. collecta*: quem in Præfatione monet Autor ut nihil in hoc volumine hiſtorialiter requirat, ſed flores allegoriarum cum morali intellectu inveſtiget. (*b*)

Prodierunt *Angelomi* Opera *Colon.* 1530. & 1618 (c) *Romæ* 1565. fol. & in Bibl. Patrum *Tom. XV. p.* 307.

3. Meminit *Trithemius* (d) alterius ejoſdem autoris Libri, qui *de officiis divinis* inſcribitur.

4. Ejus *Comment.* in *Geneſin* primus in lucem protulit R. P. *Pezius* (e) ex MS. Cod. Monaſt. ad S. Petrum Saliſb. Ord. S. Bened. diligenter collato cum Cod. MS. Cœnobii Zwetlenſis Ord. Ciſterc. in Auſtria.

(a) vulgò *Luxeuil.* non Lexovienſis (de *Liſieux* in Normannia) ut *Ciaconius* Iaber p. 164. (b) Vid. *Nat. Alexand.* sec. IX. cap. 3 art. 15 (c) *Lipen.* II. 647. (d) *de ſcript. eccleſ.* c. 266. (e) *Theſ. Anecd.* Tom. I. P. I. col. 43-238.

ANGELUS Aſtenſis, natione Pedemontanus, Capucinus, Provinciæ Genuenſis alumnus, vixit Sec. XVI. Is cùm inter Patres de Obſervantia pleroſque annos magnâ cum doctrinæ & eruditionis laude traduxiſſet, atque inter Sorbonicos Doctores cooptatus, lauream que Doctoralem in Facultate Pariſienſi adeptus eſſet, inter Capucinos admitti voluit, inter quos meritis claruit ad mortem uſque, quæ contigit Genuæ in Conventu S. Barnabæ, dum ibi Guardiani munere fungeretur A. 1560. Hujus honorificè meminit *Boverius* in Annal. Scripsit autem Italicè

Tractatum de paupertate Fr. Minorum, quem MS. à P. *Jacobo* Savonenſi dum Savonæ degeret A. 1650. accepiſſe ſe teſtatur *Dionyſius* Genuenſis *p.* 17.

ANGELUS Anachoreta, ſive Eremita Vallis umbroſæ, Scripsit Sec. XVI *Orationem pro Concilio Lateranenſi contra Conventiculum Piſanum,* Lipſiæ excuſam A. 1512. in 4. Magnæ doctrinæ virum eum vocat præfatio ad *Mart. Schurerium* Typographum, teſte *Oleario* p. 55.

ANGELUS (*Andreas*) cujus extant

1. *Theurungs Spiegel, wobey Theurung komme* Hamb. 1598. 8.

2. *Troſt-Spiegel, wie ein frommer Chriſt der heiligen Paſſion ſich ſelbſt tröſten ſoll.* Hamb. 1602. & 1606. 8. Speculum conſolationis in Paſſione Chriſti.

3. *Annales Eccleſiaſtici* ex *Baronio.* Monaſt. 1638. 8. * Vid. *Lipen.* Bibl. & *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III. p.* 200.

Alius eſt, ni fallor, *Andreas Angelus* A. 1598 denatus, qui edidit *Chronicon Holſaticum* & *Annales Marchiæ Brandenb.* de quo vid. *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. III.

ANGELUS *de Bario,* Ord FF. Præd. ſic à patriâ Apuliæ Peucetiæ, locoque profeſſionis nuncupatus, Epiſcopus Bitectenſis fuit, & anno 1407 apud ſodales ſuos Barii agens ſublatus eſt è vivis, ut inſcriptio tumulo ejus appoſita teſtatur, at quando ad dictam ſedem evectus fuerit difficultas eſt non mediocris, nam ab anno 1397 ad 1399 eam tenuiſſe dicitur Fr. *Antonius* Ord. Min. cui ſuffectus *Petrus de Averſa* Dominicanus, eam ad annum 1421 rexit: forte igitur *Angelus* F. *Antonio* anteponendus, & poſt *Angelum* alius civis & canonicus Aquilanus ad hanc dignitatem exeunte anno 1369 promotus, & cujus nulla poſt ann. 1371 memoria. *Angelum* autem noſtrum quocunque anno illi Eccleſiæ datus fuerit Epiſcopus, anno 1397 abdicaſſe dicendum erit, cui anſam dederint turbæ, quibus tum jactabatur regnum Neapolitanum, Ludovico Duce Andegavenſi, & Ladislao Caroli *Parvi* filio de coronâ illâ decertantibus: hancque abdicationem innuere videtur *Angeli* noſtri in domum Ordinis Barienſem receptio, cum mortuus eſt; quod ex tabulis Bitectenſis Eccleſiæ curioſis diſquirendum relinquit *Echardus* ad A. 1407.

Altamura primus *Angelum* noſtrum inter Scriptores recenſet, ut à quo hæc relicta fuerint:

1. *Expoſitio in Epiſtolas Pauli.*

2. *Conciones de Tempore & de Sanctis*: ſed ubinam habeantur ſaltem MS. non addit.

ANGELUS *de Camerino* Eremita Auguſtinianus, S. T. Magiſter, vir doctiſſimus, anno 1295 in Capitulo Senenſi, ac in concurrentiâ Magni Ægidii habuit diſputationes generales Philoſophus & Theologus, ac perfectus Poëta Tuſcus, ut ex Tom II. *Hiſt. Vulg. Popii* Abbatis *Creſcimbenii* patet. Anno 1295. 16 Cal. Jan. à *Bonifacio VIII* Infulam Callienſem Umbriæ obtinuit. Poſt duos annos ad Cathedram Feſulanam in Etruriâ tranſlatus. Anno 1298. Magnifico *Corſo Donati* locavit Caſtrum Feroli; & 1299. Nov. 29 ſimul cum Epiſcopis Florentino, ac Piſtorienſi novis tertiis muris Florentinæ Civitatis primum lapidem appoſuit. A. 1304. iv. Id. April. Feſulanam Infulam reſignavit, cui *Bonifacius VIII*, ne dignitas Epiſcopalis viloſceret, Eccleſiam Larinenſem Neapolitani Regni in adminiſtrationem conſuluit. Quo anno obierit, hucuſque non apparet. Eum memorant omnes Scriptores Ordinis cum laude, inter quos etiam *Ghirardaccius* Tom. I Lib. 10. *Hiſt. Bonon.* Externi autem ſunt. *Ughellus* Ital. Sac. *Tom. II. col.* 903. & *Tom. III. col.* 337, *Villanus* Lib. 8. cap. 31. *Jacobillus* in Scriptor. Umbriæ pag. 43. *Peſſevinus*, *Scipio Ammiratus*, & plures alii. * *Differt. Hiſtor. de Ducent. Celeb. Auguſtinian. Scriptor.* 174. Elſſius *p.* 60.

Scripta:

Quæ aſſervantur Mediolani in Bibl. Angel. & Florentinâ:

1. *Expoſitiones in IV Evangelia.*

2. *Lectura in Magiſtrum Sententiarum*, Senis & Bononiæ habitæ.

3. *In Epiſtolas D. Pauli.*

4. *In utramque Philoſophiam.*

5. *Sermones ad Populum.*

6. *Scriptura Fratris Angeli de Camerino &c. ſuper Librum prædicamentorum* fol. Paduæ in Bibl. S. Antonii ex *Thomaſino* pag 54.

7. *Pſalmi quidam rhythmis Italicis* Le Long *p.* 609 ex *Jacobillo*. Idem etenim Autor videtur, quem in duos dividit.

Hunc *Angelum* A. 1340 floruiſſe ait *Ciaconius* p. 165 ex *Ambroſio Coriolano*; ſed notat alios ad A. 1297 reponere.

Alius autem eſt *Angelus de Camerino* Dominicanus, de quo in *Script. Ord. Præd.* ad A. 14 7.

ANGELUS Caſtro Gontherienſis (vulgò *Chaſteau-Gontier* in Ducatu Andegavenſi) natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Britanniæ alumnus, Scripsit vernaculè

Digitized by Google

Le Crayon des Formulaires. * Bibl. Script. Capuc. *p.* 18.

ANGELUS (*Chriſtophorus*) Græcus, Peloponneſo oriundus, vixit Sec. XVII. Vir fuit eruditus, probus, piuſque, qui ob religionem Chriſtianam plurima a Turcis perpeſſus, patriæ tandem valedicere coactus, in Angliam venit A. 1608. ac in Cantabrigienſi Academia ſubſtitit, in eâque regione A. 1610, 1616 & 1617 a tribus præcipuis ac florentiſſimis Collegiis ipſi tributa fuere teſtimonia, quibus de optimâ notâ quibuſvis bonarum mentium fautoribus promotoribuſque commendatur. Familiaris fuit *Joannis Mochingeri* Viri de Eccleſiâ Dantiſcanâ bene meriti, cui & Græcum à ſe ſcriptum *de ſtatu ac ritibus Eccleſiæ Græcæ* libellum ubinſit, exhibuitque. Amici munuſculum ſtudioſè ſemper ſervavit *Mochingerus*, nec manibus ſuis excidere unquam paſſus eſt, niſi quod illud A. 1643 in Academiam Roſtochienſem miſit, ut Latinè verſum ad ſe rediret. Hæc opera Viro Cl. *Georgio Feblavio* demandata fuit, quâ abſolutâ, librum ad Dn. *Mochingerum* remiſit, à quo literas accepit in laudem verſionis menſe Junio 1644. *Feblavius* interea Roſtochio diſcedens, itinereque ſtudiorum cauſâ confecto, patriam redux, ut verſionem denuò percurreret, librumque prælo committeret rogavit *Mochingerus*, ſed in aliud tempus dilata eſt impreſſio. Verùm *Mochingero* A. 1652 vitâ functo, edere decrevit *Feblavius*, prodiitque liber hoc tit.

1. *Status & Ritus Eccleſiæ Græcæ* è Græco Latinè verſi à *Georgio Feblavio* Eccleſiaſte Dantiſcano, cum ejuſd. Annotatis, quibus & Græcorum, & Moſcovitarum Religio, vita, mores, & reliqua, clariùs proponuntur & dilucidè explicantur. *Francof.* 1655. in 12. Latinè tantum, ac poſtea *Lipſiæ* 1670 & 1676. in 4. hoc tit. *De ſtatu hodiernorum Græcorum Enchiridion.... Græcè conſcriptum, jam correctius, cum verſione Latinâ è regione poſitâ, & Annotationibus multò quàm antehàc locupletioribus*, curâ laudati *Feblavii*. Editio Franek. 1679. Gr. Lat. memoratur in *Tab. Univ.* Tom. II. p. 2288.

Librum hunc ſcripſit Autor Cantabrigiæ, & quidem ſtylo ſimplici. Vid. *Hillanum* de ſtatu præſenti Eccleſ. Græc. *p.* 229. Laudatur à *Thom. Smith* de Eccleſiæ Græcæ Statu hodierno *p.* 166. Culpatur à *Leone Allatio* de Eccleſ. Orient. & Occident. conſenſ. *lib.* 2. *c.* 17.

Editor *Feblavius* in Epiſt. dedicatoriâ adfert teſtimonia virorum eruditorum qui hujus *Angeli* inſtitutum adprobarunt & laudarunt, ac diluitur gloriatio de conſenſu Orientalium & Copto-Ægyptiorum cum Latinâ Eccleſiâ, Epiſtolæque adduntur copioſæ Notæ.

In eo autem libro oſtendit Autor, juxta *Imbon.* p. 26. » quomodo Patriarcha Græcorum venenum bibens » ex inſidiis Judæorum, nullum malum aut nocu» mentum ei fecerat. »

Scripsit item *Angelus* noſter

2. *Encomium Angliæ.*

3. *Tractatum de Apoſtaſiâ Eccleſiæ & homine peccatore.* Lond. 1614. 4. Gr. Lat. Vid. *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. IV & V. *Lipen.* Bibl. *Simonis* lib. cui tit. *Hiſt. des Creances du Levant.* Morer. *p.* 348. edit. Baſil.

ANGELUS *de Clavaſio* (vulgo *Chivas*), natione Italus, patriâ Ligur, ex oppidulo cognomine oriundus, Ordinis Minoritarum ſodalis, & familiæ Obſervantium Vicarius Generalis, Theologus & Juriſconſultus inſignis, claruit anno 1480. *Sixto IV.* aliiſque Romanis Pontificibus gratiſſimus, à quibus Nuncii Apoſtolici titulo inſignitus, pro corradendâ contra Turcas pecuniâ ſubſidiariâ legatus eſt. Obiit Cunei in Cœnobio S. Mariæ de Angelis, anno 1495. Scripsit *Summam Caſuum Conſcientiæ, Angelicam* vulgò dictam; quæ poſt vitioſas aliquot editiones, ipſomet Authore curante, typis excuſa prodiit *Venet.* 1490. in 8. (*a*) emendatior *ibid.* 1569, 1578, 1582. *Argentinæ* 513. *Noremb.* 1498. 1588. f. (*b*) Alia quædam compoſuit, viz. *Tractatum de Reſtitutionibus*, Tractatum inſcriptum, *Arcam fidei*, &c. quæ prælo exierunt *Compluti* 1561. 4. (*c*).

[*a*] Vid. *Geſner.* fol. 43. b. [*b*] Alias editiones recenſet *Fabricius ad Trithem.* cap. 895. ſcil. *Norib.* 1488. *Argent.* 1489. 1491. *Ar. à Franic* 140. ac *Venet.* 1578. fol. cum addit. *Jacobi de Ungarelis & Feraramensi* & prius 1569. Vid. *Gesner.* p. 166. qui addit *Argent.* & *Norib.* 1492. fol. [*c*] *Wharton* ad A. 1480.

ANGELUS *de Cremona*, natione Italus, Auguſtinianus, clarus A. 1479 quædam dicitur ſcripſiſſe pro Auguſtinianâ ſuâ Religione. Vid. *Ariſii* Crem. Liter. *Tom. I. p.* 330. Elſſium p. 61.

ANGELUS de Faggis. *Vid.* SANGRINUS.

ANGELUS Fernenſis, Capucinus, patriâ à Ferno, quod eſt oppidum Ducatûs Mediolanenſis, Concionator adeò inſignis fuit, ac tam aſſiduus, ut ejus Sermones ad 30 millia excreverint. A S. *Carolo* Eccleſiæ Mediolanenſis Archiep. quarumdam ſuæ Diœceſis Eccleſiarum Viſitator fuit inſtitutus, quod munus tam præclarè geſſit, ut ab eodem Præſule frequenter in rebus arduis accitus, maximam animi magnitudinem, pietatem ac doctrinam patefecerit. Obiit in ſuâ Provinciâ Mediolanenſi in Conventu Cardani A. 1568. ætat. 69. cujus geſta recenſet *Boverius* in Annal. Scripsit autem

Sermones plurimos *de Tempore & de Pœnitentia*; adjunctis aliis Concionibus diverſi generis, quarum nonnullas tacito ejus nomine impreſſas ſe vidiſſe teſtatur *Dionyſius* Genuenſis *p.* 19.

ANGELUS Inſulenſis, natione Gallus, Provinciæ Saltorum, ſive S. Ludovici Concionator Capucinus, S. T. Profeſſor, bis ſuæ Provinciæ Miniſter Provincialis, ac Miſſionum Apoſtolicarum in Indiâ per multos annos Præfectus, vixit Sec. XVII. quo Scripsit

1. *Librum Controverſiarum contra Hæreticos, præcipuè Calviniſtas.* Nemauſi 1635. in 4.

2. *Reſponſiones ſeptem Apologeticas contra hæreſes Miniſtri Nollorienſis Arauſicani*, quas Epiſcopo Allatalenſi dicavit. *Avenione* 1648. in 4. * *Bibl. Capuc.* p. 15.

ANGELUS (*Joannes*) Vid. POLITIANUS.

ANGELUS *de Lempoſa*, Minorita, cujus *Opus de Concordiâ V. & N. T.* Florent. in Bibl. S. Laur. plut. 20. extare docet *Le Long* p. 609.

ANGELUS (*Michael*) Ariminenſis, natione Italus, Capucinus, Provinciæ Bononienſis alumnus, anno ætat. 18 dictum Ordinem amplexus eſt, in quo religioſè vixit. In Etruriâ Commiſſarii Generalis egregiè munus egit. Provincia Brixienſis eum in Miniſtrum Provincialem ſibi adſcivit. Similiter Bononienſis bis Provincialis fuit electus, cunctarumque Galliæ Provinciarum cura illi demandata fuit, quas omnes Miniſtri Generalis vices agens, magnâ cum laude viſitavit. Inde in Italiam reverſus, Diffinitor Generalis electus, & poſtea ad officium Procuratoris fuit aſſumptus. Obiit Bononiæ An 1625. ætat. ſuæ 77. Ejus geſta deſcribit *Mediolanenſis* Tom. III. Annal. *p.* 578. *§.* 83. citante *Dionyſio* Genuenſi *p.* 252. Scripſit autem

1. *Reſolutiones* quaſdam *Morales & Regulares*, quas MS. reliquit.

2. *Tractatum de Electionibus Regularibus.*

ANGELUS (*Michael*) Rothomagenſis, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Normanniæ alumnus, qui Fidem Catholicam adeo ſtrenuè defendit, ut magnus ipſe *Molinæus*, ſi adverſariis fides eſt, convictus ſuccubuerit. Scripsit Gallicè duo volumina, quorum

1. *L'Agathe Myſtique* &c. h. e. *Agatha Myſtica cœleſtis*

leſta Pirrhi. Eſt liber totus de Controverſiis ad Fidem Catholicam ſpectantibus, *Rothom.* 1659. in 8.

2. *La Verité de l'Egliſe Catholique* &c h. e. *Veritas Fidei Catholicæ.* Qui liber ita fuit Catholicis gratus, ut ſolo trium hebdomadarum ſpatio duo millia ejus exemplaria divendita fuiſſe dicant. Prodiit ibid. eod. anno in 8. * Bibl. Capuc. *p.* 254.

ANGELUS (*Michael*) Venetus, Capucinus, ejuſd. Provinciæ alumnus ac Miniſter Provincialis, Concionator eximius, devotiſſimus B. Mariæ Virginis cultor, Romæ in Eccleſiâ S. Laurentii in Damaſo Quadrageſimali tempore prædicans, inſtituit ſodalitatem Puritatis ejuſd. B. V. M Regulamque pro Confratribus compoſuit. Nonnulla etiam devotiſſima Opuſcula in ejus honorem Italicè conſcripſit, quorum hæc ſuperſunt;

1. *Faſciculus Myrrhe quadraginta Meditationum de doloribus J. C. & SS. Virg. M.* Venetiis 1608. in 12.

2, *Faſciculus Roſarum variorum Exercitiorum Spiritualium.* Ibid. 1610. in 8 Obiit noſter Venetus A. 1612. cujus meminit *Boverius* in Annal. & *Wading.* de Script. Ord. Min. * *Dionyſ.* ſup. cit. *p.* 254.

ANGELUS à Raſennâ (a) (*Michael*) natione Italus, Capucinus Provinciæ Romanæ Definitor, Concionator magni nominis, qui etiam aliquando Conventum Romanum ſub Guardiani titulo prudentiſſimè rexit, Edidit Italicè

Concionem, quam habuit in Aulâ Reipub. Lucenſis, die 21 Febr. in ſecundo Sabbato Quadrageſimæ, ann. 1671. Lucæ eod. anno editam.

[a] Ita *Dionyſius* Genuenſis *p.* 253. at fortè rectiùs *Ravennâ.*

ANGELUS *de Raconis*, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, primùm Calvinianus, ad Pontificios abiit, dictoque Ordini ſe accinxit. *Abra-Raconiis* Vaurenſis Epiſcopi cognatus fuit, vir doctrinâ & virtutibus clarus, Catholicæ Religionis ſtrenuus defenſor, qui ſeptuagenarius obiit Pariſiis A. 1650 ſepultuſque eſt apud ſodales S. Honorati.

Scripta Gallica:

1. *Excitatorium Catholicum, quo Miniſtri Catholici dormientes expergeſiunt.* Cadomi 1624. in 4.

2. *Duo Emblemata, & Figura Symbolica hæreticorum.* Pariſ. 1627. in 4.

3. *Le Calviniſme demaſqué* &c. h. e. *Calviniſmus delarvatus.* Ibid. in 8. II Tom. 1629 & 1630.

4. *Narratio converſionis* Joannis Rochettæ *in urbe Trecenſi Judicialium cauſarum Patroni.* Trecis 1663. in 8.

Conf. *Bibl. Capuc.* p. 22. Liron. *Bibl. Carnut.* p. 243.

ANGELUS ROCCA. Vid. Litt. R.

ANGELUS Savonenſis, Italus, Capucinus, Provinciæ Bononienſis alumnus, celebriores Italiæ civitates prædicando peragravit, Concionator ſuo tempore inſignis, cujus eximiæ dotes laudat *Dionyſius* Genuenſis *p.* 23. Obiit in Conventu ſodalium Æſii Provinciæ Piceni, die 25 April. 1567. ætat. 65. Scripſit autem

1. Concionem eruditiſſimam *de laudibus S. Petronii* Epiſc. Bononienſis, *Bonon.* 1569 editam.

2. *Sermones de Tempore*, quorum plures abſque ejus nomine ſunt evulgati.

Ejus præclara geſta recenſet *Boverius* in Annal. ad A. 1556. *§.* 17. ex *Petra ctio*, & Cod. MS. Provinciæ Bonon. & Martyrol. Franciſc. ad 25 April.

ANGELUS Saxonicus, patriâ Brunſvicenſis, Doctor Erfordienſis, Moguntiæ Concionator, ſcripſit *Tractatum de Canone Miſſæ: Quæſtiones, & Sermones:* & Seculo XV claruit. Obiit Argentinæ ad A, 1481. (a) de quo plura non habemus,

[a] *Trithem.* cap. 854.

ANGEL. ANGIOL. ANGER.

ANGELUS Senenſis, natione Italus, Eremita Auguſtinianus, Edidit *Vitam & Miracula B. Claræ de Monte-Falco* ejuſd. Ord. linguâ Etruſcâ, Senis impreſſam A. 1597. * *Elſſius* p. 64.

ANGELUS à *Sigeſtro* ditionis Genuenſis oppido (vulgò *Seſtri di Levante*) Capucinus, Provinciæ Genuenſis Concionator & Definitor, plures ejuſdem Provinciæ Conventus, & Meſſanenſem Provinciam prudenter moderatus eſt. Obiit Genuæ A. 1623. ætat. 75. Scripſit Italicè

Statuta pro ſocietate defunctorum ab eodem inſtitutâ in Eccleſia Patrum Conventualium S. Franciſci Pontremuli *Parmæ* excuſa A. 1609. * *Bibl. Capuc.* p. 24.

ANGELUS Spedienſis (de *Spezzo*) Capucinus, natione Ligur, Provinciæ Genuenſis Sacerdos, ex Hiſpano Latinè vertit

Commentarios ſive *Expoſitionem in Regulam FF. Minorum* P. Leandri de Murcia. *Spectat* MS. haberi docet *Dionyſius* p. 24.

ANGELUS Tiphernanſis, ex Comitibus Anagniæ, Capucinus, Provinciæ S. Franciſci alumnus, Theologus ac Hiſtoricus inſignis, fundavit Cœnobium ſive Collegium S. Iſidori in Urbe. Obiit Romæ 18 Nov. A. 1657. Multa conſcripſit Opuſcula tam Hiſtorica quam Chronologica, quæ MSS. reliquit. Hæc duo tantùm edita feruntur:

1. *Myſterioſa conſideratio circa Sacrificium Miſſæ*, Venetiis 1625. Ital.

2. *Flores diverſorum Sanctorum, atque Beatorum Eccleſiæ Tiphernatenſis, & Reliquiarum quæ in eâdem Eccleſiâ honorificè aſſervantur.* Tipherni 1627. in 8. Vid. *Bibl. Capuc.* p. 24.

ANGEOLERIIS (*Bernardus* de) quem *degli Angeli* vocat *Negri* (a) claruit Sec. XIV. Is nobilis Florentinus, Eremita Auguſtinianus, *Angeoleriorum* gentem illuſtravit, patriæque, virtutum exemplar, multum profecit. Anno 1384 erat Procurator Generalis, 1388 S. T. D. Oxonienſis, 1390 Prior & Regens Florentinus, 1392 Pifanæ Provinciæ Provincialis. Librum ſcripſit cui tit. *Speculum charitatis*, MS. Florentiæ in Bibl. S. Spiritûs (*b*).

[a] *Hor. degli Scritt. Florent. p.* 101.
[b] Vid. *Elſſium p.* 125.

ANGERER (*Raimundus*) Ord. FF. Prædic. ſtudii Græcenſis Lector Philoſophiæ ordinarius, edidit Theſes hoc titulo:

Solenniores Theologicæ aſſertiones, deprompta ex univerſâ Summâ Angelici & quarti Eccleſiæ Doctoris D. Thomæ Aquinatis, ejuſdem menti exactè conformata, ac in Comitiis Provincialibus provinciæ Teutoniæ Ordinis Prædicatorum Bambergæ celebrandis nomine Conventûs & ſtudii generalis Græcenſis publico certamini expoſita anno 1687. Præſide F. *Nicolao Von Banck* &c. Salisburgi, typis Melch. Haan 1687. in 4. * *Echard.* II. 714.

ANGERIUS (*Gulielmus*) non exiguæ famæ Franciſcanus, natione Anglus, cùm jam longiuſculè ſcholas frequentaſſet Iſiacas, decreto procerum ſuæ religionis, gubernationi Collegii, quod ad Pontem Gualteri oppidum Somurotrigum, inſtitutum fuit, præficitur, quo in loco, quæ ante plures annos apud Iſiacos ſcripſerat, ad limam revocavit. Placuere Autori ſuæ *in Lucam Elucubrationes*, quas &, maturo quodem rectè uſus conſilio, publicas non ſine laude fecit. Immortuus eſt ſtudiis, & Pontemgualtari non ſine publico luctu elatus, maximà verò eorum qui conſuetudine, vitæque præſcripto inſtituto, illi fuerant conjuncti (*a*). Claruit autem A. 1390 (*b*).

(a) *Leland.* cap. 464. (b) *Le Long* p. 611

ANGERMONDT (*Theodorus*) Ord. Ciſterc. Religioſus Veteris montis, Scripſit

Inſigne opus Concionum Dominicalium, quod MS. extare in Veteri monte, docet *Viſchius* p. 305. ex Relatione Rev. *Joannis Blanckenberg*, ejuſd. loci Abbatis, S. Theol. Doctoris, *&c.*

ANGERUS

ANGERUS vel ANGERN (*Melchior*) cujus extant

1. *Bericht von des Menſchen Elend, Erlöſung und Danckbarkeit.* Neuſtad. 1593 (*a*).

2. *Kurzer Bericht I. Von dem groſſen Jammer und Elend derer Menſchen. II. Wie die Menſchen daraus erlöſet. III. Vom Ampt derer Chriſten.* Heidelb. 1631. in 8 (*b*).

(*a*) *Catal. Bibl. Traj.* P. II p. 58. (*b*) *Lipen. verb. Miſeria humana.*

d'ANGHIEN. Vid. ENGHIEN.

ANGIOINI (Vincentius) *dell' Atripalda* in Regno Neapolitano, Sacerdos Secularis, & Doctor, typis dedit elegantem Comœdiam ſub tit.

Il Purgatorio Neap. 1660. in 8. * *Toppi* p. 304.

da l'ANGLE (*Joh. Maximil.*) Vid. LANGLE.

ANGLES (F. *Joſephus*) Hiſpanus, Valentinus, Ord. Minorum Provinciæ S. Jacobi, eximiæ doctrinæ Theologicæ, vitæque ad religionis amuſſim formatæ merito à ſuperioribus obtinuit, ut excipiendis confeſſionibus Virginum Deo ſacrarum in Matritenſi excalceatæ reformationis præficeretur monaſterio. Sardiniæ quoque Provinciæ ejuſdem ordinis Commiſſarium generalem egit, Romæque præceptorem *Alexandri*, Cardinalis Montalti, *Sixti V* Pont. Max. ex ſorore pronepotis. Boſſanus demùm in eâdem Inſulâ Sardiniâ Epiſcopus creari promeruit: Utriuſque hic Philoſophiæ, Sacræque Theologiæ eximius Profeſſor, omnium ſcientiarum & virtutum genere ornatiſſimus, quomodo audit à non nemine, qui eum familiarem habuit, lucubrationibus ſuis ſtudioſos moralis Theologiæ non parùm juvit, præcipuè eo opere, quod inſcripſit

Flores Theologicarum Quæſtionum in Librum I Sententiarum: duabus partibus: Lugduni, 1584 & 1585 Deinde

In Librum II Sententiarum: duabus aliis partibus, quas *Sixto V* nuncupavit. Lugd. 1587. Venetiis, 1588. Matriti 1596. Lugduni *iterùm*, 1596 & 1597.

In tertium etiam ſcripſiſſe putat *Nic. Antonius* quamvis id neſcierit *Wadingus*.

ANGLICANUM Concilium I præſidente *Cuthberto* Cantuarienſi circa annum 756 ex mente *Spelmanni* habitum. In quo de Natalitiis S. *Bonifacii*, ejuſque ſociorum Martyrum annuò celebrandis, actum eſt. Hujus Synodi nihil extat. Vide *Spelm.* Conc. Brit. *Tom. I. p.* 289.

ANGLICANUM Concilium II ab *Edwardo* ſeniore, præſidente *Pleigmundo* Archiepiſcopo, ad Eccleſiam Anglicanam benè ordinandam, & Epiſcopos in Sedes vacantes reponendos, ablato jam interdicto, *Formoſi* Papæ, ut volunt, juſſu congregatum. Cujus proinde ad Epiſcopos Angliæ hâc de re Epiſtola habetur. Extant Synodi Acta partim ex *Malmeſbur.* partim ex veteri codice MS. collecta, apud *Spelm.* T. I. p. 387. & Conc. *Tom. IX. p.* 430 Verùm *Formoſi*, anno 896 fato functi, & *Edwardi*, qui non niſi anno 901 regnare cœpit, tempora non benè conveniunt. Ad nodum hunc ſolvendum magnoperè variant eruditorum ſententiæ, & adhuc ſub judice lis eſt. Certè vel *Formoſi*, vel *Edwardi* nomen expungendum videtur, & vel *Joannis IX.* vel *Ælfredi* Regis ſubſtituendum. Vide quæ notavit *Spelman.* loc. cit. & ex eo *G. Coſſartium* Conc. *Tom. IX. p.* 431. Cl. *Papebrochius* ut totius controverſiæ fundamentum tolleret, ipſam *Formoſi* Epiſtolam merum eſſe Sæculi XI figmentum cenſet, occaſione contentionis inter Cantuarienſem & Eboracenſem Archiepiſcopos natam. Certe interpolatam ſaltem eſſe innuere videtur *Cantuaria* nomen vetuſtiori Dorobemiæ explicationis gratia additum, quod *Formoſi* ætate needùm in uſu erat. Interim dum res clarior fiat, Synodum hanc juxta Malmesburienſem ad annum 904 retulimus. Huic Synodo *Edwardi* ſenioris Leges Eccleſiaſticæ Anglo-Saxonicæ apud *Spelmannum* ſubjiciuntur, antea à *Lambardo* editæ in *Archaiea* Edit. Cantab. *p.* 38 Addere liceat *Ælfredum* Regem *Edwardi* patrem, multas Leges, tùm Eccleſiaſticas tùm Civiles, promulgaſſe. In quarum parte priore plurima habentur capitula, tam ex Novo, quàm ex Veteri Teſtamento decerpta. Sequuntur quæ notæ Eccleſiaſticæ ſunt, de jurejurando, de fidejuſſione violata, de ſacrarum ædium immunitate, de Sacrilegio, de iis, qui moniales in Templis rapuerint &c. Extant Saxonicè & Latinè ubi ſupra p. 15. & *Spelm* loc. cit. *p.* 354

ANGLICANUM Concilium III anno 969 à *Dunſtano* Cantuarienſi, & omnibus penè Angliæ Epiſcopis congregatum. In quo damnantur Clerici conjugati, Monachatus promovetur, Comes quidam præpotens ob inceſtas nuptias pœnitentiam agit, ipſique *Edgaro* Regi ob compreſſam virginem clauſtralem ſeptennalis pœnitentia injuncta eſt. Habentur hujus Synodi acta hinc inde collecta apud *Spelm.* Tom. I. p. 474. & Conc. *Tom. IX. p.* 698.

ANGLICANUM Concilium IV anno 1072 celebratum, Wintoniæ inchoatum, Windleshoriæ abſolutum. In quo Sedis Cantuarienſis Primatus per Eboracenſem aſſeritur & confirmatur, & utriuſque Archiepiſcopatus Jura ſtatuuntur. Extant Synodi Acta, & variæ *Lanfranci* de hâc aliiſque canonicis rebus Epiſtolæ *Conc.* Tom. IX. pag. 1211. Vide etiam *Spelm.* Tom. II. pag. 5. qui Regis *Wilhelmi I.* Atteſtationem *de primatu Cantuarienſis Eccleſiæ*, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum & Abbatum, ex MS. cod. Cottoniano primus exhibuit.

ANGLICANUM Concilium V anno 1075 vel hoc circiter tempore ſub *Lanfranco* Cantuarienſi habitum. Quo ſtatutum eſt, Virgines & Matronas quæ ad fugiendam Normannorum libidinem ad Monaſteria ſe contulerant, velumque ſuſceperant, non teneri quin ad Sæculum, ſi velint, redire poſſint. Vide *Eadmeri* Hiſt. *lib. III. pag.* 57. & *Conc. Brit.* Tom. II. pag. 7. Anglicani etiam Concilii anno 10 4 quo S. *Wulſtanus* injuſte depoſitus eſt, ex ejus vita apud *Surium* meminerunt Conciliorum editores *Tom. X.* p. 344.

ANGLICANUM Concilium VI anno 1093 pridie Non. Decemb. ab omnibus pene Angliæ Epiſcopis congregatum. In quo *Anſelmus* Cantuarienſis Archiepiſcopus conſecratur, & de controverſia Primatus & Metropolitani titulo agitur, *totius Angliæ Primatus* titulo Cantuarienſi adjudicato. Vide *Matth. Paris* ad ann. 1093 & *Eadmer.* Hiſt. *p.* 21.

ANGLICANUM Concilium VII anno 1095 ab univerſis penè Angliæ Epiſcopis habitum. In quo, *Anſelmo* fidem Regi, niſi reſervatâ *Urbano* Papæ obedientiâ, præſtare recuſanti, plures Angliæ Epiſcopi omnem ſubjectionem & communionem denegarunt. Vide *Eadmer.* qui & ipſe huic Concilio interfuit, *de Vit. Anſelm.* lib. II. apud. *Sur.* ad xxi. April.

ANGLICANUM Concilium VIII an. 1167 ab omnibus Angliæ Epiſcopis loco incerto habitum. In quo ad declinandum *Thoma* Cantuarienſis in partibus tranſmarinis judicium, decretum eſt ut ad Pontificem appellaretur. Hâc de re extant, tùm Epiſcoporum ſuffraganeorum, tùm Cantuarienſis ad Pontificem, Epiſtolæ *Conc.* Tom. X. pag. 1444. Idem etiam factum eſt in Conventu Chinonenſi in Gallia ab Epiſcopis & Proceribus ditionis Anglicanæ, præſente ipſomet Rege *Henrico II.* hoc eodem anno habito, uti auctor nobis eſt *Joan.* Sariſburienſis ad Epiſc. Exon. *Epiſt.* 139.

ANGLICANUM Concilium IX. à *Joanne Stratford* Archiep. Cantuarienſi, cum ejuſdem Provinciæ Epiſcopis anno, ut videtur, 1341 congregatum. Extat unica ſaluberrima Conſtitutio *adverſus Clericorum*

ram avaritiam, qui in Beneficia nondum vacantia ſe intrudere, & eadem per fas & nefas occupare moliebantur, apud Cl. *Spelman.* Conc. Brit. *Tom. II. p.* 549. & *Lab.* Tom. XI. Part. II. col. 1873. Notandum eſt *Joannem* Archiep. Regulas quaſdam & ordinationes pro regimine Curiæ ſuæ Cantuarienſis *de Arcubus* vocatæ, anno 1342 Lambethæ edidiſſe; quibus exceſſus quoſdam & abuſus in dicta Curia tollere, & multa circa *Officialem* ſive *Decanum*, (quo officio ipſe olim multa cum laude functus eſt) *Advocatos*, *Procuratores*, *Notarios*, *Promotores*, &c. ordinando, omnia in meliorem ſtatum redigere ſategit. Extant in eam rem Statuta ſive Regulæ xix. apud *Spelman.* ibid. p. 550.

Hæc de Anglicanis Conciliis Cl. *Cavo* in Hiſt. Liter.

ANGLICUS (*Adamus*) Vid. GODDAM.

ANGLUS (*Thomas*) Presbyter Anglus, ex generoſâ (ut ipſe initio Operum profitetur) *Albiorum* in Oriente Trinobantum proſapia oriundus (*a*). Opinionum ſingularitate non minùs quam Opuſculorum multitudine claruit Seculo XVII. Ulyſſiponenſis Gymnaſii Rector primarius, Duacenſis ſecundarius extitit. Romæ, Pariſiiſque diu commoratus eſt, & præcipuas Europæ luſtravit regiones. Equiti *Digbæo*, Philoſopho clariſſimo, fuit addictiſſimus, cujus opiniones ſibi ita probatas eſſe teſtatus eſt, ut pleraque opera ſua ad ejus mentem accommodaverit. Peripateticorum ſententiis conſtanter adhæſit, rejectiſque Carteſianis, ipſa *Ariſtotelis* principia, myſteriorum Religionis inveſtigationi inſervire poſſe prætendit, adhibuitque. De Libertate itaque & Gratia hoc pacto diſſerere aggreſſus eſt; at proprio nimis fidens ingenio Moliniſtis æquè ac Janſeniſtis rem ingratam fecit. Patres Societatis Jeſu infenſiſſimos habuit: unde *increbuerunt* (*b*) *ſapiuſculo rumores comminatam eſſe doctam illam Societatem, ſe contra D.* Albii (Thomæ Angli) *Opera ſtricturam calamum. Hoc idem ab iis maximè expectabant omnes, ut quos præcipuè ac penè unicè Scriptis ſuis laceſſiverat. Attamen, ſive ex motivis prudentialibus ſuppreſſi ſint libri illi jam ſcripti, ſive nulli omninò ſcripti fuerint, nihil dum editum eſt.* Vir fuit vaſto ac ſolerti ingenio, in quo tamen Judicii ſagacitas deſiderabatur. Mortis ejus tempus ignoratur, quippe qui in vivis adhuc erat, cùm Regno reſtitutus fuit CAROLUS II.

OPERA:

1. *Dialogi III de Mundo.* Pariſ. 1642.

2. *Inſtitutionum Peripateticarum ad mentem ſummi Viri, Clariſſimique Philoſophi* Kenelmi *Equitis* Digbæi. *Lugd.* 1646. Quòd ad mentem clariſſimi illius viri ſcriptas pronuntiet *Thomas* noſter, inde eſt, ut ipſe ait, » in Præf. dict. Inſtitutionum » quòd cùm in invidendo » illo *de anima immortalitate* libro, totam naturæ » compoſitionem à primâ corporis ratione, uſque ad » inviſibilis animæ ſpiritualis articulos diſſecuerit, & » in omnium oculos intulerit, aliâ quam ipſe præ» ceſſerat incedere neque *voluit* neque *potuit*.

3. *Appendix Theologica de Origine mundi* Lond. 1647. quæ ſup. *p.* 283 perperam *Alexandro* Anglo tribuitur.

4. *Inſtitutiones Theologicæ ſuper fundamentis in* Peripateticâ Digbæanâ *jactis extractæ.* Pariſ. 1652.

5. *Vellicationis ſuæ de medio animarum ſtatu*, *Ratio* Epiſcopo Chalcedonenſi reddita. *Pariſ.* 1553. *Colon. Agripp.* 1659. in 8.

Prodierunt deinceps *Exceptiones duorum Theologorum adverſus Doctrinam Albianam de medio Animarum ſtatu.* Lond. 1671. in 12.

6. *Sonus Buccinæ, ſive tres Tractatus: I de Virtutibus Fidei & Theologiæ: II de Principiis earundem*, & III *de Erroribus oppoſita.* Cum Append. ad *Sonum Buccinæ*, ſive mentis *Innocentii* X, ut à Rev. Dno *Franciſco Macedo* explicata eſt, *ad eumdem anireprehenſio*, ubi agitur de Cenſura quinque Propoſitionum *Janſenii.* Prodiit *Pariſ.* 1654. *Colon.* 1659. in 12.

7. *Sonus Litui*, *adverſus ſonum tubæ.* an. 1654.

8. *Obedientia & Gubernatio.* Lond. 1655. Angl.

9. *Teſſera Romana evulgatio.*

10. *Tabula ſuffragiales de terminandis fidei litibus ab Eccleſiâ Catholicâ fixæ, occaſione Teſſeræ Romanæ inſcripta* adverſus folium unum *Soni Buccinæ.* Lond. 1655.

11. *Euclides Metaphyſicus* ſive de *principiis ſapientiæ.* Lond. 1658. in 12. Vid. *Morhof.* Polyhiſt. Liter. *l.* 2. *c.* 8. *§.* 5. & Phil. *Tom. II. l.* 5. *§.* 8.

12. *Monumetham excantatus, ſive Animadverſiones in Lib. Rom famoſum de Anglicani Cleri retinen. in Apoſtolicam Sedem obſervantia.* Rothom. 1660.

13. *Muſcarium ad immiſſos à* Joanne Thamone *Illuminatorum crabrones, & Sophiſmatum ſcarabæos cum ſuis Duacena Vindices abigendos.* Lond. 1661.

14. *De ſcientia Theologi.* Lond. 1662.

15. *Statera appenſa quoad ſalutem aſſequenda facilitatem* Londini 1661. in 12.

16. *Quæſtio Theologica, quomodo ſecundùm principia Peripateticæ Digbæana, ſive ſecundùm rationem, & abſtrahendo quantum materia patitur, ab authoritate, humani arbitrii libertas ſit explicanda, & cum gratiâ efficaci conciliandâ.* Editionis locus & tempus ignorantur.

17. *Supplicatio poſtulativa Juſtitiæ*, adverſus Duacenſes Doctores qui damnaverant Propoſitiones XXII. ex Sacris Inſtitutionibus *Thomæ Angli* excerptas.

» Riſerunt aliqui hominem (*Thomam* noſtrum) » quod evidentiam jactet, cùm tamen perobſcurè ip» ſum ſcribere, quotquot eum legant, querirentur: » Reſpondet ille, (de ſe ipſe loquitur (*c*) ſe brevitati » ſcientiarum traditoribus aptæ ſtudere; Theologos » in cauſa eſſe quod obſcura maneant ipſius ſcripta, » dum ſeſe explicandi anſam præbere refugiunt. » Addit vel doctos eum intelligere poſſe; unde & » ſi errores ſcribat, ipſum confutare in proclivi eſt; » vel non intelligere, & ſic neque debere ipſi occla» mitare; cùm peſſimus ſit animi morbus calumniari » quod neſcis.

Omnia hujus Auctoris *Opera*, *tam impreſſa quàm manuſcripta* damnantur & prohibentur Decreto S. Inquiſit. 17. Nov. 1661. quod extat in *Indice Libr. prohibit.* ALEXANDRI VII. *Genevæ* edito A. 1667. *p.* 275.

* Vid. *Belii* Diction. *Lipen.* Bibl. Theol. & Phil. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 2215 &c.

ANGOSCIOLUS (*Spiritus*) Eremita Auguſtinianus, natione Italus, Vicentinus, Philoſophus, Theologus ac Concionator illuſtris, claruit Sec. XVI. A. 1560, 24 Jan. fit Lector Neapolitanus A. 1565, 27 Nov. Theol. Doctor, Neapolitanorum Procerum nomine, ad magnum Hieroſolymitani Ordinis Magiſtrum *Joannem Valla* delegatus, ipſi Principi, & reliquis ejuſdem S. Militiæ Equitibus de Turcarum victoriâ luculentiſſimâ Oratione gratulatus eſt, Generalibus ejuſd. Ordinis Comitiis interfuit, cùmque biennium inibi M. Magiſtro, univerſoque Ordini à Concionibus fuiſſet, Romam ad *Pium V* graviſſimis de rebus ad totius Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum ſpectantibus, & coram Cardinalibus Sermones habuit eruditiſſimos. A. 1569. Jan. 29. Commiſſarius Generalis in Conventu Paulæ, & 19 Martii Præſes Capituli Provinciæ Calabriæ. A. 1570. Nov. 21. in Conventu Bononienſi Vicarius Generalis, A. 1573. Jun. 7. cùm Generalis in Conventu Eborenſi moraretur, & in eo Capella Regia haberetur, adeſſetque ſolemnitati *Sebaſtianus I.* Rex Luſitaniæ, Concionem habuit Noſtr. Italicè, cum magno adſtantium applauſu. A. 1575. Maii 22. Comitiorum Generalium tempore, in Capella Pontificis, Sermonem habuit, & eod.

(*a*) Hinc ſæpiùs ex *Albiis* vocatur. Genuinum ei cognomen erat *White*, quod in *Candidum*, in *Albium*, *Bianchi*, & *Rutwerth* permutare ſolebat. (*b*) Ex Præf. lib. cui tit. *Statera appenſa* &c.

(*c*) ex Præf. lib. cui tit. *Statera appenſa* &c.

eod. anno 22 Jul. à *Gregorio XIII* Procurator Generalis declaratur, cùm Romæ ſacras litteras publicè interpretaretur. A. 1577 ejus operâ & labore deciſa fuit controverſia de ſtatu & profeſſione B. *Claræ de Monte Falcone* in favorem Ord. Auguſt. contra Minoritas. A. 1582. Jun. 2. Romæ, communi PP. conſenſu in Generalem electus fuit, Theologus & Orator inſignis; tandem dum Provincias luſtraret, ac Monaſterium Vicentinum reparaſſet, obiit Bononiæ A. 1586. Maii 13. Vicentiæ poſtmodum ſepultus. SCRIPSIT autem *Orationes* plurimas in Concilio Tridentino habitas, coram Pontificibus, & Principibus. *Explicationes* aliquot *Sacrorum Poematum*, ac nonnullos *rerum Theologicarum Tractatus*. Plures ejus Orationes MS. Patavii apud Auguſtinianos ſe vidiſſe teſtatur *Poſſevinus* verb. *Spiritus*. Conf. *Elſſium*.

ANGRADUS aliis AIGRADUS (a) Fontanellenſis Monachus, in Normannia, circa A. 700 SCRIPSIT *Vitam S. Ausberti* Rothomagenſis Archiep. qui A. 695 die 9 Febr. mortuus eſt, eamque obtulit *Hilberto* dicti Cœnobii Abbati, quem A. 700 mortuum ſcribunt. Eruditis autem *Angradi* lucubratio in aliquibus locis interpolare videtur (b). Extat apud *Surium* & *Bollandum* in *Probatis Sanctorum Vitis*, ad d. 9. Febr. item Sec. II. *Sanctorum Ord. D. Bened.*

[a] Hujus ſub utroque nomine meminit *Olearius* p. 21. & 55.
[b] Vid. *Oudin.* in Supplem. & in Comment. ad a. 700.

ANGRIANUS. Vid. AYGUANUS.

ANGRISANUS (*Joan. Antonius*) Neapolitanus, Clericus Regularis, ac Præpoſitus Generalis, Archiepiſcopus Surrentinus, claruit Sec. XVII. In Capella S. Ceroli, quæ eſt Surrenti, legitur hæc inſcriptio:

D. O. M.
JOANNI ANTONIO ANGRISANO,
Neapolitano, & Cleric. Regul. Generali Præpoſito,
ad Surrentinam regendam Eccleſiam
A PAULO V. P. M. tanquam Haron vocato,
vitæ integritate, & paſtorali vigilantia,
ab omnibus commendato,
octogenario majori, IV Kal. Sept. MDCXLI. & dies 23
publico mœrore velato
Marcellus Angriſanus Canonicus Neapolitanus
Patruo dulciſſimo P.

Dedit autem in lucem noſter

1. *Tabulas, in quibus univerſam Indulgentiarum materiam explicavit.* Neap.

2. *Spiritualia exercitia de Chriſti Domini pœnis.* Neap. primùm, deinde Romæ *in* 24.

3. Majus parabat opus in fol. *de Angelorum ac Dæmonum naturâ*, quod *Paulo V.* nuncupaſſet, ſed ne abſolveret, obſtitit fatum. Illud autem apud *Nicolaum Angriſanum* Autoris Pronepotem ſervari teſtatur *Toppius* p. 126.

ANGUIANO (*Matthæus* de) Hiſpanus, Capucinus, Provinciæ Bæticæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus apud Indos Occidentales, SCRIPSIT patrio idiomate & ſub prælo habebat A. 1690

1. *Paltica d'Exercicios Eſpirituales para todas ſuertes de perſonas.*

2. *Conquiſtes Eſpirituales de Etiopia y America* (a). Hoc titulo prodiit, *Epitome Hiſtorial, y Conquiſta Eſpiritual del Imperio Abyſſino en Etiopia la Alta, o ſobre Egypto, à cuyo Emperador ſuelen llamar Preſte-Juan los de Europa. Conſecrade rendido al Eterno, y Divino Padre, primera Perſona de la Trinidad beatiſſima*: ſive *Hiſtoria compendioſa victoria ſpiritualis imperii Abyſſinorum.* Matriti ex typ. Gonz. de Reyes, apud Franc. Laſſo 1708. in 4. (b)

(a) *Bibl. Script. Capuc.* p. 144.
(b) *Diar. Erud.* 29 Oct. 1708.

ANGUISCIOLA (*Angelus Gabriel*) Italus, edidit Italicè librum *Della Hebraica Medaglia detta Maghen David, & Abraham.* Vid. inf. ubi de *Raph. Aquilino.* Prohibetur à S. Congreg. Indicis, promulgato decreto ſub die 16. Martii 1621. Vid. *Bartolocc.* Part. IV. p. 164.

ANGULARIS (*Joannes*) cujus extat ex *Lipen.* II. 95.

Liber *de Indulgentiis* contra *Weſſelum* 1470. forte legendum 1570.

ANGULO (*Didacus* de) Bæticus, Ord. Carmelit. SCRIPSIT

Vida de S. Andres Corſino Obiſpo de Fieſoli de la Orden de N. Señora del Carmen, con la relacion de ſu Canonizacion y del ſolemne Otavario que ſe celebro en el Convento de Sevilla de la miſma Orden. Hiſpali 1630. in 4.

Deceſſit è vivis in ead. urbe Hiſpalenſi poſt annum 1640. * *Nic. Anton.* Tom. II. p. 320.

ANGULO (*Franciſcus de Ribera*) Hiſpanus, Auguſtinianus Provinciæ Bæticæ, in Granatenſi & Urſaonenſi familiæ hujus religioſæ domibus ſtudiorum Præfectus, S. T. Magiſter, ſcripſit

1. *Practica de perfeccion en la vida de la perfecta viuda S. Monica.* Hiſpali, 1621. in 4.

2. *Diſcurſos Quareſmales ſobre la vida de S. Nicolas de Tolentino*: ibid. 1631. * *Nic. Anton.*

ANGULO (*Gabriel Perez del Barrio*) cui tribuitur liber inſcriptus

Devociones, Roſarios y Oraciones quotidianas, Diſcurſos &c. Matriti 1644. in 8. * Vid. *Nic. Anton.* Tom. 8.

ANGULO (*Johannes Ruiz* de) ex oppido *Martin Muñoz*, edidit

Eſpectaculo de virtudes y alabanza (laudes) *del hombre virtuoſo.* Matriti 1568. in 4. * *Nic. Anton.*

ANGULO (*Ludov.* de) natione Hiſpanus, SCRIPSIT librum quendam

De imagine hujus mundi, ad ſolatium Principis ſui *Raznerii* Siciliæ Regis; quem apud ſe MS. extare teſtatur *Verderius* in Supplem. Epitomes *Geſner.* *Lugd.* A. 1585 edito. Cujus ſcripti tempus planè incertiſſimum redditur à malè concepto Regis Siciliæ nomine, quod nuſquam fuit. Idem videtur, inquit *Nic. Antonius* (a), cum eo cujus è Bibl. Regiæ Gall. MS. Cod. 1805 laudat *Labbeus* (b), nempe *Alcabitii* introductio Aſtrologica cum ſcholiis *Ludovici de Angulo* Hiſpani, qui ex Catalonico in Latinum ſermonem reddidit librum *Abraha* Aben *Ezra* De nativitatibus.

(a) Bibl. vet. *Tom. II. p.* 169. inter Script. incerti temp.
(b) *Bibl. MS.* par. 4. ſect. 4.

ANGUSCIOLA (*Iſembrandus*) Italus, Nobilis Placentinus, Ord. Ciſt. Monachus & Abbas ClaræVallis de Columba, in Diœceſi Placentina; vir fuit doctrinâ, pietate, ac prudentiâ non minùs quàm ſanguinis nobilitate illuſtris; Qui cùm adhuc Monachum ageret in eodem Cœnobio Columbæ, defuncto *H yone* 47. Epiſcopo Placentino, à Clero in Epiſcopum poſtulatus, maluit intra clauſtri tranquillitatem manere, quàm Epiſcopali infulâ decorari: tandem obedientiâ cogente, Abbas electus, ibidem piiſſimè obiit anno 1180. Monachis reliquit librum quem

Speculum Chriſtianorum inſcripſit, ſuæ pietatis & doctrinæ nobile monumentum, ait *Viſchius* p. 235.

ANGUSSOLA (*Baſilius*) Italus Cremonenſis, Carmelita, ex illuſtri familia *Anguſſolana*, almi Romani Collegii S. Theologiæ Profeſſor egregius, decus Patriæ, & inſigne ſuæ Religionis ornamentum, vir in divinis & humanis litteris faciliimè verſatus, Deo devotus, & converſatione venerabilis; doctiſſimas quaſdam in rebus Theologicis & Philoſophicis *Lectiones*, nec non *Sermones*, *Collationes*, *Tractatus* conſcripſit * *Specul. Carmel.* T. II. *p.* 1068 ex *Lucii* Bibl.

ANHAL-

Digitized by Google

ANHALTINORUM Theolog. *Bekentau* ſeu Confeſſio de præcipuis articulis doctrinæ Chriſtianæ, *Serveſta* 1589. Cum judicio de præfat. libri Concordiæ, & Apologiâ contra Refutationem adverſæ partis; item brevi recenſione abominandarum quarundam Phraſium in formulâ Concordiæ, & teſtimoniis *Lutheri*, & *Georgii* Principis Anhaltini. Intercedunt in præfatione ſeſe non novam condere Confeſſionem, ſed de præcipuis articulis ſuam tantum aperire ſententiam, & ſicut alios nolunt exoſos reddere aut condemnare, ita ſibi velle relinqui ſentiendi libertatem; ſubſcribere etiam Auguſtanæ Confeſſioni, prout illa Auguſtiſſ. Imperatori CAROLO V. tradita, & ſequente anno unà cum Apologia, *Witembergæ* edita A. 40. repetita. A. 1551. declarata, ut nomine Saxonicarum Eccleſiarum Concilio exhiberetur Tridentino, & A. 1561. *Naumburgi* à Statibus Evangelicis ſubſcriptione confirmata fuerit, quæ etiam ſine omni dubio comprehenſa in Pacificatione Paſſavienſi, quia hæc ſola tunc temporis typis publicis exſcripta, nec alia manibus hominum viſa & uſurpata. Vid. *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. IV. p. 496.

Eorumdem Paſtorum ſcriptum quod ipſorum XLII. contra Ubiquitatem argumenta adhuc ſtans firmiter, ſive Refutatio *Cap. IV* Formulæ Concordiæ à *Tim. Kirchneeo, Nic. Selneccero*, & *Mart. Chemnitio* fabrefactæ. *Serveſta* 1684.

Eorumdem *Tauff-Buchlein* Liber baptiſmalis pro Eccleſiis Palatinis 1590. cum declaratione, cur Exorciſmus in Eccleſiis Anhaltinis abrogatus ſit, & ſolatio pro parentibus, quorum liberi ante baptiſmum moriuntur, eos propterea non eſſe perditos & damnatos, neque fœtum in utero materno pro Satanæ mancipio, ſed membro Chriſtianæ Eccleſiæ, habendum. *Ibid.* p. 506.

Eorum Reſponſio German. ad D. *Nic. Selnecceri* libellum conviciis & obtrectationibus repletum *Serveſta* A. 1584. Multa continet quæ *Selnecceri* perſonam tangunt & librum Concordiæ *à Jac. Andrea* fabrefactum. *Ibid.* p. 508.

Eorumdem dehortatio & adhortatio ſtrenæ loco ad *Nic. Selneccerum* miſſa, ut Theologos Anhaltinos tandem cum ſociis ſuis conviciari deſinat. *Serveſta* 1585. In quâ defendunt *Amlingium* qui cum *Selneccero* interfuit colloquio Erbergeo, *Gymnaſium Serveſtanum* & D. *Freyhuſium* faſtidiom doctrinæ de Ubiquitate corporis Chriſti, profitentur; rogant ne alienæ ſibi tribuantur ſententiæ, & D. *Tilem. Heshuſii* doctrinam, quâ ubiquitatem corporis Chriſti negat, ex ejus dictatis Helmſtadienſibus excerptam producunt.

Alia recenſet *Becmanus* Catal. Bibl. Francof. *p.* 21.

ANHORN ab Hartwiſſ (*Barthol.*) *Danielis* filius, *Bartholomæi* nepos, qui ambo inter Rhætios, vulgò *Griſons*, & in agro Tigurino Miniſterio functi ſunt. Natus eſt Fleſchii A. 1616. indeque Fanum S. Galli petiit. Tiguri ſtudia inchoavit, Baſileæ confecit. A. 1634 Eccleſiæ in agro Bernenſi cura ipſi demandata fuit. A. 1635 Hundwilienſis in pago Abbatiſcellenſi (d'*Appenzel*). A. 1637 ad S. Gallum evocatus fuit, ubi civitate donatus eſt. A. 1649 CAROLUS LUDOVICUS Elector Palatinus eum ut Eccleſiæ Mosbachienſi deſerviret acceſſivit, Eccleſiarumque ab eâ dependentium, Sunzheimenſis & Boxbergenſis Inſpectorem conſtituit. Hoc munus geſſit ad annum uſque 1660. patriamque redux Epiſcopicellenſis Eccleſiæ (de *Biſchoff-zell*) in Turgovia, & A. 1678. Elſaugienſis in pago Tigurino curam ſuſcepit, ac in ultimâ obiit A. 1700. ætat. 84. * *Moere.* p. 379. edit. Baſil.

SCRIPTA:

1. *Magiologia*, ex *Merer.*
2. *S. Anna Mater honorifica* 1661. 4.
3. *Meletemata Sacra Miſcellanea, Germania, Martialibus ferocus coepta, ſtatui & conditioni attemperata* &c. Francof. 1661. in 4.

Hoc opere Conciones XII continentur: I ad Matth. XXII. 1-14. *Nuptia Chriſti cum Eccleſia Palatina.* II ad Dan. IV. 10-15. *Palatinatm florens, ſuccisum, reviveſcens.* III ad Prov. III. 1-4 *Compendium felicitatis hominis Chriſtiani.* IV ad I. Petr. III. 20. 21. *Arca fidelium, Sacer Baptiſmus.* V ad II Paralip. XIX. 8-11. *de Legum Eccleſiaſtico-Politicarum ſanctione, promulgatione, obſervatione.* VI ad Job. VIII. 31. 32. *de Privilegiis hominis vere Chriſtiani.* VII ad Prov. VIII. 14. 15. 16. *de Regum, Principum & omnium Magiſtratuum origine & poteſtate.* VIII ad Pſalm. II. 10 11. 12. *De Regum Principumque officio.* IX ad Pſ. XX. 1-6. *Concio votiva pro ſalute* LEOPOLDI I. *Rom Imp.* X. ad eund. *v.* 7-10. *pro eodem.* XI ad I Tim. VI. 6. 7. 8. *de magno Chriſtianorum quæſtu.* XII ad Jerem. XV. 19. *Sermo in præſentatione Rev. & Clar. Viri* Dn. Sigiſm. Hartungii *Inſpectoris Boxbergenſis.*

4. *Falſcher Chriſt mit ſeinen Wercken geoffenbahret.* Baſil. 1665. 4. Chriſtianus hypocrita.

5. *Horn Hetchen Gottes und Vorbothen ſeiner Straffen.* Ibid. 1665 in 12. De irâ Dei & pœnis concomitantibus.

6. *Analyſis Catechiſmi Tigurini, ex Heidelb. interpolata.* Baſil. 1683. 8.

7. *Chriſtl Warnung fur dem Aberglauben und Hexerey*, Freib. in Briſgoia 1693. 8. De ſuperſtitionibus & incantamentis.

8. *Theatrum Concionum Sacr. Topicum, in quo Topica Sacra Eccleſiaſtica Theoretico-Practica ita inſtituntur & diſponuntur, ut cuivis fideli Eccleſia Miniſtro uberior ſuppetat materia ad doctrinas & uſus, ex quolibet contextu ſacro, aut Dialogiſmo Catechetico elicitos, probandum, confirmandum, illuſtrandum, deducendum, applicandum, & orthodoxia monumentis extructum &c.* Baſil. Meyer 1670. in 4. Pars II. 1672. *de Cognitione, Nominibus, Eſſentia & Attributis Dei: de Myſterio SS. Trinitatis*, &c. Pars III. 1677. *de Decretis Dei, de Prædeſtinatione in genere, Electione & Reprobatione in ſpecie, de Libro vita & Reproborum induratione, ac Creatione Univerſitatis, & de Providentia.*

Pars V. 1683. *de lapſu primorum Parentum, Peccato originali, libero Arbitrio* &c. Opus integrum poſtea prodiit hoc tit.

Theatrum Concionum Sacrarum Topicum ſuper univerſam Theologiam de Deo cognoſcendo & colendo, in partes novem diſtinctum. Baſileæ, apud Joan. Henr. Meierum, & Jacob. Chriſtoph. Anhorn, 1691. in 4.

In *prima parte* de Theologiâ, ejuſque principio cognoſcendi, Scripturâ Sacrâ, *XXVI* Conciones exhibentur: quibus mantiſſæ loco adhuc *tres*, quarum *prima* de Moſe & Prophetis, *altera* de Evangelio, *tertia* de verbi Dei firmitate & æternitate agit, ſubjiciuntur. In *II. parte* de Dei cognitione, ejuſque tum affectionibus, tum mediis, tum objecto; de nominibus eſſentialibus atque acceſſoriis, eſſentiâ abſolute conſideratâ, attributis in genere ac ſpecie, myſterio SS. Trinitatis, Spiritûs Sancti officio erga bonos, pariter ac malos, *XXX* Conciones occurrunt: quibus *ſimiliter* loco *dua*, *una* de Spiritu Sancto precibus impetrando, *altera* de animo, mundo & ſpiritu firmo, annectuntur. *Pars III.* de Operibus & Decretis Divinis in genere, Prædeſtinatione, illiuſque duabus partibus, *electione* ſcilicet atque *reprobatione*, impiorum excæcatione, reproborum induratione, libro vitæ, voluntate Dei circa ſalutem electorum, operibus Dei externis, creatione in genere, & in ſpecie de quatuor dierum hexaemeri operibus, *XX* Concionibus agit; ac quomodo materiæ homilia una exhibitæ in pluribus ac diverſis concionibus publicè tractari poſſint, ſub frontiſpicium hujus partis dilucidè oſtendit. *Pars IV.* Opera Dei quinto & ſexto die prodita, *ſedecim*; providentiam Dei, illiuſque uſum, *duabus*; Angelorum gubernationem, bonorum confirmationem & officium, malo-

malorum lapſum & pœnam, ſcientiam in rebus divinis, diabolicam hominis obſeſſionem, Pauli ſurculum & colaphos Satanæ, luctam fidelium atque panopliam ſpiritualem contra Satanam, *ſeptem*: gubernationem & felicitatem hominis in ſtatu innocentiæ *tribus* Concionibus repræſentat. *Pars V* Lapſum primorum parentum, peccatum originale, & liberum hominis arbitrium, *tribus*: peccatum actuale, ejuſque vel leviſſimi grave periculum, ſcandala in Eccleſia Dei, peccatum in Spiritum Sanctum, *quatuor*: miſerias peccatum conſequentes *ſeptemdecim* Concionibus exponit. *Pars VI* Legem naturalem, moralem, ceremonialem, hujuſque typos perſonales ac reales Christum adumbrantes, Chriſtianorum in Novo Teſtamento ſacrificia, loca cultui ceremoniali conſecrata, templa & ſcholas Chriſtianorum, tempora cultui divino in Veteri Teſtamento deſtinata, feſta Chriſtianorum, privatas quaſdam in lege veteri ceremoniali obſervantias, leges & ceremonias Eccleſiaſticas in novo fœdere, legem Moſaicam forenſem & Chriſtianorum leges civiles, *viginti & novem*: Evangelium, illiuſque cum lege convenientiam, & ab eâdem differentiam, *tribus*: Perſonam Chriſti, ejuſdemque conceptionem, unionem perſonalem, idiomatum communicationem, humanæ naturæ excellentiam, nativitatem, *viginti* Concionibus depingit. *Pars VII* Chriſti officium mediatorium in genere, ſtatum exinanitionis atque exaltationis, & in utroque officii prophetici, ſacerdotalis & regii adminiſtrationem, *triginta duabus*: vocationem electis atque reprobis communem, Judæorum rejectionem, converſionem & gentium vocationem, *tribus*: fœdus gratiæ, illius ſigilla, Sacramenta ſcilicet V. & N. Teſtamenti, *viginti quatuor* Concionibus deſcribit. *Pars VIII* Eccleſiæ veræ exiſtentiam, eſſentiam, viſibilitatem & inviſibilitatem, formam, adjuncta, notas, ſata, externam adminiſtrationem, nutritios eorumque circa ſacra poteſtatem, oppoſita, *quatuordecim*; electorum vocationem ſpecialem, fidem ſalvificam, juſtificationem, adoptionem, ſanctificationem, Sanctorum perſeverantiam, libertatem Chriſtianorum, *undecim*: glorioſum Chriſti adventum ad judicium, judicium hominis particulare, reſurrectionem mortuorum, immutationem ſuperſtitum viventium, judicium extremum, conſummationem ſeculi, mortem atque vitam æternam, *quatuordecim* Concionibus delineat. *Nona* denique & *ultima parte*, quomodo Deus per bonorum operum & virtutum Chriſtianarum ſtudium, juxta præceptorum Decalogi regulam, ſanctè ſit colendus, *quinquaginta duabus* demonſtrat. Opus 32 annorum praxi indefeſſo ſtudio adornatum. Cur autem quatuor priores partes ſub nomine *Bartholomæi ab Hartwiſſ*, nullâ *Anhornii* mentione factâ ediderit doctiſſimus Autor, rationem ipſe in præfatione ad Lectorem quintæ parti præfixâ reddit, quod cùm in Turgovia inter Pontificios ipſi habitandum, ſacra in eodem templo & ſuggeſtu cum ſacrificulo peragenda, & pacta religioſa obſervanda eſſent, ſuaſu ſuperiorum *Anhornii* nomen iſtis in oris paſſim decantatum ſupprimere, & gentilitium familiæ ſuæ nomen, ſed obſoletum, & ante duo ferè ſecula oblivione ſepultum, *Hartwicorum* vel *Hartwiſſorum* ſubſtituere voluerit, ne in manifeſtum aliquod periculum incurreret, elenchum fortiùs in Pontificios ſtricturus. Qua occaſione ſimul nominis *Anhornii* originem exponit, obſervans circa A. C. 1400 Nobilem quendam, nomine *Martinum ab Hartwic* vel *Hartwis*, in Rhætiam veniſſe, ſibique prædium in ſummis Faliſcienſium, montium Alpibus comparaſſe, ac prope eam platanum (*einen Anhorn-Baum*) plantaſſe, unde poſtea *Martinus Anhorn* vocatus fuerit *&c*. Vid. *Acta Erud.* Supplem. Tom. II.

ANIANUS, Monachus Ægyptius, diverſus ab eo qui nonnulla *Chryſoſtomi* ſcripta Latinè vertit, ut Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

oſtendemus, claruit circa Ann. 401. *Chronologiam* ſcripſit, in quâ *Euſebium* ſecutus, non raro tamen eum erroris coarguit, ut ex *Georgio Syncello* conſtat. N. E. * *Cave* p. 239.

ANIANUS, Vir ſpectabilis ſub *Athalarico* Gothorum Rege, claruit circa ann. 507. Scripſiſſe hunc jubente Athalarico *Codicis Theodoſiani Breviarium* refert *Sigebertus* Gemblacenſis *Cap.* 70. Verùm *Anianum* hujus Codicis neque Breviatorem, neque vel Interpretem fuiſſe, ſed recognitorem tantummodo & ſubſcriptorem ex ipſius *ſubſcriptione*, quæ hodie extat, liquidò conſtat. Vide Cl. *Gothofredi* Annotat. ad Cod. Theodoſ. *c.* 5. Eidem à *Sigeberto* aliiſqua, tribuitur *Latina verſio quindecim Homiliarum Chryſoſtomi*, quam tamen *Aniani* Diaconi Celedenſis eſſe fusè probare nititur *Garnerius*, uti mox dicetur. De qua quidem controverſia ſententiam ſuam ferant Eruditi. * *Cave* Hiſt. Liter.

ANIANUS, Patria Campanus, Diaconus Celedenſis, *Pelagii* amanuenſis, & acerrimus Pelagianæ Hæreſeos propugnator, claruit Anno 415. quo Synodo Dioſpolitanæ interfuit, & *Pelagii* cauſam maximâ diligentia atque animi ſtudio egit. Scripſit libros aliquot contra *Hieronymi* Epiſtolam ad *Cteſiphontem*; uti ipſa teſtatur *Hieronymus* (a), qui & Refutationem eorum ſibi in animo fuiſſe prodit. Eundem hunc eſſe cum *Aniano* aliquot Homiliarum *Chryſoſtomi* interprete pluribus contendit *Garnerius* (b). Argumenta ab eo prolata hùc ferè redeunt: idem utrique fuiſſe nomen, dignitatem, ſectam, (Pelagianæ enim Hæreſeos viro infectum fuiſſe *Chryſoſtomi* interpretem, ex Epiſtolis ejus ad *Orontium* & *Evangelum* manifeſtò liquet) quin & ætatem: calente enim adhuc controverſiâ Pelagianâ claruiſſe Interpretem luculentis ſatis indiciis fidem faciunt dictæ Epiſtolæ. Opuſcula *Chryſoſtomi* ab eo Latinè verſa enumerata ſunt in *Chryſoſtomo*. Epiſtola *ad Orontium* Homiliis VIII *in Matthæum*, altera ad *Evangelum* VII Chryſoſtomi Homiliis *de laudibus S. Pauli* præfixa eſt (c). *Anianus* vir fuit Græcè & Latinè peritus, qui, judice *Hieronymo*, verbis tinnulis & emendicatis inter ſcribendum ſæpiùs uſus eſt; nec eſt confundendus cum altero *Aniano* Codicis Theodoſiani ſcriptore, qui ineunte Seculo VI inclaruit (d), ut ſupra dictum eſt.

De noſtro *Aniano* hæc obſervat *Oudinus* in Comment. *Tom. I. p.* 924. &c.

1. Claruiſſe A. 417. vel 418.

2. Non cauſam egiſſe *Pelagii* in Synodo Dioſpolitanâ, ut vult *Caveus*, ſed quia eâdem cum *Pelagio* & *Celeſtio* accuſatione involvebatur, omnia illic, juxta *Hieron.* Epiſt. ad Auguſt. præfractè negaſſe contra ſe allata, quâ ratione cum *Pelagio* ſententiam in hâc Synodo condemnationis & excommunicationis à ſe amovit.

3. *Anianum* illum vocaſſe Auguſtinum *Traducianum*, ut *Julianus* qui eum vocat *Traduciana gentis Primatem*.

4. *Iſaacum Habertum* Vabrenſem Epiſcopum in Concordiâ Patrum Græcorum & Latinorum *de Gratiâ* c. 2. minùs conſideratè *Aniani* veteris Eccleſiæ Scriptoris judicium laudaſſe, ſiquidem ejectus ab Eccleſiâ, inter Pelagianos militavit.

Vid. & *Nat. Alexand.* Sec. V. cap. 3. art. 2. §. 3.

Hunc *Anianum* peritiſſimum interpretem vocat *Ambroſius* Camald. »Hunc etiam, inquit Cl. *Huetius* de *Aniano* loquens (e) »inter præſtantiſſimos hujus ar»tis opifices numerare ſoleo, ſimplicitatem quippe »munditiis, ſenſuum fidem religioni verborum ita »adjunxit, ut non alium, ipſe ſi adſit *Chryſoſtomus*, »ſibi interpretem deligere velit: non ita D. *Ber*-

(a) *Ep. ad Aug.* 24. inter Auguſtinianas. (b) *Diſſert.* 1. ad *Mar. Mercat.* c. 7. & Append. ad not. in *Julian.* libell *p.* 271. (c) *Cave* in Hiſt. Liter. (d) Vid. *Elliam Du Pin* Sec. V. p. 17. in 4. (e) de Clar. Interpr. *p.* 113. apud *Camuſat*, in Obſerv. ad Ciacon. col. 858.

» *cardus*, qui utpote novam verſionem adornans, » veterem accuratius inſpexiſſe debuit: *Anianus*, » etſi pro illa ætate non imperitus Græcorum interpres cenſeri debeat; ſeptem *de laudibus Pauli* Homilias ſatis feliciter tranſtulit, & in Homiliarum *in* » *Matthæum* interpretatione Latina non pari felicitate » proceſſit: nam incaſſum ſæpe verba multiplicat, & » circuitione uſus, ea pluris enuntiat, quæ poterant » brevius & commodius exhiberi.

ANIANUS Flander, Caſſellenſis, Monachus Bergis S. Winoci Ord. S. Benedicti & Abbas S. Petri Oudeburgenſis (*a*) vel forte rectius Aldenburgenſis, (*b*) Congreg. Cluniacenſis, vivebat anno 1450. Scripto conſignavit

Chronicon univerſale (ita inſcribitur) ab orbe condito uſque ad ſua tempora. Id MSrum exſtabat in æde Benedictinorum, quam inſtauraverat *Anianus* ille anno 1457. » Sed, inquit *Voſſius*, anno CIƆIƆLXXVIII. » dum bello omnia ardent, inde ſublatum eſt: nec » compertum habeo, utrum perierit, an in Bibliotheca cujuſquam deliteſcat. » Meminère & *Gazæus* in Biblioth. & *Joan. Cognatus* lib. IV. cap. XLII. Hiſt. Tornacenſis.

(a) *Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib* 3. *c.* 6. *p.* 564.
(*b*) Swertii. *p.* 129 Apud *Miræ*. p. 381. legitur *Audemburg* in Diœceſi Brugenſi.

ANIBALDUS Monachus Ord. Ciſt. in quodam Italiæ Monaſterio, vir Religionis & doctrinæ famâ celebris, SCRIPSIT

Comment. in IV libros Sententiarum, & alia plura, teſtibus *Sylv. Maurolyco*, *Barn. de Montalbo*, *Vincent. Bandello*, *Gabriele de Varlete* &c. Hunc eundem eſſe credit *Viſchius* p. 23. cum illo quem *Philippus* Bergom. in Supplem. Chron. vocat *Hannibaldum* natione Romanum, S. Theol. Profeſſorem, licèt ibi nullam faciat mentionem Monachatûs.

ANICETUS Pontifex Romanus, ordine XII. natione Syrus, in *Pii* locum ſuffectus A. C. 150 vel 151, magnâ cum pietatis ac doctrinæ laude præfuit. Eo ſedente, *Polycarpus* Romam venit ad ſedandam Paſchatis controverſiam. *Euſeb.* l. 5. Hiſt. Eccl. c. 24. *Niceph.* l. 12. c. 33. Cùm verò iis ea de re non conveniret, neuter alterutrum condemnavit, & conſtitutum eſt, ut quiſque ſuum de Paſchate morem ſervaret. Vid. quæ habet *Cellerius* Tom. III. cap. 31. art. 3. Verùm conceſſam fuiſſe *Polycarpo* honoris cauſa ab *Aniceto* Euchariſtiæ conſecrationem negat *Baſnagius* in Annal. ad A. C. 153 & argumentis ampliſſ. Viri *Tentzelii*, qui ſe altius aſſerti fautorem præbuit, reſpondet.

Obiit A. 161. vel ut aliis placet 162. Ferunt eum ordinaſſe XVII. Præsbyteros: IV Diaconos: IX. Epiſcopos: De eo conſulendi Vitarum Pontif. Authores, aliique à *Lud. Jacobo* adducti *p.* 18.

Aniceti Decretalis unica ad Galliæ Epiſcopos circumfertur, quæ cùm ab his verbis incipiat, *Bonorum operum & ſpiritualium ſtudiorum Deum Auctorem eſſe* &c. non dubium, inquit P. *Franc. Pagi* Tom. I. p. 30. quin ſuppoſititia ſit, cùm hæc ſint ipſiſſima *Leonis I.* verba *Ep.* 32. juxta veterem ordinem. Sunt & in eâ alia loca ex eodem *Leone* & *Vigilio* Papa deſumpta, quæ de ejus ſuppoſitione nos dubitare non ſinunt. Ibi de Primatibus & Metropolitanis fit mentio. *Concil.* Tom. I. p. 580. Tribuitur ipſi, præſcripſiſſe menſuram Sacerdotalem, ab Authore Libri Pontificalis.

Colitur S. *Anicetus* die 17 April. Vid. *Adr. Baillet*. Sedit, juxta *Pagium*, annis decem, ſcil. ab A. 151 ad 161. *Eggſius* verò *p.* 14 obiiſſe ait A. C. 175 Pontificatus ſui anno circiter nono: atqui jam ab A. 162 in locum *Aniceti* ſubrogatus dicitur *Soterus*.

Baronius ad A. 167. n. 4. hoc anno *Anicetum* PIO ſucceſſiſſe tradit, die 25 Julii. » MARCO Imperatore, » inquit *Euſeb.* l. 4. c. 19. jam octavum Principatûs » annum agente, cùm *Anicetus* Eccleſiæ Romanæ Epiſcopatum undecim annis obtinuiſſet, *Soter* in ejus » locum ſucceſſit. » Quo calculo, ſedebat *Anicetus* A. C. 158. *Soteri* autem initium cum *Severi* & *Herenniani* Conſulatu copulatur A. 171. non mendosè legitur *Veri*. A. 152 *Anicetum* Epiſcopum creatum eſſe docet *Onuphrius*. *Ant. Pagi* biennio citius ſediſſe ſtatuit. *Pearſonius* ab A. 142 ad 161. *Dodwellus* verò ab A. 142. ad 153 Eccleſiam adminiſtraſſe cenſet. Eò contenguntur *Baronii* Chronologia quòd *Polycarpus*, qui ſedente jam *Aniceto* Romam venerat, A. 169 martyrio perfunctus ſit. » Ubi figenda ſint initia *Anice-* » *ti*, inquit *Baſnagius*, variis hiſce ſententiis relatis » ad A. 165. § XI. definire non ſuſtinemus. » Martyrium hujus Papæ non admittit, Epiſtolam ei ſubditam cenſet, necnon Romanam Synodum quam ſub eo congregatam voluit.

Ejus Vitam conſcripſit *Joannes Angelus* Dux ab *Altaemps*, de quo ſup. *p.* 346. b.

ANICHINUS (*Deſiderius*) Ord. FF. Prædic. Italus, Veronæ natus, & ibid. Ordinem profeſſus, claruit circa finem Sec. XVI. de quo *Altamura* ad 1580. nam fallitur *Rovetta* qui ſeculo integro antiquiorem contendit. Ab eo editus eſt libellus hoc tit.

Confeſſionario raccolto da dottori catolici per il R. P. Maeſtro Girolamo *Panormitano* &c. *con la giunta di un modo breve e riſoluto di prepararſi alla confeſſione*, *raccolto dal R. P.* Deſiderio Anichino *&c.* Vid. ſup. *p.* 233. verb. ALCHERUS (*Andreas*)

Opus ejus alterum laudat *Rovetta*, cui tit.

Summa de caſibus conſcientia & de cenſuris. Vid. *Echard.* Tom. II. p. 257.

ANICIENSE ſeu PODIENSE Concilium, in Velauniâ, non procul à ripâ Ligeris, anno MCXXX. habitum. In quo *Petrus Leonis*, ſive *Anacletus* Antipapa excommunicatus eſt. Vide *Guigon.* Carthuſienſem in Vita *Hugonis* Gratianopol. & *Conc.* Tom. X. pag. 971. Quod & eodem anno in Synodo Claromontanâ, ut & Stampenſi factum eſt. Vide *Otton.* Friſingenſ. *lib. VII. cap.* 18. & *Bernard.* Abbat. in Vitâ *S. Bernardi* lib. II. cap. 1. p. 1990. citante *Caveo* in Hiſt. Liter.

ANINYON vel ANIÑON (*Michael* de) Aragonius, honeſtis, ſed humilibus parentibus Cæſaraugustæ natus. In ætatis flore Muſas coluit, atque ſui temporis *Ovidius* nuncupatus. Dein ad Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudium ſe contulit; porrò invitus tamen patris veſtigia ſecutus ad Juriſprudentiam incubuit Salmanticæ, & ad Moralem Philoſophiam. Juriſconſultus Aragonius, & in Bononienſi S. Clementis Hiſpanorum Collegio ſodalis, Decretorum Doctor Cæſaraugustanus. Fuit ob ejus præclaram in Hiſtoria Eccleſiaſtica peritiam in Conſultorem S. Officii electus; quo in munere quindecim annis egregiè deſudavit. Cùm autem ſæpè ſibi eſſet diſputandum cum hoſtibus inficiantibus Primatum Petri, & Unitatem Eccleſiæ, ideò librum de hac materia contexuit conflatum ex Jure, Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, rationibus naturalibus, & Morali Philoſophiâ. Hunc autem librum compoſiturus, denuò reliquit Curiam & negotia forenſia, atque antiquarum dogmatum cognitionem renovavit. Nullus ſcrupuloſior in hoc ſuo opere edendo, faceturque ipſe hoc ſe examinaſſe, legiſſe & perlegiſſe centum vicibus. Tandem abſolvit anno 1577. atque hoc tit. excudi fecit:

Tractatus *de Unitate Ovilis, & Paſtoris*. Cæſaraugustæ 1578. (*a*) vel 1588 (*b*) in 4. Adjungitur Epilogus omnium, quæ in hoc opere continentur, ab Auctore carmine comprehenſus. Prodiit & inter *Tractatus Doctorum* Tom. XIII. & apud *Rocab.* inf. cit. ubi notatur Autorem fuiſſe Romano Pontifici fidiſſimum, & doctiſſimum, qui ſuo tempore appellabatur Doctor omnibus bonis artibus & literis eruditus.

(*a*) *Nic. Anton.* II. 103.
(*b*) *Rocaberti* Bibl. Pontif *Tom. XVI. p.* 339.

ANJOS (*Dionyſius* dos) Luſitanus, Auguſtinianus Refor-

Reformatus, vixit Sec. XVII. cujus habetur tantùm verſio cujuſdam operis S. *Auguſtini*. Algarbiorum Epiſcopus nominatus erat cum vitâ deceſſit 24 Nov. 1654. * *Moeer.* p. 381 ex Comment. Portug.

ANISIUS (*Mich.*) Germanus, cujus extant

1. *Freundliche Zerreiſſung des ſchönen und wohleichenden Rekenfranzes, welch ein ſtuttſche Graß-Magd, Hoſerle genannt, auß dem toitlichen und ubertreſſlichen Buche derer Franciſcaner-Munche, welches ſie* Librum Conformitatum *nennen, abgebrochen.* Ingolſt. 1592.

2. *VII Catholiſche Predigten bey denen Proceſſionen.* Monach. 1599. in 4.

3. *VII Catholiſche Predigten wieder den Turken gehalten zu Bamberg.* Ibid. 1599. 8.

Conf. *Lipen.* Bibl. *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III. p.* 201.

ANKELMANNUS. Vid. ANCKELMAN.

ANNA, filia Phanuel, Propheteſſa vidua, ex Tribu Aſer, de qua S. *Lucas* II. 36. 37. Viro quem adhuc Puella duxerat, poſt ſeptem annos orbata, totam ſe deinde Deo devovit. In Templo enim jugiter verſans jejuniis macerata, in oratione noctes diebus continuabat. Cum B. Virgo, Filium oblatura, Templum ingreſſa eſſet, *Anna* octuagenaria eodem temporis articulo ſuperveniens, quo *Simeon* divino œſtro abreptus Canticum gratiarum Domino concinebat, in Dei laudes effuſa, expectantibus redemptionem Iſraël de Meſſia loquuta eſt. De hac Fœmina hactenùs Evangelium. Hujus Feſtum conſignatur in Martyrologio Romano ad diem 1. Septembris; in Martyrologio à *Canifio* vulgato, ad 28. Auguſti; in Ughelliano & Menæis Græcis, illius memoria unà cum S. Simeonis Senis, die 3 Februarii celebratur. * *Calmet* Dict. Bibl.

ANNA (*Bonaventura à S.*) Carmelita Armoricus, ex Civitate Nannetenſi oriundus, ſedulo ſtudio in Theologia præſertim morali, & Jure Canonico multum verſatus, poſt laudabilia regularis vitæ exempla tradita obiit Andegavi circa an. 1669. Scripſit laudatum opus, Gallico idiomate

1. *Pro Defenſione Papæ, & jurium ejus, contra quoſdam Novatores*, typis editum an. 1651. ſub nomine *Jacobi de Vernant.* Cum Doctores aliqui propoſitiones aliquas illius operis cenſoriâ virgulâ notaſſent, (*a*) Defenſorium ſcripſit hujus tituli:

2. *Doctrina antiqua Facultatis Theologicæ Pariſienſis, ſuper Librum de Autoritate Papæ, oppoſita cenſuræ per quoſdam Doctores recentiores*, editum ſub eodem nomine *Jacobi de Vernant.* * Speculum Carmel. *Tom. II. p.* 1089.

Ejuſdem nominis Autoris, ſed Auguſtiniano librum tribuit *Ellias Du Pin* cui tit. *Monachiſme de S. Auguſtin defendu* i. e. *Monachatus S. Auguſtini defenſus*, paucis abhinc annis excuſum (*b*)

(*a*) *Cenſura S. Facult. Theolog. Pariſ. in Librum cui tit.* La Defenſe de l'Autorité de N. S. P. le Pape. *Pariſ.* 1665. in 4. *Lipen.* II. 396 (*b*) *Tab. Univ.* Tom III. p. 202. edit. A. 1704.

ANNA. Vid. COMNENA.

de S. ANNA (*Didacus*) Hiſpanus, Franciſcanus ſtrictioris obſervantiæ Provinciæ Sti Gabrielis SCRIPSIT

1. *Tratado de Oracion mental.* Hiſpali 1618.

2. *Compendio de dotrina de Religion, y Eſpejo de Religioſos.* Ibid. eod. anno in 8. * *Nic. Anton.*

de S. ANNA (*F. Franciſcus*) Hiſpanus, Franciſcanus excalceatus Provinciæ Sancti Joſephi, perpetuuſque, ut vocant, Pater, regiuſque Eccleſiaſtes; edidit in lucem

Diſcurſos predicables para todos los dias de la Quareſma. Cæſarauguſtæ, 1651. fol.

Spem fecit *Seminatorn cœleſta* latino ſermone à ſe publicandi, teſte *Nic. Anton.*

à S. ANNA (*Joannes Chryſoſt.*) natione Siculus, Calataniſſectenſis, Auguſtinianus excalceatus, natus 9 Jul. 1644. ex familia *Calafato*, Ordini nomen de-

dit 13 Dec. 1669 in quo ſolemnia edidit vota 14 Dec. 1670. Abſoluto ſtudiorum curriculo, juniores Ordinis inſtruxit. Bis Cœnobium Panormitanum S. Gregorii Prioris munere rexit, ac Provinciæ Panormitanæ præfuit Provincialis. Vivebat Panormi A. 1714. Edidit Italicè librum cui tit.

Cento per uno, o vero brieve notitia de' grandiſſimi lucri e guadagni, che provengono dall' applicatione della ſatisfazione di tutte le noſtre opere buone, che ſi poſſono diſporre per l'Anime del Purgatorio. Panormi 1685. in 16. * *Mongit.* Tom. II. in Append. *p.* 23.

ANNA (*Leonardo* d') Soc. Jeſu Lirienſis (*a*), Neapoli Rhetoricæ Lector, bis Philoſophiæ, ac Sacræ Scripturæ, dedit in lucem

1. Vitam B. *Bernardini Realini.* Stabiis (*b*) 1656.

2. *La Vita di S. Simone Salò.* Licii 1668. in 8. (*c*)

(*a*) *Locus urbis territorii Hydruntini* (*d'Otranto*) *in regno* Neapolitano (*b*) vulgò *Caſtel à Mar di Stabia.* (*c*) Toppi *p.* 187.

ANNA (*Mathurinus* à S.) Carmelita Andegavenſis, natione Gallus, Prior in variis Turoniæ Conventibus: ſcripſit *de Divina providentia* 2 ſub tit.

1. *Ordo ex inordinatione, ſeu Inordinatio ordinata*, Pariſ. 1669. Gallicè, & ex Gallico Latinam fecit

2. *Vitam* Ven. *Joan. à S. Samſone*, atque etiam pia nonnulla ejuſdem opuſcula. Lugd. 1654. in 4. *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1092.

F. ANNA (*Matthæus*) Siculus, Cephalæditanus, Ord. FF. Præd. circa medium Seculi XVII clarus, Philoſophiæ Lector, ac Generalis Concionator, doctrinâ inſtructus, Sicelides muſas, ſed ſacras coluit, quarum excitatus ſpiritu ſcripſit & edidit in lucem

1. *L'Oreto feſtante nel elezzione del M. R. P. F. Gio Vincenzo Candia al provincialato di Sicilia dell' ordine de' Predicatori Panegirico.* Panormi, 1614 in 12.

2. *Il Contrapunto ſacro alla lira profetica ſopra il Salmo CXVIII.* Beati immaculati. *Panormi*, 1641 in 12. Paraphraſis eſt metrica, quam Vicario Ordinis generali & Commiſſario F. *Vincentio Bartoli* curante S. R. E. Cardinali *Antonio Barberino* Ordinis protectore à Magiſtro Ordinis *Nicolao Ridolfi* in Sicilia delegato nuncupavit è Cephalude 12 Nov. 1640.

3. *Il Tomaſo d' Aquino trionfante: Tragedia*, Ibid. 1641 in 12. Drama eſt eidem F. *Vincentio Bartolo* tum Siciliæ Provinciali dicatum: & alia quædam hujus generis. Vid. *Echard.* ad A. 1641. Ipſum laudat *Vinc. Auria* in Hiſt. Cephalæd. *cap.* 9. *p.* 70. Leo Allatius *in Drammaturg.* ind. 6. p. 618. quos adducit *Mongitor.* in Bibl. Sic. additque *Octavio Branciforti* Epiſcopo Cephalæditano acceptiſſimum fuiſſe, & ab eo Synodalem Examinatorem electum & inſtitutum.

ANNA (*Stephanus* de) Siculus, Cephalæditanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & J. U. Doctor, Panormi Parochus, ac Rector Eccleſiæ S. Crucis. Tum graviores diſciplinas, tum etiam amœniores cum ſui laude coluit. Muſas præſertim, inter Academicos Accenſos Panormi, dilexit. Obiit Panormi die 2 Junii 1590. Edidit Italicè

Della Sacra Theologia diligentemente oſſervata dal R. P. M. Gio Antonio Brandi Siciliano di Saleme nel libro del Roſario Trattato. Prodiit cum eodem Roſario *Roma* 1602. in 16.

Edidit item *Poëſie* quæ extant in libro: *Rime dell' Accademia degli Acceſi di Palermo.* Vid. *Mongit.* Tom. II.

ANNABATA (*Angelus Maria*) Siculus ex oppido Pittinei, Ordinis Capucinorum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, in Meſſanenſi Provincia Definitor, & Cuſtos Generalis. Edidit Italicè

Li Miracoli della Grazia, Panegirici Sacri. Neapoli 1706. in 12. * *Mongit.* Tom. II. p. 2. in Append.

ANNATUS (*Franciſcus*) Soc. Jeſu, Ludovico XIV. Regi à Confeſſionibus, genre Gallus, Provinciâ Ruthenenſis, (de *Rouergue*) natus eſt 5 Feb. an. 1590. Anno 1607. Societatem ingreſſus eſt, &

anno 1624. quarto ſe Voto adſtrinxit. Philoſophiam Toloſæ ſex annis docuit, deinde Theologiam ibidem per ſeptennium tanto omnium plauſu ac concurſu prælegit, ut Romam poſteà fuerit Advocatus, Cenſoris generalis librorum Societatis, ſimul & Theologi munus apud ejuſdem Rectorem Generalem ſuſcepturus. In Patriam redux, Montis-Peſſulani Gymnaſii primùm, dein Toloſani Rector factus eſt. Anno 1645 à Provinciâ ſuâ legatus ad octavam univerſalem Jeſuitarum Congregationem, in eâque tantam ſui ipſius exiſtimationem omnibus procreavit, ut *Vincentio Caraſa* Societatis Præfecto generali dignus præ cæteris viſus ſit, qui negotiorum ſibi in Galliâ *Adjutor* (vulgò *Aſſiſtant*) conſtitueretur. In nono generali Conventu idem munus obtinuit apud *Franciſcum Piccolomini*, poſt cujus obitum Gallicanæ Provinciæ etiam Præfectus fuit. Hoc adhuc officium gerebat, cùm Ludovici XIV Confeſſarius eſt renunciatus: cujus quidem Provinciæ poſt annos XVI. deponendæ licentiam, præ nimiâ audiendi difficultate, (ſunt (a) qui Dominæ *De la Valiert* favorem cauſantur) poſtulare coactus eſt, atque ægrè impetravit, adeò ſe Regi gratum præbuerat! tandem quatuor poſt menſes ab hac ſua abdicatione mortuus eſt Pariſiis 14 Junii an. 1670. Vir egregiis, ut tradit *Sotuel*, virtutibus ornatus, multâ modeſtiâ atque humilitate præditus, Legum ſui ordinis & Diſciplinæ obſervantiſſimus, ab habendi cupiditate, tum ſibi ipſi, tum aliis, præſertim alienus, adeò ut dixiſſe aliquando per bibeatur ſua Majeſtas neſcire ſe an Pater *Annatus* haberet aliquos ſanguine ſibi conjunctos; tuendæ Religionis ſtudioſiſſimus: » Hæreſium malleus, & nominatim » novæ Janſeniſtarum hæreſis oppugnator acerrimus, inquit *Sotuellus* in Bibl. Script. S. J. Vid. Bælii *Dict. Crit.* p. 239. edit. 1720.

Opera:

Quæ Latinè Scripſit, Pariſiis edita ſunt apud *Cramoiſi* 1666. in 4. III Tomis.

Tomus I complectitur

1. Librum *de ſcientiâ mediâ contrà novos ejus impugnatores, unà cum Exercitatione Scholaſticâ contra novam rationem tuendi Phyſicam Prædeterminationem*, adverſus *Gibium* quendam, *ſub nomine* Eugenii Philadelphi, *&* *Appendice* ad Guilhelmum Cameratium. *Scientia Media* Toloſæ 1645 in 4. & Pariſ. 1662 prodierat, ſi *Lipenio* fides *Tom. II. p.* 731.

Tomus II continet

2. *Auguſtinum à Bajanis*, h. e. Janſeniſtis, *vindicatum*: libris VIII. *in quibus oſtenditur, doctrinam Janſenianam longè diſtare à doctrinâ S. Auguſtini.* Pariſ. primùm 1650. in 4.

Tomus III habet

3. *Catholicam Diſceptationem de Eccleſiâ præſentis temporis*, ſub nomine *Vincentii Severini* Claravallenſis, cum Epiſtola ad *Vincentium Lenem*. Pariſ. 1650. in 8.

4. *De incoactâ libertate*, Diſputatio quadripartita *quâ monſtratur ex doctrinâ potiſſimum S. Auguſtini atque etiam S. Thomæ, Indifferentiam*, h. e. *agendi & non agendi potentiam, & quidem proximam & expeditam ad libertatem arbitrii eſſe neceſſariam, contrà novum Auguſtinum Iprenſis Epiſcopi, Vincentium Lenem*, (Vincent le Doux) *Apologiſtam Janſenii, & Commentatorem quinque Propoſitionum.* Seorſim *Romæ* 1652. in 4.

5. *Informationem de quinque propoſitionibus ex Theologiâ* Janſenii *collectis, quas Epiſcopi Galliæ Romano Pontifici ad cenſuram obtulerunt.* Ad hunc librum pertinet, ni fallor, *Reſponſio* ad P. Annatum *de quinque Propoſitionibus Iprenſi Epiſcopo tributis*, in duas partes diviſa, Gallicè edita ſine nomine Auctoris, & loco impreſſionis; A. 1654. (Vid. Collectionem Bullarum in *Alexandro VII* ſæpius citatam *p.* 89.) *Annati* liber ſeorſim prodierat *Pariſ.* 1653. in 4. cum Præfatione in quâ præcipua Libri *de Gratia Victrice* vitia breviter perſtringuntur adverſus Doctorem quendam *de bono loco*, ut ſe ipſe nominat, & ut probat *de mala Schola* &c.

6. *Janſenium à Thomiſtis gratiæ per ſe ipſam efficacis defenſoribus condemnatum in quinque Propoſitionibus Summo Pontifici ab Epiſcopis Galliæ ad examen & cenſuram miſſis* &c. Pariſ. 1653. in 4.

7. *Cavillos Janſenianorum contra latam in ipſos à ſede Apoſtolicâ ſententiam*, ſeu *Confutationem libelli trium columnarum* (apud *Sotuel.* habetur *Calumniarum*) *& aliarum conjecturarum, queis Janſeniani obtinere conantur, ut non videantur eſſe damnati.* Prodiit ſeorſim liber iſte *Leodii* 1655. in 8. quam teneo.

8. *Liber Controverſiarum* cui tit. *Miniſtri pupilli*, contra Miniſtrum quendam, occaſione Collationis Annonæenſis (d'*Annonay* in Provincia Vivarienſi.) *Alegamb.* pag. 013.

9. *An ſit ſopienda quæ jam fervet Janſeniſtarum controverſia, impoſito utrique parti ſilentio?* Pariſ. 1652. in 4.

10. *Janſenius de Divo Auguſtino, de Eccleſia Catholica, de Theologia Scholaſtica, et de D. Thoma familia peſſimè meritus.* Pariſ. apud Caſp. Meturas 1651. in 12.

11. *Janſenius per Heterodoxorum & Orthodoxorum Theſes & Antitheſes productus & profligatus*, ibid. ead. formâ.

Vid. *Biblioth. Anti-Janſen.* Pariſ. 1654. in 4. *p.* 02 & 78.

Gallica:

12. *Reſponſio ad librum cui tit.* Theologia Moralis Jeſuitarum.

13. *Reſponſum ad quæſtiones nonnullas circà primam* Arnaldi *Epiſtolam.*

14. *Bona fides Janſeniſtarum in citandis Authoribus.* Occaſione hujus libri multum laudatur *Annatus* in lib. cui tit. *Entretiens de Cleandre & d'Eudoxe* p. 79. 80. edit. Amſtel. 1696.

15. *Collectio plurium falſitatum & fraudum quæ continentur in Diario* (b) *eorum quæ in Galliâ geſta ſunt circa Ethicam & Apologiam Caſuiſtarum.*

16. *Remedium adverſus ſcrupulos qui ſubſcriptioni formulæ obſtant.*

17. *Annotationes circa modum quem tenuerunt Janſeniſtæ in verſione & publicatione Novi Teſtamenti Montenſis*, ubi plura S. Script. loca diſcutiuntur. *Pariſ.* 1668. in 4. *Le Long* p. 610.

18. *Doctrina Janſenii Sanctæ Sedi Apoſtolicæ & S. Auguſtino adverſans.*

19. *Auguſtinus* Calvini *&* Molinæ *victor*, ſeu *Refutatio libri cui tit.* Arcanum Janſeniſmi. *Pariſ.* 1652. in 4. *Lipen.* II. 56.

Alia plura opuſcula enumerat *Sotuel*. Utriuſque Linguæ Latinæ & Gallicæ fuit peritiſſimus *Annatus*, qui tamen Latinæ callentior videtur, utpote qui in Dogmatico & Polemico Scholarum ſtylo exercitatior, de rebus Theologicis Latinè felicius ac facilius diſſerebat.

Multùm laudantur hujus Autoris Opera *in Bibl. Anti-Janſen.* ad calcem *Bibl. Janſen.* Gallicè A. 1722. editâ *p.* 260. inter libros iis neceſſarios qui Janſeniſmum diligentiùs perſcrutari volunt: ac præ cæteris commendantur ſcripta ſup. *n.* 2. 3. 6 & 7 enumerata.

ANNATUS (R. P. *Petrus*) Franciſci (mox laudati) ex Patre nepos, Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Generalis Præpoſitus, hoc Sec. XVIII clarus, cujus extat opus ab omnibus maximoperè commendatum, hoc tit.

Methodicus ad Poſitivam Theologiam Apparatus, in quo clara, brevis, & expedita delineatur idea Poſitivæ & Scholaſticæ Theologiæ, Scripturæ Sacræ, Traditionis divinæ, SS. Eccleſiæ Patrum, & Conciliorum, Pontificiarum Eccleſiæ Deciſionum, necnon variis temporibus

(a) Lib. *Amorum Palatii Regii.* Vid. & lib. Gall. *hiſt. du P. la Chaiſe* &c.

(b) Hujus Diarii Apologiam fecerunt Curati Pariſienſes in ſcriptis ſuis octavo & nono.

orearum in Eccleſia hereſum. Pariſ. Nic. Cooterot 1700. (*a*) & 1705. in 4. (*b*) ac poſterius Herbip. ſeu Wurtzeburgi 1726. in 4. II Tom. Hanc teneo, quæ *reviſa* eſt *multumque ditata. Editio* dicitur *prima in Germaniâ, correctior & auctior*, quod & teſtatur Autor in Præfatione, ubi *quartam editionem* vocat. » Tutiorem haud dubie, inquit, illum *Apparatum* » invenies in hac quarta Editione, quippe qui ſub » ſummi Pontificis auſpiciis benevola manu recuſus, » ſub protectione Dei terræ commotabitur, ut poſſit » quoquò liberè excurrere. » Monet deinceps Lectorem, quòd etſi auctior ſit factus liber, à ſuo inſtituto nullo modo eſt immutatus, ſiquidem rurſus ad Poſitivam Theologiam ita vocat, ducit & aptat, ut tamen à Scholaſtica nequaquam detrahat; illam proponit, iſtam ſupponit, neutram poſtponit; utramque ſuadet, utramq; laudat, neutram præfert, neutram ſemovet. » Illos ſolùm increpat & arguit Liber, qui, dum Tibi » methodicam ad Poſitivam paro viam, inquit Autor, » ſcholaſticam à me quaſi poſtpoſitam imprudenter » & falsò ſuſurrant, indeque eam quaſi proſcriptam, » inutilem & antiquatam perperam & falsò rati, con» vitiis onerant, & ſoli Poſitivæ quaſi recentiori pa» riter & utiliori vacandum inclamant, idque paſſim » & indefeſsè, opportunè, importunè, clam & pa» lam, rudibus & imperitis tyronibus & candidatis » imprudenter inculcant: ex quo fit...... ut à ſcho» laſtica quaſi deſpecta, vili prorſus & inutili deter» reantur multi, & ad Poſitivam, utpote quia vaſ» tam nimis, nimiſque diffuſam rati, auxilii, metho» di, librorumque perſæpè defectu audeant conten» dere pauci...... Eò igitur iterum reddit Apparatus iſte, ſeptem in Libros partitus, ut obiter & curſim genuinam utriuſque Theologiæ depingat naturam, & Scholaſticâ non poſtpoſitâ, ſed fideliter & ſtudiosè tecurâ, ſummeque laudatâ, methodicum ac facilem prodat ad Poſitivam aditum. Sub finem librorum ſingulorum, *primo* tantùm excepto, notitiam Autorum, qui materiam in quolibet eorum propoſitam latius excuſſerint, annectit, ideoque *ſecundo* claros in Sacram Scripturam Commentatores, *tertio* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ traditores, *quarto* illuſtrium Eccleſiæ Scriptorum, *quinto* Conciliorum, *ſexto* vitæ Summorum Pontificum collectores, & *ſeptimo* eos qui circa hæreſes verſati fuerint, exponit. Hoc in opere laudatur inprimis ſtylus nitidus, exquiſitum judicium, dicendi genus perſpicuum ac breve.

(*a*) Vid. *Nov. Reip. Litter.* April. p. 477. *Diarium Pariſ.* 18. Sept. & *Acta Erud.* Dec. 1700.
(*b*) Vid. *Diar. Trevolt.* April. 1706. Editio de quâ hic agitur priori auctior eſt & locupletior.

ANNIBAL de Annibaldis. *Vid.* HANNIBALDUS.

ANNIBAL tit. S. Clementis Presb. Card. *Albanus*, S. R. E. Camerarius, & Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyter, *Horatii Albani* filius, natus eſt A. 1687. Viennam A. 1710 Nuntius extraordinarius adiit, unde, poſt mortem Imperatoris JOSEPHI A. 1711 diſceſſit, ac plurimis Germaniæ Curiis viſitatis Francofurtum ſe recepit, ubi ad novi Imperatoris electionem properabant. Inde Romam rediit, ubi à CLEMENTE XI purpurâ Cardinalitiâ condecoratus eſt 23 Dec. 1711 largiſque Beneficiis donatus (*a*). Is eſt qui paucis abhinc annis evulgavit.

Menologium Græcorum juſſu BASILII Imp. Græcè olim editum, munificentia & liberalitate S. P. *Benedicti XIII* in tres partes diviſum. *Nunc primum Græcè & Latinè prodit ſtudio & operâ* Annibalis &c. Urbini ex typ. Cap. SS. Sacramenti apud Ant. Fantauzzi 1727. fol. cum Tabulis æneis: de quo opere plura dicemus ſub tit. BASILIUS.

(*a*) Vid. *Morer.* p. 170. edit. Baſil.

ANNICOLA (a) *Paulus*, Abbas Veteris Cellæ Ord. Ciſterc. in Diœceſi Miſnenſi, quem *Fiſingreinius in Catal. Script.* vocat Virum omni litteratura doctiſſimum, Sacris præſertim Scripturis abſolutiſſimum, pro Chriſti fide contra hæreticos athletam invictiſſimum: floruit circa annum 1530. Obiit anno 1535. Variis Libris contra *Lutherum* editis clarus, quos hoc ordine recenſet ibid. *Eiſengreinius* apud *Viſchium* p. 259.

1. *De Votis Monaſticis.*
2. *De Miſſa.*
3. *De Jejunio.*
4. *De Invocatione Sanctorum.*
5. *De una ſpecie Sacramenti.*
6. *De authoritate Papæ.*
7. *De Operum merito.*
8. *De conjugio Sacerdotum.*
9. *Wider &c.* Lutherum *pro Canoniſatione S. Bennonis*, 1524 in 4. (*b*)
10. *Reda zu erweckungide den ſchwachen Ordens-Perſonen, ſo jetzt durch verſurliche lehreangefochten werden*, 1524. in 4.
11. *Ein köſtlich ſchöner Lob-Geſang auf des Luthers Winkelmeß* A. 1526.
12. *Antwort auf D. Luthers Rathſchlag, ob der Churfurſt ums Evangeliums willen wider den Kayſer ſich mit Krieg einlaſſen ſoll* 1531. in 4.

Ex *Fabricii* Centifol. Luther. *p.* 735 ubi vocatur & *Annicola* ſive *Bachmannus*. De eo hæc canit *Henningus Pyrgallus* in Poëmate *de Adverſariis Lutheri* ibid. p. 705.

> *Annicola* & *Paulus* Cellenſis candidus Abbas,
> Quem Ciſterciacus pertulit ordo gravis,
> Omnibus hic nervis contenderat, exitioſum
> Hæreſeos facinus cederet orbe procul.

(*a*) *Annicolam* ſeu *Anicolam* vocat *Lud. Jacob.* Bibl. Pontif. p. 412.

(*b*) Becman. *Catal. Bibl. Francof.* p. 16. ubi vocatur *Annicola.*

ANNIUS (*Joannes*) ab aliis *Nannis* vel *Nannius* dictus, Dominicanus, natione Italus, Viterbii anno circiter 1432 (*a*) natus, & adoleſcens in patria ad Ordinem adſcitus; Vir fuit ſua ætate clariſſimus, linguarum non ſolùm Græcæ & Latinæ, ſed & Orientalium peritus (*b*), Scripturæ Sacræ ſtudio præterea ſedulò incumbens, uniſque antiquarum hiſtoriarum perſcrutator aſſiduus. Hinc ſummis Pontificibus *Sixto IV* & *Alexandro VI* in paucis acceptus. Ab iſto in locum *Pauli de Manelia* allectus eſt Sacri Palatii Magiſter, de quo vid. Acta SS ad xx Maii in vita B. *Columbæ* Reatinæ, a. 544. Hoc autem munere functus eſt ab A. 1498. vel ſequenti ad 1502. quo obiit, die 13 Nov. anno ætat 70. Hæc ejus OPERA quorum aliqua tantum MSS. alia typis prodierunt.

1. *In univerſa Sacra Biblia Commentarii*, ut ipſe teſtatur in procemio quæſtionali Comment. in *Philomenem*: » Nam has ineptias &c. inquit, » ſatis aperuimus in Commentariis noſtris, quæ ardore fidei » confecimus ſuper omnes divinæ hiſtoriæ libros.

2. *Tractatus de Imperio Turcarum.* Lectiones ſunt quas publicè prædicaverat A. 1475 Genuæ in Baſil. S. Dominici, tumque typis ibid. editæ.

3. *De futuris Chriſtianorum triumphis in Turcas & Saracenos*, ad *Sixtum* Papam *IV* & Reges, Principes, ac Senatus Chriſtianos. *Genuæ* 1480. in 4. ac iterum *Norimb.* In tres partes diviſa eſt opella; in *primâ* breviſſimè percurrit quæ antea Theologi expoſuerant de Apocalypſi uſque ad caput xv, cum hac quæſtione, *an Mahomet ſit verus Antichriſtus?* In *alterâ* ſubinſert breviter tempora, quæ illi exponenda reliquerunt à captivitate CPol. ad finem ſeculi. Commentarius eſt à cap. xvi Apocalypſis (*c*) ad finem. In *tertiâ* tractatum ſuperius laudatum *de imperio Turcarum* brevius replicat. Extat editio prima Pariſ. in

(*a*) Errant qui natum dicunt A. 1417. (*b*) Vid. *Colomeſii* Ital. Orient. p. 9. (*c*) *Cõmm in Apocalypſim* memorat *Lipenius* I, 70. Genuæ editam 1541. in 4.

in Regia D. 1557. Extat & MS. in Colb. Cod. 3792.

4. *Quæſtiones duæ diſputatæ ſuper mutuo Judaico & civili & divino.* Liber ſcriptus Viterbii d. 8 Maii 1492. in 4. Inſertus eſt operi inſcripto *de Monte pietatis* cum Deciſionibus & Conſultationibus variorum clariſſimorum Theologorum ac Juriſconſultorum, quæ partim excuſæ, partim ineditæ extabant Venetiis A. 1715. apud Virum Cl. Dn. *Patarolum* (d).

5. *Volumen libris LXX diſtinctum de antiquitatibus & geſtis Etruſcorum.*

6. *Chronologia nova*, in qua *Euſebii* Cæſareenſis Chronologiæ errores emendare tentavit.

7. *De correctione typographica Chronicorum.*

8. *De dignitate officii Magiſtri Sacri Palatii.*

9. *Antiquitatum variarum* volumina XVII (e). Hujus operis editiones duplicis generis ſunt diſtinguendæ; aliæ quæ purum auctorum veterum textum exhibent, aliæ quæ commentariis *Annii* illuſtratum proferunt.

Abſque commentariis prodierunt *Venetiis* 1498 tum *Pariſ.* 1510. in 4. quæ extat in Regia G. 976. Editor *Godefr. Torinus* in Epiſt. ad *Philib. Baboum* opus ab omnibus ſummoperè deſiderari teſtatur. Prodiit poſtea *Baſil.* 1530. in 4. in Regia G. 977. *ibid.* 1599. in 8. addita *Gaſp. Varrerii* cenſura: in Regia G. 2317. *Wittob.* 1612. in 8. ibid. 1318.

Petrus Laurus Italicè vertit hoc rit.

Le antichità di Beroſo Caldeo Sacerdote, e d'altri Scrittori coſi Hebrei come Greci e Latini, che trattano delle steſſe materie, tradotte da Pietro Lauro. Venet. 1550 in 4. item 1583 *da Franceſco Sanſovino accreſciute, dichiarate e con diverſe annotationi illuſtrate*, quæ extat in Regia G. 978.

Auctores in laudatis editionibus producti ſunt *Beroſus*, *Myrſilus*, *Portius Cato*, *Archilocus*, *Metaſthenes*, *Philo*, *Xenophon*, *Sempronius*, *Quintus Fabius Pictor*, Fragmentum Itinerarii ANTONINI *Pii*, Altercatio *Adriani Auguſti* & *Epicteti*, *Manethon*, *Sextus Julius Frontinus*, vario tamen in variis ordine, nec in omnibus omnes.

Additis *Annii* commentariis primùm prodierunt *Romæ* 1497. tum *Pariſ.* 1512. fol. quæ in Regia G. 732. & apud Jacobæos S. Honorati. Poſtea *Antverp.* 1545. in 8. In hac editione adjectæ ſunt quædam lucubrationes *Claudii Marii Aretii* viri patritii Syracuſani. Rurſus *ibid.* 1552. in 8. & Lugd. apud Temporalem 1554. in 16.

Volumina autem illa XVII in iſtis editionibus hæc ſunt:

I. *Notitia generalis ſequentium ſexdecim.*

II. *Inſtitutio de æquivoca circa Etruſcam originem.*

III. *Vertumniana* Propertii.

IV. Xenophon *de æquivocis hominum nominibus.*

V. Quintus Fabius Pictor *de aureo ſæculo & de origine urbis Romæ ac vocabulorum ejus.*

VI. *Myrſilus* Lesbius hiſtoricus *de Bello Pelaſgico & origine Italiæ & Tyrrhenorum.*

VII. Fragmenta *Catonis.* Hunc quis fuerit ſe neſcire adjicit, ſed hæc fragmenta ſe habuiſſe, & quidem prorſus inordinata, ex collectaneis vetuſtis cujuſdam *Guillelmi* Mantuani.

VIII. *Fragmenta duo itinerarii* ANTONINI *Pii.* Ex ejuſd. *Guillelmi* Schedis A. C. 1315 collectis.

IX. Sempronius *de diviſione & chorographia Italiæ.*

X. *Epithetum* (ſeu potius *Epitome*) Archiloci *de temporibus.*

XI. *Metaſthenes* Perſa *de Judicio temporum & annalium Perſarum.* Initio dicit à *Petro Comeſtore* in Hiſt. Scholaſt. ſuper Danielem citari. Addit ſe inveniſſe in aliis codicibus ſcriptum *Megaſtenes*, ſed hunc Græcum, *Metaſthenem* verò Perſam.

XII. *De primis temporibus & XXIV Regibus Hiſpaniæ, & ejus antiquitate.* Editum antea fuerat ſeorſim, extatque Romæ in Barber. unà cum ſequenti.

XIII. *Etruſca ſimul & Italica emendatiſſima Chronographia.*

XIV. *Philonis* Breviarium de temporibus.

XV. *Defloratio* Beroſi *Chaldaica* libris V. Hanc initio dicit ſe à F. *Matthia* olim Armeniæ Provinciali Ord. S. Dominici dono ſibi datam habuiſſe. Sub finem libri 3 refert cùm hæc ſcriberet, annos 50 jam effluxiſſe, ex quo in Eccleſia S. Mariæ ad gradus Viterbii hunc ritum ſabbato ſancto obſervari viderat: ex igne nempe cæleſti, ope cryſtalli vel phialæ aquâ plenæ ex oppoſito Sole concepto, lampadem pro toto anno accendi. Quibus ſe tum in ordine quinquagenarium indicat.

XVI. *Manethonis* Sacerdotis Ægyptii *Supplementum* ad *Beroſum.*

XVII. *Annia quæſtiones* ad conſobrinum ſuum F. *Thom. Annium* ejuſd. Ordinis.

Varia ſunt de hoc Scriptore, præſertim de ſeptemdecim his voluminibus, eruditorum judicia. Alii, Viri ſane in re litteraria primi nominis, peſſimè omninò habent, ac veluti falſarum antiquitatum architectum, impoſtoremque impudentiſſimum arguunt; qui priſcorum auctorum nominibus abuſus, conficta à ſe opera eis ſuppoſuerit, eaque inſuper fabuloſis commentariis illuſtrarit. In his ſunt *Faber Stapulenſis* lib. 1. Polit. *Lud. Vives* lib. V. de tradend. Diſcipl. & in lib. XII. *de civit. Dei* cap. 1. *Joan. Goropius* Orig. Antverp. *p.* 340. cujus judicium de fictis ab *Annio* hiſtoricis *Beroſo*, *Manethone*, *Metaſthene*, *Catone*, *Fabio Pictore*, *Sempronio*, *Myrſilo*, *Archiloco*, *Xenophonte* refert *Andr. Schottus* Bibl. Hiſp. *p.* 356. quos ubi ſigillatim auctores, *Annio* per inſomnia natos, ut putat, demonſtravit, concludit tandem falſam hanc antiquariorum enneada qui primus in lucem invexit, eum ſibi videri novem Muſarum chorum nominum ſuorum commentis æquare voluiſſe: omniaque dolet lexica plena eorum quæ ſolis his fragmentorum falſis titulis pro veris ſunt aſſerta. Sed & apud eund. *Schottum* refertur *Gaſp. Barreris* Luſitani Cenſura nervoſa & ampliſſima falſorum Annianorum, (f) *Beroſi* p. 386. *Manethonis* p. 407. *Portii Catonis* fragmentorum *p.* 417, *Fabii Pictoris* p. 431. ejuſd. farinæ cæteros *Myrſilum*, *Xenophontem*, *Sempronium*, *Metaſthenem*, quem *Megaſthenem*, inquit, appellare oportuit, nihilo illis meliores ſentientis *p.* 442. Laud. *Goropius* de reparatione templi Hieroſol. *Joan. Vergara* Syntagm. IV de Diis gentium, *Giraldus* à *Naudeo* cum aliis citatus, & ipſe *Naudeus* in lib. Gallico inf. cit. (g). *Volaterranus* lib. 2 Geogr. à *Barrerio* p. 405 laudatus, item *Anthropol.* lib. 14. voce BEROSUS, *Sabellicus* item & *Valeſius* adeò inter litteratos ubique commendatus.

Sed & acrius percellit *Ger. Joan. Voſſius* de Hiſt. Græcis *lib.* 1. ubi *Archilocum* Annianum λῆρους ſive nugas & ὑποβολιμαῖα ſuppoſititia vocat, ſicut & alia multa quæ ab impuro illo *Annii* fonte emanarunt: v. g. *Xenophontem*, *Archilocum*, *Megaſthenem*, & *Beroſum* de quo agit laud. *Voſſius* c. 13. Ipſe autem fuſius in *Annium* diſſerit *lib.* 3. de Hiſt. Lat. *cap.* 8. *p.* 609. ubi criticos congerit, illum falſi arguentes, quorum aliquos ſupra retulimus; hos verò addit, *Joſ. Scalig.* lib. V *de emend. temp.* cap. de initio Merodachi, *Genebr.* Chronol. lib. 1. *Melch. Canum* Locor. comm. lib. XI. cap. 6. *Pererium* in Daniel. *Ribera* in Zachar. cap. 1. n. 25. *Suarez* P. III. Summæ S. Thomæ *Diſp.* 1. *Sect.* 2. Ant. Auguſt. *Antiqq.* Dial. XI. *Poſſev.* Bibl. Select. lib. 16. *Torrentium* in præf. quam *Joanni Goropio Becano* præmiſit, & imprimis *Becanum* ipſum in Chron. exordio, itemque initio lib. 1. Hiſpanic.

(d) Vid. Additiones & Obſerv. ad *Voſſium* de Hiſt. Lat. *Diarii Veneti* Tom. XX. An. VII. (e) Falluntur qui libros XXVII numerant.

(f) Prodiit *Romæ* 1565. in 4.

(g) Apologie pour les grands hommes ſoupçonnez de Magie *p.* 149.

nic. *Octav. Ferrarium* lib. de origine Roman. *Crinit.* de Honeſt. Diſcipl. *lib. 24. cap. 12.* Merulam *de antiqq. Galliæ Ciſalp.* lib. 3. cap. 5. qui & *Altiatum* idem ſenſiſſe oſtendit ex ejus ad ſe litteris, quibus addas *Moraum*, & *Mabillonium* Itin. Ital. p. m. 156. (*h*)

Contra verò, *Annium* egregiè tuentur alii acriterque vindicant, inter quos *Nauclerus* in Chron. ſuo, *Driedo* de Script. Eccleſ. *Valer. Anſelm. Ryd* in Catal. annorum & principum, *Joan. Lucidus* de emend. temp. *Medina* de continentia ſacr. hominum, *Sixt. Senenſ.* in Bibl. S. (i) *Joan. Cario* in Chron. ac inprimis *Annii* Synchronus *Leand. Albertus* in Deſcript. Italiæ; *Guevara* item in Comment. ſuper Habacuc III. 13. n. 141 & 142 contra *Canum.* Stat & pro *Annio* Vir Cl. *Dion. Gothofredus* (k) teſte *Voſſio* de Hiſt. Græcis *p. 87.* Vid. & *Guil. Poſtellum* de orig. Hetruriæ *fol. 20.* & *Alph. Maldonado* Chron. ſui Univerſ. *tract. 13. fol. 92.* *Annium* uterque acriter defendentes & propugnantes. His accedat *Thomas Mazza* S. Inquiſitionis Romæ Commiſſarius, qui *Apologiam* pro *Annio* edidit Italicè *Veronæ* 1673. fol. (l) non 1679 ut habet *Echardus.*

» Cenſuram noſtram, ſubjungit ille *Tom. II. p.* » 6. hic non expectet Lector, auctorum laudatorum diverſa momenta utrinque libret, & quod ſibi » æquius viſum fuerit, accipiat: id unum exegerim, » ut ſi Annianos *Beroſum*, *Manethonem* & alios ut » ſpurios rejicere placuerit, ne propterea falſarium » *Annium* & ſuppoſitorem habeat (*m*). Deluſus, ſi » velis, ac falſus dicatur, cùm monumenta ſibi de» lata antiqua credidit: at nec ratio, nec religio » permittit, ut ceu fallax & veterator ſine teſte tra» ducatur. Nam hiſtoriola illa quam ex ore *Latini La-* » *tinii* ſe audiviſſe refert *Ant. Auguſtinus* Dial. X. » vel XI. & ex eo *Voſſius* exſcribit, de ſaxis æ» neiſve ab *Annio* fictis cælariſque pro libito monu» mentis, terræque furtim conditis, indeque poſtea » magna oſtentatione erutis, prolatiſque ceu vetu» ſtiſſimis (*n*) lepida quidem fabella eſt: ſed quia » aliter quàm fabellam cenſeat, niſi *Annium* virum » turpiſſimi hujus mendatii reum convictum oſtendat, » cui certè latere tot inter conſcios ad id neceſſarios » haud erat facile: quem tamen ad mortem uſque » certiſſimum eſt Romæ ſummo in honore habitum, » cui & ſui Viterbienſes prætorianis in ædibus ſtatuam » erexerunt adhuc viſendam: imo niſi tum nullum » in Italiâ, nec in ipſa Summi Pontificis aula rei an» tiquariæ pauliſper peritum fuiſſe contendat.

Apologeticam pro *Annio* Diſſertationem ſcripſit alius Dominicanus P. *Le Quien*, quam inſeruit ſodalis P. *Labat* Itinerum ſuorum *Vol. VII.* (*o*) edit. Pariſ. 1730. in 12.

Franc. Marianus Viterbienſis in Præf. libri *de Etruria Metropoli* &c. (*p*) poſtquam conqueſtus eſt, Viterbienſium gloriæ paſſim & multis in rebus derogari, ſic pergit: » Solum *Annium*, quem doctum qui» dem, ſed mendaciſſimum faciunt, & *Latinum La-* » *tinium*, qui contra *Annium* & noſtras antiquitates » ſæpiſſime in magna doctorum virorum frequentia » Romæ declamabat, libenter concedunt. » Deinde poſt plura indignatur, Cap. I. *Annium* ita male vulgò audire & tractari. » *Annii*, inquit, ſcripta, » ſint falſa, ſint ſuppoſita, ſint, ſi ita vis, dolo » malo conficta: at quid monſtri erit, ſi videbimus, » multò veriora eſſe illius ſomnia ac deliramenta, » quàm ſani & vigilantis *Demſteri* elucubrationes? (*q*) » Ego, quæ de Viterbo dixit *Annius*, ferè » omnia veriſſima ac ſolidiſſima eſſe oſtendam ex » probatiſſimis Autoribus, ex Inſcriptionibus anti» quiſſimis, atque ex veterum nominum, adhuc » exſtantium, certiſſima etymologia. In hoc tantum » peccaſſe contendo, quod pauca ſcripſerit, cùm mul» tò certiora ac glorioſiora proferre aut potuerit, » aut debuerit. Poſt quædam de etymologiis *Annia-* » *nis*, ex Oriente petitis & veris, iterum profitetur » ſe illius opis ad patriam defendendam neque eſſe » cupidum, neque indigere, imo ei in multis ad» verſari (*r*).

Poſt editum *Mariani* librum prodiit quoddam opus hoc tit. *In Diſſertationem Italiæ medii ævi Cenſuræ tres, Viterbienſis, Veneta & Brixiana, cum Reſponſis tribus pro Anonymo Mediolanenſi* &c. *Palatinæ Socii accurantibus* (*s*). Diſſertatio, de qua hic agitur, quam *Rerum Italicarum* Tomo X una cum Tabula Geographica addidit Vir quidam doctus, tres nominatos Cenſores offendit, quorum Cenſuræ, cum Reſponſionibus *Anonymi Mediolanenſis*, hic in publicam lucem prodeunt. Veretur autem, neque, ut videtur, injuriâ, *Philippus Argelatus*, Bononienſis, qui brevem Prologum huic libro præfixit, ne jam ante à cauſa decidat Cenſor Viterbienſis, *Franciſcus Marianus*, quam pro *Annio* ſuo cæteriſque fabulatoribus, Senatui & univerſo literatorum populo inviſis atque proſcriptis, dicere incipiat. Rara ſcilicet ſunt & inaudita quæ ille pro defendendis Viterbienſibus ſuis, præſertim *Annio*, profert, quem ſtatim § 1. *rem nullam finxiſſe* oſtendere ſatagit, §. 5. autem exclamat: *O Annii Eruditionem admirabilem! O Antiquarium veraciſſimum!* tum etiam ob etyma, à ſe ſolo detecta, ſatis indulgenter ſibi decernit triumphum. Sed his omnibus miſſis, hoc tantum dicemus, *Anonymum* Mediolanenſem in Reſponſis ſuis omnia Cenſoria argumenta, ex ejus libro *de Etruria Metropoli*, curioſè conquiſita & huc congeſta, contemtu uſuque continuo explodere (*t*).

Adverſariis *Annii* adjungi item poſſunt *La Popliniere* in Hiſt. Hiſt. p. 209. *Onuphr. Panvinium* in Antiquit. Veron. *Joan. Bapt. Agucchi* (u) cujus A. 1638. Bononiæ prodiit Epiſtola, in qua Autorum Annianorum prætenſa antiquitas ſolide refutatur. *Franciſcus* quidam *Sparaverius* (x) Veronenſis à *Norisio* citatus in Cenotaphia Piſ. *p.* 5.

Sed & Scriptores ab *Annio* productos pro legitimis habuerunt *Alb. Krantzius* & ipſe *Sigonius* de antiquo jure Ital *l.* 1. *c.* 25. (y). E recentioribus autem quidam nomine *Didimus Rapaligerus Livianus* in opere cui tit. *I Gothi illuſtrati, o vero Iſtoria dei Gothi antichi* Veronæ 1678. fol. ubi argumenta omnia colligit, ut Scriptores ab *Annio* publicatos legitimos eſſe oſtendat, ac ſaltem ab eo non eſſe confictos: hiſtoriolam vero ex *Ant. Auguſtino* ſupra relatam calumnioſam eſſe contendit, has tabellas marmoreas repertas fuiſſe dicens, alias ante *Annium* na-

tum,

» (*h*) viſitur, inquit, in ædibus prætorianis (*Viterbii*) » Annii *Viterbienſis* depicta effigies, qui fucatis & emenitis librorum & inſcriptionum veterum titulis viros doctos ſuo tempore deluſit. (i) *Joannes Annius*, inquit ille, *lib. 4. p. 257.* Theologus eximius, hiſtoriarum omnium exactiſſima cognitione celeberrimus antiquitatis præſtantiſſimus & vetuſtiſſimarum omnium rerum indagator & inventor admirabilis *&c.* (k) Præf. in antiquæ hiſtoriæ auctores (*l*). Id inprimis agit Autor ille ut probet, dolum ſi quis fuerit, *Annio* nequaquam imputari debere: ſed altra progreditur, eaque opera legitima eſſe contendit, ac ſingulis objectionibus reſpondere curatur. In hanc Apologiam Notas edidit Nobilis quidam Criticus Anonymus, quibus reſpondit *Franc. Macedo* Ord. Min. Luſitanus, libro *Veronæ* edito 1678. in 4. non quidem ut *Beroſum* &c. ab *Annio* evulgatum genuinum eſſe contenderet, ſed ut ea manuſcripta ab eo non ficta eſſe oſtenderet. (*m*) Autores Diarii Trevoltiani qui *Annium* impoſtorem libere pronunciant, *Echardum* arguunt quod ſodalem condemnare non auſus ſit. Vid. menſ. Majum 1723. ubi recenſetur Tomus II Script. Ord. Præd. (*n*) *Viterbii enim nobis*, ut refert Auguſt. ſup. cit. *originem continebat lapis*, quæ bis mille annis Româ à Romulo conditâ eſſet antiquior, *urpote ab Iſide & Oſiride condita* (*o*) Vid. *Diarium Pariſ.* Mart. 1731. (*p*) Prodiit *Romæ* 1728. in 4. Vid. *Acta Erud.* 1731. p. 282.

(*q*) Operis nimirum Demſteriani *de Etruria Regali* errores indicat *Marianus* in Cap. 1. libri cit. (*r*) *Acta Erud.* ubi ſup. *p.* 284. (*s*) Mediol. 1729 in 4. (*t*) *Acta Erud.* ubi ſup. *p.* 466. (u) *Agucchi* ſeu *Agocchia* Legum Doctor, archiepiſcopus Amaſianus, (*d'Amaſia*) Protonotarius Apoſtolicus, Venetiis Nuncius, frater fuit *Hieronymi* Cardinalis *Agucchi*, nepos *Philippi* Cardinalis *Sega*, aliis pluribus dignitatibus conſpicuus clarus Sec. XVII. Obiit A. 1632. ætat. 62. Scriptis ſuis, quorum aliquot poſthuma prodierunt, alia verò MSS. extant, inſignis. Vid. *Orlandi* de Script. Bonon. pag. 151. (x) Is eſt qui tacito nomine Apologiam à R. P. *Mazze* conſcriptam impugnavit, ut ſupra dictum eſt. Vid. *Giorna*. loca dell'Iſtor. d'Italia Letter. *Tom.* I. *cap.* 3. Art. VII. Liter *Tom.* 3. *p.* 764. (y) *Emidem ejuſmodi* [Catonis] *merito*, inquit, *tantam ego tribuo auctoritatem, quantam incorruptis vetuſtatis monumentis merito tribuenda eſt.*

tum, aliis à quibuſdam *Alexandro VI* oblatas fuiſſe (z). *Theoph. Raynaudus* qui aliquando ſub nomine *Petri à Valleclauſa* nomine latere voluit, hoc in argumento hætere videtur: » Fortaſſis tamen, inquit (*aa*), ab alio quopiam impoſitum eſt ipſi *Annio*, » quem doli expertem fuiſſe malo exiſtimare, cùm » Religioſum inſtitutum Prædicatorum ſit profeſſus. » *Annii* defenſoribus annumerandus item *Barthim* Lutheranus in *Animadv. ad Gallum* p. 62. qui Autores ab *Annio* productos legitimos eſſe exiſtimavit, in quibus ſi reperiantur menda, huic Monacho imputari non vult, ſed amanuenſium traductorumque vel imperitiæ vel malæ fidei (*bb*).

De *Annio* Diſſertationem edidit Altorfi A. 1692 *Guil. Dan. Mollerus*, à *Fabricio* citatus.

Munſterus Coſmograph. *lib.* 5. *cap.* 8. temerarium quendam genuinis & veris *Beroſi* laboribus aliquid lolii immiſcuiſſe judicat, *Annium* verò à falſi ſuſpicione excuſat. De eo notari etiam meretur judicium *Thomæ Reineſii* Medici & Polyhiſtoris κεχρημένου in Epiſt. ad *Joſ. Clauderum* A. 1646 exarata (*cc*), ubi ſtatuit » non omnia quæ in *Beroſo*, licèt *Annius* » eum interpolaverit, hinc inde leguntur, eſſe con» ficta, ſed quamplurima conſentire cum profunda » antiquitate: *Beroſum* verum & genuinum cum *An*» *niano* pariter incedere, & ab eo eſſe ſegregandum, » latere in iſto ſterquilinio pretioſas gemmas, quas » alibi fruſtra quæremus: inventurum autem eas eſſe » qui judicio valet, & omne genus Antiquitatum eſt » emenſus. » Addit tandem » ſe in *Beroſo* Anniano » venerandæ antiquitatis veſtigia, & genuini *Beroſi* » fragmenta deprehendere, quibus ſua *Annius*, vel » alius ante hunc addiderit & inſerſerit (*dd*).

Varia de Scriptoribus *Annii* collegit *Placcius* in Pſeud. Sed his omiſſis, lege quid cenſeat *Nat. Alexander* ipſe Dominicanus. » Fictitia, inquit (*ee*) » illorum (quos modò nominavit) » Autorum Ope» ra Commentariis illuſtrans, orbi impoſuit *Annius*, » plures in errorem abduxit, tempore abuſus eſt quod » meliùs collocare poterat » &c. » Quæ omnia, addit, » Antiquitatibus ejus criticè conſideratis, fal» ſa eſſe, & Hiſtoricis probatis omnibus vehementer » repugnantia, quis non videt? Cæcutivit igitur *An*» *nius*, qui librum *de Temporibus* inſcriptum, in quo » multa falsè, pleraque abſurdè, nonnulla contra » Scripturam etiam dicuntur, *Philoni* attribuit, viro » doctiſſimo & prudentiſſimo &c. » Videri item poteſt *Burch. Gotthelf. Struvii* Diſſert. de doctis Impoſt. §. 18 *ſeqq*. De *Annio* egit quoque P. *Niceronius* in Comment. de Viris illuſt. *Tom. XI* & *XX*.

[z] Vid. *Giorn. de' Letterati* A. 1679. [non 1678 ut *Bælius* habet] *p.* 120. [aa] *Theoph. Raynaud.* de bonis ac malis libris *n.* 269. *p.* 164. [bb] Vid. *Bælii* Diction. voce NANNIUS. [cc] Hanc ejuſd. Epiſtolis ad ſe ſcriptis præfixit *Joh. Vorſtius*. [dd] Vid. *Morhof.* Polyhiſt Liter. *l.* 1. *c.* 6. §. 33. *p.* 48. & *c.* 10. §. 12. *p.* 89. edit. 1714. [ee] *Hiſt. Eccleſ.* Sec. XV & XVI. cap. 4. art. 6. §. 33.

ANNONA (*Gabriel* de) cujus extat ex *Lipen*. Liber *de Miſſa Sacrificio*. Salm. 1658.

ANNOSIS (*Joannes*) (*a*) vel (*Petrus* de) (*b*) Doctor Theologus Pariſienſis, & Magiſtri *Joannis de Poliaco* ſocius, SCRIPSIT A. 1327.

1. *Tractatum de obedientiâ Paſtoribus à Laicis exhibendâ*, MS. in Bibl. Collegii Choletani Pariſ. Cod. 2.

2. Item *Tractatum contra Fratres*, Avenione compilatum A. 1328. Sept. 7. MS. in Bibl. Bodl. Cod. 2969. in MSS. Codd. *Thomæ Bodleji* litt. B. 2. Cod. 4. num. 16. Quo in libro agit contra Regulares, & Sacramentis adminiſtrandis ſeſe immiſcentes. Hujus meminit *Cangius* in Indice Autorum quem præmiſit *Gloſſario Latinit*. col. 118. ubi citat *Ant. Sanderum* in Bibl. MSS. Belgic. *part.* 2. *p.* 218.

[a] *Oudin.* Tom. III. p. 802. [b] *idem* in Indice Autorum.

ANNOSUS (*Fidelis*) Veremontanus, cujus extat ex *Lipenio*,

De Monarchia ſeu Republ. Eccleſiaſtica, adverſus *M. Ant. de Dominis*. Antverp. 1620. Colon. 1622. 8.

ANNUNCIACANO Juſtiniano (*Didacus* da) S. Joannis in Luſitania Canonicus Regularis, parentibus egenis Olyſſipone natus; in Univerſitate Conimbricenſi gradus ſuſcepit, Romamque miſſus, ibi cum applauſu Italicè ad populum concionatus eſt. In Luſitaniam reverſus, coram Ordinibus regni A. 1697 congregatis, ad Principem D. *Johannem* regiæ coronæ ſucceſſorem agnoſcendum, Orationem habuit. Jam tum ad Archiepiſcopatum Cranganorenſem vocatus erat, at præ ſuis infirmitatibus Diœceſim ſuam adire non potuit, fuitque creatus Coadjutor Archiepiſcopatûs Eborenſis. *Concionum* ejus quatuor volumina typis impreſſa ſunt, ab anno 1685 uſque ad 1713. Anno 1720 è vivis diſceſſerat. * *Morer*. p. 402. ex Comment. Portug.

F. ANNUNCIATIONE (*Alphonſus* ab) Mexicanus, Ord. FF. Præd. Cœnobii *de Chimalhuacan* alumnus, vir gravis, vitæque ſanctitate conſpicuus, ferventiſſimus Verbi Divini præco, apud gentem Zapotecam potiſſimum, cujus linguæ peritus erat in primis, dum in colonia *Etla* dicta populoſiori Vicarium ageret, ipſo feſto corporis Chriſti, in proceſſione, ut aiunt, ſeu ſupplicatione in qua SS. Sacramentum ferebat, ruente derepente quodam ſuggeſtu, unde cærimoniam turba ſpectabat, oppreſſus cum pluribus aliis, eodem die placidiſſime interiit anno 1575 die 2 Junii. Hunc *Provinciæ Mexicanæ Ordinis Prædicatorum hiſtoriam* ſcripſiſſe ac in ſchedis reliquiſſe auctor eſt *Ant. Leonius* in Bibl. Indica, quem excipiunt *Nic. Anton*. in Bibl. Hiſp. & *Hyacinthus de Parra* in memorialibus MS. *Altamura* ad 1575; at omnes deluſos cenſet *Echardus* II. 231. & *Alphonſo* tribuere quod *Dominici* eſt ejuſd. cognominis *de la Annunciacion*, de quo mox ſermo erit: nam *Padilla* cujus teſtimonio utuntur, *Alphonſi* noſtri vitam quidem & mortem accuratius refert *lib.* 2. *cap.* 48. ſed ne γρῦ quidem habet quod ille ſcripſerit, quamvis alios Scriptores Ordinis Mexicanos diligenter enumeret.

ANNUNCIATIONE (*Archangelus Gabriel* ab) ſic in religione nuncupatus, Ord. FF. Præd. Gallus, Provincialis in Congreg. SS. Sacram. à B. M. F. *Ant. Le Quieu* habitum Ordinis induit, cui & in munere Vicarii Generalis novæ illius Congregationis ſucceſſor datus eſt à Magiſtro Ordinis, & florebat etiamnum A. 1695. eodem officio fungens, quouſque autem poſtea vixerit, incompertum. EDIDIT Gallicè

Vitam R. P. *Ant. Le Quieu* Ord. FF. Præd. Congreg. SS. Sacramenti fundatoris, ac Miſſionarii Apoſtolici &c. Avenione 1682. II Tom. quorum poſteriore vitas breviter exhibet F. *Joh. Dalmas* Glandavenſis, & F. *Joh. Franc. Vincentii Dollon* Carpentoratenſis, dicti P. *Antonii* primorum ſociorum: quibus addit breviculum vitæ ſororis *Agathæ Mariæ* de Sacramento ſanctimonialis Maſſilienſis Monaſt. SS. Sacramenti, tum & Sororis *Olivæ Doux* S. Dominici tertiariæ.

Non deſunt qui in hac *Antonii* vitâ caſtiganda quædam, alia mollienda, ac reſecanda plura ſentiant. Ac quidem *ποδηγουμένην* aliquando ab *Antonio* aſſumptam, ſed ex animo deinde reprobatam ægrè patiuntur ab Auctore etiamnum propugnari, cùm id conſilium utique præpoſterum ſat fuiſſet, inquiunt, verbis ipſius *Antonii* breviter excuſare. Culpant etiam diſciplinæ, ſeu, ut loquitur, *Obſervantiæ novæ* nomen frequentius uſurpatum, quod unitati Ordinis & conſtitutionum illis videtur adverſum. Addunt, plures viros graviſſimos, imò & familias integras diſciplinâ regulari clariſſimas ſæpè obliquè, aliquando & clarè ſuggillari & notari, quod bonâ fide, inquiunt, retulerit Auctor, ſed ſanè ex relationibus parum fidis, optaſſentque ut in re tanti

momenti

momenti priuſquam ad ſcribendum ſe accingeret, veniſſet ipſe Pariſios, a teſtibus oculatis tum vivis, & erga *Antonium* optimè affectis, rerum veritatem accepturus. Sed ut hæc omittamus quæ purè *perorata*. & ad *Antonii* ſanctitatem, quam omnes mirantur, planè ἀδιάφορα illud deſideraſſent, ut Ill. Dni *de Ruffier* Tricaſtenſis Epiſcopi monitum *T. II.* Vitæ *p.* 350 relatum diligentius ſervatum fuiſſet. Nimirum Præſul ſapientiſſimus monebat, adverſus alium qui vitam *Antonii* prios ſcripſerat, ſe ex animo iratum, quod nugis & ineptiis narrandis tantum inſtans, præclare, fortirer, apoſtolicèque geſta omiſiſſet. Illud ultimum in hàc vitâ, quantum in auctore fuit, fatentur reſarcitum, ſed nugas dolent non reſecatas. Vellent igitur *lib.* 1. *caput* 14. ferè integrum reſciſſum, cùm in eo relata ipſis non ad normam doctrinæ Chriſtianæ ac verè ſpiritualis ſcripta videantur. Iſtas præterea dæmonum viſiones in domo Maſſilianſi, cùm eam deſerere vir religioſus coactus eſt tripudiantium, aut ſortilegarum ex gaudio ſabbathum ibidem celabrantium, ſimiliaque plura muliercularum ſomnia ac deliria hoc opus cenſent dedecorare, non ornare: quæ etiam in cauſa fuerunt, ne Pariſiis edi cenſores regii permitterent. Cæterum fatentur omnes ex iſto opere aliud correctius & accuratius veram *Antonii* ſanctitatem apoſtolicque planè viri ſenſa & geſta, gratiaſque exhibens confici poſſe, quod eſt in votis, ait *Echardus* Tom. II. p. 739.

ANNUNCIATIONE (*Dominicus* ab) Ord. FF. Præd. natione Bæticus, Aſtigianus, *Ferdinando de Ecija* ſive Aſtigienſi Fuenrevejunæ commorante natus A. 1510. *Joannis* nomen habuit in ſeculo, & fratres quinque; quorum ipſe ſecundogenitus cum *Alphonſo* germano natu majore profectus eſt ad Indias & Mexicanum regnum A. 1528. quo appulſus, in Cœnobio Dominic. Mexicano Inſtitutum amplexus eſt A. 1530. & ſequenti 1531 profeſſus. Studiis exactis mox Indorum ſaluti totum ſe dedit, Mexicanorumque linguam ſibi familiarem redditam alios etiam docuit. Quantis porro fulſerit abinde apud gentem illam ſignis & virtutibus, quanta apud illos veneratione, quantis & apud ſuos decoratus titulis, ſusè refert ſodalis *Padilla* in Hiſt. Prov. Mexic. *lib.* 2. *c.* 73. *p.* 599. Demum poſt annos 50 in Indiis animarum ſalute procurandâ tranſactos, poſt plura pro fidei propagatione patrata vitam cum morte commutavit in Conventu ſuo Mexicano, anno 1591.

Scripta:

1. *La doctrina Chriſtiana y otras coſas de materias predicables.* Maxici 1545. linguâ Mexicanâ.

2. *Relaciones y particularidades de algunos religioſos antiquos deſde la fundacion de la provincia de Mexico haſta el año de ochenta*, quibus in ordinem redactis ſe uſum refert citatus *Davila Padilla*, potiſſimamque ſui operis partem ſe ei debere teſtatur *p.* 625. *&* 653.

3. *Bartholomai de las Caſas* opus ingentis molis *Del bien y favor de los Indios*, Latinum fecit ſub tit. *De juvandis & fovendis Indis*, MS. Mexici ſervatum, teſte *Echardo* II. 302.

ANNUNCIATIONE (*Glicerius* ab) Siculus, Panormitanus Sacerdos Congreg. Scholarum Piarum, in ſæculo *Antonius Papa*, lucis uſuram accepit A. 1620. & Regulare inſtitutum amplexus 8 Dec. 1637. nedum religioſis moribus, verùm etiam politioribus literis, ac ſeverioribus penè omnibus ſcientiis abundè inſtructus vixit. Academiæ Reaccenſorum Panormi, & Officinæ Meſſanæ nomen dedit, ideòque tum Panormi, tum Meſſanæ magnâ floruit æſtimatione apud bonarum artium ſtudioſos. In utraque urbe per plures annos Rhetoricam docuit. Pluries Panormitano & Meſſanenſi Collegio præfuit: pluries etiam in Sicilia Provincialis. Tandem dum Meſſanenſem domum regebat, ibid. obiit 8. Jan. 16 5. Ipſum laudat *Joan. Maria Amatus* in Elogio *Franc. Sclafani*, Vitæ Sor. *Elizabeth Maria à Paſſione* præfixo. Edidit Italicè

1. *La Felicita delle Monache nella Clauſura* libri III. *tratta della vita della Madre Suor* Maria Franceſca Branciforte *Fondatrice del Monaſterio delle Summate di Palermo.* Panormi 1651. in 12.

2. *Sfoghi ſacri.* Ibid. 1654. in 12.

3. *Maria Egittiaca penitente.* Ibid. 1655. in 12.

4. *Vita de' Ven. ſervi di Dio* Fr. D. Nicolò, e Fr. D. Giſimo Zummo. *Panormi* in 4. quam non abſolviſſe ait *Mongitor* in Bibl. Sic.

ANNUNTIATA (*Gabriel* de) Genuenſis, Clericus Regularis Scholarum Piarum, antequam veſtem religioſam indueret, *Joan. Franciſcus Blanchus* nuncupatus, typis evulgavit vernaculè

Librum *de ritibus & cæremoniis Miſſarum, & Veſperarum, tum ſolemnium, tum privatarum*, Genuæ 1664. (a).

[a] *Oldoini* Athen. Liguſt. *p.* 211. ex *Juſtin.* & *Soprano* in Syllab Liguſt.

ANNUNTIATIONE (*Joannes* ab) Eremita Auguſtinianus, Hiſpanus, Mexici Ordinem amplexus circa A. 1553, Rector Collegii S. Pauli, Prior Mexicanus, tandem Provincialis in nova Hiſpania, cujus & aliorum ſodalium operâ Provincia *del Quito* fide Chriſtianâ fuit imbuta, atque ſpatio 6 annorum 14 Monaſteria ejuſd. Ordinis erecta ſunt, inter quæ excellunt *Quitenſe*, Couchenſe, Popayanenſe, Riobambenſe, & Tacongenſe; ſanè vir linguæ iſtius periti ſſimus fuit. Quædam docte Scripsit ſermone Tagalo, quæ, inquit *Elſſius* p. 371, magno adjumento ſunt Evangelicis illius Provinciæ diſſeminatoribus: ſcil.

1. *Grammaticam Mexicanam.*

2. *Sermones in Dominicas & Feſta totius anni*, & quædam alia. Tandem Mexici obiit circa A. 1593. ætat. 80.

ANNUNTIATIONE (*Joannes* ab) natione Italus, edidit Italicè hoc Sec. XVIII librum cui tit.

Avviſi Religioſi, che alli Scalzi di Noſtra Signora del Carmine ſcrive in Lettera paſtorale al ſuo Generale, il Rev. P. Fr. Giovanni dell' Annunziazione; *tradotta dal Caſtigliano in Italiano da un Religioſo* (a) *dell' iſteſſ ordine, della provincia di Sant' Angelo di Lombardia.* Mediol. typis Dom. Bellagattæ 1718. in 4. (b)

[a] Is eſt R. P. Fr. *Romualdo Maria delle Scimmero di ſan Franceſco.*
[b] Vid. *Giorn. de' Letter.* Tom. 33. P. 2. p. 412.

ANNUNTIATIONE (F. *Michaël* ab) Luſitanus, Carmelitarum ſodalis, Doctorque Conimbricenſis, vir doctiſſimus, & è *Franciſco Suarezio* magni, ut refertur, habitus; obiit in Gallia, dum ad capitulum ſui Ordinis generale profectus eſſet, anno 1613. Reliquit

Theologica plura *Opera* MSS. quæ ſodales ejus ſervare teſtatur Emm. Romanus *de la Antiguedad y Eſcritores del Carmen* apud *Nic. Anton.*

ANOMÆUS (*Clemens*) Scripsit Germanicè

Hortum Scriptura Sacra, in quo varia ſunt ad Eccleſiaæ plantationes. Norimb. 1613. in 8. * *Lipen.* II. 44.

ANQUETINUS Normannus, Paſtor vici vulgò dicti *de Lyons*, ſeu *de Leonibus* Diœceſis Rothomagenſis, obiit an. 1716. Scripsit Gallicè

1. *Diſſertationem de S. Magdalena*, in quâ probatur, *Mariam Magdalenam*, *Mariam* ſororem *Marthæ*, & *Peccatricem* tres eſſe diſtinctas mulieres, adverſus *Bern. Lamy.* Rothom. & Pariſ. apud Joan. Aniſſon 1699 & 1702. in 12.

2. Epiſto-

2. Epiſtolam ad eundam *de muliere peccatrice.*
3. *De novâ peccatricis interpretatione* ab eodem traditâ. } Ibid. 1700. in 12. (*a*)

De *Mariâ Magdalenâ* magna fuit olim inter eruditos diſceptatio, quam renovarunt doctiſſimi quidam in Galliis viri, memores eorum, quæ diu ante ipſos *Faber Stapulenſis*, *Clichtoveus*, aliique hac de re diſputaverant. Inter hos unicam eſſe *Mariam* propugnarunt *Nat. Alexander*, *Bern. Lamy*, & peculiari Diſſertatione P. *Maledictus* (vulgò *Mauduit*) in Analyſi Evangeliſtarum, *Pezronius* in Hiſt. Evangel. & *J. B. DuHamel* in Theolog. Cleric. Contrariam verò ſententiam non minori induſtriâ adſtruxere *Joan. Launojus*, *Tillemontius*, *Bailletus*, & Diſſertationis hujus Auctor eruditiſſimus. Is in Præfatione commemorat, eam, quam defendit, ſententiam à pleriſque Patribus recipi, à Sorbonâ quoque, à quâ olim damnata fuerat, nunc mitius tractati, & juxta illam Liturgicos libros Eccleſiarum Pariſienſis, Aurelianenſis, Viennenſis, ac Ordinis Cluniacenſis, mutatis etiam feſtis, nuper (i. e. ante an. 1699) repurgatos eſſe; ſibi verò conſtitutum eſſe, *Nat. Alexandrum*, necnon *Maledictum*, *Lamium* & *Pezronium*, duos verò poſteriores, qui controverſiæ ſtatum immutaverint, ſigillatim hoc libello oppugnare. Eum in duas diſtribuit partes, & in *priori* quidem *Mariam Magdalenam* cum *Martha* ſorore eandem non eſſe; in *alterâ* nec *Magdalenam*, nec *Martha* ſororem, magnam illam peccatricem fuiſſe, demonſtrare nititur. Tandem duo nova ſyſtemata vitæ *Mariæ Magdalenæ* ex ingenio *Lamii* ac *Pezroni* nata refellit. In Appendice *Lamium*, qui *Lucam* Evangeliſtam *ἀχρονίας* poſtulat, confutat, ut & P. *Maledicti* quaſdam ratiunculas, necnon doctum Abbatem *de la Charmoye*, ac poſtremò pro ſuâ ſententiâ auctoritates *Conſtitutionum Apoſtolicarum*, *Irenæi*, *Origenis*, *Macarii*, *Chryſoſtomi*, *Theophylacti*, *Euthymii*, *Tertulliani*, *Ambroſii*, *Hieronymi*, *Auguſtini*, *Lyrani*, *Fabri* Stapulenſis, *Salmeronis*, *Eſtii*, *Louveti*, *Launoji*, *Tillemontii* aliorumque citat (*b*).

Hanc autem Autoris noſtri Diſſertationem impugnavit quidam nomine *Trevetus*, & Presbyter *Maſſonus* vulgò *Le Maſſon* (c), de quibus ſuo loco dicemus.

Ad ſententiam *Louveti* confirmandam edidit Gallicè quidam Anonymus Diſſertationem de defenſione Mariæ Magdalenæ, & Mariæ *Lazari* ſororis. *Pariſ.* 1685. in 12. (*d*)

[a] *Le Long* p. 610. [*b*] Vid. *Acta Erud.* Supplem. Tom. III. p. 340. *Ephem. Pariſ.* 29 Jun. 6 & 13 Jul. 1699. [c] *Ibid.* Jul. 1713. [d] *Ibid.* Jul. 1685. p. 328.

d'ANS (*Erneſt Ruth*) Canonicus S. Gudulæ Bruxellenſis, ac Ser. Electricis Bavariæ ab Eleemoſynis, cujus extat Epiſtola *de verâ Eccleſiâ* in libro cui tit. *Aſſemblage des Lettres*, *Réponſes & Repliques*, *qui ont été écrites entre* Mr. Erneſt Ruth d'Ans.... *& l'Examinateur Anonyme du* Sr d'Ans *au ſujet de la Converſion du* Sr Loef, *Predicateur Capucin*, *nommé devant ſa Converſion* le P. Cyprien *de Bruxelles*. Lugd.;Bat. du Vivié 1698. in 8 (a).

[a] Vid. *Balii Epiſt.* CXLIII. *Tom. II. p.* 559.

ANSALDO ANSALDIS Rotæ Romanæ Decanus, natus eſt Florentiæ, die 7 Oct. 1651. patre *Horatio Raphaële Anſaldi*. In Collegio Patrum S. J. ſtudia noſter inchoavit, quibus in Univerſitate Piſanâ abſolutis, utriuſque Juris Doctor creatus eſt. In patriam redux, Theoriæ Praxim addidit, apud Senatorem *Ferrante Capponi*, S. S. Religionis S. Stephani Præſidem digniſſimum, ac poſtea inter Academicos Florentinos receptus eſt. Deinde Magiſtro uſus Emin. Cardinale *De Luca*, in Curia Romana peritiſſimus Juriſconſultus evaſit. Variis inde dignitatibus à Summis Pontificibus ornatus eſt, electus nimirum Baſilicæ S. Mariæ majoris Canonicus, Præſul particeps ac Referendarius Apoſtolicus, Congregationi Rituum adſcriptus eſt, & Epiſcoporum Examinator conſtitutus, ac Datariæ officio, quod *Conceſſum* vocatur, auctus. *Innocentii XII* fuit Auditor, ac tandem S. Rotæ Decanus. Romæ inter Academicos *degli Arcadi* cooptatus fuerat 26 Febr. 1703. Ibidem obiit meritis plenus die 7 Dec. 1719. in Cathedra S. Joannis Florentini ſepultus.

SCRIPTA Metrica:

1. Liber *della Creazione dell'uomo*, *e Incarnazione del verbo eterno* 1704. fol. quem doctrinâ ac exquiſitâ eruditione refertum pronunciat Cl. Editor *Joſephus Averanius* Legum in Univerſitate Piſanâ Profeſſor ordinarius.

2. *Penſieri raccolti nella meditazione delle dieci giornate degli eſercizi ſpirituali di Sant'Ignazio Lojola*, *diſteſi in dieci Canzoni*, *coll'aggiunta d'un'altra Canzone*, *invito à Poeti a comporre in materie ſacre*, 1711. fol.

3. *Il Trionfo della Fede*. Florentiæ, Tartini, e Franchi 1717. fol. quem eximiis laudibus ornat in Præfatione Abbas Ill. *Anton. Maria Salvini* (a).

Edidit præterea *Anſaldus* noſter *Opus de Commercio & Mercatura* ac *Deciſiones legales* (b).

[*a*] Vid. *Diar. Veneti* Tom. XXXI p. 395.
[*b*] Vid. *Tom. XXXIII. P. II. p.* 280 &c.

ANSALDUS (*Gerardus*) Siculus, Paternionenſis, Ord. Minorum Conventualium S. Franciſci, Theologiæ Magiſter. Natus anno 1654. ab ingenio dilucido, celeri, & acuto, non immeritò commendatus claruit. Severioribus diſciplinis admotus, eâ ingenii celeritate, ac felicitate Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam excepit, & propugnavit, ut eodum in quæſtionibus defendendis circumfluentes omnes, verùm etiam ipſoſmet Magiſtros in admirationem traxerit. Hinc exacto ſtudiorum curriculo anno 1683. è Romano Collegio S. Bonaventuræ Magiſtri Laureâ cohoneſtatus, egreſſus eſt. Sacræ etiam eloquentiæ præſtantiſſimas ingenii dotes devovit: ideoque egregiè, ornatèque tum in Sanctorum laudibus exponendis, tum in aliis concionibus, pluries cum laude, ac plauſu auditus. Quadrageſimales conciones ſibi paraverat eximias; quas ne in fidelium conſolationem, ac profectum effunderet, & emeritos plauſus audiret, mors immatura interdixit: eloquentiâ enim, eruditione, ac memoriâ inſigniter munitus, ſummam ſui expectationem mirificè excitaverat. Muſis etiam gratiſſimus, Etruſcis, Latiiſque numeris multa cum laude cecinit; venæ ubertate, ac elegantis ingenii acie inſignis. Hinc Poëtica ipſius monumenta non vulgari laudum præconia excepêre Romæ, & alibi literarum Philomuſi. In Academiis Infœcundorum Romæ, Reaccenſorum Panormi, & Officinæ Meſſanenſis recenſitus, vividiſſimæ mentis fœtus protulit præclariſſimos. Dum Philoſophicas diſciplinas in Cœnobio S. Valentini propè oppidum Podii Mirteti in Sabina regione doceret, Academiam, cui nomeo *delli Raminghi* inſtituit, in qua omnibus præibat *Anſaldus*: Philoſophicis, Rhetoricis, ac Poëticis concertationibus egregiam inter Academicos æmulationem excitavit: ideoque locus ille ab hominum frequentia ſemotus in literarium Athenæum immutatus effulſit. Ad ipſum verò tum ex propinquo oppido, tum ex circumſtantibus locis literarum amantiſſimi confluebant, vel ut fructus ex *Anſaldi* induſtria germinantes exciperent, vel ut ea in palæſtra laudabiliter deſudarent. Hinc nonnulli ex eo prodiêre lyceo, & gravioribus diſciplinis, ac amœnioribus literis inſtructiſſimi, qui *Anſaldo* ipſorum progreſſus ſe debere fatentur. Hujuſce verò Academiæ fama undique diffuſa magnam *Anſaldo* peperit gloriam. At in patriam regreſſus, paucus poſt annos ibidem acerbo fato denatus 4. Novemb. 1692 literatos magno dolore confecit. Ejus laudes leges apud *Joan. Franchinum* in Biblioſophia Script. Ordin. Minor. Con-

vent.

vent. n. 157. *pag.* 386. *Balth. Piſanum* in Armoniis ferialibus *pag.* 108. in libro *Galleria di Minerva* Tom. II. par. 9. & *Vinc. Coronellum* in Biblioth. *Tom. III. num.* 3714. ſed hic in patria deſignanda corrigendus, *Gerardo* enim non Panormus, ſed Paternio patria fuit, quod oppidum eſt Diœceſis Catanenſis in Sicilia. Edidit Italicè inter alia quæ recenſet *Mongitor* p. 256.

1. *Il Trionfo della Coſtanza, ſpiegato nel Martirio dell' Invittiſſimo Levita S. Lorenzo* dialogo. *Drepani* apud Barberam 1685. in 4. Sub nomine F. *Antonii Anſaldi* Minoris Conventualis.

Edenda reliquit hæc alia, nempè

2. *La vita di S. Bruno* Veſcovo di Segni.

3. *Sermoni. Panegirici. Quareſimale.*

ANSALDUS (*Joan. Antonius*) Genuenſis, Ducis Sabaudi ad Romanum Pontificem Orator, obiit A. 1640. Hujus extant Romæ in Bibl. Barber. cod. 1569. (a) *Pſalmi Pœnitentiales* rhythmis Italicis redditi, & alia quædam metrica typis excuſa (*b*).

[a] *Le Long* p. 610. [b] *Oldoini* Athen. Liguſt. *p.* 299.

ANSALONIUS (*Jordanus*) vulgò *de S. Stephano*, à patriâ oppido in Inſulâ Siciliæ Diœceſis Agrigentinæ nuncupatus, Ord. Prædicat. Novò Miſſionariorum ad Philippinas ſupplemento vigeſimum ſe adjungi obtinuit A. 1625. In Japoniam ſe tranſtulit A. 1632. Ajunt eum à Miniſtris Regiis detectum, & in carcerem teterrimum conjectum, poſt diutiſſima crudelitatis ingenioſioris tormenta fortiter perlata, 69 Chriſtianorum unâ die pro fide capite plexorum, ipſum & ſocium *Thomam à S. Hyacintho*, veluti Coryphæos & ideò gravius punitos, pedibus in altum fune ſuſpenſis, imò capite; ac medio corpore intra foveam tabulis larera ſtrictiſſimè cingentibus deſuper contectam occluſo, quod ſupplicii genus acerbiſſimum eſt, ſeptimo poſt die pium Chriſto reddidiſſe ſpiritum 18 Nov. A. 1634. Scripſit

1. *Vitas Sanctorum Ord. Prædicat.* ex Hiſpano *Ferdinandi Caſtilli*, oratione Latinâ reddiras: quæ verſio in Cœnobio ſodalium Hiſpalenſi ſervatur.

2. *De Idolis, Sectis & Superſtitionibus Sinenſium ab origine, cum horum omnium confutatione.* Hoc opus idem cenſet *Mongitor* qui de eo plura, *p.* 369. quod ſcripſiſſe innuit Autor (a) *Apologia Miſſionariorum Sinenſium Ord. Præd.* cap. 9. p. 122. » Opus utiliſſimum » furarum, inquit *Echardus* ad A. 1634. » ſi complere » permiſiſſent Valetudinarii Sinenſis, cui inſerviebat, officia. »

(a) *Nat. Alexander.* Vid. ſup. *p.* 309. a. n. 22.

ANSALONUS (*Franciſcus*) Siculus, Meſſanenſis Poeta; vernaculâ linguâ non contemnenda Scripſit; præſertim carmine Siculo

Vita, Martirio, e Traslatione della Glorioſa Vergine, e Martire S. Agata. Venetiis, Joan. Comenzini 1565. in 8. & Panormi apud Roſellum 1644. in 8.* *Mongit.* p. 201.

ANSANUM Concilium I. in Villâ, non longè à Saonâ fluvio, quatuor à Lugduno leucis, in Eccleſia *S. Romani* à pluriboa Archiepiſcopis & Epiſcopis anno MXXV habitum. In quo poſt longam diſceptationem judicatum eſt non licuiſſe Archiepiſcopo Viennenſi ſine permiſſu Epiſcopi Matiſconenſia Monachos apud Cluniacum ordinare. Extant Acta *Conc.* Tom. IX. p. 859. Binas Synodos, ſed nullius ferè momenti, ſubjiciunt Conciliorum Editores, nempè Moguntinam anno MXXVIII, Karroſenſem alteram eodem anno, quâ Manichæorum hæreſis condemnata eſt.

ANSANUM Concilium II. anno MLXX. habitum. In quo *Achardus* Cabilonenſis Epiſcopus Monaſterium S. Laurentii Monaſterio S. Martini in Inſulâ Barbarenſi ſito donat. Vide *Conc.* Tom. IX. p. 1201.

ANSANUM Concilium III. anno MC. à *IV* Archiepiſcopis & *VIII.* Epiſcopis habitum. In quo de ſuſcipiendo itinere Hieroſolymitano iterùm actum eſt; ſtatutumque, eos qui voverant votique executores non fuerant, à communione eſſe ſegregandos, quoad uſque vota complerent. Vide *Hugonem* Flavin. in Chron. & *Conc.* Tom. X. p. 726.

ANSANUM Concilium IV. anno MCXII. à *Joanne* Archiepiſcopo Lugdunenſi collectum. In quo agitata vexatiſſima hujus temporis controverſia, Laicorum inveſtituræ damnantur. Extat *Joannis* & Epiſcoporum Senonenſium, qui huic Synodo intereſſe recuſaverant, ad *Joannem* Lugdunenſem, *Epiſtola*, unà cum *Joannis* Reſponſoria *Conc.* Tom. X. p. 786. * *Cave* Hiſt. Liter. Vid. & *Morer.* Diction. Conf. *Hiſt. Liter. Lugd.* Tom. II. p. 220.

His adde duo priora, alterum A. 990. alterum A. 994 celebratum. In *illo* Cluniacenſis Monaſterii poſſeſſiones epiſcopali auctoritate confirmantur, & varia eduntur decreta. *Iſtud* Canonicos in Eccleſia Romanenſi inſtituit ſeu reſtituit. Edidit *Edm. Martene* Theſ. Anecd. Tom. IV. p. 74. & 75.

ANSBERTUS. Vid. AUTHPERTUS.

ANSCHARIUS vel ANSGARIUS, Hamburgenſis Archiepiſcopus, novi Corbeienſis Monaſterii in Saxoniâ Alumnus. Circa an. 826. ad gentes Boreales, Danos, Suecos, ad fidem convertendos adjecit animum, idque per plures annos ſedulò & feliciter præſtitit, inde *Danorum & Aquilonarium Apoſtolus* dictus. Anno 830. (referunt id alii in annum 832. (*a*) vel ſequentem) Hamburga a *Ludovico* Imp. in Metropolim erectâ, *Anſcharius* in Conventu Aquiſgranenſi primus Hamburgenſium Archiepiſcopus conſtituitur, ad majorem honoris cumulum à *Drogone* Antiſtite Metenſi conſecratus. Paulò poſt pallium Româ impetravit, ipſe à *Gregorio IV.* Sedis Apoſtolicæ in partibus Borealibus Legatus renunciatus. Poſt exactum Hamburgi ſeptennium à Barbaris fugatus (*b*), conſtructo apud prædium ſuum Ramiolenſe tribus ab Hamburgo milliaribus Monaſterio, in eo vitam egit. Anno 846. vacante Sede Bremenſi, illi etiam Eccleſiæ præficitur, poſt annos demum XII Eccleſiarum Hamburgenſia & Bremenſis unione impetratâ. Anno 864, ſaltem ſequenti, Epiſcopatûs ſui 34. ætat. 64 diem ſupremum obiit. Scripſit *Vitam* S. Willehadi *Bremenſis Epiſcopi* libris duobus comprehenſam. Extat apud *Mabillon.* Sæc. Bened. III. par. 2. p. 402. Extitit *Alberti Krantzii* (c) (qui de *Anſcharia* toto libro primo pluribus agit) tempore *Libellus* ſive *Pſalterium*, Pſalmorum ſummam compendio complectens, devotiſſimus *Anſcharii* breve, ſed clariſſimum monumentum. Scripſit item *Epiſtolas* plures, quæ perierunt, ſaltem nondum viderunt lucem. *Anſcharii* Vitam collegit *Claudius Arrhenius* Profeſſor Upſalienſis, quam cum hymnis & collectis veterum in *Anſcharii* memoriam exhibuit, atque operi Cl. Viri *Petri Lambecii* Originum Hamburgenſium edit. 1706. in fol. præmiſit *Joan. Alb. Fabricius*, qui & ipſe *Mem. Hamburg.* Vol. II inſeruit librum *Philippi Caſarii* Theol. Doct. cui tit. *Triapoſtolatus Septentrionis Vita & geſta* S. Willehadi, S. Anſgarii, S. Rimberti *&c.*

Cæterum *Anſcharium* natione Germanum facit Cl. *Cave*, Gallum *Adr. Baillet* ad 3 Febr. & in Picardia natum putat. Monaſterio Corbeieoli traditus eſt circa A. 811 ætat. 12. indeque circa an. 821 ad Corbeienſe in Saxoniâ tranſlatus. Mortuum dicit A. 865. ætat. circiter 67.

[*a*] Apud *Moreriam* perperam legitur 842.
[*b*] Vid. *Claud. Ornhielms* Hiſt. Eccleſ. Suecorum, *&c.* de quâ lege *Hiſt. oper. Erud.* Nov. 1690. [*c*] Metrop. l. 1. c. 42. p. 75.

R. ANSCHEL Judæus Germanus, cujus operâ prodierunt *Concordantia biblicorum Hebræo-Germanica*, litteris Hebraicis, Cracoviæ A. 312. C. 1552. & 344. C. 1584. * *Le Long* p. 455. a.

ANSCHERUS Abbas S. Richarii ſeu Centulenſis (*a*) in Pontivu apud Gallos, claruit ineunte Sec. XI. (*b*) Scripſit *de Miraculis S. Angelberti* ſeu *Angilberti Abbatis Libros tres.* Partem hujus operis in lucem protulit *Bollandus* Febr. 18. & *Hariulfo* Monacho Centulenſi malè tribuit. Integrum opus ex MSS. codicibus Centulenſibus edidit, & *Anſchero* noſtro reſtituit *Mabillonius* Sæc. Bened. IV. Part. I. pag. 230. qui in prolegomenis ad Vitam *Angelberti* ſententiæ ſuæ rationes præfert; quas ibidem conſulat curioſus lector.

[a] *St. Riquier dans le Ponthieu* in Picardia.
[b] Vid. *Oudin.* in Comment. ad A. 1100. *Cave* ad A. 1110.

ANSEGISUS Abbas Fontanellenſis, ſeu S. Wandregiſili in Normanniâ, *Anaſtaſii* & *Himiltrudæ* filius, in Monaſterio Fontanellenſi ſub *Gervoldo* Abbate, conſanguineo ſuo, educatus. In Aulam dein aſcitus, Monaſteriis S. Sixti Remenſi, & S. Memmii Catalaunico, à *Carolo* Imp. donatus eſt; atque anno 807. Monaſterio Flaviacenſi auctus, lapſam Cœnobii rem brevi reſtituit. Exactor quin etiam Operum Regalium in palatio Aquiſgranenſi conſtitutus eſt, anno 817 Abbas Luxovienſis, 823 Fontanellenſis, à *Ludovico* Imp. factus; anno 827. quo inprimis claruit, *Capitularia Caroli M.* congeſſit; anno 831. morbo graviſſimo decumbens, poſſeſſiones ſuas Monaſteriis elargitus eſt. Obiit anno 833. vel 834. XIII Cal. Auguſti, in Cœnobio Fontanellenſi ſepultus.

Capitularia Caroli M. de rebus præſertim Eccleſiaſticis, collegit, & in IV. libros digeſſit; quibus tamen aliquot *Ludovici* Pii incautus admiſcuit. Prodierunt à *Pithœo* editi *Pariſ.* 1588. *Mogunt.* 1602. à *Sirmondo* Pariſ. 1640. &, ut alias editiones taceam, à *Baluzio* recognita, ac notis illuſtrata *Pariſ.* 1677 2. vol. fol. De *Baluzii* tamen editione obſervare liceat, eam cum prioribus parùm convenire. Antiquis, inquit etiam *Carolus Cointius* ad an. 827. n. 7. editionibus noviſſimam adverſari non diſſimulamus. Præter innumeras enim diſcrepantes lectiones, in editione Baluzianâ deſunt Capitula 67. 68. 74. 79. 39. 52. libri primi; adduntur Capitula 89. & 90. tertii libri, uti & Capitula 76. 77. quarti libri, quæ quidem eadem eſſe cum Capitulis 29. & 14. dudum obſervavit *Cointius.* Quatuor Capitularium libris adnectuntur in omnibus editionibus Appendices III. quarum prima in editionibus veteribus conſtat Capitulis XXXIII. in *Baluzianâ* XXXV. ſecunda in edit. vet. habet Capitula XXXVI. in *Baluzianâ* XXXVIII. tertia X complectitur Capitula; Appendicibus haud pauca etiam *Lotharii*, & *Caroli* Calvi Impp. Capitula admiſcentur. * *Cave* ad A. 828.

Credunt plerique *Anſegiſum* hunc Abbatem fuiſſe Laubienſem, in tractu Cameracenſi, moti auctoritate *Sigeberti* qui de eo ita ſcripſit ad an. 827. » Anſegiſus *Abbas Laubienſis* Edicta Imp. Caroli M. & Ludovici Pii ad Eccleſiaſticam legem pertinentia in duobus libellis digeſſit. Item Edicta eorumdem ad mundanam legem pertinentia in duobus æquè libellis » digeſſit. Sed nullus antiquior *Sigeberto* reperitur, qui iſta referat: imò *Fulcuinus* vetuſtus autor, qui originem & hiſtoriam Monaſterii Laubienſis ante *Sigebertum* deſcripſit, veterumque Abbatum Laubienſium ſeriem dedit, nullam *Anſegiſi* mentionem facit, neque etiam *Ægidius Vaulde* qui anno 1618. vitam *S. Urſmari* & hiſtoriam ejuſdem Monaſterii vulgavit, collectam ex veteribus monumentis Laubienſibus, vicinarumque Eccleſiarum & monaſteriorum. Ita accuratiſſimus *Baluzius* in Præf. ad Lectorem ſuis præcitatis Capitularibus præmiſſa, *num.* 39. & 40. ubi ea adjudicat *Anſegiſo* Fontanellenſi Abbati, qui floruit ſub *Carolo M.* & *Ludovico* Pio: mortuuſque eſt an. 834. (*a*) His addidit *Benedictus* Levita *Libros tres alios* ibid. impreſſos cum variis additionibus *Tom. I. p.* 802 *& ſeqq.* quorum Epitomen ſcripſerunt *Iſaac* Lingonenſis Epiſcopus *Herarduſ*que Turonenſis *Archiepiſcopus*, *ibid. p.* 1233. & 1283. itemque in Conciliis *Tom. VIII.* Epitome *Iſaaci* p. 598. & *Herardi* ibid. p. 627. De *Anſegiſo* (quem uterque Laubienſem Abbatem ſcribit,) *Poſſevinus* in Apparat. Sacr. *Miræus* in Auctario c. 245. cum aliis qui dicta Capitulo ediderunt, *Sigebertum* amplexi in ſuo *Chronico*, ad an. 827. Plura *Mabillon.* Sec. IV. SS. Ord. Bened. *Tom. I. p.* 630. *& ſeqq.* quos citat *Oudinus* Suppl. p. 227. Vid. & *Nat. Alexand.* Sec. IX. cap. 3. art. XI. *Olear.* p. 58. *Morer.* Diction.

(a) Errat *Ciaconius* p. 174. eum A. 840 claruiſſe dicens, ubi & Senonenſem Archiepiſcopum facit, qui à noſtro diverſus eſt. Ipſe autem à *Trithemio* deceptus eſt lib. *de Script. Eccleſ.* c. 272. quem ſecutus eſt *Geſnerus*, aliique inter quos *Swertiunus* Athen. Belg. *p.* 129 ubi *Anſegiſum* Lobienſem floruiſſe ait A. 1344.

ANSELMI (*Cambio*) Canonicus Florentinus, hujus Sedis Vicarius Generalis, ac S^ti^ Officii Conſultor, SCRIPSIT Sec. XVII.

1. *Reſponſum ad dubium quid liceat, vel non liceat facere circa venerationem hominum, cum aliquâ famâ Martyrii vel Sanctitatis demortuorum, ante eorum Beatificationem, vel Canonizationem, ſine Sedis Apoſtolicæ licentiâ.* Florentiæ, typis Franc. Onuphrii 1657. in 4.

2. *Il Trono vacante dell' Imperio.* Ibid. apud Joan. Ant. Bonardi 1658. in 4. ſub nomine *Lanſemio Ferrbi.* Eſt narratio hiſtorica de origine, ac poteſtate Imperatorum & S. R. I. Electorum *&c.*

Alia plura ſupra Jus Eccleſiaſticum elaboraſſe teſtatur R. P. *Julius Negri* in Hiſt. Script. Florent. *p.* 214. Vid. & *Cinelli* Bibl. Volante *Scanzia II.*

ANSELMIS (*Guilielmus* de) Italus, Monte-Falconius in Ducatu Spoletino, Eremita Auguſtinianus, qui, teſte *Elſſio* p. 257. Edidit *Sermones varios de laudibus B. V. M. de B. Clara de S. Cruce, de morte veri Chriſtiani.* Peruſiæ A. 1609.

ANSELMIS (*Himerius* de) Franciſcanus, patriâ Cremonenſis, clarus initio Sec. XVI. vir doctus, & ut ea tempora ferebant, elegans, inquit *Ariſius* ad A. 1501. poſteris reliquit

1. *Super Evangelia* Tom. III.
2. *Super Epiſtolas D. Pauli* Tom. II.
3. *De Statu Religioſo & Clauſtrali* Libb. X.

ANSELMUS Andegavenſis, Capucinus, Provinciæ Turoniæ alumnus, ac Concionator magni nominis, qui cùm à Superioribus Præfectus Operariorum Miſſionis Pictavienſis fuiſſet deputatus, in Catholicâ fide promovendâ totus incubuit. Obiit ad Thermas Borbonii anno 1629. de quo meminit *Marcellinus de Piſe* in Annal. Capuc. ad eund. annum, à *Dionyſio* Genuenſi citatus *p.* 27. SCRIPSIT Gallicè opuſculum cui tit.

De efficacia intercesſionis Immaculatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ. An verò excuſum ſit, non dicunt.

S. ANSELMUS Cantuarienſis Archiepiſcopus, Auguſtæ in Alpibus natus, parentes habuit genere illuſtres *Gundulphum* patrem, *Hermeburgam* matrem. *Lanfranci* famâ excitatus, ad Beccenſe Monaſterium properavit, atque Ordinem Benedictinum ingreſſus eſt anno ætatis 27. Poſt *Lanfrancum* primùm Prior, deinde poſt quindecim annos Abbas Beccenſis (*a*) conſtitutus, in utroque munere illi ſucceſſit. Exactis in hâc etiam provinciâ aliis annis quindecim, ab *Hugone* Comite Ceſtrienſi in Angliam evocatur: cùmque negotii cujuſdam conficiendi causâ apud *Gulielmum Rufum* tunc ægrotantem ageret, eique ſana conſilia præſertim de tot ſedibus Epiſcopalibus vacantibus ſubminiſtraret, ipſe inter alios Epiſcopus deſignatus, vehementer tametſi diu reluctatus, ſedi Cantuarienſi à Rege præfectus eſt, ab Epiſcopis, qui aderant, inauguratus die IV. Decembr. anno 1093. Crebræ atque ingentes ei lites ab initio ſtatim Pontificatûs

(*a*) Suum perperam faciunt Monachi Lerinenſes, ut probat Autor libri cui tit. *Mainas travejis.* Tom. I. p 48. *&c.*

ficatu ab iracundo nimis ferocique Rege excitatæ ſunt. Primùm de Pallio recipiendo diſceptatum eſt; *Anſelmus* id ab *Urbano* Papâ expetiit. Noluit id *Gulielmus*, in *Guiberti* partes propenſior. Initis tamen utcunque induciis, & recepto Cantuariæ anno 1095 Pallio, acrius paulò poſt erupit bellum. *Anſelmus* Regem omnia ſolutâ animi libidine agentem, templa evertentem, Eccleſias devaſtantem, Deo pariter ac hominibus injurium, acriter corripuit. Rex *Anſelmum* juramentum de Papa neutiquam appellando ſibi præſtare juſſit. Neuter alteri ceſſit. *Anſelmus* anno 1097. in exteras oras exul abiit, & Lugdunum ſeceſſit. Inde Romam ab *Urbano* Pontifice accitus, ingenti honore exceptus eſt: & in Concilio Barenſi contra Græcos diſputavit. Pontificem verò anathema contra *Gulielmum* Regem expedientem precibus ſuis inhibuit. An. 1100. ab *Henrico* Rege in Angliam revocatus rediit. Redeuntem aliæ ſtatim exceperunt controverſiæ, de homagio Regi præſtando, & ordinandis Epiſcopis, quos ipſe *Henricus*, fraterque *Gulielmus* per annulum & baculum inveſtierant. Utrumque fieri præcipit *Henricus*, recuſavit *Anſelmus* (b). Anno 1102. habito Londini generali Concilio laicas inveſtituras, & conjugia Clericorum damnavit. Anno 1103. Regis rogatu Romam profectus eſt, Pontificem cui rei integræ cognitio ab utraque parte commiſſa erat, conſulturus. *Paſchali* igitur Papa pro *Anſelmo* judicium ferente, iſte in Angliam redire vetitus, Lugduni ſedecim menſibus conſedit. Anno 1107. Henricus *Adela* ſororis Comitiſſæ Bleſenſis rogatu cum *Anſelmo* in gratiam rediit: concordiâ utrinque ſancitâ, Rex inveſtiturâ Epiſcoporum atque Abbatum ceſſit. Archiepiſcopus inveſtitos antea à Rege Præſules ordinavit. Cantuariam igitur reverſus, ſedem quiete deinceps tenuit: & Clericorum conjugio Eccleſiâ Anglicanâ eliminando ſtrenuè incubuit. Obiit anno 1109. (c) April. 21. (d) ætat. 76. Archiepiſcopatûs 16. nondum completo.

OPERA:

1. *Epiſtolarum* Libri III. *Prodierunt* Ingolſt. 1612. (e).

2. *Monologium* ſeu *Soliloquium*.

3. *Proſlogium* ſeu *Alloquium*.

Liber Gaunilonis *pro inſipiente adversùs* Anſelmi *Proſlogion*.

4. & 5. Liber *contra inſipientem*, ſeu *Apologeticum adversùs librum præcedentem*.

6. Dialogus *de Veritate*.

7. Dialogus *de Libero Arbitrio*. Vid. *Anon. Mellic.* cap. 96.

8. Dialogus *de caſu Diaboli*.

9. Diſputatio Dialectica *de Grammatica*.

10. Tractatus *de Sacramento Altaris*, ſeu *de Corpore & Sanguine Domini*. Extat Codex MS. Florent. in Bibl. S. Crucis Minor. Convent. (f)

11. Liber *de Fide*, ſeu *de Incarnatione Verbi*.

12. *De nuptiis conſanguineorum*.

13. Libri II *contra gentiles*, *Cur Deus homo*.

14. *De Proceſſione Spiritûs S. contra Græcos*.

15. *De Conceptu Virginali*, *activo*, *& peccato originali*.

16. *Fragmenta variorum* Anſelmi *Tractatuum de Conceptu Virginali paſſivo*.

17. *De tribus* Walerami *quæſtionibus ac præſertim de Fermento & Azymo*.

18. *De Sacramentorum diverſitate*.

19. *Concordia Præſcientiæ, Prædeſtinationis, & Gratiæ cum libertate*.

20. Liber *de Voluntate Dei*.

21. *Meditationum libri X.* viz. *De humanâ conditione, de terrore Judicii*, &c.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

(b) Vid. *Nat. Alexand.* Sec XI. Diſſert. IV art. 6 pag. 735. (c) Errat *Caveus* p. 175. ubi obitum refert ad A. 1111. 3 Non. Jul. (d) Vid *Acta SS.* & *Adr. Baillet* in hunc diem. (e) *Lipen.* I. 603. (f) Vid. *Mabillon.* Muſæi Ital pag. 161.

22. *Liber de ſalute animæ*, *Manuale* dictum, *S. Auguſtino* perperam tributum.

23. *Meditatio ad ſororem de beneficiis Dei*.

24. *Meditatio de Paſſione Chriſti*.

25. *Alloquia cœleſtia*, ſive *Facula piorum affectuum erga Deum, Chriſtum, Deiparam, & Cœlites*, complures, numero LVII.

26. *Mantiſſa Meditationum & Orationum* in quinque partes tributa. *S. Anſelmi* Orationes, *quibus mentes illuſtrantur, & corda accenduntur ad Deum quærendum & amandum*, ſeorſim prodierunt *Veronæ* 1725. in 12. (g)

27. *Hymni & Pſalterium in commemoratione Deiparæ*.

28. *Liber de excellentiâ gloriæ Virginis Mariæ*, quem *Anſelmo* abjudicat *Bellarminus*. Prodiit cum libro *de Similitudinibus* Duaci A. 1605. curâ *Henrici Sommalii* S. J. Eum pariter ac ſequentem librum, *Eadmero* vindicat *Gabr. Gerberonius*.

29. Liber *de quatuor virtutibus B. Mariæ, ejuſque ſublimitate*.

30. *Paſſio SS.* Guigneri *ſive* Fingaris, Pialæ *& Sociorum*.

31. *Liber exhortationum ad contemptum temporalium, & deſiderium æternorum*.

32. *Admonitio pro moribundo*.

33. *Paræneſis ad Virginem lapſam*.

34 *Sermo* ſive *Liber de Beatitudine*. Is, ni fallor, qui ſub tit. *De Felicitate Sanctorum Diſſertatio* prodiit *Pariſ.* apud Seb. Cramoiſy 1639. in 8. edente *Jo. Bapt. de Machault* S. J. Hanc teneo. At *Lipenius* I, 33. memorat librum *de VIII Beatitudinibus* Antv: 1602. in 8.

35. Homilia in illud, *Intravit Jeſus in quoddam caſtellum*.

36. *Homiliæ in aliquot Evangelia*.

37. Carmen *de Contemptu mundi*, & alia Carmina.

OPERA SUPPOSITITIA.

1. Liber *de Similitudinibus S.* Anſelmo *adſcribi ſolitum*. Eadmeri eſt.

2. *Quædam dicta utilia*, collecta ex dictis *S. Anſelmi*.

3. *Liber de menſuratione Crucis*. In eo citatur *S. Bernardus*.

4. Dialogus *de Paſſione Domini*.

5. Liber *de veſtimentis, & membris, & actibus Deo attributis*, qui inter *Hieronymi* etiam & *Auguſtini* Opera reperiri ſolet.

6. *Elucidarium*, ſive *Dialogus* ſummam totius Chriſtianæ religionis complectens. Opus *Anſelmo* indignum. Prodiit tamen ſub ejus nomine *Pariſ.* apud Fed. Morellum 1569. in 8. & Leodii 1526. edente *Barth. Honorio* (h). *Trithemius* id *Honorio* Auguſtodunenſi, *Raynaudus, Balæus, Simlerus*, aliique *Gulielmo* Conventrienſi Carmelitano, Codices nonnulli *Guiberto* Novigentino Abbati vindicant.

7. *De Imagine Mundi* Libri II. *Honorio* cuidam debentur, forſan Auguſtodunenſi (i).

Hactenus editio *Lugdunenſis* 1630. Alia ſub *Anſelmi* nomine edidit Opera *Joannes Piccardus* Colon. 1612. viz. *Explanationes in S. Matthæum* (k). *In Evangelia aliquot, In Cantica Canticorum, In Epiſtolas S. Pauli* (l), *& in Apocalypſin*, quæ aut *Anſelmo* Laudunenſi, aut *Hervæo* Monacho Burgidolenſi debentur: adeoque infrà locis ſuis memorabuntur.

Prodierunt *Anſelmi* Opera *Norimb.* 1491 & 1494. (m) fol. Pariſ. 1544 & 1549. Venetiis cod. anno. *Colon.* 1573. Tom. III. cum notis *Joannis Piccardi*

 Colon.

(g) Vid. *Giorn. de' Letter.* Tom. XXXVII. p. 543. (h) *Ocler.* p. 50. (i) De dubiis & ſuppoſititiis *Anſelmi* Scriptis legendus *Nat. Alexander* Sec. XV. cap. 6. art. 2. qui pleraque ex ipſius *Gerberonii* Cenſurâ mutuatus eſt. (k) Has *Gulielmo* Pariſienſi tribuit *Miræus* in Auctario A. Ct. ſ. m. 164. (l) Has *Coloniæ* 1533 fol. ſtudio *Renati Caſenaci* excuſas tradit *Geſnerus* fol. m. 48. verſo. (m) Orlandi *Origine della ſtampa* p. 276.

Colon. 1612. Tom. IV. extraneis in S. Scripturam Commentariis exonerata curâ *Theophili Raynaudi* Lugd. 1630. Tom. III. denique ex recenſione *Gabr. Gerberonii* ad MSS. fidem repurgata & aucta *Pariſ.* 1675. apud Lud. Billaine (n) ibid. recuſa A. 1721. apud Franc. Montalant (o) totidem partibus diſtincta, quarum I. *Dogmaticos Tractatus* complectitur: II. *Paraneticos & Aſceticos* : III. *Epiſtolas* in quatuor libros diſtributas : rejectis in Appendicem iis quæ *Anſelmo* falsò tribuuntur. Ex quâ Editione etiam expuncti ſunt 1. Liber *de Sacramento Altaris*, qui *Anſelmi* eſſe neutiquam poteſt, cùm nonnulla contineat ex *Ruperti* libro *de officiis Divino* excerpta, & *Guilielmum à S. Theodorico* habeat autorem (ut liquet ex MS. Codice Longi-Pontis) ſub cujus ſcilicet nomine excuſus fuit in Bibl. Ciſtercienſi. 2. Libri *de Veſtimenta* &c. & *de Imagine mundi* : quorum primus inter Opera *Bonaventuræ* extat : præterquam quod in MSS. Codicibus *Anſelmi* nomen neuter habet.

1. *Epiſtola* VII. *Anſelmi* à *Balazio* primùm ſunt editæ *Miſcellan.* Tom. IV. p. 471.

2. Alias *Epiſtolas* IX. in lucem protraxit *Dacherius* Spicileg. *Tom. III.* Vid. ſup. *p.* 55. b. Ex Tom. IX. vet. edit. translatæ ſunt octo priores in Supplem. editionis ult. *Gerberoniana*, quibus aliæ duæ adduntur : item Sermo *S. Anſelmi* de Paſſione Domini, Tractatus aſceticus, (cujus cap. 1. *De Monachi deſtinatione vel fine*) ex Tom. III. Spicileg. edit. ver. *Epiſtola* item *XIV* &c. Ex his tres extant apud *Edm. Martene* Theſ. Anecd. *Tom. I. p.* 173 & 175.

Hæc omnia Opera Viri doctrinam commendant, quâ ſanè non minùs, quàm morum puritate, atque ardenti in Eccleſiam ſtudio inclaruit. Nullus ante eum Scriptor ſtylo uſus eſt ſcholis ita accommodato, nullus quæſtiones adeò abſtruſas propoſuit, & tam ſubtiles adhibuit ratiocinandi modos. Primus quoque eſt qui longas in modum Meditationum edidit precationes. Ejus Epiſtolæ ſimpliciori quidem, ſed minùs accurato ſtylo conſcripta ſunt. Theologiam poſitivam non admodùm calluiſſe videtur, in Auguſtinianorum tamen operum lectione fuit verſatiſſimus, ex quibus plurima hauſit principia quibus plerùmque innititur (p).

Oudinus in Comment. ad A. 1100 poſtquam expoſuit ordinem Gerberonianæ S. *Anſelmi* Operum editionis A. 1675 (qui in poſteriore non eſt immutatus) hanc equidem fatetur eſſe omnium ampliſſimam & correctiſſimam, ſed commodius adhuc ea diſtribui poſſe cenſet, ideoque novam diſpoſitionem proponit, futuris Editoribus obſervandam.

Legi item poteſt de S. *Anſelmo* ejuſque operibus *Ellias Du Pin* Sec. XI. p. 22. 99. &c. in 4. Vid. & *Poſſevin.* in Appar. Sac.

Vir fuit in divinis Scripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum peritiâ nulli ſuo tempore ſecundus &c. ait *Trithem.* cap. 351. ſtylo mirè ſimplici & puro, ſed non injucundo, ait *Sixt.* Senenſ. Qui cùm moreretur, dixit, ut refert *Bellarminus* ad A. 1081. optare ſe adhuc modicum temporis ut quæſtionem obſcuriſſimam *de Origine animæ*, quam cœperat, abſolveret ; ſed hoc tempus ei datum non eſt, ut majus bonum ei in æternitate daretur. Illuſtravit planè Anglicanam Eccleſiam doctrinâ, illuſtravit & ſanctitate, cæteris Sanctiſſimis Patribus Chriſti confeſſoribus, quos Eccleſia veneratur, minimè impar. Claruit miraculis vivens, atque defunctus, lucidum ſidus Eccleſiæ Anglicanæ, multiplici fulgore coruſcans omnibus intuentibus in tantâ noctis obſcuræ caligine. Hæc *Baron.* ad an. 1109. Quadringentis ferè poſt obitum ejus annis, operâ *Joannis Moorton* Succeſſorum unius, inter Sanctos relatus eſt, ſerò ſatis : nimirum quia oon erat ad illum uſque diem qui numeratâ pecuniâ hunc illi emeret honorem ; nec repertus eſt inter eos Pontifices, qui ultrò & gratis deferret vel huic, quo nemo (fidenter dico) jam inde ab eo tempore ſancti elogio dignior, in Divorum album adſcriptus ſit. *Franc. Godwin* de Præſul. Angl. Vid. plura apud *Pope-Blount* ad A. 1091. quibus adde *Willelmi* Malmesburienſis de *Anſelmo* judicium, » quo, *inquit*, nemo unquam juſti tenacior, nemo » tam anxiè doctus, nemo tam penitus ſpititalis, » Pater Patriæ, Mundi Speculum. »

Sixtus Senenſis *lib.* 4. *p.* 201. tribuit S. *Anſelmo* Explicationem *in Geneſim*, *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*, *Deuteronomium*, *Joſue*, *&* *Judices* ; ſed unde hæc habeat divinare non poſſum, cùm ea Operum ejus Editores latuerint.

Ipſi *Anſelmo* & ſucceſſoribus ſedes aſſignata eſt in Concil. Generali prope dextrum pedem Pontificia, qui hoc uſus elogio id conſtituit : *Includamus*, inquit, *hunc in orbe noſtro tanquam alterius orbis Papam*, alludens forſan ad illud *Solini* dictum, ubi Britanniam alterius orbis nomine appellat.

Si *Baleo* fides, *frigidiſſimis rationibus Scripturæ autoritatem in multa deprimebat* Anſelmus, *ut ex quibuſdam ejus opuſculis liquet*, quorum enumerationem ſubjicit *Cent. XIII. cap.* 16. additque eundem » ſine » neceſſitate plura diſputare frivolis etiam argumentis, » ut ſunt *de fermento & azymo*, *de conceptione Ma-* » *riæ*, *de vita Monachorum*, *de menſuratione crucis*, » *de motione altaris*, & ſimilia, quæ apud Prophe- » tam ſunt velut aranearum telas texere. »

S. Anſelmi Theologiam edidit Emin. Card. *de Aguirre.* Vid. ſup. *p.* 163. a. *num.* 5.

Prodiit quoque *Delphis* apud Henr. van Rhijn 1692. in 12. liber cui tit. *S. Anſelmus* Cantuar. Archiep. *per ſe docens. Opus perutile Theologis ac Concionatoribus, qui in eo puras ac ſublimes ſententias habent, tam moribus inſtituendis, quàm Catholicis veritatibus explicandis aptiſſimas.*

S. Anſ lmi *Dictionarium Theologicum* editurum ſe promiſit JCtus Clariſſ. *Jo. Petr. à Ludwig* in Reliquiis MStorum omnis ævi Diplomatum *&c.* Francof. ac Lipſiæ 1720 in 8. editis (q).

(q) Vid. *Acta Erud.* A. 1720. p. 311.

ANSELMUS (*Dominicus*) Italus, patriâ Peruſinus, Sacerdos Præpoſitus Parœciæ S. Valentini in regione S. Suſannæ, in patriâ Academiâ publicus Grammaticæ Profeſſor. A. 1677. Carmine Latino cecinit laudes *Pauli Segneri* & *Fed. Trenta* S. J. ac *Mauri Baronii* Abbatis Olivetani, Sacrorum Oratorum in Templo Laurentiano. Lauream quoque eodem Carminum genere celebravit Abbatis *Joſephi* Eſtenſis Muſtii, & Nativitatem Deiparæ, teſte *Oldoino* Athen. Peruſ. *p.* 91.

ANSELMUS à *Forarquivio*, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Saliorum Concionator, ſæpiùs Guardianus, & Diffinitor, qoi ob præclaram doctrinam prius ad Commiſſarii Generalis, deinde ad Miniſtri Provincialis munus fuit aſſumptus. SCRIPSIT doctiſſimè, inquit *Dionyſius* p. 17.

Reſponſionem ad quendam librum anonymum cui tit. *Manifeſtum Converſionis* Gaſp. Martini. *Avenione* 1649. in 4.

ANSELMUS Gemblacenſis in Brabantiâ Abbas poſt *Sigebertum*, ab anno 1112. ad 1135. vel 1137. quo mortuus eſt, die 10 Martii. Continuavit *Chronicon* Sigeberti *uſque ad annum* 1136. quod ab alio pariter continuatum uſque ad ann. 1149. cui tandem alius Aquiſcincti Monachus additionem poſuit uſque ad an. 1215. Hæc omnia edidit Antverp. 1608. in 8. *Aub. Miræus* typis Verduſſinianis, cum Chronico *Sigeberti*, quæ ſola editio eſt genuina, utpore libera à nugis & quiſquiliis S. *Galfridi* Monumetenſis ſeu Aſaphenſis, quæ in aliis omnibus Chronici *Sigebertani* Editionibus inſperſæ leguntur. Meminit hujus *Anſelmi* ipſe *Miræus*

(n) Vid. *Giorn. de' Letter.* 1676. n. 17. & *Ephem. Pariſ.* p. 15. (o) Vid. Oct. 1721 & *Diar. Trevox.* Maii 1722. (p) Vid. *Simonii* Hist. Crit. Comment. N. T. *cap.* 27. p. 386.

Digitized by Google

rum in Auct. cap. 346. Libellus *de geſtis Abbatum Gemblacenſium*, quem edidit *Dacherius* Spicil. Tom. VI. Eundem *Anſelmum* laudat *p.* 539. Auctor magni Chronici Belgici ad A. 1137 apud *Voſſium* lib. 3. cap. 7. p. 779. *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 129. *Oudin.* in Supplem. *p.* 399. & in Comment. ad. A. 1130.

ANSELMUS Havelbergenſis in Marchionatu Brandenburgico Epiſcopus, doctrina & rebus geſtis eo in loco claruit circa medium Sec. XII. omni genere litteraturæ tum divinæ, tum humanæ, atque SS. Patrum ſcriptis non mediocriter imbutus, à tempore LOTHARII II Imp. cujus Apocriſiarius extitit, ac Legatus CPolim miſſus ad Græcorum Imperatorem. Miſſus quoque fuit ab *Eugenio III* Papa ad CONRADUM Romanorum Regem tunc temporis in Longobardia degentem, ut ex dicti Pontificis litteris conſtat, quas refert *Otto Friſingenſis* de rebus geſtis Friderici *lib.* 1. *cap.* 61. Item *lib.* 2. *cap.* 4. conventioni inter FRIDARICUM Imp. & Papam EUGENIUM ſubſcripſit *Anſelmus* cum pluribus Epiſcopis. Miſſus autem CPolim, ibi à ſapientioribus Epiſcopis Græcis provocatus, celebre colloquium iniit, in quo de controverſiis Græcos inter & Latinos, acriter, ſummâ tamen cum modeſtiâ, ultro citroque diſputatum eſt, quod Papæ EUGENIO narrat ipſe *Anſelmus* in lib. 1. operis ſui infra laudandi. In ſecundo agit de proceſſione S. Spiritûs à Patre ſimul & Filio, quod negant Græci. In lib. 3. tractat de diverſo Euchariſtiæ ritu Græcorum & Latinorum, Azymo nempè & fermentato, deque Romanæ Eccleſiæ auctoritate & prærogativâ; & hæc ultima diſceptatio habita eſt in Baſilica S. Sophiæ in præſentia Sapientum Græcorum, uti refert *Anſelmus* ipſe lib. 3. cap. 1. qui eruditis reſponſionibus ac vi rationum, Græcorum objectiones diluit, atque Latinam fortiter propugnavit Eccleſiam, ac demum ita eos devicit & exarmavit, ut Nicomedienſem Archiepiſcopum adduxerit ad petendum generale Concilium, quo ſchiſma aboleretur, & utraque Eccleſia conciliaretur (*a*). Opus autem iſtud *Spicilegii Dacheriani* Tom. I. ult. edit. extat *p.* 161-207 in tres partes, uti diximus, diviſum. *Lib. I.* inſcriptus eſt *De Unitate Fidei, & multiformitate vivendi, ab Abel Juſto uſque ad noviſſimum electum*, & habet Capp. XII. *Lib. II* qui dicitur Ἀντικειμένων, i. e. *Liber Contrapoſitorum* agit de proceſſione Spiritûs S. utrum ſecundùm Græcos à Patre tantùm procedat, an ſecundum Latinos à Patre ſimul & à Filio, habetque Capp. XXVII. *Lib. III.* (de quo ſup.) habet Capp. XXII Autoris eximiam eruditionem cum ſummâ pietate & modeſtiâ conjunctam Opus teſtatur (*b*). Editores autem in Obſervationibus præviis, *Anſelmum* hunc fuiſſe poſtmodo Ravennatem Archiepiſcopum, docent ex *Rubeo* p. 336 & *Ughello* Ital. Sac. *T. II. p.* 367 & *IV.* 294.

Idem *Anſelmi* opus MS. memorat *Fellerus* in Catal. Bibl. Paul. Lipſienſis *p.* 412.

Sub nomine *Anſelmi* Havelbergenſis Epiſcopi, Ord. Can. Regul. S. Aug. *Librum de Ordine Canonicorum Regularium* edidit *Pezius* Theſ. Anecd. *T. IV. P. II. col.* 75-110 ex MS. Cod. Bibl. olim Baringianæ Hanoveræ, nunc Hamerslebienſis, communicatum à Cl. Viro D. *Georgio Eccardo*, Sereniſſimi magnæ Britanniæ Regis Conſiliario ac Bibliothecario.

De eodem *Anſelmo* his verbis loquitur *Voſſius* (c): » *Anſelmus* Avelburgenſis Epiſcopus, in Marchia ad » Avelum non longè ab Albi fluvio, floruit anno » 1146, ac cùm Epiſtolas, tum Sanctorum aliquot Vi» tas reliquit.

Eum *Flacius* Illyricus inter *Teſtes veritatis* adverſus Monachos laudat *cap.* 246. *p.* 629.

(*a*) Vid. *Oudin.* in Comment. ad A. 1150. *Du Pin* Sec. XII. p. 121. (*b*) *Nat. Alexand.* Sec. XII. cap. 6. art. XI p. 5 0. (*c*) *lib.* 2. *cap.* 50. *p.* 412.

ANSELMUS Hyacenſis in Sicilia, Capucinus, Provinciæ Panormitanæ alumnus, vir doctus, ac *Magna Biblioth. Eccleſiaſt.* Tom. I.

Concionator ſatis eruditus, SCRIPSIT Italicè *Vitam Stæ Veneria Virginis & Martyris.* Panormi 1669. 8. *Bibl. Capuc.*

ANSELMUS, Laudunenſis Eccleſiæ Scholaſticus & Decanus; claruit circa ann. 1103. magni apud ſuos nominis vir, plures curæ ſuæ commiſſos diſcipulos habuit, & in his *Petrum Abelardum*, qui quidem hominem fama ejus longè inferiorem ſe comperiſſe teſtatur. » Acceſſi, *inquit*, (a) ad hunc ſe» nem, cui magis longævus uſus, quàm ingenium » vel memoria nomen comparaverat. Ad quem ſi » quia de aliqua quæſtione pulſandum accederet in» certus, redibat incertior. Mirabilia quidem erat » in oculis auſcultantium, ſed nullus in conſpectu » quæſtionantium. Verborum uſum habebat mirabi» lem, ſed ſenſu contemptibilem, & ratione vacuum. » Cùm ignem accenderet, domum ſuam fumo im» plebat, non luce illuſtrabat. Arbor ejus tota in » foliis aſpicientibus à longe conſpicua videbatur, » ſed propinquantibus, & diligentius intuentibus in» fructuoſa reperiebatur. Congeſtis hinc inde ex Patrum ſcriptis ſententiis, totum Vetus ac Novum Teſtamentum interlineari marginalique Gloſſa illuſtravit (*b*). Extat Gloſſa iſta interlinearis, unà cum *Lyrani* aliorumque additamentis ſæpius edita, ex Gr. *Lugduni* 1528. *Antverp.* 1634. &c. (*c*) Porrò *Commentarios in Matthæum*, *Lectiones*, ſive *Explanationes in varia loca Evangeliorum*, & *Commentarios in Epiſtolas D. Pauli*, *in Apocalypſin*, & *in Cantica Canticorum*, ſub *Anſelmi* Cantuarienſis nomine edit. *Colon.* 1612. quamplurimi Codices MSS. noſtro huic Laudunenſi adjudicant, quanquam non deſunt qui illa *Guilielmo* Pariſienſi, iſta *Herveo* Monacho Dolenſi, vindicent (*d*).

Alii Commentarium *in Matthæum* ſpectare volunt ad *Petrum Babyonem* qui florebat A. 1360. cujus ſub nomine habetur MS. in Regia Gall. Bibl. *Cod.* 4123. Verus autem *Anſelmi* noſtri Commentarius habetur ibid. *Cod.* 3819. ubi ex ignorantia exſcriptoris inſcribitur, *Magiſtri Anſelmi de Monteleonis Remenſis Archiepiſcopi*: ſed legendum videtur *de monte Lauduno*, qui nunquam Remenſia Archiepiſcopus fuit.

Comment. *in Apocalypſin* habetur cum expreſſo nomine *Anſelmi* Laudunenſis in Bibl. Colb. Cod. 5117. & anonymus in Regia, *Cod.* 4513. fol. 52. poſt Opus *Hugonis de Miramars*, Carthuſiani Montis Rivi.

De *Anſelmo* eximium habet elogium *Guibertus* Novigentinus in Præf. ad *Bartholomæum* Laudunenſem Epiſcopum, ubi noſtrum vocat » totius Latini or» bis magiſterio præclarum, cujus tam ſincera eſt in » Scripturarum ac fidei aſſertione ſeveritas, ut plu» res viros ſuis probetur documentis feciſſe Catho» licos, quàm inſtituiſſe potuerit erroneus quiſpiam » temporis hujus Hæreticus *&c.* Et *lib.* 3. de Vita ſua, *cap.* 4. » Magiſter *Anſelmus*, vir totius Fran» ciæ, imo totius Latini orbis lumen in liberalibus » diſciplinis, & tranquillis moribus.

Anſelmus autem hic anno 1112 obſtitit ſolus & contra Laudunenſes Canonicos, electioni *Gualdrici* in Laudunenſem Epiſcopum, velut hominis incapacis, qui juxta Synchronum Laudunenſem Canonicum, » in litteratura nihil valens, omnino litteratos deſpectui habens, milites ſuper omnes dilige» bat, protervus pariter & præſumptuoſus. »

Obiit noſter *Anſelmus* anno 1117 Jul. 15. (*e*) tum multorum diſcipulorum undequaque ad ſe convolantium Doctor eximius, & ſepultus eſt Lauduni in Eccleſia S. Vincentii. Eum in ſerie Decanorum primum collocat *Lucas d'Achery* in Notis ad *Guibertum* de Novigento. Docuit Lutetiæ primum, & Lauduni poſtea per 40 & amplius annos: unde

(*a*) *Abelard.* Hiſt. Calamit. ſuar. c. 1 *p.* 7. (*b*) Vid. *Sixt. Senenſ.* lib. 4 p. 201. (*c*) Vid. *Le Long* p. 61. (*d*) *Cave* ad A. 1103. *Du Pin* Sec. XII. p. 179. (*e*) Vid. *Baldaſſari* Vite di Perſonaggi illuſtri *p.* 35.

eum collocat *Bellarminus* ad A. 1077. Inter alios verò diſcipulos, & præter *Abælardum*, habuit *Guillelmum* Catalaunenſem Epiſcopum, *Albericum* Bituricenſem Archiepiſcopum, *Lothulfum* Novarienſem, *Gaufridum* Britonem, Rothomagenſem Archiepiſcopum, *Philippum* Ord. Præmonſtr. Canonicum, & Bonæ ſpei in Hannonia Abbatem, *Radulphum*, & *Guillelmum*, qui in ſede Cantuarienſi ſibi invicem ſucceſſerunt.

Anſelmum vocat *Joannes* Canonicus S. Victoris Pariſ. in Chronico MS. » Virum in literatura ſuis » temporibus nulli ſecundum, morum honeſtate, & » conſilii maturitate venerabilem: » de quo dixiſſe fertur EUGENIUS III. P. M. *Deum ſpiritum ejus ſuſcitaſſe, ne Scriptura periret*: cujus ingenium, eruditionem, prudentiam, charitatem, manſuetudinem, facundiam commendat Epitaphium ejus tumulo, ab uno ex ipſius diſcipulis, inſcriptum.

Eruditam ejus *Anſelmi* Epiſtolam ad *H. S.* Laurentii Leodienſis Abbatem, ex Bibl. Beccenſi edidit *Dacherius* ſup. cit. p. 642.

Porrò diſtinguendus iſte ab aliis duobus *Anſelmis* Laudunenſibus, eodem tempore viventibus, quorum *prior* cognomento *Beeſſus*, unus è Theſaurariis Eccleſiæ Laudunenſis, qui ſub prætextu probitatis & pietatis, deceptis diu Canonicis, non exiguam gemmatum partem, quibus Sacræ Cruces diebus ſolemnioribus ornabantur, furatus, aurificibus tradidit ac vendidit. *Poſterior* fuit Abbas S. Vincentii Laudunenſis, ex Monaſt. S. Medardi Sueſſionenſis A. 1131 cooptatus, cùm religioſè, doctè ac prudenter Monaſterium ſuum annos plus minus 17 rexiſſet, atque pro utilitate ejuſd. Cœnobii Romam profectus fuiſſet, demum à Clericis Tornacenſibus ibi repertus, in Epiſcopum electus eſt, & ab EUGENIO Papa, invitus & reluctans, obedientiæ vinculo conſtrictus, Tornacenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratus eſt A. C. 1145 (*f*).

(*f*) Vid. *Bulæum* Sec. IV. *Hiſt. Univ. Pariſ.* ad A. 1103. fol. 9. ad A. 1112. fol. 35 & ad A. 1116 fol. 46 & 47. ab *eodem* citatum in Comment. ad A. 1100. Conf. *Nat. Alexand.* Sec. XII. cap. 6. art. 4. p. 516.

ANSELMUS, Leodienſis Canonicus & Scholaſticus Eccleſiæ *B. Lamberti*, poſtea Decanus Namurcenſis; claruit anno 1049. Ab *Idâ* Abbatiſſâ Colonienſi rogatus, ſcripſit *Hiſtoriam Epiſcoporum Leodienſium* à B. *Theodardo* ad *Wafonem* LII Epiſc. Leod. vel ab anno 666. ad 1048. circiter, quam primus in lucem edidit unà cum aliis quatuor non diſſimilis argumenti Scriptoribus *Joh. Chapeavilla* Leodii 1612. in 4. Tom. I. p. 99-318. * *Cave* Hiſt. Lit. Conf. *Voſſium* lib. II. cap. 44. p. 372. *Oudin.* in Suppl. p. 319. & in Comm. ad A. 1040.

ANSELMUS Lexovienſis, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Normanniæ alumnus ac diffinitor, necnon majoris Conventûs Rothomagenſis Guardianus, Concionator magni nominis, ac omnigenâ tam ſacrâ quàm profanâ eruditione inſtructus, edidit Gallicè librum Concionum de SS. Sacramento, hoc tit.

Certamina Victoriæ & Triumphi à J. C. D. N. de Cœlo, Terra & Inferno, contra Juſtitiam Divinam, Mundum ac Dæmonem conſecuti. Pariſ. Dion. Thierry 1687. in 4. * *Dionyſ.* Gen. *p.* 28.

ANSELMUS Lucenſis in Tuſcia Epiſcopus, S. R. E. Cardinalis (*a*), patriâ Mantuanus (*b*), non Mediolanenſis, ut aliqui dicunt, nobili proſapiâ ortus, ab *Alexandro II.* Pontifice ſibimetipſi in Epiſcopatu Lucenſi anno 1071. (*c*) ſuffectus, & ad *Henricum* Regem pro confirmatione impetranda miſſus, à quo inveſtituram per annulum & baculum paſtoralem accepit. Mox verò facti pœnitentiâ ductus, baculum depoſuit, & abdicato Epiſcopatu, in Monaſterium Cluniacenſe ſeceſſit, donec à *Gregorio VII.* ad Eccleſiæ regimen revocatus, anno 1073 Epiſcopale munus repetiit. Anno 1077 à *Gregorio* ad Mediolanenſes unà cum *Geraldo* Epiſcopo Oſtienſi legatus eſt, ut eos Eccleſiæ Romanæ uniret (*d*). Anno 1084. à *Gregorio* Papâ, cujus partes contra *Henricum* Imp. ſummo animi ſtudio ſemper tutatus eſt, vices legatarias per Italiam accepit, ut omnes ab Imperatore deficientes in Eccleſiæ gremium reciperet, omnibuſque contra eum dimicantibus indulgentias & peccatorum remiſſionem impertiret (*e*). Obiit Mantuæ anno 1086. (*f*) Scripſit *Libros II* contra *Gabertum* Antipapam *& ſequaces ejus pro defenſione* Gregorii VII *Papa*, & *Collectanea* quædam, ſeu *Sententias* ex variis authoribus congeſtas, quibus demonſtratur Eccleſiæ facultates non eſſe in poteſtate Regia aut Cæſaris. Extat utrumque Opus apud *Caniſium* Antiqq. Lect. *Tom. VI.* pag. 202. 235. & in Biblioth. Patr. *Tom. XVIII. p* 602. *XXVII. p.* 436.

Vir fuit ſanctitate & doctrinâ clarus, de quo *Bellarminus* & *Labbeus* agunt in lib. *de Script. Eccleſ.* quibus adde, in multis codicibus MSS. adſcribi illi inſignem *Collectionem Canonum Eccleſiaſticorum* quam habes MS. in Bibl. S. Germani Pariſienſis, in Regiâ Gallicâ, & Romæ in Barberinâ, ut tradit *Steph. Baluzius* in opere *de emendatione Gratiani*, edito *Pariſ.* 1672. in 8. tam in Præfatione ad Lectorem *num.* 29. quàm etiam in notis *pag.* 641. quas legito. Hoc autem opus ob rationes à *Baluzio* allatas mihi fermè, inquit *Oudinus* in Supplem *p.* 346 indubium eſt *Hildeberti* Cenomanenſis Epiſcopi, cujus temporibus optimè convenit, & qui potuit ad calcem operis ſui adjeciſſe decreta aliqua *Innocentii II* ut in certis MSS. inveniuntur; qui denique tantæ ſimile aliquid legitur, ut conſtat ex Præfatione operis quæ inter ejus Epiſtolas legitur, in antiqua impreſſis. Promiſerat hujus Collectionis Editionem *Dacherius* in Spicilegio, quod non præſtitit, perſuaſus forſitan quod non pertineat ad *Anſelmum* Lucenſem. Hæc *Oudinus* loc. cit. atqui in Comment. ad A. 1070. argumento meliùs expenſo, *Collectionem* hanc *Anſelmo* noſtro reſtituit, tum quia ipſi, ut maximo *Gregorii VII* defenſori conveniebat, tum quia ejus tempore in Italia multi Collectionibus Canonum ejuſmodi concinnandis vacabant, tum denique quia invenitur illa in MSS. Codd. ad *Anſelmi* hujus ætatem accedentibus. Poſtea verò notat, eruditos cenſere, utrumque Opuſculum à *Caniſio* evulgatum, nihil aliud eſſe quàm Excerpta quædam ex dictâ Canonum Collectione. Certum enim eſſe addit, hanc eſſe factam ab *Anſelmo* in gratiam *Gregorii* Papæ *VII* contra *Gibertum* Antipapam, illiuſque ſententias ex vetuſtioribus Autoribus, contra Eccleſiæ bonorum & facultatum occupatores, eſſe collectas. Poſſunt autem nullo negotio experiri an hæc conjectura vera ſit, quibus adſunt aliqua exemplaria MSS. Collectionis Canonum, cum quibus Opuſcula edita conferri poſſunt.

Hæc eſt breviter *Caſim. Oudini* ſententia: alia verò *Nat. Alexandri*, qui Collectionem hanc *Anſelmi* Lucenſis Epiſcopi nomine perperam inſcribi obſervavit in Append. Diſſert. XX. in Hiſt. Eccleſ. Sec. I. ubi de variis Juris Canonici Collectionibus; » tum quia, inquit in Hiſt. Sec. XII. *cap.* 5. *art.* 6. *p.* » 507. » *Urbani II* & aliorum Pontificum Decreta » continet, quorum ævo jam obierat *Anſelmus*: tum quia

[*a*] *Nomencl.* S. R. E. *Card.* p. 7. *Ind. Jacob* p. 261. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. I* p. 42. [*b*] *Anſelmum* Lucenſem à Mantuano perperam diſtinguunt *Sixtus* Senenſ. *lib.* 4. p. 202. & *Ciaconius* Bibl. ſuæ p. 176. qui p. 274. verò *Anſelmo* de Badagiis *Alexandro II.* tribuit opera quæ ſunt *Anſelmi* Lucenſis Epiſc. (*c*) Errant qui dicunt 1061. quo quidem anno Pontifex electus eſt *Alexander II* ſed ad mortem fere Epiſcopatum Lucenſem retinuit, quæ an. 1073 contigit. Vid. ſup. *p.* 254. *a.* Conf. *Pagi* Breviar. *Tom. II. p.* 385.

[*d*] Vid. *Pagi* ubi ſup. *p.* 469. §. *CVI.* [*e*] Vid. eund. *p.* 471. §. CXI. ubi *Gregorius* mitram ſuam *Anſelmo* miſiſſe dicitur. [*f*] Vid. *Adr. Baillet* ad Mart. 18.

» quia vetus Autor *Vitæ* (g) *Anſelmi*, ejus Pœ» nitentiarius, qui Lucubrationes ejus recenſet, » iſtius Collectionis non meminit, de quâ etiam » apud *Sigeb.* (h) & *Trithem.* (i) altum ſilentium eſt. Addit, in veteribus Codicibus, quos *Aut. Auguſtinus* vidit, & in eo quem habet Cœnobii S. Germani Pariſ. Bibliotheca, nec titulum ullum extare, neque nomen Autoris. Veteri quidem Codici Bibl. Barber. ad Dn. *Luc. d'Achery* miſſo adſcriptum eſt *S. Anſelmi* Lucenſis Epiſcopi nomen; ſed fallere titulum, ex adductis rationibus probari ait. Iiſdem utitur *Ellias Du Pin* Sec. XI. p. 106.

Scripsit autem *Anſelmus* noſter

Comment. *in Lamentationes Jeremiæ* & *in Pſalterium*, uſque ad illum verſum, Pſalmi 117. *Benedicimus vobis in nomine Domini.* Sed hactenus latent. Fragmentum tamen ex Comment. in *Pſalmos* Vitæ *Gregorii VII* inſeruit *Paulus* Benriedenſis.

Opuſcula verò quatuor ſub *Anſelmi* hujus nomine à *Wadingo* circa A. 1654. edita, & Tom. XXVII. Bibl. PP. inſerta hæc ſunt:

I. *Expoſitiones in Orationem Dominicam.*

II. *In ſalutationem Angelicam*, Ave Maria.

III. *Meditatio in Antiphonam*, Salve Regina.

IV. Meditationes metricæ *De geſtis D. N. J. C.* Hoc Opuſculum *Anſelmo* tribuit *Arn. Wion* in Martyrol. Bened. ad 18 Mart. at *Wadingus* illud ita eſſe infirmum notat, ut *Anſelmi* Lucenſis nomen non mereatur. Hoc unum aſſerit *Oudinus*, omnia iſta metra ſive huic *Anſelmo*, ſive Cantuarienſi, ſive *Bernardo* Claræ-Vallis Abbati attribuantur, ut alia plura eorum operibus immixta, eſſe opera Seculi XIII. vel ad ſummum Seculi XII. ſeneſcentis.

Quantum ad Opuſcula tria priora, horum meminit *Poſſevinus* ex MS. Mantuano, verb. *Anſelmus* Mantuanus. Ea primus *Anſelmo* Lucenſi tribuit *Wadingus*, quæ antea *S. Bonaventuræ* adſcripta fuerant, ad calcem Opuſculi *de Stimulo amoris* part. 3. cap. 16. & ſeqq. in editione Pariſ. 1647. quanquam in Venetâ anni 1611. non compareant in illo *S. Bonaventuræ* libro. Quiſquis porrò hunc vel levi oculo percurrerit, inveniet, Opuſcula hæc tria merum aſſumentum eſſe ab indocto aliquo Franciſcano huic operi additum, cum quo nullam habet connexionem: ac tantùm abeſt ut vel *Anſelmo* vel *Bonaventuræ* honori eſſe poſſint, ut è contra viris tam gravibus indigna ſint, ut pluribus oſtendit *Oudinus*, qui addit impreſſa fuiſſe ſub tit. *Contemplationum* Pariſ. 1521. in 4. ſub nomine Magiſtri *Martini de Magiſtris* Doctoris Theologi, typis *Jodoci Badii Aſcenſii.*

Meditationem ſuper *Salve Regina* conſtat haberi in omnibus fermè *D. Bernardi* Operum editionibus ab A. 1556 ad 1640. ſed proſcripta eſt à recentioribus editoribus *Joh. Merl. Horſtio* Germano, & Viro Cl. *Jo. Mabillonio*, tanquam indocta atque nugax ipſis viſa. Nec minùs *Anſelmo* Lucenſi quam Cantuarienſi indignam cenſet *Oudinus.*

De Anſelmo præter cit. videri poteſt *Ger. von Maſtricht* Hiſt. Juris Eccleſ. & Pontif. *n.* 260. *p.* 302. &c.

(g) Hanc Vitam edidit primùm *Seb. Tengnagelius* Cæſareus Viennæ Bibliothecarius inter *Vetera Monumenta contra Schiſmaticos pro Gregorio VII.* deinde Actorum SS. Editores ad 18 *Mart.* (h) *De Script. Eccleſ. cap.* 161 (i) Cap. 344.

ANSELMUS Marſicanus in Aprutio ulteriore Epiſcopus, Scripsit *Vaticinia de Summorum Eccl. Rom. Pontificum futurâ ſucceſſione*, quæ explanavit *Paulus de la Scala* ſive *Scaligbius*, & Coloniæ edidit A. 1570. in 4. teſte *Ciaconio* Bibl. ſuæ *p.* 176. & *Lud. Jacob* p. 261.

ANSELMUS Maſſilienſis, Gallus, Theologus Auguſtinianus, adverſus *Lutherum* nonnulla ſcripſit, & floruit A. 1545. teſte *Ciaconio* ſup. cit.

ANSELMUS Minorita: quis ille ſit, non ſatis liquet. Conjicit *Voſſius* lib. 3. cap. 10. p. 648. Polonum, & forte Cracovienſem fuiſſe. Ætatem ipſe arguit libello *Deſcriptionis Terræ Sanctæ* Cracoviæ edito an. 1514. in 4. quod circa eadem tempora claruerit. Illum exhibet *Caniſius* Tom. VI. *Antiq. Lect.* p. 1281. Refert inter alia ridicula hic *Anſelmus*, Templum S. Mariæ *de Spaſmo*, eo loco ædificatum olim, ubi B. Virgo filium ligno crucis oneratum videns, cadens in terram, uti loquitur, *ſpaſmavit.* Rectè ait *Caniſius* loc. cit. quod parùm cum Religionis Chriſtianæ gravitate hoc relatum conſentiat. Hinc *Franciſcus Suarez* non tantùm, ſed & *Thomas de Vio* Cajetanus illud impugnavit, referente *Oleario* p. 61.

Anſelmum hunc ad A. 1509. retulit Vir Cl. *Jac. Baſnagius* Theſauri Caniſiani *Tom. IV. p.* 776. qui in Obſervationibus notat inter alia *fabulis addictiſſimum* eſſe, ac inde inprimis Minoritam conjicit, præterquam quod *Fratres ſuos* Minores de Obſervantia vocat Scriptor iſte.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

ANSELMUS Olornienſis, natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Aquitaniæ Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus, vir Evangelicis virtutibus & omnium ſcientiarum genere inſtructus, qui 1200 Sagos & Sagas à Confeſſionibus audiit, & è Satanæ manibus eripuiſſe fertur. Dum Conventûs Olornienſis Guardiani munere fungeretur, juſſu Protopræſidis Supremi Navarræ Parlamenti Gallicè evulgavit *Pariſ.* 1673. in 4.

Experimentales Demonſtrationes intellectûs, viſûs, auditûs & tactûs, quibus probat incredulos eſſe Sagos & Sagas. » Et quia, inquit *Dionyſius* p. 29. » quæ vidit, audivit, tetigit, & expertus eſt, in» credibilia videri poſſunt, addidit notas, quibus » demonſtrat hæc omnia iis eſſe conformia, quæ » Sacris Canonibus, Conciliis, Patribus, Scholaſ» ticis, præcipuè D. Thomæ, Inquiſitoribus, Juriſ» conſultis, & aliis Scriptoribus præcedentium ſecu» lorum ſunt concoloria.

ANSELMUS Canonicus Regularis S. Genovefæ Pariſienſis nobili Campaniæ familiâ oriundus, patriâ Rhemenſis, natus eſt 25. Nov. 163. Anno 1647. dictam Congregationem ingreſſus eſt, cui anno ſequenti ſe votis adſtrinxit. Vitam in eâ egit valdè ſolitariam, Profeſſioniſque ſuæ muniis, & lectioni continuò deditam. Humilitatis adeò ſtudioſus fuit, ut quæſitis latebris, hominum oculos & conſortium perpetuò fugerit. Tandem multas per triennium paſſus infirmitates, atque labore literario confectus, è vivis exceſſit die 2. Mart. 1683. Extat ipſius *Diſſertatio* Anonyma *ad Librum Bertrami*, quæ reperitur ad calcem ultimi Tomi *de Perpetuitate fidei.* Hæc dictum *Bertrami* Librum *Joannis Scoti Erigenæ* eſſe rationibus adeò probabilibus aſtruit, ut vix rejici potuiſſent ejus hac de re conjecturæ, niſi novis & indubiis in poſterum conſtitiſſet argumentis, illum reverâ eſſe *Ratramni.* Verùm licet in errorem hac in parte delapſus ſit, alia tamen plurima continet hæc *Diſſertatio*, eaque utiliſſima, quæ tùm ad ejus temporis hiſtoriam, tùm ad perſonam & ſcripta *Joannis Scoti* ſpectant, lectu digniſſima. Scripſit etiam *de Perpetuitate & conſenſione fidei Eccleſiæ Græcæ ſimul & Latinæ circà Tranſſubſtantiationem*, Tomos II. quorum alter anno 1675. alter A. 1676. excuſus eſt. Opus aggreſſus erat *adversùs Diſſertationes Claudii* Paſtoris olim Carentonenſis, quod morte præventus abſolvere non potuit. Multa alia Opuſcula reliquit, quæ MSS. aſſervantur in Bibliothecâ S. Genovefæ. Accurato inter ſcribendum ſtylo uſus eſt, & methodo admodùm perſpicaci, judice *Ellia Du Pin* Tom. XVIII. p. 208.

ANSELMUS Rhemenſis, Ordinis D. Benedicti Monachus, à *Sigeberto* (*a*) aliiſque (*b*) eum ſecutis laudatus, circa A. 1050 clarus, Scripſit *Itinerarium Leonis IX. Papæ*, ſuſceptum ab eo in Galliam iter exhibens, ſimul & *Hiſtoriam Synodorum* quas ibi habuit, aliarumque rerum ab illo geſtarum Commentarios.

[a] *De Script. Eccleſ.* cap. 152. [b] *Trithem.* cap. 333. *Nat. Alexand.* Sec. XI. cap. 5. art. 2. p. 501.

ANSELMUS Vicentinus, Eremita Auguſtinianus, vir doctiſſimus, erat A. 1513 Vicarius Generalis Conventûs Farviſini: vir omni diſciplina Juris Civilis ac Pontificii peritiſſimus. In *Lutherum* vehementius exardens, juxta ſcholæ conſuetudinem, librum edidit adverſus illum *de Indulgentiis*, aliiſque Chriſtianis concluſionibus *Venetiis* impreſſum. Floruit anno 1530. * *Elſſius* p. 67. *Ciacon.* p. 176.

ANSELMUS *de Vitalibus*, Presbyter Sæcularis Cremonenſis, Antiquitatum Patriæ perdiligens indagator, de quo *Ariſius* ad A. 1492. SCRIPSIT librum inſcriptum

L'Origine de' Monaſteri edificati in Cremona, e ne' ſuoi Borghi con tutti i loro privilegi conceduttgli da Sommi Pontefici d'eſenzioni, Immunità, Indulgenze, Indulti, ed altre prerogative dategli dagl' imperatori, e Duchi di Milano. Hunc librum affirmat *Breſſianus* cum aliis ejuſdem Autoris operibus A. 1604 fuiſſe ad manus *Hieronymi Manna* Canonici Cremonenſis, qui ſimilibus Scriptis admodum delectabatur.

ANSIDEUS (*Fulvius*) Italus, Peruſinus, Juris utriuſque Doctor, Eccleſiæque Cathedralis patriæ Canonicus, die 6. Jan. 1667 defunctus, jacet apud Eremitas S. Auguſtini. Anno 1645 plura de ſuo addidit *Voto reſponſivo de celebratione Miſſarum à Timotheo de Timotheis* edito, teſte *Oldoino* p. 125.

ANSIDEUS (*Pandulphus*) de quo idem *Oldoinus* p. 262. fuit *Marci Antonii Bonciarii* diſcipulus, Poëſi Sec. XVII. clarus, qui *SS. Virginis Aſſumptionem in Cælos* Carmine Latino, typis patriis A. 1606 evulgato laudavit.

ANSILLON (*Joannes*) Belga, Parochus S. Gertrudis in ſuburbiis Leodienſibus, SCRIPSIT Sec. XVII. librum quem teneo

1. *De Simonia & Munerum ac Retributionum Gratificatione in Re Beneficiaria: ubi etiam obiter agitur de vita & honeſtate Clericorum, de Tonſura, Habitu, Reſidentia, de pluralitate Beneficiorum, Penſionibus, aliiſque rebus Statum Clericalem ſpectantibus.* Leodii, apud Guil. Henr. Streel 1677. in 8.

2. Item *Reſponſum ad ſecundum* P. Jacobi *Recollecti* Diſcurſum *de obligatione Religioſorum ac Religioſarum Horis Canonicalibus recitandis*, cum Diſſertatione *de Probabilitate.* Ibid. 1686. * *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 2586.

ANSLAUS ſive ANSLEUS (*Henricus*) Presbyter Anglus, & Monachienſis in Bavaria Canonicus, anno adhuc 1612 in vivis erat (*a*). Edidit Ingolſtadii A. 1589 in 4. Diſputationem *de Virgine incomparabili, & SS. Dei Genitrice Maria* (b).

[a] *Morer.* Diction. [b] *Lipen.* II. 233.

ANSO Laubienſis in Belgio Abbas, gente Belga, Theodulfo in Monaſterii ſui regimine ſucceſſit anno 776. Obiit anno 800. Monachus adhuc in tabulas retulit *Vitam* S. Urſmari *Epiſcopi & Abbatis Laubienſis*, quam *Theodulfo* prædeceſſori ſuo nuncupavit. Extat apud *Mabillon.* Sæc. Benedict. III. *Part. I. p* 246. qui in hoc auctore locos communes inconcinnè redactos ſe aliquoties reſecaſſe ingenuè fatetur. *Vitam* etiam *S. Ermini* ſeu *Erminonis* Epiſcopi & Abbatis Laubienſis, *Urſmari* diſcipuli & ſucceſſoris, ſcripſit *Anſo* noſter, quæ ex MS. Cod. Criſpeienſi habetur apud eund. *Mabillonium* ibid. *p.* 564. De *Rathero* Epiſcopo Veronenſi, *Fulcuino* Abbate Laubienſi, qui obiit anno 990 ejuſque ſucceſſore *Herigero*, qui etiam S. *Urſmari* res geſtas literis tradiderunt, adeas eund. *Mabillonium* in Obſervationibus præviis *p.* 246. (a) Vid. & *Surium* ad 18 April. (b).

[a] *Cave* ad A 776. [b] *Voſſius* lib. 2. cap. 29. p. 285.

ANTECURTIUS *vulgò* d'Antecourt (*Joannes Baptiſta*) natus eſt Pariſiis 24 Jun. 1643. Canonicos Regulares S. Auguſtini in Congregatione S. Genovefæ adiit anno 1662. Sept. 8. Anno 1680 Univerſitatis Pariſienſis Cancellarius, atque A. 1694. S. Stephani de Monte Parochus evaſit. Sacerdotis munus A. 1710 dimiſit, & ad S. Genovefam receſſit, obitque 5 April. 1718 (*a*).

1. Pro defendendâ ſui Ordinis ſupra Benedictinos præeminentiâ, aliquot opuſculis Gallicè editis adverſus doctiſſimum *Mabillonium* decertavit (*b*). Sed alterius argumenti librum SCRIPSIT hoc tit.

2. *La Defenſe de l'Egliſe contre le Livre de Mr. Claude*, intitulé *Defenſe de la Reformation.* Coloniæ, vel potius Pariſiis (*c*) 1689. II vol. in 12.

Claudium provocaverat Autor Tractatûs *de Præjudiciis contra Calviniſtas*, ſed prolixam viri inter Reformatos illuſtris refutationem hoc in libro ſuſcepit *Antecurtius.* Cardinem controverſiæ, pariter ac victoriæ, quam ſibi promittit, ſpem conſtituit in articulo de Eccleſia, & qui cum illo connexus eſt, de ſchiſmate. » Quamprimum enim, *ait*, » demonſ» tratur, ſeparatos eſſe Reformatos ab Eccleſia, illi» co omnes a ruptura illa abhorrent; diſſipantur fuci » & illuſiones, quibus illi ſeſe occultant, dum de » interpretatione Scripturæ & de controverſiis parti» cularibus diſputant, & detegitur miſeria, in quam » ſe per ſchiſma præcipitarunt. » Itaque methodum, quam vocant, *præſcriptionis*, exemplo, ut dicit, Patrum, qui uno hoc ictu hæreticos proſtraverint, eligit; Eccleſiæ Romanæ dignitatem, amplitudinem & poteſtatem effert; & in Autores Reformationis tanta ſpargit convitia, ut ex ipſo frontiſpicio appareat, qualis ſtructura operis expectanda ſit. Motum tamen ſe eſſe dicit ad ſcribendum, non quod *Claudius* id mereatur, aut non contemni poſſint ejus paralogiſmi, ſed ut jactantiæ & perſuaſioni occurrat, quaſi reſponderi illi non potuiſſet. Addit votum pro converſione errantium; *Claudio* verò interea mortuo durum intermìnatur judicium, ex *Rom. II*, 5. De libro quid cenſeant Eruditi Lipſienſes (*d*), ſatis indicant hæc verba. » Nos à prolixa expoſitione hu» jus libri retinuit quidem faſtidium toties dicta & » repetita, quibus repleta ſunt Actorum noſtrorum vo» lumina, iteranda. Difficile præterea fuiſſet omnia » perſequi, quæ Autor vehemens & verboſus adver» ſario ſuo, totique Proteſtantium Eccleſiæ denuò ob» jecit, aliis quidem atque aliis phraſibus & argu» tiis, vulgata tamen, ad quæ quid reſpondendum » ſit, ſatis ſciunt docti » Sat multas tamen paginas replent ſummariâ hac relatione, inſertia quidem alicubi digreſſiunculis, *ubi Autoris manifeſta intemperies id exigere viſa eſt.* Diſtributum eſt opus in Partes quatuor. *Prima* continet Capita XII. Negatur, Reformatores, cum ſeparationem ab Eccleſiâ Romanâ molirentur, examen inſtituiſſe de ſtatu Eccleſiæ, ſed ex ambitione ad exemplum omnium hæreſiarcharum egiſſe. *Pars ſecunda* itidem XII habet Capita. Rejicit Autor quæ *Claudius* de ſpiritu & virtute Reformantium adduxerat, & nil niſi prætextus fuiſſe dicitur quicquid illi de Reformatione jactaverint. Non negat tamen, a Catholicis quoque expetitam fuiſſe reformationem, ſed minime in dogmatibus, verum

tantum-

(a) *Morer.* Diction. verb. *Danaecourt* p. 499. edit. Baſil. (*b*) Hac de re legendus *Elias Du Pin* Bibl. Aut. Eccleſ. Sec XVII. *T. V. p.* 72. &c. 118. (*c*) *Antverpiæ* excuſum an. *Adtus* in Diction. voce ARNALDUS (*Ant.*) *teſtis* Sorbon. *Acad.* (O) 9. IV. p. 342. edit. Roterod. 1720. (*d*) Vid. *Acta* A. 1690. p. 12 & Hic Autorum libri *Ant. Arnaldum* eſſe ſuſpicati ſunt, ſed *Antecurtius* reſtituunt in *Actis* A. 1692. p. 240. Vid. & *Placcium* in Anon. n. 2317. *p.* 546.

tantummodo in diſciplinâ & moribus. *Partem III.* (quæ Capp. XI conſtat) ſtabiliendæ infallibilitati Eccleſiæ magna ex parte Autor deſtinavit. Statuit, quod detur talis Eccleſia, & quod ab ea nulli ex causâ ſeparatio licita ſit. *Parte quarta* Capp. V diſceptatur de vocatione eorum, qui Reformationem ſuſceperunt, & variatio ſententiarum arguitur, dum olim quidam extraordinariam, hodie verò plerique ordinariam fuiſſe ſtatuerint, & rejicitur *Claudii* conſiliatio (*c*).

Cæterum in *Antecurtio* tum in vivis agente laudat *Elias Du Pin* ſup. cit. p. 510 dicendi facilitatem, eloquentiam ac ſtyli nitorem, tum Gallicè, tum Latinè, qui, niſi Parochiæ curâ diſtentus eſſet, plurima in lucem Scripta proferret.

(*c*) Vid. plura in *Actis* cit. & in *Hiſt. Oper. Erud. Sept.* 1689.

ANTELMI (*Joſeph*) Gallus, Forojulii (*de Frejus*) natus 25 Jul. 1648. ſtudiis confectis, & avunculo *Petro Antelmi* abdicato munere Canonicus factus eſt. A patriâ diſceſſit A. 1684 cùm ſcilicet *J. B. de Verthamon* Pamienſis Epiſcopus, eum ſibi delegit tanquam virum in rebus Eccleſiaſticis apprimè verſatum, qui pacem in ſua Diœceſi reſtituere poſſet, in quâ multas diſſidia de Regalibus turbas excitaverant; eum, inquam, magnum Vicarium ac Officialem conſtituit *Verthamonus*, ſuadente P. *La Chaize*, quem in Theologicis Lugduni magiſtrum habuerat *Antelmius*. Nec ſpes de ipſo conceptas feſellit vir ingenioſus, qui prudentiâ, manuductione ac induſtriâ, animos adeo cautè tractavit, ut Epiſcopus ad Diœceſin ſuam accedens, pacata omnia invenerit. Interea tamen quantumvis negotiis impeditus, ſtudiis, quantum ipſi per otium licebat, vacavit *Antelmius*. Sed infirmâ valetudine gaudens, patriam repetiit, in quâ obiit 21 Jun. 1697. ætat. 49. non 40. nec Pamiæ, ut dixit *Elias Du Pin* (a) à *Niceronio* (b) emendatus. Vir fuit ingenii ſagacitate, morum urbanitate, atque eruditionis laude plurimùm commendandus: in quo id ſolum reprehenditur quod conjecturis facilius adhæreret.

S C R I P T A :

1. *De initio Eccleſiæ Forojulienſis Diſſertatio Hiſtorica, Chronologica, Critica, Propbano-Sacra.* Acceſſerunt I. *Præſulum Forojulienſium Nomenclatura Chronologica.* II. *Diatriba de Eccleſia Rierienſi & de Monaſterio Lerinenſi.* Aquis Sextiis 1680. in 4.

Cùm integram Urbis & Eccleſiæ Forojulienſis Hiſtoriam (*c*) ſcribere aggreſſus eſſet *Antelmius*, hanc Diſſertationem in anteceſſum edidit, in qua hujus Eccleſiæ initium ponit circa medium Seculi IV. Hæc Diſſertatio obſervationes quaſdam continet ad diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentes, qualis eſt iſta Eccleſiæ Forojulienſis conſuetudo, Euchariſtiam ſub utraque ſpecie infantibus recens baptizatis impertiendi, quæ quidem à V^to^ circiter Seculo ad VIII uſque viguit.

2. *De S. Maxima Virginis Callidiani in Forojulienſi Diœceſi cultu & patria*, Epiſtola ad V. Cl. *Dan. Papebrochium*, Actis SS. 16 Maii inſerta.

3. *De translatione corporis S. Auxilii* Epiſtola ad V. Cl. *Lud. Thomaſſinum de Mazaugue.*

4. *De veris Operibus SS. Patrum* LEONIS Magni *& PROSPERI* Aquitani, *Diſſertationes Criticæ*, *quibus* Capitula de gratia Dei, Epiſtolam ad Demetriadem, *nec non duos* de Vocatione omnium Gentium *libros* LEONI *nuper adſcriptos abjudicat*, *&* PROSPERO *poſtliminio reſtituit* Joſ. Antelmius. *Acceſſêre cum teſtimonio de celebri* Leonis *ad* Flavianum, *& aliis ad diverſos*, Proſpero *dictatis in cauſâ Eutychis*, *cæteriſque Epiſtolis* &c. *Pariſ.* Dezallier 1689. in 4.

(*a*) Vid. *Tom. XVIII p. 173.* in 4. (b) *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. V. (*c*) Hanc MStam ſervat [illegible] noſtri ſæculi, Graſſenſis Epiſcopus.

Paſchaſium Queſnellum cùm A. 1675. *Leonis Magni* Opera *Pariſiis* recenſeret, tria ſcripta mox memorata, de quorum vero Authore inter eruditos nondum convenerat, *Leoni* ſuo attribuit. Illi autem ſe opponens *Antelmius*, tanto apparatu PROSPERO Aquitano ea vindicavit, ut luculentiſſimè cum cæteris *Proſperi* ſcriptis, quà res & ſtylum congruere videantur. Quo labore per *tres priores Diſſertationes* defunctus, *quarta* Leonis Magni *duas contra Pelagianos Epiſtolas* adgreditur, quarum alteram *Januario* inſcriptam *Queſnellus* authenticam declaraverat, *alteram* vero ad *Septimum* ſuppoſititiam. Verùm tantum abeſt, ut his acquieſcat *Antelmius*, ut potius unam eandemque Epiſtolam eſſe demonſtret, demptis ſcilicet coloribus furtivis, qui ex Epiſtola 6. ad Aquileienſem priori adſperſi erant, doceatque, vagam illam ad Aquileienſem Epiſtolam *Januarii* nomine fore prænotandam. *Diſſertatione V Gennadium* omneſque alios antiquos, qui *Epiſtolam* Leonis *ad Flavianum in cauſa Eutychis* à *Proſpero* (tanquam ejus Notario,) dictatas ſcribunt, adverſus *Bellarminum*, *Labbeumque* vindicat, ad oculum oſtendens, non ſolum in hac, ſed & in aliis *Leonis* Epiſtolis haud obſcura ſtyli *Proſperiani* veſtigia patere. Eadem cum in Sermonibus quoque *Leonis* deprehenderit, in *ſexta Diſſertatione* varia promit exempla, imprimis ex Sermone 4. in Natali *Leonis*, & ex Sermonibus de Collectis & Jejunio, cauſaſque ejus rei inquirens, potiorem judicat, quia Sermones eâ ætate expetebantur ab aliis Epiſcopis recitandi, ſiquidem *Gennadius* teſtatur, multas *Salviani* Presbyterum Homilias pro Epiſcopis compoſuiſſe, indeque *Magiſtri Epiſcoporum* laudem, non ut vulgò volunt, quia *Salonium* & *Veranum* Epiſcopos in adoleſcentia docuerat, reperiſſe; quantò magis *Leonis*, Summi Pontificis, Sermones alii expetierint, » cui interdum aliquos orationis orna» tus contulerit *Proſper*, vir ſui ævi doctiſſimus & » facundiſſimus, qui occupatiſſimo Pontifici à con» ſiliis ac epiſtolis, aut præcipuus erat, aut unicus », ut verbis *Antelmii* hæc efferamus, qui *ſeptima Diſſertatione* perluſtrat reliqua opera *Proſpero* adſcripta, contenditque *Opus de Promiſſionibus & Prædictionibus* à *Caſſiodoro* falsò adſcribi, & hominem ex Africa oriundum Auctorem habere: *libros* de vita contemplativa *Juliani Pomerii* eſſe, de quo multa notatu digna congeſſit; *Confeſſionem Tyronis Proſperi* à *Sirmondo* editam vix aliquid exhibere *Proſperi* noſtri ſtylo famæque ſatis conſentaneum. *Octavam Diſſertationem* Chronico *Proſperi* impendit, idque, prout vulgo extat, Aquitano noſtro adverſus *Garnerium* prolixè vindicat, prout vero à *Pithœo* editum eſt, interpolatum infartumque probat. *Nona* denique Carmina *Proſperi* examinat, ita ut illud *de providentia* ſuppoſititium judicet; *Anacreonticum ad uxorem* dubium relinquat; *Epitaphium hæreſeos Pelagianæ & Neſtorianæ* Aquitano *Proſpero* contra *Garnerium* adſerat; *Carmen de ingratis* cum 97 *Epigrammatis*, aliiſque duobus in *Auguſtini obtrectatorem* genuina maximè eſſe arbitretur, illumque obtrectatorem ex *Sirmondi* ſuis *Lirinenſibus*, (libro novo, in quo ordinando & illuſtrando totus penè ſit) non alium prodat, quàm *Vincentium* Lirinenſem, qui in Commonitorio ſuo *Auguſtini* etiam doctrinam perſtringere affectarit. Claudit denique hoc volumen *Antelmius*, promiſsâ illorum *Secretorum*, & novâ integrâque omnium *Proſperi* operum editione (*d*).

5. *Epiſtola dua* (Gallicæ) *ad Abbatem....duabus Epiſtolis* P. Queſnelli *partibus reſponſoria* (*e*) Pariſ. 1690. in 4. Hæc P. *Queſnelli* Epiſtola adverſus *Antelmii* ſententiam in Diſſertationibus ſuis defenſam

(*d*) *Acta Erud.* Supplem. Tom. I. p. 431. *Ephem. Pariſ.* 2. 9 & 16 Maii 1689. *Hiſt. oper. Erud.* April. 1690. (*e*) Vid. *Ephem. Pariſ.* 24 April. 1690.

ſcripta extat in *Ephem. Pariſ.* 8 & 15 Aug. 1689. *Carolus* noſtri frater ad manus habuiſſe dicit folium Bibliothecæ Eccleſ. Dn. *Elia Du Pin*, in quo *Antelmii* ſententiam approbare videbatur; verùm inſtantibus *Queſnelli* amicis, aliud folium ſuppreſſiſſe, atque aliud typis dediſſe in quo hujus defenſorem ſe præſtitit (*f*).

6. *De ætate S. Martini*, Turon. Epiſc. *& quorundam ejus geſtorum ordine, anno emortuali, nec non de* S. Briccio *ſucceſſore* Epiſtola ad R. P. *Ant. Pagium.* Pariſ. Dezallier 1693. in 8.

Poſt latius examinata *Sulpicii Severi* argumenta, quorum vi annus 401 emortualis S. *Martini* ſtatuendus videatur, nihil demum obeſſe *Pagiano* calculo, &c, ut obitus illius in annum 400 collocetur, haud invitâ negotiorum ab eo peractorum ſerie concedi demonſtrat Autor. Dein ſub calcem hujus Epiſtolæ quæſtionem movet: utrum ſucceſſor Martini *Briccius* pro eo habendus ſit, qui apud *Sulpicium Gregoriumque* tot criminum reus agatur? Concludit, *Briccium* quidem *Martino* ſucceſſiſſe, at *Briccium* inſontem, &c, quod caput eſt, ab illo *Brictione* prorſus diverſum, quem *Sulpicius* multis magniſque delictis preſſum & Judam alterum notare, talemque poſteritati committere, pro quadam operæ ſuæ coronide, ſanctum duxerit (*g*).

7. *Nova de Symbolo Athanaſiano Diſquiſitio.* Pariſ. Dezallier 1693. in 8. Hoc præcipuè agit Autor, ut pro *Vincentio Lirinenſi*, quantum quidem in ſe eſt, militet, ac eum, poſthabitis aliarum opinionum fundamentis, Symboli modò nominati conditorem efficiat (*h*).

8. *Aſſertio pro unico* S. Eucherio *Lugdunenſi Epiſcopo.* Opus poſthumum (*i*). Acceſſit *Concilium Abegienſe* (de Riez) ſub *Rotlagno* Metrop. Aquenſi A. 1285. Nunc primò prodit integrum & notis illuſtratum operâ *Car. Antelmii* deſignati Epiſc. Graſſenſis, Præpoſ. Forojul. *Pariſ.* Briaſſon 1726. in 4. Præfatus eſt Clar. Editor, qui & fratris Vitam deſcribit, & ejus Opera recenſet.

9. Sed & MS. ſupereſt opuſculum *de Periculis Canonicorum*, quod majoris eſt veluti prodromus.

(*f*) Vid. *Bibl. nov* Tom. IV. Sec. V ubi de S. *Leone & Proſpero.* [*g*] Vid. *Acta Erud.* A 1693. *Ephem. Pariſ.* 9. Febr 1693. [*h*] Vid. *Acta Erud.* A 1695. *Ephem. Pariſ.* 2. Febr. 1693 & quæ in *Athanaſio* dicemus [*i*] Hoc multis laudibus ornat R. P. *de Colonia* ubi de S. *Eucherio* agit, *Hiſt. Liter. Lugdun.* Tom I. P. II. p. 203. & ſeqq.

ANTENOR, quâ gente, vel ſtirpe ortus, incertum; dignitate Epiſcopus, claruiſſe videtur circa annum 720. Scripſit *Vitam S. Silvini* apud Morinos in Galliâ Epiſcopi, quem vivum impensè coluerat. Hanc poſteà interpolavit & expolivit Anonymus quidam, qui vixit ante medium Sec. IX. Periit genuinum *Antenoris* Opus. Extat interpolatum apud *Catellum* in Hiſt. Epiſc. Toloſatium, *Bollandum* Febr. 17. *Tom. III. p.* 24. & 757. ubi varia de genere *Silvini*, de patriâ, Epiſcopatu, adventu in Belgium, obitu, & translationibus diſcutiuntur. Denique apud *Mabillonium* Sæc. Bened. III. Part. I. p. 295. * *Cave* Hiſt. Liter. *p.* 409.

ANTESIGNANUS (*Petrus*) Scripsit Epiſtolam Hebræam ad *P. Coſtum*, quam unâ cum ejus libro *de Meſſia* impreſſam notat *Imbonatus* p. 189.

ANTHAKI Antiochenus, Saidenſis Epiſcopus, qui Religionem Chriſtianam adverſus Doctorum aliquot Mahometanorum ſophiſmata ſuis ſcriptis defendit. Huic reſpondit *Ahmed* Ben *Abdalhalim.* Vid. *Herbelot.* p. 118.

ANTHEON, Arſinoës Epiſcopus, claruit anno 484. quo circiter tempore *Epiſtolam ad Petrum Tullonem* de clauſulâ *Triſagio* additâ ſcripſit. Hæc habentur *Concil.* Tom. IV. p. 1112. * *Cave* in Hiſt. Liter.

S. ANTHERUS ſeù *Anterus* natione Græcus, *Romuli* filius, Romanus Pontifex ordinatus A. C. 235. Novemb. 21. Sedit menſem unum, & dies 13. Martyrio coronatus à *Maximo* Præfecto an. 236. Jan. 3 (*a*) eò quòd geſta Martyrum exactè à Notariis exquiſiviſſet, & in Eccleſiâ recondidiſſet, ſi Auctori Libri Pontificalis fides ſit adhibenda. Epiſcopum unum in Civitate Fundis Campaniæ creavit.

Unica Epiſtola *Anthero* attribuitur ſcripta ad Epiſcopos Provinciæ Bæticæ, & Toletanæ *de mutatione Epiſcoporum*, de cujus veritate ambigit *Ant. Auguſtinus* cap. 62. collectionis *Hadriani I*, cùm illis temporibus Toletum fuerit oppidum minùs nobile. Exordium Epiſtolæ compactum eſt verbis *Siricii* Papæ: *Optarem, fratres chariſſimi, ſemper dilectionis, & pacis veſtra* &c. continetque plura teſtimonia ex *Enaodio*, & inſignem locum ex *D. Hieron.* qui incipit: *Habent omnes ſimplicitatem Columba* (b).

Monaſticam vitam fertur *Antherus* in Sardiniâ duxiſſe ſub Inſtituto Clericorum Regularium, unde Romam ſine morâ ſe contulit poſt electionem; & hoc fuit in cauſâ, ut nonnulli origine Sardum fuiſſe autumarint (*c*).

De ejus Epiſtolâ, & Decretis vid. Authores à *Lud. Jacobo* citatos *p.* 19.

[*a*] Vid. *Adr. Baillet* in Vitis SS. [*b*] vid. *Pagi* Breviar. *Tom. I.* [*c*] Vid. *Eggs* Pontif. Doct. *p.* 12.

ANTHIMUS, Patriarcha CPolitanus, primò Trapezuntii in Ponto Epiſcopus, deinde anno 535. *Theodora* Imp. gratiâ ad Patriarchatum Cpolitanum evectus, ſub fictâ pietatis & Orthodoxiæ larvâ latere voluit; ſe ſanctas quatuor Synodos venerari, eaſque in Diptychis habere, ſeque per omnia Apoſtolicam ſedem ſequi profeſſus. Interim tamen virus Eutychianum ſub pectore coxit: ideoque anno ſequente oblato ab Archimandritis Orientalibus accuſationis libello, ab *Agapeto* Papa cùm duas in Chriſto naturas, à *Severo* ſeductus, confiteri recuſaret, ſede CP. ac mox etiam Trapezuntina depoſitus eſt: quam ſententiam Synodus eodem anno ſub *Menna* CPoli habita ratam fecit, à *Juſtiniano* Imp. *Vigilio* Papa, multiſque Synodis, ſæpiùs poſtea damnatus. Extant Fragmenta aliquot *Sermonis Proſphonetici ad Juſtinianum Imp.* Concil. Tom. VI. p. 831. 906. 907. *Epiſtolarum* ejus ad *Theodoſium* Alexandrinum meminit *Evagrius* l. 4. c. 11. * *Cave* in Hiſt. Liter.

ANTHIMUS *Merochites* Bulgariæ Metropolita, Photianus erudítiſſimus, &, ut verè à *Meletio* dicitur, *πολυμαθὴς*, in explicatione Sacrorum Myſteriorum citatur a *Nic. Comneno* Prænot. Myſtag. *p.* 402 teſte *Fabricio* Bibl. Græc. X. 476.

ANTHROPOMORPHITÆ. Vid. ſub tit. AUDIANI.

F. ANTI (*Hyacinthus Maria*) Italus, Ord. FF. Præd. Vicentinus patria & profeſſione, vir pietate & doctrina commendatus, Eccleſiaſtes facundus & fervens, clarebat jam anno 1685, ad quem ejus meminit *Rovetta*, ſed longe ulterius floruit, & vivebat etiamnum anno 1698 Scripſit plura, quorum hæc indicat *Echardus* II. 746.

1. *La Vita di Maria ſempre Vergine, con varii raggionamenti de' vizii e de' virtù attinenti al ſeſſo doneſco.* Vicentiæ apud Angel. Bontagnole 1684. in 8.

2. *L'Aſpettazione delle brami univerſali ſoſpiranti l'eccelſo parto della gran Vergine Maria.* Veronæ, Hyacinthi Berno, 1691 & 1698 in 8.

Extat utrumque opus Romæ in Caſanatenſi.

ANTI-ADIAPHORISTÆ, nomen rigidis quibuſdam Lutheranis impoſitum, qui Epiſcoporum juriſdictionem ac cæremonias Eccleſiæ improbabant. * *Prateol.* apud *Morer.*

ANTICHRISTIANI hæretici impii, qui blaſphemias vomebant in Jeſum Chriſtum Sæc. XVI; & inſuper favebant partibus Antichriſti. * *Lindan*, apud *Morer.*

ANTICOGENTIUS (*Theod.*) Germanus, cujus extat Germanicè Liber *de fractione Panis.*

Lobſprüch über die groſſeyfferige Bemühung D. Theod. Zwingeri *über erhaltene Einführung des Brodt-brechens im heil. Abendmahl.* Argent. 1641. 4. * *Lipen.* I. 704.

ANTI-DÆMONIACI, Confeſſioniſtæ, qui Dæmonum exiſtentiam negabant. * *Sander.* apud *Morer.*

ANTIDICOMARIANITÆ, ſectarii qui *Helvidii* errores ſectabantur, Mariæ virginitati uſque adeo contradicebant, ut eam poſt Chriſtum natum viro fuiſſe commixtam affirmarent. Egit contra hos *Theodotus* Cyprius Epiſcopus. * *Epiphan.* hær. 78. *S. Auguſtin.* hær. 84. *S. Hieron.* contra Helvidium. *Baron.* ad A. 373. apud *Morer.* Vid. & lib. cui tit. *Prædeſtinatus* hær. 56.

ANTIDOTUM contra diverſas omnium ferè Sæculorum hæreſes. Nomen eſt libri diverſorum Authorum contra hæreſes à quopiam collecti, Commentaria, ſeu ſcripta continens, videlicet *Juſtini* Philoſophi, & Martyris, *Athanaſii*, *Marii*, *Victorini*, *Hilarii*, *Ambroſii*, *Theophili*, *Idacii Clari* Hiſpani, *Cyrilli*, *Procli*, *Timothei*, *Vincentii* Lirinenſis, *Proſperi* Aquitanici, *Victoris* Epiſcopi Carthaginenſis, *Gelaſii* Epiſcopi Romani, *Joannis* Epiſcopi Romani, *Fauſti* Epiſcopi, *Agnelli*, *Ruſtici* Diaconi. *Baſileæ* impreſſit Henricus Petri 1528. in 8. teſte *Ciacono* Bibl. ſuæ p. 177.*

ANTIGUA (*Maria de la*) quam in *Cazalla* Bæticæ provinciæ oppido *Pax-Auguſtanus* pater & *Luſitana* mater procrearunt, puella induit habitum Dominicani Ordinis, deinde ſub Seraphico inſtituto monialibus, quæ ſine velo & clauſuræ neceſſitate ſe ſe Deo ſacrare ſolent, (*Beatas* dicunt) aggregata majorem vitæ partem in *Marchena* oppido ſanctiſſime vixit, illuminata deſuper, quippe quæ ſine ulla doctrina, cum nec legere, nec formare ſciret litteras, ut fertur, author quamplurium documentorum ſpiritualium à Deo ſibi dictatorum, ſcriptoque conſignatorum. Miraberis lecto numero. *Fr. Petrus à Sto Cæcilio* in libello adhuc inedito *De Scriptoribus Ord. B. de Mercede* (hunc enim Ordinem non diu ante mortem amplexa fuit, includens ſeſe *Lora* oppidi juxta Bætim Excalceatarum Virginum cœnobio) admonet codices ferè *ter mille* eſſe, qui ab ea hodie habentur (codicillos intelligo, aut pugillares paucorum foliorum) mirâ doctrinâ refertos, omnibus Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus, tum regularibus utriuſque ſexûs valdè neceſſarios. Quæ omnia Fr. *Bernardinus de Corbera* quondam illius Confeſſarius Ordinis Minorum (ait ille) typis curat excudere. Obiit 22. Sept. 1617. Litem inter Franciſcanos, Mercenarioſque ſodales fuiſſe de librorum dominio: poſterioribuſque eam adjudicatam, docet *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp.

ANTILLON (F. *Thomas* de) Aragonius, Albarrazinenſis, inſtitutum Eremitarum S. *Auguſtini* Salmanticæ profeſſus, circa annum 1624, ſuæ Aragonenſis Provinciæ Præfectus, Côcionator inſignis, vertit ex Luſitano *Los Tratados Quadrageſimales de* Fr. Antonio Feo *Dominico.* Valentiæ apud Patricium Mey 1614. Vid. *Thomam de Herrera* in Hiſtoria Salmant. Cœnobii, & *Vincentium Blaſco* in Hiſt. Aragoniæ Regni *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 24 apud *Nic. Anton.* Vid. & *Elſſium* p. 652.

ANTINOMI Sectarii, Legis uſum in Eccleſiâ Chriſtianâ inficiantes, iique vel *veteres*, vel *novi*. Hi qui vel ſeculo XVI vel XVII vixêre, ipſique ſunt vel *meliores*, vel *peſſimi* (a). Horum in Angliâ primus Autor fuit *Joannes Eatonus*, qui librum edidit *de Juſtificatione liberâ per ſolum Chriſtum*: in quo præcipuè urget, *Deum nec velle nec poſſe videre ullum peccatum in Juſtificatis.* Qui error in fatali ſub *Carolo I.* confuſione caput extulit, ac in unam ex præcipuis IV Independentium Sectis excrevit. Cùm enim tam expeditam & facilem in cœlos viam tradat, ingens ſimplicium hominum vis eam amplexata eſt: ut cui doctrina hæc titulo *liberæ Juſtificationis* pulvinar in peccando ſubſternit, deplorare aut cavere peccata Juſtificatos prohibens, imò grande nefas ducens; graſſata autem eſt tum in veteri tum in novâ Angliâ, uti docet *Georg. Hornius* Hiſt. Eccleſ. N. T. *Periodo III. art.* 3. ubi prolixè de illis eorumque graviſſimis erroribus. * Vid. *Lexic.* Hoffman. & *Morer.*

Sed præter *Joan. Eatonum*, fuerunt & alii plures, *Criſpus* & *Saltmarſch* &c. in Angliâ. *Joh. Agricola* de quo alibi, circa A. 1538 dicitur dixiſſe non eſſe ampliùs prædicandam legem & Decalogum ſub Evangelio.

Juxta *Hornium* Hiſt. Eccl. à Cl. *Leideckero* edit. Lugd. Batav. 1687. errores *Antinomorum* fuerunt iſti, *p.* 423.

1º. Legem nullum uſum habere in adducendis hominibus ad Chriſtum.

2º. Hominem eſſe juſtificatum & unitum Chriſto ſine fide ab omni æternitate.

3º. Fidem non eſſe inſtrumentum recipiendi Chriſtum, ſed diſcretionem quod jam receperimus Chriſtum.

4º. Hominem tantùm uniri Chriſto per opem ſpiritus ſine ullo actu ſuo.

5º. Hominem non ante acta aliter Chriſti eſſe, quam fiduciam habeat.

6º. Hanc fiduciam eſſe tantùm ex teſtimonio ſpiritûs.

7º. Hoc teſtimonium ſpiritûs tantùm eſſe immediatum ſine ullo verbo.

8º. Qui ſemel hoc teſtimonium habet, non ultra dubitare.

9º. Dubitare de certitudine, etiamſi quis fiat latro vel adulter, indicio eſſe eum nunquam habuiſſe certitudinem vel fiduciam.

10º Sanctificationem non eſſe bonum ſignum ſtatûs gratiæ.

11º. Nullam conſolationem haberi poſſe ex conditionalibus promiſſis.

12º. Pauperes ſpiritu *Matth.* V. 3. tantùm illos eſſe, qui vident ſe nullam gratiam habere.

13º. Si videam me planè non habere gratiam ſolatio futurum, ſed conſolationem capere ex ſenſu gratiæ legale eſſe.

14º. Hypocritam poſſe habere gratiam Adami, quam habuit in ſtatu innocentiæ.

15º. Gratiam Sanctorum & hypocritarum non differre.

16º. Omnes gratias in Chriſto ſubjectivè eſſe, & nullas in nobis, ita ut Chriſtus credat, Chriſtus amet.

17º. Chriſtum eſſe novam Creaturam.

18º. Deum non amare hominem plus propter ullam ſanctitatem, nec odio eum magis habere, propter ullum flagitium.

19º. Peccatum filios Dei non debere turbare.

20º. Si quis turbetur propter peccata, non eſſe regulam vitæ.

21º. Chriſtianum non teneri precari, niſi Spiritus moveat eum.

22º. Miniſtrum, qui non habet hoc novum lumen, non poſſe docere alios qui id habent.

23º. Totam literam Scripturæ eſſe fœdus operum.

24º. Nullum Chriſtianum adigendum eſſe ad officia pietatis.

25º Nullum Chriſtianum eſſe adhortandum ad fidem, charitatem, preces, niſi ſciamus eum habere Spiritum.

26º. Hominem poſſe habere omnem gratiam, & tamen carere Chriſto.

27º. Omnem fidelis activitatem eſſe agere peccata.

Plures

(a) Vide *Hoornbeekium* in Summâ Controverſ.

Plures adverſùs eos ſcripſerunt, ſed inter alios *Thom. Gatakerus, Sam. Rhetorſortu, Anton. Burgos, Hoor. Ryggius*, vel *Georg. Hornius, Herman. Witſius*, Rev. *Stillingſleetus* aliique.

ANTINORI (*Ludovicus*) Neapolitanus, Clericus Regularis, unus ex præclaris Oratoribus Religionis S. Cajetani Tiene; quem teſtatur *Cornelius Aſpaſius* in ſua Bibliotheca Aproſiana *fol.* 95. typis mandaſſe *Orazioni Panegiriche*. Neap. 1658. in 4. * *Toppi* p. 188

ANTINORI (*Petrus Antonius*) Florentinus, Romani Seminarii Convictor, ſcripſit ac recitavit Orationem *De Spiritûs Sancti Adventu* coram *Urbano VIII.* Romæ, Zanetti. * *Negri* p. 452

ANTINORUS (*Carolus*) Clericus Neapolitanus, in lucem edidit Orationem *De Christi ad cælos aſcenſu, in litterarum Paleſtra ſub diſciplinâ D. Hermani de Hermannu S. T. Doctoru* 17. *Maii* 1630. Neap. apud Second. Roncagliolum eod. an. in 4. * *Toppi* p. 56.

ANTIOCHENSE Concilium in Cariâ, Aſiæ Provinciâ à 34 circiter Aſiæ Epiſcopis, ann. 368. (ut videtur) collectum. Rejecto *Conſubſtantialis* vocabulo, Fidem Antiochiæ & Seleuciæ promulgatam ratam eſſe voluerunt. Vide *Sozom.* lib. VI. cap. 12. p. 652.

ANTIOCHENUM Concilium I. anno 252. menſe Martio à *Fabiano* Epiſcopo convocatum; ſed eo interea mortuo, ſub *Demetriano* ſucceſſore habitum. In quo *Novatianus* depoſitus eſt. Conſ. *Euſeb.* l. 6. c. 46. p. 248.

ANTIOCHENUM Concilium II. anno 265. vel, ut alii, ſequenti, Epiſcopis ex Cappadociâ, Ponto, Palæſtinâ, Arabiâ, maximo ſanè numero convocatis, Præſidente *Firmiliano*, Cæſariæ Cappadocum Epiſcopo, adverſùs *Paulum* Samoſatenum, Antiochiæ Antiſtitem, hæreſis accuſatum, coactum. Sed poſt multas diſputationes & quæſtiones in unoquoque conſeſſu agitatas, cùm vafer Hæreticus ſecretum animi ſui virus diſſimularet, & in quamvis formam ſe verteret, deluſis bonis Patribus, evaſit. Vide *Euſeb.* lib. VII. cap. 28. p. 278.

ANTIOCHENUM Concilium III. innumerabilium ferè Epiſcoporum, ex omnibus Orientis Provinciis undique collectorum, contra *Paulum* Samoſatenum, anno 270. iterùm coactum. In quo verſipellis Samoſatenus falſis coloribus nudatus, erroris ſui manifeſtiſſimè convictus eſt, & ab omni, quæ ſub cœlo eſt, Eccleſiâ Catholicâ, eliminatus. Priuſquàm verò ad ſententiam in *Paulum* ferendam procederent Patres, Epiſtolam ad illum ſcripſerunt, quâ fidem, quam ab initio acceperant, à beatis Apoſtolis traditam, in Eccleſiâ Catholicâ hucuſque ſervatam, in Lege, Prophetis, & Evangelio prædicatam, de Chriſti deitate & æternâ præexiſtentia dilucidè exponunt, & innumeris S. Scripturæ teſtimoniis ſolidè confirmant; & an eadem ſecum ſentiat doceatque, ſciſcitantur. Subſcripſerunt Epiſcopi ſex, reliquorum, ut videtur, nomine. Hanc Epiſtolam priori Synodo, ſed falſò, tribuit *Baronius*, huic ſecundæ certiſſimè aſcribendam. Primus eam eruit *Fr. Turrianus*, & habetur Græc. Lat. tùm alibi, tùm Conc. *Tom. I. col.* 843. Præcipuas diſputandi in hâc Synodo partes adverſùs *Paulum* agebat *Malchion*, Rhetor & Presbyter Antiochenus, excipientibus cuncta notariis, quæ vidit & legit *Euſebius*. Extitiſſe hunc Dialogum *Freculphi* adhuc Lexovienſis ævo, ex ipſius *Freculphi* autoritate affirmat *Matt. Larroquanus*, Adverſ. Sacr. *lib.* 1. *pag.* 7. Verùm hallucinatur vir eruditus, non animadvertens eo loco (a) *Freculphum* integram *Hieronymi* hâc de re periodum, ſuppreſſo licèt nomine, ne verbo quidem addito, ſuam facere. Interim extant Latinè hujus Diſputationis Fragmenta quædam apud *Leont.* Byzant. *adverſ. Neſtor.* lib. III. *Biblioth. PP.* Tom. IX. Synodicæ hujus Antiocheni Concilii Epiſtolæ ad *Dionyſium*, Romanum, ad *Maximum* Alexandrinum, reliquoſque Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopos, longè majorem partem nobis conſervavit *Euſebius*, lib. VII. cap. 30. p. 279. & Concil. *Tom. I. pag.* 844. Alia quædam Fragmenta Latinè habentur apud *Leont.* Byzant. loc. cit.

(a) Chron. T. II. l. III. c. 11. 523.

ANTIOCHENUM Concilium IV. anno 330. contra *Euſtathium* Antiochenum fidei Nicænæ acerrimum defenſorem, congregatum. Principes erant *Euſebius* Nicomedienſis, & *Theognis* Nicænus, qui *Euſebium* Cæſarienſem, *Patrophilum* Scythopolitanum alioſque plures ſecum adduxerunt; ut totus Epiſcoporum numerus (ſi qua *Philoſtorgio* fides, *lib. II. cap.* 7.) erat CCL. In hoc Concilio accuſatus eſt *Euſtathius* à *Cyro* Berœenſi Epiſcopo, quod Sabelliano dogmati faveret, referente *Georgio* Laodiceno apud *Socr.* lib. 1. cap. 24. p. 59. Id ei objectum eſſe nequaquam agnoſcit *Socrates*, aliaſque cautas fuiſſe dicit, eaſque (ſi quoſdam audiamus) minùs honeſtas. Intelligit, ut exiſtimat Cl. *Cave*, fœdæ libidinis crimen, & infamem mulierculam infantem in ulnis geſtantem, in Synodum introductam, facinus illud ei objicientem; de quo latè *Theodoritus*, lib I. cap. 21. p. 52. Meminit etiam *Philoſtorgius* loc. cit. Utut ſit; Virum ſanctiſſimum, fide, pietate, & canitie venerandum depoſuerunt, & ut in Illyricum relegaretur, ab Imperatore impetrarunt. De rebus etiam in hac Synodo geſtis confer quæ habet *Sozomenus* lib. II. c. 19. p. 469.

ANTIOCHENUM Concilium V. Occaſione *Encæniorum* magnæ Eccleſiæ, *Conſtantii* Imp. juſſu ibidem celebratorum, anno 341 coactum. Aderant ſub ductu *Euſebii* Nicomedienſis, Epiſcopi, teſte *Athanaſio*, XC. *Sozomeno* XCVII. ex Cœlo-Syria, Phœnicia, Palæſtinâ, Arabiâ viciniſque regionibus collecti, quidam revera Catholici, reliqui ſpecie Orthodoxi, verùm in cauſam Athanaſianam parum æqui. Et primò quidem *Athanaſium* ab exilio reverſum, nullo Synodali Decreto abſolutum, depoſuerunt, ejuſque in locum *Gregorium* quendam Cappadocem ſubrogârunt. Condiderunt deinde *Fidei Formulam* verbis generalioribus conceptam. Quam quidem ante Concilium initum a ſolo Euſebiana compoſitam fuiſſe, contendit, nulla tamen idoneâ ratione reddiâ, *Schelſtratus*. Hac verò ut potè jejunâ nimis, rejecta aliam ſubſtituerunt, quam *Luciani* Martyris manu olim ſcriptam eſſe, præ ſe ferebant. Tertiam dedit *Theophronius* Epiſcopus Tyanenſis, cui promptè omnes ſubſcribebant. Receſſu facto, cùm poſt menſes aliquot iterùm coiret Synodus, quartam adhuc compoſuerunt. In omnibus his Fidei Formulis cætera (videtur) ſanis, *τοῦ ὁμοουσίου* vocabulum nuſquam reperire licèt, utpotè à quo penitus abhorrebant. Habentur quatuor hæ Formulæ Gr. Lat. apud *Athan.* lib. de Synodis, p. 687, & Conc. *Tom. II. p.* 590. Duæ priores apud *Socr.* l. II. cap. 10. p. 86. Condiderunt etiam *Canones XXV.* ad Eccleſiæ politiam apprimè utiles, qui unà cum antiquis verſionibus extant Gr. Lat. Conc. *Tom. II. p.* 559. Inſerti ſunt etiam hi Canones *Codici Canonum Eccleſiæ univerſæ*, ab Eccleſiâ Catholicâ omni tempore recepti, ac approbati. Integrum hoc Antiochenum Concilium ampliſſimis *Commentariis*, variiſque *Diſſertationibus* illuſtratum edidit *Emman. Schelſtratus* Antverp. 1681. 4°. Cl. *Dupin* ait habitum quoque fuiſſe Concilium A. 342. poſt abſolutionem *Athanaſii*, ubi credit compoſitam fuiſſe 4. fidei formulam ab *Athanaſio* relatam.

ANTIOCHENUM Concilium VI anno 345 ab Orientalibus celebratum. Poſt non unam Synodum haud ita pridem Antiochiæ habitam, ſive ejuſdem Synodi

Google

di varios conſeſſus, Orientales iterum hoc anno Antiochiæ convenerunt, quando πίστιν διὰ πολλῶν γεγράφασιν (inquit *Athanaſius* lib. de Synod. Arim. *p.* 690.) *fidem multis verbis conſcriptam*, compoſuerunt. Quæ μακρόστιχος inde dicta eſt, eaque Cl. *Valeſii* judicio, doctiſſima & elegantiſſima. In quâ doctrinam de SS. Trinitate & Dei Filio, omiſsâ ſolâ τῦ ὁμοουσίου mentione, ſenſu ſatis catholico exponunt; *Filium nempe, non ex aliâ, præter Patrem prius exiſtente hypoſtaſi, ſed ex ſolo Deo*. idque *ἀχρόνως, vero genitum eſſe*, Θεὸν κατὰ φύσιν τέλειον, καὶ ἀληθῆ, καὶ πρεσβεύομεν, ὑποστάντα λόγον πρὸ τοῦ πατρὸς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ *à Patre*, ἀνεφικτως ἐκ πάσιν ἀκαταλήπτως *genitum fuiſſe*. His oppoſitos *Pauli* Samoſateni, *Sabellii*, *Marcelli*, *Photini* aliorumque errores, & eorum aſſeclas anathemate percellunt. Addunt denique, *ſe hæc fuſius expoſuiſſe*, οὐ κατὰ τὴν περιττὴν φιλοτιμίαν, *non inani, ac ſuperfluâ ambitione impulſos*, ſed ut ſiniſtram de ſe opinionem diluant, utque Occidentales Orientalium de Chriſto doctrinam rectius cognoſcerent. Miſſa eſt hæc Formula per *Eudoxium* Germaniciensem, *Macedonium* Mopſueſtenum, alioſque, ad Italiæ Epiſcopos, qui forte tunc temporis in Synodo Mediolanenſi erant. Verùm vel quòd Græci Sermonis ignari, eam minime intelligerent, vel quod ſub ſpecioſis verbis venenum latere ſuſpicarentur, illam recipere noluerunt, Nicænam Fidem ſufficere, nec quicquam ampliùs curioſè inquirendum eſſe, aſſeverantes. Extat prolixa hæc *Fidei Confeſſio* apud *Athan*. loc. cit. & *Socr*. l. II. c. 19. p. 97. *Conc*. T. II. p. 608.

ANTIOCHENUM Concilium VII. an. 356 ab Arianis congregatum. Aderant *Narciſſus* Cilix, *Theodorus* Thrax. *Eugenius* Nicænus, *Patrophilus* Scythopolites, *Menophantus* Epheſius, aliique numero circiter XXX. qui *Athanaſium*, quòd in Synodo non priùs innocens declaratus, contra leges Eccleſiæ Alexandriam rediiſſet, iterùm damnarunt, neque cum illo communicandum eſſe decreverunt, ejuſque loco *Georgium* Alexandriæ Epiſcopum ordinarunt, deque his ad omnes ubique conſtitutos Epiſcopos literas dederunt. Agit de hac Synodo *Sozomenus* lib. IV. cap. 8. p. 546. verum tempore non ſuo, ut in *Notis* rectè obſervavit *Valeſius*, quippe *Conſtante* adhuc ſuperſtite, celebratam eſſe dicit. Certum enim eſt, *Georgium* poſt Conſulatum *Arbethionis* & *Lolliani*, hoc eſt, anno 356 Sedem Alexandrinam invaſiſſe.

ANTIOCHENUM Concilium VIII anno 357 ex mente *Valeſii*, paulò poſt Syrmienſem Synodum, in qua *Oſius* impiam illam profeſſionem fidei ſuæ ediderat, congregatum. Mortuo *Leontio*, *Eudoxius* ſuffragantibus Palatii Eunuchis, qui τὸ ἀνόμοιον dogma amplectebantur, Sedem Antiochenam arripuit, & voti compos factus, exinde illius opinionis patrocinium palam ſuſcepit, conventûque Epiſcoporum ſuæ partis (in quibus erant *Acacius* Cæſareæ Palæſtinæ, & *Uranius* Tyri Epiſcopi) Antiochiæ celebrato, & τῦ ὁμοουσίου, & τῦ ὁμοίου vocabulum rejecit, cauſatus Occidentales quoque Epiſcopos idem decreviſſe. *Oſius* quippe unà cum quibuſdam illarum partium Epiſcopis vi coactus, apud *Sirmium* conſenſerat, neque *conſubſtantialis* neque *ſimilis ſubſtantiæ* vocabula deinceps eſſe uſurpanda; quippe quæ nec in ſacris Litteris uſquam reperirentur, & curioſa Divinæ Subſtantiæ inveſtigatio humanæ mentis captum longè ſuperaret. Acceptis igitur ab Occidentalibus hac de re litteris, Epiſtolam Synodicam reſcripſit *Eudoxius*, gratias agens *Valenti*, *Urſacio*, atque *Germinio*, eorumque Miniſterio adſcribens, quod Occidentales rectè ſentirent. Recenſet hæc omnia *Sozomenus* lib. IV. cap. 12. *p.* 553.

ANTIOCHENUM Concilium IX. Antiochiæ, in quâ tunc agebat Imperator, exeunte ann. 360 ab Arianis congregatum; Ubi mutatâ in pejus ſententiâ, Filium Patri παντελῶς ἀνόμοιον καὶ ἐξ οὐκ ὄντων factum eſſe decreverunt; inde *Anomæi*, & *Exucontii* dicti. *Meletium* etiam Antiochiæ Epiſcopum eo quod cum Clericis ab *Eudoxio* depoſitis communicaſſet, revera quod Catholicam profiteretur Fidem, ſede ſuâ dejiciunt, *Euzoio* in ejus locum ſubſtituto. Vide *Athan*. de Synod. *p.* 698. *Theod*. lib. II. cap. 31. p. 119. *Sozom*. lib. IV. cap. 29. p. 588. Anno ſequenti, *Conſtantii* juſſu convenit iterum Antiochiæ Synodus, in quâ *Eudoxii* cauſa, quem, quod abſque communi conſenſu *Eunomium* Cyzici Epiſcopum conſtituiſſet, accuſaverat *Acacius*, Synodali judicio examinata eſt. Vide *Philoſt*. lib. VI. cap. 4. p. 501. Cl. *Pagius* in priore Synodo *Meletium* à Sede Sebaſteni ad Antiochenam tranſlatum eſſe contendit, in poſteriori in exilium actum; *Crit. Hiſt. Chron. in Annal. Bar.* ad A. 360. n. 5. p. 174.

ANTIOCHENUM Concilium X. anno 363 coactum In quo Acatiani, qui (ut recte notat *Socrates*) ad nutum & ſententiam eorum qui rerum potiebantur, flectere ſe ſemper ſoliti eſſent, verſis velis τὸ ὁμοούσιον amplexi, Fidem Nicænam confirmarunt, & libellum *de Fide* à ſe compoſitum Imperatori obtulerunt. Cui XVII nomina affixa ſunt. Extat apud *Socr*. lib III. c. 25. p. 203. *Sozom*. lib. VI. c. 4 p. 641. *Conc*. Tom. II. p. 827.

El. Du Pin de alio Concilio eodem anno ab Epiſcopis Ægyptiis Antiochiæ habito loquitur, in quo Patres, qui ὁμοούσιον admiſerunt, addiderunt eſſe hanc vocem hoc ſenſu admittendam, quod Filius Dei ex ſubſtantiâ Patris genitus eſt, & ſubſtantiâ ſimilis Patri, attamen in hâc generatione ineffabili, nullum fuiſſe paſſionem.

ANTIOCHENUM Concilium XI an. 378 (in an. 380 rejicit *Pagius* in *Critica*) a CXLVI Orientis Epiſcopis habitum. Sublatum eſt in hac Synodo diuturnum illud Eccleſiæ Antiochenæ Schiſma, hac lege, ut cùm duo jam fuerint Antiochiæ Epiſcopi, uno è vivis ſublato, ſuperſtes integram Eccleſiam retineret, nec niſi unicus in poſterum Epiſcopus eligeretur. Deinde variæ legationes ad viſitandas Orientis Eccleſias, eaſque in Fide catholica confirmandas, ad ſedandas quas in Oriente excitaverant hæretici turbas, decretæ. Vide *Greg*. Nyſſeni, qui & ipſe interfuit, *Epiſt. de vitâ Macrinæ*. p. 187. & *Epiſt. de ineunt. Hieroſ*. Tom. II. p. 1086. *Sozom*. lib. VII. cap. 3. p. 706. In hac etiam Synodo facta eſt Fidei Catholicæ expoſitio, additis anathematiſmis, adverſus *Apollinaris*, aliorumque hæreſes. Denique recepta eſt, & approbata Synodica *Damaſi* Papæ de tribus in una Deitate Perſonis Epiſtola, ad Synodum Antiochenam ſcripta, & CLIII Epiſcoporum Orientalium ſubſcriptionibus confirmata; quam extulit *L. Holſtenius* Collect. Rom. *pag*. 165. Ab hujus etiam Concilii Patribus, notante *Valeſio*, ſcripta videtur Synodica illa ad Italiæ, Galliæque Epiſcopos, quæ inter Epiſtolas *Baſilii* locum *LXIX* habet *Tom. III.* p. 108. Hoc circiter tempore, certe vivente adhuc *Baſilio*, habita eſt in loco incerto, ſub *Amphilochio* Iconienſi Synodus, qua doctrina de Spiritu Sancto juxta Fidem Nicænam aſſeritur & confirmatur. Extat Græc. Lat. ſub *Amphilochii* nomine Epiſtola Synodica, quam ex Codice Regio primus edidit *Cotelerius* Monum. Græc. *Tom. III. p.* 99. eamque reſponſoriam eſſe conjicie Synodicæ Epiſcoporum alterius Provinciæ, qui circa *Macedonii* hæreſin de Spiritu Sancto fluctuabant & dubitabant.

ANTIOCHENUM Concilium XII. circa annum 443 a *Domno* Archiepiſcopo & XXVII Orientis Epiſcopis, in Porticu æſtivalis Secretarii, celebratum. In ſtatuendo hujus Concilii tempore fatetur Cl. *Cave* ſe non uſque adeo ſibimet ſatisfacere: cùm enim in Actorum initio quædam deſiderentur, annus certò definiri nequit. Verum ſub *Domno* Antiocheno, & viven-

viventibus adhuc *Proclo* CP. & *Cyrillo* Alexandrino, habitum eſſe manifeſtò liquet. Sedem Antiochenam ſortitus eſt *Domnus* an.436. depoſitus in Conciliabulo Epheſino an.449. Obiit *Proclus* anno 446. *Cyrillus* anno 444 ut ſerius anno 443. haberi non potuit. Scripſerat ad *Domnum* tum *Proclus*, tùm *Cyrillus*, in gratiam *Athanaſii* Perrhenorum Epiſcopi, qui fucum ipſis fecerat, ut Sedi Perrhenſi, quam clericorum ſuorum accuſationibus oneratus repudiaverat, reſtitueretur. Collectâ itaque Orientalium Synodo, *Domnus* hominem in judicium vocavit. Cùm verò adeſſe noluit (quod & bis antea recuſaverat, à propriis licèt Metropolitanis, *Panolbio* Hierapolitano, ejuſque ſucceſſore *Joanne* citatus) ut criminibus à clericis ſibi objectis reſponderet, unanimi Epiſcoporum ſententiâ depoſitus eſt. Extant hujus Synodi Acta *Concil. Chalcedon.* Act. XIV. p. 427. ubi plura de hac cauſâ dicturi ſumus.

ANTIOCHENUM Concilium XIII. an. circiter 447. (utique poſt *Flavianum* Throno CP. admotum) à *Domno* Archiepiſcopo, & IX. Epiſcopis, in cauſâ *Iba* Edeſſeni habitum. Variorum criminum accuſaverant *Ibam* Epiſcopum ſuum clerici aliquot Edeſſeni; quos proinde excommunicationis ſententiæ ſubjecerat. Oblatis libellis, appellârunt Clerici ad *Domnum* Archiepiſcopum, qui *Ibam* ad Synodum proximè poſt Paſcha habendam vocavit. Interim clericos ob appropinquantem Feſtivitatem ab anathematis vinculo liberari voluit. Habitâ mox Synodô, duo tantùm ex clericis accuſatoribus comparuerunt. Cauſâ ritè expensâ, Synodus *Ibam* ab objectis criminibus abſolvendum cenſuit. Extat Actorum hujus Synodi Fragmentum *Conc. Chalced.* Act. X. p. 742 Plura, lector, de hac cauſâ, Synodi Tyriæ & Beritenſis anno ſequenti, & Chalcedonenſis anno 451 habitæ Acta te edocebunt.

ANTIOCHENUM Concilium XIV. anno 1136 pridiè Cal. *Decembr.* ab *Alberico* Oſtienſi, Pontificis Legato coactum. In quo *Radulphus* partis Latinorum Patriarcha Antiochenus ſecundus, eo quod Romano Pontifici parere recuſaret, depoſitus eſt. Rem pleniùs enarrat *Guil. Tyrius* lib. XV. cap. 15.16.17. * *Cave* in Hiſt. Liter.

ANTIOCHUS, Monachus Palæſtinus, in celeberrimo S. Sabæ Monaſterio, *Laura* dicto, vitam egit: claruit anno 614. quo Hieroſolyma ſub *Chosroe* à Perſis capta, pretioſum Crucis lignum aſportatum, Monachi Lauretani aut cæſi aut fugati ſunt: & in his *Antiochus* mala ſubiit plurima. Superſuit ann. 629. In Homiliâ enim ultimâ prenſatam ab *Athanaſio* Hæretico ſedem Antiochenam indignatur. Scripſit, rogante *Euſtathio* quodam, *Pandecten divinæ Scripturæ*, ſeu *Compendium totius religionis Chriſtianæ & SS. Scripturarum doctrinæ*, *Homiliis CXXX* (a) *comprehenſum*: quibus præmittitur *Præfatio & Epiſtola nuncupatoria ad Euſtathium*; ſubjungitur verò *Exomologeſis ad Deum*. Homilias iſtas Latinè à ſe verſas primus in lucem edidit *Godef. Tilmannus* in Biblior. Patr. *Pariſ.* 1575. Græcum textum dedit unà cum *Tilmanni* verſione *Fronto Ducæus* Auctuar. *Pariſ.* 1624. Tom. I. p. 1028. Porrò *Antiochi* liber *de Vitiosis Cogitationibus* extat Latinè *Petro Pantino* interprete in Bibl. Patr. *Colon.* 1618. & alibi. Extat & ipſius Narratio *Vitæ Sti Euphroſyni* qui Lauræ S. Sabæ coquus Cœnobialis fuerat. Incipit, Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Εὐφρόσυνος, &c. Extat MS. in Bibliot. Vindob. inter *Theologicos* Cod. 333. juxta diſpoſitionem Neſſelianam *num.* IV. *fol.* 28. *p.* 2. Vide quæ notavit Cl. *Lambecius* Comment. *lib. III. p.* 138. ubi S. *Antiochum* hujus vitæ auctorem eſſe judicat; cujus proinde Pandectæ præfixa eſt. De hoc *Euphroſyno* ſilent penitùs Martyrologi Latini (*b*).

Eſt autem inſignis hallucinatio, non tantùm *Aſteri* (c) quem *Labbeus* Tom. I. p. 90. nominat & arguit, ſed & ipſius *Bellarmini* (d) ſcribentium, *Antiochum* hunc *CXXIX Homiliis* Calamitatem Hieroſolymitanam, raptamque S. Crucem ſub *Chosroa* à Perſis deploraſſe, cùm in unâ tantùm vel alterâ illius Cladis apertè mentionem fecerit, puta in *Præfatione* & *Homiliâ CVII.* atque in Exomologeſi (*e*).

Cæterum Capita ſingula hujus *Pandectæ* materiam aliquam moralem pertractant, ita ut totum opus pulchrum ſyſtema Theologiæ Moralis abſolvat, ex meris dictis ſacrorum ſcriptorum & vetuſtorum Eccleſiæ Doctorum *Hermæ* aliorumque contextum, licèt hi de nomine vix uſquam laudentur (*f*).

[a] Malè CXC apud *Ellium Du Pin* Sec. VII. p. 13. Malè etiam CL in Latina verſione Præfationis ad Pandectam.
[b] *Cave* in Hiſt. Liter.

[c] *Auctar.* cap. 177. [d] Lib. *de Script. Eccleſ.* ad A. 630.
[e] *Idem*, p. 62. [*f*] Plura de illo Cl. *Fabricius* Bibl. Græc. Tom. IX. 260 &c.

ANTIOCHUS Ptolemaidis in Phœniciâ Epiſcopus, natione Syrus, floruit circa annum 401 (*a*). Eloquentiæ fama clarus, CPolim profectus eſt, ubi frequentibus concionibus ad Plebem habitis, perſpicua dictione compoſitis, & ſonorâ voce pronunciatis tantum ſibi applauſum meruit, ut à nonnullis *Chryſoſtomus* diceretur: tantam etiam pecuniam, ut auro onuſtus ad civitatem ſuam rediret paulò ante exorta *Chryſoſtomi* infortunia. Poſtea tamen Ioti *Chryſoſtomo* à *Severiano*, *Acacio*, aliiſque intentatæ ſe immiſcuit: ac inter acerrimos *Chryſoſtomi* inimicos à *Palladio* (b) numeratur. Obiit ante annum 408. regnante adhuc *Arcadio* Imp Scripſit, præter *Sermones* plurimos, *adversùs avaritiam* unum & longum volumen, & *in curatum à cæci à Salvatore illuminati Homiliam*. Scripta ejus non extant: Sententiolam quandam ex eo profert *Theodorit.* Dial. 11. *Fragmentum* verò ejuſdem longiuſculum *de Chriſto lanceâ transfiſſo*, Autor Catenæ in Joannem *p.* 443. Aliud Acta Concilii Epheſini, *part.* 1. *c.* 4. (e).

Item in Catena ad Matthæum *Tom. I. p.* 239 affertur locus *Antiochi* de reſurrectionis veritate per Moyſis & Eliæ apparitionem confirmata. Expoſitionem *in Pſalm. XLI*, quæ inter *Chryſoſtomi* Opera legitur, huic Antiocho, vel alicui ſequioris ævi tribuendam ſuſpicatur *Thom. Bruno* in Diſſ. de Therapeutis Philonis *p.* 201.

Alia loca *Gelaſius* ſervavit libro *de duabus Naturis* citans Serm. *in Nativitatem Chriſti* & *in Paſcha*: alia *Ephræmus* apud *Photium* Cod. 288. alia *Leontius* contra *Neſtorium & Eutichen*: alia denique *Cyrillus* Alex. libro ad Reginas *Tom. VI. p.* 49. & inſerto *part. I.* Act. Conc. Epheſ. Tom. III. *Labbei* p. 118. (*d*).

(a) *Socrat.* l. 6. c. 11. *Sozom.* l. 8. c. 10. *Gennad.* c. 20. *Niceph.* l. 13. c. 9. (b) *Dialog.* p. 49. (c) *Cave* in Hiſt. Lit. Sec. V. p. 75. (d) *Fabricius* ubi ſup.

ANTIPATER *Boſtrenſis* in Arabiâ Epiſcopus, claruit circa annum 460. Ejus *Oratio in Zacharia evangelii & nativitatem Prodomi Joannis*, & *ſalutationem Deiparæ*, item *Oratio* ejuſdem εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον extant Græcè MSS. apud *Galenum*. Scripſit etiam Ἀντίῤῥησιν ſeu *Refutationem Apologiæ* Euſebii *Cæſarienſis* pro *Origene*, cujus fragmenta proferunt Concilii Nicæni II Patres, *Act. V.* Concil. *Tom. VII. p.* 368. Refert etiam *Allatius* Diatrib. de Simeon. *p.* 89. ejuſdem Autoris *Sermonem de Joanne Baptiſta*. * *Cave* in *Hiſt. Liter.* Vid. & *Fabric.* ſup. cit. *p.* 274. *Du Pin* Sec. V. p. 234. *Ciacon.* p. 179. *Oudinus* Comm. Tom. II. p. 102. obſervat, in MSS. Codicibus, plura extare Encomia & Homilias de diverſis argumentis, & de B. Virgine, quæ huic *Antipatro* tribuuntur, ſed vel eſſe ea omnia ſuppoſita à Græcis recentioribus, vel Homilias illas, aut Encomia ad alium *Antipatrum* recentiorem pertinere: ſiquidem feſtivitates beatæ Virginis & Sanctorum poſteriores ſunt Synodo Nicænâ II. A. 787. ideoque *Antipatrum* ſeniorem à juniore diſtinguit, qui circa Sec. IX medium floruerit.

ANTISSIODORENSIA Concilia. *Vid.* AUTISS.

ANTIST (F. *Vincentius Juſtinianus*) Hiſpanus, Valentiæ in Aragoniâ ortus, ibique in Prædicatorum Ordinem adſcitus, ejuſdemque Conventus Prior, Seculo XVI claruit, tùm S. Theologiæ Miniſterio, tum antiquitatum ſtudio : in patriâ deceſſit, ibique ſepultus anno 1599. Ejus funus cohoneſtarunt *Joban. de Ribera* Archiepiſcopus Valentinus & Patriarcha Antiochenus. Vid. *Diagus* in Hiſt. Prov. Arag. fol. 251, d. Illuſtri familiâ procreatum aſſerit *Fernandez*. *Oldoinus* in Athen. Liguſt. licèt Valentiæ ortum fateatur, tamen è nobili *Juſtinianorum* Genuenſium familiâ oriundum contendit. Verùm Editor *Bibl. Barber.* graviter eſt hallucinatus, qui *Antiſt* pro *Antiſtite* interpretans, Archiepiſcopum Valentinum eundem autumavit. Recenſentur ejus opera primò Latina, dein Hiſpana.

1. *Commentaria in univerſam Logicam.* Prodierunt *Valentiæ*, tum *Venetiis*, Ziletti 1582. in 4. *Coloniæ*, Jo. Crithii 1617. in 8.

2. *Annotationes in Opuſcula S. Vincentii Ferrerii*; eo curante edita *Valentiæ* 1591. in 8.

3. *De ſtigmatibus S. Catharinæ Senenſis Tractatus*, ſive *pro Catharinæ imaginibus Diſputatio* ; edita primò Hiſpanicè, *Valentiæ*, & *Barcinone* 1583. Tum Latinè verſa ab Auctore, ac novis argumentis, & teſtimoniis locupletata, *Valentiæ* 1597. Demùm *Antverp.* Plantini, & Moreti 1611. ad calcem operis F. *Joannis Nyder* de reformatione Religioſorum : *Majorica* item 1616. in 8.

Apud *Poſſevinum* in Appar. *Append.* p. 108. inter Codd. MSS. *Eucherii Bonetti* ſic legitur : *Sententia de Imagine S. Catharinæ Senenſis à P. Juſtiniano Latinè ſcripta, ſed à Bonetto fratre Eucherii Bonetti Italicè reddita.*

4. *Relatio de Inventione Corporis S. Angliuæ*, & *cujuſdam particulæ Reliquiarum S. Urſulæ*, quod accidit April. 1588 ; edita à *Thomâ Tamajo* in Notis ad *Luitprandi* Chronicon.

5. *De B. Raymundo Pennaforti in SS. numerum referendo, ad Commiſſarios Apoſtolicos.* Meminit *Petrus Auguſt. Morla* in præfatione *Emporii Juris.*

6. *De S. Officii Dignitate, & Origine.* Opus MS. laudat *Lud. Paramo* lib. 2. *de Origine S. Inquiſitionis* : de eodem loqui videtur *Morla* cit. in præfat. ubi ſic habet : *Prodetque breviter idem* Juſtinianus *univerſam omnium fidei Cenſorum hiſtoriam ſex libris comprehenſam.*

7. *La Vida, y hiſtoria del Apoſtolico Predicador San Vincente Ferrer Valentino*, libris III. *Valentiæ*, Petri de Huete, 1575. & 1582. in 8.

Hanc Italicè vertit F. *Jacob. de Magdalena*, & Panormi edidit 1600. in 8. Eandem verſionem iterùm prælo ſubjecit Fr. *Lud. de Magdalono* vir inſignis pietatis Congregationis de Gavotis auctor, Neap. Jac. Carlini 1613. in 8.

8. *Relacion de la Vida, y muerto del P. J. Luis Beltran*, libris II. *Cæſaraug.* & *Valentiæ* 1582. in 8. Prodiit Italicè verſa hoc titulo : *Vera Relazione della Vita, e Morte del P. J. Luigi Beltrando di ſanta Memoria, raccolta per il* R. P. M. Vincenzo Giuſtiniano, *e tradotta in volgare da un Padre della medeſima Religione.* Genuæ, Jac. del Poggio 1583. in 8.

9. *Vida de Fr. Luis de Granada.* Valentiæ 1582. in 8.

10. *Vida de S. Pedro Gonzalez Telmo de la Orden de Santo Domingo.* Valentiæ 1587. in 8. Ad eandem *Additiones*, ibid. 1593. in 8.

11. *Tratado de la Concepcion de Nueſtra Señora.* Oſcæ, Michaelis Petillas in 16 : *Valentiæ*, Petri Vermejo.

Prodiit à morte Auctoris *Matriti*, Lud. Sanchez 1615. in 8 ; & *Majorica* 1616. in 12. *Oldoinus* aſſerit & Latinè editum, an ab auctore ? Gallicè reddidit nobilis Vir *Antoninus Thomas*, & edidit *Pariſiis* Jo. Bapt. Cuſſon 1706. in 12 (*a*). Quâ in opel-

[*a*] Interpres Appendicem quandam adjecit, in quâ ſententiam Auctoris variis argumentis confirmat. Vid. *Ephem. Pariſ.* 27 Jun. 1707. & *Diar. Trevolt.* Febr. 1709.

lâ piam Auctor ſequitur ſententiam. Notat autem *Alva* Sol. Vetir. *Rad.* 305. *col.* 2044. in Editionibus *Oſcæ*, & *Valentiæ* citatis deeſſe integrum Paragraphum conſid. 5. qui legitur in Matritenſi, & alius circa falſa miracula, quæ in concionibus narrari non probat, imò peccati mortalis arguit, etiamſi ad honorem Dei facta videantur, juxta illud *Pauli* I Cor. XV. *Diximus teſtimonium adverſus Deum* &c. & illud Auguſtini. *Perhorrendum eſt aliquid falsò de Deo dicere, etiamſi ad laudem ejus videatur pertinere : non enim minori, ſed majori fortaſſe ſcelere in Deo laudatur falſitas, quàm vituperetur veritas.*

Præter ſuperiora opera in Bibl. Hiſp. *Antonii*, & apud *Altamuram* ad 1595. recenſita, *Oldoinus* hæc refert apud *Echardum* ad A. 1599.

12. *Chronicon Ordinis Prædicatorum* à *Franciſco Maria Toreigio* in opere, cui tit. *Grotte Vaticane* Romæ 1639. in 8. edito laudatum.

13. *Vita virorum vitâ, & pietate clarorum ſui cœnobii Valentini* ; ſed an aliæ ſint, quàm S. *Vincentii Ferrerii*, & B. *Lud. Bertrandi*, mihi, inquit *Echardus*, incompertum ; certè non meminit *Diagus*.

ANTISTIUS (*Lucius*) Scripſit ex *Lipen.* II. 156. Librum, *de Jure Eccleſiaſticorum*. Conſtantiæ in 8. & in 12.

ANTITACTÆ Hæretici Seculi II, qui Dei mandatis ſe opponebant, dicebantque Deum quidem Patrem univerſorum noſtrûm eſſe naturâ, & omnia quæ fecit, bona eſſe ; unum autem quempiam ex iis qui ab ipſo facti ſunt, zizania ſeminaſſe, & malorum naturam generaſſe ; quibus, aiebant, nos implicavit, & Patris adverſarios efficit. * *Moreri.*

ANTITRINITARII Sectarii, circa annum 1570 exorti, tres Perſonas divinas unâ in Perſonalitate ſubſiſtere, impiè docere cœperunt. Sed & in veteri Eccleſiâ, ut de Manichæorum duobus principiis, & portentoſis Æonum Syzigiis, de Valentinianorum & Gnoſticorum ingenio, deque *Montani* Paracleto, quem Spiritui S. opponebat, taceam. Hi quadruplici agmine contra ſacratiſſimam veritatem, & Chriſtianæ fidei veluti arcem, doctrinam hanc *de Trinitate*, qualem Scriptura nobis tradit, inceſſère. I. acies fuit *Ebionitarum*, *Cerinthianorum*, *Carpocratianorum*, atque *Nicolaitarum*, qui Chriſti Divinitatem negârunt : quo in agmine etiam fuit *Theodotus*, *Coriarius*, ac poſt illum *Artemon* & 60 poſt annis *Paulus* Samoſatenus, ab Antiocheno Concilio Sede ſuâ motus : quem *Photinus* excepit, à Synodo Sirmienſi pariter damnatus. II. fuit *Patripaſſianorum*: cujus duces fuêre *Praxeas* à *Tertulliano* refutatus ; *Hermogenes*, *Noetus*, *Sabellius*, qui expunctis Perſonis, earumque diſcrimine, non aliam quam *Trinominem* Trinitatem intellexêre. III. *Arius* ductavit, qui Trinitatem conceſſit, ſed valdè imparem, & filio quidem minorem quandam Deitate, & aliam à Patre eſſentiam, Spiritui autem Creaturæ nomen adſcripſit. Poſt quem in diverſum abiêre Hæretici : quidam enim cum *Ario* filium quidem Patri ὁμοιούσιον verbo ; reipſâ autem per omnia ἀνόμοιον, ſeu diſſimilem, quippe creatum, & ex non entibus factum dixêre, qui inde *Exoucontiani*, & à Sectæ Autoribus *Acaciani*, *Aëtiani*, *Anomæi*, *Eudoxiani*, *Eunomiani*, & *Urſaciani*, appellati fuêre : atque cùm his idem planè Sec. XVI ſenſit *Eraſmus Joannes*, qui cum *Socino* ſuper hoc argumento biduum palam diſputavit ; alii ſimilem quidem eum per omnia Patri, ſed non *Conſubſtantialem*, aſſeruêre, ut *Semi-Ariani*. IV. aciem inſtruebant *Pneumatomachi*, autore *Macedonio* Epiſcopo CPolitano an 360. qui parte Arianæ impietatis de filio repudiatâ, partem alteram de Spiritu S. amplexus eſt. Quos omnes Hæreticorum errores imitatus & ſupergreſſus eſt deinceps *Mahometes*, famoſiſſimus impoſtor, anno 620. Imperante *Heraclio*, qui pariter in Eſſentiâ divinâ veram ſolummodò perſonam, & in Chriſti Perſonâ unam

tantùm eſſentiam agnovit. Verùm Sec. XVI ſepultas jam hæreſes veteres ex orco revocavit *Michael Servetus* Hiſpanus ; quem ſecuti *Valentin. Gentilis*, *Georg. Blandrata*, frater *Davidis*, *Fauſtus Socinus*, aliique ex iſto grege, qui in negandà Divinitate Chriſti conſpirantes, in cultu atque adoratione ejus non leviter diſſentiunt : Spiritûs verò S. non Divinitatem ſolùm, ſed & Perſonam abnegârunt, ac SS. Trinitatis dogma tartareo ore afflare pro ludo habent; quin & Antichriſti commentum blaſphemè vocant, atque à prodromis ejus Chriſtiano populo obtruſum, *Tertulliano* præſertim atque *Athanaſio*, quorum is ex *Montani* ſpiritu, & fanaticarum Mulierum prophetiâ illud hauſerit ; hic ex odio in *Arium* novum dogma procuderit, quod Synodo Nicænæ omnem ſuam autoritatem debeat, ut Chriſtus anno 327. demum Deus factus ſit, & Spiritus S. an. 340. pluraque alia calumniantur. *Socinianos* non longo intervallo ſequuntur plurimi *Anabaptiſtæ*, ſed qui ipſi non ſatis inter ſe concordes, longè imperitiùs hoc argumentum tractarunt, &c. Quæ adeò variæ hæreſeos hujus facies, licet non uno ſe vultu oſtendant, reverâ tamen in eandem impietatem conſpirant omnes; & Valentini *Æones*, Sabelli *Trinomium unitas*, Arii *Creatura*, per quam Deus omnia condiderit, Samoſateni, Photini ac Socini *homo Deificatus*, nihil aliud ſunt, quàm alternantia unius veritatis adulteria, uti accuratè docet *Fr. Burmannus* in Synopſi Theol. Chriſt. *p. 2. l. 1. c. 35. Hofman. in Lexico.* De iis & contra eos ſcripſerunt *Bellarminus*, Jac. *Vieckius*, Mart. *Smiglecius*, Frid. *Baldumus*, *Schluſſelburgius*, Wolf. *Franzius*, Jac. *Martinus*, Chriſt. *Matthias*, *Graverus*, Jo. *Gerhardus*, Nic. *Hunnius*, Paul. *Tarnovius*, Jo. *Botſaccus*, Jo. *Mantiſch*, B. *Meiſnerus*, Jo. *Saubertus*, Theod. *Thummius*, Joſua *Segmannus*, Andr. *Prolaus*, J. Conr. *Dannhaverus*, Juſt. *Feverbornius*, Andr. *Kenerus*, Abr. *Calovius*, Aug. *Varenius*, J. Paul. *Dieerius*, Paul. *Felwingerus*, Jo. Ant. *Scherzerus*, Phil. Jac. *Spenerus*, Jo. *Olearius*, *Zanchius*, Jo. *Junius*, Jac. *ad Portum*, J. Henr. *Alſtedius*, Joſ. *Simlerus*, Sibr. *Lubbertus*, uterque *Spanhemius*, Hugo *Grotius*, *Cloppenburgius*, Joſ. *Placæus*, *Maccovius*, L. *Crocius*, Andr. *Eſſenius*, Jo. *Hoornbeckius*, Jo. *Coccejus*, Matt. *Schoockius*, Amos *Comenius*, Sam. *Mareſius*, Jaſz *Berenyus*, Nic. *Arnoldus*, *Abbadiens*, & omnes Locorum Communium Scriptores.

ANTOLI Rabb. claruit Seculo XIII. Scripſit

1. *Rouach Chen* Spiritum gratiæ, id *eſt* Comment. in lib. Ariſtotelis de decem prædicamentis.

2. Commentarium in Maimonidæ *More Nevochim* MS. in Vatic.

3. *Epiſtolam ad Maimonid.* quæ cum hujus reſponſione ad dubia quædam ex lege propoſita MS. extat in Vatic. 4. Clar. *Wolfius* in ſuâ Bibl. Hebræâ *p.* 102. ait hanc fortè non diverſam eſſe ab illâ ejuſdem ad *Maimonidem* Epiſtolâ, quæ cum hujus reſponſione legitur inter opuſcula à R. *Sam. Germano* collecta, & cum libro R. *Joſephi del Medico* edita Baſileæ A. C. 1629.

ANTOLINEZ (*Auguſtinus*) Hiſpanus, Pinciæ editus anno 1554 die 6 Dec. in patria induit ſe Auguſtinianorum habitu A. 1571. Maii 18. in eademque ſacrarum Literarum publicus fuit Profeſſor, mox Salmanticinus Theologiæ Doctor primarius, & aliquandò emeritus Provinciæ ſuæ ſodalium ter, aut quater Præfectus. Anno 1621 electus à *Philippo IV* Regius Concionator, Anno dein 1623. vel ſub finem 1622. Præſul *Civitatenſis*, ſequentique poſt repudiatam, ne ad exteros iret, cathedram Eccleſiæ Tarraconenſis, Antiſtes creari meruit Compoſtellanus. Scripſerat vir juxta pius, atque doctus

1. *Hiſtoria de Santa Clara de Montefalco de la orden de San Auguſtin.* Salmanticæ, apud Suſannam Muñoz, 1613. in 4. & 1621.

2. *Vida de San Juan de Sahagun*, ejuſd. Ord. cui addictiſſimus vixit. *Salmantica*, 1605. in 8. *Vitas* quoque *aliarum Sanctorum ſui Ordinis*, aliaque plura MSS. ſervari *Colonia* apud *Petrum Loy* Sacræ Theologiæ Licentiatum affirmat *Cornelius Curtius* in *Elogiis virorum illuſtrium Eremitarum.*

3. *Tractatum* ſcripſiſſe, in quo docuit, quod *Beata Virgo Maria ab inſtanti ſua conceptionis viderit divinam eſſentiam*, ſcribit *Joannes à Sta Maria* Toletanus in *libello ſupplici ad Innocentium X.* & ex eo *Petrus Alva* in *Militia Conceptionis.* Obiit poſt biennium in Pontificatu Compoſtellano exactum, 19. Jun. 1626.

Conf. *Nic. Antonium* & *Elſſium* p. 86.

ANTOLINEZ (D. *Juſtinus*) Pincianus, *Auguſtini* ſupra laudati germanus frater, Juriſconſultus, Hiſpali vicea geſſit, & D. *Petri à Caſtro*, & *Quiñoner* Granatenſis Archiepiſcopi Archidiaconus, & poſtea Decanus fuit ; & Collegiatæ Eccleſiæ Sacri Montis, quam unà cum Canonicorum domo, & ſtudentium ſeminario idem *Petrus Caſtrius* extruxerat, primus Abbas deſignatus. Tandem creatus Dertuſæ in Catalaunia Epiſcopus A. 1627. Julii 5. Obiit A. 1640. Scripſit Hiſpanicè : *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Granatenſem*, quæ extat MS. in dicto Monaſterio Sacri Montis, teſte *Nic. Antonio.*

ANTOLINUS (*Sebaſtianus*) è Macereris, Sacerdotio præditus vivebat anno 1676, cum juvenis conviveret in Seminario Epiſcopali Peruſino. Latino ſcripſit carmine

1. *Prarogativas Deipara Virginis Maria.*

2. *Laudes D. Baſilii Magni.*

Excuſa Typis *Peruſinis* annis 1665, 1666. * *Oldoinus* Athen. Peruſ. *p.* 303.

d'ANTONELLO (*Nicolaus*) Interamnenſis (de *Teramo* in Regno Neapolitano,) SCRIPSIT Carmine Italico A. 1456

Vitam B. Virginis à nativitate ſuâ ad aſcenſionem in Cœlum, quam laudat *Mutius* in Memorialibus Patriæ ſuæ, quæ MS habere teſtatur *Toppius* p. 220.

ANTONELLUS (*Nicolaus*) Italus, Pergulanus in Ducatu Urbinate, EDIDIT hoc Sec. XVIII & *Benedicto* Papæ *XIII* nuncupavit

Diſſertationem de titulis quos S. Evariſtus Romanis Presbyteris diſtribuit, Romæ, typis Hier. Mainardi, 1725 in 8. Probat Autor ille Titulos ab *Evariſto* inſtitutos alíud non fuiſſe, niſi Eccleſias, in quibus à Titularibus Presbyteria adminiſtrabantur Sacramenta, non vero loca quò conveniebant fideles ad preces fundendas. *Evariſto* igitur in Romanâ Eccleſiâ tribuenda eſt Parochiarum inſtitutio, quam cœteræ Eccleſiæ poſtea ſunt amplexæ. Parochiæ præfatæ fuêre domus Deo dicatæ, & non totum corpus, ſed ſolùm pars ſuperior *Cœnaculum* nuncupata. Exponitur deinceps, quid in Titulis agebatur; oſtenditurque quod miſſio *fermenti* à Pontificibus facta, fuit eorundem Titulorum diviſioni coætanea, præſcindendo ab agitatâ celebri quæſtione, in quo conſiſteret tale fermentum. Subinde demonſtratur Liturgiam à D. Martyre *Juſtino* in ſuâ primâ Apologiâ expoſitam, eandem eſſe, quæ in Occidentalibus Eccleſiis, & Romanâ erat in uſu, non verò in Orientalibus. Agitur porrò de Eleemoſynis, & Collectis, quæ probabiliter in Eccleſiis Titularibus fiebant, & quomodo, & quibus eædem à à Romano Pontifice diſtribuebantur. *Giorn. de' Letter.* Tom. XXXVII. p. 504.

ANTONIANUS (*Johannes*) Dominicanus, Neomagi Geldrorum natus, Ordinem in patriâ profeſſus eſt, Græcè & Latinè doctus, divinis humaniſque litteris egregiè inſtructus, in ſacrâ profanâque Poë-

carum

Digitized by Google

tarum Ethnicorumque hiſtoriâ verſatiſſimus, SS. Patrum lectione ac tractatione aſſiduus, horum recenſendis, illuſtrandiſque operibus ſuam libentiſſimè commodavit operam. Obiit A. 1588. Edidit

1. *D. Gregorii* Epiſc. Nyſſeni *de creatione hominis* librum, *Supplementum Hexaemeron Baſilii M.* fratris interprete *Dionyſio* Romano Exig. nunc primùm typis excuſum &c. Coloniæ A. 1537. fol.

2. *Gregorii* Nyſſeni *de Philoſophiâ* Libros VIII. interprete *Johanne Conone*.

3. Ejuſdem *Myſticam Moſaicæ vitæ enarrationem*; perfectam formulam vivendi cuilibet Chriſtiano præſcribentem, *Georg. Trapezuntio* interprete.

4. Baſilii Magni *de differentiâ uſiæ & hypoſtaſis*. Interp. *Conone*.

5. *Gregorii Nazianzeni* in laudem *Greg. Nyſſeni* Orationem interp. eodem.

6. Ejuſdem *Sermonem de moderandis diſputationibus*, Interp. *Joh. Oecolampadio*.

7. *Paulli Nolani* quotquot extant Opera omnia, partim ſolutâ oratione, partim carmine conſcripta; D. *Henr. Gravii* &c. ſtudio atque induſtriâ ex vetuſtiſſimis exemplaribus reſtituta & argumentis illuſtrata. Quibus *Antonianus* procemiom initio adjecit, & ad calcem Epiſtolas nonnullas ad D. *Auguſtinum*, *Alypium* & *Romanianum* alioſque, Coloniæ 1560. in 8.

8. *Epiſtolarum D. Hieronymi* Decadem I. ab *Henr. Gravio* Priore quondam ſuo recenſitam & notis illuſtratam in uſum Gymnaſii Neomagenſis ad ejuſdem Præfecti inſtantiam. Antverpiæ 1568. 8.

ANTONIANUS (*Sylvius*) S. R. E. Cardinalis, Romæ, ut creditur, humili loco natus anno 1540. die ult. Dec. ortûs ignobilitatem dotum præſtantiâ ac munerum ſplendore illuſtravit. Is tam ſubitos ac tam ſtupendos in litteris progreſſus fecit, ut quod de iis narratur fidem ferè ſuperet. Annos etenim X. aut XII. natus, carmina de quocomque argumento tantâ facilitate atque elegantiâ condebat, ut quamvis *impromptu* excogitata, excultiſſimi poëtæ indigna non judicarentur. Id ſæpè probavit experientia: præſertimque apud Cardinalem Piſanum, ubi Cardinalis *de Medicis* (poſteà Papæ ſub nomine *Pii IV.*) laudes verſibus eximiis extemplo celebravit: Dehinc à Duce Ferrarienſi ob ingenii præſtantiam Ferrariam adſcitus A. 1555. optimis Præceptoribus omni diſciplinarum genere erudiendus traditur, ac poſtea in Ferrarienſium JCtorum Collegio laureâ Doctorali ornatur. Inde à *Pio IV.* Romam vocatus, humaniorum litterarum Profeſſor ab eo conſtituitur in Collegio Romano, cujus deinceps Rector extitit. A *Pio V.* Sacri Collegii Scriba renunciatus, hoc munus XXV. annis exercuit, in quo probitatis ſimul & eruditionis laudem adeptus eſt. Oblatum à *Gregorio XIV* Papienſem Epiſcopatum recuſavit, non verò Diplomatum Scribæ munus apud *Clementem VIII.* à quo ipſius primum Camerarius, deinde Cardinalis A. 1596. vel 1598. Mart. die 3. conſtitutus eſt. Laboris litterarii fuit amantiſſimus, adeò ut tranſactis in conſcribendis epiſtolis pluribus noctibus mortem ſibi conſciverit anno 1603. ætatis ſuæ 63. Eâ præditus fertur ſcribendi facilitate, ut ne ullâ quidem liturâ chartam unquam deformaret.

Tradunt etiam *Antonianum* noſtrum fuiſſe unum ex Defenſoribus in Controverſiâ exorta circa Patriarcharum prælationem: quâ de re legendus *Gio Franceſco Peranda* in Epiſt. Romæ datâ 11 Dec. 1589. inter ejus Epiſtolas Italicè editas *Venet.* A. 1604. *P. I. p.* 224.

Hujus Cardinalis Vitam ſcripſit *Joſephus Caſtalio*, quem tum rationibus, tum publicarum tabularum teſtimoniis ab eorum calumniis vindicare conatus eſt, qui illum à parente minùs juſtâ uxore genitum aſſerebant.

Scripta:

1. *De Chriſtianâ puerorum Educatione.* Italicè *Veronæ*, curâ *Auguſt. Valerii* hujus urbis Epiſcopi & Cardinalis.

2. *Diſſertatio de obſcuritate Solis in morte Chriſti.*

3. *De ſucceſſione Apoſtolicâ.*

4. *De Stylo Eccleſiaſtico* ſeu *de conſcribendâ Pontificali hiſtoriâ.*

5. *Orationes* aliquot *Ferrariæ* & *Romæ* habitæ, curâ *Joſephi Caſtalionis* A. 1610 editæ.

6. *De Primatu S. Petri.*

7. *Lucubrationes in Rhetoricam Ariſtotelis & in Orationes Ciceronis.*

8. *Homiliæ plures.*

9. *Sermones XIII. Romæ habiti.*

10. *Diplomata. Carmina. Notæ & Præfationes in fabuloſam narrationem Achill. Statii, & in Terentium Gabrielis Faerni.*

11. *Epiſtolæ plurimæ.* Omnia Romæ impreſſa anno 1603. Et alia quædam. * Conf. *Baluzm* p. 251. edit. A. 1720. *Erythræi* Pinac. I. p. m. 36. *Egge* Purp. doctæ *lib. V. p.* 217. *Nomencl.* S. R. E. Cardd. *p.* 177. ubi die 16 Aug. 1604 mortuus dicitur *Antonianus*, ſicuti & apud *Lud. Jacob.* p. 440. Vid. & *Baldaſſarri* p. 357.

ANTONICIUS vel ANTONUCCIUS (*Joan. Bapt.*) Umber, Eugubinus, Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, in Hebraicâ linguâ, & in divinis Scripturis aſſiduè revolvendis, & meditandis mirè exercitatus. Hunc propter inculpatos mores, eximiamque doctrinam *Paulus Aretius de Arrio* S. R. E. Card. Placentinus, ita eſt arctè complexus, ut A. 1573. eundem in Confeſſarium, Theologum, Domeſticum Inſtitutorem, familiæque ſuæ velut Pædagogum elegerit. Poſtea fuit Theologus *Annibalis de Capuâ* Archiepiſcopi Neapolitani. A. 1583. Sept. 26 fuit ſocius, & Conſiliarius Generalis *Spiritus Vicentini* Ordinem viſitaturi. Scripſit

1. *Lectiones ſuper Indulgentiis* (a).

2. *Catecheſin ſeu Inſtitutionem Civitatis ac Diœceſis Neapolitanæ.* Neap. 1577. 8. (*b*) & 1612. 4 (*c*).

3. *Catecheſin à RR. DD. Examinatoribus Placentinæ Diœceſis promulgatam, ad Parochiales Eccleſias aſſumendas accommodatam.* Placent. 1578. 8 (*d*).

(*a*) *Elſſii* Encomiaſt. *p.* 325. (b) *Lipen.* t. 146. (*c*) *Toppi* p. 129. (d) *Lipen.* I. 262.

ANTONIDES (*Joannes*) Weſtfriſius, Alemarienſis, Calviniſta, *Epiſtolam D. Pauli ad Titum* Arabicè edidit cum verſione interlineari Latinâ ad verbum. *Antverp.* ex officina Rapheleng. 1612. in 4. Vid. *Le Long* p. 543.

ANTONIDES (*Theodorus*) Belga, Calviniſta, Eccleſiæ Friſicæ Miniſter, cujus memorat *Jac. Le Long* p. 610.

1 *Explicationem utriuſque Epiſtolæ Petri*, Germ. Bremæ 1700. fol.

2. *Explicationem Libri Job*, Germ. Francof. 1702. in 4.

ANTONII (*Petrus*) Ord. FF. Prædic. patriâ & profeſſione Viterbienſis, vir politioris litteraturæ, & partibus Oratoris omnibus egregiè inſtructus, inſignis ad hæc Theologus, Procurator generalis Ordinis inſtitutus eſt anno 1486. quo munere fungebatur adhuc A. 1490. Quo anno tandem è vivis abierit, nemo refert. Ejus meminere *Luſitanus* & cum eo *Altamura* ad 1484. *Fontana* ad 1490. *Echard.* ad An. 1501. Reliquiſſe dicitur

1. *Volumen Concionum* MS.

2. Item aliud *Orationum & Carminum* Latinè.

S. ANTONINUS Florentinus. *Vid.* ANTONIUS.

ANTONINUS, *Honoratus* à *Gennadio* (a) dictus;

(*a*) De Script. c. 95.

(eundem enim eſſe nullus dubito) Conſtantienſis in Africâ Epiſcopus, clarus anno 437. (*b*) quo (ut ex *Proſperi* Chronico diſcimus) perſecutionem in Catholicos movebat *Genſericus* Vandalorum Rex. Inter alios Barbari Regis ſævitiam tunc expertos *Arcadius*, genere Hiſpanus, *Genſerico* antea ſatis carus, quòd Arianam impietatem amplecti nollet, in exilium actus eſt; quin & tandem Martyrii palmam reportavit. Ad hunc *Arcadium* jam exulantem ſcripſit *Antoninus* noſter circa an. 435. *Conſolatoriam & exhortatoriam ad labores pro Chriſto ferendos Epiſtolam*, & exempla præſentibus, inquit *Gennadius*, & Scripturarum relationibus roboratam. Pia planè eſt, & elegans epiſtola; quæque, ut rectè notat *Baronius*, antiquum illum Apoſtolicum characterem redolet. Extat tum apud *Baronium* ad ann. 437. tum in Bibl. Patr. *Tom. VIII.* p. 665.

(b) *Cave* in Hiſt. Liter. Vid. & *Oudin.* in Comment. ad A. 440. *Labbeum* ad A. 450. *Du Pin* Sec. V. p. 74.

ANTONINUS (*Johannes*) Scripſit ex *Lipen.* II. 501.

Aſſertiones Theologicas Pœnitentiæ. Viennæ 1666. in 12.

ANTONINUS (*Marcus*) Macerarenſis, Vicarius Generalis S. Caroli Borromæi, ſcripſit

Reſolutiones plurium rerum practicarum. Romæ A. 1629. * *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. I. p.* 1410.

ANTONINUS *Placentinus*, Auctor & quoad nomen & quoad res quas narrat, falſò ſuſpectus, inquit *Le Long* p. 611. Scripsisse fertur

Itinerarium, ſeu de locis ſanctis quæ perambulavit, cum animadverſionibus. Vid. *Acta Sanctorum* Tom. II. Maii.

ANTONIO (*Bernardinus de S^to*) Luſitanus, Ulyſſiponenſis, ex fratribus Redemptoribus Sanctiſſimæ Trinitatis, quorum Luſitanæ Provinciæ ſemel atque iterum præfuit.

Scripta:

1. *Epitome Generalium Redemptionum Captivorum*, quæ à fratribus Ordinis SS. Trinitatis ſunt factæ. *Olyſſipone*, apud Petrum Craesbeck, 1625. in 4. ubi *de Apoſtolicis indultis eidem Ordini conceſſis.* Item vernaculè

2. *Vida del Siervo de Dios Fr. Simão de Roxas, com ò Sermão pregado em as ſuas honras per il Padre D. Fr. Balthaſſar Paez, e as vidas dos Bienaventurados PP. Fr. Bernardo de Monrroy, Fr. João de la Aguila, Fr. João de Palacios, Redemptores de Captivos, que padecerão em Argel*; Prodiit ibid.

3. *Vitam* Ven. Patr. *Joannis de Contreras*, & *Vitam* Ven. Patr. *Rochi de Spiritu Sancto*, multaque alia MS. reliquit, diem ſuum obiens Scalabi, 5 Julii MDCXXXVIII.

Ex ineditis eſt

4. *Precioſo Teſouro da ordem da Santiſſima Trinidad*, qui obſervatur in Monaſterio Olyſſiponenſi, ut refert *Cardoſus* in *Agiologio, die* 14. *April. p.* 567.

5. *Deſcripcion de Portugal*: laudat idem *Cardoſus* die 29. April. p. 760. à *Nic. Antonio* citatus.

ANTONIO (*Fr. Chriſtophorus de*) olim, ut putat *Nic. Antonius*, Cancellariæ Granatenſis Advocatus; ſeculo dein nuncio remiſſo, Religioſus Ordinis Minorum, ſatis grandi volumine Scripsit

Triumphum Jeſu Chriſti contra Infideles: titulis XX. Salmant. 1524. in fol.

Petrus Alva Franciſcanus in *Militiâ Conceptionis*, & *Aubertus Miræus* Franciſcanum fuiſſe affirmant, quod notum non fuit *Lucæ Wadingo.*

ANTONIO (*Jacobus à S.*) Bruxellenſis Carmelita, annis pluribus Philoſophiæ Lector, ac Regens Theologiæ Lovanii, deinde Aſſiſtens Provinciaiis & ipſe Provincialis Flandro-Belgicæ; poſtea Prior Bruxellis, ſcripſit

1. *Librum pro cultu Deiparæ Virginis Apologeticum* peculiariter ex R. P. *Petro Caniſio* concinnatum, ſuppreſſo tamen nomine: *Mariab. Cathol.* 1675.

2. *Conſultations Canoniques ſur les exemptions des Reguliers*: Coloniæ 1682.

à S. ANTONIO (R. P. Fr. *Joannes*) Salmantinus, ex Diſcalceata S. Pauli Provincia, Theologus, Ex-Diffinitor, ac Cuſtos, ſupremi Tribunalis S. Inquiſitionis in Hiſpania Cenſor, duarum Provinciarum Ex-Commiſſarius Viſitator, & Præſes ſuæ Provinciæ, nec non totius Ordinis Minorum generalis Hiſtoricus &c.

Hujus extant, uti ex Memorialibus MSS. accepimus,

1. *Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum.* Salmant. 1728. in 4. Lat.

2. *Chronicas de Franciſcanos de la Provincia de S. Pablo en Caſtilla la vieja.* Salmant. 1727. fol. Tom. I. & II Matriti 1729.

3. *Defenſorium* cui tit. *Serios Dilemmas*, Matriti 1732. in 4.

4. *Sermones* varii &c.

5. *Bibliotheca univerſa Franciſcana*, ſive *Alumnorum trium Ordinum S. Franciſci, qui ab Ordine Seraphico condito, uſque ad præſentem diem, Latinâ, ſive aliâ quavis lingua ſcripto aliquid conſignarunt*, *Encyclopadia*, Willoti *Athenæo*, & Syllabo *Wadingiano* locupletior, *in tres diſtributa Tomos, adjectis neceſſariis Indicibus, ac Materiarum Bibliothecâ.* Matriti ex Typ. Cauſæ V. Matris de Agreda, A. 1732.

ANTONIO (*F. Petrus à Sancto*) Ulyſſiponenſis, Ordinis Minorum ex ea provincia, quam S. Mariæ à Rabida Luſitani vocant, decem tractatibus Evangelicam perfectionem docturus atque explanaturus, vulgari linguâ dedit

El jardin eſpiritual tirado da doctrica dos Santos & varoẽs ſpirituaẽs. Ulyſſipone 1632. 4. Hujus non meminit *Lucas Waddingus.*

ANTONIUS (*Ælius*) *Nebriſſenſis*, vernaculâ linguâ *de Lebrixa* dictus, natione Hiſpanus, ex cognomine oppido in æſtuariis Bætis fluvii ſito oriundus, natus eſt anno 1444. *Joannis Martinez de Cala*, & *Catharina de Xarana* filius. Poſtquam in patriâ Grammatices & Dialectices elementa hauſerat, Salmanticam miſſus, *Appollonium* in Mathematicis, *Paſchalem de Arandâ* in Phyſicis, *Petrum* Oxomenſem in Ethicis quinquennio audivit. Anno 1463. in Italiam profectus, cunctas ferè Academias luſtravit; inſigniores artium Profeſſores frequentavit; & uberrimam Theologiæ, Juris utriuſque, Medicinæ, linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ notitiam conſecutus eſt. Anno 1473. ab *Alphonſo Fonſecâ*, Epiſcopo Hiſpalenſi, in patriam revocatus, primus omnium humaniorum litterarum ſcientiam poſtliminio intulit Hiſpaniæ; quæ mille circiter annis Vandalorum & Arabum armis oppreſſa, Latinæ linguæ ſplendore & elegantiâ caruerat. *Antonius* in Epiſcopi familiam allectus, ludum litterarium Hiſpali aperuit, & triennio rexit. Anno circiter 1476. poſt patroni ſui obitum, Salmanticam ſe contulit; & duplici ſtipendio honeſtatus, duas cathedras (quod nemini antea contigit) Grammaticæ alteram, alteram Poëticæ, regendas ſuſcepit. In hoc ſtadio litterario, barbariei, quâ tot ſæculis ſqualuerant Hiſpanorum ingenia, expugnandæ totus incubuit; duram ſanè provinciam nactus. Moroſæ enim Scholaſticorum genti unà cum ſermonis vitiis inoleverat & vitiorum amor. Acriter illi adverſus *Antonium* decertarunt, rerum novarum dicam illi inſcripſerunt, & tantùm non hæreſeos accuſarunt. Iſti ſcilicet erant, quos *Antonio*, antiquas ſermonis ſordes repurganti, victoriæ erat inſtar, perſuadere, ut ſanari vellent. Claruit anno 1488. quo liberali ſtipendio invitatus, in *Joannis Stunicæ* ſummi Alcantarenſis militiæ præfecti, familiam tranſiit: ubi otium opportunum nactus,

Digitized by Google

nactus, Dictionarium ſuum, aliaque ad Grammaticam illuſtrandam facientia ſcripta confecit. Primario interim Profeſſore Salmanticenſi è vivis ſublato, *Antonius* de uncto ſuffectus eſt, & Salmanticam repetiit. Anno 1504 a *Ferdinando* Rege, cui ſummo in honore fuit, in aulam accerſitus eſt; ut rerum ab ipſo geſtarum hiſtoriam ſcripto conſignaret. Anno circiter 1508. egregiam *Ximenio* Cardinali triling uem Bibliorum editionem molienti operam præſtitit. Anno 1513. neſcio qua ignominia ab ingratis Academicis affectus, Salmanticâ receſſit, & in *Ximenii* clientelam ſe dedit. Ab eo lauto ſtipendio donatus, & primus Academiæ Complutenſis Profeſſor factus, ibi loci rem literariam ſcriptis & prælectionibus pro virili auxit. Obiit Compluti, apoplexiâ extinctus, die 11. Julii, anno 1522 (*a*) ætatis ſuæ 77. *Magnus Hiſpaniæ Ariſtarchus, præclarus Orator multa & varia lectione, cæleſti necnon ingenii & eminenti doctrina vir, Romana togæ gloria:* uti illum vocat *Alphonſus Matamorus* in *Apologetico*, qui tamen *Lib. de Erud. Hiſp. Viris & Academiis* agnoſcit Hiſtoriam, quam de geſtis à *Ferdinando* Rege conſcripſit, *Antonium* tenui ac dejecto quidem ſtylo, parùmque diligenter proſecutum eſſe.

O P E R A :

1. *Annotationes in Hymnos & Pſichomachiam Aurelii Prudentii* Lucronis 1512. 4. cum Scholiis *Sichardi*, Hannov. 1513. 8. & Antverpiæ 1540 8.

2. *Paraphraſis in Sedulii Poema de miraculis Chriſti.* Compluti 1514. in 4.

3. *Quinquagena locorum S. Scripturæ non vulgariter enarratorum*, ſive *Critica Reſponſio ad totidem quæſtiones Biblicas* (b) Pariſiis 1520. 4. *Baſil.* 1543. 8. (c) Antverp. 1600. 8. & inter *Criticos Sacros.* Duas alias *quinquagenas* ſcripſerat *Antonius*: verùm ipſas extorſit, & æternis tenebris damnavit Fidei Inquiſitorum injuriâ.

4. *Acta Sanctorum ſeu Vitæ nonnulla olim deſcripta cum additionibus marginalibus*; Lucronii 1517.

5. *Scholia in Segmenta ex Epiſt. Pauli, Jacobi, Petri & Joannis, nec non & Prophetis, quæ in eo divina leguntur per anni circulum.* Granatæ 1545.

6. *Dictionarium quadruplex* viz. Latino-Hiſpanicum, & Hiſpanico-Latinum nominum propriorum, & Latino-Hiſpanico-Theologicum, Compluti 1532 fol. Antverp. 1572, Granatæ 1554, 1585. item Lugd. juxta exemplar Matritenſe, A. 1683. fol. Vid. *Acta Erud.* 1683. p. 225.

7. *Annotationes in Orationes quæ in univerſali Eccleſia decantantur per totum annum*, editæ ſunt A. 1549.

8. *Expoſitio in Hymnos in Eccleſia decantatos*: Prodiit Granatæ 1551. 4.

9. *Homilia diverſorum Authorum in Evangelia quæ diebus dominicis leguntur*; ex Collatione variorum exemplarium caſtigatæ, & addita expoſitione illuſtratæ. Ibid. 1549.

10. *Homilia III de vinea ſpirituali noſtra mentis & ſapientia*, habentur inter Orthodoxogr. *pag.* 1934-1942.

11. *De Litteris Hebraicis cum quibuſdam annotationibus in Scripturam Sacram.* in 4.

12. *Apologia earum rerum quæ ſibi objiciuntur*, ad *Ximenium* Cardinalem.

13. In *Aratorem* Actorum Apoſtolorum *Paraphraſtem* ſe parata habere Commentaria retulit ad *Scobarium* anno 1508 ſcribens.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

(*a*) Non 1544. ut *Miraus* in Mantiſſa Auct. p. m. 104. & *Voſſius* lib. 3. cap XI. p. 658. nec 1554 ut *Nat. Alexander* Sec. XVI. p. 206 edit. A 1714. neque obiit anno ætat. 70. in quo *Scotus*, neque 90 circiter, in quo *Ibarra* falſi ſunt ut notat *Nic. Antonius*. (b) *Le Long* p. 597. (c) *Opus multâ ac exquiſitâ eruditione refertum*, inquit *Ellias Du Pin* Sec. XV. p. 116.

14. Prodierunt ſimul Poëmata ejus quamplurima Granatæ 1534. 4 & cum notis *Antiquaria* 1577.

15. Alia plurima *Nebriſſenſis* Opera Philologica, Poëtica, Hiſtorica, Grammatica, Juridica & Medica fuse recenſet *Nic. Antonius* Tom. I. p. 107 tum edita, tum inedita, quæ ad hunc locum minus ſpectant. Conf. *Wharton* ad A. 1488. *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 32. & ad eum *Camuſati* Obſerv. *p.* 783. *Lipen.* Bibl. Theol. Jurid. Philoſ. & Med. *Olear.* p. 67. *Baltaſſarri* p. 43.

ANTONIUS *Albaterrenſis*, Gallus, Capuccinus, Provinciæ Turonenſis Concionator, vir eximiæ pietatis, S. Th. Prælector, plurium Conventuum in eâdem Provinciâ Moderator; cum diu & indefeſſo labore in Miſſionibus inſudaſſet, ac Miniſtros Calviniſtas exagitaſſet, Gallicè librum edidit:

L'Aveu du Purgatoire ſigné par un Miniſtre, & ce qu'il a accordé touchant la realité du Corps de Jeſus Chriſt dans l'Eucharistie. Pictavii 1658. * *Bibl. Capucc.*

ANTONIUS ALET Presbyter, Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Noviodunenſis, natus A. 1623 in fano S. Remigii (vulgò *St. Remi en Lo*) Diœceſis Bellovacenſis, rexit parochiam *Pontis Epiſcopi* prope Noviodunum, quam olim rexerat *Joannes Calvinus.* Noviodunenſis Epiſcopus Dn. *de Baradas*, qui *Antonium* inde ad inſtitutionem ac directionem cujuſdam Seminarii in Diœceſi ſuâ eduxerat, cum ad ſe in extremo morbo accerſivit, atque in ejus ſinu animam efflavit. Aliquandiu poſt Noviomenſis Eccleſiæ Canonicus evaſit noſter; Seminarii verò cura Patribus S. Lazari demandata fuit. Ipſi *Antonio* tribuitur Inſtitutio Congregationis virginum, ſub tit. *S. Congregationis familia D. N. J. C.* cujus in gratiam Diploma Regium impetravit A. 1679. actis publicis in ſupremo Senatu Pariſienſi mandatum A. 1687. Obiit A. 1693. vitâ tranſactâ in reducendis ad Eccleſiam Romanam Reformatis, ruſticis erudiendis, pauperibus adjuvandis. * *Morer.* Diction. *pag.* 208. edit. Baſil.

ANTONIUS *ab Alicante*, Hiſpanus, Capucinus, Provinciæ Valentiæ Concionator, Magiſter Novitiorum, ac pluries Diffinitor, qui Evangelicas virtutes, & omnis religionis, ac pietatis ſtudium ſtudio literarum, ac fervore prædicationis ſemper adjunxit; præclarè ſcripſit

Aviſos al nuevo Predicador Evangelico, con un breve Tratado della ſagrada Eſcritura, in que explica, que coſa ſea, quantas ſus partes, ſus libros, ſus Autos, los ſentidos, los modos d'explicarla, y al fin d'el pone unas veinte y quatro propoſiciones maſoneuses, de quo deben fuir los Predicadores Valentiæ A. 1661. fol. Tom. III. * *Biblioth. Capucc.* p. 30.

ANTONIUS *de Ancona*, Italus, Auguſtinianus, ſcripſit

Quæſtiones ſuper Epiſtolam Canonicam D. Jacobi in 4. *Thomaſſinus* in Bibl. Patav. *p.* 27. * *Le Long.* Tom. II. p. 611.

ANTONIUS (*Auguſtinus*) Lutheranus, cujus extat

Diſſ. de Pathmo Lutheri in arce Watteburg *prope Iſenacum*, animadverſiones hiſtoricæ contra Card. *Pallavicinum*, in Hiſt. Concil. Trid. lib. 1. c. 28. *Cochlæum*, *Surium*, *Maimburgium*, *Boſſuetum* aliosque, Præſide Viro Cl. *Chriſt. Cellario*, Halæ Sax. 1696. in 4. & cum Notis Theologicis fratris D. *Pauli Antonii* (vid. inf.) recuſæ *ibid.* 1700, 1710 & 1718. in 4. (†)

(†) Bibl. Academ. Hallenſis *Sect. VIII. num.* 88. *p.* 338 citante *Fabricio* Centifol. Luther. *p* 83.

ANTONIUS *de Belocho*, aliis *Antonius de Vercellis* dictus, gente Italus, *Balocho* Diœceſis Vercel-

lenſis

lenſis pago natus, Ordinis Franciſcani ſocius, è familia Regularis Obſervantiæ ac Provinciæ Genuenſia. Claruit anno 1480. (*a*) Prædicator totâ Italiâ celeberrimus. Scripſit

1. *Quadrageſimale de XII. excellentiis Chriſtianæ fidei*; Venet. 1492. & 1529. (b) Lugduni 1502. excuſum.

2. *Tractatum de Virtutibus*, Hagenoæ 1513. 4°.

3. *Quadrageſimale* alterum de æternis fructibus Spiritûs Sancti, in xvi. Tractatus diſtributum. Singulorum titulos exhibet, totumque Opus penès ſe MS. extitiſſe prodit *Lucas Waddingus* de Scipt. Ord. Minor. *p.* 29.

(a) *Wharton* in Append. ad *Caveum*. (b) *Morer.* Diction.

ANTONIUS (a) *de Bitonto* tractûs Barenſis in Regno Neapolitano, Theologus Franciſcanus, claruit Sec. XV. de quo ita *Laur. Valla* Lib. IV. Antid. in *Poggium* p. 357 Operum. » Aliquot poſtea » annis, *inquit*, cùm eſſemus Neapoli, concionabatur quidam frater ANTONIUS *Betontinus* Ordinis » Minorum, qui his paucis diebus, Romam venit, vociferator egregius, niſi quod ſemper ferè » rauceſcit.....Hic igitur cùm per eam quadrageſimam » frequenter pueros, qui aderant, excitatos ac ſtantes juberet ſecum clamare, forte die quodam » interveni, cùm doceret illos Symbolum. » Docebat autem imperitiſſimus ille Monachus, unumquemque Symboli articulum membratim ab unoquoque Apoſtolo conditum fuiſſe: tum rei novitate *Valla* perculſus, à viro amico *Angelillo* Campano an illud ab ullo alio ſcriptore memoriæ proditum legiſſet ſciſcitatus, eſt: negavit *Campanus*, neque ab alio quàm à *Bitontino* audiviſſe quòd *Hieronymus* patriâ Romanus fuerit, ingenuè falſus eſt. Virum igitur religioſum adire conſtituerunt, audieruntque non multo poſt. » Reperimus hominem, inquit *Valla*, norat ut pote vicinum: exorſus, *laudate me ut* » *doctum & ſtudioſum*. Ego interpellato ejus ſermone, ne putaret ille me diſputandi ſecum gratiâ adiiſſe, dixi me ab *Angelillo* forte perductum, » ut communiter duas res omnes ſciſcitaremur: Ita » rem habere *Angelillus* dixit: *volumus à te doceri*, » *quis tradit, quod ego audivi te docentem*, Hieronymum *fuiſſe Romanum*: tum ille: *multi tradunt*, » *ſed quis negat*! primum hominis ſtultitiam, quaſi » alius deberet oſtendere quis negaret, & non ipſe, qui hoc affirmaverat, ac rogabatur quis traderet. Reſpondi: *Hieronymus ipſe non ſe Romanum* » *facit, ſed Dalmatam, ſive Pannonium ex Stridone* » *oppido*....Alii, *inquit ille*, Romanum fuiſſe ajunt, » alii Dalmatam. Egregia tergiverſatio, pergit » *Valla*, quaſi alii magis noſſent natale ſolum *Hieronymi* quàm ipſe *Hieronymus*, aut potius quaſi » ulli alii hoc dicerent, quos, ſi qui eſſent, nominare debebat....Ego ſtatim cognitâ hominis & » imperitiâ & improbitate nolui inſtare. » Omiſſâ priori quæſtione, ad poſteriorem venit *Valla*, qui nullum aliud ab *Antonio* tulit reſponſum, quàm quod id Doctores Eccleſiæ tradiderant: cùm autem inſtaret, ac peteret quinam eſſent illi Doctores, ad Grammaticorum ſubſellia cum riſu & etiam deriſu dimiſſus eſt. Tunc iratus & excandeſcens *Valla*, diutiùs ſe continere non potuit, ſuperbumque Monachum tam acerbis excepit convitiis, ut hic ſtatim Monaſticæ modeſtiæ immemor, ita conferbuerit, & ad clamores ſuos Fratres, cæteroſque qui tunc in Monaſterio aderant, acciverit. Neminem poſtea inimiciorem expertus eſt *Valla*, & concitatis in ſe cœlitibus animis, vix ab hiſce turbis ſeſe expedire valuiſſet, niſi ALPHONSUS Rex ſuam interpoſuiſſet auctoritatem, veritus ne inpoſterum hæreſeos repereretur. Obiit autem *Antonius* noſter Attellæ anno 1459 (b)

(a) *Nicolaum* vocat *Oudinus* inf. cit. in Indice.

SCRIPTA:

1. *Sermones ſuper Epiſtolas Quadrageſimales.* Lugd. (*c*) vel potius *Venetiis* (*d*) Hertog. 1496. in 8. ac prius *Argentinæ* 1495 (*e*).

2. *Poſtilla* ex *Nicolao Lyrano* collecta, in omnes lectiones V. ac N. T. quæ per totum annum recitantur, additis de ſuo aliquot Quæſtiunculis Theologicis, A. 1500 impreſſa apud Wolfium, ſine mentione loci, & *Lugd.* apud Rovillium 1569. in 4.

3. *Tractatus quare Deus fecit peccabile genus humanum: ſpeculum animæ*, MS. apud Franciſcanos Mirapicenſes.

4. *Summa egregia Theologiæ*, Card. tit. *S. Euſebii* nuncupata. Sane exſcripſit F. *Franc. Galhard*, perfecitque ad diem xi Aug. A. 1460. Extat MS. in Bibl. Regia, N. 4518.

(b) *Camuſatus* in Obſerv. ad *Ciacon.* p. 859 & 860. (c) *Oudin.* in Comm. ad A. 1440. (d) *Toppi* Bibl. Napol. *p.* 24. (e) *Ciacon.* p. 183. ubi vocat *Sermones Dominicales.*

ANTONIUS *Carnotenſis*, Gallus, Capucinus, alumnus Provinciæ Pariſienſis, quem Cardinalis *Perronius* in Sacris Scripturis exponendis ingenuè fatetur Spiritum Dei fuiſſe ſortitum, tantâ facilitate, & claritate textus magis arduos Auditoribus explicabat. Priuſquam ſuggeſtum conſcenderet diu flexis genibus orabat, & manibus junctis divinam Scripturam meditabatur. Plura ſcripſit in eandem Sacram Scripturam, quorum aliqua MS. in eâdem Provinciâ aſſervantur prælo digniſſima. Feliciter occubuit, Viri ſancti, & Apoſtolici ſibi nomine comparato A. 1625; & Pariſiis in S. Honorati ſepultus. Ejus geſta deſcribuntur à P. *Marcellino de Piſis* Tom. III. Annal. Capuc. §. 38. Bibl. Capuc.

ANTONIUS (*Carolus*) Scripſit *Theſaurum de pœnis Eccleſiaſticis.* Romæ 1678. * *Lipen.* p. 501.

ANTONIUS (*Dominicus*) Italus, ex oppido Cypraliarum, Diœceſis Tarentinæ, Carmelita, S. T. M. Obiit Tarenti 30 Auguſti 1670. Scripſit ex *Spec. Carmel.* Tom. II. p. 1071.

Collectanea Compoſitionum ad feſtivitatem Canonizationis S. M. Magd. de Pazzis. Romæ, 1669. in 4.

S. ANTONIUS *Florentinus*, Archiepiſcopus ejuſdem Urbis, non Neapolitanus, ut perperam ſcripſerunt non pauci, ob puſillam ſtaturam *Antoninus* dictus, *Nicolai* & *Thomaſiæ* filius, natus eſt anno 1389. Primâ ætate Juri Canonico Feſulis operam dedit. Sedecennis Prædicatorum Ordini ſe adjunxit; & in Conventu Cortonenſi cucullum induit, *Laurentium Ripafractam* præceptorem ſortitus. Adultior factus, cùm doctrinæ & pietatis famâ enitere cœperit, Cœnobiis Dominicanorum Cortonenſi, Romano S. Petri Neapolitano, S. Marci Florentino, Senenſi, Cajetano, Sueſſano, & Feſulano ordine præfectus eſt. Plures Reipublicæ Florentinæ nomine legationes adhuc Fraterculus ad diverſos Principes, maximè verò ad *Martinum V.* & *Eugenium* Pontifices, obiit. Tandem Vicarius Generalis Congregationis Neapolitanæ conſtitutus, anno demum 1446. iv. Id. Februar. Archiepiſcopus Florentinus ab *Eugenio* Papa invitus admodùm renunciatus eſt. Anno 1447. atque iterum 1455. Romam à Populo Neapolitano legatus eſt, ut *Nicolao V* & *Calliſto III.* ad Pontificatum evectis fauſta precaretur. Obiit die 2. (*a*) Maji anno 1459. (*b*) ætatis ſuæ 70. in Eccleſia S. Marci ingenti pompa ſepultus. *Pius* enim *II.* Papa Florentiæ

(a) *S. Antonini* feſtum ad hunc diem notârunt Martyrologium Rom. aliaque, juxta *Clementis VII* Decretum, verum inſtante Etruriæ Duce feſtum ad diem Maji 10 tranſtulit Papa *Innocentius X.* Vid. *Adr. Baillet* ad eund.

(*b*) Errat *Lud. Jacob* p. 263 ubi mortuum ſcribit A. 1452. Errat quoque *Sixtus Sen.* lib. 4. p. 202. ubi claruiſſe ait a. 1460.

Digitized by Google

Florentiæ tunc præſens funeris curandi onus in ſe ſuſcepit ; omnibuſque cadaver ejus, antequam terræ mandaretur, oſculatis plenariam ſeptem annorum ac totidem Quadragenarum indulgentiam conceſſit. Neque enim ſine inſigni ſanctitatis famâ deceſſit *Antonius* : quin mira de illius pietate, vigiliis, humilitate, ac charitate narrant vitæ ejus Scriptores ; miracula verò ſine fine, ſine fronte accumulant. Tantam quin etiam vivus adhuc de ſe excitaverat ſanctimoniæ opinionem *Antonius*, ut *Nicolaus V.* Papa de eo dicere ſoleret, *Antoninum* non minùs vivum, quàm *Bernardinum* Senenſem mortuum in Sanctorum album referri meruiſſe. Id tandem in votis habuit *Leo X.* ſed morte præreptus rem *Hadriano* ſucceſſori abſolvendam reliquit ; qui *Antoninum* Calendario intulit anno 1523. Pietatis certè famam *Antonio* denegare haud æquum erit : id tamen, inquit Cl. *Wharton* in Append. ad *Caveum*, dicere veritas cogit, eum nullius judicii ſcriptorem fuiſſe, qui aniles ac putidiſſimas fabulas undequaque corradere ſolet.

Ob ſingularem ejus prudentiam in rebus difficillimis ſolvendis *Antoninus* conſiliorum dictus. *Nicolaus V.* adeò in honore habuit ut nullæ ab ejus ſententiis appellationes in Curiâ Romanâ admitterentur, teſte *Nat. Alex.* Sec. XV. cap. 4. art. 4. Superſtitioſiſſimus omnium, qui in iſta Secta unquam fuerunt, Monachus *Berneggero* audit, *Idol. Laurel.* p. 117. apud *Olear.* p. 66. ſed & ſcriptor diligentiſſimus, parvo licèt judicio præditus.

SCRIPTA:

1. *Summa Theologiæ Moralis partibus 4. diſtincta.* Venetiis 1477, & 1479. fol. Eadem prodiit hoc titulo : *Juris Pontificii, & Cæſarei ſumma, nunc demùm ad veterum exemplariorum fidem diligentiſſime recognita : deciſionibus etiam Sacro-Sancti Concilii Tridentini ad Matrimonii Sacramentum pertinentibus, nec non Evariſti Papæ Decretis, & novis Annotationibus nuper aucta, & locupletata.* Venetiis 1582. in 4. *Pariſiis* in Regia D. 1026 ; & *Romæ* in Imperiali. Poſteà ibidem 1591. in fol. *Spiræ* 1477. in fol. 4. voll. *Norimbergæ* 1478. & iterùm 1486. in fol. *Argentinæ* 1496. in fol. *Lugduni* 1516. 1520, 1521. rurſus 1529. & 1542.

2. *Summa Confeſſionalis* : Argentinæ 1492, 1499, in 4. *Pariſ.* 1516, in 8. *Lugduni* 1564 in 8. *Venetiis* 1572, in 16.

3. *Summula brevis de Confeſſione, quæ etiam* Interrogatorium *nuncupatur* : extat MS. Florentiæ. *Romæ* 1472. *Venetiis* 1480 in 4. *Pariſ.* 1483. in 4, poſtea 1572. in 16. *Memmingæ* 1484. *Argentinæ* 1490. *Pariſ.* 1516.

4. *Il Confeſſionario d'Antonio Arciveſcovo di Fiorenza.* Extat MS. Florentiæ in Medic. Pl. Pariſ. in Regiâ. Prodiit typis *Neapoli* 1478. in 4. *Venetiis* 1616. in 8.

5. *Tractatus notabilis de Excommunicationibus, Suſpenſionibus, Interdictis, Irregularitatibus & pœnis.* Venetiis 1474.

6. *De Virtutibus.* Noribergæ 1472. in fol.

7. *Trialogus de diſcipulis Emmaunticis cum vitâ ejuſdem Antonini.*

8. *Sermones de laudibus B. V.* Matriti 1648. in fol.

9. *Tractatus de Viduitate* ad Uxorem Laurentii de Medicis Coſmi Magni Fratris.

10. *Quæſtio de ornatu Mulierum, & ejuſdem quidam tractatulus.* Extat MS. Flor. apud Annunc. Servitarum.

11. *Tractatus varii de caſibus conſcientiæ.* Ibid. cod. MS.

12. *Capitula Theologica* : quorum primum de triplici militiâ, ſcilicet Clericali, Spirituali, & Laicali. Flor. MS. ad S. Marcum.

13. *Chronica partibus tribus diſtincta ab initio Mundi ad A. C.* 1459. Venetiis 1480 *Norimb.* 1484. *Baſil.* 1491. *Lugd.* (c) 1517 1525 ac Venet. 1585 item Lugd. cum notis P. *Maturi* 1586. in fol. Verſionem Gallicam hujus Chronici memorat *Verdeſius* in Bibl. Gall. *p.* 86. MS. apud DD. *d'Urfé.*

14. *Annotationes de Donatione Conſtantini M.* Colon. 1535.

15. *Flos florum : opus quadrageſimalium ſermonum* in 8 ; abſque anno, loco, & nomine Typographi.

16. *Sermones de Tempore, & de Sanctis* ; teſtibus *Simlero*, & *Pocciantio*.

17. Volumen magnum *ſuper Caput I. Luc.*

18. Liber doctiſſimus *ad conficiendas Conciones* ; fortaſſe erit illud opus *Quadrageſimalium & Sermonum de Sanctis.*

19. *Repertorium totius ſummæ Aureæ* B. Antonini *cum explanationibus Evangeliorum, ac Epiſtolarum, Regiſtroque Sanctarum Solemnitatum* ; editum *Pariſ.* 1421. 4.

20. *Duæ Orationes Gratulatoriæ pro Pontificatu adepto* ; alteram *Pio II.* pro ſuâ Republicâ Orator.

Hujus Archiepiſcopi Vitam Italicè ſcripſit F. *Domin. Maccaranus* de quo nos ſuo loco.

* Vid. *Negri* de Script. Florent. *p.* 49. *Echard.* ad A. 1459. *Voſſius* lib. 3. cap. 7. p. 587. *Ciacon.* p. 178. verb. *Antoninus à S. Nicolao.*

(c) Vid. *Geſner* fol. 50 & ſeqq.

ANTONIUS (*Franciſcus*) Soc. Jeſu, Ulyſſiponenſis, 23 annos natus Juris Civilis ſcientia inſtructus (quam duobus annis in Academia Conimbricenſi profeſſus fuerat) atque aliis etiam ingenuis artibus expolitus in Societatem ſe tradidit A. 1558. Exinde navigavit in Sardiniam exitu anni ſequentis, ut Saſſaritani Collegii (quod primum in eo regno Societas habebat) unà cum *Balthaſare Pinna* jaceret fundamenta ; quo in munere, atque in excolendo rudi illo ſentibuſque obſito agro, præclarè ſe geſſit, & permultas difficultates atque ærumnas in frigore, & fame, corruptos Inſulæ mores correxit. Romæ præfuit Novitiis. *Edmundo Campiano* fuit à Confeſſionibus, uti, & in ſuperiore Germania B. *Stanislao Koſtka*, quem conſilio & Litteris ad Societatem juvit. Plurimos ibi annos utilem operam collocavit in Catholica fide conſervanda, tuendaque ; Nam *Maria Auguſta* ſanctiſſima fœmina, & Jeſuiticæ Societatis amantiſſima, eo à Conſiliis, & à Concionibus totos 36 annos familiariter uſa eſt ; à qua deinde ad Catholicum Regem *Philippum* Germanum fratrem miſſus, in Hiſpaniam rediit, & ipſi deinceps *Mariæ* (quæ etiam in Hiſpaniam venerat) uſque ad obitum ſuum obſequium præſtitit. Demum Matriti ſe recepit in Tirocinium, ut, quemadmodum aiebat, inter Chriſti Tirones moreretur, ubi ea geſſit, quæ virtutis documento omnem poterat ætatem ornare : Obiit die 15. Febr. A. 1610. ætatis 75. ex quibus 53 Societati dederat.

SCRIPTA Hiſpanica :

1. *Monita pro militibus & gente bellica.* Matriti 1590. in 16. Bruxellis 1597. & Antverp. 1605. in 12.

Convertit præterea ex Latino in Hiſpanicum ſermonem ſub tit. *Tratados eſpirituales de algunos Santos antiguos*,

2. *Conſideraciones ſobre el altiſſimo ſacrificio de la Miſa : del ſantiſſimo Sacramento : del Agua bendita : de las Imagenes y Reliquias : de la Señal de la Cruz : del Agnus Dei.* Matriti 1598. in 4. ſeu cum tit. *Myſteries de la Miſa*, ibid. 1596.

3. *Sixti* Papæ *Sententias XXX.*

4. *Dorothei Nili Iſaiæ* Abbatum *libros de ſpiritualibus Documentis*, Matriti, 1603. in 8.

5. Item *Catechiſmum* Edmondi Augerii, *notatis integrè locis Sanctorum Patrum, quos ille citat, prorſus appoſitè ad refellendos Calviniſtas, illuſtravit.* * Conf. *Sotuel* Bibl. Script. S. J. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp.

ANTONIUS *Interamnenſis*, natione Italus, Capucinus Provinciæ S. Franciſci Alumnus, Verbi Dei Evangelizator ſervidus, ac propter ejus morum ſuavitatem & elegantiam omnibus amabilis, Italicè ſcripſit

Tractatum *de Habitûs formâ, quem geſtant Fratres Minores Capucini.* Fuit elaboratus ab Auctore A. 1629; & habetur in Bibl. Genuenſi. * *Bibl. Capucc.*

ANTONIUS, Monachorum Pater & Princeps, natione *Ægyptius*, in Coma, qui vicus eſt juxta Heracleam minorem, claro atque ſplendido genere ortus eſt anno 252. (*a*) Ætatis anno 18. parentibus orbatus, paternos quidem agros vicanis ſuis donavit: reliquis autem bonis divenditis, pretioque egenis diſtributo, in Ægypti ſolitudines ſeceſſit. Primus Eremi incola, qui ſeveriſſimis exercitationibus, & duriſſimo vitæ genere Monaſticam Philoſophiam impensè coluit, & ad ſummam penè perfectionem perduxit. Cibus illi panis tantùm cum ſale, potus aqua, neque hæc niſi Sole occidente ſumpta: ſæpè biduo & amplius jejunus, ſæpè integras propè noctes orationibus intentus evigilavit. Somno breviſſimo contentus, nudo in ſolo cubans plerumque dormiebat. Viginti annis ab omni hominum conſpectu remotus, ſolummodò cum Deo rebuſque divinis commercium habuit. Exortâ *Maximiani* perſecutione, Alexandriam profectus, Martyribus ſe immiſcuit, & pro iis quotidiè non ſine capitis periculo Judices interpellavit. Certè non obſtante auſtero vivendi more fuit admodùm manſuetus & humanus, prudens item ac fortis, in converſatione ſuavis & jucundus, contentionis patientiſſimus, & in defendendis iis, qui injuriâ affecti ſunt, diligentiſſimus, quorum etiam causâ ſæpiùs ad urbes veniebat, & apud Præſides & Primores viros interceſſit. Magnum *Athanaſium* penè ab Arianis oppreſſum crebrò inviſit, ejuſque gratiâ ad *Conſtantinum* Imp. non una vice ſcripſit. Schiſmaticorum vel Hæreticorum communioni nunquam ſe miſcere voluit: Arianos ejus autoritate ſe tuentes publico ſermone damnavit, & de monte ſuo fugavit; dicens horum ſermones ſerpentibus eſſe multò deteriores, eorumque Hæreſin Antichriſti præcurſorem. De frequenti ejus adverſus Dæmonas conflictu & miraculis ab eo editis, plus ſatis docebit vita ejus à D. *Athanaſio* conſcripta, prout extat hodiè, haud parùm interpolata. Moribundus melotem & pallium tritum *Athanaſio* teſtamento legavit; obiitque anno 356 vel 357. (*b*) ætatis 105. Litterarum penè rudis erat, quas longè infra ſe habuit: bonam mentem, utpote litteris antiquiorem, operumque divinorum contemplatricem commendans: ideoque cùm à Philoſopho quodam interrogaretur, Quomodo vivere potuit librorum ſolatio deſtitutus? Reſpondit (c) Τὸ ἐμὸν βιβλίον, ὦ φιλόσοφε, ἡ φύσις τῶν γεγονότων ἐστὶ, καὶ πάρεστιν ὅτε βούλομαι τοὺς λόγους ἀναγινώσκειν τοὺς τοῦ Θεοῦ. *Meus liber, ô Philoſophe, eſt natura rerum, quæ quidem præſtò eſt, quoties Dei verba legere voluero.* Frequentes ad *Conſtantinum* ſcripſiſſe illum litteras, teſtis eſt *Sozomenus* (*d*) Scripſit quin etiam ad diverſa in Ægypto Monaſteria *Apoſtolici ſensûs ſermoniſque Epiſtolas VII.* ex Ægyptiaco in Græcum ſermonem tranſlatas, quarum unam ad Arſenoitas præ cæteris commendat *Hieronymus* (e). Extant ex *Valerii Sarraſii* verſione unà cum *Dionyſii* Carthuſiani Commentariis in *Dionyſium* Areopagitam excuſis *Colon.* 1536. & in Bibl. Patr. *Tom. IV. p.* 85. ubi habentur ſub ejus etiam nomine *Sermonum libri duo*; quos tamen auctoris eſſe longè recentioris, *Baſilii*, *Chryſoſtomi* aliorumque in iis nomina deprehenſa ſatis liquidò oſtendunt: unde poſtea *Antonio Meliſſæ*, qui circa medium Sec. XII floruit, attributi ſunt: Porrò S. Antonii *Regula Monachis præſcripta*, unà cum multis aliis Regulis primorum Eremi incolarum habetur in *Collectione Regularum S. Benedicti*, quam *Holſtenius* edidit *Pariſ.* 1663. 4°. Part. 1. p. 3. an genuina verò ſit, admodum incertum eſt. Melioris eſt notæ, quæ apud *Athanaſium* in vita ejus extat, prolixa ſatis *ad Monachos Exhortatio.*

Abrahamus Ecchellenſis (de quo ſup. *p.* 30) ſequentia *S. Antonii* Opuſcula ex Arabico Latinè facta edidit. Sunt autem

1. *Regula ſive Canones ad Monachos*, numero LXXX.

2. Sermones *ad Monachos* XX.

3. *Admonitiones & Documenta varia ad Monachos.*

4. *Sententiarum quarundam Expoſitio, & ad Interrogationes varias Reſponſiones.* His adjunxit duplicem *S. Antonii* Vitam ex Arabico verſam, nec non *Semitas Sapientiæ*, ſive *ad Scientias comparandas Methodum*, ex MS. Arabico à ſe Latini juris factam. Denique in Præfatione monet, ſe ante quadriennium viginti *S. Antonii* Epiſtolas (*f*) Cardinali Barbarino nuncupatas, in lucem emiſiſſe. * *Cave* in Hiſt. Liter. *Oudin.* in Comm. ad A. 330.

Cl. *Fabricius* Bibl. Græc. *Tom. VIII.* p. 345. obſervat, duos illos *Sermonum* libros de quibus *Caveus*, nuſquam in Bibl. PP. Lugd. reperiri, verùm unicum tantùm brevem *Antonii* ſermonem *de Vanitate mundi, & Reſurrectione mortuorum*, qualem Latinè ex veteri codice *Aldi Manutii* vulgaverat *Gerh. Voſſius* ad calcem Gregorii Thaumaturgi *Mogunt.* 1604. 4. Verùm confirmat, *Sermonum* libros duos, quos *Antonio* noſtro *Trithemius* tribuit, & qui in Bibl. PP. *Pariſ.* A. 1575. *Tom. I.* & 1589. *Tom. V.* Latinè leguntur, eſſe *Antonii Meliſſæ*, ab excerpendi ſtudio ita dicti *&c.*

Epiſtolæ verò *VII* quas Latinè vertit *Sarraſius*, hæ ſunt: *I* de Vocatione: *II* de inſidiis Diaboli, & de mediis quibus vitari poſſunt: *III* de beneficiis Dei erga homines: *IV* de Incarnatione Chriſti: *V* de Vigilantia Chriſtiana: *VI* de cognitione ſui ipſius, & de neceſſitate Incarnationis: *VII* etiam de cognitione ſui ipſius; quæ terminatur per Admonitionem adverſus *Arium.* Ex iſtis Epiſtolis ſex ſunt ad Arſinoitas perſcriptæ, quamvis *Hieronymus* unius tantùm mentionem faciat, quæ ad ipſos ſit miſſa. Magna cum ſimplicitate, inquit *Ellias DuPin* (g) omnes illæ Epiſtolæ ſcriptæ ſunt, cogitationes & locutiones in iis parum ſunt claræ, ſtilus ſimplex eſt & omni ornamento deſtitutus: ſed multa in iis pietas elucet, multaque occurrunt eximia conſilia, præſertim pro iis qui vitam agunt ſolitariam. Denique, ſi quis eas legat, facilè perſpiciet, eum, à quo conſcriptæ ſunt, meliorem fuiſſe Chriſtianum quam peritum ſcriptorem, Chriſtianiſmi magis quàm Eloquentiæ præceptis imbutum, pietate quàm doctrinâ illuſtriorem.

Cæterùm *Antonium* hunc Abintimillienſem faciunt Autores non pauci ab *Oldoino* citati in Athen. Liguſt. *p.* 42.

Ordo Monachorum

S. ANTONII

Abbatis in Ægypto, Syria & Armenia.

Cùm virtutum ſtudio incenſus in Ægypti ſolitudinem ſe contuliſſet *Antonius*, multorumque illum imitari

(*a*) Errant qui A. 136 natum ſcribunt: (b) A. 361 è vita exceſſiſſe tradunt Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1687 p. 173. ubi de Epiſtolis Eccleſ. *Pompeii Sarnelli.* Ita & *Cavem.* Bibl. ſuæ p. 208. (c) *Evagrius, hiſtor.* l. 4 c. 23. (d) L. 2. c. 31. (e) De Script. c. 88.

(*f*) Prodierunt *Pariſ.* 1641. in 4. (g) *Sec. IV.* vel *Tom. II. p.* 115. edit. Lat.

imitari cupientium, teſte *Evagrio*, multitudo concurreret, multos Magiſterio ſuo confirmavit, ita ut brevi tempore plurima fierent Monaſteria, in quibus & Antiquos Monachos paterno moderabatur affectu. Erant illa tanquam Tabernacula plena Divinis choris pſallentium, legentium & orantium. Horum plurima erant in Ægypto, & Lybia; alia in Palæſtinâ, & Syriâ & Arabiâ claruerunt. At omnia ferà poſtmodum everſa flammiſqua conſumpta ob Barbarorum & infidelium incurſiones.

Sunt tamen præcipuà in Nitriâ aliquot Monaſteria, in quibus degunt multi, qui ſe *Antonii* imitatores profitentur, Veſte nigrâ indutr, cum Caputio rotundo; ſed à Sede Romanâ cùm defecerint, inter veros Religioſorum Cœtus eoa annumerandos non cenſet *Bonannus*. Antonii imaginem ia eo modo exhibet, qoo exhibuit in ſuâ Sylvâ Anachoreticâ Ægypti & Palæſtinæ *Abrahamus Bloemart*, ex picturis antiquiſſimis acceptam, cujus color, ut plurimùm, videtur ravus in veſte, niger in cappâ.

Sunt tamen in Syriâ in Regione Montis Libani Monaſteria, in quibus alii commorantur Catholici Religioſi, qui nomen à S. *Antonio* retinent. Temporibus elapſis vitam moreſqua inſtituebant juxtà normam & præcepta quæ Majores tradiderunt, ex moribus S. *Antonii* (ut putabant) deducta At paucis ab hinc annis (a) aliquæ Conſtitutiones ſancitæ ſunt à quibuſdam ex illis, ob quaa in Monaſteriia vitam communem profitentur, adduntque tria Religioſorum Vota. Mediâ nocte ſurgunt ad Matutinas laudes alternatim dicendas, ab eſu carnium perpetuò abſtinent, jejuniis corpus macerant, ſcilicet Quadrageſimali, & Adventûa tempore; quindecim diebus ante feſtum *SS. Petri & Pauli* Apoſtolorum, & quatuordecim ante feſtum Aſſumptionis B. Virginis. Hæc omnia ſuo diplomate approbavit *Stephanus Aldoenſis* Edenenſia Maronitarum Patriarcha, atque à Sanctâ Sede Romanâ confirmari curavit Romæ P. *Gabriel Heva* Maronita ejuſdem Religionis alumnus. Veſte nigrâ utuntur longâ cum parvo rotundo caputio, quam circa lumbos Zona coriacea nigra cingunt, illique aliam veſtem ſuper imponunt uſque ad talos extenſam, in parta anteriori apertam, & barbam alunt.

Cum deinde per totam penè Aſiam creviſſet Monachorum ſeges, quos Divus *Antonius* in Ægypto inſtituerat, floruit etiam Sanctitate & religioſa diſciplina in partibus Armeniæ. At ſæviente Idololatrarum Turcarumque Barbarie priſtinus Religioſorum fervor penè extinctua fuit, & à Catholicâ fide paulatim omnes defecerunt. Cùm autem talium Monachorum ordo, ob ignorantiam erroribus involutus uſque ad Seculum decimum ſextum vixiſſet; Deo favente, quidam Nobilia Armenus, nomine *Mocbtar*, Sebaſtiæ natua, quibuſdam ex iis ſuaſit, ut catholicam fidem profiterentur, & priſtinas religioſè vivendi leges ſanctè ſervarent; & ne Turcarum ſævitiâ impedirentur, ex Armeniâ in Peloponneſum ſe contulerunt, ubi à Republicâ Venetâ Monaſterium obtinuerunt in Urbe Methona ſitum, in quo degunt ſub directiona ajuſdem *Mocbtar* in Abbatem electi, qui duos ex illis P. *Eliam* Martyrem, & P. *Joannem Simonem* ad *Clementem XI.* Summum Pontificem miſit, ut ei ſe cum ſuis Religioſis humillimè ſubjiceret. Poſt biennala Tyrocinium præter tria Religioſorum Vota, quartum illi profitentur, ſcilicet obedientiæ erga Præceptorem, à quo catholicis dogmatibus imbuuntur. Multi etiam ad Miſſiones obeundas in Regionibus Armeniæ, Perſarum, reliquiſque imperio Turcico ſubjectis, Voto ſe obſtringunt, in quibus, ſola emendicatâ ſtipe vivunt; qoi ab aliis diſtinguuntur ob crucem, quam ex panno rubro tunicæ aſſutam gerunt & characteribus ſignatam, quibus deſiderium ſignificant ſanguinem effundendi pro fide catholicâ; aliud inſuper addunt, non diſſentiendi à ſociis, ut Deo ſchiſmaticos, quos vocant, efficaciua lucrentur: Quod ſi inter eos aliquia moribus corruptus detegatur, à Congregationa dimitti poteſt. Leges Romanæ Eccleſiæ ſequuntur, Ritum Armenorum in ſacris ſervant, Barbam nutriunt, more Orientalium, Veſtes nigras gerunt. * *Bonanni* Catal. Ord. Relig.

(a) i. e. ante annum 1706. quo Catalogi ſui Partem primam edidit *Bonannus*.

Ordo Canonicorum

S. ANTONII.

Nata eſt Societas Canonicorum S. *Antonii*, cùm in Caſtro Motæ S. *Deſiderii* Provinciæ Viennenſia, quod hodie S. *Antonii* dicitur, Templum extructum fuit, ibique conditum Corpus S. *Antonii* Abbatia, ex Urbe Conſtantinopolitanâ allatum à *Joachimo* ejus Caſtri Domino, eo tempore quo per Galliam ſæva lues ignis ardentis (quem Sti *Antonii* dicunt) graſſabatur. Ob id ingens ægrorum numerus ad Montenſem S. *Antonii* Baſilicam profectua, inter quos *Gaſto* ejuſque filius *Girondus*, à morbo eſt liberatus. Ob tale acceptum beneficium, omnia, quæ poſſidebant, bona ambo obtulerunt, dederuntque ſa ipſos curandis ægria, qui quotidie Motam confluebant.

Huic pio operi circa annum 1121. octo Viri ſe adjunxerunt. Fundatus eſt propterea Ordo Regularium, dictus *S. Antonii de Viennâ*, qui ad ejuſmodi opua ſub Regulâ S. *Auguſtini* incumbunt. Ejus fundationem referunt ad an. 1095. tempore *Urbani II.* Verùm ab eo tempore uſque ad *Bonifacium VIII.* Profeſſores dicti Ordinis Laicalem vitam ducentes hoſpitalitatem ſectati ſunt, ſed *Bonifacius VIII* circa annum 1297. Abbatiam S. *Antonii* illis regendam tradidit, & Canonicos inſtituit Bullâ ejus anni in *Diſpoſitione*, &c. Deinde Ordo hic in multis Provinciis eſt propagatua, & Privilegiis munitus, ab *Alexandro IV*, *Urbano IV*, *Clemente IV* & aliia. Huic pio famulatui ſignificando putant nonnulli aſſumptam fuiſſe à *Gaſtone* figuram litteræ T. ſeu ſignum *potentia*, ut Galli ſuo idiomate vocant baculum ſuſtentandis debilibus proprium. Illam ex auro argentoque conflatam collo appenſam veluti teſſeram ſolent aliqui geſtare. Cæterum omnes ex panno coloris cyanei, veſti & pallio ſiniſtra in parte addunt. Veſtia autem eſt nigra qualem Sacerdotes communiter geſtant in Galliâ.

Notandum eſt inter eos etiam degere fratres, qui etiamſi Religioſorum votis ſint obſtricti, non tamen Divinia Officiis vacant, ſed domeſticis operibus & famulatu occupantur. Horum Veſtis à cæteris formâ non diffart, niſi colore, qui ravus eſt, ſed ſignata nota eadem T, Cyanea. Cùm verò Sacerdotes Divinis officiia in Choro Eccleſiæ interſunt, loco pallii cappam gerunt, nigram & uſque ad talos productam; ſed in ſummitate ita criſpatur, ut ſupra humeros collo commodà aptetur & congruat, & in parte ſiniſtrâ ſigno litteræ T diſtinguitur. Ejuſmodi tamen pallium ſeu cappa non adeò propria illorum eſt, ut non poſſit mutari; Aliquibus enim in locis habitum gerunt in Choro, qualia à cæteris ejus loci Canonicia uſurpatur. Canonicorum enim habitua, ſiva illi ſint Regulares, ſeu Seculares, ut dicunt, adeò varius eſt, ut ſi cujuſcumque formam quia vellet exprimere, paginæ fortaſſe deeſſent.

De illius varietate & formâ eruditè multi ſcripſerunt, inter quos præcipuè Molinettus in *Præf. ad Catal. Canon.*

Notandum hic eſt cum *Macro* in ſuo Hiero-Lexico, verb. *Canonicus*, quod ex Decreto S. Congregationis Rituum ann. 1628. Canonici, qui habent Rocchetti & Cappæ uſum, ita uti non poſſunt in adminiſtratione Sacramentorum. Tunc enim debent deferre ſuperpelliceum & ſtolam. * *Bonanni* Catal. Ord. Relig.

ANTONIUS Monechue, *Meliſſa* dictus, ab Opeᴇ quod contexuit, & cui *Meliſſa* nomen impoſuit. *Antonium* hunc cum *Antonio* Monecho Ægyptio temerè confundit *Friſius* in Bibl. Univerſali, litt. A. hic verbis: » Ejuſdem *Antonii* Monachi & Abbatis, » natione Ægyptii, Opue Theologicum, quod *Meliſſam*, h. e. *Apiculam* inſcripſit, variis conſtens » capitibus, præcipuè verò *de politia Chriſti* tractans, » junctis *Joannis* cujuſdam Locis Ethicis, extat Græ» cè MS in 8. in Bibl. Imper. Idem Opus Vir Cl. » *Conr. Geſnerus* Venetiis acquiſitum, (ut ipſe in Bibl. ſuâ docet, *fol.* 60.) Græcè & Latinè ſeorſim, » *Joanne Ribitte* interprete, excudi curavit *Tiguri* » apud Chriſt. Froſchoverum A. 1546. fol. hoc tit. » *Sententiarum ſive Capitum Theologicorum præcipuè ex* » *ſacris & profanis Libris Tom. III*, per *Antonium* & » *Maximum* Monachos olim collecti. *Antonii* Loci » *Meliſſa* inſcripti numero ſunt CLXXV. » Hæc *Friſius*. Sed quàm verè & accuratè, inquit *Lambecius* lib. V. p. 13. in examine Codicis MS. Theol. Græci 207. ex Annotationibus hîc in margine poſitis videre eſt. Nam Opuſculum *Antonii Meliſſa*, quod extat in dicto Codice, num. 1. fol. 1-15. ut habet *Lambecius* loc. cit. *p.* 71. diverſum prorſus eſt ab illis *Locis Communibus* bujus *Antonii*, quoe edidit *Geſnerus*. Noſtrum autem *Antonium* ad A 900 collocavit *Labbeus* in Chronol. Script. Eccleſ. ſed perperam. Nem *Combefiſius* Tom. II Operum *S. Martini* p. 719 in Notis ad ejus *Sermones per excerpta compoſitoe* expreſsè ſtetuit in *Meliſſâ* Antonii (ſic enim hos Locos Communes appellat) allegari *S. Johannem* Damaſcenum, *Photiam* Patriarcham CPol. & *Theophylactum*, Acridæ in Bulgaria Archiepiſcopum, qui anno 1074 floruit: Hic ergo poſitis, ante annum 1080 vivere non potuit *Antonius*. Ei annum 1140 aſſignaveret Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. *Olearius* p. 167. aliqua *Oudinum* ſecuri in *Supplem.* p. 409. verum ipſe in *Comment.* ad A. 1050. p. 750 certam ejus ætetem inveniſſe arbitratur, ex argumento ſupra edducto, aditque recentiorem eſſe non poſſe, certum haberi ex *lib. V.* de Bibl. Vindob. *p.* 105 & 106. in examine Codicis MS. Theol. Græci 241, quo continentur *Eclogæ Aſcetica* ex variorum SS. Petrum, aliorumque Scriptorum Eccleſ. Operibus collectæ, & in duae pettes diviſæ, à *Joanne* Patriarche Antiocheno, qui floruit circa A. 1090. Hic eutem inter Autores unde Eclogas Aſceticas iſtas decerpſit, quoſque recenſet *Lambecius* loc. cit. *Antonium* hunc *Meliſſa* Auctorem refert. Hoc autem Opus ex editione Græco-Latinâ *Geſneri* prodiit in Bibl. PP. Pariſ. A. 1575 *Tom. I.* & 1589. *Tom. V.* Item MS. ſervari in Bibl. Regia Cod. 633 teſtetur *Labbeus* in Bibl. nov. MSS.

Verſionem Latinam *Geſneri* Antverpiæ ſeorſim excuſam A. 1560 in 12. tradit Cl. *Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. VIII. p.* 822. Sed quoad ætatem Autoris, eum ex eo quod *Theophylactum* laudat, non ſtatim ad medium Sec. XII rejiciendum eſſe arbitratur. *Theophylactus* enim, inquit, ab *Antonio* citetus, non eſt *Theophylactus* Bulgarorum Archiepiſcopus, ſed *Theophylactus Simocatta*, Sec. VII[mi] Scriptor, qui claruit ultimis Imp. *Heraclii* temporibus. *Antonium* Meliſſam, *Joannis* Damaſceni diſcipulum appellat *Colomeſius* Obſerv. Sacr. *p.* 136. neſcio an propriè hoc ita volente intellectum, an tantum eum ita appellante ideò quòd ſcribendi genus idem poſt *Damaſcenum*, imitatus fuit. Exhibet autem laudatus *Fabricius* tum titulos capitum *Meliſſa*; tum Indicem Autorum ab *Antonio* citatorum.

Eum ad Sec. VIII collocat *Nat. Alexand.* cap. 3. art. 12. p. 688. *Bellarm.* circa A. 750. *Ellias Du Pin* Sec. XII p. 201. qui *Antonii* Opus Gr. Lat. excuſum ait *Geneva* A. 1609. fol. ad calcem *Stobei*, ut docet *Olearius* p. 67. Nullus autem *Antonium* recentiorem facit quàm *Ciaconius*, qui *Bibl.* ſuæ *p.* 204 ait clarviſſe A. 1129. & ejuſdem eſſe exiſtimat *Epitomen Conciliorum*, quæ Græcè MS extat, licèt non addatur in titulo *Meliſſa* cognomentum.

ANTONIUS Monechus, S. *Simeonis Stylita* ſenioris diſcipulus, claruit anno 460. (*a*) Commiſit literis *vitam & converſationem* ſui magiſtri *S. Simeonis Stylita*, quocum diu familiariter verſatus fuerat; idem dubio procul omni τις τῶν αὐτόπτων γενομένων cujus meminit *Evagrius* l. 1. c. 13. p. 270. *qui hominem viderat, & rebus ab illo geſtis interfuerat*, qui divine ejus miracula conſcripſit. Nec ſemel in hoc Opere de ſe egit. Incipit hæc vita: Ξένον ἐγὼ ἀδιήγητον μυστήριον ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Edita eſt Latinè lib. I. de Vitis Patrum, *Herib. Roſweidi* cujus vide Notas, ut & *Bollandi* Prolegom. ad diem 5 Jan. Græcè MS. in antiquiſſimo codice penes ſe habuiſſe teſtatur *Leo Allatius* Diatr. *de Script. Symeon.* pag. 8. & 101. *Antonium* noſtrum Hiſtoricis Latinis perperam accenſet *Voſſius* lib. II. cap. 17. p. 231.

(*a*) *Cave* in Hiſt. Liter. *Oudin.* in Comment. ad A. 470.

Fr. ANTONIUS à *Nativitate*, Ulyſſiponenſis, Eremita D. Auguſtini, in Luſitaniâ Provincialis Præfectus:

SCRIPTA:

1. *Silva de ſufragios per las animas de Purgatorio*, Cæſareuguſtæ 1648, ut creditur, linguâ vernaculâ.

2. *Stromata Oeconomica totius Sapientia ſtamine texta, ſive de regimine domûs; opuſcula nullius non literatura elaborata impendio.* Ulyſſip. 1653. fol. *Pariſ.* 1656. fol.

Fr. ANTONIUS *de Nativitate*, Luſitanus, ex familiâ Reformatâ S. Franciſci Provinciæ S. Antonii, fertur ſcripſiſſe ex relatione Romam tranſmiſſâ

Commentaria in Evangelia Feſtorum totorum ſex anni menſium.

ANTONIUS (*Nicolaus*) Canonicus Hiſpalenſis, Ordinis S. Jacobi Eques, gente Hiſpanus, patriâ Hiſpalenſis, natus eſt anno 1617. Is cùm humanioribus literis, Philoſophiæ, ac Theologiæ in urbe patriâ operam dediſſet, Salmanticam petiit, ut Juris ſtudio ſe dederet, quâ in ſcientiâ quantum profecerit, ex variis, iiſque ampliſſimis, quibus cohoneſtatus eſt muneribus, conjicere licet. Siquidem ad Curiam Romanam actor generalis ab Hiſpaniæ Rege miſſus eſt, ſimulque tùm ab Inquiſitione, tum à Proregibus Neapolitano & Siculo, tùm à Mediolanenſi Præfecto ſpecialibus ad diverſa negotia procurationibus eſt donatus. Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonicus factus, reditus ſuos partim in Eleemoſynas diſtribuit, partim in emendis Libris impendit: collectis itaque 30000. ampliùs voluminibus, Bibliothecam ordinavit ſoli Vaticanæ imparem. Tandem Conſiliarii Regii munere, ad quod eum *Carolus II* evexerat, ſummâ cum laude perfunctus, Matriti obiit anno 1684.

OPERA:

1. *De Exilio, ſive de pœna Exilii Exulumque conditione & Juribus* Libri III. *Antverp.* 1659. fol.

2. *Trophæum Hiſtorico-Eccleſiaſticum Deo veritati erectum, ex manubiis Pſeudo-Hiſtoricorum, qui Flavii Lucii Dextri, M. Maximi, Heleca, Braulionis, Luitprandi & Juliani nomine circumferuntur*: hoc eſt *Vindicia vera, atque dudum nota Hiſpanarum rerum Hiſtoria, Germanarum noſtra gentis laudum non ex Germano Faldenſibus Chronicis emendicatarum in libertatem & puritatem plena aſſertio*: immenſæ molis, ut *ipſe ait* (*a*) ac forſan invidiæ opus: quod utrùm peractum ſit, atque ad optatum finem perductum, me latet.

3. *Bibliotheca Hiſpana, ſive Hiſpanorum qui uſquam unquamve ſive Latinâ, ſive populari, ſive aliâ quavis linguâ ſcripto, aliquid conſignaverunt, Notitia*, duabus partibus

(*a*) *Nic. Anton.* Bibl. nova *Tom. II. p.* 319.

partibus comprehenſa, quarum *prior* duobus Tomis de his agit, *qui poſt annum 1500 uſque ad præſentem diem floruere*, & prodiit *Romæ* 1672. fol. (b) *altera* ibid. 1696. duobus quoque Tomis complectitur Scriptores omnes qui ab Octaviani Auguſti Imperio uſque ad annum 1500 floruerunt.

De Bibliotheca nova, (quæ ordine quidem rei eſt poſterior, conceptu verò prior) ita *Morhofius* (c):

» Liber ille, *inquit*, omnes quotquot ſunt hujus » argumenti ſcriptores accuratione & diligentiâ vincit; » nam & elogia addit, & libros editos adſignato » tempore & loco, unà cum ineditis, ſollicitè recen- » ſet. Multa enim in illo libro invenies, maximè » memorabilia ex ipſis Bibliothecarum receſſibus pre- » ducta. Adjecit Indices pulcherrimo ordine, ſe- » cundùm diſciplinas congeſtos. » De eodem opere optimè cenſet *Adr. Baillet* (d):

» Emicat in toto opere ordo mirabilis, ſolertia, » ingeniumque Auctoris, atque juremeritò aſſeri po- » teſt diuturnis ab hinc temporibus nullum extitiſſe, » qui tot beneficia, gloriamque Hiſpaniæ contulerit, » ſicuti noſter Doctus, & eximius Hiſtoricus.

» Ejus Critica valde ſolida, & Canonica eſt » in pluribus locis, & præſertim ubi ad trutinam » revocat Traditiones ſabuloſas Protocatechiſtarum, » qui Fidei jubar in Iberiam induxêre, & Pſeudo- » ſcriptorum, quos fallacia nobis tradidit ob Hiſpa- » norum fraudem, circa quod noſter inſignis Auctor » ſpecialem Criticam (e) ſe exhibiturum ſpondet.

» Suſpicione tamen non caret, quòd nimium in- » dulſerit quibuſdam opinionibus vulgaribus, quæ » Criticis limati ſaporis minimè arrident. Scriptura » eſt benè digeſta, caſtigata Latinitas, ſtylus non » eſt communis, verùm obſcuritate, & difficultate » aliquandò laborat in quibuſdam locis ſingularibus, » cujus vitii in cauſâ eſſe videntur phraſium nimia » prolixitas & inter ſe connexio.

» Præfatio bipartita Capitis operis meritò ſibi no- » men vindicat omnibus numeris abſoluti, quod Au- » thori gloriam peperit ſingularem. Hæc autem Bibliotheca nova ordine nominum alphabetico diſpoſita eſt, ſed Bibliotheca vetus ordine Chronologico: ita tamen, ut ad finem demum perductâ uniuſcujuſvis ſeculi ſcriptorum hiſtoriâ, junctim commemoret eos, quos vel perperam Hiſpaniæ vindicant, in alieno ortos ſolo, vel nuſpiam alibi quàm in corrupto cerebello ſuo natos malè credulis obtrudunt, tum alii, tum imprimis ſpuriorum *Dextri*, *Maximi*, *Juliani*, *Luitprandi*, *Hauberti* & aliorum Chronicorum Architecti. Quos uti quâcunque occaſione datâ ſeveriſſimè impetit, paſſim etiam nominetenus appellato eorum primipilo *Hieronymo Romano Higuera*, ita peculiare opus *Pſeudo-Dextri*, *Maximi*que næniis explodendis deſtinaſſe videtur. Singulorum autem Autorum, quos recenſet, non elogium tantùm texit, veterumque ac recentiorum de eo teſtimonia adducit, ſed vitam accuratè perſequitur, & quicquid in ea obſcurum eſſe poterat, ingenii luce illuſtrat, diſpulſis, quas ei veteratorum fraudes & ineptè credulorum ſuperſtitio affuderant, tenebris. Hinc ſcripta omnia tam inedita & deperdita quàm edita diligenter percenſet: genuina à dubiis diſcernit; & denique editiones, tranſlationes in linguas vernaculas, curaſque à ſequiorum temporum viris doctis iis impenſas ſtudiosè commemorat. Quin & MSS. Codices ſemper fere indicat, quibus Viri eruditi, operam ſuam Veterum alicui deinceps navaturi, juvari queant. Cùmque non minimam laudis partem inter Hiſpanos mereantur Arabes Hebræique Scriptores, peculiarem Bibliothecam Arabico-Hiſpanam, & Hiſpano-Rabbinicam adornavit; ita tamen, ut eos utriuſque gentis Scriptores, qui abjuratis erroribus Chriſtianiſmum amplexi ſunt, in reliquorum Autorum cenſum retulerit. Hiſpano-Rabbinica autem non exiguo harum literarum detrimento periit, nullâque induſtriâ ab Emin. Card. *de Aguirre* potuit recuperari. Is enim eſt cujus expenſis hæc Bibliotheca vetus prodiit, ut ſupra dictum eſt *p.* 170. Sed ne actum agamus, plura de eximio iſto opere dicere ſuperſedemus, cujus excerpta ſatis prolixa ſuppeditant *Acta Erud.* & *Ephem. Pariſ.* d. 17. ac 14 Jun. & 1 Jul. 1697. Vid. & *Bælii* Diction *p.* 252. edit. Roterod. 1710. Pleniorem hujus Autoris & ejus operum notitiam exhibet *Seelenius* in *Selectis Liter.* edit. 1æ Lubec. 1726. in 8. de quâ *Acta Erud.* A. 1727. p. 412.

(b) Vid. *Ephem. Pariſ.* 6 Jul. 1676. (c) *Polyhiſt. Liter.* l. 1. c. 18 §. 32. (d) *Judic. Erudit.* Tom. II. num. 128. (e) Vid. ſup. n. 2.

S. ANTONIUS *de Padua*, gente Luſitanus, civitate Olyſſiponenſis, poſtea in Italiam migrans, Patavii lares fixit, unde *Patavinus* dictus., & Minorum Ordini à *Franciſco Aſſiſiate* nuper inſtituto nomen dans, ingentem ſibi apud ſuos exiſtimationem peperit, primuſque omnium Minorum Theologiæ profeſſionis munus obiiſſe dicitur. Fuerat autem priùs Canonicus Regul. S. Auguſtini Conimbricæ, quibus A. 1210 ſe accinxit. Claruit an. 1220. biennio poſt Presbyter ordinatus, à *Franciſco* ad Monaſterium Vercellenſe mittitur bonis adhuc literis erudiendus. An. 1227. cùm ſtrenuè ineptiendo, inquit Cl. *Cave*, magis magiſque inclareſcere cœpiſſet, Romam vocatus, à Pontifice & Cardinalibus maximo honore exceptus eſt. Obiit Patavii die 13. Junii an. 1231. ætat. 36. ubi ingens templum nomini & corpori ejus extructum.

SCRIPTA:

1. *Sermones Dominicales*, *Adventûs*, *Quadrageſimales*, aliique *de Tempore*.

2. *Sermones de Sanctis*. Prodierunt *S. Antonii* Sermones *Pariſ.* 1521. & *Venet.* 1575. in 8. curâ *Raphaelis Maſſai* ejuſd. Ord. qui eos correxit, auxit, ac marginalibus Notis illuſtravit.

3. *Interpretatio*, *ſive expoſitio myſtica in S. Scripturam*, vel ab ipſo S. Doctore ſcripta, vel ex ejus Sermonibus decerpta.

4. *Concordantiæ morales in S. Biblia*, *Prædicatoribus ad virtutes commendandas & vitia condemnanda utiliſſimæ* Libris V. Hos *Luc. Wadingus* Romæ A. 1624 ex antiquis Codd. MSS. Ara-cœlitani Cœnobii edidit, ac *Urbano VIII* nuncupavit.

Quatuor Opuſcula iſta collegit, & cum *S. Franciſci* Operibus edidit *Joannes de la Haye* Pariſ. 1641. fol.

5. *Sermones* alii *de Sanctis in particulari & de diverſis*, quos Supplementi vice evulgavit *Ant. Pagi* Avenione 1684. 8. Acceſſerunt ex occaſione *Vindiciæ Regularum Coſ. Cæſareorum.* Clauſtro Monachali, quàm publica eruditorum luce hos Sermones longè digniores cenſet *Cavens*.

De iiſdem ita *Caſim. Oudinus*: Vidi, *inquit* » ac » nonnullos legi, qui mihi admodum ſimplices ac » jejuni eſſe videntur, vel mediocri homine, ne di- » cam Doctore, indigni: unde niſi grandioris meriti » alia Opera *S. Antonii de Padua* fuerint, conducebat » conceptæ de hoc Sancto exiſtimationi & opinioni, » modicas ejuſmodi merces in Bibl. Florent. latere, » quàm foras erumpere. » Sic autem Dn. *De la Roque* in *Ephem. Erud.* 1 April. 1686. p. 113.

Hi Sermones D. *Antonii* Patavini deprompti ex MS. nuper à P. *Antonio Pagi* reperto, eò magis in lucem prodire merebantur, quòd mirabili moralitate ſunt referti. Videtur etiam laudatum Opus cætera omnia hujus Sancti opera excellere, qui noviſſimis ſeculis inter Patres patheticos, & zelantes non ultimum locum tenet; cenſeturque ultimus ejus fœtus *&c.*

Inter laudes huic Sancto collatas annotari meretur quòd *Gregorius XIII*, à quo Sanctorum albo adſcriptus eſt, eum *Arcam Teſtamenti* appellarit. De rebus autem hujus viri totâ vitâ geſtis, patratiſque, ut volunt, poſt mortem miraculis, multa ſuperſunt

perſunt ſive domeſticorum, ſive exterorum commentaria. Conſulat Lector curioſus *Wadingi* Annal. Tom. I. *Acta SS.* & *Adr. Baillet* ad 13 Jun. *Hieronymus à Ponte* Italicè, *Jaun. Franc. à Rodcaſem* Polonicè, *Antonius de S. Maria*, *Chriſt. Morena*, *Franc. Lopez*, *Matth. A'emin* Caſtellanâ Luſitanâve linguâ, alii aliæ ſpartam hanc ampliſſimam ornavêre. His adjungit *Nic. Antonius* (a) inſigne teſtimonium F. *Thomæ Galli*, vulgò dicti Abbatis Vercellenſis Anonymi in Comment. ad *S. Dionyſium* Areopagitam, qui aſſervatur manu auctoris exaratus in Bibl. Seren. Sabaudiæ Ducis. Mirum autem non paucis proculdubio videbitur quod S. *Antonium* inter Sanctos Carniolenſes reponat perilluſtris Baro *Joan. Weichardus Valvaſor* in Opere Germanico cui tit. *Gloria Ducatûs Carniolæ* &c. (b) Labaci 1689. fol. edito.

(a) Bibl. Hiſp. vet. *lib.* 8 *cap.* 2. *p.* 33. § 16
[b] *Tom. II. Lib. VIII. Sect. 1.* Vid. *Acta Erud.* A. 1690. p. 109.

ANTONIUS *Pariſinus* cognomento *Caluze*, Gallus, Capucinus, qui in Provincia Pariſienſi Concionatoris munus cum doctrinæ laude, ac animarum zelo per plures annos exercuit, ex Latino in Gallicum Idioma convertit

Annales Fr. Minor. Capuc. P. Zacharia Boverii Tom. 2. in fol. * *Bibl. Capuc.*

ANTONIUS *Parmenſis*. Vid. ſub tit. AZARIUS.

ANTONIUS (*Paulus*) Germanus, Zittavia-Luſatus, Lutheranus, Theol. Doctor & Profeſſor Halenſis, Conſiliarius Eccleſiaſticus, *Auguſtini* de quo ſup. p. 497 frater, claruit Sec. XVII & ſub initia ſequentis.

SCRIPTA:

1. *De Circumciſione Gentilium.* Lipſiæ 1682. in 4. (*a*).

2. *Diſputatio de quibuſdam N. T. Philoſophiſmis ſeu dictionibus Philoſophicis.* Lipſiæ 1686. in 4.

3. *Converſio Samaritanorum ad Chriſtianiſmum, ſeu Hiſtoria mulieris Samaritanæ*, Joan. IV. 1-13. Halæ Saxonum 1696. in 4.

4. *Concilii Tridentini adeoque & Pontificiorum Doctrina publica exhibita.* Ibid. apud Jo. Frid. Zeitlerum 1697. 8.

Autor Clariſſimus enotanda ſibi ſedulò ſumit inſigniora illa loca ex Auguſtana Confeſſione aliiſque ſcriptis Doctorum ſuorum publicis, quibus Concilii hujus verba aut apertè aut tectiùs oppoſita deprehendit, quorum allegationem textui quandoque ipſe inſpergit, quandoque ad marginem apponit, totus adeo in id incumbens, ut ſub uno conſpectu theſin æquè ac antitheſin exhibeat, Lectoreſque ſuos ad verum controverſiæ ſtatum cognoſcendum manuducat. Uti autem brevitati modis omnibus ſtudere nititur, ita bonos non rarò Auctores in ſupplementum à ſe dictorum conſulendos allegat. De cætero Concilii Tridentini verba, quæ ad doctrinam faciunt, integra plerumque apponit, utque rerum ac rationem nervi ubique eò meliùs percipiantur, indicia eorum diverſo typorum genere impreſſa ſiſtit. Sed cùm in Seſſionibus Concilii hujus non dogmatica modò, verùm & plurima canonica, ſive decreta ad Jus Pontificiorum Canonicum ſpectantia occurrant, ea penitus hinc removet, neque niſi obiter, & in compendio inſinuat, quæ ad Seſſiones ab ipſiſmet Tridentinis ſæpè interruptas, ſæpè prorogatas, ſæpè rebus aliis impenſas faciunt, & ex Decretis de Reformatione ea ſolùm adducit, quæ ad ſcopum ſuum quid conferre arbitratur (*b*).

(a) *Le Long* in Addendis Bibl. Sacræ *p.* 1210. (b) *Acta Erud.* 1698. p. 178.

5. *Commentarius* Matth. I. 18-23 *in vaticinium* Jeſaiæ VII. 14. *de Immanuele* Halæ Saxonum 1698. in 4.

6. *Tractatus Theologicus de Naturâ & Gratiâ in materiâ de Virtutibus: qua diſcrimen praxeos Philoſophicæ, & Theologicæ in moralibus, & ſpiritualibus ex genuinis principiis Evangelicis oſtenditur.* Halæ 1702. in 4. Scopus Authoris in hoc opere eò tendit ut probet talem ac tantam eſſe hominis corruptionem, ut ſolùm fonte baptiſmatis regenerati bonas moraliter actiones elicere poſſint, & omnia opera infidelium eſſe peccata. Obiter quoque liberum hominis arbitrium impugnat, nec non contendit concupiſcentiam eſſe peccatum non ſolum in iis, qui in actuali gratiæ ſtatu non exiſtunt, ſed etiam in baptizatis, licèt iſtis non imputetur ad culpam. Egregias animadverſiones ſubdit circa differentiam hominis lapſi, & regenerati, quæ parùm conferunt ad ſuum ſyſtema. Opus hoc abundat citationibus plurium Recentiorum, & præcipuè *Lutheri*, ac *Janſenii*. Huc pariter introducit Autor quæſtiones de Gratiâ, Quietiſmo, de libro Sententiarum Sanctorum (*Maximes des Saints*) & alias, quæ nullo pacto ad materiam ſubjectam relationem habent (*c*). Adducit textum S. Cypriani: *Patientia philoſophorum eſt falſa patientia*, ac D. Auguſtini: *Bona opera infidelium non proſunt ad vitam æternam*: affertque in medium ſex *Baii* propoſitiones, quarum ſenſus eſt; Actiones peccatorum, & infidelium eſſe peccata, & nullam actionem ſolis naturæ viribus factam, aliquam bonitatem naturalem, & moralem imbibere; quas propoſitiones monet à Romanis Pontificibus proſcriptas, licèt in Breviario Romano laudatorum Patrum ſententiæ adducantur; & ſic per conſequens approbare videantur, quod per Decreta prohibetur: totuſque liber hanc materiam pro objecto habet. Scholaſticorum controverſias abhorret, quas fruſtrà, ſi Jeſuitis (*d*) fides, impugnare conatur; plurima perfunctoriè tangens, & infirmis rationibus ſuffulciens.

7. *Comparatio Geneſeos Moſaicæ, ſeu hiſtoria creationis & ſubſequentium temporum uſque ad Abrahamum; cum Geneſi Chriſti tanquam typi & antitypi.* Halæ Magdeb. 1703. in 4 (*e*).

8. Præterea *Lutheri* librum *de libertate Chriſtiana* in aphoriſmos diſtinctum, præmiſſa Analyſi Logica, in Exercitationis Academicæ modum recudi fecit *Halæ Sax.* 1706. in 4. (*f*)

9. *Præfatio in V. T.* Latinè, cum D. *Pauli Antonii* notis. *Halæ Sax.* 1709. in 4. additâ *Apologiâ* pro *Lutheri* methodo interpretandi Sacros Scriptores, contra objecta *Rich. Simonii* in Hiſt. Crit. V. & N. T. (*g*).

10. Lib. *de Reformatione Lutheri* Germ. hoc tit. *Offentliches Jubel Gezeugniß von der Reformation, nebſt einigen Hiſtoriſchen Anmerckungen.* Halæ 1717 (*h*)

11. *Veritas Chriſtianæ Religionis, ipſis Judæorum obtrectationibus confirmata.* Halæ 1718. in 4. (*i*).

(c) *Ephem. Erud.* 10 Jul. 1702. p. 752. (d) Vid *Diar. Trevolt.* Jan. 1705. art. 6. (e) *Le Long* p. 611. (f) *Fabricii* Centifol. Luther. *p.* 485. (g) ibid. *p.* 643. (h) ibid. *p.* 876. (i) *Wolfii* Bibl. Hebr. *P. II.* p. 1015.

ANTONIUS (*Paulus Gabriel*) S. J. cujus extat

Theologia Moralis univerſa complectens omnia morum principia: in qua omnes caſus Conſcientiæ reſolvuntur cum probationibus uniuſcujuſque propriis, ad uſum Confeſſariorum & Parochorum. Probabiliſmum acriter impugnat. *Nancei* apud Cuſſonium. *Pariſ.* apud Vincentium, & Mercier in 4. & in 12. 3. Voll. Nova Editio reviſa & aucta, de quâ vide *Diar. Trevolt.* Oct. 1732.

ANTONIUS (*Petrus*) cujus memorat *Lipen.* II. 804

Tractatum de Interdicto Pauli V. Italicè Venet. 1606 & Lat. *Francof.* 1607. in 4.

ANTONIUS *Raudenſis* ſeu *Raudinus* Ord. FF. Minorum humili loco natus in Inſubrum oppido, quod *Raudum* appellat ejus æqualis *Albertus* de Sarzhiano (*a*) in Epiſt. ad eum data A. 1445 (b) *Folmentam* alii (*c*), maximam concionibus & ſcriptis famam ſibi vindicavit. Claruit circa A. 1430. Ad calcem Inſtitutionum *Lactantii* Romæ edit. A. 1468. (*d*) fol. invenitur *Raudenſis* Tractatulus cui tit. *Lactantii Errata, quibus ipſe deceptus eſt*, per Fratrem *Antonium Raudenſem* Theologum collecta: atqui in eadem Editione caſtigatus venit ipſe *Antonius* à Fratre *Adamo* Genueoſe his verſibus:

Hic malè correxit ſtolidus Antonius *auſis*
Auctorem; in variis cauſa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis aſtrum
Dicere, vel nitidum luce carere jubar.
Denique cùm Sanctæ Eccleſia pia lumina conſtet
Obſequio ex tanto conticaſſe viro.
Tu verò eloquio linguæ æterdicta latino,
I cubitum, nam te penſitat elleborum.

Sexaginta ſunt errata, quæ in *Lactantio* deprehenderat *Antonius*, eorumque indicem Capitum indici ſubjunxit. Nonnulla reperies, in quo *Lactantii* fidem ſubleſtam facere aggreſſus, ipſe non parùm peccat, ut obſervat *Rivetus* (e). Iis etiam verbis *Raudenſi* ſcripſit *Philelphus* (*f*), quæ intempeſtivam ejus criticem parum probaſſe, imò & maximoperè vituperaſſe teſtarum faciunt: eumque ut ſincerè errorem ſuum agnoſcat atque etiam retractet, adhortatur. Cùm autem hæc Epiſtola ad 3 Kal. Jan. A. 1443 ſcripta ſit, veriſimillimum putat vir Eruditus *Dion. Camuſatus* in Obſerv. ad *Ciaconium* p. 869 eundem eſſe hunc indicem, ſaltem quoad errata in *Lactantio* animadverſa, cum libris tribus *Dialogorum* in Errata *Lactantii Firmiani* ad *Eugenium IV* ab *Ant. Raudenſi* ſcriptis, & etiamnum in Bibl. Regia extantibus Cod. 3980.

Alia etiam opera ſcripſiſſe dicit *Wadingus*, quæ perierunt.

Alium autem *Antonium Raudenſem* extitiſſe ait laudatus *Camuſatus*, noſtri æqualem, qui Mediolani eloquentiam profeſſus eſt, quemque *Grammaticum* vocat. Ille eſt qui librum *de Imitatione* ſcripſit, in quem ſatis acriter invectus eſt *Laur. Valla*, ut loco citato videri poteſt.

[a] *Sarzianum* malè vocat *Oudinus*. [b] vid. ſup. *p.* 222. *n. XX.* [c] *Oudinus* in Supplem. *p.* 700. & in Comment. *ad A.* 1430. [d] venetam recenter *Oudinus* & Lugdun. A. 1497 Baſil. A. 1532 & Colon. 1544. [e] Tract. *de Patrum Auctor.* p. 58. ante *Criticum Sacrum.* [f] Lib. V *Epiſt.* Cart. 38.

Fr. **ANTONIUS** *Sancto Felicis*, Monachus, cujus extat liber hoc tit.

Clio Divina; h. e. carmina Adonica, & Saphica in laudem Jeſu-Chriſti, & Deiparæ Virginis, ac aliorum Sanctorum; excudit Joan. Sulbachius Germanus A. 1541. in 4.

Fr. **ANTONIUS** *Senenſis*, Etruſcus, Ordinis Prædicatorum, vir integritate vitæ literiſque commendatur ab Uggurgierio, *Pompe Saneſi*, Tom. VII. p. 145; à quo inter Lunenſes Epiſcopos annumeratur; obiiſſe fertur A. 1463. *Ughellus*, qui *Antonium* hunc Italiæ Sacræ Tom. VII. inter Lunenſes omiſerat, in Appendice dicti Tomi p. 1297. Lunenſibus reſtituit Epiſcopis, ex notis, & ſchedis Domûs S. Dominici Senenſæ; quamvis, inquit, de illo nec veſtigium habeatur in Actis Vaticanis, nec in ipſius Eccleſiæ Lunenſis tabulario. Teſte *Uggurgierio* apud *Echardum* ad A. 1363. Scripſit

Commentaria in libros S. Auguſtini de Civitate Dei.

ANTONIUS de Senis (*Thomas*) Ord. FF. Præd. à Patre *Antonio*, & à Patria vulgò nuncupatus; *Nacci* cognomen mutuatus ab avo ſuo *Naccio Caffarino*, vir fuit ſanctimoniâ celebris Sec. XIV & XV, Seraphicæ Virgini *Catharinæ* Senenſi ſingulari ſpiritualique neceſſitudine conjunctus, & inter Beatos recenſitus, non quidem auctoritate Eccleſiæ, ſed communi populorum æſtimatione. In Ordinem Prædicatorum aſcitus A. 1360. Senæ in *S. Dominici de Camporegio*. Fuit potens opere, & ſermone, facundiſſimus Verbi Dei præco, Venetias ſe contulit circa A. 1385; ubi in *S. Dominici* diutiùs, deinde in *SS. Jo. & Pauli* Prior fuit anno 1411. Facultate a ſuperioribus impetratâ, Hieroſolimæ peregrinationem ſuſcepit ætate ferè quinquagenarius, quâ expletâ Venetias rediit ubi manſit ad obitum uſque, de cujus tempore non liquidò conſtat; alii putant deceſſiſſe A. 1415, alii 1420, die 2. Dec. alii 1434. Febr. 12. Poſt mortem miraculis coruſcaſſe fertur.

OPERA:

1. *Vita B. Catharinæ de Senis Virginis Ordinis de Pœnitentiâ S. Dominici.* Supplementum Legendæ hujus Sanctæ extat in Bononienſi (*a*).

2. *Liber*, ut fertur, *de Atteſtatione ſanctitatis, & Miraculis S. Catharinæ* in ordine ad Canonizationem, ſeù ad Proceſſum, qui Venetiis in ejus Conventu ſervatur.

3. *De Veritate Stigmatum S. Catharinæ Senenſis Tertii Ordinis Prædicatorum*; qui codex in Append. Appar. *Poſſevini* p. 108 inter Codd. MSS. *Emberti Bonefti* Regii Lepidi recenſetur.

4. *Collectio Epiſtolarum ejuſdem S. Virginis Catharinæ Senenſis*; quam operam ſuccenturiavit F. *Bartholomæus de Alzano* Bergomenſis.

5. *Vita di S. Domenico Patriarca dell' Ordine de' Predicatori.* Quam laudat *Caſtilius* in Prologo Hiſt. Gen. Ord.

6. *Vita B. Mariæ Storionæ Venetæ.*

7. *Vita quarumdam aliarum ſororum de Pœnitentiâ ejuſdem Tertii Ordinis.*

8. *Tractatus de merito Vitæ Regularis*; ſed quâ linguâ, vel ubi ſervetur ignoratur.

9. *Tractatus de principiis, & Confirmatione Tertii Ordinis S. Dominici.*

Caveat autem Lector ne hunc *Thomam Antonii*, ſeu *Naccium* cum *Thomâ de Fonte* confundat, ſicuti ſunt hallucinati *Marcheſius* in ſuo *Diario Dominicano*, & J. B. *Feuillet* in lib. Gall. cui tit. *Année Dominicaine*, uterque ad 13 Febr. qui geſta *Thomæ de Fonte* primi & perpetui *S. Catharinæ de Sena* Confeſſarii ad *Thomæ Antonii* referunt, qui aliquando Virginem inviſebat, ſed à Confeſſionibus nunquam fuit. Pariter errat *Altamura* noſtrum *Thomam* in duos dividens, alterum ad 1434. collocans, alterum ſub dubio ad 1556; qui reverà eſt unicus, & nobis, inquit *Echardus* (qui plura de illo ad A. 1430.) adſtipulatur *Uggurgerius* Tom. I. *p.* 391 & 626.

Extat in Bibl. Abbatiæ Canonicorum Regul. S. Salvatoris Bononiæ, *Antonii de Senis* Epiſcopi Fulginatis ex Ordine Jeſuatorum liber, cujus initium: *Quod unicuique à Deo conſtitutum eſt terminus mortis.*

Alius item eſt *Antonius* Senenſis à *Conceptione* dictus, natione Luſitanus, de quo vide ſuo loco.

(*a*) *Echard.* II. 822.

ANTONIUS *Turnonenſis*, Gallus, Capucinus; Provinciæ Lugdunenſis Definitor, ac Miniſter Provincialis, Vir doctrinâ, & eruditione celebris, egregius Concionator, zeloſus regularis obſervantiæ cultor; ob columbinam ejus ſimplicitatem omnibus amabilis, ac omnium virtutum ornamentis præditus: ſcripſit

Conciones tres de SS. Eucharistiæ Sacramento. Lugd. 1609. Obiit 1614.

ANTONUCCIUS. Vid. **ANTONICIUS.**

ANTORELLUS (*Joh. Car.*) cujus extat ex *Lipen.* II. 646.

De Regimine Regularium. Romæ in 4.

ANTVERPIENSE Concilium. *Franciſcus Sonnius* primus Antverpienſis Epiſcopus Concilium convocare ſatagebat, verùm ob temporum calamitates nequivit meditatum opus executioni mandare, quod magno-

perè proficuum prævidebat. Verùm ſedulò, ac maturè perpendens tùm ætatis, tum virium in dies deficientium imbecillitatem, & ex alio capite cupiens huic ſancto deſiderio facere ſatis, conſulendi ejua Clero, & populo ſibi commiſſis, Concilium coegit, pro ſuæ Eccleſiæ necaſſitatibus examinandis; quibua exactè præcognitis, edicta promulgavit Maii 22. A. 1576. Pariter *Jaannes le Mire* ejuſdam Urbis Epiſcopus Clerum Diœceſis congregavit A. 1610; ac Synodales Conſtitutiones juxta Eccleſiæ exigentiam publicavit. * *Laur. Beyerlinck* in Chronogr. apud *Morer*.

ANTURINUS (*Joſephus*) Aleppenſis ex Monte Libano, Soc. Jeſu, librum ſcripſit cui tit.

Chriſtianus in Templa, ſeu de reverentiâ qua debetur Templo. Romæ 1656 & 1662 in 12. Ital. & Gallicè par *Thom. le Blanc* S. J. Divione 1658. in 4. Rhemis 1669. (†)

[†] *Leſor à Parea* Orbis deſcript. *Tom. II. p.* 561 *b.*

APACZAI (*Johannes*) Hungarus, typis evulgavit

1. *Encyclopadiam.* Ultraj. 1653. in 12.

2. *Catechesin ſecundùm dogmata Calvini cancinnatam,* quibus ipſa addictus fuerat. Amſtelod. in 12.* *Czvittingeri* Specim. Hung. Litter. *p.* 17.

APAFI (*Michael*) Princeps Tranſylvaniæ, Partium Regni Hung. Dominus, Siculorum Comes; vetuſtiſſimâ Hongarorum in Tranſylvaniâ proſapiâ ortua, Patre *Georgio Apafi*, Conſiliario Statûa intimo, *Gabrielis* Principis Tranſylvaniæ. Poſt *Georgii II. Kacſi* Principis Tranſylvaniæ ex hac vitâ emigrationem, *Michaeli* noſtro præter omnem ſuam ſpem, ac intentionem, ſingulari Dei providentiâ, Principatus obtigit A. 1661. Præter ſummam rerom geſtarum felicitatem, & excellentes animi dotaa, magnoperè ejuſdem juſtitiæ amor, Doctrinæ ubertas, pietaris cultura, & Calvinianæ fidei zelus prædicatur; quo autem tandem remiſſiore facto, non ſine omnium admirationa, anno 1672, Calvinianâ Religione ejuratâ, Romano-Catholicam aſt amplexus; haud quaquam tamen oſorem, aut perſecutorem Calviniſtarum ax eo tempore ſa exhibuit, quin potiùs tum io Hungariâ, tùm in Tranſylvaniâ patrocinio ſuo eoſdem fovere, atque contra adverſarios defendere magnanimè perrexit. Cæteta hujus Principis gaſta exarata reperiuntur apud *Johan. Bethlenium* in Epitoma Rerum in Tranſylvaniâ geſtarum; apud *Belium* in Diction. & ipſiua *Apafi* Manifaſtum Latinè editum in *Johan. Chriſt. Lunigii* Sylloge publicorum negotiorum, Germanicà redditum in *F. L. von Franckenberg Europeiſchen Herald* P. II. f. 415. Jugiter tùm Litaras, tùm Literatos eſt maximo favore proſecutus, & Theologicorum librorum amantiſſimus, ex quibus ſingulariter commendatum habuit Compendium Theologiæ *D. M. J. Wendelini* Theologi tuoc temporis præclariſſimi, quod ex Latino in Hungaricum Idioma convertit; atque in Tranſylvaniâ maximo numero typis impreſſom, plurimùm in totâ Hungariâ incremanti Calvinianæ attulit Eccleſiæ; propter quæ ſua merita, elogiis plurimum Authorum fuit decoratua, uti videre licet apud *Czvittingerum*, ſup. laud. Deceſſit autam noſter è vita Albæ Juliæ 25. April. 1690.

APALATEGUI (*F. Johannes de*) Ordinia Minorum, Hiſpanus, prælo paratam habebat (uti *Petrus Alva* in Militia Conceptionia)

Criſol de la Igleſia paciente del fuega del Purgatoria, teſte *Nic. Antonio.*

APAOLAZA (*D. Petrus* da) Aragonius, ob eximias animi dotes & ſingularem pietarem, morumqua innocentiam ea agaltate extrema ad honores promotus Eccleſiaſticos, anno 1612 erat Sancti Victoriani Abbas, 1620. die 5 Sept. Barbaſtrenſis, 1625 Aug. 28 Albarrazinenſis, 1633. Aug. 8. Tervelenſis, Demum

Cæſaraoguſtanus Archipræſul creari meruit anno 1644. die 18 April. Chriſtianâ humilitate & in egenos miſericordiâ in paucis celeber, Eccleſiaſtes ſuâ ætate magni nominia, SCRIPSIT

Menſam Euchatiſticam paraneticis excurſibus illuſtratam: quod opus ab invido pena authore axtortum edi curavit *Rochus Uncurrunzaga*, qui erat ai à ſecretis, Cæſarauguſtæ 1641. in 4. 2 Tom. * *Nic. Anton.*

APARICIO (F. *Ludovicus* da) Hiſpanus, Conchenſia, Ord. B. M. Radempt. Captiv. Magiſtar Theologus, Vicariam magiſtri generalis poteſtatem in Italiâ exercuit, unàqua totiua Ordinis negotia Romæ procuravit. Ad ſuos reverſus Theologiam veſpertinis horis in Schola Toleti docens, Cœnobii ajuſdem urbis Præfectua, typis publicavit, Latinâ, ut putat *Nic. Antonius*, Hiſpanèque

1. *Defenſorio del culto de nueſtra Padre Adam, y de las Santus del viejo Teſtamento.* in 4. Laodatur quoqua ejus

2. *Centuria de Martyres del Orden de la Merced.* Poſt hæc ad Indos tranſferavit unà cum D. N. *de Toledo* Manzeræ Marchione Peruani orbis Prorege, cui erat à Confeſſionibus: ſed in reditu Habanæ diem ſuum obiit: quocum perierunt

3. *In Evangelium S. Matthai*, duo volumina nondum edita.

APARICIO (*Michael*) Hiſpanus, Ord. Ciſterc. Abbas Monaſt. S. Mat. da Veruela in Aragoniæ Regno Hierapolitanus Epiſc. plura non contemnenda reliquit doctrinæ ſuæ monumenta, quæ MS. in dicto Cœnobio latere monet *Vijchius* p. 243. Præ cæteris commendatur *Summa* qoædam de *Sacramentis.* Conſ. *Nic. Anton.* p. 103.

APATI (*Nicol.*) Debrecinenſis, Hungarus, Calviniſta, ſtudiorum causâ Lugdunum Batav. ſa contulit, ubi ſub Virorum inſignium diſciplinâ plurimùm profecit, quorum encomia proſequitur in Tractatu *Vita Triumphantis Civilis*, ſiva *Univerſa Vita humana Peripheria* ad mentem *D. Renati des Cartes* ex unico centro deductæ. *Amſtelod.* Abrah. à Someren 1688. in 8. Item ſcripſit Opuſculum *De pretioſis Aaronis gemmis.* Vide *Czvittingerum* p. 22.

APCHERIUS (*Bertrandus*) (ut vocat *Ciaconius* p. 410.) Presbyter, Sacri Sacelli Riomenſis Theſaurarius, ſcripſiſſe ab eo dicitur *Soterologium*, Vitam J. C. D. N. verſu elegiaco complectens, olim impreſſum Pariſiis in 4.

APELLES, *Senex* appellatus, *Marcionis* auditor, *Luciani* condiſcipulus, à quibus tamen diverſam Sectam inſtituit, poſtquam ob ſtuprum commiſſum à Præceptore ſuo ejectus fuerat. Claruit anno 188. Chriſti corpua voluit nec craſſioram ſubſtantiam, ſed æraum ſibi corpus illum da cœlo deſcendentem contexuiſſa, idque aſcendentam aëri reddidiſſe. Unum quidem omnium rerum principium eſſe docuit, Deum, qui cùm malos Angelos creaſſet, ex iis uni mundum creandum commiſarit. Eus qui in Crucifixo ſpem ſuam collocaſſent, ſalvandos eſſa affirmabat, dummodo in bonis operibua deprehenderentur. Carois raſurrectionem oegavit. Legem & Prophetas repudiavit. Fidem deniqua Chriſtianam examini qualicunque ſubjici noluit; unumquemque autem io eâ quam ſemel imbibiſſet, opinione perſtare debere contendit. Habuit, teſta *Tertulliana*, privatas, ſad axtraordinarias Lectiones ſuas, quas appellat Φανερώσεις cujuſdam puellæ, cui nomen erat *Philumene*, quamqua quaſi Prophatiſſam ſecutus eſt *Apelles.* Edidit præterea libros, quos inſcripſit, *Syllogiſmorum*, in quibus probare annifus aſt, omnia quæcunqua Moſes de Deo ſcripſerit, non vera eſſa, ſed falſa. N. E. (*a*) APFELIUS.

(a) Vid. *Euſeb.* l. 5. c. 13. *Tertull.* de præſcript. propè finem, citante *Caveo* in Hiſt. Liter. Conf. *Tillemont* Tom. II. cap. 15. ubi de *Rhodone*, qui adverſus Marcionitas ſcripſit, & *cap.* 18. *art.* 8. ubi *Tertulliani* Tractatum de Carne Chriſti recenſet. Vid. & *Nat. Alexand.* Sec. II. cap. 3. art. XI. p. 295.

APFELIUS (*Jeremias*) Germanus , cujus extant vernaculè ex *Lipen.* II. 910. *Meditationes Vitæ æternæ* in 12.

APHNIMARANUS Scriptor Syrus , Monachus , diſcipulus *Kamjeſu* Abbatis , (qui Cœnobio Beth-Abenſi quartus à *Jacobo* illius fundatore præfuit ,) ex oppido Beth Seleucia in Provincia Beth-Garmenſi oriundus. Hunc *Amrus* ſub *Georgio* Patriarcha circa A. C. 662. claruiſſe teſtatur , conditoremque Cœnobii Zaphanatenſis in ditione Moſulana appellat. Pluribus eum laudat *Thomas* Maragenſis *Hiſt. Monaſt.* lib. 2. cap. 3. » Dedit illi Deus , *inquit* , ſapientiam , & » intimamSacrarum Scripturarum intelligentiam. Ea- » propter complures *Tractatus* , & *doctos Commenta-* » *rios* , omniſque generis *Cantica* , velut ſpiritualis » Philoſophus , compoſuit ſcripſitque diſertiſſimè , ut » ex ejus ventre , ſecundùm Domini oraculum , aqua- » rum viventium flumina profluere viderentur *&c.* » Eum deinde ab æmulis in crimen Meſſalianiſmi vocatum fuiſſe narrat , qui eò provecti ſunt , ut aſinis accenſerent , & aſinorum more tractarent. SCRIPSIT autem præter *Comment. in Epiſt. Marjabi* , (cujus mentionem facit *Ebedjeſu* cap. 117.) *Vitam Jacobi Beth Abenſis* , ejuſque diſcipulorum *Joſephi* & *Abrahami* , teſte *Maragenſi* lib. 1. cap. 24. & 32 (*a*) apud *Aſſeman.* inſ. cit. *p.* 187.

(*a*) Vid. *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. III. p.* 168. in Notis ad *cap.* 163. *Ebed-Jeſu.*

APHRAATES , Bar-Hebræo *Pharaades* (a) , Ecchellenſi *Aphrahet* , cognomento *Sapiens Perſa* , ſeu *Sapiens Perſarum* , clarus ſub *Papâ* Epiſcopo Seleuciæ circa A. C. 330. (*b*) Edidit Syriacè *librum Paræneticum* , inquit *Bar-Hebræus* , & *XXII Epiſtolas* , vel *Orationes* , ut vocat *Ebedjeſu* cap. 60. *Ecchellenſis* vertit , *Orationes de litteris Alphabeti* minus recte : non enim *Aphraates* de literis Alphsbeti diſſeruit , ſed *carmina moralia* ordine Alphabetico compoſuit , quæ extant in Vatic. Cod. Syr. 45 (*c*).

[*a*] Vid. *Aſſeman.* Tom. II. p. 398. [b] *Tom. III. p.* 85. [*c*] *Tom. I. p.* 617.

APHRODISIANUS , gente Perſa , quo verò vitæ inſtituto fuerit , Laicus an Clericus , Presbyter an Epiſcopus , altum eſt apud Veteres ſilentium. Condidit *Hiſtoriam de nativitate* , *moribus* , *formâ* & *veſtitu B. Virginis Deiparæ* , cujus Fragmentum habetur Biblioth. Vindob. *Cod. Theol.* 315. *num.* XXIV. *fol.* 110. p. 1. 2. & aliud , ut videtur , *Cod.* 58. *n.* XX. *fol.* 137. Meminit hujus *Aphrodiſiani* Epiphanius Presbyter & Monachus in *Vita S. Deiparæ* , qui tamen Hiſtoriam ejus magni facere non videtur. Vide *Allat.* de Script. Symeon. *p.* 106. & quæ habet *Lambecius* Comment. L. IV. p. 132. *Aphrodiſianum* Philoſophum *de Incarnatione Domini* latere MS. in Codice Regio *Pariſ.* 1045. teſtis eſt *Labbeus* Biblioth. nov. MSS. *p.* 75. Erat & *Aphrodiſianus* Perſa , (quem eundem cum noſtro fuiſſe ſuſpicatur *Caveus* (a) , qui locorum Orientis deſcriptionem Græcè olim compoſuit. Hujus meminit Anonymus Ravennas , Sæculi circiter VIImi Scriptor , cujus Geographiam eruit & illuſtravit *Plac. Porcheron* Benedictinus *lib. II. c.* 12. *p.* 61. his verbis. *Quas Provincias multi deſcripſerunt Philoſophi , ex quibus ego legi* Arſatium & Afroditianum , *Perſos , qui lingua Græca Orientem deſcripſerunt.*

(a) *Cave in* Diſſert. de Script. Eccleſ. *incertæ ætat.* ad calcem *Hiſt. liter.*

APHTARDOCITÆ vel *Aphthartodocetæ* , Hæretici Seculi VI , qui dicebant incorruptibile fuiſſe corpus Chriſti à conceptione , non obnoxium naturæ neceſſitatibus , fami , ſiti , laſſitudini , ſomno , doloribus , morti. Dux erat *Julianus Halicarnaſſeus* Epiſcopus A. 519. Vocabantur & *Phantaſiaſtæ* , qui ea omnia in Chriſto fuiſſe tantùm κατὰ τὸ φαίνεσθαι. Hujus ſectæ fuiſſe fertur *Juſtinianus* Imperator. Vid. *Cent. Magdeb.* VI. c. 5. fol. 306. *Photius* cod. 162 p. 344. *Niceph.* l. 17. c. 29. *Evagr.* l. 4. c. 39. *Theod.* Hæret. fab. l. 1. c. 24. 26. *Damaſc.* de orthod. fide *l.* 3. *c.* 28.

APINUS (*Sigiſm. Jac.*) Alumnorum Noricorum & Oeconomiæ Inſpector , cujus extat

1. *Hiſtoria Naturalis de Veritate Scripturæ Sacræ teſtimonium perhibens , brevi ſpecimine demonſtrata.* Altorfi apud Kohleſium 1718. 8.

Cl. Autor in eo occupatus eſt , ut contra hoſtes Scripturæ Sacræ oſtendat , naturalem hiſtoriam haud minori & numero & pondere argumentorum divinam Scripturæ originem ac veritatem docere , quàm ceteras diſciplinas. Idque probat 1ò ex conditi hujus univerſi hiſtoriâ *Geneſ. I & II* : 2ò ex hiſtoriâ Diluvii *Gen. VII* : 3ò ex reliquiis Arcæ Noæ *Gen. VIII* : 4ò ex iis quæ de excidio Sodomæ *Gen. XIX* Moſes recenſet : 5ò ex hiſtoria de ſtatua ſalis uxoris Loti *Gen. XIX* , ubi *Joan. Clerici* imprimis ſententia examinatur & refutatur : 6ò ex hiſtoria locuſtarum *Exod. X.* Poſitis his ſpeciminibus ad conſenſum naturalis & ſacræ hiſtoriæ directè monſtrandum , oſtendit porro , quomodo idem ex Gentilium ſcriptis , ſi quis ea perluſtrare velit , poſſit probari , utpote qui commentis ſuis limpidiſſimos fontes Iſraëlis turbarunt quidem , ſed ſimul hoc ipſo egregium veritatis divinæ teſtimonium , licèt erroribus interpolatum , dederunt. Optandum , ut ſimile ſpecimen ex N. T. quod promittit , proximè ſequatur (*a*).

2. Idem ille *Apinus* Theologi Cl. Baſileenſis *Jo. Jac. Grynæi* Epiſtolas familiares LXVI ad *Chriſt. Andr. Julium* J. U. D. Conſulem Norib. ſcriptas , unà cum *Grynæi* vitâ ex tabulis MSS. variis ſcholiis illuſtravit & in lucem edidit *Norib.* 1720. in 8 (*b*).

[a] *Acta Erud.* A. 1720. p. 48.
[b] *Bibl. Germ.* Call. V p. 170.

APION. Vid. **APPION.**

APOCALYPSIS *S. Joannis.* De eâ ſuo loco dicemus. Sed eas hic recenſebimus quas veteres hæretici Sec. I. Patriarchis & Apoſtolis tribuerunt.

I. *Apocalypſis* Adami nomine a S. *Epiphanio* (a) laudata , atque à *Gelaſio* inter Apocrypha relata : II, *Abrahami* , (b) : III, *Moſis* , quam quidam , referente *Cedreno* (c) eandem atque *minorem Geneſim* eſſe exiſtimabant: IV, *Eliæ* ab *Origene* (d) & *Hieronymo* (e) memorata : V , *Aſcenſio* , ſeu *viſiones Iſaiæ* a veteribus (*f*) celebratæ : VI , *Revelationes Patriarcharum & Prophetarum* , quæ S. *Hieronymi* ætate adhuc ſupererant (*g*) : VII , *Apocalypſis S. Petri* , quæ in nonnullis Eccleſiis tanti fiebat , ut feria ſexta palam legeretur (*h*) : VIII , *S. Pauli* , Gnoſticis & Cajanis probata (*i*) , quâ ea omnia exhiberi dicebant , quæ *Paulus* in raptu viderat , ac ineffabilia eſſe in Epiſt. I. ad Cor. XII. 4. ſcripſerat. Nec hæretici tantùm , ſed & plures Monachi , auctore *Sozomeno* , mira de hoc opere prædicabant , illud divinâ revelatione tempore *Theodoſii* innotuiſſe jactitantes , cùm ante Tharſi in domo S. Pauli in arca marmorea ſub terra reconditum latitaret : quod tamen meram fabulam eſſe , ab hæreticis ſortè conſictam , idem *Sozomenus* ex relatione Sacerdotis Tharſenſis prodit. IX, *S. Joannis* , à verâ diverſa , MS. teſte *Lambecio* in Bibl. Cæſar. Vindob. *Cod.* 119. *fol.* 108. X, S. *Thomæ* , ex *Gelaſii* Decreto tantùm nota , qui eam inter Apocrypha cum illis quas Manichæi *S. Stephani* Martyris nomine adinvenerant , recenſet (*k*) : XI , Aliam

(*a*) *Epiph.* hær 31. n. 8 (b) *id.* hær. 39. n. 5 (c) *Cedren.* in Chronol. *p.* 3. & *Georg. Syncell.* pag. 27. (d) *Homil. in Matth.* XXVII. (e) *lib.* 1. *in Iſaiam.* (f) *Origen.* Epiſt ad Afric. *p.* 238 & Hom. in Iſaiam. *Epiph.* hær. 40 num. 2 & hær. 67 n. 3. *Hieron.* in Iſ. cap. LXIV & Præf. in Pentat. Vid. *Cotelerii* Notas ad Conſtit. Apoſt. *lib.* 6 *cap.* 16. (g) *Hieron.* lib. contra *Vigilant.* (h) *Sozom.* VII. 19. *Euſeb.* III. 3. & *Clem. Alex.* apud eund. VI. 14. (i) *Epiph.* hær. 18. n. 38. *Theophilact.* in II Cor. XII. 4 & *Gelaſ.* in Decreto. (k) Vid. *Sixt. Senenſ.* Bibl S. *lib.* 2. *p.* m. 119.

liam *S. Joannis* Apocalypſim habent Hiſpani (*l*) quam in monte agri Illiberitani plumbeis laminis inſcriptam, A. 1595 inventam fuiſſe ferunt. Addunt, eam Hiſpanicè redditam, atque à *Cæcilio S.* Jacobi majoris diſcipulo Commentariis illuſtratam fuiſſe : verùm iſta Apocalypſis, cum *Cæcilii*, quos ferunt, Commentariis An. 1682 ab *Innocentio XI* cenſurâ inuſta fuit : XII. Scripſerat quoque *Cerinthus* librum revelationum, quem tanquam magni cujuſdam Apoſtoli opus (*m*) venditare veritus non fuerat. *Cajus* (n) Romanæ Eccleſiæ Presbyter, atque *Theodoretus* (o) hæreticum hunc in ſua Apocalypſi opinionum monſtra docuiſſe dicunt, inter cætera Servatorem poſt reſurrectionem regnum in terris conſtituturum, civeſque Jeruſalem in eo ſenſuum voluptatibus, bibendi ſcilicet, veſcendi aliiſque hujuſmodi fruituros; has autem voluptates mille annis duraturas, quas perpetua ſacrificia & feſtorum celebritas comitabuntur. Quemadmodum autem, inquit doctiſſimus *Cellerius* (p) in *S. Joannis* Apocalypſi nulla ſit regni hujus terreſtris & voluptuarii mentio, *Cerinthus* verò longè alia ab Apoſtoli placitis de Chriſti divinitate, reſurrectione, atque orbis creatione ſentiret, planiſſime eos erraſſe (*q*) conſtat, qui *Cerinthum S.* Joannis Apocalypſeos auctorem eſſe, eique, ad errores ſuos latius propagandos, Apoſtoli nomen inſcripſiſſe, exiſtimarunt.

(*l*) *Bivarius* Comm. ad *Pſeudo-Dextri* Chronic. an 54. p. 120. (m) *Euſeb.* III. 28 (*n*) ibid. (*o*) *Theod.* hæret. fab *l.* 2 c. 3. (*p*) Hiſt. Antiq. Sacr. *Tom. I. lib.* 3. *cap.* 2. *art.* 6. Conf *Aug. Calmet* in Dict. Bibl. (*q*) apud *Euſeb.* VII. 25.

APOLLINARIS Abbas, qui Prophetas Græcè deſcripſit ex Hexaplis & Tetraplis ab ipſo *Origene* & *Euſebio Pamphilo* emendatis, cujus libri apographum eſt vetuſtus Codex Græcus Prophetarum Marchallianus, qui exſtat Pariſ in Bibl. Claromont. S. J. Vid. *Henr. Valeſii* Epiſt ad *Uſſerium*, in calce notatum ad Hiſtoriam *Euſebii* p. 313. Idem fortè *Apollinaris* intelligitur in ſcholio MS[ti] Bibl. Regis Galliæ ad Hiſtoriam adulteræ obelo notatam *Joh.* VIII. apud *Rich. Simonium* Hiſt. Crit. N. T. *lib.* 1. *p.* 146. (*a*) τὰ ὠβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖται, οὐδὲ Ἀπολλιναρίῳ. ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖται.

(*a*) Citante *Fabricio* Tom. VII p. 661. ſed nuſquam locum hunc apud *Simonium* reperi.

APOLLINARIS Alexandrinus Epiſcopus, cujus apud *Evagrium* lib. 4. c. 8. mentio : idem, ut putat *Fabricius* ſup. cit. cujus libellus *de fide Chalcedonenſi* memoratur in Chron. Orient. *p.* 121.

Plures alios *Apollinares* recenſet laudatus *Fabricius*.

APOLLINARIS (*Claudius*) Eccleſiæ Hierapolitanæ in Phrygiâ Epiſcopus, ὁ ἐγγὺς τῶν Ἀποστολικῶν χρόνων γεγονώς, inquit Chronici Paſchalis ſive Alexandrini auctor, claruit ſub *M. Aurelio* circa annum 170. Flagrante perſecutione, *Libellum Apologeticum* pro fidei Chriſtianæ defenſione *M. Aurelio* Imp. obtulit : enaſcenti etiam in Phrygiâ, an. circiter 171, *Montani* Hæreſi viriliter ſe oppoſuit, eamque miſſis ubique literis circularibus condemnavit. De mortis modo vel tempore nil liquet. De eo ita *Theodoritus* (a) ἀνὴρ ἀξιέπαινος : καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς, *Vir laude dignus, & qui præter divinarum rerum cognitionem, externa quoque diſciplina excultus fuit.* In eundem modum *Photius*, (b) ἀξιόλογος δὲ ὁ ἀνὴρ, καὶ φράσει ἀξιολόγῳ κεχρημένος. *Vir ſane præſtans, & ſtylo præſtanti uſus.* E multis, quos ſcripſit, libris, iiſque jam deperditis hi ſolummodò tituli ad nos pervenerunt.

1. *Oratio vel inſigne volumen pro fide Chriſtianorum* ad Imp. *M. Antonium Verum* (c).

2. *Adverſus Gentiles* libri V quos Dialogi more ſcriptos innuit *Nicephorus*.

[a] *Hæret. Fab.* l. 3. c. 2. [b] *Cod.* 14. [c] *Hieron.* c. 26. *Euſeb.* IV. 27.

3. *De Veritate* libri II. Incertum num idem opus ſub tit. περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit *Photius*, an diverſum fuerit *de Pietate*, περὶ εὐσεβείας, atque iedem forte cum illo ὑπὲρ τῆς πίστεως jam memorato. In his ſcriptis inter alia Catholicam doctrinam de Chriſto animâ humanâ prædito aſſeruerat, ut teſtatur *Socrat.* l. 3. c. 7.

4. *Contra Judæos* libri II.

5. *Contra Montaniſtarum naſcentem hæreſin* Epiſtolæ (*d*). Adverſus eoſdem etiam Concilium Hierapoli celebraſſe traditur (*e*). Cæterùm auctor innominatus, cujus fragmenta *contra Montaniſtas* ex libris III ad *Abercium Marcellum* apud *Euſeb.* V. 16 leguntur, non *Apollinaris* eſt, ut perſuaſum etiam *Baluzio*, neque *Apollonius*, de quo *Euſeb.* V. 18. neque, ut *Valeſio* & pluribus aliis placuit, *Aſterius Urbanus*, qui *p.* 182. apud *Euſeb.* tantùm ut teſtis ab illo Scriptore adducitur (*f*) : ſed alius, qui ſcripſit non ante A. C. 212. poſt *Montanum* jam defunctum, ſive *Rhodon*, (quem adverſus *Phrygas* inſigne opus edidiſſe tradit *Hieron.* c. 37. & c. 39. *Miltiades* in illo meminiſſe teſtatur,) ſive alius.

6. *Contra Severianos Encratitas*, ut teſtatur *Theod.* (g), ſed an peculiari opere non addit.

7. Scripſit etiam, vigente jam Paſchali controverſiâ librum *de Paſchate*. Ex quo duo Fragmenta breviuſcula nobis conſervavit Chronici Paſchalis conditor in Præfat. *p.* 6. Edit. *Cangii*: hoc nempè argumento: Ὅτι ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ὁ Κύριος ἔπαθεν οὐκ ἔφαγε τὸ τυπικὸν πάσχα. Eadem leguntur in Uranologio *Petavii* ex eod. loco deprompta, *p.* 412. edit. Amſtelod. (h)

Obiit autem iſte *Apollinaris* circa A. 180. ſaltem adhuc erat in vivis A. 177 (*i*)

[d] *Euſeb.* l. c. & lib 5. cap. 19. *Theod.* ubi ſup. *Hieron.* item c. 41 ubi de *Serapione* [e] Vid. *Concil. Labb.* Tom. I. p 599. [f] Vid. *Dodwell.* Diſſ. IV ad Iren. §. 38 [g] *Theod.* de hær. fab. *l.* 1. *c.* 21. Vid. & *Hieron.* Epiſt 84 ad *Magnum* [h] Vid *Fabric.* Bibl. Græc. l. 5. c. 1. p. 189 *Cave* in Hiſt. Liter. *Du Pin* Tom. I. p. 67. in 4 [i] *Baillet* ad Jan. 8. *Bolland.* ad 2 Febr. retulit

APOLLINARIS (*Franciſcus*) natione Hiſpanus, Clericus Regularis Minor, in Collegiis Complutenſi & Salmanticenſi hujus familiæ Profeſſor Theologus, edidit, teſte *Nic. Anton.*

1. *Suma moral y reſumen breviſſimo de todas las obras del Dotor Machado* : Matriti 1661. in 4.

2. *Sermones Panegiricos en alabãça de Maria Señora Nueſtra concebida ſin mancha ni deuda de pecado original* : ibid. 1663. in 4.

APOLLINARIS. Vide SIDONIUS.

APOLLINARIUS *Senior*, Alexandriâ oriundus, arte Grammaticus, quam docuit primùm Beryti in Phœnicia, deinde Laodiceæ in Syria, ejuſdem Eccleſiæ Presbyter factus, ductaque ibi uxore, filium ex ea ſuſcepit ſibi cognominem, Hæreſeos Apollinarianæ conditorem, de quo mox dicemus. Arctiſſimam cum *Epiphanio*, nobili Sophiſta, ſed homine Gentili, amicitiam coluit; cujus Auditorium etiam dum profana poemata recitaret, frequentavit. Ob id à *Theodoto* Epiſcopo Laodiceno admonitus, cùm non abſtineret, publicè convictus, & unà cum filio ejuſdem criminis reo Eccleſiâ ejectus eſt : verùm pœnitentiam agentes *Theodotus* eos denuò ſuſcepit. Claruit circa an. 362. quo regnante *Juliano* & Chriſtianis Gentilium libros interdicente, ipſe ne Græcanicæ locutionis forma Chriſtianis nova & inaudita relinqueretur, plures ad Veterum imitationem libros compoſuit; Artem Grammaticam χριστιανικῷ τύπῳ, inquit *Socrates* (a), digeſſit. Libros *Moſis*, *Homerum* imitatus, Heroico carmina interpretatus eſt : immò ſi rem rectè narrat *Sozomenus* (b), totam Hebræorum antiquitatem uſque ad regnum *Saulis* eodem verſûs genere conſcripſit; & univerſum opus in XXIV partes diſtribuens, ſingulis

(a) L. 3. c. 16. (b) L. 5. c. 18.

ſingulis libris ex Græci Alphabeti literis ordine recenſitis cognomentum indidit. Alios præterea Veteris Inſtrumenti libros hiſtoricos partim dactylico carmine expreſſit, partim ad formam Tragœdiæ perſonis adhibitis elaboravit. Deſumptis enim è S. Scripturâ argumentis, ſcripſit *Comœdias* inſtar Fabularum *Menandri*; *Euripidis* quoque Tragœdias, & *Pindari* lyram imitatus eſt: adeò ut brevi tempore, inquit *Sozomenus*, lucubrationes compoſuit & numero & præſtantiâ æquales iis, quæ apud Græcos in eo genere celebres exſtitère; ſeu genium, ſeu dictionem, ſeu formam, ſeu diſpoſitionem operis ſpectes. Verùm hæc omnia dudum perierunt. Hujus, an filii ſit *Metaphraſis Pſalmorum*, quæ extat hodie pluries impreſſa (*e*) nondum ſatis certò liquet. Juniori *Apollinario* vulgò tribui ſolet, quam tamen Patri rectiùs, judice *Caveo*, adſcribit *Gerardus Voſſius* (d), qui tamen alibi (*e*) eum cum Juniore confundere videtur. Certè duos hoſce *Apollinares* nec Veteres nec Recentiores ſatis accuratè diſtinguunt, ut in hia labi proclivius ſit. Huic item *Apollinari* aſcriberem ego, inquit laud. *Caveus*, Tragœdiam quæ *Chriſtus Patiens* dicitur; & ſub *Gregorii Nazianzeni* nomine inter ejus Opera excudi ſolet. Hujus Tragœdiæ proſa à *Seb. Guldebeckio* Tigurino, verſu Jambico Latino, à *Claud. Roillero* Belnenſi tranſlata eſt. Sed cùm *Nazianzenus* plurima carmine ſcripſerit, & Codices MSS. illam Tragœdiam *Nazianzeno* tribuant, nolim, inquit Cl. *Fabricius* (f), horum teſtimonio conjecturas Criticorum præferre, licèt hi minorem in illa elegantiam, minuſque judicium & acumen quàm in aliis *Gregorii* Poëmatis obſervare ſibi videantur (*g*).

(c) Vid. inf. ubi de *Apollinario* juniore (d) *De Hiſtor. Græc.* l. 2. c. 18. (e) *De Poet. Græc.* c. 9. (f) *Bibl. Græc.* Tom. VII. p. 681. (g) *Du Pin* Tom. II. p. 210.

APOLLINARIUS *Junior*, Patriâ Laodicenus, *Apollinarii* Presbyteri (de quo ſupra) filius, *Epiphanii* Sophiſtæ diſcipulus; Rhetoricam docuit: primùm Eccleſiæ Laodicenæ Lector, tandem Epiſcopus. Claruit ab incepto *Juliani* Imperio, præcipuè verò circa ann. 370. Aliquamdiu Catholicus de recto Eccleſiæ tramite hâc occaſione deflexiſſe dicitur. Commotus in illum *Georgius* Laodicenus Epiſcopus, Arianæ factionis homo, quòd Magnum *Athanaſium* ſummâ familiaritate coleret, nec ab ejus congreſſu abſtinere vellet, ipſum à communione excluſit; quin & priora delicta, ob quæ à *Theodoto* ejectus fuerat, exprobravit: neque illum, ſæpenumerò licèt id petentem, in communionem recipere dignatus eſt. Hanc injuriam ſtomachatus *Apollinarius* peculiarem ſibi ſectam conſtituit; quæ per aliquot ſæcula Eccleſiam non leviter turbavit. Quo potiſſimùm anno Hæreſin ſuam diſſeminare cœperit, parùm liquet: id tantùm conſtat, Dogmata ſua planè nova & inaudita nequaquam fuiſſe; quippe ex quibus primarium à Synodo Alexandrinâ anno 362 habitâ damnatum fuerit. Nondum enim eo tempore Hæreſim diſſeminaſſe videtur *Apollinariæ*, ſed ab aliis poſtea acceptos errores accuratius elimaſſe & recoxiſſe. Hæreſeos ejus, quam in vulgus ſparſit, ſumma hæc erat: Chriſtum humanam naturam de cœlo ſecum detuliſſe, æternam & ſubſtantiæ ipſius coalitam habuiſſe quidem animam (quod tamen primò negaverat) νοῦν ϳ μὴ ἔχειν; ſed unigeniti deitatem mentis locum ſupplere. Denique Chriſtum mortalem eſſe, & in propria Divinitate paſſum; & in triduana illa corporis morte divinitatem quoque ei commortuam fuiſſe, Patris demum beneficio ex morte revocatam. Vid. *Greg. Nazianz.* Epiſt. ad *Nectarium*, & duas ad *Cledonium* Epiſtolas, ſive *Orat.* 51. 52. ubi *Apollinarii* dogmata pleniſſimè refellit. Ob hæc damnatus eſt *Apollinarius* tum alibi tum in Synodo Romana, anno, ut vult *Baronius*,

373. quam tamen *Valeſiæ* (a) circa ann. 377. vel 378. habitam eſſe contendit. Sed Eccleſiæ ſententiam inſuper habuit homo audax, & dogmatum ſuorum tenaciſſimus: neque ſanè *Apollinarium* errores ſuos unquam depoſuiſſe conſtat. Obiit regnante *Theodoſio*, anno circiter 380.

Scripſit Vir extra controverſiam doctiſſimus innumerabilia volumina, ex quibus hæc ferè à veteribus (*b*) memorantur.

1. *Evangelia* & *Apoſtolorum ſcripta ad exemplum Platonis in Dialogorum formam redacta*: quod Imperante *Juliano* factum eſt.

2. *Adverſus Porphyrium* libri XXX. qui inter cætera ejus Opera, inquit *Hieronymus* (c), vel maximè probantur: & in iis ſanè, judice *Philoſtorgio* (d), tum *Euſebium* Cæſarienſem, tum *Methodium* Tytium, qui in eadem arena deſudarant, longo intervallo ſuperavit (*e*). Idem, ut opinatur *Caveus*, erat *Opus*, (cujus meminit *Sozomenus* (f) ὑπὲρ ἀληθείας ſeu *de Veritate*, quod adverſus *Julianum* & Gentilium Philoſophos compoſuit; in quo abſque ullo ſacrorum librorum teſtimonio oſtendit eos vano errore deceptos, ſecùs quàm oportet, de Deo ſenſiſſe.

3. *Contra* Eunomii *Apologiam liber.*

4. *Commentarii brevis in Iſaiam*, teſte *Hieronymo.*

5. *Hymni & Cantica Sacra ad laudem divini nominis ſpectantia*: quæ tum viri, tum mulieres quovis tempore & quavis occaſione pſallere ſolebant (*g*).

6. *Liber Compendiarius*, ſeu τὸ κατὰ κεφάλαιον βιβλίον, ex quo pleraque fragmenta exhibet *Theodoritus* Dialog. 1, 2, 3.

7. *De Incarnatione* libellus.

8. Libellus *de Fide*: ex his etiam quædam ibi profert *Theodoritus*: qui & alia quædam ab eo ſcripta, ſed omiſſo titulo, allegat. Librorum ejus Fragmenta aliquot in *Catenis Veterum* in Job, in Pſalmos, in Matthæum, Lucam, &c. reperiri poſſunt.

9. Extant etiam Gr. Lat. *Epiſtolæ duæ ad Baſilium* apud *Cotelr.* Monument. Eccleſ. Græc. *Tom. II.* verùm an genuinæ ſint, dubitari poteſt. Credit tamen Cl. *Fabricius* hujus *Apollinaris* verè eſſe, neque video, *inquit*, magnas fuiſſe cauſas viris clariſſimis, qui de illarum γνησιότητι addubitant.

10. *Aub. Miræus* in Notis ad *Hieronymi* Catalogum meminit *Libelli* cujuſdam *de Ætatibus Hominum* ſub *Apollinarii* nomine, *Leodii* anno 1575 editi: quem vidiſſe ſe negant *Labbeus*, *Caveus* & alii viri doctiſſimi; ſed nihil aliud eſſe ait laudatus *Fabricius* (h) quàm *Apollinaris* Metaphraſin Pſalmi XC. ſive Hymni Moſis, *Domine refugium factus es nobis*, Latinis verſibus expreſſam ab *Hannardo Gamerio*, Moſæo, editamque unà cum aliis quibuſdam *Leod.* 1575. 8.

De *Apollinario* iſto ſic *Vincentius* Lerinenſis in Commonit. *p.* 392, ubi hæreſin ejus deteſtatur: „ Sed » forſitan, *inquit*, ejuſmodi ille vir erat, qui dig» nus eſſet facilè contemni. Imò verò tantus ac ta» lis, cui nimium citò in plurimis crederetur. Nam » quid illo præſtantius, acumine, exercitatione doc» trinâ? Quam multas ille hæreſes multis volumini» bus oppreſſerit, quot inimicos fidei confutaverit » errores, indicio eſt opus illud *triginta* non minus » *librorum* nobiliſſimum ac maximum, quo inſanas » *Porphyrii* calumnias magnâ probationum mole con» fundit. Longum eſt, *addit*, univerſa ipſius opera » commemorare, quibus profectò ſummis ædificato» ribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet, niſi profanâ illâ » hære-

Vu 3

[a] *Annot. in Sozom.* p. 143. [b] *Socrat.* l. 3. c. 16. *Niceph.* X. 26. [c] *De Script.* c. 104. [d] l. 8. c. 14 [e] Vid. *Fabric. Bibl.* Græc. l. 4. c. 27. p. 197 [f] l. 5. c. 18 Vid ſup. in *Apollinare* Hierap. n. 3. [g] *Sozom.* l. 6. c. 25. (h) *Bibl. Græc.* Tom. VII. p. 682.

» hæreticæ curioſitatis libidine nomen neſcio quod » adinvenirer *&c.*

Inter ejus Scripta deperdita numerantur & ſequentia apud *Cl. Fabricium* Tom. VII. p. 662 *&c.*

I. Opus *adverſus Manichæos* ex *Epiph.* LXVI, 21.

II. *Commentarii*, ſi non in omnes, *in pleroſque* certè *S. Scripturæ libros.* In omnibus ferè Catenis Patrum ad Sacros libros utriuſque fœderis, *Apollinarii* Fragmenta occurrunt. Nonnulla etiam ex iis Latine refert *Combefiſius* in Bibl. Concionat. In Pſalmos atque in Epiſt. ad Galatas, vel certè ad locum ejus de Petri reprehenſione ſcripſiſſe docet *Hieron.* Epiſt. 74 ad *Auguſt.* Quales verò fuerint *Apollinaris* Commentarii, docet idem *Hieron.* Præf. in Eſaiam » *Apollinaris* more ſuo ſic exponit omnia, ut » universa tranſcurrat, & punctis quibuſdam at» que intervallis, immò compendiis, grandis viæ » ſpatia prætervolet, ut non tam commentarios, » quàm indices capitulorum nos legere credamus. » » Nimis multa ſcripſiſſe, atque inde in multiloquio » peccatum non effugiſſe ait S. *Baſilius* Epiſt. 74.

III. *Verſio Græca librorum V. T.* ex variis interpretationibus, præcipuè *Symmachi* contexta. *Hieron.* adv. *Rufin.* lib. 2. » Prætermitto *Apollinarium*, qui » bono quidem ſtudio, ſed non ſecundùm ſcientiam » de omnium translationibus in unum veſtimentum » pannos aſſuere conatus eſt, & conſequentiam » Scripturæ non ex regulâ veritatis, ſed ex ſuo ju» dicio texere. » Idem in Eccleſiaſt. XII. » *Symmachi* » interpretationem *Laodicenus* ſecutus, nec Judæis place» re poteſt, nec Chriſtianis, dum & ab Hebræis pro» cul eſt, & ſequi LXX Interpretes dedignatur. » Conf. *Rich. Simonis* Hiſt. Crit. V. T. *lib.* 2. *Cap. X.* Le Long *Bibl. Sac.* p. 156 *§.* XI.

IV. Alia multa Theologici argumenti ſcripſiſſe, atque in his librum *de Reſurrectione*, quo Judaiſmum in illa reſtituendum ſtatuit, teſtatur *Baſilius* ſup. cit.

V. Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. In eo opere, cujus & *Baſilius* meminit, hæreſim ſuam propoſuit *Apollinarius.* Λόγον περὶ σαρκώσεως vocat *Theod.* Dial. 2. & *Eulogius* apud *Photium* Cod. 230. p. 447. Adverſus hanc Ἀπόδειξιν extat *Gregorii* Nyſſeni *Antirrheticus.*

VI. Τὸ περὶ σαρκώσεως λογίδιον Theod. *Dial.* 3 *p.* 322. in quo & ex *Apollinaris* Compendiario fragmenta quædam affert, nec non *Dial.* 1. & 2. ubi *p.* 210 eum ait primum confuſionem naturarum in Chriſto induxiſſe. Eodem ſpectat quod veteres Eutychianam hæreſim ex amariſſimo *Apollinaris* fonte derivant, ut loquitur *Vigilius* Tapſenſis *lib.* 1. contra Eutych. *p.* 522.

VII. Περὶ πίστεως λογίδιον. Theod. *Dial.* 3. *p.* 312.

Non omittendum Apollinariſtas ſcripta quædam *Apollinarii* venditaſſe ſub nominibus *Gregorii* Thaumaturgi, *Athanaſii* & *Julii* Epiſc. Romani. Vid. *Leontium* Byz. in libro adv. Apollinariſt. fraudes *Bibl. PP.* Lugd. T. IX. p. 705. & lib. de ſectis *p.* 516. ubi teſtatur, Epiſtolam ad *Dionyſium* Corinthi Epiſcopum, quæ incipit θαυμάζω πυνθανόμενος περὶ σοῦ & alias VII ſub *Julii* nomine jactatas, *Apollinaris* eſſe. Illam ad *Dionyſium* ex Bibl. Ambroſ. primus Gr. Lat. vulgavit Vir Cl. *Lud. Ant. Muratorius* in Anecd. Græcis *p.* 341-346 cum erudita Diſſertatione, qua eam *Julii* non eſſe, poſt *Leontium* & *Eulogium* evincit. Vid. & *Sirmondi* Opera *Tom. II. p.* 428 *ſeq.* Notis ad *Facundum.* Sed & ipſius *Apollinarii* libros ab Apollinariſtis in diverſas factiones ſciſſis depravatos & interpolatos eſſe *Leontius* lib. cit. adv. eorum fraudes *p.* 709 obſervavit, de quo *Barth. Germon* de veter. hæret. Eccleſiaſticorum Codicum corruptoribus *p.* 375 *ſeq.*

Hunc autem *Apollinario* Juniori *Metaphraſin Pſalmorum* tribuit Cl. *Fabricius*, quæ judice *Ja.* *Du Port* » ut ut fortaſſe haud uſquequaque adeo elegans nec » concinna ſit, nollem tamen, *inquit*, eam tam ſe» verè & acriter virgulâ cenſoriâ caſtigaſſet *Henr.* » *Stephanus*, & poſt eum *Petavius*: Quandoquidem, » ut reliquas ejus laudes & virtutes omittam, quæ » ſanè nec paucæ ſunt, nec obſcuræ, quibus tan» quam tot ſtellulis fulget, eſt certè præterea vel » ipsâ antiquitate veneranda, ſaltem ſi titulus non » mentitur Autorem & veteris illius *Apollinaris* verus » ac genuinus hic fœtus eſt, quod nemo hactenus » (quem ſciam) in dubium unquam vocavit, nedum » inficias ivit. Alioquin ut ingenue fatear, & dicam » quod ſentio, niſi communis adeo & paſſivius re» cepta apud omnes hæc opinio eſſet, & tam alias » ubique egiſſet radices, ut eam convellere, aut vel » leviter concutere velle, nimiam forte pervicaciam » & αὐθάδειαν argueret, & faſtuoſi ac præfidentis » animi indicium haberetur, putarem ego non extra » omnem controverſiæ aleam poſitam hanc rem eſſe, » quin adhuc diſquirendi locus relinquatur; & ap» pareat aliqua ſaltem dubitandi ratio, an non ſpurius » & ὑποβολιμαῖος hic partus, & alii cuipiam potiùs » quàm ei, cujus nomen præ ſe fert, adſcribendus » ſit, & illud imprimis ſcrupulum mihi injiceret, » quod non tam terſus & teres, non tam politus & » elegans, & (ut verbo dicam) non tam Homeri» cus eſſe videatur hujuſce Metaphraſtæ ſtylus, quàm » illius fuiſſe par & credibile eſt, qui omnium con» ſenſu Græcarum litterarum, Græcæ imprimis » Poëſeos peritiſſimus, *Homeri* præſertim ſtudioſus » adeo atque æmulus fuit, ut Poëmata Sacra haud » pauca ad illius imitationem ſcripſerit, uti ex *So*» *zomeno* refert *Lilius Giraldus* de Poëtis *Dial. V.* » Porrò autem multa cum ſcripſiſſe teſtatur idem il» le Græcus Hiſtoricus, idque adeo ἔθει τε καὶ φύσει, » καὶ καθαρῶς, καὶ εἰκονομίας ὁμοίως τοῖς παρ' Ἕλλησιν » ἐν τοῖς ... εὐδοκιμήσασιν, » ut niſi nimium fortaſſe » φιλάρχαιοι homines eſſent, *Apollinarem* certè cum » præclariſſimis quibuſque in ſuo genere Scriptoribus » antiquis non immeritò comparandum cenſerent. » An verò tam inſigni elogio dignus ſit hujuſce » Metaphraſeos Autor, penes eruditos judicium eſto. » Quid quod cum a veteribus non pauci *Apollinaris* » Operum meminerint, *Hieronymus*, *Socrates*, *Sozo*» *menus*, *Philoſtorgius*, *Suidas*, alii, eorum tamen » nemo (*i*) illius Metaphraſeos mentionem facit. » Imo & *Gyraldus* loco jam laudato, quanquam » multa eum metricè ſcripſiſſe affirmat, *ejus tamen* » inquit, *quod ſciam*, *verſus haudquaquam ſuperſunt.* » Hæc fermè ſunt, quæ forte virum me conſtantio» rem, » pergit Vir Cl. *Du Port* » fluctuare, & ali» quantidum ſubdubitare facerent, an non ψευδεπί» γραφον hoc opus ſit. Verùm ego non is ſum qui » velim contra torrentem niti, aut, reſtagante toto » ferè Criticorum Senatu, iſtam *Pſalmorum Meta*» *phraſin* huic Autori abjudicare. Sit igitur hujuſ» ce fœtûs parens, per me licet, is cui vulgò tri» buitur, verus ſcilicet & vetus ille, de quo hac» tenus egimus, *Apollinaris.*

De eodem *Apollinaris* Pſalterio ita ſenſit Vir Cl. *Iſaacus Caſaubonus* in Epiſt. 642. ad *Dav. Hœſchelium* A. 1600 ſcripta. » Judico de eo non aliter quam ut » tibi quoque placere video. Opus eſſe plane haud » indignum, quod juventuti φιλέλληνι proponatur. Nam » & Græca eſt Oratio, & ſatis Poëtica, imo inter» dum κομψοπρεπής. Illud, credo, non negabis, cum » veritate Hebraica ſanè illi parum convenire: ſæ» pè etiam Græcæ Poëſeos genium in eo deſiderari, » neque enim neſcis, aliud eſſe verſus facere, aliud » Poëtam agere; quod cùm in vertendo ſit difficile, » non deſunt tamen è recentioribus, quos anteponam » *Apollinari*, quo in numero ſunt *Hertus* Chriſtia» nus,

[*i*] Irò, ut obſervat Cl. *Fabricius*, memorant manifeſtè, dum totum Vetus & Nov. Teſt. ſive Metaphraſi ab *Apollinari* expreſſum, ſive alio temporis genere illuſtratum teſtantur, itaque à Codicum MSS teſtimonio, qui Pſalmos ad *Apollinarem* referunt, neutiquam recedendum.

» nus, *Zanttus*, & qui omnia omnium ſeculorum » ingenia obſcuravit, *Joſ. Scaliger ὁ τῶν μακαρίτων » μακαρίτης* Idem *Caſaubonus* alibi *Apollinarem* à *Nonno* longè à tergo relinqui ſcripſit.

Primus *Metaphraſin Pſalmorum CLI* ex duobus Bibl. Regis Chriſtianiſſimi Codicibus Græcè typis Regiis perquam nitidè vulgavit *Hadr. Turnebus* (k) ſubjunctis ad calcem variis Lectionibus *Pariſ.* 1552. 8. Operæ pretium eſſet hanc editionem conferri cum Codice Barocciano XXV. licèt *μετώπῳ* ac deſinente in verſu 12 Pſalmi 148. in Bibl. Bodl. In illius limine Auctor, ut videtur, opus ſuum *Marinao* cuidam dedicat, (quem Autor Catalogi MSS. Bibl. Bodl. Oratorem eſſe ſuſpicatur, cujus meminit *Ammianus Marcellinus* XXX. 4.) Poſt Metaphraſin primi Pſalmi ſequitur *Ammiani* cujuſdam Metaphraſis ejuſd. Pſalmi ad exemplum *Apollinarii*. Etiam alia *αὐτεπίγραφοι*, ab utrâque præcedenti multùm diverſa: ſicut ſequentium quoque aliquot Pſalmorum ſæpiuſculè variat ab editis. Latina verſio proſaica neſcio quo auctore ſæpiùs in Bibliothecis Patrum prodiit Gr. Lat. cum indice locuplete vocum Græcarum *Pariſ.* 1580 & 1613. 8. Atque cum verſione per *Frid. Sylburgium* caſtigata, ſed ſine vocum indice, *Heidelb.* apud Commel. 1596. 8. Extat & Gr. Lat. in Bibl. Patrum *Pariſ.* 1654. Tom. XIV. Veneti Codicis MS, quem apud *Arn. Arlenium* viderit, meminit *Geſnerus*.

De utroque *Apollinario* legendus *Elias Du Pin* Tom. II. p. 216. edit. Lat. qui de filio loquens p. 219. *Apollinarium* omnium Auctorum Chriſtianorum in Grammaticâ, Rhetoricâ & Philoſophia profanâ verſatiſſimum fuiſſe dicit, ſed in doctrina Scripturæ & Religionis leviter tantùm exercitatum; circa Myſteria noſtra, inquit, nimis philoſophabatur, nec ſatis Scripturæ ſimplicitati adhærebat; inde eſt quòd in errorem incidit.... Non ſublimi atque affectatâ illâ facundiâ forenſi inſtructus erat; ſed eloquentiâ Philoſophicâ, quâ qui ornatus eſt, cogitationes atque ratiocinia ſua facilè, nitidè & feſtivè exprimit.

Germanus quidam nomine *Chriſt. Aug. Salig* in Tractatu (l) *de Eutychianiſmo ante Eutychen* cap. 13. Apollinariſtas, qui uno ore à veteribus accuſantur Eutychianiſmi, proximos fuiſſe Eutychianis concedit. Simul tamen fervorem Patrum quorundam contra *Apollinarem* reprehendit, quem virum doctum ſimul & pium fuiſſe judicat, ac ſententiam *Apollinarii* juſto fœdius depingi putat, imò eum in modum ejus ſententiam interpretatur, ut videri queat orthodoxa. In eodem tolerari oportuiſſe cenſet *cap.* 14. illam loquendi formulam, quâ Chriſtum vocitavit *hominem Dominicum* & *Deum carniferam*, cùm ipſe *Athanaſius* Chriſtum his nominibus affeciſſe legatur.

Huc etiam annotari merentur verba *Sixti* Senenſis *lib.* 4. *p.* 204. quem excipit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 225. » Accuſatus eſt *Apollinarius* à multis non con» temnendi nominis Scriptoribus, quòd in errore » fuerit Millenariorum, quòd in Trinitate introduxe» rit magnum, majus, maximum, ſpiritum ſcilicet » appellans *magnum*, filium *majorem*, patrem verò » *maximum*: item quòd de Chriſti Incarnatione non » rectè ſenſerit, exiſtimans eum carnem attuliſſe de » cœlo, & rationali animo caruiſſe, ſupplente divi» nitate rationalis partis officium. Sed cùm pleri» que graviſſimi Authores, inter quos *Theophilus* A» lexandrinus, ejus nomini maximè infenſus, refe» rant illum Arianos, Eunomianos, Origeniſtas, » multaque alias hæreticorum ſectas multis volumi» nibus evertiſſe, credibile eſt, has hæreſes à diſci» pulis ſuis excogitatas, qui, ut eis fidem conci» liarent, magiſtro impoſuerunt, quod ipſi, ut *Epi» phanius* in tertio *Panarii* libro teſtis eſt, neque ab » ipſo didicerant, neque audiverant.

De Apollinariſtis pluribus egit *Nat. Alexander* Sec. IV. cap. 3. art. 14. Legenda inprimis *Jac. Baſnagii* Diſſert. de Apollinaris hæreſi, *Roterod.* edita 1687. in 8. una cum D. *Chryſoſtomi* Epiſt. ad *Cæſarium* Monachum, A. 1694 inter *Diſſert. Hiſt. Theol.* ibid. recuſa. *Apollinarium* juniorem, ni fallor, librorum *Dionyſio* Areopagitæ ſuppoſitorum autorem eſſe probare conatus eſt *Jac. Uſſerius* in Bibl. Theol. MS. ut in *Actis Erud.* legitur A. 1691. p. 292.

(k) Non *Rob. Stephanus*, nec A. 1562 edidit, ut ex ſimulare tradit *Henrichius*. (l) Prodiit *Wolfenb.* 1728. in 4. Vid. *Acta Erud.* Sept. 1724.

APOLLONII (*Guilielmus*) Calviniſta, V. D. M. apud Zeland. in Eccleſia Medioburgenſi, librum edidit cui tit.

1. *Jus Majeſtatis circa ſacra ſive Tractatus Theologicus de Jure Magiſtratûs circa res Eccleſiaſticas*, ex auctoritate & juſſu Claſſis Walachrianæ adornatus, oppoſitus Cl. D. Profeſſoris *Nic. Vedelii* Tractatui *de Epiſcopatu Conſtantini M.* Mediob. 1642. & 1681 (a) in 8.

» Nihil hoc noſtro ſcripto, » inquit Autor in Epiſt. dedicatoria DD. Delegatis & Conſiliariis Ordinum Zelandiæ, » nihil in ordine & regimine » Eccleſiaſtico .... in hac noſtrâ provinciâ recepto » invertere conamur: nos enim nec tutum nec ſas ar» bitramur, Eccleſias tolerabilem Eccleſiaſtici regi» minis formam nactas, ob minimas de politiâ » Eccleſiaſticâ quæſtiunculas, turbas excitare; nec » bellum faciunt ex hiſce cauſis excitatum, paci » præferendum exiſtimamus, modò Eccleſiæ con» ſtet ſua libertas, & Chriſti regno ſua majeſtas. » Sed Eccleſiarum regimen ab illata calumniâ & in» juriâ, & ab omni alienæ uſurpatæ authoritatis » ſuſpicione vindicare intendo, & ſtrictim de jure » indicare, quid in recto Eccleſiæ regimine, Eccle» ſiaſticis, quid Principi conveniat. Ut limites ab » unico Eccleſiarum Magiſtro & Principe ſtatuti ſa» cri & intacti conſerventur, ne Principes minus re» ligioſi Tyrannicâ violatione & libidine Eccleſiam » in ſuo munere peragendo impediant » &c. In Præf. ad Lectorem alteram hujus Tractatûs partem promittit.

2. Ejuſdem Autoris citari video (b) librum cui tit. *Grallæ*, Franeq. 1646. 8.

3. Extat item ſub ejus nomine *Conſideratio quarundam Controverſiarum ad Regimen Eccleſiæ ſpectantium* &c. Lond. 1649. 8. (c).

[a] *Lipen.* II. 157 ubi & alibi *Apollonium*, ſed p. 219 *Apollonium* vocat. [b] *Catal. bibl. Trajett.* P. II. p. 38. [c] *Lipen.* I. 439.

APOLLONIUS, cujus neque genus, neque patriam prodiderunt Veteres. Clar. circa ann. 192. Peculiare *adversùs Cataphrygas volumen* condidit (a), quo pernicioſiſſimos eorum errores abundè & luculentiſſimè confutavit; tum falſas Prophetias, quæ ab illis venditabantur, verbatim expendens, tum vitam, moreſque eorum, qui Hæreſis illius auctores fuerant, diſcutiens. Ex hoc fragmenta quædam reperiuntur ap. *Euſebium* l. 5. c. 18. *Tertullianus*, jam Montaniſta, editis ſex libris *περὶ ἐκστάσεως*, ſeptimum propriè adversùs *Apollonium* elaboravit: in quo omnia quæ *Apollonius* arguit, defendere ſategit. Diverſus ab hoc eſt alter ille *Apollonius*, genere, atque opibus clarus, & qui in humaniorum literarum & Philoſophiæ ſcientiâ eximius habebatur; cujus meminit *Euſebius* (b) quique *Commodo* imperante, Romæ martyrio coronatus eſt. Hunc Scriptoribus Eccleſiaſticis accenſet *Hieronymus* (c), atque illum inſigne *Volumen pro fide ſua* compoſuiſſe, quod in Senatu legit. Verùm id non dicit *Euſebius*, ſed ſolummodò *Apollonium*, à *Perenne* Judice rogatum, pro fidei ſuæ defenſione, coram Senatu elegantiſſimè peroraſſe. Quicquid ſit, *Orationem* iſtam ſive ex ſcripto recitatam ab *Apollonio*, ſive ex ore di-

 centis

[a] Vid. *Hieron.* cap. 40. [b] L. 5. c. 21. [c] De Script. c. 42.

centia ab actuariis exceptam unà cum Actis Martyrii ejus *Euſebius* Collectioni ſuæ Antiquorum Martyriorum inſeruit. Verùm utrumque opus jamdudum periit. * Conf. *Cave* in Hiſt. Liter. *Du Pin* Tom. I. *Fabric.* lib. V. cap. 1. p. 191. *Cellorum* Tom. II. p. 132. & 513. *Baillet* ad 18 April. Priori *Apollonio* locum dedit *Flacius* Illyricus inter *Teſtes veritatis contra Papam* cap. 23. *Ruynartii* Acta Martyr. *edit.* 1731. *p.* 71.

APOLLONIUS (*Petrus*) *Collatius*, Presbyter Novarienſis, non Navarrenſis, ut mendosè apud *Moverium* dicitur, claruit, ex *Voſſii* (a) ſententiâ, (quæ quidem potior videtur) circa annum 1490. à *Bignao* verò, *Miræo*, aliiſque (*b*) ad ſeptimi ſæculi finem refertur. Eundem eſſe conjicit *Voſſius* cum *Apollonio Collatio*, Faſtorum conditore, (*c*) quem inter Autores vergentis ſæculi XV recenſet *Cæſar Scaliger* (d), & frigidiuſculum fuiſſe Poëtam, & cùm diſcedit ab elegiaco, etiam infœlicem, prodit. Scripſit *Apollonius* noſter carmine heroico *Libros* IV. *de Excidio Hieroſolymorum* à Tito expugnatorum. Prodierunt iſti, curâ *Joanen Gagnai* Lutetiæ 1540. (*e*) ſed emendatiores ſtudio *Adrianus Van der-Berch* Antverpiæ vel Lugd. Bat. ex officinâ Plantin. apud Raphelengium 1586. in 8. Sed antiquior editio memoratur *Mediolan.* A. 1481. Prodierunt item in Appendice Poëtarum Chriſtianorum *Bignaanâ* p. 731. & in Biblioth. Patrum *Tom. XII.* Extat etiam MS penes *Mabillonium* (quod inter alia à Cl. *Magliabecchio* dono acceperat (f) *Apollonii* noſtri *Carmen Heroicum de Davide & Goliath* ad *Laurentium Medicem*, ex quo hoc ipſum tempore floruiſſe, luce clarius eſt. Hoc *Carmen*, uti & *Carmen Epicum*, *Christi Crucifixi ad Judæos querela* prænotatum ; *Elegias* quaſdam, *Epigrammata*, &c. edidit *Laz. Aug. Catta* J. C. Novarienſis, *Mediolan.* 1692. 8. (g) *Faſtos* ejus laudat *Voſſius* Hiſt. Pelag. *lib. II. par.* 3. *p.* 245 & *Verſus* aliquot *de Nativitate glorioſa Virginis* exinde profert, *ibid.* (h).

[a] *De Hiſt. Lat.* l. 3. c. 10. pag. 810 [*b*] Inter hos *Ellias Du Pin* Tom VI. p. 29 [*c*] Eu dem Autorem cenſet *Lud. Jacob* Bibl. Pontif. *p.* 416 [d] *Poetic.* lib. 6 [*e*] Errant qui An. 1526. produiſſe dicu t. curâ *Joan Gagnai* qui anno tantum 1524 Theologiæ ſtudere cœpit, neque hujus editionis meminit *Launoyus* ubi de *Gagnæo* loquitur. *Hiſt. Gymn. Navarr.* p 681. ut obſervavit *Bælius* in Diction. Crit. verb *Collatius* [*f*] Vid. *Iter Ital.* pag. m 192. [*g*] Vid. *Acta Erud.* hujus anni *p.* 558 ubi vocatur *Apollonius Collatinus.* [h] *Wharton* & *Gerius* in Append. ad *Caveum*, ad A. 1490. Conf *omnin.* in Comm. ad A. 1460.

APOLLONIUS à *Sancta Trinitate*, Cammaratenſis, natione Siculus, Ord. Excalceatorum S. Auguſtini, natus 20 Decembris 1619. ex familiâ *Tuccitto*, Ordinis habitum accepit 27. Aug. 1634. & ſolemnia emiſit vota Panormi 21 Dec. 1635. Triennio Philoſophiam, novennio Theologiam Scholaſticam Sodales ſuos docuit. Prioris munere Drepanitanum, Panormitanum, S. Gregorii & Cammaratenſe Cœnobium rexit. Panormitanæ Provinciæ præfuit, ac tandem ad ſupremam Ordinis dignitatem evectus eſt ; Generalis Romæ electus, *Joh. Lozani* Archiep. Panormitani fuit à Conſiliis & Confeſſionibus. Deceſſit Panormi A. 1685. 9. Octobr. Edidit Italicè *De ratione Confeſſiones audiendi* &c.

Eſaminatorio ò modo di Confeſſione per farſi con puntualità eſpeditamente. Poſt alias editiones prodiit *Panormi* 1701. in 12. Reliquit MS. opus *de Rhetorica præceptis* teſte *Mongit.* p. 76.

APONIUS, quiſquis ſit, vir non indoctus, claruit, ex *Labbei* calculo, circa ann. 680. (a) *Bedâ* certè antiquior, à quo citatur (*b*). Extant ab eo ſcripti ad *Armenium* Presbyterum *Commentariorum in Cantica Canticorum* libri VI. qui prodierunt *Friburgi Briſgoia* 1538. fol. cum Epitome *Lucæ* Abbatis S. Cornelii, prope Leodium, & *Caſſiodori* Abbatis Ravennatenſis Comment. in eadem Cantica, & in Biblioth. Patr. *Tom. XIV. p.* 98. Autor quidam Cenſuram ſcripſit locorum quorumdam ex libro VI Commentariorum *Aponii* de numero millenario & centenario, quæ extat in variis Bibliothecis Patrum, & tribuitur *Ulrico* Epiſcopo Auguſtano (*c*), qui obiit A. 973. at de Abbate *Lucâ* loquitur, qui vixit circa medium Sec. XII.

[a] Hoc Sec VII exeunte vixiſſe putat *Elias Du Pin* Tom. VI. p. 44 .. qui circa t qui ad initia Sec. IX rep nunt, *Bellarm.* ad A. 812. *Sixtus Sen.* lib 4. p. 204. *Ceteri.* p. 234. [*b*] *Comm. in Cant.* lib. 4. c. 25.

[c] *Morer.* Diction. *p.* 450. edit. Baſil.

APONTE, vel de Ponte (R. P. *Laurentius*) Neapolitanus, Cleric. Regul. Minor. Theologus, & SS. Script. Profeſſor, natus eſt Neapoli 1575. die 26 Dec. ex nobiliſſimâ primigeniorum traduce apud Neapolitanos, illuſtrioribus implexâ nobilitatis ramis, qui bello, paceque florentes, præclariora, geſta æternitati venerabunda, mandarunt. Pueritiam, ac primos pubertatis annos ſeculo dedit, nec ſeculo vixit; non enim illius exercitia, juvenum ardoribus æſtuantia, juvenilibus abliguriebat diſtractionibus ; ſed diſtrictione matura primam illam ætatem ita rexit, ut curſus perfecta meta à cœcis illis primordiis videretur præſagiri. Anno 1592. die 7 Junii in Sacram Religionem Clericorum Regularium Minorum cooptatus eſt ; quam quatuor ante annis ab ejus ingreſſu alapſis, ſcilicet anno 1588. extruxerant ſemper venerabiles officioſique parentes *Aug. Adornus* Genuenſis, *Franciſcus* & *Aug. Caraccioli* Neapolitani, *Sixti V.* Pontificis Max. auctoritate, ope, benevolentia. Anno igitur 1593. die 4. Julii ſolemni profeſſiona votorum ſe Deo adſtrinxit apud V. P. *Franciſcum Caracciolum*, qui in defuncti Patris noſtri *Auguſt. Adorni* locum ad moderamen Religionis adſcitus ſucceſſerat, ſpirituali ſolatio perfuſus ob novi alumni incrementum ad novam Domini hæreditatem, quam laboribus plurimis exculturum prævidebat, atque exemplo vitæ, morumque integritata, ſplendorem maximum recenti operi allaturum.

Ipſius adoleſcentia non in uno ganere laudis floreſcebat, ſed quotidianis actibus religioſiſſima evaſit: unde ut expeditius, ac congruentius Religionis finibus inſerviret, liberalibus artibus, ac Sacræ Theologiæ operam dedit ; cujus culmen difficultatibus acumine victis, ſine mora protrivit, ardenter ambiens raligioſos labores, ac fructus aſſiduitate progreſſionis augeſcera. Hinc ad verbi Dei diſſeminandam ſegetem, ſe ipſum inſtruxit, breviqúe ſacer Eccleſiaſtes emerſit ; quod exercitium inſequutus fuit, ut ſuæ ſalutis obliviolos Chriſto lucrifaceret. His animi dotibus præclarus, hiſque ditatus muneribus, ad officiorum onera perferenda validiſſimus excogitatus eſt, ob idque a Religione evocatus, ut prædicta ſubiret culmina, ipſis obediendo ſuccubuit ; neque enim congruum erat otioſum permittere, quem Raligio agnoſcebat, robuſtioribus humeris ingentia onera exportaturum. Quamobrem ipſum domui Sanctæ Mariæ Majoris Neapolitanæ præfecit Præpoſitum anno 1611. quod munus intra unius anni limites ita geſſit, ut ſubditorum plauſu verus prædicaretur Superior : ſed introſpiciens quàm laborioſum ſit hominum gubernaculum exercere, quantis anxietatibus patens; Religionis placito Bullam à Summo Pontifice adipiſcitur, ne unquam ad officiorum obeunda munia aſſumeretur ; quamvis Religionis obſequio, & commodo providens, jus ferendi ſuffragium retinuerit ; quo pluribus interfuit Generalibus Capitulis, ipſius arbitrio, conſilio, maturitate, graviora ſæpiùs negotia decernendo. In Provincialem Hiſpanæ Provinciæ deſignatus à Generali Capitulo XI. Romæ babito anno 1627. munus abnuit, pluris æſtimans obedientiæ jugo collum ſubmittere, quàm ab aliis obſequi, ſicque vitam tranſegit obediens, non imperans.

Ad quamcumqua divertiſſet Orbis plagam, ſummâ omnium

Digitized by Google

omnium veneratione excolebatur ; ſed præcipuè magnam ſibi æſtimationem in Hiſpaniâ Curiâ, ævo pientiſſimi Regis *Philippi III.* in quâ cariſſimus fuit Viro Regi à ſacris Confeſſionibus Præfecto, qui de illo talem conceperat notitiam, ut nullam è graviſſimis Monarchiæ rebus decideret, ejus inſperato conſilio, quicquid ipſe decerneret, firmiùs exequens. Verùm jam Curiæ irrequieta ſollicitudine perturbatus, ſolitudinis amator aufugit, fluctuſque ſeculi conſtanter evicit, quibus ſi non obruebatur, in portus ſecuritate conſtitutus, aſpergebatur ſaltem, turgeſcentes maris procellas ex ora conſpiciens, & ad domum Cleric. Regul. Min. tutò abſceſſit, quæ tunc recenter erigebatur extra mœnia Toletanæ urbis, Imperialis cognomine memorandæ, munificentia & ſumptibus DD. *Hieron. à Miranda*, præſignis Eccleſiæ Toletanæ Canonici.

Exoſam igitur habens ſecularium familiaritatem, ſeceſſum conſequitur, & in alto quietis ſilentio compoſitus, cœleſtis converſatio ipſius erat. Excuſerant amici ob aſſiduam librorum lectionem, eruditionemque ex ipſa partam, quam in eo admirabantur, ut calamum ad præcepta politica tradenda applicaret ; ab ipſiſque exoratus de politicæ conſtructione, arbitratus Sapientiam Salomonis eſſe præclarum hujus inſtituti ſcopum, intentique finia argumentum, eam profunda meditatione recoluit. Verùm eventus variavit initium ; nam majora aggreſſus, minora deſpexit, ac omnigena SS. Patrum lectione excultus, primordium alteri operi dedit ; commentariaque perlucida, tribus Tomis comprehenſa, perpolita, ac perdocta in Salomonis Sapientiam concinnavit ; ipſiſque felici omine colophonem impoſuit, ac luce reſperſit publica, quæ communi omnium extant utilitati. Annorum viciſſitudine decedente in venerandam canitiem, Complutum petiit, pulſus Toletano cœlo non ſecundo ſuæ valetudini : verum nunquam à ſtudiis habenas laxavit, quibus nec erat obex crebra caſuum, conſultationumque ab ipſo poſtulata deciſio. Ad metam Sapientialium deveniens, nunquam otioſus calamus, latiorem aliam provincialium ingreditur, Divique Matthæi expoſitionem laborioſa cura ſuſcepit, quatuor Tomis à ſe comprehenſam iri cenſens magnam hanc molem, alteroque Tomo circumſcribere, quæ alii Evangeliſtæ recenſent, quæque Matthæus conticuit. Sed proh dolor ! deplorabile fatum abrupit fila, exſectumque ſcriptoris calamum non ſine lachrymis deplutravic, ſed celeriori curſu ad ſidera evexit, inceptoque labori æternam requiem immiſcuit, duoque compoſita volumina, luce publica perfunduntur.

Juſſu Sereniſſ. Infantis Margaritæ à Cruce in Cœnobio Matritenſi Exalcearatum Divæ Claræ Sanctimonialis Maximiliani II. Imperatoris filiæ ſpirituale opus oratione vulgari contexuit, cujus laboris fructua ſuperſtes erit Tomus primus ſuper X Decalogi præcepta, qui prælo mandabitur ad pietati deditorum utilitatem publicam. Scripſit etiam Hiſpano idiomate Davidis Regis vitam politicis præceptis intextam, quâ optimè aperit ſeculi politicos deceptos degere, qui ni à Deo devient, exiſtimant ſe non poſſe politicia machinamentis, ac propriæ conſervationi obſecundari. De opere in Sapientiam, & Matthæum quicquid profitetur, longe ab ipſo antecellitur : In eo conſpicitur verborum concinna modulatio, comptus perfacilis, eloquutio plana, ſed argura, SS. Patrum penu uberrima, meditationes exquiſitæ, conceptus, mentis proles, quæ auctoris acumen novitate teſtantur : quæ omnia ita clariora reddunt volumina, ut omnium manibus devolvi ſolicitent.

Quoad virtutea, quibus emicabat, mortificationem ita excoluit, ut per octo annos, ſuper rigidam tabulam, ſimplici & rudiori ſtragulo opertam, accubuerit ; quod ad finem uſque vitæ perduxiſſet, ſi ad mulctandam ſententiam non cogeretur, ob ægram continuò valetudinem, & indefeſſa ſtudia, quæ inſtituerat. In die ſemel tantùm victitabat ; ſolo pane, & aqua veſcebatur ; B. M. V. venerandas feſtivitates præveniens : crebris flagellationibus carnem edomabat ; idque ferè dum medio noctis ſilentio omnis occupabantur, ne robuſtioribus ictibus aliorum notitia redderetur inſomnis : Quotidianam ipſius dulcedinem frequentiſſimæ orationi intereſſe arbitrabatur : Veſpere lectioni librorum piorum aditabatur : clarè animadvertens, quantum animi profectum Spiritusles iſtæ irrigationes uberent ; Cùm externis ardent ſemper opera, ſpiritualia conabatur miſcere colloquia, quæ quaſi quibuſdam ictibus ſopitam excitant animorum inertiam, & in vigilem convertunt Dei amorem.

Virtutum omnium cumulo dives morte præoccupatus, ardentioribus febribus arripitur, veluti ultima vitæ pulſatione, quibus ſponſus Jeſus Chriſtus animam à ſomno ſeculi exſuſcitat, ut virtutum monilibus exornata, illi obviam occurrat. Hujus mortis placidiſſima imago ſemper ante illius ora volitabat : præſertim cùm D. Matthæi operi inſudabat, quòd cùm in animo eſſet quatuor perficere Tomis, duobus jam elaboratis vitam quaſi in certamine liquit, atque ita in medio defecit curſu.

Supra ipſius pectus perpetuò permanſit affixa B. V. depicta facies venerandæ pulchritudinis, cùmque non poſſet ipſam ori ſuperimponere, juſſit thoracem ſcindi, ipſam crebrò deoſculans, altaque voce proferens : *Sciant omnes, me eſſe B. Virgini mancipium, amore ipſius langueo : ut eam videam, emorior* : hoc ſæpè ſæpius evulgans : Atque agonia occupatus, quæ ad horam excurrit, oculos Crucifixo affixit, à quo nunquam illos dimovere potuit quoad uſque ultimam efflavit animam blandis ſpiraculis, nullis incompoſitis motibus perfractus, remanſitque uti magna quiete poſſeſſus, ac evaſit ad æternam felicitatem reportandam Compluti die 26 Oct. A. 1639 ætatis ſuæ 64. duobus menſibus demptis. Ex omnibus Religionibus, & ex Schola Complutenſi graviores viri ad ejus humationem accurrerunt ; & aliquæ Communitates cum ipſo humanitatis officia portenderunt, ac ſi ipſarum vernaculus extitiſſet. Parentalia apud proprios magna hominum frequentis, ſolemnique apparatu ſoluta ſunt, humique traditum illud venerabile corpus. Ad perpetuam, & admirandam ipſius memoriam perhonorificum ei extructum eſt Epitaphium, quod in ejus Vitâ legitur, Commentario in Matthæum præfixâ, unde noſtra hauſimus.

Scripsit, ut jam diximus,

1. *In D. Matthæi Evangelium Commentariorum Literalium & Moralium, cum moralibus Additionibus Tomos II.* Opus poſthumum, quod prodiit primùm cum Indicibus neceſſariis, *Lugduni*, apud hær. Gabr. Boiſſat, & Laur. Aniſſon, 1641. in fol.

2. *In Sapientiam* Tomos III. cum homiliis, digreſſionibus ſcholaſticis & paraphraſi. Prodierunt *Pariſ.* Tom. I. A. 1629. Tom. II & III A. 1640. fol. apud Sonnium, & conjunctim A. 1651. (*a*).

3. *Vitam Regis Davidis.*

Alios reliquit libros qui MS ſervantur in Collegio Complutenſi (*b*).

[a] *Lipen.* II. 721. [b] *Toppi Bibl. Neap. p.* 191.

APONTE (*Ludovicus*) Vid. de PONTE.

APONTE (F. *Petrus* de) Hiſpanus, Sodalis fratrum Redemptorum SS. Trinitatis, in Aragonia & Balearibus Inſulis, munus Inquiſitoris Apoſtolici laudabiliter geſſit ; Epiſcopus ad hæc primùm Clunienſis titulo tenus, poſtea Majoricenſis, uti legitur in monumentis hujus Ordinis, præcipuèque in *Petri Lopezii de Altuna* Hiſtoria. Formavit

Breviarium Ordinis ſui fratribus, committente

ei hanc curam *Leone X.* Pont. Max. quod editum fuit *Valentiæ* apud Joannem Goſtedum A. 1519. teſte *Nic. Anton.*

ANSELMUS (*Antonius*) ſuo loco incogitanter omiſſus, Abbas Severopolitanus (vulgo *St Sever* in Vaſconia) Regis Chriſtianiſſimi Concionator ordinarius, Academiæ Regiæ Inſcriptionum & Humaniorum Litterarum Pariſienſis Socius digniſſimus, edidit Gallicè Sermones & Panegyricos varii argumenti, ab ipſo magno cum applauſu recitatos, nimirum

1. *Panegyriques des Saints & Oraiſons Funebres.* Pariſ. Giffart 1718. III voll. in 8.

Panegyrici Sanctorum *primo* & *ſecundo* volumine contenti, ſunt numero XXIV. ſcil. I. Jeſu Chriſti, II. B. Virginis, III S. Joſephi, IV. S. Joannis Baptiſtæ, V. D. Petri, VI D. Pauli, VII S. Joannis Evangeliſtæ, VIII S. Jacobi Minoris, IX S. Stephani, X. S. Vincentii Martyris, XI S. Victoris Martyris, XII S. Andreæ, XIII S. Antonii, XIV S. Auguſtini, XV SS. Martyrum Gervaſii & Protaſii, XVI S. Martini, XVII S. Bernardi, XVIII S. Ludovici, habitus in utrâque Academiâ Scientiarum & Humaniorum Litterarum, XIX S. Dominici, XX S. Caroli, XXI S. Franciſci Saleſii, XXII S. Thereſiæ, XXIII S. Thomæ Aquinatis, XXIV alter S. Ludovici, habitus in Academiâ Gallicâ. Adjecit Autor Sermones duos, alterum de converſione S. Pauli, alterum de Translatione Reliquiarum S. Benedicti: item duos diverſi argumenti Diſcurſus, quorum alter de cærimoniâ S. Cœnæ, coram Rege Verſaliis habitus; alter in cærimoniâ abjurationis. *Tomus tertius* aliquot Principum & aliorum illuſtrium virorum &c. Orationes Funebres complectitur (*a*) quarum plurimæ jamdiu ſeorſim prodierant, & in unum volumen collectæ hoc tit. *Recueil de divers Diſcours prononcez par Meſſire M. A. Anſelme.* Pariſ. Joſſe 1693. in 12. (*b*).

2. Sex alia deinceps *Sermonum* volumina typis dedit Concionator facundus *Pariſ.* apud Gandouin & Giffart, 1731. in 12. *Tom. I.* Sermones VIII pro Adventu. *Tom. II* Sermones IX varii argumenti, inter quos unus extat habitus menſe Decembri 1676. *Tom. III. IV. V.* Sermones Quadrageſimales XXIX. *Tom. VI.* Sermones VII pro hebdomadâ Sanctâ & Paſchatis, ac præterea alii tres, ſcil. I in die inventionis S. Crucis, II in die Pentecoſtes, III in die Viſitationis (*c*).

3. Variæ item *Anſelmi* Diſſertationes extant in Commentariis Academiæ cujus ſocius fuit, nimirum

I. Diſſertatio de Monumentis quorum uſi ſunt primi hiſtorici hoc tit. *Des Monumens qui ont ſuppléé au defaut de l'Ecriture, & ſervi de Memoires aux premiers Hiſtoriens.* Memoires de Litter. de l'Acad. Royale des Inſcriptions & Belles Lettres *Tom. IV.* ab A. 1711 ad 1717. Pariſ. 1724.

II. *Diſſertatio de Deo incognito Athenienſium*: ibid.

III. Conſiderationes circa ſententiam ſapientum Paganiſmi de Felicitate hominis. *Reflexions ſur l'opinion des Sages du Paganiſme touchant la felicité de l'homme*: ibid. Tom. V. ab A. 1718 ad 1725. Pariſ. 1729.

IV. Continuatio prioris Diſſertationis *de Monumentis* &c. vel altera Diſſertatio de hoc argumento. ibid. *Tom. VI* (d).

(*a*) Vid. *Nov. Litter.* 3 Sept. *Diar. Trevolt.* & *Pariſ.* Oct. 1718. (*b*) Vid. *Clerici Bibl. Univ. Tom. XXV. P. II.* (*c*) Vid. *Diar. Pariſ.* Nov. 1731. (*d*) *ibid.* April. 1730.

APOSTOLI, Chriſti Diſcipuli, numero XII. quos Miraculorum, linguarum, & infallibilitatis dono inſtructos, miſit in univerſum orbem, ut Eccleſias ubique fundarent, & diſcipulos facerent omnes gentes. Horum nomina *Simon* cognomine *Petrus*, *Andreas* frater ejus: *Jacobus* Zebedæi *filius*: *Joannes* frater illius: *Philippus* & *Bartholomæus*: *Thomas* & *Matthæus*: *Jacobus* Alphæi *filius*, *Thaddæus*, *Simon* Chananæus, & *Judas Iſcariotes*, qui ultimus cùm, magiſtro prodito, abiiſſet in locum ſuum, ſorte ei ſurrogatus eſt *Matthias* Act. I. 25. 26. His acceſſit tandem *Paulus*, peculiari elogio *Apoſtolus gentium* dictus. Ex his *Jacobus*, in Concilio Hieroſolymitano, præſedit, *Boanerges*, cum fratre, dictus à Chriſto, qui ambo quoque *fratres Chriſti*: & φίλοι dicuntur, unà cum *Simone Petro*. Imò omnes XII. θεμέλιοι τῦ τείχυς τ̃ πόλεως, innixi lapidi illi ἀκρογωνιαίῳ Jeſu Chriſto, appellantur. Neque inferiorem ſe *Paulus* ait ſummis Apoſtolis. Scripſerunt *Petrus*, *Jacobus*, *Joannes*, *Matthæus*, *Paulus*, & *Judas* Thaddæus. Vide quemque eorum ſuo loco: reliqui vivâ ſolum voce docuerunt. Etiam horum quidam cœlibes, ut *Paulus*, reliqui uxorati: περιῆγον in peregrinationibus ſuis, ἀδελφὰς γυναῖκας, *ut fratres Chriſti & Cephas.* I. Cor. IX. 5. unde *Clemens* Alexandrinus *lib. 7. Strom.* Petro non ſolum uxorem, ſed & filios tribuit. *Philippo* item filios atque filias. Sic quoque *Ignatius* Ep. ad Philad. *Petrum*, imò & *Paulum* alioſque Apoſtolos in Matrimonio vixiſſe ſcribit, additque *Cœlibatûs propugnatores inhabitatorem Angelum illum Apoſtatam habere* &c. Plura de Apoſtolis ſcire cupientes videant ſingulos in ſuis locis. Legi poſſunt de Apoſtolis & Apoſtolatu, Diſſertationes *Frid. Spanhemii* fil. & *Burmanni*, quorum ille celeberrimus Leydenſis fuit Theologus, alter Ultrajectinus clariſſimus.

De Actis Apoſtolorum ſupra diximus *p.* 72. & plura dicemus ſub tit. *S. Lucas.* De ſuppoſititiis *Actis* legendus item *Cellerius* Tom. I. lib. 3. cap. 2. art. 3. *Epiſtolis* art. 4. *Liturgiis* art. 7. Quoad *Symbolum* qui vulgò Apoſtolorum dicitur, eum ipſis vindicat *cap.* 3. adductis veterum Patrum teſtimoniis, adverſariorum objectiones ſolvit, atque quatuor Symbolorum, *vulgaris* ſcilicet, *Aquileienſis*, *Orientalis* ac *Romani* comparatione inſtitutâ, adjectiſque *Rufini* Notis, variationes, quæ occurrunt, paucioris momenti eſſe oſtendit, ut Apoſtolis denegari queat Symbolus à fidelibus receptus. Aliquot in locis *Elliam Du Pin* nominatim impugnat, quem conferre poterit Lector. Vid. & *Sacramentarium Gallic.* quod *Mabillonius* edidit *Muſæi Ital.* Tom. I. p. 312 & 396.

De Apoſtolis ſatis fusè agitur in Diction. *Morer.* ubi exhibetur de eorum geſtis Tabula Chronologica, ex *Riccioli* Chronol. Reform. *l.* 9. *c.* 1.

Actorum Apoſtolorum præcipui Commentatores:

Moſes *Amyraldus*, *Arator*, Dan. *Arcularius*, S. *Arethas*, Bened. *Aretius*, *Arias* Montanus, Ven. *Beda*, Nic. *Du Bois*, Otto *Brunsfelſius*, Joh. *Bugenhagius*, Henr. *Bullingerus*, Georg. *Calixtus*, Joh. *Calvinus*, Joh. *Camerarius*, Felic. *Capito*, Lud. *Cappellus*, M. Aurel. *Caſſiodorus*, *D. Chryſoſtomus*, Joh. *Coccejus*, Lud. *de Dieu*, Joh. Bern. *Felicianus*, Joh. *Ferus*, Libert. *Fromondus*, Joh. *Gagnæus*, Joh. Ern. *Gerhardus*, Nic. *Gorranus*, *Gregorius* Magnus, Joh. Jac. *Grynæus*, Rod. *Gualtherus*, Chriſt. *Hegendorphius*, Nic. *Hemmingius*, Joh. *Hoſmeiſterus*, Ægid. *Hunnius*, Juſtus *Jonas*, Franc. *Junius*, Joh. *Lightfootus*, Phil. *Limborchius*, Joh. *Lorinus*, Luc. *Loſſius*, Joh. Tob. *Major*, Joh. *Malcolmus* Scotus, Juſtus *Menius*, Balth. *Mentzerus*, Chriſt. *Obenhinius*, S. *Oecumenius*, Dav. *Paræus*, Chriſt. *Pelargus*, Bened. *Pererius*, Anton. *Perez*, Barth. *Petrus* Lintrenſis, Joh. *Piſcator*, Arthur. *Pitſeus*, Joh. *Pricæus*, Alph. *Salmeron*, Gaſp. *Sanctius*, Eraſm. *Sarcerius*, Bern. *Schmidius*, Nic. *Selneccerus*, Joh. *de Sylveira*, Rod. *Simlerus*, Joh. *de Sorribas*, Thom. *Stapleton*, Caſp. *Streſo*, Dan. *Toſſanus*, Thom. *de Vio* Cajetanus, Pet. *Viretus*, Bald. *Walæus*, Joh. Lud. *Wolzogenius*.

De

De Symbolo Apoſtolico Scriptores :

Thom. *Adam*, Moſes *Amyraldus*, Joh. & Rich. *Baker*, Pet. *Barker*, Rob. *Bellarminus*, Jac. *Braunmullerus*, Abrah. *Calovius*, Dav. *Chytræus*, Dan. *Cramerus*, Lamb. *Danæus*, Joh. Conr. *Dannhaverus*, Joh. *Deutſchmannus*, Deſid. *Eraſmus*, Joh. *d'Eſpagne*, Venant. Honor. Clem. *Fortunatus*, Sanct. *Frauſtus*, Joh. *Fridericus*, Joh. Thom. *Gaſtaldus*, *Ludovicus* Granat. Wolfg. *Hagen*, Mich. *Hampelius*, *Hannemannus*, Joh. *Heſſelius*, Pet. *Heylin*, Jerem. *Hombergs*, Thom. *Jackſon*, Aloyſ. *Lipomannus*, Chr. *Luthardus*, Matt. *Lutherus*, Polyc. *Lyſerus*, Matth. *Martinius*, Janus *Maxwell*, Mich. *de Medina*, Iſr. *Murſchelius*, Corn. *Muſſe*, Wilh. *Nicholſon*, Caſp. *Olevitanus*, Joh. *de Orando*, Angel. *del Paz*, Joh. *Pearſon*, Wilh. *Perkinſius*, Paul. *von Prag*, Joh. *Roſatus*, Eſteran *de Salazar*, Franc. *de Sales*, Sigiſm. *von Schlichting*, *Sebaſt.* Archiep. Mogunt. Nic. *Selneccerus*, Andr. *Sennertus*, Mich. *Siricius*, Joh. *Smith*, Ægid. *Strauchius*, T. *Tullius*, Alard. *Vaek*, Jac. *Uſſerius*, Herm. *Witſius*.

APOSTOLICI Sectarii Sec. II. Encratitarum & Catharorum ſoboles, ſic dicti, quia Apoſtolicæ puritatis imitatores videri volebant. Circà A. C. 145. conjugium rejecerunt tanquam Cœli remoram : bonis ſe abdicârunt : omnia communia eſſe debere dictitantes : iis qui poſt baptiſmum peccant ſpem omnem gratiæ præcluſerunt. Locô Evangelicorum ſcriptorum, apochryphis quibuſdam uſi, ut *Actis S. Andreæ* & *S. Thomæ*. Etiam *Apotactitæ*, quia mundo renuntiabant. *Aug.* hær. 40. Alios habet Seculo XII. exortos *Moverius* : qui dicuntur, præter Purgatorium, preces pro mortuis & Invocationem Sanctorum rejeciſſe, Pœdobaptiſmum, conjugium & uſum quorumdam ciborum, ex Manichæorum diſciplinâ, refutatos à *S. Bernardo*, an. 1147. ex hujus *Serm.* 66. in Cant. *Sander.* hær. 144. *Baron.* & *Genebr.* in Innocent. II. De his ita *Phil. Limborchius* : » *Albigenſium videntur propago, juxtà Eymericum tempore* Honorii IV. Bonifacii VIII. Nicolai IV. & Clementis V. » *circa an.* 1260. *in partibus Lombardiæ*, *Epiſcopatu videlicet Parmenſi & Novarienſi exorti ſunt Geraldus* Sagarelli *Parmenſis*, & Dulcinus *Navarienſis*. *Hi congregationem quamdam fecerunt quam* Apoſtolos *vocaverunt*. *Qui ſub nullius obedientiâ vivebant*, *& vitam ſequi Apoſtolorum ſingulariter aſſerebant*, *& habitum quemdam novum religionis aſſumpſerunt*, *ab* Honorio IV. *damnati an.* 1285. à Nicolao *quoque an.* 1240. Sagarellus *crematus eſt ſub* Bonifacio VIII. *an.* 1300. *contrà* Dulcinum *qui cum* 6000 *ſequacibus in Alpes ſe recepit*, Clemens V. *cruciadam indixit*, *quâ is victus*, *captus*, *membratim dilaniatus*, *& concrematus eſt*, *octennio poſt ſocium*. Dogmata illorum patent ex ſententiâ *Petri* Lucenſis Hiſpani in Lib. *Sent. Inquiſ. Toloſ.* fol. 183. ubi tamen promiſcuæ veneris, quam illis uti & Valdenſibus *Eymericus* tribuit, nulla penitùs mentio. Vide *Limborchium* Hiſt. Inquiſit. L. I. c. 18. Sic dictos eſſe hæreticos illos tempore *Bernardi*, quod ſeſe ſucceſſores Apoſtolorum jactitarent, Autor eſt *Rainerus* contrà Valdenſ. c. 6. apud *Car. Du Freſne*.

ab APOSTOLIS *vulgò* de los Apoſtoles (*Petrus*) Hiſpalenſis, Carmelita Bæticæ Provinciæ, in quâ cœnobium Gibraleonenſis oppidi fuit moderatus, SCRIPSIT teſte *Nic. Anton.*

1. *Vida de S. Andres Corſino Obiſpo de Fieſoli de la Orden de Nueſtra Señora del Carmen*, forte Italico ſermone; nam in proceſſu ad canonizationem ſancti hujus viri an. 1603 formato mentio fit iſtius operis Italicè Florentiæ editi.

2. *Kalendarium perpetuum Ord. Carmelitani*. Venetiis 1588. in 8. Lat.

3. *Cæremoniale ejuſd. Ordinis* : abſque nomine Authoris. *Romæ* 1616.

APOSTOLIUS (*Michaël*) natione Græcus, patriâ Byzantinus, *Geo. Gemiſti Plethonis* familiaris, Philoſophiæ Platonicæ ſectator, claruit anno 1410. Græcorum rebus afflictis, & jam jam collapſuris, in Italiam aufugit, à *Beſſarione* Card. inter alios ſuæ gentis eruditos, hoſpitio aliquandiu exceptus, donec gratiâ ejus excidens ſedem mutare neceſſe habuit, & ex Italiâ in Cretam Inſulam migravit, ubi libris exſcribendis & pueris inſtituendis victum ſibi quæritabat. In defenſionem *Platonis* contra *Theodorum Gazam* calamum ſtrinxit, *Geo. Gemiſto* ſuccenturiatus. Dictum Opus ſic incipit : ἔδει Πληθῶνα, εἴπερ αὐτῷ ἀ-ειστιλης λέγων, & extat Græcè MS. in *Bibl. Vindob.* Cod. Philoſ. 85. num. 1. & in *Bodl.* Cod. 105 Dialogus *Menexenus* dictus *de SS. Trinitate*, utrum Judæi & Turcæ rectius *ſimpliciter Unum* credant Deum, an Chriſtiani Deum *Trin. Unum*. Interlocutores *Menexenus* Cydonius, *Diophanes* Gortynius, & *Laonicus* Byzantius. Pr. Διοφ. Ποῖ ἢ καὶ πόθεν, ὦ φίλε Μενέξενε; Ἐκ Κυδωνίας εἰς Γορτύνην. Extat MS. *ibid.* num. 2. *Oratio* conſultatoria ad Socerum ſibi iraſcentem, cùm ad ſecundas tranſiret nuptias. Pr. Ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων ἤδη χλιάζοντα. MS. *ibid.* num. 3. & in *Bodl.* Cod. 76. *Appellatio* ad *Conſtantinum Palæologum* ultimum CP. Imp. quâ continetur ſuſpectæ Religionis ipſius Confeſſio : In hâc formulâ Fidei proceſſionem Spiritûs S. *ex ſolo Patre* confitetur, uti monet Cl. *Lambecius*. Pr. Πολλῶν ὄντων, θειότατε βασιλεῦ, ἃ τὸ χρῆμα τοῦτο τῆς βασιλείας κοσμεῖ. MS. num. 4. *Oratio* ad Magiſtrum ſuum *Joannem Argyropulum* cùm ipſe CPoli publicè docere inciperet. Pr. Τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων τοὺς σφῶν αὐτῶν εὐεργέτας. MS. *ibid.* num. 5. *Epiſtolæ XLV.* quarum prima ad *Geor. Gemiſtum Plethonem*. Pr. Ἔτι μὲν καὶ πρότερον ἄλλο. Reliquæ ad *Manuel. Chryſoloram*, *Laon. Chalcondylam*, *Joan. Argyropulum*, *Mich. Marullum*, *Joan. Chryſoloram*, *Beſſarionem* Card. *Petrum Callitrgen*, aliosque plures eâdem ætate florentes viros doctos, quas omnes publicâ luce digniſſimas cenſet *P. Lambecius*, quod Hiſtoriæ illorum temporum illuſtrandæ multum inſerviant, habentur MSS. *ibid.* num. 6. Multa ex Operibus ſupra recenſitis aſſervantur Græcè MSS. in *Bibl. Bavaricâ* : plura in *Vaticanâ*, in Codice Autographo ex *Biblioth. Heidelberg.* allato, ubi *Epiſtolæ LXV.* numerantur. *Oratio Panegyrica* ad *Fredericum III.* Imp. rogatu *Ariſtonymi* Byzantini circa annum 1457. ſcripta, Græcè & Latinè à *Frebero* edita, *Rer. Germ. Script.* Tom. II. Francoſ. 1602. fol. *Oratio funebris* in laudem *Beſſarionis* Card. Græcè MS. fuit penes *P. Pantinum*, inde ad *Andr. Schottum* devenit : Habetur in *Biblioth. Bavaricâ* eadem cum *Verſibus* quibuſdam *Heroicis*, *Elegiacis*, *Jambicis in præcipua Feſta Dominicalia & Sanctorum*, MSS. in Codice 165. *Monodia funeralis* ad *Andream Calergen* MS. in *Bibl. Regia* Pariſienſi. *Diſceptatio* adverſus eos qui Occidentales Orientalibus ſuperiores eſſe contendebant, quoad Philoſophiam, & in declarando modo Generationis Chriſti, & Proceſſionis Spiritûs S. Græcè MS. in *Bibl. Bodleian.* Cod. 76. *Verſus Politici* Græci in Laudem Batrachomyomachiæ Homericæ MSS. erant penes Archiepiſc. Toletanum. Denique in *Paræmiis* ſive *Proverbiis Græcorum* colligendis & ordinandis operam ſatis feliciter impendit. Opus ordine Alphabetico diſpoſitum *Gaſparo* Oſmenſi Epiſcopo nuncupavit. Hujus breve Compendium Græcè edidit *Hervagius*, Baſil. 1538. 8vo. Integrum cum verſione Latinâ, & notis ampliſſimis, prodiit curâ *P. Pantini*, & *Andr. Schotti*, Lugd. Batav. 1619. 4to. (a) Editionem anni 1653 ſe vidiſſe teſtatur *Oudinus*. Opus, inquit, de his Proverbiis loquens, ſatis amplum nec contemnendum : ſed miror quod Autorem hunc ab *Henr. Whartono* in Supplem. ad *Caveum* omiſſum dicat; equidē non *Whartonus*, ſed *Gerius* eum ſatis accuratè recenſuit, ex

(a) *Gerius* in Append. ad Hiſt. Liter. *Cavei* ad A. 1440.

ax quo noſtra hauſimus : ſi quæ deſunt, ſupplebit *Oudinus* in Comment. ad A. 1550. qui inſignem de ætate & vitâ hujus *Apoſtolii* locum adfert ex *Leone Allatio* de conſenſu Eccleſiæ Orient. & Occidant. *lib.* 3.*cap.*3.ubi eos recenſet, qui pro Græcis ſchiſmaticis contra Latinos & Concilium Florentinum ſcripſerunt.

Cæterùm *de Providentiâ Dei* Fragmenta II ex iſto *Apoſtolio* deſcripta extant inter Opera *Philonis* Judæi, de quo Cl. *Cave* ad A. C. 40.

APOSTOLIUS (*Samuel*) Mennonita, à quo ſecta *Apoſtolicorum* nomen accepit, fuit Eccleſiæ Amſtelodamenſis Miniſter, & egregiam edidit *Catecheſia*. De eo vid *Herm. Schyn* Hiſt. Mennonitarum *cap.* 18. in *Actis Erud.* A. 1730 p. 165.

APOSTOLUS (*Georgius*) cujus extat ex *Lipen.* II. 49 Gallicum opus hoc tit.

Le Tombeau des Heretiques, contre les Hugaenots & les 150 *Hereſies du Miniſtre* la Banſſeric, 1600. in 8. *tribus libris.*

Scripſit *Andr. Rivetus* adverſus hunc *Apoſtolum* librum cui tit. *Defenſe de la Liberté Chretienne, en l'uſage ſobre des viandes créées pour les fideles : contre la doctrine de la Papauté, maintenue par* George l'Apoſtre *en ſon Traité du Quareſme, Vendredi, Samedi, Quatre-temps & Rogations : par A. R. P.* Salmurii apud Thom. Portau, 1605. in 12.

APOTHECARIUS (*Joannes*) SCRIPSIT Germanicè

Spiegel deſſ alten und neuen Menſcheas, 1592. in 12. *Lipen.* ſub tit. *Novus homo.*

APPELDORN (*Hermannus*) Belga, Cartuſiæ Colonienſis Prior, honeſtis parentibus ortus, vir fuit venerabilis, qui omnem ætatem ſuam, tam in ſeculari quam monaſticâ vitâ, magnâ pietate ac innocentiâ peregit. Obiit in Cartuſia Confluentina, A. 1472. XV Cal. Octob. SCRIPSIT, teſte *Swertio* p. 340.

1. *Sermones Dominicales.*
2. *De Paſſione Domini.*
3. *De Novitiorum inſtitutione.*

APPELIUS (*Joannes*) Germanus, cujus extat

1. Cenſura *oder Prüfung der von* D. Balth. Menzern *in ſeinem teutſchen Berichte geſtellten Fragen, vom Sacrament der H. Tauffe.* Francof. 1618. 4.
2. *Kurtze Antwort auf das turke Urtheil* B. Menzern *betreffend die Lehre von der Tauffe* : ibid. 1620. (*a*).
3. *Kurtze Erinnerung auf die Erklärung* D. Balth. Menzeri : ibid. 1621. 4.
4. *Abweiſende Anweiſung, auf die endliche Anweiſung* Menzeri *ibid.* 1621. 4. (*b*).

(a) *Lipen.* ſub tit. *Baptiſmus.* (b) *idem* ſub tit. *Controverſia Calvinianorum cum Lutheranis.*

APPIANUS (*Paulus Antonius*) Soc. Jeſu, natione Italus, unus è Conſultoribus Congregationis Indicis, de quo id unum dicendum habeo, quod refertur in tribus Epiſtolis *de præſenti ſtatu Italiæ* Gallicè ſcriptis A. 1687. & Germanicè verſis *Lipſiæ* 1688. in 12. (a) *magnum* ſcilicet *fuiſſe numerum captivorum in magnâ dignitate viventium, inter quos &* P. Appianus *Jeſuita fuerit, qua res malè admodum Patres hujus Ordinis habuerit* (b).

SCRIPSIT autem Italicè

Vitam S. Emidii, Epiſcopi Aſculani & Martyris, *unà cum Narratione rerum urbis Aſculi*, occaſionem præbente *S. Valentino* Martyre, ejuſdem Diacono, & primo geſtorum hujus Sancti ſcriptore. Romæ, typis Bernabo 1704, in 8. Editio ſecunda ab Auctore aucta atque emendata.

Liber hic, *Clementi XI* P. M. dicatus, & ab Illuſtriſſimo *Magliabechio* eximie commendatus, complectitur, præter Introductionem, *libros* vel *partes* *quatuor.* Illâ admodum Rev. Autor exponit imprimis *de Vita S. Emidii à S. Valentino* ſcripta, quam ipſe è codice MS. Vaticano exceptam & cum R. P. *Conrado Janningo*, celeberrimi *Papebrochii* in colligendis Sanctorum Vitis ſocio communicarit, & ex amore adverſus patriam, ejuſque Apoſtolum, *S. Emidium*, ſeparatim in lucem ediderit : item de nomine *Emidii*, quem eundem in Martyrologio Romano *Emigdium*, in alio quodam MS. codice *Aimidium*, ſiva *Æmidium*, ab Aſculanis ſæpe *Amiddium* atque *Ameliam*, pro *Emidio*, ſeu *Æmilio*, dici obſervat, verbaque ipſa Martyrologii ad diem *Emidii* feſtum, ponit hæc : *Aſculi in Piceno S. Emigdii Epiſcopi, & Martyris, qui à S. Marcello Papa ordinatus Epiſcopus, & illuc ad prædicandum Evangelium miſſus, in confeſſione Chriſti ſub Diocletiano Imperatore Martyrii coronam accepit.*

Libro autem ipſo *primo*, geſta *S. Emidii*, ab infantia ad ingreſſum uſque ejus in urbem Aſculum, capitibus ſeptem perſequitur Autor. *Secundo integro* de urbe Aſculo, id quod titulus libri præ ſe ferebat, exponit capitibus ſex. *Tertio* res *Emidii* uſque ad mortem ejus ac ſociorum, itemque civitatis erga eundem venerationem, capitibus novem enarrat. *Quarto* denique, miracula ab *Emidio* defuncto patrata, cum adhortatione ad religionem *S. Emidio* præſtandam, hujuſque deſcriptione religionis, ſeptem capitibus abſolvit (*c*).

(*c*) *Acta Erud.* A. 1706. p. 174. & *Diar. Trevolt.* Jan. 1704. Art. XV

(*a*) Vid. *Acta Erud.* hujus anni *p.* 422. (*b*) ibid. *p.* 425.

APPION exeunte Sec. II clarus, ab *Hieronymo* cap. 49 aliiſque memoratus, ſcripſit *Commentarios in Hexaemeron*, qui non extant : eruditos quidem, inquit *Sixtus* Senenſis *lib.* 4. *p.* 203. ſed in nonnullis à rectâ fidei regulâ aliquantulum recedentes.

APPION Ægyptius, Grammaticus vulgò dictus, tempore Liberii Imp. floruit. Non tantum Πλειστονίκης, verùm etiam Μόχθος, ab aſſiduo labore cognominatus eſt, referente *Konigio*. TIBERIUS Imp. *Cymbalum mundi* vocabat, referente *Plinio* in Hiſt. Nat. Præter libros V Hiſtoriæ Ægyptiacæ, ſcripſit

Librum adverſus Judæos, cui duos oppoſuit *Flavius Joſephus.* Porrò *Appionem* ſcriptorem fuiſſe vaniſſimum, multa falſa, plurima ſine delectu cumulantem, oſtendunt ea non modò quæ de Judæis temerè effutiit, ſed etiam quæ ex eo deſcripa reperiuntur in Autoribus. Vid. *Sam. Baſnagii* Annal. ad A. C. 40. *p.* 500. *§. XII.*

APPLANUS (*Conſtant.*) Mediolanenſis, Canonicus Regularis, edidit *Soliloquia de libertate ac viribus liberi arbitrii.* Cremonæ 1496. (†)

(†) *Tab. Univerſ. Auctorum Eccleſ.* Tom. III p. 205.

de APPOLDIA. Vid. THEODORICUS.

APREA (*Hieronymus*) Siculus, Panormitanus; Patritio genere ortus, amœnioribus litteris claruit; à Latinis Poëſi præſertim celebrant, quâ ita excelluit, ut à ſtyli cultu, velut novum *Horatium* exiſtimatum fuiſſe teſtatur *Franc. Baronius* de Maeſt. Panorm. *lib.* 3. *cap.* 3. *p.* 115. SCRIPSIT

1. *De temporum caligine* Libros III. Fragmenta quædam adducit idem *Baronius* lib. 1. p. 192. 196. & 206.
2. *De Veſte nuptiali* Libros III.
3. *De Cœleſti lumine* Libros II.
4. *De Tempore* Lib. I.
5. *De Æternitate* Lib. I.
6. *De Ancilla altiſſimi* Lib. I.
7. *De Virgine Deipara.* Aliaque Poëmata, inquit *Mongitor* p. 273. qui ætatem hujus Autoris non prodit.

APRIGIUS. Eccleſiæ Pacenſis (an *Pacis-Juliæ* (a) an *Auguſtæ* (b) dubium) in Hiſpaniâ Epiſcopus, vir

(*a*) Vulgò *Badajoz* (*b*) Vernaculè *Beja* vel *Bea* urbe olim Epiſcopalis.

vir linguâ diſertus, & ſcientiâ eruditus, claruit circa ann. 540. Scripſit, inquit *Iſidorus* Hiſpalenſis (*c*) *Explicationem Apocalypſeos B. Joannis*, ſubtili ſenſu atque illuſtri ſermone, melius penè quàm veteres Eccleſiaſtici viri expoſuiſſe videntur. *Loaiſa* in notis ſuis ad *Iſidori* Catalogum teſtatur ſe in Hiſpaniâ vidiſſe *Opus ingens MS in Apocalyſin*, Gothicis literis exaratum, ex *Victorini*, *Iſidori*, & *Aprigii* libris, uti præ ſe tulit Præfatio, conſarcinatum. Scripſit *Aprigius*, teſte *Iſidoro*, & alia quædam: quorum nec nomina ſuperſunt (*d*)

De dicto Commentario *in Apocalypſin*, cui *Iſidorus* palmam concedere non dubitavit, nihil dum certi hactenus fuit intimatum, inquit *Nic. Antonius*: » Nam quod in Apocalypſin vaſtæ molis opus exſtare in quibuſdam Hiſpaniæ Bibliothecis, è Vaticano Codice exſcriptum, plures è noſtris adnotant, non *Apringii* (ſic aliqui vocant) ſed *Beati*, eo longè inferioris, quippe qui decimo floruit ſeculo, *Apringiumque* in eo laudat, opus eſſe vulgò jam exiſtimatur. Verum autem & germanum, ut credebat, *Apringii* Commentarium, ex Codice quodam Barcinonenſi deſumptum, *Ludovicus de S. Laurentio* Cordubenſis, Eccleſiæ Hiſpalenſis portionarius, vir doctus, editioni, dum viveret, paratum habebat. Quod ejus exemplum cum præfatione adhuc in lituratiis poſita, Hiſpali tranſcripſimus ex *Mart. Vaſquii Siruela* amici noſtri, virique eruditiſſimi, codice, qui, ut credo, D. *Eman. Sarmienta de Mendoza*, ejuſdem Eccleſiæ Hiſpalenſis Canonici Magiſtralis, olim fuerat, illi forſan à *Ludovico S. Laurentii* relictus. In hac præfatione hic ait ſe deſumpſiſſe ſuum exemplum ex Barcinonenſi Codice pergameno, literis Gothicis exarato; quod quidem ipſum ex vetuſtiſſimo alio MS. Codice Barcinonenſis Eccleſiæ exſcriptum fuiſſe annotaverat exſcriptor in fine libri.

» Sciendum tamen eſt, pergit *Antonius*, » hanc expoſitionem noſtri codicis non eundem habere auctorem. Quod nobis judicium diligens fecit integri operis conſideratio Planè ad quinque priora, & quinque poſtrema libri capita explanatio accurata eſt, & omnibus numeris (quod dici ſolet, & in præſentiarum ſimpliciter, & ſine proverbii figura, propter numeros ſive ſectiones capitum facii libri uſurpamus) abſoluta: media autem alia undecim, à ſexto ad XVIIum, non ſic; ſed ſaltuatim, nullâque ordinis & abſolutionis habitâ.... ratione concepta ſunt. Quæ quidem omnia, ſeu veriùs à num. 7. cap. 5. uſque ad num. 3. cap. 17. quicquid craſſo hoc filo conſutum *Aprigianæ* legitur telæ, apud *Victorini*, neſcio cujus, Commentarium in eundem Apocalypſis librum reperiri obſervavimus, qui *Pariſiis* editus eſt A. 1545 unà cum *Theophylacti* Commentario in Prophetas majores, exindeque cum aliis veterum Patrum lucubrationibus in Bibliotheca. Hinc ſuſpicatur *Antonius*, ex iſta *Pſeudo-Victorini* (nam perſuaſum habent viri docti (*e*) non eſſe *Victorini* Petabionenſis in Pannonia Epiſcopi) ſuſpicatur, inquam, ex ea, qualis eſt, paraphraſi, Commentarium *Apringii* in hac parte mancum ab aliquo Codicis poſſeſſore ſuppletum, ſeu potiùs infarctum fuiſſe. Nullus enim noſter *Apringius*, inquit, pulcherrimo, & omnibus ſuis ſenſibus integro capiti corpus adeo macrum informeque ſubjeciſſet, quod deinde ſic validis, & affabrè elaboratis pedibus niteretur (*f*).

Vit tamen Clar. *Jo. Laur. Mathemius* in Inſtitut. Hiſt. Eccleſ N. T. (*g*) *p.* 356. narrat, ſe hunc *Aprigii* Commentarium in Apocalypſin poſſidere, quem periiſſe adhuc creditum eſt. Sed addit, nil bonæ frugis in eo eſſe, meritòque eum carere luce publicâ.

Scripſiſſe autem noſtrum non modo *in Apocalypſin*, ſed & *in Cantica*, tradunt *Trithemius*, (h) ex eoque *Sixtus* Senenſis (i): quòd certè *Iſidorus* eos non docuit, ſi non is commentarius comprehendatur inter alia illa quæ ad notitiam ſuam non perveniſſe ait.

(c) *De Script.* c. 19. (d) *Cave* in Hiſt. Liter. (e) *Baronius* in Notis ad Martyrol XI Novemb. *Bellarm. Labbeus*, aliique. (f) *Nic. Anton.* Bibl Hiſp. vet lib 4. cap. 2. (g) Excuſus eſt liber *Francof. & Lipſiæ* apud Meyerum 1726. in 8 Vid. *Acta Erud.* A. 1727 p. 201.

(h) *De Script.* cap. 217. (i) lib. 4. p. 204.

APROSIUS (*Angelicus*) Eremita Auguſtinianus, genta Italus, patriâ Vintimilienſis, natus eſt 29. Octob. an. 1607. Juvenis admodum dicto Ordini ſe adjunxit, in quo tantam ſui omnibus exiſtimationem peperit, ut Vicarius generalis Congregationis B. Mariæ de Conſolatione Genuæ brevi ſit conſtitutus. Peracto ſtudiorum Curriculo Philoſophiam quinque annis prælegit: deinde peragratis variis Italiæ regionibus, Venetiis ſedem fixit, in Monaſterio S. Stephani, ubi humaniores literas docuit. Unum præcipuè viri eruditionem ſimulque librorum noſcendorum peritiam commendat, *Bibliotheca* ſcilicet *Auguſtinianorum Vintimilienſium*, ipſius curâ & ſtudio collecta atque ordinata. De eà ſcripſit *Bibliothecam* ejus nomine dictam *Aproſianam*, editam Bononiæ 1673. in 12. cui autoris vita ſubnexa eſt Scripſiſſe etiam fertur *Bibliothecam Apocryphorum*, quæ utrùm edita ſit, penitùs me latet. Sanè ipſius extant ejuſdem ferè argumenti (ſub alieno nomine) Libri II. quorum primus hunc Titulum habet: *La Visiera alzata Necataſte di alcuni ſcrittori che andavano in Maſchera fuori del tempò di Carnevale.* Secundus iſtum: *Pentecaſte di alcuni autori Anonimi e Pſeudonimi ſcoperti per Mantiſſa delle Necataſte della Visiera alzata.* Parmæ 1689. Extant & *Prælectiones ejus in Prophetam Jonæ*, habitæ in Eccleſia B. M. de Conſolatione, *Genuæ* an 1640. & 1650 ſimul & *Sermones Auguſtini Oſorii* ab *Aproſio* ex Hiſpanicâ linguâ in Italicam tranſlati, editique *Venetiis* an. 1647. ſub nomine *Oldauri Scioppii*: circà quod monendum eſt *Aproſium* noſtrum fictitiis ſæpè nominibus larvatum, multa ſcripſiſſe quæ Religioſum virum non ſatis forſan decebant, quorum Catalogum hic de induſtriâ omitto, quippe qui mei inſtituti eſſe non videtur. Cæterùm magnifica ejus & plane invidenda elogia adferuntur à *Gregorio Leti*, Italia Regnante *part.* 4. *l.* 3. *p.* 377. Quo anno obierit *Aproſius*, me latet, ſaltem è vivis nondùm exceſſerat A. 1680. Producit autem idem *Leti* ex Abbate *Libanero* p. 379. locum, quo Tomus ſecundus *Bibliotheca Aproſiana* citatur, quo multi continentur ab *Hier. Savonarolâ* MS. libri (*a*).

Vertit idem *Aproſius* è Gallico Italicè Opuſculum *Antonii Gadelli* Vencienſis Epiſcopi.

* Conf. *Balii* Diction. Crit. *Elſſii* Encom. Auguſt. p. 58. *Oldaini* Athen. Liguſt. p. 27. *Placcium* in Pſeudonym. *Le Glorie degli Incogniti*, Academiæ Venetæ, cui aggregatus fuerat *Aproſius*.

(a) *Morhof.* Polyhiſt. Liter *t* 1. *c.* 5. §. 14.

APROSIUS (*Paulus Auguſtinus*) Juriſconſultus & Academicus Florentinus, patriâ Vintimilienſis, nobiliſſimâ ejus loci familiâ oriundus, peracto apud Jeſuitas Genuenſes ſtudiorum curriculo, Romam petiit, Juriſprudentiæ operam daturus: quâ in ſcientiâ Doctoratûs gradum obtinuit A. 1649, deinde in patriam reverſus, ruri ſeceſſit: ubi collectis plurimis libris, iiſque eximiis, tranquillam in ſolitudine vitam agens, otioque literario delectatus, totum ſe tum lectioni tùm ſcriptioni ſe dedit. Ejus extat *Strage de' Vitii Capitali trionfati dalle virtù oppoſte*: ad Principem *de Monaco*; Genuæ A. 1674. ut & alia quædam quæ ad noſtrum inſtitutum non attinent. * Vid. *Oldain.* p. 452. *Balium* verb. *Aproſio.*

» AQUÆDUNUS vulgò *Waterton*, ſuccedit, at neſcio an juſtâ temporis ſerie, *Badunico*. Hoc interim

» terim ſcio, fuiſſe eum Concionatorem celebrem, » & eadem meditatum eſſe quæ & *Baduricus*. Urque » ego nullus accedam teſtis, *Conciones* ejus tum doc- » tæ tum piæ abundè teſtantur. » Hæc *Lelandus* cap. 365.

AQUÆDUNUS (*Joannes*) Carmelita Lindenſis Collegii, claruit circa A. 1428. Literas non parvo tempore in celeberrima Iſiacorum Academia coluit, & in Ariſtotelicâ & Chriſtianâ Philoſophiâ multum profecit.

SCRIPSIT Commentarios

1. *In Evangelium Matthæi, Lucæ & Joannis : In Epiſtolam Joannis* duplices Comment. *In Epiſt. Pauli ad Corinthios & Hebræos : In Apocalypſin.*
2. *Collectaneorum* Lib. I.
3. *Sacrarum Concionum* Libb. II.
4. *Quæſtionum Theologicarum* Lib. I.
5. *De Virtutibus* Lib. I.

Hæc *Lelandus* cap. 538 (†) Idem autem eſt *Joannes Heiaodnam* de quo agit *cap.* 542.

(†) *Le Long* p. 612 perperam citat *cap.* 439. ubi *Lelandus* de *Adamo* Muremuthenſi loquitur.

AQUÆVILLA (*Nicolaus* de) natione Gallus, patriâ Logdunenſis, Ordinem Fratrum Minorum junior ingreſſus, A. 1317 inter eximios ſui Ordinis viros in prædicatione excelluit. Ejus *Conciones* non in Galliam ſolùm, ſed & in Angliam penetrarunt. Extant inter MSS. Codd. Bibl. Bodl. Cod. 2760. ejus *Sermones Dominicales ſuper Evangelia.* Inter MSS. Codd. Univerſit. Oxon. Cod. 60. & 2334. *Sermones de Temporali per totum annum.* Cod. 1613 *Sermones Dominicales.* Inter MSS. Codd. Univerſit. Cantabr. Cod. 2025. *Sermones ſuper Evangelia.* Inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. Cod. 940. *Sermones de Tempore, collecti ex Patribus.* Ibid. Cod. 1638 ejoſdem *Sermones tres*, & Cod. 6905 *Sermones pro diebus Dominicis & Feſtivis per totum annum.* Ibid. Cod. 9972 *Homilia* Nicolai *de Aquavilla.* Hujus meminerunt *Poſſevinus* verb. *Nicolaus*, nec non *Cangius* in Catal. Script. quem præmiſit Gloſſario Latinit. & ex iis *Oudinus* in Comment. ad A. 1310. Mirum quòd hujus Autoris nullam habeat mentionem R. P. *de Colonia* in Hiſt. Liter. Lugdun.

AQUAPONTANUS (a) (*Joannes*) Jeſuita, natione Anglus, vernaculè *Bridgwater*, gente Cambro-Britannus, ex Miniſtro Proteſtantico factus Catholicus, optimis beneficiis deſertis, Rhemos ſe tranſtulit. Cætera ipſius adhuc in obſcuro ſunt. Edidit adjecto ſuo nomine ad calcem Præfationis, quamvis Societatis Jeſu nomen non addat, librum hoc titulo

1. *Concertatio Eccleſiæ Catholicæ in Angliâ* : impreſſa A. 1584. & recuſa cum inſigni auctario 1589. *Auguſtæ Trevirorum* per Henr. Bock in 4.
2. Promittit autem in *Apologiâ Martyrum*, quæ habetur in tertia Parte *Concertationis*, Opus aliud *contra ſex articulos*, ſeu, *quæſtiones capitales*, *quas Martyrib. proponere ſolent* : verùm in Argumento totius Operis recuſi cum auctario ait addi eâ editione, *Reſponſionem pro Catholicis ad perſecutores Anglos*, adversùs famoſum librum, qui titulo *Juſtitia Britannica*, ab hæreticis erat emiſſus ; quæ meritò cenſeri poſſit *Reſponſio ad ſex illos articulos*, ut proinde Opus illud promiſſum exſpectari ampliùs non debeat. Edidit præterea, ut refert *Poſſevinus*,
3. *Confutationem virulentæ Diſputationis, quâ* Georgius Fohn (*lege* Sohnius) *conatus eſt docere, Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum à Prophetis & Apoſtolis prædictum.* Auguſtæ Trevirorum 1589. Hæc *Alegamb.* p. 218. qui idem opus *Gibbono* tribuit *p.* 244. His autem ferè verbis noſtri meminit *Woodius* in Hiſt. Univ. Oxon. *Lib. II. p.* 217. » Joannes *Aquapontanus* vulgò *Bridgewater*, patriâ Eboracenſis, Colle- » gium iſtud ingreſſus eſt A. 1551. Gradum ſuſcepit » Magiſtralem A. 1556 & Collegii poſtmodò Lincol- » nienſis Rector emerſit, quo munera ſponte abre- » nuntiato, Rhemos conceſſit, ubi annos egit com- » plures, Tractatumque abſolvit cui tit. *Concertatio* » *Eccleſiæ Anglicanæ* [contra Calvino-Papiſtas & Puritanos ſub ELIZABETHA Regina] » Libb. III. Edit. » 1594. (*b*) Id operis auſpicatus fuerat *Johannes* » quidam *Gibbon*, è familiâ Jeſu, qui diem obiit A. » 1589.

[*a*] Modò *Aquæ*, modò *Aquipontanum*, modò *Aquifontanum* vocat *Lipenius*, ſed minus rectè.

[*b*] Ita & *Lipen* I. 45. at ſectiùs, ni fallor, 1584.

AQUARII Sectarii quidam, Sec. II. & III. ſic dicti, quod ſolam aquam afferebant in Calice Sacramenti. *Cypr.* Ep. 63. A. 254 ſcripta. *Epiph.* hær. 46. *Aug.* hær 64 *Baron.* ad A. 257. Hos imitati ſunt etiam fideles non pauci, qui ne odore vini hoſtibus ac perſecutoribus proderentur, aquam ſimiliter puram in Sacra Synaxi adhibebant, cui errori obviam itum eſt Concilio Africano. Sed & hodie guttas aquæ vino mixtas in Calice ponunt qui Latinos ſectantur ritus ; quo pacto indigitari dicunt unionem hypoſtaticam duarum naturarum in Chriſto, vino divinam, aquâ humanam, denotantibus : ſed præter Chriſti D. N. inſtitutum, ut videre eſt ex *Hiſt. Evangel.* & *Paul. ad Cor. I.* Græci quoque, præter aquam, quam in Miſſæ principio calici infundunt, & aquam è latere Chriſti manantem deſignare volunt, effundunt poſt conſecrationem etiam aliquas guttas aquæ calidæ ante Communionem, ut indigitent, quemadmodum adnotat *Simon* Theſſalonicenſis, etiam in corpore Chriſti jam mortui remanſiſſe divinitatis calorem, ſeu ut idem ſubjungit, » ut Labiis admotis & ſanguini » communicantes ita afficiamur, quaſi è vivifico illo » latere biberemus. Quod qui ex officio facere tenetur, *Camiſatus* dici conſuevit, fortè à camiſia, quæ eſt alba, ſeu ſuperpellicium clericale indumentum. Sed & hæc humanitus excogitata. * *Hofman.* in Lexico.

AQUARIUS (*Matthæus* vel *Matthias*) Ord. FF. Prædic. ſic à patria vulgò dictus, oppido ſcilicet *Aquaro* in Ducatu Ebulenſi, adoleſcens Ordinem in Conventu Regio S. Petri Martyris Neapoli profeſſus eſt. *Paulus Portarius* Neapolitanus in præfatione Commentariorum *Joan. Capreoli* in Sententias, noſtrum gentilitio agnomine *Ivonem* vocat, ubi præclarum de illo texit elogium. Ipſe tamen ſe *Matthiam de Gibbonis* Aquarium dicit & ſcribit in præfatione *Commentariorum in XII libros Metaphyſ. Ariſtot.* Utut ſit, variis in Provincia ſua Regni Siciliæ functus eſt muneribus : nempe illius nomine in cap. gen. Romæ A. 1580 Diffinitorem egit, eidem etiam præfuit aliquando Provincialis Præfectus: ſed & antea variis præfuerat ſtudiis & cathedris, Taurini quidem A. 1569 Profeſſorem agebat, Venetiiſque poſtea regens, Mediolanique ac Romæ etiam A. 1580 publicè Theologiam legebat in Gymnaſio Romano, tum & Cardinalis *Julii Antonii Sanctorii* Theologus. Metaphyſicam autem in Academia Neapolitana publicè profeſſum eſſe pluribus annis annuo ſtipendio Regis PHILIPPI II accepto, ipſe de ſe teſtatur in Epiſt. ad dictum Cardinalem nuncupatoria : quod munus incepit anno 1572, inter Collegii Neapolitani Doctores annumeratus, eorumque Decanus : vir non eruditione tantùm, ſed & virtute commendandus. Suum erga Ordinem patriamque affectum teſtatus eſt erecto in oppido natali Provinciæ ſuæ Conventu. Demum poſt tot annos in Ordine cum honore & laude peractos, è vitâ deceſſit A. 1591 (*a*) in Conventu ſuo Neapolitano ſepultus.

SCRIPTA :

(*a*) Errat igitur *Jac. Le Long* p. [illegible] ubi claruiſſe ait A. 1606 ex *Alamura*.

SCRIPTA:

1. *Oratio de excellentia Theologiæ.* Neap. 1572. in 4. ac primò Taurini 1569. ubi publicus Theologiæ Profeſſor eam habuerat.

2. *Diſputatio de Ideis*, quâ contendit *Aquarius* Ariſtotelem in eo minimè Platonis placitis adverſari. Prodiit cum aliis ejus Philoſophicis ſcriptis *Romæ* 1577. *Venet.* 1601 & 1619 in 4.

3. *Formalitates juxta doctrinam D. Thomæ.* Opus poſthumum à F. *Alphonſo de Marcho* Averſano limatum & in lucem editum *Neap.* 1605. fol. *Librum utiliſſimum* vocat *Morhoſius* Polyhiſt. Philoſ. *l.* 2. *c.* 24. §. 5.

4. Commentarii *Joan. Capreoli* in Sententias recenſuit, notis & indicibus, ac præfixâ Auctoris vitâ auxit & illuſtravit, *Venet.* 1589. fol. Præterea ſingulis *Capreoli* ſcriptis additiones adjecit hoc tit.

5. *Concluſiones S. Thomæ*, quas defendit *Capreolus* in IV Libros Sententiarum, adversùs malè de iis ſentientes, corroboratæ auctoritatibus S. Scripturæ, Conciliorum & SS. Patrum, & gloſſatæ germano ſenſu ſancti Doctoris. Subjiciuntur item cuique *Capreoli* ſcripto

6. *Controverſiæ inter D. Thomam & cæteros Theologos ac Philoſophos collecta* per F. *Matthiam Aquarium*. Prodierunt cum Commentariis *Capreoli*, ad calcem Tomi IV.

7. *Poſtilla in XII Prophetas minores & alia Scripturæ Sacræ loca difficilia.* An typis prodierit, mihi incompertum.

8. Extabant præterea apud ipſum quamplurimi in *Summam D. Thomæ*, nec non *in Sententias*, & *in Logicam* ejus non aſpernandi labores, nocturnæque vigiliæ, quæ ſi luci curaſſet prodere, paucis fortaſſe diſplicuiſſent. Sic teſtatur ipſe ad calcem Additionum ſuarum in libros III *Franciſci Sylveſtri* Ferrarienſis de Anima. Quæ fortè MS. apud ſuos Neapoli ſervantur.

Alia item in Dialecticam, & naturalem Philoſophiam edita opera memorat *Echardus* Tom. II. p. 303.

AQUARIUS (*Matthias* vel *Martinus*) neſcio quis, collegit *Errores* R. Menachem Recanati ſuper Pentateuchum. Extat hic liber MS. in Collegio Neophyt. Romæ (†)

[†] *Imbonat.* Bibl. Lat. Heb. *p.* 160. Le Long *p.* 612.

AQUASPARTA (*Matthæus* de) ab oppido patrio Tudertinæ Diœceſis ſic dictus, natione Italus, S. R. E. Cardinalis, ab ineunte ætate in Monaſterio Provinciæ Umbriæ Minorum S. Franciſci Ordinem ingreſſus, ob doctrinæ & vitæ præſtantiam per omnes honorum gradus ex Sacri Palatii Lectore ad ſui Ordinis Generalatum aſcendit, electus Montiſpeſſuli in locum *Arloti de Prato*, A. 1287 vitâ functi. Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in Damaſo; ac poſtea Portuenſis Epiſcopus creatus eſt à S. P. *Nicolao IV.* Hoc tempore libellum famoſum à Fr. *Nicolao* Franciæ Miniſtro contra declarationem Regulæ Minorum à *Nicolao III* factam, editum rejecit, atque in auctorem ſeverâ animadverſione uſus eſt. A. 1289 indixit Generalia totius Ordinis Comitia Aſſiſii pro ſucceſſore deligendo. Non parùm nocuit, teſte *Luc. Wadingo*, Minorum Ordini regimen *Aquaſpartani*; » non quòd ipſe malus fuerit, aut ma» lè præceperit, ſed quòd eò mitiùs & laxiùs agen» te, paulatim attenuata ſit regularis obſervantia. » Comparebatur omnibus; nullum querulum, ſed » cunctis ſatisfactum volebat. Omnium condeſcende» bat votis abſque prævio examine an expediret: auxit » malum, quòd Cardinalis factus nec ut oportuit, » attendere potuit ad Ordinis gubernium; nec au» ſus eſt ad arctiora cogere, dum ſuaviorem ipſe » Princeps poſt Cardinalatum vivendi formam præ» ferret. » *Dantes Aligerius*, celebris illius ævi Poëta, Etruſco carmine laxioris habenæ hujus *Aquaſpartani*, & corruptæ ſub eo diſciplinæ meminit in fine Cantici 12mi de Paradiſo: quamvis *Chriſt. Landinus* ejuſdem interpres, quam *Dantes* reprehendit in *Aquaſpartano* Regulæ diſſolutionem, illic adigat *Ubertinum Caſalis*, quem etiam ex errore Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum fuiſſe ſcribit.

Matthæum A. 1294. *Bonifacius VIII* Legatum deſtinavit in Galliam Ciſalpinam, eâ potiſſimum de causâ, ut Ceſenam, Forolivium, Faventiam & Forum-Cornelii ad Pontificis obſequium & obedientiam reduceret. Ille perluſtratâ Provinciâ Bononiam ſe contulit, ubi pacatis rebus, cum inde Ravennam rediiſſet, omnes convocavit Provinciæ Magiſtratus, ac 16 Kal. Mart. eo loco, quod vulgò *Cauzeſia* dicitur, in Ravennatum ac Faventinorum finibus conventum habuit, in quo ita prudenter cum Principibus ſe geſſit, ut illi plurima loca hactenùs controverſa Pontifici Romano reſtituerint. Ejuſdem *Bonifacii* juſſu in hac ipſa Legatione, propoſitis maximis Indulgentiarum præmiis, fideles ad Crucem inducendam incitavit contra illos, qui Romanum Pontificem injuriis ac moleſtiis afficiebant. *Jacobum* inſuper *Paganum* Epiſcopum Aretinum, ob malè ibidem adminiſtratam Provinciam, Epiſcopali dignitate penitùs amovit.

Matthæum legavit item Papa *Bonifacius* in Hetruriam ad ſedandos tumultus Florentiæ à ſeditioſis excitatos. Huc menſe Julio A. 1300 appulſus, magnis honoribus ſuſceptus eſt: at cùm temperando urbis ſtatui animum nimis partialem applicare cœpiſſet, novis identidem ortis diſſenſionibus, ſeditioſos nec ſedare, nec conciliare potuit. Florentiâ itaque rebus infectis exire coactus eſt; eamque urbem ipſe viciſſim irâ percitus, à fidelium communione, religionis intentato telo, ſubmovit: atque adeo ſuboffenſus rediit ad Curiam, ubi ſtudiis ad mortem uſque aſſiduè vacavit. Deceſſit autem Romæ A. 1302.

SCRIPTA:

1. *Comment. in Jobum.*
2. *Poſtilla in Pſalmos.*
3. *Expoſitiones in Epiſt. D. Pauli.*
4. *In IV. Libros Sententiarum.*
5. *Inventarium & Indices per ſeriem litterarum in eoſdem Sententiarum libros.*
6. *Quæſtiones Quodlibeticæ.*
7. *Pentiloquium de poteſtate Papæ.*
8. *Sermones* varii. * *Eggs* Purp. doctæ *Lib. II. Cap. II.* Sixtus Senenſis *lib.* 4. *p.* 273 eum *in ſeculari Philoſophia juxta morem ſui temporis magnifice doctum* vocat, *& in divina Scriptura excellentiſſimum.*

AQUA-VETERI (*Joannes* de) Ultrajectinæ ditionis oppido, vulgò *Oudewater*, aliàs *Palæonydorus*, Carmelita Machlinienſis, vir in divinis Scripturis ſtudioſus, & linguâ patria diſertiſſimus, deceſſit è vivis A. 1507. ætat. 74.

SCRIPTA:

1. *Faſciculus temporum ſui Ordinis*, Libb. III. in quorum primo *Eliam* & Prophetas Ordinis ſui fundatores extitiſſe contendit. In ſecundo Sanctos ex eodem enumerat. In tertio ſucceſſores Priorum Generalium totius Ordinis ſecundùm tempora locat.
2. *Manuale ejuſdem.* Moguntiæ.
3. *Dialogus inter Carmelitam & Cartuſianum.*
4. *Epiſtolæ familiares.*
5. *De puritate Conceptionis B. V. Mariæ.*
6. *Sermonum de Tempore & Sanctis* Libb. II.
7. *Quadrageſimale.*
8. *Propugnaculum Carmelitarum.* Venetiis in 4.
9. *Collationes feriales.*
10. Contra *Wigandum*, pro *Trithemio* Lib. I.

* *Sweert.* Athen. Belg. *p.* 388.

AQUAVIVA (*Albericus*) S. R. E. Cardinalis,

de quo ſup. *p.* 194. Præter opera ibi enumerata, ei ſequentia tribuit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 55.

1. *Comment. in Geneſim* Libb. III.

2. *De ineffabili Trinitate* Libb. II.

3. Tractatum, in quo deſcribitur, *quonam pacto quis accedere poſſit ad Deum*, quem MS. Romæ ſtudioſum quemdam habere ait.

4. *De Immortalitate Animæ* Lib. I.

5. Librum qui inſcribitur *Giggiyſimus Philoſophicus*.

6. *Breve Chronicon de initiis regnorum mundi.*

7. *De primatu Eccleſiæ Romanæ* Libb. III. in quibus vitas & geſta SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & eorum Martyrium in Urbe tradidit, & de excellentiâ ac ſummâ poteſtate Pontificis Romani in utroque foro docuit.

AQUAVIVA (*Claudius*) Societatis Jeſu Rector Generalis, *Joannis Antonii* Ducis Atrienſis filius, patriâ Neapolitanus erat. Egregiis dotibus non minùs quàm nobilitate inſignis, in curiâ Romanâ brevi provectus eſt, multamque apud *Pium V.* Pontificem gratiam nactus, cujus & Camerarius extitit. Verùm Temporalium rerum ſpe omni relictâ, ad ſpirituales ſe convertit, & habitum religioſum apud Jeſuitas ſuſcepit 22 Julii anno 1567. ætatis ſuæ 25. Conſueta Societatis exercitia vix abſolverat, cùm variis ejuſdem muneribus cohoneſtatus eſt; Neapolitanæque primùm Provinciæ, dein Romanæ eſt præfectus. Mortuo deinceps *Everardo Mercuriano* ejuſdem Societatis Generali Præpoſito, an ſcilic. 1581. in ejus locum ſuffectus fuit; quam Provinciam ſummâ prudentiâ, manſuetudine, atque moderatione geſſit. Tandem è vitâ migravit 31. Januar. 1615. ætatis ſuæ 72. Ejus virtutes fuſiùs celebrat *Alegambius*, quem adeat qui plura velit. Id tamen addam, Archiepiſcopatum Neapolitanum à *Clemente VIII* ingeſtum conſtanter repudiaſſe. Legi item poſſunt quæ de illo habet P. *Juvenci* Hiſt. S. J. *Part. V. Tomo II*, cujus conſule Indicem.

OPERA:

1. *Epiſtolæ XVI* bene longæ & non minus religioſæ & eruditæ ad univerſam Societatem & ad Superiores.

I. *De felici progreſſu Societatis*, 28 Jun. 1581.

II. *De renovatione ſpiritûs*, 29 Sept. 1583.

III. *De ſtudio perfectionis & charitate fraternâ*, 19 Maii 1586.

IV. *De mediis ad conſervandam Societatem*, 28 Mart. 1587.

V. *De fine Miſſionum Orientalium*, 12 Jan. 1590.

VI. *Quis ſit Orationis & pœnitentiarum uſus in Societate*, juxta ejus inſtitutum, 8 Maii 1590.

VII. *De Jubilæo & Miſſionibus*, 12 Maii 1590.

VIII. *De fervore & zelo Miſſionum*, 1 Aug. 1594.

IX. *De modo inſtituendarum Miſſionum*, 11 Maii 1599.

X. *De uſu Exercitiorum Spiritualium*, 14 Aug. 1599.

XI. *De formandis ac bene inſtituendis noſtris Concionatoribus*, eod. die data.

XII. *De recurſu ad Deum in tribulationibus ac perſecutionibus*, 29 Jul. 1602.

XIII. *De renovatione Spiritûs, & correſpondentiâ cum Deo*, 24 Jun. 1604.

XIV. *De ſollicitudine & vigilantiâ Superiorum erga ſubditos*, 20 Aug. 1604.

XV. *De Officii Divini recitatione, ac celebratione Miſſæ*, 24 Nov. 1612.

XVI. *Monita formandis Concionatoribus accommodata*, 28 Maii 1613.

Hæ Epiſtolæ extant tum ſeorſim ſæpiùs impreſſæ, tum poſtremò in Collegio Romano Soc. Jeſu A. 1615. cum reliquis aliorum Generalium Epiſtolis. SCRIPSIT item

2. *Induſtrias pro ſuperioribus Societatis ad curandos animæ morbos.*

3. *Directorium Exercitiorum Spiritualium S. P. Ignatii.*

4. *Rationem atque Inſtitutionem Studiorum Societatis Jeſu.* Quæ duo, quamvis ab illo ſcripta non ſint, ſunt tamen ejus auctoritate confecta, ejus curâ & recognitione perfecta. Denique impreſſæ ſunt poſt ejus mortem, ſcriptæ ſubſecivis horis

5. *Meditationes in Pſalmum XLIV & CXVIII.* pietatis ſenſu pleniſſimo delibutæ. *Romæ* 1615. in 12. Edita poſtremò eſt cum aliis ejuſdem argumenti

6. *Oratio de Paſſione Domini*, quam A. 1573. dixit coram *Gregorio XIII.* P. M. Romæ 1640. in 12.

7. Librum Italicè ab eo conſcriptum ſub tit. *Medicus ſpiritualis*, Gallicè vertit F. *Petrus Parcelly* Minor Conventualis, *Pariſ.* 1625. in 12. quam verſionem teneo.

8. Anno 1613 Decretum edidit *de Gratiâ*, quod quidem Gratiæ efficaci patrocinari videtur, & quod tamen Gratiam tantùm congruam, ut aiunt, reverâ adſtruit. Extat inter alia in lib. Gall. cui tit. *Lettres du Prince de Conti* &c. ſive *Informatio de concordia liberi arbitrii cum gratia J. C.* &c. Coloniæ 1689. in 12. Vid. *Acta Erud.* hujus anni *p.* 481 &c.

AQUAVIVA (*Octavius*) Aragonus, Neapolitanus, S. R. E. Cardinalis, ex nobili & antiquâ hujus nominis familiâ ortus, patre *Joanne Hieronymo* Duce Atrienſi, natus eſt circa A. 1560. Patrui fuère *Joannes Vincentius* à S. P. *Paulo III* ad Purpuram aſſumptus, & *Claudius* de quo ſupra: Germani fratres *Julius* Cardinalis à Papa *Pio V* creatus, & *Rodolphus* Jeſuita, qui in India Orientali, menſe Jul. A. 1583 pro Chriſto mortem ſubiit, atque *Horatius* ex Monacho Ciſtercienſi Cajacenſis in regno Neapolitano Epiſcopus.

Octavius noſter, Juris utriuſque laureâ conſpicuus, Orator ac Poëta inſignis evaſit, & linguarum, præſertim Græcæ, admodum peritus. Romam itaque profectus, utriuſque Signaturæ à *Sixto V* & Patrimonii Prolegatus factus eſt. A *Gregorio XIV* Pontificii primò Palatii domûs Præfectus, mox S. R. E. Cardinalis, denique totius Campaniæ Legatus deſignatus eſt. Sub *Clemente VIII* omnibus ferè Urbanis Congregationibus ob rerum peritiam adhibitus, A. 1593. die 25 Octob. Legatione Avenionenſi decoratus, ſummâ cum laude functus eſt. A *Leone XI* Neapolitanus Archiepiſcopus deſignatus, hujus Pontificis morte interveniente, à *Paulo V* die ult. Aug. A. 1605 confirmatus eſt, Eccleſiamque ſibi commiſſam ad obitum uſque ſtrenuè aluit.

Sacris Literis & Patribus aſſiduè intentus fuit, ac potiſſimùm in libris D. *Thomæ* Aquinatis, cujus Summam Theologicam in Epitomen redegit, duobus voluminibus, propriâ manu ſcriptis, comprehenſam. SCRIPSIT autem præterea, Aſcetica, Moralia, Juridica, Oratoria, ac Poëtica. Obiit vir præſtantiſſimus Neapoli, die 15 Dec. A. 1612. ætat. 52. in Eccleſia Metropolitana ſepultus, cum inſcriptione quam exhibet *Eggſius* Purp. doctæ *Lib. V. Cap. LVII.*

Fuit item alius *Octavius Aquaviva* Dux Atrienſis, qui ab *Innocentio X* Cardinalis creatus 9 Mart. 1652. obiit Romæ die 20 Sept. 1674. ætat. 65.

Thomas Aquaviva Ord. FF. Prædic. qui inter alia egregia munera Bituntinus Epiſcopus à *Clemente IX.* die 14 Maii 1668 conſtitutus, mortuus eſt anno 1672, de quo *Echardus* ad hunc annum.

Qui illuſtrem hanc familiam noſcere cupit, adeat *Lexic. Moerianum.*

AQUENSIS in Provincia Synodus A. 1585 congregata, cui adfuerunt Aptenſis, Vapincenſis, Regienſis, Seguſteronenſis Præſules, & Forojulienſis Epiſcopi Legatus (*a*). Præfuit *Alexander Canigianus* Aquenſis Archiepiſcopus, pro cæremoniarum Eccleſiæ ordinatione, morum reformatione, ac fidei propagatione: cujus decreta confirmavit ſedes Apoſtolica. Suffraganeos quoque ſuos congregavit A. 1612 *Paulus*

(a) *Du Pin* Tom. XV. p. 410.

lus Harent Archiepiſcopus, pro cenſurâ libri *Edmundi Richerii* de Poteſtate Politicâ & Eccleſiaſticâ (*b*).

Concilium Aquenſe A. 1112 celebratum, Præſide *Petro* Archiepiſcopo, edidit *Edm. Martene* Theſ. Anecd. *Tom. IV. p.* 129.

(*b*) *Moror.* Diction.

AQUILA (*Antonius* ab) elucubravit *Novas Inſtitutiones linguæ Hebraicæ.* Romæ 1650. in 8. ex *Imbon.* Bibl. Lat. Heb. *p.* 313.

de AQUILA (*Bernardinus*) natione Italus, Foſſâ Aprutii oppido oriundus, Ordinis Minoritarum ſodalis, & in Curiâ Romanâ Procurator; Juris utriuſque pariter ac ſacrarum literarum peritiſſimus: quo nomine in Curiam Romanam accitus, Concionatoris munere fungebatur. Claruit anno 1480. Obiit anno 1503. in Conventu S. Juliani prope civitatem Aquilanam, ætatis ſuæ 83. Anno demum 1515. reliquiæ ejus exinde tranſlatæ ad Cœnobium S. Angeli intra Foſſam & Ocram; ubi ſubtus altare conditæ inſigni veneratione hodienum coluntur.

SCRIPTA:

1. *Funerale*, Venet. 1572.
2. *Tractatus de nubere volentium doctrinâ*, inter Tractatus Juris *Venet.* 1584. Tom. IX.
3. *Admonitiones vitæ Spiritualis*, (anno 1491 elucubratæ) Italicè, *Venet.* 1572.
4. *Hiſtoria brevis de Cœnobiis & illuſtribus Viris provinciæ S. Bernardini.*
5. *Quodlibetum Scholaſticum.*
6. *Quadrageſimales.*
7. *Centuria in memoriam Paſſionis Chriſti.*
8. *Peregrinus*; ſeu de Chriſto ſub Peregrini ſpecie Diſcipulis Emmauntem proficiſcentibus apparente.
9. *Sermonum libri aliquot.*
10. *Vita S. Bernardini Senenſis*, & *S. Philippi Aquilani*, Italicè. Ex his pleraque MSS. aſſervantur in Cœnobio S. Angeli prædicto; teſte *Waddingo* de Scriptor. Ord. Minor. *p.* 54. apud *Whartonum* in Append. ad *Cavei* Hiſt. Liter.

AQUILA (*Caſpar*) Lutheranus, Salfeldienſis Eccleſiæ in Thuringia Miniſter, Sec. XVI. Cùm ſibi eum aſſentiri *Iſlebius* paſſim jactaret, animoſè ſcripſit *adverſus librum Interimiſticum* ſicuti antea *conſolatoriam* ſcripſerat ad JOH. FRIDERICUM Electorem captivum, quæ extat apud *Goldaſtum* (*a*),

1. *Hochnothige Ermahnung an das kleine, blöde, verzagte, Chriſtliche Hänſlein* in 4.
2. Apologia *wieder den ſpöttiſchen Lügner, und unverſchämten Verleumder* M. Iſleb. Agricolam. *Nöthige Verantwortung und ernſtliche Warnung wieder das* Interim 1548. in 4. *Lipen.* II. 505 & 106.

(*a*) *Micralii* Syntagm. Hiſt. Eccleſ. *p.* 735.

de AQUILA (*Franciſcus*) Capucinus, Sac. Theologiæ Profeſſor, ac Concionator ſuo tempore celebris, edidit, teſte *Toppio* in Bibl. Neap. apud *Dionyſ.* Genuenſem *Bibl. Capuc.* p. 112.

Conciones nonnullas de diverſis materiis.

AQUILA (*Henricus*) Germanus, Carmelita, vixit circa A. 1330. Doctor Pariſienſis fuiſſe fertur. SCRIPSIT *in Cantica Canticorum* Lib. I. *Quodlibetorum* Libb. II. *Quæſtiones ordinarias* &c. & *Librum* adverſus *Petrum de Croſa*, teſte *Poſſevino* in Appar. *p.* 712.

AQUILA (*Joannes* de) & *Daniel* de VICENTIA, ambo Dominicani, ut vitâ & operibus fuerunt conjunctiſſimi, ſic unâ veniunt laudandi. *Joannem* vocat *Leander* in Deſcript. Ital. *p.* 399 verſionis *Kyriandri* inſignem Theologum, facundiſſimumque Doctorem: & in *Viris Illuſt.* fol. 145. b. ſic rurſus de eo: » Num cernis *Joannem Aquilanum* alterum *Paulum* in proclamationibus, limam viciorum optimam, mortuum Ferrariæ anno 1479. Regularis

» diſciplinæ ſtudioſiſſimus fuit, ceu in Congregatione » Provinciæ Regni Siciliæ à F. *Paulo Aciileto* Cantabro, eximiæ ſanctitatis viro, erectâ educatus, uti docet *Vallius* Compend. *p.* 163. Ex *Joanne* quis & qualis fuerit *Daniel* colligas, ambo enim ſoris fuerunt indiviſi, verbi Dei præcones per Italiam inceſſi, unàque ſimul ſcripſerunt *Sermones Quadrageſimales à ſeptuageſimâ ad feriam tertiam Paſchæ, cum Sermone Annuntiationis*, qui prodierunt *Venet.* 1409 (†) & *Lugd.* 1501. in 8. rurſus *Pariſ.* 1508. charact. Gothico, hoc tit. *Lima vitiorum, ſive Sermones in Ferias & Feſta Quadrageſima ſingula.*

Addunt quidam *Sermones de Tempore & de Sanctis per annum*, ſed ubi typis prodierint, vel an MS. ſerventur, nemo prodit.

(†) Sic *Luſitanus* apud *Echardum* Tom II. p. 816. at *Robs Gerius* in Append. ad *Caveum* memorat *Venet.* 1457 & 1576. Etiat verò *Toppius* p. 114. (vel ab eo citatus *Maracius* Bibl. Mar. *fol.* 667) qui A. 1422 hos Sermones prodiiſſe ait, quo tempore Ars Typographica nondum inventa.

AQUILA (*Joannes* de) vel *Aquilanus* alter, cujus *Toppius* loc. ſup. cit. meminit, ex Ordine FF. Minorum Obſervantiæ S. Franciſci, Theologus & Concionator celebris Sec. XVI. SCRIPSIT Italicè ac typis dedit

Quadrageſimale, Sermones, Tractatum de Confeſſione & *Epiſtolas familiares.* Venet. 1569. referente *Salvatore Maſſonio* in Dialogo *dell' origine dell' Aquila* fol. 151.

AQUILA (*Petrus* de) Ord. FF. Minorum, floruit ab anno circiter 1320 ad 1350. Factus eſt A. 1343. die 22 Jan. JOANNÆ Siciliæ & Jeruſalem Reginæ Sacellanus, ut habet *Wadingus* ad hunc annum, *num.* 35. Tum anno 1344 Inquiſitor Sanctæ Fidei, juxta eundem ad A. 1346. *num.* 4. 5. & 6. De illo autem ſic *Henr. Spondanus* ad A. 1345 num. 2. » Cùm *Petrus Aquilanus*, ex ordine Minorum, Inquiſitor Fidei apud » Florentinos, homo ſuperbus ac pecunioſus, occa» ſione creditæ ſibi Facultatis à *Petro Gomeſii* Cardi» nale Hiſpano, quaſdam pecuniarum ſummas ibidem » Florentiæ ſibi debitas exigendi, quemdam ex debi» toribus è palatio publico, ſede Priorum prodeun» tem, à ſuis & Inquiſitionis apparitoribus comprehendi juſſiſſet, excitato tumultu, capti apparitores » juſſu Priorum quòd Majeſtatem ſuam læſam dice» rent, manibus truncati ſunt, & exilio decennali » proſcripti. At ſecedentem Senas Inquiſitorem, ex» communicationem in Priores, interdictum in Ur» bem protuliſſe, niſi intra ſex dies debitorem à ſuis » apparitoribus captum, & a populo ereptum reſti» tuerent. Factâ à Prioribus appellatione ad Papam, » nullos eſſe Oratores, qui eos excuſarent, & *Petrum* » *de Aquila* multorum criminum accuſarent: atque » inter alia decreviſſe Priores, in diminutionem auc» toritatis Inquiſitionis S. Officii, ad modum Peruſi» norum, Regis Hiſpaniæ, & multorum aliorum Prin» cipum & Communitatum. Ex alia verò parte, » inſtigatione prædicti Inquiſitoris, qui Avenionem » abiit, & *Petri* Cardinalis, ipſius fautoris, diem » fuiſſe dictam apud Sedem Apoſtolicam Epiſcopo » Florentino, aliis Prælatis, qui interdictum non » ſervaſſent, nec non Prioribus, cæteriſque Magiſtra» tibus, prædictarum turbarum auctoribus ſeu com» plicibus: miſſiſque rurſum alios ad Pontificem Ora» tores, ad hæc reparanda.

SCRIPSIT autem *Aquilanus* iſte *Commentarium* brevem, ſed eruditum, ſeu *Quæſtiones in IV Libros Sententiarum*, quæ MS. extant in Bibl. FF. Minorum de Ara Cœli Romæ, & in Bibl. S. Germani Pariſ. *Cod.* 321. ſuntque anno 1337 conſcriptæ, uti annotatur initio ac fine Codicis. Prodiit autem primò hoc opus *Spiræ* 1480 in 4. rum operâ & ſtudio *Conſtantii* Cardinalis *Sarnani* Venet. 1584. in quâ editione primùm vocatus eſt *Scotellus*, cujus cognominis nullum in MSS. Codicibus indicium eſt: unde editio Pariſienſis 1585. in 8. (quam teneo) huic titulum

nacta eſt : *Petri de Aquila*, Minoritani, *Scotellus*, ubi non tantùm ad *Scoti* ſubtilitates, ſed etiam ad *D. Thomæ*, reliquorumque ſcholaſticorum doctrinam, facilis via paratur. *Seneſcentem hujus* Aquilæ *juventutem Cl.* Steph. Novelletius *S. Theol. D. renovavit.* Prodiit item *Venetiis* 1600. in 4. Errant autem qui ex unico iſto *Aquilani* in Sententias Commentario tria conficiunt Opera, nempe *Quæſtiones in IV Libros Sententiarum*, *Compendium ſuper Magiſtrum Sententiarum*, & Opus dictum *Scotellus*. Hæc enim tria unum idemque Opus ſunt, nec magnæ molis.

Hujus Autoris meminerunt *Poſſevin.* in Appar. *Wading.* ſup. cit. & in *Bibl. Ord. Min.* pag. 275. *Du Cange* in Indice Autorum, quem præmiſit *Gloſſario Latinit.* Oudinus *in Comment.* Tom. III. p. 802. *Toppius* Bibl. Neapol. *p.* 244. Fallitur autem *Gerius* qui in Append. ad *Caveum*, hunc *Petrum* ad A. 1460. collocat unà cum *Joanne Aquilano.*

AQUILA, vir inter Anglos illuſtris, cujus meminit *Lelandus* de Script. Britann. *cap.* 5. In illud incidit ſeculum, quo *Rudubraſius*, *Luelli* filius, Britanniæ regno præfuit, qui cùm pulcherrimas aliquot urbes condidiſſet, & inter eas *Paladorum*, rogatus eſt *Aquila*, ut inſpecto urbis horoſcopo, de ejus fortuna & ætate aliquid pronuntiaret ; & multa vaticinatus fuiſſe dicitur, quæ chartis poſtea diligenter notata Britanni, idque cum Religione quadam, legebant ; hanc autem urbem cùm à Saxonum, tùm à Dacorum violentiâ, ſed tum maximè ſub *Alfredo* Magno vehementer fractam eſſe Hiſtorici Angli ſatis apertè docent, inter quos *Gulielmus* Meldunenſis *de Pontificibus Angliæ* lib. 2. Dicitur autem *Aquila* Prophetiarum libros edidiſſe, quos Britanni in ſummo pretio, ut Romani Sibyllina Oracula, habuerunt ; cui rei argumento eſſe poſſunt *Cadovalladrus* & *Alanus* Reges, hic Britanniæ Gallicanæ, ille Anglicanæ, qui, cùm viderent omnia ad internecionem, partim Saxonum tyrannide, partim etiam dirâ fame & peſte ſpectare, ad libros *Aquilinos* tanquam ad ſacram anchoram confugiebant : ſed cùm ne in illis quidem ullam ſalutis ſpem inveniſſent, coacti ſunt de recuperando Britannorum imperio deſperare. Index Bibliothecæ ſancti Servatoris, *Durovernii Cantiorum*, Dictorum *Aquilæ* opportunam facit mentionem.

Hunc *Aquilam Septonium* vocat *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 238. cujus Prophetiarum fragmenta quædam ſupereſſe ait, additque vixiſſe 900 ante Chriſtum annis.

à S. ANDREA Ord. Minimorum, de quo ſupra dictum eſt *p.* 437.

Ejus *Compendium Biblicum* Gallicè ſcriptum eſt hoc tit. *Abregé hiſtorique de la Bible, avec des Notes literales, & de courtes explications, pour en faciliter l'intelligence, & aider la memoire, à la faveur d'un Diſtique exprimant en ſubſtance le contenu de chaque chapitre : nouvelle methode pour l'apprendre avec facilité, & la retenir fidelement.*

Eadem methodo quâ illud opus conſcriptum eſt, *Hiſtoriam Eccleſiæ* parabat Autor (*a*), quæ an lucem viderit ignoro.

Aliud autem eſt *Compendium Biblicum* quod ſic inſcriptum eſt : *Abregé de la Bible par Demandes & par Reponſes, avec une explication Morale de tous les Chapitres de la Bible & d'un Poeme Latin ſur les noms des Papes qui ont gouverné l'Egliſe depuis St. Pierre juſqu'à preſent.* Rothom. & Pariſ. *Nic.* Couterot 1705. in 12 (*b*). Hæc nova editio videtur eſſe, ſed multò auctior, libelli qui jam ante 25 annos lucem vidit ſub tit. *Abregé de la Bible.* Pariſ. Joan. Couterot 1678. in 16.

Aliud item eſt *Compendium Biblicum* per Quæſtiones & Reſponſa digeſtum à D. *Rob. Guerard* Benedictino à Congreg. S. Mauri, de quo nos ſuo loco.

(*a*) Vid. *Hiſt. litter. de l'Europe* Maji 1726. p. 77.
(*b*) Vid. *Diar. Trevolt.* Sept. 1705. Art. 134.

AQUILA Proſelyta Judæus, gente Ponticus, *Sinope*, urbe Ponti celeberrima, oriundus, Religione gentilis, *Adriani* Imp. πενθερίδης (ut *Epiphanius* de pond. & menſur. *n.* 14.) πενθερὸς ut Chronici Alexandrini Autor *p.* 398.) uterque forſan ex fabuloſis Judæorum traditionibus ; & ab eo operarum in extruenda urbe Ælia ſive Hieroſolyma præfectus conſtitutus, claruit circà annum 128. Hic viſis quæ frequentes Judæi ediderunt Chriſtianorum miraculis, fidem Chriſti amplexus eſt, & baptiſmo initiatus fuit. Quum vanam Aſtrologiam, quam à pueritia didicerat, non desereret, quin potiùs arti Genethliacæ ſe magis, magiſque addiceret, nec ab Eccleſiæ Doctoribus admonitus, ſe corrigeret ; tandem ex Eccleſia ejicitur : Eam ignominiam impatienter ferens, abnegato Chriſtianiſmo, ad Judæos ſe confert, & circumciſione ſignatur, Rabbi *Akibæ*, Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimi, diſcipulus factus. A Judæis Linguam Hebræam incredibili diligentiâ didicit, quam eo uſque excoluit, ut circa A. C. 128. vel 129. novam Bibliorum verſionem Græcam aggreſſus ſit, eo præcipuè animo, ut LXX. interpretationem eluderet, & teſtimonia de Chriſto in Scripturis prolata perverteret, atque aliter ederet. De eo ita *Hieronymus* Epiſt. ad Pammach. p. 370. *Aquila Proſelytus, & contentioſus interpres, qui non ſolum verba, ſed & etymologias verborum transferre conatus eſt, jure projicitur à nobis.* Quanquam alibi de illo benigniùs loquitur : Nempè, *Aquilam non contentioſius, ut quidam putant, ſed ſtudioſius verbum interpretari ad verbum*, Quæſt. 2. ad Damaſ. Tom. III. p. 35. *Verborum Hebræorum diligentiſſimum explicatorem* vocat, Epiſt. ad Marcell. ib. p. 96. *Aquilæ editionem cum voluminibus Hebræorum confero, ne quid forſitan propter odium Chriſti Synagoga mutaverit, &, ut amicæ menti fatear, quæ ad noſtram fidem pertineant roborandam, plura reperio,* Epiſt. ad Marcell. *Tom. II. p.* 312. Hinc non rarò *Aquilam* ipſa τῆς ὁ præfert. *Melius puto illud, quod habetur in Hebræo, quàm quod* Aquila *tranſtulit.* Quæſt. Hebr. in Geneſ. III. p. 216. & alibi non ſemel. *Hieronymo* præivit *Origenes* Comment in Joan. *Tom. VIII. p.* 131. & *Tom. III. in Geneſ.* Philocal. c. 14. aſſerens ipſum κυριολεκτεῖν ἑρμηνεύειν φιλοτιμούμενον, *aptiſſimè interpretari ſtuduiſſe.* Verſionem ſuam, teſtante *Hieronymo*, iteratâ editione, quam κατ' ἀκρίβειαν nominabant Judæi, perpolivit. His adde egregium *Origenis* locum ex *Reſponſ. ad African.* p. 224. ὅτι γὰρ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν ἡμῖν. φιλοτιμότερον πεπιστευμένος παρὰ Ἰουδαίοις ἡρμηνευκέναι τὴν γραφήν, ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν Ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένῳ. » Si enim *Aquilas* Hebraicæ dictioni ſerviens edidit, quem Judæi honorificè præ aliis credunt interpretatum eſſe Scripturam, cujus verſioni maximè aſſueti ſunt ii qui Hebræâ dialecto ipſi uti neſciunt, tanquam is omnium maximè ſenſum aſſecutus fuerit. » Ad hunc *Origenis* locum non pauca notavit Cl. *Wetſtenius*, variaſque Veterum de *Aquilæ* verſione ſententias ſtudioſè collegit. Quicquid verò de accuratâ ejus & literali Verſione dici poteſt, minus tamen fidelem eſſe paſſim conqueruntur Veteres. *Euſebius* in fragmento MS. ait *Aquilam* interpretationem non recto & ſincero, ſed iniquo in Chriſtianos animo edidiſſe. *Joſephus* Hypomneſtici auctor ineditus *cap.* 122. affirmat *Aquilam* circa linguam Hebræam moltùm laboraſſe, & quoniam intellexit ſeptuaginta interpretes propter imperitiam Græcæ minùs accuratè in ſuâ verſione ſe geſſiſſe τὸ μὴ τὴν Ἑλλήνων φωνὴν ἀκριβοῦν, ipſe accuratiùs interpretatus eſt. Et tamen fraudes vel errores ejus ubique ferè notantur in Catenis Veterum, tum editis, tum MSS. De eo denique Chronographus Græcus MS. apud Cl. *Galeum* ἐπὶ Ἀδριανοῦ ὁ ἀσεβὴς Ἀκύλας, ὁ τὴν γραφὴν νοθεύσας ἐπέγνωστο. *Vixit ſub* Adriano *impius ille* Aquila, *qui Scripturam vertendo pervertit.* Exemplum habes Iſa. IX. 8. *Dominus miſit* Λόγον *ad Jacobum*, inquiunt LXX. Interpretes ; hic *Aquila* ῥῆμα tranſtulit,

Digitized by Google

ſit, fraude quidem manifeſtâ, inquit Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. *p.* 34. ne de Chriſto Λόγῳ intelligeretur. Dictæ hujus tranſlationis ſuperſunt hodie tantùm particulæ quædam, Antiquorum ſcriptis hinc inde aſſutæ, quas in unum collectas *Nobilius*, *Druſius*, & *Waltonus* ediderunt.

De eo *Aquila* hæc inter alia notat *Rich. Simon* Hiſt. Crit. V. T. *l.* 2. *c.* 9.

Fragmenta reſidua manifeſtè arguere, Interpretis hujus præcipuum ſtudium fuiſſe, ut Hebraicum Bibliorum contextum verboſim redderet, & vocum Hebraicarum Lexicon potius, quam verſionem pangaret. Quapropter adeo barbaram eſſe verſionem, ut plurimis in locis ferè intelligi non poſſit, & hac de causâ *Epiphanium* eam reprobare; *Hieronymum*, qui eum in quibuſdam laudat, in aliis eum reſpuere, & ridiculum appellare, quia voces interpretari non contentus, harum etiam etymologiam affert. Plurimum laudatur à Rev. D. *Huetio* de Claris Interpretibus. Nemo unquam, inquit de *Aquila*, majori caſtitate Hebraicam veritatem retulit, nemo fidem ſuam tam luculenter, verbis etiam annumerandis præſtitit.

Nicol. Fullerus l. 2. c. 11. Miſcellan. Sacr. *Aquilam* vocat exactiſſimum Interpretem, & in vocabulorum propriis ac reconditis ſignificationibus, diſcernendis oculatiſſimum, & conſectandis ſtudioſiſſimum. Miratur proinde (*l.* 4. *c.* 18.) quòd *Joannes Curterius* affirmare auſus ſit (Præf. in *Procopii* Comment. in Iſaiam) *Aquilam* quum ipſa vix Hebræorum elementa didiciſſet, novam Sacrorum Bibliorum Interpretationem molitum fuiſſe. *Joh. Albert. Fabricius* Bibl. Græcæ *lib. III. c. XII.* plura notat:

1°. *Aquila* verſionem avidè mox arreptam à Judæis, ut patet ex ſuppare propemodum *Aquila* Tryphone apud *Juſtinum* Martyrem, & ex *Origenis* reſponſione ad Africanum *p.* 224. Conf. *Philaſtrium* Hæreſ. XC. *Hieronym.* Ep. 138. qu. 2. *Auguſt.* de Civit. Dei XV. 23. & *Anaſtaſium* Hodeg. c. VI. p. 94.

2°. Publicè legendam permitti Judæis ab Imperat. *Juſtiniano* Nov. 146 nec rarò à Talmudicis laudari *Aquilam*, de quo vide *Lightfoot* c. IX. Append. ad Horas Talmud. in I. ad Corinth. & ejuſdem Opera poſthuma *p.* 9. *Morini* Exerc. Bibl. *p.* 341 &c.

3°. Confundi à Talmudicis cum *Onkeloſo* Chaldaicæ interpretationis auctore; idque non rectè, licèt *Onkeloſi* nomen Babylonicâ Dialecto idem ſit cum nomine *Aquila.* Vid. *Hotting.* Ennead. p. 332. *Chriſt. Kortholtum* de variis S. Script. editionibus *p.* 232. *Leuſden.* Phil. Hebræo mixt. *p.* 43. ac *Jul. Bartoloccium* in Bibl. Rabb.

4°. In *Juſtiniani* Novella 146. per Judæorum δευτέρωσιν non intelligendam ſecundam *Aquila* editionem, cum *Iſ. Voſſio* in reſponſo ad tertias *Simonii* objectiones *p.* 84. Nam neque *Anaſtaſius* Sinaita in loco paulò ante memorato, ſecundam *Aquila* editionem, ſed ſimpliciter verſionem ejus, reſpectu Interpretationis LXX. ſenum, τὴν Ἀκύλα δευτέρωσιν vocat. Tum verba Imperatoris in dictâ Novellâ perſpicuè oſtendunt, cum non loqui de verſione aliquâ Sacrorum librorum, ſed de opere à Sacris literis, &, quam paulo ante memoraverat, conceſſeratque, *Aquila* verſione planè alieno ac diſtincto, quale eſt *Opus Miſnicum*, (Ita *Petavius* ad Epiph. *Morinus* Exerc. Bibl. p. 296. *Steph. le Moyne* ad varia Sacra *p.* 542. *Hody* de Bibl. Orig. p. 577. *Rich. Simon.* &c. atque ante hos *Druſius* præf. ad Proverb. *Ben Sira* & l. 1. quæſt. Hebraic. 34) vel quales *Moſis* & *Akiba* ſive *Bar-Akiba*, tum *Anda* ſive *Auna* cognomento *Juda* & filiorum Aſſamonæi δευτερώσεις ſive Traditiones memorat *Epiph.* XXXIII. 9. *p.* 224. Alio ſenſu δευτέρωσιν accipit *Clemens* ſuppoſititius, ad quem vide *Cotelerii* notas *Conſtit. Apoſt.* l. 1. c. 6.

5°. Chriſtianos Scriptores frequentiſſimè, quando ad Hebraicum codicem, Hebræorum ἐξήγησιν vel ad Judæorum ἀντίγραφα provocant, non ipſum Hebræum textum, quem pauciſſimi propter ignorationem illius linguæ, conſulere potuerant, ſed haud *Aquila* verſionem intelligere.

Cl. *Wolfius* in ſuâ Bibl. Hebræa *p.* 958. &c. quædam notat.

1°. In Talmude Hieroſolymit. Codice *Kadduſchim* c. 1 tradi, verſionem ab *Aquila* coram *Akiba*, id eſt ad ductum *Akiba* concinnatam eſſe.

2°. In eodem Talmude Cod. *Megilla* c. 1. n. 11. dici *Aquilam* hanc ſuſcepiſſe verſionem coram R. *Eliezere* & R. *Joſua*, eo quidem ſucceſſu, ut in laudem ejus uſurparent verba Pſalmi XLV. *Pulchrior es filiis hominum*

3°. Ex Judæis, qui confundunt *Aquilam* cum *Onkeloſo*, eſſe præter cæteros *Simeonem* in Jalkuth, ex Chriſtianis idem velle *Bellarminum* de verbo Dei *l.* 2. c. 3. *Serarium* in Rabb. prior. *Poſſevinum* in Bibl. *Iſaac. Voſſium* in Comm. de LXX. Interpp. quod negant *Aſarias* in *Meor Enajim.* p. 146. poſt eum *Joſ. Voiſinius* ad *Raym. Martini* Pugionem fidei *p.* 144. *Joan. Morinus* Exercit. Bibl. *p.* 341. *Schalſcheleth* p. 28. *Zemach David.* ad A. 4840. *Elias Levita* præf. ad *Maſoreth Hammaſoreth*, Aug. Pfeifferus in *Crit. Sacr.* p. 241. *Joh. Henr. Hotting.* in Theſ Philolog. *p.* 258. & 376. *Bartolocc.* Tom. IV. p. 282.

4°. Singularem *Wilh. Schickardi* ſententiam refert, qui ut in *Bechinath Happeruſchim* pag. 24. *Onkeloſum* cum *Aquila*, Græco Metaphraſta, perperam confundi rectè monet, ita *Aquilam* in *Bereſchit Rabba* citatum, non Græcum illum Metaphraſtam, ſed novæ Chaldaicæ Paraphraſeos, & quidem ad Prophetas & Hagiographa ſpectantis, auctorem eſſe ſtatuit, obſervatque non recordatum eſſe virum præſtantiſſimum, iis in locis revera Græcam illam *Aquila* verſionem, Judæis celebratam reſpici, id quod *Aſarias* ſolidè evincit, quando monet in Talmude nunquam *Aquila* fieri mentionem, quoties Hebraica vox Chaldaicè explicatur, id quod VII exemplis manifeſtum facit, viciſſim verò *Aquila* verſionem laudari, quandocunque dictio Hebraica Græcè exprimitur, cui aſſertioni 13 exemplis fidem facit. In paucis quidem locis dictionem Hebraicam tanquam ab *Aquila* profectam adferri, quæ tamen, judicio *Aſaria*, pro interpretatione Græca illius tantùm habenda eſt.

De eo *Aquila* conſulendus *Bernard. Montfauconius*, in opere Hexaplorum *Origenis.*

» Duas interpretationes, inquit ille Prolegom. *cap.* 4. » edidiſſe *Aquilam* exploratum eſt: primam liberiorem, ubi etſi verba ſingula Hebræa Græcè exprimere ſatageret, ſenſum tamen aptè reddere curabat, neque tam ſcrupuloſè voculas omnes ſectabatur, ac eum ſeriem interturbaturas eſſe proſpiceret, repræſentare negligebat, quod verum erat Interpretis officium. Alteram deinde verſionem paravit, quæ κατ' ἀκρίβειαν vocitabatur, *i. e.* ſecundùm accuratam vertendi rationem, ubi tanto ſcrupulo verba & voculas ſingulas Hebraicas reddere curabat, ut de ſtyli barbarie nihil cogitaret.

Valde accuratus interpres vocatur *Bocharto* in Geogr. Sacrâ, apud *Pope-Blount* ad A. 128.

Alius autem eſt *Aquila* Ponticus, ex Judæo Chriſtianus, D. *Pauli* Apoſtoli coætaneus, de quo & ejus uxore *Priſcilla* vid. *Adr. Baillet* ad Jul. 8.

AQUILEIENSE Concilium I. anno 381. Nonis *Sept.* adverſùs *Palladium* Arianorum Antelignanum, à XXXII Epiſcopis, Italis, Gallis, Pannonicis, præſentibus Gallorum & Afrorum Legatis, habitum. Præcipuas in hâc Synodo diſputandi vices ſuſtinuit *Ambroſius.* Tandem damnantur *Palladius*, *Secundianus*, & *Attalus* Presbyter, eorumque dogmata anathemati ſubdita. Extant hujus Synodi Acta cum duabus Synodicis Epiſtolis, ad Galliæ Epiſcopos uni, ad Imperatores alterâ, *Concil.* Tom. II. p. 978. & inter *Vigilii* Tapſenſis Opera à *Chiffletio* edita *pag.* 485. qui quidem Acta hæc ſpuria eſſe, & à *Vigilio* Tapſenſi

conficta;

confiẞa, pluribus, ſed infirmis, & leviſſimis conjecturis ductus contendit. In hâc aliâve hujus temporis Synodo Aquileienſi, plura Acta ſunt de *Urſicino* Romano, *Timotheo* Alexandrino, *Nectario* CPolitano, aliiſque, & Epiſtolæ aliquot Synodales, quæ *Concil.* Tom. II. p. 998. exhibentur.

AQUILEIENSE Concilium II. anno 553. à Trium Capitulorum defenſoribus habitum. Quo, quintam Synodum non eſſe recipiendam decreverunt. De hac Synodo vide *Bed.* lib. *de ſex ætat.*

AQUILEIENSE Concilium III. an. 698. à Schiſmaticis quibuſdam Epiſcopis habitum, qui Synodum V Oecumenicam, ob damnata Tria Capitula, reſpuendam eſſe judicarunt. Meminerunt hujus Synodi *Beda* lib. ſup. cit. *Paulus* Diac. *lib. V. cap.* 14. aliique.

AQUILEIENSE Concilium IV. an. 1184. à *Gotefrido* Patriarchâ adverſus incendiarios, ſacrilegos, & hujuſmodi alios coactum. Extat *Epiſtola* Synodalis apud *Ughel.* Ital. Sacr. *Tom. V. p.* 68. & *Conc.* Tom. X. in *Append.* p. 1829. * *Cave* in Hiſt. Liter.

AQUILINIUS (*Cæſar*) Autor Pſeudonymus, edidit

De Tribus Hiſtoricis Concilii Tridentini Tractatulum. *Amſtelod.* apud Weyerſtraten, 1662. in 8. Colligit hic Autor primùm ea, quæ pro *Scip. Henrici* ac *Palavicini* operibus dignoſcendis, atque inter ſe comparandis, obſervatione digna ſunt: Deinde *Petri Soave Polani* ſeu *Pauli Sarpii*, & *Sfortiæ Palavicini* Hiſtorias (nam *Henrici* opuſculum *Dilingæ* impreſſum, vera hiſtoria non eſt, ſed tantùm Cenſura quædam, ut ex inſcriptione ipsâ apparet,) in comparationem adducit.

Aquilinium hunc *Bailletus* in libro ſuo de Scriptoribus perſonatis, *Scipionem Henricum* eſſe dixit; quod falſiſſimum *Ancillonio* videtur (*a*). Primò enim *Scipionem Henricum* (alii *Sergionem* vocant) Romanam Eccleſiam manifeſtè ſecutum eſſe ait, cùm è contra Calviniſtam fuiſſe eum, qui ſub *Cæſara Aquiliati* nomine delitеſcit, omnes Pontificiarum partium Viri eruditi credant. Deinde *Scipionem Henricum* manifeſtiſſimè *Petrum Suavem* impugnare in eâ, quam edidit, *Cenſurâ Hiſtorico-Theologicâ*; cum è contra *Aquilinius* eum laudet atque defendat. Sed non contentus hâc cenſurâ *Ancillonius*, duos quoque ab *Hedouvillæo* in Ephemerid. Gallicis (*b*) commiſſos errores obſervat. *Prior* eſt, quòd Calviniſtam crediderit Autorem ſub *Aquilinii* nomine latentem, quem tamen in Romanæ Eccleſiæ communione vixiſſe conſtet (*c*). *Alter*, quòd poſt *Pallavicиniani* operis editionem, nullum alium iſtius argumenti librum, præter eum, quem *Aquilinius* concinnavit, prodiiſſe putet (*d*); cùm tamen doctiſſimus quidam ex Scotis Vir, Romanæ itidem Eccleſiæ addictus, Comes *Julius Clemens*, notas 64 morales, cenſorias, hiſtorica ad inſcriptionem, Epiſtolam ad Lectorem, & tredecim Capita Introductionis *Pallavicini* ſcripſerit.

(*a*) Vid. *Miſcell. Crit. Liter.* de quo libro ſupra dictum eſt p. 426. (b) *Journ. des Sçav.* du 23 Mars 1665. (*c*) Hic Pontificium fuiſſe vult *Ancillonius*, quem ſupra Calviniſtam pronunciavit. (*d*) Nihil prorſus ſimile inouit *Hedouvillæus* loc. cit.

AQUILINUS Scriptor Syrus, cujus notitia ſoli *Ebedjeſu* debetur (†), unus fuiſſe videtur ex primis illis ſectatoribus *Theodori* atque *Neſtorii*, qui exeunte Sec. V vixère. SCRIPSIT autem, juxta traditionem antiquorum, *Comment. in Matthæum & Joannem.*

(†) *Catal. Libr. Syr. cap.* 22. apud *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. III. p.* 37.

AQUILINUS (*Raphael*) Scripſit Italicè

1. *Brevem declarationem Numiſmatis Hebraici* dicti *Maghèn David ve Abraham*; & vocat *Maghèn* quia in eo nomen Dei τετραγράμματον continetur. Extat MS. in fol. in Bibliot. Urbin. apud Vatic. nu. 1138.

Suſpicatur autem *Imbonatus* Bibl. Lat. Heb. p. 212. *Anguiſciolam* ſub nomine ſuo *Aquilini* opus edidiſſe, notatque prohiberi quoddam folium impreſſum ſuper dictum Numiſma, cui tit. *Maghèn David & Abraham. Breve diſcorſo, o compendioſa eſaminazione della natura e proprietà di queſta antichiſſima Medaglia, eſtratto dal libro di* D. *Gabr. Angelo Anguiſciola.*

Item Italicè ſcripſit *Aquilinus* iſte

2. *Tractatum pium, in quo continentur quinque articuli ad fidem Chriſtianam pertinentes, contra Hebraicam obſtinationem, ex Sacro-Sanctis antiquis Scripturis excerpti.* Piſauri A. 1581. in 4. Dividitur in V partes:

In primâ adſtruitur Myſterium Sanctiſſ. Trinitatis, argumentis petitis ex V. T. & Rabbinis antiquioribus. In II. agitur de myſterio ligni, ut diverſimodè in ipſis Scripturis de ipſo legitur, in figurâ ſanctiſſimi ligni crucis. In III. contemplatur Autor Myſterium ſanguinis in omnibus illis modis, de quibus Sacræ Chartæ loquuntur, illoſque omnes figuras eſſe ſanguinis Chriſti Domini noſtri oſtenditur. In IV. exponuntur omnes effectus aquarum, tam in legibus naturæ quàm Moſaicæ, & has eſſe figuras ſalutiferi fontis Baptiſmatis probatur. In quintâ & ultimâ oſtenduntur inſigniora beneficia è Deo, Iſraëlitico populo collata, ejuſque amor erga ipſum. Item agitur de Pontificibus, Regibus & Judicibus ei datis, de eorum ingrato animo erga Deum, & quomodo Dei filius humanam carnem ſumpſit, ut eum populum redimeret, ab ipſo morti traditus eſt & crucifixus.

Librum hunc in manibus habere ſe ait Cl. *Wolfius* Bibl. Hebr. *P. II. p.* 1004. ſed mutilum, & tribus ultimis tractatibus, qui tamen fortè, *inquit*, nunquam prodierunt, deſtitutum; annum verò editionis eſſe 1571. non 1581, ut habet *Imbonatus.* Auctorem fuiſſe Ex-Judæum rectè colligit Vir Cl. ex his verbis quæ in præfatione leguntur: *Nel che mi ſono anche moſſo volontieri, atteſo, che in 26 anni, c'ho ſino aqui per dono di Dio paſſati ſotto la diſciplina Chriſtiana, vengo a conoſcer al meno in parte, qual ſia il debito mio, verſo di lei.*

AQUILIUS (*Henricus*) Belga, Geldrienſis Hiſtoricus, SCRIPSIT (præter *Epitomen Hiſtoriæ Geldriæ*, Coloniæ 1567. 8. & Lugd. Batav. 1609. 4. cum additamentis & obſervationibus *Petri Scriverii*)

Moralinus libellos III. *Progymnaſmatum de Paſſione Domini* libb. III. *Paraphraſim in Orationem Dominicam* carmine Elegiaco. *Colon.* 1566. * *Sweert.* p. 322.

AQUILIUS (*a*) SEVERUS, Scriptor obſcurus & penè ignotus, cujus notitiam uni *Hieronymo* (b) debemus; gente erat Hiſpanus, ex genere illius *Severi*, ad quem duos Epiſtolarum libros olim *Lactantius* dedit. Vixit anno 360. (*c*) & imperante *Valentiniano* fatis conceſſit. Scripſit tam proſâ quàm verſibus ὁδοιπορικὸν, cui Καταστροφὴν ſive Πεῖραν titulum fecit; in quo totius vitæ ſuæ ſtatum depinxit (*d*).

(*a*) In quibuſdam *Honorii* Auguſtod. Codicibus malè *Achilius*: alii *Acilius*: apud *Freculphum* Tom. II. *Chron.* lib. 2. cap. 25. *Agilius.* (Græcis Ἀκύλιος.) (*b*) De Script. c. CXI. (*c*) *Cave* in Hiſt. Liter. (*d*) Vid. *Bic. Anton.* Bibl. vet. *lib.* 2. *cap.* 4. Fabric. *Bibl. Græc.* lib. 5. cap. 24. *Du Pin* Tom. II. p. 138.

AQUILONIPOLENSIS. Vid. HENRICUS.

AQUILOVICANUS (*a*) (*Minutius*) Friſius, SCRIPSIT

Examen Theſium Theologicarum Jac. Capelli *de Controverſiis, quæ Fœderatum Belgium vexant*, & *ſatiuſne fuiſſet* Arminii *ſententiam tolerari quàm damnari?* Thliboch, 1624. 8. (*b*).

(*a*) Nomen ſuppoſititium eſſe monet Autor *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. IV p. 2419. Hunc eſſe video *Sim. Epiſcopius* (*b*) Lipen. l. 95.

de AQUINO (*Antonius*) nulli Ordini Sacris votis ob-

tis obſtrictus, licèt à *Toppio* (a) Dominicanis falsò adſcriptus (*b*), qui magno labore *Decretales Epiſtolas Romanorum Pontificum* collegit, iiſque Auctarium addendum ab illo expectabatur. Vivebat exeunte Sec. XVI.

(*a*) Bibl. Neapol. *p.* 24. (b) *Echard.* Tom. II. p. 340.

de AQUINO (*Jacobus*) quem *Thomæ Aquinatis* conſanguineum quidam dicunt (*a*), claruit circa A. 1280. (*b*) Aiunt ſcripſiſſe Opuſculum adverſus *Guilelmum de Sancto Amore* pro defenſione regularium Mendicantium, ſed dubitare videtur *Echardus* de iſto *Guillelmi* adverſario, & Scriptoribus ſuis abjudicandum cenſet. Dominicanum tamen ſcribit *Toppius* p. 107. ſed addit laudari à *Sigeberto* Gemblacenſi, qui ineunte Sec. XII mortuus eſt, ideoque nullius Sodalium Prædicatorum meminiſſe potuit.

(a) *Vallius* in Compend. *p.* 161. (b) *Altamura* apud *Echard.* Tom. I. p. 384. Perperam ad A. 1362 rejicit *Fontana* in Monum. *p.* 129.

de AQUINO (*Ludovicus*) Dominicanus, Conventûs Neapolitani alumnus, Poëta inſignis, Theologus nominatus, tyronibus in religione inſtituendis diu præfectus eſt, ſuumque Conventum rexit Prior; quem *Caracciolus* p. 269 Neap. Sac. de S. Dominici templo ſcribens, eximium & verum ait Ordinis ſui ſidus & ornamentum, à quo benignius, quæ ad opus ſuum facerent, vetuſtiora quædam hauſiſſe ſe gloriatur. Obiit apud ſuos cum opinione ſanctitatis, 8 Maii 1623. ætat. 76. Apud ſedem Romanam de ejus canonizatione proceſſum inſtitutum ferunt. Typis recudendum curavit à ſe recognitum *Tractatum de doctrina Cordis* F. Geraldi *de Leodio* ejuſd. Ord. *Neap.* 1605. in 8.

Hujus Autoris meminit *Toppius* p. 196. & *Nicodemus* in Addit. ſed potiſſimum legendus *Vallius* in Compend. *p.* 309. citante *Echardo* Tom. II. p. 431.

de AQUINO ſive AQUINAS (*Ludov. Henr.*) ex Judæo Chriſtianus, uti & pater *Philippus*, de quo infra, vir Hebraicè & Rabbinicè doctus, Latinè vertit

1. *Comment.* R. Levi *fil.* Gerſonis *in librum Jobi, ſeu in V prima Capita.*

2. *Scholia* R. Salom. Jarchi *in librum Eſther*: item *Excerpta quædam ex Talmude & Jalkut in eund. librum.* Utraque verſio prodiit *Pariſ.* 1622. vel 1624. in 4.

3. Sub ejus nomine item extant *Octo Rabbinorum Commentaria in Pſalm. CXIX.* Ibid. 1610. vel 1620. in 4. Hæc Patris eſſe ſuſpicatur *Longus*.

de AQUINO vel AQUINAS (*Philippus*) Gallicè *Dacquin* vel *Daquin* à quibuſdam dictus. Patriâ fuit Avenionenſis, vel Carpentoractenſis, natione Gallus. Ex Judæo Chriſtianus factus eſt in urbe Aquino regni Neapolitani, unde nomen ſumpſit, R. *Mardochæus* antea dictus. Hebraicæ Linguæ Pariſiis privatus Profeſſor evaſit, cujus peritiâ potiſſimum excelluit, & à Clero Gallicano annuo ſtipendio donatus eſt. Claruit Sec. XVII. & obiit circa annum 1650. De eo ita *Simeon Muiſius* in hæc verba Pſalm. XXXV. 14. *Quaſi lugens Matrem* &c. » Cùm hic hærerem dubius, *Philippus Aquinas*, è Judæo Chriſtianus, vir raræ & » exquiſitiſſimæ in Hebraicis literis doctrinæ, & quem » nunquam fruſtra conſulas, forte venit ad me vi» ſendi gratia, & venit quidem optatus. Ille, ſtatim » atque de re communicavi, ut ſingulos Bibliorum » verſus, imò & voces ſingulas in numero habet, » ac tanquam digitos tenet, indicavit locum ex *Eſ.* » *LXVI.* 13. à me quidem aliàs obſervatum, ſed tum » ut ſit non ſuccurrebat, qui ſic habet: *Quomodo* » *aliquem Mater ſua conſolatur, ita ego conſolabor vos*: » quo ex loco intelligere eſt præcipuas in conſolando » partes matrem obtinere.

Valerianus autem *de Flavigny* in Epiſt. de Hepta-

plis Pariſienſibus, de Hebræo contextu judicat eſſe eum infeliciſſimum; » tot ac tantis, *inquit* conſpurcatum maculis atque ſordibus, obſtetricantibus im» puriſſimis manibus *Philippi Aquinatis* Avenionenſis, » ex Judæo Chriſtiani, ut à planta pedis uſque ad » verticem non ſit in eo ſanitas.....

» Quis neſcit è noſtratibus, » inquit inferius, *Philippum* non fuiſſe capacem & idoneum, qui laborem » tanti ponderis ac momenti ſuſciperet. » Addit ille » *Aquinatem* ita deſtitutum fuiſſe omnibus præcep» tionibus grammaticis, & aliis adminiculis ad hoc » opus adornandum neceſſariis, ut etiam coactus fue» rit filium (*a*) ſuum adhuc tyronem & immaturum » accerſere, & eum à jocis puerilibus ad emendanda » ſpecimina typographica tranſmittere (*b*).

Scripta:

1. *Radices Linguæ Sanctæ, ad formam Cubi Hutteriani.* Pariſ. 1620. in 16.

2. *Theologia Myſtica Quæſtiones X. & ex Rabbinis excerpta quædam quibus Orthodoxæ Fidei articuli defenduntur.* Ibid. 1620 (*c*).

3. *Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho tredecim modi* ab *Aquinate* expoſiti. *Ibid.* 1620. in 4. ſub nomine *Joannis Arnoux* ſeu *Arnulphi* Soc. Jeſu. Librum hunc recudit *David Millius* in Catalectis Rabbin. *Trajecti ad Rhen.* 1728. in 8.

4. *Diſcurſus de Tabernaculo & Caſtris Iſraëlitarum.* Ibid. 1623. in 4. Gallice.

5. *Expoſitiones literales, allegoricæ & morales Tabernaculi quod Deus Moſi conſtrui juſſit, item Veſtium Sacerdotalium, & modi quo in lege veteri conſulebatur Rationale, unàque forma Sacrificiorum Judaicorum; ſingula diligenter collecta & fideliter traducta è doctrinibus antiquorum Autorum Hebræorum; cum Diſcurſu de Campo Iſraëlitarum, ac deſcriptione Gemmarum Rationalis Summi Sacerdotis, ad calcem additâ pro ſecundâ Editione ab Autore reviſâ.* Ibid 1624. in 4. Gallicè.

6. *Interpretatio Arboris Cabbalæ, ejus icone locupletata, ex antiquis Hebræis Autoribus depromptâ.* Ibid. 1625. in 8.

7. *Dictionarium Hebræo-Chaldæo-Talmudico-Rabbinicum* ſub tit. *Digerens Digeſta.* Ibid. 1629. fol.

8. *Sententiæ Morales antiquorum Hebræorum, cum tredecim modis quibus utuntur in vertendis Bibliis.* Ibid. 1629. in 8.

9. *Lacrymæ in obitum Ill. Card. de Berulle.* Ibid. 1629. in 8.

10. *Bechinas Olam*, ſeu *Examen mundi*, R. *Jacob Badreſchi*. Gallicè vertit.

11. *Patrum Eccleſiæ Judaicæ Apophtegmata*, quæ collegit R. *Simon* filius *Gamalielis*, ex Hebræo Italicè verſa.

12. *Coruna Monocerotis* item interpretatus eſt (*d*).

Fuit autem noſter *Gilberti Gaulmini* Præceptor, ut hæc ejus verba docent. De Oraculi genere גורל dicto *Integrum MS. Librum*, inquit, *ad Libros de Vitâ & Morte Moſis* p. 305 *ex* Philippi Daquin *Præceptoris olim mei* νυχθημερινῶς *deſcripſimus.*

Joh. Bourdelotius Præf. in 4 Pſalmos Hebræo-Latinos ita loquitur: » Ad rhytmicam proſam tranſeo, » quæ virum eruditiſſimum *Thomam* (lege *Philippum*) » *Aquinum* authorem aſſerit, qui Paraphraſim meam » Latinam, ut hoc Opus haberet majeſtatis ſuum » pondus, ad Poëſeos Hebraicæ ſtudium tranſtulit.

De utroque *Aquinate* vid. *Balis* Diction. *Colom.* in Gallia Orient. *Le Long* p. 612.

da

(*a*) Hoc de *Ludovico* ſupra laudato procul dubio intelligendum. (*b*) Vid. *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 32. ubi de Bibliis Polyglottis *Mich. le Jay*, quibus edendis operam dedit inter alios noſter *Aquinas*: cui nimium infenſum fuiſſe *Valerianum*, ac proinde iſta triſtis crimine reum pronunciat *Longus*; qui iracundum ejus in Editores Pariſienſes animum tranſire probat. (*c*) Lipen. f. 99. (*d*) *Allard. Uchtmannus* ad Examen mundi R. *Jacob Badreſchi* p. 282.

Digitized by Google

de AQUINO (*Thomas*) Clericus Regularis Neapolitanus, cujus extant ex *Toppio* p. 290.

1. *Chriſtæ transfiguratus*, ſive *Libamentum Beatitudinis.* Neap. 1654. in 12.

2. *Vinea Chriſti*, ſive *Politica Eccleſiaſtica.* Lugd. 1647. in 4.

3. *Evangeliorum Quadrageſimalium.* Decad. I. Pars I. *Romæ* 1647. Pars II *Neap.* 1653. fol.

de AQUINO (*Thomas*) alius, Dominicanus, qui in Actis cap. gen. Romæ A. 1644 Baccalaureus inſtitutus, tum & poſtea laureâ donatus eſt, typis dedit Italicè, ut ex *Toppio* habet *Echardus* Tom. II. p. 585.

Vitam S. Dominici. Neap. 1656. in 12.

de AQUINO (*Thomas*) Hiſpanus, Bæticus, Dominicanus Cœnobii S. Pauli Hiſpalenſis, qui ab *Antonio* in Bibl. Hiſp. indeque apud *Echard.* Tom. II. p. 541. laudatur, Author eſt duorum librorum

1. *Expoſitio Fidei.* Hiſpali 1644. Hiſpanicè.

2. *De inſtructione Ordinandorum.* Ibid.

De *S. Thoma Aquinate* dicemus verbo S. THOMAS.

AQUIS (*Theodoricus* de) natione Germanus, Carmelita Colonienſis, Doctor Theologus, electus Provinciæ Narbonæ Prior Provincialis, Avenione Cavarum in Capitulo Generali A. 1451 celebrato. deinde continuatus A. 1454 & 1457 & Turioni ad Rhodanum A. 1460 præfuit uſque ad annum 1463. ac denuò in Comitiis Provincialibus Carcaſſonæ eod. anno celebratis, iterum confirmatus: ſed paulò poſt deceſſit (*a*). Veriſimiliter ille eſt qui ſcripſit *Vitam S. Alberti* (b) quam ex Autographo deſcripſit R. P. *Jac. Emans* Exprovincialis Allemaniæ inferioris, ut ipſe reſtatur in Epiſt. Aquiſgrano data die 7 Sept. 1663. ubi fatetur, ſtylum Auctoris eſſe ſimplicem, ſed indulgendum ſimplicitati & humiliati ſeculi iſtius, ſcil. XIVmi; hanc enim *Vitam* conſcripſit *Theodoricus* circa A. C. 1394. Hunc autem ex familia de *Lurzenraib* oriundum eſſe exiſtimat *Emans*, & more veteri ſe non ex familia, ſed ex loco originis nominaſſe *de Aquis*, quia Aquiſgrani natus erat. Hæc Vita etiam extat in Codice MS. Conventûs Mechlinienſis, cui nomen Auctoris adſcriptum non eſt (*c*).

(*a*) *Lud. Jacob* in Deſcript. Provinciæ Narbon. *cap.* 2. citante *Daniele à Virgine Maria* in Spec. Carmel. *Tom. II. p.* 1099. n. 3893. (*b*) De eo vid. ſup. *p.* 205. (*c*) *Daniel* p. 624 & 625. n. 2165.

AQUISGRANENSE Concilium I. x. Cal. *April.* anno 789 ſub *Carolo Magno*, in Palatio Regio habitum. Synodum enim eo loco & tempore habitam fuiſſe, dubitari non poteſt. Extant de Diſciplinâ & Regimine Eccleſiæ *Capitula LXXXII.* Caroli M. juſſu condita, ſub titulo *Capitularis Aquiſgranenſis* Conc. Tom. VII. pag. 966. Subjiciuntur ad Monachos *Capitula XVI.* eodem loco & tempore facta, Alia *XXI.* de rebus partim Eccleſiaſticis, partim Politicis, *ibid.* p. 988.

In Canone XX hujus Concilii citantur libri Canonici, quales agnoſcunt Proteſtantes; nulla ſolummodò fit mentio Apocalypſeos.

AQUISGRANENSE Concilium II. an. 797. v. Cal. *Novembr.* à Carolo M. ejuſque Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus habitum. Extat *Capitulare* de Rebus Regni & Eccleſiæ, *Capitula XI* complexum, *Conc. Tom. VII. p.* 1134. In eodem Conventu, ſaltem eodem anno editum eſt aliud ejuſdem *Capitulare de partibus Saxoniæ*, quod XXXIII. Capitula continet, *ibid.* p. 1131. Poſt hæc ſequitur *Theodulfi* Aurelianenſis *Capitulare* ad Parochiæ ſuæ Sacerdotes, quo XLVI documenta ad plebem inſtruendam neceſſaria Presbyteris traduntur. In eâdem etiam Synodo Aquiſgranenſi de Monaſterio S. Pauli Romæ conſtruendo agebatur. Vide quæ habentur *ibid.* in Append. *p.* 1857.

AQUISGRANENSE Concilium III. an. 799 à Legato Pontificio, & LVII Epiſcopis, in Palatio Regio coactum. In quo *Alcuinus* cum *Felice* in hæreſin relapſo congreſſus eſt, qui hominem convictum ad Fidem Catholicam reduxit. De hâc Synodo agit ipſe *Alcuinus* adverſ. Elipand. *lib. I.* Vide etiam Conc. *Tom. VII. p.* 1151. Extat item *Felicis* Urgellitani *Confeſſio Fidei*, in hâc Synodo facta, *ibid.* in Append. *p.* 1858. Synodi cujuſdam Ratiſponenſis, hoc circiter tempore habitæ, ex Caroli M. Capitularibus meminit *Ph. Labbeus.* Vide ejus obſervationem *ibid.* p. 152.

AQUISGRANENSE Concilium IV. ann. 802. Menſe *Octobr.* ſub Carolo M. habitum. In quo, de præſtando Imperatori ab omnibus Sacramento, & de Diſciplinâ Eccleſiaſticâ Clericorum & Monachorum, ut Clerici juxta Canones, Monachi juxta Regulam S. Benedicti viverent, actum eſt. Vide quæ ex Chronico Moiſſiacenſi & Dionyſiano habentur Conc. Tom. VII. in *Append.* p. 1863. Ex Capitulis à Carolo hoc tempore editis, ſex ad res Eccleſiaſticas pertinentia excerpſit *Sirmondus*, ad quæ paucula etiam notavit *Car. Cointius* ad annum 802. *Tom VI. p.* 776.

AQUISGRANENSE Concilium V. anno 809. menſe *Novembri* celebratum. In quo, quæſtionem movente *Joanne* Monacho Hieroſolymitano, pro Proceſſione Spiritûs S. tam à Patre quàm à Filio judicatur, & *Bernarius* Wangionum, *Aſius* Warmantiæ Epiſcopi, & *Adalhardus* Abbas Corbeienſis, Legati hâc de re ad *Leonem* Pontificem miſſi ſunt, qui quid præſtiterint, ipſius Legationis Acta nos docent, relata in Conc. *Tom. VII. p.* 1194. His ſubjecta eſt *Caroli M.* Epiſtola de eadem re, per eoſdem Legatos miſſa. Plurima ad hanc Synodum ejuſque Acta, erudita lectuque digna notavit *Cointius* Annal. *Tom. VII. p.* 117. Meminit hujus Concilii Annalium Francorum auctor ad ann. 809. p. 20. & auctor Vitæ *Caroli Magni* p. 274. qui in eodem Concilio multa de ſtatu Eccleſiarum & conſecratione Clericorum agitata eſſe refert.

AQUISGRANENSE Concilium VI. anno 816 ſub *Ludovico Pio* celebratum. In quo conditum eſt *Opus Regularum* de Canonicis & Sanctimonialibus, in duos libros diviſum. Prior agit de Inſtitutione Canonicorum, *CXLV Capitula* complexus; poſterior de Inſtitutione Sanctimonialium, continetque *Capitula XXVIII.* Extant Concil. *Tom. VII. p.* 1307. Sequuntur *Ludovici Pii* ad *Sicharium* Burdigalenſem, & *Magnum* Senonenſem Epiſtolæ II. *Chrodegangi* Epiſcopi Metenſis *Regula*, ut & alia Canonicorum *Regula* ab Anonymo quodam interpolata *ibid.* p. 1445. Denique *Ludovici* Pii *Capitulare*, poſt Synodum Aquiſgranenſem editum, quo *Capitula XXX.* de diſciplina Eccleſiaſtica continentur *ibid.* p. 1478. Extant etiam *Hetti* Archiepiſcopi Trevirenſis *Epiſtola II.* ad hanc Synodum pertinentes *ibid.* in *Append.* p. 1865. Notandum eſt, anno ſequente habitum eſſe Aquiſgrani Conventum Abbatum Franciæ unà cum Monachis ſuis. In quo de Regularium Inſtitutione edita ſunt *Capitula LXXX.* Habentur *ibid.* p. 1505. Vide quæ de his, ſaltem de ſuperiori Synodo, prolixè refert Auctor Vitæ Ludovici *p.* 368.

AQUISGRANENSE Concilium VII. ſeu *Placitum* ſeu *Conventum* vocaveris, anno 828 à *Ludovico Pio* privatim habitum: in quo, ut & ſequenti anno, plurima de diſciplinâ Eccleſiaſticâ Capitula edita ſunt. Extant Concil. *Tom. VII. p.* 1577. Vide & *Cointium* Annal. *Tom. VIII. p.* 3.

AQUISGRANENSE Concilium VIII. anno 836 magno Epiſcoporum concurſu, *Ludovici Pii* juſſu, congregatum. Acta hujus Synodi duas continent partes. Prima pars, quæ tribus capitibus abſolvitur, agit de Vitâ Epiſcoporum, & habet *Canones XII.* Secunda, de Doctrinâ Epiſcoporum *Canones XII.* & de Vitâ & Doctrinâ Abbatum & Clericorum *Canones XVI.*

XVI. Tertia de Perſonâ Regiâ , ejuſque filiis & miniſtris , eorumque officiis , *Canones XXV.* Altera hujus Synodi pars continet *Capitolo* ad *Pipinum* Regem tranſmiſſa , S. Scripturæ auctoritatibus & teſtimoniis confirmata, in tres libros diviſa ; Primus habet *Capitula XXXVIII.* Secundus *XXXI.* Tertius *XXVII.* Extant hæc omnia Conc. *Tom. VIII. p.* 410.

AQUISGRANENSE Concilium IX ann. 842 coactum. In quo *Lotharii* Imp. Regnum ſuum relinquentis cauſa ſub examen revocatur. Vide quæ hac de re ex *Nithardi* lib. IV. referunt Conciliorum Editores *Tom. VII. p.* 1781. Eodem , ut videtur , anno habita eſt Synodus Bituricenſis , in quâ *Ebbonis* Rhemenſis Depoſitio approbata eſt. Vide quæ ex *Hincmaro* Rhemenſi referunt Conciliorum Editores *Tom. VII.* in *Append.* p. 1874.

AQUISGRANENSE Concilium X. ann. 860. Id. *Januar.* deinde & alterum ibid. menſe *Febr.* habitum. In utroque de causâ *Theutbergo* Lotharii Regis Uxoris adulterii accuſatæ, & de Divortio exinde facto , actum eſt. Videndi præ aliis *Hincmar.* lib. *de divort. Lotharii & Theutberg.* & Annales Bertiniani ad ann. 860. Extat etiam *Epiſtola Synodalis* ad *Nicolaum* de hujus Synodi geſtis *Conc.* Tom. VIII. p. 697.

AQUISGRANENSE Concilium XI. anno 862. 3 Kal. *Maii* coactum. In quo *Theutbergæ* cauſa in medium iterùm prolatâ , *Lothario* , ut aliud conjugium iniret , permiſſum eſt. Extant *Capitula X.* aliaque ad hanc cauſam & Synodum ſpectantia *Conc.* Tom. VIII. p. 739.

AQUISGRANENSE Concilium XII anno 1022. In quo controverſia inter *Pilgrimum* Colonienſem & *Durandum* Leodicenſem , de ſubjectione Monaſterii Burcitani dirimitur. Vide *Conc.* Tom. IX. p. 853.

De bis XII Conciliis *Cave* in Hiſt. Liter.

de AQUISGRANO. Vid. GUILLELMUS.

AQUITANUS. Vid. PROSPER.

AQUIVANI (*Anton. Joannes*) cujus extat *Tractatum de Schiſmate.* Duaci 1603 (†).

(†) Tab. Univ. Autorum Eccleſ *Tom II. p.* 1447.

ARABI , aliàs IBEN , ſeu EBEN (quæ filium notant Arabicæ linguæ vocabula) Andaloſenus , cujus hæc laudantur opera :

1. *De occulto rerum receſſo.* Qui liber extat in Leidenſi Bibliotheca , ut ex ejus catalogo apparet , p. 192.

2. *De inſpiratione divina gemmo ſcientiarum* , ſeu *de diverſimodo divini numinis afflatu.* Quod opus extare cum *Davidis* Cæſareenſis commentariis affirmat *Hottingerus* Bibl. Orient. lib. 3. par. 2. cap. 2. pag. 202.

3. *De ſapientia inſpirata.*

4. *De Diſpoſitionibus divinò in reoſtitutione imperii humani* ; hoc eſt , *de Providentia Dei* , aliàs *de Divino rerum humanarum regimine* , ut in Catal. Leid. in quo liber De ſapientia inſpirata , *Mohiddin Ibn-Arabi Hatemi Taji Andaloſii* nomine inſcriptus eſt. » Theologica & Philoſophica hæc omnia , inquit *Nic. Antonius* (a) , » & quæ ſi ſanè tractentur , com» municari digniſſima ſunt hominibus noſtris , ut » agnoſcant non aliud his ſectariis Muhammedis , » niſi fidei lumen , defuiſſe.

Forte cum his operibus concidunt Tebritii *ſcholia in librum dictum* Gemmam ſapientiæ *Ibo El Arabi* , nec non & *Tebritii* Commentaria in *Ibnol Arabi* Theologiam Scholaſt. quorum ut in eadem Leidenſi Biblioth. ſervatorum meminit ejus Catalogus, in quâ & extant Notæ *Ibn Arabi* in poëma myſticum *Boſirida* Ægyptii. Nec non & *Abdi Aphendi* Commentaria in poëma *Ibnol Arabi & Taji El Hatemi El Andaloſi.* Nec forte diſcedimus ab eodem auctore quum *Tajil Andaloſii* contra Sophos librum , præcipuè in quæſtionibus *de Dei eſſentia* , ibidem extantem laudamus.

(a) Bibl. vet. *Tom. II. p.* 240. ubi de Script. Arab Hiſp.

Autor iſte obiit A. C. 1240. Alia ei tribuuntur ſcripta:

1. Liber *Theologiæ Myſtico* , A. C. 1229 ſcriptus, ſub tit. *Foſſom Alhecam* , (Annuli quos digitis ſemper gerere debent Judices & Gubernatores.) Reperitur in Bibl. Regis Gall. n. 625.

2. Compendium operis *Kaſchi* Conſtitutionum & Regularum vitæ Muſulmanorum. Ibid. n. 641.

3. Kimia al-Saadat (*Chymia Felix*). Tractatus eſt de profeſſione fidei , quoad unitatem Dei.

4. Al-Abadith al Codſiah (*Traditiones Sanctæ*) quæ ad civitatem ſanctam ſpectant , Hieroſolymam ſcilicet ac totam Palæſtinam.

5. *Offoul al Zairagiah* &c. ſive de ſignificatione myſterioſa literarum atque ex iis divinatione.

6. *Mrrat al Maani* : Speculum myſticum.

7. *Eſro ela Mecam al Uſſara* , Iter ad locum captivorum , i. e. eorum quibus Deus vi & efficaciâ gratiæ ſuæ , libertatem quodammodo adimit.

8. *Arbaio Motabainat* , XL. Traditiones clariores & magis authenticæ.

9. *Divao Saghir* , Sacri Cœtus. (*b*).

(*b*) vid. *Herbelot.* Bibl. Orient. & ex eo *Moror.* Diction.

ARABIANUS vel *Brabianus.* Claruit ann. 196 & de *Chriſtiano Dogmate Opuſcola* edidit. N. E. De his aliiſque vide *Euſeb.* l. 5. c. 27. *Hieron.* de Script. cap. 51. &c. * *Cave* Hiſt. Liter.

ARABICI Sectarii in Arabia exorti Sec. III. circa A. 207 qui docebant animas hominum cum corpore morituras , & cum eo reſurrecturas fore. Quis primus hujus dogmatis Autor fuerit ignoratur : verum adverſus eos actum eſt in Concilio Arabico A. 246 vel 247 congregato , eoſque ad fidem revocavit *Origenes.* Vid. *Aug.* de hær. c. 83. *Euſeb.* VI. 36 & 37. *Niceph.* V. 23. *Prateol. Baron* &c.

ARABSCHAH *vel* Araſchab *Ahmed Ben Mahomet* , idem de quo ſup. *p.* 171. Doctor celebris inter Muſulmanos , Damaſco oriundus , obiit anno Heg. 854 C. 1450. Huic item tribuitur Tractatus *de Unitate Dei* hoc tit. *Erſchad al moſid bel taouhid.*

ARACHIEL (*Cacciaturm*) Miſſionarius Apoſtolicus Armenus , cujus extat

Summa breviſſima univerſalis Theologiæ , Speculativa , Dogmatica , Poſitiva , Moralis , &c. *aſſertivâ locutione compoſita.* Romæ , typis Hier. Mainardi , 1726,4.

Rev. Autor in Dedicatione ad Cardinales Sacræ Congreg. de propaganda fide , docet ſe Romam ab iis vocatum eſſe ad prædicandum anno Jubilæo verbum Dei in lingua Armena , & ad docendos Chriſtianam doctrinam Armenos , hoc Jubilæo Romam confluentes , eorumque audiendas confeſſiones pœnitentiarias. Id dum fecit ſtrenuè , ſimul compoſuit Theologiam hanc Scholaſticam , ſimpliciſſime ejus dogmata cùm ſpeculativa , tum moralia , proponens , & verboſo dicendi genere lectoribus inculcans .

Cùm autem non eruditis ſcriptus ſit hic liber, ſed Scholaſticæ Theologiæ tyronibus , non eſt quod ejus deſcriptioni immoremur : verum ut methodus Autoris cognoſcatur , tria Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1727. *p.* 420. capitula (†) exhibent , non dubitantes , ajunt , his lectis noſtros lectores ſecum cogitaturos eſſe : *Ohe , jam ſatis eſt.*

(†) *Sunt* §. *I. Cap* I. de definitione Theologiæ : §. *I. Cap. LXXII.* de locutione cum Mariâ : Exordium *Cap.* C. & ultimi de Paradiſo.

ARADILLAS (*Alphonſus Gonzalez* de) Hiſpanus, in Sacra Illipulitana Æde Urbis Granatenſis (quam *Petrus Caſtrim* Antiſtes tùm hujus , tùm Hiſpalenſis Eccleſiæ inclytus conſtruxit ,) olim Canonicus , deinde Artobricen[illegible]a , ſive , ut Romano utar nomine, Arcenſium Coloniæ Parochus , typis mandavit

1. *Exercicios del Roſario de la Virgen.* Hiſpali , 1622. 8.

2. *Cartilla eſpiritual y divina, Primera parte.* Granatæ, apud Vinc. Alvarez, 1643. in 8. Dialogus eſt inter Chriſtum Redemptorem, & Animam hominis, quo, alphabeti ſerie, beneficia verſis nos divina recenſentur. Alteram partem promiſſam ab Autore, nuſquam produiſſe credit *Nic. Antonius.*

de ARAGON & BORJA (*Alphonſus*) Hiſpanus, Auguſtinianus Sodalis, atque Eccleſiaſtes in Collegio Matritenſi, quod Maria Aragonia proximo ei gradu cognata piè conſtruxerat, ſcripſit, teſte *Nic. Anton.*

Vida de la Bienaventurada Ritta de Caſia. Matriti, 1618. 4. ex antiquioribus hujuſce argumenti Scriptoribus *Joan. Georgio de Anucis, Auguſt. Covellutio, Onuphrio Martino,* ac *Hieronymo de Gheriis,* omnibus Auguſtinianis.

ARAGON (*Ferdinandus Ximenez* de) Luſitanus, Olyſſiponenſis, Archidiaconus *Sta Chriſtina* in Bracharenſi Eccleſia, dedit carmine & proſa contextum opus ſic nuncupatum ex *Nic. Anton.*

1. *Riſtauraçaõ ò renovaçaõ do homem.* Olyſſipone 1608. in 8. Poſteaqua

2. *Doutrina Catolica pera Inſtrucçaõ o confirmaçaõ dos Fieu, o extinçaõ das ſeitas ſuperſticioſas o em particular do Judaiſmo.* Ibid. 1625. in 4.

ARAGON (*Johannes Pizarro* de) Hiſpanus, *Truxilis* ortus, Calatravenſis eques, ingenua eruditione, moraliſque doctrinæ præceptis eleganter inſtitit in eo libello, quem ita inſcripſit

1. *Diſcurſos de la Raçon.* Matriti 1619. 8. Hæ ſunt Epiſtolæ quorumdam vitiorum ad virtutes, harumque invicem ad vitia mutuò datæ, ſtylo nempe rationia exaratæ Navabat in alio libro operam, cùm hos diſcurſus emiſit foras, ſic indigitato,

2. *Eradicion de Reies y privados.* * Nic. Anton.

ARAGON (*F. Petrus* de) Hiſpanus, Salmanticenſis, Auguſtinianus Theologus, in patriæ urbis Academia doctrinæ Scoticæ Profeſſor, cùm & in Aragonia *Oſca* hoc idem munus docendi Sacram ſcientiam priùs geſſiſſet. Publicavit volumina duo ex commentariis Academicis trium inſignium, quos audierat, diſcipulus, Præceptorum ejuſdem familiæ Auguſtinianæ, *Ludovici* nempe Legionenſis, *Joanni Guevara,* atque *Petri de Uzeda,* quod ipſe ingenuè profeſſus eſt, nimirum

1. *In IIdam IIdæ Sti Thomæ, de Fide, Spe & Charitate.* Salmant. 1584. fol.

2. *In IIdam IIdæ de Juſtitia & Jure.* Venetiis 1595. Lugduni 1596. fol. rurſus Venet. 1625. edente *Ang. Vantio* Ariminenſi.

3. *Comment. ac Diſp. in III Partem, de Myſteriis Vita Chriſti, & utriuſque Adventus.* Venet. 1600 (*a*).

Capitulo Generali Romæ celebrato A. 1575 interfuit. Vivebat anno 1596. (*b*). Obiit in Salmantina domo, quæ prima eum ſodalem Eremitarum ſuſcepit (*c*).

(a) *Lipen.* II. 857. (b) *Elſſius* pag. 560. (c) *Nic. Anton.* Tom. II.

ARAGONA (*Alphonſus* de) Soc. Jeſu, natione Italus, domo Neapolitanus, natus A. 1585. Societatem ingreſſus eſt A. 1602. ſtudiaque omnia in patria confecit. Anno 1616 navigavit in Paraquariam. Biennio in Urbe Aſſumptionis pueros ad rudimenta Latinitatis inſtituit. Verùm cùm A. 1629 vaſtam Vruaii Provinciam Deus Evangelio aperiret, deſignatus eſt *Alfonſus,* qui ad eam gentem P. *Rocho Gonzalez* comes iret. Unum ibi cœtum Indorum ſub *Conceptionis* nomine adminiſtravit; quid autem laborum ſuſtinuerit, enarrare non aggredior. Ex iis morbum contraxit, quo in dies ingraveſcente mortuus eſt in Collegio Aſſumptionis die Junii 10. dicti anni 1629. Vir inprimis pietate celebris, cujus virtutes celebrat *Alegambius* p. 16. SCRIPSIT idiomate Guarano, in Paraquaria uſitato, *Sermones ad populum, Dialogos de Sacramentis, & aliis Fidei myſteriis,* & alia quædam.

ARAGONA (*Joannes* de) Siculus, SCRIPSIT Italicè ex *Octav. Caetano* (a) & *Joſ. Perdicaro* (b) apud *Mongit.* Tom. I. p. 322.

Vitam S. Coni.

(a) *Tom. II. SS. Sicul.* in Animadv. *p.* 67 (b) *Vita SS. sicul.* p. 270.

ab ARAGONIA (*Alfonſus*) FERDINANDI V Regis Hiſpaniarum filius, Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, natus A. 1470. denatus A. 1510. Conſtitutiones Provinciales ac Synodales, quas prædeceſſores ſui ab A. D. 1318 uſque ad A. 1495 ediderant, collegit, obſervarique à Clero præcepit A. 1498. Quas *Martinus V* Pontificatûs ſui anno 14 confirmavit, Cæſarauguſtæ impreſſas An. 1510. in 4. Idem duorum Synodorum à ſe Cæſarauguſtæ celebratarum Conſtitutiones edidit, ibidem excuſas A. 1520. vel 1530. in 4. Hæc *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p. 96. Moreri.*

de ARAGONIA (*Simeon Tallavia*) S. R. E. Cardinalis, natione Siculus, *Caroli de Aragonia* Terrænovæ Ducis, Vetranæ Principis, & Avolæ Marchionis filius, A. 1550. die 20 Maii in oppido paternæ ditionis Vectiano ortus, anno ætat. 17 in Hiſpaniam miſſus, in Complutenſi Gymnaſio in Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudium ardenter incubuit, feliciterque progreſſus, lauream utriuſque facultatis magnâ omnium laude Princeps juvenis adeptus eſt: Eum anno ætat. 33 purpurâ decoravit Papa *Gregorius XIII.* Deinde Epiſcopus Albanenſis ac Sabinenſis creatus eſt. Magnâ apud *Urbanum VII* & *Greg. XIV* gratiâ & auctoritate polluit. Multis virtutibus clarus, cùm quinquies Pontificiis Comitiis interfuiſſet, Eccleſiæ Panormitanæ in Sicilia deſignatus Præſul, & Epiſcopus Sabinus, die 20 Maii A. 1604 Romæ quinquagenario major ſupremum diem obiit. EDIDIT præclaras *Conſtitutiones* pro Cleri & populi reformatione, *Sermones* item *Sacros* in Synodis habitos: *Explanationem nonnullorum Decretorum Pontificiorum.* Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. V. Cap. XXXIII.*

ARALDUS (*Joannes Franciſcus*) Soc. Jeſu, natione Italus, vir pietate illuſtris vixit Sec. XVI. Is inter primos de Societate Neapolim ad ponenda Collegii fundamenta duce ac Rectore *Andrea Oviedo,* venit anno 1551, ubi ſingulare obedientiæ ſuæ ſpecimen præſtitit. Reliquam ætatem ad annos 58 ibidem exegit per omnem virtutem, multaque conſcripſit tum ſuæ, tum alienæ induſtriæ volumina, quæ in Profeſſorum domo, (in quâ A. 1599 die x. Maii obiit *Araldus*) ſervari teſtatur *Alegambius* p. 242. EDIDERAT jam olim

Compendium doctrinæ Chriſtianæ, Neapoli.

R. ARAMAH. Vid. ISAAC.

ARANA (*Antonius* de) Hiſpanus, Societ. Jeſu Sacerdos, edidit proprio idiomate, ut ex *Alegambio* habet *Nic. Antonius,*

Vida del Padre Andres de Oviedo de la Compañia de Jeſus, Patriarca de Ethiopia.

de ARANA (*Joannes Anaſtaſius*) Navarrus, Pampilonenſis, Carmelitarum Ordinem in patria urbe profeſſus, Philoſophiam ſodales docuit, indeque tam ibi, quàm Cæſarauguſtæ Theologiam, laureâ hujus facultatis ornatus. Definitor, ut vocant, fuit Aragoniæ Provinciæ, obitque Rector deſignatus Collegii S. Joſephi Regiæ iſtius urbis, immaturâ morte præreptus. 19 Maii 1663. SCRIPSIT, teſte *Nic. Antonio,*

Summulas morales, duabus partibus; quæ editæ ſunt anno 1667. apud Joannem de Ibar.

F. ARAÑA (*Thomas*) Luſitanus, Dominicanus, vir doctus & Prædicator egregius, S. Theologiæ Lector Primarius in Conimbricenſi Collegio, Magiſterii lauream meruit in Actis cap. gener. Rom. 1644.

Laudatur

Digitized by Google

Laudatur à *Joanne de Brito* in ſuo Theatro Luſitaniæ litterario MS. ut qui ſcripſerit edideritque *Sermones* aliquos, quos cum ſummo auditorum plauſu habuit. Hos in Belgio apud Sodales ſe vidiſſe teſtatur *Echardus* ad A. 1634.

1. *Sermaõ do Sant Jago Mayor Padron de Eſpaña que predico en Lisboa en la commenda de ſant Jago anno de 1644.* Olyſſipone, eod. anno in 4.

2. *Sermaõ do San Lucas que predico 1644 na Ygleſia d'Annunciada*, Ibid eod. anno in 4.

ARANDA (*Antonius* de) Hiſpanus, Franciſcanus, Caſtellæ Provincialis Præfectus, Mariæ Hungarorum & Bohemorum Reginæ, & Joannæ Luſitaniæ à Confeſſionibus, pietatis nomine commendatiſſimus, circa annum 1530 Hieroſolymam petiit, unde reverſus, hujus deſcriptionem Hiſpanicè litteris tradidit hoc tit.

1. *La verdadera deſcripcion de la Tierra Santa, como eſtava el año de MDXXX* Compluti 1531 in 8. ac rurſus 1563 & 1587.

Præterea ſcripſit

2. *Lachrymas B. Virginis* ſive *Tratado ſobre las ſiete palabras, que ſe leen en el Evangelio aver dicho nueſtra Señora.* Compluti 1557. 8.

3. *Lachrymas Montis Calvarii* ſive *Loores del digniſſimo lugar del Monte Calvario, en que ſe relata todo lo que N. S. Jeſu Chriſto hizo y dixo en el.* Compluti 1551. 4.

4. *Vitam Cardinalis Ximenez Archiepiſcopi Toletani*, Hiſpanicè quoque. Hanc ſequutus eſt, Anonymi Auctoris nomenclaturâ donatam, *Franciſcans* ſcilicet *Turrilacuenſis*, *Alvarus Gomez* in *Rebus* illius geſtis. *Turrilacuenſis* ergo patriâ fuit, inquit *Nic. Antonius.*

ARANDA (*Ludovicus* de) Hiſpanus, Ubetæ, quæ Bæticorum urbs eſt, conſtitutum habebat domicilium ſcribens teſte *Nic. Antonio*,

1. *La Gloſa de Moral ſentido en proſa, a las coplas de D. Jorge Mantrique.* Pinciæ 1552. in 4.

2. *Gloſſa a los Proverbios de Don Jñigo Lopez de Mendeça, y a XXIV. Coplas de las Trecientas de Juam de Mena*, verſibus. Granatæ, 1578. 8.

ARANDIGA (F. *Michael* de) Aragonenſis, ex Sodalibus SS. Trinitatis, domûs S. Salvatoris de Fraga Præfectus, ſcripſit Sec. XVI.

Relaciones del Santuario de la Igleſia de S. Salvador de la Villa de Fraga; quorum meminit *Vincentius Blaſcus* parte I. Hiſt. Arag. *lib. V. cap.* 28. citante *Nic. Antonio.*

ARANEUS (*Clement*) Ord. FF. Prædic. Dalmata, patriâ & profeſſione Raguſinus, eximius Theologus circa medium Sec. XVI claruit, eruditione multiplici, dicendique facundia illuſtris, quem ex Congregatione Raguſina in Provinciam Lombardiæ, & in Cœnobium Piſaurenſe per affiliationem, ut loquuntur, tranſlatum fuiſſe narrat *Rovetta* ad A. 1547.

SCRIPTA:

1. *In IV Libros Sententiarum Commentarii.*

2. *Sacri Sermones pro diebus feſtis à prima Dominica Adventûs ad Cineres, & ſubinde per omnes ferias quadrageſima, ad tertiam feriam Paſcha.* Item *de Verbo incarnato Sermones XXIV.* Item *Sermones LXXXVI de materiis particularibus ad nutriendas virtutes, & ad vitia extirpanda potiſſimum accommodati, multâ doctrinâ, figuris ac moralitatibus ornatiſſimi.* Venetiis 1542. Brixiæ 1586. in 4. Idem eſt opus, quod *Luſitanus* prænotari aſſerit in prima editione, *Quodlibet declamatorum cum ſuis figuris*, vel ſaltem pars ejus poſterior.

3. *Expoſitio cum reſolutionibus occurrentium dubiorum, etiam Lutheranorum errores validiſſimè confutantium ſecundum ſubjectam materiam, ſuper Epiſtolam Pauli ad Romanos.* Venetiis 1547. in 4.

4. *Summa Caſuum Conſcientiæ.* Sic *Altamura*, ſed an edita, an MS. ſilet.

5. *Sermones de laudibus B. Mariæ Virginis*: an verò editi ignoratur.

ARATA (*Auguſtinus*) Siculus, Panormitanus, origine Genuenſis, ex *Mich. Juſtiniano* de Script. Liguris *p.* 7. non patria, ut habet *Oldoinus* in Athen. Liguſt. *p.* 60. nec Genuenſis, & ex diuturna habitatione Panormitanus, ut ſcripſit *Joſeph Galeanus* in Muſis Siculis *par.* 4. *p.* 17. Natus Panormi ex *Jo. Auguſt. Arata* Genuenſe, *Joannettini Doria* S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi Panormitani familiari, & *Virginia Segni* Panormitana, Clericorum Regularium Ordinem ingreſſus eſt Panormi, ubi ſolemnia emiſit vota 16 Januarii 1628. Gravioribus ſtudiis ingenium addixit, ac Philoſophiæ, & Theologiæ tum Scholaſticæ, tum Moralis diſciplinâ fuit inſtructus. Eccleſiaſtes etiam inter eloquentiores eruditione præclarus effulſit. A teneris adhuc annis Muſas coluit, quas licèt exinde prætermiſerit, ut ſeverioribus ſtudiis concederet, attamen ætate maturus iterum Latinis, Etruſcis, Siculiſque carminibus, vel ad excitandam aliorum pietatem, vel ad exornanda aliorum promerita indulſit. Ad ſecreta ſodalitia regenda ſæpius adhibitus, in his ſingularem prudentiam, morum comitatem, ac religioſarum virtutum ſplendorem patefecit. Tandem dum Neapoli contagioſa lues graſſabatur, ibi fato ceſſit anno 1656. Hujuſce laudes vide apud citatos auctores ex *Mongit.* Bibl. Sic. *p.* 85. Edidit vernaculâ linguâ

1. *Canzoni Siciliane Sacre.* In Muſis Siculis *par.* 4. Panormi 1653. in 12. Scripſit etiam

2. *Carmina in laudem Urbani VIII. P. M.* quæ MSS. aſſervantur Romæ in Bibl. Barberina, ex *Juſtin.* cit.

3. *Carmina* alia MSS. apud *Joann. Vincent. Aratam* fratrem, *Clementis IX.* Pont. M. honorarium Cubicularium & Canonicum Baſilicæ Vaticanæ, ex *Oldoino* cit.

De *Jo. Bapt. Arata* vid. inf. *p.* 539. ubi eum per errorem tranſtulit typorum diſpoſitor.

ARATA (*Cænobius* de) natione Italus, vixit Sec. XIV. Literis & pietati unicè vacabat, quam ob cauſam & *Patris* nomen illi tribuebatur. Exigebat domi ſuæ Academiam *Humidorum*, quæ tamen poſtea Cosmi I tempore in Florentinam mutata fuit. Pater ejus Grammaticam publicè docebat Florentiæ, quo demortuo, ejus ſpartam cum laude ſuſcepit filius, & unà cum fratre tantâ fide Scholæ præfuit, ut etiam à *Buoninſegnio* & *Matthæo Villani* honorificum tum temporis *Magiſtri* titulum obtinuerit (*a*). Tanta verò ejus erat exiſtimatio, ut ipſe Carolus IV anno 1355 ei Piſis Lauream Poëticam magnifico ritu imponeret, quâ ornatum univerſa Cæſaris aula per urbem fuit comitata; eundemque honorem ante 13 annos a Senatu Romano etiam obtinuerat. Tandem à Pontifice Innocentio VI Protonotarius Apoſtolicus conſtitutus, Avenione anno ætat. 49 diem obiit ſupremum. Etſi verò è ſcriptis ejus parum ad noſtram ætatem pervenerit, attamen aliquot memorant *Phil. Villani* & *Mich. Pocciantius*, quæ nihil ad nos. Sed inprimis hîc laudandus venit propter verſionem Italicam *Moralium* Gregorii M. *in librum Jobi*, quorum *Tomus I* prodiit *Romæ* apud hær. Corbelleti, 1714. 4. Libros VIII priores *Moralium* continet, quibus VIII priora *Jobi* Capita explicare, ſeu potius ad uſus pios & praxin vitæ Chriſtianæ applicare S. *Gregorius* contendit. Hæc editio debetur curæ & ſtudio Cardinalis *Thomaſii*, qui conſilii comitem ſibi adſcivit Virum doctrinâ & moribus inſignem *Juſtum Fontanini*, qui & corrigendi laborem in ſe ſuſcipere non eſt gravatus. Autor Præfationis, (quæ de libri argumento & Autore, tum potiſſimum de Interprete ejus

(*a*) Maeſtro *Zanobi da Strata* vocatur apud *Villanium* Hiſt. Florent. *lib.* 5. *cap.* 26.

ejus prolixam mentionem facit) ſpicilegium ſibi relictum ratus, Codices adhuc in Bibliothecis latentes indicat, ſimulque obſervet, *Moralia* iſta nunc *Eclogarum*, nunc *Specchi*, nunc *Recreatorii animæ* titulo inſignita deprehendi. Raram verò admodum hactenus fuiſſe hanc verſionem Etruſcam, vel ex eo confirmat, quòd *Dionyſius Sammarthanus* in ſplendidâ Operum *Gregorii M.* Editione Pariſinâ nullam ejus mentionem feciſſet. De ipſo autem Interprete *Cœnobio* è *Matthæi Villani*, & filii ejus *Philippi* Hiſt. Florentinâ (*b*) prolixius diſſeruit Cl. Editor. Cæterùm neque *Villanus*, neque *Poccianus* quicquam de iſtâ *Moralium* verſione commemorant, cujus Autorem eſſe *Cœnobium* ideo forte ignoraverant, quod nec in principio, nec in fine libri ejus nomen legeretur. Neque tamen *Cœnobius* verſionis hujus filum penitus pertexuit, quippe morte præpeditus, tantum libros 29 & ultimi libri capite 18 abſolvit: reliqua ab anonymo fuêre addita (*c*).

(*b*) Extat utraque in *Script. Rerum Italic.* Tom. XIV. Mediol. 1729. fol. (*c*) *Acta Erud.* Supplem. Tom. VI. p. 451.

ARATOR, natione Ligur (*a*), munere Advocatus, poſtea ab *Athalarico* Rege Domeſticorum & Privatorum Comes factus circa ann. 534. Clarus anno 544. quin & diu antea inſignis, quippe qui ante annum 527. pro Dalmatis ad *Theodoricum* Regem legatione functus ſit, ac feliciter confecerit. Relictâ tandem aulâ, ſacris Ordinibus initiatus eſt, ac inter Subdiaconos Eccleſiæ Romanæ cooptatus (b), *Vigilio* Papæ apprimè carus, cui ineunte ann. 541. Poema ſuum nuncupavit. Miris laudibus eloquentiam & facundiam ejus deprædicat *Athalaricus* in Reſcripto, (*c*) quo Comitivæ dignitatem ei largitur. » Genitoris tui, *inquit*, facundiâ & moribus » adjuvaris; cujus te eloquium inſtruere potuit, » etiamſi libris veterum non vacaſſes. Erat enim, ut » ſcimus, egregiè literis eruditus. O beatum magiſ» trum, feliciſſimumque diſcipulum, qui affectuosè » didicit, quod alios doctorum terror extorſit! Roma» num denique eloquium non tuis regionibus inveniſ» ti; & ibi te Tulliana lectio diſertum reddidit, ubi » quondam Gallica lingua reſonavit. Ubi ſunt, qui » literas Latinas Romæ, non etiam alibi, aſſerunt » eſſe diſcendas---- Soluta eſt quippe vis illa ſenten» tiæ: mittit & Liguria Tullios ſuos.» Verùm non modò eloquentiâ, ſed & Poeticâ facultate plurimùm excelluit. In cujus *carmine epico de Actibus Apoſtolicis*, inquit Cl. *Borrichius* (d), pietatem meritò veneramur, & promptum eloquium. Sed à fæcibus temporum, quædam in venam ejus irrepſiſſe non ambiguum eſt. In his tamen omnia caſta. Scripſit ergo carmine Heroico *Hiſtoriam Apoſtolicam*, *ex Luca expreſſam* & duobus libris comprehenſam. Prodiit iſta *Hiſtoria* cum *Sedulio* & *Juvenco* Mediol. 1469. 8. (quæ eſt in Barber.) Argent. 1507. in 12. Lipſiæ 1515. 4. item cum commentariis *Arrii Mendoſa* Selmant. 1516. fol. & in Auctuario Bignæano *Pariſ.* 16 4. p. 681. ac in Biblioth. Petr. *Tom. X. p.* 125. Seorſim item excuſa *Antverp.* 1535. in 8. & cum aliis *Baſil.* 1537. (*e*) & 1551. in 8. *Lugd.* 1553. in 16. ſub nomine *Sacra Poeſie*: item *Calari* 1572. in 8. Eadem à *Palmanno* reſtituta *Colon.* 1573. in 16. (*f*). Scripſit & carmine Elegiaco *Epiſtolam ad Parthenium*, quo hortante carminibus pangendis ſe primùm dederat, & ad quem *Hiſtoriam Apoſtolicam* inter Gallos divulgandam miſerat. Eam primus edidit *Sirmondus* in notis ad *Ennodium* propè finem. Exinde habetur in Biblioth. Petr. *Tom. X. p.* 141.

(*a*) Inter illuſtres Ravennates perperam laudat *Paſolinus* p. 32. Erant quoque qui Mediolanenſem faciunt. Hiſpanis adnumerat *Damianus à Goes* apud *Otrar.* p. 74. (*b*) Cardinalem fuiſſe quidam volunt, at negat Autor libri cui tit. *Moines empruntez* Vol. I. p. 8. (*c*) Apud *Caſſiod.* Variar. Lect. l. 8. epiſt. 12. (*d*) *Diſſert.* 2. *de Poet. Lat.* p. 89. apud *Caveum* in Hiſt. Liter. (*e*) *Geſner.* fol. 68. (*f*) *Le Long* p. 612.

Antiquam *Hiſtoria Apoſtolica* editionem, ſine anni & loci mentione habere ſe teſtatur Cl. *Fabricius* (g), in cujus calce legitur: *Explicit liber ſecundus* Aratoris *Subdiaconi de inſignibus Apoſtolorum actibus.*

Cernis ut, ô Lector, ſua carmina finit Arator,
Littera ſtat ſuavis typica intexta figura.

Hujus Poëtæ novam editionem à ſe expectari jubet jam laudatus *Fabricius*, ad veteres *ὑπὸ ons* caſtigatam, & ad Codicem Cantabrigienſem quem ipſi contulit Bibliothecæ Upſalienſis Præfectus doctiſſimus *Ericus Benzelius*. An promiſſo ſteterit, mihi hactenus incompertum. Alius extabat Codex MS. apud *Thom. Rawlinſon*, cujus meminit Vir Cl. *Thom. Hearnius* in editione *Textûs Roffenſis* (h).

Referunt quidam, *Ennodium*, Ticinum Epiſcopum, *Aratori* familiarem, ipſo ejus natali die, hoc ad eum diſtichon dediſſe:

Jure colis proprium natalem, pulcher Arator,
Quem ſi non coleres, nunquid Arator *eras?*

Fato ceſſit *Arator* A. C. 556. ex monumentis Vaticanis: unde falli videntur qui ejus vitam ad A. 560. (*i*) vel etiam 562. prorogant. Natus dicitur A. 490 (*k*). Quidam eum fuiſſe Monachum S. Benedicti affirmant (*l*), alii verò negant (*m*). Sunt & qui ſcribant (incertâ tamen fide) *Aratorem* juſſu Papæ *Vigilii*, Legatione ad Imperatorem JUSTINIANUM functum, eidem inter alios præſtantiſſimos Viros auctorem fuiſſe, Jus Civile in eum ordinem redigendi, quo nunc utimur, item quatuor Libros Inſtitutionum, & Codicem Novellarum componendi: quod alii penitùs rejiciunt (*n*).

[g] *Bibl. Lat.* Tom. II. p. 238. edit. Venetæ 1728. [*h*] Vid. *Bibl. Angl.* A. 1721. Tom. VIII. p. 334. [*i*] *Gacon.* Bibl. ſuæ p. 239. [k] *Morer.* Dict on. *Baldaſſarri* Vite di Perſonaggi illuſtri *p.* 49. [l] *Ferd. Ughellus* poſt *Trithemium*, & *Oldoinus* in Athen. Liguſt. *p.* 58. ubi & Cardinalibus accenſet. [*m*] Vid. ſup. *cit.* [b]. [*n*] Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib.* 1. *Cap.* 1.

ARATOR (*Stephanus*) Jeſuita, natione Hungarus, vernaculè *Szanto* dictus, (quod Latinis idem eſt ac *Arator*,) diœceſis Javarinenſis, Romæ in Societatem admiſſus, ex Collegio Germanico & Hungarico, in quo fuerat alumnus Pontificius A. 1561. ætat. 20. & ibidem ſtudia abſolvit. Philoſophiæ curriculum docendo bis emenſus eſt Græcii in Styria, & Romæ quinquennio Pœnitentiarii munere functus eſt ad Baſilicam Vaticanam: Vir fuit omnibus diſciplinis apprimè inſtructus, cujus præclara geſta pro fide Catholicâ celebrantur (*a*), ob quam exul mortem obiit Olomucii A. 1612. (*b*) ætat. 71. vel 72. Proceribus Hungaris fuit cariſſimus, *Stephano* inprimis *Bathoreo* Polonorum Regi, cujus famam & in fide conſtantiam, apud Pontificem & Cardinales, adverſus calumniatores, egregiâ oratione defenderat.

1. Concinnavit *Catechiſmum inſtar Romani, multis Controverſiarum fidei capitibus locupletatum.*

2. Item *Vetus Teſtamentum* ex collectione Hebraici, Græci, Latinique textûs, Hungaricè interpretatus eſt. Sed neque hæc Verſio, neque Catechiſmus lucem viderunt.

(*a*) Vid. [præter inf. cit.] *Juvenci* Hiſt. S. J. part. 5. lib. 25. p. 877. *Alegamb.* p. 425. (*b*) Perperam legitur 1622 apud *Czwittinger.* Hung. Liter. p. 24. ex *Sotuel* Bibl. S. J.

ARAUJO (*Antonius* de) Jeſuita, Luſitanus, in Inſula Tertia (vulgò *Tercere*) natus, Societati nomen dedit in Sinu Omnium Sanctorum (vulgò *Baye de Touſſaints*), ubi Paganorum converſioni felicem dedit operam. Braſilicam linguam apprimè adeò didicerat, ut *Catechiſmum* hoc idiomate concinnare potuerit, qui excuſus eſt Olyſſip. A. 1618. Obiit A. 1632.

ARAUJO (*Duarte* de) Ordinis Militaris Chriſti per ſexennium Generalis, Regis *Philippi II* in Curiâ Romanâ per quindecim annos negotia geſſit. SCRIPSIT *Vitam Sta Irena*, quæ Conimbricæ prodiit A. 1597. Obiit A. 1559. *Morer.* ex Comm. Portugal.

ARAU-

Obiit A. 1599. * *Morer.* ex Comment. Portug.

ARAUSICANUM Concilium I. in Galliâ Narbonenſi, anno 441. VI. Id. *Novemb.* à XVII Epiſcopis coactum : quo plurima ad jura & diſciplinam Eccleſiaſticam pertinentia ſancita ſunt. Extant Canones XXX. *Sirmondi*, *Albaſpinæ*, & *Binii* notis illuſtrati, *Conc.* Tom. III. p. 1446. Ad calcem, Appendicula ex *Gratiano*, aliiſque additur. *Sirmondi* notas poſthumas ad hanc Synodum vid. in *Append.* ibid. p. 1493. * *Cave* in Hiſt. Liter.

Secundus Canon dedit locum Controverſiæ inter *Aurelium* & *Sirmondum* ; an addenda eſſet particula *non*, an verò non addenda ? de quâ vid. *Dallæum* in lib. de Confirmatione.

Tertius obſcurus eſt, quid intelligendum per *communionem*, ſine *impoſitione manuum* ? reconciliatoria an ſit Euchariſtia ſine abſolutione ? an abſolutio facta ſine Euchariſtiâ ? XIII^{us} & XVII^{us} obſcuri ſunt.

ARAUSICANUM Concilium II. à XIII Epiſcopis, anno 529. V. Nonas *Junias* celebratum. Condita ſunt de Gratiâ & Libero Arbitrio Capitula XXV. Notis *Sirmondi*, *Labbei*, *Binii*, illuſtrata, *Conc.* Tom. IV. p. 1666. De hujus Concilii tempore accuratè agit *Voſſius* Hiſt. Pelag. *L. II. c.* 53. teſte *Caveo* ubi ſup.

ARAUXO (*Franciſcus* de) Ord. FF. Prædic. Segobienſis Epiſcopus, nobili genere natus eſt A. 1580 in oppido *Verin* dicto Comitatûs *de Monterey* in Galleciâ. Salmanticæ 5. Mart. 1601 Ordini nomen dedit, ubi poſtquam egregiè litteris ſacris operam poſuiſſet, eaſque ſubinde variis Provinciæ ſuæ locis diu docuiſſet, (A. 1616 & ſequenti Theologiam legerat in Conventu S. Pauli Burgenſis) cùmque Complutum jam acceſſiſſet, apud ſuos eodem munere functurus, Salmanticam eodem anno 1617 evocatus eſt, ubi primariam Theologiæ Cathedram, F. *Petri de Herrera* vices ſupplens, per ſexennium rexit, exinde verò proprio jure per 20 annos adminiſtravit. Tantæ fuit apud Regem *Philippum IV* auctoritatis, ut teſtentur aliquando aſſeruiſſe, ſe vel ſi cæteri omnes eruditi & Theologi de aliquo rogari per ipſum idem ſentirent, ſibique conſulerent, uniuſque ex adverſo *Arauxo* contrarium conſuleret & pronunciaret, abjectis cæterorum omnium ſententiis, unius *Arauxo* conſilia amplexurum. Ab Academia Salmanticenſi ad Eccleſiam Segobienſem *Urbano VIII* præſentavit Rex Catholicus 3 Jan. 1648. quam annis circiter octo optimè rexit. Verùm ætate jam ingraveſcente, ad tranquillioris vitæ portum appellere cupidus, dum ad Carthaginenſem Eccleſiam vocaretur, Segobienſem abdicavit A. 1658. moxque ad ſuos reverſus Fratres, annos complures modicâ penſione contentus vixit Matriti, ubi octogenario major piiſſimam obiit mortem 19 Matrii 1664.

OPERA :

1. *Comment. in univerſam Ariſtotelis Metaphyſicam.* Tomi II, *Burgis* & *Salmant.* 1617. fol. Ad calcem teſtatur ſe opus compleviſſe 24 Jun. 1615. ætat. 35. ex quo natum anno 1580 colligitur. Alteram utriuſque Tomi editionem refert *Antonius* Salmant. 1631.

2. *Opuſcula tripartita, hoc eſt in tres Controverſias triplicis Theologiæ diviſa. In quarum prima variæ diſputationes de pure ſcholaſtica, in ſecunda de morali, & in tertia de expoſitiva Theologia utiliter expenduntur.* Duaci 1633 in 8.

3. *Tomi II. ſuper I Partem D. Thomæ.* Matriti 1647. fol.

4. *Tom. I* in *I*^{am} *II*^{dæ}. Salmant. 1638. fol.

5. *Tomus II. ad Tractatum de divina Gratia ſupernaturalibus donis.* Matriti 1646. fol. Tomum hunc Auctori noſtro abjodicat *Joan. Martinez de Prado* Controv. Metaphyſ. *Tom. I.*

6. *In II*^{am} *II*^{dæ} *de Fide, Spe & Charitate Commentarius.* Salmant. 1635. fol.

7. *Tomi II. in III*^{am} *Partem*, prior *de Verbo Incarnato*, poſterior *de Sacramentis* : adjecto *Tractatu de Indulgentiis.* Ibid. 1636.

8. *Variæ & ſelectæ Deciſiones morales ad ſtatum Eccleſiaſticum & Civilem pertinentes.* Lugd. 1664. fol.

Vid. *Script. Ord. Præd.* ad A. 1664. *Nic. Anton.* p. 308.

ARBAUD *de Porchéres.* Vid. ad litt. P.

ARBOGASTUS ſecundus Argentinenſis Epiſcopus, ex Hybernia ortus fuit, ut nonnulli ſcribunt. Is in Alſatiam venit, & in loco ubi nunc Haganoa ſita eſt, oratorium ſibi conſtruxit. Ibi pietate ſingulari inclaruit, cùmque ejus vitæ ſanctimonia Francorum Regi DAGOBERTO innotuiſſet, vocavit ad ſe *Arbogaſtum*, ejus utens conſilio in graviſſimis negotiis, eumque Argentinæ urbis Epiſcopum conſtituit A. C. 646. Eccleſiæ duodecim (*a*) annis præfuit docendo & concionando, atque evulgaſſe dicitur *Homilias* aliquot. Vitâ deceſſit A. 658 (*b*). Vid. *Baleum* Cent. XIV. Cap. 81. ex *Munſteri* Coſmographia, & *Gaſp. Braſchii* Catalogo Epiſcoporum.

(*a*) Apud *Moreriam* legitur 27. ex *Gulliman*ni Epiſc. Argent. (*b*) Ibidem dicitur 668.

de ARBOLEDA & CARDENAS (*Alphonſus*) Hiſpanus, Theologus Doctor, Canonicuſque Bellomontanæ Collegiatæ Eccleſiæ, ſcripſit probatum doctis opus, inquit *Nic. Antonius*,

Practica de Sacramentos, y Policia Eccleſiaſtica. Conchæ 1603. 4.

ARBONA (*Guido* de) Monachus Ciſtercienſis, Italus, cujus *Sermones inſignes de Tempore & de Sanctis* in Italia extare ait *Viſchium* p. 132.

F. ARBORE (*Dominicus* ab) Belga, Ord. FF. Prædic. patria & profeſſione Antverpienſis, Sacræ Theologiæ Licentiatus, cultûs B. Virginis per roſarium promotor indefeſſus, obiit in ſua domo nativa anno 1640 die 2 Martii. Scripſit ac edidit vernacula ſua lingua Flandrica, teſte *Gbi b. de la Haye*, quem excipit *Echardus* Tom. II. p. 522.

De Confraternitate Roſarii, Antverp. 1617. Ibid. & Brugis, 1626 in 12. Ipris, 1630. in 12.

ARBOREUS (*Joannes*) Theologiæ Doctor, ac Socius Sorbonicus, gente Gallus, patriâ Laudunenſis, eximiis operibus conſpicuus extitit Sec. XVI. Hujus vitæ circumſtantiæ tam ſpiſſis tenebris involutæ delitеſcunt, ut ne mortis quidem ejus annum certò teneamus. Id unum ſcimus, cum vixiſſe circa annum fere 1550. ac Vitam finiiſſe die 1. Julii ; quo die annuam in Sorbonâ Miſſam fundavit, quæ ſingulis Kalendis Juliis ſolemniter in perpetuum celebratur.

SCRIPTA :

1. *Theoſophia Libri XIX.* in quibus, ait *Sixtus* Sen. (*a*) » juxta ſcholæ conſuetudinem, aperto & » non inculto ſtylo difficillimos V. & N. T. locos » explicavit, varias Sacrorum Doctorum ſuper prædic- » tis locis ſententias & controverſias diſcutiens & exa- » minans, multaſque hæreticorum machinationes vali- » dis argumentationibus deſtruens : diſpoſuit autem » Aſſertiones operis ſui ſecundum ordinem Alphabe- » ticum. » Prodiit *Pariſ.* 1540. fol. Card. *Ludovico Borbonio* nuncupatum. Opus præſtantiſſimum, inquit *Elias Du Pin*, nunquam ſatis laudandus *Arborei* labor immenſus, qui tot tamque varia loca collegit; neque ſatis admirandum ejus in materiarum delectu judicium.

2. *Comment. in Eccleſiaſtea & Canticum Canticorum.* Pariſ. 1531. 1537. fol. apud *Colinæum*.

3. *In Proverbia.* Ibid. 1549. fol. non 1649. ut habet *Longus* p. 612. Addit tres hoſce Commentarios A. 1553. ibid. prodiiſſe.

4. *In Epiſtolas D. Pauli.* Ibid. 1553. fol.

5. *Adhortatio ad Pœnitentiam*, *Methodus Confeſſionis*, & alia quædam ſpiritualia.

(*a*) *Bibl. ſancta* lib. 4. p. 257.

6. *Commentarii* in quatuor *Evangeliſtas*, in *quibus Doctorum ſententiæ diſcutiuntur, & pernicioſa quorundam Interpretum aſſertiones revincantur.* Ibid. 1529. 1551. fol.

Teſtatur attamen in Epiſtolâ nuncupatoriâ ad Cardinalem da *Vendôme*, non adeò aliorum vaſtigiis adhæſiſſa, ut nihil da proprio adjecerit. Vidatur autem linguas Habraicam, & Græcam minimè calluiſſe, aliter nunquam aſſeruiſſer in Epiſtolâ ad Cardinalem *Guiſium*, poſſe abſque beneficio harum linguarum perfectè intalligi S. Scripturam: ajuſque Tractatus dicendus potiùs Theologicus, quàm Criticus. *Eraſmi* interpretationem arguit ſuper illa Verba, *Principium, qui & loquor vobis*, allegans plus tribuiſſe Græcis exemplaribus, quàm Varitati, parumque penetraſſe ſublimem Chriſti Philoſophiam, ajuſqua mirabila raſponſum. *Auguſtini* intarpretationem amplectitur, Theologiæ magis conſentaneam. Quandoque tamen Græcum Taxtum Vulgatæ præfert, veluti eo loco, *Pater meus, qui dedit mihi, majus omnibus eſt*, meliùs ax Græco, *Pater, qui mihi dedit, major omnibus eſt.* Eandam ſecutus viam in explicandis Epiſtolis Paulinis, agens potiùs Theologum, quàm Criticum, ut Galliæ neceſſitatibus ſa conformaret, & Calviniſtas imperaret, quorum doctrinam illis ſuffultam volebant. Græcorum Patrum Commantarios ſupra Auguſtinum extollit; atque ubi de Prædeſtinatione agit in Cap. VIII ad Rom. hanc adducit ſententiam; *Non enim quia Deus præſcivit, hoc futurum aſt, ſed quia futurum eſt, idcirco Deus præſcivit.* Hic interpres in Verbo *Prædeſtinatus* non *Auguſtini*, aut *Thomæ*, ſad Græcorum vaſtigia ſecutus; Græcè enim ὁρισθεὶς Latinè ſonat, *qui definitus erat*, ex quo infert Chriſtum non fuiſſe prædeſtinatum. *Henricum II.* commendat, quòd zelo fidei hæreticos, & eorum fautores ferro, & flammis perſaquatur (*b*).

De *Arborei* Commentariis in genere, valdè prolixos eſſe ait *Ellias Du Pin*. Textûs paraphraſim in iis præbet, ſenſum literalem explicat, ac variorum locorum occaſione, Theologiæ & Controverſiæ Quæſtiones agitat. Ad textum Græcum, ut obſervavit *Simonius*, ſæpè recurrit, quam aliquando Vulgatæ præfert. Peritus Theologus, in ſuâ ſententiâ ſapiens ac moderatus, in verbis preſſus ac nitidus. Multum utilitatis afferre poteſt ejus Operum lectio, quæ tamen, quanquam lectu digniſſima, non ampliùs ferè cognita ſunt (*c*).

Ei tribuit item *Geſnerus* fol. 383 verſo,

Comment. in quinque voces Porphyrii, in Ariſtotelis Categorias, & librum de Interpretatione, in 8. In Præfatione, ſi bene memini, inquit illa, Græcos Interpretes imitari ſe teſtatur.

(*b*) Vid. *Simonii* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 40.
(*c*) *Du Pin* Tom. XVI. p. 40. Conf. *Tab. Univ.* Tom. II. p. 1095. *Lipen.* Bibl.

ARBORICENSIS (*Robertus*) SCRIPSIT

1. *De utroque Gladio & S. Cælibatu.* Pariſ. 1546. 8. (*a*) vel Patav. 4. (*b*)

2. *Tom. III. in Calvinum* Pariſ. 1556. 8. (*c*)

3. *De compeſcenda Hæreticorum petulantia.* Ibid. 1557. 8. (*d*)

[a] *Lipen* I. 737. [*b*] id. II. 394. [*c*] id. I. p. 198. [*d*] id. Tom. II. p. 9.

de ARBRETO (a) (*Placidus*) Ord. Ciſterc. S. Theol. Doctor, Superatanſis Monachus, virtute & doctrina inſignis, olim Artium in Mayrenſi, & in Compluteniſi Collegio Theologiæ per annos plures Profeſſor, ſumma cum laude & acclamationa totius Univerſitatis, deinde ſui Monaſterii Superatenſis electus Abbas,
» nunc, inquit *Viſchius* (b), Meyrenſi præeſt Collegio,
» ubi *Annales Ciſtercienſes* Angeli Manriquez, *ex Latina idiomate, in Hiſpanicum à ſe traductos*, polien-
» do adaptat prælo, ut omnibus, ſapientibus & inſi-
» pientibus prodeſſe poſſit: quod opus omnium aſt
» votis, & quantocyus expactatur.
» Inſuper, in compendium redegit *Vitam vene-*
» *rabilis* Annæ da Jaſu, quam late contraxuerat Il-
» luſtriſſimus Pacis Juliæ Epiſcopus. Porro, ſem-
» per aliena illuſtrat, nec propria hactenus luci de-
» dit (tametſi præclaras lucubrationes apud ſe habeat)
» ne apperirus laudis ſubrapat, quem omnimodis fu-
» gera contendit, & ut publicæ ſtudeat militati,
» ſimul cum humilitate non vulgari, ſed rara, ſingu-
» lari, & mirabili, propatereàque glorioſa & omni-
» bus nota. Cæterum

Compendium memuratum impreſſum fuit *Salmantica* in 8. 1642.

(a) *Arbiteo* vocat *Nic. Anton.* Tom. II. p. 105. (b) *Bibl. Ciſt.* p. 281. edit. A. 1656.

da ARBRISSELLIS. Vid. ROBERTUS.

d'ARBUSSY (*Antonius*) natione Gallus, Theologiæ Profeſſoris in Academia Raformata Podii Laurentii (de *Puy Laurens*) filius, V. D. Miniſter primùm Ultrajectenſis, (*a*) inde ad Eccleſiam Gallicam ſiva Wallonicam Amſtalodamenſem tranſiit A. 1703. in quà & anno 1718 Theologiam docebat (*b*). Librum Gallicè adidit cui tit. *La juſte idée da de la Grace immediate* &c. h. e.

Vera Idea Gratiæ Immediata, ſive *Reſponſio ad Criticam doctrina* D. Jurii, *de habitibus infuſis, & de Gratiâ immediatâ.* Hagæ Comitum, apud Abrah. de Hondt, 1689, in 12. Præmittitur brevis relatio da libro, cui hic oppoſitus eſt: *Eſſais de Theologie* &c. id eſt *Specimina Theologica de Providentiâ & Gratiâ.* Francof. apud Frid. Arnold. 1687, in 12.

Sic Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1689. p. 519.

» Rapetendum aſt, ad ea quæ ex hoc libello anno-
» tabimus, rectius intalligenda, quod in *Acta* anni
» præteriti 1688. p. 602 notavimus; produiſſe nem-
» pe adverſus D. *Jurii* libros, *de methode rigida*
» *& laxiori in articulis de providentiâ & gratiâ*, item
» *de naturâ & gratiâ*, ſcriptum Anonymi, cui titu-
» lus aſt: *Specimina Theologica de Providentiâ & Gra-*
» *tiâ.* Ejus autorem *Papiaam* Claudii *Paſonii* napotem
» eſſe conjectavit *Jurium*, ut & alterius libelli, qui
» inſcribitur: *Critica doctrina* D. Jurii *de gratiâ im-*
» *mediatâ*; & licèt quædam adverſus illum in itera-
» tâ tractatûs *de methoda rigida & laxiori* editione
» ſparſerit, tum dogmata, tum mores ajus in cenſu-
» ram vocans, refutatione tamen abſtinere ſa profeſ-
» ſus eſt, quod cum tyrone congredi nollet. Id igi-
» tur certamen, quod Theologus veteranus detrecta-
» vit, in hoc libello ſuſcipit alius, qui nomen in ti-
» tulô omiſſum dadicationi ſubjecit, *Arbuſſi*, nobis
» quidem, nequa famâ, nequa ex aliis ſcriptis notus, ſed
» ejus & aruditionis & eloquentiæ, ut quiſquis Critices
» autor fuerit, de oblato ſibi impari adverſario queri
» fortaſſis non poſſit.

De hâc controverſiâ multa legi poſſunt loco citato. Vid. & *Hiſt. Oper. Erud.* Jan. 1689. art. 6.

(*a*) Vid. *Balii* Epiſt. LXXII.
(b) *Bibl. Brem.* Claſſ. II. p. 207.

Alius autem eſt *Theoph.* ARBUSSI Eccleſiæ Reformatæ Millialdenſis (†) V. D. Miniſter, cujus teneo *Sermonem* Gallicum ſub tit. *Imperium Chriſti* ad Geneſ. XLIX. 10. A. 1659. die 20. Nov. Juliodoni habitum in Synodo Nationali Eccleſiarum Galliæ Reformatarum, *Salmurii* excuſum 1660. in 8.

(†) *Milhau* urbe Provinciæ Rutenenſis in inferiori Occitania.

Alius item *Joſephus Arbuſſius*, Montalbanenſis, qui linguam Hebræam in urbe patriâ docuit ſub idem tempus, & Paſtoris officio non ſine fructu fungebatur apud Bergeracenſes in Petrurienſi Provincia (*le Perigord*) A. 1665 (*a*).

(a) *Colom.* Gallia Orient. p. 228.

ARCA (*Johannes*) Sardua, Edidit *Tractatum de Sanctis Sardiniæ Inſulæ*, quibus *Luciferum* Calaritanum annumerat. * *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 207.

ARCADIUS, Conſtantiæ Cypri Archiepiſcopus, vixit ſaltem ante Sæculum VIII. Condidit *Vitam S. Simeonis Stylitæ* junioris, *Thaumaſtoritæ* dicti, quod in monte prope Antiochiam, qui Θαυμαστος dicebatur, columnam per plures annos, ſub Imperio *Juſtini* ſenioris, inhabitaverit. Ampla ex hac vita fragmenta in Concilii Nicæni II. *Act. IV. p.* 265. proferuntur, ſed abſque auctoris nomine. Auctorem verò eſſe *Arcadium* noſtrum diſertè nos docet Joan. Damaſcenus *de Imagin.* Orat. III. p. 781. teſte *Caveo* in Diſſert. de Script. incertæ ætat. ad calcem *Hiſt. Liter.*

ARCERIUS (a) (*Joannes*) Friſius, ob religionem exul Embdæ per tempus aliquod ſubſtitit; inde ad Delphenſes in Hollandiam reverſus, apud quos A. 1573 degebat. A. 1576 in urbe Purmerenda ſub Claſſe Edamenſi in Hollandia Boreali Evangelium docuit; aſt incolæ ipſius Urbis ſubſidium *Arcerio* miniſtrare non valentes, ipſum in Hollandiam Auſtralem dimiſerunt; ubinam verò verbum reconciliationis prædicaverit, non conſtat. A. 1580 iterum Miniſterium adiit in Hollandia Boreali *Te Terſchelling Ooſt en Weſt*, ſub Claſſe Enkhuſana, unde illum in ſua Claſſe profectum dicunt. A. 1597 in Friſia Paſtor audit in Eccleſia S. Annæ, Parochia in tractu *opt Bild* vocato. Tandem Ultrajecti ſubitâ morte extinctum 26 Jul. A. 1604 teſtis eſt *Valerius Andreas* in Bibl. Belg. *p.* 449. Sed quâ fide non patet, præſertim cùm *Joan. Arcerius* ab anno 1603 Eccleſiæ Hamburgenſi Reformatæ præfuit, cujus etiam teſtimonium Eccleſiaſticum A. 1610 ab ipſo, ut Paſtore Altonavienſi datum, probat, ipſum tum in vivis fuiſſe. Inde conſtat erraſſe *Val. Andream* in aſſignando anno mortis, qui non 1604. ſed forte 162. fuit, aut *Joannem Arcerium* Paſtorem Akonavienſem à noſtro diverſum fuiſſe (b). Fuit autem *Joannes* noſter publicus Linguæ Græcæ in Academia Franekerana Profeſſor, ut docet titulus libri ejus metrici *de veteri Friſiorum diſciplina militari reſtauranda*, Franek. 1597. in 8. Typis etiam edidit Græcè & Latinè *Jamblichum* de Vita Pythagoræ *Heidelb.* apud Commelin. 1598. in 4. ſed adeo corruptum & deformatum, judice *Lud. Neocoro*, ut neſciat an à renatis literis ullus ſcriptorum veterum pluribus mendis ſcatens in lucem unquam exierit, ipſam autem verſionem adeo vitioſam appellat, ut tota ferè lituram mereatur. Idem ſenſiſſe videtur Cl. *Morhofius*. »Libri »tantum duo, inquit (c), infeliciter ab *Arcerio* edi»ti; plena mendis omnia, ineptè nonnunquam con»verſa, ut mirari ſatis non poſſim, neminem hac»tenus fuiſſe è ſagaciſſimis Criticis, qui huic Auctori »limam addere voluerit.» Scripſit item *Arcerius* Commentarium in *Calvini* Catecheſin. *Antverp.* 1584. 8. (d).

Filium reliquit Medicum non incelebrem *Sixtum Arcerium*.

(a) *Arcerium Theodoretum* vocat *Swertius* p. 389. (b) Bibl. Brem. *Claſ. VI. Faſc. III.* ubi *Arcerii* Epiſtola extat ad *Mart. Aſſuerum* ſive *Elsacum* Delphis data poſtrid Cal. Oct. 1573. (c) *Polyhiſt. Philoſ.* lib. 1. cap. 2. §. 2. (d) *Lipen.* 1. 254.

ARCHAMBAUT (*Benedictus*) Lugdunenſis, Oratorii Presbyter, Obiit die 25 Aug. 1688 Scripſit *Compendium hiſtoricum Juris Canonici.* Gallice *Lugduni* 1690. * *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III. p.* 208.

ARCHANGELUS Anicienſis (de *Puy-Laurens*), natione Gallus, Capucinus, in oppido S. Baldomeri apud Foreſianos ortus, Provincias Lugdunenſem ac Toloſanam annis circiter 20 præclarè adminiſtravit. Obiit anno 1625. Jacet Toloſæ in Conventu Ordinis.

SCRIPTA:

1. *Hiſtoria B. M. V.* de Gioa *nuncupata prope Agatham, cujus imago miraculoſa in noſtra Eccleſia à populis maximâ veneratione colitur.* Lugd. 1616. in 8.
2. *Reſponſio ſoliditſſima ad motiva converſionis cujuſdam* Chriſt. Guegnard *Gallo-Sequani ad Religionem Calviniſticam* Ibid. 1620 Reliquit etiam inedita.
3. *Commentaria in Johum.* * Bibl. Capuc.

ARCHANGELUS *Brixienſis*, hujus Provinciæ Concionator, in quâ ad Lectoris Guardiani, Diffinitoris, ac Provincialis munus aſſumptus, doctrinâ ac pietate claruit. Obiit Brixiæ A. 1620. ejuſque Orationem funebrem dixit P. *Theodorus* Bergomenſis, tunc Diffinitor Generalis. SCRIPSERAT *Annotationes ſuper Regulam Fratrum Minorum.* Brixiæ 1625 De eo *Marcellinus de Piſe* in Annal. Capuc. ad A. 1620. §. 33.

ARCHANGELUS *de Burgonovo* agri Placentini, Theologus Minorita *Interpretationes* edidit in *Cabbaliſtarum ſelectiora obſcurioraque dogmata* quæ ſecretiora Theologa dicuntur, quæ *Joannes Picus* ſcripſerat, *Venetiis* 1569. in 8. Idem *Archangelus Puteus à Burgonovo* ſermone vulgari Tractatum *de nomine Jeſu* compilavit, & *Apologiam* quandam teſte *Ciaconio* Bibl. ſuæ *p.* 242.

ARCHANGELUS à *Sto Gabriele*, Gallus, Rothomagenſis; tertii Ordinis Pœnitentium alumnus, Scripſit Gallicè

1. *Soliloquia in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales*, in 12, Pariſiis, 1696. 1697.
2. *Soliloquia in Pſalm. CXVIII* Ibid. 1699. (a.)

Idem eſt, ni fallor, P. *Archangelus* ejuſd. Ordinis, cujus extat Gallicè quoque

3. *Vita S. Eliſabethæ* Regis Hungariæ filiæ, Turingiæ Ducissæ, ac primæ tertii Ordinis S. Franciſci Religioſæ, *Pariſ.* J. B. Coignard 169 . in 8.

Opus in XX libros diviſit Autor, additâ declaratione, ſe non majorem rebus in hac hiſtoriâ narratis fidem tribuere velle quam merentur ſcriptores è quibus ſua hauſit (b).

(a) *Le Long* p. 612.
(b) *Ephem. Erud.* 2 Martii 1697. p. 158.

F. **ARCHANGELUS** *Gabriel ab Annunciatione.* Vid. ſup. *p.* 476.

ARCHANGELUS Neapolitanus, Monachus S. Trinitatis Cavæ, ſive ut alio nomine dicitur, S. Juſtinæ de Padua, componere aggreſſus fuit *Hiſtoriam Monaſterii Cavenſis*: ſed abſolvere non potuit. Liber in MStus in Cavenſi monaſterio adſervatur, teſte *Voſſio* de Hiſt. Lat. *lib.* 3. *p.* 696. ubi de Script. incertæ ætat.

ARCHANGELUS Romanus, Ord. S. Bened. Congreg. Cæleſtinorum Prior & Cathedræ S. Mariæ *dell'Orſo* Romæ Parochianus Theologus, typis dedit, teſte *Toppio* Bibl. Neapol. *p.* 33.

De Privilegiis Religioſorum & non Religioſorum Libri tres. *Venet.* 1644. in 4.

ARCHANGELUS Vallonienſis (de *Valogne*) natione Gallus, Capucinus, Provinciæ Normanniæ alumnus, Concionator, ac Sac. Theologiæ Profeſſor, Miſſionarium Apoſtolicum egit per aliquot annos in Inſula *Greſay* (forſan *Jarſey*) apud Anglos, in qua plurimum pro Fide Catholica laboravit. SCRIPSIT Gallicè Opus omnibus Miſſionariis utiliſſimum, in VI Tomos diſtributum, hoc tit.

Le Directeur Fidele &c. Eſt *Directorium* ſeu *Inſtitutio Exercitiorum ad Fidem ſpectantium*, & totum reducitur ad Controverſias, in quibus fuit verſatiſſimus. Prodiit *Rothom.* 1645. in 8. Hujus meminit *Wadingus* de Script. Ord. Minor.

ACHARDUS Vid. ARCHARDUS.

ARCHELAUS Caſcharorum (*a*) urbis in Meſopotamiâ Epiſcopus. Claruit circa annum 278. Vir præfervidi ac calidioris animi. Cùm *Manes* vinculis elapſus in Meſopotamiam profugeret, ibique impia zizania diſſeminare anniteretur; ſeſe ei objecit *Archelaus*, & collecto Gentilium Auditorio, judiceſque Philoſophos inter ipſos ſiſtens, ne ſi Chriſtiani aſſent, in ſuas partes nimia propendere viderentur, ſolennem cum *Manete* diſputationem habuit, in qua hominem fortiter proſtravit; quem exinde ad obſcurum quendam pagum fugientem, & iſtius loci Presbyterum *Diodorum* (*Tryphonem* vocat *Epiphanius*) ad certamen fidei renovandum provocantem, citato curſu proſequitur, & iterum os hiſcere auſo occludit. Fugam verò rurſus arripientem comprehendunt regii ſatellites, & ad carcerem reducunt. Hujus *diſputationis hiſtoriam* libro Syriacè à ſe conſcripto contexuit *Archelaus*; & ad *Diodorum* Manetia audaciâ conturbatum, ipſumque eâ de re conſulentem prolixam ſatis *Epiſtolam* conſcripſit, quâ illum argumentis contra *Manetem* proferendis muniret. Duos libros ad *Diodoram* miſiſſe *Archelaum* ſcribit *Epiphanius*, in eo lapſus eſſe viſus. Tam *Acta* quam *Epiſtola* in Græcum poſtea ſermonem converſa *Hieronymi* ævo inclaruerunt (*b*). Plurima ex iis citat *Cyrillus* Hieroſolymitanus Catecheſi ſexta; meminit & *Socrates* Hiſt. Eccleſ. *l.* 1. *c.* 22, ubi totam, quam habet de *Manete* ejuſque libris hiſtoriam, exinde hauſiſſe ſe fatetur. Amplum verò diſputationis fragmentum, unà cum integrâ ad *Diodorum* Epiſtolâ ex MS. Codice Bibliothecæ Ambroſianæ, qui fuerat olim Monaſterii Bobienſis, edidit *Henr. Valeſius* ad calcem Annot. in *Socrat.* & *Sozom.* Lat. ex antiquâ admodum verſione. Totum ferè iſtud diſputationis *Archelai* fragmentum habetur Græcè ap. *Epiphan.* Hæreſ. 66. à num. 25. ad 32. Ex utriuſque textûs comparatione, nonnullos locos in Græco, plures in Latina verſione ſe correxiſſe teſtatur *Bigotius* (c) qui fragmentum iſtud *Valeſio* communicavit. *Photius* Cod. LXXXV. teſtatur *Hegemonium* quendam diſputationem *Archelai* adverſus *Manetem* perſcripſiſſe. An verò *Hegemonii* etiam nomen habuerit *Archelaus*, vel an diverſum a noſtro opus fuerit, nodum aliis ſolvendum relinquit Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. atqui nullus in *Photii* verbis nodus, ut obſervat doctus Maronita *Joſ. Aſſemanus* (d). *Archelaus* diſputationem fecit, & *Hegemonius* literis conſignavit.

Qui hanc *Archelai* cum *Manete* Diſputationem Latinè edidit Vir Cl. Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus *Laur. Alex. Zacagnius* (e), ſtatui poſſe credit, *Archelaum* Syriacâ primùm linguâ ea, quæ coram delectis Judicibus adverſus *Manetem* protulerat, divulgaſſe; *Hegemonium* verò quæ ab *Archelao* jam deſcripta fuerant, meliori non ſolùm ordine digeſſiſſe, verùm etiam exordio, epilogo, aliiſque nonnullis locupletaſſe, ut omnibus numeris abſoluta celebria illius Diſputationis Acta ad poſteros tranſmitterentur. Et hunc quidem Græco idiomate uſum fuiſſe ſuſpicatur, de Latino autem Interprete, cujus verſionem exhibet Cl. Editor, plura ſibi non liquere aſſerit, quam quod *Hieronymo* fuerit poſterior, ſed ante VII^um^ tamen à Chriſto ſæculum vixerit: hoc enim vel inde colligit, quod in laudandis S. Scripturæ locis Volgatam editionem non ſequatur. His prælibatis, urbem in quâ habita fuit Diſputatio, non *Carchar*, aut *Caſchar*, ſed *Carrham* fuiſſe contendit (*f*), tempus verò intra Julium atque Decembrem anni 277 tutò collocari poſſe credit. Equidem ipſum *Archelaum* in ſua Diſputatione aſſerere obſervat, quòd 300 & ampliùs annos à Chriſti morte *Manes* advenerit: verùm ad exaggerandam ejus ſtoliditatem, quâ ſe Paracletum Spiritum à Chriſto promiſſum temerè affirmarit, annorum numerum in Diſputationis æſtu eum auxiſſe reſpondet, ut clarius oſtenderet, ipſum longo adeò poſt Chriſti mortem tempore emergentem, *Paracletum* eſſe non poſſe, quippe quem Dominus poſt ſuum in Cœlos aſcenſum illicò Apoſtolis ſe miſſurum affirmaverit, & quem reapſe poſt 50 ab ejus reſurrectione dies ab ipſo miſſum fuiſſe, Apoſtolorum Acta disertè teſtantur.

Sicuti autem in Actorum hujuſce Diſputationis antiquitate ac ſinceritate demonſtrandâ multus eſt Cl. *Zacagnius*, ita fragmentorum ejus editionem antea factam commemorat, ut nempe ea ab *Emerico Bigotio* ſibi commiſſa in calce ſuarum Notarum in *Socratem* & *Sozomenum* exhibuerit Cl. *Valeſius*, ut ſupra dictum eſt; prout & idem *Bigotius* appoſito Græco *Epiphanii* textu, cum *Palladio* eadem recudere cogitaverit, ſed poſtea tamen curam hanc iis relinquere ſatius duxerit, qui novam Operum S. *Epiphanii* editionem eſſent aggreſſuri. Se verò Cl. *Zacagnius* Latinum hunc textum è Codice 600 & ultra annorum, in Biblioth. Cœnobii Caſinenſis reperto, deſcriptum hic cum Eruditis communicare aſſerit, ac de cætero nequaquam diſſimulat, ipſa hæc Acta nondum integra, ſed pluribus in locis à veteri librario mutilata videri. *Cyrillum* certè Hieroſolymitanum in Catecheſi VI^ta^ quædam *Manetis* argumenta cum *Archelai* reſponſionibus recitare, quæ in hac editione non reperiantur; nec dici poſſe, *Cyrillum* dictorum modò ſenſum, non ipſa *Archelai* verba laudaſſe; cùm ſimile quidpiam in nullo editionis hujus loco legatur, ac præterea verba illa, quæ *Cyrillus* refert, ita concepta ſint, ut ab ipſomet *Archelao* prolata credi debeant. Ne tamen vel minimum Actorum Diſputationis iſtius omitteret, fragmentum ex hac *Cyrilli* Catecheſi deſumtum corollarii loco Græco-Latinum ſubjunxit. Præterea cùm inter Regio-Alexandrinos Vaticanæ Bibliothecæ Codices reperiſſet apographum vetuſti cujuſdam Codicis, excerpta quædam ex Actis Diſputationis *Archelai* à capite 51 uſque ad 55um continentis, operæ pretium cenſuit, in appendice totius Tomi varias ex eo lectiones accumulare; quemadmodum & ſimiles è Codice Bobienſi, atque aliunde petitas, unà cum notulis quibuſdam brevioribus, textui ipſi paſſim ſubſtravit. Quali autem fundamento nitatur, quando *Archelaum* pleraque Romano-Catholicorum dogmata illuſtrare atque confirmare tradit, aliis dijudicandum relinquimus.

Hanc Diſputationem Latinè recudit Cl. *Fabricius* Operum *S. Hippolyti* Tom. II. Hamb. 1718. fol.

De *Archelao* legi poteſt *Adr. Baillet* ad 26 Dec. Hujus meminit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 243. iterumque *p.* 246. verbo *Archilochus* Meſopotamiæ Epiſcopus. De eo accuratiſſimè egit P. *Cellerius* Hiſt. Autor. Eccleſ. *Tom. III. cap.* 20.

ARCHELAUS Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, claruit, ut conjicit *Caveus* in Hiſt. Liter. circa annum 440. Certum penè eſt, ipſum poſt an. 383 quo Sidenſis Synodus Meſſalianos damnavit, floruiſſe, & ante Concilium *latrocinale* Epheſinum anno 449, quo tempore *Thalaſſius* erat Cæſarienſis Epiſcopus, quem excepit *Alypius*, de cujus ætate dicemus in *Lampetio*. Veriſimile igitur eſt *Archelaum*, non diu poſt Concilium I. Epheſinum, circa annum 440 vixiſſe; præſertim cùm *Photius* ſcriptores qui Meſſalianos oppugnabant recenſens, illum Concilio Epheſino proximè adjungit. Scripſit *contra hæreſin Meſſalianorum*, quorum capita XXIV. Anathematiſmis refuravit, ut ex libro Synodico refert *Photius* Cod. LII. col. 40.

ARCHELAUS quidam Neapoleos Epiſcopus, cujus *Homilia de S. Gabriele Archangelo* extat in Vatic. inter

(*a*) *Carrarum* corruptè vocat *Oudinus* in Comment. ad A. 270. (*b*) Vid. lib. *de Script. Eccleſ.* cap. 72. (*c*) Præfat. in *Pallad.* (*d*) Bibl. Orient. *Tom.* 1. c. 56. (*e*) *Collect. Monum. Vet. Eccleſiæ Græcæ ac Latinæ* &c. Tom. 1. Romæ 1698 fol. Vid. *Acta Erud.* menſ. Sept. hujus anni. (*f*) Contra Cl. *Zacagnium* non *Carrham*, ſed *Caſcharam* legendum eſſe tacetur *Aſſemanus* loc. cit.

inter Codices Copticos quos ex Oriente advexit *Aſſemanus*, num. 8. Vid. *Bibl. Orient.* Tom. I. p. 617.

ARCHERUS (*Joannes*) Londini A. 1642 librum Anglicè evolgavit pro regno Chriſti millenario probando. Docebat, animas fidelium poſt mortem in Cœlo non recipi, ſed in Paradiſo, quem in extrema aëria regione, vel in firmamento collocabat; duos eſſe Infernos dicebat, alterum hodie exiſtentem, genus quoddam carceris, extremo die deſtructum iri: Huic non in terra, ſed in aliquo aëris loco, vel in aquâ locum dabat: alterum infernum, eſſe locum ſupplicii improbis die judicii deſtinatum (*a*).

(a) *Jæger* Hiſt. Eccleſ. *Dec. V.* Vid. *Nov. Reip. Liter.* Nov. 1709. p. 566.

ARCHIEPISCOPUS (*Nicolaus*) Oratorii Presbyter, obiit anno 1633. Scripſerat Gallicè opus quod poſthumum prodiit ſub titulo

Les Grandeurs ſuréminentes de la Ste Vierge Marie Mére de Dieu: Pariſ. apud Macé, 1638. in 4. * *Comment. MSS.*

ARCHIMBALDUS (*Jacobus*) Ord. FF. Prædic. natione Gallus, Occitanus, Claromonti Lutevorum è gente primariâ natus anno circiter 1583. Habitum Ordinis è manibus ipſius B. M. *Seb. Michaelis*, Toloſæ tum Prioris, 21 Nov. 1599 ſuſcepit, ipſis Occitanæ Congregationis ſic primò dictæ, deinde S. Ludovici in Cap. gen. Romæ 1629 nuncupatæ exordiis. Philoſophiæ Theologiæque adeo feliciter incubuit, ut aliis ſubinde delectus fuerit Sacras Litteras erudiendis, quas ille diu variiſque in eadem Occitana Congregatione locis atque temporibus profeſſus eſt. Burdigalæ etiam Academiæ gremio receptus & cooptatus, ſacrâque Doctoris laureâ inſignitus, in eâdem antiqua hujus Conventûs jura locumque ſervavit. Eo eruditionis & obſervantiæ zelo, eâque prudentiæ & morum facilitate præditus habebatur, ut à ſuis Fratribus electus fuerit Præpoſitus Montiſpeſſuli, Biterriſque aliquando Prior. Meritis tandem anniſque plenus, Toloſæ 13 Sept. 1667 animam Deo piè reddidit.

Scripta inedita:

1. *Congregationis Occitanæ* poſtea *S. Ludovici* dictæ *Hiſtorica ſinceraque Narratio ab ejuſdem inchoatione A.* 1595 *ad A.* 1618, lingua Latina, ſtylo non inconditò, ſimplici, nec multum ornato atque diffuſo, in quâ accuratiorem tamen rerum geſtarum ſeriem, & temporum ordinem meritò deſideres. Extat MS. Toloſæ apud Sodales; ejus etiam exemplar in ſchedis ſervare ſe teſtatur *Echardus*. Ejus meminit *Percinus* in Hiſt. Conv. Toloſ.

2. *De SS. Sacramento Libri IV.* Cod. MS. in 4. pp. circiter 200.

3. *Alphabetum morale ex optimis quibuſque Auctoribus concinnatum* MS. pp. 200. in 4.

4. *Meditations pour tous les jours du ſaint temps de Carême.* Meditationes pro ſingulis diebus Quadrageſimæ. MS. in 4. pp. 391.

* *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 610.

ARCHIPPUS, Eremita, & Eccleſiæ quæ in Urbe Chonis erat, Paramonarius, ſive Cuſtos, is nempe quem Latini *Manſionarium* vocant, contexuit narrationem *de miraculo S. Michaelis Archangeli*, in Urbe Chonis patrato. Pr. ἀρχὴ τῶν θαυμάτων καὶ δωρεῶν, ἢ χαρισμάτων τῶν δοθέντων ἡμῖν ὑπὸ Θεοῦ. Vide *L. Allatium* Diatr. *de ſcript. Simeon.* p. 94. Alibi, nempe *p.* 113. Περὶ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, titulum habet. * *Cave* in Diſſert. de Script. incertæ ætat. ad calcem *Hiſt. Liter.*

ARCHIROTA (*Alexander* vel *Auguſtinus*) Neapolitanus, Abbas Olivetanus, vir eruditus, vixit annis 120. Fuit à Confeſſionibus *Bonnæ Sfortiæ*, Reginæ Poloniæ, ac Baritani agri Duciſſæ, quæ A. 1558 è vivis diſceſſit. Claruit autem, juxta *Konigium*, A. 1636. teſte *Balio* Diction. Crit. *p.* 296. edit. Roterod. 1720.

Scripta:

1. *Collectio geſtorum Regum de quibus in S. Scripturâ fit mentio.* Italicè. Reginæ *Sfortiæ* nuncupavit, quæ tum temporis Barii degebat. Annuam 300 ſcutorum penſionem Autori in præmium aſſignavit. An aliud opus cui tit. *Diſcorſi ſopra diverſi luoghi della Sacra Scrittura*; in duas partes diviſum, quarum prima A. 1581. altera A. 1583 Florentiæ prodiit in 8. (a) *Sermones in varia S. Scripturæ loca* vocat *Longus* p. 613.

2. *Tractatus de Voto paupertatis.* Ibid. 1580. in 8. ex Catalogo Oxonienſi, vel 1581. juxta *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 81. MS. in 4. ſe vidiſſe teſtatur *Toppius* p. 7. in Bibl. Montis Olivetani unà cum libro ſequenti:

3. *Decem Pſalmi Miſericordiarum, & Juſtitiarum Dei, cum ſuis Expoſitionibus.*

Scripſit item Italicè ex *Lancellotti* Hiſt. Olivet. *lib.* 2. *fol.* 195.

4. *In Opera S. Auguſtini.*

5. *Commentarium in Libros Samuelis & Regum* ei tribuit *Konigius*: Hunc inſcribit *Lipenius* Tom. II. p. 647. *in diverſa Samuelis & Regum loca.* Oxon. 1613. & *p.* 618. ibid. 1635. in 4.

(a) *Lipenius* II. 735 citat edit. *Florent.* A. 1587.

Abbas ARCHONIUS (*Ludovicus*) Licentiatus Sorbonicus, Sacriſta Capellæ Regiæ, Regiæque Majeſtatis & Ser. Duciſſæ Burgundiæ Capellanus, Scripſit Gallicè & Regi Galliarum nuncupavit

Hiſtoriam Eccleſiaſticam Capellæ Regum Franciæ, cum ſerie Eleemoſynariorum, Confeſſorum, ac præcipuorum Capellæ Miniſtrorum; in quâ & referuntur Bullæ Pontificum, ac privilegia Clericis à Regibus conceſſa. Duobus Tomis in 4. quorum I prodiit Pariſiis an. 1704 (*a*), typis *Nic. le Clerc*, II an 1712 (*b*) typis *Le Mercier*. Tertium Volumen promiſerat Autor, quod an prodierit ignoro.

(a) Vid. *Ephem. Pariſ.* 14 April. hujus anni. (b) *Ibid.* menſ. Mart. 1712. & *Diar. Trevolt.* Jul. ejuſdem anni, *Art.* C. Hic citatur menſis April. 1704 de priore Tomo, verùm hujus in editione Amſtelod. quam teneo, nulla prorsùs fit mentio.

ARCHONTICI in Palæſtinâ & in Armeniâ Hæretici Seculi IV. ita dicti, quòd Principibus qui Græcè Ἄρχοντες dicti, Secundariis Diis & ipſis Angelorum patribus ex Matre Photeina, h. e. luce, creationem hujus mundi tribuerint.

Illi Deum Patrem, Trinitatis patrem eſſe dicebant.

Negabant Reſurrectionem.

Ad exemplum Heracleonitarum, capitibus mortuorum oleum & aquam cum quorumdam verborum demormuratione, infundebant, dicebantque ſic fore inviſibiles.

Sacramenta abrogaverant, & quia vaſa Sacramentis deſtinata frangebant, vocabantur Ἀσκοδρουπῖται vel Ἀσκιδρούπται.

Diabolum ex Eva, Cainum & Abelem genuiſſe dicebant. Vid. *Rechenberg.* Hiero-Lexic. *Morer.* &c.

ARCIMBOLDUS (*Johannes*) S. R. E. Cardinalis, patriâ Mediolanenſis, patrem habuit *Nicolaum Arcimboldum* J. U. Doctorem, ac primarium Ducis *Franciſci Sfortiæ*, ejuſque filii *Galeacii* Conſiliarium. Ab eo publici Senatûs Præſes delectus, ejus nomine Legationibus pluribus, ad diverſos Principes & Reges & ad Reſpublicas functus eſt. Statum verò Eccleſiaſticum amplexus mortuâ uxore *Briſeidâ*, à *Paulo II* renunciatus eſt Epiſcopus Novatienſis A. 1468. tum poſtea cùm à *Galeacio* ad Papam *Sixtum IV* Orator miſſus fuiſſet, ab ipſo benigniſſimè ſuſceptus, Præsbyter Cardinalis creatus eſt

tir. SS. Nerei & Achillei, ineunte anno 1473. Aliis deinceps dignitatibus auctus eſt, Juſtitiæ præfecturam in Romana Curia conſecutus, Abbas D. Ambroſii electus atque ad ſedem Mediolanenſem promotus. Neque dubitat *Majoragim*, quin ſi longiore vità potitus fuiſſet *Arcimboldus*, ob ſingulares ſuas ac pene divinas virtutes brevi tempore Pontifex Maximus evaſiſſet.

Poſt *Sixti* obitum Romam profectus, in Comitiis ſob A. 1484 celebratis, *Innocentio VIII* ſuffragatus eſt; à quo graviſſimis Legationibus oneratus, Cæſarem, Hongaros atque Bohemos Pontifici obſequentes reddidit. Redux in patriam, Eccleſiam Mediolanenſem maximis donis auctam, reſtauratamque, Purpurà contentus, contulit in fratrem *Vidonem*. Cœnobium verò S. Ambroſii majoris, Ord. D. Bened. (quod in commendam habuit quarto ante obitum anno *Aſcanio Sfortia* Diacono Cardinali reſignavit. Obiit autem Romæ, die 2 Oct. 1491. in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus. Mediolani celebris ejus memoria extat in Baſilica S. Ambroſii, à nepote *Angelo Arcimboldo* appoſita.

Scripsit plurima *ad Juriſprudentiam* ſpectantia.

1. *Statuta pro Cleri reformatione.*
3. *Homilias & Orationes* (a).
4. *Catalogum Hæreticorum*, Mediolani impreſſum A. 1514.
5. Item *de ponderibus, menſuris & monetis* Libb. III. (*b*).

[*a*] Eggs *Purp. docta* Lib. III. Cap. XLIV.
[*b*] Ciacon. Bibl. ſuæ p. 149.

ARCIS (*Petrus*) Aniciensſis Carmelita, Theologiæ Doctor, Scripsit *De Providentia Dei libros XVIII* duobus Tomis, & plura alia MS. à *Lud. Jacobo* recenſita *in Deſcript. Provinc. Narb.* c. 4. (*a*).

[a] *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1093.

d'ARCIS Oratorii Presbyter, Edidit Latino-Gallicè A. 1660

Regulas Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ex Conciliis ac Synodis Galliæ, & SS. Patribus collectas. * Tab. Univ. Auctorum Eccleſ. *Tom. III. p.* 209.

ARCISSEVIUS (*Elias*) Senior, Eques Polonus, Dominus Smiglæ, & Eccleſiæ quæ ibidem colligebatur Paſtor, ſcripſit *Præfationem in F. Socini librum de Jeſu Chriſto Servatore*; quem in lucem emiſit A. 1594. * *Sandis* Bibliot. Anti-Trinit. *p.* 95.

ARCISSEVIUS (*Elias*) junior, Eques Polonus, prioris filius, quondam Tribunus militum Regis Danorum, ut & Aulicus Regis Poloniæ. Germanus ejus natu ſenior fuit *Chriſtophorus Arciſſevius*, qui Batavorum Occidentalis Indiæ Societatis exercitui in Braſilia præfuit. Edidit noſter

1. *Scriptum* (in lucem emiſſum ſub nomine cujuſdam Equitis Poloni Aulici Regii) *quo Regi ipſi rationem reddit conſcientiæ ſuæ, quod relictis aliis Religionibus, uni, quam vocant Arianam, ſe addixerit*, an. 1649. 8. Verùm ſcriptum hoc *Arciſſevio* dictavit, ut audio, *Martinus Ruarus*.

2. *Epiſtolam ad illuſtrem Cazanovium Mareſchalcum Curiæ Regni*, quâ Religionis ſuæ, quæ Ariana vulgò audit, rationem reddit, MS. Pol. * *Sandius* ubi ſup. *p.* 141.

ARCK (*Theodorus* de) Belga, Presbyter fratrum in communi viventium Swollis, Trans-Iſelanæ oppido, Scripsit Tractatum *de utilitate Monachorum & Religioſarum perſonarum*, quem MS. vidiſſe Lovanii ad S. Martinum teſtatur *Val. Andreas* apud *Sweertium* p. 688.

ARCONES (*Andreas Lucas* de) Granatenſis, Jeſuitarum ſodalis, Eccleſiaſtes celeber, in Collegio Sancti Pauli ejuſdem Urbis Bibliorum Interpres, cùm & exteris ac poſteritati proficuus eſſe vellet, edidit

1. *Iſaiæ Prophetæ elucidationem litteralem, myſticam & moralem.* Lugduni, fol. 2 Tom. 1642-1652 (*a*) ac prius Hiſpanicè

2. *Vida de San Ignacio de Loyola Fundador de la Compañia de Jeſus.* Granatæ, 1633. in 4. (b)

Societatem ingreſſus eſt A. 1610. ætat. 18. Obiit 26 Aug. 1658. (*c*)

[a] *Le Long* p. 611 [b] *Alegamb.* p. 27. *Nic. Anton.* p. 61. [c] *Tab. Univ. Auctorum Eccleſ.* Tom. II. p. 2175.

d'ARCONS (*Cæſar*) Gallus, Vivarienſis, Cath. Advocatus, obiit A. 1681. Scripſit Gallicè *Diſſertationes tres*; I. de Controverſia inter SS. Petrum & Paulum Deo permittente nata. *Galat. II.* 11. II. de myſterioſo contractu quod capite 2. Evangelii Joannis exponitur, quo Chriſtus Petrum conſtituit ſuum Vicarium generalem; III in difficilia Evangeliſtarum loca, in quibus neque inter ſe, neque cum Patrum veterum traditione de temporali Jeſu Chriſti Genealogia convenire videntur, in 40. Bruxellis 1680. * *Le Long* p. 613.

ARCOS (F. *Franciſcus* de) Toletanus, Ordinis SS. Trinitatis, S. Theol. Magiſter, Regum *Philippi IV.* & *Caroli II.* Regius Concionator, vir à doctrina, ab humanitate, a prudentia & ingenio undique ſuſpiciendus, edidiſſe fertur

1. *Apologiam pro Immaculata Conceptione*; item
2. *Elogia Nominis Mariæ*: ut refert *Franç. de Jeſu Maris* in Catal. Script. illius Ordinis, apud *Nic. Anton.* p. 309.

F. de ARCOS (*Michael*) Hiſpanus, Dominicanus, Cordubenſis patriâ & profeſſione, laudatus à *Jacobo Quetif* in omnibus ſuis Catalogis; » Quamvis autem, inquit *Echardus* ad A. 1530. Tom. II. p. 824, præter ejus nomen de ejus operibus nihil » in ſchedis dicti *Jacobi* repererim, haud mihi dubium, quin aliqua hujus *Michaelis* agnoverit, & » annotata habuerit in adverſariis jam deperditis. Hinc » mihi viſus eſt ſaltem ex nomine indicandus, ut » gentilium præſertim ſodalium diligentiam acuam, » & excitem ad majorem viri hujus illuſtris notitiam, ejuſque operum poſteris revelandam.

ARCOZI (*Benedictus*) Tranſylvano-Hungarus, Lector Gymnaſii Claudiopolitani, Unitarius acerrimus, pertinaciſſimuſque ſuorum dogmatum propugnator, cujus Codex MS *de Locis SS. Litterarum inter Trinitarios & Unitarios controverſis*, à *Chriſt. Sandio* in Bibl. Anti-Trinit. *p.* 156 commemoratus eſt, qoi quòd hactenus, inquit *Czvittingerus* (a), non fuerit excuſus, inter bona hujus ſeculi eſt referendum, votiſque omnibus expetendum, ut æternis tenebris mancipatus, nunquam lucem publicam adſpiciat.

[a] *Specim. Hung. Litter.* p. 15. edit. A. 1711.

ARCTANDER (a) (*Nicol. Laurent.*) Nidroſienſis, Friderici II Regis Daniæ Conſiliarius Aulicus, deinde ab A. 1595 Epiſc. Wiburgenſis in Jutia, vitâ deceſſit Kal. Nov. A. 1616.

S c r i p t a :

1. *Spiritualis & Naturalis Medicina, quomodo ſe componet Chriſtianus morbis & adverſitatibus variis affectus, ut redeat ad ſanitatem, è Siracide.* Hafn. 1586. in 8.
2. *Explicatio Orationis Dominicæ.* Ibid. 1590 & 1612. in 8.
3. *Exſequiæ Friderici II Regis Daniæ.* Ibid. 1590 in 4.
4. *Speculum Pœnitentiæ.* Hafn. 1591 in 12 & 1609. in 8. Islandicè vertit *Gudbr. Torlacius*, Holenſis Epiſc. *Hola* 1611. in 8.
5. *Precationes Danicæ.* Hafn. 1599. in 8.

6. *Fidei*

[*a*] Cognomen Græcum à Norvvegiâ patriâ mutuatum.

Digitized by Google

6. *Fid i Triamphus & Victoria.* Lub. 1604. in 8.

7. *Precationes Magiſtratuum Politicorum, Docentium & Subditorum*, A. 1608.

8. *Tract. de Excommunicatione Eccleſiaſtica.* Gieſſæ 1610 cum Præf. *Balth. Mentzeri*, & Hafn. 1622. in 8.

9. *Speculum miſeriæ humanæ.* Ibid. 1610. in 4.

10. *Alexipharmacum contra peſtem deſperationis.* Hanov. 16.1. in 4.

11. *Veri Chriſtiani perſona & fortuna.* Hafn. 1614. in 4.

12. *Conſolatio obituum Cognatorum lugentium.* Ibid. 1611. in 8.

13. *Spirituales Crucigeri.* Aarhuſiæ. 1640. in 8.

14. *Tractatus de Dei Unitate & Trinitate.* 1685. in 8.

15. *Explic. V.I Pſalmorum Pœnitent.*

16. Decades aliquot *Concionum Funebrium*, ſigillatim, diverſis temporibus excuſarum.

17. *Colloquium Dei cum Caino & Eva.*

18. *Orationes variæ pro Diæceſeos Wiburgenſis Paſtoribus.* (b).

19. Loci Communes Theol. MSS. de quibus vid. *Catal. Bibl. Reſen.* p. 294. Extant in Bibl. Academ. Hafn. in 4. (c).

20. *Hymni* aliquot, in Libro Hymnorum *Thomæ Kingovii* Fionenſis Epiſcopi, Othiniæ 1687. in 8. & poſtea Hafniæ ſæpiùs recuſo (d).

[b] Conf. *Bartholin.* p. 108 & 107. *Molleri* Hypomn. p. 337 & Spicileg. p. 30. [c] *Alb Thura* Idea Hiſt. Litter. Danorum p. 047. [d] *idem* p. 349.

ARCUDI (*Alexander Thomas*) Ord. FF. Prædic. Venetus, juvenis jam florebat A. 1697. ac deinceps ingenii ſui monumentis inclaruit: plura enim SCRIPSIT, ex quibus virum fuiſſe non vulgaris eruditionis facilè comprobatur. Hæc mihi cognita:

1. *Miniera dell' argutezze, ſcoperta dal Signor* Silvio Arcudi, *ed illuſtrata dal Padre* Aleſſ. Tomaſo Arcudi *ſuo pronipote.* Opella 10 pagg. in fol. Vid. *la Galleria di Minerva* Tom. II. p. 297. Venetiis 1697 impreſſam.

2. *L'Anatomia de gl' Ipocriti* ſub anagrammatico nomine *Candidi Malaſorte Uſſari.* Venet. 1699. in 4.

3. *Galatina Letterata, nella quale ſi rappreſentano quaranta quattro perſonaggi che hanno illuſtrato colle lettere la loro patria di S. Pietro in Galatina.* Genuæ *Gio Bat. Celle*, 1709. in 8. (a). Opuſculum hoc adverſus impugnatores defendit Autor libro cui tit.

4. *Le due Galatine difeſe, il Libro, e la Patria; in diverſi Opuſcoli, raccolti e dati in luce dal Sig.* Franceſco Saverio Volante. *Ibid.* 1715. in 8. (b).

5. *Quareſimale* Litii (c) editum 1712. in 4. (d).

6. *S. Atanaſio Magno, el' ammirabile Idea d'un ſagro Eroe perſeguitato da tutto il mondo: Iſtoria.* Ibid. 1714. in 4. (e).

[a] Vid. *Giorn. de' Letter.* Tom 18. art 9. [b] *ibid.* Tom. 27. p. 438. [c] *Litium* Italis *Lecce* urbs regni Neapolitani. [d] *Giorn. de' Letter.* Tom. 18. p. 283. [e] *Echard.* ad A. 1714.

ARCUDI (*Angelus*) Archipresbyteri Soletini filius, vir doctus, SCRIPSIT A. 1580 Opuſculum *degli abuſi de' Greci*, quod *Marcello Aquaviva* Hydruntino Archiepiſcopo nuncupavit. Autographum MS. habere ſe teſtatur *Alex. Arcudi* in lib. ſup. memorato *Galatina Letterata* p. 21.

ARCUDI (*Antonius*) *Angeli* filius, patri doctrinâ non inferior, fuit linguæ Græcæ peritiſſimus, rituumque Eccleſiaſticorum cognitione apprimè verſatus, ideoque *Breviarium Græcum* concinnavit, Papæ CLEMENTI VIII inſcriptum, quo utuntur hodierni Græci. Majorem vitæ partem Romæ tranſegit, vir eruditione conſpicuus. Ibi A. 1598. in 4. edidit *νέον ἀνθολόγιον*, de quo *Allatius* de libris Eccleſ. Græc. *p.* 104 *ſeqq.* citante *Fabricio* Bibl. Græcæ *Tom. X. p.* 476.

De eo ſic *Erythræus* Pinacoth. II. num. 23. » *Antonius* librum compoſuit, *novi florilegii* nomine inſcriptum, quo preces horarias, ſatis effuſas, ad uſum » Sacerdotum Græcorum, ambitu anguſtiore concluſit: qui liber ab Orientis Eccleſiis exploditur ac » rejicitur; ſolùm eo utuntur Monachi S. Baſilii, » Cœnobii Cryptæ ferratæ, cùm faciunt iter, vel » abſunt à Cœnobio. Dedit operam literis tum Græcis, tum Latinis, Romæ in Collegio Græco, unà » cum *Leone Allatio*: Rhetoricæ Magiſtros habuit » *Alemannum* & *Jaſonem Sozomenum*; quibus Doctoribus tantum profecit, ut Græcè Latinèque optimè » loqueretur & ſcriberet, & in utraque lingua elegantiſſimos verſus efficeret. Philoſophicas verò, » Theologicaſque diſciplinas à Patribus Dominicanis » accepit, ac decurſo eorundem ſtudiorum curriculo, » ſacris initiari, Latinorum ritu ac moribus, voluit; » ſtatimque ſacerdos factus, memor patriæ, memor » parentum, ſuos ad penates ſe recepit, ubi, docendo inſtituendoque, magnæ popularibus ſuis utilitati atque uſui fuit, quibus etiam, Sacramentis frequenter adminiſtrandis non minimum profuit.

Filium inter alios habuit virum eruditione ac dignitatibus conſpicuum *Franciſcum Arcudium* Philoſophum ac Theologum illuſtrem, Græcæ linguæ non ignarum, quem Romam evocavit Papa *Urbanus VIII*, ut nepotem *Franciſcum* Cardinalem *Barberinum* literis informaret. Inde Bellicaſtrenſis, poſtea Nuſcanus Epiſcopus factus, tandem verò Andrianus deſignatus ab *Antonio* Cardinali *Barberino* tanquam » vir » prudens, gravis, & omnium virtutum genere in- » ſignis, qui ſemper perſonaliter reſidendo, munia » vigilantis Paſtoris mirificè implevit: verùm immaturâ morte præventus Balneoli 7 Oct. 1641. ætat. 45. ad ſedem hanc transferri non potuit *Franciſcus*. Latinè convertit plurima Græcorum Patrum Opera. Hujus eſſe *Breviarium Græcum* ſupra memoratum, libenter conjecerim ex his verbis quæ leguntur in Hiſt. Miſſionis *Hier. Dandini* Jeſuitæ, Italicè ſcriptâ *p.* 36. eaque adverſus *Allatium*: niſi forte pro *Franciſco* legendum ſit *Antonius*. » Græci multas lectionum » & precum formulas, quæ *Officia* in Romanâ Eccleſia vocantur, ſed nulla Breviaria habent, quibus privati utuntur: ajunt enim preces illas publicè in templis, non verò domi fieri debere: Itaque fruſtra fecit *Franciſcus Arcudius*, cùm Breviarium ex Græcorum Officiis ſeu Ritualibus compilaſſet; ſpretus enim fuit liber iſte, præterquàm » à Monachis S. Baſilii prope Romam degentibus (a).

(a) *Acta Erud.* 1684. p. 493. ubi de *Simonii* libro Gallico cui tit. *Hiſt. Crit. de la Creance & des Coûtumes des Nations du Levant.*

ARCUDI (*Sylvius*) Artium ac Medicinæ Doctor, Philoſophus peritiſſimus, omnigenâ eruditione refertus, obiit die 5 Aug. A 1646. ætat. 70. SCRIPSIT præter varia Medica aliaque miſcellanei argumenti, tum Latinè, tum Italicè

1. *De S. Petri origine & ſitu.*

2. *Centurie di Concetti ſopra alcuni paſſi della divina Scrittura.*

3. *Sei Panegirici in lode di S. Giuſeppe.*

4. *Concetti ſopra tutti gli Salmi.*

5. *Il Fiore eterno.*

6. *L'Eccellenze della Corona di noſtra Signora.*

7. *La calamita de' cuori, lodi di Maria Vergine.*

8. *Il Parto di Maria Vergine, del Sanazzaro, tradatto in ottava rima.*

9. *Cronica di S. Pietro in Galatina.*

10. *Le miſerie dell' uomo.*

11. *Il Demonio.*

12. *Maria Vergine pellegrina.*

De illuſtri *Arcudiorum* familiâ legi poteſt *Galatina Letterata* p. 19. Originem ducit ex Inſulâ Corcyrâ, unde in Provinciam Salentinam tranſmigravit. Supereſt laudandus illuſtris ex eâ gente ſurculus

ARCUDIUS (*Petrus*) Philoſophiæ ac S. Theologiæ Doctor, Presbyter Corcyræus, de quo ſic *Erythræus*

Erythræus Pinacoth. I. *p. m.* 225. » Ex iis qui totâ è » Græciâ, jamdiu lumine litterarum orbatâ, *Romam* » diſcendi gratiâ venerunt, *Petrus Arcudius*, Corcy- » ræ ortus, incredibili ingenii doctrinæque laude flo- » ruit. De hoc, & de *Cariophilo*, Balth. *Anſideus*, » vit æquè Græcis ac Latinis literis doctus, dicere » ſolitus erat, nec Athenas ita fuiſſe Atticas, ut erat » illorum oratio, cujus tanta erat ſuavitas, ut appa- » reret, in eo nativum quendam leporem eſſe, non » aſcitum. Inſtitutus eſt Romæ in Collegio ſuæ na- » tionis; unde omnibus bonis artibus ita diſceſſit or- » natus, ut ad publica negotia atque graviſſima ſit » adhibitus. Nam ſemel atque iterum miſſus eſt à » *Clemente VIII* P. M. maximis de rebus ad Ruthe- » nos, (ſive Ruſſos) ut videlicet inter ipſos ortas » de fidei veritate controverſias dirimeret atque com- » poneret (*a*); quâ in re magni ejus opera æſti- » mata eſt: nam ſemper re bene geſtâ diſceſſit. Quam- » obrem impetravit à ſummis Pontificibus ut Latino- » rum more SS Miſſæ ſacrificium faceret, cùm antea » Græco fuiſſet ritu initiatus; tum habitus eſt be- » nigne ac liberaliter à *Scipione* Card. *Burgheſio*, » Pauli V ſororis filio; in cujus aulâ verſatus eſt » aliquandiu; ſed tandem literarum, quàm hono- » rum vel alterius cujuſpiam rei cupidior, ſeceſſit in » ædes Collegii Græcorum; ubi triennium atque eò » amplius ante ſuum obitum ita vixit, ut ſe loco » movere non poſſet, quòd valido equi, vini cadis » onuſti, impulſu fuiſſet ad terram afflictus *&c.* Vixit adhuc A. 1633 (*b*) quo ab *Allatio* in Apibus Urbania *p.* 216 celebratur, ſed in opere de Conſenſu *l.* 3. *c.* 7. *§.* 13 jam ſepultum Romæ in Eccleſia S. Athanaſii ſuæ nationis, commemorat. Eum ibidem reprehendit in eo quod ardentior in eos quos putat ſectarios injuriis ſæpè maluit quàm rationibus tutari ſententiam, & digreſſionibus paſſim rem & orationem perturbat, ſtylo Græco, quo ſibi nimium plaudebat, infelicior, quicquid dixerit *Balth. Anſideus.*

Id in eo item arguit *Allatius*, quod adverſus Novatores contentioſius ſcripſerit, adhibitis plerumque convitiis, cùm ſolidioribus rationibus uti potuiſſet: quod cùm de unaquaque materiâ nihil eorum omittere voluerit, quæ circa eam collegiſſet, extrà propoſitum ſæpiſſimè divagetur, adſcitâ inde operi & ſtylo ſuo confuſione: quod cùm Græcè ſcribendi peritiam ſectatus ſit, accuratam tamen & felicem hac in linguâ verborum compagem non ſit aſſecutus: quibus & illud addi poteſt, quòd ſcholaſticorum methodo ſimul & ſententiis nimis patrocinetur: Latinorum dogmatibus addictiſſimus, Lutheranorum & Calviniſtarum hoſtis infenſus (*c*).

Scripta:

1. *De Concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione* Libri VII poſt primam editionem *Romanam* recuſi *Pariſiis* 1619. apud Seb. Cramoiſy, & 1626. fol. ac 1672. in 4. apud Joan. du Puis. Opus ab Auctore dicatum *Sigiſmundo III* Poloniæ Regi. In eo probare conatur has Eccleſias in re Sacramentaria concordes eſſe. Quòd ſi alicubi nonnulli abuſus, vel falſæ interpretationes in Eccleſiam Græcorum, poſteriorum Schiſmaticorum operâ irrepſerint, eos detegit, & auctoritate SS. Patrum tam Græcorum quàm Latinorum, rejicit. Si quid etiam eſt, quod, cùm antiquitatem redoleat, difficultatem tamen aliquam patitur, excuſat Auctor, ac in bonam partem accipit & interpretatur, hoc ipſo quòd vetuſtum ſit, & propterea tolerandum. » Opus autem univerſè, inquit *Miræus* inf. cit. *p.* 295. » plurimum valet ad re- » darguendos hæreticos noſtri temporis, qui ſeptem » Eccleſiæ Sacramenta, nupera eſſe à Romanâ Ec- » cleſiâ excogitata impudenter affirmant. .. Valet e- » tiam ad inſtruendos Præſules Catholicos, in quo- » rum Diœceſibus Græci, vel Albanenſes vel Ru- » theni ritu Græco viventes degunt; ut ſciant » quomodo cum Presbyteris Græcorum ſe gerere, » quidve admittere, quid rejicere, quid tolerare de- » beant.

2. *De Purgatorio, utrum detur & an per ignem ſit.* Romæ 1622 & 1623. 4.

3. Aliud opus Græco-Lat. *de Purgatorio Igne* adverſus *Barlaamum*. Poſthumum prodiit ibid. 1677. 4. cum *Pantaleonis Ligaridis* Chii Apologiâ pro *Arcudio* Idem *Pantaleo* librum *Urbano VIII* nuncupavit.

4. *Breviarium rituum & cærimoniarum Græcorum.* (d). Romæ 8. Græcè. Euchologium *Arcudii* à *Catumſyrto* impugnatum memorat *Nic. Comnenus* prænot. myſtag. *p.* 396. & *Jac. Goar* p. 742 ad Euchologium, ubi *Catumſyrtum* animo ubique invidiâ vel indignatione perturbato in *Arcudium* ferri non diffitetur.

5. Reſponſio ad librum *Gabrielis Severi* Philadelphienſis *de Sacramentis*, quam citat *Comnenus* ubi ſup. *p.* 139.

6. Reſponſio ad *Catumſyrtum* ibid. p. 336. (*e*).

E Græco Latinè vertit

I. *Joannis Vecci* Patriarchæ CPol. *Expoſitiones in Sententias SS. Patrum*, quas *de Proceſſione Spiritûs S.* ille collegerat.

II. Greg. Palamæ *Refutationem Expoſitionum* Vecci.

III. *Beſſarionis* pro *Vecco* Apologiam, ſeu Confutationem Confutationum *Palamæ*.

IV. Joan. Vecci *Collectionem Sententiarum ex Sanctorum ſcriptis, quibus Latinorum dogmata ſtabiliuntur.*

V. *Beſſarionis* Epiſtolam ad *Alexium Laſcarim* Philantropinum, *de Proceſſione Spiritûs S.*

VI. Ejuſd. *Epiſtolam Generalem.*

VII. *Demetrii Cydonii* CPol. *de execrandis dogmatibus* Greg. Palamæ.

VIII. Ejuſd. *de Proceſſione Spiritûs S.* per XIII Capita.

IX. *Maximi Planudæ* Monachi *de Proceſſione Spiritûs S.* contra Latinos.

X. *Beſſarionis* ad eadem Reſponſionem. Et alia, quæ omnia uno volumine edita ſunt hoc tit.

Opuſcula aurea Theologica quorundam clariſſimorum Virorum poſteriorum Græcorum, qui extinguendæ Græciæ inſtar poſtremi ſplendoris, impetu quodam divino cùm pietatis, tum doctrinæ fulſerunt, circa Proceſſionem Spiritûs Sancti. Romæ 1630. (*f*) iterumque 1671. in 4. (*g*).

» Nemo Catholicus, inquit *Euſeb. Renaud.* ad *Gennadii* CPol. Homiliam de S. Euchariſtia *p.* 39. » etſi » *Allatii*, *Arcudii*, *Caryophili* & aliorum bene de Ec- » cleſia meritorum memoriam cum charitate complec- » tatur, in eorum verba jurandum ſibi arbitratur, aut » nihil in eorum ſcriptis deſiderat. Imò qui ſe in » Græcas literas abdiderunt, codiceſque ipſos seriò » tractaverunt, deſiderant illorum diligentiam & pru- » dentiam, nec rarò candorem & bonam fidem. Teſ- » tes tot Catholicorum libri editi ab annis triginta, » in quibus *Arcudius* vapulat tanquam perpetuus Ec- » cleſiæ Græcæ calumniator, *Allatio* non parcitur, » *Caryophilus* & alii Hellenomaſtiges ſæpè refelluntur.

» In Scriptis ſuis *Arcudius*, ait Cl. *Fabricius*, » pe- » rinde ut *Allatius* & *Caryophilus*, hoc habet propoſi- » tum, ut Græcos ſuos, invitos licèt, Romanis con- » ciliet & ſubjiciat. Laudat

(*a*) Totos 20 annos in promovendâ Ruſſorum cum Romanâ Eccleſiâ concordiâ conſumpſit *Arcudius*, ut ipſe teſtatur in Præf. *ad Concordiam de Sacramentis*, & auctoritate Regis Poloniæ *Sigiſmundi III* cum ipſius Legatis ſecurè iter fecit. (*b*) Apud *Morerium* perperam dicitur obiiſſe A. 1621. Error ex *Pinio* mutuatus, quanquam non citato. Errat quoque, ni fallor, *Miræus* qui circa A. 1629 mortuum tradit in Script. Sec. XVII. ubi de *Joan. Vecco* Patriarcha CPol. *p.* 296. edit. *Fabric.* (*c*) Du Pin *Tom. XVII. p.* 56.

(*d*) Hoc vel *Antonio* vel *Franciſco Arcudio* tribui ſupra dictum eſt. (*e*) Fabric. *Bibl. Græca* Vol. X p. 418. (*f*) Perperam *Miræus* 1620. ubi ſup. *p.* 285. & ex eo alii. (*g*) Vid. *Giorn. de' Letter.* hujus anni *p.* 132.

Laudat eum *Laurus* in Orcheſtra. „ Occurrat ex „ eodem in Bürgheſiano Comitio *Petrus Arcudius* Hellenisſini, ac doctrinæ ſanctioris peritiſſimus, librum „ jam pridem *de Concordia Orientalis & Occidentalis* „ *Eccleſiæ* ad lucernam Græcorum Patrum utiliter „ emolitus. „ Et *Victorellus* in Recenſione : „ *Petrus* „ *Arcudius* Græco idiomate doctus, Latini candorem „ non contemplit, Theologicorum myſteriorum ſcrutator, novum eruditumque confecit Opus *de Latina Græcaque Eccleſia in Sacramentorum adminiſtratione concordiâ* &c.

Menologium Græcorum à *Petro Arcudio* Latinè verſum *Romæ* 1653. fol. memorat *Lipenius* II. 273.

ARATA (*Joannes Baptiſta*) Siculus, Panormitanus, Clericus Regularis, *Rapallo* in ora Orientali Liguſtici maris oriundus, natus eſt Panormi 22 Febr. 1621. parentibus *Joanne Auguſtino Arata*, & *Virginia Negro* : *Auguſtini Arata*, de quo ſupra, *Franciſci* Liparenſis Epiſcopi, & *Joannis Vincentii* Canonici Baſilicæ Vaticanæ germanus frater. Clericorum Regularium inſtitutum amplexus eſt menſe Julio an. 1636. & ſolemni votorum profeſſione ſe aſtrinxit Panormi in D. Joſephi Templo, 25. Nov. 1637. Studiis addictus, ob ingenii præſtantiam Theologus evaſit egregius, ac verbi Dei Concionator eximius. Hinc Evangelicâ eloquentiâ, & animarum zelo primariæ Italiæ Urbes illuſtravit : Neapoli enim, Bononiæ, Mediolani, Peruſiæ, Romæ & alibi non ſine laude Conciones habuit. Romæ Sacræ Congregationis Indicis librorum prohibitorum, & Sacrorum Rituum Conſultor, diu non ſine laude enituit. Ad multa etiam Ordinis munia admotus eſt : fuit etenim Generalis Ordinis ſui Conſultor, & Procurator Generalis : ac Domum Romanam S. Andreæ *de Valle* Præpoſitus rexit : quibus in muneribus ſingularis prudentiæ, ac doctrinæ lumina patefecit. Anno 1690. cùm fato ceſſiſſet *Franciſcus Arata* Epiſcopus Liparitanus ejus frater, ejuſdem Eccleſiæ infulam, ipſi ſponte oblatam ab *Alexandro VIII.* P. M. conſtanter recuſavit : ab honoribus enim alienus vixit. Tandem per anni curriculum ejus virtute ægritudinum moleſtiis probatâ ; totus in Dei voluntate conformis, obiit Romæ 5. Sept. 1696. in domo S. Silveſtri, anno ætat 75. magnumque ſui deſiderium omnibus reliquit. Hujuſce laudes invenies apud *Joſ. Silos* in Hiſt. Cleric. Regul. *par.* 3. *lib.* 12. *p.* 587. Mich. Juſtinian. *de Script. Liguriæ* p. 315 & in Epiſt. memorabil. *par.* 2. *p.* 565. & *par.* 3. *p.* 594. Oldoinum *in Athen. Liguſt.* p. 310. & Vinc. Coronellium *in Biblioth. Univ.* Tom. IV. num. 1193. p. 285. Edidit Italicè, teſte *Mongit.* p. 323.

1. *Orationi Sacre.* Romæ 1659. in 4.

2. *La Bocca della Verità all' orecchie & à i cuori de Prencipi. Diſcorſi Chriſtiani-Politici.* Ibid. 1669. in 4.

ARCULARIUS (*Daniel*) Theologiæ Doctor, Profeſſor ac Stipendiariorum Marpurg. Ephorus, natione Heſſus, patriâ Caſſellanus, ſtudiorum ſuorum fundamenta Marpurgi poſuit, ubi A. 1561. Martii 27 primâ laureâ condecoratus, mox A. 1563. Nov. 27. Magiſterii Gradum conſecutus. Studiorum incrementa ut caperet uberiora, Tubingam acceſſit : inde, ob egregios ſuos profectus & rariſſimam in Theologicis eruditionem, Marpurgum evocatus ut Stipendiarios inſtitueret. De ratione ſtudii Theologici inſtituendi Orationem habuit A. 1570. Jan. 15. Sequenti verò anno in numerum Profeſſorum Theologorum receptus, in Matthæum Evangeliſtam (quem docere publicè inſtituerat die 17 Jun. 1571) Orationem præmiſit, & ita *Joh. à Waldmanshauſen* ſucceſſit.

Ex mandato Sereniſſimorum Haſſiæ Landgraviorum, Stipendiariorum Ephorus A. 1575 conſtitutus eſt. Et cùm poſt obitum *Juſti Vulteji*, de idoneo ſucceſſore Seren. Principes deliberarent, Pædagogii cura *Henrico Vietori*, *Conr. Matthæo*, *Petro Nigidio* & noſtro *Arculario*, die ult. April. in Synodo Marpurgi celebrata, ad tempus commiſſa eſt. Doctoris Theologiæ titulum adeptus 17 Jun. 1585. Promotore *Ægidio Hunnio*, cum paulò ante formula juramenti, quod Candidatis Theologiæ jurandum, plane nova à *Wilhelmo* Landgravio præſcripta fuiſſet. Noſter viciſſim Doctoris gradum contulit *Johanni Molthero* Battimontano, 14 Aug. 1595. Decani munus in Facultate Theolog ſæpius, Rectoratum verò ter adminiſtravit A. 1585. 1587 & 1591. Tandem vir de Academia optimè meritus, ac multis ingenii ſui monumentis poſteritati relictis, obiit die 11 April. 1596.

SCRIPTA :

1. *Diſputationes Theologicæ variæ.* Marp. 1566. &c. V vol. in 4.

2. *De Sacramentis eorumque numero Theſes.* Ibid. 1589. 4

3. *Diſputt. de Miſſâ Pontificiâ & Cœna Dominica profanatione*, earumque *Theſium* Defenſio adverſus Reſponſionem *Henrici Ebingshauſen*. Ibid. 1589. in 4.

4. *Meditatio Mortis.* Ibid. 1590. 4.

5. *Analyſis Pſalmi LI. Theſibus comprehenſa.* Ibid. 1591. 4

6. *Analyſis Pſalmi XCI.* ubi quæſtio attingitur de fuga peſtis. *Ibid.* 1592. 4.

7. *Theſes in Cap. IX ad Romanos.* Ibid. 1593. 8.

8. *Enarratio VII Pſalm. Pœnitent. & Gradualium.* Ibid. 1595. 8.

9. *Tract. in Pſalm. XVI. XCI & CIV.* Ibid. 1597. 8.

10. *Comment. & Diſput. in* Aug. Confeſſionem. Ibid. 1601. 8.

11. *Arca fœderis poſthuma*, h. e. *methodica univerſa Theologiæ explicatio.* Mulhuſ. 1601. 8. & Francof. 1610.

12. *Comment. in Evangelium Joannis.* Francof. 1606. in 8.

13. *Comment. in Eſaiam Prophetam* ex ore *Arcularii* exceptus & ed. operâ *Balth. Mentzeri.* Francof. 1607. 8. Lipſiæ 1653.

14. *Comment. in Acta Apoſt.* Studio & operâ ejuſdem prodiit *Francof.* 1607. 8. ac denuò reviſus, juſtoque ordine diſpoſitus. à *Joh. Henr. Fenkingio.* Vid. ſub tit. HUNNIUS. Prodiit item cum *Gerhardi* & *Joh. Conrii Lenii* Commentariis edente *Fechtio* Hamb. 1713. in 4 (*a*).

15. *Diſput. III. Quæſt. de Electione.*

16. *Diſput. III de Prædeſtinatione.*

17. *Synopſis Doctrinæ Chriſtianæ, ſeu Loci Communes Theologici per Quæſt. & Reſp.* Francof. (*b*).

18. *Collectanea in Prophetas majores.* Bibl. *Spizelii* Cod. MS. 150 apud *Longum* p. 613.

(a) *Arndii* Bibl. Biblica *p.* 127.
(b) Conf. *Titem.* Vitas Prof. Marpurg. *Lipen.* Bibl.

ARCULPHUS, urbis cujuſdam in Galliâ Epiſcopus ; claruit A. 690. Suſcepto religionis causâ in Orientem itinere, ac luſtratis locis ſanctis, Damaſcum quoque, CPolim, Alexandriam, aliaque loca adiit, ac demum in Galliam rediens, vi tempeſtatis in Occidentalia Britanniæ littora delatus, & ab *Adamanno* Abbate Hyenſi hoſpitio benignè exceptus eſt. Ab illius ore exceptam peregrinationis hujuſce Hiſtoriam, & locorum ſanctorum deſcriptionem literis conſignavit *Adamannus*, rem voluminibus tribus complexus (†). Vid. ſup. *p.* 101. b. *n.* 2.

(†) Cave in Hiſt. Liter.

de ARDEMBURGO. Vid. JOANNES.

ARDENGUS Papienſis, Ord. FF. Prædic. à patria aut ſaltem à profeſſione ſic dictus, de quo *Luſitanus* & ex eo *Echardus* ad A. 1562. reliquit

1. *Sermones de Tempore & de Sanctis*, quos editos dicunt.

2. *Tractatum de Immunitate Eccleſiaſtica* addit *Altamura.*

3. Rovetta

3. Rovetta *Tractatum de Sacramento extremæ unctionis.*

ARDENNA (*Jacobus de*) Anglus, cujus extant *Conjectura ſuper Epiſtolam S. Clementis, cum Notis ſuper Eucharistiam, Cælibatum, S. Epiphanium* & adverſus *Petavium*, Lond. 1683. 4. (*a*).

(*a*) *Lipen.* 1. 301. *Tab. Univ. Auctorum Eccleſ.* Tom. VI. p. 1337.

ARDENS. Vid. RADULPHUS.

ARDERIA, Novator quidam Hibernus circa medium Sec. XI. qui ritus Eccleſiæ in contemptu habebat, mulieribuſque & pueris tonſuram clericalem præbebat, adverſus præceptum D. Pauli, qui fœminas à miniſterio eccleſiaſtico excludit. Ab Inſulâ expulſus eſt. * *Baronius* ad A. 1053 apud *Moreriam.*

ARDIA (*Antonius*) Soc. Jeſu, natione Italus edidit vernaculè Neapoli A. 1713 typis Mutii *Tromba Catechiſtica, cioe ſpiegazione della Dottrina Chriſtiana*: Inſtitutionibus CXLIV. tribus Libris, Eminet undique terſus ac nitidus ſtylus, Theologia, Scriptura, ac eruditio ſacra & profana, cum ſelectis recentiorum exemplis, quibus ſingula ratiocinia clauduntur Opus Chriſtianis omnibus utiliſſimum ac præſertim iis qui curam animæ habent; cùm a longo tempore nullum in lucem prodierit ſimilis argumenti, Italicâ inprimis linguâ, in quo adeo ordinatâ methodô, validis adeo argumentis, deſiderataque brevitate hæc materia exponatur. * *Giorn. de' Letter.* Tom. XV. p. 450.

ARDILLO (*Sebaſtianus de*) Hiſpanus, Ciſtercienſis Monachus Monaſterii *Sanctarum Crucium*, multa ſcripſiſſe dicitur: Attamen *Chryſoſt. Henriquez* in *Phœnice* ſuo laudat tantum, ſine eo quod de editione admoneat, *In Symbolum Apoſtolorum*, librum unum (*a*). Vixit Sec. XVI.

(*a*) *Viſchius* p. 297. *Nic. Anton.* p. 224.

ARDIZZONIUS (*Antonius*) Neapolitanus, Clericus Regularis, typis dedit. Italicè *Una Oratione della Sacra Communione, fatta in Goa nella Chieſa maggiore d'Ulyſip.* 1648. in 4. * *Toppi* p. 24.

ARDIZZONUS (*Paulus Maria*) Ligur, Genuæ natus, ſexto à natalibus menſe oculorum uſu caruit, at quòd ingenium ardens ac vividum oſtenderit, literis admovendum Parentes decrevêre, quare eum Bononiam amandârunt, quâ in Academiâ non utcumque dicere, ſed vorare capacitate quadam incredibili ſcientias florentiſſimus adoleſcens viſus eſt. Laureâ hac in urbe donatus, Genuam rediit, Religioſumque Ordinem Clericorum ingreſſus eſt, ætat. anno 25. Scholas habuit inter ſuos frequentiſſimas, & 50 fermè annorum ſpatio ad ultimam uſque ſenectutem, abrupto nunquam curſu Philoſophiam ac Theologiam docuit; memoriter dictitabat, explicabatque ea dicendi gravitate & copiâ, ut eruditiſſimi quique Viri egregium interpretandi methodum præter modum dilaudarent. At non ſolùm intra domeſtica Gymnaſia, ſed & alibi Sacram Scripturam interpretatus eſt. Obiit ſeptuagenario major Genuæ, die 10 Jan. 1632. Reliquit pleraque literarum monumenta, præſertim Scholaſtica, digna publicâ luce, quâ tamen hactenus carent. Sunt verò in manibus plurimorum

1. *Brevis concionandi modus, vel Eccleſiaſtica Rethorica.* Veronæ 1644. Item

2. *Meditationes de Vita & cruciatibus Chriſti.* Ibid. 1642. Ital.

Meminit hujus *Silos* Hiſt. ſui Ordinis *part.* 3. & in Catalogo Script. ab *Oldoino* citatus in Athen. Liguſt. *p.* 454.

ARDIZZONUS (*Thomas Elias*) Ord. FF. Prædic. natione Ligur, patriâ Tabienſis, Conventûs Januenſis S. Mariæ ad Caſtellum alumnus, vir magnarum partium, ac primi nominis Theologus, clarioribus in Ordine functus muneribus, Sacras Literas jam apud ſuos profeſſus erat, cùm ad eaſdem docendas poſitus eſt in Gymnaſio Viennenſi Auſtriæ publicus Profeſſor circa A. 1650. Exinde Pragam tranſlatus, primariam S. Thomæ Cathedram cum maximo auditorum concurſu pluribus annis moderabatur, morum verò gravitate ita Fratrum Bohemorum ſibi conciliavit animos, ut Præfectum Provincialem elegerint, quo titulo Comitiis generalibus Romæ A. 1670 aderat. Ad ſuos redux in Gymnaſio Bononienſi Rectorem primarium egit, Cœnobii poſtea ibidem Prior electus & poſitus, demum ad idem munus in Januenſi S. Dominici Conventu aſſumtus menſe Auguſto 1681. ibidem ſequenti anno exceſſit è vivis, ad quem ejus meminit *Rovetta*, & ex eo *Echardus*, reſtatus reliquiſſe

1. *Comment. in univerſam S. Thomæ Summam* MS. Bononiæ apud Sodales. *Oldoinus* verò in Athen. Liguſt. *p.* 521. ex *Soprano* aſſerit juris publici feciſſe

2. *Comment. in I Cap. Evangelii S. Joannis.* Romæ 1656.

3. *Carmina* utrâque linguâ Latinâ & Etruſcâ ſub nomine *Joan. Dominici Ardizzoni*, quod ei luſtrale fuit, in *Thomam Eliam* in profeſſione immutatum. Illa autem typis prodierunt, ſed locus & annus ignoratur.

ARDO, *Smaragdus* dictus, Ordinis Benedictini Monachus Anianenſis; claruit anno 836 *Benedicti* Anianenſis diſcipulus, cui morienti adfuit, & à Monachis Ind. rogatus, *Vitam* conſcripſit. Obiit ſexagenarius anno 843. Extant ſub *Smaragdi* nomine Opera plura, quæ huic an alteri ſint tribuenda, multa inter eruditos lis eſt. Interim ad noſtrum omninò pertinere videtur *Vita S. Benedicti Anianenſis*, quippe quæ ab oculato *Benedicti* mortis teſte conſcripta fuerit. Extat hæc Vita tum apud *Menardum* lib. II. Obſerv. ad Martyrolog. Benedict. tum apud *Mabillon.* Sæc. Bened. IV. par. I. p. 191. * *Cave* Hiſt. Liter.

Alius autem eſt *Smaragdus* Epiſcopus Virdunenſis, de quo nos ſuo loco.

ARDUINO (*Philippus*) Neapolitanus, Dominicanus, Congreg. *della Sanita* alumnus, & aliquandò Vicarius Generalis, Sec. XVII. inter Theologos ſuæ ætatis nominatus, à *Toppio* p. 84 inter Scriptores recenſetur, nulla licèt ejus proferat opera, quæ forte à ſuis Symmiſtis expectavit prodenda, & ex eo *Echard* Tom. II. p. 756. Claruit A. 1622.

d'AREANIA (*Vincentius*) Dominicanus, in Regno Siciliæ Muri Baſilicatæ civitate Epiſcopali ortus, at in Conventu Recilianenſi (*di Ruciglano*) ad Ordinem aſcitus, ineunte Seculo XVII claruit, ob facundiam quam integerrimi mores ornabant, titulo Prædicatoris generalis inſignitus. In Cœnobio S. Bartholomæi oppidi cui vulgare nomen *Caspagna* mortuus eſt anno 1628 teſte *Vallio* Compendii *p.* 319. quem, vel *Dionyſium de Occilla* excipit *Toppius* Bibl. Neapol. *p.* 304. Hæc ab eo dicuntur relicta MS.

1. *Triumphus Sanctorum Dominicanæ Religionis.*

2. Opus hoc titulo *Giesù e Maria*, Oſſunæ Duci tum Neapolitano Proregi ab Autore nuncupatum.

3. *Diverſorium Spirituale*, Scripturale vocat *Echardus.*

4. *Mariale B. Virginis.*

5. *Quadrageſimale.*

Sed quæ omnia in ejus obitu quiſque ſibi partem vindicantibus evanuerunt.

de AREDA (*Didacus*) junior dictus, natione Luſitanus, natus in oppido *Arrayol* Diœceſis Eborenſis, in Societ. Jeſuitarum aſcitus A. D. 1615. Edidit linguâ vernaculâ ſermones aliquot

Contra

Contra Judaicam perſidiam & hæreticam pravitatem coram Inquiſitoribus Goæ A. 1644. Hujus meminit *Ribadeneira* in Bibl. Script. Societ. teſte *Imbonat.* Bibl. Lat. Heb. *p.* 34.

Ejus item extat

De S. Thoma Apoſtolo. Ulyſſip. 1645 & 1646. fol. ex *Lipen.* II. 856.

AREILZA (*Gregorius*) Ord. FF. Prædic. Siculus, Parthenopæus, Ordini adoptatus eſt ibidem in Cœnobio S. Spiritûs, virque evaſit magnatum partium. Poſt plura obita Scholarum & Conventuum regiminis munera, adminiſtratas etiam titulo primùm Vicarii Generalis, tum & Prioris Provincialis, Provincias Regni Siciliæ & Apuliæ, inter hæc ob ſingulare diſciplinæ regularia ſtudium à Magiſtro Ordinis *Joan. Bapt. de Marinis* in partem ſolicitudinia aſſumptus, & ſocius tituli Provincialis Terræ Sanctæ allectus eſt, quo nomine Comitiis Ordinis Romæ A. 1656 & iterum 1670 habitis adfuit & diffinivit, ac tantam ſui fecit præclaris dotibus exiſtimationem, ut & ad Aulam Hiſpanam permeârit, eique Rex CAROLUS II Arianenſem Eccleſiam A. 1687 contulit: at vir humilis, aliunde profeſſioni ſuæ addictiſſimus, oblatam infulam conſtanter detrectavit. Obiit Neapoli, dictum plenus, die 4 Febr. 1691. fuitque in communi Sodalium cæmeterio ſepultus. Tractatus plures Aſceticos edidit, nimirum

1. *Gli ſtimoli della ſacra ſolitudine.* Neap. 1625. in 8.

2. *Il teſoro naſcoſto.* Ibid. 1651. in 8.

3. *La ſpoſizione del Pater Noſter.* MS. apud ſuos ſervatur.

De eo legendus *Joan. Mich. Cavalieri* ſodalis *nella Galeria de' Pontefici Domenic.* Tom. II. p. 142 & ſeq. quem excipit *Echardus*.

AREISIUS (*Mich.*) Scripſit ex *Lipen.* ſub tit. *Controverſia Pontificiorum*,

Freundliche Zerreiſſung des ſchönen und wohlriechenden Roſenkrantzes. Ingolſtad. 1598.

ARELATENSE Concilium I. Conſtantini Magni juſſu, in cauſâ *Cæciliani*, anno 314 celebratum. Interfuerunt Epiſcopi CC. Quorundam nomina, ſed mendosè admodùm, bodie ſubſcripta reperiuntur; à quibus *Cæciliani* cauſa iterum abſolvitur, & innocentia vindicatur: Canones XXII. ad Eccleſiæ mores & diſciplinam ſpectantes, conduntur. Extant, *Sirmondi*, *Binii*, *Ducæi*, *Albaſpinæi* notis illuſtrati, unà cùm *Epiſtola Synodali*, variiſqoe *Conſtantini Magni* literis, tùm ante tum poſt Synodum ſcriptis, *Conc. Tom. I. p.* 1421. Ad calcem, *Geſta purgationis Cæciliani & Falicis*, ex Appendice *Optatianâ* ſubjiciuntur. Atelatenſi huic Synodo intererant etiam ex majore Britanniâ Epiſcopi tres, *Eborius* Epiſcopus Eboracenſis, *Reſtitutus* Londinenſis, *Adelphius* de civitate Coloniâ Londinenſium, unà cùm Sacerdote Presbytero, & *Aræinio* diacono, quorum ſubſcriptiones hodie deprehenduntur. Vide quæ habet *Spelm.* Conc. Brit. *Tom. I.* p. 39. ubi & hujus Concilii Canones reperire licet.

In VIII. Canone dicitur rebaptizatum iri hæreticos qui non agnoſcent Trinitatem.

In XX. perhibetor Epiſcopo alium ordinare. Patres Concilii volunt ut advocent VII. alios Epiſcopos, ſaltem tres.

ARELATENSE Concilium II. quod plures tùm ex Oriente, tùm ex Occidente Epiſcopi Arelate, obi tunc agebat *Conſtantius* Imper. anno 353 babuerunt, præſente etiam *Vincentio* Capoano, primario *Liberii* Pontificia Legato. Sed cùm de Fide diſceptare detrectarent Ariani, *Athanaſii* damnationem unicè urgentes, reliqui minis & terroribus victi ſubſeripſerunt, ipſomet *Vincentio* manus dante, totia viribus repugnante *Paulino* Trevirenſi, ac propterea in exilium miſſo. Vid. *Hilar.* lib. ad Conſt. *col.* 305. & in *Fragm.* col. 400. *Sulp. Sev.* lib. II. p. 153.

Magna Biblioth. Eccleſiaſt. Tom. I.

ARELATENSE Conciliom III. apud Arelatem urbem ad Rhodanum fl. circa annum 452 habitum. Extant Canones LVI. de diverſis Legibus & Conſuetudinibus Eccleſiaſticis, ex antecedentium Conciliorum Decretis orplurimòm deſumti, cum notis *Sirmondi*, *Binii*, *Albaſpinæi*, Conc. *Tom. IV. p.* 1010. Notæ *Sirmondi* poſthumæ ampliores habentur *ibid.* in Append. *p.* 1811.

In L. Canone jubentur qui odia fovent, communione privari, uſquedum reconcilientur. Prohibetur & in hoc Concilio eligere Diaconum vel Presbyterum neophytum vel uxoratum, niſi iſte ut cœlebs vivat. Perhibetur quoque ſe ἐννυχίζειν. Veratur & Clericis Eccleſiam ſuam deſerere, & Diacono ſedere in Eccleſiâ, aut porrigere Euchariſtiam coram Presbyteris.

Canones conditi ad rebaptizandos *Pauliamiſtas* vel *Photinianos*, & ad imponendas ſolummodo manus cum Chriſmate Bonoſiacis.

Alii conditi tum in Epiſcopos qui ſuperſtitiones abolere negligerent in ſuâ Diœceſi, tum in *Apoſtatas*, *Comœdos* &c.

ARELATENSE Concilium IV. vulgò dictum III in cauſâ *Fauſti* Abbatia Lerinenſis & Epiſcoporum, circa annum 455 collectum. Extant Epiſtola generalis & Synodi Acta *Conc.* Tom. IV. p. 1023. *Sirmondi* notæ poſthumæ in Append. *ibid p.* 1818.

ARELATENSE Conciliom V. à *Leontio* Epiſcopo, ad condemnandum Prædeſtinationis errorem, circa annum 475. præſentibus *XI* Epiſcopis, celebratum. Extant Epiſtola *Fauſti* Reienſis ad *Lucidum* Presbyterum, & *Lucidi* libellus ad Synodi Patres *Conc.* Tom. IV. p. 1041. Eodem tempore, & eadem de cauſâ, habita eſt Synodua Lugdunenſis, cujus in Epiſtolâ ad *Leoatium* unus meminit *Fauſtus* Reienſis.

ARELATENSE Concilium VI. à XVI. circiter Epiſcopia, anno 524. VIII. Id. *Julias* celebratum. In quo de Diſciplina in ordinandis Clericis ſervanda præcipuè cavetur. Extant *Canones IV.* cum plurimis ex *Gratiano* Fragmentis *Conc.* Tom. IV. p. 1622.

Secundus Canon non patitur eligi Laicos Epiſcopos, niſi per annum vitam Eccleſiaſticam egerint.

ARELATENSE Concilium VII. anno 554. III. Cal. *Julias* à *XIX* Epiſcopis partim per ſe, partim per Vicarios celebratom. Extant diſciplinæ Eccleſiaſticæ *Canones VIII.* cum notis *Sirmondi* Conc. Tom. V. p. 780. & apud *Le Cointe* Tom. I. p. 799.

ARELATENSE Concilium VIII. volgò dictum VI. jubente *Carolo M.* ann. 813. VI Idus Majas, in Baſilica S. Stephani, congregatum. In quo, ad reſtituendam collapſam Eccleſiæ diſciplinam, conditi ſunt *Canones XXVI.* qoi babentur *Concil.* Tom. VII. p. 1231. & apud *Le Cointe* Tom. VII. p. 234.

Decretum fuit quotidie preces pro ſuâ Majeſtate fundi.

In III. Canone injungitur Metropolitano, ut curet ſuos ſuffragantes de Myſteriis erudiri.

In XIX. Patres & ſuſceptores ſuos liberos, aut luſtricos filios curare monentur.

ARELATENSE Concilium IX. in cauſâ *Raymundi* Comitis Toloſani, fautorumque ejus, anno 1210 à *Theodoſio* Pontificis Legato celebratum. In quo conditiones Reconciliationis *Raymundo* factæ, ab eo rejectæ ſunt. Extant *Conditiones* propoſitæ *Conc.* Tom. XI. Part. II. in *Append.* p. 2389.

ARELATENSE Concilium X. an. 1234. VI Id. *Julii* à *Joanne* Archiepiſcopo & Suffraganeis ſuis congregatum. Extant diſciplinæ Eccleſiaſticæ *de ſtatutis Concilii Lateran. IV. diligenter obſervandis, de Epiſcopis per ſe & alios prædicantibus, de Hæreticis*, &c. *Canones* 24. Conc. Tom. XI. Part. II. in *Append.* p. 2340.

Præſcriptum fuit ſingulis diebus Dominicis

nicis publicare excommunicationes contra hæreticos, brachio ſeculari tradere eos qui nollent converti, corpora & oſſa hæreticorum poſt obitum exhumari, excommunicare uſurarios, adulteros, & ariolos; & Judæis injungitur ut ſuis veſtibus diſtinguerentur.

In XXI Canone nemini permittitur condere Teſtamentum, niſi præſente Curato ſeu Parocho.

ARELATENSE Concilium XI. an. 1267. à *Bertrando de S. Martino* Archiepiſcopo, & Præſulibus Arelatenſis provinciæ celebratum. Editi ſunt in hâc Synodo diſciplinæ Eccleſiaſticæ *Canones XXII.* quorum quatuor priores deſiderantur. Reliqui agunt *de Cenſuris obſervandis*, *de Calicibus non vendendis aut pignorandis*; *de Caſibus Epiſcopo vel Papa reſervatis*; &c. Extant *Conc.* T. XI. Part. II. in *Append.* p. 2368. De his Conciliis *Caveus* in Hiſt. Liter.

De alio Concilio habito A. 1175. nonnulli faciunt mentionem.

de ARELLANO (*Hieronymus Ramirez*) Hiſpanus, Minorum Fratrum ſtrictioris Obſervantiæ Sancti Gabrielis Provinciæ Sodalis, Concionator Apoſtolicus; trium linguarum peritus, multæque & variæ lectionis, opus edidit SS. PP. doctrinâ refertum, verbi Dei præconibus utiliſſimum, cui titulus ex *Nic. Anton.*

Stroma, para el Cap. XIII. de San Juan &c. *con varias expoſiciones literales y morales en la parte que del ſe canta el Jueves Santo que llaman el mandato.* Compluti, 1606. in 4.

In hujus operis præfatione fidem ſuam obſtrinxit, ſi vita ſuppeteret, pro alterius operis, de *Republica Hebraa*, editione.

ARELLANO (*F. Joann. Salvator Baptiſt.* de) Hiſpanus, Franciſcanorum Tertii Ordinis Provinciæ Bæticæ ſodalis, ſcripſit, fortè urbem patriam adornans,

Antiguedades y excelencias de la Villa de Carmona, y Compendio de Hiſtorias. Hiſpali, 1628.

Idemne, an alius? certè ſi idem, ad Redemptores Captivorum Sanctiſſ. Trinitatis pertinebat, cùm ſcripſit in domo Hiſpalenſi

1. *Antiguedad del Convento de la Santiſs. Trinidad de Sevilla, origen y principio de la Santa Imagen de Nueſtra Señora de los Deſconſolados*: ſimulque

2. *El Libro, en que ſe declara, como fueron balladas y traidas à Sevilla las reliquias de S. Juſta y Rufina, y de las maravillas que N. S. a obrado por ellas.* Hiſpali, 1633. in 8 * *Nic. Anton.*

AREMBERGH (*Carolus* de) Capucinus, natione Belga, patriâ Bruxellenſis, in ſæculo dictus *Antonius*, Comes *de Senaghen*, nobiliſſima progenie ortus, (utpote filius Principis *de Arembergh*, & Ducis *de Areſcot*,) Concionator eximius & eruditus, Sacræ Theologiæ ac Divinarum Literarum ſapientiſſimus Interpres, Provinciæ Flandriæ pluries Miniſter Provincialis, atque totius Ordinis iterum ac tertiò Diffinitor Generalis. Multas ſibi ſæpiùs oblatas dignitates vir pius conſtanter recuſavit. Scripsit

1. *Clypeum Seraphicum, ſive Scutum veritatis in defenſionem Annalium Fratrum Minorum Capucinorum.* Coloniæ 1643.

2. *Flores Seraphicos, ſive Icones, in quibus continentur vita & geſta Virorum illuſtrium Capucinorum, qui ab anno 1525 uſque ad annum 1612 in eodem Ordine miraculis, ac vita ſanctimoniâ floruerunt.* Ibid. & Antverp. 1640. ac tertiò Mediol. 1648. fol. 2 Tom.

Obiit vir pietate ac virtutibus inſignis in Cœnobio Antverpienſi 7 Cal. Sept. A. 1669. ætat. 69. Hujus meminit *Wadingus* & ex eo *Dionyſius* Genuenſis *p.* 71.

ARENA (*Franciſcus*) Siculus, Meſſanenſis, Ordinis Capuccinorum, natus anno 1646. cùm ex aliorum calamitate virtutum documenta collegiſſet, ad regularis inſtituti aſylum advolavit. Eloquentiæ ſtudia amplexus, eximia cum laude, & fructu in cinerali jejunio conciones habuit Romæ, Panormi, Drepani, Neapoli, & alibi. Pluries Ordinis Cœnobia rexit. Vivebat Drepani A. 1714. dum ſcribebat *Mongitor* Bibl. Siculam. Evulgavit Italicè

1. *Il Roveto fiammeggiante del Tebro nel candidiſſimo Neri infuocato à fiamme di Pentecoſte. Panegirico del Gl. Patriarca S. Filippo Neri.* Drepani apud Francum 1700. in 4. (*a*).

2. *Panegirici Sacri.* Panormi typis Dominici Corteſii 1709. in 4. (*b*).

[*a*] Mongit. *Tom. I. p.* 202.
[*b*] id. *Tom. II.* in Append. p. 40.

ARENA. Vid. *Henricus.*

F. ARENA (*Sanctius*) Dominicanus, Etruſcus, patria & profeſſione Florentinus, Theologus inſignis, & Eccleſiaſtes primi nominis, obiit anno 1576 in Portu Herculis ad mare Tyrrhenum. Sic *Luſitanus*, quem excipiunt *Poſſevinus* & *Altamura.* Verùm *Fontana* ex *Lucarino* dicit mortuum anno 1574, niſi ſit erratum typorum. Scripſit ac edidit libros duos his titulis:

1. *Prima ſtrata del giardino ſpirituale contro la pertinace contura heretica*, Neapoli.

Hunc Cardinali *Carrafa* nuncupavit.

2. *Seconda ſtrata del giardino &c.* ut ſupra.

Hunc alterum Archiepiſcopo Montiſregalis dicavit.

Conf. *Echard.* ad A. 1576. *Negri* Iſtor. de' Scritt. Fiorent. *p.* 490 ubi vocatur *Sancio della Rena.*

ARENA (*Siffridus* de) Ord. FF. Præd. ad annum 1470 claruiſſe dicitur à *Luſitano*, ac ſcripſiſſe

Super tres nocturnos Pſalterii & ſuper Canticum Magnificat.

Quamvis autem *Luſitanus* nec gentem nec patriam indicet, *Altamura* ad eundem annum *Sigifredum* aut *Siffredum* vocans, Italum aſſerit, teſte *Echardo.*

ARENBECHIUS (*Petrus*) Suecus, Lutheranus, Paſtor ad S. Catharinam Holmiæ, edidit, teſte *Le Long* p. 613.

Specimen conciliationis Linguarum in textus aliquot ſacros ad veram & convenientem lingua Suecica verſionem diductum. Stregneſiæ 1648. in 4.

AREND Germanus, Eiſtorp. Hannover. edidit Latinè

Diſſertationem Hiſtorico-Theologicam de Colloquiis Charitativis Seculo XVI per Germaniam irrito eventu inſtitutis, pro conciliandis animis in materiâ Religionis. Jenæ, typis Chriſt. Dav. Werther, 1719 in 4.

Caput Ium iſtius Operis ad duo ſequentia viam parat. Ibi Autor de Conciliis in genere agit, eorum convocandorum cauſis, agendi modo in iis juxta ipſum obſervato, eorum utilitate ac incommodis. Colloquia Dogmatica in Germaniâ habita triplicis generis agnoſcit, 1ò quæ ad Lutheranos & Pontificios jungendos, 2ò quæ ad Sacramentarios, 3ò quæ ad Anabaptiſtas Lutheranis reducendos, convocata fuère.

Capite II de Colloquiis Pontificios inter ac Proteſtantes fruſtrà initis loquitur; ac compendiosè deſcribit Hiſtoriam Colloquii Heidelb. A. 1518. Auguſtani eod. anno & 1530. Lipſienſis 1519. & 1535. Homburgenſis 1526. Wormatienſis 1540 & 1557. Ratiſponenſis 1541 & 1556. Badenſis 1589. Emendingenenſis 1590. Tot exempla quæ juxta ipſum demonſtrant, nullam Eccleſiæ Romanæ cum Lutheranâ conciliationem ſperari poſſe.

Capite III recenſentur Colloquia ad Sacramentarios Lutheranis jungendos inita, nimirum Flenſburgenſe & Marpurgenſe A. 1529. Heidelb. 1560 & 1584. Maulbrunenſe 1564. Hertzbergenſe 1578. Monſpel

Monſpelgartenſe 1586 & Neoburgenſe 1593. In aliud opus dimittit Autor quæ de Anabaptiſtis dicenda reſtant, ac de Colloquiis ut errores depellerent initis.

Partes ſuas ubique acriter tuetur *Arendius*, ac Pontificiis ſatis iniquum ſe prodit (*a*).

Hæc Diſſertatio inter *Buddei* Miſcellanea Sacra recuſa eſt *Jenæ* 1727. in 4. *P. III. p.* 403-528.

(*a*) Vid. *Diar. Erud.* Febr. 1720.

ARENDS (*Cajus*) Scripſit, ex *Lipen.* ſub tit. Marcus

Leich predigt aus den Worten Marci II. 7. Gluckſtadt, 1665. 4.

ARENIUS (*Olaus Magni*,) Wermelandus, Maalaxenſis Paſtor, cujus hæc SCRIPTA memorat *Scheffer*us Sueciæ Litter. *p.* 231.

1. *Catechetica* Sermone Suecico, (ſicut & quæ ſequuntur) edita Aboæ 1659.

2. *Commentarium in Paſſionem* D. N. J. C. Ibid. 1655, in 4.

3. *Evangeliorum Dominicalium explicationem.* Ibid. 1675. in 4.

4. *Quotidianam pœnitentiam.* Holmiæ, per Henr. Keyſer, 1677. in 8.

5. *Epiſtolarum Dominicalium explicationem*, typis paratam.

ARENPECKIUS vel ARNPEKHIUS (*Vitus*) Sacerdos, Lanshuta oriundus, natione Germanus, Monaſterii Eberſpergenſis Ord. S. Bened. in Bavaria Prior, claruit Sec. XV. ſub LUDOVICO ac GEORGIO Bavariæ Ducibus. Priore A. 1479 vitâ functo, GEORGIUS ejus filius ipſi *Vito* aliiſque creditis eâ tempeſtate in Bavaria injunxit, ut *Chronicon Ducum Bavariæ* conſcriberent: quod inter MSS. Codices Latinos ex arce Ambroſiana in Bibl. Cæſaream A. 1665 allatos extare teſtatur *Lambecius* Comment. lib 2. cap. 8. p. 976. Vol. 381. *Leibnitius* verò in Introd. ad Tomum III Collectionis *de Script. Brunſwic.* num. 28 p. 23. ſic loquitur: » Chronicon *Arenpeckii* Friſingenſis Presbyteri, » quem *Aventinus* aliquando *Areopagum* vocat, ho» die in Bibl. Bavarica habetur, dedicatum *Sixto* » *de Tanbergiorum* familia, Epiſcopo Friſingenſi, » die 1 Jan. 1495. unde excerpta quædam edere pla» cuit in quibus Autor non tantum Weingartenſem » Monachum *de Guelfis* ſecutus eſt, ſed & multa » aliunde collecta adjecit, & Hiſtoriæ Guelforum » quoddam velut compendium complevit. » Excerptum autem ex *Arenpeckio* extat dicto Tomo III. p. 660-675. cujus Autoris & *Collectanea* quædam extare in Monaſterio Tegernſeenſi accepit laudatus Vir Cl. *Leibnitius* (a). Dictum *Chronicon* ex autographo integrum edidit *Pezius* Theſ. Anecd. *T. III. P. III.* in quinque libros diviſum. Implet col. 470. *Arenpeckius* autem, ipſius Editoris teſtimonio, Scriptor eſt in rebus vetuſtis admodum fabuloſus, quem inter alios inprimis aggreditur nobiliſſimus (*b*) Autor *Vindiciarum Arboris Genealogicæ Auguſtæ gentis Carolino-Boicæ* &c. (*c*) quod in Chronico Comites Schirenſes non ab *Arnulpho* Imp. ſed à *Leopoldo* Duce oriundos probatum iverit, ſimulque *Ottonem* Friſing. (cujus autoritatem ille quodammodo ſecutus erat, ſed in domum Bavaricam malè animatum,) explicat, & refutat.

[*a*] Vid. *Ludinum* in Comment. ad A. 1460 [b] *Joan. Franc. Xav. de Wilhelm* CAROLO ALBERTO Ser. Bavariæ Electori a Conſiliis Sanctioribus, & Comitatus Hagenſis Adminiſtrator. [*c*] Prodiit hoc opus *Monachii* 1730. fol. Vid. *Acta Erud.* hujus anni *p.* 428.

ARENTS (*Daniel*) Belga, Calviniſta. Philoſ. Prof. & V. D. Miniſter, typis dedit, teſte *Le Long* p. 613.

Commentarium in hiſtoriam tentationis Chriſti à Diabolo illatæ, ad Matth. IV. 12. Amſtelodami 1691. in 8.

F. ARENZANO (*Johannes de*) vel *Arinçano*, Dominicanus, Hiſpanus, Calagurritanus patria, profeſſione Conventûs S. Thomæ de Aquino Matritenſis alumnus, ut ex memorialibus Hiſpaniæ ſe accepiſſe teſtatur R. P. *Jac. Quetif*, ineunte Seculo XVII claruit, & ſcriptum à ſe prælo edidit opus hoc titulo:

Roſario de nueſtra Senora, Matriti 1602: & Salmant. 1603 in 8. ſub tit. *Tratado del Santo Roſario.* Quod *Menciæ de la Cerda* Marchioniſſæ *del Valle* auctor nuncupavit, additâ ſui Prioris Provincialis F. *Andreæ de Oaſſo* imprimendi facultate datâ Matriti anno 1602, die 12. Junii.

Ejus meminit *Antonius* in Bibl. Hiſp. ubi Salmanticenſis domûs noſtrum *Joannem* alumnum dicit, forte quod ibi moraretur, cùm opus altera vice ederet (*a*).

[*a*] *Script. ordin. Prædic.* ad A. 1603.

R. AREPOL vel ARIPOL (*Samuel*, vel *Schemuel*) ben R. *Iſaac* ben *Jom Tov Arepol*, vixit Sec. XVI. & ſcripſit libros varios, quos tanquam nugarum plenos nihili fieri ab Hebræis CPolitanis teſtatur *Buxtorfius* p. 443.

Faſciculum Schemueis, quæ collectio eſt inſtar indicis & compendii quinque librorum, quos idem exaravit, *primus* dicitur *princeps pacis*, ſecundus *Pſalmus Eucharisticus*, tertius *conventus Sapientum*, quartus *dictum Dei*, quintus *cor ſapientis.* Sic & liber iſte quinque partibus abſolvitur, quarum I ſub tit. *Currus Iſraelis* pertinet ad alphabeta illa, quæ leguntur in Pſalmo 119. II *rupicapra gratioſa*, in Canticum Canticorum: III *os ſapientis*, in Eccleſiaſten: IV *unius columnarum*, ubi de diſpoſitione hominis decente inter precandum: V *acceſſio gratiæ.* Venet. A. 353. C. 1593. 4. apud *Joan. de Gara.* Hujus libri titulum *Bartoloc.* poſt *Plantavit.* admodum mendosè affert per *Epiſtolam Samuelis*, (cujus tituli librum ſcripſit R. *Schemuel Algaſi*) quam ait eſſe librum legalem, in octo partes diſtinctum: quæ quidem omnia ex dictis facilè emendari poſſunt. Eodem titulo recenſetur etiam in Catal. Leidenſ. *p.* 270. *n.* 59. Ratione anni *Bartolocc.* cum *Juchaſin* conſentit; ſe verò vidiſſe teſtatur *Wolfius* edit. Venet. *Joan. de Gara*, ubi annus per voces quaſdam ſymbolicas expreſſus erat, quarum literæ efficiunt an. 350.

Libri iſti quinque ſeorſim prodierunt, & quidem

1. *Conventus Sapientum*, Explicatio precum, ſecundùm *Juchaſin*, Venet. neſcio quo anno, qui liber ſecundùm *Bartoloc.* Conciones complectitur. Unde videtur hunc confudiſſe cum alio

2. *Verbum Dei*, ex Prov. XXX. 5. Conciones in omnes Legis Paraſchas, de quibus tamen *Juchaſin* nihil monet editæne ſint, an MSS.

3. *Cor Sapientis*, ex Eccleſ VIII. 5. Comm. in Eccleſiaſten. *CPoli* 351. C. 1591. 4. In Catal. Bodl. *p.* 39. & apud *Lipen.* I 581. memoratur annus 1586. in 4. *Meelführerus* in Diſſ. de meritis Hebr. in Rem Liter. §. 8. adſert edit. Lublin. 1604. 4. ut & *Longus* p. 943

4. *Pſalmus Eucharisticus*, ex Pſalm. C. 1. Expoſitio Pſalmi CXIX & Pſalmi XV Graduum. *Venet.* 336. C. 1576. apud *Joan. de Gara*, & Prag. 370. C. 1610. 4. plag. 40.

5. *Princeps pacis*, ex Jeſ. IX. 5. Comm. in Canticum, non in Eccleſiaſt. quod vult *Buxtorf* Adſert *Longus* edit. Venet. 356. C. 1596. 4.

6. *Jucundus cantionibus*, ex II Sam. XXIII. 1.

Expoſitio Pſalmi XV Graduum. *Cracov.* 336. C. 1576. 4.

Hæc Cl. *Wolfius* Tom I. p. 1090.

ARES (F *Antonius*) Hiſpanus, ex Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula, tranſtulit in Caſtellæ Sermonem

Los Dialogos de la Naturaleza del Hombre, del Maestro Raimundo Sebunde. Matriti, 1616. in 4.

Et è propria etiam penu dedit

Del Illustre Origen y grandes exselencias de la Misteriosa Imagen de Nuestra Señora de la Soledad de Madrid. Matriti, 1630. in 8. * *Nic. Anton.* p. 76

ARESIUS (*Paulus*) Dertonenſis Epiſcopus, nobili familiâ Mediolanenſi oriundus, Clericorum Regularium ſeu Theatinorum inſtitutum amplexus, primaria in eo geſſit munera. Diœceſanorum ſuorum curam habuit ſingularem; eruditorumque Mæcenatem haberi gloriæ ſibi duxit; vir & ipſe eruditiſſimus, ut libri ab ipſo editi teſtantur. Obiit A. 1645.

S c r i p t a :

1. *Una Oratione* (a) *in lode di S. Carlo Borromeo, Arcivescovo di Milano, recitata da lui* (Areſio) *nella domo di Milano* die 4 Nov. 1610. *con l'occaſione della Festa del Santo, e della nuova della ſua Canonizatione* &c. Vicentiæ 1611. in 4

2. *Arte di predicar bene.* Venet. 1611. in 4. Librum hunc impensè laudat *Laur. Craſſus* in Elog. Hom. Litter. *P. II. p.* 90. 91.

3. *Orationes Sacræ*, ſeu, ut ipſe vocat, *Lezzioni, Sermoni e Orazioni diverſe.* Super Evangelia liber ille ſcriptus eſt, & Emblematibus multis ſcatet, » quorum tamen, inquit Cl. *Morhoſius* (b) nonniſi modicum ede uſum velim.... Interea multum quoque » commodi afferre poſſunt Emblematographi Sacri, » ſi modo quis rectè illis uti noverit: nec ſpernendi » utique tales aut *Areſii*, aut *Engelgravii*, ſimilium» que ſimiles labores *&c.*

4. *De vero Sacri Cantici Salomonis tum hiſtorico tum ſpirituali ſenſu novæ quædam Velitationes.* Mediol. 1640. in 4.

5. *Velitationes in Apocalypſim.* Ibid. 1647. fol. (*c*).

6. *Diſputatio de tranſmutatione aquæ vino mixtæ in SS. Miſſæ Sacrificio.* Dertonæ 1612. in 8. & *Antverp.* 1618. in 8. (*d*).

7. Tomi II *De Mundi Tribulatione, ejuſque remediis, naturâ, cauſis & effectibus, è S. Scripturâ, Patrum teſtimoniis & exemplis illuſtrati.* Antverp. 1655 (*e*) Colon. 1663. in 4. (*f*) Tom. I. Mediol. 1641 & Antverp. 1651 (*g*).

8. *Doctiſſimi Diſcurſus Prædicabiles, eos geſtas, ac Vitas Sanctorum exhibentes*, per *Petrum Wemmerum* tranſlati. *Antverp.* 1647. (h). *Colon.* 1665. in 4. (*i*).

9. *Sacrorum Phrenoſchematum de auguſtiſſimâ Cæli Reginâ, ejuſque Sacro Gynaceo, Vietatum eadiu illuſtriſſimo, Liber, in cujus Diſſertationibus facundu ingenioſi fœcundique conceptus, gratioſique eruditionis omnigenæ partus recreandis mentis oculis idonei, repræſentantur.* Opus teneo Latinè impreſſum Francof. ad Mœnum 1701. fol. quod ex Italico vertit F. *Joan. Cajet. Nemmich* Religionis Theatin. Alumnus, præmiſſâ Præfatione Salisburgi datâ Cal. Mart. 1701. Approbatio Editionis Italicæ ſubjuncta data eſt Dertonæ die 7 Jul. 1629. proditque ſub tit. *Dello Sacro Impreſi.*

[*a*] Hinc *Toppius* Bibl. Napol *p.* 232 tribuit *Paulo Areſio* Iſerenſi Diœceſis Caietanæ, qui Placentinus Epiſcopus fuit, S. R. E. Cardinalis, & Neapolitanus Archiepiſcopus, verùm hac in re erravit, ſiquidem ille obiit A 1578. ætat. 67. De quo legi poteſt *Ciaconius* in Vitis Cardd. *Tom. III. p.* 1049. Eggs *Purp. docta* Lib. V. Cap. 22. aliique. [b] *Polyhiſt. Liter.* lib. 6. cap. 4. §. 7. [c] *le Long* p. 613. [d] *Lipen.* II. 299. [*e*] *ibid. p.* 333. [*f*] *Lipen.* I. 23. [*g*] *id.* II. 873. [*h*] *ibid.* p. 715. [*i*] *id.* I. 270.

10. *Sacrorum Phrenoſchematum* Liber alius *de SS. Papis, Epiſcopis, Religionum Fundatoribus, aliiſque SS. Confeſſoribus; Diſſertationes omnigenâ eruditione, necnon profundis acutiſſimiſque conceptibus, officio Concionatorum maximè proficuis, ſolidiſque doctrinis refertas complectens.* Opus ab Autore priùs Italicè editum, & a præfato Interprete Latinè redditum prodiit ibid. A. 1701. fol.

ARETHAS (*a*) Cæſareæ Cappadocum Archiepiſcopus, claruit anno circiter 920. ut colligi poteſt ex *Bern. de Montfaucon* Palæographiâ Græcâ *lib.* 1. *c.* 6. *p.* 43. ubi profert Codicem MS Græcum Regiæ Gall. Bibl. *num.* 2171. qui *Clementis* Alexandrini, *Juſtini* Martyris & aliorum Opera continet, & ad calcem dicitur ſcriptum eſſe manu *Baanis* Notarii *Aretæ* Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ *anno mundi* 6422. *C.* 914. (b) Atque hinc rectè ſupra dictum eſt in *Andrea* Cretenſi *p.* 448. ſub finem *col.* 1. ſcripſiſſe *Commentarium in Apocalypſin* circa A. 912. ſed delenda eſt parentheſis (Scripſit etiam *Acta S. Euthymii Patriarchæ CPol.* anno 911 ad Cœlos tranſlati) quæ ex *Oudini* Supplem. ad A. 710 deſumpta eſt; nam alius eſt *Arethas* Presbyter ab Archiepiſcopo Cæſareenſi, ut infra dicetur.

Dicta in *Apocalypſin Explanatio* ex *Andrea* Cæſareenſis *Commentario* deflorata Græcè primùm *Veronæ* prodiit A. 1532. fol. ac poſtea 1568. Latinè vertit *Joan. Hentenius* Mechlinienſis (*c*), & *Antverpiæ* edidit A. 1545, eaque Verſio *Pariſiis* recuſa eſt apud *Car. Guillard.* A. 1547. in 8. Hanc deinde tranſtulit *Phil. Deſpont* in Bibl. PP. edit. Lugd. 1672. *Sec. VI. Part. I. p.* 518. quâ in re cum aliis hallucinatus eſt, qui *Aretham* ad hoc Seculum referunt (*d*). Errat quoque *Labbeus* qui eum A. 700 aſſignat. Conf. quæ ſupra dicta ſunt in *Andrea* Cæſareenſi *p.* 446.

Multâ autem eruditione refertum eſt hujus *Arethæ* opus, etiam quoad Criticam, ac varias textûs Apocalypſeos lectiones. *Hentenius* qui utrumque *Andream* & *Aretham* laudavit, ſic loquitur: » Quantum autem divinare licet, erat hic *Aretha*, ejuſ» ve prædeceſſor *Andreas* non in divinis tantùm, » verùm etiam in humanis literis inſtructus, in » Rhetoricis quoque ac Phyſicis apprimè eruditus, » ut ſi alia exemplaria Græca aut ejus viri Com» mentarios, prout ab ipſo editi ſunt, nacti fuiſſe» mus, non adeo nos torſiſſent innumera in hoc li» bro loca. » Plurima equidem non intellexit iſte Interpres non modò in *Arethæ* Expoſitione Apocalypſeos, ſed & in Scholiis *Oecumenii.* Mirum certè *Morellium*, qui hanc recudi curavit, in Græcis ſolâ Veronenſi editione uſum, neque Interpreti emendando adhibuiſſe induſtriam, licèt editionis ſuæ titulo hæc præmiſerit: *Interprete* Joan. Hentenio, *emendatore & prælectore hujus editionis* Fred. Morello, *Regiorum in Acad. Pariſienſi Profeſſorum Decano.* Multò emendatiorem ex MSS Græcis Bibl. Regiæ Pariſ. dari poſſe notavit *Rich. Simon* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 32. *p.* 468. & ex eo Cl. *Fabricius* Bibl. Græc. *Tom. VII. p.* 791.

[a] *Aretas* malè vocatur apud *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 249. [b] Vid. *Oudin.* in Comment ad A. 920. [c] Hujus interpretis nonnullas hallucinationes caſtigavit *Jac. Billius* in Obſerv. Sacris. [d] *Le Long* ad A. 540. *p.* 613 *Cave* ad eund ubi tamen monet incertis prorſus niti conjecturis qui circa hoc tempus claruiſſe volunt. *Du Pin* Sec. VI. p. 74. idem cenſet.

ARETHAS Eccleſiæ Cæſareenſis in Cappadocia Presbyter, claruit anno circiter 1020. altero ejuſdem nominis & Sedis Archiepiſcopo centum annis recentior. S c r i p s i t *Orationes duas inſignes in S. Euthymii* Patriarchæ CPol. *tranſlationem*, qui, *Nicolao Myſtico* A. 901 pulſo, ad CPolitanam Eccleſiam gubernandam evectus fuit, ut habet *Baronius* in Annal. ad an. 901. num 2. *Euthymius* verò poſt mortem *Leonis* expulſus atque in exilium delatus, anno 912 in exilio

in exilio mortuus eſt, ut *Baronius* habet *num.* 18. Tandemque anno 920 CPolim cum honore & pompâ deportatus, ut idem narrat *num.* 2. Habitæ autem *Homiliæ* illæ non A. 920 ut *Baronius* & *Maimburgius* (a) perperam opinati ſunt, ſed *Euſtathio priſco Papa Nova Roma præſente*, id eſt CPolitano Patriarcha. Sedit autem poſt *Sergium II* ab anno 1019 ad 1025. quo *Alexius* electus eſt, juxta Chronologiam Patriarcharum CPolitanorum. Has *Orationes Encomiaſticas in translationem S. Euthymii* Græcas habes in *Collect. Legendarum de Sanctis* Simeonis Metaphraſtæ: Latinas autem apud *Lipomannum* fol. 96 & 100 edit. Venet. 1551 & ſeqq. Habetur item Latinè *fol.* 102 ſub ejuſdem *Aretha* nomine *Oratio de SS. Martyribus Suria, Samona & Abibo*, & apud *Surium* ad 15 Nov. Eadem autem Græcè abſque Autoris nomine extat in Regia Gall. Bibl. Cod. MS. Græco 2018. Cautè igitur diſtinguendus iſte *Arethas* ab Archiepiſcopo Cæſareenſi, ut agnovit *Oudinus* Comment. *Tom. II. p.* 540. qui in *Suppl.* ad A 910 eundem fuiſſe hominem dixerat, floruiſſeque ab anno circiter 900 ad 910. non 290. ut mendosè legitur apud *Caveum* ad A. 540. p. 336. edit. Genev. 1705.

(a) *Aretham* ille citat in *Schiſmate Græcorum*, ad A. 912. p. 233. & 237

ARETINUS (*Benedictus*) de quo jam dictum eſt ſub tit. *Accoltus* p. 50. Hic addemus, Opus *de Bello Sacro* denuò produiſſe Groningæ, typis Jac. Sipkes 1731. in 8. cum *Thomæ Dempſteri* Notis, *Henrici Hoffmaderi* ſtudio & operâ receuſum. Cùm nimirum illud *Accolti* opus Ampliſſimo Editori, Reip. Groningenſis Senatori, ita præſtans videretur, ut, ſi eloquentiam ſpectes, *Latini qui ſcripſerit vel terſiùs vel ſuaviùs, inde à renatis literis reperiatur nemo*, ſin argumentum ipſum, *miram id ubertatem & dignitatem & utilitatem habeat*, ſimul verò perpaucorum eruditorum conſpectum ſubierit, ſtrenuè ſe accinxit ad operam hanc navandam. Cùm verò editio ultima Florent. 1623. (nam antea bis editum fuerat Venetiis 1532 & Baſileæ 1544) eſſet innumeris, uſque fœdiſſimis mendis conſpurcata, Noſter ſtudioſè mendas typographicas ſuſtulit, ſimulque *Dempſteri* Notis adjecit laudatorum ab ipſo autorum libros, capita, verſuſque magno legentium commodo; imò & Indicem Notis pariter ac Textui accommodatum, eumque valde locupletem ſubjunxit. Præmiſit Vitam & *Accolti* & *Dempſteri*; & hanc quidem ex *Erythræi* Pinacotheca; ubi tamen cùm in Notâ mortuus eſſe dicitur *Dempſterus* anno ætat. *CV.* ſcribendum videtur *LV.* Monet autem Nobiliſſ. Editor erraſſe eos qui opus iſtud tribuerunt nepoti Autoris ſui cognomini, quem *Clemens VII* purpurâ donavit. Præmiſſa eſt item *Dempſteri* Præfatio, in qua is de antiquioribus omnibus belli illius ſacri ſcriptoribus ſuum profert judicium, in Notis ſuis nihil agens aliud, quàm ut ex iis Scriptoribus illuſtret narrationes *Accolti*. Hic & *p.* 181, 213 & 314 obſervat, quòd *Accoltus* noſter *Wilhelmum* Tyrium unum videatur ſibi ſequendum propoſuiſſe. Denique ſingulis *Accolti* libris præmiſſa eſt *ὑπόθεσις* metrica, à *Georgio Conæo* Scoto confecta, de cujus cæteris ſcriptis *Allatius* exponit in *Apibus Urbanis*.

Cæterum mendis non caret hæc ipſa Editio Groningana, quas plurimas indicant Eruditi Lipſienſes in *Actis* Mart. 1732. ubi & *p.* 125 monent, typographum Groningenſem, cujus ſumtu prodiit *Accoltus*, jus ſuum omne ceſſiſſe *Herm. Jagero*, typographo Bremenſi.

Opus ſuum *Accoltus* PETRO DE MEDICIS Etruriæ Duci nuncupavit A. 1450. Præter editiones memoratas laudatur & verſio Etruſca *Thomæ Bandelli* A. 1543 vulgata, Græca *Ypomis ou Chat*, quæ A. 1620 prodiit. Vid. *Biblioth. Belg.* Jul. 1731. Magna Biblioth. Eccleſiaſt. *Tom. I.*

ARETINUS *ſeu* de Aretio (*Bernardinus*) Capucinus, Provinciæ Hetruriæ alumnus, S. Theologiæ Profeſſor, ac Concionator facundus, qui ad ſuæ Provinciæ Miniſterium ob ſingularem prudentiam tertiò fuit aſſumptus, ac demum in Capitulo Romæ A. 1685 celebrato Diffinitor Generalis electus, Italicè typis dedit

Concionem, quam habuit in Palatio Reip. Lucenſis, Sabbato 2 Quadrag. *Lucæ* apud Hyac. Paci A. 1670. * *Bibl. Script. Capuc.* p. 56.

ARETINUS (*Franciſcus*) à patria *Arezzo* Etruriæ urbe, ut videtur, cognominatus, vixit Sec. XV. Vir fuit infinitæ lectionis, magnique judicii, *Joanni Antonio Campano* familiaris. Præter *Diogenis* Cynici, & *Phalaridis* Epiſtolas Latinè redditas, inſuper vertit *D. Chryſoſtomi* Commentarios in Joannem, & Homilias XX in I Epiſt. ad Corinthios aliaque (a). Hanc verſionem parvi faciebat *Eraſmus* (b). Quoad *Phalaridis* Epiſtolas, curioſas de his Diſquiſitiones præbet *Decas Decadum* Jo. Alb. Fabricii A. 1689 impreſſa, *num.* 8. ſed verſio Latina *Florentiæ* A. 1480 vulgata, perperam *Leonardo Aretino* tribuitur, qui jam ab A. 1443 è vivis abiit.

Sunt qui hunc *Franciſcum Aretinum* ab illuſtri hujus nominis Juriſconſulto, ex *Accoltiorum* familiâ oriundo, non differre putant. Aliis verò vix credibile videtur eundem illum hominem eſſe, cujus quæ in Jure ſcripſit illum ſtylum non oleant, qui virum liberalibus artibus imbutum prodit, neque ullum ferventis linguæ Græcæ veſtigium. Quiſquis ille ſit, *Senis* circa A. 1443 ſtudiis operam dabat, in eâque Univerſitate poſtea Juriſprudentiam docuit, vir in omni literaturâ eximius, ut vocat *Philelphus* Epiſt. I Lib. XXVI. adeoque perſpicaci ingenio præditus, ut *ſubtilitatum Princeps* dictus fuerit. *Volaterranus* ad calcem Lib. XXI. p. 782 ſic loquitur: » *Alexander* Imolenſis, & *Franciſcus* Aretinus, ambo Scriptis excellentibus nuper relictis, in memoriâ poſteritatis vivent. *Franciſcus*, præter Jura, cæteras etiam liberales artes » eſt adeptus; princeps ſeculi hujus (XV) habebatur. *Xiſti* (IVti) tempore magnâ expectatione in » hanc urbem (*Romam*) venit, paulòque poſt, » ſpe fruſtratus, remigravit impari doctrinæ ſapientiâ vitæque inſtitutæ, cùm in cœlibatu vixerit, ac opibus inhiaverit, quas cumulatiſſimas » cognatis demum reliquit. Dictus Pontifex Cardinalitiam dignitatem ſe libenter *Aretino* collaturum declaravit, niſi in publica commoda peccare metueret, ſi præclarum adeo Profeſſorem juventuti eriperet. Docuit & in Academiâ Piſanâ ac Ferrarienſi. Ipſe autem ad calcem Conſilii CXVIII ſic ſe ſubſignat: » Ego *Franciſcus de Accoltis de Aretio*, Decretorum Doctor, Senis ordinariè legens, » & illuſtris D. Marchionis Eſtenſis Conſiliarius, » & ad fidem me ſubſcripſi, & meo ſolito ſigno » ſignari juſſi. » Huic item præter Tractatum *de Balneis Putzolanis* tribuitur *Liber de vitâ & moribus S. Antonini* Archiep. Florentini. Frater illi fuit *Bened. Accoltus* de quo ſupra. Plurimas de *Franciſco* Obſervationes à Cl. Viro *de la Monnoye* ſibi miſſas congeſſit Cl. *Baelius* in Diction. *p.* 297. edit. Roterod. 1720. quæ eò tendunt, ut unum eundemque fuiſſe *Franciſcum Aretinum* ex Epiſtolis præſertim *Philelphi* demonſtrent.

(a) *Miræus* in Auctar cap. 461. (b) Vid. Epiſt. 59. Lib. 26. p. 1478. & Epiſt. 4 Lib. 28. p. 1591.

ARETINUS (*Franciſcus*) Ord. Min. de Obſervantia Generalis Definitor, ac Hetruriæ Ducis Theologus & Confeſſionarius edidit *Commentarium* in librum cujuſdam *Mag. Antonii Sirecti* de Formalitatibus *Scoti*; in quo Comment. *difficultates quamplurima & controverſia, qua inter Scotiſtas verſantur, facillimè reſolutiſſimeque explicantur.* Prodiit Venetiis

1606.

1606. in 4 (*e*)

(*e*) Morhof. *Polyhiſt.* *Philoſ.* Lib. I. Cap. 14. §. 10.

ARETINUS (*Franciſcus Maria*) S. R. E. Cardinalis. Vid. ſub tit. Casini.

ARETINUS (*Guido*) Vid. ſub tit. Guttmundus Archiepiſcopus Averſanus.

ARETINUS (*Joannes*) cognomento *Tortellius*, inter eruditos Seculi XV viros memoratus, etſi mediocris literaturæ, pro ſui etiam ſeculi captu, à nonnullis habitus ſit, adſcitus eſt in familiaritatem *Nicolai V* Pontificis Maximi, cujus & Camerarius extitit & Bibliothecarius. Hilari fuit & lepido ingenio, grammatices potiſſimùm peritus, qui cùm apud Summum Pontificem in gratiâ fuerit, benè idcircò audivit apud ſui ſeculi Literatos, qui poſt ejus mortem Palinodiam cantavêre: inter quos *Philelphus*: qui cùm *Tortellii* Eruditionem ſive in Græcis, ſive in Latinis impensè laudaſſet Epiſt. die 1 Aug. 1465. Sic eum deinceps carpit Epiſt. ſcriptâ 29 Maii 1473. » Video quoſdam noſtræ tempeſtatis homines, » qui cùm magnum de ſe quoddam voluerunt in arta » Grammaticâ profiteri, in maximos errores devenerunt: è quorum numero principatum mihi tene- » re viſus eſt *Joannes Tortellius* Aretinus, qui cùm & » Græcam & Latinam literaturam noviſſe videri vult, » utramque ignoraviſſe apertiſſimè declarat.

Scripta:

1. *Vita S. Athanaſii*: quàm utrùm ipſe compoſuerit *Aretinus*, an verò tranſtulerit tantùm, conjiciat Lector ex his quæ hîc aſſerimus. *Divi Athanaſii Vitam* Eugenio *expetenti latinam fecit*, inquit Paul. Jovius (a). *Athanaſii* Alexandrini *vitam ad Eugenium Pontificem in Latinum tranſtulit*, ait *Geſner* (b). Athanaſii *vitam* ex variis, Eugenio *poſtulato*, *conſarcinavit*: us *Voſſius* (c) ait, qui & *Jovium* & *Volaterranum* citat. Sic autem *Volaterran.* (d) Joannes (*Aretinus*) *cognomento* Tortellius, *Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus apud* Eugenium IV. *fuit. Ortographiam, Vitamque* Athanaſii *ac nonnulla alia conſcripſit.* Hanc autem *Hagiologio* ſuo inſeruit *Wicelius.*

2. *Vita S. Zenobii Epiſcopi Florentini.* Extat apud *Surium* ad 25. Maii. Hanc *Aretini* eſſe conjicio, tùm ex temporis circumſtantiis, tum ex eo quod hujus vitæ Autor *Joannes Archipresbyter Aretinus* vocitetus.

3. *De Poteſtate Literarum*, hic liber, *Volaterrano* Ortographia: *Geſnero* Commentarii Linguæ Latinæ: *Magio* (e) Lexicon eſt. Unum ſanè & idem opus, duabus partibus conſtans quarum I. eaque breviſſima, de inventione, numero, figura, pronunciatione, & conjunctione literarum eſt. II. eaque longior, exhibet Catalogum Alphabeticum Latinarum vocum ex Græco derivatarum, quarum ortographiam docere aggreditus.

Alia quædam ſcripſit, quorum Titulos exhibet *Geſneri* Bibliotheca.

(a) *Jov.* Elog. c. 108 p. 251. (b) *Geſn.* Bibl. fol. 458. ex *Trithem.* (c) *Voſſ.* de Hiſt. Lat. lib 3. cap. 7. p. 579. [d] Lib. 21. p. 771. (e) Miſcell. Lib II. Cap. 14.

ARETINUS (*Leonardus*) familiæ nomine *Brunus*, inter Eruditos Seculi XV jura merito conſpicuus, cujus cùm egregiæ dotes Papæ *Innocentio VII.* innotuiſſent, ab eo Diplomatum Scriba renunciatus eſt, eamque provinciam ſub ipſius non ſolùm Pontificatu, ſed & ſub aliis IV. ſequentibus multâ cum laude geſſit. Idem etiam Scribæ munus in Florentinâ Republicâ obtinuit, ubi tandem mortuos eſt anno 1443. ætatis ſuæ 74. Mortem quidem ejus affigit *Leander Albertus* anno 1440. ætatis etiam 74. Sed cùm hæc computatio non congruat Natali *Aretini* noſtri, qui à *Palmerio* anno 1370. ponitur; *Volaterranum* ſequi malui, qui ejus mortem anno 1443. aſſignat. Sepulchrum ejus marmoreum ſpectatur Florentiæ in æde Sanctæ Crucis, cum hac inſcriptione:

Poſtquam Leonardus *è vitâ migravit*, *Hiſtoria luget*, *Eloquentia muta eſt*, *ferturque*, *Muſas cùm Græcas tum Latinas*, *lachrymas tenere non potuiſſe.*

Leonardus Aretinus Philoſophus, Hiſtoricus, & Orator elegantiſſimus, probatuſque; quem certè inter viros diſciplinis excellentes ob virtutem permaximam ac dicendi elegantiam omnibus præferendum eſſe putamus, ait *Jac. Phil. Bergomenſis* in Chron. Suppl. ad an. C. 1416. De eo etiam *Florid. Sabin.* in Apolog. adverſùs Calumniatores Ling. Lat. *Leonardus Aretinus* multis nominibus commendandus, vir in Philoſophicis rebus non infeliciter verſatus, in Hiſtoricis pro temporum ratione minimè aſpernandus, & facilis cujuſdam naturæ ſcriptor: pluribus tamen rebus interim deſtituitur, & quandoque eum parùm Latinè locutum contendat: quod ſanè non eſt mirandum. Namque ut nihil ſimul & repertum & abſolutum; ita unius operâ latinitas & reſtitui & exactè coli non potuit. De ſtylo ejus ſic *Eraſmus* in Ciceroniano: Facilitate dictionis ac perſpicuitate ſatis accedit ad *Ciceronem*: ſed nervis, aliiſque virtutibus aliquot deſtituitur: alicubi vix tuetur Romani ſermonis caſtimoniam; alioqui vir doctus juxtà ac probus. Hujus ea laus propria eſt, ut refert *Jovius* in Elogiis, quòd primus Litterarum Græcarum decus à multis ſeculis Barbarorum immani tyrannide proculcatum erexit atque reſtituit. Eâ autem in linguâ *Emanuelem Chryſoloram* audivit. *Philippus* Bergomas ſup. cit. hoc *Andronici* Theſſalonicenſis de *Aretino* judicium fuiſſe refert, feliciter adeo Græca transferre, ut unus eſſet verus & fideliſſimus interpres, cæteri potiùs paraphraſtæ eſſent. » Pingui otio donatus, » inquit Cl. *Wharton*, Hiſtoriis, aliiſque, quibus de » re literariâ præclarè meruit, lucubrationibus ani- » mum appulit, nec minus tamen divitiis coacervan- » dis intentus, quo nomine turpiſſimæ avaritiæ ab » Hiſtoricis notatur, & abundè vapulat..... » Sanè » eloquentiæ uberrimique ingenii laudem nullus *Are-* » *tino* facilè denegabit, atque adeo *Æneas Sylvius* » Epiſt. LI. illum vocat *Hetruriæ ſplendorem*, *quo* » *nemo poſt Lactantium Ciceroni proximior fuit*, virum- » que doctiſſimum, atque omnium eloquentiſſimum » fuiſſe prædicat *Poggius* Invect. adv. Philelph. a. » Interim tamen diſſimulari non poteſt, illum plu- » rimis conſummati Scriptoris dotibus deſtitui; » quâ de re *Eraſmi* verbis ſupra adductis utitur, additque idem *Whartonus* plagii Literarii crimine teneri *Aretinum*. » Gothicam enim *Procopii* Hiſtoriam La- » tinè verſam, ſuppreſſo veri Autoris nomine, ſibi » inſcriptam evulgavit. Peſſimè *Aretino* id furti ceſ- » ſit. Paucis enim poſt obitum illius annis Hiſtoriam » *Procopio* poſtliminiò vindicavit *Chriſt. Perſona*, & » detecto plagio *Aretini* pudendo fraudem ejus erudi- » to orbi deridendum propinavit.

1. E Græco Latinè tranſtulit *S Baſilii* Tractatum *de inſtruendis diſcipulis*, quem eum eſſe opinatur *Oudinus* qui extat MS. Oxonii in Collegio Lincoln. Cod. 8. hoc tit. *Liber* Baſilii Magni, *quo pacto Gentilium Libros imprimis Chriſtiani legere debeant*, in Latinum tranſlatus per *Leon. Aretinum.*

2. Sicut *Poggii*, ita & *Aretini* laudatur

3. *Adversùs Hypochritas* Sermo, iſque eximius, editus in Collect. *Orthuini Gratii* & cum Concilio Baſileenſi *Æneæ Sylvii.* Alia multa conſcripſit quorum Catalogum edidit anno 1653. Dominus *De La Mare* in Senatu Divionenſi Conſiliarius, & quæ typis mandare animo deſtinarat; verùm an id præſtitum ſit, non opinor. Audiviſſe ſe ait Cl. *Baliae* repertum non ita pridem, inter MSS. Bibliothecæ Oxonienſis, Codicem Epiſtolarum *Leonardi Aretini*, ex quarum numero XL ſunt quæ prælum nunquam ſubierunt.

4. Cætera *Aretini* ſcripta, & in his Verſiones Scriptorum Græcorum, *Ariſtotelis* putà, *Platonis*, *Plutarchi*, *Demoſthenis*, *Æſchinis* &c. plurimoſque Hiſtoriol

torici argumenti libros enumerant *Geſnerus* fol. 480. *Boiſſardus* Icon. P. I. p. 125. *Voſſius* de Hiſt. Lat. *l.* 3. *c.* 5. & ad eum Obſerv. *Giorn. de' Letter.* Tom. IX. p. 201. &c. *Wharton* in Append. ad *Caveum*, ad A. 1410. *Oudin.* in Comment. ad A. 1430. *Negri* de Script. Florent. *p.* 352 &c. Hujus quoque meminit *Ellies du Pin* Tom. XII. p. 95. Ejus *Invectiva in Carolum de Malateſtam propter derogationem ſtatuæ, in memoriam Virgilii facta* ex MS. Kraftiano edita eſt *Amœnit. Litter.* Tom. III. Vid. & de eo *Morhof.* Polyhiſt. *Pope-Blount* Cenſura Autor. *p.* 453.

Cum autem hujuſce *Leonardi Aretini* liber *de temporibus ſuis*, Florentiæ A. 1485 impreſſus, varia arcana in Pontificum electionibus, & trium ſuæ ætatis Paparum memoranda vix alicubi occurrentia fata candidè deſcripſerit, hunc ex MS. *Philippi Beroaldi* correctiorem recudi curavit *Jo. Gerh. Menſchen* in Opere cui tit. *Ceremonialia Electionis & Coronationis Pontificis Romani* &c. Francof. 1732. 4. *p.* 425-463.

ARETINUS (*Paulus*) cujus memorat *Geſnerus* Bibl. ſuæ *fol.* 536 verſo *Sacra Reſponſoria, tum natalis Domini, tum Jovis, Veneris ac Sabbati ſancti dici ſolita*, ſub muſicis rhythmis, *Venetiis* apud Scotum A. 1544 edita.

ARETINUS (*Petrus*) Satyricis iiſque obſcœnis ſcriptis plus ſatis notus, Seculo XVI. clarus, inter Scriptores Eccleſiaſticos & ipſe locum obtinere meruit; ſiquidem poſtquam » quidam Principes Italiæ » minùs ſibi convenire exiſtimantes donis eum afficere, fuſtibus uſque ad mortem cædere per alios » curârunt, & hoc modo linguam ejus maledicam refrænârunt; *Aretinus* deinceps à ſcriptis Satyricis » abſtinens, Sacra (*a*) ſcripſit, non ſicut priora per » Inquiſitionem damnata (*b*): cujus tamen converſionem ſinceram fuiſſe afferere non audemus; cùm Sacra ipſius ſcripta alternis vicibus cum profanis aliquot prodierint. Utut ſit, obiit *Aretinus* anno circiter 1556. (non 1566. ut alii dicunt,) ætatis ferè 65.

SCRIPTA:

1. *Parafraſi ſopra i ſette Salmi*: Gallicè verſa prodiit Lugduni 1540. in 8. typis Gryphii, & Pariſiis 1605. in 12. Italicè verò Venetiis 1536. in 4.

Memoratur item Lugd. 1548 (*c*) & 1648. in 12 (*d*) item Veneta 1539 & Florent. 1566. in 8 (*e*).

2. *Specchio delle opere di Dio.* Lugd. 1542 in 8. (*f*) Gallicè tranſlatum. Eſt Paraphraſis Geneſis.

3. *Vita della B. Vergine.*

4. *Humanita del figliuolo di Dio*, A. 1535. edita.

5. *Vita di Tomaſo d'Aquino.*

6. *Vita di S. Catarina Vergine & Martire*: omnia miſerando ſtylo, juxta *Menagium.*

Huic *Aretino* famoſum *de tribus impoſtoribus* librum quidam tribuerunt, quâ de re videndus *Placcius* in Anon. *num.* 892 *a*

Ad tumulum *Petri Aretini*, Venetiis in Eccleſia S. Lucæ ſepulti, hoc Epitaphium inſcriptum fuiſſe fertur, quod alii negant:

Condit Aretini *cineres lapis iſte ſepultos,*
Mortales atro qui ſale perfricuit.
Intactus Deus eſt illi: cauſamque rogatus
Hanc dedit: ille, *inquit*, non mihi notus erat.

Aliud refert *Pope-Blount* p. 455. quod perperam *Leonardi Aretini* eſſe ait,

Amarus jacet hic, viator, hoſtis
Viventum ſimul atque mortuorum:
Diis convitia nulla dixit, & ſe
Excuſans, ſibi cognitos negavit.

De *Petro*, deque omnibus *Aretinis* legenda inprimis quæ affert *Balius* in Diction. edit. 3ª Roterod.

(*a*) His *Partenii Etiri* nomen anagrammaticum præfixit. (*b*) *Freheri* Theatr. Viror. illuſt. *p.* 1461 (*c*) *Le Long* p. 213. (*d*) *Lipen.* II. 610. (*e*) *Le Long* p. 358. (*f*) *Du Verdier* Bibl. Franç. *pag.* 980.

ARETIUS (*Benedictus*) Bernenſis in Helvetia, Sacrarum Litterarum in hac florentiſſima urbe Profeſſor, claruit Sec. XVI. Bonis literis in patriâ excultus, ad exteras abiit nationes, ingenii expoliendi causâ; cùmque Marpurgenſem Cattorum Academiam appuliſſet, in ordinem Profeſſorum Philoſophicorum adſcriptus, Logicam ibi docuit. Poſtea ad ſuos reverſus, Theologiam publicè docere juſſus eſt, idque munus per annos complures cum maximâ fide ac induſtriâ geſſit. Obiit die 22 April. A. 1574. (*a*). Virum hunc candor, pietas, eruditio, labor & methodica docendi ratio celebrem fecère. Plurimi Doctorem hunc Didacticum, Verbumque Dei rectè ſecantem, magno ſtudio ſibi compararunt; fueruntque qui ſe minus bene dicturos arbitrabantur, niſi *Benedictum* priùs *Aretium* bene loquentem audiviſſent; quo circa etiam Typographi ſcripta ejus ſæpiùs excudentes, non malè de *Benedicto* locuti fuère: cui clarum imprimis nomen peperère *Comment.* in N. T. *Problemata* ſive *loci Communes*, & *Examen Theologicum*, qui poſtremus liber paucorum annorum ſpatio duodecies recuſus eſt (*b*).

SCRIPTA:

1. *Commentarii breves ac dilucidi in Pentateuchum.* Bernæ Helvet. apud Joan. le Preux 1602. in 8. Edidit *Stephanus Faber* qui librum Reipublicæ Bernenſis Conſulibus nuncupavit: quà in Epiſtolâ reliqua *Aretii* in totum Vet. Teſtamentum ſe editurum promittit: eumque Græcam & Hebraicam linguam in patriâ profeſſum fuiſſe docet.

2. *SS. Theologiæ Problemata*, hoc eſt, *loci Communes Chriſtianæ Religionis, methodicè explicati.* Lauſannæ 1574 8. & 1578. fol. Morgiis 1582. f. Genev. 1581. in 8. & 1589. f. Bernæ 1603. item 1617. fol. typis Iſaiæ le Preux. *Editio nova, ſuperioribus emendatior*: cui acceſſit ejuſdem Autoris *Hiſtoria* (c) Valent. Gentilis *juſto capitis ſupplicio Bernæ affecti*, & *contra ejuſdem blaſphemias orthodoxa defenſio articuli de S. Trinitate.* Item *Cenſura Concluſionum, quòd Baptiſmus non ſucceſſerit Circumciſioni, contra Pædobaptiſtas*, ad Dn. *Chriſt. Thretium* Polonum inſcripta 25 Jul. 1567. eod. anno Genevæ edita.

3. *Libellus de formandis ſtudiis.*

4. *Tabula Grammaticæ Hebrææ.*

5. *Examen Theologicum brevi & perſpicuâ methodo conſcriptum.* Lauſannæ 1568. in 8. & 1579. ac Genev. 1598.

6. *Nova duo Lemmata, prius de lectione, poſterius de interpretatione S. Scripturæ.* Bernæ 1572. & 1592. in 12.

7. *Lectiones VII de Cœna Domini, ex variis S. Scripturæ locis ſumtæ.* Genev. 1581. 1589. Morgiis 1591. in 8.

8. *Commentarii in IV Evangeliſtas, facili & perſpicuâ methodo conſcripti.* Lauſannæ 1577. vel 1579. & Morgiis 1596. in 8.

9. *Comment. in Acta Apoſtolorum*, ſub tit. *Series & digeſtio temporum & rerum deſcriptarum à B. Luca in Actis Apoſtolorum.* Lauſannæ 1579. Genev. 1583. 1590 Bernæ 1607. fol.

10. *Iſagoge ad Lectionem Epiſtolarum D. Pauli & Canonicarum, quâ compoſitionis Oeconomia & Germana diſpoſitio indicatur.* Morgiis 1584. in 8.

11. *Comment. in omnes D. Pauli Epiſtolas.* Lauſannæ 1579.

12. *In Apocalypſin.* Genev. 1584. in 8. 1628. fol. & Morgiis 1588. in 8. unà cum Comment. in Epiſt. ad Tim. Tit. & Philem. ac Epiſt, Judæ.

13. *Sermones III de Cœna Domini.* Lauſannæ 1578. Morgiis 1581. in 8.

14. *Comment. in Nov. Teſt.* XI Vol. in 8. Morgiis 1580-

(*a*) *Melch. Adam* in Vitis Theol. Germ *p* 112. edit. Francof. 1706. (*b*) *Verheiden* Imag. & Elogia præſt. Theolog. *p.* 135. edit. 2dæ. & ex eo *Freherus* in Elog. Vir. Erud. *Vol.* II. *p.* 2[illegible] 4ta edit. (*c*) Prodiit ſeorſim Bernæ 1604.

1580-1584. Genev. 1607. 1612. 1618. fol. II Vol.

15. *Notæ in varios S. Scripturæ Libros.* Lipſ. 1657. fol. (*d*).

16. Edidit etiam incerti Autoris Opus Phyſicum & Medicum *de gradibus & compoſitionibus*, & *Catalogum Cometarum* : & alia quædam.

(*d*) Conf. *Lipen.* Bibl. Theol. *Brem.* Catal. Bibl Francof *p.* 27. *Le Long* Bibl. Sac *p.* 613. *Du Pin* Tab Univ. *Tom. IV. p* 281. Mirum quod ipſe in *Bibl. Autor. Proteſt.* Tom. I. p. 461. *Aretii* Opera lucem non vidiſſe tradit.

de AREVALO (*Bernardinus*,) Hiſpanus, natus in municipio cognomine veteris Caſtellæ, Franciſcanus Provinciæ Conceptionis ; vir, ut fama eſt, æquali ſanctimoniâ, & doctrinâ, ætatis ſuæ Concionator verè Apoſtolicus, de quo plura *Franciſcus Gonzaga* in *Provincia Conceptionis originibus*, & *Ant. Daza* Hiſt. Seraph. *lib.* 3. *part.* 4. *cap.* 48. Fertur ſic honorum abſtinens fuiſſe, ut vel Toletanum Archiepiſcopatum à *Carolo Cæſare* ſibi deſtinatum bonâ ejus veniâ repudiaverit. Extat ab eo editus

1. Tractatus *de Correctione fraterna.* Medinæ de Campo, 1557. & 1571. in 8. de quo vid. *Lorcam* IIda IIdæ Diſp. LVI. in principio.

2. *De Libertate Indorum* neſcio quid ſcripſit, à *Cæſare* conſultus, uti *Daza* refert. Item

3. *De perfecto ſtatu Paupertatis religioſæ Fratrum Minorum*, Hiſpali 1535 (*a*) nec non

4. *Expoſitionem Regulæ ejuſd. Ordinis*, quam ei tribuunt *Ludov. de Miranda* & *de Rebolledo.* Obiit *Bernardinus* Pinciæ A. 1553. ætat. ſuæ 61. Vid. *Wading.* de Scripr. Franciſc. citante *Nic. Antonio* p. 267.

(a) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 110.

F. de AREVALO (*Joannes*) Hiſpanus, Benedictinus Monaſterii S. Petri *de Cardeña*, Burgenſis diœceſis, ſcripſit, teſte *Nic. Anton.* p. 483

1. *La Hyſtoria del Monaſterio de San Pedro de Cardeña.*

2. *Vida de los dos Caſtellanos Martes el Cid Rui Diaz, y el Conde Fernan Gonzalez.*

Obiit in eadem domo, anno 1640.

AREVALO (*Rodericus Sancius* de) Hiſpanus, natus eſt in oppido S. Mariæ *de Nieva* Diœceſis Segobienſis A. 1404. Poſt decurſum in Salmantina Academia & Juris ſtudio decennium integrum, ſuſceptaque Doctoratûs inſignia, Sacerdos factus, variis inde per Hiſpaniam dignitatibus, nempe in Burgenſi Eccleſia Trevinienſis Archidionatûs annis 20, ſeptemque aliis Legionenſis Decanatûs, duobuſque Hiſpalenſis, quod ipſa de ſe alicubi teſtatum voluit, perfunctus eſt.

Planè è libro ejus *de remediis Schiſmatis* infra memorando, conſtat, Archidiaconus Trevinienſis cùm eſſet, & Regis Secretarius, inſcripſiſſe hunc librum *Garſiæ Henrici* Hiſpalenſi Archiepiſcopo, & paulo ante, h. e. circiter A. 1440 in Curia Frederici Imper. egiſſe Legatum Joannis II Regis, cujus nomine habita ad *Cæſarem* Oratio exſtat in Vaticano quodam Codice, manu exarato : Quemadmodum aliæ, quas eodem munere functus, habuit ad *Eugenium IV* de rebus Baſileenſibus ad Philippum Mariam Mediolani Ducem, ad Carolum Franciæ Regem. Ex quibus certò conſtat à tempore ipſo Concilii Baſileenſis circa annum 1440 has publicas vices de rebus utique magnis eum ſæpiùs obiiſſe ; immò è Româ ipſâ profectum, *Nicolai V* Papæ nomine apud Philippum Burgundiæ Ducem Oratorem egiſſe. Porrò autem cùm Decanus adhuc eſſet Hiſpalenſis Eccleſiæ, denuò Romam ſe contulit ad *Calliſtum III* Pontificem recèns electum, Orator Obedientiæ, ut vocant, Henrici Regis, ut ait ipſe *Hiſt. Hiſp.* part. 4. cap. 36.

Eo in loco, ut putat *Nic. Antonius*, hinc perpetuò manſit, Ovetenſis brevi factus Epiſcopus. Nam huic Sedi jam præerat quum electo in *Calliſti* locum *Pio II* (A. 1458.) dicti Regis Henrici juſſu, atque ejus regnorum nomine, *puram, debitam, ac ſolitam reverentiam & obedientiam*, (ut ipſe loquitur loc. cit. *cap.* 40.) præſtitit. Quocum ad inferendum ultra mare Turcis bellum auxiliares Principum copias Ancone fruſtrà expectante, quum ægritudine animi oppreſſus diem ibi ſuum obiit, transfretare paratum ſe fuiſſe ibidem ait. Sub *Paulo* autem *IIdo* Pii Succeſſore adhuc majoribus cumulatus honoribus, in urbe uſque ad obitum vixit. » Hic Pontifex, *ait*, quâ die apicem Sum» mi Pontificatûs aſſumpſit, de Sacri Collegii aſ» ſenſu, non ſine ſingulari confidentia, me indig» num, ſed fidum Præfectum Caſtellanum caſtri S. » Angeli de urbe inſtituit, quippe qui jocalia, & » Eccleſiæ Romanæ theſauros fidei meæ commiſit. » Deinde pro ſuâ animi nobilitate & munificen» tiſſima liberalitate me ipſum indignum primò ad » Zamorenſem Eccleſiam, deinde ad Calagurritanam, tandem ad Palentinam tranſtulit. Verùm » pergit ipſe *Rodericus*, cùm juſſu ſuæ Sanctitatis » pluribus annis caſtri S. Angeli curam & admini» ſtrationem gererem, ubi ſatis otii ſupererat, de » ejuſdem ſuæ beatitudinis mandato ad gloriam om» nipotentes Dei, & Eccleſiæ Dei exaltationem » & decorem, ac veritatis dilucidationem nonnulla » opuſcula inculto rudique eloquio edidi. » Sunt quidem ea, judice *Nic. Antonio*, parum exculto ſtylo, & quandoque barbaro, edita, ſed utique doctiſſima, & humaniorum diſciplinarum floribus ſæpiùs conſperſa. Horum ſequemur ordinem ab ipſo ſervatum, adnectentes quænam publicata, quænam inedita, & ubi remanſerint : eamque notitiam debemus *Nic. Antonio* Bibl. vet. *Lib. X. Cap. XI.*

Opera :

1. Primò ait ſe ſcripſiſſe magni voluminis librum *Defenſorium Statûs Eccleſiaſtici* dictum, *contra garrulos, æmulos, & detractores Prælatorum & Clericorum, in decem tractatus diviſum.* MS ſe vidiſſe teſtatur *Antonius* in Cod. Vatic. 4106 grandi volumine *in fol.* compilatum anno 1467. Papæ *Paulo II* inſcriptum. Hujus operis meminit ipſe Auctor in *Speculo* infra laudandi *lib.* 1. *cap.* 1.

2. *De Paupertate Chriſti & Apoſtolorum, & an Chriſtus & Apoſtoli mendicârunt, & quo ſenſu dici poteſt eos mendicâſſe : deque concordiâ Conſtitutionum quæ ſuper eâdem re à Nicolao III & Joanne XXII emanârunt.* » Ibi denique, *ait*, deducitur, Prælatos & Clericos modernos non deviare à viâ Apoſtolicâ, licèt obtineant propria, poſſeſſiones præbendas diſtinctas, & quanquam ſegregatim in domibus propriis habitent, nihilominus eos vitam » communem à SS. Patribus inſtitutam ducere cenſendos fore. » Liber MS exſtat in Cod. Vatic. 969.

3. *Librum*, ubi agitur : *An ſine peccato fideles licitè fugiant à locis ubi ſævit peſtis ?* MS in Cod. Vatic. 4881. cum aliis pluribus ejuſdem, & in Bibl. Ambroſ. Mediolani. Item librum

4. *De Monarchia Orbis : in quo oſtenditur apud Romanum Pontificem reſidere veram Orbis Monarchiam.* MS in eod. Cod. Vatic. cum hac inſcriptione : » Liber de Monarchia Orbis, & de origine & differentiâ cujuſvis Principatûs, tam Imperialis quàm Regalis, & de antiquitate ac juſtitia utriuſque, duobus libris. *Primus* agit de prædictis, & an Imperatores moderni juſtè poſſint prætendere juriſdictionem univerſalem & ſupremam ſuper omnes Orbis nationes, & an aliqua Regna & Provinciæ, præſertim Francia & Hiſpania, ſint de jure libera & exempta ab imperio. Oſtenditur etiam veram Orbis Monarchiam ſolùm reſidere in Romano Pontifice. *Secundus liber* agit, à quo & ex quibus

» cauſis

» cauſis Reges & Principes Orbis recognoſcentes Superiorem in terris poſſint puniri aut deponi. Ubi » deducitur, ſolùm ad Romanos Pontifices ſpectare » eandem punitionem, & non ad populum, nec » ad Barones cujuſvis Regni. » Meminit hujus operis auctor ipſe, tanquam nuper à ſe editi, vel, ut intelligit *Antonius*, publicati, *lib.* 1. *cap.* e. Speculi vitæ humanæ.

5. In eod. Cod. 4881 habetur *Clypeus*, ſive *Defenſio Monarchia*, » in quo confutat *Rodericus* non» nulla ſcripta per quendam æmulum conantem ad» ſtruere, univerſalem Monarchiam Orbis in tempo» ralibus reſidere apud Imperatores. Continet *duas* » partes. In *primâ* oſtendit decem errores qui reſul» tant ex eiſdem ſcriptis æmuli. In *ſecundâ* confutat » decem concluſiones per eundem æmulum adduc» tas.

6. *Apparatus, ſive Commenti ſuper Bullam Cruciata indicta per Papam* Pium *contra perfidos Turcos.*

7. *Super Commento Bulla Depoſitionis Regis Bohemia per SS. Dn.* Paulum II *publicata.* Rex iſte fuit *Georgius Podiebratim*, ſeu *Poggiebratim*, Huſſita, à *Paolo* exauctoratus; de quo, & iſto ad Bullam exauctorationis Commento agit *Oder. Raynaldus* ad A. 1466. num. 25 & e6.

8. *De remedin afflicta Eccleſia militantis. In quo adhibentur remedia contra omnes perſecutiones quas Eccleſia à domeſticis & perſecutoribus patitur.*

Idem videtur liber » *De remedia afflicta Eccle» ſia militantis* adverſus extrinſecas Turcarum per» ſecutiones, preſſuras & anguſtias: & an gene» ralis Synodus hoc tempore ſit expediens & ſuf» ficiens remedium ad eas extirpandas. Demum » oſtenditur quando & quomodo, & ex quibus » cauſis generalia Concilia congregari debent. Rur» ſus deducitur, Romanum Pontificem habere in » terris ſupremam auctoritatem, forèque ſummum » ordinarium tribunal ad levanda quævis mala & » incommoda ab Eccleſia Dei » ad *Beſſarionem* Cardinalem Nicænum. MS extat Petavii ſic inſcriptus in Bibl. Canon. S. Joannis de Viridario, ut affirmat *Lud. Jacob.*

9. *Speculum vita humana, de proſpera & adverſis, dulcibus & amaris omnium ſtatuum vita mortalis, tam in ſtatu ſpirituali quàm temporali.* Editum ſæpè fuit ita inſcriptum: *Speculum omnium Statuum totius Orbis terrarum, Imperatoris, Papa Regum* &c. *ſortem generis humani, ejuſque commoda & incommoda repraeſentans.* Nuncupavit Papæ *Paulo II.* in cujus libri præfatione ſuam ſub matre educationem refert, contentionem inter eam cognatoſque de ſtudiorum genere, cui addicere ſe puer deberet, inſtante eâ ut Theologiæ, cæteris ut Juris doctrinæ, quam quidem perſequutum ſe ait, non tamen prætermiſſis cæterarum literarum & moralis Philoſophiæ exercitiis. Rurſus ſuper capiendo vitæ ſtatu, diſſidentibus item matre & propinquis, ſæcularem his, Eccleſiaſticam illâ præferentibus; viciſſe tandem ſubjungit melius matris votum, cujus rei occaſione diſceptatum inter eos fingit, & huic ſcripto occaſionem inde quæſitam ſupponit.

Editum id ſub idem ferè tempus quo ſcriptum fuit *Roma* A. 1468. (*a*) Alia laudatur ibid. 1473 & *Pariſ.* 1475. *Biſuntii* certiùs prodiit A. 1488. in 4. vel 8. deinde *Argentina* apud Jo. Prys 1507. *Pariſ.* 1540. in 8. *Brixia* 1570. in 16. *Baſilea* 1579. in 8. *Hanovia* apud hær. Joan. Aubrii 1613. in 4. unà cum *Matabri* cujuſdem *Speculo Morticino*, curâ *Melchioris Goldaſti*; qui in epiſtolâ nuncupatoriâ opus *multa praclara* habere ait, & *lectu digniſſima, nec minùs jucunda*; unde ſe multum profeciſſe ingenuè fatetur. Prodiit iterum *Argent.* apud Laz. Zetznerum, A. 1616. ac tandem *Pariſ.* 1656. in 12.

Fuit ſanè facta in Hiſpanum *Speculi* hujus translatio non multò poſt priores Latinas editiones, cum tit. *Eſpejo de la Vida humana*, Cæſaraug. 1491. Suſpicatur tamen *Antonius* non ita antiquam hanc editionem fuiſſe, ex quo cujuſdam manu exaratum novit Hiſpanum hoc *Speculum* anno 1498. quod utique poſt editionem fruſtra fuiſſet. Extat in Cod. Vatic. MS 4800. Neque dicitur exſcriptumne, an ab eo, qui ſcribit, è Latino verſum; niſi hæc nota in fine poſita quicquam indicet de auctore verſionis exiſtimandum: *Acabóſe el excelente libro intitulado* Eſpejo de la Vida humana, *eſcrito por mi el bachiller* Franciſco de Arce *en la muy noble ciudad de Toledo. Acabóſe de eſcrivir viſpera de S. Matheo Apoſtol* 20 *de Setiembre, año del nacimiento de N. S. J. C. de* 1498 *años.* Librum hunc aureis fragmentis pretioſiſque lapidibus coagmentatum ait *Ægid. Gundiſ. Davila*; quantique ſtatim ab ejus publicatione apud Germanos fuerit, teſtatur *Johan. Botzhemi* quædam Epiſtola A. 1500 data, Hanovienſi (& forſan aliis) editioni præfixa. Nec minùs quòd ex hoc *Speculo* Synopſin dedit *Jod. Lorichius* Theologus *Monachii* 1689. in 8. *Optimum librum* vocat *Alph. Ciaconius* in Schedis.

De eo quid *Flacius* obſervavit infra dicemus.

10. *De Regno dividendo, & quando primogenitura ſit licita.* In Cod. Vatic. 4181. ſæpius memorato.

11. *De pace & bello, & de neceſſitate & utilitate bellorum.* Extat ibid. *Platina* librum aggreditur *de pace Italia componenda*, & *bello Turcis inferendo.*

12. *De eruditione puerorum.* In eod. Cod. Vatic. hunc titulum habet: *De diſciplina alendi & erudiendi filios, & caticos pueros, & quibus rudimentis ſunt inſtruendi.*

13. *Librum confutatorium ſecta & ſuperſtitionis Mahometana, & quorundam errorum in eâ contentorum in quibuſdam Epiſtolis per quendam eloquentem Oratorem miſſis perfido Turco.*

14. *Librum Dialogi de auctoritate Rom. Pontificis & Generalium Conciliorum, & de pæna ſubtrahentium obedientiam à Sede Apoſtolica, & de remedius Schiſmatum.* Hæc *Rodericus*, ſubjungens: *Item alios plures Tractatus & Epiſtolas, qua, ſiquidem opuſcula eidem* ſmo *Pontifici* (Paulo II) *pro majore parte dedicata ſunt, & ſub illius glorioſo & æterno nomine potius, quàm ſtudio & ingenio meo conquieſcunt.* Et liber hic *de auctoritate Papa & Concilii* eidem *Paulo II* dicatus, atque ejus anno quarto, Chriſti verò 1467 compoſitus, ſervatur MS Patavii in Bibl. *Bened. Silvatici*, teſte *Tomaſino* p. 84.

Alia in medium adducit *Antonius*, præſertim ex Vatic. Codice pluries citato 4881. qui totus compactus eſt è *Roderici* operibus, eſtque magni voluminis *in fol.* Præter ea igitur quæ exinde hucuſque producta ſunt, continet item ſequentia:

15. *Librum de caſtellanis & cuſtodibus arcium & caſtrorum, & de ducibus exercitûs bellorum, ac de eorum officio, & quales debeant eſſe.*

16. *Librum de quæſtionibus ortholanis* (b) *introductum inter Rev. Patrem* Alphonſum *Epiſc. Burgenſem* (c) *ex unâ, & eundem* Rodericum *ex alterâ: quis ſenſus corporaliter altero ſit utilior & præſtantior, & præſertim an viſus ſit excellentior & utilior auditu.*

17. *Tractatum ad quendam religioſum Carthuſienſem, quando liceat Religioſis Curias Principum ſequi aut frequentare. Et quod aliquando expedit eos apud Principes manere.*

18. *Tractatum de myſterio SS. Trinitatis, & an poſſit probari naturalibus rationibus?* ad Pium II.

Sed

(*a*) *Labbeus* Novæ Bibl. Suppl. 9.

(b) *Hortolanas* fortè vocavit ab horto aliquo, in quo habitæ, aut *orthrolanas*, quaſi *matutinas*, à Græco nomine ὀρθρινός, matutinus. (c) De eo ſupra dictum eſt p. 318.

Sed antequam ad Orationes & pias alias Conciones in memorato Codice exſtantes deveniamus, cæteros Tractatus, quorum alibi notitia ſupereſt, enarrabimus, nempe

19. *Libellum* ad Papam PAULUM II. » in quo teſtimoniis Juris divini, naturalis & humani, damnetur appellatio à ſententia Romani Pontificis non bene, ut ajunt, informati ad eundem bene informatum. Adducuntur pro utraque parte rationes Juris & auctoritates, tandem veritas multis teſtimoniis comprobatur, declaraturque quotuplex & qualis ſit ſuperioritas quæ in appellatione requiritur. » Extat inter Codd. MSS. Vatic. n. 4167. fol. 177. & Patavii in Bibl. Canon. Lateran. S. Joannis in Viridario, teſte *Tomaſino* in Bibl. Patav. MS.

20. *Dialogum de remediis Schiſmatis*, Rev. Dno *Garſia Henriquez Oſorio*, qui ab anno 1442 ad 1448 ſedem adminiſtravit Hiſpalenſem: quo medio tempore hic liber ſcriptus, de cujus argumento & occaſione ſic præfatur ipſe *Rodericus*: » Nuper itaque, cùm apud Ser. Principem Romanorum Imperatorem aliquandiu demorarer, ad cœnam me traxit invitum quidam *Theodericus* Juris Profeſſor inſignis, vir arbitratu meo doctiſſimus, ac multarum rerum experientiſſimus. Ad menſam itaque nobis inter epulas conſidentibus, ecce, ut puto, illius induſtriâ verbum prodiit de hac flebili Eccleſiæ ſciſſurâ, in quâ re paulo ante egeram ipſe verbum coram Cæſarea Majeſtate. Tangebat vir ille plurima in rebus ipſis ſciſcitans, quidnam cauſæ tantorum eſſet malorum, quidve remedium futurum videretur » *&c.* Tandem concludit, rogatum ſe ut de remedio diſcurreret, confeciſſe hunc Tractatum, qui Dialogus eſt inter prædictum *Theodericum* & ſe *Rodericum*. De ſchiſmate agit, ut putat *Antonius*, è Baſileenſi Concilio circa annum 1439 nato inter *Eugenium* & *Felicem*, quo ſuper miſſus fuerat forſan *Rodericus* noſter ad FRIDERICUM Imperatorem, Regis ſui JOANNIS II cujus ſe vocat Secretarium, Orator. Quid enim aliud in Germania vir Hiſpanus, & Sacerdos, Regi ſuo à Secretis ageret? Librum continet Codex Vatic. 4002.

21. *Epiſtolam* ad doctiſſ. & religioſiſſ. virum Fr. *Alphonſum de Palenzuela*, in quâ agitur de multiplici onere & periculo Pontificalis dignitatis, & de ambitionis vitio, ac modernis abuſibus Prælatorum. Agitur etiam de modo paſcendi gregem, & de pluribus ad Curam Præſulatûs ſpectantibus. » Decem foliis comprehenſa eſt hæc Epiſtola in Vatic. Cod. MS. 3899. fol. 37.

22. *Epiſtolam lugubrem & mæſtam ſimul & conſolatoriam, de infelici expugnatione Inſulæ Eubœæ dictæ Negropontis, à perfido crucis Chriſti hoſte, Turcarum impiiſſimo Principe & tyranno nuper inflictâ*, ad Rev. Dnum *Beſſarionem* Cardinalem Sabinum, & Patriarcham CPolitanum. Exſtat in Cod. Vatic. MS. 5869. fol. 94. Et hanc Epiſtolam ſcripſit ille ipſo obitûs anno 1470. (*d*) quo hæc expugnatio contigit. Vid. *Raynaldum* ad hunc annum § 12.

Præter Theologica hæc & Juridica majori ex parte Opera, ut Hiſtoricis accenſeretur, edidit jubente Rege HENRICO IV

23. *Hiſtoriam Hiſpanam*, IV partibus ab origine rerum ad ſua uſque tempora. » Præſtans opus quidem, ait *Antonius*, » & amœniorum literarum, exemplorumque veteris ævi ad præſentia facta accommodatorum mixturâ variegatum, lectuque jucundum; quanquam & nævos aliquot habeat, quos excuſabit aliquis exſcriptorum oſcitantiâ. Nam & propria Gothorum nomina fœdè corrupta ibidem legas. » Hanc ſe vidiſſe MS in Bibl. Colonæa Hiſpali, dum illius curam ageret, prægrandi volumine, Romæ aut ſaltem in Italia editam, teſtatur *Joan. Vaſæum* Chron. Hiſp. *cap.* 4. quam & *Volaterranum* ait citare, & Valliſoleti eam in Bibl. Cardin. *de Mendoza* a ſe quoque viſam. *Palentinam Hiſtoriam* vocavit *Mariana*, ab Auctoris munere ita dictam, *piam magis quam elegantem* appellans *lib.* 23. *cap.* 9. vulgò autem ſic audit: *Alphonſi de Palentia* Regum Catholicorum Chronographi *Hiſpana Hiſtoria*, nondum edita. Cavendum ſanè eſt à *Prudentii Sandovallis* inadvertentiâ, qui auctorem hujus *Rodericum Lainez* alicubi appellat. Hæc autem Hiſtoria prodiit ante annum 1500. Palentiæ ſcilicet 1470. fol. poſtea cum aliis Scriptoribus *de rebus Hiſpanicis* Francof. 1575-1579. ſed renovata fuit editio ibid. apud Aubrios A. 1603. *Hiſpaniæ illuſtratæ* Vol. I.

Palentini Epiſcopi deſcriptionem Hiſpaniæ in Italia editam laudat *Alph. Ciaconius* in Schedis ad Bibliothecam univerſalem (*e*), quas poſſidere ſe ait *Nic. Antonius*, qui de noſtro *Roderico* id intelligi vult.

Sed redeamus ad Codicem Vatic. 4881. aliaque ibi contenta Opera, nimirum

24. *Orationem* ad Papam *Eugenium* ex parte Regis Hiſpaniæ *Joannis II*, *contra factiones Baſilienſium*. Ubi multa de devotione Regum Hiſpaniæ ad Romanam Eccleſiam *fol.* 194.

25. Aliam *ad Sacrum Collegium Cardinalium* ſuper eâdem materiâ *fol.* 198.

26. *Aliam* ex parte dicti Regis Hiſpaniæ ad PHILIPPUM MARIAM Mediolani Ducem *exhortatoriam ad pacem Italiæ, & ut purè ac ſimpliciter adhæreret* Eugenio *Papæ*, & Baſileenſem factionem reſpueret *fol.* 199.

27. *Aliam* ex parte ejuſd. Regis Hiſpaniæ ad FREDERICUM Imp. *exhortatoriam ad unitatem & pacem Eccleſiæ, & quòd deceat Imperatores agere pro unione ac defenſione Eccleſiæ, inducens eundem Imperatorem ad puram adhæſionem* Eugenii *Papæ*, & *ad deteſtationem Baſileenſium* fol. 202.

28. *Aliam* ad CAROLUM Regem Franciæ ex parte ejuſd. Regis Hiſpaniæ, *de laudibus ejuſdem Caroli, & glorioſæ domûs Franciæ & Hiſpaniæ, exhortatoriam ad tollendas omnes occaſiones diſſidii inter utramque regiam domum* fol. 204.

29. *Aliam* ex parte NICOLAI Papæ ad PHILIPPUM Ducem Burgundiæ, *ubi multa de devotione & favore ejuſdem Principis ad incrementa fidei* fol. 209.

30. *Aliam* ad Papam Pium II. nomine Regis Hiſpaniæ HENRICI IV. *in præſtatione obedientiæ, ubi congratulatur de aſſumptione. Exhortatur ad exſtirpationem Turcorum, & multa de devotione Regum Hiſpaniæ ad Eccleſiam Romanam* fol. 212.

31. Aliam *de obitu* JOANNIS *Hiſpaniæ Regis* ad CAROLUM Regem Franciæ, & *de laudibus ejus Regis Hiſpaniæ* fol 216.

32. *Aliam* ad Papam *Calliſtum II* (vulgò *III*) *in præſtatione obedientiæ, ubi congratulatur de aſſumptione, & multa pia opera adducit, & ſingularem devotionem Regum Hiſpaniæ ad Sedem Apoſtolicam* fol. 218.

33. *Aliam* Romæ habitam *in nativitate primogenitæ Ser. Regis Hiſpaniarum* Henrici, *& de cauſis gaudendi ob eundem natalem.* Hæc eſt *Joanna*, alterius *Joannæ* Portugalliæ Infantis, & Caſtellæ Reginæ, *Henrici* Regis conjugis filia.

34. *Aliam* ad PIUM II *de felici victoria, & acquiſitione civitatis de Gibraltar, per Capitaneos Regis Hiſpaniæ, & ibi multa de ſitu illius urbis, & de utilitate fidei*: fol. 225. Id contigit anno 1461.

35. *Aliam* ad eundem Pontificem *in Conventione Mantuana* ex parte Regis Hiſpaniæ. *Commendat dictum conventum pro expeditione contra Turcas. Exhortatur*

(*d*) Hic *Nic. Antonius* habet uno ante obitum anno, ſed inferiùs hoc ipſo anno 1470 obiiſſe probat adverſus *Davilam* qui A. 1471 mortuum exiſtimavit.

(*e*) Hanc, ſed ad litteram E tantùm perductam, *Fr. Dim. Cammſari* Veſiſtini Obſervationibus illuſtratam, *Pariſiis* A. 1731. fol lucem vidiſſe ſatis notum eſt.

tatur ad eandem expeditionem, & pollicetur omnia auxilia ex parte ejuſdem Regis. Exhortatur & ad pacem Principum Chriſtianorum. fol. 227.

Sequuntur in eodem Codice Sermones aliqui de rebus ſacris, nempe

36. Sermo coram *Nicolao* Papa V. *in Domin. Paſſionis in Quadrageſima*: fol. 231.

37. Sermo coram Sacro Collegio Cardinalium *in die S. Thomæ de Aquino*: fol. 234.

38. Sermo coram Papa Callisto *in die Aſcenſionis Domini*: fol. 238.

39. Sermo coram eodem *in die Annunciationis B. M. V.* fol. 239.

40. Sermo coram Papa PIO *in die SS. Trinitatis*: fol. 242.

41. Sermo coram Papa NICOLAO *in die Apoſtolorum Petri & Pauli*: fol. 244.

42. Sermo coram Papa PIO *in die Penteceſtes*: fol. 247.

43. Extant inter MSS. Codd. Univerſit. Cantabr. *Cod.* 1374. in MSS. Codd. Collegii S. Bened. *Cod.* 97. *num.* 2. *Opuſcula* Roderici *Epiſcopi Calagurritani, Caſtellani S. Angeli de Urbe, & Epiſtola ejuſdem ad quoſdam doctiſſimos & eloquentiſſimos viros, & illorum ad eum*, uti ſcribit *Thom. James* in Catal. MSS. librorum in Bibliothecis Angliæ exiſtentium.

Ex his omnibus in hoc & aliis, quos memoravimus, MSS. Codicibus contentis Tractatibus, Quæſtionibus, Votis, Orationibus, Sacriſque Concionibus, manifeſtum redditur, unum *Rodericum* ferè omnes, tam JOANNIS quàm HENRICI, regias vices Romæ, & alibi, eundemque Theologi, Juriſconſulti atque Oratoris, Statûſque Miniſtri partes, pro datis ſibi rerum agendarum occaſionibus, eâdem induſtriâ & facilitate, ac Summorum quinque Pontificum *Eugenii, Nicolai, Caliſti, Pii*, atque *Pauli*, duorumque ſuorum Regum, quos laudavimus, commendatione plauſuqua tractâſſe. Cujus rei non poſtremum argumentum videri debet, quòd *Pius II* ex *Ænea Sylvio*, viro eloquentiſſimo, & literarum ornamentis clariſſimo, ad ſedem Romanam exaltatus, Hiſtoriam ſuam, quam refertiſſimam vocat *Rodericus*, & aliqua opuſcula præclarâ ingentique elegantiâ deſcripta, eidem ſuo Referendario, antequam edita forent, communicare dignatus fuerit; quod ipſe refert *Hiſt. Hiſp.* part. 4 cap. 40.

Huic eidem, Ovetenſis dum eſſet Epiſcopus, à *Jacobo* quodam directam *Græcarum Bruti Epiſtolarum* in Latinum tranſlationem, à Doctiſſimo *Ranutio*, Papæ NICOLAI Secretario, factam continet alius Codex Vaticanus 1043. fol. 233. Cujus dedicationis auctor mirìa extollit noſtrum laudibua, Caſtellæ Regis Legatum & Conſiliarium amantiſſimum appellans.

Jacet *Rodericus* in Hiſpanorum templo Romano S. Jacobi Apoſtoli, in ſepulchro marmoreo, cujus inſcriptio tantum habet obiiſſe 2V Non. Oct. Pontificatûs *Pauli* anno 7°, hoc eſt 1470. Cujus quidem anni die 29 Sept. incepit annus Pontificatûs *Pauli* ſeptimus, cujus altero menſe, ſcil. Octobri, *Rodericum* obiiſſe neceſſe eſt, cùm ſequentis anni Octobri menſe *Paulus* jam die 28 Julii in vivis eſſe deſierit.

Steph. Garibajus lib. 17. cap. 25. *Roderici* noſtri memoriæ debitum meritæ laudis officium exhibet. De eo ſimul ac *Lucâ Tudenſi* & *Roder. Ximenio* tale fert judicium *Alph. Garſias Matamorus* (f): » Cùm non » ad voluptatem aurium, ſed ad memoriam & judi» cium poſteritatis ſcripſerint, cùm à deliciis longiſ» ſimè, tum ab ineptiis & mendacio procul abfue» runt.

Quamvis autem *Rodericus* noſter & Epiſcopus Palentinus & Calagurritanus ad Romanorum Pontificum inſtantiam factus fuerit; quamvis Papæ *Pauli II* Referendarius, & S. Angeli de Urbe Caſtellanus, ex beneficio Romanorum Pontificum Romæ claruerit, » doctrinam tamen *Lutheri*, inquit *Cudinus* in Comment. ad A. 1460., atque aliorum Proteſ» tantium ſemper profeſſus eſt in Libris ſuis, imò » ſemper docuit ac ſcripſit, *Pontificias omnes Conſtitu» tiones Chriſtiano orbi inutiles, non neceſſarias, imò » nocivas & exitiales.* Ut primus jure cenſendus ſit, » qui Romæ doctrinam Proteſtantium Lutheranorum » & Calviniſtarum amplexus fuerit, quem alii poſtea » imitati ſint.

De eo quidem *Flacius* Illyricus *in Catal. Teſtium Verit.* cap. 361. p. 801. Scripſiſſe ait inter alia *Speculum vitæ humanæ*, » in quo graviter invehitur in » Papam & ſpirituales. Multis nominibus eos duriſ» ſimè accuſat; ſed inter alia dicit (g) Papam va» care non ſapientiæ, non laudatis ſtudiis, non pa» ci, non quieti Chriſtiani populi, ſed tantùm rebus » terrenis. Prælatos nec docere nec poſſe docere, ut» pote indoctiſſimos, deditos ventri & inguini; al» ligare tamen miſeris Chriſtianis varia ac importabi» lia traditionum onera, eos arctare, gravare, & in» volvere legum laqueis, quæ olim in primitiva Ec» cleſia partim non fuerint, partim libera fuerint: » quâ de re locum adducit (h) ex *Wolfio* inf. cit. qui addit *Rodericum*, Romæ licèt clarum atque in Romanâ Curiâ agentem, & *Paulo II* cariſſimum, in dicto *Speculo* de miſeriis Summorum Pontificum conticere non potuiſſe » Habent etiam domeſticas cu» ras, iniquiſſimas aviditates, rabidiſſimas rabies, ut » ita dicam, propinquos exaltandi: nemo enim car» nem ſuam odio habuit, quia & Chriſtus, cujus » Vicarius hic eſt, ſuoa dilexit, &c.

Ex ſupra dictis autem emendandus *Poſſevinus* qui ex uno *Roderico* tres, Calagurritanum, Palentinum & Zamorenſem, confecit, & *Lud. Jacob* Bibl. Pontif. p 433 qui in duos dividit, alterum Zamorenſem, alterum (quem *Rodericum Sancium de Azevulo* vocat Ovetenſem, Palentinum, ac demum Calagurritanum Epiſcopum. Hujus Autoris bis meminit Diction. *Moreri* verb. *Rodericus* p. 144 & ſub tit. *Sance* p. 291. edit. Baſil. 1732.

(f) Lib. *de Academ. & doct. Viris Hiſp.* apud *Whartonum* in Append. ad *Caveum*, ad A. 1466.

(g) *Lib.* 2. *c.* 7. *f.* 49. b. edit. Argent. 1507. (h) *Lib.* 2. *c.* 19 *fol.* 89. *a.* ex *Wolfii* Lect. Memor. *Cent XV.* p. 847. ubi loca plura congerit.

AREZIA vel ARETIA *Noachi* uxor, omnium Sibyllarum antiquiſſima, Chaldæa vel Hebræa Propheti̇ſſa à priſcis authoribus nuncupata, in vaticiniorum opere cum marito, filiis ac nuribus, in arcâ, Dei bonitate, ſervatam ſe refert: & conditâ Babylone, anno mundi 1792 in Occidentem profugiſſe. Illa quoque *Sambetha*, ſive *cœleſtis* nominatur à vetuſtiſſimis Scriptoribus: quæ in XXIV libris (quos vaticinos edidit) omnium gentium atque populorum res præcipui momenti deſcripſit, Chriſtique negotia principalia, quæ Evangelica Hiſtoria narrat, atque Antichriſtum ſuis depinxit coloribus, quem mendaciorum prophetam, artium magicarum peritiſſimum, veneficiorum amatorem, magnificè gloriantem tyrannum, regem teterrimum, *Goguel* immanem hoſtem populi Dei, atque impoſtorem vocat; & Eccleſiam ejus regnum nefarium ac jactabundum, quod juſtum populum perſequeretur &c.

Vid. *Baleum* Cent. X. p. 5. qui ſua hauſit ex *Bibliandro* & aliis.

AREZZO. *Vid.* ARETINUS.

F. de ARGAEZ (*Gregorius*) Hiſpanus, Lucronienſis, Benedictinorum ſodalis in Monaſterio *S. Salvatoris de Oña* profeſſus Monachum, ac in Triecienſe, ſeu Naxarenſe Deiparæ Virginis tranſlatus, ſcripſit (ut ex relatione domeſtica aſſerit *Nic. Antonius*, *Theatro Monaſtico, y Obiſpos de Eſpaña* in octo voluminibus, quorum tria legitimis approbationibus munita, atque editioni parata, ſed utique abſoluta omnia anno 1658 jam eum habere ad ſe ſcriptum fuiſſe teſtatur *Antonius*.

ARGAL-

ARGALLUS (*Joannes*) Londini natus, in Collegiom Ædis Chriſti Oxonienſe, exeunte quaſi MARIÆ regno, admiſſus aſt, annoqua 1565 Magiſtri inter Incœptores ſenioris partes obtinuit; deinde S. Theol. Baccalaureus, & Haleſworthiæ (oppidum aſt agri Suffolcienſis) Parochus, Rector verò an Vicarius non dixerim, emerſit. Artem Dialecticam imprimis calluit, inque Ludis ſcenicis apud dictum Collegiom, ſpeciatim verù anno 1566 coram ELIZABETHA Reginâ edisis perſonam aliquam primariam ſuſtinere conſueverat; cæterùm maturescente demum ætate Theologia ob gravitatem ſuſpiciendis, Concionatoribus quoque haud omninò poſtremis annumerari promeruit. Porro deditus adeo ſtudiis perhibetur, ut rei familiari augendæ, val etiam adminiſtrandæ haud quaquam vacavit; quapropter vitam verè nimis Philoſophicam tranſegiſſe memoratur. Morte autem repentinâ, dum Cheſtonæ prope Haleſworthiam pranderet, correptus aſt, & die 8 Oct. A. 1606 in Eccleſiâ ſuâ Parochiali ſepultus.

SCRIPSIT autem Latinè

1. *De verâ Punitentiâ.* Lond. 1604. in 8 (*a*).

2. *Introductionem ad Artem Dialecticam.* Ibid. 1605. quo in libro, jucundo quidem ſalibuſqua conſperſo, hæc inter Poſtprædicamenta occurrunt, quæ quoniam fortunam Viri mediocrem, animiqua ſimul æquabilitatem patefaciunt, ſubjungere voluit *Woodius*, (*b*) ubi laudatis aliquot Theologiæ Doctoribus præſtantiſſimis, addit ipſe *Argallus*: » Fuimus in una A- » cademia & Schola educati, & Eccleſiæ Chriſti » Oxonienſis magnâ ax parte omnes Socii & Alumni. » Hos magnus Deus ad ſummos in Eccleſia honores » & dignitates, quia digni ſunt, avexit. *Argallum* » verò, pro peccatis ſuis magnis & innumeris, in- » dignum ſenem, in paupertatis vinculis adhuc deti- » ner, ut cum Acolaſto filio prodigo pœnitentiam » agat, verè reſipiſcat, & tandem per ajus gratiam » ſalvus fiat.

» *Sapè levant pœnas, ereptaque lumina reddunt,*
» *Cùm benè peccati pœnituiſſe vident.*

[a] *Lipen.* II. 502. [b] *Hiſt. Univ. Oxon.* Lib. II. p. 266.

ARGALLUS (*Robertus*) Anglus, Scripſit *Commentarium in Cantica Canticorum,* 1621. in 4. (*a*)

(*a*) Du Pin *Tab. Univ. Autorum Eccleſ.* Tom. IV. p. 1261.

ARGANANTIUS (*Dominicus*) Siculus, Meſſanenſis, Societatis Jeſu, natus anno 1617. Societati nomen dedit 4 Octobris 1634. in quâ ſolemni quatuor votorum Sacramento ſa adſtrinxit. Humanas literas docuit: Eccleſiaſtem egit magnâ cum laude in præcipuis Siciliæ Civitatibus, annis 33. eruditiona, & eloquentiâ claruit: & Apoſtolico animarum zelo æſtuavit. Solitudinis, & cubiculi amantiſſimus, in eo ut ſtuderet, vel oraret frequentiſſimam navabat operam: nec relinquere ſolitus, niſi ad obeunda Societatis munia, quæ ſemper exactiſſimè, etiam propè octogenarius, adimplere conſuevit; regularis etenim diſciplinæ zelo flagravit. Tenerrimo amoris ſenſu Deiparam proſequebatur: ac S. *Franciſcum Xaverium* obſequentiſſimo quodam famulatu colebat, cujus numiſmate proprias, & aliorum ægritudines curabat: adeo ut prodigio adſcribebant, ſi quid rogaſſet, & illud non impetraſſet. Singulari pietate animabus, quæ purgatorii flammis excruciantur, opitulabatur: ideoque in omnibus ferè concionibus ſuis ad illas ſuffragiis levandas populos incendebat. Obiit tandem Meſſanæ 10. Dec. 1694. Hujus viri meminêra cum lauda *Sotuellus* in Bibl. S. J. *Placidus Reina* in not. hiſt. Meſſanæ *p.* 1. 229. & 510. & *Joſeph Munebria* in libro *Muſa Riſvegliata* par. I. p. 229. Edidit Italicè

1. *Le Pompe feſtive celebrate dalla Città di Meſſina nella Selennità della Lettera di Maria Vergine a Meſſineſi.* Meſſinæ apud hær. Petri Brea 1659. fol.

2. *Il Cavalier Trionfante, Panegirico dell' Illuſtre Martire S. Giorgio.* Ibid. typis Pauli Bonacota 1660. in 4.

3. *L'Occaſo luminoſo del Sole della Sapienza. Oratione Funerale nell' Eſequie del Rev. P. Franceſco Roſa, e Ginrba.* Ibid. apud Paulum Biſagni 1673. in 4.

4. *Veriſiera Relatione della Sacra Lettera ſcritta dalla Gran Vergine Madre di Dio Maria alla Città di Meſſina: delle Gratie, che per mezzo di lei hà operate a beneficio di quei, che con fede viva l'invocano; e dal-tre coſe ad eſſa apparteneni.* Ibidem apud Vincentium de Amico 1689. in 12.

5. Reliquit opus prælo paratum pro excitanda pietate erga Defunctos. Et in Bibliotheca Domûs Profeſſorum Meſſanenſis ſervantur volumina 29. ajus Concionum, teſta *Mongit.* p. 165.

d'ARGENSON (*Claudius de Voyer*) Chaſtrenſis Abbas, ſcripſit librum cui tit. *Via Salutis.*

d'ARGENSON (*Renatus de Voyer*) ajus frater, Regis Galliarum Conſiliarius, poſt conjugium Sacerdos, ſcripſit in carcere detentus *Libros de Imitatione Chriſti & Sapientiâ Chriſtianâ* Mediolani 1640. (*a*) Tractatus iſta *de Sapientiâ Chriſtianâ* aut *de ſcientiâ Unifermitatis cum Voluntate Dei,* Gallicè impreſſus aſt *Pariſiis* A. 1651. & circa *Canfeldianum* (b) principium volvitur: agregius libellus, facilis intallectu, nec minùs ſolidus & verè ſpiritualis (*c*).

[a] Du Pin *Tab. Univ.* Tom. III. p. 210. [b] *Bened. de Canfeld* Auctor Myſticus, Concionator Capucinus, natione Anglus. [c] *Epiſt. de Auctor. Myſt.* apud *Poiretum* §. 17. p. 113.

d'ARGENTAN (*Ludovicus Franciſcus*) Capucinus, natione Gallus, Provinciæ Normanniæ Concionator egregius, pluries Definitor ac Miniſter Provincialis, vir in Sacris Scripturis eruditus, Myſticæ (*a*) ac Scholaſticæ Theologiæ Doctor eximius, doctrinâ ac pietate claruit Sec. XVII.

SCRIPTA Gallica:

1. *Le Chretien interieur*, id aſt, *Chriſtianus Interior,* ſiva *Conformitas interior, quam debet habere Chriſtianus cum Jeſu Chriſto.* Tomi II. in 16. I^us prodiit *Pariſ.* 1659 & 1661. II^us *Rothom.* 1677.

2. *Exercitia Chriſtiani interioris.* Pariſ. apud Seb. Cramoiſy 1662. in 8. II Tom. Hi duo libri Italicè verſi à P. *Antonio à Rapallo* prodierunt *Genua* 1669 & 1670. ſecundò *Venetiis*, ubi impreſſus aſt Tomus alter *Chriſtianus interioris.*

3. *Les Conferences Theologiques & ſpirituelles du Chretien interieur ſur les grandeurs de J. C. Dieu-Homme.* Pariſ. 1671 & *ſur les grandeurs de Dieu*, Rothom. 1675. item *ſur les grandeurs de la Vierge Marie.* Pariſ. 1680. (*b*) in 4. apud Viduam Steph. Martin. Tria hæc Volumina rurſùs prodierunt *Pariſ.* apud Rob. Pepie 1693. in 4. Hanc aditionem teneo, raviſam & correctam.

[a] Inde à *Poireto* memoratus in Catal Auct. Myſt. *p.* 324. [b] Errat, ni fallor, Autor *Bibl. Capuc* qui ſcribit 1670. quod ex Approbationibus ultimæ editioni præfixis colligo, A. 1678 & 1679 datis.

ARGENTIER (*Georgius*) Lugdunenſis, è Græco Gallicè vertit Epiſtolam Baſilii M. *de vitâ ſolitariâ*, ex *Clenardi* meditationibus excerptam. *Lugd.* apud Joan. Pidie, anta an. 1585. io 8 (*a*).

(a) *Du Verdier* Bibl. Franç. *p.* 448.

ARGENTINA (*Nicolaus* de) Prior Cartuſiæ Gemnicenſis, vir pietate ac doctrinâ illuſtris, claruit Sec. XV. Hujus nomen nec apud ullum quidem Scriptorum Eccleſiaſticorum Nomenclatorem reperitur. Solus, quod ſciam, *Bern. Pezius* de ejus vitâ & ſcriptis accuratè agit loc. inf. cit. *Nicolaus* igitur, *Kemph* gentilitio nomine dictus, circa A. 1397 lucem adſpexit Argentorati ſeu Argentinæ, unde & cognomen *de Argentina* in plurimis MSS. Codd. ei adhæſit. Finitis humani-

manitatis ſtudiis , ad Viennenſem Academiam, eâ præcipuè ætate doctiſſimis viris florentiſſimam, ſe contulit, ibidemque Liberalium Artium & Philoſophiæ Magiſter creatus fuit. Tum ad majora progreſſus, in Theologiâ Magiſtro maximè uſus eſt familiariſſimo illo *Nicolao de Dinkelſbuhl* , cui etiam Tractatum ſuum in *Orationem Dominicam* , *Symbolum Apoſtolorum & Decalogum* , emendandum obtulit. Hic dum ſcribendis libris , formanda juventute , docendæque Philoſophiæ ſtrenuè inſiſtit , à Deo ad mundi contemptum inflammatur. Itaque Ordinem Cartuſianum Gemnici A. 1440. die 6 Sept. amplexus eſt , ut conſtat ex Albo Profeſſorum Cartuſiæ Gemnicenſis, quod inſignis hujus Monachus *Wilh. Höſſer* , *Nicolao* coævus , concinnavit : Eminuit illicò inter omnes æquales *Nicolai* virtus , prudentia & doctrina tam luculenter , ut A. 1451 in Priorem loci deligeretur. Quo munere auctus , quantum Gemnico profuerit , ex mox laudato *Wilhelmi* albo colligitur. *Nicolai* elogium texit quoque ejuſdem ætatis Anonymus ad calcem Codicis , quo illius *Memoriale primorum principiorum in ſcholis virtutum* continetur , his verbis : » Finit Tractatulus admodum utilis incipientibus , a» deo ut quiſque talis hæc opere adimpleverit, ſecun» dum vix ſimilem habebit perfectione. Quem qui» dem Tractatulom Magiſter famoſus ante 50 annos » (cujus famam , ſcientiam , libroſque , quos ſuo te» naci ingenio trivit , uſque hodie laudant amplectun» turque ſtudentes Viennenſes præ cæteris pluribus) » compilavit. Neque in hoc Tractatulo uſus multis » Patrum auctoritatibus , voluit potiùs experientiâ uti, » quæ rerum magiſtra eſt , quamque probavit in Or» dine per 50 annos & amplius , in officiis frequen» ter , cum laboribus ſtudioſè , ut diligens Paſtor ac » præſidens , nedum in uno Conventu , ſed multo , » contra vitia paſſioneſque juſtitiâ mediante *Kemphe* » decertavit , juxta ſuum nomen ac locum , ſtrenuè » ſe habens ad omnia in ſingulis , & hucuſque in ſe» nectute perſeverans bonâ & laudabili , in laudibus » divinis , diurnis nocturniſque viriliter perſeverat & » continuè MCCCCXCI. » Hactenus Anonymus, qui dum *Nicolaum* diligentem Paſtorem ac Præſidentem *nedum in uno Conventu , ſed multo* dicit , Gyricenſem præter alias, Cartuſiam in Sclavonia ſpectat , cui , cùm A. 1458 à Prioratu Gemnicenſi abſolutus fuiſſet , annis 30 præfuit. Obiit centenarius A. 1497 ; quod ex charta Capituli Generalis Ordinis Cartuſiani ad hunc annum liquet , in quâ hæc adnunciantur : » Obiit D. *Nicolaus Kemph* Monachus profeſſus Do» mus in Gemnico, qui fuit Prior in multis Domi» bus : & obiit in vigilia Præſentationis B. Mariæ , » & habet plenum cum Pſalteriis Monachatum in Pro» vincia Alemaniæ ſuperioris, & Anniverſarium per» petuum ſub die prædicta. Inſuper habet unam » Miſſam de B. Maria per totum Ordinem, à ſingu» lis ſacerdotibus celebrandam » Idem confirmatur aliquot verſibus , quos ejuſdem temporis Anonymus *Nicolai* operi *de proponentibus Religionis ingreſſum* in Codice Gemnicenſi præfixit , apud *Pezium* legendis :

Ad ſcripta *Nicolai* quod attinet , eorum inſignem Catalogum contexuit Ven. ac Eruditus B. *Leopoldus Wydemannus*. Eum exhibet *Pezius* , additis nonnullis, quæ in diverſarum Bibliothecarum perluſtratione ipſe obſervavit.

Scripta:

1. *Regula Grammaticales.* Extant in Cod. Bibl. Monſeenſis , anni 1452.

2. *Diſputata ſuper Libris Poſteriorum Ariſtotelis.* In Cod. Chart. 4. Bibl. Tegernſeenſis.

3. *Tractatus tripartitus de ſtudio Theologiæ Moralis.* Ita Opus inſcribitur in Cod. Tegernſeenſi , eſtque hic ipſe *Dialogus de recto ſtudiorum fine ac ordine , & fugiendis vitæ ſecularis vanitatibus* , quem ex Codice Gemnicenſi à Cl. P. *Wydemanno* erutum publici juris

fecit R. P. *Bern. Pezius* Bibl. Aſcet. *Tom. IV. p.* 259-401. Ratisb. 1724. in 8. ex cujus Præfatione hæc noſtra deſumpta ſunt. *Primâ parte* docet Auctor Theologiam omnibus aliis ſcientiis præferendam eſſe. *Secundâ* demonſtrat modum , quem præcipuè Religioſi ſolitarii litterarum ſtudiis ſtatuant , & quâ ratione rectè percepta excitandis piis animi motibus & exercitationibus applicent : *tertia* demum aperit , quam multos viros doctos nimia ſciendi cupiditas fefellerit, quos Chriſtiana modeſtia & charitas deſtituére.

4. *Alphabetarium divini amoris de elevatione mentis in Deum.* De hoc opoſculo multa inter Cartuſienſes, Benedictinos , Dominicanos alioſque controverſia eſt. Hi ſuo *Joanni Nydero* tribuunt (*a*). Benedictini *Martino de Cybs* ſeu *Zipt* , alii verò *Thomæ à Kempis* , ſed *Nicolao* noſtro vindicat jam laudatus *Widemannus* , qoi ſe ejus autographum poſſidere aſſerit. Quæ viri docti ſententia ex Codice Weihenſtephenenſi & Mellicenſi egregiè confirmatur (*b*). Ipſe iterum *Pezius* de genuino ejus auctore ſe acturum promittit , cùm dicti *Martini* opuſcula ex Bibliotheca Tagernſeenſi in lucem proferet.

5. *Tractatus de proponentibus Religionis ingreſſum.* Hunc ex Codd. Gemnicenſi & Mellicenſi prælo paratum habere ſe teſtatus eſt *Pezius* A. 1724. Eundem in Bibl. Tegernſeenſi reperias.

6. *Memoriale primorum principiorum in ſcholis virtutum* , aliàs *Modus vivendi in Ordine , præcipuè Cartuſienſi* In Codd. Gemnicenſ. num. 31 & 36. & in Codice Cartuſiæ Olomucenſis. De hoc libro vid. quæ ſupra notavimus.

7. *Tractatus de Diſcretione.* Hunc ex MSS. Codd. Gemnic. & Mellic evulgavit *Pezius* Bibl. Aſcet. *Tom. IX. p.* 379-532. Ratisb. 1726. Extat etiam Gemnici Germanicè verſus ab ipſo *Nicolao* in Cod. 181.

8. *Tractatus de Charitate ſive Amicitiâ verâ & fictâ.* In Cod. Cartuſiæ Agsbacenſis *in* 4.

9. *Tract. de peccatis Charitati contrariis.* Ibid. in 4.

10. *Documenta SS. Patrum contra prædicta peccata tractata & in proceſſionale redacta.* Ibid. Etſi verò tria hæc poſteriora Opuſcula in Codice laudato nomen Auctoris haud præferant , eſſe tamen *Nicolai* conſtabit ex mox recenſendo Tractatu , videnturque quatuor hæc nonniſi unum principale Opus conſtituere.

11. *Tract. de ſuſpicionibus.* Reperitur in Cartuſia Seitzenſi *in* 4. conſtatque XIII Capitulis. In fine hæc legas : » Deo gratias 1486. in Seitz : ſed nondum » ſtatim finis. Nam major & principalior pars hujus » Opuſculi deeſt , ut patet ex eo libro , quem dudum » in *Pletriach* (olim erat Cartuſia) vidi , & auctor » eſt *Nicolaus Kemph*, » Portò major illa pars , quæ in *Pletriach* quondam erat , ipſiſſimi Tractatus ſunt num. 8. 9. 10 relati. Hinc quis omnium auctor ſit, patet.

12. *Tract. de tendentia ad perfectionem.* Agsbaci in 4. finit. in die S. Agapiti Mart. 1451.

13. *Tract. de modo confitendi venialia peccata.* Ibid. in 4.

14. *Tract. de Affectibus formandis in Horis ſive in Officio Divino* , ſeu, ut fuſiùs in alio Codice habetur : *Tractatus pro Novellis , quomodo ſe habere debeant , & quibus ſe in divinis laudibus occupare* Gemnici *in* 4. num. 47 & Seitzii. Hunc ipſe *Nicolaus* in Germanicum tranſtulit , licèt in Codice Gemnicenſi nonniſi initium hujus verſionis hodie ſuperſit.

15. *Expoſitio Canonis , immo totius Miſſæ.* Seitzii & Gemnici Cod. 47. in 4.

16. *Tract. de Capitulo Religioſorum , ſeu de modo tenendi ſe in Capitulo* , ut habet Codex Agsbacenſis. Ejus bis meminit Catalogus MSS. Cartuſiæ Seitzenſis. In Cartuſia Gemnicenſi extat etiam *Nicolai Kemph*

(*a*) Vid. *Echard.* ad. A. 1440. (*b*) Vid. *Pezii* Diſſert. Iſagog ad Tom. I. *Theſauri* ſui §. XII.

Tractatus *de Capitulo Religioſorum* linguâ Germanicâ, in uſum ſcilicet Fratrum Converſorum, qui taman, quantùm à priori ejuſdem Argumenti Tractatu diſtinctus ſit, hactenus à P. *Wydemanno*, aliis occupato, videri non potuit.

17. *Tractatus de Colloquio.*

18. *Tract. ſuper ſtatuta Ordinis Cartuſienſis.* Hi duo Tractatus ſervantur Seitzii in Cod. in fol.

19. *Tract. de Stabilitate.* His nondum reperiri potuit. Scripſiſſe autem *Nicolaum* de hoc argumento, colligitur ex ejus Tractatu *de Diſcretione*, quam his verbis concludit: *Specialiter exprimitur Stabilitas, quam quis vovet expreſſè: de qua tamen poſteriùs latius dicetur.*

20. *Tract. de tribus eſſentialibus omnis Religionis.* Seitzii in 4. & Mellicii E. 71.

21. *Tract. de Solicitudine ſuperiorum habendâ erga ſubditorum ſalutem.* Agsbaci in 4.

22. *Tract. de confirmatione & Regulâ approbatâ Ordinis Cartuſienſis*: Gemnici & Agsbaci in 4. Poſterioris loci Codex exararua fuit anno 1452.

23. *Tract. de Regno Dei*, prælo paratus beneficio Ven. P. *Seb. Treger* ex Cod. Seitzenſi.

24. *Tract. de oſtenſione Regni Dei*, ab ipſo *Nicolao* in præcedenti Opere & in Expoſitiona Cantici Canticorum citatus, ſed nullibi hactenus detectus.

25. *Tres gradus aſcendendi in triplici ericlinio mentis.* Exſtat Tractatua in Codice Seitzenſi, aſt nondum à P. *Wydemanno*, cujuſmodi ſit, viſua & excuſus.

26. *Tractatus quinque partitus de Myſticâ Theologiâ.* Eum ex Codd. Gemnitenſi & Seitzenſi prælo jam optavit paulò anta laudatus P. *Tregerus.* Invenit etiam *Pezius* in Codice Tegernſeenſi, ſed ſine Prologo.

27. *Expoſitionis Cantici Canticorum Libri VIII.* Quos ex Seitzenſi Codice à Ven. P. *Wydemanno* depromptos typis ſe commiſſurum promiſit jam ante octo vel novem annos (i. e. A. 1724) ſæpiùs laudatus *Pezius*, quod an præſtiterit ignoro.

28. *Tract. de modo perveniendi ad perfectam Dei & proximi dilectionem.* Hunc *Pezius* in Præf. Tomi IV *Nicolao* noſtro tribuit, verùm in Tomo VI *Henrico Arnoldo* reſtituit.

29. *Collationes, ſeu Sermones breves ſuper Evangelia Dominicalia de ſenſu Anagogico perducente ad unionem mentis cum Deo.* Seitzii in 4.

30. *Sermones in Evangelia Dominicalia totius anni ad Reformandos Religioſorum mores.* Seitzii & Olomucii in 4.

31. *Appendix ad præfatas Collationes de Feſtis.* Seitzii in 4.

32. *Liber Sermonum ſuper Epiſtolas & Evangelia totius anni.* Seitzii in fol. Hos ideo P. *Wydemannus* à prioribus diverſos exiſtimat, quòd in illia nullua Sermo *in Epiſtolas* occurrit. In Bibl. Monſeenſi ſub nomine *Nicolai de Argentina* eodem exemplo bis in folio habentur *Sermones* ſeu *Poſtilla in Dominicas*: Quod Opus num à relatis diſtinctum ſit, cùm inter ſe conferri non poſſint, pronunciare non audet *Pezius.*

33. *Sermones in Feſta Sanctorum.* Hos *Nicolaum* ſcripſiſſe vix dubium eſſe poteſt, cùm ipſemet in *Tractatu de Regno Dei* citet *Sermonem* aut *Sermones ſuos de S. Joanne Evangeliſta*, qui in *Appendice ad Collationes* minimè reperiuntur.

34. *Dialogus inter Monachum & Religionem de cauſis ruina SS. Ordinum, Religionis & Regularum.* Conſtat Capp. XXVIII præter Præfationem. In fine: *Explicit libellus, F. Pe. Antimonachus* 1464. An tamen hic Dialogus revera *Nicolai* ſit, non audet decernere P. *Wydemannus*, licèt in illo ejuſdem ſtylum, ordinem capitulorum, tempus ſeriptionia & cauſam agnoſcat. Unum agit negotium fateſſera, quod Auctor ſcribat ſe 14 ætatis anno in Ordinem ingreſſum, & nunc agere annum 50 ætatis, quæ *Nicolao* convenire non poſſunt. Sed forte datâ operâ ita fabulam inſtituit, ne odioſi & inviſi argumenti tractator & actor haberetur. Conqueritur Auctor alicubi de quibuſdam Ordinia Præſulibus, qui duoa uno anno Priores ſtatione pepulerint. Qui duo ſine dubio fuere ipſe *Nicolaus*, & *Thomas* Prior Agsbacenſis circa finem anni 1458 loco moti, licèt uterque poſtea regendis aliis Carthuſiis præfectua fuerit. Sed præſtat hanc rem in medio relinquere.

35. *Tractatus ſuper Orationem Dominicam, Symbolum Apoſtolorum & Decalogum*, patrio ſermone ſcriptua in gratiam Elisabethæ Auſtriæ Ducia & Conjugis Alberti V. Ubi is hodia reperiatur, non dicunt.

36. Convertit præterea è Latino in Germanicum *Sermones S. Auguſtino falsò tributos* ad Fratres Eremitas, *Origenis* Homiliam ſuper illud, *Maria Stabat ad monumentum*, Henrici de Haſſia *Tractatum de proprietate Monachorum*, quædam *Gerſonis* &c. Quæ omnia ſupereſſe putat *Pezius* in Biblioth. Carthuſiæ Gemnicenſis.

Deniqua dubium nullum eſt, quin longè adhuc plura fuerint litteraria monumenta *Nicolai*, quæ tamen pleraqua tum Cartoſia Gyriacenſi in Sclavonia, ubi à feraciſſimo ingenio parta ſunt, interiêre.

Sunt autem plures *de Argentina* cognominati, de quibus ſub tit. *Brocardus, Hugo, Thomas* &c.

ARGENTINI (*Raffaello*) Bononienſis, Ord. Min. Obſerv. S. Franciſci, Provincialis circa A. 1600. Scripsit *de anno Jubilæi, ſeu de Anno ſancto, cum Quæſtionibus hanc materiam tangentibus.* Magnæ molis volumen quod cum aliis ejuſdem Aſtrologicis elucubrationibus in Bibl. S. Annunciatæ Bononienſis MS. ſervari teſtatur *Orlandus* p. 140.

ARGENTINUS (*Franciſcus*) S. R. E. Cardinalis, matre Veneta, patre Teutone Venetiis humillimo loco natus eſt. A pio Sacerdote, qui vividum pueri ingenium dilexit, ageſtati ereptus ad ſapientiam exarſit. Inde adſcitus inter familiares *Joannis Mocenici* nondum Præfecti Venetorum Reipublicæ, Patavium miſſus, & ære Patroni altus, ubi variis ſeſe ſcientiarum, ac præſertim Juriſprudentiæ ornamentis inſtruxit; hinc Doctor prodiit, jamque Venetiis Cauſidicorum Collegio nomen dederat, cùm per Minoritam quendam matri affinem inter aulicos *Joannis* Cardinalis *Medicei*, qui tunc exul agebat Venetiis, receptus eſt. Hunc ſecutus, mores hominum multorum vidit, & urbes, paulatimque cœpit in Aulâ Romanâ maximi fieri. Hæc omnia ipſe permodeſtè profitetur in Epiſtola, quâ librum ſuum *de Immunitate Eccleſ.* eidem Cardinali *Mediceo* nuncupat, cui grati animi obſequium ſpondet, vel in cineribus victurum ſuis, quòd ejus patrocinio uſa fortuna multa ipſi dederit, ac majora polliceatur. Reipsà variis auctus Sacerdotiis, tandem à *Julio II* dictus eſt Concordienſis Epiſcopus non A. 1494. ut habet *Ughellus* (a) ſed, ut apertum eſt ex notatis ad ultimam Editionem *Ughelli* (b), A. 1506. Fuit dicti Pontificis Datarius, à quo inter Cardinales cooptatus fuit tit. S. Clementis die 10 Mart. A. 1511. quo Romæ deceſſiſſe dicitur noſter, die 23 Aug. Sepultus eſt in Templo S. Mariæ trans Tiberim. Corpus Concordiam translatum jacet in Cathedrali, cum epigraphe ipſi ac *Joanni* fratri & ſucceſſori poſitâ à *Paulo* fratre A. 1534.

Edidit *Franciſcus* ampliſſimum & doctiſſimum Commentarium.

1. *De Immunitate Eccleſiarum* ad eund. tit. Decret. (*c*).

2. *De poteſtate Eccleſiæ Romanæ.*

3. *Apparatum ſuper Decretalibus*, aliaque ad Juriſprudentiam ſpectantia (*d*).

[a] *Ital. sac* Tom V. p. 365. n 40. [b] *ibid.* not. 2. [c] *Nic. Commenus* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. II. p.* 33. [*d*] Eggs *Purp. docta* Lib. IV. Cap. V.

ARGENTINUS (*Richardus*) Anglus Scripsit ex *Lipen.* I. 483

De

De Praſtigia & Incantationibus Dæmonum & Necromanticorum. Baſil. 1568. 8.

ARGENTO, Vid. ARGENTUS.

d'ARGENTRE' (*Carolus du Pleſſis*) natione Gallus, patriâ Rhedonenſis, Sac. Facult. Theol. Pariſienſis Doctor Sorbonicus, lauream accepit 29 Mart. 1700. (*a*) Variis ingenii ſui monumentis in lucem editis claruit hoc Sec. XVIII. Fuit Abbas S. Crucis *de Guingamp* vel *de Quingamp* in Britannia minori, Regis Chriſtianiſſimi Conſiliarius ac Eleemoſynarius, Epiſcopus Tullenſis deſignatus.

Scripta:

1. *Tractatus de Analyſi Fidei, ſive Reſolutio Fidei Divinæ & Catholicæ in primo ſuo principio, ac infallibilium noſtræ Fidei regularum.* Eſt Reſponſio ad *Analyſin Fidei* à Miniſtro *Jurieo* editam; unà cum *Tractatu de eſſentiâ & notis quibus diſtinguitur vera Eccleſia Chriſti.* Lugd. 1698. duobus Tomis. *Gall.*

2. *Tractatus de amore Dei*, in Hollandiâ Gallicè quoque excuſus (*b*).

3. *Elementa Theologica, in quibus de auctoritate ac pondere cujuſlibet argumenti Theologici accurate agitur, cum duobus Tractatibus, quorum alter de fide Divinâ, alter de ſupremâ Eccleſiæ auctoritate in damnandis nominatim pravis omnibus libris.* Pariſ. 1702. in 4. (*c*) Appendix altera de eodem argumento prodiit *ibid.* apud Vid. Thibouſt & Leſclaſſan 1705. in 4. (*d*)

4. *De Supernaturalitate, ſeu de propriâ ratione & excellentiâ, quâ res ſupernaturales à rebus naturalibus differunt, Notiones quædam Theologicæ.* Pariſ. Ant. Dezallier 1707. in 4. (*e*).

5. *Collectio Judiciorum de novis Erroribus qui ab initio Sec. XII poſt Incarnationem Verbi uſque ad annum 1713 in Eccleſia proſcripti ſunt & notati: Cenſoria etiam Judicia inſignium Academiarum, inter alias Pariſienſis, Oxonienſis, Lovanienſis, Duacenſis, alterumque Collegiorum Theologiæ apud Germanos, Italos, Hiſpanos, Polonos, Hungaros, Lotharos &c. Cum Notis, Obſervationibus, & varia monumenta ad Theologicas res pertinentibus.* Tom. I Pariſ. apud Lamb. Coffin 1724. fol. (*f*) Tom. II^{us} bipartitus *ibid.* apud Andr. Cailleau A. 1728 (*g*).

(a) Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom II. pag. 1788. (b) *Du Pin* loc. cit. (c) Vid *Diar. Trevolt.* Oct. 1703. Art. 7. & Jan. 1704. Art. 3. (d) *Ibid.* Nov. 1705. Art. 169. (e) *ibid.* Mart. 1708. Art. 28. (f) Vid *Diar. Erud.* Maji & Junii 1725. (g) *ibid.* Dec. 1728. & Supplem. hujus menſis.

ARGENTUS (*Joannes*) Jeſuita, natione Italus, patriâ Mutinenſis, vir de Societate, atque imprimis de Tranſalpinâ ſeu Aquilonari quàm optimè meritus. Anno 1583. ætat. 21. ſe ſe ipſi addixit, poſtquam Humaniores & Philoſophicas diſciplinas aliquandiu profeſſus eſſet: in eâque ſummis eſt muneribus, ſumma laboribus perfunctus. Trium in Italiâ Collegiorum Rector fuit, regebatque eo tempora Patavinum, quando agente eam cauſam Venetiis coram Principe Sereniſſimo & frequente Senatu per luculentam orationem Doctore *Cremonio*, Societatis ibi Scholæ clauſæ ſunt coactæque Parmam tranſire. Verùm non ita multò poſt ex Italiâ eſt ipſe digreſſus. Anno 1603 adminiſtrabat Vice-Provincialis Tranſylvaniam, quando *Moyſes Zekelius* Claudiopolim occupavit, à civibus eâ ſibi lege patefactam, ut poteſtatem faceret illis viciſſim Societatis Collegium diripiendi, vaſtandi, Patres ejiciendi, mactandi: id quod tam impiè ab illis immaniterque perfectum eſt, ut momento diruerint omnia, pulſarint, vulnerarint, trucidarint, ipſi etiam abſcedenti ſudariolum manibus eriperc tentarint, ne quid ſecum efferret. Hæc cùm ad diem IX. Junii acta eſſent, non ita multò poſt recepta à Cæſareis Civitate, Socii reſtituti ſunt; ad quos à Poloniâ revertit *Argentus* ſub Idus Januarias 1604. Verùm cùm cerneret parum ſibi tutus ibi licere conſiſtere, die XII Julii cum Sociis aliquot longo, difficili, ac pleno periculis per Moldaviam itinere remeavit Cracoviam, ubi à Rege perbenignè acceptus, à Nuncio Apoſtolico rogatus, ad frequentem Italorum concionem magnâ approbatione verba fecit. Sed juſſus per litteras à Præpoſito Generali, revertit actutum Claudiopolim, & ejus Collegii Rector, ac Tranſylvaniæ totius Vice-Provincialis deſignatur. Anno inſequente 1605 tùm dominante *Stephano Botzkaio*, qui Principatum invaſerat, comitia Medieſini haberentur, ac jam factum eſſet decretum de Societate proſcribendâ, *Argentus* per amicos factus certior, die XIV Septembris in pleno omnium Ordinum conſeſſu dicendi poſtulatâ facultate, tam luculentè, fortiterque Societatis cauſam defendit, ut adverſarii præſente ipſo & provocante, ne mutire quidem contra ſint auſi, ſed ſeſe ex hominum conſpectu proripuerint, abſconderintque: animos autem Procerum ita convertit, ut eos decreti pœniteret, reſciſſoque, Societatem ſuo ſtare loco permitterent, quamvis invito *Botzkaio*: ut ex majoribus ſubſelliis non deeſſent, qui ſponderent ſe nunquam Societati oblocuturos. Ceterùm *Botzkaius* aliâ uſus occaſione, Societatem per vim atque injuriam regno exturbavit; cùm vocato ad ſe in Hungariam *Joanne Argento*, aliam haud eſſe cauſam ejectionis dixiſſet, niſi quod ita hæretici, quibus morem gerere vellet, expetebant. Cui *Argentus* infracto reſpondit animo, Principem oportere ſua cuique jura immolata ſervare, innocentes haud quaquam exponere iniquorum libidini, ſed juſtitiæ gladio tueri. Ille iterum, *metuere ſe, ne ſi aliorum culpâ nos* (loquitur *Alegambius*) *de vitâ periclitari contingeret, Principum Chriſtianorum, quibus cordi eſſemus, indignationem incurreret: omninò igitur ſtatuiſſe ut Societas Regno excederet.* Urſit intrepidus *Argentus*, ſuorum ſive ſalutem, ſive perniciem in ejus manu ac voluntate poſitam eſſe; propoſitum nocendi ipſe poneret, alios, quos timeret, nullos reſtare. Sed ſurdo verba dedit. *Botzkaio* brevi extincto, cùm ſucceſſiſſet in Principatu *Sigiſmundus Rakoczius*, rediit ad illum quoque *Argentus*, ut Societatem, quam Archidux *Matthias* ipſe jam commendarat, reſtitutam vellet. Is ad comitia referendam rem dixit. Ea cùm haberentur Claudiopoli anno 1607. inſtitere vehementer adverſarii, ne ad Civitatem *Argentus* admitteretur, certi lapidatione rem expedire, ſi adſit. Admiſſus tamen ob Cæſaris reverentiam, Orationem die XV Junii ad Ordines habuit, quâ Societatis innocentiam luce clariorem effecit. Cui cùm hoſtes nequirent obſiſtere, clamoribus implere cœperunt omnia, furere, tumultuari, & facto impetu Societatem exigere, boniſque ac fortunis exuere. Id tamen ſuâ conſtantiâ obtinuit, ut publico Principis, Regnique Chirographo conſtaret, propter unicam Religionis cauſam, Societatem expelli. Poſtquam Tranſylvaniâ iterum ejectus eſt, Auſtriam Provincialis obtinuit; quo in munere novis tempeſtatibus jactatus eſt; cùm enim per annum 1611. Paſſavienſis exercitus, duce *Leopoldo* Auſtriaco, Pragam ſubiiſſet, Cæſarem *Rudolphum* adverſus vim atque arma tecturus, quidquid ibi diſcriminis imminuit Societati, ad *Argentum* maximè, qui aderat cum imperio, pertinuit. Anno proximo Poloniam, Lithoaniamque inſpecturus, cum auctoritate Viſitatoris abivit. Ibi cùm intelligeret multis Societatem gravibuſque exagitari cenſuris, & libellis acerrimis lacerari, ſubiit animum vereri, ne quid fortè peccaretur à Sociis, ſaltem per imprudentiam, quod anſam obtrectatoribus præberet; ſeneſcentique tum accidit in Poloniâ, quod in Italiâ jam olim acciderat adoleſcenti. Verùm comperit re cominùs inſpectâ, aut religioſè à ſuis diſſidere quī obloquebantur, aut certè Societatem haud quaquam noſſe. Tum verò Poloniæ Regi *Sigiſmundo III.* per Epiſtolam accuratè conſcriptam, innocentiam Societatis, adverſariorum calumnias (quod in aliis quoque Provinciis ac Regnis cum Principibus ac Regibus non inutili-

inutiliter obſervabat) repræſentavit , ut Societatis rerum notitiam ex vero nactus , non facilè ſe pateretur erroribus imbui, inceptumque ab eâ pietatis curſum impediret. Hoc tempore *Claudio Aquaviva* Generali Præpoſito morte ſublato, Romam contendit,& in Societatis comitiis , quamvis ipſe non intereſſet , XXIX ſuffragiis ad Generalatum poſtulatus eſt. Ceterum cùm in Magiſtratum avectus fuiſſet *Mutim Vitelleſcus*, dimiſſis comitiis , *Argentum* Mediolanenſi primùm , mox Provinciæ præfecit Poloniæ. Unde in Auſtriam Viſitator regreſſus, Bohemicam ex eâ ſecrevit ; quâ alteri commendatâ, per annos aliquot Auſtriam ipſa Provincialis gubernavit : donec ætate , laboribuſque fractus, in Italiam capiandæ quieri remeavit. Sed ea neqoaquam diuturna fuit , nam Collegii Mutinenſis gubernaculo admotus , tandem laborum finem invenit 26 Nov. 1629 (*a*). Vir fuit heroicis planè virtutibus ornatus. In omni monere quod geſſit , eam actionum , conatuumqua ſuorum regulam ſemper adhibuit , quâ dirigerer ad majorem Dei gloriam omnia , quâ communi omniom , privatoque ſingulorum bono plura ſpiritualia commoda adferret , quâ ſummam Religioni ſuæ perfectionem pareret : omnem ſuam induſtriam collocavit ut Sociatatis homines , quâ diligentiâ in propriam perfectionem incumbunt, cum eâdem quoque aliorum ſe ſaluti impenderant. Certè cùm ſub annum 1614. Vilnæ accepiſſet , quæ à Collegiis Romanis magno cum ſpirituali Romanæ plebis fructu Romæ fiebant in Miſſionibus per ipſâ Urbem inſtitutis, eorum exemplo Socios excitavit Vilnenſes ad æmulationem; ut Vilnenſem provinciam inter ſa partiti Dominicis diebus,quibus à ludo feriabantur, eorum alii vicos & plateas, alii ſuburbia , reliqui vicinos civitati pagos circumirent , ubique doctrinam Chriſtianam explicarent , pietatem plantarent : & conſtitit operæ fructus incredibilis. Societatis inſtituta ſevetiſſimâ cuſtodiâ tuebatur ; nibil quod eorum labefactaret ſanctitatem integritatemve diſſimulando tolerabat : imperavit non ſimplici vice, ne quid admitteretur eleemoſynæ , quod aliquam laborum Societatis compenſationis ſpeciem habere poſſe videretur : & magno in Poloniâ viro remiſit aliquando non contemnendam vim aureorum,quam ideò ſuſpicabatur ipſum miſiſſe, quia feriis Paſchalibus è Sodalibus aliqoi ipſius villas atqua arces obierant avangelizando. SCRIPSIT

1. *Epiſtolam ad Sigiſmundum III.* Poloniæ & Sueciæ Regem , *De Statu Societatu in Provinciu Polonia & Lithuania.* Cracoviæ 1615. in 4. & 1616. ac tertiò ibid. 1620. in 8. cum inſigni auctario , nempe

2. *Proſcriptionis Societatis Jeſu ex Regno Bohemia , Moravia , Sileſia , Ungaria ,* &c.

3. *Duarum actionum* quas Auctor in Tranſylvaniâ, in ipſo generali omnium Ordinum conventu habuit.

Memorat *Ellias Du Pin* (b) Apologet. pro Societata Jeſu *Colon.* 1603.

* De eo vid. *Alegamb.* p. 218. Plura *Juvencius* Hiſt. S. J. Part. V. *Tom. II. p.* 114. *n.* 141. &c. & *p.* 917.

(*a*) Apud *Moreriam* p. 507. legitur 1626. &Citatus *Sotvvellus.* (b) *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 220.

ARGOMANES (*Joannes* da) Hiſpanus , Ord. Minorum , Provinciæ S. Jacobi Præfectus , claruit A. 1501 (*a*).

SCRIPTA:

1. *Speculum Fratrum Minorum* , ſeu Explicatio docta & locuples Regulæ S. Franciſci ; quo libro graviſſimas , quæ in eâ deprehendi poſſent , difficultates axplicat. Prodiit Latinè in *Enchiridio* ſeu *Manuali Fratrum Minorum* , A. 1535. deinde Italicè

(a) *Wharton* in Append. ad *Cavei* Hiſt. Liter. ubi vocatur *Argamanes.*

Tarviſii vel Venetiis 1593. Laudat opus *Lud. Miranda* in ſimili *Regula* hujus expoſitione.

2. *Clypeus Sacrarum Monialium.* Habetur in dicto *Enchiridio.*

3. *De valore Indulgentiarum* Tractatus Hiſpanicè editus Hiſpali 1548 & 1612.

4. *Reglas y arte del rezar el officio divino* tribuit ei *Haroldus* in Supplem. *Wadingi* , apud *Nic. Anton.* p. 483.

d'ARGONNE (D. *Bonaventura* vel *Natalis*) aurifabri Pariſienſis filius , Cartuſianus , Prior Conventûs Gallionenſis in Normannia , ad quem tranſiit poſtquam diu commoratus eſſet in Conventu Rothomagenſi (*a*), obiit A. 1705. SCRIPSIT Gallicè

Tractatum de lectione Patrum. *Traité de la Lecture des Peres de l'Egliſe , ou Methode pour les lire utilement.* Pariſ. Couterot & Guerin 1688. in 12. duabus partibus (*b*) : at doplò auctior prodiit ibid. apud Guerin , 1697. (*c*) iterumqoe apud Greg. Dupuis 1702. io 12 (*d*).

Quæ mens Autoris fuerit ex Præfationa colliges : junioribus ſcilicet Clericis opem ferre , qui præterea ſibimet ipſis ſuccurrere debent : eos itaque monet ſe inter ſpinas flores ſpargere , profanam eruditionem cum Eccleſiaſticâ immiſcendo.

Parte I agitur de Patrum Eccleſiæ autoritate : II de requiſitis ad proficuam eorum lectionem diſpoſitionibus , ac neceſſitate Theologiæ Scholaſticæ : III de Methodo in iis legendis adhibenda : IV de uſu Patrum. Summum ingenii acumen eruditionemqoe non vulgarem hoc opus ubiqua redolet , verùm circa ordinem , verboſam orationis ſeriem , repetitiones iteratas , aliaque à propoſito aliena , ſexcenta notanda ſunt , quibus in colligendis floribus ex ſpinis minor voluptas percipitur. In eo autem opere , de quo plura *Ellias Du Pin* (e), aliud promiſit Autor de Theologia Veterum ac Recentiorum , quod an præſtiterit ignoro.

Ille idem eſt Cartuſianus qui ſub ementito nomine *de Vigneul-Marville* edidit *Miſcellanea* ſub tit. *Melanges d'Hiſtoire & de Litterature.* Pariſ. vel potius Rothom. 1699.1700 & 1701. (*f*) Tomis III.quorum duo priores Roterod. apud Yvans , A. 1700. tertius A. 1702 in 8. rurſus prodierunt ſuadenta *Balio* , qui opus iſtud pluris facit quàm *Menagiana* cæteraque hujus generis Collectanea (*g*) : inde autem videtur non eſſe poſthumum opus , ut apud *Moreriam* dicitur.

Curioſa ſanè nec viris eruditis indigna complectuntur hæc Miſcellanea ; in quibus autorum anecdota paucis cognita , variaque hiſtorica ab aliis nondum obſervata fusè hinc inde ſparguntur (*h*) : Tomus autem tertius , quem ſibi ab erudito viro Abbata *de Garence* communicatum docet Typographus Roterodamenſis , duobus prioribus aſt inferior (*i*).

Tomo I calamom ſtrinxit latvatus Cartuſianus adverſus librum notiſſimum ac viris emunctæ naris dilectiſſimum D. *de la Bruyere* (k) , quem & impugnavit in libro cui tit. *Sentimens Critiques ſur les Caracteres de Theophraſte de Mr. de la Bruyere* Amſtel. 1701. in 12. verùm nactus eſt iſte egregium Defenſorem D. *Coſte* (l) in libro inſcripto *Defenſe de Mr.* de la Bruyere *& de ſes* Caracteres , *contre les Accuſations & les objections de Mr.* de Vigneul Marville. *Amſtel.* 1702.in 12. (*m*). Præmiſſa eſt Autoris Epiſtola ad amicum, ſcripta d. 10 Oct. 1701.(*n*) in quâ prædietum librum Cartuſiano noſtro deberi ſatis apertè innuit. Memorat & Apologiam D. *de la Bruyere* Pariſiis

(a) *Balius* Epiſt. 225. (*b*) Vid. *Diar. Pariſ* 6 Sept. 1688. (c) *ibid.* 20 & 27 Jan. 1698. (d) *Diar. Trevolt.* Dec. 1702. (e) *Bibl. Autor. Eccleſ.* Part. V Serie II p. 76 &c. in 8 (*f*) Vid. *Balii* Epiſt. 175. not. (4.) (*g*) *idem* Epiſt. 185. (*h*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Jan. 1700. & April. 1701. ubi & *Judicia* de libro D. *de la Bruyere* recenſentur. (*i*) *ibid.* Maji 1702. (*k*) De eo vid. *Morer.* Diction. edit. Baſil. verb *Joannes* p. 684. (*l*) Vid. *Balii* Epiſt. 201. (m) *Nov. Reip. Liter.* Mart. 1702. (*n*) Rothomagi ſcripta dicitur, ſed perperam. Vid. *Diar. Trevolt.* Oct. 1702. p. 310. edit. Amſtel.

riſis eod. anno 1701 adverſus *Judicia Critica* editam.

ARGUERIUS (*Joannes*) qui è Latino Gallicè vertit librum *Joan. Garas* de Prædeſtinatione, *Baſilea* 1566. 8. editum, teſte *Crucio Cenomanenſi* Bibl. Gall. *p.* 222.

ARGYROPULUS (*Joannes*) Patriâ Byzantinus, claruit anno 1450 & deinceps. Captâ à Turcis CPoli A. 1453. Patriâ exul in Italiam tranſiit: & ob raram, quâ enituit, eruditionem, apud *Coſmum Medicem*, Florentiæ Principem, ſummo in honore fuit; adeò ut *Petro* filio, & nepoti *Laurentio* præceptor daretur, parentis loco haberetur; & juventuti Florentinæ Græcas literas enarraret. Peſte demum Hetruriam devaſtante, Romam A. 1480. conceſſit; & *Ariſtotelem* publicè explicando, amplum ſatis ſibi ſtipendium concivit. Obiit vergente ſæculo ſeptuagenarius (*a*). Vir præter immodicam ingluviem & bibacitatem, quibus perquam malè audit, nimia ſui opinione inflatus, & alieni contemptor meriti: adeò ut *Ciceronem* Græcas neſciviſſe literas illoto ore jactitare auderet. Præter *verſiones Latinas* & *Enarrationes librorum Ariſtotelis*, quæ typis ſæpiùs commiſſæ ſunt (*b*); ſcripſit ad *Coſmum* Ducem *librum de Proceſſione Spiritûs S. & Concilii Florentini decreto*: à *Leone Allatio* Gr. Lat. editum *Græc. Orthod.* Tom. I. p. 400. Ejuſdem *Monodia de Joanne Imp. C. P. Conſolatio ad Imperatorem C. P. Liber de Regno, & Comparatio inter Principes antiquos & novos Imperii*, extant MSS. in Bibliotheca Regis Galliarum. (*c*)

Argyropulus dicitur etiam vertiſſe Hexaemeron *Baſilii*. Primus quoque dicitur è Græcis Philoſophiam & cunctas diſciplinas quæ cyclicæ vocantur profeſſus, & Ariſtotelis Naturalia & Moralia tranſtuliſſe ut *Gaza* ſe tranſlata combureret, ne amiciſſimi hominis creſcenti famæ officerent. *Konig* 56. At aliter ſentit *Raph. Volaterranus*, ſcribens eum magis eleganter quàm fideliter convertiſſe. *Magirus* 65. De eo *Politianus* Miſcell. Cent. I. c. 1. *Voſſius* l. 4. de hiſt. Græcis c. 19. *Balii* Diction. p. 306. edit. Roterod. 1720.

Ejus præterea *Opus in*, vel, ut alii, *ad Nicolaum Papam V.* extat in Bibl. Regio-Hiſp. Scorial. (*d*)

Orationem quartam pro Synodo Florentina citat *Nic. Comnenus* Prænot. Myſtagog. *p.* 361.

Poemata Græca Eccleſiaſtica Argyropuli & aliorum, cum Notis Muſicis recentis Græciæ, fuêre MS. in Bibl. Scorial. teſte *Alex. Barvoetio*.

Ariſtotelis *Ethicorum* ad Nicomachum *Libros X.* quos à ſe verſos *Argyropulus* publicè deinde Florentiæ enarravit, excepit *Donatus Acciajolus*, qui & laudes *Argyropyli* in Præfatione ſuper illis Commentariis prædicat in hæc verba. » Florentiam venit *Argyropylus* Byzantius, vir ingenio præſtans, ſummuſque Philoſophus, ut juventutem literis Græcis ac bonis artibus erudiret: jamque plures annos doctrinam tradidit nobis tantâ copiâ, tam multiplicibus variiſque ſermonibus, ut viſus ſit temporibus noſtris veterum Philoſophorum memoriam renovare. » (*e*)

Hinc & aliunde patet, perperam plagii crimine accuſatum fuiſſe *Acciajolum*, qui in Dedicatione horum Commentariorum ad COSMUM MEDICEM, ſe *Argyropyli* expoſitionem literis mandare diſertè teſtatur. (*f*).

(*a*) Hoc ætatis anno, circa 1480 obiiſſe ſcribit *Fabricius* Bibl. Græc. Tom. X. p. 4:6. (*b*) Vid. *Oudin.* in Comment. ad A. 1460. *Lipen.* Bibl. Philoſ. (*c*) *Wharton* in Append. ad. *Hiſt. Liter. Cavei.* (*d*) Vid. *Labb.* bibl. MSS. Supplem. X. p. 386. (*e*) *Geſner.* Bibl. fol. 384. (*f*) Vid. *Thomaſ.* de Plagio Liter. *p.* 347. citante *Placcio* in Pſeud. n. 21. p. 7.

ARGYRUS (*Iſaacus*) Monachus Græcus, *Barlaami* diſcipulus & hyperaſpiſtes, uti ex *Simeone* Theſſalonicenſi notavit *H. Whartonus*: Claruit anno 1373. (*a*) quo *Nicephorum Gregoram* ſecutus, *Computum*

(*a*) *Rob. Gerius* in Append. ad *Cavei* Hiſt. Liter.

ſuum edidit, *Andronico* urbis Æni præfecto inſcriptum. Ob ſingularem in diſciplinis Mathematicis peritiam præcipue inſignis.

S C R I P T A:

1. *Homilia* in verba illa Domini: *Hæc mando vobis ut diligatis invicem* &c.

2. *Encomium in Demetrium Martyrem*: ubinam verò loci aſervantur, non comperi.

3. *De regimine novitiorum Liber*: Pr. ἄνεν ἔσιν ὁ εὔφρον MS. in Bibl. Bodl. Cod. 5. & cujuſdam *Iſaaci* Anachoretæ, (fortè noſtri)

4. Tractatus *de Monaſtica Politia*; *de virtutibus & vitiis*; & *Expugnatio ſuperbiæ*, MSS. ibid. Cod. 890.

5. *Computus duplex* nativo ſermone lucem vidit, quorum alter Gr. Lat. à *Jacobo Chriſtmanno* primùm evulgatus *Heidelberg.* 1611. 4. deinde verſione ſuâ ac notis illuſtratum edidit *Dion. Petavius* de Doctr. temp. *Tom. III. p.* 359. omiſſo tamen Prologo, qui in *Chriſtmanni* editione habetur. Horum quoque alterius *excerptum* notis ſuis doctiſſimis illuſtratum Latinè exhibuit *Joſ. Scaliger*, tum *Hyppoliti* Canone Paſchali Gr. Lat. *Lugd. Bat.* 1595. 4. p. 25.

6. *Computus alter* qui ejuſdem quoque *Argyri* fuiſſe videtur, ab eodem *Petavio* editus eſt ex Bibl. Regis Galliæ, loc. cit. p. 384.

7. Alia ejus Opera Mathematica laudat idem Vir eruditiſſimus *Joſ. Scaliger* in Iſag. Chronol. Canon. paſſim; quæ, uti & Poëtica nonnulla in variis Europæ Bibliothecis, Vaticanâ, Cæſareâ, Bodlejanâ, Regiâ Pariſ. (ut privatas omittam) MSS. ſparſim delitescunt: de quibus (quoniam non ſunt hujus loci) conſulantur *Ger. Voſſius*, *Poſſevinus* & Libr. MSS. Catalogi.

ARHUSIUS (*Jac. Matthias*) Scriptor Danus, de quo vid. verb. MATTHIAS, quod ejus cognomen eſt, *Arhuſius* ab urbe patriâ dictus, ideoque ſub tit. *Aarhuſius* inconſideratè à nobis memoratus *p.* 1.

ARHUSIUS *vel potius* Aarhuus, (*Petrus Sim.*) Scriptor Danus, qui *Maimonidis* Tractatûs *de iis, quibus expiatio deeſt*, *particulam I* verſione (Danica) & notis illuſtravit. Haſn. 1702. in 4. (*a*)

(*a*) Alb. Thura *Idea Hiſt. Liter. Dan.* p. 438.

ARIANI. Vid. ſub tit. ARIUS.

F. ARIANO (*Joſephus* d') Ord. FF. Prædic. Siculus, Conventûs S. Spiritûs Neapolitani profeſſus, vir animarum ſingulari zelo commendandus, quarum ſaluti ſe totum addixerat; pie demum obdormivit in eodem ſuo Conventu anno 1649 optimâ ſui nominis pietatiſque opinione relictâ: uti Monum. ejus domûs MS. teſtantur. Meminit etiam *Toppius* in Bibl. Napol. *p.* 169. Echard. *Tom. I. p.* 560. SCRIPSIT librum cui tit.

Roſario fiorito è paradiſo dell' anime, diviſo in ſette libri, Neap. 1644. in 4.

ARIANUS (*Theodorus*) Siculus, Meſſanenſis, Ordinis Carmelitarum, vir gravioribus ſcientiis inſtructus, quas Regentis munere docuit. Sacræ Theologiæ Magiſter conſtitutus, doctrinâ claruit. Obiit Meſſanæ 31 Oct. 1663. Ipſum laudat *Daniel à Virgine Maria* in Spec. Carmel. Tom. II. n. 3751. p. 1074. Edidit Italicè, teſte *Mongit.* p. 249.

1. *Piena Notizia di tutte quelle coſe, che ſono concernenti al Sacro Habito della Beatiſſima Vergine Maria del Carmine.* Meſſanæ, typis Jac. Matthæi 1655. in 12.

2. *Vita, e Miracoli di S. Alberto Confeſſore.* Ibid. 1656. in 4.

ARIAS de ARMENTA (*Alvarus*) Societatis Jeſu, natione Hiſpanus, Patria Hiſpalenſis; à puero in Societatem cooptatus anno 1593. Vota quatuor in eâ nuncupavit. Rexit domum probationis Montella-

nam, & Hiſpalenſem annia 16. Poſtea Cordubenſe Collegium, & Hiſpalenſe, & demum totam Provinciam Bæticam ſingulari prudentiæ & virtutum laude admioiſtravit. A ſupremo Senatu Inquiſitionis in Hiſpania ad munus Cenſoris, ſeu Qualificatotis eſt adlectus. Dum Provinciam regebat evocatus eſt Romam ad Officium Aſſiſtentia apud Præpoſitum Generalem pro Hiſpania, & India Occidentali, quo dum magna ſolertia, integritate, prudentia & charitate fungitur, correptos morbo migravit è vitâ in Domo Profeſſa Romana, die penultimo Januarii 1643. ætatis ſuæ 66. Vir ſuit magnia à naturâ dotibus inſtructus, ſed majoribus à gratiâ. Suaviſſimæ indolis, quæ Angelum potius quàm hominem teferret. Feliciter in ſe copulavit prudentiam cum ſimplicitate, modeſtiam cum affabilitate, ſilentium cum loqoendi gratiâ, ingenii præſtantiam cum religioſa demiſſione; ex quo factum eſt ut omnibus fuerit venerationi & amori. * *Sotwel* Bibl. S. J.

OPARA:

1. *Encomia SS. Euchariſtia, & B. Virginis Maria ex Sacrâ Scripturâ & SS. Patribus deprompta, cum eorandem citationibus*: Opus mole exiguum, ſed prorsùs egregiom, *Hiſpali* excuſum 1615. in 8. & 1621. in 12. ac Viennæ 1632. in 8. Latinè, ſuppreſſo ſuo nomine.

2. *Concio ia ſolemni promulgatione Catalogi aovi Expurgaterii à S. Inquiſitione, evulgati*. Hiſpali 1632. in 4. Hiſp.

3. *Contractum ſpiritualis hominis cum Deo*. Baezæ 1639. Hiſp.

4. *Meditationes ad S. Ignatii exercitia*. Scripſit Hiſpanicè in oſum Titonum, ſed non edidit. Harum volumina duo MSS. in 8. extant in Collegio Granatenſi, & alibi per Provinciarum Jeſuiticarum manus teruntur.

Edidit etiam libellum ſub titulo

5. Pactionis ſanctiſſimæ cum B. V. ineundæ *Concierto con la Virgen Nueſtra Señora*. Baezæ 1639. in 8. Hiſp. ex quo pluſcula citat *Joan. Nadaſi* io Annal. Marianis S. J. num. 1136.

Conf. *Alegamb*. p. 24. *Nic. Anton*. p. 46.

F. ARIAS (*Balthazar*) Ord. FF. Prædic. Aragonus, Valentiæ natus, & ibidem Ordinem amplexus, divini verbi præco inſignis ineunte Seculo XVII claruit, edidicque

Diſcurſos predicables en las feſtividades de los Santos, que con mayor ſolemnidad celebra la Igleſia, Valentiæ, 1614. in 4. * *Nic. Anton*. p. 141. *Echard*. II. 388.

ARIAS (*Benedictus*) Vid. MONTANUS.

ARIAS (*Didacus Ximenez*) Hiſpanus, Bæticus, Dominicanua, Alcantaræ in Extremadura ad A. 1490 natus, adoleſcens ſtudiorum causâ Salmanticam miſſus, ibidem in Conventu S. Stephani Ordini nomen dedit, ſolemnique voto die 5. Aug. 1507 ſeſe Domino conſectavit. Ibi Concionator egregius evaſit *Didacus*, ſacrarum humanarumque litterarum periciſſimus, & ad decrepitam uſque ætatem pervenit, ut qui adhoc floreret A. 1578 (*a*). Ejus cum laude meminère *Luſitanus*, *Fernandez*, *Lopez* Hiſt. Gen. P. IV. l. 1. c. 3. p. 332. *Altamura* ad 1570. *Poſſevinus*, *Nic. Antonius*, & alii paſſim.

SCRIPTA:

1. *Sermon muy devoto y de provecho de la Benditiſſima Madalena, en que ſe declara el evangelio de ſu converſion, y ſe pone al cabo algo de ſu penitente vida y glorioſa muerte*, &c. *con una muy buena expoſicion del* Miſerere. *Olyſſip*. 1551. in 8. Seorſim prodiit *Sermo* ille *de M. Magdalena* Toleti 1570. in 8. & *Expoſitio* Pſalmi *Miſerere* Pampel. 1568. & Salmant. 1578. in 8.

(a) *Echard*. Tom. II. p. 247.

2. *Enchiridion o Manual de doctrina Chriſtiana*. Salmant. 1567. in 8. & iterum cum duobus præfatis opuſculis, *Antverpia*.

3. *Lexicon Eccleſiaſticum Latino-Hiſpanicum, ex SS. Bibliis, Conciliis, Pontificum ac Theologorum Decretis, Divorum Vitis, variis Dictionariis, aliiſque probatiſſimis Scriptoribus concinnatum, ſervatâ ubique verâ etymologia, ortographia & accentûs ratione. Opus novum, nunc denuò ab Auctore plus dimidiâ parte auctum & locupletatum, multis additionibus adjectis*. Salmant. 1578. fol. Prior 1572, tertia 1583. Item Venet. 1616. Valentiæ 1621. alibi 1631. Barcinone 1642. Cæſaraug. 1644. ubique in *fol*.

Duo autem hic attendenda. 1°. Quoſdam exiſtimaſſe, hoc *Lexicon* nihil alıud eſſe quàm antiquum Vocabularium *Roder. de S. Ella* recognitum: cujus plagii *Didacum* abſolvit *Domin. de Portonariis* Typotheta, monens in præfatione, nibil prorſus cum *Roderico* babere commune, imò vocabulorum millia plura habere, quorum nullum apud *Rodericum* legitur. 2°. Notandum quàm inſulaè *Luſitanum*, *Pium* & *Fernandez* irrideat *Alva* (b), quòd duos *Didacos Ximenez* diſtinxerint, alterum de quo nos verbo XIMENEZ, alterum iſtum *Arias* dictum, ridendus ipſe potiùs cùm unum eundemque bominem ex duobus conflare conatur.

(b) *Pleytos de los Libros num*. 59. p. 258.

ARIAS (*Franciſcus*) Jeſuita, natione Hiſpanus, patriâ Hiſpalenſis, vir jam maturâ ætate ſeſe ad Societatem Jeſu adjunxit anno 1561. ætat. 27. Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudiis excultus, in Collegio Triguerenſi Theologiam de moribus quatuor annos non ſine laude profeſſus eſt; cujus Collegii, & Gaditani item babenas rexit. Fuit vir cùm varia eruditione, tùm vitæ integritate admirandus, & inter viros non hujus ſolùm ætatis, ſed venerandæ etiam antiquitatis, opinione ſanctitatis quâ floruit, numerandus. Religioſæ paupertatis tam amans fuit, ut ejus verum ſpiritum videretur aſſecutus. Obedientiæ tenax Majorum placita tuebatur, apud alios egregiè ſalutis proximorom cupidus, eorum præcipoè, qui tenuioris eſſent fortunæ, & ope magis deſtituti; hinc frequens itare ad Noſocomia, ad Carceres, ad Ergaſtula mancipiorum, ad Mauriſcorum conciliabula, omnes pro gradu quemque ſuo ad virtutem hortari, Confeſſionibus illorum operam dare, nihil locorum hominumque pædore commoveri. In plateis obvios non rarò Æthiopes ſacrâ doctrinâ informabat, famulos, qui ventilantium ad Jeſuitas Dominorum equos pro foribus tenebant, inſtruebat. In his vir ſummæ doctrinæ & exiſtimationis omni ætate libentiſſimè verſatus eſt, quibus tandem alteram curam adjunxit, eamque difficillimam, ut nimirum prohiberet bellica puerorum ſimulacra, quibus ludi ſpecie multa gravia vulnera ſibi invicem imponebant, quibus tollendis nulla dum valuerat Magiſtratus auctoritas, ſæpe ſe ille medium inter cuneos illorum injecit, furorem repreſſit, agmina diſſipavit. Sui contemptor egregius, laudeſque ſuas, & quidquid ad ſui commendationem ſpectaret nunquam audire ſuſtinuit. Mortificationem, cujus fuit apprime ſtudioſus, moribus magis quàm verbis docuit, verè ſpeculum pœnitentiæ, & ſeverus ſui corporis caſtigator. Orationi plures diu noctuque horas ſolitus impendere, non ſemel in eâ viſus eſt à terra ſublimis. Omnis ejus ſermo de Deo erat, deque rebus Divinis, & tanta dexteritate huc omnes aliorum ſermones convertebat, ut nullus illi in hoc genere par fuerit, nihilque præter Deum videretur ſpirare. Cùm per hæc officia indefeſſus Chriſti operarius pro ejus gloria 44. annos ſtrenuè in Societate laboraſſet, & à Comitiis Provinciæ electus Romæ Congregationi Generali quintæ interfuiſſet, inde redux poſt aliquot annos feliciter Hiſpali obdormivit in Domino die

die 23. Maii anno 1605. ætatis 72. non ſine magna opinione ſanctitatis, concurrentibus ad ejus funus populis, & multis lacrymis ejus memoriam proſequentibus, deque ejus veſtibus certatim aliquid auferre conantibus. Cadaveri viri Principes atque Eccleſiaſtici, volentes lubentes ſuccolarunt; quod loculo peculiari incluſum ac plumbeâ inſcriptum laminâ ad notitiam poſterorum, loco cæteris altiore compoſitum eſt. * *Alegamb.* & *Sotwel Bibl. S. J.* Vid. & *Juvenci* Hiſt. S. J. *Part. V. lib.* 24. §. 46. *pag.* 138.

Scripta:

Hæc eo ordine recenſet *Antonius* p. 309.

Del Aprovechamiento eſpiritual: (De profectu ſpirituali) duabus partibus, quarum prior hæc continet:

I. *Exortacion al aprovechamiento eſpiritual*:

II. *De la verdadera deſconfiança de ſi miſmo, y confiança en Dios.*

III. *Roſario de los 50 myſterios de Chriſto N. Señor, y de ſu ſantiſſima Madre.*

IV. *De la Imitacion de N. Señora.* Valentiæ 1588. Pinciæ 1593. in 4.

Hos Tractatus Latinè vertit *Joan. Buſæus* Coloniæ 1603. & *Hadr. Hojus* ibid. 1608. & 1626. in 12. Italicè verò *Jul. Zanchinus* Venetiis 1602 & 1610. in 4. Germ. per *Pet. Pliccium* Colon. 1602. 1611. in 12 & per *Matth. Tympium* Monaſt. 1604. Colon. 1618. in 12 (*a*).

• Pars altera hos ſequentes comprehendit:

I. *De la Oracion mental* Libb. III. qui facti ſunt Latini operâ *Ant. Duikeni* ſimul cum altero opuſculo *de Roſario B. Virginis*, editique Coloniæ 1616. in 12.

II. *De la Mortificacion.* Hunc itidem unà cum aliis jam relatis Latinum dedit *Buſæus*. Gallice prodiit *Lugd.* in 16. Idem, ni fallor, *Germ.* Colon. 1599 & 1623 in 12 (*b*).

III. *Un Apendice del buen uſo de los Sacramentos.* Prodiit etiam Latinus *Coloniæ* 1607. in 12. & Germ. *Ingolſt.* 1625. in 12 (*c*).

IV. *De la Preſencia de Dios.* Latinus prodiit Moguntiæ *in* 8. Coloniæ 1615. & cum *Martini Delrii* Tractatu ejuſd. argumenti, ibid. 1621. in 12. *Gerardus* item *Zoes* Belga vernaculè vertit, atque *Simon Viſoki* ſeu *Wiſocki* Jeſuita Polonus. Prodiit item Germ. *Colon.* 1623. in 12 (*d*).

V. *De la fealdad y gravedad del pecado. De gravitate Peccati mortalis, & damnis quæ affert homini.* Monach. 1648. (*e*) quem Italicè tranſtulit P. *Fabius Albergatus* Bononienſis, & dudum Provincialis Provinciæ Romanæ. *Romæ* 1669. in 8.

VI. *Libro de la Imitacion de Chriſto N. Señor*; duabus partibus, Hiſpali 1599. in 4. *Tiberius Putiguanus* Italice vertit & Romæ edidit, 1609. & 1615. in 4. Latinè prodierunt Coloniæ 1610. in 4. ac rurſus operâ *Leon. Creder.* Monachii 1651 fol. tribus Tomis apud Nicol. Henricum, hoc Titulo:

Theſaurus inexhauſtus Bonorum, quæ in Chriſto habemus, per diverſos ejus Titulos, virtutumque Teſtimonia, & exempla.

(a) *Lipen.* II. 233. (b) *Lipen.* II. 319. (c) *Lipen.* I. 307. (d) *Lipen.* I. 330. (e) *Lipen.* II. 461.

ARIAS (*Franciſcus Ortiz*) Hiſpanus, Ordinis S. Franciſci Provinciæ Caſtellæ, Doctor Theologus, ſcripſit, Annæque Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ Sereniſſimæ inſcripſit

1. *Los Myſterios de la Sacroſanta Paſſion de Chriſto nueſtro Señor*: tribus partibus: *Compluti*, 1578. in 8.

Edidit quoque, teſte *Nic. Antonio*,

2. *Del Remedio contra el Pecado.* Matriti, 1603.

ARIAS (*Matthæus*) cujus extat ex *Lipen.* I. 336.

Diſcurſus: An in propugnanda Religione opus ſit Concilio vel Colloquio? Lipſ. 1614. 8.

ARIBA. Vid. ARRIBA.

ARIBO, *Cyrinus* etiam, nec non & *Hates* dictus, gente Germanus, Monachus Benedictinus, dein Cœnobii S. Dionyſii Schlechdorphienſis Abbas, tandem Eccleſiæ Friſingenſis Epiſcopus quartus factus anno 760 vel 761. Vitam cum morte commutavit anno 783 vel 784. In literas redegit *Vitam S. Corbiniani*, primi Friſingenſis Epiſcopi, quæ habetur apud *Surium* Sept. VIII. & *Mabillon.* Sæc. Benedict. III. Part. I. p. 500. (*a*) Eandem P. *Carolus Meichelbeck* Benedictinus Benedictoburanus inſeruit *Hiſtoria Friſing.* Tom. I. P. I. cap. 4. Auguſtæ Vindel. 1724. fol. Vid. *Acta Erud.* 1725. p. 390.

(*a*) Vid. *Cave* in Hiſt. Liter. *Oudin* in Comment ad A. 770. *Miræum* in Auctar. *cap* 298. De eo ſic Anonymus Mellicenſis *cap.* 63. Duo non parva, *inquit*, de geſtis Sanctorum *Emmerammi* & *Corbiniani* ſcribit opuſcula.

ARIBO Moguntinus Archiepiſcopus XIX. Imp. Henrici II Magnus Eleemoſynarius, ſeu Archi-Capellanus circa A. 1020 vel 1021. ad ſedem Moguntinam evectus fuit poſt *Erkenwaldum I*, & Imp. Conradum II A. 1024 coronavit. Varia celebravit Concilia, Romam iter fecit, & pro diſciplinâ Eccleſiaſticâ fervidum ſe præſtitit. Obiit eodem Conrado imperante, die 6 April. A. C. 1031. non 1041. ut legitur apud *Moreriuum*.

Ille eſt qui ſcripſit *librum unum in XV Pſalmos Graduum*, atque ad Abbatem *Bennonem* bene longam Epiſtolam exaravit (*a*). Ejus juſſu Synodus Provincialis apud Selgenſtadium in Germaniâ (*b*) collecta eſt A. 1023. in quâ de Jejuniis & Ceremoniis fit Deciſio (*c*). Impreſſa eſt Coloniæ per *Æneam Sylvium* A. 1535. (*d*).

Hujus Synodi Canones reperiuntur in Faſciculo *Orthuini Gratii* (e).

De eo vid. *Philippum* Bergom. lib. 12. Chron. Suppl. ad A. 982.

(a) *Voſſius* de Hiſt. Lat. *l.* 2. *c.* 29. *p.* 285. ex *Trithem.* cap. 309 (b) *Sixt. Senenſ.* lib. 4. p. 105. (c) *Lipen* II. 64. (d) *Geſon.* Bibl. ſuæ *p.* 251. ubi hunc *Aribonem* cum priore perperam confundit. (e) *Morer* Diction. *p.* 520. edit. Baſil.

ARIE Lando. *Vid.* Lando.

ARIE LEU fil. *Joſua Hoſchki*, Pater domûs Judicii in Synag. Boſcenſi, ſcripſit Leu Arie *Cor Leonis* ex 2 Sam. XVII. 10. quo comprehenduntur Conciones in Legem & quinque *Megilloth* ex commentariis allegoricis, quos *Medraſchim* vocant Hebræi, imprimis conflatæ. Wilmerſdorfii A. C. 1674. f. Hic eſt ille liber de quo *Bartoloccius* Tom. III. ubi de *Jehuda Arie*, qui vulgò *Leo* Mutinenſis vocatur, agit, dubius hæret, ſitne illi *Leoni* Mutinenſi, an alio cuidam tribuendus? Jam nulla, credo, inquit *Wolfius* p. 213. dubitandi cauſa ſupereſt.

d'ARIENZO (*Fulgentius*) Auguſtinianus, Neapolitanus, dedit in lucem, teſte *Nic. Toppi* p. 101.

Sermonem de Verbi Dei Incarnatione. Neap. typis Laz. Scorigii 1623. in 4.

ARIGONIUS (*Jacobus*) Dominicanus, Laudenſis Epiſcopus, qui & *de Balardis* à pluribus vocatur, Laudæ Pompejæ in Inſubribus, vernaculè *Lodi* ad Aduam fluvium, ortus eſt obſcuris, inquiunt, parentibus, ſed cùm adoleſcens magnam ſui ſpem portenderet, ad Ordinem facile allectus eſt, ubi etſi litterarum antea expers, labore aſſiduo ſtudioque indefeſſo vir evaſit inſignis, nullique ſuæ ætatis ſeu doctrinâ, ſeu facundiâ ſecundus. Per omnes ſcholæ agones lauream tandem Magiſterii obtinuit, & ſacras litteras in ſtudio generali Bononienſi publicè interpretatus eſt. Sed nec minorem ſibi à Concionibus peperit famam, adeo ut omnibus admirationi eſſet. Quâ auditâ viri præſtantiâ *Bonifacius IX* anno circiter 1395 eum Sacri Palatii Magiſtrum allegit, quo in munere majus in dies ſibi nomen apud omnes fecit. Exinde

verò à *Gregorio XII* patriæ ſuæ Laudæ conſtitutus eſt Epiſcopus die 26 Febr. 1407. ut habet *Ughellus* Ital. Sac. *Tom. IV. col.* 928. Eccleſiam ſuam regebat cùm A. 1409 coactum eſt Concilium Piſanum, ad quod ſe conferre neceſſe illi fuit, & in eo revera inter Patres ſedit, tumque ab eo habita eſt

1. *Concio in æde Prædicatorum die S. Petri Martyris 29 April. præſente Patrum omnium cœtu numeroſiſſimo.* Sic notat *Herm. von der Hardt* in Actis Concilii Conſtantienſis. In iſto poſtea Concilio A. 1414 celebrato non parum inclaruit, ut ex ejuſdem Actis habetur, in eoque pluries peroravit. Habentur etiamnum quinque Orationes ab eo tum pronuntiatæ, quæ & legi merentur:

2. Primæ titulus eſt: *Solemnis oratio in ſupplicium Joan. Huß coram Cæſare Sigiſmundo ac toto Concilio in publica ſeſſione A. D. 1415 ſabbato die 6 Jul. habita.* Extat in Actis Concilii Conſtant. *Tom. III. p.* 1-5. Tota eſt de damnis per ſchiſma Eccleſiæ illatis, quæ & nervosè & eleganter deſcribit.

Seſſione XX. die 21 Nov. 1415 propoſitis concordatorum articulis, unà cum cæteris Patribus, ſubſcripſit die 4 Febr. 1416.

3. Altera ejus Oratio habita eſt ſeſſione XXI. die 30 Maii 1416. *In ſupplicium Hieronymi Pragenſis.* Extat in Actis dicti Concilii *Tom. III. p.* 54. Eam antea *Joan. Cochleus* intulerat in ſuam Huſſitarum Hiſtoriam *lib.* 3. *p.* 132.

4. Tertia dicta eſt in Congregatione generali in Templo Cathedrali Conſtantiæ die ult. April. 1416. dum exequiæ FERDINANDI Regis Aragoniæ & Concilio celebrarentur. Vid. *Tom. IV. p.* 714 ſed hæc Oratio non edita.

5. Quarta ab eo habita eſt in exequiis Cardinalis Barenſis in Concilio Conſtant. A. 1416. fer. v. Dom. IV Quadrag. & tota eſt moralis de honeſtâ Eccleſiaſticorum vitâ, quâ ſe ad mortem rectè præparent. Tit. *Sermo bonus Epiſcopi Laudenſis, quem fecit in exequiis Cardinalis Barenſis.* Extat ubi ſup. *p.* 204.

6. Quinta habita eſt ſeſſione XLI. die 8 Nov. 1417 *de novi Pontificis electione.* Hanc integram exhibet *Echardus* Tom. I. p. 785-788. exſcriptam ex Actis Concilii Conſtant. *Tom. I. col.* 930-947. hic ex MSS. Bibl. Vindob. & Brunſvicenſis editam. Citatur & hujus Orationis Codex MS. Lipſienſis.

Cùm autem ſuam *Jacobus* Patribus ac *Martino V.* tum electo probaſſet eruditionem & induſtriam, ab eo Pontifice ex Laudenſi tranſlatus eſt ad Tergeſtinam in Iſtria ſedem A. 1417. IV Kal. Jan. Demum & ab illâ, eodem volente Pontifice, ad Urbinatem tranſiit A. 1424. III Id. Dec. Ex Actis Conſiſtor. De quo legendus *Ughellus* Ital. Sac. *Tom. II. col.* 869. Urbini deceſſit die 12 Sept. A. 1435. & apud Sodales ſepultus eſt.

Ejus meminerunt *Altamura* ad 1424. & *Rovetta* ad 1412. qui & ei tribuit *Comment. in primam partem S. Thomæ*, & *in primam ſecundæ*, vel etiam *in tertiam*, non addens ubi hæc ſerventur, ſed uterque ejus Orationes ſupra laudatas omiſit, unde & videntur non agnoviſſe. Credit autem *Echardus* multò plures ab eo relictas æquè doctas ac elegantes, dictas ſeu cùm Magiſterio Sacri Palatii fungeretur, ſeu cùm Epiſcopus clerum ac populum ſuum doceret, quæ auro pretioſiùs ſervari debuerunt.

In Actis Cap. Gener. Norimb. A. 1405 celebrati ſic legitur: *Conventui Bononienſi pro forma ſtudii Pariſienſis & gradu Magiſterii aſſignamus in Regentem F. Jacobum de Lauda Sacræ Theologiæ Magiſtrum.* An idem ſit ac noſter *Arigonius*, dubitare quis poteſt, & alterum ſuſpicatur *Echardus*; ſed ſi idem eſt, Magiſterium Sacri Palatii, quo à decem annis fungebatur, non obſtiterit, quin ſimul Bononienſe Gymnaſium regeret. Quod diſcutiant alii.

Eum eximiè laudat *Leander* fol. 124. b. virum vocans ſcientiâ clarum, & opinione apud omnes ſuâ tempeſtate & famâ fulgentiſſimum; ſed de hiſtoriola quam ibidem narrat, de modo quo in virum egregium evaſit *Jacobus*, penes illum fides.

ARIMATHÆENSIS (*Antonius*) Sub eo nomine *Joſ. Grabius* Averbacenſis, Gymnaſii Bremenſis Profeſſor (a), edidit librum hoc tit.

Iſagoge brevis & perſpicua, monſtrans uſum atque vim vera, ſalutaris & immota doctrina de Invocatione Dei & D. N. J. C. Neuſtad. 1586. 4. contra *Ægid. Hunnii* Theſes de Invocatione Dei verâ, & Sanctorum Idololatricâ. Refutantur ſimul plurimæ Theſes Confeſſionis, Seren. Haſſiæ Principibus ab eodem *Hunnio* exhibitæ. M. *Jo. Nebelthavius* Præfationem præmiſit, quâ ſtatum controverſiæ hunc eſſe ait: An humana rei natura, per realem communicationem, ſit facta omnipotens, omnipræſens, omniſcia, & propterea adoranda? Iſagogen negare, Theſes Hunnianas autem affirmare (b).

(a) Vid. *Placcium* in Pſeud. *n.* 238. *a. p.* 74.
(b) Hiſt. Bibl. Fabric. *P. III. p.* 384.

ARIMINENSE Concilium, quo *Conſtantii* Literis convocati convenerunt *ex omni orbe Romano* (ut *Valentinian* Jun. lex nos docet) præcipuè ex Occidente, Epiſcopi pluſquam *CCCC.* anno 359. Et primò quidem Fidem Nicænam Decreto ſuo confirmârunt, Ariana dogmata disertè damnârunt, *Urſacium*, *Valentem*, & alios quoſdam depoſuerunt; ad poſtremum verò partim *Urſacii* & *Valentis* dolis circumventi, partim cuſtodiæ ſuæ in urbe tanquam carcere pertæſi, partim *Tauri* Præfecti precibus, fraudibus, minis, & conquiſitis undique vexationibus victi, in generalem quandam Fidei formulam, ab Arianis conſcriptam, omiſſo penitùs *Subſtantiæ* vocabulo, volentes nolentes ſenſerunt. Grata fuêre hæc, ſi cui alii, *Conſtantio* Imper. qui nullum non movebat lapidem, ut cauſæ Arianæ ſuppetias ferret. Quin & hujus Concilii decreta *Valentinianus* Jun. ſuaſu *Juſtinæ* matris, fœminæ *ἀρειομανούσης*, latâ anno 386. lege confirmavit, & *æternum manſura* eſſe dicit, & Catholicos fidei jam expoſitæ conſenſiſſe, *Cod. Theod.* Tit. *de Fide Cath.* leg. IV. Verùm meliora poſteà doctus, anno 388. hanc Conſtitutionem revocavit, *ibid.* Tit. *de Hæret.* leg. XV. ſi modò legem iſtam rectè interpretetur doctiſſimus *Gothofredus*. Extat Gr. Lat. *Sententia Synodalis* apud *Athan. de Synod.* p. 678. *Definitio Catholica* de Fide Nicænâ, *Lat.* apud Hilar. in *Fragm.* col. 458. *Damnatio blaſphemiarum Arii* Lat. ibid. p. 459. *Epiſtola Synodalis ad Conſtantium* Gr. Lat. apud *Athan. de Synod.* p. 676. Alia ad eundem *Reſponſoria* apud *Socrat.* lib. II. cap. 37. p. 139. Hæc omnia, unà cum aliquot Conſtantii ad Synodum literis habentur *Conc.* Tom. II. p. 793. Vide quæ habent *Socr.* l. c. p. 131. & *Sozom.* lib. IV. c. 17. 18. 19. p. 563. *Sev. Sulp.* lib. II. p. 156. &c. Denique actorum hujus Synodi Fragmenta quædam, veneranda ſanè, ex publicis Eccleſiarum ſcriniis, ſervatis ipſius Concilii verbis, deprompta, nobis conſervavit *Hieronymus* Dial. adverſ. Lucifer. *Tom. II. p.* 14. In quibus & verſutos *Valentis* Murcenſis in quamcumque formam ſe vertentis dolos, & miram catholicorum Epiſcoporum ſimplicitatem perſpicere licet. *Sonabant verba pietatem*, inquit Hieronymus, *& inter tanta illa præconia* (ſeu, ut vetus Editio juxta quoſdam Codd. MSS. habet) *mella præconis nemo venenum inſertum putabat. De Uſia verò nomine abjiciendo, veriſimilis ratio præbebatur. Quia in Scripturis, aiebant, non invenitur, & multos ſimpliciores novitate ſuâ ſcandalizat. Placuit auferri. Non erat cura Epiſcopis de vocabulo, dum ſenſus eſſet in tuto.* Addam, in hâc Synodo non de Fide modò actum eſſe, ſed & de Cauſis Epiſcoporum, de Eccleſiarum & Clericorum Privilegiis, editâ à Patribus diſpoſitione, *ut juga quæ videntur ad Eccleſiam pertinere, à publicâ functione ceſſarent, inquietudine deſiſtente*, i. e. ut etiam à ſolitis & ordinariis functionibus,

&

& tributis immunes eſſent. Quod ex Conſtitutione *Conſtantii* ad *Taurum* Præt. Præf. qui huic ipſi Concilio præfuit, anno CCCLX. datâ abundè liquet, *Cod. Theod.* Tit. *de Epiſc.* leg. XV. ubi etiam ſubdit, ſe hanc Synodi diſpoſitionem ſanctione ſuâ ſtatim repuliſſe.

* *Cave* in Conciliis Sec. IV.

de ARIMINO. Vid. ſup. *Mich.* ANGELUS p. 463. GREGORIUS, HENRICUS, HUGOLINOS, MATTHÆUS &c.

ARINGHUS (*Paulus*) Romanus, Congreg. Oratorii Presbyter, obiit anno 1676. Opus condidit antiquâ eruditiona refertum, hoc tit.

Roma ſubterranea noviſſima, in quâ poſt *Antonium Boſium* Anteſignanum, *Jo. Severanum* dictæ Congreg. Presbyterum, & celebres alios Scriptores, antiqua Chriſtianorum, & præcipuè Martyrum Cœmeteria, Tituli, Monumenta, Inſcriptiones, ac nobiliora Sanctorum Sepulchra, ſex libris diſtincta, illuſtrantur, & quamplurimæ res Eccleſiaſticæ Iconibus graphicè deſcribuntur, ac multiplici tum ſacrâ, tum profanâ eruditione declarantur. *Roma* 1651. fol. 2 Tom. & *Pariſ.* 1659. quæ editio melior, plenior & accuratior eſt: In compendium redactum & in portatilem formam concinnatum prodiit *Arnhemii* 1671. in 12. Germanicè redditum fuit per *Chriſt. Baumannum* 1668. in 12. Imperfectos *Boſii* & *Severani* labores conſummavit *Aringhus*, atque ad illud faſtigium perduxit, ut *Jo. Bapt. Caſalius* (a) opus luculentiſſimè auctum, *Reineſius* (b) ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam proficuum unicè, inprimis ad Baronianos Annales illuſtrandos, ſupplendos, emendandos; & *Morhoſius* (c) optimum librum, in quo multa ſunt ad Eccleſiaſticas antiquitates ſpectantia appellare & laudare potuerit (*d*). Hoc *Aringhi* Opus in Antiquitatibus Eccleſiaſticis *Tom. XII. num.* 98. recudere promiſit A. 1712 Cl. *Fabricius* (e).

(*a*) Epiſt. ad *Jac. Phil. Thomaſium* lib. de veter. Sacr. Chriſtian. ritibus præfixâ. (b) *Epiſt.* 35. ad C. A. Rupertum. (c) *Polyhiſt. Pract.* l. 4. § 18. (d) *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. II. p. 374. (e) *Giorn. de' Letter.* Tom. IX. p. 454.

ARIOSTI (*Magdalena Salarali*) Bononienſis, Comitiſſa, claruit A. 1590. SCRIPSIT Italicè Poëma inſcriptum *Converſio S. Maria Magdalena.* Gio Gandolfo, *nelle Poeſie*, fol. 25. citante *Orlandi* p. 204.

ARIOSTUS (a) (*Alexander*) Ordinis Minorum, de quo ſic *Poſſevinus* in Appar. Sac. *p.* 31. » Duobus O- » puſculis nobis profuit; altero, cui *Enchiridion*, ſive » *Minorica* nomen eſt, *De animarum curandâ ſalute*: Ca- » ſus enim omnes, qui in eo ſtudio plerumque emer- » gunt, compendio complectitur. Altero in eo totus » eſt, ut convincat *jure diſtinctos Minores ab aliis*, » licèt ejuſdem inſtituti fratribus. At neque cujas fue- » rit, nec quo tempore vixerit, tradidere *Franciſcus* » *Gonzaga* Epiſcopus Mantuanus, neque *Henr. Wil-* » *lot*, nec *Petrus Rodulphus* Toſſiniacenſis, qui ejus » meminerunt, ille in Seraphicâ Hiſtoriâ, hic in Ca- » talogis ſuorum Scriptorum. Porrò apud Phil. Pin- » tium editus eſt *Venetiis* A. 1513.

Autorem hunc Bononienſem facit *Orlandus* (b), Gallum *Nat. Alexander* (c); iſte circa A. 1520, ille A. 1476 claruiſſe ait.

Ejus *Enchiridion* prodiit *Pariſ.* 1514. ſub tit. *Interrogatorium pro animabus regendis*; poſtea *Lugd.* 1540 (d) *Bonon.* 1576. (e) & *Brixia* 1579. in 8. ſub tit. *Enchiridion* ſeu *Summa Confeſſariorum* (f). Memoratur & *Veneta* 1517. ac *Pariſ.* 1510. (g).

Ei tribuit præterea *Ellias du Pin* inf. cit.

1. *De ſtatu præſenti Fratrum Minorum.*

2. *Tract. de Regulâ Fratrum Minorum*, cui tit. *La conſcience en ſureté.*

» ARIOSTUS (*Franciſcus*) Italus, Medicus Pe- » regrinus.

» *Topographia Terra promiſſionis* ad *Borſium* Mutinæ » Ducem. *Bibl. Bodl.* cod. 3412. * *Le Long* p. 614.

(a) De *Ariſtois* malè vocatur apud *Ciacon.* p. 81. (b) *Orlandi* de Script. Bonon. *p.* 43. (c) *Hiſt. Eccleſ.* Sec. XVI. cap. 5. art. 4. ſ. 3. (d) *Maitt.* Diction. *p. m.* 523. (e) *Lipen.* I. 240. (f) *Lipen.* I. 391. verb. *Alex. de Ariolis* qui idem eſt. (g) *Du Pin* Tab. Univ. *Tom. III. p.* 220.

ARIS (*Franciſcus* de) Hiſpanus, Navarenſis, Centurio, ſcripſit teſte *Nic. Anton.* p. 309.

Hiſtoria de la antiquiſſima Imagen de Nueſtra Señora de Balvanera, y por quien fue hallada en los años de 360. Compluti 1608 in 8.

ARISIUS (*Franciſcus*) Cremonenſis, nobiliſſimæ patriæ ſuæ Ordinum Conſervator, Opus edidit hoc tit.

1. *Cremona Literata, ſeu in Cremonenſes doctrinis & literariis dignitatibus eminentiores Chronologica Adnotationes.* Tom. I. Parmæ typis Pazzoni & Monrii 1702. fol. (*a*) IIus ibid. 1705.

In priore Tomo Viros literatos Cremonenſes recenſet Auctor ab A. C. 51 ad 1501. Alter totum ſæculum ſeſquimilleſimum complectitur; cui aliquandò ſcriptorum Orationes ſive ineditæ, ſive raræ exſcriptionis acceſſerunt.

2. *Rime per le Sacre ſtimate di S. Patriarca Franceſco.* Cremonæ, typis Petri Ricchini 1713. in 4 (*b*).

[*a*] Vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1706. p. 134.
[b] *Giorn. de' Letter.* Tom. XIX. p. 400.

ARISTARCHUS, Chronographus Chriſtianus, ſatis vetuſtus, fortè Athenienſis, ſcripſit *Epiſtolam*, ſeu *Hiſtoricum Commentarium*, ad Oneſiphorum Primicerium, *de Athenarum ſitu, & geſtis ibidem Apoſtolorum temporibus.* Quo præcipuè *Dionyſii* Areopagitæ proſapiam, doctrinam, converſationem, ætatem, ordinationem, prædicationem, Epiſcopi in locum ejus ſubrogationem, illius denique Romam adventum, deſcripſit & narravit. Hanc Epiſtolam penès ſe habuiſſe *Hilduinus* (a) S. Dionyſii Pariſienſis Abbas, eamque ad *Ludovicum* Imp. miſiſſe teſtatur. Verùm, ut liberè dicam, mihi hac in parte ſuſpecta omnia. *Ariſtarchi*, ejuſve Epiſtolæ nullus meminit *Euſebius*, non *Hieronymus*, *Gennadius*, *Photius*, non qui opera Areopagitica primi in lucem protulerunt, non qui ſe iis ſtatim oppoſuerunt, non *Symeon* Metaphraſtes, qui omnia Bibliothecarum ſcrinia diligenter excuſſit, & id genus omnia, vera falſave, ubique corraſit, & conquiſivit. Impoſuiſſe videntur *Hilduino*, homini nimium credulo & ſuperſtitioſo, *Methodius* Patriarcha poſtea Conſtantinop. Romæ tunc Apocriſiarius, & Græcorum alii homines ad cudendas fabulas nati, certè artifices peritiſſimi. *Ariſtarchus* & *Oneſiphorus*, quos nobis exhibet bonus *Hilduinus*, fortè non alii ſunt, quàm quorum in Epiſtolis ſuis toties meminit D. Paulus. Græcis quippe fabulatoribus nihil familiarius erat, quàm omnes, quorum nomina in Epiſtolis Paulinis reperiuntur, in LXXII diſcipulos Chriſti convertere, & ex iis totidem Epiſcopos vel Scriptores Eccleſiaſticos efformare. Quæ fabulandi licentia ortum forſan, certè incrementum, duxit à *Pſeudo-Dorotheo* Tyri, ut volunt, Epiſcopo (*b*). De quo, ejuſque *Synopſi*, ſuo loco dicemus.

Ariſtarchus ille, de quo D. Paulus in Epiſt. ad Philippenſes ac Coloſſenſes, nec rarò in Actis Apoſt. Macedo erat genere, Theſſalonicâ oriundus. Comes fuit S. Paulo, dum Epheſium contendit; ibique duobus annis ſimul commorantes, Epheſiorum converſioni ambo allaborârunt, quâ occaſione parùm abfuit, quin excitatâ contra illos per aurifices Epheſinos ſeditione, pariter occiderentur. Ex urbe cum Apoſtolo digreſſus, euntem in Aſiam, & exinde Judæam, ac tandem Romam comitatus eſt, ubi ambo ſub Nerone

[*a*] In Areopagitic. Epiſt. ad Ludovic. *num* III. ap. *Sur.* Octob. IX. p. 118. Vid. Epiſt. ad omnes Cathol. *ib. d.* num. II p. 120. [*b*] Hæc *Caveus* in Diſſert. de Script. Eccleſ. incert. ætat. ad calcem *Hiſt. Liter.*

Nerone capitali ſententiâ damnati obierunt, juxta Græcorum traditionem. Epiſcopus fuit Apameæ in Syria, ſi eiſdem Græcis fidem habeamus; Theſſalonicæ verò, ſi Adonidi & Martyrologio Romano (*c*).

[*c*] Calmet *Dict. a. Script.* Conf. *Baillet* ad IV Aug.

ARISTEAS, natione Judæus, Philadelphi tempore vixit, a quo receptis 12000. Judæorum, qui in ſervitutem redacti erant, Hieroſolymas miſſus eſt, Scriptor jam olim laudatus *Joſepho*, *Tertulliano*, *Epiphanio* & *Hieronymo*; meminit etiam *Euſebius*, cùm alias, tùm lib. 9 Præp. Evang. Ἀρισαῖος, inquit, ἐν τῷ γεγραμμένῳ βιβλίῳ περὶ τῆς ἑρμηνείας τοῦ τῶν ἰουδαίων νόμου. Extat hodieque in Bibl. Patrum Tom. VII. edit. 2a Liber ſub *Ariſtai* ſeu *Ariſtea* nomine de Tranſlatione Legis per 72. Interpretes, ſed eum genuinum videri negat *Lud. Vives* in Aug. lib. 18. *de Civ. Dei*, *cap.* 42. Scio *Vivi* in eo refragari cùm alios non paucos, tùm *Perionium*, *Bellarminum*, *Tertullianum*, *Euſebium* & *Epiphanium*; ſed *Ludovico* accedunt *Leo Caſtrius* & *Alph. Salmero*: & profectò levia non ſunt, quæ pro hac ſententiâ adfert *Joſeph. Scaliger* Animadv. in Euſeb. quem adeas.

Iſte *Ariſteas* ſive *Ariſtaus* ſe venditat *Ptolomæi Philadelphi*, Regis Ægyptii, Miniſtrum, & unà cum *Andrea* ad *Eleazarum* Pontificem Legatum, ut Interpretes Sacri Codicis Regio juſſu imperraret; idque facit in libello ad *Philocratem* fratrem, de LXXII Interpretibus exarato. qui hodie ſub titulo *Hiſtoria LXX Interpretum* circumfertur.

Iſaac. Voſſius defendit hunc *Ariſteam*, tum in libro de LXX. Interpretibus *c.* 4. tum in Appendice ad *Pomp. Melam*, quem ſequuti ſunt *Nicol. le Nourry* in Appar. ad Bibl. Max. Patrum lib 8. *Bartoloccius* Tom. I. p. 464. & *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. *p.* 495. ſeqq ubi *Scaligeri* argumentis, in contrarium allatis, ſatisfacere conatur. Alii verò ſcriptum hoc ſuſpectum habent, poſt *Vivem* & *Leonem a Caſtro* præf. ad Comm. in Jeſ. cap. XXXV. *Joſeph. Scaliger* ad Euſebii Chronol. *p.* 133. *Humfr. Hodius* Anglus in libro adverſus Hiſtoriam *Ariſtea*, Oxonii 1687. 8. edito, & cum pluribus acceſſionibus unà cum *Ariſtea* ipſo in libris IV. *de Textibus Originalibus*, *Verſionibus Græcis*, *ac Vulgata Latina*, Oxonii 1705. fol. recuſo, *Anton. Van Dale* in Diſſert. ſuper *Ariſtea* de LXX. Interpretibus, *Amſtelod.* 1705. Hi docti Viri obſervarunt quàm contraria & ſibi & aliorum Scriptorum Commentationibus, inſuperque cum temporibus ac conditione *Ptolemai* non concilianda adfert iſte Author, & crediderunt libellum hunc Judæo cuidam Alexandrino, ad morem gentis ſuæ fabulis indulgenti, & ad Judaici populi laudes, ipſiuſque verſionis Græcæ præſtantiam evehendam, narrationem ſuam ſedulò componenti rectius tribui, cujus tamen ætas & Servatoris noſtri, & *Ariſtobuli* ætatem ſuperet.

R. Aſarias de Rubeis librum *Ariſtea*, ii nomina τῶν LXXII. ſub initium memorata, exceperis, Hebraicè converſum præſtantiſſimo libro, quem dixit *Meor Enajim* Mantuæ 1574. 4. tanquam partem II. ſub titulo *Hadràt Zekenim* (decor ſenum,) forte per alluſionem ad Lev. XIX. 32.) à *p.* 11. ad 27 inſeruit. Interpretationem ſuam non ad Græci contextûs, ſed Latinæ interpretationis fidem inſtituit, quod ipſe profitetur *p.* 2. libri *Meor Enajim*, ubi monet, ante 50. annos, (ſcribebat an. 1571.) à Chriſtiano quodam Hiſtoriam hanc Latinè & inde Italicè converſam eſſe, quam cùm Germano cuidam textui originali non ſatis reſpondere videretur, ipſum illam novam verſionem elaboraſſe, eamque ante decem annos *Baſilea* cum Græco textu edidiſſe, quam ipſe tranſlatione ſuâ Hebraicâ expreſſerit. Ex quibus verbis intelligit Clar. *Wolfius* in Bibl. Hebr. *p.* 214. *Aſariam* ſecutum eſſe editionem Græco-Latinam, quæ ex novâ *Matt. Garbitii* verſione à *Simone Schardio* Baſileæ 1561. 8. prodiit. Verſio igitur hæc *Aſaria* non è Græco facta eſt, ut putabat Illuſt. *Huetius*. R. *Gedalias* in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 68. edit. Venet. dum libros Scripturæ recenſet inter eos, qui à Chriſtianis tanquam Sacri recepti ſint, ipſam illam hiſtoriam *Ariſtea* numerat. Quod inde putat Cl. *Wolfius* l. c. *Gedalia* fuiſſe perſuaſum, quia verſioni Bibliorum Italicæ A. 1471. à *Nicol. Malermo* editæ, & deinde aliquoties recuſæ, eam ſubjectam vidit, unde eodem cum cæteris loco haberi ſuſpicatus videtur. Hæc *Wolfius*.

Plura obſervat Celeb. *Alb. Fabricius* Bibl. Græc. *lib.* 3. *cap.* 12. quæ hic compendioſè referre non pigebit.

1° In illo libro, qui *Ariſtea* tribuitur, nomina LXX Interpretum, Regis in illos munificentiam, quæſtiones a Rege eiſdem in convivio propoſitas, ipſorumque reſponſiones prolixè referri.

2°. Primum Latinè vertiſſe, *Pauloque II.* Pontifici dicaſſe *Matth. Palmerium* Vicentinum, cujus verſio quibuſdam antiquioribus Latinis Bibliorum editionibus præfigitur, ut Romanæ A. 1471. f. Norimb. A. 1475.

3° Prodiiſſe ſæpiùs, tum ſeorſim, ut Colon. 1578. 8. cum Commentario qualicunque *Jacob. Midendorpii*; tum unà cum aliis ſcriptis, ut Baſileæ A. 1536. 8. cum *Olympiodoro* & *Gregorio* Neocæſ. in Eccleſiaſtem; atque etiam in *Micropresbytico*, Baſileæ 1550. f. ſed & in *Bibl. Patrum*, Pariſ. *Tom. VII* Colon. Tom. I. Lugdun. Tom. II.

4° Græce primum, ex Codice quem in Italia acceperat, edidiſſe, & *Huldrico Fuggero* dicaſſe *Sim. Schardium*, adjunctâ ſeparatim verſione Latinâ meliori *Matth. Garbitii* Græcarum Literarum in Academiâ Tubingenſi Profeſſoris, paulò antea defuncti, & variis editionibus è Codice Vaticano collectis, *Baſil.* 1561. apud Oporinum.

5° Hanc editionem ſe ſecutum eſſe (*Albert. Fabricium*) cùm *Ariſtea* librum Græcè & Latinè ſubjunxit editioni *Joſephi* Lipſienſi, quæ titulum præfert Coloniæ A. 1691 cum brevibus notis ad compendium *Ariſtea* in *Joſephi* Hiſtoria *lib.* 12. *cap.* 2. obvium.

6° *Eldanum de Parchum*, Obotritam Auguſtanæ Confeſſionis, dediſſe Græco-Latinum *Ariſteam*, Francof. apud Muſcul. A. 1610. ex *Imbonat.* p. 347. & *Hendreichio* in Pand. Brandenb. *p.* 271.

7° *Druſium* LXXII Interpretum reſponſa Regi *Ptolemæo* reddita, ex *Ariſtea*, *Garbitii* verſione ſervatâ, Latinè edidiſſe lib. 2. *Apophtegm. Hebr.* Franekeræ A. 1591. 4.

8° Germanicè vertiſſe *Juſtinum Goblerum*, & dicaſſe *Philippo* Haſſiæ Landgravio An. 1561. recuſam hanc verſionem Amſtelod. A. 1631. 12.

9° *Symon. Schardii* verſionem Germanicam editam A. 1619. 8.

10. Gallicè lucem vidiſſe per *G. Paradin.* Lugduni 1552. 12.

11. Italicè non modò ſubjectum libris V. T. in verſione Bibl. Italicâ, ut dixi, ſed & prodiiſſe Etruſcâ linguâ, Florentiæ 1550. 8. Anglicè item prodiit Londini 1633. 8 (*a*).

12. Hunc ipſum eſſe librum, quem legit olim, & ſub *Ariſtea* nomine laudat *Joſephus*, & ex quò nominatim compellatò hiſtoriam de LXX Interpretibus referunt vel perſtringunt *Tertullianus* c. 18. Apol. &c. *Georg Syncellus* p. 277. Auctor *Chronici Paſch.* p. 173. *Joh. Zonaras* aliique, ſed ab *Ariſtea*, qualis hodie extat, non minus quàm à *Joſepho* & *Euſebio* immane quantum diſcrepare, quæ ex *Ariſtea* refert *Epiphanius* de ponder. & menſor. *Sect. IX.* ſeq. Diverſa quoque eſſe, quæ habet *Pſeudo-Joſephus-Gorionides* III. 2. Plura apud citatum *Fabricium* legi poſſunt.

De iſto *Ariſtea* præter citatos Auctores legi poſſunt *Morini* Exercit. Bibl. p. 180. *Bartoloccius* Bibl. Rabb,

(*a*) Vid. *Le Long.* Bibl. *Sac. p.* 614.

Rabb. *Tom. I. p.* 437. ſeqq. *Hotting.* Bibl. Orient. p. 49. *Joſeph. Scaliger* in Ep. XIV. ad Seguinum. *Henr. Valeſius* ad Hiſt. Eccleſ. *Euſeb.* p. 95. *Du Pin* Diſſert. Prælim. *Bibl. Eccleſ.* §. III. *Nat. Alexand.* Hiſt Eccleſ. V. T. *Tom. II. Diſſert. VIII. Prop. I.* ſic inſcripta : » Qoamvis *Ariſtea* libellus, de legis Divinæ ex Hebraica lingua in Græcam tranſlatione » per LXX Interpretes, ſuppoſititius videatur, Criticæ intemperatioris pruriginem eſſe arbitror, ne» gare Verſionem illam à LXX Interpretibus divino » conſilio adornatam.

De eâdem hæc *Simonius* Hiſt. Crit. V. T. *lib.* 2. *cap.* 2. » Fateor ſanè, inquit, *Philonem* & *Joſephum* » qui ejuſmodi verſionis (LXX) hiſtoriam referunt, » ipſi magnam, ut & cæteros Patres antiquos, auc» toritatem tribuere. Id verò cùm unius *Ariſtea* hiſ» toriâ nitatur, qui primus hanc hiſtoriam commen» tus eſt, aut aliquot aliis ſcriptis, quæ vulgò vetu» ſtiſſima eſſe creduntur, juvat demonſtrare *Ariſteam* » illum & alios ab Helleniſtis Judæis longè ante » *Joſephi* & *Philonis* ætatem celebratos auctores fic» titios & ſuppoſititios eſſe. Non hic argumenta *Sca» ligeri* aliorumve Criticorum, qui putarunt librum » *Ariſtea* ſuppoſititium eſſe, quod ejus Chronologia » falſa ſit, & diſtinctas ab invicem tribus Judæorum » præter rei veritatem aſſerat, expendere animus eſt. » Id, inquam, non examinabo, ut nec alia quæ ad id » proferuntur ab aliis : præſtat in ipsâ rei illius Hiſ» toriâ veritatem inveſtigare, quàm de argumentis » nihil niſi veroſimilitudinem habentibus litigare. Si » quis in rem intendat, facilè perſpiciet, Helleniſtam » aliquem in gentis gratiam hunc *Ariſtea* librum con» finxiſſe. Miracula libri & alia quæ refert mirum » quàm genium & ſpiritum Judaicum referant & re» doleant, ad fingenda miracula & prodigia, his præ» ſertim temporibus maximè pronum. Hanc ipſe pſeu» do ille *Ariſteas* occupare objectionem videtur, di» cens vix lectores hanc hiſtoriam veram eſſe credi» turos.

» Cæterùm, ait *inferiùs*, ſive Ariſteana hiſtoria » vera ſit, ſive Helleniſtæ multa de ſuo adjecerint, » ut quidam adjeciſſe ajunt, ſive tandem mera fabu» la ſit, extra dubium tamen eſt, hujus ævi Judæos » Scripturam Græcè reddidiſſe, & verſionem ab Hel» leniſtis comprobatam fuiſſe. Interim ex varietate » ſtyli agnoſcimus facilè, primum quidem ſolum Pen» tateuchum fuiſſe converſum, quippe cujus verſio » cæterorum librorum verſione præſtet ; aut pleraſ» que alias ſcripturas eodem quidem tempore, ſed à » variis tranſlatas fuiſſe. Non me fugit doctiſſimum » *Morinum* & quoſdam Criticos aſſerere univerſam » Scripturam à LXX redditam fuiſſe, & Legis no» mine totam Scripturam intelligi debere. Videntur » tamen *Ariſteas, Joſephus* & *Philo*, cum *Hieronymo* hac » in parte Judæis favente, contrarium ſcribere *&c.*

Quemadmodum autem *Ariſtea* hiſtoriam rejicit laudatus *Simonius*, ita quoque illius omnes exaggerationes explodit, » quales ſunt, ita hanc verſionem LXX. » accuratam fuiſſe & Originali conformem, ut id » omnes Judæi uno ore, qui lectionem illius audie» rant, ſtatim atque abſoluta illa fuerit, confeſſi » fuerint. Itane tam brevi temporis ſpatio de fideli» tate verſionis, ejuſque cum Originali conformitate » judicium ferri poterat ? Fabuloſus ille *Ariſteas* mi» rum in modum geſta omnia, quæ narrat, com» mendat. Nihil niſi magnum, præclarum, ſtupen» dum, rarum crepat. Iſta dein ab ipſo mutuatus » *Philo* de ſuo quoque nonnulla addidit *&c.* Interim » multi æſtimanda hæc verſio, & ab eâ quandoque » immeritò *Hieronymus* & moderni Interpretes diſce» dunt.

Guil. autem *Whiſtonus* in Append. vel potius Diſſertatione ad calcem Tractatûs (*a*) Anglicè editi *de Prophetiis Scriptura S. ad literam impletis*, hanc *Ariſtea* hiſtoriam de verſione Pentateuchi per LXXII Interpretes ſub auſpiciis *Ptolemæi Philadelphi* & *Demetrii Phalerei* genuinam eſſe, magno argumentorum cumulo probare annititur, atque *Scaligeri* nec non *Hodii* & *Ant. van Dale* objectiones peringenioſè diluit (*b*).

(*a*) Prodiit *Londini* 1724. 8.

(b) *Acta Erud.* 1728. p. 118.

ARISTENUS. Vid. ſup. ALEXIUS p. 311.

ARISTIDES, (cujus perpauca apud Veteres mentio) Philoſophus Athenienſis, ſub eo habitu Chriſtianam fidem profeſſus eſt. Claruit tempore *Quadrati*, circa annum 123 (*a*) & pro Religione Chriſtianâ *Apologeticum* Adriano Imperatori obtulit, contextum, inquit *Hieronymus* (b), Philoſophorum ſententiis ; quem poſteà *Juſtinus*, & ipſe Philoſophus, imitatus eſt. Extitit hæc *Ariſtidis* Apologia non modò *Euſebii* & *Hieronymi* tempore, verùm & ætate *Uſuardi* & *Adonis* Vienenſis (*c*), ſi modò vera ſint quæ de paſſione *Dionyſii* Areopagitæ ex eâ referunt : quemadmodum in *Dionyſio* dicemus.

Recens quidam ſcriptor (Dn. *de la Guilletiere*) in libro Gallico *Athenes ancienne & nouvelle* litteris tradidit, Calogeros quoſdam dictitare, ſe illam *Ariſtidis* Apologiam in Medellienſis Monaſterii Bibliotheca, ſex ab Athenarum urbe paſſuum millibus, integram habere. Sed eorum narrationem ſuſpectam haberi vult doctus *Cellerius* inf. cit. (*d*) : quam tamen non prorſus rejicit *Colomeſius* in Paralip. de Script. Eccleſ. (*e*).

Dicitur autem Imperator *Adrianus* perlecto *Ariſtidis* libro continuò caviſſe, neminem ſuorum judicum Chriſtianum occidere poſſe, niſi crimine aliquo convictum (*f*).

Cum iſto autem *Ariſtide* non ille confundendus cui *Julius Africanus* Sec. III dicavit Harmoniam genealogiarum Chriſti apud Matthæum & Lucam, teſte *Euſeb.* VI. 31. *Hieron.* c. 63. *Photio* Cod. 35.

(a) *Cave* in Hiſt. Liter. (*b*) Epiſt. ad *Magn.* Orat. p. 327. Vid. & *Catalog.* cap. 20. (*c*) Vid *Uſuard.* ad 31 Aug. & 3 Oct. *Ado* ad 31 Aug. (d) *Hiſt. Autor. Eccleſ.* Tom. I Lib. 3. Cap. 10. (*e*) Vid. *Fabric.* Bibl. Græc. *lib.* 5. c. 1. p. 187. (*f*) *Clarm.* Bibl. ſuæ p. 254. Citat *Euſeb.* Chron. & H. E. Lib. IV. *Oroſium* l. 7. c. 8. *Bedam* de tempore, ætat. 6.

ARISTINUS (*Georgius*) Hiſtoricus, iſque non recens. Scripſit, ut videtur, *Hiſtoriam* quandam *Eccleſiaſticam*, quam citat *Joſephus* Methonenſis Epiſcopus (*a*) & ex eo probat additamentum (*Filioque*) jam a ſecunda Synodo, tempore *Damaſi* Papæ, Symbolo fuiſſe appoſitum. Verùm an ſupereſt hodie, non dici, inquit Cl. *Cave* in Diſſert. de Script. inc. ætat. p. 171.

(*a*) Reſponſ. ad Marc. Epheſ. *Concil. Tom. XIII.* p. 685. 689.

ARISTIZAVAL (F. *Petrus de*) Ord. S. Franciſci, natione Hiſpanus, Scripſiſſe dicitur apud *Nic. Antonium* p. 137.

1. *Diſcurſos morales & politicos in Canticum Habacuc.* Matriti 1649. fol.

2. *Super Joſuë*, Tomum I. Ibid. 1655. fol.

ARISTO *Pellæus*, quia Pellæ in Palæſtinâ natus, ortu Judæus, cultu Hebræus, ex Judæo, ut videtur, Chriſtianus, claruit circa annum 136. Judæorum rebellione, Duce *Barcocheba*, ab *Adriano* nuper profligatâ. Scripſit *Obſidionem Betthara* (ſive *Bethora*) & *Judæorum expugnationem*, ex quo opere quædam profert *Euſebius* IV. 6. Illi etiam adſcribenda videtur *Diſputatio Jaſonis & Papiſci* : habeo id fide *S. Maximi*, qui in Scholiis ad *Dionyſ.* de Myſticâ Theologiâ, c. 1. hæc nos docet : ἀνέγνων δὲ ἐπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ λεγομένῃ τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων, τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησιν ἀναγράψαι. *Legi etiam ſeptem Cœlos in Diſputatione* Papiſci ac Jaſonis, *quæ ſcripta eſt ab* Ariſtone Pellæo, *quam* Clemens *Alexandrinus in ſexto libro Hypotypoſeon ait S. Lucam deſcripſiſſe.* Hunc *Jaſonem* plurimi

plurimi eundem eſſe volunt cum *Jaſone* Theſſalonicenſi, cujus mentio habetur *Act.* XVII. 5. *Rom.* XVI. 21. quemque Græci in Menologio primum Tarſi Epiſcopum à D. Paulo conſtitutum eſſe tradunt. Verùm hæc incerta, nulloque fida digno autore nixa. Quiſquis ſit, Diſputationem inſtituit cum *Papiſco* Judæo Alexandrino *de Veritate Chriſtianæ Religionis*, cui exitus iſte contigit, ut *Papiſcus* Chriſtiani argumentis devictos, Judaiſmo renunciaret, & baptiſmum enixè poſtularet. Extiterunt olim Græce, imò (ſi *Rigaltio* (a) fides adhibenda ſit, verba quædam inde citanti) jam extant *Acta concertationis* hujuſce, ſive ab *Ariſtone* noſtro, ſive ab alio quodam in litteras redacta. Ea tanquam inſulſum quoddam opus olim ſugillavit *Celſus* Epicuræus: cujus iniquam idcirco cenſuram diluit *Origenes* (b) & egregium iis eruditionis elogium tribuit. Meminit eorumdem *Hieronymus* in Quæſtionibus in Geneſin. *Acta* iſta in Latinum ſermonem vertit, & præfatione bene longâ, *Vigilio* Epiſcopo nuncupatâ, auxit *Celſus* quidam; quis qualiſve ille fuerit non conſtat. Id ſolum liquet ex plurimis præfationis locis, eum vigentibus adhuc perſecutionum temporibus, & ante ſuſceptam ab Imperatoribus fidem Chriſtianam ſcripſiſſe. Extat *Præfatio* inter *Cypriani* opera, cujus nomini perperam inſcribi ſolet (*c*). Meminit Chronici Alexandrini Auctor (d) *Apellis*, & *Ariſtonis*, *quos*, inquit, *laudat Euſebius* in Hiſt. Eccleſ. eoſque *Apologiam pro Fide Chriſtianâ* Adriano Imper. obtuliſſe tradit. At vereor ne penitùs hallucinatus ſit Chronici Auctor, & nomina *Ariſtidis* & *Ariſtonis Pellæi*, quæ apud *Euſebium* occurrunt, temerè confundens, duos hos Scriptores nobis procuderit. Vide, lector, annon hic ſit *Ariſto* ille, tertius Smyrnæ Epiſcopus factus, cujus meminerunt Conſtitutionum Apoſtolicarum conſarcinatores, *lib. VII. cap.* 46. *p.* 327. De *Diſputatione Jaſonis & Papiſci* quam *Ariſtoni* noſtro disertè tribuit S. *Maximus*, verba quædam ex *Nicolao Fabro* proferre videtur *Rigaltius*; unde colligere quis poſſit hæc Acta etiam hodie ſupereſſe. Sed reverà verba illa quæ habentur apud *Rigaltium* non ſunt *Fabri*, ſed *Hieronymi*, qui lib. II. *Comment. in Epiſt. ad Galat.* cap. 3. p. 175. ita ſcribit, *Memini me in Altercatione Jaſonis & Papiſci, quæ Græco ſermone conſcripta eſt, ita reperiſſe*, λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος, *Maledictio Dei qui appenſus eſt.* CELSI cujuſdam Præfatio in hanc concertationem à ſe Latinè verſam, ad *Vigilium* Epiſcopum, inter *Cypriani* opera haberi ſolet: quæ etſi non ſit *Cypriani*, perantiqua tamen eſt, & erudita, ut rectè judicat *Petavius*, Dogm. Theol. *Tom. IV. P. II. lib.* 13. *cap.* 2. *num.* 7. (e).

Refert præterea *Hieronymus* ad Geneſis initium *Ariſtonem* obſervaſſe, in Hebraico codice haberi, *Deum Cœlum & Terram in Filio ſuo condidiſſe.*

Origenes autem, qui, ut ſupra monuimus, *Ariſtonis* librum adverſus *Celſum* defendit, oſtendit, dictum librum firmiſſima pro religionis Chriſtianæ veritate argumenta continere, additque neminem ſuſpicari debere, hujus Dialogi auctorem invalidis tantùm rationibus Judæorum decertantem inducere voluiſſe, ut eum faciliùs ſuperaret; quum ex adverſo certiſſimum ſit, validiſſimis quibuſque armis in hoc adverſus Chriſtianos certamine ab eo inſtructum fuiſſe. Fatetur tamen opus iſtud inter minoris momenti ſcripta ad fidei Catholicæ propugnationem edita eſſe habendum, eumque rudibus inſtituendis magis quàm doctis in ſuam ſententiam pertrahendis accommodatum eſſe. Vitium autem iſtud in ſtili ſimplicitatem, quâ liber ille conſcriptus fuit, rejicere videtur, atque in quaſdam allegoricas explicationes, quæ paulò leviores eſſe videbantur (*f*).

(a) Not. in *Celſi* Præfat. (*b*) Adv. *Celſ.* l. 4. non longè à medio. (c) *Cave* Hiſt. Liter. P. 1. ad A. 136. (*d*) Olymp. 228. Sever. & Varo Coſſ. Indict. 1. A. C. 228. p. 255. (e) *Cave* P. II. (f) *Colerius* Hiſt. Autor. Eccleſ. *Tom. I. lib.* 3. *cap.* 17.

ARISTOBULUS.

ARISTOBULUS Judæus, Philoſophus Peripateticus, quem *Ptolemæi Philometoris* temporibus floruiſſe, eique ſuas in libros *Moſis* ἐξηγήσεις ſeu Commentariones inſcripſiſſe teſtatur *Clemens* lib. 1. *Stromat.* & *Euſeb.* Præparat. Evang. L. IV. c. 6. VII. 13. VIII. 9. XIII. 12. nec non Chronicon Paſchale *p.* 178. ad Olymp. CXLIX. *Cyrillus* IV. adverſus Julian. p. 134. *Anatolius* apud *Euſeb.* VII. 32 *Hieronymus* in Chron. ad Olymp. CLI.

Num forte hic Commentarius vaſtum illud opus fuerit quod R. *Aſarias* in *Meor Enajim* c. IX. Græcâ linguâ ſcriptum in Bibl. Florentinâ, & Mantuæ, apud Fratres Benedictinos *Philonis* operibus longè præſtantius extare refert, non decidit Cl. *Wolfius*, niſi fortè rectiſſimè rem totam confictam eſſe ſtatuatur. Certe, inquit *p.* 215. Bibl. ſuæ Hebreæ, *Gedalias* in *Schalſcheleth Hakkabbala* p. 104. Codicem illum, quem in Flor. Bibl. extare audiviſſe ſe itidem ſcribit, de commentario illo ſuper Legem Moſis interpretatur, eumque centum Capitulis abſolutum, & *Ptolomæo Philadelpho* inſcriptum eſſe aſſeverat. Quibus verbis, addit V. C. eundem *Gedalias* errorem committit, qui deprehenditur apud *Clementem* Alexand. *Strom.* lib. 5. p. 595. ubi *Ariſtobulus* hic ad *Philadelphi* tempora refertur, ſive id Librarii negligentiæ, ſive memoriæ vitio, ſive temporum injuriæ ſit adſcribendum. *Clemens* enim ipſe alibi ſub *Philometore* ſcripſiſſe tradit. Similiter errare cenſendus eſt *Anatolius*, quando apud *Euſebium* VIII. 32. *Ariſtobulum* inter LXX. Interpretes memorat, qui, *Philometoris* quippe æqualis, illis ætate omninò eſt inferior. Quæ cauſa eſt, cur in eum animadverterit illuſtris *Petr. Dan. Huetius* in Demonſtr. Evang. *Prop. IV. p.* 87. Non credit Cl. *Wolfius* fuiſſe duos *Ariſtobulos*, alterum Seniorem *Philadelphi* æqualem, & LXX Interpretum ſocium, Juniorem alterum, ad *Philometoris* tempora pertinentem; in quâ ſententiâ eſt *Bartoloccius* Tom. I. p. 466. & *Scipio Sgambatus* in Archivis V. T. *p.* 503. Nam obſervat 1°. neminem veterum duos *Ariſtobulos* commemorare (quod tamen non abſolutè dicendum, nam fuit alius *Ariſtobulus* Græcus gente, *Alex. M.* comes, & rerum ab eo geſtarum Scriptor; de quo Cl. *Fabricius* Bibl. Græcæ *lib. III. p.* 119. & qui ab *Aſaria*, ab eo de quo loquimur, disertè diſtinguitur) 2° præterquàm quod *Ariſtoboli* nomen ne quidem in *Ariſtea* hiſtoriâ occurrat, fieri facilè potuiſſe, ut *Ariſtobulus*, ad *Philometorem* referendus, memoriæ vitio ad *Philadelphum* revocaretur. Non aſſentitur etiam V. C. *Humfredo Hodio* qui lib. I. *de textib. Orig.* c. 9. ſuſpicatur, *Clementem* confudiſſe *Ariſtobulos* duos, Peripateticum alterum, alterum Judæum, cujus poſteriora ſcripta Seculo II. poſt C. N. ſuppoſita eſſe opinatur. Nam, *inquit*, Clementi *Alexandrino* Seculo II inclinante viventi, imponi certè adeo non potuit, ut ſcriptum recèns effictum pro antiquo haberet. Errorem *Bartoloccii* refert, qui verſione *Ruffini* deceptus fuit; in quâ verba *Euſeb.* VII. 32. Ἀριστόβουλος ὁ πάνυ redduntur, *Ariſtobulus ex Paneade*, quod perperam factum eſſe oſtendit & res ipſa, & *Henr. Valeſius* ad *Euſeb.* ubi præterea p. 160. a. obſervat *Scaligerum* minus rectè *Ariſtobulum* illum, cui Epiſtola 2. Macab. I. 10. legenda inſcribatur, à noſtro hoc diſtinxiſſe.

Carpit quoque *Bartoloccium* qui dixit *Ariſtobulum Seniorem* ac *Juniorem*, Commentarium in Legem Moſis ſcripſiſſe, quem ille quidem *Philadelpho*, hic autem *Philometori* dedicarit. Nam, *inquit*, quis non videt, ex uno libro duos ſic effingi?

Obſervat Cl. *Albert. Fabricius* Bibl. Græcæ *lib.* 3. *p.* 180. credi *Ariſtobulum* Euſeb. VIII. 9. Præp. eundem eſſe, cujus mentio extat 2. Macab. I. 10. Ἀριστοβούλῳ διδασκάλῳ τοῦ Πτολεμαίου βασιλέως, nec abſurdum eſſe, eum qui ad *Philometorem* ſcripſit, Præceptorem fuiſſe *Ptolemæi Evergetæ II.* Addit ſe non Cl.

Eſchen-

Eſchenbachio facilè aſſentiri, qui carmen ſub *Orphei* nomina ab *Ariſtobulo* apud *Euſebium* ibidem prolatum, ex ejuſdem *Ariſtobuli* ingenio confictum fuiſſe haud dubitat in lib. *de Poëſi Orphica* p. 148.

D. *Aug. Calmet* in Diction. S. Script. notat *Clementem* Alexandrinum *Strom.* lib. 1. laudare primum *Ariſtobuli* Librum, *Philometori* inſcriptum, in quo aſſeritur, ante verſionem, quam *Demetrius Phaleram* curaverat, alteram præceſſiſſe, ex qua *Pythagoras* & *Plato* quampluta hauſerint.

Monet deinceps, hunc *Ptolemaeum*, de quo hic agitur, vulgò credi fuiſſe *Philometorem*; licèt enim, » inquit, Epiſtola (nuncupatoria) data ſit anno » Græc. 188. M. 3880. ac *Philometor* anno 3860 o» bierit; potuit tamen, niſi alia obſtiterint, idem » *Ariſtobulum* Præceptor ejuſdem Principis in Epiſto» lâ nuncupari. Verum alia ſunt, quæ hac in re dif» ficultatem creant; quippe ſi *Ariſtobulus* A. M. 3880. » in vivis agebat, quomodo fieri potuit, ut li» brum ſuum *Ptolemaeo Lagi* inſcripſerit, ante 160 » annos, nempe 3720 vitâ functo? Præſtat igitur, » hunc *Ariſtobulum*, de quo in libris Machabæo» rum, ab alio S. *Clementis* & *Euſebii* diſtinguamus; » ſive hunc poſtremum nomen eſſe Scriptoris ad ar» bitrium conficti, præfixum Libris, diu poſt Ma» chabæos conſarcinatis, & omnibus Veteribus uſque » ad S. *Clementem* Alexandrinum ignotis. Vid. *Dod» welli* Diſſert. in Hiſt. Ariſteæ *cap.* 28.

» Ariſtobulus *Junior*, inquit *Le Long* p. 615. » Ju» dæus, *Ptolomæi Philometoris* VI. Regis Ægypti » Præceptor, claruit anno ante C. 215. » cujus *Explicationem in Pentateuchum* ſuppoſititium opus eſſe ait.

» Ariſtobulus *Senior*, inquit idem *Le Long*, » Ju» dæus, ex Panæade Phœniciæ urbe, quæ Cæſarea » Palæſtinæ dicitur, claruit anno ante C. 250. » cujus *in Pentateuchum* ad *Ptolomæum Philadelphum* quæſtionum libros quinque Græcè ex *Euſeb.* lib. 7. memorat.

Huic *Ariſtobulo* tribuit etiam *Bartoloccius* p. 466. librum *de Feſto Paſchali* poſt *Euſebium* ex *Anatolio* in Canonibus de Paſchate.

Duos item *Ariſtobulos* diſtinguit *Sixtus* Sen. *lib.* 4. *p.* 205. & ex eo *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 255. 256. Vid. & *Morer.* Diction.

ARISTON (*Zacharias*) Bohemus, Lutheranus, Eccleſiarum Bohemiæ & Moraviæ Superintendens, obiit A. 1605. Scripſit, teſte *Le Long* p. 615. *Annotationes in Novum Teſtamentum* editas A. 1601.

ARIULPHUS vide HARIULPHUS.

ARIUS, toto orbe, & per omnia retrò ſæcula famoſiſſimus Hæreſiarcha, gente erat Lybs, ſive, ut habet *Photius*, ortu Alexandrinus, *Ammonii* filius, cœpitque (ut volunt) ab anno 315. tanquam hæreſiarcha innoteſcere, quod tamen paulò ſeriùs contigiſſe videtur, paucis ante Synodum Nicænam annis. Probabile eſt illum ex *Luciani* Antiocheni Scholâ prodiiſſe: diſertè enim *Euſebium* Nicomedienſem *Conlucianiſtam* appellat; quo titulo *Luciani* Martyris Diſcipuli gloriari videbantur, ſeque mutuò indigitâſſe. Orto *Meletiano* Schiſmate, primùm partes *Meletii* tuebatur; quo deinde deſerto ad *Petrum* Alexandriæ Epiſcopum ſe contulit, ab eo in Diaconorum numerum adſcitus, & ob turbulentum ingenium iterum ejectus. Poſt mortem *Petri* pœnitentiam ſimulavit; & ab *Achillâ* Epiſcopo veniam precatus, ab eo ad Presbyteri dignitatem promotus eſt: unamque ex Eccleſiis Alexandrinis, quæ *Baucalis* dicebatur, curæ ſuæ commiſſam habuit. Quinimo (ſi ſcriptori ignoto, *Patricio Ararſio*, in libro *Oceano* dicto ab Auctore (*a*) Synodici citato fides habenda ſit) Scholæ Catecheticæ regimen ipſi demandatum eſt. Ab *Alexandro* etiam *Achillæ* ſucceſſore aliquamdiu gratiam iniit; donec commodam nactus occaſionem, Catholicam veritatem in primariis quibuſdam fidei articulis ſtrenuè oppugnavit (*b*), apertè docens Trinitatem quidem eſſe, ſed gloriâ & Majeſtate non parem, verùm alteram perſonam alterâ eſſe glorioſiorem; Deum enim filium ſuum initium creaturarum feciſſe, eumque in filium ſibi adoptâſſe, qui tamen paternæ ſubſtantiæ nihil habeat, οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ἴσος, ἀλλ' οὐδὲ ὁμοούσιος αὐτῷ.—ξένος τοῦ υἱοῦ κατ' οὐσίαν ὁ πατὴρ ὅτι ἄναρχος ὑπάρχει. *Alienus quantum ad ſubſtantiam attinet, pater à filio; quippe qui principio caret.* Filius enim nec patri par eſt, nec conſubſtantialis, ac proinde οὐδὲ ἀΐδιος, ἢ συναΐδιος, ἢ συναγένητος τῷ πατρί, οὐδὲ ἅμα τῷ πατρὶ ἔχει εἶναι, *neque æternus eſt, aut coæternus, aut congenitus cum patre, neque ſimul cum patre eſſentiam nactus eſt.* Alibique (*c*) οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ υἱός, οὐ γὰρ ἦν πρὶν γεννηθῇ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρός, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων ὑπέστη, καὶ αὐτὸς οὐκ ἔστιν ἴδιος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· κτίσμα γὰρ ἐστὶ καὶ ποίημα, καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς θεὸς ὁ Χριστός, ἀλλὰ μετοχῇ καὶ αὐτὸς ἐθεοποιήθη. *Non ſemper erat filius; neque enim erat priuſquam fieret: nec ex patre erat, ſed ex non entibus emerſit: neque patris ſubſtantiam ſibi propriam habuit: creatura enim & factura fuit: ideoque nec verus Deus eſt Chriſtus, ſed participatione Deus factus.* Hæc quò mens ejus clariùs conſtaret, ipſiſſimis *Arii* verbis expreſſimus. Et quanquam tanta verborum monſtra, & propoſitionum portenta fucatis & ſpecioſis explicationibus homo verſatilis ingenii pro re natâ emollire, ſeu potiùs tegere ſoleret; ſumma tamen errorum ſemper huc redit: Filium & tempore & naturâ & dignitate patre eſſe inferiorem, de non extantibus factum, & planè creaturam, licèt in excellentiore creaturarum ordine collocatum. Ob hæc ſæpiùs ab Epiſcopo ſuo admonitus, ſæpiùs correptus, ſæpiùs etiam Synodicè damnatus, impiis tamen opinionibus renunciare noluit; quas & publicè & privatim, & concionibus & literis ondequaque miſſis longè lateque propagavit: adeò ut complures aſſeclas non modò domi, ſed & in exteria regionibus magni nominis Epiſcopos ſibi faventes habuerit; qui cum illo communionem inierunt, eumque interventu ſuo Epiſcopi ſui gratiæ & paci reſtituere conabantur. Sed cùm nec *Arius* errores deponere, nec *Alexander* fidem Catholicam prodere voluerit, congregata eſt Ann. 325. Synodus Nicæna, in quâ CCCXVIII Epiſcoporum ſuffragio impia *Arii* doctrina damnatur; libriſque ejus *Conſtantini* Imperat. juſſu combuſtis, ipſe *Arius* in Illyricum relegatur; unde poſt triennium oblato pœnitentiæ libello, ſeque fidem Nicænam amplecti profeſſus, Imperatoris literis revocatur; cui conſutia dolis, eouſque fucum fecit, ut *Alexandro* Antiſtiti CPol. illum ſine morâ in communionem admittere diſertè mandaverit. Quo dum progreſſus eſt *Arius*, factionis ſuæ ſatellitibus ſtipatus, & in forum *Conſtantini* jam veniſſet, ob urgentem alvi neceſſitatem latrinas petiit; ubi Judæ inſtar crepuit medius; & collapſus, unà cum inteſtinis projectis infœlicem animam exhalavit, anno circiter 336. Ita quidem fatalem exitum, & nomine ſuo in æternum execrando non indignum, ſortitum eſt ſacerrimum & inviſum caput. Scio quidem Cl. Virum *Henr. Valeſium* (d) affirmare *Arium* ante aliquot jam annos obiiſſe, adeoque illum qui anno 335. in Synodo Hieroſolymitana unà cum *Euzoio* ad Eccleſiæ pacem admiſſus erat, non fuiſſe noſtrum, ſed alterum *Arium* Hæreſiarchæ aſſeclam. Verùm hæc omnia penè gratis dicta ſunt, non niſi levibus duntaxat conjecturis, nullo Veterum teſtimonio diſertè nixa; & in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ hoſpes planè ſit oportet, qui

(*a*) Synod. à *Pappo* editi, p. 14.

(*b*) Ex *Arii* Thaliâ apud *Athanaſ.* de Synod. Arim. & Seleuc. p. 681. &c. (*c*) Ex *Thaliâ* apud *Athanaſ.* Orat. 2. advers. Arian. p. 141. (d) *Obſerv. Eccleſ.* l. 2. c. 2. p. 183. *Annot. ad Soz.* pag. 113.

qui neſciat Veteres unanimi conſenſu hæc omnia ad noſtrum *Arium* unicè referre. Errant è contra *Rufinus* (e), *Zonaras* (f), aliique (g) qui *Arium* ſub *Conſtantio* vixiſſe, eoque regnante obiiſſe volunt. Vir erat planè acutus & eruditus, moribuſque ad fallendum compoſitis, ſpecie & formâ magis (quod de eo habet *Rufinus* (h)), quàm virtute religioſus. Qualis erat τύπος ejus ποιμαντικός, vid. ap. *Epiphan.* Hæreſ. 69. & *Conſt.* Epiſt. ad *Ar.* ap. *Gelaſ.* l. 3. c. 1.

Cantica conſcripſit (teſte *Philoſtorgio* (i) varii generis, nempe Nautica, Molendinaria, ac Viatoria, aliaque ejuſmodi, certis modulationibus aptata, prout unicuique Cantico convenire exiſtimabat; ut imperitiorum animos ſuavitate cantûs ad impietatem ſuam ſenſim abduceret. Sed præ cæteris decantatiſſimus eſt liber ille, *Thalia* dictus, toties *Athanaſio* citatus, ad morem Sotadis, turpiſſimi Cretenſis Jambographi, conſcriptus, (unde ὁ κίβδηλος καὶ Σωτάδειος Ἄρειος *Athanaſio* audit) in quo de graviſſimis, ſummeque venerandis fidei myſteriis leviſſimis futiliſſimiſque numeris diſſeruit. Dubitari tamen poteſt, an opus integrum verſibus conſtaret, an potiùs Cantica hinc inde interſperſa fuerint, quò vulgi moribus & ingenio fieret accommodatius. Excerpta quædam ex eo habentur apud *Athanaſium* da Synod. Nicæn. contra Hæreſ. *Arii* decret. p. 413. Contra Arianos, Orat. 2. p. 237, 240, 241, &c. De Synod. Arim. & Seleuc. pag. 680. Ex plurimis, quas ſcripſit, Epiſtolis, extat *una ad Euſebium Nicomedienſem* apud *Epiphan.* Hæreſ. 69. & *Theoderit.* l. 2. c. 5. *alteram* ſuo, ſuorumque nomine *ad Alexandrum* Alexandrinum Antiſtitem datam habet *Athanaſius* lib. de Synod. Arim. & Seleuc. p. 682. & *Epiphan.* loc. cit. * Hæc *Caveus* in Hiſt. Liter.

De Arianis plura congerere ſupervacaneum eſt, de qoibus, ut verbo dicam, conſuli poſſunt omnes Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum conditores. Legi interea poteſt Diction. *Morer.* verb. *Arianiſmus*, & quæ adducit *Balius* verb. *Arius*.

Hic tamen præcipuos Autores, qui de Arianis tum antiquis, tum recentioribus ſcripſerunt, ordine alphabetico ſubjiciam.

Aguellus, *Baſilius M. Bebelius*, *J. Berengus*, *Cerealis*, *Idac. Clarus*, Imp. *Conſtantinus*, *Joh. Marc. Fannianus*, *Fauſtinus*, *Fulgentius*, *Hanuekenius*, *Hamboldus*, *Koenigius*, *Langius*, *Maimburgius*, *Meiſnerus*, *Paxillus*, *Pelargus*, *Phœbadius*, *Sirmondus*, *Theod. Ruinart*, *Abrah. Taylor*, *Trudellu*, *Sandius*, *Smalcius*, *Smiglecius*, *Victorinus* Afer, *Wigandus*, *Zanchius*.

(e) *l. 1. c. 7.* in fin. (f) *Annal.* Tom. III. p. 20. (g) Vit. *Athanaſ.* ap. *Phot.* Cod. 258. (h) *Hiſt. Eccleſ.* l. 1. c. 1. (i) *l. 2. c. 2.*

ARIZ (*Ludovicus* de) *Joannis* filius, Naxaræ, ut videtur, nobili ſtirpe ſatus, ſub *Franciſco Manriquio* Aurienſi Epiſcopo, cui Oeconomus erat Joannes parens, Canonicum ejus Eccleſiæ Sacerdotium, cui ſacræ ſupellectilis cuſtodia commiſſa eſt, obtinuit, Benedictinus deinde factus Vallis-venariæ domûs, ſive, ut vulgò appellant, *Valvanera* ſodalis, Religioſi inſtituti profeſſione maluit cenſeri. Ejus eſt, teſte *Nic. Antonio* p. 16.

1. *Hiſtoria de las Grandeças de la Ciudad de Avila.* Compluti 1607. fol.

2. *Hiſtoria de Nueſtra Señora de Valvanera* 1608. in 8.

ARKEVOLTI (R. *Schemuel* ben *Elchanan* Jacob) quem alii *Arcolti* vel *Arcavolti* vocant, Patavinus, floruit Sec. XVI medio.

SCRIPTA:

1. *Vexillum amoris* Cant. II. 4. Liber moralis, quo animus hominis ab hujus mundi deliciis avocatur. *Venet.* cum Commentario, A. 311. C. 1551. in 12.

2. *Fons hortorum* ex Cant. IV. 8. in quinque canales diſtributus, & 25 Epiſtolas cum totidem reſponſoriis exhibens eleganti ſermone ſcriptas: *Venet.* 313. C. 1553. 8. apud *Bragadinum*: ita rectè librum deſcribit *Juchaſiu* pro eo, quod *Bartoloccius* decem canales commemorat, quorum ſinguli decem exhibeant Epiſtolas cum 25 Reſponſoriis; ſicut *Plantavitius* n. 385 quinquaginta numerat Epiſtolas, per 5 canales diviſas, quarum 25 reſponſiones ſibi proprias adjunctas habeant. MS. habet *Oppenheim.*

3. *Area aromatica* ex Cant. VI. 2. Grammatica Hebraica in 32 areolas diſtincta, quam ſæpiùs allegare ſolet *Buxtorfius*. Inter cætera cap. 30 ratio traditur Steganographiæ ſeu Crytographiæ per numeros & alios modos inſtituendæ. *Venet.* apud Jo. de Gara A. 362. C. 1601. 4. Ex cap. 31 & 32 ea quæ ad Poëſin Hebr. pertinent, Latinè reddita legi poſſunt in calce libri *Coſri* ex verſione *Buxtorfii* p. 424 ſeqq.

4. *Lexicon Talmudicum*, R. *Nathanis* cum Indice locorum Miſchnæ & Gemaræ in ipſo Lexico citatorum, ubi potiſſimum inveniri debeant, in orâ, noſtri *Arkevolti* ſtudio, collocato, ex edit. Veneta 291. C. 1531. 4. & aliis.

5. *Carmen* quoddam ejus *in Circumciſionem* exſtat in *Sedir Tephilloth* ordine *Beracha*, ſecundùm ritum Judæorum Italorum, ex edit. Venet. 373. C. 1613. Idem varia carmina in laudem librorum quorundam ſcripſit cum ipſis libb. edita, ut in R. *Moſe Corduero* dicemus.

6. *Bartoloccius* noſtro etiam tribuit *Candelabrum lucis*, cujus argumentum tacet, editionem verò memorat Venetam 362. C. 1602. fol. at Cl. *Wolfius* (a) non dubitat, hunc eſſe librum, quem ſub eod. titulo edidit R. *Iſaac Aruhab*, (b) qui Venet. A. 304 & 355. fol. lucem vidit. Monet enim *Bartoloccius* librum hunc A. 355 prælo ſubjectum eſſe & A. 362 prodiiſſe. *Hendrichius* in Pandectis tres ex uno facit auctores, nempe *Sam. Arkevoltum Alkanan* p. 116. *Sam. Arcolti* p. 254. & *Sam. Arcevolti Alchanan* p. 93.

(a) Bibl. Hebr. *Tom. 1. p.* 1088.
(b) Vid. inf. voce *Aruhab*.

de ARLES & ANDOSILLA (*Martinus*) Canonicus Regularis & Archidiaconus *Vallis de Aivar* in Eccleſia Pampilonenſi regni Navarræ, ut ſe appellat in eo opere quod publici juris fecit, à *Navarro Azpilcueta* laudatum cap. 6. *de Horis Canonicis* n. 45.

De Superſtitionibus contra maleficia & ſortilegia quæ hodiè vigent in orbe terrarum. Pariſ. 1517. in 16.

Joannes Trullus celebrans ſui Ordinis Canonicorum Regularium claros viros, hunc inter alios *lib. 2. cap. 6.* Sacræ Paginæ interpretem ſeu Profeſſorem eximium (quâ in ſcholâ non dicit) opuſque hoc ejus eruditum appellat, teſte *Nic. Anton.* p. 74.

ARLETIUS vel HARLETIUS (a) (*Joh. Caſp.*) Germanus, SCRIPSIT

De Pauli in Urbem Romam ingreſſu, Act. XVIII. 16. *Exercitationem Hiſtorico-Theologicam, variis generis obſervationibus illuſtratam.* Jenæ, typis Ritteri 1732. in 4.

En breviter Autoris ſententiam. Credit Apoſtolum Romam adveniſſe A. C. 53 h. e. imperante CLAUDIO, non NERONE, ut qoidam nec infimi nominis Chronologi arbitrati ſunt. Argumenta quibus utitur Noſter digna ſunt quæ apud ipſum legantur (*b*).

(a) *Diarium Pariſ.* Aug. 1732. p. 139.
(b) *Journal Litter.* Tom. XIX. Part. I. p. 258.

ARLOTUS *de Prato*, natione Tuſcus, ex Provinciali Tuſciæ Ordinis Minorum, A. 1285 Miniſter

ſter Generalis factus, Scripsit, ut quidam volunt, *Concordantias Bibliorum* quibus quantum Theologis & Concionatoribus profuir demonſtratur, quæ paſſim, ſuppreſſo, Auctoris nomine, tractantur in omnium manibus, imò paucis in impreſſis *Hugoni de S. Caro* Ord. FF. Prædic. attribuuntur. Claruit ſub Rodolpho Haſturgenſi Imperatore, & mortuus dicitur Pariſiis A. 1287. (*a*) Has Concordantias *Arloto* tribuit *Sixtus* Sen. *Bibl. Sancta* lib. 4. p. 205. *Hugoni* verò *p.* 254. his verbis: » Poſt hos » autem *Commentarios* primus omnium excogitavit » Indicem magnum in SS. Biblia, *Concordantias Bi-* » *blia* prænotatum, laborioſiſſimum ſane & immen- » ſi tædii ac temporis opus, ſed ſacrorum volumi- » num ſtudioſis magnoperè neceſſarium, in quo ſin- » gulas divinæ Scripturæ dictiones declinabiles ſe- » cundùm conſequentiam literarum accuratiſſimâ di- » ligentiâ digeſſit, annotatis non ſolùm libris, ſed » etiam librorum capitibus & capitulorum verſibus, » in quibus unaquæque deſiderata dictio continere- » tur. Sunt qui axiſtiment, hoc opus ob immenſi » temporis laboriſque diſpendium, cui unius homi- » nis vita ſatis eſſe non poterat, hortatu *Hugonis*, » injunctum fuiſſe quingentis ſtudioſis Patribus di- » varſorum Cœnobiorum, eâ ratione ut ſinguli ſin- » gulas dictiones in Alphabeticas claſſes redigerent, » ſicque brevi tempora, multorum ſedulitate per- » fectum fuiſſe opus. » *Sixtum* plures ſecuti ſunt; at longè ante *Sixtum* has *Concordantias* huic *Arloto* adſcripſit *Barthol. Albizzi* Piſanus in Libro *Conformitatum S. Franciſci*, (b) quem circa A. 1380 inceptum, A. 1389 (*c*) vel 1399 (*d*) perfectum Capitulo Generali Ordinis apud Aſſiſium congregato die 2 Aug. obtulit. Quanto igitur *Sixto* antiquior *Bartholomaus*, tantò fide majori digniorem cenſet *Oudinus*. Hæ *Concordantia* paſſim abſque certi Auctoris nomine impreſſæ ſunt. *Norimb.* 1485. *Bonon.* 1486. *Antverp.* 1572 & 1585. *Hanov.* 1618. *Francof.* 1620. *Antverp.* 1625 atque alibi pluries, ubique *in fol.* Primus autem qui *Concordantias* iſtas *Hugoni* adſcripſit, fuit *Antoninus* Florent. Archiep. *in Summa Hiſtor.* part. 3. tit. 23. cap. 5. §. 22. p. 221. ubi de *Innocentio IV*, & alibi. Hunc ſecutus eſt *Sixtus* Senenſis, & deinceps alii. Inter hos verò qui *Arloto* tribuunt, memorandus *Philippus* Bergom. *Supplem. Chron.* lib. 13. ad A 1290. p. 208. edit. *Veneta* 1490. viros diſciplinis axcellentes Seculi XIII enumerans. » *Arlotus* Etruſcus, *inquit*, ex *Pea-* » *to* oppido natus, Ord. Minorum Miniſter Gene- » ralis & Doctor tempeſtate hâc Dialecticos ſui tem- » poris ſuperavit, & paucis in Philoſophiâ cedens, » magnus Theologus habitus eſt, qui præter reliqua, » quæ utiliter ſcripſit, *Concordantias Novi & Vet.* » *Teſtamenti* otiliſſimè compoſuit. » Idem teſtatur *Trithem.* cap. 499. Centuriatores Magdeb. *Cent. XIII. cap.* 10. col. 1175. edit. Baſil. 1574. *Luc. Wadingus* cum multis aliis inter quos *Ellias Da Pin* Tom. X. p. 85. *in* 4. At *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 268. de *Arloto* ſic loquitur: Fertur collegiſſe *utriuſque Teſtamenti Con-* » *cordantias*, locorum quorumdam inter ſe diſſidium » habere videntium: non quidem *Indicem in Sacra* » *Biblia*, qui vulgò *Concordantia Bibliorum* dicitur, » nam illum antea elaboravit *Hugo* Carrenſis Cardi- » nalis. Scripſit item *Sermonum* variorum Lib. I. & » quædam alia. » Sed de his *Concordantiis* plura in *Hugone de S. Charo*.

(*a*) *Le Long* Bibl. Sac. p. 543 obiiſſe ſcribit A. 1283. (*b*) Vid. *fol.* 80. edit. Mediol. 1510. (*c*) Ita *Oudinus* Tom. III. p. 569. ubi de *Arloto* agit. (*d*) Vid ſup. *p.* 226. ubi *Oudinum* ſecuti ſumus, de *Bartholomæo* loquentem.

ARMACHANUM, ſeu *Ardmachia*, ſeu *Waterfordia* Concilium, anno circiter 1158 (rajicit *Spelmannus* ad annum 1171.) præſente ferè totius Hiberniæ Clero coactum In quo communi conſenſu decretum eſt, ut Angli ubique per inſulam ſervitutis vinculo mancipati in pristinam libertatem revocentur. Hiſtoriam hujus Synodi tradit *Giraldus* Cambrenſis *Hibern. expugn.* cap. 18. p. 770. Eodem anno habita eſt etiam Synodus Roſcomaniæ, cujus ex Annalibus Conacienſibus mentionem facit, nil verò in eo geſtum recenſet *Spelmannus* Conc. Brit. *Tom. II.* p. 59. citante *Caveo* in Hiſt Liter.

ARMANDUS de Belloviſu. *Vid.* BELLOVISU.

ARMANDUS (*Ignatius*) Jeſuita, nationa Gallus, genre Delphinas, patriâ Vapincenſis, anno 1579. ætatis ſuæ 17. Societati ſe addixit; A 1596 ſolenni profeſſione quatuor vota nuncupavit; Theologus acutiſſimus; docuit Philoſophiam annis duobus; Theologiam ſex. Rector fuit partim Turnoni, partim Pariſiis quatuor, ubi & Domus Profeſſæ præfuit ſemel iterumque; Provinciæ denique Franciæ Præpoſitus Provincialis ter fuit; quo in munere per intervalla totis 17 annis perſunctus eſt; uno etiam anno Viſitatoris partes ſuſtinuit; Regi Chriſtianiſſimo *Henrico IV* pergratus, cui Metis Societatis in Regnum Galliæ reſtitutionem perſuaſit. Obiit Pariſiis die 8 Dec. 1638.

Scripta:

1. *Epiſtola contra Danielem Chamierum Calviniana doctrina apud Allobroges Miniſtrum.*
2. *Paraphraſis in Pſalmos.*
3. *Paraphraſis in Epiſtolas omnes Apoſtolorum.*
4. Habuit *inſignem Orationem ad Henricum IV* Regem Chriſtianiſſimum, pro Societatis innocentia, ejuſque in Galliam reſtitutione; quam Gallicè, uti habita eſt, ſuæ Hiſtoriæ inſeruit *Scipio Dupleix*, Latinè reddidit atque edidit *Jacob Aug. Thuanus* in ſua. * Hæc *Alegamb.* p. 215.

ARMANDUS Joannes Butillerius. *Vid.* de RANCE'.

ARMANDUS *Joannes Pleſſaus*, Cardinalis *Richelius*. Vid. PLESSÆUS.

ARMANO (*Jo. Dominicus*) natione Italus, Ord. FF. Prædic. Conventus S. Dominici Veneti alumnus, edidit *Monumenta ſelecta* dicti Conventûs, *Venet.* ex typogr. Steph. Tramontini 1729. in 8. Quo in libro refertur origo & erectio hujus Conventûs, regularis diſciplinæ reſtauratio per B. *Joannem Dominicum*, initia Congregationis Lombardiæ deſcribuntur; agitur de ejus alumnis, de Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis; de Scriptoribus ac Viris ſanctitate conſpicuis, quos iſte Conventus produxit. Recenſentur item qui Prioris munere in eo functi ſunt, atque Inquiſitores. Tandem leguntur plurimæ Inſcriptiones ſapulchrales quæ in Cathedrâ & Clauſtro dicti Conventûs reperiuntur (*a*).

(*a*) Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* Jul. 1729. p. 247. Iterata eſt mentio in Novellis *Martii* 1731. p. 96.

ARMBRUSTERUS *ſive* Arnbruſterus (*Joannes*) Jeſuita, natione Germanus, è Moguntina Diœceſi, Societati ſe dedit admodum juvenis, A. C. 1572. Qui Spiræ linguam Græcam, Poëſim & politiores literas (quibus ab initio delectatus eſt,) aliquot annos profeſſus, atque in eiſdem ſtudiis mortuus eſt Spiræ 27 Mart. 1604. ætat. 50. Societ. 30 jam ante formatus in Coadjutorem ſpiritualem. Hujus operâ prodiit

1. *Olivetum Spirenſe*, metro heroico decantatum, rogatu Canonicorum Spirenſium editum. *Colon. Agrip.* 1593. in 8. (*a*) Item ſine nomine ejus
2. *In mortem* Danielis *Archiep. Moguntini varia comploratio, & ſucceſſoris* Wolfgangi *gratulatio* (b).

(a) *Czvitting.* Specim. Hung. Liter. *p.* 25.
(b) *Alegamb.* p. 220

ARMBRUSTER (*Samuel*) ab eodem *Czvittingero* laudatus, generoſis parentibus S. Georgii, in ur-

be Hungariæ 3 milliar. Poſonio diſſito natoa. Vir patrii Juris, & juxta vernaculam, linguæ tum Latinæ, tum Germanicæ ac Bohemicæ probè gnarus. Pietatis & vitæ purioris ſectator fuit eximius, unda etiam libellum, primò quidem in ſuos duntaxat uſus conſcriptum, deinde vero, monitu quorundam amicorum, in publicum emiſit hoc tit.

Bis-Sena, pieque Agitationes Mortis & Æternitatis. Ad omnium haſce agitationes induſtria practicantium æternam ſalutis promotionem. In uſum & praxin propriam Sam. Armbruſteri *collecta.* Poſonii, exprimente Gründero 1671. in 12. Hic libellus recuſus eſt curâ M. *Seinsheimeri*, Paſtoris Röttenbachenſis in Territorio Norimbergenſi, cum Præfatione ad Lectorem, *Altdorfii*, typis Kohleſii 1703. 8.

ARMELLE Nicolaa *bona Armella* vulgò dicta, de quâ ita *Poiretus* Bibl. Myſt. *p.* 277 in Addit. ad *§.* 28 Epiſt. de Auct. Myſt. » Hæc dum primùm ſcriberem, nondom videre licuerat *hujus Virgi*naa vi» tam, à Religioſa quadam Virgine idiomate Gallico » ſolidè admodum conſcriptam, ac Pariſiis A. 1683 » ſecundis typis impreſſam (*a*): alioqui minimè du» bitaſſem eam *S. Catharina* Genuenſi haud ſecus ac » veram ſodalem adjungere, quippe eodem divini » ardentiſque amoris Dei dominante principio, ac » proinde eodem admirabili ſacroque eum eà cha» ractere imbutam; quin & aſſeri poteſt, hujus Vi» tam ejuſque ſingulas agendi rationes qoidpiam eſſe » ſi non admirabilius, imitabilius tamen, ac proinde » generalioris utilitatis pro quibuſvis. Inter omnes, » quas mihi legere contigit ſanctarum animarum vitas, » nihil unquam vidi quod magis ſit & admirabile, & » ſolidum, & ſublime ſimul. Id verò bonum, pergit *Poiretus* plurimis laudibus delibatis, » quò ma» gis cum omnibus communicetur, nuperrimè (A. » 1703) data eſt opera ut Vita hæc, idque correcti» us, ſub prælum in hiſce Provinciis (*b*) revocare» tur cum titulo: *L'Ecole du pur Amour de Dieu* (c) *ouverte aux Savans & aux Ignorans dans la vie merveilleuſe d'une pauvre fille idiote, paiſanne de naiſſance, & ſervante de condition*, Armelle Nicolas, *vulgairement dite* la bonne Armelle, *decedée depuis peu en Bretagne: par une fille* (d) *Religieuſe de ſa connoiſſance. Nouvelle Edition augmentée d'un Avant-Propos*: » quanquam, addit *Poiretus*, dolendum ſit inventum » fuiſſe (*e*) qui, neſcio quo inſtinctu, certè non Dei, » ut tantum bonum ſupprimeret, vel caſſum red» deret, ſimulque confirmaret, ſe (quod non pauci » dudum animadverterunt) nullius libri analyſin ac con» tenta debito modo exhibendi capacem eſſe, diſſimulatis » vitæ hujus ſolidiſſimis virtutibus ac veritatibus, reique » medulli, collegerit tantum ex eâ puſilla quædam, qoæ » putavit pleriſque fore vel inviſa vel ridicula, atque a» deo eos ab inſigni hocce pietatis ac ſanctitaria admini» culo deterrentur: quo verò artificio pudendo vel » ipſa Biblia Sacra poſſint à quolibet animo traduci » improbo, vel Proteſtantium probiſſimi condemnati » quòd pia Romano-Catholicorum ſcripta plurima, » v. g. *S. Bernardi, Kempiſii, Tauleri*, Vitam D. *de* » *Renty*, aliaque permulta (in quibus & nonnulla & » plura ad invidiam detorqueri poſſont) ediderint, » vel laudaverint atque commendaverint, quæ tamen » debuiſſent ſecundùm malignam relationia methodum, » quà erga hocce divini Amoris monimentum incom» parabile haud ita diu actum eſt, irriſioni potius » exponere, atque rejicere. Sed cum relationia iſtius » auctor amicua eſſet intimua ſodaliſque celeberrimi » hominum diviniorum (veluti Davidis) ſacrarumque » rerum irriſoris *Balii*, qui etiam in poſthumo ſcrip» to ſuo (*f*) ultimo (cui noſter cum elogio præfa» tus creditur) libertatem hominis irriſurus, divinum » ex *Armella* teſtimonium per ludibrium adducit; quid » mirum ſi hanc diviniora irridendi methodum noſ» ter ex ejuſmodi ſocio imitari didicit? Taceo nunc » ea quæ *Armella* Editori (*g*) ibidem ad invidiam » imponit relator, quoniam ea alio in loco (*h*) jam » à me confutata ſunt.

Nata eſt autem *Armella* 19 Sept. 1606 in Parochiâ *de Campeneac* prope urbem *Ploërmel* in Epiſcopatu Macloviensi (*de St Malo*). Obiit 24 Oct. 1671, & in Conventu Urſulinarum Venetiano (de *Vanaes*) ſepulta eſt. De eâ vid. *Morer*. p. 539. edit. Baſil.

(*a*) Quo anno primùm lucem viderit, certò definiri non poteſt; leguntur enim Approbationes anni 1672. 1676. & 1681. ut nos docet D. *Fernandus* loc. inf. cit. (*b*) Prodiit *Amſtelod.* apud Wetſtenios, ſub tit. *Colonia* apud Joan. de la Pierre, in 12. (*c*) Aliâs titulus erat *Le Triomphe de l'Amour Divin.* (d) Virgo Religioſa Congreg. S. Urſulæ Venetianæ (de *Vannes* in Armorica). (*e*) D. de Beauval *Hiſt. des ouvr. des Sçav.* Jun. 1703. Art. 12.

(*f*) *Entret. de Maxim.* pag. 3. (*g*) Ipſe *Poiretus* editionem Amſtelod. curavit Vid. *Nov. Reip. Liter.* Dec. 1703. & Mart. 1704. p. 356 (*h*) *Poiret de Erudit. Vol. II.* in Conſider. contra *Parrhaſium* (ſeu *Jo. Clericum*) p. 721.

F. ARMELLINI (*Hieronymus*) Ord. FF. Prædic. Faventiæ in Æmilia natus, & in patria Ordinem profeſſus, hincque relicto gentilitio agnomine *Faventinus* de more deinceps dictus, ſub initia Seculi XVI claruit. fideiGeneralis Mantuæ Inquiſitor, & inter Sacri Tribunalia Cenſores laudatus] à *Leandre* fol. 149. a, ubi ſic de eo. » *Hieronymus* » Faventinus ille eſt, cujus induſtriâ hæreſis noviter » ſuperioribus annis in civitate Mantuana exorta, quæ » aſſerebat Chriſtum fuiſſe juxta cor B. Virginis ex » tribus guttulis ſanguinis conceptum, & non in ute» ro prout alii, extincta fuit juſſu *Julii II* P. M. & » damnata: & anno (*a*) elapſo victoriam de quo» dam malè de fide ſentiente in curia Romana repor» tavit ».

Hæc victoria ea eſſe videtur de quâ *Sixtus* Sen. lib. 5. annot. 81. ad illa verba Geneſ. VII. 11. *Cataractæ cœli aperta ſunt* &c. ubi de *Petro* Cardinali *de Alliaco* loquitur: » Hanc opinionem, » ſcilicet cataclyſmum & diluvium ætatis Noë ex ſiderum conjunctione per aſtrologicam artem præſciri facilè potuiſſe, » annis abhinc 40 à *Tiberio* Calabro Philoſopho » in Diſputationibus publicis propoſitam, & ſcriptis » quoque defenſam *Hieronymus Armellinus* Dominica» nua edito particulari adverſus eum volumine con» futavit, ac tanquam hæreticam damnavit. » Ubi annos 40 à *Sixto* notatoa non ad unguem accipias, ſed circumcirca, ita, ut ad annum à *Leandro* allatum facilè pervenias; vel ſi malis dicas quod reipſa eſt, *Tiberium* hunc Calabrum, qui *Ruſſilianus Sextus* agnomine dicebatur, primia *Hieronymi* noſtri conatibus victum ſe non putaſſe: unde ſcripſit *Apologeticum adverſus cucullatos*, ſic enim Dominicanos pingere illi placuit, in quo ex quadringentis propoſitionibus, quas Bononiæ, Florentiæ, Patavii publicè docendas ſuſceperat, duodecim quas, ceu hæreticorum placitis affines, *Hieronymus* noſter damnaverat, defendere ſatagit, & præter ſuperiua relatam ex *Sixto Senenſi*, hanc inter alia, Chriſtum Dominum quoad corporis compaginem elementariam aſtris ſuppoſitum fuiſſe, adeo ut ex poſitione & ſitu aſtrorum in nativitatis ejus momento, ſequi debuerunt quæ in eo viſa ſunt, & quòd eſſet Propheta Magnus, & præſertim violentum ejus mortis genus. Itaque contra hoc apologeticum ſcripſerit *Hieronymus* ſedente *Leone X* volumen à *Sixto* laudatum. Scio *Tiberium* à celebri *Naudæo* excuſatum, ceu qui non primum iſtiuſmodi abſurda effutierit, & *Petram Alliacenum* ſeculo integro ante *Tiberium* ex arte genethliaca ſchema ſiderum in puncto nativitatis Chriſti, quale ſibi finxit, delineaſſe, hincque omnia ejus geſta & ab eo toleratata evenire debuiſſe conatum oſtendere; at ſcio etiam in hoc non laudatum *Alliacum*, imò artem genethliacam & ab *Auguſtino* & ab omnibua veteris Philoſophis ceu vanam & inanem quoad omnes homines irrideri, & ſpecia-tim

(*a*) Scribebat *Leander* A. 1515.

tim quoad Chriſtum, ut expreſſis Sacræ Scripturæ verbis adverſam, longius explodi.

Ad quem annum pervenerit *Hieronymus* noſter, non conveniunt Scriptores Ordinis, *Pius* refert ad 1579, *Fontana* non ſibi conſtat; nam quem in *Theatro* Inquiſitorem Mantuæ poſuerat ad 1511, eum in *Monumenta* Faventiæ Inquiſitorem collocat ad 1580: rectius *Altamura* ad 1535 & *Rovetta* ad 1534 collocant, quem annum attingere potuit. *Echardus* Tom. II. p. 33 unde noſtra hauſimus, ad tempora *Julii II* & *Leone X*, quibus potiſſimum floruit, laudandum duxit. Scripsit ex dictis

1. *Volumen adverſus* Tiberium Ruſſilianum Sextum Calabrum *de artis Aſtrologicæ falſitate*. Quod in Vaticana haud dubie ſervatum MS. vel etiam typis editum.

2. *Commentaria in Libros Ariſtotelis* ei tribuunt *Altamura* & *Rovetta*.

ARMENTA (*Joannes* d') Jeſuita Hiſpanus, Cordubenſis, Societatem ingreſſus A. 1596. ætat. 14 nondum completo. Speculativis ſcientiis maxime idoneus judicabatur; verùm ejus ad charitatem indoles utilior viſa eſt, ac prævaluit. Hanc per 40 & amplius annos exercuit in præcipuis Bæticæ urbibus, atque in Miſſionibus ſuis, ingenti auditorum concurſu. Piratarum Anglorum 36 quibus extremum imminebat ſupplicium, ad fidem Catholicam converſio non minimam P. *Armenta* gloriam peperit; eique munus Qualificatoris S. Officii procuravit. Obiit Rector Collegii Gaditani 15 Sept. 1651. Variis Ordinis ſui domibus ſuperior præfuit. Edidit Hiſpanicè

1. *Diſcurſum de Stigmatibus S. Franciſci*, quem habuit Hiſpali in eorundem ſolemnitate A. 1618.

2. *Narrationem de Converſione Hæreticorum ad fidem per Noſtros è Societate*. * *Sotwel* Bibl. S. J. apud *Moter*. p. 542.

ARMENTERIÆ in Gallæcia Monachus Ord. Ciſterc. Anonymus, conſcripſit olim

Vitam admirabilem B. Eronis, ejuſdem loci Abbatis; quæ (inter alia) continet hiſtoriam ſimilem illi, quæ vulgo narratur, de Monacho Affligemienſi, qui per annos 300. ad cantum cujuſdam aviculæ, in extaſi permanſit. Vitam hanc in antiquo codice repertam, publicavit Rev. *Malachias d'Aſſus*, parentibus nobilibus in Aragonia natus; tunc quidem Armenteriæ Abbas, poſtmodum verò, anno 1595. Jacenſis in Aragoniâ creatus Epiſcopus; ubi mirâ ſanctitatis opinione floruit uſque ad annum 1606. quo obiit 18. Auguſti. De quo vide Menologium *Chryſoſtomi*, *Henriquez* eodem die, qui etiam compendioſam *Eronis* vitam inſeruit faſciculo ſuo *lib. 5. diſtinct. 26. cap. 6.* teſte *Viſchio* p. 55.

ARMENUM Concilium, anno 435 ab Armeniæ Epiſcopis habitum; qui libros Neſtorianorum, utpote impietatis plenos, condemnàrunt, relatione hàc de re ad *Proclum* CPolitanum factâ. Vide Epiſt. *Procl.* ad *Armen.* in fin. & *Liberat. Brev.* cap. 10. p. 45. Notandum eſt *Theodoſium* hoc ipſo anno 3. Non. Aug. Edictum emiſiſſe, quo mandat *Neſtorii* ſectatores *Simonianos* ubique & quavis occaſione vocandos eſſe, neminique fas eſſe nefandi iſtius hæreſiarchæ libros adverſus Orthodoxam fidem & Concilii Epheſini decreta ſcriptos habere, legere, aut deſcribere, quos diligenti ſtudio requiri, ac publicè comburi decernit. Extat Cod. Theod. Tit. *de Hæret.* L. LXVI. plenius verò Gr. Lat. *Concil. Epheſ.* Part. III. cap. 45. p. 1209. teſte *Caveo* in Hiſt. Liter.

ARMINIO (*Fulgentio*) Monforti, *Avellinus*, Auguſtinianus, Nuſcenſis Epiſcopus (de *Nuſco* in regno Neapolitano) Philoſophus, Theologus ac Concionator illuſtris claruit Sec. XVII.

Scripta Italica:

I. *Panegirici Sacri*, Bononiæ 1669. in 4. quibus continentur

Mundus Sanctus, Panegiricus Romæ recitatus in Cathedra Sacrorum Stigmatum, pro feſto Sancti Aſſiſiatis.

Paradiſus Terreſtris, pro S. Nicolao Tolentino.

Muſica, pro S. Carolo Borromæo Cardinali.

Adamas gratiæ, pro S. Auguſtino.

Moſes nova legis, pro S. Petronio Bononienſi Epiſcopo ac Patrono.

Le Gare delle Gratie pro B. Chriſtiani Viſconti Mediolanenſi Ord. S. Auguſtini.

Il Fetonte regolato pro S. Antonio de Padua.

La diſſida della morte e della vita, pro B. Thomâ da Villanova Archiep. Valentino, Ord. S. Auguſtini.

II. *I tributi di reverenza alla Ser ... Republica di Venetia*. Diſcurſus prædicabiles. *Venetiis* Joan. Bapt. Turini 1663. in 12.

Et quædam alia. Vid. *Toppi* Bibl. Neapol. *p.* 100.

ARMINIUS (a) (*Jacobus*) Veteraquinas (*b*), Theologiæ Profeſſor Leydenſis, natus eſt A. 1560. honeſtis quidem, at mediocris fortunæ parentibus, patre *Hermanno Jacobi*, cultrario, matre *Angelicâ Jacobi* Dordracenâ. Patrem primis infantiæ annis amiſit, coactâ matre, unà cum tribus quos ex marito ſuſceperat, liberis, parcè ſatis dies viduos tranſigere. Tum temporis Oudewatriæ degebat quidam Presbyter *Theod. Æmilius*, qui Pontificiorum caſtris deſertis, ut eorum manibus ſe ſubduceret, modò huc, modò illuc ſedes ſuas transferens, tandemque Ultrajecti clandeſtinè degens, *Arminium* puerum in tutelam ſuſcepit, eumque primis utriuſque linguæ fundamentis in ſcholâ Ultrajectinâ initiandum curavit, atque in id præſertim incubuit, ut ejus animum ad pietatis ſtudium excitaret. Verùm paucos poſt annos fidelem hunc Patronum juveni *Arminio* ætatis annum 15 agenti mors ſubitanea eripuit. Sed brevi poſt tempore alium nactus eſt, virum doctiſſimum *Rud. Snellium*, civem ſuum, qui eum patrocinio ſuo dignatus eſt, & Marpurgum ſecum abduxit. Hic loci vix ſedem fixerat, quum menſe Auguſto 1575 percrebuit rumor de patriæ excidio, urbe ſcilicet ab Hiſpanis captâ, direptâque. *Arminium* adeò afflixit triſtis nuncius, ut relictâ Haſſiâ in Bataviam excurrerit impatiens, certus vel patriæ ruinas videre, vel occumbere; quò ubi appuliſſet, matrem, ac conſanguineos omnes miſerè interemptos audiit: Rediit ergo Marpurgum, itinere ex patriâ in Haſſiam pedibus confecto. Interea *Gulielmi* auſpiciis erectâ Lugduni in Batavis Academiâ, mox patriam redux, Roterodamum appulit, ubi ſenioris *Petri Bertii*, hujus Eccleſiæ Paſtoris, ac *Joannis Taffini*, qui Principi à Concionibus Gallicis & Conſiliis erat, amicitiam ita ſibi comparavit, ut *Bertius* ipſum in domum ſuam lubens exciperet. Mox verò amicorum quorundam conſilio & auctoritate novam in Academiam ablegatus eſt, unà cum *Petro Bertio* juniore, quem Pater hàc occaſione ex Angliâ vocaverat. Hic illuſtrem virum *Lamb. Danæum* ſtudiorum ducem in Philoſophicis ac Theologicis nactus *Arminius*, brevi temporis ſpatio tantum profecit, ut commilitonibus ſuis facilè palmam præriperet, & à clariſſimo Præceptore ſuo tanquam ſingulare induſtriæ virtutiſque exemplum cæteris ſtudioſis publicâ collaudatione proponeretur. Si quid ſcribendum eſſet, aut dicendum, vel dubium aliquod ſolvendum, conſulebatur *Arminius*. In Hebraicis Præceptore uſus eſt *Herm. Rennechero* Weſtphalo. Porrò inter omnes Philoſophos imprimis ipſi arriſit celeberrimus in Academiâ Pariſienſi olim Profeſſor *Petrus Ramus*, cujus philoſophandi rationem, argumentandique methodum tam penitùs imbibit, ut alter *Ramus* videretur: atque hujus Philoſophiæ fundamenta jeciſſe

(a) Sic ille appellari voluit, qui antea *Hermanni* vocabatur.
(b) *Aquæ Veteris* vulgò *Oude-Water* prope Ultrajectum in Belgio.

videtur ſub Doctore ac Mæcenate, ſuo *Rud. Snellio*, cujus etiam ſub auſpiciis circa finem anni 1578 Mathematicas diſciplinas didicit. Quin etiam & animum arti Poeticæ applicuit, ut teſtantur varia ejus Carmina, quorum multa inter χειμαλια ſua ſervate ſe aſſerit Cl. *Braatius*. Sexennio in Academiâ Leidenſi tranſacto, tandem ab ampliſſ. Reip. Amſtelodamenſis Conſulibus ac verbi divini Præconibus in ſpem Eccleſiæ commendatus fuit *Arminius* Tribunis Inſtitotum, qui juvenem ad ſtudiorum Academicorum ſpatia conficienda ſuam in tutelam ſuſceperunt, factâ promiſſione, annuos ſe ſodalitatis ſuæ reditus alacri pioque animo huic fini collaturos. Ab alterâ parte *Arminius* ſempiterno ſe hujus Urbis ſervitio obſtrinxit, fidemque dedit 13 Sept. 1581, ſi quando ad functionem Eccleſiaſticam promoveretur, ſe nullarum urbium, Eccleſiis operam ſuam addicturum, abſque prævio eorum conſenſu, qui pro tempore hac in Urbe Conſulatu fungerentur. Ut igitur eò uberiores faceret progreſſus, viſus fuit Amſtelodamæis Coll. in exteras quoque Academias ipſum ablegare. Illorum itaque juſſu Genevam miſſus eſt A. 1582. ubi *Theod. Bezam* aſſiduè audivit: hujus verba attentis auribus imbibit, eumque ſummâ cum admiratione audivit, Caput IX Epiſt. D. Pauli ad Romanos explicantem. Nec hujus ſolùm, ſed & *Ant. Fayi*, *Caroli Perrotti* aliorumque hujus Academiæ Doctorum lectionibus concionibuſque frequens intererat. Hic & arctiſſimam cum *Jano Uytembogardo* Ultrajectino contraxit amicitiam. Enimverò cùm *Rami* Philoſophiam nimis acriter quà publicè, quà privatim defenderet, & impugnaret Ariſtotelicam, ac multorum ſtudioſorum rogatu *Rami* Logicam doceret *Arminius*, maximam ſibi apud quoſdam ſcholæ Genevenſis Rectores invidiam peperit. Id ante alios ægerrimè tulit Philoſophiæ Profeſſor gente Hiſpanus, Ariſtotelicæ propugnator acerrimus, cujus operâ effectum eſt, ut docendæ Philoſophiæ libertas publico nomine ipſi interdiceretur. Cujus negotii *Ramus* pertæſus *Arminius*, tempori aliquid dandum, Genevamque aliquandiu relinquendam ſtatuit, ſedibus Baſileam traductis, ubi ſummus ingenio & doctrinæ ejus honos habitus, cum ſcilicet juxta morem quo feriis vindemialibus doctiores qui Theologiæ nomen dederunt, publicè interdum in Academiâ exercitii gratiâ extra ordinem docere ſolent, provinciam hanc ſuſcepit Noſter, Capitaque nonnulla D. Pauli ad Romanos expoſuit. Imo tanto cum applauſu ſuas hic implevit partes, ut ipſe S. Literarum Profeſſor Vir Cl. *Jac. Grinæus* ſumma cum voluptate ipſum audiret, ejuſque lectiones aliquoties ſuâ decoraret præſentiâ. Et ipſe, ſi quid in diſputationibus publicis gravius proponeretur, haud veritus ſit honoris causâ *Arminium* è mediâ ſtudioſorum turbâ provocare his verbis: *Reſpondeat pro me Hollandus meus*. Tantam porrò ſibi famam hic loci comparavit, ut ipſi iterum Genevam cogitanti, Facultas Theologica titulum Doctoris obtulerit: quem tamen Noſter grato animo recuſavit.

Genevam dehinc reverſus A. 1583. comperit, pleroſque eorum quos *P. Rami* circa Philoſophiam placita defendendo non ita pridem irritaverat, multum de rigore ſuo remiſiſſe. Ipſe itaque ita ſe geſſit ut acutum ingenium ſuum ſummâ cum animi moderatione conjunctum quiſque miraretur. Ipſe *Beza* à doctiſſ. *Mart. Lydio* V. D. apud Amſtelodamenſes Miniſtro, tam Urbis quàm Eccleſiæ Procerum nomine rogatus, ut ſuum de ipſorum alumno ejuſque ſtudiis judicium promeret, literis ad eundem *Lydium* 3ª Junii 1583 exaratis, ex totius Collegii Theologici ſententiâ perbonorificum de *Arminio* teſtimonium exhibuit (c) ac tribus poſt menſibus Academiæ Baſilee̲nſis nomine ſimile judicium tulit Cl. *Grynæus*. His excitus laudibus per, triennium adhuc Genevæ Theologicis ſtudiis ſedulus incubuit. Cùm verò hac tempeſtate percrebuiſſet fama *Jacobi Zabarellæ*, qui Philoſophiam Patavii profitebatur, hujus inprimis cauſa A. 1586 in Italiam iter adornavit, licèt non tam proprio motu, quàm in gratiam *Adriani Junii*, Juris utriuſque Candidati, qui, poſtmodum in numerum Provincialis Curiæ Senatorum relatus, *Arminium* noſtrum ſingulari ſemper benevolentiâ proſecutus eſt. Patavii igitur ſubſiſtens *Arminius*, maximâ cum voluptate *Zabarellam* audiit, quâ occaſione ipſe quoque Germanos quoſdam nobiles docuit Logicam. Inde primarias Italiæ urbes perluſtravit, non unius ſupra viginti (ut quidam contendunt (d), ſed ſeptem duntaxat menſium ſpatio; eoque confecto Genevam rediit. Hujus autem itineris Italici occaſione ſiniſtri de illo rumores ſparſi ſunt apud Amſtelodamenſes, cùm ſcilicet, Pontificis ſolcam deoſculatum, Jeſuitis adſueviſſe, & familiare cum Cardinali *Bellarmino* commercium foviſſe, cùm tamen nunquam *Bellarminum* conſpexiſſet, & Romæ *myſterium iniquitatis longè fœdius quàm unquam animo concepiſſe* ipſe dixerit, referente *Bertio* in Oratione Funebri. Quicquid ſit, Genevæ paucis adhuc menſibus commoratus, à Mæcenatibus ſuis domum revocatus eſt, & tempore autumnali 1587 Amſtelodamum appulit, luculentiſſimo Genevenſium teſtimonio ornatus; mox urbem ingreſſus, de accuſationibus adverſus ipſum illatis facilè purgatus, Senatui Eccleſiaſtico ſe ſiſtit, à quo benignè admodum exceptus eſt. Tum veniâ impetratâ ut ſibi liceret in Hollandiam Auſtralem proficiſci, hoc iter brevi temporis ſpatio confecit. Deinde per aliquot hebdomadas Concionum privatarum exercitiis dedit operam, & ſub initium anni 1588 à Claſſe Amſtelodamenſi circa ſingula Chriſtianæ doctrinæ capita examinatus, publicè docendi auctoritatem accepit. Poſthæc die 21 Jul. ad ſacrum Eccleſiæ Amſtelod Miniſterium vocatus eſt, atque 11 Aug. huic muneri initiatus. Porrò ut in habendis ad populum Concionibus quibuſdam ſeſe limitibus circumſcriberet, in animum induxit Malachiæ Prophetiam & Epiſtolam D. Pauli ad Romanos explicare. Interpretandæ hujus Epiſtolæ initium fecit die 6 Nov. Nihil autem, inquit *Caſp. Braatius*, in tractando hoc argumento prius habuit, quàm ut ſcopum Apoſtoli primarium in adſtruendâ Judæorum & Gentilium ex fide Evangelicâ juſtificatione erueret, fideique & gratiæ Evangelicæ neceſſitatem juxta ac operum Legalium inefficaciam clarè dilucidèque Eccleſiæ exponeret.

(c) Vid. Epiſt. XII. in Collectione alibi citatâ.

Celebris erat tum temporis (A. 1589) *Theod. Coornhertius* qui dogma de abſoluto Prædeſtinationis decreto verbis ac ſcriptis impugnare aggreſſus eſt; ad quem refutandum ut vires ſuas impenderet *Arminius*, à Presbyterio Amſtelodamenſi rogatus eſt.

Huic igitur operi ſe accinxit *Arminius*, verùm argumentis utriuſque partis ad ſententiæ ſuæ defenſionem accuratè ponderatis, multas in hoc negotio difficultates reperit, ejuſque filum abrupit, penitiori hujus doctrinæ ſcrutationi, legendiſque, juxta S. Scripturam, veterum pariter ac recentiorum Doctorum de hoc argumento ſcriptis, quicquid ipſi ſupereſſet otium impendere paratus.

Interea die 6 Sept. 1590 uxorem duxit *Elizabetham* ſpectatiſſimi Viri *Laur. Realis* Reip. Amſtelod. Judicis & Senatoris filiam.

A. 1591. jam aliquandiu verſatus in publicâ Epiſtolæ ad Romanos expoſitione, illudque non de fideli verè plenèque per gratiam Evangelicam renato, ſed de homine ſub lege conſtituto expoſuiſſet, lis illi à Presbyterio Amſtelodamenſi intentata, ut à recepta

(d) Nic. *Commenus* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. II. p.* 268. erroris arguit Autorem libri de Viris Profeſſorum Leydenſium, quòd *Arminii* moram in Italiâ ad ſeptem menſes contrahat, cùm, *inquit*, ex albis quæſtoris conſtet, eum ſaltem hic biennio inter diſcipulos fuiſſe. Addit *Arminium* defuncto *Zabarellâ* per aliquot menſes Italiam pervagatum, rediiſſe Genevam, indeque Amſtelodamum A. 1588 revocatum; atqui *Zabarellam* anno tantùm 1589 deceſſiſſe ſcribit ipſe *Commenus* Tom. I. p. 332.

Digitized by Google

ceptâ doctrinâ recedenti & Pelagianiſmum foventi, cui componendæ *Lydius*, *Taffinus*, & *Uytembogardus*, multam operam impenderunt. Itaque Senatus Eccleſiaſticus, abſente *Arminio* ſemel iterumve congregatus, tandem ad diem 25 Martii 1593 apertè cum ipſo agere cœpit: atque acres ultrò citròque habitæ ſunt diſceptationes; ac tandem *Hallius* Synedrii Præſes, oratione ad *Arminium* versâ, promptum illius animum ad colendam cum Symmiſtis in negotio doctrinæ diſciplinæque Eccleſiaſticæ unionem læto ſe animo excepiſſe teſtatus eſt, atque conventum diſſolvit. Poſt alias nonnullas contentiones cum ſymmiſtis ſuis reconciliatus fuit *Arminius*: repreſſiſque de Concionibus ipſius altercationibus, pacatè deinceps in Eccleſiâ vixit. Magnum poſtea indies tum Eccleſiæ tum Reip. Amſtelodamenſi decus ac ornamentum addidit: quamobrem anno 1594 ab ampliſſimo Senatu electus fuit, qui Scholarum trivialium reformationi incomberet, & publico nomine Leges Scholaſticas conderet, atque hac occaſione Scholarchæ munus fideliter geſſit.

Circa Prædeſtinationis negotium variis in ejus animo ſubortis dubiis, de illis cum *Fr. Junio*, *Uytembogardo* aliiſque dio contulit.

Anno 1600 Anabaptiſtas refutandi negotium ipſi impoſuit anniverſaria Eccleſiarum Hollandiæ Auſtralis Synodus, cujus per id tempus Præſidem agebat. Non invitus initio hoc onus in ſe ſuſcepit (*e*) in eo tamen lentè primùm feſtinandum, deinde quoque ob varias, quibus hinc illinc diſtraheretur, occupationes, prorſus illo ſuperſedendum cenſuit.

Anno 1602 non ſolùm Amſtelodami, ſed & per omnes Bataviæ urbes ſæviſſima graſſata eſt peſtis; quâ tempeſtate quàm pium ſeſe ac ſedulum Eccleſiæ Antiſtitem cuſtodemque præſtiterit, quanti humanitate in ſublevandis ægris uſus fuerit, admiratione dignum eſt (*f*). Hac peſtilenti lue abreptis clariſſimis Academiæ Lugduno-Batavæ hominibus *Lucâ Trelcatio* ſeniore d. 28 Aug. & *Franciſco Junio* d. 23 Oct. (*g*) hujus Academiæ Curatores, pro remedio vulneri afferendo, oculos in *Arminium* conjiciunt. Iſque renitentibus non paucis, & inter alios *Gomaro* Leidenſi Profeſſore, veniâ tandem à Senatu Eccleſiaſtico Amſtelodamenſi conceſſâ, Theologiæ Profeſſor in Academiâ Lugduno Batavâ renuntiatus eſt, menſe April. 1603. Quum autem amicam collationem cum *Arminio* de capitibus in quibus diſſentiebant obtuliſſet ante illius vocationem *Gomarus*, habita illa fuit antè initam Profeſſionem Hagæ-Com. in ædibus Nobiliſſ. *Douſæ*, d. 6 & 7 Maii, præſentibus utriuſque Hollandiæ Eccleſiarum nomine *Arnoldo Cornelii* & *Wernero Helmichio*, ac viris ſpectatiſſimis *Nic. Cromboutio*, *Rum. Hogerbeetſio* & *Uytenbogardo*, quos ad actionem hanc cohoneſtandam invitaverant Academiæ Curatores. In eo Conventu ad ſingulas Antagoniſtæ objectiones doctè ſolidèque reſpondit noſter, ſuamque de variis dogmatibus, de quibus diverſum quid à Reformatis *Arminium* ſentire nonnulli muſſitaverant, ſententiam tam feliciter explicuit ac confirmavit, ut Cl. *Gomarus*, cæterique Eccleſiarum Delegati, haud operæ pretium duxerint amplius de iis contendere. Quin etiam ſingulis examinandam obtulit *Diſſertationem* ſuam *de genuino ſenſu Cap. VII ad Romanos*, quam ab aliquo abhinc tempore ſcripto conſignaverat. At verò nemine hoc ſcriptum de tabulâ tollente, nihilque prorſus ad interrogationem ejus, *an aliud quidpiam ab ipſo exigerent Fratres*, reſpondente, eo ſucceſſu finita eſt Collatio, ut omnes ipſi fraterni amoris teſſeram dederint; hâcque occaſione teſtati ſunt Ampliſſ. Curatores » motas de *Arminio* ſuſ» piciones malè fultas, nec cauſam fuiſſe, ob quam » de ipſo quiſquam iniquius ſentiret: libertate enim » propherendi (de ſacris diſſerendi) in Eccleſiâ con» ceſſâ uſum nihil docuiſſe, quod Religioni Chriſtia» næ eſſet inimicum.

His capeſſendæ ſpartæ Profeſſoriæ obſtaculis feliciter remotis, *Arminius* ad titulum Doctoratûs adquirendum privato ſe examini per Cl. *Gomarum* inſtituto Leidæ ſubjecit d. 19 Junii. Publicè deinde pro gradu diſputavit d. 10 Julii, Theſeſque *de naturâ Dei* propugnavit, ac die ſequenti titulum gradumque Doctoris retulit, hunc ipſi conferente Cl. *Gomaro*: quâ occaſione Orationem habuit *de munere Chriſti Sacerdotali*, poſthumis ejus Operibus inſertam. Paulo poſt novæ noſtrum inter & *Gomarum* ortæ ſunt diſceptationes. Quippe cùm *Arminio* de Prædeſtinatione diſputandi vices obtigiſſent, Poſitiones quaſdam, à vulgari dogmatis illius exprimendi ratione diverſas, publicè ventilandas propoſuit d. 7 Febr. Nec ullam de his controverſiis litem ipſi intentarant ejus Collegæ, verùm ſub finem Octobris *Gomarus* extra ordinem de Prædeſtinatione diſputat, & *Arminii* ſententiam acriter perſtringit. Tum *Arminii* fama ſententiaque publicè & apud vulgum traduci cœpta: at non obſtantibus clandeſtinis contra ipſum molitionibus, Academiæ Rector creatus eſt ineunte anno 1605. Mox tamen de negotio Prædeſtinationis querelæ publicæ acreſque contra noſtrum declamationes exortæ, quibus templa hic illic jam tum perſonabant; jamque *Arminii* diſcipuli ac fautores una cum ipſo in multorum odium incurrunt, ſeverioraque contra eos examina inſtitui cœpta. Ut autem eorum calumniæ, qui malè ipſum de divinâ Providentiâ ſentire jactabant, pro viribus iret obviam, publicè *de juſtitiâ & efficacitate Providentia divinæ circa malum* (h) diſputavit d. 4 Maii, doctiſſimèque expoſuit, quo pacto eadem haud ſolum circa initium, ſed & progreſſum ac finem peccati verſaretur (i). Sub idem tempus, ad amoliendum Pelagianiſmi crimen publico item examini ſubjecit d. 23 Julii poſitiones ſuas *de libero arbitrio ejuſque viribus* (k).

Interea variæ ab Hollandiæ deputatis, & Eccleſiæ Leidenſis Senatu Eccleſiaſtico requiſitæ fuerunt collationes, ad quas omnes petitiones reſpondit *Arminius*, » ſe abſque veniâ Curatorum Academiæ poſtulato » huic morem gerere non poſſe, nec videre quid inde » commodi ad Eccleſiam eſſet redundaturum, » adjectis ejuſmodi rationibus, quibus auditis, huic negotio deinceps ſuperſedendum cenſuerunt adverſarii, qui tamen non deſtitêre de obortis inter Profeſſores & Eccleſiæ Miniſtros graviſſimis diſſidiis varios ſpargere rumores: quo effectum eſt, ut inſtante jam tempore, quo annuæ Eccleſiarum Hollandiæ utriuſque Synodi celebrari ſolent, inter cætera, quæ pro more Eccleſiarum *gravamina* (ut vocant) à ſingulis Claſſibus vulgò præmittuntur, unum à Claſſe Dordrechtanâ tranſmiſſum fuerit, *Arminium* ejuſque fautores obliquè perſtringens; cujus mentionem faciens Auctor Præfationis Actorum Synodi Dordracenæ, tradit quoque, *Arminium* ægerrime id ipſum tuliſſe, omnemque moviſſe lapidem, quò illud revocaretur. Cæterùm Reip. Leidenſis Conſules & Academiæ Curatores ſuſpicati, ſupradictum Claſſis Dordracenæ articulum eo ſolùm ſpectare, ut *Arminius* ejuſque fautores depravatæ doctrinæ inſimularentur, judicium SS. Theologiæ Profeſſorum de eo flagitant: unanimiter reſponderunt *Gomarus*, *Arminius* & *Trelcatius*, ac reſponſum ſubſignârunt d. 10 Aug. » optaſſe ſe, à Claſ» ſe Dordracenâ meliùſque ordinatiùſque hac in re ac» tum fore: inter ſtudioſos quidem opinari, ſe plura diſ» putari quàm ipſis gratum ſit: inter ſe verò, S.S. Theol. » Profeſſores, nullam diſſenſionem, quod quidem con» ſtet

(*e*) Vid. *Ger. Brandtii* Hiſt. Reform. Belg. P. II. p. 6.

(*f*) Vid. Epiſt. ad *Uytembog*. 17 Aug. 1602. in quâ Pſalmum XCI Latinis verſiculis à ſe tranſlatum memorat. (*g*) Vid. Epiſt. ad eund. 3 Kal. Nov. 1602.

(*h*) Vid. Epiſt. ad eund. d. 2 Maii, ubi queritur de quorundam machinationibus, & ſe has Theſes meditari ait, ſed ſibi ſatisfacere non poſſe in explicatione iſtius negotii: aliquid tamen, inquit, conabor, & libere dicam quid ſentiam: poſſum enim . & in Confeſſionem & Catechiſmum non impingam. (*i*) Vid. Epiſt. ad *Hippol. à Collibus*. (*k*) Vid. Epiſt. ad *Borrium* 25 Jul. 1605.

» ſtet, eſſe in fundamentis doctrinæ. Daturos quoque » operam, ut quæ inter ſtudioſos diſputationes iſtiuſ» modi obortæ ſunt, minuantur: » cui declarationi ſubſcripſit item ipſe *Kuchlinus*.

At calidiora multò conſilia de ſupradictis diſſidiis agitare cœpit Synodus Hollandiæ Auſtralis ſub autumnum Roterodami congregata: verùm Academiæ Curatores à Synodi Deputatis rogati, ut Profeſſoribus necceſſitatam imponant ſententiam ſuam de quibuſdam articulis declarandi, petitionem hanc repudiant. Sub id tempus, doctiſſimam habuit diſputationem *de comparatione Legis & Evangelii*, Veteriſque ac Novi Fœderis convenientiâ ac differentiâ (*l*), reſpondente inſigni poſtea Academiæ Leidenſis ornamento *Petro Cunao*. Inretes quoque ad finem perductâ interpretatione *Jono* Lectiones in *Malachiam* inchoavit ſub initium anni 1606. Rectoratum depoſuit dia 8 Febr. eâque occaſione inſignem habuit Orationem *de diſſidio Religionis*, naturam ejus & effectum, cauſaſque & remedia eâ dicendi libertate explicans, quam materia ipſa & Eccleſiæ ſtatus requirebat (*m*): ac ſimul fusè pièque expoſuit, quâ ratione Conventus ad ſopienda de rebus ſacris diſſidia comparari debeat, ut ſaluberrimus inde fructus expectetur: gnarus quippe, Synodum Nationalem ab Eccleſiaſticis hac tempeſtate ſummoperè exoptari. Ejus igitur habendæ venia ab Ordinibus Fœderatis impetrata fuit d. 15 Martii. Synodi Gorchomenſis menſe Auguſto habitæ nomine S. Literarum Profeſſores Collegiique Theologici Rectores compellandi provincia *Jano Uytenbogardo*, *Guil. Coddao*, *Nathan. Marlando* & *Egb. Æmilii* demandata fuit.

Paulò antequam hæc à Synodo Gorchomenſi decernerentur, novam ipſi litem intentandi anſam præbuit habita ſub ejus præſidio *de Divinitate Filii* diſputatio (*n*) quæ novam ſuſpicionibus anſam præbuit, malè ipſum de Trinitate ac Divinitate Filii ſentire. Quâ occaſione inter alia teſtatus eſt, ſe nihil adhæc in receptâ ab Eccleſiis in Belgio Reformatis ſententiâ hac parte correctum velle: quid quod in hoc negotio ſtantem à ſuis partibus ipſum *Bezam* adduceret (*o*).

Eodem ferè tempore non minores *Arminio* moleſtias creavit diſputatio *de perſona Filii*, œconomiam ſalutis noſtræ à Patre per Filium & Spiritum S. adminiſtratam doctiſſimè explicans, quâ occaſione admonuerat, accuratam iſtius ordinis rationem eſſe habendam, & quæ Patri, quæ Filio, quæ S. Spiritui propria hoc in negotio tribuantur, diſtinctè conſideranda. His adde, quòd nonnulla V. & N. Teſtamenti loca ad Trinitatem conſubſtantialem ſtabiliendam citari ſolita, aliter nonnunquam explicaſſet. Verumtamen ut omnem planè Arianiſmi & Socinianiſmi ſuſpicionem amoliretur, palam teſtabatur » tantum abeſſe ut criminis hujus reus haberi poſſet, » ut potius confideret, modò faciles ipſi aures præ» beret Synodus, ſe argumenta quædam proferre poſ» ſe quæ facerent ad Samoſatenos fortius convin» cendos, aut ſaltem ad eorum objectamenta argu» mentaque commodiùs ſolvenda. Quid quod, (teſte *Narſio* ejus diſcipulo (*p*) haud multò poſt primoris quædam *Socini* dogmata (inprimis verò librum ejus *de Servatore*) publicè & ex profeſſo, idque ſolidiſſimè, refutaverit. Interea increbreſcentium harum in Belgio contentionum rumor ad exteros quoque magnique nominis viros pervaſerat; inter quos ſupra alios memorandus Illuſtris *Mornans Pleſſaus*, vir concordiæ Chriſtianæ amantiſſimus, ut teſtatur ejus de diſſidiis Eccleſiaſticis apud Batavos Epiſtola ad doctiſſimum *Tilenum* data Kal. Jan. 1607. Exeunte menſe Februario, Conventûs Præparatorii ad Synodum Nationalem habendi veniam ab Ordinibus impetrârunt Delegati, dieſque indicta fuit 22 Maii, quo *Arminius* aliique dignioris notæ Doctores & Paſtores Hagam convocati Ordinibus Fœderatis ſe ſiſtunt. Iiſdem mox ab Ordinibus octo quæſtiones exhibitæ, modum habendæ Synodi ſpectantes, quibus diſcutiendis & examinandis, in conclavi Preſbyterii Hagienſis dies aliquot conſumpti. Poſt varias tandem diſceptationes unanimiter conventum fuit, neceſſarium eſſe ut Synodus quamprimùm ad initium futuræ æſtatis anni 1608 convocaretur: huic habendæ locum commodiſſimum fore Ultrajectum; Gravamina in Synodo pertractanda, à ſingulis Synodis Provincialibus ad Nationalem eſſe deferenda *&c.* De his aliiſque inter omnes convenit, ſed circa alias quæſtiones, in quibus cardo rei verſabatur, ſuffragia variarunt. Finito Conventu, omnibuſque recollectis, ſcripto quodam omnium manibus conſignato ſententiæ tum concordes, tum etiam diſcrepantes comprehenſæ & Ill. Ordinum Conventui oblatæ fuerunt d. 1 Junii: adjectâ omnium declaratione, ſe ad Ill. Ordinum juſſum paratos eſſe, ſua ipſorum ſuffragia, hoc ſcripto breviter expoſita, fuſiùs explicare, rationibuſque, quibus utrinque niterentur, munire (*q*)

Poſt habitum Conventum novæ in *Arminium* ejuſque fautores, ob diſcrepantia de habendâ Synodo conſilia, criminationes exortæ ſunt, & graviter palamque accuſati (*r*).

Arminius interea & *Uytenbogardus* undequaque moniti, quàm graviter paſſim ob dicta de ratione habendæ Synodi ſuffragia, proſcinderentur, ſuffragiorum ſuorum rationes ſcripto comprehenſas Ordinibus obtulerunt. Nova porrò diſſidiorum occaſio fuit libellus ab Eccleſiæ Goudanæ Paſtoribus concinnatus, ſub nomine *Catechiſmi Goudani* notus, qui ut primùm in lucem prodiit, diverſa planè judicia ſubire cœpit. Laudarunt ab *Arminio* ſtantes, partim quòd Auctores ipſius, quoad generalem ordinem, veſtigiis Palatinenſium inſiſtentes, nihil quicquam potuiſſe ſibi viderentur, quod doctrinæ Chriſtianæ adverſaretur, ac inprimis quod ſpinoſis quibuſvis & diſputabilibus dogmatibus anſam præſcinderet. Alii verò publicè damnarunt ac deteſtati ſunt, nullum eſſe dicentes *tam horrendo opinionis portentum* quod verbis tam generalibus non velaretur: ſcripto igitur Belgicè edito hunc libellum refutare aggreſſus eſt *Reinerus Donteklokkius*, ac ſimul *Arminium* ejuſque fautores acriter perſtrinxit. Noſter equidem poſtea fuſſus eſt, Paſtores Goudanos ante editionem illius ipſum conſuluiſſe, cauſiſque explicatis, cur edendum putarent, ſibi adſentientem feciſſe; nullam tamen ei concinnando operam præſtitiſſe dicitur.

De *Arminio* ac *Uytenbogardo* circa hoc tempus rumor ſparſus eſt, Papam benigniſſimis ad ipſos literis exaratis, & ingentis ſtipendii ſpe factâ Eccleſiæ Romanæ patrocinium ipſis commendaſſe: huic mendacio ſimile illud eſt quod tum in vulgus diſſeminatum fuit, *Arminium* non ſolum *Caſtellionis* & *Coornhertii*, verùm etiam *Suarezii* aliorumque Jeſuitarum ſcripta diſcipulis ſuis inprimis commendare ſolitum, deque *Calvini*, *Bezæ*, *Martyris*, *Zanchii*, *Urſini*, aliorumque præſtantium Eccleſiæ Reformatæ Doctorum libris contemptim loqui: id verò manifeſtè falſi arguitur ex ejus Epiſt. ad Primarium Reip. Amſtelod. Senatorem perſcriptâ, in quâ *Calvinum* ait *incomparabilem eſſe in interpretatione Scripturarum, & majoris faciendos ipſius Commentarios, quàm quicquid Patrum Bibliotheca nobis tradit: adeo ut*, inquit, *& Spiritum aliquem Prophetiæ eximium illi præ aliis pleriſque, imò & omnibus*,

(*l*) Vid. Epiſt. ad *Uytenbog.* 27 Oct. 1605. (*m*) Vid. Epiſt. ad *Narſium* 22 Febr. 1606. (*n*) Vid. Epiſt. ad *Uytenbog.* Kal. Sept. 1606 ubi de iis quæ in Synodo & Academia agebantur. (*o*) Vid. Epiſt. ad *Conr. Vorſtium* 25 Aug. 1607. ubi de ejus Calviniſtarum Apologiâ Jeſuitis oppoſitâ, cujus varia circa præſcientiam & prædeſtinationem arguit. (*p*) Vid. *Narſii* Epiſt. ad *Sandium* 10 Sept. 1682.

(*q*) Vid. Epiſt. ad *Vorſtium* ſup. cit. (*r*) Vid. Epiſt. CXXVII *Arminii* & *Uytenbog.* ad *Lubbertum* ſcriptam 28 April. & Epiſt. CIV 13 April 1608 ad Clariſſ. Virum *W. Melvinum* S. T. D. & Profeſſorem in Gymnaſio Santandræano; in quâ fuſiùs ſe à *Lubberti* criminationibus purgant.

bus, *concedam. Inſtitationes ipſim, ad locos communes quod attinet, addo legendas poſt Catecheſia, tanquam pleniorem explicationem* (s).

Anno 1608 cauſæ ſuæ patrocinium ſuſcepit coram Viro Nob. *Hippolyto à Collibus*, Ill Principis Palatini FRIDERICI IV. ad Ordines Fœderati Belgii Delegato, qui *Arminiam* da nonnullia fidei Chriſtianæ capitibus diverſum quid ſentire audierat. Huic igitur apertè ſententiam ſuam axplicavit *de Chriſti Divinitate, de Providentiâ & Prædeſtinatione Divinâ, de Gratiâ & libero arbitrio*, nec non *de Juſtificatione*. Quæ quidem ſuper his dogmatibus explicatio Viro huic ampliſſimo adeo placuit, ut conſultum duxerit eam ſcripto conſignatam ab *Arminio* flagitare. Eâ itaque occaſione Noſter illam ad ſummi Principis Oratorem Epiſtolam (t) d. 5 April. exaravit, quæ in editis ejus Operibus exſtat, ſuccinctamque doctrinæ pariter ac vitæ ipſius defenſionem comprehendit.

Atqui *Arminius* juxta ac *Uytenbogardus*, perſpecto, ſiniſtros de ſe rumores in dies augeſcere, libello ſupplici de injuriâ ſibi illatâ apud Ordines Hollandiæ queruntur, Synodique Nationalis convocationem expetunt. Supplex item privato ſuo nomine ab Ordinibus petit *Arminius* ut ad depellendas à ſe calumnias via ſibi muniatur; quam petitionem ad animum revocantes Ill. Hollandiæ Weſtfriſiæque Proceres, decrevere, ut Hagam evocandi *Gomarus & Arminius*, præſentibus, qui proximo Conventui Hagienſi interfuerant, quatuor ſacrorum Miniſtris, in ſummo Senatu Juridico audirentur. Utrique igitur Profeſſores unà cum Eccleſiarum Deputatis, ſeſe ad diem indictum, coram Senatu Hagæ Comitis ſtiterunt. *Gomarus* verò de ratione diſſidii inter ipſum & Collegam exorti, à ſupremo Senatu rogatus, moras nectit, tandemque probaturum ſe ſuſcepit, *Arminium* pravam *de Juſtificatione* ſententiam docuiſſe, idque ex ipſius de hac materiâ poſitionibus, & quidem Epiſtolâ ad amicum ſcriptâ, cujus verba poſtquam *Gomarus* petiiſſet ut in acta referrentur, contrariam declarationem inſerendam dictavit *Arminius*, in quâ profitetur « ſe doctrinam da Juſtificatione coram Deo, » quæ fit ex fide per fidem, ſeu de imputatione fidei » in juſtitiam, harmoniâ Confeſſionum ab omnibus » Eccleſiis comprehenſam, pro verâ, piâ & ſanctâ » habere, eamque adprobare, & ſemper adprobaſſe *&c.* Attamen his aliiſque ab *Arminio* prolatis *Gomaro* non ſatisfactum. Quin identidem ipſe Noſtrum perſtringere, quòd Juſtificationis objectum Fidem ſtatueret, juſtitiam autem Chriſti cauſam meritoriam Juſtificationis. Tandem finitâ Collatione Senatus ad Ordines retulit, » ſe quidem, quantum ex Collatio» ne percipere potuiſſet, cenſere, controverſias, quæ » inter duos hoſce Profeſſores exortæ eſſent, haud » ita magni momenti eſſe, verſarique potiſſimum cir» ca ſubtiliores quaſdam de Prædeſtinatione diſputa» tiones, quæ aut omitti, aut mutuâ tolerantiâ diſ» ſimulari poſſent. » Factâ hac relationa placuit porrò Ordinibus utrumque Profeſſorem unà cum reliquis ſacrorum Miniſtris coram ad ſe comitiaqua ſua avocare. Tum verſâ ad eos oratione Nobiliſſimus Procerum Conſiliarius inter alia prædicare, *gratias ſe habere Deo, quòd de Chriſtiana religionis capitibus nulla eſſet controverſia*. Poſtea *Gomarus* coram Ordinibus *Arminium* atrociter accuſat; Noſter verò animoſè ſe defendit.

Interea refoſſa quoque illi jam antea objecta de molimina Regni Pontificii promovendi calumnia, licèt vix anno elapſo Theſes adornaſſet *de Idololatriâ* (u), adjecto, Corollarii loco, *Pontificem Romanum eſſe idolum, & qui illum pro eo habent, quem ſe venditat, eo ipſo idololatras eſſe*, aliaſque poſitiones adjiceret, quibus ſtatuit, *Eccleſias Reformatas à Romanâ ſeceſſionem non feciſſe, eaſque rectè facere, quòd fidei cultûſque divini communionem cum eâ habere & profiteri detrectant.* Quin & paulò poſt habitam coram ſupremo Senatu collationem, publicè quoque diſputavit *de Pontifice Romano*, eumque duriſſimis verbis tractavit (x). Cæterùm, quò famæ ipſius & tranquillandæ ſimul Eccleſiæ conſulerent Hollandiæ Proceres, placuit ipſis *Arminium* ad penult. diem Oct. in Conventum ſuum evocare, jubereque, ut, datæ nuper fidei ſolvendæ ergo, ſententiam ſuam de omnibus, in quibus aliquatenus hæſitabat, doctrinæ capitibus breviter & perſpicuè ore ſcriptoque traderet. Ad diem igitur deſignatum Hagam ſe contulit *Arminius*, & in ſolenni Ill. Patriæ Patrum Conſeſſu prolixâ oratione expoſuit, quid de Prædeſtinationa divinâ, Gratiâ Dei, Libero arbitrio, Perſeverantiâ Sanctorum, certitudine Salutis, perfectione hominis in hac vitâ, Deitate Filii, Juſtificatione, ac Reformatione Confeſſionis & Catecheſeos ſentiret. De ejus Oratione diverſa extitère judicia: nonnullis quippe nihil ipſum locutum cenſentibus, niſi quod juſtæ defenſionis neceſſitas poſtulaſſet; aliis verò nimiæ eum confidentiæ accuſantibus, & quòd gladio potiùs quàm ſcuto fuiſſet uſus.

Interea *Arminius* crebris laboribus, aſſiduis ſtudiis, certaminibus non interruptis laceſſitus, ægrotare cœpit ſub initium Febr. 1609. Per bona tamen intervalla muneris ſui exercitiis ſedulò incubuit (y) ut patet ex diſputationa habitâ 25 Julii *de vocatione hominum ad ſalutem*, quâ finitâ habita eſt Diſceptatio inter *Gomarum & Arminium*, quem iterum Papiſmo januam aperire accuſabat. Poſtea *Arminius* valetudinis reficiendæ cauſa Oudewatriam petiit (z).

Cùm autem vigentes controverſiæ per aliquod jam tempus ſummæ pariter ac infimæ ſortis homines exercerent, multique per ignorantiam *Gomari* ſententiam aſſignarent *Arminio*, Arminii *Gomaro*, exortus eſt aliquis, qui hoc anno utriuſque Profeſſoris de Prædeſtinatione poſitiones, prout ante aliquot annos ab ipſis defenſæ fuerant, à Latino in patrium ſermonem verſas, in lucem ederet, quò quiſque de ſtatu hujus controverſiæ plenius edoceretur. Hanc verſionem excepit mox Dialogus Paſtoris Delphenſis *R. Donteklokkii*, quo *Arminii* ſententiam doctrinæ Reformatæ in Belgio receptæ prorſus adverſam, nec in Doctore aliquo ferri poſſe, *Gomari* autem, etſi (ipſius judicio) ultra vulgatam ſententiam aſſurgentem, tamen cum eâ probe convenire aſſeveravit. Hunc ſtatim Dialogum refutavit, *Arminiique* famam vindicavit *J. Arn. Corvinus*, Eccleſiæ Lugduno-Batavæ V. D Miniſter, edito libello, cui tit. *Chriſtiana & ſeria admonitio ad pacem Chriſtianam*. Huic non multò poſt reſpondit ipſe *Donteklokkius*. Quin etiam *Arminii* fautores, ad diluendos quibus ipſe impetebatur, rumores admodum ſiniſtros, ſub idem tempus Theſes ipſius *de Providentiâ Dei circa malum, de libero hominis arbitrio ejuſque viribus*, nec non *de Indulgentiis & Purgatorio* contra Pontificios ventilatas, è Latino tranſlatas, vulgi judicio expoſuere. Veruntamen his ſcriptiunculis non firmata fuit pax Eccleſiaſtica. Quare Ill. Ordinibus Hollandiæ & Weſtfriſiæ placuit, ut amica denuò inter *Gomarum* & *Arminium* de articulis inter ipſos controverſis collatio ſuo in Conventu haberetur; in quâ uterque quatuor ſibi aſſumeret Paſtores, quorum conſiliis uti illis liceret. Aſſumpſit ARMINIUS *Uytenbogardum* Hagienſis, *Borriam* Leidenſis, *Grevinchovium* Roterodamenſis, & *Adolph. Venatorem*, Alcmarianæ Eccleſiæ: GOMARUS verò *R. Acronium* Schiedamenſis, *Jac. Rolandum* Amſtel. *Joſ. Bogardum* Harlemenſis, & *Feſtum Hommium*, Leidenſis Eccleſiæ Paſtores. Poſt plurimas

(s) Vid. *Epiſt. Eccleſ.* CI. ad *Seb. Egberti* 3 Maii 1607. (t) Hanc vide inter *Epiſt. Eccleſ.* ordine CXIV. (u) Impreſſæ ſunt Amſtel. 1608. in 4.

(x) Vid. *Epiſt. Eccleſ.* CXVIII. 24 Sept. 1608 ubi à *calumniâ de Pontifice Romano pro Eccleſia membro agnoſcendo, ſe vindicat.* Vid. & Epiſt. CXXIII d. 10 & CXXIV d. 14 Dec. (y) Vid. Epiſt. ad *Uytenb.* 15 Maii 1609. (z) Vid. Epiſt. ad *Corvinum* Ultrajecti datam 23 Junii 1609.

plurimas *de Juſtificatione*, *Prædeſtinatione*, *Gratiâ Dei & libero arbitrio*, *ac perſeverantiâ fidelium* diſceptationes, rogati ſunt collocutores, utrum plures reſtarent articuli, de quibus inter ſe diſſentirent? *Gomarus* plures eſſe regeſſit, nimirum *de peccato Originali*, *de providentiâ Dei*, *de auctoritate S. Scripturæ*, *de certitudine ſalutis*, *de perfectione hominis in hac vitâ*, nonnulloſque alios, de quibus an hoc loco agendum eſſet, ſe Ill. Ordinum prudentiæ permittere, præſertim cùm de illis in Synodo agendum eſſet denuò. At cùm ob adverſam valetudinem *Arminius* diuturnius ferre colloquium non poſſe videretur, placuit Ordinibus illud abrumpere. Mandatum quoque collocutoribus, ut ſinguli ſententiam ſuam cum argumentis, & contrariæ refutationem ſcripto comprehenſam ipſis intra 14 dies exhiberent, uſque ad Synodum Provincialem penes ipſos aſſervandam. Finito Colloquio Ill Ordines utriuſque Doctoris aſſeclas ſeorſim ad ſe vocarunt, quò ſinguli ſuam non ſolùm de controverſiarum pondere, ſed & de remediis ad eas tollendas ſententiam pronuntiarent. A *Gomaro* ſtantes controverſiarum harum pondus aggravare, neque aliud remedium oſtendere, quàm Synodi Provincialis aut Nationalis ad primum quodque tempus convocationem. Quoad controverſa dogmata ex adverſo pugnarunt *Arminii* aſſeclæ, quorum nomine de cauſis diſſidiorum eorumque remediis egregiam habuit Orationem *Uytenbogardus*, qui equidem Synodum haudquaquam inutilem, ſed & pro ſtatu rerum & temporum neceſſariam prædicabat: ſed requirebat ut Synodum convocarent » liberam planè & legitimam, in quâ *Arminius* non ſolùm & *Gomarus*, ſed & omnes quicumque ſuper controverſiis memoratis ſcrupulos aliquot & animadverſiones haberent, plenè audiri, eorumque rationes juxta S. Codicem ritè expendi queant. Rationem inſuper habendam, quem ſibi ſcopum iſta Synodus propoſitum haberet *&c.* Paulò poſt *Gomarus* intra præſcriptum ab Ordinibus temporis ſpatium eam, quam ipſo in Conventu ore defenderat, ſententiam ſcripto tranſmiſit. *Arminius* verò Hagam domum delatus, vix ſe compoſuerat ad mandata Procerum exequenda, quum morbus ipſi invaleſcere cœpit: quapropter per literas d. 12 Sept. ſe apud Ordines modeſte excuſavit, quod ipſorum voluntati dicto die parere non poſſet. Tandem verò pium ſemper teſtatus animum, animam efflavit die 19 Oct. A. 1609. ætat. 49. Symbolus ipſi erat: *Bona Conſcientia Paradiſus.* Novem liberos reliquit, quorum ſeptem maſculi erant, inter quos *Daniel* natu minimus artem Medicam magnâ cum laude exercuit (*aa*).

Arminio laudatione funebri publicè parentavit vir diſertiſſimus, Collegii Theologici regens, *Petrus Bertius*; quâ defuncti laudes vitamque breviter recenſuit, adjecto ſub finem, benedictam memoriam illius in Eccleſiâ Chriſtianâ ſervari oportere cum hoc elogio: FUISSE IN BATAVIA VIRUM, QUEM QUI NORANT NON POTUERINT SATIS ÆSTIMARE; QUI NON ÆSTIMARUNT, NUNQUAM SATIS COGNOVERUNT.

Carmine quoque eâdem operâ publicè perfuncti ſunt Viri celeberrimi *Dom. Baudius*, & *Hugo Grotius* quibus accedit inſigne Poëmation *Dan. Heinſii*, quod hic ſubjungam:

Ingentem Dominum rerum Martiſque potentem
Germanus olim fregit Armini *vigor*,
Auſus inacceſſam Romano opponere gentem,
Nihil timere doctus & fortis mori.
Horruit, & noſtro Tiberis ſe ſubdidit Albi,
Martiſque gentem fœdus invaſit timor.
Quintilia cecidêre acies, terramque momordit
Ferox juventus, unico minor viro.
Nunc alter Batavo de ſanguine fortis & acer
Et veritate armatus & fandi potens,
Mendacem invaſit ſublimi pectore Romam.
Hoc quem ſepulchro terra victorem tegit.
Sic fuit in fatis: laudem hanc Germania ſervat,
Bis Roma noſtros non tuliſti Arminios.

Hoc ei aliud Epitaphium erectum eſt:

Subtilis ille ſenſuum, fandi potens
Sed cura ſemper prima cui verum fuit,
Appellat omnes hic jacens Arminius,
Viri probatus, diſputator optimus,
Nec diſputare mavelint, quàm vivere.

Vix autem *Arminium* laudatione funebri proſecutus fuerat laudatus *Bertius*, quum *Gomarus* in utrumque edito libello, multum de utriuſque laudibus detraxit. Defuncti vindicias adverſus varias inimicorum criminationes ſuſceperunt *Bertius*, *Uytenbogardus*, *Epiſcopius*, *Corvinus*, *Narſius*, *Curcellæus*, *Arn. Poelenburgius* aliique, qui eâ de cauſâ ab adverſariis ſuis *Arminianorum* nomine deſignari cœperunt. Egregium item de *Arminio* teſtimonium, ejus viduâ *Elizab. Realiâ*, liberiſque petentibus, exhibuit Senatus Academicus Leidenſis, quod etiamnum inter hujus Academiæ monumenta aſſervatur. Variis præterea virorum eruditorum elogiis decoratus eſt, quibus recenſendis ſuperſedeo (*bb*). Tandem verò in Synodo Dordracena A. 1618 *Arminiani* ſeu *Remonſtrantes* heterodoxiæ damnati ſunt, & ab Eccleſiis excluſi.

OPERA:

Hæc licèt jam memorata ſint, hic rurſus ſub uno conſpectu recenſebimus.

1. *Oratio de Sacerdotio Chriſti.*
2. *Orationes III de Theologia.*
3. *Oratio de componendo Religionis inter Chriſtianos diſſidio. Orationes* ejus & *Tractatus* aliquot inſigniores prodierunt *Lugd. Bat.* 1611. in 8.
4. Declaratio ejus ſententiæ *de Prædeſtinatione*, *Providentiâ Dei*, *Libero arbitrio*, *Gratiâ Divinâ*, *Divinitate Filii*, *& Juſtificatione hominis coram Deo.* Hoc opus eſt quod alibi memoratur ſub tit. *Orationes & Tractatus, in quibus quid ſentiat* Arminius *de quamplurimis in S. Theologia controverſis Quæſtionibus profitetur.* Ibid. 1613.
5. *Apologia adverſus articulos XXXI.*
6. *Reſponſio ad Quæſtiones novem.*
7. *Diſputationes publicæ & privatæ.* Lugd. Batav. 1614. 8.
8. *Arminii* amica collatio cum *Fr. Junio* per literas *de Prædeſtinatione.* Ibid. 1613. 8.
9. Ejuſd. *Notæ* ad *Junii* Theſes de Prædeſtinatione.
10. *Examen modeſtum libelli* Perkinſiani *de Prædeſtinationis modo & ordine* &c. Ibid. 1612. 8. Perkinſium defendit *Maccovius.*
11. *Analyſis Cap. IX ad Rom. cum Aphoriſmis.* Ibid. 1612. 8. Huic libro reſpondit *Larenus.*
12. *Diſſertatio de vero ſenſu Cap. VII ad Rom.* (*cc*) Ibid. 1612. 8.
13. *Articuli nonnulli perpendendi*, in quibus ſuam de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ capitibus ſententiam declarat Delphus Batavus. *Francof.* 1613. in 8. unà

(*aa*) Hic forte notatu non erit indignum quod *Arminius* ad *Uytenbog.* ſcribebat d. 2 Maii 1605 quo ſibi natus eſt filius iſte: „Uxor mea, *inquit*, hodie mane filium mihi peperit nonum, & „ſeptimum cum noſtris ſexus, ab ipſa nativitate Medicum, ſiquidem „hiſce *Antonii Auſeidi* verbis fides haberi poſſit: *Ce ta conſtat experimento, infantem eum, qui continuatâ ſerie maſculorum ſeptimus in lucem prodiit, ſtrumas ſeu ſcrophulas vel ſolo attactu curare.* „At, ſubjungit *Arminius*, „ſi fides certa requiratur in parente ut hoc donum conſtet filio, metuo ut in meo obtineat.

(*bb*) Vid. *Caſp. Brandii* Hiſt. Vitæ *Arminii* à *Gerardo* filio editam Amſtel. 1724. 8. unde noſtra hauſimus. Plura item dabit *Gerardus* Editoris avus in Hiſt. Reform. Belgii vernaculè ſcriptâ.

(*cc*) Vid. *Rich. Simonem* in Hiſt. Crit. Comment. N. T. *Cap. LIV.* ubi *Arminii* ſucceſſores, ſi intra ejus ſententiam ſe continuiſſent, non condemnari debuiſſe ſit tanquam Novatores, ſed *Epiſcopium* ulterius progreſſum, ad Socinianos propius acceſſiſſe.

unà cum Epiſt. ad *Hippol. à Collibus.*

Hæc in unum collecta & edita ſunt *Lugd. Batav.* 1629. item Francof. 1635. in 4.

14. Anecdota Commentaria in *Prophetiam Jonæ.* Hæc ſatis amplè & eruditè conſcripta cogitavit quandoque Clariſſ. *Limborchius* orbi Chriſtiano communicare, ſed variis impedimentis diſtractus, ea ſuis hæredibus reliquit (*dd*).

15. Extat *Syntagma Diſputationum Theologicarum in Acad. Lugd. Bat. quarto repetitarum* Franc. Gomaro, Jac. Arminio & Luca Trelcatio *Præſidibus.* Roterod. 1616. 8.

16. *Arminii* Examen Theſium *Gomari* de Prædeſtinatione prodiit *Amſtel.* 1645. 8. Acceſſerunt *Steph. Curcellæi* Vindiciæ, quibus ſuam & D. *Arminii* ſententiam de jure Dei in Creaturas, adverſus *Moſis Amyraldi* criminationes defendit.

17. *Diſp. XLII vel XXIV.* ut alibi habet *Lipenius, de diverſis Religionis Capitibus.* Lugd. Bat. 1609. 8.

18. *Arminii* item *Epiſtolam* Amſt. 1613. 8. & *Epiſtolas* Amſtel. 1660. in 4. editas memorat *Lipenius.* Pluurimæ extant inter *Epiſt. Eccleſ. & Theol.* quas huc illuc occaſione data memoravimus: ſed & aliæ ſuperſunt hic memorandæ: nimirum Epiſt. LXV 22 Nov. 1603. in qua diſſerit *Arminius* de effigiandâ Dei eſſentiâ: LXVI d. 21 Dec. in quâ hoc tractatur argumentum, quomodo Chriſtus in lumbis Adami exiſtens conſiderandus? Credit noſter Chriſtum in lumbis Adami non fuiſſe, extra peccatum conſiderati. LXIX d. 25 Jul. 1604. de variis ac imprimis de vitæ termino. LXX. 3 Kal. Aug. continet Examen ſententiæ *Piſcatoris* ejuſque Adverſariorum de Juſtificatione. LXXXI Kal. Jan. 1605. de Prædeſtinatione. LXXXIII 4 Mart. 1606 ubi de loco Matth. XVIII. 2 &c. diſſerens, probabiliorem ſibi videri ait ſententiam *Calvini,* quam *Piſcatoris,* & de parvulis non ætate, verum humilitate & infirmitate intelligendum eſſe putat. LXXXIV ad *Joan. Matthiſium* 24 Mart. de Prædeſtinatione, ut & LXXXV ad N. N. d. 8. Jul. LXXXVI ad *Narſium* 20 Jul. de metamorphoſi *Nebucadnezaris*: ubi ſtatuit, illum neque quoad ſubſtantiam ſive animæ ſive corporis, neque quoad figuram corporis transformatum fuiſſe: ſed ſecundùm phantaſiam, mentem, affectum, & externos effectus in beſtiam permutatum dici poſſe. LXXXVII. 27 Dec. ad eund. de eodem argumento. XCVIII ad *Uytenbog.* 3 Febr. 1607 de Chriſti interrogatione, & reſponſione Petri *Matth. XVI.* XCIX ad eund. 9 Febr. de loco *Matth. XXIV* 32 &c. C. ad *Narſium* 29 Mart. de loco *Geneſ. XLIX.* 10. & *Joan. XII.* 39. Alia ad *Joan. Jac. Grynæum* Theologum Clariſſ. Baſil. ſcripta 15 Kal. April. 1591 extat in *Bibl. Bremenſi* Claſſ. III. Faſcic. II. A. 1720. in quâ *Arminius* quid de præcipuis Fidei Chriſtianæ dogmatibus ſentiret, ſatis declarat.

Scripta aliquot quæ ad Arminianiſmum *ſpectant:*

I. *Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ Decretum pro pace Eccleſiarum, munitum teſtimoniis Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Confeſſionum & Theologorum.* Ultraj. 1674. 4.

II. *Chriſtiana declaratio eorum quæ in Formulâ Concordiæ editâ Tom. I Decreti Ordinum Belgii cum Verbo Dei & Doctrinâ hactenus in Eccleſiis Belgicis receptâ conſentiunt, vel ab iiſdem diſſentiunt.* Leidæ 1615. 4.

III. *Preſſior Declaratio, ſeu Narratio Proceſſus obſervati à Paſtoribus Remonſtrantibus in Diſſidiis iſtis Eccleſiaſticis uſque ad annum* 1611. Ibid. 1616. 4.

IV. *Appendix hujus Declarationis.* Ibid. 1618. 8.

V. *Judicium Synodi Nationalis Reformatarum Eccleſiarum Belgicarum habita Dordrechti* A. 1618. 1619. cui ſubjuncta ſunt I *ſententia adverſus* Joh. ab Olden-Barnefeld *&c.* & XIV Arminianos qui Synodo interfuerunt: II Judicium Synodi Dordrechtanæ de *Conr. Vorſtii* doctrinâ *&c.* III. Edictum Ordinum Generalium contra Conventicula Arminianorum. *Lugd. Bat.*

(*dd*) Cattenburgh *Bibl. Script. Remonſtr.* p. 5.

1619. 4.

Plura ſub tit. REMONSTRANTES.

De *Arminianis* Scriptores varii:

Rob. *Abbot*, Guil. *Ameſius*, Moſes *Amyraldus*, Minut. *Aquilovicanus*, Rob. *Bailie*, Balth. *Bebelius*, Petr. *Bertius*, Nic. *Bodecherus*, Joh. *Bogermannus*, Henr. *Brandius*, Abrah. *Calovius*, Gratian. *Civilis*, Joh. *Cloppenburgius*, Jo. Arn. *Corvinus*, Corn. *Dungannr*, Sim. *Epiſcopius*, Chriſt. *Franckius*, Lib. *Fraxinus*, Jo. Ern. *Gerhardus*, Hugo *Grotius*, Abrah. *Heidanus*, D. *Heylinus*, Feſtus *Hommius*, Joh. *Hoornbeckius*, Joh. Wolf. *Jager* in Hiſt. Eccleſ. Sec. XVII. Decennio II. Iſaac. *Junius*, Joh. *Maccovius*, Lud. & Petr. *Molinæus*, Arn. *Montanus*, Joh. *Owen*, Joh. *Pelrius*, Joh. *Piſcator*, Sam. *Rhetorfortis*, Andr. & Guil. *Rivetus*, Leon. *Ryſenius*, God. *Sopingius*, Frid. *Spanhemius*, Sam. *Strimeſius*, Dan. *Tilenus*, Jac. *Triglandius* Guil. *Twiſſius*, Nic *Vedelius*, Gisb. *Voetius*, Conr. *Vorſtius*, Ant. *Walæus*, Sam. *Ward*, James *Yates*.

De *Arminio* legi item poteſt *Bælius* in Diction. & Epiſt. nec non Lexic. *Moreri.* Variorum de Arminianiſmo Scriptorum Catalogum dedit *Ægidius Aſſuekerius* Ultrajectinus, Theologiæ Profeſſor Colonienſis, in libro cui tit. *Pacificatorium diſſecti Belgii*, quem ſub nomine *Sam. Theodoti* edidit Urſellis 1618. in 8. (*ee*).

(*ee*) Swert. *Athen. Belg.* p. 104.

ARMORICUM in minori Britanniâ, anno 1079 præſente Legato Apoſtolico, ad proſcribendas falſas pœnitentias, quibus peractis peccatores, uti mos erat, abſolvi ſolebant, habitum. Vide *Greg. VII.* lib. VII. *Epiſt.* X.

ARNALDA (*Agnez*) S. Pauli dicta, *Antonii* in ſupremo Senatu Pariſienſi Cauſarum Patroni filia (*a*), Monaſterium Portûs Regii Pariſienſis ingreſſa d. 28 Junii 1612. ætat. 18. obiit 19 Febr. 1671. SCRIPSIT Gallicè

L'Image d'une Religieuſe parfaite & imparfaite. Pariſ. 1665 (*b*).

Sub ejus nomine prodiit Liber qui Abbati *San-Cyrano* tribuitur in *Bibl. Janſen.* p. 36. edit A. 1722. hoc tit. *Chapelet ſecret du très Saint Sacrement.* Liber Cenſura Sorbonicâ notatus A. 1633. cujus judicium ſedes Apoſtolica confirmavit.

(*a*) Vid inf. ubi de *Roberto Arnaldo* Annot. (*a*) ſub finem.
(*b*) Du Pin *Tab. Univ.* Tom. II. p. 2308.

ARNALDUS Barchinonenſis Epiſcopus Sec. XIII. cujus inter antiqua hujus Eccleſiæ ſtatuta (*a*) ſequentes reperiuntur Conſtitutiones:

I. A. 1254. II Cal. Dec. edita, *ut tantùm Canonicus aſſiduè reſidens, & de gremio Eccleſiæ, & non extra manens, poſſit habere præpoſituram, capellanias, domos, prælaturam* &c.

II. A. 1255. XVI Cal. Dec. *ut Canonici Presbyteri reditus & proventus omnium beneficiorum ſuorum integrè poſt mortem per annum percipiant.*

III. A. 1267. III Idus Martii, *ut nullus Canonicus ad communes ſtatus tractatus admittatur, nec poſſit habere præpoſituras* &c. *niſi manualem præbendam fuerit aſſecutus.*

IV. A. 1277. XVII Cal. April. *ut Officiales Eccleſiæ Barchinonenſis ibidem reſidentiam perſonalem facere teneantur, & de reſidentiâ & celebratione continuâ beneficiatorum ejuſdem Eccleſiæ.*

V. A. 1280. VI Nonas Maii: *de quibus anniverſariis pauperes & Officiales Eccleſiæ recipere poſſint.*

(*a*) Hæc edidit *Edm. Martene* ex MS. Eccleſiæ Avenionenſis, *Theſ. Anecd.* Tom. IV. col. 591-624. per *Pontium* ejuſd. Eccleſiæ Barchinonenſis anno 1332 collecta.

ARNALDUS ſive ERNALDUS Bonævallis in Diœceſi Carnotenſi Abbas, vir quamvis obſcuræ originis,

xiginis, non obſcuræ tamen famæ fuit, *S. Bernardo* Claræyallenſi æqualis, atque ipſi intimus & familiaris, uti & *Petrus* Cellenſis. Inſtitutum D. Benedicti profeſſus apud Bonam vallem, ut veriſimile eſt, ubi totum pietati ſe addixit. Humanis diviniſque literis inſtructus, huic Cœnobio Abbas ſucceſſu temporum præfectus eſt, maximo ejus honore & commodo. Hic *Arnaldus* eſt, quem D. *Bernardus* plurimum adamavit, ut teſtatur Epiſtola 310. quam ad eum in extremis ſcripſit. Ab *Arnulpho* quoque Lexovienſi Epiſcopo (de *Liſieux* in Normannia) multum laudatus eſt in Epiſtolâ ad ipſum ægrotantem datâ. Tanta licèt fuerit hujus *Arnaldi* doctrina & pietas, Lucubrationes tamen ejus aliæ quidem hactenus latuerunt, aliæ aliis Autoribus adſcriptæ ſunt, exciderùntve, paucis Autori germano ſervatis.

Scripta:

1. *Tractatus de ſeptem verbis Domini in Cruce prolatis.* Hunc primus edidit *Joan. Gagnæus*: poſtea recenſuit *Franc. Titelmannus*, cujus ſcholiis illuſtratus prodiit *Antverp.* 1532. in 8. Extat idem MS. in Bibl. Cœnobii Cambetonenſis in Hannonia, ubi etiam huic *Arnaldo* tribuitur alius quidam Tractatus hujus tituli: *Narratio de quodam Epiſcopo Religioſo.*

2. *Liber de Corpore & ſanguine Domini.* Hunc *Arnaldo* tribuit *Titelmannus* in Prologo editionis mox laudatæ; ſed fortaſſe ad *Guillelmum* S. Theodorici Abbatem ſpectat, qui ejuſdem Ordinis ac ætatis fuit; nam librum de hoc argumento ſcripſit, quem in MSS. Codd. conjunctum ſæpius & collectum cum Opuſculis *Arnaldi* Abbatis ſe vidiſſe teſtatur *Oudinus*: eamque ob cauſam forte nonnulli ad *Ernaldum* ſpectare opinati ſunt. Vel etiam, inquit idem *Oudinus*, non aliud opus eſt à Tractatu *de Cardinalibus Chriſti operibus*, in quo de Euchariſtiâ etiam eximiè tractat.

3. *Tractatus de Operibus ſex dierum*, qui in MSS. Codd. Bibl. Colb. *de Paradiſo* inſcribitur, prodiit curâ *Dion. Perronetti* Autiſſiodori 1604. vel 1609. 8. ſub *Arnaldi* ſeu *Arnoldi* nomine. Autorem ipſum præfert in multis MSS. Codd. ex quibus illum olim exſcripſit, & ad D. *Lucam d'Achery* tranſmiſit Dn. *Bertr. Tiſſier* Prior Bonifontis in Thieraſcia, Ord. Ciſterc. in Archiep. Rhemenſi. Atque etiam ſub ejuſdem nomine in Bibl. Patrum ſæpius impreſſus eſt.

4. *Sermo de laudibus S. Mariæ Virginis.* Habetur cum præcedenti & priore Tractatu in Bibl. PP. *Tom. XXII. p.* 1280. Hunc Sermonem teſtatur *Maraccius* eſſe eloquentiâ clarum, ſententiis ubique graviſſimum, & cœleſti quodam igne calefactum, dignumque qui piorum omnium manibus verſetur.

5. *Tractatus de cardinalibus Chriſti operibus* inter S. *Cypriani* Opera hactenus vulgatus, *Arnaldo* noſtro tum in Ciſtercienſi & Claræyallenſi, tum in Oxonienſi apographo inſcribitur: tametſi in ultimo iſto mendosè *Bonæ Villanenſis* pro *Bonæ Vallenſis* Abbatis nomen legatur. Librum hunc ſcripſit ad *Hadrianum* Papam *IV* qui A. 1154 ad Romanam ſedem evectus eſt. Et quidem bene multi jam diu *Arnaldo* noſtro adjudicaverant, nempe *Rob. Cocus* in Cenſurâ ſuâ, *Labbeus* (a), *Combefiſius* (b), *Mabillonius* (c) ac deinceps alii plures. Quod tandiu nomen genuini authoris ignotum fuerit, id ex ipſius modeſtiâ factum, qui ſub Prologi finem nomen ſuum premi his verbis poſtulat: *Libellum igitur*, *quem* de Cardinalibus Chriſti D. N. operibus *ſcripſi*, *Paternitati veſtræ ſuppreſſo nomine miſi*. Præter varios autem Codices qui iſtud opuſculum *Ernaldo* vindicant, adde ſtyli ſimilitudinem, quæ ex mutuâ ejus comparatione cum aliis ipſius operibus patet, ut variis exemplis oſtendit *Oudinus*. Illud verò maximè Autorem commendat, quod iſta ejus elucubratio digna viſa ſit, quæ

S. Cypriano tribueretur.

6. *Meditationes Variæ*, quæ cum Opuſcolis hactenus enumeratis (excepto ſecundo) prodierunt ad calcem Operum *S. Cypriani* Oxon. 1682. fol.

7. Ex libris V *de Vitâ S. Bernardi*, Operibus iſtius adjungi ſolitis, ſecundus *Arnaldum* noſtrum autorem habet (*d*) quem alii (*e*) malè dixerunt quendam eſſe *Bernardum* Abbatem Bonæ Vallis, non Pictavienſis aut Ruthenenſis, ſed Viennenſis Ord. Ciſterc.

8. *Comment. in Iſaiam* MS. in Bibl. Claræyallenſi ſervari teſtatur *Lironius* Bibl. Carnut. p. 64.

9. *Comment. in Pſalm. CXXXII.* Habetur ſub *Arnaldi* nomine cum aliis ejuſdem Operibus indubiis, in MS. Codice optimæ notæ & ſcriptori ſynchrono, in Bibl. Longipont. Ord. Ciſterc. Diœceſis Sueſſionenſis. Hunc A. 1676 cùm varias Galliæ Bibliothecas excuteret, detexit *Oudinus*: quem poſtea ſibi à quodam Monacho tranſcribendum curavit, qui & aliam hujus libri copiam eod. anno ad Clariſſ. *Mabillonium* miſit, tunc temporis de omnibus *Arnaldi* operibus in unum colligendis atque edendis meditantem. Edidit autem ipſe *Oudinus* inter *Veterum aliquot Galliæ & Belgii Scriptorum Opuſcula* Lug. Bat. 1692. in 8. Habet ingenium *Arnaldi* fœtus iſte, nec imparem dictionis ſuavitatem, quam ubique ſpirat: ut nullus, judice *Oudino*, futurus ſit, qui lecto illo, in eandem ſecum ſententiam non veniat, quamvis in Homilia IV & V derelicto textu, Autor aliud à propoſito argumentum aggreſſus videatur. *Ernaldi* autem pietatem, ubi etiam a textu & operis argumento aberrat, plurimam refert.

10. Opuſculum *de ſeptem donis Spiritûs Sancti*, ſub ejuſdem *Arnaldi* nomine MS. in Bibl. Ciſt. Archimonaſterii, quod A. 1655 ad *Lucam Dacherium* accuratè à ſe conſcriptum miſit *Jac. de Launoy*, hujus Cœnobii Monachus. Iſtud ob eam Doctrinam quam complectitur, *Arnaldo*, cujus & nomen præfert & pietatem redolet, digniſſimum eſt: de quo tamen notat *Oudinus*, ad dictionis *Arnaldinæ* elegantiam haud ſemper accedere. Addit, citationes Scripturarum in iſto quoque freqoentiores eſſe, quàm in aliis *Arnaldi* Opuſculis; quamvis opus ſuo in genere magnæ ſit induſtriæ, nec à ſoliditate Autoris noſtri abhorreat. Hoc evulgavit *Oudinus* unà cum ſuperiore; ubi de *Arnaldo* ejuſque Scriptis prolixius egit, tum etiam *in Comment.* ad A. 1140. & in *Supplem.* ad A. 1160. Cl. *Cave* ad A. 1162. uti & *Longas* p. 616. *Du Pin* Sec. XII. p. 91. mortuum ſcribit circa A. 1154 (*f*) quo, inquit, Vitam S. Bernardi continuandam in ſe ſuſcepit *Godefridus* poſthac Claræyallenſis Abbas; ita & *Manriquez* inf. cit. qui in eo *Trithemium* emendat quod circa An. 1160 floruiſſe dicat: at *Godefrido* adhuc Lingonenſi Epiſcopo ſcriptum fuiſſe Librum ad Vitæ S. Bernardi colligitur ex cap. 5. *num.* 29. » *Godefridus* Prior ejuſdem loci, propinquus ejus » in carne & ſpiritu, qui poſtea in Eccleſia Lingo» nenſi factus Epiſcopus, uſque hodie ingrediens & » egrediens laudabiliter perſeverat » (*g*). Scriptus eſt igitur, inquit *Mabillonius* in hæc verba, ante A. 1161. quo *Godefridus* dimiſſo Epiſcopatu Claramvallem reverſus eſt *ad amplexum ſuæ Rachelis*, ut ſcribit Chronicon Claræyallenſe, ubi A. 1164. VI Idus Nov. mortuus legitur. Floruit *Arnaldus*, juxta *Viſchium*, circa A. 1160. at juxta *Bellarminum*, A. 1177. *Lironius* ſupra citatus ſcribit *Arnaldum* Romam iter feciſſe, ubi debitum ſibi honorem accepit; Abbatiam ſuam paulò poſt dimiſiſſe, & ſucceſſorem habuiſſe *Valterum* (Vautier); id contigiſſe A. 1162. atque *Arnal-*

(a) Diſſert. de Script. Eccleſ. *Tom. I.* verb. *Cyprianus.* (b) *Appar. ad Bibl. Concionat.* verb. *Arnaldus.* (c) Not. ad Epiſt. 310 S. Bernardi, *p.* 39. edit. Pariſ. 1667.

(d) Quatuor libros ei perperam tribuit *Henricus* Gand. *cap.* XI. & ex eo *Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2. *cap.* 53. *p.* 414. Ita & Ciacon. Bibl. ſup. p. 274. at *Poſſevin* verb. *Ernaldus* (e) Inter hos *Ciacon.* ibid. *pag.* 397. (f) Ita & Nat. *Alexand.* Sec. XII cap 6. art. 12. p m 531. (g) Hinc emendandi ſunt qui *Arnaldum*, defuncto *Godefrido* Vitam S. *Bernardi* perfeciſſe dicunt.

Arnaldum non multò poſt deceſſiſſe veroſimile putat. Porrò Ciſtercienſibus ſuis accenſere voluit *Car. Viſchius* p. 26. auctoritatibus equidem non paucis ſuffultus; teſtes enim adducit, quos *graviſſimos authores* appellat, *Sixtum* Senenſem (h), *Trithemium* (i), *Bellarminum*, *Poſſevinum* (k), *Eiſeugreinium* (l), *Geſnerum* (m), *Seguinum* (n), *Henricum* Gandavenſem, *Aub. Miræus* (o), *Hippol. Maraccium* (p), *Jongelinum* (q). Sed hoc numero authorum ita affirmantium non obſtante, hunc *Arnaldum* non fuiſſe Abbatem Bonæ Vallis Viennenſis Ciſtercienſis, ſed ſingularem Abbatem Bonæ Vallis Carnotenſis, Ord. D. Benedicti, demonſtrat eruditiſſimus *Mabillonius* jam citatus, atque ex eo alii. Et Ciſtercienſibus adverſatur ipſe *Manriquez* Annal. Ciſterc. *Tom. II.* ad A. 1153. *cap.* 11. n. 4. ubi ſcribit, craſſum eſſe errorem, aſſerere, hunc *Arnoldum* ſeu *Bernardum* Bonæ Vallis Abbatem, fuiſſe Ord. Ciſt. ſed fuiſſe Benedictinum dicti Monaſterii Bonæ Vallis Carnotenſis. Idem aſſerit Rev. *Claud. Chalemont* S. Theologiæ Doctor Pariſienſis in relatione MS. quam ad ſe ex Regali monte tranſmiſſam ipſe teſtatur *Viſchius*. Duos tamen *Arnaldos*, Ciſtercienſem alterum, alterum Benedictinum diſertè diſtinguit Autor libri cui tit. *Moines traveſtis* Tom. I. p. 229.

(*h*) In ejus Bibl. Sancta *Arnaldum* nuſquam memoratum video. (*i*) Lib. *de Script. Eccleſ.* cap. 385. (k) *Appar. Sac.* p. 119. verb. *Arnoldus* Carnotenſis. (l) *de Script. orthod.* (m) Bibl. ſuæ fol. 92. verb. *Arnolius* (n) *Bibl. Ciſterc. MS.* (o) Auctar. cap. 367. (p) *Bibl. Marian.* p. 144. & 145 (q) *Notit. Abbat. Ord. Ciſt.* & in *Orig. & progreſſ. ejuſd. Ord.*

ARNALDUS *Bernardi* Dominicanus. *Vid.* Barnardi.

ARNALDUS (*Claudius*) Aquiſextanus, natione Gallus, Theologiæ Doctor, Congregationem Oratorii ingreſſus eſt ann. 1612, poſteaque Canonicatum habuit in Cathedrali Eccleſia Arelatenſi, quâ in urbe obiit ann. 1644. E Latino Gallicè vertit

Compendium Theſauri Ceremoniarum Eccleſiaſticarum R. P. Gavanti: *Pariſiis*, apud Sebaſt. Huré 1643 in 12. (*a*) 1648. in 8. (*b*) item *Lugd.* apud Nic. Gay 1649. in 12. quam teneo. Laudatur & *Antverp.* 1652. ac *Venet.* 1660. in 12 (*c*).

(a) *Commens. MSS.* (b) *Lipen.* Bibl. Theol. I. 269. (c) *idem* II. 677.

ARNALDUS (*Martinus*) natione Gallus, patriâ Lochienſis in Turoniâ, S. Theologiæ Baccalaureus, Eccleſiæ S. Saturnini Turonenſis Curatus, & S. Martini Cantor ac Canonicus, Scripsit Gallicè *Catechiſmum* pro Catholicis hoc tit.

Catechiſme, ou doctrine abregée, pour faire profeſſion de Foy, maintenir les Catholiques en leur Religion, & reduire les errans en la Foy, à l'union de l'Egliſe univerſelle. Turonii, apud Petrum Regnard A. 1572. vel circiter (*a*).

(a) *La Croix du Maine* Bibl. Gall. *p.* 313.

ARNALDUS Ord. FF. Minorum, natione, ut credimus, Italus, atque à Confeſſionibus B. *Angela de Fulginio*, cujus Vitam ſcripſit (*a*), tempore *Clementis* Papæ *V* floruit. Teſtatur autem in Prologo ſe hujus Beatæ fuiſſe ſynchronum & familiarem, vixque ab ei obtinere potuiſſe, ut ejus res geſtas ſcripto commendaret, quas habet *Bollandus* ad diem 4 Jan. *p.* 186 & ſeqq. Geſta autem illius ipſâ adhuc vivente ſcripſit *Arnaldus*, ut teſtatur in Prolog. *a. n.* 12. *p.* 187. quæ poſt ipſius mortem compleviſſe potuit, cùm de illius morte cap. ultimo agat. Nullus, quem ſciam, hujus ſcriptoris meminit præter *Oudinum* in Commens. ad A. 1310.

(*a*) Vid. ſup. *p.* 418.

ARNALDUS quidam Ord. FF. Prædic. abſque agnomine recenſetur in Bibl. Venet. *Tomaſini*, de quo ſic legitur apud SS. Joan. & Paul. Pl. IV.

Sermones hiſtoriales F. Arnaldi *Ord. Prædic.* anno 1421. in 4. memb. ſcilicet *de Vita S. Lucæ*, *de B. Virgine* &c. Codex erat alias *Petri Contareni*.

Hos ſermones eſſe F. *Arnaldi Bernardi* Caturcenſis cenſet *Percinus* in Monum. Toloſ. Iſte autem obiiſſe dicitur circa A. 1334. Obſtat igitur annus 1421 ſupra notatus, niſi dicatur ætatem eſſe codicis, non auctoris, quod ſodalibus Venetis diſcutiendum relinquit *Echardus* de Script. Ord. Præd. *Tom. I. p.* 772.

ARNALDUS (*Petrus Antonius*) à Villafranca à puero Muſis perfamiliaris, origine Ligur, Scripsit anno ætat. 16 nondum completo librum quem inſcripſit

1. *Trigiglium cæleſte in commendationem nominum Jeſus, Mariæ & Joſephi*, Mediol. impreſſum.

Item anno ætat. 17 edidit

2. *Carmen pro inauguratione S. P. Alexandri VII ad Sedem Romanam.* Ibid. 1656. Et alia quædam. Vid. *Oldoini* Athen. Liguſt. *p.* 465.

ARNALDUS *de Verdala*, natione Gallus, Epiſcopus Magalonenſis, nobili & antiquâ familia apud Carcaſſonenſes ortus, Juris utriuſque Profeſſor, Canonicus primò & Officialis Mirapicenſis, & contra Albigenſes Inquiſitor; dein Eccleſiæ S. Pauli de Fenaldeſio Diœceſis Alectenſis Decanus; ac per totam Provinciam Narbonenſem Jurium, rerum, ac perſonarum Reformator à *Benedicto* Papâ *XII.* conſtitutus: à quo legatus ad *Ludovicum* Bavarum, pacis ineundæ causâ, miſſus, peractæ in rei pulchrè præmium Cathedralem Magalonenſem obtinuit. Claruit anno 1339. quo ad dictum Epiſcopatum evectus eſt d. 20. April. Concilio Biterrenſi A. 1351. interfuit, ſequente vitam cum morte commutavit, Monſpelii mortuus, Magalonæ ſepultus. *Hiſtoriam* brevem, ſive *Commentarium de Epiſcopis Magalonenſibus* conſcripſit, in quâ XXVI deceſſorum ſuorum Pontificum ſeriem & acta accuratè pertexuit, inquit *Petr. Gariel.* Hiſtoriam dictam primus in lucem protulit *Phil. Labbeus* Bibl. MSS. *Tom. I. p.* 793. Eandem fuſioribus ſuis Commentariis hic illic interſperſit *P. Gariellus*, quos *de Præſulibus Magalonenſ.* & *Monſpelienſ.* conſcripſit; II Tomis editos Toloſæ 1665. fol. (*a*).

(a) *Rob. Gerius* in Append. ad Hiſt. Liter. *Cavei.* Conſ. *Morer.* ſub tit. *Verdale.*

ARNALDUS *de Villanova*, vir Seculo XIII & XIV illuſtris, quem Gallis alii, alii Hiſpanis annumerant. Pro Gallis ſtare videtur, quod in Gallia operam literis dedit, Pariſiis egit, & in Gallia ſe ſcribere librum *de regimine ſanitatis* cap. 20 oſtendit. Provincialem quoque ſe eſſe innuere videtur, dum ad *Robertum* Neapolis Regem, Provinciæque Comitem librum *de conſervandâ juventute* dirigens, *qui ex innata*, inquit, *fidelitatis devotione pro ſalute veſtrâ meritò ſemper oro.* Provincialem item appellant plures (*a*) inter quos *Colomeſius* in Gallia Orientali, oppidum Villanovanum in Gallia Narbonenſi *Arnaldo* patriam adſcribens, hac in re ſequutus *Symphor. Campegium*, qui in *Arnaldi* Vitâ idem oppidum origini ejus adſcrit. Gallum quoque diſertè vocat *Lindenius* de Scriptis Medicis, poſt *Juſtum* in Chronol. Medic. ipſe tamen parum ſibi conſtans, ſive editionum adhærens titulis, dum *Arnoldum* Catalanum ab hoc diverſum laudat *Regularum curationis morborum auctorem*, quod opus *Villanovani* eſſe nemo ignorat.

Hiſpanum autem haud minus idoneis auctoribus aſſeri poteſt. *Durandus de S. Porciano* in Diœceſi Arvernenſi, Dominicanus, Meldenſis Epiſcopus A. 1326 creatus, libro *de viſione divina eſſentiæ ante diem judicii*, quem *Joanni XXII* Papæ obtulit; *Fuit dictum*,

(a) *Joan. Villanus* Scriptor Sec. XIII *Hiſt. Univ.* l. 9. c. 7. S. *Antoninus* Hiſt. tit. 21. c. 2. §. 8. *Paul. Langius* in Chron. Citizenſi.

rum, inquit, *Magiſtro* ARNALDO Catalano, *qui volebat præfigere tempus Antichriſti*, Magiſter ARNALDE, *ſi vultis prudenter dicere, adſignetis tantùm tempus adventûs Chriſti*. Ejus item æqualis *Bernardus de Lutzemburgo* in Catal. Hæret. *Arnaldus*, ait, *de Villanova in partibus Cataloniæ magnus Medicus* &c. Idem *Nic. Eymericus* Dominicanus, Aragonenſis, qui de *Arnaldi* erroribus ad Archiepiſcopum Tarraconenſem detulit, in *Directorio Inquiſit.* part. 2. quæſt. 28. Et *Joan. Picus Mirandulanus* A. 1493 vitâ functus, *de rerum prænotione* lib. 5. cap. 10. *Arnoldus*, inquit, *Hiſpanus, ex aſtrologica vanitate, aliiſque quampluribus, nobis Anti-Chriſtum comminabatur anno gratiæ* 1345 &c. Anno 1480 editus fuit ejus *Regimen Sanitatis*, cum *Catalani* cognomento, & admonitione, hanc editionem *correctam noviter exire per Montiſpeſſulanos Doctores*. Catalanum item faciunt *Prateolus*, *Bzovius* ad A. 1310. num. 14. & *Spondanus* ad A. 1309. §. 5. ipſe tamen non diſſimulans alios repugnare, & Provincialem credere, ut & *Geſnerus* fecit in Bibl. ſuâ. Ex Hiſpanis quidam recentiores è regno Valentiæ, & oppido ejus *Liria* oriundum aſſerunt; Catalanis frequentior favet calculus: ſunt quippe in iſtâ Provinciâ plura oppida *Villa-nova* nuncupata. His relatis, *Arnaldum* ſuis vindicare conatur *Nic. Antonius*. Sed alibi (*b*) video ipſum *Arnaldum* ſe Mediolanenſem dicere.

Magnum Philoſophum ac Medicum omnes omnium ætatum ſcriptores, qui de eo agunt, conſtantiſſimè agnoſcunt: *Portentoſi ingenii virum* vocat *Joan. Imperialis* inf. cit. (*c*) *veterum novatorum maximum, dogmatum varitate percelebrem*, qui, *licèt humili patriâ, obſcuriſque profectus laribus, tamen arcano impetu, ac excellenti mentis indagine, peritiorum naturæ operum ſcrutator acerrimus, Europam ferè omnem ſui nominis majeſtate complevit*. Hebraicæ, Arabicæ, Græcæque linguæ peritum fuiſſe teſtantur ejus opera.

De ejus anno natali & emortuali non inter ſe conveniunt eruditi. *Symphor. Campegius* & ex eo fortè *Colomeſius* anno 1300 natum dicunt. »Annum agens ferè vigeſimum, *inquit iſte*, ad Pariſienſem Academiam cum aliis ſe contulit (*d*), hinc poſt annos 10 Monſpelium profectus, Doctores quoſdam Medicos ibi audivit, atque inde in Italiam ad Philoſophos Pythagoreos conceſſit: Ab his in Hiſpaniam ad Arabes ſe recepit. Decreverat ad Græcos progredi, verùm propter Græciæ bella à propoſito deſtitit. Reverſus demum in Galliam, Medicinam docuit, & in arte Pœoniâ vitam duxit...... Cùm autem per aliquot annos in Gallia ſubſtitiſſet, audiens, *Petrum Aponenſem* Medicum celeberrimum, Bononiæ (*e*) docentem, ab Inquiſitoribus fidei vexatum, ac verens ne propter ſua de Antichriſti adventu in Monachorum manus veniret, clam aufugit in Siciliam, ubi à FEDERICO Siciliæ Rege in magno honore habitus eſt, tandemque ab eo Romam miſſus (*f*) ad Pontificem ſanandum, in mari diem obiit, Genuæ ſecundùm quoſdam ſepultus. Claruit anno 1340.» Atqui hæc Chronologia minimè accurata videtur. Barcinone enim medicinam faciebat circa annum 1285, quo *Petrus* Aragoniæ ac Siciliæ Rex in vivis eſſe deſiit; inde quippe evocatus *Arnaldus* ad *Petrum* fatali morbo in itinere Tarraconem versùs occupatum, in hiſtoricis hujus regni monumentis refertur (*g*). Quid quod inter ejus O-

(b) *Vid.* Mangeti *Bibl. Script. Med* verb. *Villa nova*. Mediolanenſem dixit quoque *Freindius* Medicus Anglus in Hiſt. Medicinæ. (c) *Muſæi Hiſtor.* p. 8. edit. Fabric. (*d*) Pariſiis annos 20 tranſegiſſe ſcribit *Freinaus* ſup. cit. qui *Gilbertum Arnaldum* vocat. (e) Non Bononiæ, ſed Patavii docebat *Petrus de Apono*, ut videre eſt apud *Comnenum* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. I. p.* 278 qui eum anno 1312. ætat. 66. obiiſſe probat. *Bælius* in Diction *p.* 267. edit. Roterod. 1720. eodem ætatis anno, ſed 1316 mortuum ſcribit: alii octogeſimum attigiſſe dicunt anno 1305. cùm ad Inquiſitionem delatus fuit. Utut ſit, certè inde conſtabit error *Colomeſii*, ex cujus narratione colligitur rem poſt annum 1330 contigiſſe. (*f*) Non Romam, ſed Avenionem, ubi ſedebat Pontifex *Clemens V.* Vid. inf. (*g*) *Surita* l. 4. c. 71. *Eſcolanus* Hiſt. Valent. l. 3. c. 18.

pera *Argentinæ* A. 1613 edita, extant *Quæſtiones ad Bonifacium VIII* (h), qui A. 1294. Nov. 24. Romanus Pontifex electus, mortuus eſt die 11 Oct. A. 1303. (i) unde & aliunde patet *Arnaldum* multò ante annum 1300 jam in vivis fuiſſe: Anno etenim 1309 ad *Clementem* Papam *V* ivit, JACOBI Aragoniæ Regis Legatus, ut de Hieroſolymitano Regno cum eo ageret (*k*). His addit *Nic. Antonius*, ARNALDUM, Pariſiis cùm degeret circa annum 1310 ſcripſiſſe *de die Judicii* libellum, ex aſtrologicis obſervationibus contendens, id adventurum anno 1376. (juxta alios anno 1335 & 1345.) Ob quam rem, aliaque minus rectè dicta, in religionis causâ, cùm & magnus audiret Theologus, inde clam aufugiens, ne apud Inquiſitores reſpondere cogeretur, Siciliam ad FRIDERICUM Regem, uti dictum eſt, ſe contulit, & apud eum vixit, donec non ita diu poſtea miſſus ab eo ad *Clementem V* Avenione commorantem (vid. inf.) in mari diem ſuum obiit, ſed naturali morte, ut exiſtimat *Antonius*, adverſus *Baronii* continuatorem, qui fluctibus eum periiſſe ait, ad A. 1310. num. 39.

De ejus obitu ſic *Joan. Imperialis* ſup. cit. »*Arnaldus*.... cum magicarum fortè reus habitus ſe ad Siciliæ Regem FEDERICUM perfugii gratiâ tranſtuliſſet, à Summo Pontifice, morbo tunc graviſſimo laborante (*l*), inter omnes Italiæ Medicos ad ſui curationem delectus ſit. At ex peregrinationis incommodis, ævo gravis, occubuit Genuæ, ubi adhuc ipſius marmoreum viſitur monumentum. Hunc virum lubentem ultrò fatis perfunctum aſſerunt, quod pravo quodam ſenſu Antichriſti horrebat adventum quem ex ſacris Bibliorum traditionibus, tunc orbi celeberrimum fortè prænunciabat. Epitaphium ei à *Julio Ronconio* erectum loc. cit. legitur.

Certè *Arnaldi* cum elogio non vulgari meminit ipſe Pontifex *Clemens*, datis ad univerſos per orbem Epiſcopos circularibus, ut vocant, literis, quibus admonitos de ejus obitu, ſuoque de viri medicinâ præſtantiſſimi defectu juſto dolore, jubet diligentiſſimè (*m*), ac cenſurarum etiam indicto celantibus fulmine, ubique perquirere *Arnaldi* librum quendam *de re Medica* ſibi ab eo olim promiſſum, eumque repertum, *Oliverio* clerico, cui has partes *Clemens* injunxerat, in manus conſignare. Vidit literas *Oder. Raynaldus* in tabulario Pontificio.

Ut magnus Philoſophus ac Medicus fuit, ita & magnus Theologus, niſi quòd, inquit *Nic. Antonius*, »fœdiſſimos quoſdam errores adverſus veram Theologiam & ſumma religionis admiſit capita, quorum diſertam notitiam non modò *Nic. Eymericus*, ſed & alii ſuis literarum monumentis conſignaverunt. Vix tamen eſt, ut non reſipuerit is, quem deſtinatum ad *Clementem* Papam Catholicus Rex voluit, & cui per viam extincto, eâ, quam diximus, laudis & honoris ſignificatione idem Pontifex veluti parentavit.

De eo ſic *Mariana* Rer. Hiſp. *lib.* 19. *cap.* 9. in fine: »*Arnoldus Villanova* ut Regi decumbenti adeſſet, Barcinone venerat, rei medicæ eâ tempeſtate periſſimus, majori tamen famâ quàm laude, quòd nobile ingenium, eruditionem maximam, pravis ſuperſtitionibus, praviſque de religione opinionibus fœdare viſus ſit. Quo nomine aliquantò poſt ab Inquiſi-

(h) *Oudinus* inf. cit. (*i*) In articulis hoc anno adverſus *Bonifacium* exhibitis, dicitur iſte Pontifex *Arnaldi* librum ob hæreſin Pariſiis damnatum, approbaſſe. (*k*) Vid. *Bullæum* in Hiſt. Univerſ. Pariſ. *Tom. IV. p.* 120. (*l*) *Clemens V* de quo hic agitur, qui ſedem Avenione tranſtulerat anno 1309, obiit iter faciens versùs Burdegalam, in oppido *Roquemaure*, menſe Majo A. 1314. *Fuerat autem*, ut ſcribit *Ptolomæus* Lucenſis, *multo tempore infirmus de torſionibus ex quibus perdidit appetitum*. Hinc colligere pronum eſt, pluribus ante ejus obitum annis Avenionem contendiſſe *Arnaldum*, ſed fortè ſub finem anni 1310. (*m*) Hoc refertur ad Concilium Vienenſe anno 1313. celebratum.

» Inquiſitoribus (*n*) ignominiâ notatus eſt, librique, » quos magno numero ediderat, reprobati. Ex hu- » mano ſemine quibuſdam in vaſe medicamentis ho- » minis corpus efformaſſe qui affirmet, auctorem ha- » beo, vero an mendacio diſputare non eſt neceſſe. »

Nic. Antonius qui in variis, ac præſertim circa Chemicam artem, famam *Arnaldi* adverſus *Bzovium* vindicat quoad Theologiam, hæc ſubdit: » Errores » ejus in re Theologica plane abominamur, ſi ejus » verè fuerunt: quos deteſtatum fuiſſe eum, aut » ſuſpicionem utique de ſe habitam non indiligenter » purgaſſe, facilè credimus, opinioni *Clementis* Papæ » de eo poſt mortem quoque habitæ non injuriâ de- » ferentes. Niſi contendatur ex adverſo, non ante » annum 1317 hos errores animadverſos fuiſſe atque » damnatos, quod ex *Eymerico* docet *Raynaldus* ad » hunc annum §. 62 Plane quòd *Bonifacius VIII* Gal- » lorum Regi exoſus, quendam librum ab *Arnaldo* » compoſitum, & à Theologis Pariſienſibus reproba- » tum combuſtumque revocaverit & approbaverit, id » inter capita, quibus prædictum *Bonifacium* publico » & ſolenni judicio Pariſiis habito Galli Pontifices, » & Proceres, PHILIPPI Regis voluntati obnoxii » premebant, inſtrumentum ipſum accuſationis con- » tinet, quod *Hiſtoria Univerſit. Pariſ.* Auctor primus » produxit *Tom. IV. p.* 30. Sed verius eſt *Arnaldum*, » dum viveret, erroribus ſuis ſolenniter renunciaſſe, (quâ in ſententiâ *Ciaconium* eſſe infra videbimus,) » cujus rei inſtrumentum Avenione anno 1594 reper- » tum prodit *Raynaldus*.

Adverſus *Arnaldi* errores circa annum 1400 *Petrus Maza* & *Sancius de Beſaran* Dominicani Aragoniæ Provinciæ ſcripſiſſe dicuntur. Improbatur etiam, quod ſupra monuimus, annunciari libello peculiari ex prænotionibus aſtrologicis ultimi judicii diei, qui fuit reprobatus, *Antonino* teſte, & quaſi hæreticus reputatus, atque ipſo tranſcurſu temporis falſi & vani convictus. Sed, ut obſervat *Antonius*, neque id fraudi aut culpæ fuit *S. Vincentio Ferrerio* in Concionibus ſuis, præcipuèque in Epiſt. quadam ad *Benedictum* Papam *XIII* data, aſſertus Antichriſti jam ſuo tempore adventus & nativitas, ex Scripturarum teſtimoniis, ſignis datis, & revelationibus ſibi vel aliis factis, ut *S. Antoninus* ait: quâ de re videndus *Thomas Malvenda* de Antichriſto *lib.* 2. *cap.* 30.

Arnaldum inter *Teſtes veritatis contra Papam* retulit *Flacius* Illyricus: (*o*) » *Arnoldus de Nova Villa*, » Hiſpanus, inquit, Philoſophiæ & Theologiæ peritiſſ. floruit ante annos 340. Recenſetur à Papa, » ejuſque ſpiritualibus inter hæreticos, (vid. inf.) » quòd eorum errores reprehendit. Multa admodum » ſcripſit, quorum quædam adhoc inveniuntur. *Ba- » leus* habet ipſius ſcriptum *de Spurcitiis pſeudo-reli- » gioſorum*.... Tribuuntur ei varii errores: ſed per » invidiam, ut opinor, more Monachorum Papiſta- » rumque uſitato; nam illud eſt mendacium mani- » feſtum, quòd Philoſophiam in univerſum damna- » verit, cùm tantoperè medicinam, & ipſam Philoſo- » phiæ partem, Medicus exiſtens prædicaverit, om- » nibuſque ſcientiis tam ardenter & tam feliciter in- » cubuerit. Sed haud dubiè collatione Theologiæ, » Theologicique finis, Philoſophiam reprehendit, ne- » gans ſcilicet eam poſſe veram æternæ ſalutis viam » commonſtrare, ... aut certè contendens, eam Theo- » logiæ miſcendam non eſſe.... Habuit hic Doctor » non paucos auditores & ſectatores, etiam poſt mor- » tem, præſertim in Hiſpania, quos Papiſtæ *Arnol- » diſtas* vocaverunt, & tanquam hæreticos perſequu- » ti ſunt atrociſſimè.

Jam perſpicit Lector, *Arnaldum Villanovanum*, licèt inter Medicos & Chymicos celeberrimum, non immeritò tamen etiam inter Scriptores Eccleſiaſticos locum obtinere; ſed ex ejus operibus mox recenſendis, Medicis, Chymicisque prætermiſſis, res clarius patebit. Hæc ſæpè ſæpius prodierunt, ac primùm, ut creditur, *Lugd.* 1504 (*p*) fol. *Pariſ.* 1509. *Venet.* 1514. iterum *Lugd.* 1520 & *Baſilea* 1585.

SCRIPTA Theologica:

1. Inter hæc referri poteſt, qui inter Medica impreſſa extat, liber *de eſu carnium pro ſuſtentatione ordinis Cartoſienſis contra Jacobitas*, ſive *Dominicanos*, qui nempe contendebant, conſtitutionem Cartuſianorum languentibus, in extremâ etiam neceſſitate, carnium eſum prohibentem, irrationabilem eſſe, & naturali legi contrariam. Extat item inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angliæ Cathedr. *&c.* Cod. 7676. in MSS. Codd. *Rob. Burſcough.* Cod 57. num. 7. & inter MSS. Codd. Theologicos chartaceos Bibl. Baſil.

2. Liber *de myſterio cymbalorum* (q), de quo *Joan. Franc. Picus* Mirandulanus hæc ait (*r*). » *Arnoldus* Hiſpanus præter ea quæ de futuro Antichriſti » adventu conjectatus fuerat, revelationem quampiam » multarum atque magnarum rerum factam adducit » in libro *de myſterio cymbalorum, & adventu Antichriſti, ad Monachos Scala-Dei*, quæ centum annos » præfixit eventibus. Præteriere ducenti, nec impleram eſſe prænunciationem conſtat. Hanc magni » fecit revelationem *Arnoldus*, quoniam ab homine » illiterato edita fuerat Latino ſtylo. » Unde patet, inquit *Antonius*, ad prognoſticationem ſuam de Antichriſti adventu *Arnaldum*, æquè uti *Vincentium Ferrerium*, revelationibus permotos fuiſſe. Et quidem librum hunc *de adventu Antichriſti* cum hac tantum inſcriptione habent MS. ſatis antiquo charactere PP. Carmelitani S. Mariæ Tranſpontinæ Romæ: Incipit: *Conſtitui ſuper vos auditores, ſpeculatores* &c. Sed in codice iſto, poſt prædictum opus, ponitur ſeorſim Tractatus ejuſdem *de myſterio Cymbalorum*: Incipit: *Qui interrogent* &c. Reſpondetque in eo ad quæſitum ſibi factum, quare Eccleſiæ Catholicæ mos fuerit in hora matutinorum & veſperorum prius pulſare cymbalum parvum, poſtea verò magnum.

Sequuntur in eodem codice MS. alia ejuſdem, ut arbitratur *Antonius*, argumenti *de adventu Antichriſti*, ſcilicet

3. *Apologia de verſutiis & perverſitatibus pſeudo-theologorum, & religioſorum*, ad Magiſtrum *Jacobum Albi* Canonicum Condignenſem.

4. Item aliæ *Reſponſiones* ad argumenta & oppoſitiones Doctorum Pariſienſium: quæ omnia nunquam, ut credimus, edita fuere.

Præter hæc, plurima Theologici argumenti, extant MS., ſub *Arnaldi* noſtri nomine:

5. In Vatic. Cod. MS. 5740. *Expoſitio ſuper Apocalypſi.*

6. Ibid. *Cod.* 5732 ejus manu qui contenta in quoque volumine ſummatim in primo illius limine annotavit, memorantur inter alia, *Arnaldi de Villa-nova* Tractatus *de ſemine ſcripturarum*: (vid. inf.) *De nomine Tetragrammato*, & *Alphabetum Scholaſticum* (s).

7. Dialogus *de rebus Eccleſiaſticis in cauſâ procuranda Reformationis Eccleſia*, cum FREDERICO & JACOBO Aragoniæ & Siciliæ Regibus (r). Meminit *Bullam* Hiſt.

(*n*) Aragonenſes intelligit *Antonius*; quidam verò dicunt Inquiſitores Taraſcone in Provincia, juſſu ipſius *Clementis V* congregatos, *Arnaldi* dogmata condemnaſſe. (*o*) *Cap.* 264. *p.* 690. edit. A. 1672. ex *Wolfii* Lect. Memor. *Cent. XIII. p.* 561 & 509.

(*p*) Vid. *Geſnerum* verb. *Arnoldus* fol 93. (*q*) Alii ſcribunt *Symbolorum*, ut apud *Illyricum p.* 576. ubi extat *Arnoldi* Breviloquium in vaticinium quoddam de duodecim oneribus orbis. Hic ſtatuit, Antichriſtum in mundo appariturum ab A. C. 1354 infra immediatè ſequentes 34 annos, ſed maximè ab anno 1366 & ultra, ſicut digeſſiſſe ait in libris aliis, ex numeris Danielis Hoc autem *Breviloquium* eſt compendiolum libri quem ſe compoſuiſſe ait ſuper prophetiam quæ incipit, *Le mundo in centum annis*. Memorat item opus ſuum *de Chronicis*. (*r*) *Lib.* 9. *de rerum prænotione cap.* 5. (*s*) *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. vet. *lib.* 9. *cap* 2. (*t*) Extat impreſſum hoc Colloquium apud *Illyricum* ſup. cit *cap* 173 *p.* 458-578. unà cum *Friderici* ad *Jacobum*, & hujus ad illum Epiſtolis.

Hiſt. Univ. Pariſ. *Tom. IV. p.* 121.

8. Extant autem qui noſtri *Arnaldi* eſſe dicuntur Tractatus quatuor in Bibl. Cotton. ſub effigie *Vitellii* lit. E. Cod. c. num. 26 (*u*) *Prophetia venerabilis* Joachimi *contra Religionis recetrs Ordinum Mendicantium.*

Num. 27. *Opus de generibus abuſionum veritatis, & de Pſeudominiſtris Antichriſti cognoſcendis. & de paſtorali officio contra gregem exercendo.*

Num. 28. *Philoſophia Catholica adnichilandi artem & verſutias Antichriſti, & omnium membrorum ejus,* ſecundùm Magiſtrum *Arnaldum de Villanova* (x).

9. Apud *Morerium* memoretur ejus liber inſcriptus *Semita Semita* quem Pepæ *Benedicto XI* A. 1304 nuncupavit. Sed negatur ſcriptum eſſe ab eo librum *de tribus impoſtoribus*, ut *Guil. Poſtellus* dicere auſus eſt. *Ramus* inter alioe hunc ipſi *Poſtello* tribuit. Vir tamen eruditiſſimus *Naudæus* hoc opue nunquam extitiſſe contendit, & quæcunque de eo dicta ſunt, ea deprompta eſſe putat ex *Lipſii* libro *de monitis & exemplis politicis* l. 1. c. 4. ubi de iis verba faciens, qui impietatem palam profitentur, Imperatorem FRIDERICUM II allegar, dicere ſolitum, tres eſſe ſamoſos impoſtores, qui homines ſeduxerant.

Hactenus dictis quædam ſupplebit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 271. qui *Arnoldum* Hiſpanum & Catalanum facit. » Si intra ſuos ſe Medicinæ fines contineret, » *inquit ille*, & manue nollet mittere in meſſem a» lienam, Theologorumque diſciplinis, quas ignora» bat, implicare, periculum & infamiæ notam haud » incurriſſet, & hæreſeos crimine non ſe maculeſſet. » SCRIPSIT namque in Re Theologicâ introductionem » in Librum *de Semine Scripturarum* (vid. ſup.) quæ » eſt de Prophetis dormientibus, ſive de dormientium » Prophetiis: *Allocutionem* ad fratrem *Petrum de Po» geto* de ſignificatione nominis *Tetragrammaton* tam » linguâ Latinâ quàm Hebraicè, & *de Myſterio Tri» nitatis*, Dialogum *de elementis fidei*; *de Antichriſto*, » & conſummatione hujus mundi, qui Liber damna» tus fuit nominatim à *Bonifacio VIII*; de cymba» lorum Eccleſiæ myſterio *&c.* (vid. ſup.) *de pru» dentiâ Chriſtianorum*, ſcientiis operam navantium: » *Epiſtolas* quamplures ad Chriſtianos Principes & Mo» nachos: *Philoſophiam Chriſtianam*; & arma adver» ſus Antichriſtum & ejus membra ad Collegium » Romanorum: *Apologiam* & Reſponſionem, & ver» ſutias Pſeudo Theologorum & Monachorum: *Per» ſecutionem* ſeu Confeſſionem Illerdenſem: *Antidotum* » contra venenum effuſum per F. *Martinum de Athe» râ* Prædicatorem, cum ſupplicatione factâ Burde» galis ad *Clementem V* Papam. Hæc ejus opera Theo» logica, pergit *Ciaconius*, multis & perniciosis erro» ribus conſperſa, per viros doctos pariter & pios » F. *Joan. Longiaum* (lege *Longerium*) Ord. Prædic. » atque *Gauſr. Crodillium*, Tarraconenſis Eccleſiæ ſede » vacante Vicarium, Tarraconæ A. 1317 damnata » fuêre; & ipſe, ut ex conjecturis colligo, (quâ in ſententiâ *Nic. Antonium* eſſe ſupra vidimus) » re» ſipuit, errores ſuos abjuravit, & Eccleſiæ conſortio » fuit reſtitutus. Poſt damnatum namque Librum *de » Antichriſto* Tarraconæ, & cæteros ejus errores, & » à *Bonifacio VIII*, Papæ *Clementis V* Curiæ Bur» degalis interfuit; & ad ejus inſtantiam *Practicam » Summariam in Medicinâ* ſcripſit, quod utique Pon» tifex non admitteret, niſi jam eſſet Eccleſiæ ortho» doxæ reconciliatus. Vixit.... anno 1310..... A *Fe» derico* Siciliæ Rege ad Pontificem miſſus, in mari » obiit, Genuæ ſepultus. Verùm *Fazellus* ait, in » monte Albano Siciliæ oppido, agro Troinæ urbis, » intra ſacellum arcis ſepultum: quod eſt certius. »

Quindecim errorum *Arnaldi* capita damnata recenſet *Eymericus* in Direct. Inquiſit. *P. II. Quæſt. XI.*

I. Quod naturâ humana à Filio Dei aſſumpta, ſit æqualis Deo in omnibus ſuis; & quòd tam alta ſit humanitas in Chriſto ac Deitas, & tantùm poſſit.

II. Quòd utplurimùm anima Chriſti conjuncta fuit Divinitati, ſcivit omnia quæ ſcit Deitas: alioquin (inquiebat) unà cum ea perſona non fuiſſet, cùm ſcire ſit propria dos perſonæ, non naturæ.

III. Quòd Diabolus populum omnem Chriſtianum à veritate Chriſtianæ Religionis abduxit, cujus ſpecies duntaxat ex uſu remanet: omniumque ac ſingulorum fides fidei Dæmonum ſimilis eſt: Apoſtaſiam à planta pedis uſque ad verticem in toto Chriſti corpore regnare; Chriſtianos omnes in infernum detrudi.

IV. Monachos omnes adulterare doctrinam Chriſti, charitate deſtituros eſſe, æternùm damnari.

V. Studium Philoſophiæ procul à Chriſtianis ſcholis eliminandum; ſummoque dignos vituperio Theologos, qui ex Philoſophiæ principiis aliqua in Opera ſua derivarunt.

VI. Revelationem factam *Cyrillo*, cunctis Scripturis Sacris pretioſiorem eſſe.

VII. Opera miſericordiæ eſſe Deo gratiora ſacrificio Altaris.

VIII. Fundationes Capellarum, aut Præbendarum, ſeu etiam Miſſarum pro Defunctis, non eſſe opera charitatis, ſed res ad vitam æternam promerendam prorsùs inutiles.

IX. Eum qui multitudinem inopum novit, & congregat ſeu retinet ſuperflua ad fundandum Capellanies aut Miſſas perpetuas, æternam damnationem incurrere.

X. Sacerdotem qui ſacrificium Altaris offert, vel eum qui offerri procurat, nihil Deo de ſuo, ne quidem voluntatem offerre.

XI. Paſſionem Chriſti magis in eleemoſynis repræſentari, quàm in Sacrificio Altaris.

XII. Non opere, ſed oretenus in Sacrificio Miſſæ Deum laudari.

XIII. In Pontificiis Conſtitutionibus ſcientiam duntaxat eſſe operum humanorum.

XIV. Nunquam Deum æternam damnationem comminatum eſſe peccantibus, ſed malum exemplum præbentibus.

XV. Mundum anno 1335 deſiturum.

Libros ejuſdem *Arnaldi* tot ſcatentes erroribus, inquit *Nat. Alexander* (y), nominati Cenſores latâ ſententiâ damnarunt.

Verùm ſi Cl. *Spanhemium* audiemus, hæc ille in Hiſt. Eccleſ. *p.* 1694. » Æquiores hi, (nempe *Illyricus*, *Balæus* » (z), *Vignerius* (aa) & *Spondanus* (bb) nupero ſcriptore » *Nat. Alexandro*, qui reponit ex ſuis *Villanovani* » hæreſes, quarum duæ de naturâ divinâ & hu» manâ Chriſti, obtentui modò fuerunt, reliquæ per » Inquiſitorum Monachorumque vel ignorantiam, vel » malitiam detortæ. Nempe invectus liberiùs *Villano» vanus* in Aragoniâ & Siciliâ, adverſus Papæ uſur» patam in conſcientias intolerabilem tyrannidem, ſic » in libidinem ac luxuriam Cleri, Religioſorum, in » doctrinas muſteas Rom. Eccleſiæ, ... ex. gr. in Miſ» ſæ ſacrificium, in Purgatorium, & Miſſas pro de» functis, in Confeſſionem Auricularem, in Abſolu» tiones judiciarias, in Indulgentias Papales, in Ex» tremam Unctionem, in Cultum Virginis, Sancto» rum, Reliquiarum, ſic in inertes Monachos, cha» ritate omni deſtitutos. Quin varia illius ſcripta re» cenſet *Joh. Balæus*, inter quæ eſſet Allocutio Chriſti » ad Chriſtianos, item de Verſutiis Pſeudo-Theologo» rum, pro quo in Catal. Teſtium eſt, de Spurci» tiis &c. Sed hæc omnia odioſè ab Inquiſitoribus » repræſentanda fuêre, & igne ac flammis expianda, » tanquam execrandæ hæreſes.

(u) *Num.* 25 extat *Apologia* ſuperiùs memorata. (x) *audimur* in Comment. ad *A.* 1290.

(y) *Hiſt. Eccleſ.* ſec. XIV. cap. 3. art. 12. *p. m.* 103 (z) Lib. de Script. Angl. *Cent. IV. p.* 358. 359. non 858. ut apud *Spanhemium*. (aa) *Bibl. Hiſt.* Tom. III. p. 443. (bb) *Spond.* ad A. 1309. n. 6.

ARNAL-

ARNALDUS Andilliacenſis (*Robertus*) celebris *Antonii* in ſupremo Senatu Pariſienſi quondam Cauſarum Patroni (*a*) filius natu maximus, natus eſt Pariſiis anno 1588. Is variis ampliſque muneribus cohoneſtatus, ac multam apud Regem LUDOVICUM XIII gratiam nactus, pietatem ac probitatem eximiam cum ſolertiæ laude conjunxit; ita ut nec Chriſtianis virtutibus erubeſcere, nec moralibus ſuperbire dictus ſit. Uxorem duxerat filiam nobilis viri *de la Boderie*, qui diurius in Angliâ, Legati munere fungens, commoratus eſt. Ex eâ tres ſuſcepit filios, filias verò quinque, quæ omnes in Portu Regio religioſam vitam tranſegerunt: natu major, ſoror *Angelica à S. Joanne*, quæ obiit A. 1684. ingenio, doctrinâ ac virtute ad miraculum uſque excelluit. Filiorum natu maximus fuit Abbas Commendatarius Calmarienſis (*b*), qui cùm pro Rege ſtipendia feciſſet, apud avunculum ſuum *Henricum* Andegavenſem Epiſcopum ſe recepit, atque obiit A. 1698. vel menſe Febr. 1690. Alter *Henricus*, Dnus *de Luzancy*, vitam egit ſolitariam. Tertius *Simon* Marchio *de Pompone*, publicæ rei adminiſtrator, atque Regi à ſanctioribus commentariis, Legationibus in Hollandiam ac Sueciam, aliiſque egregiis muneribus notiſſimus (*c*), qui obiit 26 Sept. 1699. ætat. 81. Uxore orbatus *Robertus* noſter A. 1637 (*d*) de ſeculo deſerendo ſtatim cogitavit, ac prorſus deſeruit A. 1644. in ſolitudinem Portûs Regii Camporum (vulgò *Port-Royal des Champs*) ſecedens, ubi de ſalute ſua unicè ſollicitus, laborémque literarium arborum culturâ interdum ſublevans, vitam orationi, lectioni, ac ſcriptioni deditam, tandem finiit d. 23. vel 27 Sept. 1674. ætat. 86. *Richeletius* in Epiſtolis ait *Arnaldum* pro officiis Regi Regnoque per 20 annos exhibitis penſione donatum fuiſſe octo mille librarum, quæ ad ſex mille redactæ ſunt: eoque munere accepto Pomponam ſeceſſiſſe, oppidum ſeptem vel octo leucis a Lutetiâ diſtans.

Cæterùm à quibuſdam accuſatus fuit tanquam proditor Comitis *de Schomberg*, Mareſchalli *d'Ornano*, nec non & *Gaſtonis* Ducis Aurelianenſis; verùm ejus Apologiam edidit vir quidam doctus Pariſienſis prolixâ Epiſtolâ ad D. *Des-Maizeaux* ſcriptâ Pariſiis d. 15 Jul. 1730. quam ipſe inſeri voluit in Diario inf. cit. (*e*).

OPERA:

1. *Poeme de la Vie de J. C.* De Vitâ Chriſti Carmen (*f*).

2. *Stances ſur diverſes veritez Chretiennes.* De variis Chriſtianis veritatibus Carmina.

3. *Traduction du Diſcours de la Reformation de l'homme interieur de Janſenius.* Janſenii *Diſcurſus de Reformatione hominis interioris* Gallicè redditus. Pariſ. 1646. in 12 (*g*).

Tria hæc Opuſcula ſimul prodiêre ſub tit. *Oeuvres Chrêtiennes* de Mr. Arnaud d'Andilly. *Pariſ.* vel potius *Lugd.* 1664. in 12. Hanc editionem teneo, quæ *decima* numeratur. *Sexta* Pariſ. in 4. & in 12. 1646 (*h*).

4. S. Eucherius *de contemptu mundi* Gallicè verſus.

5. Verſio Gallica *Scalæ Sanctæ* S. Joannis Climaci (i). *Pariſ.* 1653.

6. *Les Vies des Peres du Deſert.* Vitæ Patrum Eremitarum. *Pariſ.* 1649. 4. & 8. (*k*) & 1662. 3 vol. (*l*)

7. *S. Auguſtini Confeſſiones* Gallico ſermone donatæ. *Pariſ.* 1649. in 12 (*m*). Ultimam adhibuit manum *Roberti* frater *Antonius* Doctor Sorbonicus.

8. *Vies de pluſieurs Saints illuſtres de divers Siecles* &c. *Vitæ plurimorum Sanctorum illuſtrium ex variis ſeculis ſelectæ & tranſlatæ ab* Arnaldo Andilliacenſi. *Pariſ.* 1665.

Innumeræ fermè extabant Sanctorum Vitæ, at recentiorum primus eſt *Andillius* qui vera nobis ſine ullâ falſorum admiſtione propoſuit. Exorſus eſt à Vitis Eremitarum, quæ licèt à veritate non longè abeant, declinare tamen nonnihil videntur (*n*). His abſolutis, hoc Volumen compoſuit, quod LXX circiter Vitas ex variis antiquitatis monumentis erutas continet.

Harum tam ſcrupuloſè veritatem expendit, ut circumſtantias præciderit omnes, quas aliquomodo dubias aut ſuſpectas judicavit. Adſunt autem cujuſvis conditionis Sanctorum Vitæ, Pontificum, Epiſcoporum, Sacerdotum, Regum, Principum, Magnatum, & per gradus deſcendendo, inferioris quoque ſortis hominum.

Quidam *Andillium* vituperarunt, quòd Vitas Sanctorum parum cognitorum elegerit: verùm ita agere debuit, ne moleſtæ circumſtantiarum diſquiſitioni, quæ aut veræ aut falſæ deprehenduntur in communiorum Sanctorum Vitis, ſe implicaret. Præterquam

 enim

(*a*) De illo deque ejus poſteris quædam hic dicenda. Vir ille magnus eloquentiâ ſuâ magnam ſibi peperit famam Sec. XVI ac imprimis A. 1594 cum Univerſitatis Pariſienſis cauſam egit adverſus Jeſuitas; quâ de re magnificum illa Decretum tulit, cujus verba digna ſunt quæ referantur: „Quapropter, cùm Conſultorum diſertiſſimus, & Diſertorum conſultiſſimus D. ANTONIUS ARNALDUS in Foro Pariſienſi ſpectatus à multis annis Patronus, pro Defenſione Juris Academici.... tantoperè deſudarit, „ & longâ contraque Oratione, quæ Doctorum manibus teritur, „ probarit..... Cùmque idem pro Defenſionis laboribus & Patrocinii jure oblatum ſibi ab Academiâ honorarium remiſerit, gratuitamque ſuam operam eſſe voluerit; ne apud Nos ingrati animi culpa reſideat, placuit Rectori, quatuor Facultatibus, & ſingulis Nationibus, ut perpetua tanti beneficii memoria publicis „ Tabulis conſignata & teſtata apud poſteros extaret, hocque Sacramento ſe omnes Academiæ Ordines obſtringerent, ſe ea officia quæ à bonis clientibus ſuo Patrono ſolent deferri, omnia in illum ejuſque liberos ac poſteros collaturos, nec eorum unquam „ honori, commodis, famæque defuturos. Vid. Præf. libri cui tit. *Cauſa Arnaldina, ſeu Antonius Arnaldus Doctor & Socius Sorbonicus à Cenſura Anno 1656 ſub nomine Facultatis Theologicæ Pariſienſis vulgatâ vindicatus.* Leod 1699.

Aliqui dicunt *Arnaldum*, ut Jeſuitarum in Galliam reditum impediret, librum evulgaſſe hoc tit. *Le franc & veritable Diſcours au Roy* (Henri IV) *ſur le reſtabliſſement qui lui eſt demandé pour les Jeſuites* Prodiit A. 1602. in 12. Cùm autem Jeſuitas aliquando certè redituros, eoſque formidabiles fore proſpiceret, addunt ipſum *Arnaldum* librum hunc ſupprimere conatum fuiſſe. Eum refutavit Jeſuita *Richeomius* in Querelâ Apologeticâ, ac ſimul *Catechiſmum Jeſuitarum* à *Steph. Paſquier* eod. tempore editum. *Paſquerio* jam A. 1594 idem *Richeomius* librum oppoſuerat ſub nomine *Franciſci de la Montagne*, ſub tit. Veritatis defenſæ: *La Verité defendue*.

Cæterùm qui *Arnaldum* Calviniſtam fuiſſe dixerunt, graviter hallucinati ſunt. Inter hos *Carolus Scribanius* ſub anagrammatico nomine *Clari Bonarſcii* in Amphitheatro honoris. Auctor *Imaginis primi ſeculi Soc. Jeſu.* Ipſe *Du Pleix* in Hiſt *Henrici IV*, ſed qui poſtea errorem retractavit. Deceſſit autem Noſter circa A. 1618. vel 1619. ætat. circiter 69: etenim qui eum natum volunt anno 1526 veroſimiliter falluntur, quod dicendum videtur de ipſius patre, ejuſdem nominis ſecundo, ut probatur in Diction. *Morer.* edit. Baſil. Noſter equidem anno tantùm 1588 uxorem duxit filiam viri illuſtris *Marion* Advocati generalis, ex quâ liberos ſuſcepit viginti, & juxta alios viginti duos. Inter filios annumerare *Robertum*, de quo hic, *Henricus*, Andegavenſis Epiſcopus, & *Antonius* Doctor Sorbonicus, de quibus infra. Filiarum natu major *Catharina* ſuſtinem inter ſalios filium genuit *Iſaacum le Maitre*, vulgò *de Sacy*, variis operibus notiſſimum, ut ſuo loco dicetur. *Angelica* Monaſterii Portus Regii virginum Ord. S. Bernardini Abbatiſſa conſtituta eſt ineunte Sec XVII. ætatis anno undecimo vel juxta *Lucam Du Pin* ſeptimo. Poſt ſexennium Abbatiam ſuam reformavit, ac tantam indè in Ordine exiſtimationem reportavit, ut anno ætat. 27 vel 28 electa fuerit ad illuſtrem Abbatiam *de Maubuiſſon* reformandam. Hic quatuor vel quinque annos tranſegit; indè quâ conventum Portus Regii regendam tradidit *Agneti* Sorori ſuæ, cui Abbatiſſis vices fuerunt geſſit. Ea inferiùs locum habebit. De illuſtri *Arnaldorum* familiâ conſulere poteſt *Bailli* & *Morer.* Diction. *Du Pin* Tom. XVIII. p. 91.

(b) *Chaumes* oppidum Diœceſis Radeſienſis (de Retz) in Britannia minori. (*c*) Vid. *Mercure Galant* Dec. 1699. (*d*) Vid. *Balzac* Epiſt. 19. Lib. II ad *Capellanum*, 14 Aug. 1637 p. 82.

(*e*) *Bibl. Raiſonnée des Ouvr. des Sçav. de l'Europe* T. V. P. II. p. 356-385. & Tom VI. P. I. p. 71-110. (*f*) Hoc Latinitate donavit Poeta non incelebris *Guill. de Varadier* de St. Andiol. Theol. Doctor, & Archidiaconus Arelatenſis, A. 1683. in 8 Vid. *Ephem. Erud.* 29 Dec. p. 389. Sed jam ante triginta annos interpretatio Latina prodiit Pariſ. 1650. in 12. Vid. *Labb.* inf. cit. p. 55. (*g*) Labbe *Cribr. Farrag. Janſen.* ad calcem *Bibl. Anti Janſen.* Pariſ. 1654. in 4. p. 92. (*h*) *Labbe* ubi ſup. p. 99. (*i*) Hanc Verſionem quidam tribuunt *Iſaaco le Maitre* vulgò *de Sacy*, Auctoris noſtri ex ſorore nepoti. Vid. *Placc* in Anon. nu. 2147 cit. p. 542. (*k*) *Labbe* ubi ſup. pag. 99.

(*l*) *Lipen.* I. 620. (*m*) *Labbe* ubi ſup. (*n*) Hæc ex verſione Latinâ *Ephemerid. Pariſ.* d. 2 Mart. 1665. at Gallicè illius verba ſic ſonant: Exorſus eſt à Vitis Eremitarum, quæ licèt nunquam à veritate recedant, plurimum tamen oblectamenti afferunt: *Il a commencé par la vie des Peres du deſert, qui ne laiſſent pas d'être divertiſſantes, quoi qu'elles ne s'éloignent jamais de la verité.*

enim quod ejuſmodi labor Criticæ parum jucundæ locum dediſſet, minorem quoque apud vulgum approbationem obtinuiſſet, qui ſibi eripi errores quibus innutritus eſt ægrè ferret. Fuerunt etiam qui criminati ſunt *Andillium*, quòd rejecerit ad calcem libri ſui Vitam S. *Sebaſtiani*, pro verâ vulgò receptam, falſi tamen in quibuſdam circumſtantiis apud eruditos viros non paucos ſuſpectam (*o*).

9. *Hiſtoria Judaica à Flavio Joſepho* Antiquitatum Judaicarum *titulo inſcripta*, ex Græco autographo in linguam Gallicam tranſlata. *Pariſ.* Petit 1666. vel 1667. fol. ac deinceps pluries recuſa, uti dicetur in *Flavio Joſepho*.

Poſt non paucas *Joſephi* Verſiones Gallicas novam ſuſcepit *Andillius*, in quâ omnem omninò gratiam Hiſtorico Græco à præcedentibus Interpretibus ereptam reſtituit. Adeo enim prudenter linguæ Gallicæ elegantiis uſus eſt, ut omnem ferè Græcorum ornatum exprimendi rationem invenerit; etenim ut ornamenta quædam quibus Gallicum idioma deſtitutum eſt, suppleret, alia quædam, quibus & Græci carent, ſubſtituit, ita ut in permutatione illâ *Joſepho* nihil detractum ſit. Senſum nihilominus textûs Græci fideliter ubique reddidit, tamque accuratas adhibuit loquendi formulas, ut licèt aliquandò quod dixit Hiſtoricus non adeò præcisè reddant, attamen quod dicere voluit apprimè explicent. Cùm autem omnes hactenus vulgatæ *Joſephi* editiones mendis ſcaterent, atque etiam ſæpè voces, & integræ nonnunquam periodi deficerent, hanc ob cauſam varios MStos Codices conſulere neceſſe habuit *Andillius*, priuſquàm Verſionem iſtam adornare potuerit (*p*). Minimè tamen quibuſdam accurata videtur (*q*).

10. *Hiſtoria de Bello Judaico contra Romanos* &c. ex Græco *Joſephi* Gallicè verſa per *Arnaldum Andillium*. Pariſ. 1669. fol.

» Ad verſionem hanc quod attinet, inquit *Galle-*
» *ſius* (*r*), licèt illa, quam de Hiſtoriâ Judaicâ ador-
» navit *Andillius*, quæque à nemine non magni æſti-
» matur, elegantiſſima ſit, aſſeri tamen poteſt, hanc
» reliquorum *Joſephi* Operum Verſionem, quam in
» hoc Volumine edit, tantò elegantiorem eſſe, quan-
» tò ipſa Opera à *Joſepho* diligentius elaborata ſunt,
» & ad eloquentiæ ornatus magis idonea.

» Quoniam autem Relatio, quam *Philo* de Lega-
» tione à Judæis Alexandrinis ad CAIUM Imperato-
» rem miſſâ fecit, multa ſingularia habet notatu dig-
» na, quæ *Joſephus* nonniſi breviſſimis tangit, *An-*
» *dillius* & illam vertit, & in hoc Volumine edidit.
» Stylus Relationis diffuſiſſimus eſt, & declamatorium
» dicendi genus ſapit. Negari tamen nequit, quin o-
» puſculum ſit in ſuo genere optimum; occurrunt &
» ibi loca admiratione digna, quæ monſtrant, non
» ſine ratione *Philonem* inter eloquentiſſimos Græciæ
» Philoſophos à *Photio* referri.

11. *Inſtructions Chretiennes, tirées par Mr.* Arnaud d'Andilly *des deux Volumes de Lettres de Mre* Jean du Verger de Havrane *Abbé* de S. Cyran. *Inſtitutiones Chriſtianæ* ex Epiſtolis Abbatis *San-Cyrani* excerptæ. *Bruxell.* 1674. in 12. ac primò *Pariſ.* 1649. (*s*).

12. *Opera S. Thereſiæ* Gallicè tranſlata.

13 *Vita B. Gregorii Lopezii* Gallicè verſa. Vid. ſub tit. LOPEZ.

14. *Opera B. Joannis d'Avila*, item Gallicè (*t*).

15. Hiſtoria Veteris Teſtamenti: *Hiſtoire de l'Ancien Teſtament, tirée de l'Ecriture Sainte*. Pariſ. 1675. in 4. (*u*).

Poſtremus hic eſt *Andillii* fœtus.

Omnia verò huc uſque enumerata in VIII Volumina *in fol.* congeſta excudi curavit *Petitus* Typographus, cui ſingula, dum viveret, excudenda tradiderat *Andillius*.

16. *Palafoxii* item Epiſtolam Gallicè reddidit.

17. Tribuit ipſi præterea *Menagius* Verſionem Gallicam Libri IV & VI Æneidos Virgilii (*x*).

De *Andillii* Verſionibus fusè diſſerit *Adr. Baillet* ubi de Interpretibus Gallicis (*y*), inter quos eum primas tenere ſatis apertè indicat, non vulgaribus elogiis hinc inde collectis cumulat, atque etiam ſupra ipſos ab eximio Interprete tranſlatos Autores aliquando extollit.

[*o*] D. *de Vallo* (aliàs *Hedonvill.*) ubi ſup. [*p*] *Vid.* Ephem. Pariſ. d. 15 Jan. 1667. [*q*] Rich. Simon *Critiq. de la Bibl. Eccleſ. de Mr. Du Pin* Tom. II. p. 357. [*r*] Abbé *Gallois* in Ephem. Erud. 11 Febr. 1669. Vid. & *Giorn. de' Letter.* Romæ 1669 in 4. p. 73 [*s*] *Labbe* ubi ſup. [*t*] Vid. *Ephem. Erud.* 24 Febr. 1675. p. 68. [*u*] *ibid.* 9. Nov. 1675. p. 245. & *Giorn. de' Letter.* p. 79.

[*x*] Vid. *Placc.* in Anon. *n.* 2494 *p.* 616 [*y*] *Judic. Erud.* Tom. III. p. 135-147. edit. Pariſ. 1722. in 4.

ARNALDUS (*Henricus*) ex liberis *Antonii*, inclyti Cauſarum Patroni, ſecundus, Andegavenſis Epiſcopus, natus eſt *Pariſiis* die 30 Oct. 1597. Legatus extraordinarius Galliæ ad Romanam Curiam miſſus eſt, quod munus ab A. 1645 ad 1648 optimè geſſit, cujus negotia collecta ſervantur in Bibl *de Seignelay*, & *Coiſliniana*. Domûs Barberinæ adversùs *Innocentii* Papæ *X* conſanguineos non minori prudentiâ quàm vigore jura defendit. Multam ſibi Romæ peperit famam ſub nomine Abbatis *S. Nicolai*. Inde reverſus, Andegavenſis Epiſcopus creatus eſt die 20 Jun. 1650. Regi fidem ſervavit in bello Principum, quâ de causâ quin Andegavum intraret A. 1652 obſtitit Dux Rohanenſis. Unus fuit poſtea è quatuor Epiſcopis qui Formulario ſimpliciter ſubſcribere recuſarunt, quâ ratione lites ſibi creavit in Curiâ, ubi adverſus ipſum audita eſt Univerſitas Andegavenſis. Sæpè ſæpiùs improbata fuit Præſulis agendi ratio; tandem verò viam reconciliationis à Mediatoribus propoſitam accepit, inter quos erat Laudunenſis Epiſcopus, poſtbac Cardinalis Stratenſis (vulgò *d'Eſtrées*), ab eoque tempore ſatis longâ quiete potitus eſt ad mortem uſque, quæ accidit 8 Jun. 1692. ætat. circiter 95. Vir ſingulari pietate ac humilitate, nec non doctrinâ commendandus.

SCRIPTA Gallica:

1. *Mandatum pro receptione Ordinum* A. 1651.

2. *Mandatum prohibens Clericis cauponas frequentare* A. 1652.

3. *Mandatum pro interdicendis ludis publicis & cauponarum frequentatione diebus feſtis* A. 1652.

4. *Epiſtola Paſtoralis de obligatione ſanctè vivendi tempore Quadrageſimæ* A. 1655.

5. *Mandatum in Synodo* 20 *Maii* 1655 *editum*.

6. *Mandatum adverſus Blaſphematores* A. 1655.

7. *Epiſtola ad Parochos ſuæ Diœceſis ſuper Libellos aliquot Religioſorum Mendicantium* A. 1655.

8. *Memoriale pro ipſius diſſidiis cum dictis Religioſis* A. 1655.

9. *Defenſio Mandatorum ſuorum & auctoritatis Epiſcopalis*. Andegavi 1656.

10. *Cenſura Apologiæ pro Caſuiſtis*. A. 1658. Vid. ſup. in *Alexandro VII*. p. 275. b. n. 9.

11. *Epiſtola de Formulario* ad Papam *Alexandrum VII* A. 1661 Latinè, & ad Regem ac Dn. *de Lionne* A. 1662.

12. *Mandatum adversùs irreverentias quæ in Eccleſiis committuntur*, A. 1663.

13. *Epiſtola ad Archiepiſcopum Pariſienſem pro Religioſis Portûs Regii* A. 1664.

14. *Mandatum de ſubſcriptione Formularii* A. 1665. (*a*) pro eorum Apologiâ, qui abſque reſtrictione ſubſcribere recuſant. Liber ab Archiepiſcopo Colonienſi condemnatus 20 Mart. 1704. Si tamen idem opus eſt cujus mentio fit in *Bibl. Janſen.* p. 379. edit. A. 1731.

15. *Statuta*

[*a*] Hæc *Ellias Du Pin* Tab. Univ. *Tom. II. p.* 2505.

15. *Statuta Synodalia* Andegavi A. 1680 publicata (*b*).

16. *Catechiſmus, ſive Doctrina Chriſtiana* juſſu *Henrici* Andegavenſis, *Henrici de Laval* Rupellenſis, ac *Henrici* Luſſonienſis Epiſcopi, ad uſum ſuæ Diœceſeos Gallicè editus *Lugd.* apud vid. Martin 1685. in 12. Hunc teneo.

De *Henrico* noſtro Vid. *Continuation des Memoires de Litterature & d'Hiſt.* Tom. III. P. II. *Pariſ.* Simart 1727 in 12.

[b] *Morer.* Diction p. 551. edit. Baſil.

ARNALDUS (*Antonius*) Doctor Sorbonicus, Janſeniſtarum coryphæus (*a*), claruit Sec. XVII. Natus eſt Pariſiis d. 6 Febr. 1612. vigeſimus liberorum *Antonii Arnaldi* celebris quondam in ſupremâ Curiâ Pariſienſi Advocati. Calvinianis aliquando eum addictum fuiſſe, nullo fundamento *Dupleix* prodidit, agnovitque poſtea errorem. Noſter peracto humaniorum literarum ac Philoſophiæ curriculo in Collegio *de Calvi* dicto, Juriſprudentiæ ſtudium inchoavit; at brevi ab eo abductus eſt, & Theologiæ addictus, curis maternis Abbate *San-Cyrano* adjutis. Quo inito conſilio, ſtudia Theologica inchoavit in Collegio Sorbonico A. 1633. in quo Cl. Profeſſoris *l'Escot* Prælectiones de Gratiâ excepit; quas cùm doctrinæ Paulinæ minimè conſentire videret, hanc materiam in *Auguſtini* libris evolvit, eumque deinceps Doctorem ſecutus eſt, uti Theſibus A. 1636 propugnatis, ad Baccalaureatum ſuſcipiendum, & Clero Galbcano tum congregato nuncupatis, palam eſt profeſſus. Lauream Doctoralem accepit 19 Dec. 1641. Per tempus Licentiæ (ab A. 1638 ad 1640) Philoſophiæ Curſum prælegit conſcripſitque; quo peracto, in Collegio Cenomanenſi (du *Mans*) variis diſcipulis ſuis Theſes propugnandas dedit, in quibus bonam fidem, docilitatem, humilitatem ſuam mirum in modum probavit: nam erudito diſcipulo (*b*) ſub validiſſimorum argumentorum mole fatiſcente, ſuppetias venit *Arnaldus*, diuque conflictatus, non cedendi neceſſitate coactus, ſed veritate & veritatis amore ductus victum ſe ultrò profeſſus eſt, & à ſententiâ ſuâ diſceſſurum publicè ſpopondit: ac promiſſis ſtetit *&c.* (*c*). Presbyter ordinatus eſt menſe Septembri 1641. Cùm autem in Societate Sorbonicâ admitti voluit, obſtitit *l'Escotius* cum unico alio Doctore, legem & morem allegantes, quibus juſſum erat ut Philoſophiæ Curſus ante Licentiam perficeretur. Re ad Cardinalem *Richelium* delatâ, Societatis leges & mores infringi noluit. Eo autem demortuo, in eam admiſſus eſt *Arnaldus* A. 1643. Injuriæ ſibi velut illatæ non immemor *l'Escotius*, eum & è Societate & è Facultate expellendum curavit, Cenſurâ latâ A. 1656. cujus ipſe Promotor fuit unà cum Dn. *le Moine* Profeſſore Sorbonico.

Liber *de frequenti Communione*, A. 1643 evulgatus, Jeſuitis magnoperè diſplicuit. Eum & in ſermonibus ſuis, & libris editis refutarunt, tanquam pernicioſiſſimæ doctrinæ fautorem. Controverſiæ de Gratiâ, quæ tum in Univerſitate Pariſienſi incaluêre, inimicitiam Jeſuitas inter & *Arnaldum* aluerunt. *Janſenii* partes vehementiſſimis ſcriptis propugnavit noſter, ſive tres *Haberti* ſermones, eorumque Apologiam, ſive Dn. *le Moine* & quoſdam alios confutando. Scripſit poſtea & alia innumera, ac inter ea duas ad Ducem *Liancurtium* Epiſtolas, in quibus ea continebatur propoſitio, quæ tantarum illi perſecutionum

[a] Hic notandum quod in Hiſtoriâ abbreviatâ *Arnaldi* traditur p. 32 & 35. eum ſcilicet ſuam de Gratiâ doctrinam in *S. Auguſtino* hauſiſſe, ac palam defendiſſe coram Epiſcopis, quatuor vel quinque annis antequam in publicum prodiret *Janſenii* liber, quem cùm amplexus eſt, *Janſenium* de Gratiâ ſcribere ignorabat, adhucque vix noſſe, virum hujus nominis alicubi tum exiſtere.

[b] Huic nomen eſt *Walion de Beaupuis*, Eccleſiaſtes Bellovacenſis. Et de erranrdum erat cum viro doctiſſimo, *Deo de la Forde* Oratorii Presbytero, qui hanc Theſin aggreſſus eſt: *Ens ſynonimo convenit Deo & Creaturæ.* [c] Præf. *Cauſæ Arnald.* pag. XIX.

cauſa extitit. Quas liber *de frequenti Communione* excitaverat turbas pacare non potuit ad pacem uſque Janſeniſmi A. 1668 ſancitam, adeo ut per 25 annos velut ſolitarius in Portu Regio, vel variis in locis latere coactus ſit (*d*): Romam quippe vocatus, ut ſine morâ iter ingrederetur juſſerat Regina Mater, quæ mandatum niſi multis precibus ac monitis adhibitis revocavit. Pace igitur, ut dictum eſt, ſancitâ, Regem & Nuntium ſalutatum ivit *Arnaldus*, atque intrepidè palam ſe prodidit ad annum uſque 1679. menſe Junio, quo ſuâ ſponte è Galliâ diſceſſit (*e*), cùm hoſtes ſuos ſeipſum Regi ſuſpectum facere audiit. Inde in Belgio vitam egit, paucis tamen, iiſque certis amicis ſe patefecit. Leodii moleſtiam tulit A. 1690. quâ de re extat Decretum Regularium Leodienſium in *Quæſtione curioſâ* p. 228. in quo tanquam *certus Arnoldus* producitur. » Nos infraſcripti Superiores Conventuales Regularium in » Civitate Leodienſi, certiorati de Conventiculis quæ » habentur apud *certum* ARNOLDUM doctrinam ſuſ» pectam ſpargentem, cenſemus D. Vicarium charita» tive certiorandum, ut ſimilia Conventicula diſſipa» re, & prohibere non dedignetur etiam cum dicto » *Arnoldo* converſationes. Datum in Conventu Mi» norum hac 25 Aug. 1690. Ad quem effectum com» miſimus R. P. M. *Ludov. Lamet* Priorem Domi» nicanorum, ad nomine noſtro accedendum D. Vica» rium, & exponendum intentionem noſtram. » Ceterum tamen cum Jeſuitis ad mortem uſque perſecutus eſt. Adverſus Proteſtantes per aliquod tempus etiam calamum ſtringere perrexit; inter quos acres & ipſe adverſarios nactus eſt, ſed finem his litibus impoſuit A. 1683 *Jurieu* liber qui *Ingenium Arnaldi* nuncupatur, *l'Eſprit de Mr. Arnauld*. Varia de *Arnaldo* commenta diſſeminarunt adverſarii. Tandem labores multos perpeſſus, ut ex accuratâ ejus librorum enumeratione peti poteſt, è vitâ migravit d. 8 vel 9 Aug. 1694. ætat. 82 cum dimidio: immortuus Vitæ *S. Auguſtini*, quam componere erat aggreſſus.

Hæc de eo ſæpius teſtatus eſt Cardinalis *Altieri*, ut legitur in Præf. *Cauſæ* ipſius, pag. LX. *De Eccleſiâ optimè meritus eſt* Arnaldus: *optandum eſſet ut talem ac tantum virum mors illi nunquam ereptura eſſet*: & pag LXI. » De *Arnaldo* in Purpuratorum Procerum » Ordinem allegendo aliquandò ſanctitatem ſuam (*In*» *nocentium XI*) cogitaſſe, etſi certum eſt & pluri» bus notum, nollem tamen (ait *Favoritus* hujus Pontifici à ſecretis in Epiſt. datâ 3 April. 1680) » hic » commemorare, niſi Eminentiſſimus Cardinalis inti» morum Aulæ Romanæ conſiliorum teſtis locuples, » id nuper Pariſiis evulgaſſet, aſſeruiſſetque per unum » *Arnaldum* ſtetiſſe quominus is eminentiſſimâ illâ dig» nitate ornaretur. » Hanc illi ab *Innocentii* ſucceſſore *Alexandro VIII* oblatum fuiſſe teſtatus dicitur Cardinalis *Eſtreenſis*, ſi Cleri Gallicani Propoſitiones publicè notas refutare ſuſtineret: ſed id eum abnuiſſe (*f*).

Obiit autem Bruxellis in ſuburbio *de Leo*; corpus ejus ſepultum eſt in Eccleſia Hoſpitii Præmonſtr. cor ipſius in Portum Regium pro votis delatum, cum hoc *Santolii* Epitaphio ibi conditum eſt (*g*).

Ad Sanctas rediit ſedes ejectus & exul:
Hoſte triumphato, tot tempeſtatibus actus
Hoc portu in placido, hac ſacrâ tellure quieſcit

[d] E Sorbonâ A. 1656 ejectus, in Arvernia apud D. *Taſcadinum*, & de in Pariſiis ſedux in ædibus Duc. de *Longuevillæ* latuit.
[e] Vid. Epiſt. *Arnaldi* ad Cancellarium *Tellerium*, & Archiep. Pariſienſem, A 1679 ſcriptas, quæ extant Tomo I *Spiritus Arnaldi* A. 1684. & ad calcem *Quæſtionis curioſæ* A. 1690. unde refutatur Amœ *Pragmaticorum legitimorum adverſus Janſeniſmum*, qui A. 1686. in Admonitione ad Lectorem, *Arnaldum* è Galliâ juſſu Regis expulſum fuiſſe narrat. [f] *Acta Lipſ.* 1695 p. 190. ex *Hiſt. Ital. Nov.* 1694. p. 141. [g] Vid. *Hiſt. des Troubles cauſez par Mr. Arnauld après ſa mort ou le Démeſlé de Mr. Santeuil avec les Jeſuites* edit. A. 1696. p. 5. Huc pertinent *Santolius vindicatus*: *Santolius pœnitens* & *Linguarium* P. Commirii: & *Santolius pendens*.

Arnaldus, veri defenſor, & arbiter æqui.
Illius oſſa memor ſibi vindicet extera tellus;
Huc cæleſtis amor rapidis cor tranſtulit alis,
Cor nunquam avulſum, nec amatis ſedibus abſens.

Alia plurima ei erecta ſunt Epitaphia: ex multis unum ſubjungemus:

Acer & indomitus, veri defenſor hic ille eſt,
Qui ne profanis myſteria ſacra darentur,
Effecit, per quem ſtat Chriſti gratia victrix,
Qui pravos hominum ſenſus, atque impia morum
Dogmata detexit, ſcriptiſque refellit acerbis:
Qui diram hæreſeos tandem proſtravit erynnim;
Et ferè ſi qua foret pro Religione paratus
Oppetere, optatâ juſtorum morte quievit.

De obitu *Arnaldi* ſcripſit Abbas (*h*) Trappenſis ad Abbatem *Nicaſium* Epiſtolam quæ ingentes adverſus utrumque motus excitavit, propter hæc verba: *Voilà bien des queſtions finies* (i). Deinceps occaſione hujus Epiſtolæ in lucem emiſſa eſt alia *Tillemontii* ad Abbatem Trappenſem, cum hujus Reſponſu *Gallicè* Pariſiis 1704. in 12. (*k*).

SCRIPTA Gallica.

Innumeri ferè ſunt quos *Arnaldus* edidit libros, ideoque accuratum eorum Catalogum texere difficile eſt: maxima pars deprompta erit ex *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 2515 &c. cætera vel ex libris ipſis, vel aliunde petam.

1. *De la frequente Communion, où les ſentimens des Peres, des Papes & des Conciles, touchant l'uſage des Sacremens de Penitence & d'Euchariſtie ſont fidelement expoſez: pour ſervir d'addreſſe aux perſonnes qui penſent ſerieuſement à ſe convertir à Dieu, & aux Paſteurs & Confeſſeurs zelez pour le bien des ames*: Tractatus de frequenti Communione, in quo ſententiæ Patrum, Pontificum & Conciliorum de uſu Sacramenti Pœnitentiæ & Euchariſtiæ fideliter exponuntur &c. Præcipuus Autoris ſcopus eſt ut oſtendat abuſum Confeſſorum in frequenti Communionis uſu. Prodiit primùm *Pariſ.* A. 1643. & ab ipſo Autore Latinitate donatus A. 1647. in 4. Approbationibus quampluriimis munitus. Editio ſexta A. 1649. in 8 (*l*). Item Pariſ. 1669. in 12 (*m*). Editionem teneo *Lugd.* typis Leon. Plaignard 1703. in 8. quæ decima numeratur. De quo libro hæc notantur in *Actis Erud.* A. 1686. p. 209. ubi de libro cui tit. *Les veritables motifs de la Converſion de l'Abbé de la Trappe* &c. » Applicantur hæc ab Autore (quòd ſcilicet pauciſſimi » gloriam Dei pro fine librorum, quos edunt, habeant, plerique ſibi ipſis & aliis, quantùm ingenio & eloquio valeant, oſtentatum eant) » applicantur, *inquam*, » ad Scriptores Janſenianos, & eorum quaſi coryphæum *Ant. Arnaldum*, qui irritatus *Petavii* Jeſuitæ refutatione libri ſui (omnium » quidem, quos ſcripſerit, optimi) *de frequenti Communione*, Jeſuitarum Societatem eò uſque florentiſſimam & validiſſimam innumeris ferè ſcriptis, ſuis » & amicorum, aggreſſus fuerit, nullo pietatis reſpectu, nullo fructu, magnoque potius, ut ait, » eum ſcandalo: & nunc in eo verſari refert *Arnaldum*, ut ſex ingentia volumina (*in folio*) edat, » (*n*) in quæ omnes adverſus Jeſuitas libelli inſeri » debeant. Iſtud verò ſcribendi propoſitum adeo non » ex zelo divinæ gloriæ proficiſci, ut potius affec» tibus illicitis fœdiſque attribui debeat.

Vera autem hujus libri *de frequenti Communione* origo fuit Inſtructio quam in uſum Principiſſæ *Guimeneæ* formaverat Abbas *San-Cyranus*. Hæc cùm in manus cujuſdam Jeſuitæ incidiſſet, nomine P. *de Seſmaiſons*, refutationem aggreſſus eſt iſte, in quâ *Arnaldus* tam multa reperit doctrinæ Patrum ac Traditioni contraria, ut huic ſcripto reſpondere ſui officii eſſe arbitratus ſit, ne error de veritate triumpharet (*o*).

Contra hunc *Arnaldi* librum alius plus ſemel excuſus eſt *Pariſiis* hoc tit. *Remarques Chretiennes & Catholiques ſur le Livre* de la frequente Communion. Cl. *Leidekerus* inf. cit. (*p*) hæc de Auctore habet. » Meo exemplari olim adſcriptum eſt Principis *Condæi* nomen. Utique is mutatus à majoribus operam » Theologiæ apud Jeſuitas dederat, hinc Lojoliticæ » Societatis ingens tum fautor, ut refert in ſuâ pro *Janſenio* Apologiâ *Mechlinienſis* Præſul. De eodem libro Monitum inſcripſit Reginæ Matri R. P. *Yvo* Capucinus: cui reſpondit *Antonius le Maitre* vulgò *de Sacy*.

Adverſus *Arnaldi* doctrinam in hoc ſuo libro contentam vehementer adeo concionatus eſt P. *Nouetus* Jeſuita in Eccleſia S. Ludovici Pariſienſis, ac libri Approbatores acribè adeo tractavit, ut flexis genibus coram Præſulibus, quatuor ſodalibus comitatus, veniam petere coactus fuerit (*q*). Et Pater *Segunus*, ſi Jeſuiris fides in Catalogo Script. Societatis, » adverſus peſ» tilentem *Ant. Arnaldi* de frequenti Communione » Librum (*r*) ſubtiliter adeo ſolidèque ſcripſit, ut » ad molliora quædam dogmatum ſuorum interpre» tamenta confugere coacti fuerint adverſarii. (*s*)

Hunc autem *Arnaldi* librum pluris æſtimaſſe videtur *Hugo Grotius*, licèt ab eo in materiâ Prædeſtinationis & Gratiæ plurimum alienus. (*t*).

2. *Arnaldum* adverſus *Nouetum* edidit *Monitum de ſermonibus nonnullis* adverſus librum ſuum habitis, A. 1643. in 4.

3. *La Tradition de l'Egliſe ſur le ſujet de la Penitence & de la Communion* &c. Traditio Eccleſiæ de Pœnitentiâ & Communione, A. 1644. in 4. Teneo quintam (*u*) Editionem *Lugd.* typis Claud. Rey 1697. & ſextam *Bruxell.* Foppens 1714. in 8. In hoc opere collegit Autor varia Patrum de hoc argumento fragmenta quæ Gallicè vertit. Præfationem admodum prolixam præmiſit, in quâ, & in Epiſt. nuncupatoriâ ad Reginam matrem ea quæ ſibi adverſus *Petavii* refutationem libri *de frequenti Communione* dicenda erant protulit *Arnaldus* (*x*).

4. Ad hunc librum ſpectant I. Conſiderationes Gallicè *Reflexions du Sr.* Du Bois *Doct. en Theologie ſur pluſieurs endroits du Livre du* P. Petau, *dans leſquels il approuve la Doctrine du Livre de la frequente Communion* 1644. in 4. II. *Epiſtola* (item Gallicæ) quamplurium Præſulum Galliæ qui librum *de frequenti* Communione approbarunt, ad *Urbanum VIII* & *Barberinum* Cardinalem, 1644. in 4. III. Eorundem Præſulum *Defenſio* A. 1646 impreſſa in 4. (*y*). IV. *Lettre Circulaire de MM. les Prelats aſſemblez à Paris, avec le procez verbal de ladite Aſſemblée, & la ſatisfaction du P. Nouet* 1644. in 4. V. *Reponſe à la Remontrance du P. Yves Capucin à la Reine Regente, ſur le livre de la frequente Communion* 1644. in 4. VI. *Lettre d'un Theologien à un de ſes amis, touchant deux points du Livre du P. Petau* 1644. in 4. VII. *Apologie pour Mr. Arnauld contre les* Remarques judicieuſes *ſur le Livre de la frequente Communion*

[h] *Joan. Armandus Buthillerius Rancæus.* [i] Vid. *Nicaſii* Epiſt. ad *Carrelium* d. 30 Jan. 1701 ſcriptam, quæ extat in *Nov. Reip. Liter.* Oct. 1703. [k] *ibid.* Sept. 1704. p. 352. [l] Labbe *Cribr. Farrag. Janſen.* ad calcem *Bibl. Anti-Janſen.* p. 95. [m] *Lipen.* I. 307. [n] Vid. lib. cui tit. *Avis importans à Mr. Arnaud ſur le Projet d'une nouvelle Bibliotheque d'Auteurs Janſeniſtes* 1692. in 12. Auctor *Dialogorum Germanic.* A. 1692. p. 930. hunc proxenetam falsò ſe Janſeniſtam & amicum *Arnaldi* fingere putat, quem Jeſuitam in ejus ludibrium potius trahentem interpretatur, ut monet *Placcius* in Anon. n. 2124 a. De eod. libro *Clericus* in Bibl. Univ. *Tom.* XVII, p. 1.

(o) *Quaſt. Curioſ.* p. 24. (p) Hiſt. Janſen. *lib.* 3. *cap.* 10. p. 494. apud *Placcium* in Anon. n. 2124 aa. ex *Maſtrichtii* Symbolis MSS. (q) *Quaſt. Curioſ.* p. 43. (r) De illo vid. plura in *Bibl. Janſen.* p. 153. &c. (s) *Quaſt. Curioſ.* p. 44. (t) Vid. *Grotii* Epiſt. 678 & 671 P. II edit. Amſtel. 1686. aliamque die 9. April. 1644 ſcriptam, in quâ *Arnaldum* ætatis annum 36 agere ſcribit, unde anno 1608 natum colligas, quem tamen anno tantùm 1612 lucem vidiſſe certò certius conſtat. De his autem *Grotii* Epiſtolis vid. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom.* I. (u) Memoratur & quinta Editio Leod. apud Franç. Bronckart 1700. in 8. ſub tit. *Pariſ.* apud Petrum le Petit, in *Nov. Reip. Liter.* Sept 1700. p. 356. (x) *Quaſt. Curioſ.* p. 52. (y) *ibid.* p. 194.

Digitized by Google

nion 1644. in 4. & 1648. in 8. VIII. *Sentimens du P. Emery de Bous touchant la frequente Communion* 1644. in 4. (z).

5. *Abus des Nouveaux Caſuiſtes & Directeurs Jeſuites, predits & condamnés par le P. Emeric de Boun, reçû dans la Compagnie des le vivant de St. Ignace.* Sive *Abuſus novorum Caſuiſtarum & Directorum Societatis ab Emerico prædicti & damnati.* Ibid.

6. *Defenſe de la Verité Catholique contre les Erreurs & les hereſies du Livre du Sieur de la Milletiere, intitulé,* Le Pacifique veritable *ſur le debat du Sacrement de Penitence:* ſive *Vindiciæ veritatis Catholicæ adverſus* Milleterii *Librum* Verus Pacificus *nuncupatum* (a): ibid. 1644. in 4.

7. *Soumiſſion de Mr. Arnauld au Pape, à Mr. de Paris & à la Faculté de Paris.* Sive *Arnaldi Declaratio & ſubmiſſio* (b) circa librum *de frequenti Communione*, ad Papam *Urbanum VIII* ſcripta d. 14 Martii 1644. in 4. Lat. Gall.

8. *Réponſe au Livre de Mr. l'Evêque de Lavaur, intitulé :* Examen & Jugement du Livre de la Freq. Communion : *Reſponſio ad Librum cui tit.* Examen & Judicium Libri *de freq. Communione* (c). Pariſ. 1644. in 4.

9. *Réplique à l'Anatomie du même :* ſive *Replicatio ad ejuſd. Anatomiam.* Ibid. 1646. in 4.

10. *Apologie de Mr. Janſenius Evêque d'Ypres, & de la Doctrine de S. Auguſtin, expliquée dans ſon Livre intitulé* Auguſtinus, *contre trois Sermons de Mr.* Habert *Theologal de Paris, prononcez dans N. Dame le 1er & le dernier Dimanche de l'Avent* 1642. *& le Dimanche de la Septuageſime* 1643. Sive *Apologia pro Janſenio Yprenſi & Auguſtini Doctrinâ*, adverſus *Habertum* &c. Pariſ. 1644. in 4.

11. *Seconde Apologie pour Mr. Janſenius, en 4. Livres, avec un 5e imparfait, contre la Reponſe de* Mr. Habert *à la prémiere Apologie* : ſive *Apologia IIda pro Janſenio* &c. Ibid. 1645 & 1646. 4. Duas iſtas *Apologias* damnavit *Innocentius XI* (d).

12. *S. Auguſtini* Liber *de moribus Eccleſiæ Catholicæ*, Gallicè verſus A. 1644.

13. Ejuſd. liber *de Correctione & Gratiâ* eod. anno, & poſtea *Bruxellis* apud Fricxium 1675. in 12. Prodiit deinceps Latinè *Defenſio Arnaldina, ſive Analytica Synopſis Libri de Correctione & Gratiâ (quæ ab* Arnaldo *Doctore Sorbonico edita eſt A.* 1644.) *ab omnibus reprehenſorum vindicata calumniis* (e) Antverp. vel Pariſ. 1700. in 12. Autore R. P. *Franciſco Geſvres* Benedictino è Congreg. S. Mauri. Hanc *Analyſin* ab *Arnaldo* concinnatam, quam Patres Benedictini Tomo X editionis Operum *S. Auguſtini* inſeruerant, *Franciſcus* verò *Harlæus*, Pariſienſis Archiepiſcopus, demi fecerat, (f) recudi fecit *Joan. Clericus*, ne periret, in *Append. Auguſtin.* Antverp. 1703.

14. Ejuſd. liber *de verâ Religione* A. 1647. iterumque *Bruxellis* 1675. in 12. Varios emendavit *Arnaldus*, ut ipſe in Præfatione teſtatur, antiquarum editionum & aliquot MSS Codicum ope, quos in editione Theologorum Lovanienſium obſervavit errores.

15. Ejuſd. *liber de Fide, Spe & Charitate*, Laurentio Collegii Notariorum & Secretariorum urbis Romæ Præfecto inſcriptus, tanquam Manuale & Compendium Doctrinæ Chriſtianæ. Prodiit A. 1647 vel 1648 atque item *Bruxellis* 1675. & 1680. in 12. Contulit *Arnaldus* ad fidem quatuor MSS Codicum Bibl. Victor. Pariſ. duorumque S. Germani Pratenſis.

16. *Conſiderations ſur l'entrepriſe faite par* Mr. Cornet *en l'Aſſemblée du* 1. *Juillet* 1649. Conſiderationes in propoſitum *Corneti.* Pariſ. 1650. in 4. (g).

17. *Apologie pour les Saints Peres de l'Egliſe Defenſeurs de la Grace de J. C. contre les erreurs qui leur ſont impoſées dans la Traduction du Traité* de la Vocation des Gentils, *attribué à S. Proſper, & dans les Reflexions du Traducteur. Dans le Livre de* Mr. Morel, *Docteur de Sorbonne, intitulé,* les veritables ſentimens de S. Auguſtin & de l'Egliſe : *Et dans les Ecrits de* Mr. le Moyne *Docteur de Sorbonne, & Profeſſeur en Theologie, dictés en* 1647 & 1650. *Apologia SS. Patrum Gratiæ Chriſti defenſorum* &c. Libb. VIII. Pariſ. 1651. in 4. (h) Opus adverſus D. *le Moine, Morellum*, & Interpretem librorum *de Vocatione Gentium*, in quo *Arnaldus* Moliniſtarum doctrinam de Gratiâ funditus evertit (i).

18. *Defenſe de la Cenſure que Mr. l'Archev. de Paris a faite, du Livre du P. Briſacier Jeſuite, pour la juſtification du Monaſtere de Port Royal. Contre une Lettre imprimée & publiée ſous ce Titre :* Lettre d'importance ſur le Livre du Janſeniſme confondu, compoſé par le R. P. Briſacier. *Avec un Extrait des principales injures, impoſtures & calomnies dont ce Livre eſt rempli.* Defenſio Cenſuræ Archiep. Pariſienſis in Epiſtolam *Briſacerii* de ipſius libro cui tit. *Le Janſeniſme confondu* &c. A. 1651.

19. *L'Innocence & la Verité defendue, contre les Calomnies & les Fauſſetez que les Jeſuites ont employées en divers libelles pour déchirer les vivans & les morts, & decrier la Doctrine Sainte de la Penitence & de la Grace ; & que le* P. Briſacier *a recueillies, y en ajoutant beaucoup de nouvelles dans ſon Livre cenſuré par Monſr. l'Archev. de Paris, intitulé* Le Janſeniſme confondu. A. 1651. in 4. Innocentia & Veritas a Calumniis & impoſturis Jeſuitarum, ac ſpeciatim *Briſacerii* vindicatæ (k).

20. *Remontrance aux PP. Jeſuites touchant un Manifeſte qu'ils ont fait courir ſur la Doctrine des Janſeniſtes.* Sive *Monitum Patribus Societatis de libello ab ipſis evulgato ſuper Janſeniſtarum Doctrinâ.* Pariſ. 1651. in ejus partem admiſſus eſt *Magiſter de Sacy.*

21. *Conſiderations ſur la Lettre compoſée par Mr. l'Evêque de Vabres touchant les V. Propoſitions, pour être envoyée au Pape*, ſeu *Conſiderationes in Epiſtolam Epiſcopi Vabrenſis de V. Propoſitionibus.* Ibid. 1650 vel 1651. in 4.

22. *Hiſtoria & Concordia Evangelica* ſtudio Theologi Pariſienſis *Pariſ.* 1653. 1660. in 12. Lovanii 1675. 4. editio 12a. Antverp. 1689. Ead. vid. Biblia Gallica *Bruxellis* 1701. 1702. fol. Gallicè Pariſ. 1669. in 12. Bruxellis 1676. Lugd. 1690. in 8 (l).

23. *Trois Lettres au P. Annat ſur ſon livre intitulé :* Janſenius à Thomiſtis damnatus. Sive *Epiſtola III. ad Annatum, de ſuo Libro* Janſenius &c. ibid. 1653.

24. *Réponſe au P. Annat touchant les V. Propoſitions* ſive *Reſponſio ad P. Annatum de V. Propoſitionibus*, Gallicè & Latinè : ibid. 1654.

Damnavit *Innocentius X* 23. April. 1654. unà cum Reſponſione ad Sermonem *Briſacerii*, de quo inf. ubi de Tomo VIII *Practicæ Moralis*, Cap. XI.

25. *Eclairciſſement ſur quelques nouvelles objections touchant le fait de Janſenius.* Sive *Elucidationes in nonnullas objectiones novas de facto Janſenii.* Ibid.

26. *Memoire ſur le deſſein qu'ont les Jeſuites de faire retomber la Cenſure des V. Propoſitions ſur la Doctrine de S. Aug.* Sive *Commentarii in Jeſuitarum Conſilium de immittendâ V. Propoſitionum Cenſurâ in Doctrinam Auguſtini.* Ibid. Vid. inf. ubi de ficto *Arnaldo* n. XIV. & *Bibl. Janſen.* p. 273.

27. *Réponſe au Libelle intitulé :* Dom Pacifique d'Avranches

(z) *Labbe* ubi ſup. p. 96. (a) Vid. quæ de *Milleterio* habet Autor Epiſtolæ Criticæ in Dictionarium *Bælii*, quæ Gallicè prodiit Lugd. 1732. in 12. (b) Extat in Collectione Bullarum ſæpius in *Alexandro VII* citatâ p. 123. (c) Vid. ſup. p. 35. n. 9. & 10. (d) Vid. *Bibl. Janſen.* p. 16. (e) Vid. *Moral. Pract.* Tom. VIII. p. 134. (f) *Bibl. Janſen.* p. 11.

[g] *ibid.* p. 48. [h] *ibid.* p. 22. [i] Vid. *Quæſt. curioſ.* p. 57. [k] Vid. inf. ubi de Tomo VIII *Moral. Pract.* Cap. XI. [l] *Le Long* Bibl. Sac. p. 449.

d'Avranches : ſive *Reſponſum Libello cui titulus* : Dominus Pacificus Abrincenſis : *ibid.* 1654.

28. *Lettre d'un Docteur de Sorbonne à une perſonne de condition, ſur ce qui eſt arrivé depuis peu dans une Paroiſſe de Paris à un Seigneur de la Cour.* Sive *Doctoris Sorbonici Epiſtola ad nobilem quemdam de eo quod aulico cuidam evenit in Pariſienſi quadam Parochia.* Ibid. 1655.

29. *Epiſtola II. ad Ducem & Parem Franciæ, Reſponſum exhibens nonnullis ſcriptis adversùs prodictam Epiſtolam evulgatis* : ibid.

His Epiſtolis occaſionem dedit Dux *de Liancourt* qui A. 1655 cuidam Parocho S. Sulpitii ad confeſſionem ſuam ſuſcipiendam ſe obtulit. Iſte abſolutionem negavit, propter intimum Ducis cum Portu Regio commercium, hoſpitioque exceptum ab eo Abbatem *de Bourzeys*, ſcriptis adverſus Calviniſtas notiſſimum, quem Janſeniſtam hæreticumque appellabat Parochus. Quæ res cùm in Galliâ magnos excitaſſet rumores, rogatus fuit *Arnaldus* ut Epiſtolam evulgaret in quâ & Ducem defenderet, & Parochum hac in re iniquum ac temerarium ſe præbuiſſe, ſpectatæ integritatis viro abſolutionem negando, ac documenta libri *de frequenti Communione* abuſum fuiſſe, oſtenderet.

Plurima adverſus hanc Epiſtolam ſcripta prodiêre, quorum novem refutavit *Arnaldus* in ſecundâ Epiſtolâ d. 10 Jul. 1655 ſcriptâ (*m*). Atque hinc nata eſt Cenſura Facult. Theologicæ Pariſ. A. 1656 ult. Januarii edita, qua è Sorbonâ expulſus eſt *Arnaldus* (*n*).

Harum Epiſtolarum occaſione acriter in *Arnaldum* invehitur Autor *Præjudiciorum legitimorum adverſus Janſeniſmum*. Vid. inf.

30. *Queſtion de fait & de droit* ſive *Quæſtio facti & Juris.* Ibid.

31. *Dix Mémoires ſur la Cauſe des Evêques qui ont diſtingué le Fait du Droit.* Pariſ. 1666. Quo in libro *La Lanium* ſocium habuit *Arnaldus* (*o*).

32. *Deux Lettres : l'une adreſſée au Pape Alexandre VII. & l'autre à la Faculté de Théologie de Paris* : Sive *Epiſtola II. altera ad Alexandrum VII. Pontificem : altero ad Facultatem Theologiæ Pariſienſem*: Latinè & Gallicè.

33 *Conſiderations ſur ce qui s'eſt paſſé en l'aſſemblée de la faculté de Theologie de Paris, tenue en Sorbonne le 4 Novemb. 1655. ſur le ſujet de la ſeconde Lettre de Mr. Arnaud* Sive *Conſiderationes in id quod geſtum eſt in Congregatione facultatis Theolog. Pariſ. habitâ die 4. Novemb. 1655. circà IIdam Arnaldi Epiſtolam.* (p) ibid.

34 *Lettre à Mr. Meſſiee Curé de S. Landry, Doyen de la Faculté de Theologie.* Epiſtola ad Decanum Facultatis Theologicæ : *ibid.* 1656 (*q*).

35. *Epiſtola tres Apologetica* Arnaldi *ad quendam Epiſcopum* : ibid. 1656.

36. *Lettre à un de ſes Amis.* Sive *Epiſtola ad Amicum* : ibid.

37. *Defenſe de la Propoſition de Mr. Arnaud touchant le Droit contre la Ie Lettre de Me.* Chamillard *Docteur de Sorbonne.* Sive *Defenſio Propoſitionis Arnaldi de Jure adverſùs Iam* Chamillardi *Epiſtolam.* Ibid. Autor hujus *Defenſionis* eſt *Nicolius* (*r*).

38. *Refutation de la II. Lettre de M. Chamillard.* Sive *Confutatio II. Epiſtolæ Chamillardi.* Ibid.

39. *Réponſe d'un Docteur en Theologie à Mr. Chamillard.* Sive *Reſponſio Doctoris Theolog. ad Chamillard.* ibid. 1656 (*s*).

40. *Eclairciſſement de cette queſtion : ſi un Docteur ou un Chancelier peuvent ſouſcrire une Cenſure.* Sive *ſolutio quæſtionis : utrùm Doctor aut Cancellarius Cenſuræ poſſint ſubſcribere* : ibid.

41. *Latina Epiſtola ad Henricum Holden Doctorem Sorbonicum.* ibid.

42. *Epiſtola & Libellus Apologeticus, ad facultatem Theologiæ Pariſ. congregatam* 7 *Decemb.* 1655. ibid.

43. *IIda Epiſtola & Libellus* (ut ſuprà) 17 Jan. 1656. ſeu Actum proteſtationis adverſus Cenſuram Facultatis. Extat in *Quæſt. Curioſâ* p. 71.

44. *Diſſertatio Theologica de hac Auguſtini Propoſitione* : gratia, ſine qua nihil poſſumus, Petro defuit. Ibid. 1656.

45. *Expoſitio clara veræ doctrinæ D. Thomæ de gratia ſufficiente & efficaci.* Ibid 1656.

46. *Premier & ſecond avis des Curez de Paris, aux Curez des Provinces, & extrait des Propoſitions des Caſuiſtes, & autres Requeſtes, Lettres, Pieces, & Cenſures, contre la Morale des Caſuiſtes, & l'Apologie pour les Caſuiſtes.* Sive *I. & II. Monitum Rectorum Pariſienſium ad Rectores Provinciarum : & excerpta ex Caſuiſtarum Propoſitionibus : unà cum aliis libellis ſupplicibus, Epiſtolis, inſtrumentis & Cenſuris adverſùs Ethicam Caſuiſtorum, & Apologiam pro ipſis factam* : quibus omnibus manum admovit *Arnaldus* ſimul cum Cl. viris *Nicolio* & *Paſchalio.*

47. *Les VI. Ie. & Xe. Ecrits des Curez de Paris.* Sive *VIII. & X. ſcripta Rectorum Pariſienſium* : quæ *Arnaldi* ſunt & *Nicolii.*

48. I. *Defenſe de l'Ordonnance de Meſſieurs les Vicaires Generaux du Cardinal de Retz pour la ſignature du Formulaire.* Sive *Defenſio Decreti Vicariorum Generalium Cardinalis Radeſienſis pro Formula ſignaturó.* Pariſ. 1660. cum Domino *de la Lane.*

48. II *Grammaire generale & raiſonnée.* Sive Grammatica univerſalis & ratiocinationibus digeſta. *Pariſ.* 1660.

49. *Obſervations ſur la Cenſure de la Traduction du Miſſel de Mr. Voiſin.* Sive *Obſervationes ad Cenſuram Tranſlationis Miſſalis Domini* Voiſin. an. 1661.

50. *Memoires touchant les moiens d'appaiſer les diſputes preſentes.* Sive *Commentarii de modis componendorum controverſiarum præſentium* 1661. cum Domino *Nicole.*

51. *Difficultez propoſées à l'Aſſemblée generale du Clergé de l'année* 1661. *ſur les deliberations touchant le formulaire.* Sive *Difficultates propoſita Univerſo Cleri Congregationi de Formulâ coacta an.* 1661. cum *Nicolio.* 1661.

52. *Autres difficultez propoſées aux Docteurs en Theologie de la faculté de Paris ſur la reception du formulaire* : ſive *alia difficultates propoſita Doctoribus Theologicis Facul. Pariſ. de recipiendô formulâ.* Ibid.

53. *Avis aux Evêques de France ſur la ſurpriſe qu'on prétend faire au Pape pour lui faire donner atteinte aux Mandement de Meſſieurs les Vicaires Generaux & de Mr. le Cardinal de Retz* : ſive *Monitum ad Epiſcopos Franciæ, de Circumventione quâ ſummum Pontificem nonnulli conantur adducere ad perſtringenda Vicariorum generalium, & Cardinalis Radeſienſis mandata.* an. 1661.

54. *De l'Hereſie & du Schiſme que cauſeroit en France la ſignature du formulaire.* Sive *de Hæreſi & ſchiſmate quæ in Gallia orirentur ex formulæ ſignaturâ.*

55. Factum *pour ceux qui ont imprimé les deux Ecrits de Nullité contre le dernier Mandement de M. de Paris* : Sive *factum pro iis qui duo nullitatis ſcripta, adverſùs ultimum Archiep. Pariſ. Mandatum, excuderunt.* 1662.

56. *Cas propoſé par un Docteur à Me. l'Evêque d'Aleth ſur la ſignature du formulaire, avec des reflexions d'un Docteur ſur la vie de cet Evêque & un Eclairciſſement ſur le differend de Jean d'Antioche & de S. Cyrille.* Sive *Caſus Epiſcopo Alectenſi à Doctore propoſitus de formulâ ſignaturâ &c.* 1661.

57. *Lettre d'un Eccleſiaſtique à un Evêque, touchant la ſignature du formulaire de l'Aſſemblée du Clergé du 15. Janvier.* Sive *Epiſtola Eccleſiaſtici ad Epiſcopum de ſignandâ formulâ &c.*

[m] *Bibl. Janſen* p. 222. [n] Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 57. &c. Plura *Clericus* in Bibl. Univ. *Tom. XIV. p.* 327. & ſeqq. Extat Decretum Facultatis in Collectione Bullarum ſæpiùs in *Alexandro VII* citatâ. *p* 109 [o] *Bibl. Janſen.* p 100 [p] *Vid.* Maſii *Hiſt. quinque Propoſitionum Janſenii* Lib. II de quâ nos ſuo loco. [q] Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 78 [r] Vid. *Bibl. Janſen.* p. 69. [s] Vid. *Bibl. Janſen.* p. 360.

58. *Lettre d'un Eccleſiaſtique à un de ſes amis ſur le Jugement qu'on doit faire de ceux qui ne croient pas que les cinq Propoſitions ſoient dans le livre de Janſenius, du 28. Août 1657.* Seu *Epiſtola Eccleſiaſticé ad amicum, de Judicio ferendo circà eos qui V. Propoſitiones in Libro Janſenii eſſe non credunt.* &c. cui manum etiam admovêre *Nicolius* & *le Maiere*.

59. *Les pernicieuſes Conſequences de la nouvelle Heréſie des Jeſuites contre le Roy & contre l'Etat, par un Advocat en Parlement* : ſive *Pernicioſa Conſequentia nova Jeſuitarum hæreſeos adverſus Regem & regnum.* An ſit *Arnaldi* liber iſte affirmare non auſim, cùm Advocati in ſupremo Senatu nomen præ ſe ferat. Scriptus eſt Pariſiis d. 1 Febr. 1662. & poſt biennium editus in 4. Subjunctâ Refutatione cavillationum quibus Conſtantienſis & Baſileenſis Concilii autoritatem eludere conantur aliquot Theologi. Monet autem Editor hoc in libro uſum fuiſſe Commentariis de Infallibilitate, quos anteà ſcripſerat, qui cùm in manus exteras incidiſſent, multa de ſuo addidit Anonymus ille, ac deformes reddidit, edidítque ſob tit. *Defenſe des Libertez de l'Egliſe Gallicane*, &c. ſive *Defenſio Libertatum Eccleſia Gallicana* adverſus Theſes Jeſuitarum Pariſiis in Collegio Claromontano propugnatas d. 12 Dec. 1661. omnibus Galliæ Parlamentis inſcripta.

60. *Illuſion des Jeſuites dans l'explication de ces Theſes*, ſeu *Jeſuitarum illuſiones in explicandis dictis Theſibus.* Ibid.

61. *Factum des Curez de Paris contre la Theſe des Jeſuites.* Sive *Factum Rectorum Pariſienſium adverſus Jeſuitarum Theſim.* ibid.

62. *Deux Ecrits ſur ſon different avec M. Paſchal touchant le ſens de ces mots de la Conſtitution d'Alexandre VII.* Sens de Janſenius : *imprimez dans le quatrieme Tome de la Tradition de l'Egliſe du P. Queſnel.* Sive *Scripta duo de Arnaldi Controverſiâ cum Paſchalio, de ſenſu horum verborum Conſtitutionis Alexandri VII.* Janſenii ſenſus &c.

63. *Lettre à un de ſes amis ſur ce qu'on lui attribue d'avoir eû part à l'accommodement qui a été fait au ſujet des V. Propoſitions.* Sive *Epiſtola ad amicum, de eo quod veniſſe ſupponitur in partem Compoſitionis facta circà V. Propoſitiones* 1663.

64. *Réponſe à un Ecrit de Mr. de Barcos dans lequel celui-ci pretendoit que l'on pouvoit en conſcience recevoir & ſouſcrire purement & ſimplement les Conſtitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. encore que l'on croye que Janſenius y ait été injuſtement condamné.* Sive *Reſponſum ſcripto Domini* de Barcos &c. MS.

65. *Deſſeins des Jeſuites répréſentez à Meſſeigneurs les Prelats de l'Aſſemblée du 9. Octob. 1663.* Sive *Jeſuitarum Conſilia Epiſcopis congregatis 9. Octob. 1663.* exhibita.

66. *Les juſtes plaintes des Theologiens contre la deliberation de l'aſſemblée de l'an 1663. & la defenſe des Evêques Improbateurs du formulaire* : ſive *Juſta Theologorum querela adverſùs decretum Congregationis an. 1663. & defenſio Epiſcoporum cui formula non probatur 1663.* cum *D. Nicolio*.

67. *Quatriéme partie du Traité de la Foy humaine, & les Chapitres qui regardent l'affaire de S. Cyrille & de Theodoret.* Sive *quarta pars Tractatûs de fide humanâ, & Capitula qua ad negotium Cyrilli & Theodoreti pertinent.*

68. *Art de penſer* : ſive *Ars cogitandi*. Logica *Pariſ.* 1664 in 12. ac ſæpius edita, quæ vulgò *Logique de Port-Royal* nuncupatur, Auctorem alii ſpeciatim deſignant Dn. *du Trigny* (r).

69. *Refutatio Relationis P. Ferrerii de actis ab integro anno in causâ Janſeniſmi* (s) 1664. Part. II. cum Abbate *de Lalane*.

[r] Vid. *Placc.* in Anon. n. 2422.
[s] *Bibl. Janſen.* p. 160.

70. *Eclairciſſement ſur le different de Jean d'Antioche & de S. Cyrille.* Sive *Expoſitio circa litem Joannis Antiocheni & Cyrilli.*

71. *Illuſions Theologiques.* Sive *Illuſiones Theologica.* 1665.

72. *Faux ſoupçons d'erreur ſur le refus de la Signature ſimple du formulaire, contre le P. Annat.*. Sive *falſa ſuſpiciones erroris adverſùs eos qui formula ſubſcribere ſimpliciter renuunt, contra Annatum.* 1665.

73. *Réponſe à la Demonſtration prétendue du fait conteſté de Janſenius reduite en placard.* Sive *Reſponſum Demonſtrationi præſumpta facti Controverſi Janſenii, in compitis proſtans.* 1666.

74. *Remarques ſur la Bulle du Pape* (t) *contre les Cenſures de la faculté contre Amadée Guimenius* (u) *& Vernant* : Sive *Annotationes in Diploma S. Pontificis contrà Cenſuras Facultatis adverſus Amadeum Guimenium, & Vernantium latas.* Extat in Collectione Monaſterienſi 1666.

75. *Quatriéme partie de l'Apologie pour les Religieuſes de Port-Royal, & le ſecond Chapitre de la premiere* (x) ſive *Apologia pro Monialibus Portûs-Regii Pars IV. & prima Caput II.* 1665. (y).

Sex libri ſequentes Pariſ. 1664 & 1665. editi Autorem habent *Arnaldum* & *Nicolium* (z).

76. *Factum pour les Religieuſes de Port-Royal contre la Dame de* Creve cœur : *ſive* Factum pro ſanctimonialibus Portûs-Regii, adverſùs Dominam *de Creve-cœur.*

77. *Examen de la conduite des Religieuſes de Port-Royal, touchant la ſignature du Fait de Janſenius, ſelon les regles de l'Egliſe & de la Morale Chretienne.*

78. *Jugement equitable ſur les conteſtations preſentes, pour eviter les jugemens téméraires & criminels, tiré de S. Auguſtin* (a).

79. *Lettre d'un Theologien ſur le Livre de Mr. Chamillard.*

80. *Memoires pour les Religieuſes de Port-Royal.*

81. *Reflexions ſur une Declaration de Mr. de Paris aux Religieuſes de Port Royal.*

82. *Notio Libertatis.* In hunc librum edidit *Gerberonius* ſub nomine *Huberti* S. Theol. Licentiati *Notationes breviſſimas in notionem humana libertatis*, ab *Ant. Arnaldo*, Doctore Sorbonico, delineatam (b).

83. *Queſtion à examiner : ſi Mr. l'Archevêque a droit de refuſer les Sacremens à l'article de la mort, & la ſepulture Eccleſiaſtique à ceux qui refuſent de ſigner le Fait.* 1666. Quæſtio examinanda an poſſit Archiepiſcopus Sacramenta in articulo mortis, ac ſepulturam Eccleſiaſticam denegare iis qui Facto ſubſcribere recuſant.

84. *Abus & nullitez de l'Ordonnance ſubreptice de Mgr. l'Archevêque de Paris, contre le N. Teſtament de Mons.* Sive *Abuſus & nullitates Decreti ſubreptitii Archiepiſcopi Pariſienſis adverſùs N. Teſtamentum Montenſe.* Pariſ. 1667 (c).

85. *Elemens de Geometrie.* Pariſ. primò 1667. in 4. ac denuò A. 1683 cum novo Tractatu de Proportionibus (d).

86. *Defenſe du Nouveau Teſtament de Mons, contre les Sermons du P. Maimbourg prêchez en 1667.* Sive *Defenſio N. Teſtamenti Montenſis adverſùs Sermones à P.* Maimburgio *habitos an.* 1667. Partib. VII. Pariſ. 1668. in 4. 2. vol. & Colon. 1669. 8 (e) ac ſæpiùs excuſa (f).

87. *Réponſe aux remarques du P. Annat ſur la publication du N. Teſtament de Mons: ſive Reſponſio Annotationibus* Annati *de publicatione N. Teſtamenti Montenſis.*

[t] Vid. ſup. in *Alexandro VII.* p. 280 2. [u] Sub eo nomine latet P. *Moya* Soc. Jeſu. [x] Reliqua ſunt *Nicolii.* Vid. *Bibl. Janſen.* p. 19. [y] Vid. *Moral. Prat.* Tom. VIII. p. 158. [z] Vid. *Bibl. Janſen.* p. 170. [a] Vid. ſub tit. *Nicolius*, ubi de *Epiſt. Viſion.* n. IV. [b] Vid. *Bibl. Janſen.* p. 289. [c] Vid. *Bibl. Janſen.* p. 3. [d] *Placc.* in Anon n. 2434. [e] *Bibl. Janſen.* p. 29. [f] *Le Long Bibl. Sac.* p. 615.

tenſis. 1668.

88. *Memoire ſur le Bref contre la Traduction du N. Teſtament de Mons.* Sive *Commentarius in Diploma adverſus Tranſlationem N. Teſtamenti Montenſis editum* 1668.

89. *Seconde Partie du livre des Dots des Religieuſes.* ſive *de Dotibus Sanctimonialium* Pars II. 1668.

90. *Requête preſentée au Roi par les Eccleſiaſtiques de Port Royal pour repondre à celle de Mgr. l'Archev. d'Ambrun.* Libellus Supplex Eccleſiaſticorum Portûs Regii ad Regem, reſpondens ei qui ab Archiepiſcopo Ebrodunenſi oblatus eſt. A. 1668. Prodiit Gratianopoli (ſi titulo fides) eod. anno in 12. liber cui tit. *Recueil de diverſes pieces ſur les queſtions du temps.* In eo reperitur I. *Boburſii* Epiſtola (*f*) hoc tit. *Lettre à un Seigneur de la Cour ſur la Requête des Eccleſiaſtiques de Port Royal.* Subjicitur II. *Réponſe d'un Theologien domeſtique d'un grand Prelat à Mgr. l'Evêque d'Alet ſur la Lettre Circulaire ſignée des quatres Evêques.* Subſcripta eſt hæc Reſponſio à *Franciſco Romano*: Ejuſdem ſequuntur III. ſecunda & tertia Epiſtola ad amicum Alectenſem de eodem argumento. Poſterior ſcripta eſt d. 1 Sept. 1668.

91. *Traité contre l'Ancienne Nouveauté* (g) *de Ste Croix de Charpy.* Tractatus adverſus antiquam novitatem S. Crucis Charpyenſis.

92. *La Perpetuité de la Foi de l'Egliſe Catholique touchant l'Euchariſtie, avec la Réfutation de l'Eſcrit d'un Miniſtre contre ce Traité, diviſée en trois parties.* Liber primâ vice impreſſus Pariſ. apud Car. Savreux 1664. in 12. Quarta editio A. 1666. Aliud autem eſt opus tribus Tomis conſtans ſub tit. *La Perpetuité ..... défendue contre le Livre du Sr. Claude, Miniſtre de Charenton*, ibid. vel Amſtelod. impreſſum ineunte A. 1669. in 12. juxta exemplar Senonenſe apud *Lud. Pruſſurot*, præmiſſis quampluribus & Epiſcoporum & Doctorum Approbationibus, cum *Arnaldi* Epiſtolâ nuncupatoriâ ad Papam *Clementem IX* qui eod. anno exeunte fato ceſſit. Totum opus in XII Libros dividitur. (*h*) Poſtea in majorem excreſcit molem. Prodiit Delphis apud van Rhyn 1704. in 4. IV Tomis (i). Editio prioribus anteponenda, non modò propter accuratam quam Typographus impendit operam, ſed & inprimis quia in unum collegit varia antehac ſeorſim edita. *Tomo I* continetur utrumque opus ſupra memoratum. *Tomo II* exhibentur Argumenta Doctrinæ Eccleſiæ ex Scripturâ & Patribus VI priorum Seculorum deprompta &c. hoc tit. *Les Preuves de la Doctrine de l'Egliſe, tirées de l'Ecriture, & des Péres des VI premiers Siecles*, (k) & *la Réfutation des Défaites par leſquelles les Miniſtres ſe ſont efforcez de les éluder, & principalement de leurs fauſſes comparaiſons d'expreſſions, & des deux clefs célébres de figure & de vertu.* Tomo III Reſponſio ad loca difficilia Patrum à Miniſtris objecta &c. hoc tit. *Réponſe aux paſſages difficiles des Péres, objectez par les Miniſtres, & la Confirmation de l'union des Egliſes Orientales avec l'Egliſe Romaine ſur la préſence réelle, la Tranſubſtantiation, & autres points, par les Atteſtations authentiques de tous les Patriarches, & de la plûpart des Evêques de ces Egliſes, & par un grand nombre d'autres preuves.* Tomo IV hæc continentur. I. *Réponſe générale au nouveau Livre de* Mr. Claude (*l*). II. *La Créance de l'Egliſe Grecque touchant la Tranſubſtantiation, défendue contre la Réponſe du Miniſtre* Claude *au Livre de* Mr. Arnauld: *Pars I.* III. *La Réfutation de la Réponſe d'un Miniſtre* (m) *de Charenton, à la Diſſertation qui eſt à la fin du Livre de* Mr. Arnauld, *ſur le ſujet des Emplois, du Martyre, & des Ecrits de* Jean Scot *ou* Erigene. IV. *La Créance de l'Egliſe Grecque* &c. *Pars II.* V. *Tradition de l'Egliſe touchant l'Euchariſtie, recueillie des SS. Péres & autres Auteurs Eccleſiaſtiques*, précédée de la *Table* (n) *Hiſtorique & Chronologique des SS. Péres & des Auteurs Eccleſ. dont on a tiré les paſſages contenus dans ce Volume.*

Poſteriorem editionem alicubi memoratam vidi Pariſ. Coignard 1711-1713. in 4. V Tomis.

Id autem non eſt ſilentio prætereundum, quod refert *Perraltius* in libro inf. cit. (*o*), Acta authentica, quibus Orientales Eccleſiæ ſuum in doctrinâ Pontificiorum de Euchariſtiâ conſenſum teſtatæ ſunt, quæque ab iiſdem *Arnaldus*, ut librum ſuum *de Perpetuitate Fidei* defendere poſſet, impetraverat, aſſervari Pariſiis in Bibl. Regia & apud Benedictinos S. Germani Pratenſis. Hæc autem Græcorum teſtimonia, ſaltem plurima pretio emendicata fuiſſe dicunt (*p*).

De iſto *Arnaldi* libro ſingularia quædam leguntur in libro inf. cit. (q) *p.* 313. ſeq. & inter alia, *Turennium* notiſſimum heroem, ejus libri, antequam ederetur, perlectione ad mutanda ſacra amplectendumque Romanæ Eccleſiæ obſequium permotum fuiſſe (*r*).

Cæterum in iſto opere, ſicut & in pluribus aliis, ſocium habuit *Arnaldus* virum ſibi conjunctiſſimum *Nicolium* (s). Hos autem refellit inter alios *Jac. Baſnagius* Hiſt. Eccleſiæ *Tom. II.* A. 1699 edito.

Anonymus quidam ea quæ ex Libris *de Perpetuitate Fidei* in Apologiam Catholicorum (de quâ inf. n. 104) tranſtulit *Arnaldus*, ſimul collegit in libro cui tit. *La Foi de l'Egliſe Catholique touchant l'Euchariſtie, prouvée d'une maniére invincible par l'argument propoſé aux Prétendus Reformez dans les Livres de la Perpetuité de la Foy.* Brux. apud Fricxium vel Pariſ. 1684. in 12. Non aliud ferè eſt quàm excerptum ex Parte ſecundâ *Apologiæ pro Catholicis.* Adduntur quædam aliæ conſiderationes ex Libris controverſiæ à Portu Regio productis. (*t*).

93. *Inſtructions du Rituel du diocéſe d'Aleth*: ſive *Inſtitutiones Ritualis Alectenſis.* Pariſ. Savreux 1670. edit. 2ª

94. *Factum pour Mr. d'Aleth*, ſive Factum pro Alectenſi Epiſcopo, *Nic. Pavillonio* (*u*) de quo ſuo loco.

95. *Le Renverſement de la Morale de J. C. par la doctrine des Calviniſtes touchant la Juſtification.* Everſio doctrinæ Moralis Jeſu Chriſti per dogmata Calvinianorum de Juſtificatione. Prodiit A. 1672. in 4. In hoc libro id curæ habuit *Arnaldus*, ut comparatis ad ſacras Litteras Calvinianæ fidei partibus, oſtenderet *peſtilentiſſima* quæque à Reformatis doceri, quibus regulæ vitam Chriſtianorum formantes penitùs pervertantur. Duo autem ſunt ſumma capita probationum; *alterum* ea complectitur, quæ Calviniani de perſeverantiâ fidelium tradunt, *alterum* continet ipſorum ſententiam de certitudine, quâ omnes, qui verè ſancti ſunt, de ſuâ ſalute ſecuros eſſe jubent. Huc refertur doctrina de virtute & efficaciâ Sacramentorum (quatenus à Baptiſmo parvulorum argumentum

[f] Vid. inf. ubi de Tomo VIII *Moral. Pract.* [g] Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 91. [*h*] De iſto, deque aliis *Arnaldi* & *Nicolii* adverſus Calviniſtas ſcriptis plura docebit *Ellias Du Pin* Tom. XVIII. p. 110-131. in 4. [*i*] Vid. *Nov. Reip. Litter.* Jul. 1704. [*k*] Adverſus librum hunc ſcripſit *Natalis Albertus de Versé* Trophæa Portûs Regii everſa &c. Gallicè, uti dicemus ſub tit. AUBERT [*l*] Prodiit *Pariſ.* 1671. in 12. *Placc.* in Anon. *n.* 2147. Hanc *Nicolio* tribuunt aliqui. (*m*) Is eſt *Allixius* de quo ſuo loco, ſed de libro iſto nihil dictum eſt.

(*n*) Impreſſa eſt A. 1659. cum Præfatione ad Officium SS. Sacramenti, quæ origo fuit *Perpetuitatis Fidei*, quam *Nicolio* tribuunt plures. (*o*) *Les Hommes Illuſtres qui ont paru en France dans le XVII Siecle*, ubi de *Arnaldo* p. 39-44. edit. Hagæ-Com. 1698. in 8. (*p*) Vid. Clerici *Bibl. Univ.* A. 1688. Tom. XI. p. 445. (*q*) *Relation de ce qui s'eſt paſſé dans l'affaire de la paix de l'Egliſe ſous le Pape Clement IX* &c. A. 1706. in 12 Vid. *Acta Erud.* A. 1707. p. 244-248. (*r*) Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 97. (*s*) Hac de re vid. *Placc.* in Anon. *n.* 2173 & *ſeqq.* Video tamen opus integrum ſoli *Nicolio* tribui ab erudito *Simone* in Crit. D. *Du Pin* Tom II. lib. 6. c. 5. nec ipſum movet Epiſtola Dedicatoria, ſub *Arnaldi* nomine ad *Clementem IX* Tomo I præfixa, dicens *Nicolium* id non occultè tuliſſe. Addit opus licèt optimum, multo tamen præſtantius fuiſſe niſi nimiâ prolixitate laboraret, nimiſque præfeſtinatum fuiſſet ac primum in primis Volumen. (t) *Nov. Rep. Litter.* Dec. 1684. p. 133. (*u*) Vid. *Bibl. Janſen.* p. 364. 365.

gumentum ducitur adverſus perſeverantiam in fide) & nonnullæ aliæ unde tanta ſcribendi materia *Arnaldo* ſubnata fuit, ut volumen ſat amplum compluribus partibus conſtans multis verbis conſcripſerit. (*x*) Huic ſeſe primus oppoſuit Dn. *Brugnierius* V.D. Miniſter Nemauſenſis, poſtea *Juriæus*, & *Merlatius* Miniſter Santonenſis (*y*), ne dicam de ineditis Reſponſionibus Dni *Heſperien* Miniſtri Vaſconienſis, & Dni *Vigier* Engoliſmenſis Advocati, qui Abbati *Godomi* diſcurſum inſcripſit ſuper Defenſionem *perpetuitatis Fidei*.

Adverſus *Brugnierium* edidit *Arnaldus* librum hoc tit.

96. *L'Impieté de la Morale des Calviniſtes, pleinement decouverte par le livre du Miniſtre Bruguier*, A. 1675. Conf. quæ de illo dicemus.

Arnaldum adverſus *Merlatium* defendit *Feronius* Doctor Sorbonicus, Santonenſis Archidiaconus. Eod. anno 1675 *Apologiam pro Morali Reformatorum* evulgavit *Juriæus*, cui nihil repoſuit *Arnaldus*. Verùm hac lite pendente librum edidit ineunte A. 1682. alius Doctor Sorbonicus *Michael Faber*, vulgò *Le Fevre* Oratorii Presbyter, cui tit. *Motifs invincibles* &c. in quo contendit, *Arnaldum* varios errores tribuere Calviniſtis, (*z*) quos iſti nequaquam admittunt. Et hæc fuit occaſio libri ſequentis:

97. *Calviniſta iterum convicti dogmatum impiorum circa Ethicam: ſeu reſponſio Dnis Le Fevre & Jurieu.* Prodiit ſub finem anni 1682. Gall. Huic & *Faber* & *Juriæus* reſponderunt (*a*), ut ſuo loco dicemus.

98. *Præconcepta opiniones* (Prejugez) *adverſus librum cui titulus*: Examen quorundam locorum Verſionis Gallicæ N. T. Montenſis 1676. in 12 (*b*).

99. *Requête & Lettre au Roi ſur ſa retraite.* Sive *Libellus Supplex & Epiſtola ad Regem de ſuo* (Arnaldi) *diſceſſu*: ibid. 1679.

100. *Lettre à Mr. l'Archevêque de Paris & à Mr. Le Tellier ſur le même ſujet &c.* Vid. ſup. p. 583. b. cit. (e)

101. *Nouvelle Defenſe de la Traduction du N. T. de Mons; contre le Livre* de Mr. Mallet:.... *où les Paſſages qu'il allegue ſont juſtifiez, ſes calomnies confondues, & ſes erreurs contre la foy refutées*: ſive *Nova defenſio Novi Teſtamenti Montenſis* adverſùs *Malletum* Diœceſeos Rothomagenſis Vicarium, duobus Tomis (*c*) *Colonia* 1680. 1681. *ibid* 1684 in 12 (*d*) Præfatio ſcripta eſt 10 Aug. 1679. *Obſervationes* in hanc *Defenſionem*, numero XXV, ab aliis *Franciſco Harlæo* Pariſienſi Archiepiſcopo, ab aliis Jeſuitæ *Tellerio* adſcriptæ, (*e*) in publicum prodière *Rothom.* 1684 vel 1685. in 8. Eas verò non hoc fine prognatas videri vult Autor, quaſi *Malletum* vindicare velit, quippe qui editis quibuſdam novæ reſponſionis ſpeciminibus ſatis jam oſtenderit, quantus ſui ipſe per omnia vindex futurus fuiſſet, ſi per fata vitam illi protogare licuiſſet; ſed eo conſilio *Obſervationes* ſe compoſuiſſe Gallus contendit, ut quàm juſtè Pontifices, Epiſcopi, & Rex in damnandâ Verſione Montenſi, eâque contra Eccleſiæ canones excuſâ egerint, eluceſceret: verùm quicquid ſit de Autoris ſcopo, monent Eruditi Lipſienſes maximam libri partem io defendendo *Malleto*, caſtigandoque *Arnaldo*, ejuſque in laudandâ Verſionis Montenſis fide pervicaciâ, conſumi (*f*).

102. *De la lecture de l'Ecriture Sainte, contre les Paradoxes extravagans & impies de Mr Mallet*: ſive *De lecturâ Scripturæ Sacræ adverſus ſtulta & impia Malleti* modò memorati *Paradoxa.* Colon. vel Antverp. 1680. 1682. 1684. in 12 (*g*) alii 1686. Eod. anno 1686 Dominicanus quidam *Mart. Harney*, cujus cum laude meminerat *Arnaldus* P. II *Apologia pro Catholicis* p. 507. (de quâ inf. n. 104.) adverſus ipſum ſcripſit librum *de Sacrâ Scripturâ linguis vulgaribus legendâ*, in quo *Arnaldum* malæ fidei io pluribus convincere allaborat (*h*).

103. Annotationes in Epiſt. *Jac. Sponii* Medici Lugdunenſis celeberrimi de antiquitate Religionis Reformatæ, ſcriptam ad P. *de la Chaiſe* LUDOVICO XIV Galliæ Regi à Confeſſionibus. Hæc Epiſtola (quam intra biduum ſcripſiſſe teſtatur ipſe *Sponius*) Lugduni, Montalbani, Regulæ (*à la Reole*) & alibi ſæpius recuſa eſt. *Arnaldi* in eam Annotationes d. 19 Nov. 1680 ſubſcriptæ hoc tit. prodierunt. *Remarques ſur une Lettre de* Mr. Spon, *de la Religion pretendue Reformée, Medecin à Lyon: contenant les raiſons qui font prendre à ces Meſſieurs la Religion Catholique pour nouvelle, & la leur pour ancienne, & qui leur font croire, qu'en y demeurant ils mettent leur ſalut en aſſurance.* Antverp. apud Petr. le Fevre 1681 & Lugd. apud Rey & Haignard eod. anno in 12. cum Approbationibus. *Arnaldum* confutavit Autor Epiſtolæ quæ extat in libello hujus tit.: *Lettres à Monſieur N** l'une ſur un Livre qui a pour titre* Conſiderations ſur les affaires de l'Egliſe &c. *& l'autre touchant les* Remarques *d'un Anonyme* ſur la Lettre de Mr. Spon *au R. P. de la Chaiſe Jeſuite.* Colon. 1683. in 12. Medico autem reſpondit Jeſuita, ut patet ex libro ſequenti: *Sentimens Chrétiens touchant quelques Queſtions de Controverſe entre les Catholiques & Proteſtans, ou Lettre d'un homme deſintereſſé, écrite au ſujet de la Réponſe qu'on vient ici faite de la part de* Mr. de la Chaiſe *à la Lettre que* Mr. Spon *lui a écrite, & qui a ci-devant été donnée au Public.* Colon. 1686. in 12. Utramque Religionem vituperat Autor, utrumque & Medicum & Jeſuitam ridet (*i*). Atqui *Sponio* reſponderunt præter *Arnaldum* alii plures, nimirum *Coterellius*, [illegible] Miniſter, cujus Reſponſio Burdegalæ impreſſa [illegible] & pugnam inter ipſum Autorem & Typographum excitavit *Sponium* Chriſtiano-Judæum & Judæo-Chriſtianum appellat. Tertia Reſponſio ſub tit. *Defenſe de la Foy de l'Egliſe* &c. Presbytero cuidam Pariſienſi, nomine *Bruzeau*, debetur. Quarta eſt magni Vicarii Rupellenſis. Quinta cujuſdam pararii Lugdunenſis (vulgò *Courtier de Change*) qui cum [illegible] imprimendi licentiam impetrare non potuiſſet, [illegible] apud Delphinates edidit fœtum. Sexta inedita Epiſcopi Tornacenſis, ſeptima item MSta ſed [illegible] momenti. Quod ad Reflexiones in Reſponſionem *Arnaldi*, eas Dno *Meniot* illuſtri Medico Pariſienſi falſò tribui notat *Balius* inf. cit. (*k*).

104. *Apologie pour les Catholiques, contre les fauſſetez & les calomnies d'un Livre intitulé*: La Politique du Clergé de France *&c.* Partie I: *ſur ce qui regarde la fidelité que les ſujets doivent à leur Prince. où l'on trouvera une ample juſtification des Catholiques à l'egard de la pretendue Conſpiration d'Angleterre,* [illegible] *les Procez même de ceux qu'on a fait mourir* [illegible] *ſujet.* Apologia pro Catholicis adverſùs *Juriæi* [illegible] cui tit. *Politica Cleri Gallicani* (*l*). Part. II. [illegible]

Bruxel. [illegible]

(*x*) *Acta Erud.* A. 1685. p. 410. (*y*) Pro *Arnaldo* adverſus *Brugnierium*, *Juriæum* & *Merlatium* quædam adfert Abbas *Richardus* vel qui ſub eo nomine latere voluit *Gerberonius* in Crit. Præjudiciorum à *Petro Jurio* Eccleſiæ Romanæ oppoſitorum, *Pariſ.* 1690 in 4. Gallicè editâ. (*z*) *Simonius* loc. ſup. cit. ait *Arnaldum* dum operi ſuo inſudaret, in quo libros Arminianorum adverſus Calviniſtas multis in locis excerpſit, admonitum fuiſſe à viro his in rebus verſatiſſimo, opus quod meditabatur fore ut Calviniſtas ab Eccleſiâ Romanâ arceret, quia viri inter eos doctiores prædeceſſorum ſuorum de Juſtificatione ſententiam prorſus deſeruerant; *Arnaldum* verò, ſicuti monitorem parum ſibi gratum habebat, nullum ad ejus conſilia reſpectum habuiſſe, ipſumque à Calviniſtis tanquam male fidei virum fuiſſe habitum, qui opiniones ipſis tribueret jamdudum proſcriptas. (*a*) Vid. *Nov. Reip. Litter.* Nov. 1684. & Febr. 1685. (*b*) *Le Long* Bibl. Sac. p. 615. (*c*) Vid. *Vinæl. Curiol.* p. 126. (*d*) *Le Long* p. 615. (*e*) *Nov. Reip. Litter.* Dec 1686. p. 1449. *Placc.* in Anon. n. 2463.

(*f*) *Acta Erud.* April. 1686. *Ephem. Pariſ.* 29 Febr. [illegible] *Reip. Litter.* Maii 1685. (*g*) *Le Long* p. 615. (*h*) [illegible] Oct. 1686 p. 1127. ibid. (*i*) ibid. Maii 1686. (*k*) ibid. Jan. [illegible] inſerta eſt ipſius *Sponii* ad *Balium* Epiſtola. d. 10 Dec. [illegible] (*l*) Vid. inf. ubi de Tomo III *Tract. Moral.* n. 118. [illegible] *bach.* de morte *Henrici IV.* §. 37. p. 80. & *Hiſt.* [illegible] *Chaiſe* p. 113 apud *Placc.* in Anon. n. 2139. Vid. [illegible]

Bronkart, 1682. in 12. Quæ in hac *Apologiâ* adverſus *Southwellum*, occaſione litis *Colemanni*, in medium protulerat *Arnaldus*, retractavit in Addit. 2 ad primam Partem, ubi reperiuntur *Arnaldi* ad *Soutwellum* Epiſtolæ, in quibus ejus innocentiam palam agnoſcit, ac palinodiam ſubmiſsè canit (*l*).

Ex eâdem Apologiâ excerptum dedit Anonymus de Eucharistiâ, ut ſupra dictum eſt *p.* 588. *b.* ubi de *Perpetuitate Fidei*.

Hanc autem *Apologiam* ſcripſiſſe *Arnaldum* non Religionis amore, ſed ut in Galliam revocaretur, & Beneficia recuperaret, in medium protulit *Jurieus* (m), quâ de re queritur *Arnaldus* loc. inf. cit. (*n*) in Epiſt. d. 20 Oct. 1684 ſcriptâ, quippe qui nullum unquam Beneficium poſſedit, præter Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis Verodunenſis, cum Licentiam inchoavit A. 1638; quem verò dimiſit paulò antequàm Diaconatûs gradum acciperet A. 1641 (*o*).

105. *Reflexions ſur un livre intitulé* Preſervatif contre le changement de religion *&c. id eſt* Animadverſiones ad librum cui titulus: *Præſervativum contra mutationem Religionis*: Quibus oſtenditur exile & parum ſolidum Autoris illius judicium, dum contra expoſitionem doctrinæ Catholicæ Epiſcopi Meldenſis pugnat, aut de crudeli perſecutione Reformaturum in Gallia queritur. *Antverp.* Nicol. le Fevre 1682 in 12

Jurieus Autor *Præſervativi*, librum *Arnaldo* oppoſuit, cui tit. *le Janſeniſte convaincu de vaine Sophiſtiquerie* &c. (*p*)

106. *De veris & falſis Ideis*, (q) contra id quod docet Autor libri *de inquirendâ veritate*. Coloniæ Nic. Schouten 1683. in 12. Anno ſequenti reſpondit *Malebranchius* ad ſingula quæ ipſi objicit *Arnaldus* (r). Ille verò eod. anno

107. *Defenſionem* ſuam oppoſuit *adverſus Reſponſionem ad librum de veris & falſis Ideis*. Colon. vel potius Bruxellis in 12. (*s*) Tres Epiſtolas hanc *Defenſionem* concernentes mox evulgavit *Malebranchius* (*t*).

108. *Neuf Lettres au P. Mallebranche ſur ſon Syſtême*. Epiſtolæ IX ad *Malebranchium* de ipſius Syſtemate. Colon. 1685 (*u*) & ſeqq.

109. *Diſſertation ſur la maniere dont Dieu a fait les frequens miracles de l'ancienne Loi par le Miniſtere des Anges* &c. ſive *Diſſertatio de modo quo Deus tempore Veteris Teſtamenti, per miniſterium Angelorum frequentia miracula fecit*; *Reſponſi loco novis Cogitationibus Autoris* tractatûs de Naturâ & Gratiâ *in additamento*, cui titulus eſt, *Miracula frequentia Veteris Teſtamenti nequaquam probant, quod Deus ſæpe voluntate particulari agat*, exhibitis, oppoſita. *Coloniæ* 1685 in 12 (*x*) Huic Diſſertationi reſpondit eodem anno *Malebranchius*.

110. I. *Reflexions Philoſophiques & Theologiques ſur le nouveau Syſtême de la Nature & de la Grace. Conſiderationes* ſive *Reflexiones Philoſophicæ & Theologicæ ad novum Syſtema de Naturâ & Gratiâ*. Liber primus, *de ordine naturæ* tractans. *Coloniæ* Nic. Schouten 1685, in 12.

Ad quatuor puncta revocat Autor quæ hoc libro traditurus eſt. (1) Regulam illam *Malebranchii* maximam, quòd Deus agat in ordine naturæ, ut cauſa univerſalis, ſine voluntate particulari, negat pro principio poſſe agnoſci; quia nec in Scripturâ, nec in Traditione fundamentum habeat, nec in ideâ entis perfecti comprehendatur. (2) Negat quòd Deus in creatione mundi uſus ſit viâ ſimpliciſſimâ, cùm innumera fecit voluntate particulari. (3) Negat quòd Deus in conſervatione mundi temporalis & ſenſitivi quicquam faciat voluntate generali, quin ſemper id faciat voluntate particulari. (4) Aſſerit contra hypotheſin *Malebranchii*, quòd Deus etiam in ordine naturæ agat particulari voluntate, circa eventus humanos, non dependentes à gratia, ſed à cauſis liberis: ſi enim ſtatuatur, Dei voluntatem generalem determinari ad effectus particulares, per liberas hominum voluntates, contradici Scripturæ, & notione de providentia Divina, atque ſic in eadem incommoda præcipitari, quæ *Malebranchius* vitare voluit, auferendo omnem efficaciam cauſarum ſecundarum. Totus Liber conſtat Capp. XXVI. (*y*).

110. II. Harum *Reflexionum* Liber ſecundus *de ordine Gratiæ* tractans, prodiit A. 1686. Theologi Mechlinienſes, hujus Approbatores, tam apertè *Arnaldi* ſententiam tuentur, ut dicant Syſtema *Malebranchii* erroribus plenum, & ex Philoſophiâ malè intellectâ hauſtum eſſe; eique optent, ut oculos tandem ad lucem hujus libri aperiat, & ſecundum verba *Auguſtini* (Epiſt. 143) *quia non valuerit omnia non pœnitenda diligenter dixiſſe, pœniteat quæ cognoverit dicenda non fuiſſe*. Præfationi ſuæ inſeruit *Arnaldus*, ad exemplum Antagoniſtæ, Catalogum librorum, quibus inter ſe certarunt, & quos legi debere putat ab iis, qui de causâ quam tractant judicare velint; poſcit dein ſpeciatim, ad quæ legitimè reſpondere adhuc debeat *Malebranchius*, repellitque ejus excuſationem, ſi videri velit (ut jam jactaverit) ex obſequio potius erga amicos, quàm cauſæ diffidentiâ ſiluiſſe. Liber iſte Capp. XXXIII abſolvitur. Quatuor priora directa ſunt adverſus *Malebranchii* aſſertum, *quòd Deus in creatione mundi nullum aliud propoſitum habuerit, nec habere potuerit, quàm ſtabilimentum Eccleſiæ*. Cap. V. ad Syſtema de Gratiâ accedens, iterum monet defectum Autoris, & quòd ſuæ legi contradixerit, Deo agendi modum ex humano ingenio præſcribens. *Cap. VI* hypotheſin *Malebranchii* delineat, & in propoſitiones *tredecim* diſtribuit; ſuam verò *Cap. VII* proponit, ad *octo* propoſitiones redactam; & in ſequentibus Capitibus *Malebranchii* de Prædeſtinatione doctrinam impugnat, tum ex S. Scripturâ, tum ex Traditione, inprimis verò autoritate *Auguſtini* & *Proſperi* (*z*).

110. III. Liber tertius, in quo agitur *de Jeſu Chriſto, quatenus cauſa eſt Gratiæ*, prodiit item Anno 1686. Huic etiam præmittitur Approbatio Theologorum Lovanienſium, in quâ palmam *Arnaldo* porrigere non dubitant. Ajunt enim, utut magnus Philoſophus ſit *Malebranchius*, Theologum tamen in iis, quæ de Chriſto & Gratiâ docuit, non deprehendi; iterumque Auguſtini illud applicant, *eſſe iſta magna magnorum doctorum deliramenta*. Controverſiam verò jam ad finem vergere monent, cùm præſertim *Arnaldus* nihil amplius hâc ſuper re novi promittat, eoque deduxerit Adverſarii ſyſteme, ut neque ad illuſtrandum, neque ad refutandum quidquam addi poſſe videatur.

Liber ipſe Capita hebet XX, in quibus *Malebranchii* propoſitionem, *quod Chriſtus Jeſus, qua homo, ſit cauſa occaſionalis gratiæ*, examinat & impugnat *Arnaldus*. Prius tamen in brevi præloquio & *Cap. I* ad Diſſertationem ſuam *de miraculis Veteris Teſtamenti per angelos factis* lectorem remittit; per hanc enim omnia fundamenta propoſitionis illius everſa eſſe pronuntiat. Hanc vero ita explicat, ut non debeat intelligi de

(*l*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Maii 1686. pag. 504. (m) *Eſprit de Mr. Arnauld* Tom. I. p. 36. 54. 44. (n) *Seconde Addit. à l'Apol. pour les Cathol.* p. 14. Vid. & *Moral. Pract.* Tom III pag. 237, 238. (*o*) Præf. *Cauſa Arnald.* p. VII & XIX. [*p*] Vid *Acta Erud.* April 1684. [*q*] In hoc libro, judice *Baelio* Epiſt. 38. magna ingenii vis deprehenditur. [*r*] Vid. *Acta Erud.* Maii 1684. [*s*] Vid. *Nov Reip. Liter* Jul & Sept. 1684. [*t*] Vid. *Acta Erud.* Sept. 1685. [*u*] Vid. *Nov. Reip. Liter.* Nov. 1685. [*x*] Vid. *Nov. Reip. Liter.* Mart. & *Acta Erud.* Jul. 1685.

[*y*] Vid. *Acta Erud.* April. 1686. *Nov. Reip. Liter.* Aug. 1685. Menſe Decembri recenſetur liber in quo queritur *Arnaldus* de iis quæ in gratiam *Malebranchii* de voluptate ſenſuum dixiſſe videtur *Baelius*, & quod *Arnaldus* neque ſcientiam mediam, neque libertatem indifferentiæ admittat. Liber inſcriptus eſt: *Avis à l'Auteur des Nouvelles de la Republique des Lettres*. Delphis 1685. in 12. Reſpondit *Baelius* libro hujus tit. *Réponſe de l'Auteur des Nouvelles de la Rep. des Lettres à l'Avis qui lui a eté donné ſur ce qu'il avoit dit en faveur du* P. Mallebranche, *touchant le plaiſir des ſens* &c. Roterod. 1686. in 12. Scripta eſt d. 30 Dec. 1685. *Baelio* Diſſertationem oppoſuit *Arnaldus* infra memoratam *n.* 111. [*z*] Vid. *Acta Erud.* Maii 1687.

de mediatione Chriſti, inter Deum & homines, quam orthodoxi omnes confitentur, ſed ita ut alios ſenſus comprehendat, eoſdem nempe quos de Angelorum miniſterio *Malebranchius* expoſuerit. Quoad ipſum quod aggreditur opus, ait inter alia plurima, inſolens eſſe, quod quatuor vicibus editum ſit Syſtema tot novis opinionibus plenum, abſque omni approbatione Epiſcoporum & Doctorum. Se verò jam totius operis examen non urgere, ſed duarum ſaltem de animâ Chriſti propoſitionum; has rogat ut ſeptem vel octo Epiſcopis, vel Doctoribus Sorbonicis, aut Congregationis ſuæ proponat, & approbationem ab iis impetret; hoc ſi præſtare nequeat aut negligat, & more ſuo conviciis compenſet laborem, quem ad ejus emendationem impenderit, nihil reliquum eſſe, quam ut Deus rogetur, ut illum à tantâ cœcitate & periculosâ præſumptione liberet, & per viam humilitatis ad veritatem ducat (*a*).

111. *Diſſertation ſur le pretendu bonheur des ſens pour ſervir de replique à ce qu'a répondu Mr.* Bayle (*b*): ſive *Diſſertatio de præſuppoſitâ ſenſuum felicitate, ſeu Replicatio ad Reſponſum* D. Bayle. Colon. 1687.

112. Epiſtolæ duæ Gallicæ *Arnaldi* ad *Malebranchium*, quarum prior die 30 April. altera d. 4 Maii 1694 ſcripta eſt, adverſus ejus ſententiam, in Deo tantùm videri poſſe corpora ab ipſo creata, & de ſenſuum voluptate. Utraque inſerta eſt in *Diar. Pariſ.* 28. Jun. 1694. *p.* 495-507. & 5 Jul. *p.* 513-521.

113. *Phantôme du Janſeniſme, ou Juſtification des prétendus Janſeniſtes par le livre même d'un Savoyard, Docteur de Sorbonne, leur nouvel Accuſateur, intitulé* Prejugez legitimes contre le Janſeniſme (*c*). *Phantaſma Janſeniſmi* adverſus *Præjudicia legitima* Abbatis *de Ville* Sabaudi. Colon. Nic. Schouten 1686. in 12. iterum 1688 & 1714. (*d*).

114. *Avis aux RR. PP. Jeſuites d'Aix en Provence, ſur un imprimé qui a pour titre*, Ballet danſé à la reception de Monſeig. l'Archevêque d'Aix. *Admonitio ad Jeſuitas Aquenſes de larvatâ ſaltatione pro receptione Archiepiſcopi Aquenſis.* Colon. apud Petr. le Blanc 1686. in 12. (*e*).

115. *Avis aux RR. PP. Jeſuites ſur leur Proceſſion de Luxembourg du* 20 *Mai* 1685. Admonitio ad Jeſuitas de Proceſſione Luxemburgenſi. Improbat Autor cultum ſuperſtitioſum Beatæ Virgini exhibitum (*f*). Advocatus quidam Luxemburgenſis Conſiderationes in hunc librum edidit hoc tit. *Reflexions ſur le Libelle intitulé*, Avis aux RR. PP. Jeſuites ſur leur Proceſſion de Luxembourg 1686. in 12. (*g*).

116. *Defenſe des Verſions en langue vulgaire, de l'Ecriture Sainte, des Offices de l'Egliſe, des Ouvrages des SS. Péres* &c. Sive *Defenſio Verſionum Scripturæ Sacræ, Officiorum ac Patrum Eccleſiæ, & ſpeciatim Verſionis Gallicæ recèns editæ Breviarii Romani*, adverſus ſententiam Officialis Pariſienſis, d. 10 April. 1688. latam. Accedit *Advocatus publicus* contra *Requiſitionem Promotoris* d. 3 Maii datam. *Colon.* Nic. Schouten 1688 in 12.

Gallica illa Breviarii Romani verſio, cujus res contra *Cheronium*, Abbatem *de la Chalade*, Priorem ad D. *Johannis de Bran*, Officialem *Franciſci Harlæi* Pariſienſis Archiepiſcopi, libello hoc apologetico agitur, authorem habet Abbatem *Le Tourneux*, aliis ſcriptis celebrem. Deceſſerat quintus fere menſis, ex quo opus illud prægrande, cujus impreſſio *Thierrio* Typographo Pariſienſi decem pluribuſve Joachimicorum millibus conſtiterat) impune & vendebatur & emebatur, cùm ſubito in id inſurrexit, ejuſque lectione ex *officio* d. 10 April. 1688 interdixit Romano-Catholicis *Officialis*, quem diximus, *Pariſienſis*; idque quadruplici de causâ: 1) quòd ſuppreſſo Autoris nomine, & quidem 2) abſque Archiepiſcopi Pariſienſis indultu editum fuiſſet; 3) quod omnes in univerſum Verſiones Officiorum Eccleſiæ, ſententiâ Facultatis Pariſienſis & Cleri Gallicani exeunte anno 1660 congregati, damnandi ſint; denique 4) quòd propoſitiones complures erroneas, ſuſpectas, fideique catholicæ adverſas in verſione hac reperire ſit. Singulas has rationes ſub examen hic revocat *Arnaldus*, cùmque Promotor *Cheronii* d. 3 Maii 1688 ſententiæ *Officialis* ſui vindicias edidiſſet, novam reſponſionem ſub titulo Advocati publici (*l'Avocat du public*) adjecit. Nolumus autem ſingula controverſiæ momenta curatiùs expendere: de ſolâ quæſtione palmariâ aliquid dicemus, *utrum Chriſtiani à Verſionibus vernaculis S. Scripturæ, divinorum Officiorum, Patrumve Eccleſiæ abhorrere debeant.* Affirmaverat id præfractè Facultas Theolog. Pariſ. A. 1607, 1620, 1641, 1655, 1660, 1661. illiuſque decretis ſententiam ſuam ſuperſtruxerat *Cheronius*. Negat *Arnaldus*, & multis ſententiam ſuam probat, aliter ſentientium objectionibus fusè reſpondens, plurimaque pro ſe Verſionum tum privatâ, tum regiâ auctoritate factarum exempla in medium profert. Ad ipſum verò Breviarium quod attinet, pro eo vernaculè vertendo, inter cætera argumenta urgerut, quod illius verſio ab Abbate *Marallio* Pariſiis A. 1650. edita à nemine damnata fuerit, quamvis omnia illa ambitu ſuo complectatur, quæ in verſione habentur ab Abbate *Le Tourneux* adornata, utpote quæ quoad materiam plane gemella, cætera autem longe illa nitidior, doctior accuratiorque ſit. Ne igitur quis durius *Tourneuſiana* fatum miretur, monet hujus hyperaſpiſtes, Jeſuitas non potuiſſe non Janſeniſtæ invidere operis bene elaborati laudem, eaquepropter omnem moviſſe lapidem, ut inter prohibitos libros illud referretur (*h*).

117. *Jugement equitable ſur la Cenſure faite par une partie de la Faculté étroite de Theologie de Louvain.* Judicium æquum de Cenſurâ latâ à parte ſtrictæ Facult. Theol. Lovan. adverſus quatuor Propoſitiones D. *de Witte* Decani Mechlinienſis, d. 3 Nov. 1685. *Prop. I.* Concilium eſſe ſupra Papam. *II.* Pontificem eſſe tantùm inter Epiſcopos primum. *III.* Abuſum eſſe & errorem inter Epiſcopos ab annis quingentis introductum, ſeſe Epiſcopos appellare *gratiâ Dei & S. Sedis Apoſtolicæ*, & S. Jacobum, non D. Petrum, Apoſtolorum cœtui præfuiſſe, quia in Diœceſi S. Jacobi congregatus eſt. *Prop. IV:* hæc verba, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, D. Petrum tantùm reſpicere, non ejus ſucceſſores. Dum congregati erant Theologi Lovanienſes pro formando ſuo judicio, Propoſitiones ſuas ſcriptis aliquot editis defendit explicavitque Decanus Mechlinienſis, & inter alia *Motivum Juris* obtulit, ubi quoad *tertiam* propoſitionem nihil aliud ſe dixiſſe teſtatur, niſi formulam quâ utuntur Epiſcopi eſſe innovationem deque clavium poteſtate, agnoſcit collatam fuiſſe ſucceſſoribus D. Petri, æquè ac ipſo. Interea tamen evulgata eſt memorata Cenſura. Pro ſuâ defenſione edidit Decanus librum hoc tit. *Querela* Ægidii Candidi *Presbyteri* &c. *adverſus quoſdam eximios viros è Facultate Theologica Lovanienſi.* Poſtea *Judicium æquum* evulgavit *Arnaldus*, in quo *Decani* Propoſitiones confirmat. Ei oppoſuit *Steyaertius* librum cui tit. *Poſitiones de Pontifice, ejuſque autoritate Apologetica, pro Facultate Theol. Lovanienſi, contra obtrectatorem Gallum* &c. Lovanii 1687. in 4. Contendit nihil eſſe in Concilio

(*a*) Vid. *Acta Erud.* Jun. 1687. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. II.* p. 184-207. & *Quæſt. Curioſ.* p. 133. &c. (*b*) Vid. ſup. n. 110. l. cit. (*c*) Vid. *Hiſt. Arnaldi* p. 195. apud *Placc.* in Anon. *n.* 2188. 2189. *Quæſt. Curioſ.* p. 139. *Nov. Reip. Litter.* Jun. & Jul. 1686. ac Jan. 1687. (*d*) Vid. *Bibl. Janſen.* p. 142. (*e*) Vid. *Nov. Reip. Litter.* Nov. 1686. (*f*) *ibid.* Octob. 1685. (*g*) *ibid.* Maii 1686.

(*h*) *Acta Erud.* 1689. p. 177-179. ubi pro Anonymo habetur Autor hujus libri, qui in Indice Autorum ſub nomine *le Tourneux* recenſetur, at in Indice Decemviri primus inter *Arnaldi* ſcripta numeratur. De eod. libro vid. *Nov. Reip. Litter.* Sept. 1688. & *Quæſt. Curioſ.* p. 140.

lio Conſtantienſi, quod duabua prioribus Propoſitionibus faveat, quicquid credat Ecclaſis Gallicana, eaſque nunquam ab Univerſitate Lovanianſi edoctas fuiſſe: ſed argumentis adverſarium obruit *Arnaldus* in libro ſaquenti:

118. *Defenſe du Jugement equitable* &c. *Contre les Theſes de Mr. Steyaert.* Inſulis 1687. in 4. Conciliorum univerſalium & Epiſcoporum jura adverſus Curiæ Romanæ prætenſiones egregiè adeo hic defenduntur, ut iis nihil refragari ſatius fuiſſet, judice *Clerico* inf. cit. Ad ea confirmanda recudi curavit *Arnaldus* librum Monaſterii impreſſum A. 1667. cui titulum fecit:

119. *Remarques ſur le XVIII Tome des Annales Eccleſiaſtiques* d'Odoricus Raynaldus *continuateur de* Baronius, *pour ſervir de confirmation & d'eclairciſſement à la* Defenſe du Jugement equitable. *Inſulis* 1687. in 4. Autor *Annotationum* notat immodicum *Raynaldi* animum de tribus his capitibus: 1 adverſus autoritatem Conciliorum Generalium: 2 Libertates Eccleſiæ Gallicanæ: 3 ſummam Regum poteſtatem. Breviter hic exhibetur bujus Eccleſiæ doctrina de Concilii ſupra Papam autoritate: declaratur quid per *Libertates Eccleſiæ Gallicanæ* intelligatur, quæ veteribus tantùm aliquot Canonibus innitantur, qui in Galliâ ſemper obſervati fuarint, nonobſtantibus Curiæ Romanæ conatibus, ut eos abrogaret.

Ad pugnam redit *Steyaertius* editis *Poſitionibus ulterioribus de Pontifice ejuſque autoritate* &c. Lovanii 1687. in 4. quibus oppoſuit *Arnaldus* librum hoc tit.

120. *Reponſe aux Poſitions ulterieures* de Mr. Steyaert.... *contenant la juſtification de la prééminence des Conciles Oecumeniques, & de la juriſdiction des Evêques de Droit divin.* Inſulis 1687. in 4. In hâc Reſponſiona latius explicantur materiæ indicatæ, & ſolvuntur *Steyaertii* difficultates. Ad calcem extat Additio adverſus P. *Deſirantium*, qui ſub P. *d'Aubermont* Facult. Lovanienſis Doctora hanc propoſitionem tuitus eſt: *Conſtituta à Deo ſuper gentes & regna, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Eandem Autor cenſoriâ virgula notaverat in Admonitione *Annotationibus* in *Raynaldum* præmiſſâ. Adverſus hanc Cenſuram edidit P. *Deſirantius* Epiſtolam ſub tit. *Le François attrapé* (Gallus deluſus) in quâ verba mox adducta de excommunicatione ac pœnis ſpiritualibus explicare voluit: at monſtrat *Arnaldus*, totâ adverſarii Theſi relatâ, non aliter intelligi poſſe niſi de poteſtata deponendi Reges (*i*).

Adverſus iſtud *Arnaldi* Poſitionibus ulterioribus *Steyaertii* reſponſum prodiit liber hoc tit. *Du Concile General, pour la juſtification de ce qui eſt dit dans le Traité des Libertez de l'Egliſe Gallicane* (k), *touchant l'autorité du Concile de Baſle, contre ce que l'Auteur de la* Reponſa aux Poſitions ulterieures de Mr. Steyaert *y oppoſe. Par M. C. S. Doct. en Theol.* Leodii apud Matth. Hovium 1688. in 4. (*l*).

121. *Nova hæreſis in Theologia Morali, denunciata Pontifici, Epiſcopis, Principibus & Magiſtratibus.* Coloniæ 1689. in 12.

Sive idem eſt Autor bujus Denunciationis cum eo, qui Epiſcopo Malacenſi reſpondit, (vid. inf. n. 138) ut quidem ex ſtylo & doctrinâ veriſimile eſt, ſive quicunque alius eruditione ac judicio illi par, certè is paucis his pagellis magnum Jeſuitis negotium faceſſit. Anſam ſumſit ex Theſibus A. 1686 Divione in Collegio Jeſuitarum menſe Junio a *Steph. Bongot* ad diſputandum propoſitis, quarum primâ expoſitâ (*m*), hunc ejus ſenſum aiſe dicit Denunciator: » Innumera quidem crimina in mundo committi & in poſterum commiſſum iri adverſus pudorem, humanitatem, juſtitiam aliaſque virtutes; fornicationes puta, adulteria, peccata contra naturam, homicidia » & ultiones crudeles, veneficia, falſa teſtimonia, calumnias atroces, furta, ſpolia &c. ſed ea omnia eſſe » poſſe peccata Philoſophica, quibus nec Deus offendatur, nec æterna metuanda ſit pœna, ſi modò, » qui illa perpetrant, aut Deum ignorent, aut in criminis perpetratione, actu da Deo non cogitent. » Indignatur vehementar, quòd talia in celeberrimo Jeſuitarum Collegio in Gallia doceantur, à quibus deterreri potuiſſent qui vel prima Chriſtianæ doctrinæ elementa ex Catechiſmo percepiſſent. Fuiſſe refert Lovanii Doctorem, qui viſis illis Theſibus, primam, in diſputationis cujuſdam fine, in cenſuram vocaverit, omiſſâ tamen autoris & loci, unde prodierant, mentione. Horrorem inde omnibus incuſſum eſſe: ſolos Jeſuitas immotos & frigidos manſiſſe. Cùm verò poſtea Theſes illæ Divionenſes integræ publicatæ eſſent, è Jeſuitis Profeſſorem Theologiæ P. *de Reux* menſe Decembri A. 1688 hanc edidiſſe: » Quamvis » exiſtentia Dei etiam populariter ſit demonſtrabilis, » non modò tamen non eſt propriè per ſe nota quoad » nos, ſed etiam fieri poteſt, ut ab homine ordinariis » tantum divinæ gratiæ auxiliis prævento ignoretur » inculpate. Eripiant hoc nobis, ſi poſſunt, aſſertum, » Philoſophici in Burgundiam uſqua perſecutores peccati; ſed non potarunt. » Cum igitur hinc pateat, Jeſuitas in errora ſuo perſeverare, & pro *Perſecutoribus peccati Philoſophici* habere qui eum redarguant, abſurditatem hujus doctrinæ Autor demonſtrandam ſumit, priùs tamen oſtenſurus, quomodo in errorem illum Jeſuitæ inciderint. Exponit igitur, quomodo illi ſibi antehac perſuaſerint, ſuis opinionibus de Gratiâ, ſuâque Theologiâ morali facilius refutari poſſe hæreticos, aut converti peccatores. Falſos autam licèt hac ſpe, non correxiſſe tamen errata memorat, ſed pertinacius defendiſſe, & ex illis falſam ideam de Dei miſericordiâ ajuſque juſtitiâ, itemqua de merito Chriſti & de libertata arbitrii formaſſe, atque doctrinam de Gratiâ ſufficienti produxiſſe, quam omnibus hominibus, fidelibus & infidelibus, juſtis & injuſtis, cæcis quoque & induratis a Deo dari dicant: miſericordiam ejus ex ſuis cogitationibus, toto licèt cœlo à divinis diſſidentibus, metientes, quaſi plane univerſalis eſſet, & niſi hæc gratia omnibus tribueretur hominibus, dicta Apoſtolica & Eccleſiæ, quòd Chriſtua mortuus ſit pro omnibus, & da libertate hominis, ſubſiſtere non poſſent &c.

Allegat *Leſſium* ejuſqua Theſes, dudum Lovanii & Duaci condemnatas: P. *des Champs*, *Baunii* aliorumque Jeſuitarum Propoſitiones A. 1641 à Sorbonâ, & A. 1658 à Senonenſi & Pariſienſi Eccleſiâ condemnatas. Nihilominus, ait, Jeſuitæ A. 1683 libello, ſub nomine *Ulrici Janſoni* publicato, Theſin veluti communi Theologorum doctrinâ pauciſſimis exceptis ſtabilitam venditaſſe, *ad peccandum formaliter requiri notitiam malitia.* Item in Catechiſmo *Antverpia* ſub tit. *Inſtructionis ad primam communionem* edito, & octies jam recuſo ſtatuiſſe: *nemo peccat, niſi quatenus ſcit, & intelligit malitiam peccati.* Et Aquis-Sextiis A. 1686 Theſes propalaſſe, in quarum fina dicatur: *Conſcientia circa illicitam intrepida, excuſat à peccato.* Præmiſſâ igitur da origine & progreſſu dogmatis Jeſuitici relatione, procedit Autor ad Theſin Divionenſem da diſtinctione peccati Philoſophici & Theologici, & graviter monet, quàm noxiæ ax hac oriantur ſequelæ. Quærit, in quam partem collocaturus ſit Jeſuita in extremo judicio peccatores philoſophicos? Duas enim ibi tantùm claſſes à Chriſto conſtitui; ad neutram verò ex ſententiâ Jeſuiticâ referri poſſe, qui philoſophicè peccaverint: nequa enim piis ſine piáculo accenſendos fore, neque etiam damnatis aggregandos, quia Deum non offenderint, ax ignorantiâ peccantes. Igitur ex ſententiâ Jeſuitarum, maximam Paganorum partam, in ſtagnum ignis præcipitandam non eſſe, nequa locum fore dicto Paulino *Rom. II,* 12, quòd perituri ſint ſine lege, qui

ſita

(*i*) De ſcriptis huc uſque memoratis vid. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. VIII. p.* 195-204. (*k*) Vid. ſup. *p.* 170 ſub finem *col.* 1. (*l*) Vid. *Nov. Reip. Litter.* Mart. 1689. (*m*) Vid. ſup. in *Alexandro VIII* p. 28 . 5 n. 16.

ſine legè peccaverint. Deſtruit inde alteram quoque exceptionem, quâ à pœnâ excuſari dicuntur, ex ſententia Jeſuitarum, *qui actu non cogitant de Deo*, i. e. Chriſtiani, qui Dei quidem notitiam habent, ſed affectuum imperio ſuccumbentes, de Deo, dum peccant, non cogitant. Hos tamen damnari monſtrat ex *Pſal. IX.* 10. *XLIX.* 22 plurimiſque aliis argumentis ex ratione deſumptis, atque variis exemplis adductis. Ultimo ad Theſin P. *de Reux* ſupra memoratam reſpondet, ex quâ ſequi videtur, etiam alia peccata ſine offenſâ Dei ex ignorantiâ committi. Sed hanc exceptionem Pelagianiſmi condemnat Autor, dicens ignorantiam Dei ex peccato originis oriri, aut ejus pœnam eſſe, & ex hoc tot myriades hominum, v. g. in America, juſte à Deo damnari, quibus nulla ſpecialis gratia ad cognitionem Dei data eſſe appareat, qui tamen omnes, ſi Jeſuitis credatur, nonniſi philoſophicè peccarint. Deterius eos errare ait, quam *Caramuelem*, ex omnibus probabilitatis aſſertoribus audaciſſimum. Hunc enim ſtatuere quidem, ſalvari poſſe qui invincibiliter ignorent Deum; ſed addere, niſi peccata mortalia committant. Jeſuitas verò nec agnoſcere in illis mortalia peccata, qui invincibiliter Deum ignorant. Subjungit paterticam ad Societatem Jeſuitarum exhortationem, ut ſententias tam enormes ex ſcholis ſuis eliminent, minime ſane defendant, ſed publicè potius retractent, neque gratiæ aut opibus fidant, quibus cenſuram evitari poſſe ſperent; hoc enim ipſum ad ſcandalum publicum & opprobrium Eccleſiæ pertinere: agnoſcunt potius vulgatam Theſin Juris Canonici, *quòd omnis ignorantia juris naturalis in adultis ſit damnabilis*. Hæc ex charitate ſe ab illis petere aſſeverat, & exemplum Theſium Divionenſium integrum in fine adjungit (*n*).

121. *Secunda Denunciatio nova Hæreſeos de Peccato Philoſophico, à Jeſuitis Divionenſibus, & aliquatenus à Lovanienſibus in ſcripto ſuo primæ Denunciationi oppoſito, antehac etiam in quindecim eorum diſputationibus diverſo tempore ab anno 1668 propugnatæ.* Coloniæ, apud hær. Balth. ab Egmond, 1690, *in* 12.

Primæ Denunciationi ſupra recenſitæ oppoſuerunt Jeſuitæ brevem Apologiam, cui tit. *Janſeniſta novarum hæreſium denunciator, calumniæ & falſi convictus.* Illa huic tractatui ſubjuncta eſt p. 165-180 In hac Authorem Denunciationis faciunt *D. Arnaldum* quem *infelicem Janſeniſmi Heroem* vocant, qui una cum D. *Viano* à multis annis id egerit, ut Jeſuitarum exiſtimationem omnibus modis deſtrueret. Theſin Divionenſem iiſdem, quibus Denunciator, verbis proponunt, ſed eam nec agnoſcere, nec rejicere videntur; haud pauca tamen pro ea vel defendendâ vel excuſanda adducunt. Prolixiores ſunt in exagitatione adverſarii, inprimis quòd in relatione & verſione Theſis Jeſuitæ Lovanienſis (*de Reux*) vocabulum *tantiſper* omiſerit. Verba Denunciatoris, ut ſupra retulimus, hæc ſunt: *Fieri poteſt, ut exiſtentia Dei ab homine ordinariis tantùm divinæ gratiæ auxiliis prævento, ignoretur inculpate.* At *Reuxius* ſcripſerat, ignorari poſſe *tantiſper*, i. e. ad tempus, *inculpate*. Huic igitur Apologiæ in præſenti ſcripto reſpondet *Arnaldus*.

Ab initio generatim ſuperbam in errore pertinaciam, deinde in reſpondendo fallaciam & ambiguitatem Jeſuitis exprobrat, quòd omiſſâ, quam ſecundùm bonæ fidei & pietatis leges debebant, manifeſtâ Theſis aſſertione aut juſtificatione, ita reſpondeant, ut nemo mentem eorum intelligere poſſit, cùmque nihil ad rem dixerint, in convitia tamen & ſcommata effundantur, quò lectores à ſtatu quæſtionis avertant. Fatetur lapſum ſe eſſe feſtinatione, in omiſſione voculæ *tantiſper* in theſi *Reuxii*, ſed hoc ideo ſaltem exagitari à Jeſuitis ait, ut ſuſpectum faciant Autorem, ac ſi etiam Divionenſium Theſin, de quâ præcipuè agitur, non integrè retuliſſet. Interim non diſſimulat, ſe in eo potiſſimum erraſſe, quòd pravam illam de peccato doctrinam nunc primùm Divione vulgatam eſſe putaverit, cum eandem multis Theſibus alii Jeſuitæ in Belgio publicè aſſeruerint; id quod exemplis probat. Primum ex diſputatione *Fſtrixii* Jeſuitæ Lovanienſis, d. 23 Jul. 1668 habitâ: alterum ex Theſibus *Antonii Burgundi* A. 1670. in quibus primùm reperiſſe ſe ſcribit Autor nomen *peccati philoſophici*. Sequitur Theſis *Ignatii Jonghe*; tum *Reuxii*, denique *Bruni* verba adducuntur. Poſtquam igitur eorum hæreſin inde conſtare monſtravit, benemeritum de Eccleſia cenſet, qui eam denunciaverit, & optat, ut pari libertate dudum admoniti fuiſſent Jeſuitæ, quando diſciplinam Chriſtianam dogmatibus ſuis corrumpere cœperint. Addit, ſi etiam novus hic error diſſimulatus fuiſſet, univerſalem totius populi depravationem, omniumque ſcelerum licentiam ſecuturam fuiſſe; cùm magnam juventutis in Europâ partem Jeſuitæ erudire ſoleant. Cum autem ad propoſitam quæſtionem candidè non reſpondeant, ſe ipſos prodere dicit, & in magnum contemtum adducere; nihilominus tam protervos eſſe, ut ſeditioſos vocent, qui vel hiſcere contra ſe audeant. Probat hoc inter alia teſtimonio *Palafoxii* Epiſc. Angelopolitani, & prædictum hunc lapſum eſſe notat à *Mutio Vitelleſchi* Societatis Generali, circa annum 1620. ſcribente, fore ut nimis liberæ quorundam è ſuis opiniones Eccleſiam in magnum malum ſint conjecturæ; unde & docendi modum improbaris eorum, qui inter opiniones vagas & ambiguas fluctuantes dicunt; *hoc poteſt doceri, hoc eſt probabile; ſunt qui ita ſentiunt*. Agnoviſſe dicit implementum ominis illius Jeſuitarum Generalem *Joh. Paul. Olivam*, cujus verba ex *Tom. IV. Conc.* 29. *part.* 2. Latinè verſa hæc ſunt: » Vix domum alicujus Eccleſiaſtici intravi, cùm me interrogavit, quid mihi videatur de peri nobiliſſima & univerſali hac peſte: Si quæro, quam intelligant, confeſtim reſpondent, de confuſione illâ extremâ ſe queri, quæ in medio Catholicorum oriatur ex frequentiâ opinionum, quas vocant *probabiles*. Per has enim probantur hoc tempore uſuræ *Zachæi*, ambitio *Simonis*, violentia *Eſavi*, murmura *diſcipulorum*, concuſſiones *Antiochi*, iniquitates *Scribarum*, & exceptâ impudicitiâ *Herodis*, & crimine *Ammonis*, quæ nondum apertè laudantur, in nihilum rediguntur omnia, quæ in tabula Moſis & in Eccleſia fidelibus præcipiuntur. »

Talia in ædibus Cardinalis *Bonæ* dicta fuiſſe putat Autor, ejuſque gravem cenſuram ex libello *de principiis vitæ Chriſtianæ* contra licentiam illam allegat. Hujus verò præcipuos autores eſſe Jeſuitas, demonſtratum eſſe dicit à Paſtoribus Galliæ, in excerptis ex libris Jeſuitarum, quos vocant, *de Caſibus*, Clero regni exhibitis, & ad eoſdem pertinere Conſtitutionem *Alexandri VII* A. 1665 editam (*o*) cujus verba quædam Gallicè refert, ubi hanc Jeſuitarum doctrinam tanquam periculoſiſſimam damnat. Poſthæc ad omiſſionem vocabuli *tantiſper* reſpondens Autor, eam non ſolum, ut ſupra fecerat, innoxio memoriæ lapſu, qui cuivis condonandus ſit, excuſat, ſed & adverſarios, ob maledicendi ſtudium, & quod de Janſeniſmi hæreſi, quam imaginariam vocat, tantas turbas excitare nunquam deſinant, acriter perſequitur. Monſtrat porro, etſi vocula illa *tantiſper* non fuiſſet omiſſa, errorem aſſertionis non emendari, neque ſententiam Jeſuitæ *Reuxii* defendi poſſe.

Pluribus inde demonſtrationibus evincere conatur, quàm

[n] *Acta Erud.* 1689. p. 620-625. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. XV* p. 238 *Hiſt. oper. Erud.* Aug. 1689.

(*o*) Vid. ſup. p. 280. *n.* 174.

quàm nullo fundamento nitatur diſtinctio illa peccati Philoſophici & Theologici, quodque minime realis ſit, utque ſpeciatim D. Thomæ ſententiæ, quem tamen Jeſuitæ pro Doctore agnoſcant, adverſetur. Oſtendit etiam quàm abſurda ex aſſerto illo ſequantur. Allegat & ſummè improbat dictum *Jac. Platelii* Jeſuitæ Duaceni in *Synopſi Theologiæ* A. 1679 editâ, & quicquid ad excuſanda talia dogmata excipi poteſt, deſtruit.

Cùm verò Jeſuitæ in Apologetico ſuo effugium quærant, & à Theſi Divionenſi eatenus recedere videantur, dum eos, qui ex propoſito graviter peccant, à ſiniſtrâ Chriſti in judicio collocandos eſſe concedunt, inter eos ſcilicet qui in æternum eant ſupplicium; ſummæ tamen & pluſquàm Socinianæ impietatis eos accuſat, quod illa Chriſti verba ita cavillentur, quaſi ſenſus ſit, tales peccatores flammis illis in æternum cruciandos non eſſe, ſed fore ut aliquando iis liberentur. Hoc pro nova hæreſi denunciandum eſſe arbitratur, quia nullo modo, ſecundùm analogiam fidei, liberatio illa locum habere poſſit, cùm fieri nequeat ſine converſione damnatorum; hæc autem neque ſine gratiâ Dei fiat, niſi *Pelagii* doctrinæ locus detur, neque gratia Dei per Chriſtum data ad damnatos ad infernum pertineat. Addit notabilia de peccatis gentilium, de quibus Paulus dicit, quòd ignorent Deum; quorum tamen pauciſſimi, ex opinione Jeſuitarum, damnatione digni eſſent, vel ſi damnentur, pœnis tamen ſenſûs ignis æterni liberandi forent, ineptâ quidem, ut Autor arguit, reſtrictione, cùm æterna & infinita ſit pœna damni ob peccatum ex averſione erga Deum infinitum & æternum commiſſum, etſi pœna ſenſûs, quatenus ad corpus pertineat, ex doctrinâ D. *Thomæ* P. I. 2. q. 87. a. 4. e. finita dici poſſit. Contrarium ſentientes in Origeniſtarum delitia lapſuros eſſe notat, & fundamentum hujus erroris ex alio fluere indicat, quòd Jeſuitæ plerique de amore Dei pravam foveant opinionem. Allegat enim Theſin (*p*) A. 1689 in eorum Muſſipontanâ defenſam: *Homo non tenetur amare finem ſuum ultimum, neque in principio, neque in decurſu vitæ ſuæ moralis.* Opponit horribili huic effato dicta *Auguſtini* Serm. 19. de verb. Apoſt. quibus amorem in Deum ab omnibus verè fidelibus exigit. Subtiliora ſunt quæ de aliâ Jeſuitarum exceptione commentatur, cùm dicant, ad peccatum Theologicum ſive æternâ pœnâ dignum ſufficere cognitionem Dei etiam ſub ideâ obſcurâ & confuſâ: hanc autem habere ait Autor omnes paganos & idololatras, imò & atheos, ergo omnes peccare Theologicè. Plura ſubjungit de voculis illis *tantiſper* & *inculpatè*, quibus Theſin ab invidiâ liberare voluit *Reuxius*; Jeſuitarum etiam libros theſeſque citat Autor, in quibus abſque illâ limitatione peccatum formale eſſe negant, niſi cognoſcatur malitia, & inde abſurdiſſimam ſequelam deducit. Oſtendit porro, quot myriades paganorum, etſi variis de Numine opinionibus imbutorum, in ſpecie Americanorum, ſufficientia media humana ad cognoſcendum Deum non habuerint, quibus tamen Paulus *vindictam ignis* denunciat, *quòd non cognoverint Deum*, II Theſſ. I. 8. *& quos ſine Deo in mundo* fuiſſe aſſerit, *Epheſ. II.* 12. Hos igitur omnes, ſi Jeſuitæ rectè ſentiant, inculpatè Deum ignoraſſe. Negat autem, & Jeſuitis contradicit, quòd habuerint media divina, *gratiam* nempe, quam illi vocant, *ſufficientem*, quamque omnibus hominibus à Deo dari ſtatuunt; quod illorum dogma pluribus refellit, & Pelagianiſmi arguit. Provocat ad librum A. 1651 & ſeq. bis publicatum titulo *Apologia SS. Patrum* (q), ad quem hucuſque Jeſuitæ non reſponderint. Urget dictum *Auguſtini* lib. *de Grat. & lib. arbitr.* & verbis Pauli ad Lycaonios *Act. XIV.* 16. prorſus deſtrui contendit omnia, quæ de *Gratiâ ſufficienti* docent Jeſuitæ. Cumulat plura pro ſuâ *de Gratia per ſe efficaci* ſententiâ, & contradicit *univerſali* ad ſalvandos omnes homines *Gratiæ*. Ad ea verò, quæ Jeſuitæ regeſſerant, reſpondet, & ſpecialiter ad ea, quæ *Reuxius* D. *Steyaertio* Lovanienſi oppoſuit. Theſes autem contradictoriæ eorum hæ ſunt: STEYAARTII: *Fieri poteſt, ut qui neſciunt an Deus ſit, peccent peccato vere ſpirituali & Theologico.* Reuxii: *Fieri non poteſt, ut qui neſciunt an Deus ſit, peccent peccato vero, formali & Theologico.* Huic etiam Apologiſtam novum contradicere ait, cùm ſtatuit, Americanorum, qui tamen neſciant an Deus ſit, peccata eſſe vera, formalia & Theologica, item quod raro acciderit, ut tantum fuerint philoſophica. Addit exemplum notabile Jeſuitæ *Delphenſis*, qui per avaritiam noluerit impuberes Catholici cujuſdam defuncti liberos ex eleemoſynis ad id deſtinatis alere, ut in religione Catholica educarentur; cauſatus, ignorantiam eorum non fore damnabilem; quo de caſu literas extare notat typis excuſas. Ultimo capite in cenſuram vocat Theſes *Duffi* Hiberni, Monachi Recollecti, ſed Jeſuitis ita dediti, ut in eorum gratiam, cùm condemnatione ſuarum propoſitionum ab *Innocentio XI* A. 1679 publicatâ offenſi eſſent, nonaginta Theſes Theologorum Lovanienſium excerpſerit, & in Hiſpaniam miſerit, ad quas tamen omnes à Facultate Lovanienſi A. 1683. d. 4 Maii ita reſponſum eſſe refert, ut Pontifici penitus ſatisfactum fuerit. Inter *Duffi* autem theſes hæc notanda: *Nulla furta, adulteria, homicidia, aliave ſcelera, quantumvis enormia, habent rationem peccati formalis aut divinæ offenſæ in invincibiliter ignorante omnem Dei legem, prohibitionem aut exiſtentiam.* Explicat inde Autor noſter, quæ ignorantia vincibilis dicatur, vel invincibilis, & Monachi opinioni tertium hæreſis locum aſſignat, primum & ſecundum Theſibus Divionenſibus & Lovanienſibus. Finit gravi ad Jeſuitas adhortatione, ut abſtinentes à calumniis & convitiis, errores ſuos agnoſcant & retractent. Illi refutationi ſubjuncta eſt, ut diximus, ipſa Jeſuitarum Apologia, & huic præterea annotationes breviuſculæ adjectæ ſunt, ex quibus pauca quædam referemus. Cùm Apologiſta Janſeniſtis objeciſſet, quòd excepto articulo de Euchariſtiâ in omnibus ferè cum Calvinianis conſentiant, id pro maximâ calumniâ & impudentiſſimo mendacio habet *Arnaldus*, primos ejus inventores nominans *Franc. Annatum* & *Meynerium* Jeſuitas. Quantùm verò à Reformatis diſſentiat, ex ſcriptis ſuis, quæ recenſet, ſatis ait conſtare. Objectioni, quòd Janſeniſtæ omnibus permittant ſacrarum Literarum lectionem reſpondet, prohibitionem veterem pro temporis ſtatu ab Eccleſiâ factam, mutatis & ceſſantibus cauſis, haud immerito ceſſare debere, id quod ſpeciatim ad prohibitionem lectionis illius applicat teſtimonio Card. *Richelii* & Jeſuitæ *Serarii*. De indulgentiâ, quâ Jeſuitæ in abſolvendis qui peccata ſua apud illos confitentur, uti dicuntur, notabilia affert exempla ex *Bannio* Theol. Moral. *Tract. X. p.* 475. & *Maſcarenio* de Sacram. *Tract. IV. Diſp. V. n.* 284. qui cenſet, non eſſe removendos neque à Miſſæ Celebratione, neque à Sacra Communione, qui eo die qualiacunque infandæ libidinis crimina commiſerint, dummodo per confeſſionem ritè ſint diſpoſiti (*r*).

123. *Tertia Denunciatio hæreſis novæ de Peccato Philoſophico, cum refutatione literarum, quas Jeſuitæ de illâ materiâ ediderunt.* Acceſſit *Annotatio ad Mandatum Epiſcopi Lingonenſis* de Theſi Divionenſi. A. 1690. in 12. Quid ad primam *Arnaldi* Denunciationem Jeſuitæ Lovanienſes reſponderint, ex modò allegatâ ejuſdem reſponſi refutatione, id eſt, Denunciatione ſecundâ, intellectum eſt. Alius verò reſpondendi modus, ſuo & aliorum Jeſuitarum nomine, placuit

(*p*) Hanc peculiari libello, de quo infra, n. 126. confutavit *Arnaldus* [*q*] vid. ſup. n. 17.

[*r*] *Acta Erud.* Lipſ. 1690. p. 319-337. vid. & *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. XVII. p.* 376.

placuit Jeſuitis Pariſienſibus, editâ nempè ad Denunciationem primam (diſſimulatâ ſecunda) Epiſtolâ (*s*), ipſi Authori inſcriptâ. Hi diverſo a Lovanienſibus inſtituto, & modeſtius ſcribunt, & defenſionem Theſis Divionenſis non ſolùm omittunt, ſed & palam eam improbant & execrantur. Hæc tamen ipſa differentia inter duo Collegia Jeſuitica, ſuſpecta eſt Denunciatori, ut de utriuſque candore dubitet; plura verò alia habere ſe credidit, quæ Pariſienſibus regereret. Ad illos enim præſens hic tractatus per modum Epiſtolæ dirigitur, & litteræ illorum particulatim & verbotenus exhibentur & examinantur. Exorſi ſunt Jeſuitæ à gratiarum actione, quod Autor indicaverit Theſin Divionenſem, cujus fama ob loci incelebritatem, abſque illius induſtriâ ad ſe vix pervenire potuiſſet: Laudant itaque fervidum zelum, quod hæreſin iſtam prorſus novam, & vix naſcentem in angulò Provinciæ illius & Collegii detexerit. Verum Autor demulceri ſe hoc palpo non ſinit, negatque ſe primum hæreſis indicem fuiſſe, cum jam anno 1687, menſe Martio Doctor Lovanienſis Theſin Divionenſem publicæ cenſuræ ſubjecerit, idemque anno 1688. menſe Majo iteraverit. Acceptat inde Pariſienſium confeſſionem, qui teſtantur ſibi non minus inſolitum & periculoſum viſum fuiſſe dogma illud, quàm Denuncianti, imò ab eo illicò ſe abhorruiſſe. Monet tamen, hoc Jeſuitis, quorum nomine indefinite ſcribunt Pariſienſes, quicquid etiam hi ſentiant, non convenire certè nec Divionenſibus, nec aliis in Belgio, qui abhorrere à Theſi non potuerint, cujus ſententiam ipſi plurimis vicibus, ut in ſecundâ Denunciatione demonſtraverit, a multis annis in ſuis Theſibus expreſſiſſent. Miratur, quòd Pariſienſes, ſi horrorem viſâ ſocii ſui Theſi conceperint, per ſex menſes tacere, quam periculo ex propagatione erroris, ab ipſis jam agniti, occurrere maluerint. Quod enim oblivione ſepeliri illum potuiſſe jactitent, ſibi credibile eſſe negat, nec tam obſcurum eſſe Divionenſis urbis & Collegii nomen, ut id ſperari potuerit. Non magis locum habere, quod tempore ſe ad inquirendum exceſſos eſſe dicant; neque ſex menſes, ſed decem vel duodecim dies ſolùm requiri, intra quos Pariſienſes explorare potuerint, quæ Divione acta eſſent. Rejicit quoque, ut vanæ gloriolæ affectationem, quòd ſe conjecile ſcribunt, Denunciationem illam, ut aliis contra Jeſuitas ſparſis libellis factum ſit, cito in oblivionem & contemtum venturam eſſe. E contrario Autor talia ſcripta ad poſteritatem duratura eſſe opinatur, exemplo eorum, quæ ſub tit. *Literarum Provincialium Montaltii* & *Wendrockii* dudum prodierunt. Veriorem itaque ſilentii rationem illam eſſe putat, quod Jeſuitæ ſperaverint, defendi Theſin, aut ſaltem condemnationem ejus evitari poſſe. Cùm verò contrarium ex amicis intelligerent, & exitium Societatis metuerent, ſi ad defenſionem Sotii animum obſirmarent, tum demum ad hunc defendum coactos, & ad Epiſtolam hanc edendam progreſſos eſſe, qui Theſin improbare videantur, obſervantes etiam Theſin iſtam, ut ipſi ſcribunt, Pariſiis in urbe & aula populo differri, & fœminis quoque confabulandi materiam præbere. Itaque profeſſi ſunt in Epiſtolâ pluribus verbis, ſe minime hæreſin illam novam in morum diſciplina probare, & ſententiam, quam verbis Denunciatoris referunt, prorſus rejicere, & pro hæreſi impiâ & execrabili cum omnibus principiis & ſequelis ſuis habere, *quatenus ſcilicet Theſis illa per ſe & ſine relatione ad alia Profeſſoris Divionenſis ſcripta intelligatur*. Nolle ſe illum ullo modo defendere, ſi deprehendatur malum illum ſenſum, à Denunciante indicatum, in animo habuiſſe, nec poſitivè condemnaſſe; alium etiam quemcunque ſuæ Societatis, qui idem faceret, pariter, abſque ulla tergiverſatione à ſe rejectum iri. Poſtulant inde ab Authore, ut condemnationem Theſis apud Pontificem & Præſules Galliæ urgeat: illi enim ſeſe ſubſcripturos eſſe, ſine omni æquivocatione, diſtinctione aut contraria proteſtatione in ſecreto peractâ (quod à Janſeniſtis factum eſſe innuunt:) rogant denique, ut vel unicâ hac vice in tota vita ſua bonam Jeſuitarum fidem agnoſcat. Quam parum vero hac obteſtatione apud illum effecerint, libellus hic ſatis ſuperque oſtendit. Perſtringit eos ab initio, ut dicere cœpimus, ob excogitatas falſas tacendi & loquendi rationes, inter alia etiam ob id, quòd fœminis invidere notitiam rei videntur; negat enim pietati convenire, ut ſexus ille à præcipuorum fidei capitum intellectu excludatur. Maxime reprehendit, quòd Theſin Divionenſem non verbotenus, ſed ex interpretatione ſolum Denunciatoris, Epiſtolæ ſuæ inſeruerint: quod aſtutè factum eſſe dicit, ac ſi Autor Theſin Divionenſem malignè retulerit; cùm tamen ſententiam ejus fideliter, licèt verbis Gallicis & magis popularibus expreſſerit, adductiſque exemplis illuſtraverit. Oppugnat additamentum Pariſienſium de aliis Jeſuitæ Divionenſis ſcriptis; neque enim de illis agi ait, ſed de Theſi plane clarâ & liquidâ, optimâ fide, & Latine, ut ſcripta eſt, relatâ. Rethoricari etiam illos indicat, cùm ſenſum Theſis a Denunciatore conceptum damnant, quaſi is à Jeſuitæ ſententiâ diverſus ſit: condemnationem itaque, quam proponunt, nonniſi hypotheticam eſſe; nec plus valere, quod de aliis ſcriptis Jeſuitæ Divionenſes reſervarunt, aut cùm de principiis & ſequelis Theſeos loquuntur. Negat ſe ſcripta alia Divionenſis unquam vidiſſe, aut ut ea conſideraret, obligatum fuiſſe, cum Theſis maniſeſtiſſima publicè extaret. Quod autem a ſe poſtulant, ut apud Pontificem & Præſules Gallos Theſis condemnationem procuret, id ad ipſos pertinere dicit, & inſtanti congregatione Cleri Gallicani opportune fieri poſſe. Poſt hæc, (quæ ad caput rei ſpectant) Jeſuitæ probaturos ſe alio ſcripto eſſe receperunt, (1o. quod ante Theſin Divionenſem nullus Jeſuita doctrinam illam foverit, omnes potius diſertè rejecerint: (2o quòd nullum admittant principium, ex quo illa ſequatur: (3o quod principia Jeſuitarum illi directò ſint oppoſita: (4o quòd ex ſolis principiis Jeſuiticis Theſis illa ſolide & abſque errore refutari poſſit. Hæc omnia falſiſſime jactari aſſeverat Autor, & ſummam inſcitiam Scriptori Epiſtolæ imputat, quem *Roburſium* eſſe (*t*) exiſtimat (le P. *Bouhours*) Theologiæ rudem, criticum linguæ Gallicæ ſcrupuloſum & ineptum, *Vaugelaſii* exſcriptorem. Admonitum Epiſtolæ adjectum, quo Autorem verbis quidem parum mitibus ad reſtabiliendum charitatis commercium invitant, & ſcandali reparationem poſtulant, quòd Theſin paucis ſcholaribus cognitam cum periculo legentium propalaverit, nec potius Superioribus indicaverit, & alia ejuſmodi ſecundæ ſuæ Denunciationis contenta regerit, & denuo prolixè oſtendit, neque occultam Theſin, neque ſine antidoto à ſe productam, neque conſultum fuiſſe, ut rem ad Superiores deferret, cùm Jeſuitæ nec Epiſcoporum juriſdictionem agnoſcant, neque cenſuras Pontificias revereantur: quod exemplo recenti probatum it, dictum Jeſuitarum allegans, quo condemnationem *Eſtrixi* Romæ factam factioni Janſeniſticæ attribuerint. Rectè igitur & eximio cum fructu Denunciationem à ſe publicatam eſſe arbitratur; quia jam in execrationem publicam adductus ſit peſſimus error, & ab ipſis Jeſuitis condemnatus. Ad criminationem adverſus dogma *Arnaldi* de Gratiâ nihil hic aſſeritur, ſed ad libellum Gallicum provocatur, cui tit. *Recriminatio Jeſuitarum &c.*

(*s*) Vid. inf. n. 124. ubi de quartâ *Denunciatione*.

(*t*) Huic diſertè tribuitur *loc. cit.* ubi & legimus, Jeſuitas peccatum philoſophicum in nomine Societatis defendi curam commiſiſſe *Tellerio*, ſed prævaluiſſe *Roburſium*.

&c. (*u*) Reparationem honoris ſibi juſtius à *Boburſio* deberi contendit, autore atrocis calumniæ in libello A. 1668 ſub tit. Epiſtola ad magnatem quendam in aula (*Lettre à un Seigneur de la Cour*) publicato. In hoc enim Janſeniſtis ſeditionis crimen imputatum eſſe notat, additis duobus apertis mendaciis de Scripto cujuſdam *Bruſſir*, qui conjuratos, quos à fundâ (*la fronde*) cognominabant, animaverit, & de Archiepiſcopo Senonenſi *Carolo de Goadren*, quod legionem Hibernorum Regi militantium ad internecionem cædi curaverit. Addit Autor, ſtatim quidem refutatum fuiſſe *Boburſium*, & tunc conticuiſſe; eundem tamen adeo impudentem fuiſſe, ut A. 1684 in Opuſculorum ſuorum faſciculo, cum privilegio Regis recuſo, veteres illas nugas nullâ aut futili eum emendatione recoxerit. Ad votum, quo Jeſuitæ Epiſtolam finiunt & Autori meliorem mentem apprecantur, hic illis haud diſſimile reponit. Aggreditur inde aliam Epiſtolam ab iiſdem Jeſuitis aulico cuidam inſcriptam, in qua Divionenſem Socium pluribus & liberius excuſant, & ea hypotheſi ſolum diſputaſſe eum contendunt, ſi nempe peccatum, quod philoſophicum vocant, ab aliquo committatur; quod tamen fieri poſſe negaſſet. Ista omnia operoſè refellit rejicitque Autor, & quod tale peccatum committi poſſe Divionenſis ſtatuerit, & ex *Reaxii* ſcripto in ſecundâ Denunciatione allegato, ſpeciatim ex voculâ illâ *tantisper*, de cujus omiſſione Lovanienſes expoſtulaverant, argumentatur; deinde alia in ſecunda hac Epiſtolâ ſibi impacta convitia removet. In Edicto Epiſcopi Lingonenſis (de *Langres*) d. 19 Mart. 1690 ad Paſtores Diœceſanos edito, quod ſub finem libelli proponitur, deſiderat, quod nonniſi Jeſuitarum relationem ſecutus eſſe videatur, neque Denunciationem Autoris legerit, cùm illam perperam vocet *Epiſtolam circularem*. Accepiat interim, quòd in Edicto ſuo apertè teſtetur Epiſcopus, Jeſuitas vivâ voce & ſcripto culpaſſe & condemnaſſe Theſin Divionenſem, & quòd ab autore ipſo retractata ſit, aſſumaſſe; unde nullius valoris eſſe colligit quæcunque pro excuſatione Theſis in Epiſtolis ſuis attulerint (*x*).

124. *Denuntiatio quarta hæreſeos de Peccato Philoſophico, continens reſponſionem ad tertiam Epiſtolam PP. Jeſuitarum.* A. 1690. in 12.

Cùm Jeſuitæ, ne tacuiſſe viderentur, *Arnaldi* verba in alienum rapuiſſent ſenſum, ac ſtatum controverſiæ multis modis pervertiſſent in Epiſtolâ ſuâ tertiâ (*y*), acerrimus hic eorum antagoniſta, ut fraudes, quas putat, abſque cenſurâ dimitteret, à ſe impetrare haud potuit. Dixerat is, è Jeſuitarum principiis fluere Theſin illam Divionenſem de peccato Philoſophico. Id ita ii interpretati ſunt, ac ſi dixiſſet, fluere illam ex doctrinâ Jeſuitarum de Gratiâ ſufficienti (*z*), quæ concertationum Janſenianarum primarium argumentum fuit; ideoque plus ſimplici vice non ſine aculeo interrogaverant, quid commercii intercederet *peccato philoſophico* cum *gratiâ ſufficienti*. Monſtrat igitur *Arnaldus*, ſe non iſtam *de Gratiâ ſufficienti* Jeſuitarum controverſiam intellexiſſe, ſed expreſſis verbis indicaſſe iſta iiſdem communia axiomata: *Nemo peccat, niſi quatenus ſcit & intelligit malitiam peccati. Ad peccandum formaliter requiritur notitia peccati. Nullum eſt peccatum formale, niſi conſcientia hic & nunc judicet de malitiâ. Conſcientia circa illicitum intrepida excuſat à peccato.*

Objicit mox iiſdem ſex loca, ubi veritatem fraudulenter diſſimularint aut corruperint. Ex his ultimi ſolum meminiſſe opus eſt. *Apologiam Caſuiſtarum*, abſque Auctoris nomine A. 1657 editam *Boburſius*, (aut quiſquis iſtam contra *Arnaldum* exaravit Epiſtolam) ſibi ſuoque Ordini opponi deprecatus fuerat, eò quod univerſa Societas eam, quamprimum in lucem prodiiſſet, pro ſuâ agnoſcere noluerit, nolitque adhuedum. Regerit *Arnaldus*, utrumque à vero alienum eſſe. Neque enim Jeſuitarum promachum *Annatum* aliumve aliquem confutare auſum eſſe ſcriptum *octavum & nonum*, quibus eo tempore *Curati Pariſienſes* culpam *Apologiæ* illius compoſitæ in Jeſuitas magnâ cum animi confidentiâ transtulerint. Imò poſtquam Patres illi integro decennio ſecretis machinationibus efficere ſtuduiſſent, ne Eccleſiaſticæ Cenſuræ ſubjiceretur Apologia, in publicum emiſſum eſſe R. P. *Honor. Fabri* Soc. Jeſu Theologi *Apologeticam doctrinæ moralis ejuſdem Societatis*, permittente Generali *Joan. Paulo Oliva*, & approbantibus novem Theologis, è quibus Ann. 1691 ſuperſtes erat *Franciſcus de la Chaiſe*. Huic nempe *Apologetico* inſeritor liber, quem idem Auctor, ſed ſub *Stubrockii* larvâ latens, jam antea *Wendrockio* ſive *Nicolio* oppoſuerat. In hoc autem *p.* 665. edit. Colon. perſonatus ille Jeſuita, & (quod conſequi hinc putat *Arnaldus*) Approbatores univerſi fatentur, *Apologiam* iſtam *Caſuiſtarum* opus eſſe (*a*) P. *Piroti* Jeſuitæ Pariſ. quem quidem non communi Societatis conſilio aut cum conſenſu Generalis id libri ediddiſſe perhibent, laudant tamen eum ceu *in doctrinâ morum, ſacris decretis, eorumque libris, qui de hoc argumento ſcripſerant*, optimè verſatum. Aſſerunt, continere eum LIV Propoſitiones, quarum *tres quatuorve* ſint certæ, XLV probabiliores theſibus contrariis, reliquæ minus probabiles vel improbabiles. Non negant, quòd Papa *Alexander VII* damnaverit & prohibuerit *Apologiæ* libellum (*b*); putant tamen id factum eſſe, non quòd erronea dogmata complecteretur, ſed quòd duriori ſtylo conſcriptus & abſque Auctoris & Typographi nomine impreſſus fuiſſet. Neque diſſimulant viginti Epiſcoporum Gallicanorum Cenſuram contra *Apologiam* prolatam. Parum tamen eam curant, &, interprete *Stubrockio*, contemptim ſatis inquiunt: *Quàm multa ſuper his dicere valerem! ſed præ modeſtiâ & cultu etiam* minus dignis *debito abſtineo.* Ex excerptis hiſce collegit *Arnaldus*, haud reprobatam à Jeſuitis *Caſuiſtarum Apologiam*, adeoque pro documento doctrinæ eorum à ſe meritò habitam eſſe.

Cæterum ut Theologum Divionenſem *Steph. Bougot*, & qui cum eo peccati philoſophici meminerant, excuſaret *Boburſius*, diſtinguendas dictitat propoſitiones, quarum una categorica & impia ſit: *Effectivè commiſſa ſunt & committuntur peccata gravia, quæ tantum ſunt philoſophica, adeoque nec Deum offendunt, nec pœnam æternam merentur.* Altera ſit conditionalis & non improbanda: *ſi dantur peccata gravia merè philoſophica, ea non offendunt Deum, nec merentur pœnam æternam.* Hanc poſteriorem ſuam, alteram horribilem & hæreticam eſſe monuerat. Demonſtrare ergo conatur *Arnaldus*, ex receptis Jeſuiticæ Societatis placitis categoricam quoque propoſitionem per legitimam conſequentiam elici poſſe. Provocat autem primò ad adverſarii ipſius Epiſtolam, ubi peccatum Theologicum eſſe definitur *libera tranſgreſſio legis divinæ*, & prolixè diſputatur, *non poſſe Deum juſtè infligere pœnas æternas gentilibus, niſi ob illas tantum actiones, quibus à ſe Creatorem offendi ſciverint.* Hinc concludit, Jeſuitas tranſgreſſionem legis naturalis ex ignorantia illius & abſque propoſito offendendi verum Deum factum, habere debere pro peccato non Theologico, ſed merè Philoſophico: & quia id genus tranſgreſſio non rarò inter Gentiles æque ac Chriſtianos accidat, eam non eſſe caſum moraliter impoſſibilem,

(*u*) *Recrimination des Jeſuites contenuë dans leur retractation de la nouvelle Hereſie du Peché Philoſophique, convaincue de calomnie par la nouvelle Declaration des Diſciples de S. Auguſtin, traduite en François* Colon. 1690. in 12. (*x*) *Acta Erud. Lipſ.* 1690. p. 502-507. (*y*) Dextribuit *Boburſii* Epiſtolis quibus titulus eſt: *Sentimens des Jeſuites touchant le Peché Philoſophique*; Vid. *Hiſt. oper. Erud.* Febr. 1690. p. 281 & *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. XVII.* Tom. XVIII memoratus liber his Epiſtolis oppoſitus, cui tit. *Les vrais ſentimens des Jeſuites touchant le Peché Philoſophique* A. 1690. in 12. Autor Præfationis docet alium eſſe Autorem libri, atque à Denunciatore diverſum, Hunc *Hyacintho Serry* Dominicano quidam tribuunt (*z*) Vid. ſup. n. 121. ubi de primâ Denunciatione.

[*a*] Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 40. & 70. [*b*] Vid. ſup. p. 275. a. n. 9.

ſibilem, uti *Boharſius* aſſeverat; conſequenter revera dari peccatum, quod ita ſit Philoſophicum, ut non ſit ſimul Theologicum.

Poſt plura provocat dein ad alios Jeſuitas magni nominis, cumprimis autem *Ant. Terillum* Anglum, Theologiæ Profeſſorem in Collegio Anglicano Leodienſi, qui *Regulam morum* volumine magno conſcripſit, ac oppoſuit libro *de rectâ doctrinâ morum*, quo Jeſuita Hiſpanus *Eligaldus*, ſub anagrammate *Antonii Celladei* A. 1670. *probabiliſmum* fratrum ſuorum convellere ac refutare niſus fuerat. *Terillus* quidem immortuus eſt editioni; huic tamen Provincialis Anglicanus, & quatuor Theologi Approbatores obſtetricantea manus adhibuerunt.

Ex hoc igitur quatuor propoſitiones ſeligit *Arnaldus*: quarum prima hæc eſt: *Fatemur cum S. Thoma ignorantiam ſæpe eſſe voluntariam, ideoque etiam imputabilem: ſed eam* NON ALITER *voluntariam eſſe, quàm ſi antecedenter aliqua de illius vitatione* OBLIGATIO *menti occurrerit, per cujus* OBLIGATIONIS *contemptum vel neglectum ignorantia culpabiliter incurritur.*

Ex ſecundâ *Terilli* propoſitione arguit *Arnaldus*, quòd juxta Jeſuitarum placita, involuntaria & invincibilis fiat ignorantia illius, qui nocte dieque cogitat, quâ ratione cuticulam molliter curet genioque indulgeat, quive inter eos ſolum vivit, qui quicquid Chriſtiani ſanctum habent, ſatyricis ſalibus perfricant, atque ceu mera hominum cerebroſorum inventa exſibilant, *&c.*

Propoſitio *Terilli* tertia ita enunciatur: *Voluntas in opere particulari non peccat moraliter, peccato propriè & ratione ſui imputabili, quando nulla actualis advertentia (nec ſpecialis, nec confuſa) malitia moralis vel periculi præceſſit, vel ſaltem dubitatio aliqua, vel ſcrupulus.* Monſtrat *Arnaldus*, quomodo eâ ratione excuſentur omnia prava Gentilium facinora, Epicureorum, Atheorumve, ac ſi in *ſe* non ſint peccata, ſed tantum in *cauſa ſua*, inadvertentiâ nempe & negligentiâ addiſcendi, inque memoriam revocandi obligationem ſuam; adeoque non puniri queant, quatenus legi divinæ ſunt contraria, ſed quatenus reatus cauſæ eorum ipſis ſimul applicatur & imputatur. Putat idcirco probaſſe ſe hoc modo, quod probare debebat, nempe quod juxta Jeſuitarum hypotheſes peccata philoſophica non ſint meræ imaginariæ ſuppoſitiones & caſus moraliter impoſſibiles, ſed nimis crebro inter homines accidere ſoliti. Unde ſerio cohortatur eos, ut ſi hæreſi de peccato Philoſophico à Papa damnatæ bona fide repudium remiſiſſe videri velint, propoſitiones illas omnes animitus ejurent atque condemnent (*c*).

115. *Cinquieme Dénonciation, où l'on continue de faire voir que les Jeſuites ſont obligez de croire par les principes de leur Morale, Qu'il s'eſt commis une infinité de pechez, qui n'etant point Theologiques, n'ont point été des offenſes de Dieu, ni merité des peines éternelles.*

Quinta hæc Denunciatio peccati Philoſophici *Colon.* Nic. Schouten 1690. vel 1691. in 12. edita ab *Arnaldo* opponitur cumprimis *Theſibus* menſe Auguſto An. 1690. *Antverpiæ* in Diſputationis publicæ argumentum propoſitis, *de ignorantiâ & inadvertentiâ, quibus peccatum excuſabile redditur.* His namquè acceſſerat Appendix de *peccato philoſophico*, quâ Profeſſor Antverpienſis, (cujus nomen adverſarius reticuit) ad exemplum *Bouburſio* affirmaverat, Jeſuitas nunquam peccatum Theologicum à Philoſophico ita diſtinxiſſe, ut reipſa à ſe invicem ſeparari poſſe, totove genere differre crediderint, ſed de utroque *præciſione* tantum *Metaphyſica* loqui, ac unum eundemque actum pravum *philoſophicum* appellare, *quatenus* rectæ rationi, *theologicum* autem *quatenus* voluntati Dei revelatæ contrarietur. Nullâ verò ratione docuiſſe, peccatum *philoſophicum*, quod

[c] *Acta Erud.* Lipſ. 1691. p. 103. &c.

non eſſet *theologicum*, unquam extitiſſe.

Urget ex adverſo *Arnaldus* (præter alia in prioribus quoque Denuntiationibus notata) *Diſputationem* à *Pageano* Claromonti in Arvernia habitam A. 1688, hujuſque præſertim trigeſimam Theſin: *Peccatum etiam grave philoſophicum* SINE ADVERTENTIA AD DEUM *non meretur pœnam æternam.* Huic præmittit locum parallelum *Jacobi Platelii*, Jeſuitæ Duacenſis, in *Synopſi Curſûs Theologici* recognitâ ac recuſâ *Duaci* A. 1679. Subjungit exemplum *Mutii* cujuſdam Monachi Trappenſis in Gallia, ante annum 1690 defuncti, qui priorem vitæ partem in concatenatis iiſque maximoperè horrendis criminibus *abſque ullâ de Deo cogitatione* tranſegerit, tandem vero pœnitentiam ſeram quidem, at ſeriam egerit. Hinc ergo patere ait, dari reapſe actus, qui etiam *ſine advertentia ad Deum* Theologicè peccaminoſi ac damnabiles ſint, niſi forte Jeſuitæ dicere vellent, *Mutium* illum homicidia, adulteria, & id genus ſcelera abſque peccato commiſiſſe, nullumve contraxiſſe pœnæ æternæ reatum. Provocat quoque ad exempla Romanorum & Græcorum, qui vel ex ſuperſtitione Deos ſuos æmulaturi ac culturi, vel ex Epicureorum placitis perſuaſi, res ſuas Superis curæ non eſſe, ſcortati ac mœchati ſint, iiſdemque jungit Chinenſium literatos atheos & exterius tantum cultum aliquem Deorum profeſſos, adeoque omni Numinis metu ſolutos, quicquid libuerit, perpetrantes. Ex his omnibus neminem peccare obſervat cum *advertentiâ*, actione ſuâ verum Deum offendi. Ideoque concludit, neceſſitatem incumbere Jeſuitis, ut ſtatuant, aut actua illos Gentilium pœnam æternam non mereri, quod eſt hæreticum, aut nullum dari actum materialiter malum, qui formaliter malus eſſe deſinat ob inadvertentiam peccatoris ad legem Dei.

Excerpit itidem propoſitiones non unas ex ipſis *Pageani* Theſibus Antverpienſibus, eumque inſimulat de *inadvertentia*, ob quam peccatum aliquod *materiale* (quod *formale* fieret in volente offendere verum Deum) excuſationem admittat & impunitate dignum evadat, ita loqui, ut dum nomen peccati merè philoſophici averſatur, ejuſdem fundamenta jaciat.

Longe autem liquidiora, de peccato philoſophico revera dabili, neque tamen damnabili, ſunt ea, quæ producuntur ex M^(tis) dictatis à PP. *Beccaſcrio* (Becheſer,) *Beguino* & *Andrio*, Theologiæ Profeſſoribus in Collegio Jeſuitarum Rhemenſi, à P. *Sanlegeriano* (St Ligier) Lugdunenſi, à P. quodam *anonymo* Camberiacenſi, à P. denique *Beone* Maſſilienſi. Plura de ſingulis afferre non difficile foret; ſed forſitan non ſine nauſeâ lectoris id fieret, cùm de iſtâ controverſiâ jam ſatis prolixè diſſeruerimus. Hoc tantum addemus, libello adjectam eſſe Bullam 24 Aug. 1690 ab *Alexandro Papa VIII* editam (*d*), adverſus duplicem illam Propoſitionem de *non obligatis hominibus ad amandum Deum*, & de *peccato Philoſophico*, Eccleſiæ Romanæ ab *Arnaldo* denuntiatam (*e*).

116. Priuſquam *Denunciationes* iſtas dimittam, memorandus item eſt liber cui tit. *L'Inſolence confondue, ou le P. de Hollande Jeſuite, convaincu de te ir & d'avoir prêché une doctrine toute meurtriere.* Brugis, Jac. Le Noir 1690. in 12. (*f*) cui & alius addendus ſic inſcriptus: *Le P. Bonhours convaincu de nouveau de ſes anciennes Impoſtures*, &c. (*g*) Vid. inf. ubi de Tom. VIII. *Pract. Moral.* Cap. XVI.

127. *Hereſie Impie contre le commandement d'aimer Dieu* &c. i. e. *Hereſis impia adverſus præceptum de Deo amando, reſuſcitata, poſt ſolennes ab Eccleſiâ factas condemnationes, per Theſin apud Jeſuitas publicè defenſam.* Coloniæ, Nic Schouten, 1690 in 12. Quam obiter jamjam in *Denunciatione ſecundâ* perſtrinxerat *Arnaldus*

[d] Vid. ſup. p. 281. b. n. 16. [e] *Acta Erud.* 1691 p. 183-185. De his *Denunciationibus* videri item poteſt *Quæſtio curioſa* p. 143 ſeq. [f] Vid *Hiſt. Oper. Erud.* April. 1690. ubi de ſecundâ & tertiâ *Denunciatione*. [g] *Ibid.* menſ. Majo 1691. ubi de quartâ & quintâ.

Arnaldus Theſin à Jeſuita quodam Muſſipontano, die 14. Jan. 1689. publicè ventilatam ac aſſertam, prout ſupra relatum eſt, eandem die 8 Martii ex profeſſo aggreſſus fuerat, ac univerſæ Eccleſiæ Chriſtianæ examinandam atque condemnandam ſiſterat celeberrimus Janſeniſtarum promachus. En ipſa Theſeos verba: *Bonitas objectiva conſiſtit in convenientiâ objecti cum naturâ rationali: formalis verò in conformitate actus cum regulâ morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative.* HUNC HOMO NON TENETUR AMARE, NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS. Cùm igitur *finis* hominis *ultimus* non alius eſſe queat, quàm ipſe *Deus*, non poteſt non hac Theſi affirmare Jeſuita, *hominem non teneri amare Deum*.

Obſervat hic *Arnaldus* in anteceſſum, quòd, (niſi laxior Jeſuitarum Theologia moralis tot pridem Pontificum ſanorumque Pontificiorum anathematiſmis perculſa fuiſſet, ut ejuſdem magiſtros *illos ſapuiſſe* credi potuerit,) nemini magnopere mirum videri deberet, φορτικὸν id genus ἀκουσμα à Patre ejuſdem Societatis propalari ac defendi, cùm, integra hanc in rem diſſertatio adverſus Jeſuitas apud *Wendrockium* extet, *Nota IV* in *Montaltii* Epiſtolam Provincialem X. idemque illic exprobretur dogma *Antonio Sirmondo* & (qui *Azorium* ſequi ſe aſſerit,) *Tamburino*, quale ab orco *Pontamuſſanus* revocaſſe dicitur. Maluit hunc *Arnaldus* Jac. Benigni *Boſſueti*, quàm ſuis verbis refellere. Similis nempe doctrinæ *Epiſcopum* hunc *Meldenſem* poſtulaverat Cl. *Petrus Jurieu*. Catecheſin ergo ſuam vindicaturus & calumniam ſibi impactam confutaturus *Boſſuetus* apologiam ſatis prolixam antagoniſtæ oppoſuit, quam *Arnaldus* primùm exſcribit, tandemque in compendium ac quatuor omnino capita redegit, quibus ex *Boſſueto* recenſitis, ſubnectitur ab *Arnaldo* parænesis ad Jeſuitas, ut ſincerè ac publicè Theſin Pontamuſſanam ceu impiam atque execrandam condemnent, quemadmodum Parisienſes Societatis illius Patres Divionenſem Theſin de peccato Philoſophico à ſe damnari publico ſcripto, ut ſupra narratum eſt, profeſſi ſunt.

Ἔγκλημα Meldenſis Epiſcopi, & *Ant. Arnaldi*, quòd & Lutherani ſententiæ illi faveant, quam Jeſuita Pontamuſſanus amplexus eſt, Theologis vindicandam relinquunt Eruditi Lipſienſes: ſuam tamen ſententiam his verbis declarant: » Utut enim, *ajunt*, » propoſitionem: *Bona opera* (ac ſigillatim, amor » Dei) *neceſſaria ſunt ad ſalutem*, pernicioſam judi- » cari à noſtratibus utrique facile concedamus, tan- » tum nihilominus abeſt, ut *propoſitioni Pontamuſſa-* » *næ* calculum adjiciamus, ut potius toto corde eam » abominemur. Nimirum dicimus, bona opera NE- » CESSARIA eſſe, non *neceſſitate medii* ſive *meriti* » (quam verba *ad ſalutem* haud obſcurè innuunt) » bene tamen ac omnino *neceſſitate præcepti*. Neque » *ab articulo renovationis* excludimus amorem noſtrum » erga Deum, licèt de eo in *articulo juſtificationis* » *gratuitæ*, à qua dependet æterna ſalus, ſilea- » mus (*h*).

528. *Practica Moralis Jeſuitarum Tomus III* in quo priora Practicæ illius Volumina adverſus librum falsò inſcriptum, *Defenſio novorum Chriſtianorum & Miſſionariorum in Chinâ, Japoniâ & Indiâ*, defenduntur. Accedit Reſponſum ad Apologiæ illius partem alteram nuper publicari cœptam. Anno 1689 (*i*) in 12.

Hujus *Tomi III.* Autorem eſſe *Arnaldum* dubium non eſt, quanquam duos priores à ſe conſcriptos fuiſſe neget (*k*). Interim illos non minus ac ſuum opus defendit; in hoc tertio verò tot atque talia ſcribit, quæ alii tribui vix poterunt.

Cenſuram exorditur à titulo libelli Jeſuitici, in quo indicatur, uno ſcripto refutari duo priora *Practicæ moralis* volumina, & ſimul librum *de Ingenio Arnaldi*, cùm tamen illa Catholicum, hic verò D. *Petrum Jurieu* hæreticum, ut vocant, auctores habeant. Hanc autem conjunctionem injuſtam & contumelioſam eſſe, multis rationibus contendit. Occaſio ſcribendi hunc in modum refertur; prodiiſſe nimirum libellum in Catholicos Gallos acerrimum, cui tit. *Politica Cleri Gallicani*, Gallicè ſcriptum. Huic *Arnaldum*, inſcium quidem, quòd Autor ejus eſſet *Jurieu*, *Apologiam pro Catholicis* (*l*) oppoſuiſſe, & in hâc cauſam Jeſuitarum, licèt ab his multis modis offenſum, candidè & communis religionis reſpectu defendiſſe. Hac *Jurieum* irritatum fuiſſe dicit Autor, ut monſtroſum illud ſcriptum *de Spiritu* ſive *ingenio Arnaldi* evulgaverit, in quo non illum modò, ſed omnes Catholicos, omniumque hominum ordines fœdiſſimis criminationibus proſciderit. Meliora quidem *Arnaldum* à *Jurieo* non expectaſſe; minimè tamen prævidiſſe, quòd Jeſuitæ tam malam gratiam ipſi relaturi eſſent, ut ei acriùs quàm *Jurieo* inſultarent, & huic arma contra Catholicos ſuppeditatæ eſſe quererentur. Demonſtrare itaque nititur falſitatem imputationum, & quòd contradictiones, quas inveniſſe ſe in ſcriptis *Arnaldi* jactent, minimè probare poſſint. Præterquàm enim quòd *Arnaldus* ſe Auctorem *Practicæ Moralis* eſſe neget, etiam ex illis prioribus *Practicæ* libris nihil elici poſſe exiſtimat, quo *Apologia*, de quâ diximus, *Jurieo* oppoſita refelli poſſit. Queritur de invidia Jeſuitarum praviſque & vilibus artibus, quibus fiat, ut *Arnaldi* aliorumque quos orthodoxos vocat, libri Jeſuitis diſplicentes, in Galliam non importentur, & ſic Jeſuitæ ignobilem ſibi triumphum procurent. Diſputat inde de curâ & induſtriâ Eccleſiæ in convertendis Paganis ab omni tempore adhibitâ, & poſt Schiſma quoque Seculi XVI continuatâ, quæ character ſit veræ & Catholicæ Eccleſiæ. De hoc Reformatos gloriari non poſſe, imò ipſos defectum ſuum agnoſcere aſſerit, & probatum it ex *Leonis ab Aitzema* Hiſt. Belgicâ, item ex alterius Scriptoris Reformati *Baldeus* Hiſt. Indicâ, ex cujuſdam Decani Cantuarienſis oratione pro Religione Proteſtantium habitâ, & ab his vehementer probatâ; itemque ex *Joanne Arnoldo*; ex quibus conſtare putat, Reformatos operam & periculum in convertendis Paganis defugere, quòd illa abſque vocatione & miſſione ſuſcipi non debeat. Fatetur in *Practicâ Morali* reprehenſas eſſe Jeſuitarum actiones in Chinâ & Indiâ, non æquè in Japoniâ, neque tamen inde ſequi, quòd Jeſuitæ in nuperâ *Defenſione* cauſantur, ac ſi totius Eccleſiæ Romanæ labores in converſione gentium improbentur. Eſſe enim alios, qui ad eam deſtinantur, neque his errores & vitia Jeſuitarum imputari poſſe. Jeſuitarum verò vitia in Miſſionibus commiſſa, dudum apertè à Pontificibus A. 1646 & 1669 damnata fuiſſe. Hoc itaque illorum ſophiſma, quod vocat, pluribus impugnat, & ſimul *Jurieu* aſſertionibus occurrit, ſtatuentis maximam converſionum in Indiâ partem Jeſuitis tribuendam eſſe, & rationem haberi non debere eorum, quæ Dominicani & Franciſcani geſſerint; utut enim in quibuſdam melius quàm Jeſuitæ verſentur, nihilominus falſis dogmatibus corruptos eſſe. Nihil omittit, quo hæc ſcribentem *Jurieum* falſi convincat. Japonum converſionem ab initiò Jeſuitis debitam concedit, neque iiſdem corruptelis, quæ in Chinenſi Miſſione deprehenſæ poſtea fuerint, infectam fuiſſe exiſtimat. Refert tamen, A. 1593 ſex Franciſcanos ex Inſulis Philippinis in Japoniam veniſſe, &

ſublata

(*h*) *Acta Erud. Lipſ.* 1690. p. 580 581. Vid. & *Clerici* Bibl. Univ. *Tom. XVIII.* & *Quaeſt. Curioſ.* p. 151. (*i*) Duæ hujus Tomi III eod. anno prodierunt Editiones, altera, ni fallor, apud Batavos, altera Lugduni Gallorum. (*k*) Vid. *Lettre d'un Theol. ſur la Defenſe des nouv. Chrétiens* pag. 24

(*l*) Vid. ſup. n. 504.

ſublato poſtea, quod nimiâ indulgentiâ Jeſuitis tribuerat *Gregorius XIII*, à *Clemente VIII* privilegio, plures ſuperveniſſe, & inter alios partem Japoniæ convertiſſe, quam Jeſuitæ non adierint. In Chinam verò primum omnium veniſſe *Martinum de Rada* Auguſtinianum, A. 1575. cui ſucceſſerit A. 1581 *Martinus Riccius* Jeſuita. Appuliſſe poſtea A. 1596 Dominicanos, ex quorum relationibus probat, illos tunc nullum Jeſuitam in Chinâ, neque Chriſtianos ab illis converſos reperiſſe. Allegat opus hiſtoricum de Actis Dominicanorum in Chinâ, à *Dominico Ferd. Navarreta*, ejuſdem Ordinis Præpoſito, & poſtea Archiepiſcopo S. Dominici in America editum, & ex illius Tomo II non pauca adducit, quibus dicta confirmantur, & querelæ contra Jeſuitas plurimæ afferuntur, oſtenſâ converſionum differentiâ, quibus Jeſuitæ & Dominicani utantur. Illos enim artibus politicis operam dare, hos ſolâ doctrinâ, aliquando etiam miraculis, Chriſtianiſmum promovere. Falli igitur *Jarium* concludit, qui omnes converſiones Jeſuitis tribuit, aut nullam pro ſincerâ & piâ habet. Hæc ad præfationem Apologiæ Jeſuiticæ pertinent.

Poſt hæc caput illius primum aggreditur Autor, reſpondetque ad ea quæ præfationi Lib. II *Pract. Moral.* objiciuntur. Acriter illis ambitionem exprobrat, & neceſſitatem reformandæ illorum Societatis urget, falſus tamen, quod Jeſuitæ objecerant, ſe primum non eſſe, qui hanc deſideraverit. Adducit *Joannis Palafoxii*, Angelopolitani in Indiâ Epiſcopi, Epiſtolam ad *Innocentium X* hac de re ſcriptam, de qua poſtea ſæpius dicendum erit. Citat etiam *Mutii Vitelleſchi* & *Franciſci Borgia* (qui Jeſuitarum Præpoſiti Generales fuerunt) de emendandâ Societate deſideria, graviter taxans Jeſuitas, quod *Borgia* ſcripta interpolaverint; id quod ex editionis *Ipreſis* A. 1611 & *Antverp.* A. 1635 collatione demonſtrat. Similis falſi reos arguit in corruptione libri *de Inſtructione Sacerdotum* à *Franciſco Toleto* editi; obiter tamen corrigit Autorem *Theatri Jeſuitici*, in quo *Gregorio de Valentia* falſatio libri cujuſdam ex Tomis S. Auguſtini tribuitur, qui tamen non ipſum librum corruperit, ſed in conſeſſu Congregationis *de Auxiliis* & aliter legerit, quam in libro ſcriptum erat, & in hac fraude à Dominicano *de Lenos* deprehenſus fuerit? Subjungit quædam, pro *Gaſp. Scioppio*, quem Autor *Defenſionis* taxaverat, quanquam in *Practica Morali* allegatum eſſe neget, ſed longè alios autores, ad quorum teſtimonia reſpondere Jeſuitæ debuerint, productos eſſe moneat. Interim *Scioppium* non ſolùm contra Jeſuitas, verùm etiam contra *Georg. Hornium* defendit, qui *Period. III.* Hiſt. Eccleſ. *Art.* 3 ſcripſit, illum ſub finem vitæ ad Eccleſiam Reformatam, à quâ defecerat, redire voluiſſe, ſed ſpretum rejectumque fuiſſe. Annectit non pauca pro Abbate *San Cyrano*, teſtem citans *Franc. Steph. Caulctum* Pamienſem Epiſcopum, multa in cauſâ Pontificiâ ab Aulâ Gallicâ perpeſſum. Defendit poſtea ideam Societatis Jeſuiticæ ab Autore *Pract. Moralis* propoſitam; improbat tamen, quòd illam deteriorem fecerint Jeſuitæ quàm ſcripta ſit: neque enim omnibus Jeſuitis vitia, quæ deſcribuntur, tribui, ſed illis, qui ſe iis contaminant, aut ea, cùm poſſint & debeant, non impediant. Neque tamen diſſimulat, ſibi nullam Societatem aut Ordinem innotuiſſe, in quo magis regnet propriæ ſapientiæ & eminentiæ opinio, & opum atque gloriæ cupido. Inter alias probationes adducit, quod nullo Pontificum decreto retineri ſe paſſi ſint, quominus in Belgio collectas eleemoſynas extra provinciam miſerint, & ad ſua commoda, cum detrimento pauperum indigenarum, impenderint. Culpat quoque eos, quòd ad exiſtimationem Societatis conſervandam nihil illicitum eſſe putent, nulli parcant calumniis, nullumque unquam errorem agnoſcant & corrigant, & adeo inſolentes ſint, ut teſte Epiſcopo *Palafoxio* dixerint, ſatius eſſe, ut tota nova Hiſpania intereat, quàm ut aliquid de exiſtimatione Societatis decedat. Provocat eos, ut hæc, quibus non unius aut alterius vitia, quibus nulla Societas careat, ſed totius ſodalitii eorum genium & corpus affici ſtatuit, purgent & defendant, neque ſe propter laudes efferant, quas ab aliquibus & ob quædam bona particularia, reportent. Poſt hæc, convitia, quibus Apologiâ Jeſuitici proſcinduntur Theologi Portûs Regii, (*de Port Royal*) in compendio enarrat, eoque ipſo refutata eſſe exiſtimat. Probat etiam eum, qui vitia aliorum detegat & reprehendat, ſpiritum charitatis habere & ſervare poſſe, neque id abſurdum & ridiculum eſſe, ut Autor Apologiæ putet. Multa hâc occaſione de lite Epiſcopi *Palafoxii* cum Jeſuitis, & ſcriptis *Arnaldi* adverſus *Malletum* aliosque commentatur. Accipit confeſſionem adverſarii, *quod interſit republicæ cognoſci malos*; & inde argumentatur, ſi vera ſint quæ in *Practica Morali* Jeſuitis objiciuntur, ut ipſe quidem minimè dubitat, omninò intereſſe reipublicæ Chriſtianæ, ut publicarentur. Subjungit obſervationes quaſdam ſingulares. Taxaverat Jeſuita, quod *Arnaldus* libro *Jurii* de ſpiritu ſeu ingenio ejus non reſponderit; ſed regerit Autor, *Jurium* reſponſum non mereri, & maluiſſe *Arnaldum* alia ejus ſcripta dogmatica refutare; ſcire tamen, quod libris ſuis aditus in Galliam non pateat. Negat iterum Autorem *Practicæ Moralis* eſſe *Arnaldum*, à defendendi tamen eâ non abhorret. Leve erratum eſſe putat, quod librum Jeſuitis tantoperè inviſum, *Theatrum Jeſuiticum*, Epiſcopo Malacenſi attribuerit (*m*), cùm ipſi Jeſuitæ diu idem ſint opinati. *Jarrigium*, qui à Jeſuitis ad Reformatos tranſierat, & ab his ad illos redit, in revocatione ſuâ recantaſſe negat, quæ Jeſuitis objecerat, probatu, ut putat, facillima; ſed tantùm ſcripſiſſe, ſe nimis vehementem in libro contra illos edito fuiſſe. Ad argumentum Jeſuitarum, quod *Jurio* reſpondere non potuerit *Arnaldus*, quia tacuerit, prolixam diſſertationem inſtituit, quando & quomodo ex ſilentio præſumi poſſit & debeat confeſſio, & irridet Jeſuitas, quod dicant, ſe per contemtum *Practicæ Moralis* non reſpondiſſe, & quod ſe cum Rege Galliæ comparent, qui ad relationes hebdomadales à Batavis editae (*novellas* vocant) non reſpondeat. Exempla tamen allegat, quod Jeſuitæ acerbiſſimè aliis reſponderint, v. g. *Ibrahima*, qui tamen nihil illis objecerint, quàm quod *Ignatius Loyola*, cùm A. 1536 Venetiis eſſet, in Societatem illorum recipi cupiens, repulſam tulerit. Subjungit quæ *Paſquierio*, ſummâ cum acrimoniâ à Jeſuitis oppoſita fuerint, maximè à *Franciſco Garaſſe*, quem tamen ab animi ſubmiſſione, modeſtiâ, affabilitate & manſuetudine mirè commendari ab illis dicit. Sequitur farrago dictorum & factorum, ex quibus Autor Jeſuitae habitûs cujuſdam conviciandi convincere nititur. Inprimis urget, quòd nonniſi poſt plurium annorum moram & oppoſitionem, ſeveriſſimis Pontificum decretis de obedientiâ Vicariis in Indiam nuſſis præſtandâ paruerint, neque poſt extortum denique obſequium queri deſinant, quaſi injuſtè à Miſſionibus in regna quædam excluſi fuerint. Hanc tamen excluſionem meruiſſe illos dicit, quòd Chriſtianos novitios à Sacramentis Eccleſiæ, à Sacerdotibus, quos Vicarii Pontificii conſecraverant, adminiſtratis arcuerint, hos pro hæreticis (Janſeniſtis ſcil.) diffamaverint, interim neophytos ſolo globulorum & aquæ benedictæ uſu contentos eſſe juſſerint. Exprobrat etiam, quòd accuſationem à maximâ Paſtorum Gallicorum parte, de corruptione diſciplinæ moralis adverſus Jeſuitas inſtitutam, ab egregio Epiſcopis & Collegio Sorbonico, denique ab ipſis Pontificibus approbatam, pro injuſtâ habeant, & quaſi perſe-

(*m*) Vid. inf. n. 138. ubi de *Arnaldi* ad *Ildefonſum* Epiſtolâ agitur.

perſecutionem paſſi ſint, lamentari non ceſſent. Allegat Bullas *Alexandri VII* & *Innocentii XI*, quibus Jeſuitarum ſententiæ à Paſtoribus indicatæ, publicè condemnatæ ſunt. Orationem ab *Henrico IV* pro Jeſuitis in Parlamento Pariſienſi habitam falsò fingi & ſupponi, ex *Thuani* Lib. CXXXII aliiſque autoribus, itemque ex literis Regis ab *Auberio* in Hiſt. de Cardinali *de Joyeuſe* relatis demonſtrat; deinde vel imprudentiæ vel ignorantiæ eorum tribuit, quòd obſcuri cujuſdam hominis *Perronii* Apologiam pro Jeſuitis editam, Cardinalis eſſe contendant, cum quo vilis iſte ſcriptor nil niſi nomen commune habuerit. Temeritatem denique eſſe ait, quòd retractationem ab autore *Practica Moralis* poſtulare audeant, quaſi illos de violatâ Epiſcoporum in Indiâ autoritate per mendacium accuſaſſet. Itaque actiones Jeſuitarum contra Epiſcopos illos denuò recenſet, & teſtimoniis probat. Allegat 1ò MS. relationem *Petri de Solis*, de Actia contra *Bernard. Almanzam* Archiep. S. Fidei: 2ò Scripta authentica in cauſâ *Matthæi de Caſtro*, natione Indi. Hic, ut refert, circa finem Pontificatûs *Urbani VIII* Romam miſſus, eos fecerat in ſtudiis profectus, ut Vicarius Apoſtolicus in Æthiopiam deſtinaretur; ſed à Jeſuitis & conſtituto ex illis Æthiopiæ Patriarchâ ejectus, & Romam redire coactus eſt. Inde denuo rum titulo Epiſcopi in Indiam miſſus, novas Jeſuitarum perſecutiones incurrit, delatus inter alia apud Regem Luſitaniæ, quòd ſemi-paganus eſſet, & parva *idola* ſecum ferret, itemque ex templis *boum* ſtabula faceret. Deprehenſam autem fuiſſe calumniam ſcribit, cùm, inſtitutâ à Rege inquiſitione, compertum fuit, nummos, quos Epiſcopus habebat, in regionibus illis uſitatos, *idola* vocari, quòd figuris illorum ſignati eſſent; *boves* verò, quos in templa admiſiſſe dicebatur, homines eſſe, bajulando victum quærentes, qui populari dicacitate *boves* vocarentur. Sed graviora alia viro objecerunt, ut tertiâ vice Romam proficiſci coactus, ibique ſatis rigidè tractatus, tandem verò penitus abſolutus & in Indiam remiſſus fuerit, in quâ pluribus annis ad extremam uſque ſenectutem muneri ſuo præfuiſſe, & tandem Romam regreſſus circa A. 1680 vitam finiiſſe perhibetur. Notat Autor, illo tempore, quo Jeſuitæ in Æthiopia *Matthæum* illum falſis delationibus infeſtaverint, ipſos cum Patriarchâ ſuo, cùm ſeſe adminiſtrationi publicæ ingeſſiſſent, toto regno ejectos, & poſthæc omnibus Miſſionariis Catholicis aditum præcluſum fuiſſe: 3ò De *Ferdinando Guerrero* Maniliæ ſive Philippinarum Archiepiſcopo narrat, cùm ille Jeſuitas ad miniſteria ſacra, antequam diplomata ſua exhiberent, admittere recuſaſſet, horum artibus apud Gubernatorem Regium effectum fuiſſe, ut illum ex ſacello, hoſtiam conſecratam manu gerentem, & præ ſenio atque fame ſeſe vix ſuſtinentem, à militibus rapi, & in Inſulam deſertam deportari curaverit. Probat hoc ex Epiſcopi *Palafoxii* libro, & ex relatione *Joh. Bapt. Moralis* Dominicani A. 1645. 4ò. Provocat ad Acta Jeſuitarum adverſus *Bernard. de Cardenas* Franciſcanum, Epiſc. Paraguayenſem, circa A. 1665 Hiſpanicè & Gallicè edita. Ex his conſtare ait, Epiſcopum, cùm Jeſuitas pro munere ſuo viſitare vellet, in Eccleſia ſuâ ab illis obſeſſum, & fame ad deditionem coactum, hoſtiam ex manibus ejus ereptam, illum ergaſtulo incluſum, deinde vili lembo impoſitum in Inſulam ducentis leucis diſſitam miſſum eſſe. Ad hæc militum cohortes à Jeſuitis conſcriptas, quas ipſi duxerint, omniaque præfectorum munia ſubiarint. 5ò Injuriæ referuntur ſæpè memorato *Palafoxio*, viro licèt ſanctiſſimo, illatæ, quas ipſe editis libris deſcripſit. 6ò Narratur, ut *Philippum Pardum*, itidem Maniliæ Archiepiſcopum, quòd Jeſuitas à mercaturâ prohiberet, & ad rationes tutelæ, quam invaſerant, reddendas adigeret, ope Præfectorum regiorum ſede ſuâ dejecerint, reſtitutum tamen paulò poſt decreto ſupremi Senatûs

Mexicani, à quo etiam mandatum editum fuerit, quo Eccleſiaſticis generaliter omnis negotiatio interdicta fuit, cùm tamen præter Jeſuitas nulli alii ex Clero operam illi dediſſent. Ne verò ſolum in Indiâ tam inſolentes fuiſſe videantur Jeſuitæ, aut relationes ex locis remotiſſimis ſuſpectæ habeantur, etiam Europæorum Epiſcoporum exempla afferuntur, peſſimè ab illis habitorum. Nominat Autor *Smithum*, titulo Chalcedonenſem Epiſc. Angliæ Vicarium; *Boonium* Archiep. Mechlinienſem; *Trieſtium* Gandavenſem, *Pavillonium* Aletenſem, *Cauletum* Pamienſem, *Solminiacum* Cadurcenſem, *Chouartum* Bellovacenſem, & Abbatem *Ferrerium*. Quæ cum his acta ſint, Tomo II *Pract. Moral.* relata eſſe dicit, nec hucuſque refutata, quanquam in primâ *Apologiæ* editione id ſe facturos eſſe indicaverint Jeſuitæ; non ſtetiſſe enim promiſſione illâ in alterâ editione; unde, & quòd quædam de *Theatro Jeſuitico* aliaque emolliverint, neque quidquam ex objectis ſolidè refellere potuerint, ſuo judicio condemnatos eſſe exiſtimat (n) Hæc ex primâ libri parte ſumpta ſunt, in quâ ad Apologiæ Præfationem & Caput primum reſponſum eſt.

119. In alterâ, omiſſo Capite II, in quo de *Theatro Jeſuitico* tractatur, ad Caput III tranſitus fit. In hoc Jeſuitæ ad Curiam Romanam & Aulam Hiſpanicam provocaverant, à quibus Acta ſua in Miſſione Chinenſi probari aſſerunt. Allegarunt (1) reſponſum *Innocentii XI.* d. 3. Decemb. 1681. P. *Verbieſto* Jeſuitæ datum. Hoc benigniſſimum fuiſſe non negat Autor, ſed nec aliud tunc Pontifici conveniſſe ait, qui dona ex China miſſa à Jeſuita acceperat. Negat verò per illam comitatem abolita fuiſſe decreta Pontificum A. 1645 & 1669. ad querelas Dominicanorum contra perperam facta in Miſſione illâ à Jeſuitis edita. Producit reſcriptum ex Congreg. *de Propaganda Fide* d. 23 Febr. 1680 ad Generalem Jeſuitarum emiſſum, in quo huic injungitur, ut Societatis ſuis Sacerdotes *Eman. Ferreirum*, *Domin. Fucitum*, *Joſ. Candonium*, & *Barthol. Acoſtam* ex Miſſione Indica revocet, omnibuſque ſacris functionibus privet, reliquos autem ad obſequium Vicariis Apoſtolicis præſtandum juramento adſtringat, quo ceſſent obſtacula propagationi doctrinæ Evangelicæ eò uſque objecta, & ut poſthac omnes catechetæ & adminiſtratores Eccleſiarum à Vicariis illis conſtituantur; additâ comminatione, ni pareant, fore, ut concepta jam Conſtitutio ſive Bulla publicetur, & Jeſuitæ ex regnis *Tunquini*, *Cochinchinæ*, *Camboja*, *Siami*, & ipſâ Chinâ excludantur. (2) Decretum Regis Hiſpaniarum d. 6. Jan. A. 1611. à Jeſuitis impetratum, quò ipſis ſolis Eccleſiarum Japonicarum cura commiſſa eſt. Verùm illud Romæ non ſaltem, quod Jeſuitis ipſi fateantur, improbatum, ſed & ab ipſo Rege A. 1632. retractatum fuiſſe Autor oſtendit; ſecuta poſtea Bulla *Urbani VIII*, quâ aliis Religioſis eadem poteſtas, regiones illas adeundi, datur. Addit aliud Regis decretum A. 1646, in quo fraudis in cauſâ teſtamentariâ Jeſuitæ damnantur. (3) Impertinenter produci Autor ait literas Proregis Arragoniæ, quibus Jeſuitas A. 1685 Cardinali *Columna* commendavit. Ex ipſis enim conſtare dicit, acres querelas ex Indiâ contra Jeſuitas Romam delatas eſſe; deinde non obſtante illâ interceſſione, revocatum fuiſſe privilegium ad tempus A. 1682 & 1685 à Pontifice datum, ut in quibuſdam Jeſuitarum Collegiis Americanis gradus Theologici conferri poſſent; multòque minus eos obtinuiſſe, quod interventu Proregis ambibant, ut Doctorum Juris Canonici titulos impertiri poſſent, quibus opus erat ad impetrandum locum inter Canonicos Cathedrales. Cùm verò Jeſuitæ jactent, quòd cantia licèt facultatibus valentes,

(n) *Acta Erud. Lipſ.* 1690. p. 381-388 Vid. & *Hiſt. oper. Erud.* Jan. 1690.

valentes, & viginti millium numerum conſtituentes, ultionem tamen in adverſarios non exerceant, multa ad id replicat Autor. Dogmata eorum traducit, quibus licitum eſſe ſtatuant, vindictam in inimicos quovis modo exercere, & exempla adducit, quomodo id reipsâ fecerint, imprimis contra eos, quos Janſeniſtas vocant; neque mitius acturos fuiſſe putat cum Paſtoribus Galliæ, niſi hi multitudine ſuâ tuti fuiſſent. Allegat etiam quæ contra Virgines *ab Infantia Jeſu* cognominatas ſtatuerunt, & in *Act. Erud.* Lipſ. A. 1689. p. 365. 370. relata ſunt (*o*).

Objicientibus verò, quòd Janſeniſtæ in Indiam & Chinam Evangelii prædicandi cauſâ non proficiſcantur, reſpondat, non omnibus Eccleſiæ membris eadem munia incumbere, ſed diverſa diverſis ritè vocatis; *Arnaldum* ſpeciatim ab adoleſcentiâ ſuâ ad ſcribendos libros & conſilia Theologica talentum à Deo accepiſſe; denique Jeſuitas ipſos invidiâ & odio ſuo efficere, ne alii in regiones illas Evangelii prædicandi cauſâ veniant. Citat orationem, quâ Epiſcopum Gallum titulo *Heliopolitanum*, à Pontifice in Indiam miſſum, ab itinere illo dehortari voluerint. Autorem *Practicæ Moralis* falsò accuſari notat, quaſi Apoſtaſiæ crimen Jeſuitis omnibus in Japonia tribuerit; interim verum eſſe affirmat, defeciſſe quoſdam ad Paganiſmum, neque id mirum eſſe dicit, cùm Societatis commune vitium ſit *libido*, ut *Auguſtinus* loquitur, *excellendi*, & divitiarum, quodque harum cauſâ ſpretis Pontificum prohibitionibus à mercaturâ non deſiſtant. Ex eodem fonte derivat, quòd, teſtantibus Dominicanis & Franciſcanis, Chriſtianis Chinenſibus permittant, ut ſacris interſint, quæ in honorem *Confucii* atque idolorum celebrantur, neque concedit quod illi excipiunt, cultum illum tantùm politicum eſſe. Haud multum dubitat, quin etiam polygamiam publicè probaturi ſint, niſi infamiam vereantur, quam *Lutherum* cum ſociis incurriſſe dicit, cùm Principi alicui bigamiam permiſiſſent. Hanc rem ex *Boſſueti* Lib. VI *de Variat. Eccleſ. Proteſt.* adducit, de quâ vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1689. p. 73. Dixerat Apologiſta, quòd ex ſingulari moderatione & manſuetudine reſponſum non fuerit ad *Practicam Moralem*, neque recriminationibus adverſus accuſatores monachos uſi ſint Jeſuitæ: ſed contrarium deducit Autor, & refert, quæ adverſus Epiſcopos Gallos in Indiam miſſos, & contra Autorem *Theatri Jeſuitici*, (vid. ſup. *n.* 138 & *p.* 599. *b.* cit. (*m*). itemque adverſus Monachos Dominicanos acerbiſſimè egerint & ſcripſerint. Defendit quæ *Arnaldus* in libro contra *Malletum* ſcripſerat, (vid. ſup. *n.* 101 & 102.) ex doctrinâ Jeſuitarum licitum eſſe falſa crimina illis imputare, qui Jeſuitarum exiſtimationi detrahant; allegat eorum Autores *Dicaſtillum*, *Tamburinum*, ut &, qui iis impensè favat, *Caramuelem*. Vehementer verò queritur, quod Janſeniſtas cum Reformatis in articulo de S. Cœna conſentire ſcripſerint; & acriter refellit, quæ in virgines Portûs Regii *Briſacerius* Jeſuita ſparſerit, præmii loco non unam inter illos dignitatem, ut ſcribit, adeptus. Ad poſtulatam documentorum, quæ Autor *Practicæ Moralis* allegavit, editionem reſpondet, inciviliter eam peti: præſumendum enim eſſe de fide documentorum, quæ vir bonus allegat, niſi ſuſpiciones falſi afferantur & probentur. Speciatim defendit Epiſtolam *Palafoxii* (vid. ſup. *p.* 599. *a.*) à *Ludovico Santamorio* (de St Amour) (*p*) in Diario ſuo productam. Excipit tamen ab hac regulâ illos, qui ſemel in falſi crimine deprehenſi fuerint; id quod de Jeſuitis confirmat, & exemplis quibuſdam demonſtratum it. Autor *Theatri Jeſuitici* aſſeruerat, ſervari in Cœnobio Dominicanorum Cæſarauguſtæ librum *Hieron. Bapt. de Lanuza* Dominicani, Epiſc. Albaraſini, in quo ſtatuerit, prophetiam quandam S. Hildegardis ad Jeſuitas pertinere. Hoc ut falſi argueret Autor Apologiæ Jeſuiticæ, literas *Martini Lopezii*, ejuſd. Cœnobii Monachi, A. 1686 datas produxit, quibus negatur, librum Epiſcopi iſtius in Monaſterio extare. Sed Noſter fraudis convincere vult Jeſuitas, teſtimonium ejuſd. *Lopezii* d. 3 April. 1688 coram Notario & teſtibus redditum exhibens, in quo negat, literas in hac cauſâ unquam à ſe ſcriptas fuiſſe, licèt fateatur, interrogatum ſe à quodam, Jeſuitarum nomine, de libro illo Epiſcopi fuiſſe, ſed abſentibus pleriſque Monaſterii ſodalibus ore tenus reſpondiſſe, ut ab importunitate ſeſe liberaret, librum non extare. Aliud exemplum ex Epiſtola *Navarretæ* Dominicani ad *Anton. Govean* Jeſuitam affertur. Quæſtio eſt, de quâ ſupra jam aliquid notatum fuit, de ſacris ſive ceremoniis, quibus Chinenſes quotannis defunctis majoribus ſuis honorem exhibent. Hunc Jeſuitæ non niſi politicum eſſe Pontifici perſuaſerant, impetrato anno 1656 per *Martinum Martinium* à Pontifice decreto, ut Chriſtianis adeſſe illis ceremoniis liceret. Sed ex *Navarretæ* literis conſtat, honorem illum religioſum eſſe; offerri enim ſacrificii loco vinum & capram, & ſurgere quendam finito ſacro, qui cœtui dicat, animam ejus, quem colunt, ex cœlo deſcendiſſe, & precantibus proſpera omnia afferre; & hoc à quibuſdam Jeſuitis agnoſci notat Autor, plurima verò hac de re ex *Navarretæ* libris teſtimonia adducit, & inde colligit, Epiſtolam ejus, quam Jeſuitæ in Apologiâ allegant, ſuppoſititiam & falſam eſſe, neque dubitari debere, quin Jeſuitæ & quicunque ex illorum clientibus ſacris illis interſint, idololatriæ rei ſint, utut contrarium tam imperitè fingant, ut nec laudem, quam Chriſtus villico iniquitatis tribuit, ſolertiæ nempe, mereantur. Iſta Dominicanorum & Franciſcanorum teſtimoniis confirmat, atque ad omnia reſpondet, quibus Jeſuitæ indulgentiam illam ſuam excuſare ſolent. Non minus falſas eſſe contendit literas Archiep. *Manilæ* & Epiſc. *Zebuenſis* in Philippinis à Jeſuitis allegatas, quibus A. 1637. apud Pontificem retractaſſe dicuntur quæ adverſus Jeſuitas in illo ipſo idolorum cultu ſtatuerant, & delationes Monachorum probaverant, in quibus Jeſuitis objicitur, quod apud neophytos myſterium crucis diſſimulent & ceremonias Eccleſiæ in Baptiſmo, itemque extremam Unctionem omittant. Acriter inde inſultat Apologiſtæ quod *Didaci Moralis* Jeſuitæ teſtimonium, tanquam viri ſancti & martyris, alleget, qui tamen turpiſſimè ad Paganiſmum defecerit. Convertit inde ſermonem ad Abbatem *Briſacerium*, Seminarii Miſſionum Pariſienſis Superiorem, qui Apologiam Jeſuitarum prolixo cum elogio approbavit. Eludit itidemque Jeſuitas, encomia Pontificum allegantes. Expoſtulat cum Abbate, quod cùm ſciret, quomodo Jeſuitæ Epiſcopos Gallos ex Seminario in Indiam miſſos tractaverint, & quæ hi de perſecutionibus illis queſti ſint, nihilominus Apologiæ Jeſuiticæ calculum ſuum adjecerit, in quâ Epiſcoporum illorum relationes, ut falſæ & iniquæ traducantur. Subjungitur ampla Miſſionis illius enarratio. Sollicitatus nempe fuit Papa *Alexander VII* ab *Alexandro Rhodio* Jeſuitâ, ut Epiſcopos in Indiam deſtinaret, quod novella illarum regionum Eccleſia opus illis omnino habere videretur. Miſit itaque Pontifex Gallum *de Palu*, qui duos fratres in Societate Jeſuitarum habebat, & alium *La-Motte Lambertum*, illum Heliopolitani, hunc Berytenſis Epiſcopi titulo inſignitum, qui Epiſcopalia munera in China & regnis vicinis exercerent. Cùm *Heliopolitanus* A. 1663 Suratam in Indiam appuliſſet, Jeſuita quidam (ut Autor refert) Luſitanus à proſequendo itinere illum

(*o*) Hic recenſetur liber Gallicè editus hoc tit. *L'Innocence opprimée par la Calomnie &c.* Innocentia per calumniam oppreſſa, *ſive* Hiſtoria de Congreg. Virginum Infantiæ Jeſu Chriſti. & quomodo ſubreptum ſit Religioni Regis Chriſtianiſſimi, ut abolitionem Congregationis illius decerneret &c. *Toloſæ* apud P de la Noue 1688. in 12. item Relatio de Inſtitutione ejuſd. Congreg. cum enarratione omnium, quæ in ſubverſione ejus contigerunt. Prodiit ibid. A. 1689. Vid. *Nov. Reip. Litter.* Mart. 1688. 1689. Vid. & *Moral. Pract.* Tom. VIII. p. 136. &c. *Bibl. Janſen.* p. 195. (*p*) De eo dictum eſt ſub tit. *Ludov. de Sto Amore* p. 398.

Anton. ARNALDUS.

dehortatus eſt, tum ob pericula, tum quod inutiles in illis locis eſſent Epiſcopales functiones. *Berytenſi* ejuſque delegato in Cochinchinam delato Jeſuitæ obſequium apertè denegarunt, & ex illis *Dominicus Fucitus* A. 1668 Vicarium Generalem Epiſcopi Macaenſis ſe eſſe contendit, in cujus diœceſi Cochinchina contineatur. Sequenti anno *Ignatius Baudetus* itidem Jeſuita, Malacenſis Epiſcopi jus allegavit: dein anno 1670. *Marcheſius* quidam iterum Macaenſe prætendit. *Fucitus* ille diplomata Pontificis Berytenſis nomine producta, in cœnum & aquam projecit, falſa eſſe dictitans; convictus deinde oſtenſo ſigillo, ad juris Macaënſis oppoſitionem rediit; unde ſchiſma inter Chriſtianos natum eſt, inſtigatis incolis, ut Gallos Miſſionarios, & conſecratos ab iis Sacerdotes indigenas averſarentur Succeſſere iteratæ Pontificis juſſiones, imprimis *Clementis X* A. 1673. d. 23 Decemb. in quibus Jeſuitarum contradictiones omnes rejectæ ſunt, & miſſis ex Gallia Epiſcopis autoritas aſſerta fuit. Verùm etiam has falſi accuſarunt & ſpreverunt Jeſuitæ, & quicquid Sacerdotes ab Epiſcopis creati in adminiſtrandis ritu Romano Sacramentis egerant, ut irritum & nullum habuerunt, & reiterarunt; qui verò actus illos ut ratos & legitimos accipiebant, ſi ægrotaſſent, alloquio & ſolacio, mortuos ſepulturâ privarunt. Epiſcopi fruſtrà tentatâ concordiâ, ad excommunicandos demum Jeſuitas A. 1675 progreſſi ſunt, contradicente *Joſ. Candonio* Jeſuitâ, qui ſe pro Vicario Malacenſi gerebat. Pejus actum eſt cum *Heliopolitano*. Hunc enim A. 1674. menſe Octobri vi tempeſtatum in Philippinas delatum, Hiſpani ut Gallum hæreticum & exploratorem Jeſuitis cuſtodiendum tradiderunt: hi tamen ſimularunt, ac ſi id ſine culpâ ſuâ factum eſſet, idque diu credidit Epiſcopus, donec ex interceptis caſu quodam literis illorum fraudes & techas omnes didiciſſet. Hæc ex ipſius commentariis referuntur. Ex Philippinis poſtea menſe Junio A. 1675 ad ſupremum tribunal Mexicanum miſſus, inde verò in Hiſpaniam amandatus eſt; ubi menſe Februario 1677 pleniſſimè abſolutus fuit, agnoſcente Rege, quod nullam ſibi ſuiſque in regna illa jus eſſet, quo Pontificum miſſiones impediret. Interim hoc obtinuerunt Jeſuitæ, ut Epiſcopum iſtum ſex menſes in cuſtodia habuerint, & multis annis illius & Collegæ functiones Epiſcopales in India impediverint. Confirmat hæc Autor ex literis Seminarii Gallici d. 23 Oct. 1676 ad Congregationem *de propaganda fide* Romam datis & ex relatione *Urbani Cerri* illius Secretarii. Porrò quod Jeſuitæ, ut ſupra monuerat, præſtitâ tandem paritione, errorem tamen ſuum minimè agnoverint, ſed queri non deſinant, ac ſi injuſtas perſecutiones paſſi eſſent, ex libro *Tachardi* de itinere ſuo & ſociorum in regnum Siamenſe probat, in quo *Fucitum* ſupradictum ob inſignem controverſiam à Pontifice ex regno Tonquinenſi expulſum, à ſummâ ſanctimoniâ & afflictionum immeritarum tolerantiâ magnis laudibus extollit. Ultimo operis capite ſupplet & perſequitur, quæ adverſus Apologiam ejuſque reliqua capita dicenda habuit. Fruſtra ſcribit minas à Jeſuitis ſpargi, quaſi plurima adverſariis objicere poſſent, niſi modeſtiâ impedirentur. Provocat potius, ut omnia publicent; neque tamen niſi falſa & calumnioſa ab iis expectat, qualia nempe plurimi, quos nominat, ex illorum Societate Autores dudum adverſus *Arnaldum* & ſocios vulgaverint, minimè tacituri, ſi plura proferre auderent. Utitur igitur verbis *Valeriani Magni* celebris Capucini, à quo dudum eodem fere modo provocati hucuſque tamen ſiluerint. Acriorem *Navarreta* Dominicani expoſtulationem adſcribit, quâ itidem minitantes repreſſit, nec obſcurè vitia ſupra memorata, aliaque, e. g. contractas in India nuptias, immodicum vini uſum, exercitium mercaturæ & uſurariæ pravitatis, denique etiam ſortilegia illis impingit. Ex eodem Autore probat, quod Jeſuitæ negaverunt, *Martinum Martinum* Tridentinum, ex illorum Societate, ſcriptis de rebus Chinenſibus celebrem, *Mandarini* ſive miniſtri regii munus publicè & magno cum faſtu geſſiſſe, & in bello contra Tartaros rei tormentariæ præfectum fuiſſe, tantâ cum inſolentiâ, ut accedentem pium quendam & pauperem Capucinum, cum maximo Chriſtianorum novitiorum ſcandalo, ab alloquio ſuo repulerit. Defendit alium Dominicanum, *Didacum Colladum*, quòd literas *Palafoxii* & *Soteli*, itemque Memoriale Ordinis Franciſcani in Inſulis Philippinis, A. 1639 Regi Hiſpaniarum contra Jeſuitas exhibitum, minimè finxerit. Inſertum eſſe dicit hoc Memoriale Tomo II *Navarreta*, & in ipſo titulo indicare, demonſtrari à Franciſcanis, quòd Jeſuitæ in Chinâ multa contra Sacras literas, traditiones Apoſtolicas, decreta Patrum, Conciliorum & Doctorum, atque communem Eccleſiæ Catholicæ obſervantiam committant aut omittant. Promittit ſe uno vel duobus voluminibus prolixè relaturum eſſe, quæ contra *Palafoxium* Angelop. & *Cardenam* Paraguayenſem Epiſcopos perpetraverint, eo fine ut de ſuperbiâ ſuâ convicti ad emendationem moveantur, corruptelas moralis diſciplinæ corrigant, ſolidas virtutes in Orbe Chriſtiano plantent, & ab avaritiâ, ambitione, luxu & otio deſiſtant.

Sequuntur duo Additamenta. Novo documento veritas Epiſtolæ ſæpius allegatæ, quam *Palafoxius* d. 8 Jan. 1649 ad *Innocentium X* ſcripſit, aſſeritur, idque Hiſpanicè cum Verſione Gallicâ producitur, ex quo conſtare dicit Autor, Epiſtolam illam Romæ à Procuratore *Palafoxii* D. *Johanne Magano* Pontifici exhibitam, ad omnium Cardinalium, qui ad cauſam Angelopolitanam deputati fuerant, manus perveniſſe, & adhuc in Conventu Carmelitarum Diſcalceatorum Matritenſi aſſervari. (a) Cùm Jeſuitæ non ſatis exceptioni ſuæ confidant, quaſi ſuppoſititia eſſet graviſſima illa Epiſcopi de ipſis Querela, (*vid. inf.* nu. 138. pag. 606,) & ideo ſcriptum ejus allegent, quo actionem illam ſuam in commentariis ad Epiſtolas *Thereſia* retractaverint; hic quoque Autor magnam fraudem illorum accuſat, quòd ſcriptum illud ad litem ſuam cum Epiſcopo exercitam detorqueant, de quâ tamen nihil omnino in illâ agi, ſed id tantum à *Palafoxio* agnoſci demonſtrat, quod tranſlationi à majori & pinguiori Epiſcopatu Angelopolitano in Oſmenſem anguſtiorem aliquandiu reſtiterit. Subjungitur reſponſio ſuccincta ad alteram Apologiæ partem, quæ excuſo jam hoc Tomo III prodierat, & poſt alia, falſariæ nequitiæ ſpecimen, producto teſtimonio D. *Joh. Cevici* d. 10 Oct. 1628 Mexici ſcripto, exhibetur. Negat enim *Cevicus* ſe autorem eſſe literarum, quas ſub ejus nomine Jeſuitæ vulgaverant, ex illis probaturi, ac ſi relationem *Lud. Soteli* pro ſuppoſititiâ habuiſſet, aliaque illorum facta approbaſſet. Deinde ex *Joh. Pazii* Dominicani ſcripto, quod Jeſuitæ pro ſe allegant, minimè verum eſſe contendit, quòd Jeſuitis cum Dominicanis in quæſtione de cultu *Confucii* conveniat. *Pazius* enim refert, *Confucio* omninò ſacrificari à Chinenſibus, negatque ullum Chriſtianum ſalvâ fide ſacris illis intereſſe poſſe; concedit tamen, id licere, ſi finito ſacrificio, reliquis ceremoniis aſſiſtere velint Chriſtiani, & in humum proſtrati cum reliquis profiteri, magiſtrum ſuum eſſe *Confucium*, modò prius proteſtationem edant, ſe preces ad illum non fundere, neque quidquam ab illo expectare. De *Navarreta* Archiepiſcopi actionibus iterum diſquiritur, & refelluntur Jeſuitæ, qui iſtum variaſſe ſententiis, & ſecum tranſegiſſe ſcripſerunt; refutantur etiam alia de *Palafoxio* & *Cardena*. Tandem etiam quædam de hiſtoriâ itinerum *Tabernarii* (vulgò *Tavernier*) & contra *Jurium* annotantur, improbatis quæ hic de Actis Jeſuitarum Heidelbergæ & Viennæ ex falſis rumoribus tradidiſſe arguitur (q).

(q) *Acta Erud.* Lipſ. 1690. p. 442-449. Vid. & *Quæſt. Curioſ.* p. 165 & ſeqq.

130. *Hiſtoria Johannis de Palafox Epiſcopi Angelopolitani, & poſtea Oſmenſis, ejuſque litium cum Jeſuitis* A. 1690. in 12. (r).

131. *Hiſtoire de la perſecution de deux Saints Evêques par les Jeſuites* &c. Sive *Hiſtoria perſecutionum*, quas Bernard. de Cardenas *Paraguayenſis in America Meridionali Epiſcopus*, & Phil. Pardus, *Philippinarum Archiepiſcopus, à Jeſuitis paſſi ſunt*. Accedit *Reſponſum ad Judicium de Tomo III Practicæ Moralis* A. 1690 *Coloniæ excuſum*. A. 1691. in 12 (s).

Quod in dicto Tomo III *Practicæ Moralis* de edenda hiſtoria Præſulum à Jeſuitis in India male tractatorum promiſerat, in duobus his voluminibus, quæ *quartum & quintum* dicti operis conſtituunt, præſtare aggreſſus eſt. Summa rerum ex Tomo III. & aliunde ſic ſatis nota eſt. Caſus autem tot atque tantos variosque continent ſcripta, quæ in his compilationibus producuntur, ut compendioſam enarrationem difficillime admittant. Omiſſâ itaque illa, indicem libellorum & documentorum, tum quæ integre in linguam Gallicam verſa exhibentur, tum quorum fragmenta aut excerpta ſolùm producuntur, hic inſeremus.

In priori volumine de Epiſcopo Angelopolitano, reperiuntur I. *Antonii Gonzalez de Reſende*, ex Ord. Cleric. Minorum, libellus de Vitâ *Joh. de Palafox & Mendoza*, Hiſpanicè A. 1666. cum inſignibus approbationibus editus. II. Initium Vitæ ejuſd. Epiſcopi, à Jeſuita quodam Gallicè publicatum A. 1688. III Ejuſdem Vita ab ipſo *Palafoxio* Hiſpanicè ſcripta, ſub tit. *Vita interior cujuſdam peccatoris pœnitentis*. IV. Ejuſd. *Defenſio Canonica* magno volumine A. 1652 edita & Regi Hiſpaniarum dedicata, ex quâ memorabilia quædam documenta ſingulatim allegat Autor, puta 1) Proviſoris Epiſcopi mandatum ad Jeſuitas, ut approbationes ſuas exhibeant: 2) Epiſtolam Epiſcopi ad Regem d. 12 Sept. An. 1647. poſtquam ſeſe in montes recepiſſet, datam; 3) Ejuſd literas ad P. *Radam*, cui Regis diplomata adjunxit d. 7 April. A. 1649. 4) Reſponſum *Radæ*, d. 14 ejuſd. menſis, quo cauſas adducit, propter quas mandato Regis non pareat: 5) Replicam Epiſcopi d. 4 Maii ejuſd. anni V. Prima Epiſcopi ad Pontificem Epiſtola d. 25 Maii A. 1647 data, in quâ de injuriis a Jeſuitis ſibi illatis conqueſtus eſt. VI. Alia prolixior ad eundem d. 8 Jan. A. 1649. quam a Jeſuitis perperam pro ſuppoſititia traduci notat Autor. VII. Reſponſio ad Memoriale Jeſuitarum Regi, ſub finem anni 1649 contra Epiſcopum exhibitum, & a Canonico quodam Angelopolitano, tunc Matriti præſente, publicatum. VIII. Memoriale P. *Pedraza* Jeſuitæ, Epiſcopo quidem Paraguayenſi oppoſitum, ſed in quo tria capita falſæ accuſationis contra Angelopolitanum contineri dicuntur. IX. Reſponſum ad Memoriale Jeſuitarum, quod Epiſcopus Angelopolitanus Regi tradidit, pro obtinendâ executione *Brevis Apoſtolici* d. 14 Maii A. 1648 pro ſe expediti. X. MS[tum], cui tit. eſt *Angelopolitana*, productum in Congregatione Cardinalium, & à D. *Johanne Magano* ſubſcriptum, in quo acta Epiſcopi narrantur & defenduntur. XI. *Breve* Pontificis *Innocentii X* ſupra n. IX allegatum, d. 19 Nov. A. 1652 & 27 Maii 1653 confirmatum. XII ſcriptum Jeſuitarum Romæ A. 1653 compoſitum, ſub tit. *Proceſſus & finis cauſa Angelopolitana*. De hoc notat Autor, quod Tomo IV *Bullarii* edit. Lugd. à *fol.* 289 uſque 300 inſertum, ſed in Indice librorum prohibitorum A. 1683 juſſu *Innocentii XI* edito expunctum fuerit.

In volumine altero, ejuſque Tomo I. de Epiſcopo Paraguayenſi ſequentia Gallicè verſa producuntur. I. *Memoriale*, ſive *Defenſorium Bernard. de Cardenas*, Epiſc. Paraguayenſis, & Monachorum Franciſcanorum illius Diœceſis, ad Regem Hiſpaniarum, oppoſitum Memoriali *Juliani de Pedraza*, Procuratoris Jeſuitarum in India Generalis, d. 26 Nov. A. 1652 ab *Johanne Villalone* Monacho Franciſcano. II. Ejuſd. Reſponſum ad primum Memoriale à *Pedraza* contra Epiſcopum ſcriptum. III. Ejuſd. Refutatio poſterioris Memorialis a *Pedraza* exhibiti. IV. Diſſertatio de vita, meritis & laboribus Epiſcopi ex actis ab A. 1644 ad 1657 quo ex ſede ſua in montes & ſylvas ejectus eſt, & barbaris Evangelium prædicavit. V. Diſſertatio Apologetica de perſecutionibus & moleſtiis Epiſcopo a Jeſuitis inflictis, *Alexandro VII* Pontifici exhibenda, autore *Alfonſo Carillo*, curiæ Hiſpanicæ Advocato. VI. Memoriale ex Hiſpania miſſum, quo continentur reſolutiones *Alexandri VII* & Congregatione Cardinalium, itemque Regis Hiſpaniarum in cauſa Paraguayenſi.

Tomo ſequenti hujus voluminis producuntur quæ ad hiſtoriam *Phil. Pardi* Philippinarum Archiepiſcopi ſpectant. I. Reſponſum *Alfonſi Sandini*, Dominicani, Definitoris & Procuratoris Generalis Provinciæ Philippinæ, ad Curiam Regis Hiſpaniæ, quo relatio adverſariorum, pro defendendo *Pardi* exilio, refutatur. II *Chriſt. Padrochi* narratio de captivitate & exilio Archiepiſcopi, hujus mandato, cùm ipſe à defenſione ſua impediretur, conſcripta III. Ejuſd. alia relatio de actis Archiepiſcopi, poſtquam in ſedem ſuam reſtitutus fuiſſet. IV. Exemplum relationis authenticæ de actis Archiepiſcopi circa mercaturam Jeſuitarum. Adduntur in fine Vò literæ *Gabr. Curuzelaegui* Philippinarum Gubernatoris d. 15 Febr. A. 1686 ad Archiepiſcopum data, hujuſque reſponſio d. 25 ejuſd. menſis. VI Excerpta ex ſcripto Manilæ in Philippinis compoſito, & Romam ad Congregationem *de propaganda fide* deſtinato.

Subjunctus eſt hiſtoriæ huic tractatus, ad illam quidem non pertinens, ſed quem Autor una cum hac hiſtoria melius conſervari poſſe putavit, quam ſi ſeorſim ederetur. Dicendum autem prius eſt aliquid de libello cui tractatus hic opponitur, cujuſque in rubrica mentionem fecimus. Habet is formam dialogi inter *Aliſippum & Theodorum*. Ex illis prior magnis in ſpeciem laudibus ab ingenii acumine, excellentia ſtyli & integri moderatione noſtrum *Arnaldum* extollit, & Jeſuitarum cauſam in Tomo III *Pract. Moral.* vehementer vulneratam eſſe diſſerit. Alter in contrariam prorſus ſententiam verba facit, & ex omnibus *Arnaldi* ſcriptis *Tomum* illum *tertium* peſſimum eſſe contendit. Speciatim reprehendit in eo prolixitatem & moram tædioſiſſimam in præliminaribus, imprimis autem temeritatem, imo ſtultitiam deliro ſene dignam, quòd fidem haberi poſtulet libris & documentis adverſus Jeſuitas publicatis, licèt authentica non producantur. Exprobrat ei, quod deſertâ patriâ non potius in Indiam ad propagandam fidem & cognoſcenda Jeſuitarum acta profectus ſit, quam in Flandria refugium quæſiverit, in qua hæreſin & confuſionem regnare, terramque martyrum ſanguine reſperſam eſſe dicit. Addit alia non parum acerba, & reſponſiones copioſas ad narrata Tomi III (quæ in præſens, quod ſciam, intacta reliquit) pollicetur. Huic Dialogo oppoſita eſt Appendix illa de quâ diximus, quæ eò præcipuè tendit, ut oſtendatur, in controverſiis, quæ non coram tribunali judicis tractantur, ſed in ſcriptis ventilantur, ſufficere, ſi à viro probo exempla librorum & documentorum producantur, non exhibitis licèt authenticis ſive autographis; ſtandum enim illis eſſe donec falſi convincantur. Auctor interim confidenter aſſerit, veriſſima & ſincera eſſe quæ allegavit, & cum autographis convenire; hæc verò tutius in locis ubi ſunt, donec à judicibus edi jubeantur, cuſtodiri, quam artibus adverſariorum exponi, quibus illi abolere, aut corrumpere, quæ ſibi nocere putent, noverint.

(r) Vid. *Hiſt. Oper. Erud.* Aug. 1690. & *Clerici* Bibl. Univ. Tom. XVIII ubi & quædam de Tomo III Moralis Practicæ (s) *Hiſt. Oper. Erud.* April. 1691. Vid. & Febr. p. 285.

verint. Poſt alia, quæ iſtis hac occaſione objicit, ad rixam *Arnaldi* cum *Jeſuitis* de peccato philoſophico digreditur, & librum *Platelii* Jeſuitæ Duaceni & Theſes P. *Pugeani* ex Collegio Arvernorum Claromontano allegat, ut adverſus Jeſuitas Antverpienſes, a quibus provocatus ſit, probet, quod omnino docuerint Jeſuitæ, peccata enormia purè philoſophica committi poſſe. Ad ea verò quæ *Theodorus* ille *Arnaldo* exprobraverat, exiſtimationem hujus tuetur, cum hic Doctor Theologiæ in celeberrima Pariſienſium Academia renunciatus, & pro orthodoxo & probo à Pontificibus & Cardinalibus adhuc agnitus, nullius vero nec falſi, nec læſæ charitatis, poſt quinquaginta annorum cum Jeſuitis contentiones convictus. Objectam *Tomi III* prolixitatem defendit, quod generalia prius clarè aſſerenda fuerint, antequam ad probationes particulares, ſequentibus Tomis inſtituendas, progreſſus fieret: obtentum tamen eſſe ſcopum exiſtimat, & illius argumenta, ex quibus quædam breviter repetit, intacta conſiſtere. Aculeis quibuſdam pungit autorem *Judicii*, quem *Bouhurſium* (Bouhours) eſſe innuit. Senem eſſe *Arnaldum* fatetur, octoginta annorum, ſed cui vigor memoriæ, ingenii & judicii, qualem habuerit, integer ſuperſit: ſalvam illi eſſe fidem in Regem & patriam, ſalvam doctrinam Catholicam. In Indiam ut proficiſceretur, ex re ejus non fuiſſe, nec illo itinere opus eſſe ad noſcenda Jeſuitarum facta. Horum odio & violentia Galliâ ejectum fuiſſe, nec vitio verti illi debere, quod in Batavia ſedem quæſiverit, quam Jeſuitæ frequentiſſimè adeant, malintque ſoli, excluſo reliquo Clero, miſſionis illius emolumenta ad ſe trahere. Catholicos in Hollandia abſque participatione hæreſis aut confuſionis vivere poſſe, & eorum ad quingenta millia in eâ reperiri, qui Deo majori zelo ſerviant, quàm in provinciis, in quibus cultus Romanus publice vigeat. Clerum doctum & pium eſſe, populum bene inſtructum. Adjicit quædam de martyribus veteribus noviſque, & inter hos de Gorcomienſibus & Brielenſibus, ac nominatim *Cornelio de Muys*. Acerbiora quædam, cùm ad caput quæſtionis parum faciant, ſtudio prætermus (*t*).

132. *Hiſtoire des differens, que les Miſſionnaires Jeſuites d'une part, & ceux des Ordres de S. Dominique & de S. François de l'autre ont touchant le culte que les Chinois rendent à leur Maitre Confucius, à leurs Ancêtres, & à l'Idole Chin-hoan* (u), ſive *Practica Moralis Jeſuitarum* Tomus VI. A. 1692.

133. Tomus VII qui prodiit A. 1693 eſt Continuatio ejuſdem Hiſtoriæ, ſive Pars II & III. (*x*).

134. Tomus VIII quem duodecim ante obitum diebus abſolvit, lucem vidit A. 1695. Huic titulus eſt: *De la Calomnie, ou Instruction du procez entre les Jeſuites & leurs Adverſaires, ſur la matiere de la Calomnie* (y).

Præmittuntur Capita XX in quibus Autor calumnias varii generis recenſet, quas in Janſeniſtas variis occaſionibus intulerunt Jeſuitæ. *Cap. I* in exemplum producitur 1ò P. *Pinthereau* qui ſub nomine Abbatis de *Boiſic* librum edidit hoc tit. *Les impoſtures & les ignorances du livre intitulé*: La Theologie Morale des Jeſuites, (vid. inf. *p.* 606. *n.* 137.) cujus Autor *Hallerius* Doctor Sorbonicus. 2ò P. *Seguinus* in lib. cui tit. *Sommaire de la Doctrine du Sr. de S. Cyran & du Sr. Arnauld*, adverſus *Arnaldi* librum *de frequenti Communione* (vid. ſup. *p.* 584. *b.* cit. (*r*) 3ò P. *Briſacerius* in lib. cui tit. *Le Janſeniſme confondu* &c. de quo plura inf. *p.* 605. *a.* 4ò Commentum vulgò dictum *de Bourg Fontaine*, (vid. inf. *p.* 606.) cujus impoſturæ primus Autor creditur Dn. *Filleau*, vel quidam Jeſuita Pictavienſis. 5ò Liber falsò inſcriptus: *Reſponſe d'un Docteur de Sorbonne à plusieurs queſtions touchant les Janſeniſtes*, (vid. inf. *p.* 606. *a.* nu. 5. art. II.) curâ Jeſuitæ Anonymi excuſus *Leodii* 1677. ab alio cui nomen P. *Delbrouck* diſſeminatus, de quo item *Cap. XVI.* p. 302. 6º Accuſatio adverſus Portum-Regium lata, primum à P. *Franc. Annato*, poſtea a P. *Meynerio* in lib. cui tit. *Port Royal & Geneve d'intelligence contre le S. Sacrement de l'Autel*, (*z*) ac defenſa à D. *Deſmarets* in *Reſponſo ad Apologiam Religioſarum Portus Regii* (a).

Cap. II. 1ò P. *de Waudripont* de fraude Duacenſi adeo bene meritus: 2ò Jeſuita quidam Leodienſis qui Satyram ſcripſit ſub tit. *le Pays de Janſenie*, ſuiſque diſcipulis dictabat. De quo libro plura *Cap. XV.* (vid. inf. *p.* 605. *b.*) 3ò Alius qui proverbium hoc in uſu eſſe fingebat: *Mentitur ſicut Janſeniſta* &c. Cap. III. 1ò *Annatus* in lib. cui tit. *Recueil de pluſieurs fauſſetez & impoſtures contenues dans le Journal des Curez*, Curatorum ſcilicet Pariſienſium qui pro *Caſuiſtarum Apologiâ* Cenſuram impetraverant. 2ò Caſus Rothomagenſis ſupra narratus. 3ò P. *Rapinus* Jeſuita in Epiſt. Latina ad Cardinalem *Cibo* ſcriptâ de Jure Regaliæ, in qua *Franc. de Caulet* Pamienſem Epiſcopum (*b*), & *Pavillonium* Alectenſem acerbiſſime tractabat (*c*) 4ò Injuriæ in *Palafoxium* criminationes ſupra narratæ. 5ò *Tellerius* qui Abbatem *Ferrerium* mendacii accuſavit, judicium *Solminihaci* Cadurcenſis Epiſcopi (*d*) de Jeſuitis referentem. 5ò Fraus Duacenſis. *Cap. V.* 1ò P. *Eſtrixius* Belga, qui ſub nomine *Franciſci Simonis* duos vel tres adverſus Theologos Duacenſes edidit libellos, quorum unus ſub tit. *de fraudibus hæreticorum* prodiit Coloniæ. Eo uſus eſt P. *Rapinus* in eodem libro cui tit. *Les Artifices des Heretiques* (*e*). 2ò Calumnia Jeſuitarum in Presbyteros Oratorii Montenſis, & in quandam nobilem puellam Monialem Carmelitiſſam, occaſione cultûs B. Virginis &c. qua de re vid. inf. *p.* 608. *h.* cit. (*k*) in Difficultatibus *Steyaertio* propoſitis. Ad hanc rixam ſpectat libellus hujus tituli: *Jugement legitime porté contre les Prestres de l'Oratoire de Mons*, cujus Autor *Lud. Benoiſt* Theologiæ Licentiatus (*f*); alius item hoc tit. *Plainte d'un ami de Louis Benoiſt ſur ce qu'on le cite à Cambray*, ac tertius inſcriptus: *l'Oratoire de Mons convaincu de tous les troubles du Hainaut*. Hos libellos, in quibus Neſtorianiſmi accuſatur puella, Dni *Hennekini* Supremæ Curiæ Montenſis Conſiliarii filia, ejus declarationibus ſæpè ſæpius auditis, ac patre inſtante, tanquam perniciosos, famoſos, calumnioſos &c. prohibuit Cameracenſis Archiepiſcopus *Jac. Theod. de Bryas* ſententiâ latâ d. 12 Nov. 1692. hic legendâ. *Cap. VII* memoratur inter alia minoris momenti liber *Theoph. Raynaudi* cui tit. *Arnaldus de Brixia redivivus in Arnaldo de Lutetia*: Cap VIII & IX defenditur *Gilberti* Theologiæ Profeſſoris, & Cancellarii Univerſitatis Duacenſis *Tractatus de Gratia* adverſus Cenſuram quinque Doctorum Pariſienſium editam A. 1687. *Cap. X* narrantur irriti Jeſuitarum conatus pro deſtruendo ſalis depoſitionibus Seminario Uticenſi (*d'Uzes*) prope Nemauſum: quam in rem exhibetur Epiſtola menſe Febr. 1678 ſcripta. Defenditur item Abbas *San Cyranus*, ejuſque doctrina inprimis adverſus librum erroribus, conviciis ac calum-

(*t*) *Acta Erud.* Lipſ. 1691 *p.* 530 ſeq. *Clerici* Bibl. Univ. Tom. XX p. II. (*u*) Vid. ſup. *p.* 73. *b.* n. 2. cit. (*d*) & *Hiſt. oper. Erud.* Oct. 1692. (*x*) *ibid.* Dec 1693. (*y*) *ibid.* Febr. 1695.

(*z*) Vid. *Epiſt. Provinc.* XVI. Prodiit iſte P. *Meyneri* liber *Pictavii* A. 1656 Vid *Pract. Moral.* Tom. VIII p. 446. (*a*) Vid. *Epiſt. Viſion* III (*b*) Poſt ejus mortem vulgata eſt, dein Gallice verſa prodiit Coloniæ 1684 in 12. & Romæ [illegible] d. 1 April. 1691. (*c*) Vid. *Nov. Reip. Litter.* Jun. 1686. [illegible] de *Solminihac*, primò Abbas *de la Chancelade*, [illegible] Petrocorienſis (*de Perigord*) natus A. 1593. Pariſios venit A. 16[illegible]8 Theologiæ operam daturus, A. 1636 ad [illegible] Cadurcenſem [illegible] nominatus eſt, cujus A. 1639 poſſeſſionem [illegible] Ex Epiſcopis qui Caſuiſtarum Apologiam Cenſurâ [illegible] Obiit A. 1659 vitæ ſanctimoniâ illuſtris. Vid. *Moreri* [illegible] p. [illegible] edit. Baſil. 1731. (*e*) Secundam editionem [illegible] *Pariſ.* [illegible] 1681 in 12. Vid. *bibl. Anti-Janſen.* ad calcem *Bibl. Janſen.* p. 363 edit. A. 1722. (*f*) Huic datum eſt reſponſum hoc tit. *Reponse au libelle de Louis Benoiſt contre les Prêtres de l'Oratoire*, [illegible] *ſentiments tres [illegible] ſur la Grace, ſur l'amour de Dieu, ſur les [illegible]* &c. 1691. in 12.

lumniis refertum, cui tit. *Les Reliques de S. Cyran* (g) in ejuſdem *Apologiâ* A. 1644 refutatum. Ex eo libro calumnias plurimas in *Apologiâ Caſuiſtarum* tranſtulit *Piroτus*, quas ei exprobravit *Wendrockius* Not. 3. in Epiſt. XV Provinc. Memoratur & alius Jeſuitarum liber : *La ſecrete Politique des Janſeniſtes*, Pariſiis primùm, ac ſæpiùs in Belgio recuſus, (vid. inf. in hoc num. *Cap. XII.*) qui *Bobourſio* tribui videtur. *Cap. XI* prolixè recenſentur Calumniæ P. *Briſacerii*. Is adverſus Doctorem quendam Facult. Pariſ. nomine *Calagan*, nobili ſemilhè Hibernicâ oriundum, cujuſdam Parochiæ *Cour-Chiverni* dictæ, prope Bleſenſem urbem, Curatum acriter invectus eſt in Sermone A. 1650 habito, non aliâ de cauſâ quàm quod illum Sociis Portûs Regii amicum eſſe audierat. *Calagani* amicus *Briſacerio* pro ipſo reſpondit. Libello Latino *Briſacerium* defendit Jeſuita quidem Bleſenſis, qui Sorbonicum Doctorem tanquam ſceleſtiſſimum virum produxit. Verùm aliquanto poſt prodiit ipſius *Briſacerii* liber cui tit. *Le Janſeniſme confondu par le P. Briſacier de la Comp. de Jeſus, avec la defenſe de ſon Sermon, fait à Blois le 29 Mars dernier*, Pariſ. apud Flor. Lambert in Clauſtro Jeſuitarum 1651. Eod. anno Dec. 29 Cenſuram edidit Dn. *de Gondy* Pariſienſis Archiepiſcopus, d. 7. Jan. publicatam. Hanc brevi ſequuta eſt *Briſacerii* Epiſtola hoc tit. *Lettre d'importance ſur le Livre du Janſeniſme confondu*. Cui oppoſuit *Arnaldus* præter *Defenſionem Cenſuræ*, librum cui tit. *l'Innocence & la Verité defendue* &c. (h) Huic verò *Briſacerius* alium, ni fallor, Gallicum hoc tit. *Innocentia & Veritas recognita in probationibus invincibilibus malæ fidei* Dni Calaghan, *pro Reſponſo ad librum inſcriptum*, Innocentia & Veritas defenſa, *ipſi adſcriptum Pariſiis*. Cap. XII memorantur aliquot Jeſuitarum libelli ſub nomine Janſeniſtarum confecti : ſcil. *Le Manifeſte des Janſeniſtes compoſé par l'Aſſemblée de Port Royal*, (cui reſponſum datum eſt :) item *Lettre Circulaire des Prêtres de Port Royal addreſſée aux diſciples de S. Auguſtin*, quam Epiſtolam typis Cramoiſy publicavit A. 1654 Dn. *Marandé* Regi à Conſiliis & Eleemoſynis. Circa A. 1666 recuſa eſt (ſed contracte) in Belgio ſub tit. *L'origine & les cauſes du Janſeniſme avec certains reglemens & inſtructions, miſes au jour par le* Sr. Marandé *Conſeiller & Aumônier du Roy, au livre des* Inconveniens d'Etat du Janſeniſme, *dedié au Roy*. Inde excerptus eſt liber inſcriptus : *Secretes Inſtructions des Janſeniſtes*. Prodiit poſtea Leodii item Gallicè (ſub tit. *Colon.* apud Car. eb Egmond 1691 in 12.) *Janſeniſta converſus per Virginem ex Ordine S. Urſulæ*; libellus iſte idem eſt cum ſupra memorato : *La ſecrete Politique des Janſeniſtes*. Hujus ſchediaſmatis Autor colloquium fingit inter Doctorem quendam Janſeniſtam, & Virginem ſacram ex *Urſulinis*, quæ *Auguſtini* regulas ſequi dicuntur. Ex ipſius igitur ſcriptis verbotenus adductis argumenta ſub perſonâ Virginis indicantur, quibus ſententiæ *Janſenii* penitus deſtruantur. His motus Doctor ille fictitius, convictum ſe eſſe fatetur, & Virginem hortatur, ut cum ſodalibus ſuis nec audiat poſthac Janſeniſtas, nec libros eorum legat, ſed Jeſuitis perpetuo adhæreat, quod magno cum emolumento ſuo factura ſit (i). *Cap. XIII* ſequentia narrantur. *Tellerius* vel quiſpiam alius Jeſuita fictam *Arnaldi* Apologiam confecit quæ A. 1688 prodiit hoc tit. *Lettre Apologetique pour* Mr. Arnauld, *ecrite à un Abbé de ſes amis ſur trois des derniers Livres qui ont été faits contre ce Docteur*. I. *L'Eſprit de Mr. Arnauld*. II. *Obſervations ſur la nouvelle Defenſe de la Verſion du Nouveau Teſtament imprimé à Mons*. III. *Reponſe de Mr. des Lyons Docteur de Sorbonne, aux Lettres de Mr. Arnau* (k). Adde etiam Epiſtolam Janſeniſtæ ſuppoſitam : *Lettre d'un Diſciple de S. Auguſtin, addreſſée à* Mr. Vanden Trappe *Paſteur, & à* M. de la Tombe *Vicaire de la Ville d'Audenarde* (l) cui anſam præbuit Capucinus quidam Jeſuitis devotus, qui in Sermonibus ſuis duos illos Diœceſis Gandavenſis Paſtores contumeliis effecerat. *Cap. XIV* ſtatim defenditur Cl. *Carerſius* adverſus P. *Danielem* Soc Jeſu. *Hiſtoria* Gallica *Janſenii & San-Cyrani* Bruxellis excuſa, tanquam peſſimus liber pluribus repræſentatur. *Cap. XV* fusè diſſeritur adverſus librum impudentiſſimum cui tit. *Le Pays de Janſenie*, in Galliâ circa A. 1665 evulgatum, & in Belgio recuſum A. 1688. Memoratur & folium Leodii impreſſum A. 1693 ſub tit. *Table de la Loy nouvelle donnée par le nouveau Moyſe, au peuple de Janſenie, decouverte depuis peu* : aliud Carmina Latino adverſus pios quoſdam viros Portûs Regii, ſub tit. *Ars & diſciplina Janſeniſtarum* : item *Janſenius omnem deſtruens Religionem*. Cap. XVI adverſus *Bobourſium* impenditur, qui A. 1668 *Epiſtolam* inſcripſit Domino cuidam Aulico (*Lettre à un Seigneur de la Cour*), adverſus ſupplicem libellum Regi ab Eccleſiaſticis Portûs Regii oblatum (m). Hujus Epiſtolæ *Refutatio* brevi prodiit. Idem *Bobourſius* varii argumenti *Opuſcula* Gallicè evulgavit A. 1684. quibus ſuam inſeruit *Epiſtolam*, ſed de *Refutatione* altum tenuit ſilentium. His *Opuſculis* præmiſit *Monitum* calumniis item refertum, cui reſponderunt Janſeniſtæ hoc tit. *Le P. Bouhours convaincu de nouveau de ſes anciennes Impoſtures, Fauſſetez & Calomnies; ou Reponſe à l'Avertiſſement de la troiſieme Edition de ſa Lettre à un Seigneur de la Cour, au ſujet du Peché Philoſophique*. Coloniæ Nic. Schouten 1691. in 12. (n) Liber iſte recuſus eſt in Belgio A. 1700. in 8. hoc tit. *Le P. Bouhours Jeſuite convaincu de ſes Calomnies anciennes & nouvelles, contre Mrs. de Port Royal : ou Recueil de divers Ecrits faits contre ſes deux Lettres & autres Libelles; Avec une Reponſe au nouvel Ecrit intitulé* : Lettre à l'Auteur des Avis importans &c. (o) ou Apologie du P. *Bouhours* (p). Cap. XVII ejuſd. *Bobourſii* memoratur Epiſtola hoc tit. *Lettre à Meſſieurs de Port Royal ſur leur eſprit de revolte* : alia Janſeniſtarum Archiepiſcopo cuidam directa : *Lettre à Mgr. l'Archevêque N. où l'on montre l'impoſture inſigne de ſon Defenſeur touchant la Lettre ſur la conſtance & le courage* (q) *qu'on doit avoir pour la verité, avec les ſentimens de S. Bernard ſur l'obeïſſance qu'on eſt obligé de rendre aux Superieurs, & ſur le diſcernement qu'on doit faire de ce qu'ils commandent*. Aliam oppoſuit *Bobourſius* hoc tit. *Lettre à Mrs. de Port Royal, contre celle qu'ils ont ecrite à Mgr. l'Archev...... pour juſtifier la Lettre ſur la conſtance & le courage qu'on doit avoir pour la verité* &c. Eadem eſt cum paulò ante memoratâ, quæ inter Opuſcula *Bobourſii* reperitur hoc tit. *Lettre à Mrs. de Port Royal ſur leur eſprit de revolte*. Cap. XVIII & XIX plurimæ item refutantur calumniæ à Jeſuitis ac nominatim *Tellerio* & *Bobourſio* in Janſeniſtas illatæ. *Cap. XX* eoque ultimo agitur de ſincero deſiderio quod in viris probis omnibus ineſſe debet, ut ſocium Jeſuitæ in reformandâ Societate ſuâ laborem impendant.

Poſthæc ſequuntur aliquot opuſcula ſeorſim prius edita, quæ ad eandem calumniarum materiam referuntur, ſcil.

1. *Refutation du Roman Diabolique de l'Aſſemblée de*

(g) Hujus Autor Jeſuita Gallus *Franc. Pinthereau*, docente *Sotvello* apud *Placc.* in Anon. n. 2256 Librum editum eſt *Pariſiis* 1646. in 8 ſed male. cùm A. 1644 refutatus fuerit (h) Vid. ſup. n. 18 & 19. (i) Vid. *Acta Erud. Lipſ.* A. 1691. p. 424.

(k) Vid *Baelii* Epiſt. 83. not. (a). (l) Huic *Epiſtolæ* Reſponſio prodiit A. 1691 vel 92. in 12. (m) Vid. ſup. p. 588. n. 90. (n) *Clerici* Bibl Univ. *Tom.* XXIII Tob. Libr. (o) Vid. *Nov. Reip. Litter* Sept 1700. p. 357. & ſup. ad finem quintæ *Denunciationis* p. 597. n. 86 (p) Vid. inf. ubi de *fide Arnaldo* n. 144. not. Vi. (q) Hujus Epiſtolæ quæ prodiit A. 1661. in 4. Autor eſt illuſtris Janſeniſta *Guil. le Roi*, Abbas Alti. Fontis in agro Catalaunenſi. Vid. *Bibl. Janſen.* p. 242.

de Bourgfontaine (q) : ſub quo titulo exhibentur

1. *Factum* I. pro *Janſenii* hæredibus, adverſus P. *Corn. Hazart* Jeſuitam Antverpienſem, & *Ant. Hoefslaegh* Presbyterum & Cenſorem Librorum ejuſd. loci. Prodiit A. 1686. in 4. (r). *Hazartus* tripartitum opus Belgico idiomate ediderat ſub tit. *Triumphus Pontificum Romanorum* Antverp. apud Mich. Knobbaert 1681. fol. In tertiâ parte patrem *Janſenii* Yprenſis Epiſcopi *Joanem Otto Acquoy* Calviniſtam fuiſſe tradidit, additque filium grandiorem factum ſeſe in ſpecie tantùm præbuiſſe Catholicum; atque hæc fuit origo litis acerrimæ quæ *Arnaldo* noſtro cum Jeſuita Antverpienſi diu interceſſit.

2. *Factum II* (s) & *III* (t) ubi Commentarius inſeritur adverſus librum quem A. 1654 publicavit vir Jeſuitis conjunctiſſimus Dn. *Filleau* Advocatus Regius in Curiâ Præſidiali Pictavienſi, hoc tit. *Relation juridique de ce qui s'eſt paſſé à Poitiers touchant la nouvelle doctrine des Janſeniſtes.*

3. *Factum IV pour ſervir de replique à la* Reponſe au 1er Factum *pour les parens de l'Illuſtriſſime Seigneur Corn. Janſenius comme Demandeurs en matiére d'injure, contre le R. P. Corn. Hazart* &c.

4. Hujus *Pars II* de eo quod contendunt Jeſuitæ, Deiſtam à Dn. *Filleau* literis A. A. in *Relatione* ſuâ deſignatum eſſe *Arnaldum Andilliacenſem.* Hic ex adverſo contenditur Advocatum deſignare voluiſſe *Antonium Arnaldum*, quod negarunt & Advocatus & Jeſuita cùm juvenilem (tempore quo habitum fingunt Conventum) Doctoris Sorbonici ætatem ſe ignoraſſe viderunt. (Vid inf. cit. (*q*)

5. *Pars III* in quâ rurſum refutantur *Hazarti* calumniæ, & quæ ante illum narravit alius Jeſuita Burdigalenſis nomine *du Bourg* in *Hiſtoriâ Janſeniſmi* Gallicè editâ A. 1658.

II. Sequitur item Gallicè Refutatio plurium calumniarum quæ continentur in libello cui tit. *Reponſe d'un Docteur de Sorbonne à plusieurs Queſtions, touchant Mrs les Prêtres Seculiers ou Reguliers qui ſont Janſeniſtes*; cujus editio. 2da prodiit Trecis (*à Troyes*) A. 1670. *Refutatio* prodiit A. 1679.

III. *Epiſtola ad Epiſcopum Malacenſem*, de quâ infra dicetur *n.* 138.

IV. Epiſtola Card. *Cibo* ad *Ant. Arnaldum*, quæ huic Epiſtolæ ſubjuncta eſt, & in Collectione variorum de *ficto Arnaldo* libellorum reperitur.

135. Hactenus de ſex poſterioribus *Moralis Practicæ* voluminibus dictum eſt. De ſecundo quædam infr. dicemus ubi de Epiſt. ad Epiſc. Malacenſem, n. 138 Ad *primum* quod attinet, cujus tres diverſas editiones ad manus habeo, hunc titulum præfert. *La Morale Pratique des Jeſuites, repreſentée en pluſieurs hiſtoires arrivées dans toutes les parties du monde. Extraite ou de Livres très autoriſez, & fidelement traduits; ou de memoires très ſeurs & indubitables.* Coloniæ apud Quentel 1669, 1684 & 1689. in 12. In iſto volumine ſtatim Jeſuitis applicatur *S. Hildegardis* Abbatiſſæ Propheria quam inter alios *Hier. Bapt. de Lanuza* Dominicanus iis applicaverat: integraque hîc refertur Gallicè & Latinè poſt *Bzovium* in Annal. ad A. C. 1415. q. 39. ſub *Joanne XXIII.* & ſubjicitur in eam ipſius *Lanuzæ* Commentarius ab Autore *Theatri Jeſuitici* relatus *p.* 183. Exhibetur item Gallico-Latinè Concluſio Facult. Theol. Pariſ. facta in comitiis ordinariis d. 1. Dec. 1554 celebratis adverſus Bullas à Pontificibus *Julio & Paulo III* Jeſuitis conceſſas. Dantur excerpta ex libro à Jeſuitis Antverpiæ A. 1640 edito ſub tit. *Imago primi ſeculi Societatis Jeſu* &c. plura ex *Theatro Jeſuitico*, de quo inf. n. 138 & alibi. Huic occaſionem dedit liber Licentiati *Eſclapés* hoc tit. *Manifeſte addreſſé à tous les fideles de Jeſus Chriſt, des mechantes maximes que tous les Jeſuites enſeignent, defendent & pratiquent par tout*, cui alius, ſub nomine Doctoris *Aquila*, librum Hiſpanicum oppoſuit hoc tit. *Ladreme el perro, y no me muerda*: (Latret me canis, non mordeat.) *Aquilam* confutare in ſe ſuſcepit Autor *Theatri*, omneſque quos ille aggreſſus fuerat Autores defendere.

136. Ab eâ autem *Morali Practicâ* caute diſtinguendum opus hujus tituli: *La Morale des Jeſuites, extraite fidelement de leurs Livres, imprimez avec la permiſſion & l'approbation des Supérieurs de la Compagnie. Par un Docteur de Sorbonne.* Amſtelod. juxta exemplar A. 1669 Montibus impreſſum apud viduam Waudret 1702. in 8. 3 vol. Hoc opus *Arnaldo* nonnulli tribuunt, alii *Nicolio*, Juriæus *Paſcalio*, at neque is, neque *Nicolius* fuerunt Doctores Sorbonici, ſed *Nic. Perraltius* cui tribuitur in *Bibl. Janſen.* p. 449. Tom. I. Capp. V. de principiis interioribus peccati & hinc habitibus peccatorum, peccatis ignorantiæ, bonâ & malâ intentione, materiâque peccati, omnia principia Theologiæ & morum per Jeſuitas ſubverti docet. *Tomo II* de remediis externis peccati bipartitâ tractatione, itidem omnia per Jeſuitas everti probat. *Tomo III* Capp. X. officia particularia cujuſque conditionis hominum Eccleſiaſticorum & Secularium deſtrui aſſerit (*u*).

137. Prodiit autem anno 1643 in 8. *Theologia Moralis Jeſuitarum* (x) *contra bonos Chriſtianorum mores in genere.* Cui Abbas *de Boiſſe* vel ſub eo nomine Jeſuita *Pintherreau* oppoſuit librum *Pariſ.* in 8. A. 1644. editum ſub tit. *Les Impoſtures & les Ignorances du Libelle intitulé*: La Theologie Morale des Jeſuites &c. *Theologia* hæc Latinè verſa eſt A. 1645. cujus verſionis auctorem *Dorſcheum* putarunt *Giſb. Voetius* (y) & *Melch. Corneus* Jeſuita Moguntinus, qui vel ideo refutationem minabatur; ſed vir excellentiſſimus ſuam non agnoſcit. Huic autem *Theologiæ Morali* reſpondit *Annatus* libro *Cadurci* 1648. in 8. edito. Contra eandem edidit *Eſclapeſius* Hiſpanus opuſculum *Lovanii* A. 1646. Id autem notatu dignum refert *Juriæus* (z) Jeſuitas *Tongium* Theologiæ Doctorem trucidare voluiſſe ob Anglicè verſam ab illo hanc *Theologiam.*

138 *Epiſtola* ad *Ildefonſum* Epiſc. Malacenſem (*a*) occaſione libelli ab illo editi, qui *Querimonia Catholica* inſcriptus eſt, & *Innocentio XI* dedicatus. A. 1689. in 12. vel in 8. De illo ſic Eruditi Lipſienſes in *Actis* hujus anni *p.* 616. » *Ildefonſi*, Malacenſis in Hiſpania » Epiſcopi, *Querimoniam*, quam vocat, *Catholicam*, » A. 1686. (in 12) juxta exemplar Matritenſe recu- » ſam ad nos perveniſſe, non diſſimulamus. Aſt cum » præter invectivas in *Petrum Juriæum*, alioſque » quos pro hæreticis habet Rev. Præſul, nihil ferè » in eo deprehendiſſemus, quàm quod *Ildefonſus* con- » tendat, ſe neque auctorem eſſe libri, qui titulum » habet *Theatri Jeſuitici* (b) neque Regio Sanguine » prognatum eſſe (quorum utrumque & *Juriæus* in li- » bro cui tit. *l'Eſprit de Mr Arnauld*, & *Arnaldus* » in *Practicâ Morali Jeſuitarum*, affirmaverant) fac- » tum eſt, ut in tantâ librorum aliorum copiâ ſuper- » ſederimus *Querimoniam* illam in Actis noſtris recen- » ſere. Reſpondere tamen ad eam Epiſtolâ hâc *Arnaldus*, celebris ſæpiuſque nobis memoratus Doctor » Sorbonicus, ſed Sorbonâ non minus quàm Galliâ » universâ dudum exul, voluit, ſeu ut Epiſcopum » ea quæ diximus negantem convinceret, ſeu ut ſe, » quod talia aſſeveraſſet, excuſaret. Honorificè ta- » men *Arnaldus* tractat Epiſcopum, eique Celſitudi-

» nis

(*q*) Cœtum hunc congregatum volunt Jeſuitæ A. 1621. in eoque initum conſilium de ſcribendo libro *de frequenti Communione*; verùm tunc vix nonum ætatis annum attigerat *Arnaldus*. Vid. hanc in rem ipſius querimoniam in *Epiſt. ad Ducem & Parem Franciæ* A. 1655. indeque *Tom. VIII* Pract. Moral. *p.* 445 productam. (*r*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Jan & Febr 1686. (*s*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Maii 1686. (*t*) Subſcriptum eſt 17 Nov. 1687.

(*u*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Mart. 1703. (*x*) *Arnaldo* tribuitur in *Quaſt. Curioſ.* p. 88. (*y*) *Diſp. Theol.* P. I. p. 192. (*z*) *Apol. Reform. in Hiſt. Papiſmi* P. IV. cap 8. p. 418. apud *Placc.* in Anon. n. 2531 & ſeqq. (*a*) Scripta eſt d. 2. Dec. 1688. (*b*) De eo vid. *Placc.* in Pſeud. n. 2156.

» nis titulum tribuit ; ſed modaſtè exprobrat, quòd » à Jeſuitis non modò ad editionem *Querela* illius, » ſed & eò adigi ſe paſſus ſit, ut exemplo planè in» ſolito, omnia libelli ſui exemplaria manu ſubſcrip» ſerit. Hoc non tantùm factum eſſe putat, ut Jeſuitis publicà recantationa ſatisfaceret, verùm etiam ut hi ſuſpicionem effugerent, ac ſi ipſi *Querimonia* illius autores aſſent (c). Illam enim Gallicè verſam in Galliâ diſſeminaſſe dicuntur, ut odium inveteratum in *Arnaldum* denuò oſtentarent, & Epiſcopi autoritate *Jurieum* & *Arnaldum*, tanquam ejuſdem hæreſis reos ſiſterent. Utrumque enim Epiſcopus flammis dignum judicavit (d) & *Jurieum* cum *Arnaldo* tyrannici cujuſdam ſupplicii genera copulavit. Imputat autem Epiſcopo, quòd cùm primam *Querela* editionem procuraret, neque *Juriai*, neque *Arnaldi* ſcripta legerit : nam ſi id feciſſet, fieri non potuiſſe, ut ea ejuſdem Autoria eſſe crederet. Imo nec in ſecundà aditione cautiorem fuiſſe exiſtimat. Hoc inde conjicit, quia unum quidem errorem in nomine *Juriai* commiſſum (hunc enim prius *Surieu* vocaverat) correxerit ; de altero autem dubius hæſerit, & *Practica Moralis* Autorem, quem *Arnaldum* eſſe crediderit, ejuſdem criminis, quo *Jurieum*, apud Pontificem accuſaverit. Turpiſſimè itaque illuſum illi eſſe dicit ſuggeſtione Jeſuitarum, qui tamen probè noverint, & in aliis ſcriptis ſuis falſi fuerint, Autorem *Practica* eſſe Catholicum. Perperam itaque librum illum *Practica* ab Epiſcopo condemnari, imò temerè, quippe quem ab eo lectum non eſſe appareat, quia indiſtinctè Volumen ejus ſecundum vituperet. Contineri verò in illo indicat *Arnaldus* non ſolùm excerpta ex *Theatro Jeſuitico*, ſed & alia : 1ò Epiſtolam nempe *Lad. Sotels* (quem Beatum Martyrem vocat) ad Pontificem : 2ò *Didaci Colladi* Dominicani, inſignis Miſſionarii, Memoriale : 3ò Excerpta ex itinerario Cl. *Taverneris* (*Tavernier*) de Religione Chriſtianà in Japonia : 4ò Literas Epiſcopi *Joan. de Palafox* : 5ò Annotationes memorabiles ex ipſà Jeſuitarum Hiſtoriâ de Miſſionibus ſuis : & denique 6ò Excerpta ex libro de Apoſtolicis Miſſionibus Epiſc. Heliopolitani. Hæc omnia verò ait indiſcretè ab *Ildefonſo* attribui autoribus hæreticis, conſcientià carentibus & ſcurris. *Sotelum* ait virum fuiſſe religioſiſſimum, & Literas allegatas in præparationa ad martyrium ſcripſiſſe, quas minimè ſuppoſitas, ſed authenticas agnoſcat totus Ordo Franciſcanus. Accedere *Colladi* teſtimonium, quod rejici non poſſit. *Taverneris*, licèt Reformati, relationem veriſſimam, magnoque rei Catholicæ honori eſſe, ideoque à Batavis omnibus modis impugnari. *Palafoxii* ſanctimoniam notoriam adeo eſſe, ut Jeſuitæ ipſi hiſtoriam vitæ ejus edituri eſſe dicantur. Adduntur alia ad defenſionem Excerptorum, quæ Volumini illi inſerta ſunt. Quod verò ad *Theatrum Jeſuiticum* attinet, monet *Arnaldus*, indicatum jam eſſe A. 1669, in præfatione Partis primæ *de Practica Jeſuitarum*, quod *Theatrum* illud ſub nomine *Franciſci de Pietate* editum (e), Autorem habeat *Ildefonſum* Dominicanum, poſtea Epiſc. Malacenſem. Huic indicio uſque ad annum 1682 (quo altera pars *Practica* prodiit (f) à nemine contradictum fuiſſe. Fatetur inde, minoris nunc *Theatrum* illud autoritatis eſſe videri, poſtquam *Ildefonſus* id a ſe ſcriptum eſſe negaſſet. Notat tamen, Jeſuitas ipſos in *Defenſione pro novis in Indiâ Chriſtianis* (g) agnoviſſe, quòd autorem habeat Dominicanum, ſed tamen, qui ob malos mores Ordinem deſeruerit. Verumtamen *Arnaldus* Dominicanum illum nominat *Johannem de Ribas*, virum in ſuo Ordine æſtimatiſſimum, in quo etiam A. 1688 deceſſerit, elogio publico à XVI Presbyteris Conventûs Cordubenſis ad D. Pauli honoratus. Defendit igitur libri veritatem, nec infringi illam putat, quod à Tribunali Inquiſitionis Hiſpanicæ improbatus fuerit : ab illo enim omnia ſcripta damnari, quæ religioſos lædant. Jeſuitas verò ipſos, cùm contra veteres Monachorum Ordines in Germania ſcriberent, minimè ab his inſectandis abſtinuiſſe, imò palam ſtatuiſſe, non licitum ſolum ſed & utile eſſe, ut religioſorum quoque vitia detegantur. Allegat libros, qui tunc ſub tit. *Placidarum diſceptationum*, & *Cavea Turturis* prodierunt : imò in *Defenſione novorum Chriſtianorum* paulò ante citatâ, pro regulà tradidiſſe notat, quòd *intersit Republicæ cognoſci malos*. Infert inde, Epiſcopum rejicere *Theatrum* illud non debuiſſe, niſi conſtet falſa eſſe, quæ in illo memorantur, quorum tamen veritatem *Arnaldus* defendit. Narrat porrò, cùm A. 1654 *Theatrum* ederetur, *Theoph. Raynaudum* Jeſuitam, ex maledicentia non minus quam multà ſcriptione celebrem, in libello vehementiſſimo contra Ordinem Dominicanum ſcripſiſſe, *autorem* Theatri *eſſe Geliathum ſpurium*, & ſub verborum illorum contumeliâ *Ildefonſum* deſignaſſe, idque *Raynaudo* à *Joanne Caſalio* Dominicano objectum eſſe. Poſt annos quatuor Dominicanum quendam Gallum *Contenſonium*, virum pium & doctum, in *Theologià mentis & cordis*, dictum *Theatrum* ILDEFONSO palam attribuiſſe, ejuſdemque libri Approbatores ex eodem Ordine abunde teſtatos fuiſſe de famâ, quòd Autor *Theatri* ſit *Ildefonſus*. Hæc omnia Jeſuitis aut notiſſima fuiſſe, & tamen triginta annis ab edito *Theatro*, & ſeptendecim à publicatà primâ Parte *Practica*, minimè auſos fuiſſe opponere, quod nunc fecerint, & repudiatione Epiſcopi probatum eant. Negat tamen huic fas fuiſſe, ut tam atroci convitio in Epiſtolà ſuà oneraret omnes, & pro *hæreticis venenatis* aut *hominibus inſenſatis & profligati pudoris haberet*, qui illum pro *Theatri* Autore agnoverint ; minimè omnium *Contenſonium*, qui ſummà laude in Ordine ſuo vixerit, & non ſine ſanctitatis famâ deceſſerit. Ejuſdem teſtimonio utitur *Arnaldus*, ut mendacii notam à ſe amoliatur, quaſi *Ildefonſo* genus Regium falsò aut malitioſè adſcripſerit. Longè verò majorem, & locupletiorem teſtem citat MARIAM THERESIAM Auſtriacam, Galliæ Regia LUDOVICI XIV uxorem, quam refert apud Dominicanos Reformatos Pariſiis in vico S. Honorati plus decies dixiſſe, *Ildefonſum* fratrem ſuum eſſe. Allegat etiam Relationes Bruxellis menſe Majo A. 1688 publicatas, in quibus idem aſſeratur. Ultima Epiſtolæ pars occupatur in reſponſione ad exclamationem Epiſcopi ad Pontificem, in qua factâ alluſione ad Doctores olim damnatos, *Arnaldum*, ſive *Arnoldum* Brixianum, & *Petrum Abalardum*, ARNALDUM hunc Sorbonicum, & *Petrum Jurieum* inſectatur, eorumque libros & corpora flammis adjudicat. Hanc ſævitiam non tam Epiſcopo quàm Jeſuitis imputat, notatque quòd ille *Arnaldum* ejuſque libros pro Catholica Religiona ſcriptos minimè noverit, ineptè etiam *Jurici* ſupplicium à Pontifice petat, qui in illum poteſtatem non habeat. Falli etiam ait Epiſcopum, quòd eos qui Jeſuitis adverſentur, non minori pœnâ dignos judicet, quàm qui ipſum Jeſum offendant. In fine reparationem honoris ſui poſcit & ſperat. Ut verò illi aliquam fidem faciat, quis ſit, & quo pretio Romæ habeatur, ſubjungit Epiſtolam Latinam ab Emin. Cardinali *Cibo* d. 2 Jan. 1677 juſſu Pontificis ad ſe datam, cum verſione Gallicâ. Inſcribitur *Perilluſtri & admodum Rev. Dno Antonio Arnaldo Doctori Sorbonico*, & laudantur in eâ libri ab *Arnaldo* contra Calvinianos *ſingulari ſtudio ac doctrinâ, nec minori ingenio & eloquentiâ elaborati*, eique benedictio Apoſtolica benignè impertitur. Hæc Cardinalis

(c) Vid. *Quæſt. Curioſ.* p. 142. (d) Vid. Præf. *Cauſa Arnald* pag. LXIV. (e) Hiſpanicè excuſum eſt Conimbr. 1654. Vid. *Cathol. querim.* p. 24. edit. 1686. (f) Hanc & alteram a m ſequentis editionem teneo. Hoc volumen in ſeptem partes dividitur, in quibus Jeſuitarum agendi ratio in Chinâ, Japoniâ, Americâ & Æthiopiâ depingitur. Hujus autem Tomi creditur auctor eſſe *Nicolinus*. (g) Autor eſt P. *Tellerius*, qui A. 1680 edidit Gallicè Colloquium & Apologeticum pro *Ildefonſi* Querimoniâ. Vid. *Hiſt. Oper. Erud.* Jun. 1689.

dinalis ad *Arnaldum*, & ipſa *Arnaldi* ad Epiſcopum Malacenſem Epiſtola recuſa eſt ad calcem Tomi VIII *Practica Moralis*.

139. *Difficultez propoſées à Mr. Steyaert* &c. *Difficultates Dno Steyaertio Theologo Lovanienſi propoſita, in relatione ab illo ad Archiepiſcopum Cameracenſem perſcriptâ* (h) *à quo mandatum habuit de rumoribus adverſus Presbyteros Oratorii Montibus Hannonia ſparſis inquirendi.* Coloniæ apud Petr. le Grand 1691. in 12.

Occaſio ſatis magni libri hæc eſt. Congregatio Presbyterorum Oratorii in Italiâ à *Philippo Nerio* Seculo XVI cœpta, autoritate *Berulli* Cardinalis in Galliâ recepta & aucta, cùm Montibus Hannoniæ Collegium haberet, deducere inde veluti coloniam quandam in urbem Leodienſem voluit. Quæ Congregationi illi cum Societate Jeſuiticâ ſimultates intercedant, haud ignotum eſt. Ut igitur incrementum hoc æmulorum impedirent Jeſuitæ, quantum quidem ex hoc libro intelligi poteſt, Presbyteros illos multis nominibus acriter diffamare cœperunt, effeceruntque ut Magiſtratus Montenſes (*Scabinos* vocant) literis Leodium datis receptionem Presbyterorum diſſuaderent. Presbyteri editâ Gallicè Apologiâ, quam *Remonſtrationem juſtificativam* (i) inſcripſerunt, famam ſuam impigrè tutati ſunt, non ſine querelâ de *Scabinis*. Hâc offenſi iſti ſcriptum illud manu carnificis publicè comburi fecerunt, vehementer indignantibus non ſolùm Presbyteris, ſed & Nuntio Pontificio, qui Cleri privilegiis detractum illâ acerbitate exiſtimabat. Cùm verò Archiep. Cameracenſis, Hannoniæ Diœceſanus, à Presbyteris imploratus D. *Steyaertio* & duobus aliis mandaſſet, ut de cauſa cognoſcerent, & ſuum de illâ judicium ad ſe referrent: ita hoc fecerunt Commiſſarii, ſive, ut Autor *Difficultatum* aſſerit, *Steyaertius*, cæteris autoritate & induſtriâ potior, ut Presbyteri graviter læſos ſe eſſe putaverint, & Autor hic noſter anſam ſumſerit plurimos relationis & judicii illius defectus *Steyaertio* exprobrandi, idque fecit tractatu in *ſex partes* diſtributo, ex quo, minutioribus omiſſis, quædam notabimus, quæ non tam ad rixam illam inter Jeſuitas & Presbyteros propriè pertineant, quàm ad cognoſcendam factionum in Eccleſiâ Romanâ indolem faciunt, & cum profectu quodam obſervari poſſunt. De *Steyaertio* ipſo annotavit noſter *Arnaldus*, quòd defectus Eccleſiæ Romanæ in Belgio in exordio relationis ingenue agnoverit, ſcribens: *quicquid diſſimulamus, turbatiſſima ſunt res noſtra Eccleſiaſtica, non hic tantum, ſed paſſim per Belgium totum.* Allegatur etiam Tractatus ejus, ſive Theſes *Theologia moralis emendata* nomine publicatæ, in quibus probabilitatis Jeſuiticæ dogma acriter impugnaverit, item opiniones peſtilentes de peccato ex ignorantiâ, ſive materiali & Philoſophico; de attritione; præterea de facilitate in abſolvendis peccatoribus, ſive relaxatione diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quâ fieri dicit, ut ſanctitas Chriſtiana plane intercidat, continuâ revolutione, ut loquitur, confeſſionum & criminum. Confeſſionum & abſolutionum particularium neceſſitatem & utilitatem jactare, ut notum eſt, vel maximè ſolent Sacerdotes Romani, & utramque in Eccleſiis Proteſtantium requirunt. Qui verò ex illo Ordine ipſi agnoſcunt, quàm malè Confeſſiones & abſolutiones tractentur, ut nihil ad emendationem faciat illarum repetitio, ſi poſt impetratam nullâ difficultate abſolutionem, ad eadem aut pejora peccata continuò redeatur, ii arcem religionis fore veluti deſtruunt. *Steyaertii* verba citat Autor, quibus Confeſſionarios reprehendit, quòd quibuslibet peccatoribus pro pœnitentiâ recitationem trium *Pater Noſter* & *Ave Maria* ſufficere exiſtiment, morboſque animi omnes eo modo ſanari credant. Tantò magis itaque indignatur, quod ille ipſe *Steyaertius*, rigoris Eccleſiaſtici aſſertor, tam laxus indulgenſque jam factus ſit, ut Jeſuitarum metu aut reſpectu, optimæ Presbyterorum cauſæ relatione ſuâ nocuerit, imò pro ſectariis habeat, qui diſciplinam inſtaurare nituntur. Producit teſtimonium ejus A. 1690. quo juvenem quendam à ſtudiis, indole, vita & moribus egregiè laudarit dignumque eſſe cenſuerit, qui ſacris Ordinibus admoveretur; addiderit tamen, veluti limitationis & cautelæ loco: *Ne tamen aliquid Superiores lateat, quod poſtea infra ſcripto imputetur*, addictus idem eſt rigidiora ſectantibus. Hoc falsè exagitat Autor, & quem illi *Rigidiſmum* vocant, verum & genuinum Chriſtianiſmum & Sacerdotum atque Paſtorum officium eſſe, at qui laxiora profitentur, pro corruptoribus Eccleſiæ haberi debere, pluribus oſtendit. Ipſius *Steyaertii* Theſes in eam rem citat, & *Auguſtini* dicta. Paſtorem quendam *Ludov. Flemallum* prope Namorcum laudat, qui pio zelo ductus, plebem ſuæ curæ commiſſam in fide Chriſtiana egregiè inſtruxerit, binas conciones ſingulis Dominicis ante meridiem, diviſâ cum Vicariis operâ, à meridie Catecheſin habuerit; idem privatim fecerit, in Confeſſionibus potiſſimum; eâ tamen diligentiâ & ſeveritate populum minime offenderit, ſed magno cum applauſu confluxuque docuerit; iis etiam qui legere noverant, pios libellos, qui capita doctrinæ continebant, evolvendos dederit: factum inde, ut non ſolùm eximiam religionis notitiam acquirerent auditores, ſed & vitia ebrietatis, libidinis, & verborum ſcurrilitatem correxerint, choreas etiam & vana atque ludicra alia ultrò omiſerint. Succeſſiſſe à contrario apud illos contemtum rerum fluxarum, ſummum cœleſtium deſiderium, patientiam Chriſtianam in calamitatibus bellicis & aliis, mutuam charitatem, cum aſſiduitate precum, ad quas quotidie ſummo mane in templo convenerint. Quæ de moribus & vitâ interiori illius viri addit, pietatem maximam indicant, & ideo optat, ut omnes ad eum modum ſe gerant, quos *rigidos* vocant; tunc enim feliciſſimum ſtatum Eccleſiæ eſſe futurum. Provocat etiam ad experientiam in Academia Lovanienſi, in quâ ante ortam hanc *Rigidorum*, quam ſugillant, ſectam diſſolutiſſimè, nunc verò compoſitè & piè vivat juventus ſcholaſtica. Poſt hæc atroci calumniâ proſciſſos eſſe queritur Presbyteros Montenſes, ac ſi Neſtorianiſmum renovarent, & B. Virginem *matrem Dei*, ſive *Deiparam* appellare nollent (k); quâ imputatione eos liberaverit ipſe *Steyaertius*, malignè tamen in relatione ſuâ addens, non ſatis circumſpectè eos locutos eſſe. Interim tamen Epiſcoporum Gallorum judicio, in Catecheſi ab iis publicatâ, maximos abuſus in cultu Virginis demonſtratos eſſe non diſſimulat, illum maximè, quod plurimi in peccatis quotidie verſantes, ſalvari ſe putent recitatione roſarii, aut geſtamine *ſcapularis*: nec parum errare dicit eos, qui nimiam fiduciam in ſanctis ponant; hos enim utiliter & piè quidem ex Eccleſiæ inſtituto invocari, ſed ſpem omnem neceſſariò in Jeſu Chriſto ponendam eſſe, in quo ſolo, Scripturâ Sacrâ teſte, ſalus quærenda ſit. Citat etiam inſignem locum ex Card. *Camuſii* ſcripto; à contrario horrendam *Recollectorum* Leodienſium Theſin A. 1676 publicatam execratur, quam ipſe quoque *Steyaertius* acriter taxaverit: Erat autem hæc: *Frequens confeſſio & communio, & cultus B. Virginis, etiam in iis qui gentiliter vivunt, ſunt ſignum prædeſtinationis.* Acrioti cenſurâ perſequitur dictum Jeſuitæ Luſitani *Franc. Mendoza*, in *Viridario Sacra & profana eruditionis* A. 1632 cum approbatione edito, ſtatuentis, *impoſſibile eſſe, ut B. Virginis cultor in æternum damnetur*, quia ſcilicet B. Virgo

(h) Hic memorandus liber cui tit. *Notæ in Epiſtolam eximii Domini Steyaert S. T. D. ſcriptam nomine Commiſſariorum in cauſâ celebri Patrum Oratorii Montenſis, ad Illuſtr. ac Rev. Archiep. Ducem Cameracenſem: adverſus Notas a quibus ipſe Autor eam nuper oxidit & aſterſit.* Colon. 1691 in 12. (i) *Remontrance juſtificative des Prêtres de l'Oratoire de Jeſus à Mgr.... de l'Egliſe Cathedrale de Liege* in 4. Data eſt 29 Martii 1690.

(k) Vid. ſup. ubi de Tomo VIII *Moralis Practica*.

Virgo ſuo patrocinio ſemper impetret à Deo auxilia gratiæ congruæ, quibus ejus cultores, alioqui pravi & ſcelerati, ad Deum convertantur, reddanturque *indamnabiles*. Reprehendit porrò Autor eos, qui in B. Virgine majorem clementiam quam in Chriſto eſſe ſtatuunt, qui tamen eſt Deus miſericordiæ. Concionatores eſſe narrat, qui publicè declamaverint, ſi fatuæ virgines, cùm dicerent, *Domine, Domine, aperi nobis*, dixiſſent, *Domina, Domina*, impetraturas fuiſſe, ut portæ (Paradiſi) aperirentur. Librum, quem in Belgio fere omnes manibus terant, prolixè taxat, in quo disertè ſtatuitur, *Deum Filio ſuo exercitium juſtitiæ, ſanctæ verò Virgini clementiæ & miſericordiæ diſpenſationem commiſiſſe*. Subjungit verba ex *Steyaertii* Theologiâ Morali. quæ placet adſcribere, quia ad ſimiles caſus applicari poſſunt. »Verentur, inquit, »quidam, ne ſcandalizentur puſilli & confirmentur hæretici, eum in Eccleſia turpiſſimi arguuntur errores, ideoque potius tacendum exiſtimant. Sed an forte non magis confirmabuntur hi, & illi pervertentur, ſi viderint, hujuſmodi errorum monſtra nemine contradicente in Eccleſiâ teneri.» Reliqua *Partis primæ* capita præterimus, quanquam multa memoratu non indigna de ſire hac contineant. Ex *Parte* etiam *ſecundâ* pauca quædam veluti digito indicabimus. Acriter reprehendit Autor tum Magiſtratum Montenſem, quòd Apologiam à Presbyteris Oratorii ad Leodienſes ſcriptam, per carnificem combuſſerit, tum *Steyaertium*, quòd factum probaverit, eique occaſione Jeſuitas accuſat, quod pari ſuggeſtione *Rothomagi* magno cum piorum ſcandalo excellentiſſimum *Janſenii* librum, *Harmoniam Evangelicam*. & Aquis Sextiis *Epiſtolas Provinciales* Jeſuitis oppoſitas concremari curaverint. Citat tamen & laudat eundem *Steyaertium* quòd in ſæpè allegatâ Theologiâ ſuâ acerrime refutaverit ſententiam Jeſuitarum (à Papa quidem inter 65 famoſas theſes condemnatam) quòd *non peccent mortaliter, qui ſui tuendi cauſâ adverſario falſum crimen affingant.* (1). In *tertia Parte* propugnat iterum Autor diſciplinam ſtrictiorem, quam in confeſſionibus obſervant Patres Oratorii, & *Steyaertio* exprobrat, quòd eos, qui id faciunt, *Janſeniſtarum* & *Rigoriſtarum* cognomine diffamet, cùm tamen in Belgio & Galliâ optimi quique ex Clero eandem ſeveritatem tueantur.

Motos enim eſſe ait pleroſque in Galliâ Paſtores publicato ab *Arnaldo* libro famigeratiſſimo *de frequenti Communione*, (vid. ſup. *p.* 584. n. 1.) cùm tam crebros relapſus, poſt confeſſiones & abſolutiones, in priſtina vitia, ſive, ut alibi loquitur, *perpetuum circulum confeſſionum & peccatorum* viderent; parciores itaque factos eſſe in impertiendâ abſolutione, & de emendatione prius certiores fieri voluiſſe. Idem ſtatuiſſe editis HUYGENIUM Theologum Lovanienſem in *Methodo dimittendi & retinendi peccata*; ROUCHARTIUM Paſtorem Bruxellenſem, in *Inſtructione de Pœnitentia*; FELONIUM de *Converſione peccatoris*. Tractatus iſtos omnes Gallicè verſos, & *Lutetiæ* cum privilegio Regis excuſos eſſe memorat circa annum 1678. Refert ordinationem ſynodalem Cardinalis *Camuſii*, Epiſc. Gratianopolitani, An. 1690 in Diœceſi ſuâ publicatam, in quâ ſecutus fuerit leges à Cardinali *Grimaldo*, Archiep. Aquenſi, A. 1674 promulgatas, quarum approbatio à pluſquam 50 Epiſcopis in Gallia impetrari potuiſſet. Inſerit decreta utriuſque Cardinalis Gallicè verſa, quibus inter alia cavetur, denegandam eſſe abſolutionem omnibus habitualiter peccantibus: inter peccata verò nominatim recenſent Epiſcopi concubinatum, uſurariam pravitatem, ebrietatem, inimicitias capitales, profanationem Sabbati, luxum fœminarum in veſtibus & corporum denudatione ac fuco, negatam reſtitutionem ablatorum, itemque negatam ſolutionem legatorum ad pias cauſas: nec magis ad abſolutionem admittunt eos, qui nullum veræ ſupernaturalis contritionis indicium dant, nec nonniſi occaſiones peccandi proximas evitant, dataque eam ob cauſam a Paſtoribus conſilia negligunt, denique etiam illos, qui liberos famuloſque ad catechiſationem non mittunt. Allegat præterea Autor in hanc ſententiam Theſes D. *Hennebelii* ex ſyſtemate Sacramenti Pœnitentiæ, & contra exceptionem *Steyaertii*, quod *Rigoriſtæ*, quos vocant, receptæ conſuetudini Eccleſiaſticæ adverſentur, opponit decretum Epiſcopi Atrebatenſis pluſquam 30 aliis Epiſcopis probatum, in quo decidit, *conſuetudinem Eccleſiaſticam nomen non mereri relaxationem diſciplinæ, quam ignorantia, itemque lectio malorum autorum, reſpectus utilitatis, impia denique aſſentatio apud multos Paſtores introduxerit.* Provocat ad ipſius *Steyaertii* ſcripta, in quibus de Confeſſariis queritur, qui *in gloriæ titulo ponant, quod nunquam in vita quenquam ſine abſolutione dimiſerint*, quodque idem teſtetur, praxin in hac parte corruptiorem eſſe theoriâ. Cætera, quæ illi magnâ cum ſeveritate objicit, brevitatis ſtudio omittimus. Conſtat tamen ex dictis, eſſe hoc tempore in Gallia & Belgio Epiſcopos, qui hanc labem Eccleſiæ ſuæ in relaxatione diſciplinæ ſerio abſtergere cupiant. Illos omni laude dignos prædicat Autor, & Card. S. *Caroli Borromæi*, Mediolanenſis Archiep. exemplo animat, nullamque aliam viam corrigendæ diſciplinæ ſupereſſe contendit, rejectis & elitis remediis, quæ *Steyaertius* propoſuit.

Non minus graviter tractat materiam de lectione S. Scripturæ laicis minimè interdicendâ. Hac diſputatione maximam libri partem, *quartam* nempe & *quintam*, ſimul occupat Autor, vehementer *Steyaertium* inſectans, quòd Belgis in ditione Hiſpanica beneficium hoc eripere conetur. Non diſſimulat, improbat potius & deplorat, quòd *Malletus* Archidiaconus Rothomagenſis, aliique contra lectionem ſcripturæ populo permittendam publicè ſcripſerint, quorum tractatus congeſtos eſſe dicit in volumen cum titulo: *Collectio Autorum Verſiones Vulgares damnantium.* Putat tamen, ab illa ſententia, quòd ſacer codex tantum in uſum Cleri ſcriptus ſit, omnes probos Catholicos abhorrere. Provocat ad librum contra *Malletum* (vid. ſup. *p.* 589. *n.* 102.) in quo invictis argumentis refutatus ſit. Noſter uno, ſed palmario, pro firmandâ ſententiâ ſuâ, utitur, quòd verba in ſcripturis revelata ab omnibus fidelibus cujuſcunque ſexûs, ætatis & conditionis, legi & percipi debeat: idque confirmat exemplo *Timothei*, & ex pleriſque D. Pauli Epiſtolarum inſcriptionibus toti cœtui factis. Licet vero in Epiſtolis ad Galatas & Theſſalonicenſes non omnes ſinguloſve, ſed Eccleſias compellet, dubium tamen ait non eſſe, quin omnes alloquatur. *Petrum* quoque priorem Epiſtolam *advenis diſperſionis*, i. e. reliquiis Iſraelitarum ex omnibus tribubus; alteram iis, qui *coæqualem ſortiti ſunt fidem*, i. e. gentilibus converſis inſcripſiſſe: ad omnes etiam Chriſtianos pertinere, cùm *II Petr. I.* 19 dicitur, quod *benefaciant attendentes ſermoni Prophetico*: inique excludi fœminas, cum non ſit in *Chriſto maſculus nec fœmina*, Gal. III. 26. & Chriſtus ſummum de adoratione Dei in ſpiritu & veritate myſterium, Evang. *Joh. IV.* 24. fœminæ propoſuerit. Vehementer itaque *Steyaertium* reprehendit, quòd puellas in oppido Binchenſi, quæ poſt ſacra die Dominico ad legendum Novum Teſtamentum privatim convenerant, vituperet, & Montenſes, quibus contrarium (ex Jeſuitarum inſtigatione) placuerit, laudet: Inſignia teſtimonia SS. Patrum affert, qui promiſcuam Scripturæ lectionem ſuaſerint, & *Malletum* ſummæ impudentiæ peſſimæque fidei accuſat, quòd contrarium ex veterum ſententiâ & obſervatione aſſerere non ſit veritus. Citat Decretum Concilii Aquiſgranenſis ſub *Ludovico Pio* Galliæ Rege habiti, quo fœminis religioſis lectio

Scripturæ

(1) *Acta Erud. Lipſ. A.* 1692. *p.* 61-66.

Scripturæ injungitur. *Steyaertium* notat, quòd ad quæſtionem hanc, an plebeis concedenda ſit lectio S. Codicis, diſertè reſpondere noluerit. Urget dictum *Rom. XV.* 4. quod ad omnes Chriſtianos pertinere minimè ambigit. Laudat libros Gallicos admodum pios & utiles, ſed à *Steyaertio* improbatos, quorum alter titulum habet *Moralia in Epiſtolas S. Pauli*; alter, *Annum Chriſtianum*, qui Autorem habet *Le Tourneux*. Armaturam ſpiritualem, & ſpeciatim *gladium Spiritûs, qui eſt verbum Dei*, ex præcepto Pauli *Epheſ. VI.* omnibus & ſingulis Chriſtianis ſumendum eſſe urget, & emolumentum lectionis Biblicæ *II Tim. III.* 16. 17. indicatum, non ſolum ad Doctores Eccleſiæ, ſed ad omnes Chriſtianos ſpectare oſtendit, nec difficile eſſe, ut etiam plebeii illud percipiant, præſertim in quæſtionibus moralibus. Id exemplo Gallorum probat, qui niſi lectione Scripturæ popularitet imbuti fuiſſent, à pravis illis opinionibus, quas Jeſuitæ de probabilitate aliisque ejuſmodi morum corruptelis diſſeminaverint, tam facile non fuiſſent revocati. Ex *Steyaertii* ſententiâ Abrahamum non putat dicere debuiſſe, *habent Moyſen & Prophetas*, ſed, *habent Paſtores & Doctores*. Refutat quicquid de obſcuritate Scripturæ objici ſolet, falſumque eſſe ait, quòd hodie populus non, ut olim, Epiſcopis Paſtoribusque ſuis, ſi probi ſint, obſequatur. Immorigeros ſanè omni tempore fuiſſe non negat, neque tamen ideo ab ullo veterum Epiſcoporum plebem a lectione Scripturæ repulſam fuiſſe. Rejicit etiam quod dicitur, veteres Epiſcopos deſideraſſe, ut populus Scripturas legens, explicationes ab Eccleſiâ peteret; nullum enim hujus cautelæ veſtigium extare. Vehementer itaque queritur, quòd Virginibus Sacris auferantur libri Biblici, & fœminæ devotæ cum canibus comparentur, quibus panis filiorum dandus non ſit. Ex *Origene*, *Cæſario*, *Auguſtino* & *Chryſoſtomo*, egregiis dictis ſententiam firmat, & pernegat ullum Patrum crediddiſſe, quòd ea religionis notitia populo ſufficiat, quam ex concionibus Paſtorum haurire poſſit: quod tamen illo tempore facilius fuiſſet, quo plurima ex Scripturis, & quidem linguâ patriâ ſive intelligibili, populo prælegebantur. Oſtendit quoque, quâ ratione ſæpè lectio utilior ſit quàm auditus, & quam ineptè hodie populo, Scripturæ & piarum commentationum loco, à Jeſuitis commendentur libri inutiles, nominatim *Pſalterium Marianum*, quod falsò *Bonaventuræ* tribui putat. Exquiſita præterea Patrum loca adducit, quibus lectio Sacræ Scripturæ omni generi hominum, & ſpeciatim fœminis virginibusque ſaluberrima eſſe evincitur.

Cum verò primarium argumentum, ut à lectione Biblica laici removeantur, ex Conſtitutionibus Pontificiis petatur, *Parte V* de illis prolixè agitur. Extat nempe in Indicibus librorum prohibitorum, à plurimis Pontificibus confirmatis, Romæque publicatis, *Regula IV.* quâ cavetur, *quoniam experimento manifeſtum ſit, plus detrimenti ob hominum temeritatem, quàm utilitatis oriri, ſi Sacra Biblia linguâ vulgari paſſim ſine diſcrimine legi permittantur, ut Epiſcopi & Inquiſitores conſulto Paſtoribus & Confeſſariis, in tantùm lectionis facultatem concedant, de quibus conſtet, quòd inde non damnum, ſed augmentum fidei capeſſere poſſint.* Extenditur id *Regulâ VI* ad libros vulgari linguâ de controverſiis religionis editos, & *Regulæ IV* obſervatio additur, quâ conceſſionis facultas magis reſtringitur, & compendia etiam vel ſummaria Biblica, etſi hiſtorica tantùm eſſent, vetantur. Hic primum diſquirit Autor, an Index iſte cum Regulis ſuis autores habeat Patres Concilii Tridentini, idque negat, & ex actis *Seſſ. XVIII* & *XXV* refert, datum quidem negotium fuiſſe Delegatis quibusdam ad inveſtigandos & prohibendos libros ſuſpectos & perniciosos, ſed inter hos nullo modo referri potuiſſe Biblicos. Addit, Cardinalem *Madruccium*, cùm *Pacheco* Cardinalis Hiſpanus etiam Bibliorum lectione populo interdicendum eſſe diceret, fatente id *Pallavicino* (Hiſt. Conc. Trid. *Pars. I. Lib. VI. Cap. XII*) ſeſe oppoſuiſſe, & cum *Pacheco* prohibitionem Bibliorum à *Paulo II* in Hiſpania publicatam allegaret, regeſſiſſe, Pontificem illum & alium quemcunque falli potuiſſe, minime verò Paulum Apoſtolum, ſtudium Scripturæ ab omnibus poſcentem; quam ſententiam, quòd Pontifex in rebus facti & experientiæ falli poſſit, Autor mirifice probat. Contendit inde, du allegatâ in *Indice* experientiâ non ſatis inquiſitum & cognitum fuiſſe, neque libertatem per quindecim ſecula in Eccleſiâ exercitam per prætextum illius periculi auferri populo debuiſſe. Argumentatus erat inter alia, quæ omittimus, *Steyaertius* ex decreto Pontificis, quo A. 1679 quotidianæ communionis uſum in Hiſpania, à quibuſdam intempeſtive introduci cœptum, licèt notum ſit, eam antiquæ Eccleſiæ conſuetudine receptam fuiſſe, abrogavit aut reſtrinxit. Reſpondet noſter *Arnaldus* meritò decretum illud condidiſſe Pontificem, ob ſummos abuſus quotidianæ illius communionis; de quibus *Joan. Sancium* & Jeſuitam *Mazarenum* horrenda referre notat: interim arbitrio Confeſſariorum detuliſſe, ut eam pro perſonarum ratione & pietate concederent. At non æquè reſtringi poſſe lectionem Bibliorum, quæ ab antiquo Chriſtianis omnibus, imo & nondum converſis, libera fuerit. Teſtatur porro, regulas illas *Indicis* nec in Gallia, neque in Polonia, Hungaria, Germania aut Belgio publicatas aut receptas, ideoque quia uſu Eccleſiæ non comprobentur, obſtante jure Chriſtianorum omnium generali, pro legibus validis habendas non eſſe, parumque probat, quòd in Italia & Hiſpania obſerventur. Decretis Synodalibus A. 1584 & 1609 in Gallia habitis, tantum verſiones ab hæreticis compoſitas prohiberi dicit; in Belgio verò jam anno 1546 prodiiſſe Gallicam Bibliorum Verſionem cum privilegio *Caroli V.* Laudat inprimis edictum Imper. *Caroli*, (quod *Interim* vocari ſolet,) A. 1548 publicatum, quo lectio Biblica populo egregiè commendatur. Idem ſæpè decreviſſe dicit Epiſcopos & Synodos in Belgio. Periculum quoque lectionis ceſſare hodie ait, poſtquam plebs Romano-Catholica non, ut hæretici, definitionem in controverſiis ex Scripturâ, ſed ab Eccleſiâ, i. e. Pontifice expectet, & ſic abſque noxâ magnoque cum fructu, quoad mores præſertim, Biblia legat. Citat teſtimonium *Poſſevini* Jeſuitæ, *Wieckium* ex eadem Societate laudantis, qui Biblia aliosque libros ſacros & utiles Polonicè verterit, curâ Archiepiſcopi Gneſnenſis, magno cum Catholicorum emolumento publicatos. Provocat ad *Veroni* ſcriptum, qui dimiſſus ex ſocietate Jeſuitica, multum in converſione Reformatorum in Gallia contulerit, & utilitatem lectionis popularis, edito tractatu, egregiè demonſtraverit. Severè poſtea & paſſim taxat *Rich. Simonium*, celeberrimum Critices Sacræ Autorem, qui in Jeſuitarum gratiam de lectione populo non permittendâ multa commentatus ſit, eumque Rabbiniſmi & Pyrrhoniſmi accuſat. E contrario Regis Galliarum ſtudium & munificentiam laudat, qui maximis impenſis Novum Teſtamentum & Pſalterium, Gallicè verſa, ad uſum converſorum excudi & diſtribui fecerit, multo rectius quàm Jeſuitæ, qui *Pſalterium*, de quo ſupra dictum eſt, *Marianum*, aliosque ejuſmodi libros ſua commendent, faciantque, ut homines in ſanctis fiduciam ponant, & Chriſti obliviſcantur. Denique rigorem prohibitionis Seculo XVI factæ fervori contentionis cum Proteſtantibus imputat: fatetur quoque, quòd antiquitatis Eccleſiaſticæ & Patrum doctrinæ non ea tunc fuerit notitia quæ hodie; id quod Cardinalium *Perronii* & *Bellarmini* exemplo demonſtrat, hac ipſâ in quæſtione ex ignorantiâ priſcæ conſuetudinis errantium.

Pars VI tota ferè oppoſita eſt *Richardo* illi *Simoni*,

ni, cui non niſi perfunctorium quandam rerum variarum notitiam tribuit, judicio vero carere, & plurima temere & ſecum pugnantia eum affutiiſſe dicit. Refellit inprimis quæ in *Lib.* 1. *Crit.* V. T. *c.* 23 & 24 contra Verſionem N. T. Montenſem, & contra Cenſuram Lovanienſium & Duacenſium Theologorum adverſus Jeſuitas, in quæſtione de inſpiratione librorum ſacrorum commentatus eſt. Hanc Autor egregiè afferit, nec *Simonem* ſolum, ſed etiam quos ille ſectatur, *Hug. Grotium* & *Cornelium à Lapide* acriter perſtringit, & *Socinianis* ac *Spinozæ* fere accenſet. Inſignia maximè ſunt, quibus contra eundem *Simonem* authentiam dicti Epiſt. 1. Joh. V, 7. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo* &c. præcipuè ex S. *Cypriano* & Epiſcopis Africanis, qui HUNERICO *Vandalorum* Regi Ariano fidei confeſſionem A. 484 exhibuerunt, eximie propugnat. Multa præterea, quæ Philologiam ſacram juvant, eruditè annotavit, & tandem plura ſe de Montenſi Verſione, & ut ea injuſta prohibita, nihilominus tamen per totam Galliam & in Belgicis provinciis vulgata, omnibuſque grata & utilis ſit, poſt hac editurum eſſe pollicetur (*n*).

140. Fidem præſtitit *Arnaldus* in *Parte VII* Difficultatum, in quâ ſpeciale examen inſtituit vitiorum quæ in Verſione Montenſi ſe obſervaſſe contendit *Simonius*.

141. In *Parte VIII* ad *Steyaertium* redit *Arnaldus*. Eum in cauſâ fuiſſe accuſat ut aliquot in Belgio Epiſcopi lectionem Scripturæ Sacræ linguâ vulgari in Diœceſi ſuâ prohibuerint: eique exprobrat quòd conviciis uſus fuerit in Theſi ſuâ 30 Maii 1691., argumentis in gratiam linguæ vulgaris in *quartâ Parte* adductis reſpondendo, quorum plurima in hac *octavâ* repetit *Arnaldus*.

Huc referri poteſt liber alibi (*n*) memoratus hoc tit. *Articuli oblati eximiis Dominis* Mart. Harney *&* Steyaert *S. Theol. Doct. ac Profeſſoribus Regentibus cum illorum Declaratione, & Epiſtolâ* Dni Steyaert. *Lovanii*, Decembr. 1691. in 8. Vide ſup. *p.* 589 *n.* 102.

142. a. *Diſſertation Critique touchant les exemplaires Grecs ſur leſquels* Mr. Simon *pretend que l'Ancienne Vulgate a été faite, & du jugement que l'on doit faire du fameux Manuſcrit de Beze.* Coloniæ apud Petr. le Grand 1691. in 12.

Hanc Diſſertationem, quæ inter *Difficultates* ſupra memoratas octogeſima nona numeratur, ſeorſim edi voluit *Arnaldus* in eorum gratiam quibus hoc argumentum atridet (*p*).

142. b. *Remarques ſur le Corollaire de Mr.* Steyaert *touchant la ſignature du formulaire.* Sive *Annotationes ad Corollarium D.* Steyaert, *de ſignaturâ Formulæ*: *an.* 1692.

143. *Plainte de Mr Arnaud, Docteur de Sorbonne, à Mgr. l'Evêque d'Arras* &c. i. e. *Querela* D. Antonii Arnaldi, *Theologi Sorbonici, ad Dn. Epiſcopum Atrebatenſem, de impoſtoribus, qui ultra annum ejus nomine falſas literas plurimas ad Theologos Duacenſes non paucas mendacii & fraudum plenas ſcripſerint.* A. 1691. in 4.

Anſam habuit impoſtura, de quâ queritur Autor, ex diuturnâ illâ & acri diſceptatione quæ ipſi *Arnaldo* & ſociis cum ſectatoribus *Molinæ* intercedit. Qui illius fuerint architecti, *Arnaldus* affirmare non audet; ſuſpiciones tamen detegit, & inveſtigationem atque vindictam criminis ab Epiſcopo expectat. Summa querelæ, ut eam breviter proponamus, hæc eſt: Cum in Academia Duacenâ ex Profeſſoribus Philoſophiæ junior quidam, *Ligneus*, orationem & ſententiam Jeſuitæ cujuſdam in publica declamatione tetuſaſſet, & famoſas illas quinque propoſitiones (quas *Janſenianas* vocant) defendiſſet, mirum in modum adverſarios offendit. In hujus igitur perniciem literæ confictæ & ad illum alioſque *Arnaldi* nomine miſſæ eſſe dicuntur, quæ illos in fraudem induxerunt, ut *Arnaldo* illi perſonato reſpondentes, animi ſui ſenſa ſimpliciter & aperte indicarent. *Ligneus* ipſa & libros & manuſcripta quædam ſecretiora impoſtori miſit, ſeculas ſuas vendidit, & ſtatione ſuâ desertâ in extremos Galliæ fines, Carcaſſonam uſque, Galliæ Narbonenſis urbem, ducentis à patriâ milliaribus diſſitam, profectus eſt, mendacibus promiſſis illectus, fore, ut à pio quodam Epiſcopo ſuſciperetur & optime haberetur. Sed miſere delusum ſe eſſe, cum damno & dedecore expertus eſt. Alius Duacenſium *Arnaldo* ſcitio, quem pro patre ſpirituali elegerat, arcana conſcientiæ ſuæ in literis revelavit. Ut verò hæ Duacenſium literæ in damnum eorum & ſine ſuſpicione ſtellionis, qui eas ab incautis eliciuerat, publicari poſſent, alio figmento ſuppoſitæ ſunt *Arnaldi* literæ, quibus vehementer lamentatur, literas illas ab infido & profugo famulo, ægrotanti ſibi ſurreptas eſſe; quanquam ipſe in hac Querela ſua affirmet, ſe neque ægrotaſſe, neque à multis annis famulum habuiſſe. Interim in fine libelli ad Epiſcopum ſignificat, Epiſtolas illas Duacenſium à Rectore Collegii Jeſuitarum illius loci aſſervari, & cupientibus oſtendi (*q*).

Hæc *Querela* recuſa eſt cum plurimis aliis, quæ ad hanc rem pertinent, opuſculis in Collectione quæ hoc titulo prodiit:

144. *Le Faux Arnauld, ou Recueil de tous les Ecrits publiez contre la Fourberie de Douay, avec le Libelle diffamatoire du Faux Arnaud, r'imprimé en deux colomnes, ſelon les deux Editions fort differentes; & tout ce que l'on a pû recouvrer de ſes Lettres.* A. 1693. in 4.

Hic ſequentia exhibentur, quæ ordine quo prodierunt enumerabo:

I. *Libellus diffamatorius*, juxta duas editiones admodum diverſas, quarum *prima* menſe Junio A. 1691. ſub tit. *Lettre à un Docteur de Douay* (*r*) *ſur les affaires de ſon Univerſité*; altera poſt aliquot menſes prodiit ſub tit. *Secrets du parti de Mr. Arnauld decouverts depuis peu.* Editionem teneo anni 1692. in 12.

II. Querela I *Arnaldi* poſt Epiſtolam ad Doctorem Duacenſem vulgata, 22 Julii 1691. ad Epiſcopum Atrebatenſem directa, de quâ ſupra dictum eſt.

III. *Querela II* ad Jeſuitas ſub finem menſis Sept. ſcripta, hoc tit. *Seconde Plainte de Mr. Arnauld Docteur de Sorbonne aux RR. PP. Jeſuites, ſur le bruit qu'ils font courir que c'eſt le vrai* Mr. Arnauld *qui a ecrit les Lettres & envoyé la Theſe, & que c'eſt un faux* Arnauld, *qui a fait la* Plainte. *Et ſur la Lettre à un Docteur de Douay* &c. *r'imprimée nouvellement à Paris ſous ce titre*: Secreta du parti de Mr. Arnauld decouverta depuis peu.

IV. *Querela III* ad Epiſcopum Leodienſem ſcripta 12 Nov. 1691. *contre le P. Payen Recteur du College des Jeſuites de Douay, nouvellement refugié à Liege pour éviter d'être condamné comme Auteur ou complice des fourberies du faux Arnauld.*

V. *Querela IV* ad Jeſuitas directa 16 Dec. *ſur la prétendue Lettre qu'ils viennent de publier* (circa finem Octob.) *ſous le nom d'un Inconnu, qui ſe declare être Auteur des Lettres du Faux Arnauld, & de la* Lettre à un Docteur de Douay, *r'imprimée à Paris ſous ce nouveau titre*: Secreta du Parti de Mr. Arnauld decouverts depuis peu.

VI. *Avis importans au R. P. Recteur du College des Jeſuites de Paris, pour reponſe à un Libelle intitulé* Lettre à Mr. Arnauld ſur les plaintes &c. *touchant l'affaire de Douay*, quæ menſe Novembri prodiit.

In hiſce

(*n*) *Acta Erud.* Lipſ. 1692. p. 129 135. (*o*) *Clerici* Bibl. Univ. *Tom.* XXIII. Tab. Libr. (*p*) Vid. *Clerici* Bibl. Univ. *Tom.* XXII. P. 1. ubi & de quatuor poſterioribus *Difficultatum* Partibus. De quatuor prioribus vid. *Tom.* XX. *P.* II. Sunt autem omninò Partes XI. Vid. *Bibl. Janſen.* p. 98. & quid de nova *Bulla* in D. ſtien. Arnoldi Rimini Gregor. de J anno A. ubi de ignorantiâ invincibili.

(*q*) *Acta Erud.* Lipſ. 1691. p. 534 (*r*) Hujus Autor P. de Waudripont Jeſuita Gallo-Belgicus, verus *fictus Arnaldus*. Vid. ſup. p. 604. b. Cap. II.

In hiſce *Monitis* die 1 Jan. 1692 ſcriptis iterum defenduntur Theologi Duacenſes; defenditur & *Arnaldus* à variis accuſationibus, *ſur l'affaire de Mlle des Lyons* (r), *ſur les pretendus myſteres du Fauxbourg S. Jaques* (urbis Pariſienſis) &c. refutatur calumnia quæ libro *de frequenti Communione* tribuit duas ex XXXI Propoſitionibus Decreto Inquiſitionis 7 Dec. 1690 damnatis (t): expenduntur quædam loca Theſis Theologicæ apud Jeſuitas Pariſienſes 17 Dec. 1691 defenſæ; juſtificantur diſcipuli S. *Auguſtini* adverſus calumniam P. *Beberſii* d. 20 ejuſd. menſis publicatam; exhibetur tandem Epiſtola P. *J. B. de Wandripont* Rectoris Noviciatûs Jeſuitarum Tornacenſis, de fraude Duacenſi, *Tornaci* ſcripta 17 Jul. 1691.

VII. *Annotationes in præfatam Epiſtolam*, cum recapitulatione præcipuorum hujus rei capitum, quæ ex eâdem Epiſtolâ variiſque Scriptis hactenus (A. 1692) hinc inde publicatis oriuntur. Exhibetur in fine nova inventio virtutis intellectualis quam vocant *l'art de fourber, de filouter* &c. à P. *Senapa* Philoſophiam in Romano Jeſuitarum Collegio tum docente detecta.

VIII. Juſtificatio tertiæ Querelæ *Arnaldi* adverſus P. *Pagani* (le P. *Payen*) Rectoris Collegii Jeſuitarum Leodienſis *Reſponſum* ſub finem Jan. 1692 publicatum. Additur Epiſtola ad *Arnaldum* à Cardinale *Cibo* in nomine Papæ *Innocentii XI* ſcripta d. 2 Jan. 1677 (u). Approbationem præmiſit *Joan. Le Bran* Curatus S. Adalberti, Examinator Synodalis Diœceſeos Leodienſis, d. 1 Mart. 1692 ſubſcriptam.

IX. Bona fides *Arnaldi*, & mala fides *Jeſuitarum* in facto Rothomagenſi, adverſus eorum ſcriptum cui tit. *Preuves autentiques de la nouvelle calomnie que Mr. Arnauld a faite aux Jeſuites*, aliosque hujus farinæ libellos. Hiſtoriola hæc Rothomagenſis ad litem pertinet quæ Jeſuitas inter & cognatos defuncti Abbatis S. Martini pendebat; quâ occaſione inter Jeſuitam *du Mouchel* & *Gualterium* partis adverſæ Patronum rixa orta eſt; hanc verò cùm parùm accuratè narraſſet *Arnaldus* in quartâ *Querelâ*, in ſubjuncto Monito emendari voluit antequam Jeſuitæ quicquam hac de re evulgaſſent: id autem non obſtitit quin varios ſpargerent libellos ad exprobrandum *Arnaldo* maximè innocuum errorem, quamvis quoad eſſentiam rei minimè erraſſet: hos igitur in præfato libello refutavit.

X. Vanus Jeſuitarum triumphus (x) in libello cui tit. *Satisfaction donnée par S. M. T. C. à Mr. Ant. Arnauld ſur les Plaintes qu'il a faites, & qu'il a à faire pour la defenſe des Janſeniſtes de Douay contre l'Abbé de la Croix* Antoine A. A. A. &c. *le faux Arnauld*: quæ inſcriptio ſic verti debet: *Sententia à Rege Chriſtianiſſimo lata adverſus Arnaldum in gratiam ficti Arnaldi.*

XI. *Correction faite au P. Payen ſur ſa Reponſe à la Juſtification de la IIIe Plainte de Mr. Arnauld.* Hæc Jeſuitæ *Reſponſio* data eſt 22 Mart. 1692. *Arnaldi* Correctio 17 April.

XII. Illuſiones ſcripti cui tit. *Relation ſommaire de ce qui s'eſt paſſé dans l'affaire de quelques Theologiens de Douay.* Prodiit hæc *Relatio* exeunte menſe Julio, *Illuſiones* ſub initium Sept. Præmittitur Præfatio juſtificativa pro iſtorum Theologorum Defenſoribus, ad cujus calcem breviter reſpondetur Declarationi P. *Tellerii* ad *Arnaldum*, occaſione ejus Annotationum in Epiſtolam P. *de Wandripont*.

XIII. Series Illuſionum *Relationis Summariæ*, in quâ Annotationibus in hanc Relationem reſpondetur.

XIV. Correctio ſecunda P. *Pagano* facta, ubi occaſione ſecundi illius ad Juſtificationem tertiæ *Querelæ* Reſponſi, duo momentanea puncta demonſtrantur: 1. Eventus hujus Prophetiæ ante annos 40 prolatæ (y), Jeſuitas in animo habere ut condemnatio quinque Propoſitionum in doctrinam Gratiæ per ſe ipſam efficacis redundaret; & in hoc ipſo bodie Janſeniſmum conſtare velle. 2. Jeſuitarum adhæſio pravæ ſuæ Morali à Pontificibus, Epiſcopis & Univerſitatibus damnatæ; ac myſterium fictæ ipſorum denegationis *Apologiæ Caſuiſtarum* (z), ope detectæ eorundem adverſus Cenſuram Sorbonicam A. 1658 Circularis Epiſtolæ revelatum.

XV. Epiſtolæ octo *ficti Arnaldi* ad Dn. *de Ligny* Theologiæ Licentiatum, antea primarium in Collegio Regio Duacenſi Philoſophiæ Profeſſorem; quibus additur unica ad Decanum Carcaſonenſem. Prodierunt A. 1693.

His Scriptis Gallicis adde tria Latina, nimirum

I. *Epiſtolam* ſub finem Jul. 1691 ſcriptam *ad quemdam SS. Theologiæ Baccalaureum, quæ continet explicationes Theſios ad mentem S. Auguſtini, de quâ libellus cui tit.* Lettre à un Docteur de Douay &c. *ab Approbatoribus miſſas & ab Autore Libelli ſuppreſſas.*

II. *Concluſiones Theologiæ* (ſub finem Aug.) *quibus ſuam de Gratiâ & libero arbitrio ſententiam complectuntur duo hujus Univerſitatis Duacenſis Sacræ Theologiæ Profeſſores.*

III *Juſtificatio* (d. 3 Dec.) *duorum Sac. Theol. Profeſſorum Univerſit. Duacenæ contra atroces calumnias libelli famoſi, cui tit.* Lettre à un Docteur de Douay &c. *Per Erud.* P. *Phil. Riverte* Sac. Theol. Licentiatum ac Profeſſorem Regium *&c.*

Nunc ad cæteros *Arnaldi* libros pergimus.

146. *Reflexions ſur l'eloquence des Predicateurs* &c. i. e. *Conſiderationes de eloquentiâ Concionatorum*: ſive *Epiſtola* ad D. *de Boe* de admonitione ab ipſo præfixâ ſuæ tranſlationi Sermonum D. *Auguſtini*. Amſtel. Brunel 1695. in 12. In eâ Admonitione *Boſius* eloquentiam ex Cathedrâ ejicere, vel ſaltem deprimere velle videtur, cui ſententiæ librum hunc oppoſuit *Arnaldus* (a).

147. *Inſtructions ſur la Grace ſelon l'Ecriture & les Peres: par feu* Mr. Arnauld *Docteur de Sorbonne: avec l'Expoſition de la Foi de l'Egliſe Romaine touchant la Grace & la Predeſtination, par* Mr. Barcos (b), *& pluſieurs autres Pieces ſur ce ſujet.* Colon. vel potius Amſtelod. apud Lud. de Lorme 1700. in 8.

Has *Inſtructiones* noſtri *Arnaldi*, cujus nomen præ ſe ferunt, fœtum eſſe aſſerit Editor *Gerberonius* (c). Digeſtæ ſunt in formam Catechiſmi (d), ſed imperfectæ: quippe quod in iis nihil de Prædeſtinatione, nec de conſenſu Gratiæ cum libero arbitrio: eâque de cauſâ ſubjuncta eſt memorata *Expoſitio*, Montibus A. 1697 impreſſa, cujus verò totam Editionem, ſtatim ac prodiit, deprehendi juſſit Archiepiſcopus Pariſienſis, qui adverſus librum hunc Cenſuram edidit, in quam paulò poſt prodierunt Annotationes ſub tit. *Hiſtoire abregée du Janſeniſme* (e), quæ tribus iteratis vicibus intra trimeſtre prælo commiſſæ ſunt: in hac editione multò auctiores prodeunt, unà cum Mandato Archiep. Pariſienſis, & Collectione antiquarum Eccleſiæ

(s) *Arnaldum* circa hanc litem adverſus *Ballium* ac *Niceronium* defendit Autor Epiſtolæ ad eundem *Niceronium* directæ in Diario Gallico cui tit *Biblioth. raiſonnée* &c. A. 1732. *Tom VIII. P. II. p.* 408-430. ubi ea refutat quæ in gratiam D. *Joan. Des Lyons* Decani Silvanectenſis (*de Senlis*) protulit *Niceronius* ſuorum Commentariorum (*Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des hommes illuſtres*) Tom XI. (t) Vid. ſup. p. 281 nu. 17 Hic occaſione data memoranda eſt *Epiſtola* Gallicè ſcripta *Abbatis cujuſdam* Janſeniſtæ *ad alium Aulæ Romanæ Præſulem* de præfato *Decreto*. Prodiit juxta exemplar Toloſanum 1691. in 12. Iſtud *Decretum* jam ante 8 vel 9 annos importunis Jeſuitarum & Franciſcanorum ſollicitationibus impetratum fuiſſe Autor memorat. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1692. p. 352-357 (u) Vid. ſup. p. 607. b in fine Epiſt. ad Epiſc. Malacenſem. n. 138 (x) Vid. *Hiſt. Oper. Erud.* Maii 1693 p. 519 ubi datur excerptum ex Theſibus quas Cadomi d. 30 Jan. 1693. defendit Jeſuita *Carabœuſius*, in quibus inter alia ſtatuit, Religionem Chriſtianam eſſe evidenter credibilem, non evidenter veram.

(y) Vid. ſup. n. 26. (z) Vid. ſup. n. 46. & p. 596. b (a) Vid. *Hiſt. Oper. Erud.* April. 1695. b Vid. *Bibl. Janſ. n.* p. 133. (c) ib. p. 209. (d) Eâdem formâ prodiit liber Anti-Janſeniſtæ hoc tit. *Inſtructions familieres ſur la Predeſtination & ſur la Grace* Leodii 1711. in 12. Vid. Diar. Trevult. Aug. 1712. In *Bibl. Anti Janſen.* p. 239 memoratur editio anni 1711. ſed errore forſan typographico. e Hujus libri Autor *Gerberonius* deſignatur in *Bibl. Janſen.* p. 177. Vid. & p. 358.

Eccleſiæ precum, quæ docent vel ſupponunt dogmata quibus Janſeniſtæ ab Adverſariis diſtinguuntur (*f*).

148. *Traité de la neceſſité de la Foy en J. C.* &c. ſive Tractatus de neceſſitate fidei in Chriſto: in quo expenditur, an Pagani & Philoſophi qui Deum cognoverunt, & moraliter benè vixerunt, ſalvari potuerint ſine fide in Chriſto? *Pariſ.* Oſmont 1701. II vol. in 12. vel in 8.

Hoc opus *Arnaldo* tribuit *Ellias Du Pin* (g), idque confirmatur ex *Hiſt. Oper. Erud.* Decemb. 1701. p. 547. ubi dicitur juvenis adhuc *Arnaldus* illud elucubraſſe. Quem aggreditur Autor, deſignatur nomine *Oroſii Tuberonis*, ſub quo latet *Franciſcus de la Motte le Vayer* (h)

Dividitur Tractatus iſte in *quatuor* partes, quarum *primâ* adferuntur argumenta pro neceſſitate fidei in Chriſto ad ſalutem. In *ſecundâ* reſpondetur plurimis Patrum locis quibus utuntur aliqui ad probandum, Paganos ſine fide in Chriſto ſalvari potuiſſe. In *tertiâ* confutantur argumenta ab aliis eundem in finem producta. In *quartâ* refutantur errores quos Autor ſequi ait ex eorum ſententiâ, qui Philoſophia abſque fide in Chriſto ſalutem concedunt (i).

149. *Objectiones* ordine quartæ *in Meditationes Metaphyſicas Carteſii*, cum ipſius *Meditationibus* impreſſæ, quibus nullas validiores propoſitas fuiſſe judicavit ipſe *Carteſius* (k). Notat *Balius* poſt *Bailletum* inf. cit. (*l*) *Arnaldum* eandem quam *Carteſius* Philoſophiam Pariſiis docuiſſe, antequam ille prima ſuæ Tentamina evulgaſſet: verum ejus Cenſor (*m*) obſervat *Arnaldum* Philoſophiæ Curſum inchoaſſe menſe Octobri 1639. & Auguſto 1641 abſolviſſe, quo *Carteſii* Meditationes prodierunt: prima verò *Carteſii* Tentamina in Methodo ſuâ comprehenſâ, inter eruditos jam vulgatiſſima, in lucem prodiiſſe A. 1637. quo anno, die 4 Maii Privilegium Autor impetravit pro *Methodi* ſuæ aliorumque operum impreſſione: contenditque *Arnaldi* Philoſophiam à *Carteſianâ* plurimum differre.

150. *Lettre à Mr. Perrault touchant les Satyres de Mr. Des Preaux.* Sive *Epiſtola ad* D. Perraltium *de Satyris* D. Des Preaux, ſcripta menſe Majo 1694. Edita reperitur in operibus hujus Clar. Poetæ *Tom. IV.* edit. Amſtel. 1717. p. 121. Cæterùm ſub *Awrâi* nomine aliquando latuiſſe creditur *Arnaldus*, item ſub *Barnabei*, *Claudii de Beaubourg*, *Damvillerii*, *Germani*, *de la Motte*, *de Bonneval*, *& Antonii Godefridi* unà cum *Hermantio*, Vid. *Placc.* in Pſeud.

Scripta Dubia:

1. *Eclairciſſement ſur quelques difficultez touchant la ſignature du fait.* A. 1664. Elucidatio aliquot difficultatum de ſubſcriptione Facti. *Arnaldo* apud *Moretum* tribuitur, alibi verò (*n*) Abbati *Girardo* ſub emento nomine *Dionyſii Raymondi*.

2. *Traditio Eccleſiæ Romanæ de Prædeſtinatione Sanctorum & Gratiâ efficaci.* Prodiit ſub nomine *Germani* Theol. Doct. Coloniæ apud Nic.Schouten 1687. in 12. duobus Tomis (*o*) quibus acceſſit tertius A. 1690. (*p*) Hoc autem opus *Arnaldi* eſſe ſuſpicantur Eruditi Lipſienſes, ac non modo ſuſpicatur, ſed & vix dubitat Cl. *Baſnagius de Beauval* inf. cit. At *Queſnello* aſſeritur in *Bibl. Janſen.* p. 417. eumque Autorem, quanquam dubius, conſtituit *Adr. Baillet* apud *Placc.* in Pſeud. *n.* 1176. Vide plura ſub tit. *Queſnellus*.

3. *Quæſtio curioſa, an Arnaldus Doctor Sorbonicus ſit hæreticus?* Colon. Nic.Schouten 1690. in 8. Gallicè. Non deſunt qui librum hunc ipſi *Arnaldo* tribuant, hoc tamen in dubium plures revocant, quod ſemet ipſe nimis laudat. Autor, quiſquis ille ſit, *Arnaldi* hiſtoriam deſcribit, librorumque ferè omnium quos ipſe huc uſque edidit, & pro ſuis agnoſcit. Excerpta ex Doctorum approbationibus ſubjungit, ut oſtendat ejus ſcripta nihil niſi planè orthodoxum continere, pluresque *Arnaldo* laudes ac honorificos titulos quàm ullus unquam Autor receperit, peperiſſe (*q*)

Ipſi tamen *Arnaldo* aſſeritur liber iſte in *Bibl. Janſen.* p. 336. & *Queſnello* eſſe negatur, cui tribuerat *Ellias Du Pin* in Bibl. ſuâ, ſed in additionibus ſeipſum emendavit.

Scripta Spuria:

1. *Præjudicia legitima adverſus Calviniſtas.* Opus *Petri Nicolii*.

2. Liber cui tit. *des deux Chefs qui n'en ſont qu'un* (*r*).

3. *Defenſio Eccleſiæ* adverſus librum *Claudii* cui tit. *La Defenſe de la Reformation.* Antecurtii fœtus; Vid. ſup. *p.* 486.

4. *Epiſtola Imaginaria, Viſionaria* &c. Opus *Nicolii*; Vid. Nicole.

5. Varia ſcripta ſub *Petri Aurelii* nomine edita; quæ ſunt Abbatis *San-Cyrani*.

Arnaldi Apologiam edidit *Queſnellus* hoc tit. *Cauſa Arnaldina ſeu Antonius Arnaldus à calumniis vindicatus*, quam *Innocentius XII* A. 1699 damnavit.

Ejus Vita edita eſt Bruxellis 1695. & Lugd. vel Leodii 1698. in 12.

Tribuitur item *Queſnello* Defenſio *Arnaldi* (Juſtification de Mr. Arnauld) quæ in Belgio prodiit A. 1701. (*s*) 3 vol. in 8. occaſione datâ ex *Hiſtoriâ quinque Propoſitionum* à Dno. *du Mas* conſcriptâ. In ea collectione varia reperiuntur monumenta huc uſque inedita (*t*). *Arnaldi* Teſtamentum ſpirituale (*u*) inter alia legitur, ſcriptum d. 16. Sept. 1679 in quo declarat, Janſeniſmum eſſe Hæreſin imaginariam & Phantaſma; ſe non credidiſſe Formulario ſine perjurio ſubſcribere poſſe; atque in eâdem ſententiâ mori quam vivus fuerat (*x*).

Gerberonius item *Arnaldi* Vitam ſcripſit (*y*)

His prælo ſubjectis, detexi (*z*) Autorem libri poſt ipſum *Arnaldum* ſupra memorati *p.* 605 *b.* lin. 13. qui excuſus eſt Pariſiis 1650 in 8. (*a*) & 1660. in 12 (b) hoc tit. *Relation du Pais de Janſenie, où il eſt traité des ſingularitez qui s'y trouvent, des coutumes, mœurs, & religion des habitans, avec la Carte Geographique*: par *Louis Fontaine de St. Marcel.* Hoc ſub nomine latuit *Zacharias* Lexovienſis (de *Liſieux* in Normannia) Capucinus, anno 1661 demortuus, uti docet *Dionyſius* inf. cit.

Legi item poteſt apud *Balium* in Diction. verb. *Ipres*, ficta Regia Ludovici XIV ad *Arnaldum* noſtrum Epiſtola, de obſidione Ypreſi, data ex Campo prope Ipram 17 Martii 1678.

De *Arnaldiſmo* (quem vocat) egit *Jo. Wolff. Jægerus* Cancellarius Tubingenſis in Hiſt. Eccleſ. *Dec. V. Tom. I.* (c) ubi integram texit hiſtoriam libri Autoris noſtri, cui tit. *la Grandeur de l'Egliſe Romaine établie ſur l'autorité de S. Pierre & de S. Paul*: cujus ſcopus eſt ut oſtendat, D. Paulum æquè ac D. Petrum

(*f*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* Sept. 1700 & *Bibl. Janſen.* p. 112. (*g*) *Bibl. Univ.* Tom. II. p. 2937. (h) *Placc.* in Pſeud. *n.* 2738 (i) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. 17. Jun. & 4 Jul. 1702. p. 475-506. *Hiſt. Oper. Erud.* Febr. 1702. (*k*) Vid. ejus Vitam ab *Adr. Baillet* conſcriptam, *Tom. II.* p. 114. & ſeq. Vid. & *Perraltium* in Elog. Viror. Illuſtr. p. *m.* 43. (*l*) *Baillet* ubi ſup. p. 128 & 544 (*m*) *Clericus* Seminarii S. Irenæi Lugdunenſis Superior, Autor Epiſtolæ Criticæ ſæpius citatæ. (*n*) *Bibl. Janſen.* p. 214. (*o*) Vid. *Acta Erud.* A. 1688. p. 363-401. *Hiſt. oper. erud.* Sept. & Oct. 1687. (*p*) *ibid.* Jul. 1690. *Acta Erud.* Lipſ. p. 337-341.

(*q*) Vid. *Clericum in Bibl. Univ.* Tom. XXII. P. I. *Hiſt. oper. Erud.* Febr. 1691 (*r*) Vid. ſub tit. *de Barcos.* (*s*) Aliculus memoratam vidi edit. Leod. 1712 in 8. (*t*) Vid. *Diar. Trevolt.* Febr. 1703. p. 149. edit. Amſtel (*u*) Hujus extat editio Leodienſis A. 1696. (*x*) *Bibl. Janſen.* p. 350. (*y*) *ibid.* p. 443. (*z*) Hunc Jeſuitam Leodienſem credidit *Arnaldus*. (Vid ſup. p. 604 *b.*) ſed Capucinum eſſe aliunde conſtat. (*a*) *Dionyſius Genuenſis in Bibl. Script. Capuc.* p. 322. [*b*] *Le Long Bibl. Hiſt. Galliæ n.* 1646 [c] Prodiit Hamburgi 1709. Vid. *Nov. Reip. Litter.* Novemb. ejuſd. anni.

Petrum fuiſſe Eccleſiæ caput, duoſque illos Apoſtolos una conjunctos unicum Eccleſiæ Principem ſive caput conſtituere. Præcipua refert Autor Germanus argumenta quibus uſus eſt Jeſuita *Rod. de Arriaga* in refutando *Arnaldi* ſyſtemate, ſuamque de hâc controverſiâ ſententiam adjicit. Exiſtimat, rationem reipſâ cum *Arnaldo* ſtare, ipſum verò ejuſque ſequaces non ſatis confidenter locutos eſſe, nimiumque Romanæ Curiæ indulgentes fuiſſe. Quod ad Jeſuitæ rationes attinet, eas nullius eſſe ſoliditatis arguit, & pro fumo tantùm venditat (*c*).

Vir illuſtris *Chriſt. Matth. Pfaffius* in Introd. in Hiſtoriam Theologiæ Literariam *Tubingæ* A. 1725. edita (*d*) Catalogum librorum ab *Arnaldo* noſtro ſcriptorum exhibet *p.* 90. *ſeqq.* ſubjungens titulos librorum contra eum publicatorum.

[c] *ibid.* p. 570 [d] Vid. *Acta Erud.* Lipſ. hujus anni *p.* 409.

ARNALDA (*Maria Angelica*) Monaſterii Portûs Regii Pariſienſis Abbatiſſa & Reformatrix, obiit anno 1661. Scripsit Gallicè Relationes de rebus geſtis in hoc Monaſterio notabilioribus ab anno 1602 ad diem 12 Jan. 1665. quæ typis prodierunt *Pariſiis* A. 1716. in 12. teſte *Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ *nn.* 6348.

ARNALDA (*Agnes*) Vid. ſup. *p.* 575. Atque hinc emendanda hæc verba *p.* 581. *b.* annot. (*a*) ſub finem: *Ea inferius locum habebit.*

ARNALDA à S. Joanne (*Angelica*) de quâ vid. ſup. *p.* 581. *b.* in annot. (*a*) obiit A. 1684 Relationem ſuæ captivitatis ſcripſit A. 1660 quæ typis excuſa eſt Gallicè *Pariſ.* A. 1711. in 12. teſte *Le Long* ubi ſup. *num.* 6349.

ARNANDUS Gandavenſis, natione Belga, Capucinus. Provinciæ Flandriæ Concionator, ac S. Theologiæ Profeſſor, nonnulla reliquit poſteris MS. eruditione ac pietate fœcunda, & à Patribus illius Provinciæ admodum commendata; ſed typis evulgatum vidiſſe ſe teſtatur *Dionyſius* Genuenſis *p.* 41. Bibl. Capuc.

Oratorium Religioſorum D. Antonii de Guevara *Epiſc. Mindonienſis*, ab eo tranſlatum ex Hiſpanico in Flandricum idioma, locupletatum ac notis illuſtratum. *Antverp.* 1626. in 4. Meminit *Wadingus* de Script. Ord. Minor.

ARNAULD. Vid. ARNALDUS.

ARNAYA (*Nicolaus* de) Jeſuita, natione Hiſpanus, apud Americanos magnis virtutibus floruit Sec. XVI. Totos 30 annos variis regendi muneribus fuit occupatus; Rector, Miſſionum Indicarum Viſitator, Tironum Magiſter, Provincialis, cujus merita ipſa quoque Roma ſuſpexit, quando Procurator à Provinciâ miſſus, Congregationi VIIm* generali interfuit.

Opera:

Tranſtulit in Hiſpanicum aureum illud opus

1. *Del Menoſprecio del Mundo* de Thomas de Kempis *Matriti* 1615.

2. *Conferencias eſpirituales*; Tomis III. Hiſpali 1618. in 4.

3. *Compendio de las Meditaciones de Myſteriis Fidei del P. Luis de la Puente* (Lud. de Ponte) *Matriti* 1616 Valentiæ 1617. in 8. Italicè prodiit verſum à *Tiberio Putignano* Romæ 1620. Latinè etiam, ſed ignoratur cujus operâ. Ex Hiſpanico Gallicè vertit *Renatus Gualterius* Conſiliarius Regius, cujus verſionis duas editiones teneo Rothomagenſes, alteram typis Geuffroy, 1631. alteram Berthelini 1635. 8. aliamque *Lugdun.* Nic. Gay 1642. in 12. interprete R. P. *Bern. Langar* Obſerv. Fr. Minor.

Latinè edita eſt *Arnaya* noſtri

4. *Praxis exercitiorum ſpiritualium S. Ignatii.* Coloniæ 1625 & 1633. in 12. (*a*) Obiit in Urbe Mexicana in America ſua 21 Martii 1622 ætatis 65. Religionis 46. Ejus laudes fuſius proſequitur *Alegambius* Bibl. Soc. Jeſu *p.* 348.

[a] *Lipen.* Bibl. Theol. I. 659. ( ) Nic. *Anton.* II. 119.

ARNDIUS (*Joannes*) natione Germanus, Lutheranus, Ducatûs Lunæburgici Epiſcopus & Superintendens Generalis, Eccleſiæ Cellenſis Antiſtes, Theologus eximius, claruit Sec. XVI & XVII. Natus eſt Ballenſtadii in Ducatu Anhaltino, A. 1555. Patre illius loci Paſtore vigilantiſſimo *Jacobo Arndio*, qui illuſtriſſimo quondam Duci Anhaltino Wolfgango à Concionibus Aulicis, Conſiliiſque fuit: Patente verò orbatus noſter decimo ætatis anno, benignos invenit fautores qui ipſum Aſcherslebii, Halberſtadii, ut & Magdeburgi aluerunt, quo literarum ſtudia feliciter pertexere potuit. Anno 1576. ætat. 21. Scholas adiit Regias; Helmſtadii, Wittebergæ, ac præcipuè Baſileæ & Argentorati eos in ſtudiis fecit progreſſus, ut privatos inter parietes commilitonibus Rhetoricam, Ethicam, Phyſicam prælegeret, ac D. Pauli Epiſtolam ad Romanos enucleandam ſibi ſumeret: adeoque literis incubuit, & pietati ſe addixit, ut in Theologum ſui ſeculi facilè principem evaderet, qui & voce & ſcriptis operam Eccleſiæ perutilem abundè præſtitit. Explicari ſatis nequit, quanto applauſu liber ejus *de vero Chriſtianiſmo* exceptus fuerit: quum enim anno 1605 primam duntaxat partem ederet, treſque reſiduas promitteret, multi ipſum efflagitarunt, ut plenam omninò editionem maturaret. Idem poſtea liber Latinè ac Bohemicè converſus eſt, magnoque apud omnes fuit in pretio, ſed inprimis apud inclytum Sueciæ virum *Jac. de la Gardie* Comitem (*a*), qui *Arndii* noſtri *de Chriſtianiſmo* libellos non domi ſaltem, ſed & medios inter bellorum ſtrepitus, diligentiſſimè pervolvebat. Alii fatentur, ſe attentâ hujus libri lectione, genuini Chriſtianiſmi indolem percepiſſe, quod aliis ex ſcriptis haud ita evidenter hauſerunt. Immò ex antagoniſtis nonnulli cùm illa legerint, ſingularem viri in aſceticis commovendi ſpiritum, & præclariſſima Dei dona non ſatis prædicare potuerunt. Hinc ex illis cujuſdam Eccleſiæ Præſul apertè confeſſus eſt, *ſe haretici* (ita *Arndium* indigitabat) *genium admirari, tam planè egregia proferentis.*

Sed ut ad noſtri officia publica pergamus, anno ille 1583. ætat. 28. à Seren. Principe Anhaltino Joachimo Ernesto ad SS. Miniſterium vocatus eſt. Eod. anno uxorem duxit, integerrimi Viri *Chriſt. Wagneri*, Præfecti olim Ermlebienſis, filiam. Quum autem ſeptem prope annis Dei verbum Ballenſtadii & Baderbornii docuiſſet, à Calviniania, fratribus ſcilicèt, quibus aſſentiri in doctrinâ per conſcientiam noluit, eò adactus, ut ſolum vertere neceſſum haberet (*b*). Antequam verò in exilium abiit, contigit ut duas una vocationes, *Mansfeldiæ* nempe & *Quedliaburgo*

[a] Vid. *Bælii* Diction. in art. *Gardie* not. (G)

[b] Ultimus *Arndianum* operis *de vero Chriſtianiſmo* Editor *Bambus*, de quo poſtea dicetur, poſtquam de ſtudiis *Arndii* Academicis & vocatione ad munus Eccleſiaſticum quædam narraſſet in Præfatione, hæc verba ſubnectit, „Cito tamen varii motus contra illum cœperunt ab aliis cujuſdam partis [quæ tunc ibi plus „valebat] hominibus rigidioribus. Quum in ſore exarſerit contraria „chioni [apud Predeſtinationis controverſiam agitatam fuiſſe, & „univerſalem gratiam contra adverſæ partis patronos ab *Arndio* aſ„ſeretam] in tantas tandem anguſtias *Arndius* redigebatur, ut patrio ſolo ac Eccleſia, cui per 7 annos ſervierat, pulſus, cum familiâ aliò migrare cogeretur. „ Hanc verò narrationem refutare aggreſſus eſt quidam Anonymus A. 1719 in *Bibl. Brem.* Claſſ. I. Faſc. I. ubi contendit, doctrinam de gratiâ univerſali quam tuitus eſt *Arndius*, illi minime nocuiſſe, ſed ubi hanc in rem Theologorum Anhaltinorum confeſſione A. 1589. adeoque integro ante *Arndii* dimiſſionem anno. editâ. Poſtea veram ejus depoſitionis cauſam

Quedlinburgo acciperet, ex quibus anno 1590 ultimam elegit, & per novem integros annos egregiam Eccleſiæ ad D. Nicolai Quedlinburgenſis operam præſtitit (*b*). Poſtea *Brunopolim* ad D. Martini accerſitus, ubi novennium iterum cum dimidio dextertimè peregit; Vir tamen tot perſecutionum procellas effugere potuit. Anno 1609 in B *Lutheri* patriâ, *Eiſlebia* Paſtor ad D. Andreæ, ſimulque Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſor conſtituitur, ubi in tertium uſque annum permanſit. Hic fixam omninò ſibi ſedem ſtatuiſſet, quippe magno ibidem pretio æſtimatus, niſi Duces Brunſvicenſes & Lunæburg. Illuſtriſſimi eum Eccleſiarum ſuarum Epiſcopum, (quem hodie *Superintendentem generalem* vocant) & Cellæ primarium Paſtorem elegiſſent, cui vocationi ſe opponere non audebat. Alioſum quidem oblatæ *Arndio* fuêre functiones ſatis etiam honeſtæ, utpote anno 1594 Ephoria *Northanſana* in Ducatu Schwartzenburgico, 1597 *Halberſtadienſis*, 1605 *Groningenſis*, 1607 *Weiſſenfeldenſis*. Ne de Eccleſiis *Magdeburgica* & *Hamburgenſi*, quæ hujus æquè operam ſedulò implorarunt, quicquam dicamus. Quod reliquum eſt, fuit Theologus gravis, prudens & verè doctus: in Concionibus fervidus, in reprehendendo acer, in conſolando ſuavis, in pauperes & egenos liberalis, ſingulare omnium virtutum exemplar.

Arndio tamen plurimi ſe oppoſuêre, & cùm voce, tum ſcriptis eum impugnarunt, erroreſque & hæreſes ipſi imputarunt. Verùm orthodoxiam ejus non ſolum Univerſitas Jenenſis & Regiomontana albo approbavit calculo, ſed egregii inſuper Viri pro Chriſtianiſmi *Arndiani* puritate, contra ſecùs ſentientes, prolixè & ſtrenuè vindicias ſuſceperunt. Tandem docendi laboribus aliiſque fractus, piam obiit mortem die 11 Maii A. 1621. ætat. 66. Toto ipſius morbi tempore adfuit inter alios Collega *Wilh. Storchius*, cui confeſſionem ſuam apertè edidit *Arndius*, & ne quid ſcrupuli alicui relinqueretur, ab illo interrogatus, *Numquid omnia*, in teſtamento ſuo recenſita, *quæ hactenus credidit & docuit publicè, verbo Dei, libriſque noſtris Symbolicis* (intellige Lutheranis) *comprehenſa, immotâ fide, animo adhuc ſuo teneret*; aliquoties affirmando id apertè teſtatus eſt. Corpus autem ejus Cellæ delatum eſt, & cum hoc Epitaphio ſepultum.

> ARNDIUS *hic jaceo, qui Jeſu verus amator,*
> *Interna ſemper qui pietate amans,*
> *Correxi multos, deceptos ſæpè reduxi,*
> *Mens mihi caſta fuit, vox operoſa fuit.*
> *Spectato in flammis* (c) *libro poſt funera lata*
> *Firmavit verum me docuiſſe Deus.*

ſam hanc eſſe docet, Ducem ſcilicet Anhaltinum A. 1589 Principem Filiam ſibi natam non adhibito exorciſmo ſuo baptizari voluiſſe; id multis diſplicuiſſe, ſed Principem d. hujus cærimoniæ manifeſte perſuaſum, anno 1590 publico mandato hanc in omnibus ſuæ ditionis Eccleſiis abolendam decreviſſe; cui obſequium denegavit noſter, atque nullis perſuaſionibus ad mutandam ſententiam induci ſe paſſus eſt, a[illegible] ſunt minæ, ni mandatis pareret, officio exuendum eſſe. Sed immotus *Arndius* in ſententia perſtitit, ſuaque manu declarationem d. 10 Sept. 1590 ſubſcriptam, Principi reddi curavit, quo facto, juſſu Principis officio exutus, non verò patrio ſolo pulſus eſt. Patriâ quidem emigravit, ſed à Quedlinburgenſibus vocatus, ut in hac urbe Eccleſiæ præeſſet: atque inde etiam liquet, falli eos, qui, quòd dogmatibus Calvinianorum ſubſcribere nollet, ejectum *Arndium* clamant, ſiquidem anno demum 1596 Religio Reformata à JOANNE GEORGIO publicè introducta eſt.

Huic *Arndii* Apologiæ Obſervationes adjecit Vir Cl. *Theod. Haſæus*, ubi his *Baillet* verbis adductis ex libro cui tit. *des ſavants perſonelles* &c Tom. VII in 4 p 128. *Le Myſtique Arndius ſi fameux par ſes Livres de Dévotion, & par les perſecutions que lui firent ſouffrir les Proteſtans & ſur tout les Calviniſtes, qui prétendoient le faire paſſer pour un Quietiſte & un Illuminé*, hunc eruditum ridet, ac pro ridiculo haberi vult, atque *Arndii* defenſores aliquot recenſet, ejuſque adverſarios obiter perſtringit. (*b*) En verba, quibus Paſtores Quedlinburgenſes *Arndium* a ſe Brunopolim A. 1599 diſcedentem commendati ſunt: „ Reverendus Vir D. *Joh. Arndt*, qui „ in vicinia noſtra ſub Principatu Anhaltino aliquot annos docuiſ„ ſet, & tandem Calviniſmum emergentem aſpernaretur & reſpue„ ret, à nobis, conſtantiam ejus amantibus, acceſſitus huc venit, „ & operam ſuam noſtræ Eccleſiæ dedit. (*c*) Vid in Scriptis n. 4.

Ex *Witten.* Mem. Theolog. *Dec. II. pag.* 172-177.

Octiduo ante obitum Concione habitâ ex Pſ. 126. v. ult. *Cum lachrymis ſerentes cum gaudio metent*, domum reverſus, funebrem ſui ipſius Concionem habuiſſe, & velut inſtantis fati non ignarus, prædixiſſe fertur (*d*). Scriptis autem Spiritum Dei redolentibus cum vitæ ſanctitate per totam ferè Germaniam clarus, à Magnatibus multis per literas ſalutatus eſt. Inter Myſticos inprimis illuſtris evaſit: quâ de re audiendus Cl. *Petrus Poiretus* ubi de libro cui tit. *Theologia Germanica* loquitur: » Germanus quidam ejus » Editor, Celeberrimus *Joan. Arndius* ... ſenſum ac » ſpiritum iſtius libelli egregiè hauſerat, æquè ac S. » *Macarii*, quem memoriâ tenebat, nec non etiam » *Tauleri*, ceu e cunctis ejuſdem operibus abundè liquet, & nominatim ex inſigni Opere *de vero Chriſtianiſmo*, infinitis vicibus in Germania excuſo..... » Ubique idem magni fit ob modum valdè perſpicuum, quo ſolidam pietatem & vitam verè Chriſtianam proponit, nunquam Scripturæ S. terminis » ac autoritate neglectis (*e*). Et alibi (*f*) idem *Arndii* opus *ſolidum tractatum* vocat, » cui non immeritò deberi credendum eſt quòd inter Germaniæ Proteſtantes ſolidæ pietatis conſervati ſint igniculi, nec » ab impietatis diluvio in totum ſuppreſſi &c. Vid. inf. n. 8. ubi de illo opere plura.

SCRIPTA tum Latina, tum Germanica, de quibus præter *Witten.* ſup. cit. conſ. *Lipen.* Bibl. Theol. *Du Pin Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. IV. p. 535. *Le Long* Bibl. Sac. p. 625.

1. *De unione credentium cum Chriſto Jeſu capite Eccleſiæ.* Magdeb. 1610. et in *Tab. Aut. Eccleſ.* & *Lipenio*, vel 1620, teſte *Witten.* 4 & 8. Lat.

2. *De morte Adámi* 1616. in 16. Germ.

3. *Troſtbüchlein vom Glauben und Chriſtlichem Leben zum wahren Chriſtenthum gehörig.* Tractatus ſingularis de una fide ad ſalutem æternam perpetuò & ſimpliciter ac ubiquè neceſſaria. *Goſlar.* 1620. *Lipſiæ* 1625. 1672. in 8. *Guſtrovii* 1664 8.

4. Hortus Paradiſi: *Paradies Gärtlein voller Chriſtlichen Tugenden, wie dieſelbe &c. in die Seele zu pflanken, durch andächtige Gebete.* Lipſiæ 1612. 1615. 1621. Straſb. 1628. in 12. Norimb. 1630. 8. & 1657. et 24 Francof. 1634. in 12. Lugd. Bat. 1645. in 12 Lunæb. & Goſlariæ.

De quo libro notandum quod in vitâ *Arndii* ſuprà memoratâ refertur, A. 1624. d. 7 Jan. in diverſorio quodam ditionis Haſſiacæ contigiſſe narrent; quendam ſcilicet militem Hiſpanum hunc *Arndii* librum fornaci calidæ immiſiſſe, ut flammis abreptus æternum periret; horâ verò jam plenè elapſâ, dum forte fortuna carbones extrahere voluit hoſpita, librum ab omni parte intactum invenit, prout uberius in *Paradiſo* illo *precatorio* commemoratur (*g*).

5. *Poſtilla, ſeu Explicatio textûs Evangeliorum totius anni.* Germ. Lipſiæ 1616. Jenæ 1621. Francof. 1624. 1636. 1643. iterumque 1675. fol. cum Præfatione *Speneri.*

6. Liber doctrinæ & conſolationis de Fide veri Chriſtianiſmi: *Die ſüſſe anmutige Lehre von der hochwunderlichen Gnadenreichen Vereinigung der Chriſtglaubigen mit dem Kirchen haupte Chriſto-Jeſu.* Magdeb. 1620. 1632. Lipſiæ 1628. 1672. in 8.

7. Repetitio apologetica, *das iſt, Wiederholung und Beantwortung der Lehre vom wahren Chriſtenthumb*: ibid. 1620. 1672. in 8.

Arndii tribus libris *de Fide, unione cum Chriſto* & *Apologetica*

(d) *Hoffman* in Lexic. (e) *Poiret Bibl. Myſt.* p. 207 (f) idem p. 299. (g) De eo i. libro quandam Relationem Germanicè edidit *Joh. Francinus* Lipſiæ 1648. in 4.

Apologetica repetitionem præfixa Præfatio *Halæ* 1671 data, & editioni Vii libri, ſeu *Fauſten Buches vom wahren Chriſtenthum* Lipſiæ 1686. 8. præmiſſa, Superintendentis Haleniis *Joh. Olearii* Senioris videtur. *Annotationes* autem editionibus *von wahren Chriſtenthum* Francof. & Lipſ. 1674 & 1686. ac Rigenſi 1679. junctæ, Typographi monent in Præfatione A. 1674 & 1686, quòd tum partim *Joan. Dorſchei*, partim ex *Henr. Varenio* &c. excerptæ (*h*). At Præfatio pia & docta editioni Rigenſi præfixa debetur *Joanni Fiſchero* illic Superintendenti, unà cum Emblematis, eorumque rhythmicis expoſitionibus hinc inde, precibuſque ad capita ſingula adjectis devotiſſimis, ex *Arndo* Horto Paradiſi partim & aliis confectis, ut autor ipſe in præfatione monet, deſumptis (*i*).

8. *De vero Chriſtianiſmo* Libri IV (*k*): ſive *de beatificâ & ſalutari reſipiſcentiâ, cordiali compunctione & planctu ſuper peccata, pariter juſtificante fide: quin & verorum Chriſtianorum vitâ vere Chriſtianâ.*

Libri *primi*, qui eſt *Scriptura*, argumentum eſt » in vero Chriſtiano quotidie Adamum mori, Chriſ» tum autem vivere: eundemque in dies ad imagi» nem Dei renovari, & in novâ nativitate vivere debere. » Libri *ſecundi*, qui eſt *Liber vitæ* ſive *Chriſtus*, argumentum, » Chriſti incarnationem, charitatem, hu» militatem, manſuetudinem, patientiam, paſſio» nem, crucem, contumeliam & mortem, animarum » noſtrarum medicinam & ſalutem, tum ſpeculum » & librum vitæ eſſe. Ad hæc verum Chriſtianum » peccatum, mortem, diabolum, infernum, mun» dum, crucem, omneſque affectiones per fidem, » orationem, patientiam, Verbum Dei & conſola» tiones cæleſtes, in Chriſto Jeſu, illiuſque gratiâ, » virtute, fortitudine & victoria in nobis, vincere » debere. » Libri *tertii*, qui eſt *Liber Conſcientiæ*, argumentum, » Deum Regnum ſuum, non aliter at» que abſconditum in agro theſaurum, & divinum » internumque animæ lumen, in corde hominis col» locaviſſe. » Libri *quarti*, qui eſt *Liber Naturæ*, argumentum, » Megacoſmum ſive Librum Naturæ » de Deo teſtari & ad illum deducere: ad hæc om» nes homines ad amandum Deum à Creaturis incitari, & in conſcientia ſuâ convinci, ita facto opus » eſſe. »

De iſto *Arndii* opere quædam ſupra notavimus, & inferius plura addentur: Hoc Germanicè ſcripſit Autor, librumque primum (*l*) edidit *Jenæ* apud Stegmannum A. 1605 cæteri A. 1608 prodierunt: tum poſtea quatuor ſimul *Magdeb.* 1614 *Argentor.* 1616, *Wolfenb.* 1645. *Norimb.* 1648. in 12. Lunæb. 1653. in 8. *Lipſiæ* 1655. & 1678. in 8. *Amſtel.* 1664 & *Francof.* 1684. in 12. Extant verſiones Danicæ ac Bohemicæ, Flandrica A. 1641 & 1647. Latinæ plurimæ, *Lunæb.* 1615 *Francof.* 1658. (cujus titulum ſupra retulimus) & 1669. in 12. item *Londini* apud J. Downing 1708. in 8. 2. vol (*m*) hoc tit. *Joannis Arndii* Theologi apud Germanos celeberrimi &c. *de vero Chriſtianiſmo Libri quatuor, ob præſtantiam ſuam olim Latinè redditi, nunc autem reviſi ac emendati,* curâ & ſtudio *Antonii Wilhelmi Bœhmii*, Regiæ Celſitudinis GEORGII Daniæ Principis nuper a Sacris, tum verò Cœtûs Auguſtanæ Confeſſionis, qui Londini eſt, Paſtoris. Jam verò ante editionem *Londinenſem* prodierat *Lipſiæ* A. 1704. correctior, curis & caſtigatione D. *Pritii*, adjunctis nonnullis *Dorſchei*, Argentoratenſis Theologi, annotationibus adverſus *Lucam Oſiandrum* Tubingenſis Academiæ Cancellarium, & Theologiæ Profeſſorem, » qui ut *Arndo* di» vinum hunc librum (ſunt verba Cl. *Petri Poireti*) » diffamaret atque eliminaret, multa paſſim in peſſi» mam partem detorſerat & interpretatus erat, quæ » voluit reſtituere *Dorſcheus*: at efficaciores *Arndius* » ſui defenſores invenit in *Varenio*, *Brelero*, aliiſque. Vi» tam ejus habes apud Cl. *Gothofr. Arnoldum* in tractatu Germanico Vitæ fidelium (*Das Leben der Glaubigen*) dicto Interpretationem Gallicam librorũ quatuor *Arndii* de vero Chriſtianiſmo, nec inelegantem, ſe vidiſſe teſtatur idem *Poiretus*, at necdum (*n*) in publicum emiſſam, » licèt fortè, *inquit*, » aliquando emittendam, ne egregius ac ſalutaris laborque liberque intercidat. quod dolendum eſſet.

9. *Expoſitio in Pſalmos.* Germ. 3 vol. in fol. *Jenæ* 1617. *Lunæb.* 1630. 1636. 1643. vel 1644. & 1665. (*o*) *Francof.* 1701.

10. *Informatorium Biblicum*: Erinnerungs-Puncten, ſo als ein Denckmahl im Eingang der Bibel notiret werden kan. *Lunæb.* 1613. *Hamb.* 1664. *Lipſiæ* 1676. 1692. in 12. Vid. inf. quædam de libro iſto.

11. *Waſſer-Spiegel von dem ſchrecklichen Sturmwinde und Waſſerfluht, welche den 10 Febr. 1615. geſchehen.* Argent. 1616. 4. de Diluvio.

12. Homiliæ Catechiſticæ: *Der gantze Catechiſmus, erſtlich in LX Predigten außgelegt, hernach kürtzer in VIII Predigten begriffen.* Lipſiæ 1620. *Jenæ* 1614. & 1630. *Francof.* 1636. in 4.

13. *Gazaphylacium Eccleſiæ Spirituale.* Cellæ in 4. Germ.

14. *Teutſch Theologia und Nachfolgung Chriſti.* De Imitatione Chriſti 1612. 8.

15 De Incarnatione Chriſti: cum Compendio libri Academici Cœleſtis: *Vom groſſen geheimnüß der Menſchwerdung des ewigen Gottes dabey ein Auszug auß dem Buche die Himliſche Academ.* 1575. in 8. & Lond. 1651. Lat.

16. Practica medendi Theolog. Medica: *Guldener Griff wie man allerley Kranckheiten von Grund auß heilen.* Straſb. 1615. in 4.

17. *Reformatio Papatûs juxta Auguſtanam Confeſſionem, quâ proponitur Romanorum Epiſcoporum (antiquiorum) 59. atque Conciliorum 33. & teſtimoniorum 89. ex Jure Canonico Conſenſus cum Auguſtana Confeſſione in omnibus Fidei articulis, ex Bibl. Ducis Luneb.* cum Præf. *B. Jo. Arndii* Goſlar. 1611. 8. *Unſchuldige Nachrichten* 1728. p. 530. *Auguſtin* dubitavit auctorne eſſet D. *Joh. Buſcmaterus*, id. A. 1726. p. 165.

18. *Geiſtl. Præſervativ.* Præſervativum Spirituale ex Pſ. XCI. *Francof.* 1665. 8.

19. Decem Ægypti Plagæ: *Zehen ſchöne Lehr-und Geiſtreiche Predigten von denzehen grauſamen Egyptiſchen Plagen.* Francof. 1653. 1657. in 4.

20 *Itinerarium Iſraelitarum in Palæſtinam.* Francof. 1664.

21. *Zur Poſtille gedruckt.* Francof. 1670. fol.

21. *Theologiſche Weiſſagung von der zweyfachen Kirchen-Reformation, der gegenwartigen und zukunfftigen, in II Theilen: Im I. wird gehandelt von der vorhergehenden Reformation*; It. *Ob* Chriſtus anno 1625. *ſichtbarlich wiederkommen werde, wie* Nagetius *vorgeben* &c. II. *Von den gegenwärtigen wider* Frid. de Pegau. *Straſb.* 1616. 4. De duplici reformatione Lutheri.

23. *Buß und andere Predigten im Herzogthum Braunſchweig.* De Pœnitentiâ in 4.

24. *Chriſtliche Seelen-Artzney, wider die abſcheuliche*

(*h*) Placc. *in Anon.* nu. 1682 & 1683. (*i*) *ibid.* n. 1681.
(*k*) Ex iſtis *Arndii* libris *Chriſtianiſmum genuinum* excerpſit *Joan. Valent. Andreas* Vid. ſup. p. 441 in nu. 4 ubi delenda eſt editio Francof. 1618 & 1669 utraque enim ad opus *Arndianum* ſpectat. Ille idem *Andreas* ſimilia *Chriſtianiſmi Arndiani collecta* Argentorati 1621. in 12. evulgavit, ac nomen ſuum in opuſculi fronte omiſſum, ſub finem Dedicationis adjecit. Hic occaſione datâ memorandus liber ſub tit. *Vox libera*, ſive, ut Interpres Germanicus reddidit, *Calamus liber* Joan. Valent. *Andreæ.* Hunc Latinè recudi curavit *Balth.* *Arndt* Gluckſtadii, typis Kochii, 1667. in 12. Germanicè reddidit *Ant.* *Reiſerus* Francof. ad Mœn. 1678 in 12. Vid. *Placc.* in Anon. n. 1679. (*l*) Extat hujus verſio Anglica A. 1646. ut ait *Morerius*. (*m*) Vid. *Diarium Erudit. Pariſ.* Sept. 1710.

(*n*) *Poireti* liber ſup. cit. excuſus eſt A. 1708. An non hæc eſt verſio Gallica *Sam. de Beauval*, quæ apud *Morerium* memoratur p. 516. edit. Baſil. 1731. (*o*) Alibi memoratur editio *Lunæb.* 1675. & *Francof.* 1665.

liche Seuche der Peſtilenz. Magdeb. 1612. in 12.

25. *Geiſtliches Brodkorblein, darinnen die ubrige Broſamen*, Meditationes *und Andachten*. Straſb. 1625. in 8.

26. *Hauß-und Hers Kirch, wie das Reich Gottes in uns zu bauen*, Lipſiæ, in 8.

27. *Iconographia* ſiva *Bericht von denen Bildern, deren Urſprung, Gebrauch und Miſsbrauch in dem A. und N. Teſtament*. Halberſt. 1596. in 4. Neſcio an hoc ſcriptum ab eo diverſum ſit, cujus ipſe meminit in Epiſt. ad *Petrum Piſcatorem*, ineunte A. 1607 exaratâ (*p*), dicens *ſe ex patriâ ejectum, cùm ſeptem annos in illâ inter varias Calvinianorum inſidias docuiſſet, & contra ανασμαυλας Anhaltinam ſcripſiſſet*. Adde verba *Chriſt. Becmanni*, qui ſub ficto *Chriſt. Maſſanii* nomine latere voluit, ubi ſcribit (*q*), *Arndium* librum evulgaſſe, in quo *imagines atque idola, aliaque à Papa Romano introductos ritus magnâ verborum acerbitate tuitus fuerit*.

Sed de *Arndii* defenſoribus adverſariiſque plura hîc addenda occurrunt. Non diu poſt editos *de vero Chriſtianiſmo* libros Celeb. Pomeraniæ Theologus *Dan. Cramerus* literis ad Seren. Lunæb. Ducem, in cujus ille miniſterio vivebat, rerum ei novarum ſtudium objecit. *Joh. Tobiam Majorem*, Theol. Jenenſem, rigidiſſimas in illos animadverſiones conſcripſiſſe teſtatur Autor *Apologiæ Arndianæ* Lipſiæ A. 1706 editæ. *Gotef. Arnoldus* in Hiſt. Eccleſ. l. 17 c. 6. n. 8. *Lucam Oſiandrum* juniorem, ſupra jam nominatum, tanquam primarium Noſtri calumniatorem accuſat, qui illum paſſim tanquam Papiſtam, Calviniſtam, Flaccianum, Schwenckfeldianum, Weigelianum deſcripſerit, illumque variorum errorum, fraudum atque hæreſium accuſaverit. *Georg. Roſtius*, qui Principis Viduæ Mecklenburgicæ à Concionibus Aulicis fuit, ſcripſit *amicam*, ut vocat, *& fraternam admonitionem ſuper controverſia de libris* Arndii *de vero Chriſt.* in quâ quidem videri voluit mediâ inter fautores atque adverſarios *Arndii* inceſſiſſe viâ, ita tamen, ut in hunc minus æquo fuiſſe animo, cordatioribus creditus ſit. *Conr. Tiburtius Ranga*, Pomeraniæ Suacicæ Superintendens, ac primarius in Acad. Gryphiſwaldenſi Theologus, in libro vernaculo, *de prudentiâ Chriſtianâ circa errantes & hæreticos adhibendâ*, libros *Arndii* periculi plenos, atque animarum perniciem judicavit, omnibuſque, ut ab eorum lectione ſibi ſollicite caverent, auctor fuit. *Joannem* quoque *Waltherum* circa A. 1621 contra eoſdem Dantiſci librum ſcripſiſſe, & Wittebergam, ut ibi typis exſcriberetur, miſiſſe, qui tamen non impreſſus fuerit, teſtatur *Hartknochius* in Hiſt. Eccleſ. Pruſſ. *p.* 802. Attamen non pauci ejuſdem Confeſſionis Theologi, pietate atque eruditione præſtantes, inter quos, præter jam ſuperius nominatos, numerari etiam debent *Dan. Dilgerus*, *Paul. Egardus*, *C. Breithauptius*, ac præ aliis *J. Dieckmannus*, in præfatione libris *de vero Chriſt.* præmiſſâ (quæ in ejus Scriptorum Germanicorum collectione *p.* 264-232 apparet,) *Arndii* famam contra ejus obtrectatores datâ operâ defenderunt.

Quæ autem cum eo Brunopoli ac Gedani, ob primam ejus *de vera Chriſt.* librorum editionem acta ſunt, minime ad ejus laudes conferunt. Ita in præfatione, quæ Rigenſi, Lipſienſi, ac Mindenſi editionibus præfixa eſt, legitur, *Collegas ejus Brunſvicenſes eum privatim æquè ac publicè in numerum hæreticorum retuliſſe, ſuaſque auditores, ut ſibi ab ejus doctrinâ ac venena caverent, ſerio commonuiſſe*. Sed ipſum *Arndium* audiamus, injurias ſibi à Collegis ſuis factas conquerentem in Epiſt. jam citatâ, ubi inter alia ſcribit »Editionem libellorum ſuorum Collegas impediiſſe, cenſuram ominis mordacem uſurpare, ſua contemnere, ſe ab editione primâ libelli preſſum, perſecutionem & calumnias plures eſſe paſſum, ſe publicè & privatim »fugillari, & apud populum rudem traduci, ſe vix »intra biennium unum diem quietè vixiſſe, ſi pace »vellet frui, diſcedendum ſibi alorſum, privatam »ut poſſet vitam agere &c. Vid. *J. Ern. Gerhardi* Epiſt. ad amicum de obtrectationibus, quibus *J. Arndius* cum libris ſuis *de vera Chriſt.* expoſitus fuit, *Jenæ* impreſſam 1705. in 4. & Relationem de Vitâ *Arndii*, Nordhuſæ A. 1698 editam. Pariter in literis, quas brevi poſt ſuum Brunopoli diſceſſum ad illius urbis Conſulem miſit, conqueritur, »ſe à col»legis ſuis coram publico cœtu hæreticum declara»tum, fanatica adſcriptum, omnes actiones ſuas nu»gas, ficulia gerris vaniores appellatas, imò ſtupi»diſſimum, ignariſſimumque aſinum vocatum &c. Et quo ille loco multis ſuorum Fratrum Brunſvici fuerit, ex verbis Catal. MS. Miniſt. Brunſw. quæ *Rethmeyerus* in Hiſt. Eccl. Brunſw. *l.* 4. *c.* 5. *p.* 329 adduxit, colligi poteſt. Erat *Arndius*, inquit, »homo ingenio vafro, callido & vulpino, pluris fa»vorem & gratiam Senatûs, quàm Miniſterii autori»tatem & ſalutem faciens, quo abeunte N. B. Mi»niſterium magno onere levatum eſt.

Primarius item Gedanenſis Miniſter D. *Jah. Corvinus* cum ſociis ſuis, quos non motus excitavit contra συνέργους ſuos, *Dan.* præcipuè *Dilgerum* & *Herm. Rathmannum*, qui libros *Arndii* ſuis commendaverant auditoribus? Magno ille animi impetu aſſeruit »ſcrip»ta *Arndii* cum fundamentis ſacrarum literarum pu»gnare, ad varias hæreſes & fanaticorum errores »viam non ſolùm pandere, ſed & in hæreticorum »librorum numerum referenda, perperam docuiſſe »in præcipuis fidei articulis, de verbo Dei, pœ»nitentiâ, juſtificatione, matrimonio, & reſurrec»tione mortuorum, ſententias eſſe noxias & pericu»loſas, quas ille in ſuis nauci *de vero Chriſt.* ſcriptis »& reliqua hypocriticis libris propoſuerit, res *Arn»dii* eſſe affanias & quiſquilias, Diabolum mercedem »ſoluturum *Arndio* pro laboribus ſuis; ſe nolle eò »venire, quò *Arndius* tranſlatus ſit &c. Vid. Autores jam citatos, quos adducit *Theod. Haſæus* in *Bibl. Brem* A. 1719. Claſſ. I. Faſc. I. p. 127 138. ubi & mentionem injicit turbarum, quas Theologi Gedanenſes ante aliquot annorum luſtra excitarunt, inter *Sam. Schelgnigium* & *Conſtant. Schutzinum*, cùm hic *Arndii* Informatorium Biblicum ſuis auditoribus commendaſſet. Tum enim ille publico ſcripto iſtud multorum errorum accuſavit, quos tamen hic in *Vindiciis Informatorii* diluit.

Scriptoribus de *Arndio* adjungi item poſſunt *Joh. Mich. Dilherrus*, *Chriſt. Hoburg*, *Joh. Saubertus*, & *Georg. Trewens*.

ARNDIUS (*Joſua*) *Chriſtiani* frater, *Caroli* pater, in ſuo Articulo laudandi, Sereniſſimi quondam Ducis Mecklenburgenſis GUSTAVI ADOLPHI Concionator Aulicus, & Conſiliarius Eccleſiaſticus, claruit Sec. XVII. Natus eſt Guſtrovii in Ducatu Macklenb. A. 1626. d. 9. Sept. Patre *Samuele Arndio*, vel *Arnolda*, (ut eum vocat filius ipſe in Epiſt. Dedic. *Miſcell. Sacr.*) Eccleſiaſte Guſtrovienſi Cathedrali per annos 34, poſtea diſtrictûs Guſtrovienſis Superintendente fideliſſimo. Innutritus dein in Gymnaſio Guſtrov. literis ingenuis, auſpicio Rectoris doctiſſimi *Georgii Scheidii*, in quibus adeo profecit, ut decimo ætatis anno & ſeqq. (ſi cum *Carolo* noſtri filio loqui liceat)

Quicquid in æternis poſitum memorabile chartis,
Hiſtoria veteris capta dives habet,
Quaque per Annales priſcos aut Græca vetuſtas,
Magnarum aut rerum conſcia Roma notat,

(*p*) Hæc eſt prima ex tribus illis, quas ſub nomine *trifolii Arndiani* publici juris fecit Theologus Aulicus Dresdenſis *Jo. Andr. Gleichius* Witteb. A. 1716. (*q*) *Anatom. Univerſ. triumphantis* L. V. c. 42 p. 364. ann. 3.

Tum Linguæ ſtudiam Varronis ſacra diſerti,
Romam eloquii quaque tuentur opes,
Cuncta (ut loquitur Scaliger (a) *ipſi percepta.*

Quapropter anno ætat. 16. Roſtochienſem petiit Academiam, ubi admirabilem in Syriacis, Arabicis, Philologicis, Hiſtoricis, Thaologicis, ſcientiam ſibi comparavit; quam agnoſcens Celeb. *Andreas Tſchermingius* Magiſterii gradum ei decrevit anno ætat. 18. Eod. anno Orationem habuit *de contemptu Philologia*, typis impreſſam & ab Eruditis ſommoperè laodatam. *Commentarium* item prolixum edidit *in Epiſtolas Gracas Phalaridis Tyranni.* Hafniam deincepa vocatus A. 1645 ad Ephoratum ſuſcipiendom, per triannium illic ſubſtitit, viriſque maximis familiariſſimè uſus eſt, quorum favore id quoque aſſequutus aſt, ut Daniæ Rex CHRISTIANUS IV ſchedulâ regià ad Concionem Aulicam habendam ipſum invitaret, quâ ax voto tranſactâ Rex gratiam ei ſuam per Magnif. D. *Joh. Nic. Laudium* clementiſſimè promiſit, quam ſibi quoque pariter ac cæterorum ſummorum benevolentiam, edito iſthic Libro primo *Miſcellaneorum Sacrorum*, ſatis commoda promeruit. Promeruiſſet atiam promotionem, niſi obſtitiſſet Ven. Parans adhuc vivus, qui cupiebat filium intra, non extra Germaniam promotum. Wittebergam igitur adiit Noſter, ibi quoque per triennium commoratus, atque Viri Rev. *Aug. Bucharrus*, celebria Orator, *Joh. Sperlingius* Phyſicus experientiſſ. & *Joh. Scharfius* ſolidiſſimus Theologus, aperiendi Collegia privilegium ei conceſſêre: quorum utilitatem animadvertentas ipſi Wittebergenſes, Profaſſionem ei Hiſtoricam extraordinariam ſub abitum aſſignarunt: hanc autem ſuſcepturus literas accipit paternaa, quæ filii ſui *Chriſtiani* (b) *Arndii* obitum nunciabant, & reditum *Joſua* fratris poſtulabant: quibus Noſter obtemperans, Wittebergam una cum Profeſſione deſeruit: verùm non ſine commendatitiis *Calovianis*. His namque anno 1654 domum delatus, Seren. Ducem GUSTAVI ADOLPHI clavem tum Reip. capeſſentis gratiam clementiſſimè ſenſit, quam poſtea mirum in modum adauxit recitata Malchinenſia coram Principe & Magnatibus Concio. Obtigit ipſi hinc ipſa vacans obitu Fratris Profeſſio Logica Roſtochienſis, circiter triennalis, frequentiſſima, hac durante, ad aulam Guſtrovienſem citatio, anno 1656 Miniſtarii Eccleſiaſtici Aulici ſimul & Bibliothecariæ curæ injunctio, ac demum anno 1662 Conſiliarii Eccleſiaſtici dignitas. In his officiis, præſertim Miniſteriali, occurrit primò connubium ſub finem anni 1657 cum uxore *Bechmanniana* initum, ex quâ octo genuit liberos, filias tres, filios quinque, quorum *Carolus* natu minimus infra in ſuo Articulo laudandus. Deinde offert ſeſa piua aliis variis labor ille Homileticus circa Epiſtolam ad Hebræos, Pſalmos Davidis Propheticos de Meſſia, Præcepta divina ſtatim ab orbe condito & in Vet. ac N. T. continuata. Denique iter illud duplex Spadanum, ad Eburones Sereniſſimum inter Comitatum, anno 1663 peractum. Placidè in Domino obdormivit A. 1687. d. 5 April. relicto ſibi ſequenti Epitaphio.

D. O. M. S.

JOSUA ARNDIUS
POST VARIA FIDEI CERTAMINA,
POST FUNESTAS FAMILIÆ CLADES,
POST AULÆ ET MUNDI PROCELLAS;

(a) Apud *Pippingium* ubi infrà *p.* 175. (b) Obiit Vir ille Clariſſimus d. 28 Mart. A. 1653. ætat. 30 nondum abſoluto, præclaris ingenii ſui monumentis relictis, quæ inter extant *Decades duæ Exercitationum ſacro-Philologicarum* ex XX. Capp. Geneſeos, *Roſtoch.* 1643 & 1644. Vid. ejus elogium a *Joan. Corfinio* Univerſ. Roſtochienſis Rectore conſcriptum, apud *Rollium* in Mem. Philoſ. *Dec. I. p.* 354-367. Ibid. *Dec. II. p.* 458-487 extat integra hujus *Arndii* Oratio *de vero uſu Logices in Theologiâ*, habita cùm Profeſſionem Logices publicè ſuſciperet in dictâ Univerſitate Roſtoch. d. 11 Aug. 1650.

OMNIA IN VIRTUTE CRUCIS,
MORTEM DENIQUE IPSAM
IN SANGUINE CHRISTI
PATIENTER AC FELICITER
SUPERATAM.
DEI SERVORUM MINIMUS,
PECCATORUM MAXIMUS,
POENITENTIUM HUMILLIMUS.
HIC RESURRECTIONEM JUSTORUM
EXSPECTAT.

SCRIPTA:

1. *Diatriba Philologica*: Pentades duæ, quarum *quarta Diatriba* pro argumento habet, *ſtylum N. T. Gracum eſſe*; *ſeptima*: *εὐπερίστατος ἁμαρτία* Hebr. XII. 1. aſt peccatum variis circumventum periculis; cæteræ minoria momenti. *Roſtoch.* 1645. in 4.

2. *Diſſertatio de contempta Philologia*, exhibens inter alia clariſſimos in Philologiâ Viros ab ævo recentiori, *Roſtoch.* 1645. in 8. cum notis. anni Hafnienſem 1635. quidam adducunt, tum verò *Arndium* puerum novennem, quantumvis ingenioſum, talem edidiſſe fœtum vix credibile eſt, præterquam quod anno tantùm 1645 Hafniam adiit.

3. Mamoria *Martini Lutheri* Carmine Heroico celebrata. *Roſtoch.* 1645. in 8. cum notis.

4. *Miſcellaneorum Sacrorum* Liber unus. *In quibus præter Scriptura N. & V. T. loca illuſtriora ex antiquitatibus perſpicuè explicata, uſus verus & pius profana doctrina ad Dei gloriam & verbi ejuſdem intellectum oſtenduntur.* Hafniæ apud Lamprechtum 1648. in 8. Liber ſecundus ſequi debebat, ſed hactenus, quod ſciam, non prodiit.

5. *Satyra de ſtudiis liberalibus, eorumque miſerâ conditione, portum pracipue anhelantibus.* Roſtoch. 1649. in 8.

6. *Satira quâ ſeculi mores & vitia paſſim dominantia jucunde narrantur.* Ibid. 1649. in 8.

7. *Querela de Neutralitate ſacrâ*, Wittebergæ habita. A. 1650. in 4. Quâ ingenium, mores, & effecta Neutraliſtarum, Syncretiſtarum ſcil. & Irenicorum quorumcunque depinguntur.

8. *Diatriba de myſterio Trinitatis* è ſcriptis Rabbinorum veterum pro orthodoxiâ, contra Chriſto-Machos Nov-Antiquos, ad Virum Illuſtr. D. *Frid. à Metſch.* ἀπροσωπολήπτως. Witteb. 1650. in 4.

9. *Exercitatio de Erroribus Summi Viri* Claud. Salmaſii *in Theologiâ*, ſimplici veritatis ſtudio ſcripta Wittebergæ, ἀπροσωπολήπτως. A. 1651 in 4. (c) *Error I* viri illius Clariſſ. eſt de Donis Apoſtolorum, in *de Hellen.* p. 252 & ſeq. Ex miraculo illo *Act. II.* 3. 4. non eſſe dicendum Apoſtolos ita accepiſſe donum, ut deinceps omnia loquelarum genera, quæ in toto orbe frequentabantur, calluerint & uſurparint; neque duraſſe illud donum ultra unum illum diem, ſcil. quamdiu linguæ igneæ ſingulis diſtributæ inſedêre. *Error II* de Apoſtolis, in *de Fæn. Trapezit.* p. 310. ſeq. *Matth. V.* præcepta non eſſe omnibus in univerſum, ſed ſolis Apoſtolis & certis quibuſdam data. Hos vocat τελείους &c. *Error III* de pane quotidiano, in *de Fæn. Trapezit.* p. 794 ἄρτον ἐπιούσιον *Matth. VI. Luc. XI.* eſſe Chriſtum. *Error IV* de S. Cœna, in *de Tranſubſt.* contra Celeb. *Grotium*, ubi 1ò Lutheranis tribuit carnalem opinionem de Conſubſtantiatione. 2ò confundit unionem hypoſtaticam cum ſacramentali: 3ò docet τὸ *eſt* ſic ſumi in verbis inſtitutionis, ut in illis Chriſti in cruce ad Joannem: *Hac* eſt *mater tua*, i. e. *loco matris & pro matre.*

10. *Artificium Oratorium* methodicè & compendioſè congeſtum è variis, præſertim Moguntinis *Witteb.* 1652. in 12.

11. *Joab*

(c) Hanc *Arndii* Diſſertationem recudit *Gerzius* in Elogiis quorundam Germaniæ Theologorum, *Lubeca* 1708. in 8.

11. *Joab Davidis*, Politicè Theologicèque ſcriptus ad Seren. Ducem GUSTAVUM ADOLPHUM *Guſtrovii* 1651. h. e. Miniſter aulæ probatus & improbatus, exemplo Joabi Davidici propoſitus. Liber iſte delituit MStus apud Principem, dum viveret, in ejus conclavis interioris ſcrinio; ſed poſt obitum ejus inde remotus, à Sereniſſimâ Viduâ *Carolo* noſtri filio donatus, ab eo publici juris factus eſt in *Biblioth. Aulico-Polit.* Vid. inf. in *Carolo* num. 2.

12. *Demonſtratio Theologica, Anti-Wallemburgia, quòd motiva Haſſiaca pro Seren. Haſſo allegata non ſufficiant in conſcientiâ ad perſuadendum, Eccleſiam Romanam desertâ Evangelicorum doctrinâ eſſe amplectendam*: conſcripta A. 1653. menſe Decemb. Prodiit *Guſtrovii* 1664 in 8 (*d*).

13. *Tractatus Practicus de ſuperſtitione, quatenus vulgò vanam exercet obſervantiam, vel aliàs deducit ad Magiam, in uſum Paſtorum, Verbi Miniſtrorum, cæterorumque piè doctorum, auctoritate publicâ conſcriptus.* Ibid. 1664. in 8.

14. *Tractatus ſingularis de unâ fide ad ſalutem æternam perpetuò ac ſimpliciter & ubique neceſſariâ*, ex Epheſ. IV. contra *Honoratum Fabrum* Soc. Jeſu. *Guſtrov.* 1664. in 8.

15. *De frequenti Communione, ſive non recto uſu Cœnæ Dominicæ, & defectu veræ Confeſſionis, in Eccleſiâ paſſim Chriſtianâ*, Liber, *ad ſenſum piæ antiquitatis, Theologiæ Practicæ ſtudioſis utiliſſimus.* Ibid. 1665. in 8.

16. *Manuale Legum Moſaicarum, in quo Catalogus Legum ex partitione Judæorum & Chriſtianorum, ſenſûs literalis & myſtici expoſitio, parallelorum perpetua allegatio, Typorum ex N. T. evolutio, cum Jure Gentium & Civili Romano collatio ocularis, ac denique Canonum atque Axiomatum generalium & ſpecialium Index continetur: tribus partibus incluſum* Ibid. 1666. in 8.

17. Franciſci Vavaſſoris *de formâ Chriſti dum viveret in terris*, Liber, cum Præfatione *de facie Dei*, & brevi Mantiſſa obſervationum denuò editus. *Roſtoch.* 1666. in 8.

18. *Lexicon Antiquitatum Eccleſiaſticarum* (i. e. *Hiſtoria dogmatum & rituum Eccleſiaſticorum*: item *Catal. Hæreticum & Patrum*) *ex optimis quibuſque Auctoribus aut quis & recentioribus, ad ſeriem Alphabeti, inſtar Locorum Communium concinnatis, & in gratiam ſtudioſæ juventutis, cæterorumque φιλαρχαίων in lucem editum.* Gripſwald. 1669. & 1671. in 4. Priorem teneo.

19. In Præfatiunculâ huic operi præfixâ promiſerat Autor brevi proditurum *Lexicon Antiquitatum Judaicarum* pari filo contextum, hoc tit. *Antiquitatum Judaicarum Clavis, ſive Loci Communes Dogmatum & Rituum veterum ac recentiorum Judæorum, Rabbinorum, Commentatorum* &c. *valdè utiles & neceſſarii ad ſolidam ſcientiam Theologiæ Judaicæ, & multorum locorum V. ac N. T. dilucidam interpretationem.* Hoc opus prælo paratum *Guſtrovii* quondam ſe vidiſſe legiſſe meminit *Sluterus* inf. cit. (*e*) quod, inquit, an aliquando per hæredes Autoris, jam tum aliquot abhinc annis inter cælites collocati, in lucem proditurum ſit, dies dabit. Et revera prodiit ſtudio *Caroli* filii, Lipſiæ 1707. in 4 (*f*). Quid autem hoc ſit quod citat *Lipenius* Bibl. Theol. Tom. II. p. 177. *Joſuæ Arndii* Lexicon Theologicum, *Baſil.* 1567. planè me latet, niſi alius fuerit hujus nominis Autor ſub id tempus.

20. *Apodixis Thetica, quod in Eccleſiis Evangelicorum ſic dictis verus, legitimus & ordinarius detur Miniſter tum ordinationis, cum abſolutionis*, ad amicum quendam Bruxellenſem, Theſibus XVII exhibita *Guſtrovii* 1678. in 4.

21. *Paſſionalia*, i. e. *XXVII Conciones in Paſſionem Domini.* Francof. & Lipſiæ 1693. in 4.

22. *Carmen in obitum incomparabilis* Grotii, *Roſtochii ſcriptum.* Quod memorat ſe poſſediſſe, ſed amiſiſſe, *Sam. Geiſtius* in Epiſt. MS. ad Autorem.

23. *Notæ Philologicæ in totum N. T.* jamdudum in profundo maris Balthici, ut credit *Carolus* filius, abſumptæ.

24. Et alia quædam Poëtica, Oratoria, Philologica, Hiſtorica, Politica, tum edita, tum inedita. Vid. *Pipping.* Dec. II. Mem. IV. ex *Famâ Arndianâ reflorescente* à *Carolo* filio editâ *Guſtrovii* 1697. in 4.

25. Extat item *Joſuæ* Obſervatio *de lectione Taciti* habita 29 Jun. 1652. in *Miſcell. Lipſ.* A. 1718. Tom. VIII. p. 1-10.

ARNDIUS (*Carolus*) *Joſuæ* ſupra laudati filius, Ling. Hebr. & Theol. Catech. Prof. Publ. Duc. Ord. in Academia Roſtochienſi, claruit hoc Sec. XVIII. SCRIPTIS aliquot in lucem editis, quorum

1. *Bibliotheca Politico-Heraldica ſelecta*, h. e. *Recenſus ſcriptorum ad Politicam atque Heraldicam pertinentium ſelectus.* Roſtoch. & Lipſiæ, Ruſworm 1705. in 8 (*a*).

2. *Bibliotheca Aulico-Politica ſelecta.* Ibid. 1706. in 8 (*b*).

3. *Bibliotheca* B. D. Joh Frider. Mayeri *Biblica continuata*: h. e. *Inſtructus Iſagogica eaque Hiſtorico-Critica de notitiâ Autorum Lutheranorum ſelectiſſimorum, qui vel generales in omnes aut pleroſque Sacri Codicis Libros ſcripſerunt Commentarios, vel ſpeciales in ſingulos Bibliorum Sacrorum Libros; in Supplementum Bibliothecæ* Mayeri, *ejuſque Armarii ſecundi Sectionis tertiæ, eâ, quâ fieri potuit, diligentiâ conſtituta, locupletataque Præfatione conciſâ de ſelectiſſimis ſuo in genere Bibliothecarum Biblicarum è Pontificiis, Reformatis, & Lutheranis, ſcriptoribus.* Roſtochii & Lipſiæ, Garmann. 1713. in 4 (*c*).

4. *Syſtema Literarium, idque Hiſtorico-Pragmaticum* &c. *unà cum Appendice Diſſertationum Literarium* &c. Ibid 1714. in 4.

Neminem hactenus, qui ſcientiam literariam methodô ſyſtematicâ traderet, repertum eſſe dolet Clariſſ. Autor, eòque ſpartam illam ipſe ſubit, ac tredecim annorum collectionem, quam adornavit, cum Eruditis communicare inſtituit. Eum in finem in præfamine totum opus delineat, ac *tredecim* claſſes conſtituit, quarum *prima* ad ipſam ſcientiam manuductionem quandam præbebit, *ſecunda* Catalogum Virorum doctorum texet, *tertia* hiſtoriam Religionum enarrabit, *quarta* diſciplinas Philoſophicas arteſque Mechanicas in apricum producet, *quinta* inventiones tum Philoſophicas, tum Mechanicas colliget, *ſexta* Societates Literarias, *ſeptima* Ephemerides, *octava* Academias, *nona* Bibliothecas recenſebit, *decima* ſymbolorum farraginem dabit, *undecima* numos ſeliget, *duodecima* in Genealogiam inquiret, & denique *decima tertia* circa Heraldica verſabitur. Hac vice *tres priores* in lucem prodeunt, quarum *primâ* doctiſſimus Autor ortum ſcientiæ literariæ ab Adamo repetit, & Patriarchas animi ſenſa non per literarum commentaria, ſed per rudimenta hieroglyphica revelaſſe cenſet. Progreſſum hujus ſcientiæ apud Græcos Romanoſque & Patres Eccleſiæ in monumentis tum deperditis tum reſiduis oſtendit, ac defectum in ſeculis barbaris notat, ſed ſtudium iſtud Germanorum ope rurſus efloruiſſe contendit. In *ſecundâ* claſſe ſeu ſectione, quam *Biographicam* vocat, Viros præ cæteris claros ordine chronologico

(*d*) Librum hunc Autorem habere filium vel nepotem *Arndii Myſtici* credit in *Baillerus* in lib. cui tit. *des Satyres perſonnelles qui portent le titre d'Anti* p. m. 118. Tom. VII in 4. Ita & Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. IV p. 741. qui *Joanni Arndio* filio tribuunt libros n. 9 12. 14. 15. enumeratos. (*e*) *Propyl. Hiſt. Chriſt.* Lipſiæ 1696. in 4. p. 149. (*f*) *Le Long* Bibl. Sacr. p. 615.

(*a*) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1706. p. 289. (*b*) *ibid.* A. 1707. p. 192. (*c*) *ibid.* A. 1714. p. 436.

logico ſiſtit. Βιογράφους, qui vel ad nationes, provincias & urbes, vel ad doctorum virorum nomina & omina, vel ad dignitates, vel denique ad quatuor Facultates, Theolog. Jurid. Philoſ. & Medicam ſeſe exerunt, unà cum συνβιογράφους quibuſdam recitat, & *Jo. Chriſt. Wincklers* Tabulam Biographicam, quæ notitiam præſtantiſſimorum virorum armis literiſque inclutorum repræſentat, annectit. Tandem in ſectione *tertiâ*, quæ *Religioſa* dicitur, de Chriſtianis ſermonem inſtituit, ac Scriptores, qui de indagandâ veritate Religionis Chriſtianæ ſolliciti fuerunt, advocat, Eccleſiarumque tum Orientalium, tum Occidentalium, necnon ſpeciatim *Lutheranorum*, *Pontificiorum*, *Reformatorum*, *Arminianorum*, *Socinianorum*, *Fanaticorum*, *Naturaliſtarum*, *Superſtitioſorum*, *Indifferentiſtarum*, & *Syncretiſtarum* hiſtoriam ſuppeditat. Poſtea de Gentilibus, Judæis & Mohammedanis agit, progreſſum ſtatumque hodiernum iſtarum religionum conſiderat, enarratiſque Scriptoribus Hiſtoriæ Religionum generalioribus, *Alex. Roſſæo*, *Jo. Hoornbeckio*, *Frid. Spanhemio*, *Hier. Kromayero*, *Andr. Sennerto*, *Edvardo Brerewodo*, *Gebh. Theod. Meiero*, *Paul. Heigelio*, *Jo. Groningio*, *Gottfr. Zennero*, & *Sever. Lintrupio*, *Gebh. Theod. Mejeri* Exercitationem Theologicam de Religione ejuſque differentiis, in Academiâ Juliâ olim defenſam, appendicis loco ſubjungit (*d*).

5. *Diſſert. de uſu Poëſeos profanæ in Theologia Exegetica, & quidem innato & inſito* (e), ac in *Theologiâ Didacticâ* (f).

6. Obſerv. ſiſtens ſtricturas *Anti Schultzianas* de *Thoma Crenio*, Hungaro alicubi appellato (*g*).

(d) *Acta Erud.* Lipſ. Suppl. Tom. VI. p. 31. Diarium Erud. *Pariſ.* T. LXI. p. 124 & *Memor. Trevolt.* Oct. 1718. (e) Extat in *Miſcell. Lipſ.* A. 1717. Tom V. p. 12-22. VI. 212-221. (f) *ibid.* A. 1718. Tom. VIII. p. 11 22. (g) *ibid.* A. 1720. Tom XI. p. 1 12.

de ARNEDO (*Antonius*) Capucinus, natione Hiſpanus, provinciæ Caſtellæ filius, & Concionator Sec. XVII. ex Latino Hiſpanicè vertit

Flores Seraphicos Virorum illuſtrium Capucinorum R. P. *Caroli* Bruxellenſis. Matriti 1669. fol. 2 Tom. *Bibl. Capuc.* Dionyſii Genuenſis p. 30.

ARNESIUS (*Robertus*) SCRIPSIT Sec. XVI. ex *Lipen.* Bibl. Theol. II. 163.

De Juſtitia divinâ & humanâ. Pariſ. 1560. in 4.

ARNESTIUS, vel potiùs ARNSTENIUS & ARSTENIUS (*Joh. Henr.*) Germanus claruit Sec. XVII. Hujus extant ex *Lipenio* Bibl. Theol.

1. *De Chriſto redivivo, ſatana mortiſque victore.* Erfurti 1656. in 4.

2. *Trauer-und Laſter Reden.* Gothæ 1676. 8. De Funeralibus.

3. *Bibliſcher Spruch-A. B. C. für Kinder und gemeine Leute.* Jenæ 1680. in 12. Alphabetum quoddam Biblicum.

4. *Catecheta Methodicus Latino-Germanicus, in uſum SS. Miniſterii Candidatorum* &c. Gothæ 1680. in 4.

5. *Evangeliſche Creütz-und Todes Schule, mit ſeinem im Creutz-und Todt gebenden Jeſu.* Gothæ 1680. in 8. Liber de Morte.

6. *Paſſionale Chriſti.* Gothæ 1683. 8.

ARNESTUS (*Joach.*) cujus extat ex eod. *Lipenio*

Hortus Paulinus, *oder Pauliniſche Gartnerey.* Magdeb. 1617. 4.

de ARNEVELDT (*Theodorus*) Anglus, claruit A. 1398. Hujus memorat *Le Long* Bibl. Sacr. p. 615 ex *Felleri* Catal. Bibl. Paul. Lipſ. *Lecturas in Librum Sapientiæ.*

ARNHEMIUS (*Albertus*) Vid. KIVET.

ARNIGIUS (*Bartholomæus*) SCRIPSIT Italicè librum prænotatum *Decem Vigiliæ de emendatâ moribus humana vita*, quibus non ſolum agitur, quibus vivitur coram hominibus, & Deo, verùm etiam acerrimè ea vitia arguuntur, per quæ homines deflectunt à vero itinere veræ Gloriæ, & gratia civilis corrumpitur. *Brixiæ*, typis Marchetti 1577. (*a*) Tarviſii 1603 (*b*).

De iſto *Arnigio* legendus *Ghilinus* (c) ex *Rubeo* (*d*). Fuit ille profeſſione Medicus, Brixiæ natus, patre fabro ferrario, cujus artem ad annum uſque duodevigeſimum domi exercuit: inde ſuis auſpiciis ad ſcientias converſus, in patriâ linguam Latinam didicit, dein Patavium conceſſit, ubi amicorum ſubſidiis adjutus brevi uſque adeo profecit, ut laurum Jatricam non ſine laude receperit, quâ ornatus in patriam remeavit, & Medicinam profeſſus eſt in agro Brixienſi, famæ inhians ac lucro, ſed infeliciter, plures enim occidiſſe quam ſanaſſe fertur: hinc in ipſum oppidanorum ira atque indignatio, ita ut lapidibus non ſemel petitus, vix ſe vitæ periculo eximere potuerit. Praxi igitur relictâ, privatam primum, mox & publicam Medicinæ Theoricæ Scholam Brixiæ aperuit, in quâ honeſtum habuit ſtipendium, claruitque non mediocriter, quamvis reclamantibus æmulis, quorum princeps fuiſſe dicitur *Bernard. Patina* Medicus itidem Brixienſis. Subceſivis horis Poeſi Italicæ operam dedit, placuitque ſatis ex eâ non ſine lucro. Nam pro Carmine in laudem *Octaviæ Bajardæ* edito ultra 200 Coronatos à *J. Bapt. Gavardo* Patricio Brixienſi, Literatorum Mœcenate, dono accepit, & à Comite *Alfonſo Capriolo* in familiam receptus, apud eum vixit uſque ad mortem, quam illi intulit peſtilentia quæ per totam Europam graſſata eſt A. 1577 (*e*).

(a) *Claconius* Bibl. ſuæ p. 340. affert editiones Brixienſes 1576 & 1578 in 4 & ejuſdem memorat opus *de Meteoris* ibid. 1568 in 8. ac Dialogum *de amore Medicinâ.* (b) Poſſev in *Appar.* vatb. *Bartbol.* p. m. 178 (c) *Theatr.* Vol. I. p. 22. 23. (d) *Lig.* p. 380-392. (e) *Nic. Comnenus* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom II.* p. 230. ubi quædam ejus lucubrationes Philoſophicæ ac Medicæ memorantur.

ARNISÆUS (*Henningus*) Halberſtadienſis, Medicinæ Profeſſor Helmſtadienſis, vir eruditiſſimus, Philoſophus, Medicus ac Politicus inſignis, claruit initio Sec. XVII. Obiit menſe Novembri 1635 Plurimos ſcripſit libros, qui ad noſtrum propoſitum non ſpectant, ſed hîc tantùm locum obtinet propter opus hujus tituli:

De ſubjectione & exemptione Clericorum: item de poteſtate temporali Pontificis in Principes (a): *& de tranſlatione Imperii Romani* Commentatio Politica, eorum ſcriptis oppoſita, qui in his controverſiis contra Seren. JACOBUM I Magnæ Britanniæ Regem & Rempub. Venetorum diſputarunt, potiſſimum verò libris *Rob. Bellarmini.* Teneo editionem *Argentor.* 1673 in 4. at multò antea prodierat *Francof.* 1652 & *Argent.* 1635. in 4.

De eo videri poſſunt *Balius* in Dict. p. 346. edit. Roterod. 1720. *Morer.* p. 556. edit. Baſil. *Lipen.* Bibl. Theol. Jurid. Philoſ. & Med. & *Mangeti* Bibl. Scriptor. Medicor. *Tom. I.*

(a) Prohibetur in *Indice* Romæ A. 1640. in 8. edito.

ARNKIEL (*Frider.*) Trogillus F. Præpoſitus & Paſtor Apenradenſis in Ducatu Sleſvicenſi Holſato.

1. *Gulden-Horn 1639. bey Tundern gefunden aus dem Heydenthum erklâret* &c. Chilonii (à Kiel) 1683. in 4 (*a*).

2. *Rettung des erſten Nordiſchen Chriſtenthums.* Gluckſtad. 1718. in 4. contra *Godf. Arnoldum* (b).

3. Ejus præterea extant *de Antiquitatibus Cimbricis* Tracta-

(a) Lipen. *Bibl. Theol.* ſub tit. *Cornu.* (b) *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom XII p.* 197. ubi de Scriptoribus Eccleſ. Hiſtoriæ ſpeciatim certarum regionum vel populorum.

Tractatus IV Germanicè editi Hamburgi 1703. in 4. *In Lib. I. Parte IV. Cap. X. fol.* 55. alium promiſit *de Templis, Sacellis, Monaſteriis, & Scholis Cimbrorum.* Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1704 p. 332.

ARNO Salisburgenſis in Germaniâ Archiepiſcopus ſub finem Sec. VIII & initia ſequentis, CAROLO M. & LUDOVICO *Pio* Imperatoribus chariſſimus, ut conſtat ex variis Capitularibus Regum Francorum, ubi nomen ejus comparet, concinnavit opuſculum ab *Henr. Caniſio* editum ſub tit. *Annotatio, ſive Index eorum quæ Eccleſiæ Salisburgenſi tradita ſunt à* Theodone, Theodoberto, Huchberto, Otilone, Taſſilone, *Ducibus Bavariæ, & aliis Nobilibus* &c. inter alia Monumenta Salisburgenſia quæ juvant ad illuſtrandum *Arnonis* opuſculum.eo De autem Clariſſimi *Jac. Baſnagii* Obſervationes hic noſtras faciemus. *Arno*, inquir Vir ille eruditiſſimus, (*a*) » fuit Epiſcopus Salisburgenſis ævo *Caroli* Magni, *Alcuini* frater, & ab eo *Aquila* dictus. Exiſtimarunt plurimi *Joannem* Epiſc. Salisb. ab *Alcuino* AQUILAM » fuiſſe dictum, ipſiuſque eſſe fratrem germanum, » ſed differunt tempora; nam Epiſcopus fuit *Joannes* anno 740. at quindecim annos tantùm aut » circiter natus erat tum temporis *Alcuinus*. Deinde » cum *Alcuino* proculdubio in Gallias tranſmigra» verat frater ille germanus. Quidquid autem ſit de » tribus *Alcuini* itineribus, in Gallias non appulit » ante annum 770. quo cùm venerit *Arno*, potuit » Elnonenſem Abbatiam regere per aliquot annos, » dein Epiſcopus (*b*) fieri an. 786. Hæc autem » convenire non poſſunt *Joanni*, qui ante primum » *Alcuini* appulſum jam obierat An. 754. Denique » cùm *Alcuinus* mentionem fecerit in Epiſtolis hære» ſeos *Felicianæ*, ut pote jam damnatæ, quæ tamen » non niſi A. 792 fuit rejecta, dirigi non potuerunt » illæ Epiſtolæ *Joanni* jam dudum mortuo.

» Fuit cùm *Mabillonius* autumaret inter *Bertricum* » & *Arnonem* interjici debere novum Epiſcopum, » *Aquilam* nomine, fratrem *Alcuini*, omiſſum à prio» rum ſæculorum ſcriptoribus. Sed ipſe ſententiam » immutavit, & *Arnonem* eſſe *Alcuini* fratrem con» feſſus eſt. Quare dicatur *Aquila*, non accuratius » inveſtigandum: tribuebantur illa fictitia nomina ob » rationes nobis nunc incognitas, quæ divinari vix » poſſunt (*c*).

» Potuiſſet *Alcuinus* temperare à fratris laudibus, » aut modum ſibi imponere: mira enim canit de fra» tre germano in verſibus ad *Aquilam* Epiſc. Salis» burgenſem:

» *Per montes, campos,* Aquilam *mea chartula quære,*
» *Pontificem magni nominis & meriti.*

» Quidquid ſit, *Arno* fuit *Alcuini* frater, Impe» ratori CAROLO *Magno* chariſſimus, cujus autori» tate ſedes Salisburgenſis in Metropoliticam fuit e» recta:

» *In quâ Pontifices multos poſt rite ſedentes*
» Arn *ſucceſſit ovans rector ovile regens,*
» *Quem* CAROLUS *Princeps regni ſuperauxit honore*
» *Archiſacerdotis, dignior ut fieret.*

» Ab Imperatore miſſus eſt Romam A. 799. *Leo*» *nem III.* interrogaturus de controverſiis quæ apud » Gallos agitabantur circa Sacerdotes criminoſos & » Chorepiſcoporum autoritatem, ut patet ex Capitu» lari Aquiſgranenſi A. 803. Unus fuit *Arno* inter a» micos CAROLI, quibus Theſauri diſtributionem à » ſe triennio ante mortem conſtitutam executioni man» daret Imperator. Vixit ſub LUDOVICO, ut patet » ex Epiſtola ad eum directâ, quæ Helmſtadii ha» betur in codice MS. Bibl. Juliæ; ex eo vero fuit » à *Baluzio* vulgata. » Eadem forte illa eſt LUDOVICI ad *Arnonem* Epiſtola, quæ apud *Illyricum* (*d*) & *Goldaſtum* (*e*) reperitur, poſt Concilium Aquiſgranenſe anno 800. vel circiter celebratum ſcripta, in quâ ſimplici ſua authoritate, nulla penitus Papæ mentione factâ, mandat Imperator Archiepiſcopo ut hujus Concilii (cui non interfuerat Noſter) decreta ſuis Clericis proponat, omniaque diligenter obſervet, & ipſe, & alios coget; mutaturque & pœnas ei, qui ſervare noluerit: unde apparet, inquit *Illyricus*, quàm nihil juris tunc habuerit Papa ſupra Eccleſias, præſertim Gallicas & Germanicas. Sed ut ad *Arnonem* redeam, adfuit ille cum Imperator inaugurare tur CAROLUS *Magnus* Romæ A. 800. Alteram deinde legationem obiit A. 802. Agebatur tunc temporis cauſa *Chorepiſcoporum*: Plurimi tum Clericorum tum Laicorum ordinatos ab ipſis Presbyteros rejiciebant, læſum potius quam conſecratum caput, impoſitione manuum ab ipſis collatâ, aſſerentes. Miſſus Romam *Arno* ut mentem Pontificis perſcrutaretur, definivit Pontifex, irritas a Chorepiſcopis factas ordinationes reformari, ipſoſque in exilium detrudi debere. Acerba nimis ſententia *Concilii* viſa eſt *Arnoni*, qui juſſu CAROLI *Magni* coacto Epiſcoporum cœtu, Chorepiſcopos in Presbyterorum cenſum recepit, ita tamen ut nihil amplius de Epiſcopali miniſterio ſtatuerent, anno ſcil. 803. (*f*). Obiit autem anno 820 vel 821. tumulo ibi prius conſtructo, quòd ex Analectis *Mabillonii* hic ſubjungam.

Quiſque velis Cryptam ſubſiſtens noſſe viator,
Scito quod ipſe mihi vivus hanc Arno *peregi*
Qui fueram rector præſentis regmine ſedis
Ac opibus multis multoque potitus honore:
Nunc his omiſſis cunctis, mea membra quieſcunt.
Te rogo nunc, Dominum precibus pulſare memento
Ut mihi det veniam ſcelerum, quæcunque patravi,
Quatenus æternam merear habitare quietem.

(*a*) Vid. ejus Obſerv. de Monumentis Salisb. *Theſauri* Caniſiani Tom. III. P. II. p. 266. (*b*) Decimum ordine Epiſcopum numerat *Caniſius.* (*c*) Hæc alibi *Baſnagius*, ſcil. in notis ad Catal. Epiſc. & Archiep. Salisburgenſium *ubi ſup.* p. 430. „ Fuit *Arno* primus Ar„ chiepiſcopus Salisburgenſis; dicitur *Alcuini* frater; certum eſt „ *Alcuinum* ſcripſiſſe Epiſtolas ad *Aquilam*, eumque *Aquilam* fuiſſe „ ipſi Germanum fratrem. *Cariſſimo Germano meo* Aquilæ *Antiſtiti* „ Albinus. Sed an ille *Aquila* ſit *Arno* Salisburgenſis, dubitabit „ aliquis. Credunt ideo *Arnonem* dictum *Aquilam*, eò quod *Arno*, „ *Arnnus* & *Harent* idem ſint; et *Harent* Germanis eſt *Aquila*; „ ſed forſan etymon illud vi quâdam elicitum cum Menagiaris plu„ rimis amandaturus eſt lector. Quidquid ſit, verſibus *Arnonem* „ celebravit *Alcuinus*; cùmque plurimùm apud CAROLUM *Magnum* „ tum fratris, ut aiunt, tum propria virtute polleret *Arno*, à *Leone* „ III pallio indutus eſt, ejuſque ſedes in Archiepiſcopalem fuit „ erecta an. 798. Sic eum appellat *Alcuinus* in Epiſt. quam ſcripſit „ de *ſeptem Pſalmis Pœnitentialibus*: vid. ſup. p. 240. *b. n.* 3.) „ *Te docente Pater, Paſtor, Patriarcha, ſacerdos.*

(*d*) Catal. Teſtium Verit. contra Papam *cap.* 99 *p. m.* 919. (*e*) Conſtitut. Imper. *Tom. I. p.* 130. (*f*) *Baſnag. ubi ſup. p.* 431.

ARNO Canonicus Regularis Sec. XII. cujus *Scutum Canonicorum* edidit *Raym. Duellius* Miſcell. *Lib.* 1. *p.* 2-54. Auguſtæ Vindel. 1723. in 4. Quæ de Autore obſervat doctus Editor, compendioſè hic referam. Hoc opuſculum illa confecit, ut ipſe in Proœmio docet, occaſione cujuſdam contentionis, Monachis videlicet quibuſdam loca Canonicorum Regularium occupantibus, & fratres profeſſos quaſi obtentu majoris religionis ſibi allicientibus, quâ de re plura *Duellius* in Præfatione adducit. Hoc igitur ſcripto tantos hoſtium auſus reprimere voluit *Arno* noſter, acerrimus Ordinis Canonici ὑπερμαχός. Hujus ſcripti exemplum in Bibl. San-Florianenſi in ſuperiore Auſtriâ vidit *Pezius*, qui hunc *Arnonem* non diverſum eſſe putat ab *Arnone* quem *Gerhohi* in Præfecturâ Reicherſpergenſi ſucceſſorem (*a*) exiſtimat Cl. & Eruditiſſ. P. *Carol. Meichelbeck* Benedictoburani Monaſterii Archiviarius (*b*). *Duellius* autem qui opuſculum *Arnonis* habuit ex Codice MS. Bibl.

(*a*) Huic *Gerhohus* Librum *de Ædificio Dei* nuncupavit, à *Pezio* editum *Theſ. Anecd.* Tom. II P. I. Vid. Diſſert. Iſagog. p. 28. (*b*) Vid. *Chron. Reicherſperg* ad A. 1169. & *Hundium* in Metrop. Salisb. *Tom. III. p.* 245.

Bibl. Cæſaræ Vindob. tranſcriptum, chartulam quandam affert, inter MSta Prædeceſſoris laudati *Pezii*, *Joan. Chryſoſt. Hager* repertam, quæ & ipſius *Pezii*, & *Meichelbeckii* conjecturæ multum favet. Ea ſic habet: » *Arno* Canonicus Regularis Reicherſpergenſis Bojus ac Decanus, M. *Gerhohi* frater & in Prælatura ſucceſſor, doctrinâ & virtute non impar ſuo » germano, ad Concilium Romanum miſit ſuos Canonicos. Obiit A. 1175. III Kal. Febr.

Addit chartula ſcripſiſſe *Arnonem* contra *Folmarum* Præpoſitum Trieffenſteinium *de ejuſdem erroribus contra SS. Euchariſtiam*, volumen prolixum, quod aſſervatur MS. in Monaſt. Raitenbaſlacenſi (*c*).

Hæc poſtea ſubjungit *Duellius*: » Nobis, *inquit*, » ætatem, ſtatum, doctrinam, aliud item apologeticum ſcriptum bujuſce Viri probe perpendentibus, perinde atque certum eſt, *Arnonem* Præpoſitum eundem eſſe cum *Arnone* noſtro, quem circa medium » Sec. XII ſcripſiſſe, Canonicum Regularem, doctum, piom, & in SS. Literis donu fuiſſe, nullus, quiſquis præſens opuſculum legerit, inficiabitur. Relinquimus iſta libero cujuſvis judicio, & ad » præclarum illud elogium accedimus, quod huic Apologiæ *Arnonis*, in opere ſuo propediem edendo » ſuſpendit Perilluſtris D. *Gentilottus*, Vir, ſi quiſquam, πολυμαθής. *Eſt opuſculum*, inquit, *non indignum, quod aliquando in lucem preferatur, præſertim eam ob cauſam, quòd formulam vitæ, conſuetudines, ac ritus, quibus inſtitutum ac diſciplina Canonicorum Regularium circa medium Sec. XII continebatur, copioſè declarat.* Monet inſuper Lectorem *Duellius*, ot præſens *Arnonis* ſcutum comparatè ad illorum temporum ſtatum ac mores legat, ne ſecùs qui fecerit, innomeris ſe præjudiciis exponat.

(*c*) Vid. de hoc ſcripto *Bibl. PP.* edit. Colon. *Tom. XIII. p. 144 Miræus in Auctar. cap. 406. Gerhohum ſive gerochum fratris* in hoc opere ſocium facit.

ARNOBIUS gente Afer, apud Siccam Veneream, mediterraneam Africæ urbem, (quæ ipſi patria fuit) Rhetoricam docuit ineunte Sec. IV. religione Gentilis, quam ſtrenuè propugnavit, de quo ita *Hieronymus* inf. sit. (a) » *Arnobius* Rhetor clarus » in Africâ habetur: qui quum in ſivitate Siccæ ad » declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus » ad credulitatem ſomnius compelleretur, neque ab » Epiſcopo impetraret fidem quam ſemper impugnaverat, elucubravit adverſus priſtinam religionem luculentiſſimos libros, & tandem velut quibuſdam » obſidibus pietatis fœdus impetravit » *Presbyterum* vocat *Trithemius* (b), quod tamen nullus veterum tradidit. Converſionis ſuæ tempus ipſe deſignat *Arnobius*, cùm ait, trecentos eſſe annos fermè minùs vel plùs aliquid ex quo ſcepimus eſſe Chriſtiani. Rectè dicit, *plùs vel minus aliquid.* Scripti enim ſunt hi ſeptem *Adverſus Gentiles* libri anno 303. vel non diu poſt (c), exortâ jam *Diocletiani* perſecutione. De ejus geſtis poſt baptiſmum, deque ejus obitu nihil conſtat. De illo quid ſentiat *Caveus* infra videbimus. Hæc autem *Baronius* ad A. 302. n. 67. p. 733. » Quod » verò opus illud, ut inter fideles admitteretur, quaſi fidei ſuæ vadem feſtinus abſolvit, hinc planè eſt quòd » in eo (ut ait *Hieronymus*) fuiſſe viſus eſt inæqualis & nimius, & abſque operis ſui partitione confuſus. Rurſum verò quod nondum planè eſſet ſcientiâ rerum Chriſtianarum imbutus, utpotè cùm non » ſolùm non fuerit baptiſmate illuſtratus, ſed nec » in Eccleſiam inter catechumenos acceptus; (d) veniâ dignus eſt, ſi aliquibus nævis viſus eſt commentarius ille eſſe reſperſus » Hoc de illo judicium tulit *Ellias du Pin.* (e) » Quamvis Religionem perfectè non teneret, cùm hoſce libros, in quibus nonnulli errores continentur, compoſuit, Ethnicorum » tamen falſas opiniones dexterè refellit, validèque » præcipua Religionis noſtræ capita adſtruit. *Et inferius*: » Cogitationum ordo oratorius eſt; ſtylus » verò Africanus, ſcilicet verbis utitur duris, incompoſitis, incomptis, imò aliquando parum Latinis; patet etiam noſtræ Religionis myſteriis non » fuiſſe plene edoctum. In Religione Gentilium refellendâ multò dexterior eſt, quàm in Chriſtianorum » doctrinâ defendendâ; ſolertior in Gentiliſmi ſtultitiâ oſtendendâ, quàm in Chriſtianiſmi veritata ſolidè demonſtrandâ. At non mirum id videri debet; » mos enim eſt omnium nuper converſorum, qui » priſtinâ ſuâ Religione pleni, ejus defectus ac inanitatem melius cognoſcunt, quàm illius, quam » amplectuntur, principia ac excellentiam norunt. Sed ſplendidius multò de *Arnobio* loquitur Cl. *Salmaſius* in Præf. ad *Arnobium*. Edit. Leydenſis. » *Arnobius*, inquit, abſtruſæ eruditionis, ſummique » ingenii Autor, *adverſus Gentes* libros ſeptem ſcripſit. Reconditæ hoc ſapientiæ promptuarium, quo » fatua Gentilium Religio exploditur, vera confirmatur, omni laude majus eſt. Quis enim eloquentiæ nervos, rationum pondera, exquiſitas ſententias cùm pervolvit, non abripitur in amorem & » deſiderium tanti auctoris? ubique triumphat florentiſſima ejus dictio, atque ipſi adeo Gentiles ſuo » jugulantur gladio. Calamus ille ſimul omnes tacentes Gentilium Deos perfodit, confecit. Ipſi » Dii, ſi tales Dii eſſent, erubeſcerent, ubi audirent hîc ſua crimina, atque inſulſas de ſe confictas » fabulas. Libro quidem ſecundo *Arnobius* Gnosticorum ſequitur opinionem de Immortalitate animarum, & aliis in locis à veritate Chriſtianâ non » nihil recedit. Sed hoc condonandum illi, qui ex » Ethniciſmi tenebris recèns ad veritatem Chriſtianam pervenerat. Idem huic Autori evenit, quod » iis ſolet, qui ex carcere tenebricoſo in lucem per» ducti viſum adhuc dubium habent, in cæteris ſubtilis, difertus, ingenio & facundiâ pollens. Ethniciſmi debellator fortiſſimus.

Arnobius, inquit *Juſtus Lipſius* (f), Chriſtiani nominis ſcriptorum quaſi *Varro* eſt antiquæ & reconditæ doctrinæ, quà in rebus, quà in verbis.

Et judice doctiſſimo *Caſp. Barthio* (g), nemo tam indoctus eſt quin *Arnobium* eruditiſſimis ſcriptoribus accenſeat; nemo tam Chriſtiani dogmatis ignarus, quin errores ejuſdem facilè ignoſcat egregiis illis & nervoſiſſimis invectivis, quibus vi quâdam ac vibratione velut flammeâ *Gentium* ſuperſtitiones diſturbat. Uſque adeo eruditus, inquit ille alibi (*h*), ut Rhetoricam Latinè docuerit, multos præclaros diſcipulos inſtruxerit, & doctrinâ reconditâ atque ſagacitate antiquæ lectionis *Varronum* & *Nigidiorum* ſis ſimilis, antiquiſſimorum morum, rituum, Juris Pontificii vetuſtiſſimi Conſultus, Theologorum & initiatorum omnia myſteria doctus. Si non extaret, denſa nox foret in ſuperſtitionibus veterum (i).

Inter varia quæ de *Arnobio* judicia refert *Pope Blount*, in Cenſura authorum *p.* 213 prolixum adfert ex doctiſſimo *Caveo* in Vitâ *Arnobii* Angl. quod in *Hiſt. Liter.* non reperitur: » In ſuis, inquit, cum Ethnicis altercationibus, armis oppugnantibus ſolertiorem quàm oppugnantibus Athletam ſe præbet. Eò potiſſimum tendit » ejus eruditio, ut his auxilia Gentilium cauſæ miſerabilia fundamenta convellat. Non liquet cum, quo » tempore ſcribebat, multum adhuc è Bibliis legiſſe, præter

(a) *Hieron.* in Chron. *Euſebii* ad an. 2. Olymp. 276. Imper. *Conſtantini* 20 Chriſti 326. Meminit quoque in lib. *de Variis Illuſt.* cap. 79. (b) *De Script. Eccleſ.* cap. 53. (c) Sunt qui anno C. 297 ſcriptos volunt. eò quòd *Arnobius* lib. 2. annos mſo ab Urbe conditâ numeret, at calculo obſtant tam variæ circa Romæ fundationem ſententiæ. (d) Idem inter alios tradit *Nat. Alexander* ubi inf. & contra *Du Pin* inf. cit. *Arnobium* cùm opus ſuum cœpit, Catechumenum fuiſſe in · *Il compoſa lorſqu'il n'etoit encore que Catechumene, ſept Livres* &c. Hæc autem verba deſunt in verſione Latinâ.

(e) Bibl. Eccleſ. *Tom. I. p.* 315. edit. Lat. *p.* 209. edit. Gall. (f) *Epiſt. Quæſt. L.* 2. Ep. 10. (g) Adverſ. lib. 44. c. 1. (h) ibid. lib. 50. c. 10. (i) idem lib. 18. c. 14.

» præter loca Evangelicæ hiſtoriæ magis obvia ; aut » eum doctrinas & principia Chriſtianiſmi accuratè » perpendiſſe. Nedum igitur æquè ac Catechumenus » primis fidei rudimentis initiatus erat : & ideo ejus » memoria tanquam erroribus maculata traduci non » debet. etiamſi quædam in ejus ſcriptis occurrant » Catholicæ doctrinæ haud ita ſtrictè conformia (*k*), » potius enim mirari ſubit qui in plures & graviores » errores non inciderit. Sæculari eruditione abundè » inſtructus erat, & præclaris naturæ dotibus ad il- » lam ornandam prædirus. Stylus ejus quamvis jam » olim à *D. Hieronymo* perſtrictus (*l*) ut laxus & » inæqualia, ſufficienter tamen elegans eſt. Sapit qui- » dem aliquando rancorem quendam Africanæ Dia- » lecti, medium tamen calcat tramitem inter aſpe- » ritatem *Tertulliani*, & lenitatem ac dulcedinem *Cy-* » *priani* : Nec ejus opus adeo confuſum, methodique » expers eſt ac Pater ille (*Hieronymus*) videtur in- » nuere ; ut evidens erit cuilibet id attentè legere » dignanti, & obſervanti quomodo inſtitutum ſuum » deſignaverit, Argumentum ſuum proſecutus ſit, » ejuſdem ſingulæ partes ex naturâ ſuâ convenienter » ſatis ab invicem dependeant. Liberè neminiſque » partium ſtudio ductus ſcripſit, & ut plerique Scrip- » torum ejus conterraneorum cum inſolito animi ar- » dore ac fervore, Laconicis periodis nervoſoque ra- » tiocinationis acumine, multiſque faceriſſimis ſalibus, » cujus occaſionem ſufficientem ei ſubminiſtrabat ar- » gumentum quod præ manibus habebat.

Arnobii librorum analyſin dedit præter *Eliam Du Pin* R. P. *Cellerius* (m), Benedictinus, qui, non ſecus ac cæteri quamplurimi, *Arnobii* doctrinæ, propter adductas rationes indulgeri vult; ſcilicet de animâ hominis quam à Deo genitam negat, ſuâ naturâ nec mortalem nec immortalem, animaſque impiorum atque infidelium in flumina torrentia flammarum jaci, & ad nihilum redactas, in perpetuum interituras : quòd præterea naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non voluntatis, ſeu judicationis electio : oſtenditque doctus Benedictinus (*n*), *Arnobii* Apologiam ex ipſo ejus opere deſumi poſſe circa ea dogmata, in quibus erraſſe credi poſſet. Ejus verò orthodoxiam imprimis tuetur, tum de exiſtentiâ, tum de naturâ & perfectionibus Dei, de Incarnatione ac Divinitate Chriſti *&c.* quâ in re *Arnobium* quoque ab Arianorum & Socinianorum errore vindicat *Nat. Alexander* (o), ſed *abſurdiſſimos* vocat ipſius de Animâ, & alterius vitæ ſuppliciis, errores, unde ſummam viri in divinis literis, Eccleſiaſticiſque dogmatibus imperitiam patera ait.

Sanè mirari videtur acuti ingenii vir *Balius* (p) quòd *Baronius*, *Du Pin*, *Caveus*, *Salmaſius* Editor *Arnobii*, ejus errores non acriùs perſtringant. » Viro indulgeas velim, ſic loquitur ſummus Criticus : » at non inde minus verum, illius de ani- » mæ origine, & cauſâ mali phyſici, ſicuti & de » aliis momentoſis capitibus, opiniones eſſe perni- » cioſiſſimas : ac iterum, » Patrem hunc excuſatum » habeamus, ſed ne uſque nos credulos præbeamus, » ut benignè adeo ejus dogmata tanquam leviores » errores producamus. Digna ſunt, ſi in ſe ipſis » conſiderantur, iiſdem titulis quibus hodie dona- » rentur, ſi quiſpiam Doctor ea in medium proferret.» Hac occaſione fragmenta quædam affert Cenſuræ *Saurinianæ* (q) in *Jurieum* qui ſe Patribus Eccleſiæ nimis indulgentem præſtiterat.

D. *Hieronymus* ipſe *Arnobium* non prorſùs orthodoxum exiſtimavit, ſicuti ex his verbis Epiſt. 76 (*r*) ad *Tranquill.* colligimus: » *Ego*, inquit Hieronymus, *Origenem* propter eruditionem, ſic interdùm legendum arbitror quomodo *Tertullianum*, *Novatum*, *Arnobium*, *Apollinarem*, &c. ut bona eorum ſeligemus vitemuſque contraria juxta Apoſtolum dicentem : » *Omnia probate, quod bonum eſt tenete.*

A *Clemente* Alexandrino multa *Arnobium* ad verbum pene mutuatum eſſe tradit *Theodorus Canterus* in Notis ad *Arnob.*

Editiones Arnobianæ.

I. *Romæ* 1542. fol. curâ *Franciſci Priſcianenſis*, Florentini, (non Typographi (*ſ*), ut plures crediderunt,) cui Codicem MS. Bibl. Vaticanæ à *Fauſto Sabæo* communicatum ſuſpicatur *Balius*, ubi notat quod *Lud. Carrio* (t) arbitratur, Codicem MS. Bibl. Regis Gall. eum eſſe quo uſus ſit primus *Arnobii* Editor (a), quem forte ad *Franciſcum I* miſerit (*x*), cui hæc editio nuncupata eſt.

II. *Baſil.* 1546. in 8. ex emendatione *Sigiſmundi Gelenii*, qui, referente Editore *Leydenſi*, de quo infra n. X, plura in priori Editione immutavit non MStorum ope, ſed ingenii conjecturis adjutus.

III. *Pariſ.* 1570. curâ *Thomaſſini*.

IV. *Ibid.* 1580. fol. ad calcem *Tertulliani*, curâ *Renati Laur. de la Barre*.

V. *Antverp.* 1582 (*y*) 8. ex emendatione & cum Notis *Theod. Canteri*, & poſtea in *Bibl. P.P.* edit. Colon. 1618. ſine Notis, Tom. II. & in Suppl. *Morell.* Pariſ. 1639. Tom. I. Uberiores Commentarii quos in notis ad lib. 6. promiſit *Canterus*, nunquam viderunt lucem. Is in Præfatione *Gelenium* perſtrinxit.

VI. *Romæ* 1583. in 4. curâ & ſtudio *Fulvii Urſini* : de quâ editione docet *Poſſevinus* in Appar. quod » cùm » *Arnobii* libros *Jo. Bapt. Sigecerlius*, qui poſtea Epiſ- » copus Faventinus à *Pio IV* factus eſt, correxiſſet ac » reſtituiſſet, Germani aliqui averſi à Catholica fide » eos non tam ſanarunt quàm immutarunt pro libito, » ut vix antiquæ lectionis veſtigium pluribus in lo- » cis reliquerint. Quod incommodum cum *Petrus* » *Ciaconius* Hiſpanus, vir eruditus animadvertiſſet, » præclaris correctionibus illuſtratum *Arnobium* jam- » jam erat emiſſurus, niſi morte fuiſſet ereptus. Hos la- » bores *Gregorius XIII* Pontifex Max. additis aliorum » doctorum hominum emendationibus, juſſit à *Fulvio* » *Urſino* examinari atque conferri. Itaque in textum » ſententque accepit, quæ multorum judicio proba- » ta, & (ut ipſe inquit) ſine ullâ controverſiâ ve- » ra ſunt viſa : quæ autem non ita vera videban- » tur, ea ſuis diſtincta numeris, in oris paginarum, » notanda cùm curaſſet, adjunctis, ſi quæ erant ad » firmandas conjecturas, notis *Arnobius* Romæ e- » ditus eſt quàm fieri potuit emendatiſſimus.

VII. *Antverp.* 1586. in 8. cum Notis *Godeſch. Stewechii*, iterata Colon. 1604 ut *Fabricius* inf. cit. vel 16.4. (z).

VIII. *Geneve* 1597. & *Pariſ.* 1605 in 8. cum Notis *Deſid. Heraldi*.

IX. *Hanovere* 1603. in 8. cum Notis *Elmenhorſtii*, iterata *Hamburgi* 1610. fol. tum ejuſdem Notis longè auctioribus & variarum lectionum libello ex Codd. MSS.

X. *Lugd.*

[k] Ita & Cl. *Spanhemius* Hiſt. Eccleſ. p. 782. qui errores nonnullos *Arnobio* condonandos exiſtimat, ejuſque Opus imprimis laudat ob Chriſtianam ſimplicitatem, quâ nulla Templa, Aræ, Sacrificia, Simulachra, admittit, tum propter ſanctitatem, innocentiam, procul atheiſmi, aut impietatis crimine removendam, ut & Chriſti Divinitatis teſtem luculentum *&c.* [*l*] Epiſt. 13. *ad Paulin.* Idem Epiſt. 84 ad *Magnum* Oratorem Romanum „ Septem libros, ait, „ adverſus Gentes *Arnobius* edidit, totidemque diſcipulus ejus *Lactantius*, ... quos ſi legere volueris, Dialogorum *Clementis* in eis „ epitomen reperies. [*m*] Hiſt. Autor. Eccleſ. Tom. III Cap. 27. Art. II. [*n*] ibid Art. 3 [o] Hiſt. Eccleſ Sec IV *Diſſert.* XLII, ſub finem. [p] *Diction. Crit.* p. 347. edit. Roterod. 1720. [q] Ex lib. cui tit. *Examen de la Doctrine de Mr. Jurieu*, p. 681 &c.

[*r*] Perperam apud *Cellerium* ubi ſup. citatur Epiſt. 26. [*s*] Vir fuit elegantiorum literarum peritiſſimus, Græcè & Latinè doctus, Librorum plurium Auctor, quos laudat *Poccianti*us & ex eo *Jul. Niger* Hiſt. Script. Florent. p. 215 ſed miror quòd de editione *Arnobianâ* ne verbum quidem habeat. [*t*] Emendat. Lib. I. Cap. IX. lo. 18. [*u*] Id ipſum aſſerit *Elias Du Pin* Tom. I p. 119. ubi de *Minucio Felice*. [*x*] Vid. inf. n. XVI. [*y*] Male 1582 in *Catal. Bibl. Teller.* p. 32. Fortaſſe *Canteri* editionem Lugd. 1601 citat *Lipenius* Bibl. Theol. I. 734. [a] *Lipenius* ubi ſup.

X. *Lugd. Bat.* 1651. vel 1652 (*aa*) in 4. ex emendatione *Claudii Salmaſii* (bb) ad MSS exemplaria (*cc*), cum notis integris *Canteri*, *Stewechii*, *Heraldi*, & *Elmenhorſtii* ac variis lectionibus. Hanc caſtigatiſſimam cenſet *Labbeus* (dd), ſed miratur quod in ea non inſertus fuerit *Joan. Meurſii* Criticus Arnobianus *ibid.* jam ab A. 1598 impreſſus, cum *Hypocritico Minutiano*. Commentario quem addere parabat laudatus *Salmaſius*, A. 1653 immortuus eſt: quod *Labbeum* ignoraſſe ex hic verbis colligere pronum eſt: » *Salmaſiani* autem illi Commen» tarii, inquit, » tamdiu expectati, tam ſæpè ajus a» micorumque literis promiſſi atque jactati, in fumum tandem ventoſque evanuerunt. » Prima verò hujus Commentarii folia, ſive diſquiſitionem de nominibus antiquorum Romanorum (quam uberibus in *Arnobiana* Notis præmiſſurum fuiſſe notavit *Sarravius* p. 42 Epiſt.) nactus Vir Cl. *Jo. Alb. Fabricius* ex Bibl. Gudiana, edidit ad calcem Tomi II Operum *S. Hippolyti* Hamb. 1718. fol.

XI. *Lugd. Bat.* rurſus 1657 in 4.

XII. *Pariſiis* 1666. fol. ad calcem *S. Cypriani* Operum cum *Philippi Priorii* & ſelectis aliorum Notis.

XIII. In *Bibl. PP.* edit. *Lugd.* 1677. Tom III.

XIV. Habetur & Belgicè *Arnobii* opus ex verſione *Joach. Oudaen* Harlingæ apud Friſios 1677 in 8.

XV. Novam *Arnobii* Editionem Latinam meditabatur A. 1722 Vir quidam doctus Francofurtenſis, nomine *Geiſſim*, juxta veteres Codices MSS emendatam, notiſque tum ipſius, tum aliorum *Arnobii* editorum, illuſtratam (*ee*), quod an præſtiterit hactenus incompertum habeo.

XVI. Aliam promiſit A. 1728 Magnus *Cruſius* Sleſvicenſis, V. D. M in lib. inf. cit. (*ff*) eamque ex MS. Codice (*gg*) Bibl. Regis Galliæ, quo *Franciſcum I* donavit *Leo* Papa *X* (*hh*) emendatiſſimam, cum duabus Romanis editionibus rariſſimis comparatam. Addet Notas nondum editas Virorum plurium illuſtrium *Claudii de Meſmes*, *Ant. Carpentarii*, *Joan. Paſſeratii*, *Petri Junii*, *Guyeti*, *Dalechampii*, *Puteani*, *Huetii*, *Bulbneri* &c. Præmiſſurus eſt *Syſtema Arnobianum*; item *Diſſertationes* Arnobianas *Nic. le Nourry* Benedict. ex ejus Tomo II *Appar. ad Bibl. Patrum* (ii), & *Jo. Caſp. Loeſcheri* Libellum *de Patrum Africanorum meritis ſingularibus*, cum ſuis Notis. Ad calcem ſubjuncturus ſex partes quæ in editione Leydenſi reperiuntur, & ſi quis præ manibus haberet *Petri Scriverii* Anti-Criticum Arnobianum (*kk*) adverſus *Meurſium* (*ll*), necnon *Jo. Iſaaci Pontani* Animadverſiones (*mm*) in *Arnobium*, atque hujus Autoris Editiones manu *Salmaſii* & *Franci* notatas,

[aa] Etiam *Elias Du Pin* ubi ſupra, qui tertiam *Arnobii* editionem numerat Leydenſem A. 1652. ubi & quartam ab *Eraſmo* publicatam ait *Baſileæ* A. 1560 qui A. 1536 obiit [*bb*] Vid inf. cit (mm) [cc] Vid *Rivet. Crit. Sacr. lib* 2 c. 17. [*dd*] Diſſert. de Script. Eccleſ Tom. I. p. 105. [ee] *Diar. Trevolt.* Oct. 1712. p. 2023. [ff] *Diſſert. Epiſtolica de Scriptis quibuſdam integris, fragmentiſque hactenus ineditis, quæ in Linguâ Gallica, Anglica, atque Germanico, reperire contigit, & nunc in lucem publicam edenda parat, Viroſque eruditos inſimul ad conferendas Symbolas humaniſſime invitat.* Lipſiæ 1718. in 4. Vid. *Acta Lipſ.* & *Venet. Diar.* inf. cit. [gg] Hunc annorum 800 antiquitatem tribuit *Montfalconius* in Diario Ital. A. 1702 impreſſo. [*hh*] Hinc patet non iſto Codice uſum fuiſſe primum *Arnobii* Editorem, ut exiſtimavit *Carrio*; ſiquidem *Leo X* jam anno 1521 fatis ceſſit: adde quod uterque & Rex & Pontifex literarum inprimis amore celebres, ac in MSſis inquirendis ſtudioſiſſimi prædicantur. Sed inprimis notanda parentheſis *Act. Erud.* Lipſ. 1729. p. 60 [qui enim adhuc ediderunt *Arnobium*, ii nullo fuerunt uſi MS. Codice] [*ii*] Vid. *Diar. Trevolt.* Mai 1715. [kk] Audiendus hic *Daniel Heinſius* Præf. ad Notas in *Clementem Alex.* *Petro Scriverio* dicatas: citante *Fabricio* Bibl. Lat. *Tom. II. p.* 290. edit. Venetæ. ,,Mihi ſatius eſt ſi tuâ cauſâ hæc potiſſimum ſcripſiſſe me ſcias, ,,quem jam annos plurimos in maximo & eruditiſſimo ſcriptore ,,*Arnobio* verſari. omnes ferè & ſciunt & cogitatione tacitâ illud ,,ὑπερφιλιασμὸν flagellant. Videbis ergo ſi quid tibi uſui futurum ,,ſit in iſtis. Nam *Arnobium*, ut noſti, quantus eſt formavit *clemens*. .. Hæc ſcribebat *Heinſius* A. 1616 [ll] *Meurſius* hac de re Epiſtolam *Petro Signatorio* [ſive *Scriverio*] inſcripſit. Vid. *Adr. Baillet* in Judic. Erud. *Tom. VII. p.* 344. in 4. [*mm*] Has habuit *Boxhornius*, quarum meminit in Epiſt. ad ipſum *Pontanum* ſcripta Lugd. Bat. 18 Oct. 1633 p. 37 edit Lipſ. 1679 Ejus verba ſubjiciam, ex quibus patet *Arnobium* hoc anno excuſum fuiſſe: ,,*Arno-* ,,*bius*

obnixè rogat Rev. *Cruſius* ut ei de re *Gladieſthium* Typographum Lipſienſem commonefacere velit (*nn*).

Extant *Julii Caſ. Bulengeri* Eclogæ ad *Arnobium* Toloſæ 1612. 1623. 8 Liber, judice *Balio*, ubi ſupra, qui nihil juvat, nec ad emendandum *Arnobii* textum, nec ad ſenſum litteralem enodandum: nihil aliud eſt quàm citationum contextus, quæ minimam plerumque cum *Arnobii* cogitationibus convenientiam habent.

Stewechii Electa in Arnobium *Duaci* recuſa fuêre A. 1634. in 8. cum Paratiſlis ſeu Summariis *Leandri de Sto Martino*.

De libro cui tit. *Octavius*, qui olim octavus *Arnobii* creditus eſt, ſed genuino Autori jamdudum reſtitutus, dicemus verb. MINUTIUS FALIX.

Librum verò *de Rhetorica inſtitutione* noſtro *Trithemius* tribuit, cujus tamen non meminit *Hieronymus*, neque de cæteris quæ juniorem *Arnobium* Autorem habere jamdudum eruditis compertum eſt.

,,*bius*, inquit, jam ipſe typis deſcriptus eſt. Notæ *Salmaſii* tantum ,,reſtant, & animadverſiones, quas morbo præpeditus afficere non ,,potuit. Quamprimum convaluiſſe percipero, adibo ... & tuas ,,in *Arnobium* animadverſiones, quæ haud dubie placebunt, ex bo- ,,bo- [nn] *Nov. della Rep. delle Lettere* A. 1751 p. 408.

ARNOBIUS, *Junior* vulgò dictus, ut ab *Arnobio* Afro diſtinguatur, gente, ut videtur, Galus, claruit circa A. 460 ut ex inſcriptione Commentar. in Pſalmos *Leontio* Arelatenſi & *Ruſtico* Narbonenſi Epiſcopis nuncupata colligitur: *Leone* certè aliquantulum poſterior, quem paſſim laudat: utroque autem & *Leontio* & *Ruſtico* D. AUGUSTINO vergente jam ætate contemporaneis.

1. Iſti *in Pſalmos* Commentarii (*a*) breviſſimi quidem, ac juxta tropicum & allegoricum ſenſum conſcripti lucem viderunt *Auguſtina* vel *Baſilea*, typis Frobenianis 1522. 4. cum *Eraſmi* Commentario in Pſalmum II. Deinde recuſa *Colon.* 1532. *Baſil.* 1537. 8. (*b*) & ex recenſione *Laur. de la Barre* Pariſ. 1639. cum ejuſdem *Arnobii* Annotationibus (vid. inf.) ad quædam Evangeliſtarum loca poſt editionem *Gilb. Cognati*, Baſil. 1543 8 a *Schotto* recenſitis, & in Suppl. Bibl. PP. *Pariſ.* Tom. I. p. 388. 815. & *Lugd.* Tom. VIII. p. 203. 329. & *Colon.* 1618 (*c*). Editionem *Baſil.* 1560 memorat *Petrus Poiſetus* in Bibl Myſt. p. 186. ubi *Arnobium* hunc inter Theologos Allegoricos & Symbolicos recenſet. Docet autem *Miræus* repertos fuiſſe hos in Pſalterium Commentarios, eo ferè tempore quo *Hadrianus VI* creatus eſt Pontifex (ſcil. A. 1521) in Francodalenſi Cœnobio, inter Wormatiam & Spiram.

Eraſmus in Epiſt. nuncupatoriâ editioni ſuæ præfixâ (cum Præf. *Arnobii* ad *Laurentium*, (aliis *Leontium*,) & *Ruſticum* Epiſcopos, multis argumentis contendit, opus extra ullam controverſiam eſſe *Arnobii* celebratiſſimi Rhetoris Africani; utque hujus eſſe probet, ac ſtyli diſcrimen ac inæqualitatem conciliet, multum laborat: verùm, juxta *Sixtum* Senenſem, ſtylus inconditus, ac ſermo innumeris ſolæciſmis & barbariſmis ſcatens, palam arguit, auctorem magis quàm cœlum à terrâ diſtare ab *Arnobio* illo cujus habemus ſeptem facundiſſimos contra Gentes libros. Neque admodum Criticis ſatisfacit, quòd *Eraſmus* ad excuſandam ſtyli diverſitatem affert, nimirum de induſtriâ voluiſſe *Arnobium* ſeſe in his Commentariis ad infimæ plebis orationem dejicere, ut, depoſito omni eloquentiæ faſtu, ſe toto pectore Chriſtianum declararet apud eos, qui perſuaderi non poterant, illum ſincero animo Chriſtianam profiteri religionem: quod etſi fieri potuiſſe non abnuat *Sixtus*, temporum tamen,

(*a*) Refertur in Patinianis p. 130. *Cujacium* dicere ſolitum, ſe nullum unquam librum legiſſe, in quo non aliquid didicerit, excepto *Arnobio* in Pſalmos. (*b*) Ad cum extant *Lucini Latinii* caſtigationes in ejus *Bibl. Sacro-Prof.* p. 95-98. (*c*) *Lipenius* Bibl. Theol. I. 632.

tamen, inquit, diverſitas evidentiſſimè oſtendit utriuſque *Arnobii* diſcrimen: quædam enim loca in illis Commentariis occurrunt, *Photinianas* (d) & *Pelagianas* (e) Controverſias ſpectantia, quæ diu poſt *Arnobii* Afri ætatem excitatæ fuerunt.

Certè antiquum opus eſſe affirmari poteſt: utitur enim ejus teſtimoniis, *Arnobii* nomine prænotatis, Ven. *Beda* in Comment. Pſalmorum: Autorem verò gente Gallum fuiſſe ferè omnes conſentiunt (*f*), licèt Afrum crediderit *Sixtus* Senenſis inf. cit. » Si » quid ſuſpicionibus, inquit, & conjecturis tri» buendum eſt, conjicere poſſumus, Autorem iſtius » operis, qui ſeſe in expoſitione Pſalmi 105 inter » Sacerdotes collocat, fuiſſe *Afrum*, & *Auguſtini* » ætate in Africâ vixiſſe, atque opus ſuum nuncupaſ» ſe *Laurentio* & *Ruſtico* Afris Epiſcopis, quorum no» mina in Præfatione ejuſd. operis ponuntur: nam » & in Concilio Carthaginenſi comperio unà cum » *Auguſtino* interfuiſſe *Ruſticum* quendam in Africa E» piſc. & *Laurentium* Icoſitanum Epiſc. Provinciæ » Mauritaniæ Legatum. » Addit *Sixtus* reperiri in his Commentariis voces aliquas, *Auguſtini* temporibus ubique apud Afros uſitatas, ſcil. in expoſitione Pſalmi 131. & 138. quæ loc. inf. cit. (*g*) legi poſſunt.

2. Feruntur etiam, inquit idem *Sixtus*, poſt *Bellarm.* ad A. 285. & ex eo alii (*h*) ſub nomine *Arnobii* Afri Annotatiunculæ quædam myſticæ non magni momenti in varios, ſed paucos Evangeliorum locos, *Coloniæ* à *Quentelio* impreſſæ (vid. ſup. *p.* 624 *b. n.* 1.) de quibus ſuum cuique judicium integrum relinquit.

3. Dicendum reſtat de *Conflictu* Arnobii *&* Serapionis, *de Deo trino & uno, deque duabus in Chriſto naturis, in uno ſuppoſito, ac de Gratia & liberi Arbitrii concordiâ.* Opus in duos libros diſtributum, cujus neque Autor eſt *Arnobius* Afer: quoniam forma dicendi omninò diverſa: & (quod majus) reprehenſi *Arianı*, *Photiniani*, *Neſtoriani*; laudati verò *Auguſtinus*, *Ambroſius*, *Cyrillus* Alexandrinus, *Damaſus* & *Leo*, alium eſſe produnt: iſque idem eſſe vulgò creditur, qui in Pſalterium ſcripſit, quod & perſuadent eadem brevitas, acies animi, ſtylus neglectus, loca eodem ſenſu, ac penè verbis reddita, eædemque confutatæ hæreſes, temporis denique ratio convenientiſſima, ac *Leonis* ſummi Pontif. ætas, quâ ſcriptum fuiſſe, non difficile deprehenditur. Accedit *Alcuini* CAROLI M. Præceptoris teſtimonium in Epiſt. ad *Flavium Mercum*, & lib. 6. contra *Felicem* Urgelitanum. Quin & ante *Alcuinum* idem à nonnullis ita adverſus Arianos citatur *D. Auguſtini* nomine, *Auguſtinus in Altercatione Arnobii & Serapionis.* Hoc *Poſſevinus* ex *Feuardentio* Franciſcano, qui primus hoc opus è MSto quod in Bibliotheca Ordinis ſui extabat, edidit ad calcem ſecundæ ſuæ editionis *D. Irenæi* Colon. 1596. Annotationibuſque illuſtravit. Inde autem prodiit in Suppl. Bibl. PP. *Pariſ.* necnon *Lugd.* ac prius *Colon.* 1618. (i).

Iſtud autem opus tum ſeniori, tum juniori *Arnobio* fusè abjudicat *Oudinus*, & *Vigilio* Tapſenſi vindicat, tum in Suppl. tum in Comment. de Script. Eccleſ. (*k*) quocirca hæc obſervanda occurrunt:

1°. *Serapionis* in Ægypto Epiſcopi ætatem convenire cum *Arnobio* Seniore, minimè cum juniore. *Arnobium* pro Romanis, *Serapionem* pro Ægyptiis loqui, duobus Judicibus electis, *Decio Conſtantio* à parte Catholica, *Ammonio* à parte Ægyptiorum. *Serapionem* ordiri diſputationem, velut ambigentem de orthodoxiâ *Arnobii*. Citari equidem ab *Alcuino* ſub *Arnobii* nomine, ſed hoc intellexiſſe de *Arnobio* Afro, & ſeniore, non de juniore, nulli tunc noto.

2°. *Vigilium* Tapſenſem plurimas ejuſmodi *Altercationes* ſeu *Dialogos* compoſuiſſe ſub alienis nominibus, ut ampliorem apud poſteros authoritatem, impoſitis Patrum ſibi antiquiorum nominibus, obtineret: ideoque ab eo confictum eſſe *Conflictum* inter *Serapionem* Ægyptium, & *Arnobium* Afrum: quorum ætati non convenit argumentum.

3°. Autorem Commentarii in Pſalmos perperam à nonnullis aſſeri vixiſſe ante Controverſias de Prædeſtinatione, quippe qui hæreſeos illius Prædeſtinatianorum, a Semipelagianis poſt obitum *D. Auguſtini* gratis confictæ, expreſſam facit mentionem; porro non obſcurè ſe pluribus in locis Semipelagianum prodere (*l*), quâ de re plura *Voſſius* & *Norſius* in Hiſt. Pelag. ille *lib.* 1. *cap.* 11. iſte *lib.* 2. *cap.* 15. Certum igitur eſſe, *Arnobium* hunc juniorem Auguſtinianæ doctrinæ fuiſſe adverſarium, cùm è contra Scriptor *Altercationis* doctrinam *D. Auguſtini* in omnibus amplectatur, eandemque *ut Apoſtolica ſcripta credendam, tenendam ac defendendam* cenſeat: quod Semipelagianis è diametro oppoſitum eſt.

4°. Hoc opus in MSS. Codicibus interdum *Auguſtino* adſcriptum, in pleriſque anonymum, *Arnobio* attributum fuiſſe, quòd ſit Dialogus inter *Serapionem* & *Arnobium*.

Cæterùm juniorem *Arnobium* eſſe ſentiunt Viri Eruditi, cujus Scripta *Gelaſius* Papa declaravit Apocrypha. Hanc enimverò notam celeberrimum *Arnobium* Præceptorem *Lactantii* non ſpectare probatur ex eo quòd inter Autores Seculi V nominatur hic *Arnobius* in Cenſurâ *Gelaſii*; cùm ante *Lactantium* reponendus fuiſſet, ſi ad antiquiorem *Arnobium* ſpectaſſet *Gelaſius*; quod perperam ad eum retulit *Pope-Blount* in Cenſurâ Celeb. Auct. ad A. 303.

(*l*) Pelagianum etiam pronunciat *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. Sec. V Diſſ. 11. XXI. p. m. 206. Ita & ſenſit *Mireus* in Auctar. cap. 117. Vid. item quæ habet *Ellias Du Pin* de Comment. in Pſalmos Tom. IV. p. 220 ubi eidem quoque Autori tribuit *Conflictum* inter *Serapionem* & *Arnobium*. Atqui eum priorem *Arnobium* non fuiſſe Semipelagianum probare aggreſſus eſt F. *Piccinardus* Artemiſia, Dominicanus in libro Patavii A. 1686 edito, cui tit. *De noviſſimo opere quod inſcribitur*, Prædeſtinatus &c.

(d) Vid. Expoſ. Pſalmi 109 in quâ nominatim refellitur *Photinus*. (*e*) Vid. Expoſ. Pſalmi 108 & 117. ubi oppugnat *Arianos* ceu hæreticam illorum ſententiam, qui Prædeſtinationem ac Reprobationem tuentur. (*f*) Nullum ſane indicium, inquit *Oudinus* in Comment. ad An. 460. quòd Afer fuerit hujus Commentarii Autor; verò eum fuiſſe Gallum conjecturæ plures ſunt, licèt inde haud magnum ſibi Gallia noſtra vindicatura ſit, ob Latinitatem hujus Operis barbaram & inſulſam, affectatumque Grammaticarum legum deſpectum. Gallum quoque exiſtimat *Nat. Alexander* Sec. V cap. 4. art. 26 ut alios taceam. Ita & *Du Pin*, qui eum in Monaſterio Lerinenſi educatum putat. (*g*) Sixt. Senenſ. Bibl. ſanctæ lib. 4 p. m. 206. (*h*) *Poſſev.* in Appar. Sacro, ut & *Lipen.* Bibl. Theol. p. 271. (*i*) *Lipenius* Bibl. Theol. II. 874. ubi & memorat *Colon.* 1575. ſed perperam. (*k*) Hic pergit *Oudinus* in aſſerendâ adverſùs *Caveum* ſententiâ ſuâ breviùs in Supplem. declarat, quam improbaverat doctus Anglus in *Hiſt. Liter.* ad A. 461. quem ſecutus eſt *Olearius* p. 80.

ARNOLDI de Uſſingen (*Bartholomæus*) Eremita Auguſtinianus, Germanus eruditiſſimus, divinarum litterarum, veterumque Sanctorum doctrinæ peritus, inſignis verbi Dei declamator, doctrinæque Lutheranæ verbo, & calamo fortis impugnator. Floruit ab anno 1522. E vita migravit Herbipoli in Franconia die 9. Sept. 1532, (*a*) & in templo Auguſtiniano ſepultus, his elogiis decoratus eſt, ex *Milenſio* Alphabeto Germanico: *Mnemoſynon Religioſi* P. Bartholomæi de Uſſingen *Theologi integerrimi*, *Eccleſiæ contra Lutheranos invicti propugnatoris hic locatum* 1532. Jeſus Maria. Anno 1532. *v Idus Septembris mortem obiit eximius vir* Bartholomæus Arnoldi de Uſſingen *SS. Theologiæ, atque Auguſtinianæ Religionis Profeſſor, acerrimus hac tempeſtate adverſùs Catholicam Eccleſiam ſentientium Impugnator, cujus anima requieſcat in pace.* In pariete Refectorii ſequentia adſunt Carmina:

Olim me Luther ſit præceptore Magiſter,
Fit ſimul & Frater Religione mihi.
Deſeruit ſed ubi documenta fidelia Doctor,

Detexi

(*a*) Vid. inf. cit. (*f*) errorem *Swertii*.

Dejexi primas falſa docere virum.

Bartholomæo Arnoldi Uſſingo *Auguſtiniano Theologo*, Auguſtinus Marius *Theologus Doctor, Salomenſis Epiſcopus P. P. P. P. Diſcipulus.*

De eo ita cecinit *Henning. Pyrgallus* Hildeſianus inf. cit. (*b*)

Bartholomæum item *Uſſingum* congreſſibus iſtis
Ferbuit, & nulli celleras impetui,
Quo præcone gravi ſervata Erphordia quondam eſt,
Atrox ne virus pectora corriperet *&c.*

Elſſius (c) aſſerit *Bartholomæum* etiam Epiſcopum Salomenſem creatum, ſed incongruè; quomodo enim, ſi hoc verum eſſet, *Marius* ejus diſcipulus in Epigraphe ſupra notatâ reticuiſſet. Eum cum laude memorant *Pamphilus Cruſcenus*, *Herrera*, *Gratianus*, & *Torellus*; nec non *Fitilius* pag. 107. & *Verderius* pag. 11 Laudant quoque *Sweertius* in *Athen. Belg.* p. 157. *Val. Andreas* p. 110.; *Marracius* p. 200. Hi tres non benè aſſerunt *Uſſingen* Belgam; nam ſi fuiſſet, certum eſt, quod nec *Gratianus*, nec *Elſſius* Belgæ Germanum vocaſſent, & hac gloriâ ſuum Belgium privaſſent. Vid. *Diſſert. Hiſtor. de Ducentis Celeber. Auguſt. Script.* De eo item *Bzovius* In Annal. ad A. 1526 n. 53. *Unſchuldige Nachrichten* A. 1717. p. 551. citante *Fabricio* inf. cit. *p.* 179.

SCRIPTA:

1. *Summa Compendiaria totius Logicæ*: Tractatus ſeniem ſcripti ab Auctore in Gymnaſio Erfordienſi. Sed parum Latine, inquit *Poſſevinus* (d). *Baſileæ* 1507 4.

2. *Exercitium veterum artium*. Ibid. per Nic. Keſler. 1507. 8.

3. *Parvulus Liber Philoſophiæ naturalis, ſive interpretatio per figuras, & tabulas in Epitomen Phyſicæ tribus tractatibus abſoluta*; annexa eſt *quæſtio de quiditate quantitatis continuæ* (e). Ibid. 1511. 4.

4. *De falſis Prophetis, tam in perſonâ, quàm in doctrinâ vitandis à fidelibus.* Erfordiæ, 1525. 4. *Elſſius* hic & in ſeq. n. 5 & 7. haber 1575.

5. *De prædicatione Evangelii, quibus ſcilicet debeat conformiter Evangelium prædicari?* Ibid. 1525. 4.

6 *De Cœlibatu Sacerdotum novæ Legis*; reſponſio ad *Sermonem* Langii *de Matrimonio Sacerdotali*, quem fecit Erfordiæ in nuptiis *Culſameri* Sacerdotis. *Ibid.* 1525. 4. (*f*)

7. *De merito bonorum operum.* Ibid. 1525. 4.

8. *De tribus neceſſariis ad vitam Chriſtianam, ſcilicet de Gratia, Fide, & Operibus* Herbip. 1526. 8.

9. *Purgatorium contra Lutheranos* Ibid. 1527. 8.

10. *Libellus de duabus diſputationibus contra eoſdem.* Ibid. 1527. (*g*) & 1537 (*h*) 8.

11. *Contra rebaptiſantes, ſeu confutatio eorum, quæ Lutherus ſcripſit contra rebaptiſantes.* Coloniæ 1529. 8.

12. *De Miſſa ſtabilienda*, ubi editus ab Autoribus citatis non fit mentio.

13. *De Invocatione, & Adoratione Sanctorum.*

14. *Confutatio Sermonis Lutheri ſuper Salve Regina.*

15. *Confutatio Sermonis Lutheri ſuper Regina Cœli.*

16. *Confutatio Sermonis Lutheri de Nativitate B. Mariæ Virginis.*

17. *Libelli plures Scholaſtici.*

18. *Interpretatio in Donatum.*

(b) *Pyrg.* Carmen de Adverſ. Lutheri. edit. Lipſ. 1529. à *Fabricio* recuſum in *Centifol. Luther.* p. 690 711. Vid. p. 200 & 275. (c) *Encomiaſt. Auguſtin.* p. 115. (d) Poſſev. in *Appar. Sac.* verb. *Barthol. Arnoldus* p. m. 178. Vid. & p. 176. verb. *Barthol. Uſſingen.* B. etiam hujus meminit *Ciaconius* Bibl. ſuæ p. 340 & 362. (e) Vid. ipſa ab. verb. *Bartolom. Arnoldo.* (f) Inde colligas falli *Sweertium* ubi ſup. qui hunc ſermonem anno 1576 habitum fuiſſe ſcribit. & ex eo hinc *Elſſius*, qui tamen *Arnoldi* obitum refert ad A. 1532. ut &c., in quo & errarit *Sweertius* anno 1575 floruiſſe dicens. (g) *Elſſius* ubi ſup. (h) *Diſſert. de Script. Auguſtin.* ubi ſup.

19. *Regula & figura Conſtructionis cum vitiis Grammaticalium.*

De noſtro item *Arnoldo* quidam hæc cecinit:

Fama Bartholomæus *æviterna*,
Ipſe dicta novem ſororum,
Cui dulcedine ſua papillis
Succos ingenii beatioris,
Et lingua mera mella perdiſerta
Fuerunt Charites benigniores.

ARNOLDI (*Bernardus*) Dominicanus. *Vid.* BERNARDI.

ARNOLDI (*Caſpar. Frid.*) Livonus, Lutheranus, exeunte Sec. XVII clarus, cujus memorat *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 616. *Diſſert. de Sepulchris Hebræorum.* Witteb. 1695. in 4.

ARNOLDI (*Michael*) SS. Theol. Doctor, & Leovardiæ V. D. Miniſter, Tractatum *Tamid*, ſeu *de Sacrificio Jugi* notis illuſtravit, ut teſtatur *Surenhuſius* Præf. in Vlam Miſchnæ partem.

ARNOLDI (*Theodorus*) Germanus, ex Anglico ſermone in Latinum tranſtulit *Edwardi Leigh* in univerſum Novum Teſt. Annotationes Philologicas & Theologicas, *Lipſiæ* 1732. in 8. Vid. verb. LEIGH.

à S. ARNOLDO (*Matthias*) Bohemus, Pragenſis, Carmelita. SCRIPSIT

1. *Sacrarum Concionum pro Dominicis & Feſtis* inſigne volumen. Tranſtulit ex Hiſpanico Germanicè

2. *Opera omnia S. Thereſiæ*, additis quibuſdam Scholiis. *Herbip.* 1649. in 4. II Tomis (*a*).

(a) *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1131.

ARNOLDUS Epiſcopus Halberſtatenſis, claruit circa ann. 1011. Scripſit *Epiſtolam de inſtitutione Epiſcopatûs Bambergenſis*, quæ extat apud *Baluzium* Miſcellan. *Tom. IV. p.* 435. * *Cave* in Hiſt. Liter. p. 519.

ARNOLDUS, primò Eccleſiæ Hildesheimenſis Præpoſitus, deinde Abbas Lubecenſis, claruit anno 1209. *Helmoldi Chronicon* ſupplevit ab an. 1171. ad annum uſque 1209. In rebus Sclavonicis præcipuè meretur fidem, notante Cl. *Voſſio* (a), in cæteris haud parum diligentiæ præſtitit. Extat hæc *Continuatio* cum *Helmoldi* Chronico, præcipuè *Henrici Bangerti* notis illuſtrata, *Lubecæ* 1659. 4o. In primâ *Helmoldi* editione *Francofurt.* 1556. per *Reinerum Reineccium* nonniſi IX priora Capita habebantur. Alia Capita aliis editionibus acceſſerunt. Tandem IV ultima capita unà cum Epilogo ex MS. Codice edita ſunt inter *Henrici Meibomii* Opuſcula Hiſtorica, *Helmſtad* 1660. 4. p. 568. (*b*).

Helmoldi Chronicon & *Arnoldi* Continuationem in lucem denuo protraxit *God. Guil. Leibnitius* Script. Brunſvic. *Tom. II.* Hanov. 1710. fol. nec non loca in *Hermanni Corneri* Chronico inedito ex *Helmoldo* vel *Arnoldo* citata, quæ tamen apud eoſdem vel plane non, vel aliter leguntur, ex MSto ſuperaddit. De opere autem *Helmoldi* atque *Arnoldi* judicat, illud magis Hiſtoriam *Henrici Leonis* & majorum ejus ac filiorum, quàm Chronicon Slavorum dici mereri.

Arnoldi noſter *Oratio ante Miſſam dicenda* reperitur apud *Fabricium* in Mem. Hamburg. Tom. IV. p. 131. Hamb. 1715.

(a) *De Hiſt. Lat.* l. 2. c. 55. (b) *Cave* in Hiſt. Liter. *Oudin.* in Comment. ad A. 1200.

ARNOLDUS vel ARNALDUS, (*Seguino Arnulphus*) ex Abbate Grandiſylvæ, Ciſtercienſis Cœnobii Antiſtes, ac tandem anno 1211 vel 1212 Narbonenſis creatus Archiepiſcopus, vir pietate ac doctrinâ illuſtris, ab *Innocentio III* Pontifice Legatus *à latere* miſſus eſt in Aquitaniam, Ciſtercii Abbas adhuc exiſtens, ad profligandus Albigenſes. Quod mandatum

Digitized by Google

tum ut majori cum fructu exequaretur, Synodum collegit apud Montem Peſſulanum, in quâ doctrinæ ſuæ egregium dedit ſpecimen. Is eſt, qui de conſilio *S. Dominici* Tribunal Inquiſitionis primus erexit, aſſumpto in primum Inquiſitorem *Petro de Caſtronovo* Fontis-frigidi Monacho, ut referunt Autores non pauci (*a*). Hunc denique tanti fecit *Innocentius* Papa, ut Sermones quos ad Clerum & populum in templo Lateranenſi Romæ habuerat, in unum volumen collectos & impreſſos eidem dicaverit: ad quem *Arnoldus* pro gratiarum actione *Orationem* (cum adjunctâ Epiſtolâ) eleganti ſtylo à ſe elaboratam remiſit. Extat & *alia* ejuſdem, tunc Narbonenſis Archiepiſcopi, *Oratio* ad eundem Pontificem, *de Albigenſium hæreticorum protervâ comprimendâ*, in quâ aſſerit, ſe, ſuoſque Ciſtercienſes, *eoſdem hæreticos exterminare non poſſe*. Legitur & *tertia*, quam nomine Epiſcoporum & Abbatum ſcripſit ad PETRUM Aragonium Regem, Albigenſium fautorem: in quâ ei minatur divinæ gratiæ abdicationem, *niſi ab iniquâ ſuâ ſententiâ diſcedat*.

Cæterùm *Ang. Manriquez* in Annot. ad *Seguini* Bibliothecam, quas ad ſe miſiſſe ait *Viſchius* Bibl. Ciſt. p. 28. ſcribit hunc *Arnoldum*, antequam fieret Abbas Grandiſylvæ, fuiſſe Abbatem *Populeti*, eſſeque eundem, quem *Cæſarius* in Dialogis vocat Abbatem *de Pomane* &c. Tandemque promittit multa egregia de illo, in Tomo III Annal. ſuorum, id quod etiam præſtitit loc. inf. cit.

(*a*) Lud. Paramus *lib* 2. *de orig. Inquiſit.* Aub. Miræus *in orig. Monaſt. lib.* 5. *cap.* 19. Ang. Manriquez *Laur. Evangel. lib* 3. *d. c.* 7 & 8. & fuſius *in Annal* ad A. 1196, 1199, 1202, 1203 & 1204. & alii plures apud *Henriquez* in Menologio, 14 Maii.

ARNOLDUS *de Roterodamo*, ſive *de Hollandia* dictus, cognomine *Geilhoven*, (aliis *Gheiloven*) Decretorum Doctor & Canonicus S. Auguſtini in Viridi Valle prope Bruxellam, claruit ante medium Sec. XV. Vir in Divinis Scripturis eruditus, & regularis diſciplinæ cultor ſtrenuus, nomen ſuum variis Operibus, pro ætate ſuâ non contemnendis, poſteritati commiſit. Ut ſummam utriuſque Juris peritiam conſequeretur, eruditiſſimos quoſque Doctores, qui tum Patavii, tum Bononiæ florebant, conſuluit. In dicta domo Viridis Vallis diem obiit ſupremum 31 Aug. 1442.

SCRIPTA:

1. Grande volumen, quod Græcè inſcripſit γνῶθι σεαυτὸν, Latinè *Noſce teipſum*, ſive *Speculum Conſcientiæ*, quod Scribæ vel Typographi Græcè neſcientes inſcripſerunt *Gnotoſolitos*, MS extans in Bibl. Cathedr. Eccleſiæ Cameracenſis (*a*). Prima pars in quâ agitur de legibus & ſtatutis, de peccatis mortalibus, ſcripta eſt A. 1413. d. 26 Mai. Pars II finita A. 1414. in quâ agitur de excommunicatione & aliis cenſuris, continet Rubricas quindecim. Editum autem fuit hoc *Speculum* Bruxellis 1476 & 1479. fol. Utraque Editio extat in Bibl. Ultraject.

2. *Speculum Collationum Juris*, item *Exemplorum Philoſophorum & Poetarum*, quod opus *Val. Andreas* in Bibl. Belg. vocat *Acmiſſarium Juris tam Civilis quàm Canonici*, cujus meminit *Nic. Everardus* in ſuis *Locis Legalibus* Lovanii 1552 editis, legiturque MS. Tomis II in Collegio *Triingui* Lovanii deſcriptum, & inſcriptum *Joanni Bontio*, Juris utriuſque Doctori, Brabantiæ Cancellario. Item in Bibl. Camerac. Tomis III. Idem autem cum *Speculo Philoſophorum & Poetarum*, Opus eſſe ait *Valer. Andreas*, cui nomen *Vaticani*, quod ſe vidiſſe refert MS. Lovanii ad S. Martinum in Pergam. Tomis II diſtinctum, & A. 1424 ſcriptum, ut ipſe *Arnoldus* poſt Procemium teſtatur. In eo autem opere, quod Hiſtoriarum collectaneum eſt, tractat *de ſeptem mundi ætatibus*, *ac Romanis Pontificibus*, *Regnis*, *bellis*, *deque vitâ ac moribus Philoſophorum & Poetarum*. Accedit huic operi in fine

3. *Moralizatio currûs triumphalis*, per eund. *Arnoldum*.

4. *Confeſſionale ſæcularium*, MS. olim in Bibl Lovanii *Wameſianâ* apud Cl. Virum *Petrum Weymſium* Provinciæ Luxemburgenſis Præſidem (*b*).

Opuſcula cætera MSS aſſervantur in Bibl. Canon. Regul. Rubræ Vallis, Viridis Vallis, & S. Martini

5. *De verbis Domini.*

6. *Canonicalis expoſitio in Regulam S. Auguſtini.*

7. *De practicâ Electionis* (c).

8. *Lectura ſuper Conſtitutionibus Benedicti XIII* (d)

(*b*) Hæc ondimus in Comment. ad A. 1410. (c) *Swertius* in Athen. Belg. p. 144. (d) *Morer.* Diction. verb. *Arnoul* p. 559. edit. Baſil. 1731. ex *Val. Andreâ*

ARNOLDUS ſeu ARNOLDI (*Henricus*) natione Saxo, profeſſione Monachus Carthuſienſis domûs Baſileenſis, floruit Sec. XV. Vir religione devotus, ingenio clarus, in ſacris literis plurimum exercitatus, & Canonici Juris non ignarus: qui cùm officio Notariatûs in Baſileenſi Concilio multis annis functus eſſet, ad inſtitutum Carthuſianum tranſiit, domuſque Baſileenſis Prior præfectus, hanc multis annis laudabiliter rexit. Obiit A. 1487 (*a*) vel ut alii 1490.

SCRIPTA:

1 Multæ *de diverſis Sanctis Orationes devotæ*. Lib. I. Idem forte quem *Trithemius* & ex eo alii diſtinguunt, *Hiſtoria de diverſis Sanctis*.

2. *Sermones plures*. Lib. I.

3. *Concordantia Evangeliſtarum de Paſſione Domini*.

4. *Meditationes de Vitâ Chriſti.*

5. *De Novitiorum inſtructione.*

6. *Dialogus inter Jeſum & Mariam.*

7. *Dialogus de exercitiis*, *ſcilicet inter S. Margaretham & ejus ſervulum.*

8. Alius *Dialogus* inter eoſdem *de Cruce*.

9. *De ſancta Humilitate* ſub formâ orationis *Tract. I.* Incip. *Humanitatis perfecta* &c.

10. Iterum *de Humilitate* Tract. I. Incip. *Fratres chariſſimi homil.*

11. *Chronica domûs Carthuſienſium in Baſil.* Hucuſque, quod ſciam, hæc inedita remanſerunt: at lucem vidit

12 *Tractatus de Conceptione Immaculatâ B. Virginis.* Antverp. 1517. in 4. item

13. Tractatus *de Commendatione Charitatis*. Hunc edidit R.P. *Bern. Pezius* Bibl. Aſcet. *T. VI.* (b) p. 1-12. Ratisb. 1724. in 8. titulo ex fide Codicis Mellicenſis, ipſius auctoris ætate exarati, adſcripto: *Tract. de modo perveniendi ad veram & perfectam Dei & proximi dilectionem*, *habens fundamentum ex Theologiâ Myſticâ. &c.... editus à quodam Carthuſienſi.* Iiſdem verbis incipit Prologus quibus *Tract. de commendatione Charitatis* ex *Trithem.* Charitatis excellentia *&c.* & in fronte inſcribitur *Liber pulcher & valde utilis de Charitate*. In fine dicitur ſcriptus anno Dom. 1457. ſed legendum ait *Pezius* 1475. Conſtat Capp. LI. Capitulum ultimum continet ſalutationis Angelicæ Paraphraſim, ad cujus finem id obſervatu dignum occurrit, quòd disertè mentionem facit *Jeſuitarum*, quod

(*a*) Trithem. *de Script. Eccleſ.* cap. 872. Sixtus Sen. Bibl Sanctæ *lib* 4. p. 243. eum refert ad A. 1440. (*b*) In Præfatione hujus Tomi ſe errâſſe monet cùm in Præf. Tomi IV hunc Tractatum *Nicolao de Argentina* adſcripſit.

(*a*) Viſ. *Poſſevin.* ad calcem *Appar. Sacri*, ubi Catalogum Librorum MSS. Eccleſiæ Camerac. profert.

quod nomen ante exortum Societatem haud ſcio an apud ullum veterem Scriptorem reperire ſit. Verba *Henrici* ad B. Virginem hæc ſunt: » ô Mater ſalva- » toris, ô Mater Gratiæ! Quoniam iſte verus Fi- » lius tuus, etiam verus Dei Filius, dictus eſt ve- » rè nomine & re per myſterium JESUS à *ſalvando*, CHRISTUS ab *unctionis dono*: fac materno inter- » ventu tuo, ut nos tui pauperculi, quorum etiam » Mater dici non verecundaris, ſicut a CHRISTO » *Chriſtiani*, id eſt, *uncti* vocati ſumus, ita quoque » è *Jheſu* tuo *Jheſuita*, (ita ad apicem Codex) » id eſt, *ſalvati* vocati veraciter mereamur *&c.*

ARNOLDUS *de Tungri*, Theologus Colonienſis, & Burſæ Laurentianæ Rector, obiit Leodici Canonicus D. Lamberti. SCRIPSIT, teſte *Swertio* in Athen. Belg. p. 145.

Adverſus Speculum oculare Reuchlini. Colon. typis Quentelii 1512.

ARNOLDUS (*Franciſcus*) Parochus Colonienſis: *Antwort auf das Büchlein, ſo D. Luther wider Kayſerl. Abſchied in kurtz verſchienenen Tagen hat außgehen laſſen.* Dreſdæ 1531. 4 (*a*).

(*a*) Fabric. *Centifol. Luther.* p. 726.

ARNOLDUS *Veſalienſis* in Ducatu Clivienſi, cognomento *Haldrenius*, Canonicus & Doctor Colonienſis, floruit circa initia Sec. XVI. Obiit A. 1534. III Kal. Nov. (*a*). Vir Latinè, Græcè & Hebraicè doctus.

SCRIPTA:

1. *De Veneratione Sanctorum.* Colon. 1535.
2. *Exegeſis Decalogi*, ſive Liber ad Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Colon. 1542. in 8 (*b*).
3. *Epitome ſingularum Diſtinctionum in quatuor Libros Sententiarum, unà cum diſtichis ad ſingula capita, ſummam rei complectentibus, poſtpoſitis.* Pariſ. 1550. in 8. (*c*) Colon. 1555 in 16. *denuò cum variis exemplaribus diligentiſſimè collata, Scripturæ præterea concordantiis paſſim in marginibus, longè illuſtrior facta.* Pariſ. apud Joan. de Roigny 1558. in 16. item 1575. typis Ægid. Gorbini (*d*)
4. *Modus confitendi, pro Sacerdote.* Neomagi 1554.
5. *Partitiones locorum communium Religionis Chriſtianæ* Colon. 1568 (*e*).
6. *Conſultatio quadruplex ſuper Confeſſione Auguſtanâ* Coloniæ.
7. Liber *contra Hagiomaſtigas.*
8. Varia *Carmina Græca.*
9. Scripſit & *Præfationes* aliquot, partim ſuo, partim ſub alieno nomine diverſis Auctoribus præfixas.
10. *Macrobium* præterea & *Diomedem* caſtigavit (*f*).

[*a*] Swoert. *Athen. Belg.* p. 145. [b] *Geſner.* Bibl. fol. m. 93. *Ciacon.* verb. *Arnoldus* Weſalienſis [c] *Lipen.* II. 750 & 752. [d] *Poſſevin* in Appar. verb. *Arnoldus* Veſalienſis. [e] *idem* verb. *Arnoldus* Haldrenius. [*f*] Hæc *Ciaconius* in Bibl. ſuâ verb. *Arnoldus* Haldrenius.

ARNOLDUS è *Supercaſa*, Monachus S. Severi è Roſtunio, quem ſcripſiſſe ait *Poſſevinus* in Appar. Sacro *p. m.* 121. libellum cui tit.

PISTOLET *portans ignem inextinguibilem contra Genevenſes Hæreticos.* Toloſæ apud Jac. Colom. 1558.

ARNOLDUS (*Franciſcus*) Heilbrunnenſis (*a*):

1. *Inquiſ. Catholica de tractandis Hæreticis contra Inquiſ. Hiſpanica Defenſores*, Scripta ad Magiſtratum Reipublicæ Chriſtianæ. *Tubing.* 1607 (*b*) & 1610. 4 (*c*).
2. *Diſp. de principio & perfectione Scripturæ contra Traditiones Pontif.* Ibid. 1611. 4 (*d*).

[*a*] Beeman *Catal. Bibl. Francof.* p. 31. [b] *Lipen.* Bibl. Theol. II. 9. [c] *ibid.* p. 100. [d] *Beeman* ubi ſup.

ARNOLDUS (*Philippus*) Germanus, Lutheranus claruit Sec. XVI & XVII. Ex eo habentur ex *Lipenii* Bibl. Theol.

1. *Diſputationes Hagiographicæ V. ex Fontibus Hebraïs.* Witteb. 1608. 4.

Inter has extat Diſſert. de dicto Apoſtolico I Cor. VII. *Filii veſtri Sancti ſunt.*

2. *Anti-Magelius*, das iſt, *das nach dieſer Welt Guſtand nicht ein* certum Seculum, *in welchem die Heiligen mit Chriſto M. Jahr in Freuden herrſchen ſollten, zu hoffen ſey.* 1612. 4. Liber adverſus Millenarios.

ARNOLDUS (*Tobias*) Jeſuita, natione Germanus, patriâ Shombergenſis Moravus, tranſtulit Germanicè, ediditque, additis ſolùm initialibus litteris nominis ſui T. A. poſt præfationem,

Martini de Roa, *De Statu Animarum in Purgatorio.* Znoimæ (*a*) 1635. in 16. ex *Alegamb.* Bibl. S. J.

(*a*) *Znaim* urbs Moraviæ in Bohemia.

ARNOLDUS (*Caſpar* (a) Theologiæ Profeſſor Norimbergenſis (*b*), claruit Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Proſpectus ſive de Sacerdotum Judæorum, Gentilium & Chriſtianorum Ritibus Liber ſingularis.* Argent. 1647. 4.
2. *Lucubrationes Theologicæ.* Argent. 1649. 8.
3. *Epiſtoliſche Kirchen-Arbeit darinnen eine Vorſtellung, die Zuſammenſtimmung der Evangelien und Epiſteln.* Norimb. 1662. fol. (*c*).
4. *Anhang von den Sächſis. Wochen und Andern Gedenken-Bildern.* Extat cum *Koſſen.* Heidelb. 1668. 8 (*d*).
5. *Beſchreibung Japon, Sina &c.* Norib. 1672. 8.

(*a*) Huic, ni fallor, debentur Scripta hic enumerata, quæ tamen an alterius ſint videant alii: forte *Chriſtophori* alicujus. (b) *Du Pin* inf. cit. in *Chriſtoph.* p. 629 hæc ei. (*a*) (c) *Lipen.* Bibl. Theol. ſub tit. *Poſtilla Epiſtol. Evangel. Harmonica*, & alibi verb. *Epiſt. Dominic. & Feſtiv.* (d) *idem* ſub tit. *Ethnica.*

ARNOLDUS (*Nicolaus*) Proteſtantium Miniſter, & Theologiæ Profeſſor Franekeræ, Leſnæ in Poloniâ natus eſt 17. Decemb. 1618. Humaniores Literas didicit in Collegio Leſnenſi, ubi inter alios audiit Celeb. *Comenium*, qui tum diſcipulis ſuis *Januam Linguarum* dictabat. In Synodo Oſtrorogenſi Acolythus factus anno ætatis ſuæ 15. *Orminium* Eccleſiarum magnæ Poloniæ Rectorem primarium, eas viſitantem, biennio comitatus eſt. Exin Dantiſcam miſſus an. 1635. Eloquentiam ibi ac Philoſophiam excoluit. Anno 1638. in Poloniam reverſus, Theologiæ Concionatoriæ *Orminio* duce operam dedit, & anno ſequenti miſſus eſt in Podoliam, Iablonowienſem Scholam recturus. Hanc provinciam tres menſes geſſerat, cum à *Joanne de Potok Potocki*, terræ Halicienſis Succamerario, in Miniſtrum Verbi D. aſſumptus eſt. Anno 1641. ſuſceptis peregrinationibus ſuis, Franekeram primum petiit, ubi ſub *Maccovio* & *Cocceio* maximos in literis progreſſus fecit. Academias Groningenſem, Leidenſem, & Ultrajectenſem anno 1643. luſtravit. Franekeram reverſus, concionandi peritiâ tantopere præſtitit, ut à Friſiis expetitus, a Franekerenſi ſcholâ Miniſter fuerit, ſummo omnium plauſu, renunciatus. *Fecit* autem (a) *paulò poſt tanta omnium laus, ut nobiliſſima in Friſia virgo* Remigia à Nitzen (b) *facilis in conjugales ejus rueret amplexus anno* 1645. A Beergumenſi dein Eccleſiâ vocatus, ei conſtanter adhæſit, aliis vocationibus ſæpiùs recuſatis, ad annum uſque 1651. quo à Friſiis *Cocceio* ſuffectus eſt in Theologicâ Franekeræ Profeſſione. Hanc magnâ cum laude exercuit uſque ad mortem, quæ die

(*a*) Ex ejus *orat. funeb.* à *Marckio* habitâ 22. Oct. 1680.
(*b*) Obiit illa A. 1652 tenellâ prole relictâ; alteram verò *Arnoldus* uxorem duxit A. 1653. ex quâ filios quinque, & quatuor filias ſuſcepit.

Digitized by Google

die 15. Oct. 1680, poſt diuturnum morbum contigit. Poſt ſuſceptam Theologiæ profeſſionem cognatos Leſnenſes inviſit A. 1652. Anno 1656 quatuor Legatos extraordinarios ab Illuſtr. Hollandiæ Ordinibus ad Reges Sueciæ & Poloniæ deputaros comitatus eſt: qui Deputati *Arnoldum* à ſuis Concionibus eſſe voluerunt, ſummaque cum voluptate eum Belgicè, Germanicè, Polonicè concionantem audierunt. Per biennium hoc iter ſubſtitit: intra quod tempus magnam ſibi peperit exiſtimationem apud Cancellarium Poloniæ *Steph. Coryeinski*, aliosque Nobiles Viros, atque inprimis Ser. Electorem Brandeb. qui Concionatoris Aulici munus ei obtulit. Heidelbergam demum delegatus eſt *Arnoldus* A. 1666. ut Cl. *Spanhemium* filium ad acceptandam in Academiâ Franekerani profeſſionem Theologicam induceret, at re infectâ redire coactus eſt. * *Balius* in Diction. *p.* 348. edit. Roterod. 1720. *Morer.* pag. 557. edit. Baſil. 1731.

SCRIPTA:

1. *Maccovii* Opera, quæ ſummâ diligentiâ collegit, ordinavit. & typis mandari curavit.
2. Jerem. Dykii *Tranſlata Euchariſtica* ex Anglico ſermone in Latinum converſa.
3. Apologia pro *Ameſio* adversùs *Erbermannum* Bellarmini *defenſorem*.
4. *Diſputationes Theologicæ de ſelectis argumentis.*
5. *Commentarius in Epiſt. ad Hebræos* (c).
6. *Refutatio Compendii Manualis* Becani. *Franek.* 1647. in 12.
7. *Religio Sociniana*, ſeu *Catecheſis Racoviana Major*, *refutata*. Franek. 1654 in 4.
8. *Atheiſmus Socinianus* Joh. Bidelli *refutatus*. Franek. 1659. in 4.
9. *Diſſertatiuncula de Theologia ſuper Philoſophiam dominio.* Franek. 1667. in 12.
10. *Liber contra* Brevingii *Tribunal Conſcientiæ iniquum.* Franek. 1671. in 8.
11. *Refutatio Faſciculi Controverſiarum* Henr. Eccardi. *Franek.* 1676. in 8.
12. *De Cognitione Dei naturali.* Amſtel. in 4 (*d*).
13. *De Sacrarum Scripturarum Divinitate* in 4.
14. *De Naziræis, Rechabitis, & ſolitudine Joh. Bapt.* in 4 (*e*).
15. *Diſcurſus Theologicus*, contra D. *Joh. Amos Comenii* prætenſam *Lucem in Tenebris*, ſeu Prophetias Cotteri, *Poniatowiæ* & *Drabicii*, vulgatas, & nupero ſcripto virulento commendatas. *Franek.* 1660. in 4.
16. *Lux in Tenebris, ſeu brevis & ſuccincta Vindicatio ſimul & Conciliatio locorum Vet. & Novi Teſtamenti: quibus omnium ſectarum Adverſarii ad ſtabiliendos Errores ſuos abutuntur.* Franek. 1680. in 4. Editio tertia. Teneo & quartam Francof. & Lipſiæ apud Heybey 1687. (*f*) 104. II Vol. Utraque dicitur *magnâ parte auctior*.

» Argumentum libri, inquit noſter *Arnoldus* in Epiſt. Dedic. 3æ Edit. (*g*) ad Principem Naſſovium atque Illuſtr. Friſiæ Ordines, » continet adſtructionem veritatis, cum deſtructione falſi ſecundum Scripturæ & Fidei Analogiam, adverſus Adverſarios varii generis. Uno quaſi intuitu hic tradontur, quæ Pontificii, Sociniani, Arminiani, Anabaptiſtæ, Lutherani pro errorum ſuorum incruſtatione ex verbo Dei adferunt. In ſubſidium vocavi Orthodoxos ſcriptores, quorum authoritatem in dubium vocare, eruditionem ſuſpectam reddere, nævos, ſi qui occurrant, traducere, inhumanum eſt. Inceſſi viâ tritâ, quia tuta; quam ſemper tenuêre Eccleſiæ Friſiacæ Antiſtites, etiam illis temporibus, quibus infauſtum ſchiſma Arminianum, Eccleſias Belgii infeſtaret: ſemper eam viam obſervavi, nec me ejuſdem adhuc vel pudet vel pœniret. » In Præfatione autem *Arnoldus* monet » non ideo hunc Tractatum dici *Lucem in Tenebris*, quòd Scripturas ipſas obſcuritatis, ſed Adverſarios iniquitatis arguat, qui Soli radianti tenebras offundunt vel offundere conantur: quas nebulas ego, inquit noſter, diſpuli, ut nativa Scripturæ lux tranſpareret. » De occaſione libri docet » ſibi exſignari voluiſſe ſtudioſos controverſa cum quibuſvis Adverſariis loca, & quo medio termino ad incruſtandos errores ex ſingulis uterentur, edoceri. Ac prius quidem quoad Novi Teſtam. loca præſtitum fuiſſe in indice quem ex Anglicano edidit Celeb. D. *Marſius*. Ad utrumque verò Teſt. Clariſſ. Dn. *Eſſenius* peculiari Tractatu. In quorum priore nuda loca indicantur; in altero verò etiam Theſes Adverſariorum ex illis locis elicitæ: ſed medius terminus, qui Theſin adverſam probaret, è textu erutus non fuit; neque fundamentum reſponſionis vel ex textu ipſo vel aliunde oſtenſum. Quod a me præſtitum: ut ita per compendium habeantur & loca ipſa, & Adverſariorum dogmata ex iis, & brevis eorundem refutatio.

De acceſſionibus autem tertiæ & quartæ editionis legenda ſunt quæ ſequuntur: » Magnâ parte auctus prodit hoc opus, quia & locis controverſis auctum, quæ ſola continebat prior editio, & acceſſerunt in ſpeciem contradicentia, eaque omnia quæ *Tirinus* Jeſuita in ſuo opere Biblico prolixè corraſit, præteritis tantum quibuſdam, quæ ipſi nata ſunt à textu vulgato, & vel ex ſolâ inſpectione textûs originalis conciliantur, item quæ *Waltherus* operosè in Harmoniâ, *Friedlibius* in Theologiâ Exegeticâ, *Scharſius* in Symphoniâ, quæ *Althamerus*, quæ *Obenheymius*, quæ *Taddæus* Conciliatores expediverunt.

Editio ſecunda hujus operis prodiit, ni fallor, Franek. 1665. in 4. Prioris partem alteram teneo, *ibid.* 1663. in 8. excuſam. Pars prima anno ſuperiore lucem viderat.

De pleriſque *Arnoldi* Scriptis hæc habet *Oratio* ipſius *funebris* apud *Marckium p.* 35. » Quis eſt qui non....... prædicet *Racovianæ Catecheſeos*, in quâ Religionis dicam an impietatis Socinianæ pleniſſimum eſt compendium, curatiſſimam refutationem, quæ ſuprà fidem impiis ſeductoribus moleſta, doctis grata eſt? cujus non laudem meretur tùm *Anti-Bidellus*, quo Pneumatomachi furorem, & fatuam *Comenii* lucem extinxit? tùm *Anti-Echardus*, cujus conquiſitum & malè colligatum faſciculum ita diſſolvit, ut diſſolutarum ſcoparum hactenus retinuerit nomen? Imò quem non in mille detorſionum tenebris ineffabiliter delectat doctiſſimarum illa *Vindiciarum Lux*, quam publico toties recuſam dedit, & cujus ope tuta Eccleſia errorum evitat devia? Sed ne in hoc quidem labore acquieſcere potuit qui in Eccleſiâ voluit conſumi bonum. *Brevingii* ab eo tempore feliciter demolitus eſt Tribunal, *Erbermannum* Bellarmino *adversùs* Ameſium ſuppetias ferentem confodit *&c.*

ARNOLDUS (*Chriſtoph.*) (a) de quo inf. *Andreæ* pater, natus eſt in oppido *Kirchen-Sittenbach* prope Norimbergam A. 1627. patre *Caſparo* Eccleſiæ S. Sebaldi Norimbergenſis Diacono. Altorfi ſtudiis operam dedit, Celeb. *Hackſpanii* & *Ruperti* auditor. Angliam deinde, Hollandiam, ac totam Germaniam peragravit; quo in itinere cum eruditis viris familiare commercium

(c) Hæc *Balius* ubi ſup. (*d*) Hæc *Lipen.* in Bibl. Theol. (*e*) *Le Long* in Adden. Bibl. Sac. *p.* 1210. (*f*) Perperam *Le Long* in Bibl. Sac. 1698. niſi forſan ſit quinta, quam tamen quartam eſſe ait. (*g*) Scripta eſt Franck. 17. Febr. 1680.

(a) *Chriſtianum* perperam vocat *Elliot Du Pin* Tab. Univ. Autor. Eccleſ. *Tom.* I I°. *p.* 716 nam de *Chriſtophoro* loqui voluit, quem tamen Theologiæ Profeſſorem perperam credidit.

mercium iniit. Patriam redux, Eccleſiæ S. Mariæ Diaconus factus eſt (*b*), publicuſque Eloq. Poëſeos ac Græcæ Linguæ Profeſſor: quo munere functus eſt ad mortem uſque, quæ contigit d. 30 Jun. 1685. ætat. 58.

Varia ex eo habentur SCRIPTA, varia item è peregrinis linguis tranſtulit, aliorumque labores edendos curavit (*c*), vir diffuſæ in ſtudiis Hiſtorico-Philologicis lectionis, in cujus etiam Epiſtolis ad *G. Richterum*, Richterianarum *Appendici* inſertis, nonnulla eruditè atque ingenioſè obſervata ſe legiſſe meminit *Jo. Mollerus* inf. cit. (*d*).

Hæc tantùm ejus hic commemorabimus.

1. *Verſionem ex Anglico Germanicam* Hiſtoriæ Fanaticorum, videl. antiquorum Anabaptiſtarum, & novorum Quakerorum. *Norib.* 1661. 8. Extat in *Pantheo Anabapt. & Enthuſiaſt.* Halberſt. A. 1702 impreſſo (*e*).

2. Collectionem *Epiſtolarum XXX Philol. & Hiſt.* de *Flavii Joſephi* teſtimonio, quod is *lib.* 18 Antiq. *cap.* 4. de Jeſu Chriſto tribuit. *Norib.* 1661. in 12 (*f*).

3. *Spicilegium de auctoritate Moſis.* Vid. *Joh. Henr. Urſini* Diſſert. *de Zoroaſtre.* Norib. 1661. in 8 (*g*).

4. Opus *de Ceremoniis & ritibus omnium populorum* cum ejuſdem *Arnoldi* additamentis prodiit *Noriмb.* 1663. 8. (*h*).

(*b*) Eo forte tempore quo hæc ad *Spizelium* ſcribebat paucis poſt obitum Cl. *Joannis Fabricii* diebus. *Vices Concionatoriae jam invite* [illegible] *nec minus à Senatu noſtro ſucceſſor propediem confirmabitur.* Hæc Epiſtola quæ extat in *Amœnit. Litter.* Tom XIV. A. 1731. p. 570 ſcripta eſt Norimb. d. 5 Maii 1676. In ea de literatorum infelicitate ſe abſquando tractaturum monet. (*c*) Vid. *Moreri* Dict. Hiſtor. p. 557. edit. Baſil. ubi citatur *Omeis* Diſſ. de claris Norimb. *Morhof.* Polyhiſt. Liter. & Philoſophicum. (*d*) *Iſag. ad Hiſt. Cimbr.* II. 8 apud *Fabricium* in Hiſt. Bibl. ſuæ P. II. p. 196. (*e*) *Fabric. ibid.* p. 194. (*f*) *Idem* in Bibliogr. Hiſt. &c. p. 11. (*g*) *Le Long* p. 616. Bibl. Sac. (*h*) *Fabricii* Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt. p. 478.

ARNOLDUS (*Andreas*) *Chriſtophori* ſupra laudati filius, Patri ſucceſſit in officio Prof. Publ. & ad D. Mariæ Diacon. Norimb. Obiit anno 1694 (*a*): SCRIPSIT præeunte Viro Cl. *Joan. Fabricio* filio

1. Diſſertationem *de Denario S. Petri.* Altorf. 1679. in 4. (*b*) quam deinde inſeruit ipſe *Fabricius* in Amœnit. Theol. *Helmſt.* 1699. in 4 (*c*).

Nomen ſib. fecit inprimis ille *Arnoldus* editis aliquot veterum Autorum opuſculis hoc tit.

2. *S. Athanaſii* Epiſc. Alexand. *Syntagma Doctrinæ ad Clericos & Laicos.* Valentiniani & Marciani *Impp.* Epiſtolæ duæ *ad Leonem M.* Theod. Abucaræ *Tractatus de Unione & Incarnatione.* Singula, præter *Marciani* priorem Epiſtolam Latinè exſtantem, utrâque linguâ primùm prodeunt cum Notis, edente *Andrea Arnoldo* C. F. Norimbergenſi. *Pariſ.* apud Vid. Edm. Martini & Joh. Boudot 1685 in 8.

Tria hæc antiquitatis Eccleſiaſticæ monumenta in Anglia, partim ex *Voſſianâ*, partim ex *Bodlejanâ* Bibliotheca deſcripſit Editor, qui ea deinceps in Gallia bono publico donavit, hortantibus Viris eruditis *Menagio*, *Bigotio*, *Cotelerio* & *Baluzio* (*d*).

Primum, quod *Athanaſii* nomen præ ſe fert, non alium agnoſcere autorem, quàm celeberrimum illum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopum, ex eo perſuaſum ſibi habet, quod antiqui codicis inſcriptionem confirment ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ ἀποκρίσεις τῆς ἁγίας συνόδου in Bibliotheca Regia repertæ, nec ſtylus ab Athanaſiano multum diſcrepet, & præterea in *Athanaſii* tractatu *de Virginitate* & in *Exhortatione ad Monachos* nonnulla, quæ cum hoc *Syntagmate* aliquatenus congruunt, legantur.

E duabus *Valentiniani* & *Marciani* ad Leonem M. *Epiſtolis* priorem, quæ jam antea Latinè in Operibus *Leonis* prodierat, novâ Verſione non indignam judicavit, cùm prior illa quodam modo imperfecta videretur; ex quo etiam colligit, quod Epiſtola illa non Latinè ſcripta, ſed ex Græco fonte hauſta fuerit. Poſteriorem, quæ nunquam antea neque Græcè, neque Latinè lucem publicam aſpexit, tanto lubentius evulgavit, quod eam Actis Chalcedonenſis Concilii perquam neceſſariam cenſeret. De utraque *Paſchaſium Queſnellum* recentiorem Operum *S. Leonis* editorem conſuluit, qui priorem ad annum 452, alteram ad annum 453 pertinere reſpondit.

Quod ad *Abucara* Tractatum ſpectat (*e*), cur huic non æquè ac *Athanaſiano Syntagmati* & dictis *Epiſtolis* Notas addiderit, in cauſâ eſſe dicit venerandum Unionis perſonalis myſterium, quod mirari potius quàm rimari voluerit, cùm præſertim, ob iter, cunctationis impatiens, ſufficiens temporis copia haud ſuperfuerit. Virum verò quendam doctum in Anglia *Theodori* hujus ætatem ad ſeptimum Seculum retuliſſe meminit, & Καρῶν civitatem, ubi Epiſcopi officio functus eſt, non aliam eſſe exiſtimat quàm quæ apud *Ptolemæum* lib. 5. c. 18 Καῤῥῶν nomine venit, & in notitia Eparchiarum, quam manu ſcriptam tenet, Καῤαὶ appellatur. »Cæterum (ſic pergunt Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1685. p. 510) etſi »tium de primo è tribus monumento, quod *Athanaſio* vindicare viſum fuit Clariſſ. *Voſſio*, ac editori *Arnoldo* judicium meritò ſuſpendimus: non poſſumus tamen non ex *Novellis Reipublicæ Litterariæ* »... (*f*) huc transferre, quæ de illo opuſculo vir, »quiſquis eſt, doctiſſimus cenſuit.» Hic obiter laudant Eruditi Lipſienſes Clariſſ. *Balii* magnam variamque eruditionem, ingenii acumen & elegantiam, ſtylique venuſtatem, & poſt pauca (quæ nihil ad nos) ipſum Excerptum ex Epiſtolâ exhibent, quâ oſtenditur, ſcriptum ab *Arnoldo* publici juris factum non eſſe Divi *Athanaſii*.

Rationes, quibus motus fuit *Arnoldus*, ut *D. Athanaſio* illud opus aſſereret, hæ ſunt: 1) Quod titulus ei tribuat: 2) Quòd in Codice MS. Bibl. Regiæ, cui tit. *Quæſtiones Canonicæ & Reſponſiones S. Synodi*, bina ex hoc libro loca tanquam *S. Athanaſii* citata deprehenderit. 3) Denique quod complura hic occurrant, illis quæ alibi in *Athanaſii* libro *de Virginitate* habentur, planè conformia (*g*). Quibus reponi poterit (1) titulum à ſcribâ fuiſſe adjectum eâdem ratione, quâ librarius aliquis cùm *Novatiani* nomen libro cuidam præfixum videret, expulſo illo, *Tertullianum*, ut celebrius & minus exoſum, ſubſtituit (2). Synodum illam, quæ *D. Athanaſio* laborem hunc adſcribit, juxta ipſum *Arnoldum* ſeculo demum IX habitam fuiſſe, quo tempore, prævalente ubivis bonarum literarum ignorantiâ, facilis error fuit in aſſignando vero Autore Codicibus MS. (3) Scriptum, de quo agitur, à *S. Athanaſio* in ſuis Operibus nullibi eſſe agnitum, nec à quoquam Patrum eidem tributum (4). Certum eſſe, *Athanaſii* temporibus neque communionem inter Monachos fuiſſe, nec regulam, quarum tamen mentio in hoc libro occurrit. Hac de re plura loco cit. reperies, quæ huc tranſcribere vetat brevitas in opere noſtro requiſita. Attamen prætermitti non poteſt quod addit Autor Epiſtolæ, librum inſcribi tertium ad *Quirinum*, & certum quidem eſſe, in operibus *Athanaſii* duos libros ad *Quirinum* comparere, ſed ſcriptos contra Judæos; denique illuſtrem *Bigotium* perſuaſum eſſe neutiquam *Athanaſium*, ſed alium quendam ex veteribus eſſe Autorem hujus libri, luce alioqui publicâ digniſſimi.

Cæterum Autor eſt Epiſtolæ Vir Cl. *Jac. Baſnagius*,

[*a*] *Zeltner* in Vitis Theol. Altorf. ubi de *Joh. Fabricio* filio p. 425. n. 7 lit. ddd. [*b*] Slueter *Propyl. Hiſt. Eccleſ.* p. 277. [*c*] Vid. *Bibl. Germ.* A. 1720. Tom. I. Art. III [*d*] *Nov. Rep. Litter.* Jun. 1685. p. 682. edit. 2dæ.

[*e*] Vid. ſup. p. 28. n. 43. [*f*] Menſ. Jul 1685. Hic inſerta eſt Epiſtola ex Rothomago ad *Ballum* ſcripta [*g*] Hæc, inquit *Oudinus* ſuſ. cit. n. (4).. quamvis legerim in præfatione *Arnoldi* adi-.. nomine hujus . [illegible] vix tamen mihi unquam perſuadere potui, ut opuſculum illud *S. Athanaſii* genuinum crederem. [illegible] tem veteres alii, & inter cæteros *Jac. Baſnagius* &c. Pro ſe item habet Virum Clar. *Steph. le Moyne.* Vid. *Nov. Rep. Litter.* Jan. 1686 p. 50. edit. 2dæ.

gium, quâ per *Balium* evulgatâ, ſuam iterum ſententiam tuitus eſt *Arnoldus* Epiſtolâ Norimbergæ ad eundem *Balium* datâ die 8 Jan. 1686. (*h*) At idem *Baſnagius* expreſſâ Diſſertatione reſpondit, Roterodami A. 1687 impreſſâ (*i*), cui utraque & ipſius & *Arnoldi* Epiſtola præmittitur, quo rectius de totâ controverſiâ judicium feratur.

Non alias affert rationes *Arnoldus* in Epiſtolâ ſuâ, quàm quas jam ſupra attigimus: alias verò plurimas addit *Baſnagius* in Diſſertatione ſuâ, quibus adhuc mirum in modum Opuſculi iſtius ſub *Athanaſii* nomine editi, fidem elevat (*k*).

De illo Cl. *Guil. Cavei* ſententiam adnectere lubet: » Spurium eſſe, inquit, plurima ſunt quæ ſuadeant: inprimis præcepta quæ inibi deprehenduntur Monachis » data, de bonis renunciandis, de decimis ex ſolvendis, conjugium Clericis prohibitum, & Monaſticæ » Regulæ mentio; ut de alto circa ejuſmodi librum » Veterum ſilentio nihil dicam. *Athanaſii* igitur cujuſdam junioris opus ſit neceſſe eſt, quod nec ipſe Cl. *Voſſius* mihi hic de te coram agenti diſſimulavit. Cùm verò Codex MS. 500 vel 600 annorum ætatem ferat, opuſculum eſt neutiquam contemnendum, etſi *Athanaſio* noſtro non adſcribatur.

Cætera vide in *S. Athanaſio.*

(*h*) Extat in *Novellis* Martii 1686. (*i*) Extat cum Epiſtolâ D. *Chryſoſtomi* ad *Cæſarium* Monachum, *&c.* Vid. *Nov. Reip. litter.* Maii 1687. & *Acta Erud.* Lipſ. ejuſd. anni p. 563. (*k*) Hæc *Baſnagii* adverſus *Arnoldum* argumenta prolixè ſatis exponit *Oudinus* in Comment. *Tom. I. col.* 376-379 ubi de S. *Athanaſio*

ARNOLDUS (*Simon Joannes*) Eccleſiarum Balliviæ Sonnenburgenſis in novâ Marchiâ Brandenburgicâ Inſpector, varia *Baconis de Verulamio* Opuſcula Hiſtorico Politica, aliaque ex Anglico in Latinum ſermonem vertit, *Hafniæ* 1694. in fol. edita, indeque in nuperâ *Baconis* Operum Editione *Amſtel.* 1730. Tom. VII. ut ſub ejus nomine dicetur. Latinè vertit inter alia *Titulos Honorum* Jo. Seldeni, Notaſque addidit. Francof. 1696. in 4. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1697. p. 48.

ARNOLDUS (*Gothofredus*) Annaberga Miſnicus, natus A. 1666. patre cognomini, & Scholæ Oppidanæ Collega ſexto, diſcipulus *Daſſovii*, *Schurzfleiſchii*, *Quenſtedii*, *Waltheri* & *Deutſchmanni* à vitiis eorum, qui ſtudioſi ſive academici vocantur, diligenter ſibi cavens, oblatam A. 1697 à Seren. Haſſiæ Landgravio Profeſſionem Hiſtoriarum acceptavit quidem, & muneris ſui partes omni fide ac indefeſſâ implere laboravit, ſed putans, deſtitui ſe expoſitâ conſcientiæ libertate ac lætitiâ, trahique à Deo ad res meliores magiſque neceſſarias, miſſâ hâc ſpartâ ſponte abiit (*a*) anno ſequente 1698 Quedlinburgum, vitamque ibi egit privatam, nec tamen ſine perſecutione, donec Seren. Vidua Ducis Iſenaco-Saxonis eum vocaret *Alſtetium* alias *Aiſtadium*, ad Conciones Aulicas habendas, ubi ab A. 1700 per quinquennium manſit; ſed A. 1705 à Sacratiſſ. Boruſſorum Rege FRIDERICO collata ei fuit, juxta cum Hiſtoriographi Regii munere ac titulo, Inſpectio Diœceſeos Werbenſis in veteri Marchia, & poſt biennium Perlebergenſis, cui præfuit uſque ad annum 1714. quo perpetuis laboribus confectus & debilitatus, in ambone ſtans & ſermonem faciens funebrem, deliquium animi ſenſit, & paucis poſt diebus, in quibus ſub inde pia & ſalutaria locutus eſt verba, animam Deo ſuo, quem timebat & amabat quàm maximè fidei charitatis ac ſpei plenus, reddidit Perlebergæ (*b*) d. 30 Maii ejuſd. anni 1714. anno ætat. 48. (*c*) Vir, ut in Concione funebri dicitur, illuminati intellectûs, miſericordis rigoris, ſummæ vigilantiæ, miræ laborum tolerantiæ, prudentiſſimæque ſimplicitatis (*d*).

Laudatur in Diario Litterario inf. cit. tanquam doctus, ſolidus, ac pacificus Theologus, & præjudiciorum vacuus, in quo pietas eruditionem, licèt vaſtiſſimam, ſuperavit: genuinus Myſticus, qui quæ alios docebat, ipſe præſtabat: defuncto *Spenero* inter Myſticos celebratiſſimo, tanquam Patriarcha *Pietiſtarum* (quos vocant) habitus eſt: verùm ſicuti vulgò hoc nomine donantur qui abuſus in Eccleſiam illapſos reformare conantur, & remiſſiorem doctrinam impugnant, hæc imputatio nonniſi in gloriam ei cedere poteſt (*e*). Ad *Pietiſmi* criminationem referri poſſunt quæ habet *Jac. Foertſchius* in Diſſ. de *Valent. Weigelio* (*f*): » Porro, inquit ille, » inter eos qui de *Weigelio* amicius ſentiunt, meo quidem judicio etiam locum obtinet *Godef. Arnoldus*, » quippe qui eum in Hiſtoriâ ſuâ magis defendere, » quàm falſæ doctrinæ poſtulare videtur. Sed hoc » modo male functus eſt Hiſtorici partibus, quem à » favore adulandique conatu alienum eſſe, atque res » neglectis præjudiciis oportebat exponere. Neque » verò adeo miramur favorem, quo *Weigelium* amplectitur; non enim obſcurum eſt ejus ingenium. » At verò hoc indicio, ut ſorex, ſe prodidit, & quod » forte diſſitus credidiſſent homines, ſe *Weigelii* haud » diſſimilem eſſe, Fanaticorumque clanculum, ſi non » aperte, caſtra ſequi indicavit. Profectò non vana » eſt ſuſpicio, nam & alias palam fecit, quàm amicus eſſet eis, dum illorum morem ſecutus, humanam ſprevit eruditionem, adeo ut ſuo quoque merito Fanaticiſmi arguatur à Cl. *Buchnero*, inf. cit. (*g*).

SCRIPTA:

1. *De lotione manuum*, ad factum Pilati *Matth. XXVII.* 24. Witteb. 1689. in 4 (*h*).

2. Epiſtola *S. Clementis* ad Corinthios, & *Barnabæ*. Utramque *Luneb.* A. 1695 Germanicè emiſit *Arnoldus* (*i*).

3. S. Macarii *Homiliæ* Germanicè redditæ *Lipſiæ* 1696. & 1699. cum ejus opuſculis & quibusdam apophtegmatibus, at ſine illis Dni *Cotelerii*, quæ in Editione D. *Pritii* comparent (*k*).

4. Das Leben der Glaubigen: *Vitæ Patrum* aliquot ex *Roſweydo* & aliis collectæ, eorum ſcilicet qui annis 200 ab hinc vixerunt, Germanicè verſæ, ac in Epitomen plerumque redactæ, ad uſum Proteſtantium, editæ ſub tit. *Vitæ fidelium*, vel *credentium*. Halæ 1700. vel 1701. 4. interprete *Gothof. Arnoldo*, qui & aliis, *Bernardi* v. g. *Tauleri*, *Rusbrochii*, *Gerhardi Magni*, *Kempiſii* &c. annexuit Vitas; ſuntque eædem in Belgicum idioma translatæ & publicatæ. Has poſtquam *admiratione dignas* pronunciavit *Petrus Poiretus* (*l*), hæc ſubjungit: » erunt procul dubio qui » contra contendant, eas *riſu* potius vel *contemtu dignas* » debere dici: verùm, quid judicium de rebus divinis ac ſpiritualibus ad brutas animas, quæ olim » non ſine pudore licèt ſine fructu, ſententiam mutare cogentur? Vid. Sap. V. 1-14.

5. *Epiſtolæ* nonnullæ *Spirituales & Myſticæ* Cardinalis *Petrucci* Germanicè converſæ per *G. Arnoldum*, & Francof. A. 17[illegible] a excuſæ (*n*).

6. Lutheri *Poſtilla Eccleſiaſtica* cum Præf. B. D. *Phil. Jac. Speneri.* Editio nova, in quâ loca in aliis omiſſa reſtituuntur ex editionibus A. 1528. 1532 & 1543. *Lipſ.* 1700. fol. & additâ partis quartæ loco nova Collectione Concionum *Lutheri* in Epiſtolas & Evan-

[*a*] Publico ſcripto hujus facti cauſas expoſuit A. 1699. [*b*] *Miſcell. Lipſ.* A. 1717. Tom. IV. p. 180. [*c*] Quæ, ubi ad ejus ſepulturam deventum eſt, contigiſſe narrant, vid. inf. cit. (*n*)

[*d*] Hæc ex *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. II pag. 474 [*e*] *Journ. litter.* A. 1714 Tom. IV. P. I p. 238. ubi enarratur *Arnoldi* obitus. [*f*] Extat in *Miſcell. Lipſ.* A. 1731. Tom. X. Obſ. 211 Vid. p. 175. [*g*] Buchner. *de uſu eruditionis in Scripturis* Cap. II. Sect. I. p. 218. [*h*] *Ie Long Bibl. Sac.* p. 616. [*l*] Poiret *Bibl. Myſt.* p. 303. [*k*] *idem* p. 196. [*l*] *idem* p. 302. [*m*] *Idem* p. 307.

Evangelia, ibid. 1710. fol. curante *Godofr. Arnoldo* (o).

7. *Lutherus ante Lutheraniſmum.* A. 1706. Liber quem conſociatis ſtudiis compoſuiſſe dicuntur (*p*) noſter *Godfr. Arnoldus* & *Brru. Petrus Karl* ſub nomine *Jeremiæ Heracliti Chriſtiani.* Adverſus utrumque ſcripſit *Alb. Joach. Krackewitzius* (q) Examen novæ hypotheſeos de Luthero ante Lutheraniſmum *&c.* (*r*).

8. *Kurz gefaſte Kirchen-Hiſtorie des alten und neuen Teſtaments.* Epitome Hiſt. Eccleſ. V. & N. Teſtamenti. *Lipſ.* 1697. 1700. 1708. in 8 (*s*).

9. *Kirchen-und Kezer-Hiſtorie von Anfang des neuen Teſtaments bis auf das Jahr Chriſti* 1688. ſive *Hiſtoria Eccleſiaſtica & Hæretica* &c. Francof. 1699-1700. fol. Part. IV. Tomis II. Ejoſd. Supplementa, illuſtrationes & emendationes *zur Verbeſſerung der Kirchen-Hiſtoria*, ibid. 1703. 4. Prodiit item Belgicè *Amſtelodami* ante ano. 1702. Deducitur hæc Hiſtoria ab initio N. Teſt. ad A. C. 1688. & laudatur ab his, culpatur ab illis. Laudant *Chriſt. Thomaſius*, Burc. G. *Stravius*, Caſp. *Calvörius*, Chriſt. *Democritus*, id eſt, Jo. *Conr. Dippelius*, & *Joach. Langius*, qui tamen non ab omni eum nævo immunem pronuntiant; immò ipſe *Arnoldus* imbecillitatem ac nævos ſuos agnoviſſe dicitur cum alias, tum in Supplem. hujus operis. Culpatur verò ac refutatur ab *Ern. Salom. Cypriano*, ab *Anonymo* quodam, in Exam. hujus Hiſtoriæ (*t*), ab *Elia Veielio* apud *Cyprian.* in Animadv. p. 93. *Feuſtkingio* in Diſp. de Erroribus *Arnoldi*, Jo. Frid. *Corvino*, Joach. *Morgenwegio*, *Pfannero* in ſincero judicio, ejuſque Declaratione, *Jo. Gottl. Stolzio*, in Reſp. ad *Arnoldi* Apologiam, *Joach. Zentgravio*, Joh. *Fechtio* loc. inf. cit. (a) & alibi (vid. inf. cit. (*aa*) porrò *Wirtenbergenſibus* in Examine, *H.G. Wachtero*, *Clarmundo*, id eſt, *J. C. Rudigero*, in peculiari Tractatu, *Thom. Ittigio*, *Sideralto* ſive *Hocheiſenio* in litteris ad *Schelgaigium*, & ab ipſo *Schelgaigio*, V. E. *Luſchero* in Diſſ. de *Arnoldi* lapſibus, & alibi, *Jo. Jac. Ferbero* in Diſſert. de Fanaticis in rect. rat. injuria, *Wilh. Ern. Tenzelio* in Bibl. curioſa, *Aſc. Engelke* in biga Diſſert. de Deo & peccato, Autore *Mixtar. Cogit.* P. I. *Georg. Serpilio*, *Chriſt. Gottl. Kochio*, Polyc. *Lyſero*, Dav. *Scaltero*, H. *Babrio* Præf. in *Aradiam* Antipietiſtam, *Zach. Grapio*, Joh. *Diecmanno*, G. Frid. *Stiebero*, And. Dav. *Catolo*, Frid. *Arnkirho* in Defenſ. Chriſtianiſmi Septentr. *Barth. Botſacco*, *Wilke*, *Mayero*, *Niebenkio*, *Weidnero.* Quorum aliquot teſtimonia allegat Auctor *Bibliothec. nullis partibus addicti* Tom. I. 68. 631. 690. & *J. C. Colerus* in Hiſt. Vitæ *Arnoldi* (x) Sect. VI. p. 875. Qui verò eum defendunt, illi exiſtimant cum *Jo. Val. Andrea*, laudandos eſſe, qui errores ſui ſeculi taxant; cum *Aug. Eleutherio* (y) & *Gal. Abrahamz* in Apol. *pag.* 47. iis, qui pro hæreticis habentur, ſæpè factam eſſe injuriam; cum *Spangenbergio* in Boniſ. *p.* 40. diſſentientes facilè hæreticorum nomine & calumniis onerari, ſicut BONIFACIUS *Arnolphum* Doctor. Bavar. non aliâ de cauſâ, quàm quòd a ſuis diſcreparet ſententiis, inter hæreticos retulit; & cum *Scherzfleiſchio* in Epiſt. Arcan. *P. I.* 138. nos, inquit Cl. *Fabricius* Lutheranus, nihilò eſſe meliores aliis ſectis, & æmulationem contentionemque in conſuetudinem noſtram vertere.

Scopus autem hujus operis, cujus dedit ipſe Compendium, eſt oſtendere: 1. Sæpè pios & illuminatos viros, ſicut Chriſtus ejuſque diſcipuli & Apoſtoli, immeritò hæreticos declaratos: 2. Antiſtites Eccleſiæ, Epiſcopos, Paſtores, & Doctores plerumque verorum Chriſtianorum perſecutores, ſectarumque Auctores fuiſſe: 3. Concilia & Synodos plurimum conſtitiſſe ex hominibus contentioſis & ſpiritu Dei carentibus: 4. Eccleſiam ſub cruce lætiſſimè floruiſſe, nec majorem partem feciſſe, ſed gregem fuiſſe puſillum, & perſecutionem paſſam: 5. Romanam Eccleſiam ſemper magni æſtimaſſe, & pro ſanctuario habuiſſe res externas, imagines, umbras, Sacramenta, ritus & cærimonias, & hoc in cultu, quod inſtar *Agara* quid mereri credidit, laboraviſque, liberam *Saram* odiſſe & perſecutam eſſe. Sic quidem recenſet Auctor Vitæ *Arnoldi* B. 3. P. I. & ex eo *Joan. Fabricius* in Hiſt. Bibl. ſuæ *P. II.* obi errores *Arnoldi* plurimos ab aliis notatos, alioſque à ſe obſervatos indicat *p.* 454-473.

Nunc de Hiſtoriâ adeo famoſâ Virorum aliquot Eruditorum judicia ſubnectere Lectoribus non erit ingratum.

» Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam *Arnoldus*, judice » Cl. *Jo. Alb. Fabricio* (z) recte Apologiam Hære» ſium Schiſmatumque inſcripſiſſet, cujus quàm ſuſ» pecta ſit fides, ubi innumeris meritiſſimis viris de» trahit, ubi veteres ac recentes turbarum in Eccle» ſiâ, novorumque dogmatum Auctores tuetur, tot » ſcriptis editis demonſtratum eſt à viris præſtantiſ» ſimis, *Jo. Phil. Storrio*, » aliiſque compluribus ſupra nominatis.

Extat in *Miſcell. Lipſ.* A. 1717. Tom. V. ſub nomine *Chriſtm. Orthophili* Obſervatio CX Hiſtorico-Critica *de Parallelismo Sandio-Arnoldino*, in quâ contendit, quemadmodum olim *Chriſt. Sandius* Hiſt. Eccleſiaſticæ nucleum *non alium in finem compoſuit, quàm ut Arianiſmum omnibus, quibus poſſet, viribus promoveret*: ita plane *Godof. Arnoldum* Hiſtoriam ſuam *nullum alium in finem compoſuiſſe, quàm ut Indifferentiſmum Religionum univerſalem feliciter propugnaret, viribuſque omnibus promoveret.* Conviciis utrumque pariter quamplurimis onerat, quæ huc referre pleriſque forte Lectoribus tædioſum foret. Subjiciam tamen quæ pro ſe adducit acerba *Fechtii*, in *Arnoldum* verba (*aa*) quibus inſinuat » nunquam ſibi de futuram occaſionem amplioribus exemplis id planum » faciendi, quòd tota illa *Arnoldi* Hiſtoria Eccleſiaſ» tico-Hæretica, eo præcipuè loco, obi totius Ec» cleſiæ Lutheranæ in ipſo fundamento doctrinæ mo» rumque corruptionem, lapſumque ejus in ſtatum » toto cælo à verâ reformatione diverſum, infinito » argumentorum numero comprobare annititur, non » alia fide, quàm falſariâ nitatur. Ut petulanter cæ» cutiant neceſſe ſit qui technas, fraudes, dolos, præ» ſtigia, quibus totum Opus Lectori imponit, ocu» lis ſuis cernere & percipere animo noluerit, aut » fanatico ſpiritu ita ſint ebrii, ut diſcernere inter » bonum malumque, inter verum falſumque prorſus amplius non poſſint » & alia ex *§.* 7. p. 9.

De eo ſic loquitur *Starckius* Paſtor Siebenbaümenſis loc. inf. cit. (*bb*) » Mirandum magis, an de» teſtandum dicam *Godofr. Arnoldi* in Auctores, quos » allegat, ſacrilegium, quo penſi nihil habet, prout » ſuæ videt ſcenæ inſervire, mox truncare quidam » particulâ

[o] *Fabricii* Centif. Luther. *p.* 299. [p] *ibid.* p. 585. [q] *ibid.* p. 55. [r] Vid. *Diar. Erud.* Dec. 1719. [s] *Fabric.* Bibl. Græc. *Tom. XII. p.* 153. [t] *Vid.* J. G. Eckarti *Extract. menſtr.* ad A. 1700. p. 296. [u] *Godfr. Arnoldum*, qui pro ſubtili idololatria (ut loquitur *Fabricius* in Centifol. Luther. *p.* 389) reprehendit *ſancti* ac *divini* elogium *Luthero* tributum, oppugnat a. D. *Jo. Fechtius* Crit. in *Arnoldi* Criticam § 3. &c. [x] *Hiſtoria* Gothof. Arnoldi, *quâ de vitâ, ſcriptis, aliiſque illius non copioſè magis quàm verè atque idoneâ fide exponitur*: præmiſſa eſt Diſſertatio Critica *de corruptoribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*; cum Præfatione *Gottlieb. Wernsdorfii* &c. Witteb. 1718. in 8.

De ſalute *Arnoldi* multùm incertus eſt ille *Wernſdorfius*; quâ de re duo infauſti ominis in ejus ſepulturâ acceſſiſſe refert: id ſcil. iis qui cadaver in foveam deferebant oculos ſubitò nebulis obfuſcatos fuiſſe, mentemque aliquantiſper turbatam: *alterum*, quòd totis licet viribus adhibitis, attamen impedire non potuerunt quin primum deſcenderet caput. Sic, addit ille, ſepeliri debebat obliquè qui obliquè docuerat. Vid. *Diar. Erud. Pariſ.* Jan. 1721. [y] Lib. *de Arb. Scient. boni & mali*, cujus extractum habetur in lib. *de Hæreticis* pag. 52.

[z] *Bibl. Græc.* Tom. XII. p. 176. [*aa*] Ex Diſp. Anti-Arnold. *de ſanctitate Miniſterii Eccleſ.* §. 54. p. 86. [*bb*] Diſſ. *de vitiis allegationis Auctorum*, quæ extat in *Miſcell. Lipſ.* A. 1718. Tom. VII. Obſerv. 147. Vid. *p.* 82.

» particulâ, mox augere ex ingenii ſui deliriis, mox » affuere illis aliquid, mox rerum eripere, & pro» cul omni candore, ſolâ calumniandi libidine in eo» rum protervè ſcripta debacchari.

Joh. Wolfg. Jager in libro A. 1707 impreſſo (*cc*) *Arnoldum* iis annumerat, qui ſub prætextu magnæ pietatis totam Eccleſiam turbant, atque non tantum fidei luxantia, imò evertentia obtrudunt, ſed etiam praxin omnem Eccleſiæ jam ab Apoſtolico tempore fundatam evertere ſatagunt. Horum principium in Germaniâ facit *Arnoldum* noſtrum, quamvis jam meliora de ipſo ſperet, poſtquam in gratiam cum Eccleſiâ Lutheranâ redierit, & Auguſtanæ Confeſſioni ſub religione juris jurandi ſubſcripſerit.

His autem *Arnoldi* adverſariis magis æquo videtur animo Cl. *Frid. Guil. Bierlingius*, cujus de illo judicium hìc integrum apponere (*dd*) non gravabitur. Sic igitur Vir ille doctus: » Multa in eo (*Arnol-* » *do*) reperiri optimo judicio ſcripta, qualia in ali» is ejuſdem argumenti libris fruſtra quæruntur, ne» gari nequit. Apoſtolica ſimplicitas, & ſtatus pri» mæ Eccleſiæ pro norma ponitur: modus agendi » contra diſſentientes, cum Chriſtianâ charitate parum » conveniens, improbatur; vitia magnorum in Eccle» ſiâ & Republicâ virorum non tacentur: multos » Hæreticos maculâ notatos, vel errorum, vel cri» minum falſò inſimulari oſtenditur. Ex quibus om» nibus colligere licet *Arnoldum* facta & res geſtas » malâ fide, aut datâ operâ non corrupiſſe, aut oc» cultaſſe, falſaſque illis circumſtantias adfinxiſſe. » Quemadmodum verò, dum præjudicatæ aliorum » opiniones à viris doctis obſervantur, fieri poteſt » ut novæ non ſentientibus obrepant: ita ſapiens & » diſcretus Lector ſequentes in *Arnoldo* nævos facilè » animadvertet. Propendet in ſiniſtras adverſus illos » qui ſibi diſplicent, vel quorum fervorem & do» minatum in conſcientias non approbat, ſuſpiciones, » & inde natas conjecturas: in ſcriptis & miraculis » ſuppoſititiis admittendis facilem ſe nimis præbet; » Theologicæ Myſticæ addictos pro teſtibus veritatis » habet, dogmata illorum obſcura & cum ratione » pugnantia commendat, ſingulares actiones & ecſta» ſes pro motibus ſpiritualibus venditat, & ſi quæ » alia hujus generis. Ipſe verò in Supplementis, il» luſtrationibus & emendationibus ingenuè multa » correxit.

10 *Hiſtoria & Deſcriptio Theologiæ Myſticæ, ſeu Theoſophiæ arcanæ & reconditæ, itemque veterum & novorum Myſticorum.* Francof. apud Thom. Fritſch 1702. in 8. (*ee*). Germanicè primùm lucem vidiſſe, patet ex Præfatiunculâ. » Etenim, inquit noſter Arnoldus, » non ſoli patriæ illud Scriptum) velu» ti natum quidam exiſtimarunt, ſed partem ſibi ex» teros quoque vindicaturos ex eo colligere licuit, » quod inter Gallos, Belgas Italoſque & Hiſpanos » Doctrina Myſticâ magis fermè floruiſſe, quam a» pud noſtrates videatur. Accedit genius hujus Θεοσο» φίας ſingularis, qui tam univerſalis eſt tamque la» te patet, ut unius partis ſive Religionis inter » Chriſtianos finibus ſeſe coarctari nunquam patiatur. Cum igitur ſibi vix ſatis otii ſuppeteret, amico Scriptum iſtud Latinè vertendum tradidit Autor, qui teſtatur Interpretem eò ſtudioſius hoc negotium ſuſcepiſſe, quod plures non ſine causâ hoc argumenti genus cognoſcere his temporibus velle intelligebat: uſum eſſe in transferendo fide induſtriâque convenienti, ſtylo non inepto aut Scholaſtico, ſed plano neque affectato, & qui ab ipſis rebus non abhorreat.

In alterâ Præfatione (*ff*) *ad Lectores à partium ſtudio alienos*, docet *Arnoldus* has materias ſe jam dudum unà cum aliis illis ad Eccleſiaſticam Hiſtoriam collegiſſe, & cùm ita in promptu atque ad manum eſſent, eò facilius eas in ordinem redegiſſe. » Etenim, inquit, » ultimis hiſce annis fixum & immo» bile mihi manet propoſitum, non amplius me re» bus merè hiſtoricis, aliiſque hujus farinæ impli» candi, iiſdemve tempus terendi. Nihiloſecius tamen » ſapientibus Lectorum & ex hiſce affatim conſtabit, » ſcriptum hoc magis in veram agnitionem & amo» rem inviſibilis Deitatis, quam in nudè Hiſtoricam, » vanamque aut inanem ſcientiam (quæ inflat) in» troducere.

Deinceps hoc inſuper monet Autor, » ſe quidem » ſeriò operam impendiſſe, ut Hiſtorici ab omnium » partium ſtudio alieni officio circa materias Myſticas » earumque Scriptores fungeretur: idcircò & defectus » eorum, quantum quidem ex neceſſitate fuit, com» memoraſſe: attamen ſemper animum ad chriſtia» nam diſcretionem & moderationem adductum fuiſ» ſe, ita ut non ſibi licuerit, deteſtandarum hacte» nus à pluribus in Myſticam Theologiam effutita» rum blaſphemiarum participem fieri, ſed potiùs » bonam ipſorum intentionem magis ac quoſdam » defectus reſpicere, ſuas eſſe partes duxerit.

» Hinc, pergit *Arnoldus*, » illuminati quique plu» ribus in locis hujus libelli mitiora & quaſi con» deſcendentia de quibuſdam perſonis & materiis judi» cia invenient, quàm vel accurata puri Evangelici » Spiritûs diſcretio permittere videatur. » In genere » tamen & ſemel pro ſemper affirmatur & proteſta» tur » ſe neutiquam vel minimum quid à purâ ve» ritate Evangelicâ remittere voluiſſe, omnemque in» vidiam verbo abfuiſſe; potiùs autem ſecundum u» nicum canonem novæ in Chriſto creationis ſe cre» dere, docere & vivere, aliiſque hoc idem ſua» dere & apprecari; ſummo appetere deſiderio; è » contrario verò rem omnem humanam, ex propriis » viribus ortam & electam, etiamſi ea optimam » præ ſe ferat ſpeciem, reſpectu opulentiſſimæ & » ſuperabundantis cognitionis unici Magiſtri, pro » ſtercore & damno habere.

Ad calcem libri ſubjuncta eſt *ſolida Defenſio Theologiæ Myſticæ*, ubi hoc inprimis tuetur, *quòd Theologia Myſtica in ſubſtantiâ non ſit niſi Religio Chriſtiana in ſuâ virtute & ſplendore*, & pluribus agitur *de vaniſſimo judicio Proteſtantis cujuſdam adverſus Myſticam Theologiam*. Additur tandem *Epiſtola de principiis & characteribus præcipuorum Scriptorum de rebus Myſticis & Spiritualibus, qui poſtremis hiſce ſeculis vixerunt.* ARNOLDUS noſter in Admonitione præmiſsâ *pag.* 426. docet abſolutâ jam præcedente Hiſtoriâ in manus ſuas incidiſſe Opus Gallicum cui tit. *La Theologie réelle*, vulgò *la Theologie Germanique, avec quelques autres Traitès de même nature: une Lettre & un Catalogue ſur les Ecrivains Myſtiques: une Preface Apologétique ſur la Theol. Myſt.* &c.

Legerat equidem jam tum *Arnoldus* bonam partem hujus *Epiſtolæ de Myſticis Auctoribus* MStam, atque ex eâ quædam loca in Appendice Hiſtoriæ Eccleſ. tranſtulerat, inque hac ipsâ Hiſtoriâ Myſt. judicia quædam inſeruerat, quæ, cùm Epiſtola nondum edita eſſet, allegare non licebat.

Quandoquidem igitur in toto illo ſcripto jam aucto atque emendato æquè ac in Apologiâ non paucæ optimæ de hujus modi argumentis obſervationes reperirentur, quæ non ubique occurrebant, Amicus quidam *Arnoldi* tranſlationis operam in ſe ſuſcepit. Et quamvis Auctor libelli ob cauſas graviſſimas nomen

(*cc*) *Examen Theologiæ novæ, inprimis Celeb.* Dn. Petri Poireti, *ejuſque Magiſtræ*, Ant. de Bourignon. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1708. p. 143. (*dd*) Excerptum ex ejus *Commentatione de Pyrrhoniſmo Hiſtorico*, A. 1724 impreſsâ: de quo libro vid. *Hiſt. Liter. Europæ* menſ. Jan. 1727. (*ee*) Vid. *Nov. Reip. Liter.* April. 1706. Ejuſd. libri alicubi meminerunt Autores *Diarii Trevoltiani*, ſed in eo falluntur quòd *Arnoldum* olim Catholicam Religionem profeſſum fuiſſe ſcribunt. Hoc autem refero ex fide *Diarii Literarii* ſup. cit. n. *e*; ubi locus *Trevoltiani* non indicatur, quem repetere mihi non licuit.

(*ff*) Scripta eſt ex Quedlinb. Kal. Mart. 1702.

nomen ſuum non præfixerit, tamen is, inquit *Arnoldus*, omninò celeberrimus temporum noſtrorum Philoſophus ac Theologus habetur, neque infimus doctorum hujus ſeculi virorum, id quod & reliqua ejus, quæ exſtant, Scripta comprobant. Non alius ille eſt quam *Petrum Poiretum* qui hanc ipſam *Epiſtolam* recudi curavit in *Bibl. Myſt.* A. 1708. ſed auctam & pluribus in locis immutatam, ut cuivis conferenti parebit.

Cæterum, pergit *Arnoldus*, in Epiſtola hac Auctores quoque nonnulli inveniuntur Myſticis annumerati, qui ex mente hominum de ſcholâ tales non exiſtimantur. Verùm enim verò ipſa ab his viris pertractata argumenta, judice ipſo Epiſtolæ Auctore, profundiſſima rerum divinarum myſteria concernunt, ut adeo jure meritòque titulum ejuſmodi mereantur, de quo non eſt quod magnoperè contendam.

Fuerint alii forte, qui Auctori imputari velint quaſi Myſticos nonnunquam nimium extulerit ac tantum non infallibiles reddere videatus. At verò, reſpondet *Arnoldus*, ut hæc omnia ex mente verè divinâ trutinentur atque diſcernantus, oculus merè ſpiritualis & caliginis expers atque ſereniſſimus requiritur *&c.*

11. *Die erſte liebe der Gemeine Jeſu Chriſti, das iſt, wahre Abbildung der erſten Chriſten nach ihrem lebendigen Glauben und heiligen Leben:* hoc eſt *Charitas primeva Eccleſiarum Chriſti, ſive vera Effigies primorum Chriſtianorum, tum in verâ fide, tum vitâ ſanctâ*, cum Elucidatione *Chriſtianiſmi Primitivi* Guil. Cave. *Francof.* apud Gottlieb. Fridcburg 1696. fol. & rurſus A. 1700 (*gg*).

Antiquitates Eccleſiaſticas, obſcuritati ſuæ per plura ſecula immerſas, luci reſtituere tentarunt quidem Viri ſcientiâ rerum Eccleſiaſticarum inſtructiſſimi, & laudem induſtriæ pariter & ingenii, quam meruerunt, ab orbe erudito præclaram adepti ſunt. Sed cùm per partes tantùm illud ab ipſis factum eſſet, & multa etiam iidem præterviderint, vel quod ſubſidiis neceſſariis eam in rem deſtituerentur, vel quod ſuis, quibus in religionis negotio addicti erant, partibus plus æquo ſtuderent, ſurrexit demum, qui rem Eccleſiaſticam multis modis ſibi obſtrinxit, (& cui hac in Bibliothecâ concinnandâ multum debemus) Cl. *Guil. Cave*, cujus erudiſſimus *de Chriſtianiſmo primitivo* liber, cùm ſæpius in Angliâ recuſus eſſet, linguâ etiam Germanicâ donatus, & curis ſecundis emendatus, unà cum *Vitis Apoſtolorum* Lipſiæ lucem vidit. Cùm verò Viro celeberrimo ſuæ cauſæ fuerint, ut ampliſſimum hoc argumentum concinius perſequeretur, operæ pretium facturum ſe ratus eſt Vir in literaturâ Eccleſiaſticâ verſatiſſimus noſter *Arnoldus*, ſi paulò impenſiori curâ ad ſpartam hanc tanti momenti ornandam accederet. Neque, (ſunt verba Eruditorum Lipſienſium) ſi quid judicamus, deſtituit eum omninò eventus. Enatum enim hinc eſt ipſi opus iſtud eximium atque vaſtum, in quod ſane, quicquid in antiquitate Eccleſiaſticâ ad fidem, mores & diſciplinam Chriſtianorum facit, ſtudio plane ſingulari comportavit, perſuaſus videlicet, ut opinamur, tum demum rectè & ordine ſtudium antiquitatis Eccleſiaſticæ excoli, ſi quæ ad uſum ſpectant, veluti in tabellâ ad imitationem omnibus proponantur. Quam in rem ipſe ſuâ libertate uſus, & in lectionem Patrum effuſus ea ſelegit, quæ ſcopo ſuo videbantur eſſe convenientiſſima. Non integri ideo libri excerpta ſiſtunt citati Autores, quod tanta rerum pulcherrimarum ubique lectoribus offeratur ſeges, ut vix ſeligendi quæ præſtantiora ſunt, ſuperſit copia. Quapropter contentorum tantùm ſumma capita proponunt: quibus tamen indicandis immorari nobis non licet. Ea verò prætermittere nolumus quæ ad methodum & rationem operis ſpectant:

(*gg*) Fabric. *Bibl. Græc.* Tom. XII. p. 176.

ſcilicet ut fidem dictis adſtrueret Autor, verba ſemper ex Auctoribus Eccleſiaſticis ipſa allegat, ſed in linguam Germanicam converſa. Apparet autem ex locis ad ſingulos paragraphos magno numero adductis, Auctorem præcipuè eos allegaviſſe, quorum in Eccleſiâ magna ſemper fuit auctoritas; de quibus ſingulis, quando vixerint, quid de unoquoque ſit habendum, indice Auctorum, quem toti operi præmiſit, fuſius explicat.

Cæterùm ſcopus *Arnoldi* doctiſſimi in eo verſari videtur, ut oſtendat, res quibus Chriſtianiſmus imprimis cenſetur, primis poſt Chriſtum ſeculis ſub truculentiſſimis gentium perſecutionibus, omnium maxime floruiſſe, ſed deinceps Chriſtianis Principibus ad imperii gubernacula admotis, ſenſim collapſas, poſterioribus temporibus penitus concidiſſe, invectis omnis generis ſuperſtitionibus, crudelitate, & erroribus, omnemque defectionem tantùm non clero eſſe imputandam. An verò Auctor clariſſimus ſingulis in relationibus ea, quæ certiſſima ſunt, ſectatus ubique fuerit; in exponendis rerum cauſis aliiſque circumſtantiis rem acu tetigerit; an verò juxta ſcopum aliquâ in parte erravarit, Sanctorumque Patrum admonitiones veluti rem in facto poſitam laudaverit; & quomodo ipſius lucubrationes in uſum nunc ſint convertendæ, iis diſcutiendum relinquimus, qui Antiquitatibus Eccleſiaſticis perſcrutandis ſuam collocant operam, quique totius compagis, quâ cohæret ſacrum Eccleſiæ ædificium, periti, quid ex uſu ſit Eccleſiæ Chriſtianæ, ſtatuere prudenter & ex vero poſſunt (*hh*).

12. *Declaratio de vulgari re ſectaria & auditione Concionum atque uſu S. Cœna*, cum amici (ſi non eſt ipſe *Arnoldus*) animadverſionibus in *Ernſti Salom. Cypriani* Refutationem Hiſtoriæ Eccleſiaſt. & Hæreticæ Arnoldinæ. *Lipſ.* 1700.

In priore oſtendit Autor non ſufficere ad verum Chriſtianiſmum, ſi nobis tribuamus nomen Lutheranorum & templa frequentemus Concionum auſcultandarum cauſa, ſtatiſque temporibus Confeſſionem peccatorum edamus coram Miniſtro Eccleſiæ, atque ad S. Cœnam accedamus, ſed debere nos eſſe novas in Chriſto creaturas, & fidem bonis demonſtrare operibus. Atque hoc demum veram eſſe notam Eccleſiæ veræ ac Chriſtianæ. Poſterioris ſcripti ſcopus, quem in fronte libri expreſſum eſſe legimus, hic eſt ut demonſtretur non *Arnoldum*, ſed *Cyprianum* ex præconceptis opinionibus ſectariis oportuiſſe in favorem partis ſuæ ſcribere, ſuas contra univerſalem, minime partialem & veram Eccleſiam accuſationes, infirmis fundamentis ſuperſtruere, tamque Sacras literas quam alios Scriptores uſque adeo detorquere, ut verba *Auguſtini* & *Arnoldi* in favorem ſuarum accuſationum ſophiſticè falſaverit. (*ii*)

13. *Finalis oſtenſio doctrinæ & confeſſionis ſuæ* adverſus D. *Eliæ Veielii* & *Corvini* accuſationes, cum propoſito, nemini amplius reſpondendi, ſuoque Hiſtoriam Eccleſiaſticam marte emendandi; (quod & poſtea præſtitit in Supplemento, vid. ſup. *p.* 632. *n.* 9. *Francofurti* 1701.

14. *Erläuterung*: Explicatio animi & actionum ſuarum, ad Rev. Miniſterium Quedlinburgenſe (*kk*). Vid. ſup. *p.* 631. cit. (*a*)

15. Opus Germanicum *de Chriſtianiſmo Judæorum qui ſub antiquâ lege vivebant*. Francof. 1707. in 4. (*ll*).

16. Scripſit item *Divini amoris ſcintillas*, & *Myſterium Sophiæ Divinæ*, in quibus duobus ſcriptis, inquit *Joan. Fabricius*, oſtendit quàm excellens in Germanico idiomate ſit Poëta: multaſque Præfationes, quas Scriptis tam antiquis quàm recentioribus præmiſit. Vid. *Duplex ejus vitæ curriculum*, quod prodiit A. 1716.

(hh) *Acta Erud.* Lipſ. Dec. 1696. (ii) Ex *Hiſt. Bibl. Fabric.* P. IV. (kk) ibid. *P. II. p.* 474. (ll) *Diar. Pariſ.* Martii 1709. p. 615.

A. 1716. 4. & proſtat Lipſiæ atque Gardelegiæ; Hiſtoriam à *Colero* ſcriptam, ſupra citatam *p.* 632. cit. (x); *Reimannus* in der Einleitung *P. V. p.* 688. ſeqq. quibus ex fontibus haurire ſi nobis licuiſſet, accuratiorem procul dubio de Scriptis *Arnoldi* notitiam præbere pronum fuiſſet.

ARNOLDUS *Boniſontis* Monachus Ord. Ciſterc. ſcripſiſſe reliquit *Librum Sermonum*, quem in Cœnobio Longipontano Diœceſis Sueſſionenſis extare ait *Viſchius* p. 27 ex Phil. *Labbei* Bibl. nov. MSS. Supplem. X.

ARNOLDUS (*Staniſlaus*) cui tribuit *Lipenius* in Bibl. Theol. libros *de Lotione pedum*, *Predigt von Fuſwaſchen*. Lipſiæ in 4.

ARNOLDUS *Aloſtanus*. Vid. MERMANNUS.

ARNOLDUS *Altabenſis*. Vid. ARNULPHUS Saxo.

ARNOLDUS *de Auſtria*. Vid. ſub tit. AUSTRIA.

ARNOLDUS Bonævallis *ſive* Carnotenſis. Vid. ARNALDUS *p.* 576.

ARNOLDUS *Boſtius*. Vid. ad litt. B.

ARNOLDUS Veteris-Montis Abbas Ord. Ciſt. *Vid.* MUNICKENLAM.

ARNOLDUS *de Villanova*. Vid. ARNALDUS. *p.* 577.

ARNOLFUS ex Comite Cambenſi & Vochburgenſi (ſive *Vogburgenſi*) prope Ratisbonam, Sti Emmerammi Ratisbonenſis Monachus Ord. S. Bened. Præpoſitus & Magiſter, claruit initio Sec. XI. *Megenfrido* ſive *Meginfredo*, qui Vitam *S. Emmerammi* Ratisbonenſis Epiſcopi ſcripſit, ipſique *Arnolfo* dicavit, contemporaneus. Ut ſuam erga Patronum Eccleſiæ pietatem non eſſe cæteris inferiorem teſtaretur, Libros duos *de Miraculis S. Emmerammi* compoſuit vir devotus & credulus (a), *deque memoriâ cultorum ejus*, in quibus multa ad Ratisbonenſem Eccleſiam ſpectantia, præſertim de *S. Wolfgango* Epiſcopo, & *S. Romualdo* Abbate. Hos è MSS. Codicibus primus eruit *Henr. Caniſius*, ediditque in *Antiq. Lect.* ad A. 1010. poſt *Meginfredum*. Noſtrum autem *fideliſſimum ſui temporis ſcriptorem* appellat *Baronius* ad A. 1001. Vivebat adhuc anno 1031. quo rerum Cœnobii S. Emmerammi ſub Abbate *Burchardo*, ipſo jubente, & nihilominus *Arnoldo* (b) ſuo *Arnolfo* Præpoſito eas diſquirente, fratrum cœtu, familiaque probante, deſcriptio facta eſt, quam habes in Codice Diplomatico Ratisb. apud *Bern. Pezium* Theſ. Anecd. *Tom. I. P. III.* Auguſtæ Vindel. 1721. qui & *Tom. IV. P. II. pag.* 30-36 edidit ex MS. Cod. Bibl. Emmeram. *Arnolfi* noſtri *Homiliam de octo beatitudinibus & S. Emmerammo*. Subjungit *Carmen Acroſtichon* in laudem ejuſdem Sancti. Longè verò his omnibus gratior foret *Arnolfi* Liber *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, quo ſe in perſcribendo Annalium Bojorum Libro V uſum fuiſſe profitetur *Aventinus*. Sed in eo totâ Bajoariâ perquirendo fruſtra fuiſſe ait doctus *Pezius* Differt. Iſagog. in Tom. IV. cenſetque hoc titulo nullum aliud *Arnolfi* Opus ab *Aventino* deſignatum fuiſſe, quàm duos Libros de *Miraculis S. Emmerammi*, in quorum altero præclara Cœnobitarum Emmerammenſium facinora paſſim concelebrat, ut non immeritò Anonymus Mellicenſis, *cap.* 61 idem *Arnolfi* opus *Dialogum Collectitii & Admonititii de Virtutibus Sanctorum, qui eo tem in loco* (S. Emmerammi) *in pace ſepulti noviſſimam expectant tubam*, inſcripſerit. » Quod ſi tamen, » addit *Pezius*, malè me judicâſſe ſors melior, & » lubentior fortuna docuerit, celeri tanti theſauri » publicatione erratum diluere nequaquam prætermit» tam. Addam & aliud inſigne opus *Arnulfi* (c) in » quo ut Auctor eſt *Sigeb.* Gemblat. *de Script. Eccleſ.* » cap. 157 *excipiens de Proverbiis Salomonis convenientiores ſententias, & litteram & allegoriam metrico lepore ſcripſit & digeſſit*, niſi id, quod valdè vereor, » injuriâ temporum & injuriâ hominum nobis dudum » ereptum jam ſit.

(a) Ita *Oudin.* in Comment. ad A. 1010. (b) Ita vocat Iſſſue de Hiſt. Lit. *lib.* 3. *cap.* 5. (c) An diverſus ille ſit ab *Arnolfo* noſtro viſeant alii. Hunc *Sigebertus* collocat inter *Bernonem* Abbatem Augienſem, qui A. 1048 & *Marbodum* Redonenſem Epiſcopum, qui A. 1103 vivere deſiit; eumque *Arnulfum* Monachum vocat.

ARNOLLETUS (*Joannes*) cujus *Geſnerus* in Bibl. A. 1545 excuſâ *fol.* 384. Poemata quædam, de Fide, Spe, Charitate, Threnodia &c. Baſileæ à *Rob. Wintero* in 8. nuper impreſſa memorat, in libello variorum Poëmatum.

ARNOLPHINUS (*Bartholomæus*) Lucenſis, Protonotarius Apoſtolicus, Orationem habuit ad *Hadrianum VI* P. M. in publico Conſiſtorio in præſtandâ obedientiâ pro Republicâ Lucenſi, A. 1522. vel 1523. *Romæ* impreſſam in 4. teſte *Ciaconio* Bibl. ſuæ p. 341.

ARNOUL (*Franciſcus*) natione Gallus, Cenomanus, Ord FF. Præd. Conventûs Lavallenſis alumnus, Capellanus Regius, vir pius, & charitate erga proximos flagrans, apud ſuos medio Seculo XVII florebat. EDIDIT Gallicè Inſtitutionem Ordinis torquis cœleſtis Sacri Roſarii à Regina matre hoc tit.

1. *Inſtitution de l'ordre du collier celeſte de ſacré roſaire par la Reine regente Mere du Roi, avec l'inſtruction pour les 50 filles devotes, & pour toutes les ames vertueuſes.* Lugd. & Pariſ. 1647. in 12.

Conſilium fuit hujus religioſi, quâ apud ANNAM *Auſtriacam* Franciæ Reginam, & Rege LUDOVICO XIV. tum minore Regni regimen valebat gratiâ, ipſam inducere, ut hujuſmodi Ordinem inſtitueret, cujus 50 fœminæ nobiles Sodales eſſent, ſcuto ſingulari, quod ipſa paraverat, ornatæ & diſtinctæ, ſed res incepta non ſtetit.

2. Remedia adverſus crudeliſſimos morbos qui corpus humanum adoriri poſſunt. *Revelation charitable de pluſieurs remedes ſouverains contre les plus cruelles & perilleuſes maladies, qui puiſſent aſſaillir le corps humain*: par le R. P. *F. Arnoul* de l'Ordre des FF. Prêcheurs du Convent de Laval, Chapelain de leurs Majeſtez. *Lugd.* Petri Bailly 1651. in 12. additâ approbatione Phyſicorum.

Ab his qui virum noverant, ſe audiviſſe teſtatur *Echardus* (a) eum his remediis revera ſalutem pluribus reſtituiſſe.

Eodem tempore vixit vir ejuſdem ferè nominis, nec abſimilis ingenii, ut ex articulo ſequenti patebit.

(a Script. Ord. Præd. ad A. 1651.

ARNOUX (*Franciſcus*) natione Gallus, Eccleſiæ Cathedralis Rejenſis (de *Riez*) in Provincia Canonicus, vir B. Virgini devotiſſimus, ut ejus libri teſtantur; vixit Sec. XVII. Ex eo habentur Gallicè

1. *Les Merveilles de l'autre monde*, in quo libro prolixè agitur de gaudiis Paradiſi, & Inferi deſperatis, ac de viâ ad Paradiſum acquirendum & Infernum vitandum. *Lugd.* apud Rigaud.

2. *Hercules Chriſtianus.* Series eſt prioris libri.

3. *Le Flambau Sacré*, in quo oſtendit quid repræſentatur ſingulis Miſſæ Cærimoniis, aliiſque hujus ſacrificii myſteriis.

4. *Secret pour ouvrir la porte de Paradis en mourant.* Arcanum pro aperiendâ cœleſti januâ, quod in hoc libro detegitur, in eo verſatur, ut ſine multo negotio, editâ ſcilicet confeſſione, impetratâque abſolutione, vel niſi potuit impetrari, producto contritionis actu, ſive ore, ſive corde dulce nomen JESUS pronuncietur, cujus beneficio tam deſiderata cœli janua ſubitò nobis aperitur. Quoniam autem hæc omnia ante demigrationem ex hoc mundo peracta eſſe oportet, hiſque rite abſolutis hoc tantum ſupereſt ut Cœlos adſcendamus, *Scalam Paradiſi* pro innatâ ſibi humanitate mortalibus erexit Autor ipſe, quam teneo. Hunc autem titulum præfert:

5. *L'Echelle*

5. *L'Eſchelle du Paradis, très utile à un chacun pour, au partir de ce monde, eſcheller les Cieux, dediée à la Mere de Dieu.* Lugd. typis Lud. Odin 1649. in 32. Noſtra ax Præfationa hujus libri hauſimus; unde & ipſa Autoris verba de *Scalâ* ſuâ nativo ſermone ſubjicere juvat, ſed præmittenda forra quibuſdam Lectoribus brevis adbortatio: *riſum teneatis amici*, ut *Horatii* verbis urar:

Sic igitur vir pius loquitur poſtquam de libris ſuis eorumqoa uſu diſſeruit: *Et parceque...... pour monter ès lieux hauts il eſt beſoin d'Eſchelle, je vous en ai preſentement dreſſé une, mais ſi haute, qu'elle touche, & donne de ſes cimes, comme celle de Jacob, de la terre au Ciel, accomplie, & entiérement achevée de tous ſes eſchellons, cloüez d'un côté & d'autre, mais avec telle fermeté & aſſeurance, qu'il n'y a danger aucun qu'elle s'écroule, & qu'elle ne tienne fort, d'autant que la Sacrée Vierge eſt appuyée & accoudée ſur le bout d'icelle, qui l'affermit du tout par ſa preſence, & très gracieuſement donne la main à tous ceux qui montent par icelle, & les conduit dans le Paradis, les introduiſant devant la Majeſté Souveraine de Dieu, où ils ſont reçus très doucement, & remis en la compagnie des bienheureux, pour là jouïr avec les Saints Anges de la felicité éternelle.*

Planè ſtupenda in hoc libro virtuta S. Roſarii patrata miracula narrantur, de quibus dubiare nefas non aſt, v. g. de Epiſtolâ B. Virginis è cœlo dalapſâ, ad Sodales SS. Roſarii ſcriptâ *&c.* deque aliis innumeria hujus farinæ miraculis.

ARNOUX (*Joannes*) qui & *Arnos*, & *Arnulphus* à nonnullis appellatur, Jeſuita, natione Gallus, patriâ Riomenſis in Arvarniâ, Theologiam Scholaſticam docuit non ſine laude, Concionator aximius, domûs Profeſſæ Gratianopolitanæ primùm, tum etiam Toloſanæ, Præpoſitus adminiſtrationem habuit circiter ſeptennio. Regi LUDOVICO XIII à Concionibus & Confeſſionibus fuit, quod ipſe munus haud aliâ lege ſibi imponi paſſus aſt, quam ut ſibi liceret inſalutato, rece tui ab Aulâ canera, ſi qua fieret unquam mentio de illo ad inſulas evocando. Demùm ad ſuos reverſus, cum Toloſanam Provinciam Præpoſitus ipſe Provincialis adminiſtraret, obiit Toloſæ die 14 Maii A. 1636. ſexagenario major, exactis in Societate annis 42. vel 44 (*a*).

Ejus Elogium vid. in *Diar. Erud.* Pariſ. Mart. 1712. p. 268. ubi recenſetur opus Abbaris *Archonis* de quo ſup. *p.* 535.

SCRIPTA Gallica:

1. *Adverſus Carolum Molinaeum*, de Providentia.
2. *De Immortalitate Animæ.*
3. *De Juſtificatione*, contra Miniſtrum *Aupret.*
4. *Collatio Bibliorum cum articulis Calviniſtarum*, ex Regis mandato.
5. *Confeſſio fidei Miniſtrorum nullitatis convicta.*
6. *Oratio funebris* Henrici IV *Regis Galliarum.*
7. *Bearnica Chriſtianiſſimi Regis* (Ludovici XIII) *quinque dierum Expeditio.* Auguſtæ Vindel 1611. in 4 (*b*).

Quæ omnia in tres Tomos digeſſit, Pariſiis excuſa. Cæterùm non ipſa *Arnoux*, ut plerique (*c*) dixerunt, ſed ſub ejus nomine *Phil. de Aquino* ſcripſit Rabbinorum in exponendo Pentateucho tredacim modos (*d*), quorum explicatio lucem maximam affert iis, qui legem accuratè volunt interpratari, & ſcripta Rabbinorum facilè intelligera.

(*a*) *Imbonatus* inf. cit. ait *Arnulphum* Societati ſe mancipaſſe A. 1592. Ita & *Du Pin* Tab. Univ. Autor. Eccl. f. *Tom. II* p. 1773. (*b*) *le Long.* Bibl. Hiſt. Galliæ p. 448. nu. 8684. (*c*) *Alegamb.* Bibl. S. J. p. 221. *Imbon.* Bibl. Lat. Heb. *p.* 83. ex *Ribadeneira* &c. (*d*) Vid. ſup. *p.* 525. *b. a.* 3.

ARNSCHWANGERS (*Jo. Chriſt.*)

1. *Evangel. Spruche und Gebet-Reimen.* Norimb. 1631 in 12 (*a*).

(a) *Lipen.* in Bibl. Theol. ſub tit. *Preces* Tom. II. p. 544.

2. *Geiſtliche Lieder.* Norimb. 1659. 8 (*b*).

3. *Chriſti zukunfftiger Thron ... in XI Predigten.* Norimb. 1665 (*c*) & 1672. 4 (*d*). De adventu Chriſti ad Judicium.

(*b*) *idem* ſub tit. *Cantica.*
(*c*) *idem* II. 249. (*d*) *idem* p. 117.

ARNU (*Nicolaus*) Dominicanus, Lotharingus, caſtro *Miraldicuria*, vernaculè *Meraucourt* non procul à Virduno natus eſt A. 1629. dia 11 Sept. A puero literis deditua apud Jeſuitas Virdunenſes, omiſſo utroque parente, tutoris ſupercilium patruumque rigorem fugiens, Pariſios venit, locum, ſi ſors daret, in aliquo Gymnaſio quaſiturus, tumque opportune in Gothalanum quendam incidit Equitem opulentum, cujus ſe comitatui facilis & rogatus addixit, Perpinianumque cum illo pervenit recèns armis Gallicis ſubactum. Sub ejus auſpiciis *Nicolaus* intermiſſa ſtudia Perpiniani in Jeſuitarum Stholis repetiit, ac tandem poſt exactam Rhetoricam ibidem Ordini nomen dedit A. 1644. Philoſophiæ curſu ſubinde Theologiaqua Gerundæ & Podioceritani feliciter completo, Urgellum miſſus fuit Lector Artium darus A. 1651. nondum Sacerdos: Tarraconæ poſtea & Perpiniani apud ſuos Theologiam docuit per ſeptennium, veſpertinam primariamqua Univerſit. Perpiniacenſis Cathedram gradatim conſecutus, utramque annis decem non ſina plauſu moderarus eſt, Gymnaſii publici Theologici Præfecturam interea adeptus A. 1663. Ibidem per octo annos Conciones habuit Quadrageſimales. Romam poſtea circa annum 1675 vocatus à Magiſtro Ordinis F *Jo. Thoma de Rocaberti*, & Collegii S. Thomæ ad Minervam Regens inſtitutus, per annos tres egregiè eo functus eſt munera: ajuſque famâ latè pervagatâ, Patavinæ Academiæ Moderatores ad vacantem ultroneâ F. *Piccinardi* Brixienſis abdicatione Metaphyſices in viâ D. Thomæ cathedram implendam invitarunt A. 1679. d. 31 Aug. ducentorum florenorum ſtipendio ad A. 1685. 28 Febr. quo ad trecentos auctum eſt, nec majori mercede tranſlatus fuit ad exedram Theologicam d. 18 Jun. 1689. Verùm hanc ſedem, doctrinâ, quâ maximè claruit, non diu decoravit, è vivis ereptus Bononiæ, quò per vacationes majores relaxandi animi cauſâ commeaverat, d. 8. Aug. 1692 (*a*).

SCRIPTA:

1. *Clypeus Philoſophia Thomiſtica, veridicâ S. Thoma Aquinatis Doctoris Angelici & Alberti Magni doctrinâ exornatus, validiſſimiſque earum rationibus munitus contra novos ejus impugnatores.* Biterris 1672, in 12. VI Vol. Addidit *Opuſculum de motione primi moteris.* Idem Opus rurſus prodiit hoc tit.

Dilucidum Philoſophia Syntagma univerſam Philoſophiam juxta S. Thoma Aquinatis & Alberti Magni principia, necnon optimorum quorumcumque Philoſophorum dogmata concinnatum. Patavii 1686. in 8. VIII Vol. Editio ſecunda correctior, & plus quàm dimidiâ parte aucta.

2. *Doctor Angelicus Divus Thomas Aquinas divinæ voluntatis & ſui ipſius in ſummâ Theologia fidiſſimus interpres*, IV Vol. quorum duo priora Romæ edita A. 1679. alia duo Lugd. 1686. in 12. Sunt Commentarii ſuper I Partem tantum à Quæſt. I ad XIX. Idem opus auctum & productum uſqua ad finem primæ Partis, *Patavii* 1691. fol. II Vol.

3. *Preſagio dell' imminente ruina e caduta dell' Imperio Ottomano, delle future vittorie e proſperi ſucceſſi della Chriſtianità, cavata da diverſe Prophetie, Oracoli, vaticinii e pronoſti i antichi e moderni* &c. Patavii, typis Seminarii 1684. in 4.

(a) *Hiſt. Gymn. Patav.* Tom. I p. 165 & 167. tom. IV. & p. 379. *Script. ord. Præd.* ad A. 1684. Vid. et tituli Fratini Lyceum Patav. A. 1682 editum.

ARNULPHUS Aurelianenſis Epiſcopus Sec. X. adfuit Synodo Remenſi A. 991. cujus initio ſic de illo ſcriptum eſt: *Arnulphus autem venerabilis Epiſcopus, ordinis in eâ Synodo cuſtos, ac omnium gerendorum interpres declaratus eſt, eò quod inter omnes Galliarum Epiſcopos ſapientiâ & eloquentiâ clariſſimus habebatur.* In eâ Synodô actum eſt potiſſimum de depoſitione *Arnulphi* Remenſis Archiepiſcopi (*a*) qui Regis LOTHARII filius fuit nothus, multaſque ante Epiſcopatum cum Galliæ Regibus inimicitias geſſit, & compoſitâ controverſiâ, acceptoque à Regibus dicto Archiepiſcopatu, ac præſtito fidelitatis juramento, Remos CAROLO patruo ſuo, bellum forte contra Reges Galliæ moventi, prodidiſſe dicitur. Hunc Reges forte repulſo jam *Carolo* ceperant, ac per literas coram Papâ Leone VI accuſaverant, qui cùm nihil reſponderet, Synodum prædictam congregarunt. In hac igitur Synodo cùm judicaretur iſte *Arnulphus* Remenſis, ac ejus defenſores cauſam vellent ad Papam deferri, fortiter eis & conſtanter contradixit *Arnulphus* Aurelianenſis (*b*), Oratione habitâ contra Papæ primatum, eujus ſat prolixa adducit fragmenta *Flacius* Illyricus *in Catal. Teſtium Verit.* cap. 203. Extant Synodi Acta *Cent. X. Magdeb. c. 9. p.* 457 ſeq. ex vetuſto Codice accuratè conſcripta.

(*a*) In ejus locum ſubrogatus eſt *Gerbertus*; ſed Pontifex Legato in Galliam miſſo *Arnulphum* reſtituit, Rege non refragante. Huic Archiepiſcopo pallium attulit *Abbo* Floriacenſis anno 997. Obiit ann. 1021 ſepultus in Eccleſiâ Rhemenſi, ubi ejus Epitaphium legitur. Vid. Diction. *Morer.* verb. *Arnoul* p. m. 558. (*b*) Extat adverſus illum *Abbonis* Floriacenſis *Apologeticus.* Vid. ſup. *pag.* 9. *num.* 12.

ARNULPHUS Saxo, *Altahenſis* in Bavaria Monachus Ord. S. Bened. primùm fuiſſe videtur Canonicus Herſfeldenſis antequam ad iſtud Monaſterium tranſiret (*a*). Claruit anno circiter 1040. Scripſit Vitam *S. Godehardi* ſive *Gothardi* Hildesheimenſis Epiſcopi, qui anno 1037 mortuus eſt. Teſtatur *Arnulphus ſe nihil in ejus memoria laude deſcripturum, niſi quod aut ipſe & vidit & audivit, aut à recte veridicis & etiam probatis, agnovit.* Hanc *Vitam* dedit *Surius* in Vitis SS. Tom. VII. ſed ſtylo mutato, & plerisque *παραφραστικῶς* redditia: imo & in Prologo omiſſum eſt nomen Scriptoris, & *Menghardi*, cui opuſculum dicavit. Et agnoſcit ipſe *Surius*, deſiderata fuiſſe non pauca in eo exemplari, quo uſus fuit. At ipſis *Arnolphi* (aliàs *Arnoldi*) verbis prodiit *Lipſiæ* 1518. ex Bibl. S. Galli, ediditque integrius ex MS. Cod. Eccleſiæ Hildeſheimenſis *Chriſt. Browerus* in Illuſtr. Germaniæ ſideribus *Mogunt.* 1616 Libellus verò *de relatione in numerum Sanctorum*, ſive ut *Browerus* vocat *ἀποθέωσιν Gothardi*, miraculiſque ſubſecutis, adjunctus poſtea ab alio fuit, qui 90 poſt annos vixit.

(*a*) Ita *Oudinus* in Comment. ad A. 1012. qui ſua hauſit ex *Voſſio* lib 2 de Hiſt. Lat. *cap* 43. et ipſe *Voſſius* non *primùm*, ſed *porro* Canonicum fuiſſe videri ait.

ARNULPHUS ex Archidiacono Sagienſi (de *Séez*) Lexovienſis in Normannia Epiſcopus, vixit Sec. XII. Ad hanc Sedem evectus eſt anno 1141. A. 1147 LUDOVICUM Galliæ Regem in Palæſtinam exercitum ducentem comitatus eſt. Anno 1160 Legatus Apoſtolicus ab *Alexandro III* Pontifice per Angliam creatus eſt. Anno 1163 in Concilio Turonenſi peroravit, & Epiſcopos ad conſtanter propugnandam libertatem Eccleſiaſticam contra HENRICI II Angliæ Regis molimina multis hortatus eſt. Anno 1167 ab *Henrico* Rege ad *Thomam Becketum* Cantuarienſem Archiepiſcopum in Galliâ exulantem miſſus eſt, ut excommunicationem quam *Becketus* Angliæ intentaverat, precibus & inſtantiis averteret. Anno 1173 ab eodem *Henrico* ad LUDOVICUM Galliæ Regem, pro pace ineunda legatus eſt. Anno 1177. ſeu ut alii 1180 HENRICO Regi ob totatas *Becketi* partes ſuſpectus (*a*), Epiſcopatu relicto (*b*), in Cœnobium S. Victoris prope Pariſios, Canon. Regul. D. Auguſtini ſeceſſit, ibique anno 1182 (*c*) die 31 Aug. ut ex Necrologio Victorino conſtat, vitam felici morte commutavit. Epitaphium ejus in Victorino Templo legitur, quo dicitur *populo ſuo quadraginta annis præfuiſſe, potens opere & ſermone.* De iſto *Arnulpho* agunt *Caveus* in Hiſt. Liter. & ex eo *Oudinus* in Comment. ad A. 1140. *Nat. Alexander* Sec. XII. cap. 6. art. 16. p. m. 536. *Claudius Minos* ab *Oleario* citatus *p.* 72. *Arnulphi* eloquentiam, ſimul & divini atque humani Juris ampliſſimam ſcientiam, atque, quod in aulæ aſſuetis rarum & mirum, tenacis propoſiti ſanctitatem, & ſinceritatem ſummoperè commendat.

SCRIPTA:

1. *Conciones* plures, *Epiſtolæ* & *Epigrammata*, ab *Odone* Turnebo *Hadriani* filio primùm edita *Pariſ.* 1585. 8. ac deinde in Bibl. Patrum edit. *Colon.* 1618. Tom. XII. *Pariſ.* & *Lugd.* 1677. Tom. XXII. Extant inſignes duo MSS. Codices Opuſculorum *Arnulfi* inter MSS Codd. Bibl. Bodl. alter Cod. 1810 in MSS. *Kenelmi Digbæi* Cod. 209. num. 2. ubi *Arnulfi* Lexovienſis *Epiſtolæ*: alter Cod. 2482 in MSS. *Thom. Bodleji* lit. F. 11. Cod. 5. n. 2. ubi ejuſdem *Epiſtola, Epigrammata* & *Sermones* aliquot. Notat autem Catalogi Editor, *nonnulla haberi in MS. quæ deſiderantur in edito.* In Spicilegio *Dacheriano* Tom. III. ult. edit. *p.* 507 & ſeqq. leguntur (præter *Sermonem* unum) Epiſtolæ *Arnulfi* tredecim (*d*) ex MSS. Codd. Fulcardimontis Ord. Ciſterc. & alia apud *Edm. Martene* Theſ. Anecd. *Tom. I. p.* 418. ad *Sugerium* Abbatem S. Dionyſii, de quibuſdam negotiis inter Ducem Normanniæ & Comitem Andegaviæ, ex MS. Bibl. Coiſlin.

I. In Epiſt. ad *Lucium* Papam, apud *Dacherium* p. m. 511. injurias à ſuis Canonicis, qui litem movebant, illatas repellere conatur *Arnulphus*; bona Eccleſiæ ſe haud dilapidaſſe, imò auxiſſe probat.

II. In Epiſt. ad *Thomam* Cantuarienſem, cùm exularet in Galliis ſcriptâ, *ibid.* p. 512. media ſubminiſtrat *Arnulphus*, quibus conſtanter agens poſſit Archiepiſcopus in Regis gratiam redire; *Becketi* conſtantiam extollit, *Henrici* deſcribit indolem ac vitia.

III. In Epiſt. ad *Alexandrum* Papam, *ibid.* p. 515. quod electio Cantuarienſis Archiep. ſecluſâ ſæculari potentiâ facta fuerit, *Becketi* meritis adſcribit.

IV. In Epiſt. ad *Henricum* Regem *p.* 516. ei objicit obſequia à ſe præſtita, quò gratiam ejus ſibi concilier, & quantam de regiâ dignitate rationem Deo ſit redditurus, indigitat.

V. In duabus Epiſt. ad Cardinales *Albertum* & *Theodinum* p. 510 & 516. petit ut ratam habeant electionem *Reginaldi* Bathonienſis Epiſcopi.

VI. In Epiſt. ad *Wilhelmum* Cenomanenſem Epiſc. *p.* 517. eum rogat ut electioni Turonenſis Archiep. etſi præſens non fuerit, aſſenſum præbeat.

VII. In Epiſt. ad Papam *Cœleſtinum* pro Sagienſi Eccleſiâ loquitur.

VIII. Ejuſdem *Epiſtola III* ad *Arnaldum* Abbatem Bonævallis, extant inter *Arnaldi* Opera ad calcem *S. Cypriani* Oxon. 1682.

IX. *Sermo* in Synodo Turonenſi, quâ *Victor* Antipapa, ejuſque fautores excommunicati fuerunt, A. 1163 habitus, reperitur in Concil. *Tom. X. p.* 1410.

De

[*a*] Hac de re ante octo circiter annos mota eſt controverſia inter Benedictinos Bernacenſes Diœceſis Lexovienſis, & Epiſcopum D. *de Brancas* qui *Arnulphi* partes tuitus eſt in libello ſupplici quem Regi Galliarum obtulit A. 1725. Vid. quæ dicemus ſub tit. BRANCAS ex *Diar. Trevolt.* Sept. 1725.
[*b*] Vid. *Ant. Pagi* Crit. in Annales *Baronii* ad A. 1181. n. 3. & 4. [*c*] Perperam apud *Moreriam* p. 558. edit. Baſil. 1731. legitur 1184 (*d*) Vid. ſup. *p.* 55 (*b*) Ex his Epiſtolis quaſdam fragmenta paſſim adducit *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* Tom. IV.

De his aliiſque *Arnulphi* ad Papam *Hadrianum IV* & ad alios Epiſtolis legi poteſt *Ellias Du Pin* Tom. IX. p. 161-166. in 4. Scriptas eſſe ait magnâ cum elegantiâ, & ingenii gratiâ, argutis cogitationibus nec non moralibus ſententiis refertas, atque ideo utiles nec injucundas. Carmina verò ejuſdem parvi eſſe momenti quoad argumentum, ſed quoad regulas Poëticas accurata. Primum eſt de nativitate Domini, ſecundum eſt Elogium Epiſcopi Windſorienſis. Extat & Epitaphium *Algari* Conſtantienſis ſeu Coſedienſis (de *Coûtance*) in Normannia Epiſcopi, *Hugonis* Rhemenſis Archiepiſcopi, aliaque de rebus profanis.

2. *Tractatus de Schiſmate orto poſt Honorii II Papæ deceſſum* inter *Innocentium II* & *Petrum Leonem* Antipapam. In eo ſe nihil ſcripſiſſe ait, quod non vel ipſe cognoverit, vel Auctore probabili non habuerit, *vel quod ſaltem fama publica non aſſirmet*. Vehementem continet orationem adverſus *Girardum* Engoliſmenſem Epiſcopum, qui ſtans à *Petro Leone* univerſam pene Gallicanam Eccleſiam perturbavit. Hunc autem librum elucubravit *Arnulphus* dum in Italiâ moram traheret anno 1134. nondum infulis decoratus, Romanis legibus dans operam, quemadmodum ipſe teſtatur in Præloquio ad *Gaufridum* Carnotenſem Epiſcopum. Tractatum illum ex MS. Cod. Cœnobii Pariſienſis, vulgò *Alborum Mantellorum* nuncupati, Ord. S. Bened. primus publici juris fecit *Luc. d'Achery* in Spicileg *Tom. I. p.* 152-161. ult. edit. Varia ex eo fragmenta adducit *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* ad A. 1130.

ARNULFUS Mediolanenſis Hiſtoricus, eadem ætate vixit quâ *Landulfus* ſenior, circa medium Sec. XII. atque de eodem argumento, nimirum *de Archiepiſcopis Mediolanenſibus* ſcripſit, cujus quodammodo Paralipomena in eorum Chronico ſupplevit. Utrumque *Landulfi* & *Arnulfi* opus (*a*) ex MS. Codice Bibl. S. Ambroſii Mediol. edidit *Godef. Guil. Leibnitius* in Script. Rerum Brunſwic. *T. III. p.* 727-747. Hanoveræ 1711. *Arnulfus* iſte, inquit Clar. Editor » cujus opus nunc primum edimus, Autor ob » antiquitatem aut res, quas ſcripſit, minimè ſper- » nendus, ait *lib.* 1. *cap.* 7. ſe fuiſſe pronepotem fra- » tris *Arnulfi* Archiepiſcopi, qui tempore OTTONIS » *Magni* in Cathedra Mediolanenſi ſedit Opus in » Ambroſiana Bibliotheca repertum, quod inſcribi- » tur *Arnulfi Geſta Mediolanenſium*, in libros qua- » tuor ab Auctore diſtinctum. Primam ejus notitiam dedit *Leibnitio* Illuſtriſſimus ex Gallia Vir, qui magnis militiæ honoribus clarus, hiſtoriam tamen mirificè amat & intelligit, cujus nomen non expreſſit. Poſtea apographum ejus nactus eſt beneficio *Johannis de Sitonis* Juriſconſulti Mediolanenſis. Loquitur de *Gregorio VII* Romano Pontifice ejuſque cum Imperatore *Henrico IV* diſſidiis, atque in illis Chronicon concludit, ſcilicet in anno 1077. (*b*) Incipit autem ab A. 983. Aſſerit Hiſtoricus ſe uſque ad annum 1015 referre quæ à teſtibus oculatis ac fide dignis accepit, & poſtea quæ propriis oculis ipſemet obſervavit (*c*).

Idem iſte *Arnulphus* per multos annos à Cleri Mediolanenſis partibus ſtetit, & adverſus *Arialdum* & cœlibatûs Sacerdotum defenſores ſcripſit, ſed tandem Gregorii VIImi tempore ſententiam mutaſſe dicitur, licèt nunquam Scriptis retractarit (*d*).

[*a*] *Datis* vel *Dacis* Mediolanenſi Archiepiſcopo olim tribui ſolebat. ſed jam ſudum comprobavit *Mabilonius* apud *Oudin* ubi inſ. literis è Mediolano acceptis, partem primam à *Landulfo* ſeniore, ſecundam ab *Arnulfo*, tertiam à *Landulfo* juniore ſcriptam eſſe; ut ſub *Dacio* dict. ... [*b*] Vid. *Oudin* in Comment ad A 1060. [*c*] *Ant. Pagi* Crit in Annal. *Baronii* ad A. 997. n. 8 & 9. ubi de *Arnulpho* Mediolanenſi Archiepiſcopo nominis ſecundo. [*d*] Vid. eund. ad A. 1066. n. 9.

ARNULPHUS aliàs *Ernaldus*, Ord. Ciſterc. Melroſenſis Abbas clariſſimus Sec. XII. non ſolùm in Scotia apud Regem & populum gratiâ & auctoritate pollebat, verùm etiam à Clemente III Pontifice Eccleſiæ negotiis peragendis adhibitus fuit (*a*), ad quem *Epiſtolarum* Librum ſcripſiſſe ait *Thom. Dempſterus* lib. 3 Illuſtr. Scotiæ Script. unde conjectari licet, plurima illi à Pontifice fuiſſe injuncta, quorum rationes librum implere poſſent, aut virum doctum, (quod tunc multis in uſu) epiſtolarum ſtylo librum quendam ſcripſiſſe gravi haud dubiè argumento, quem Summo Pontifici dedicavit (*b*).

[*a*] Vid. *Manriquez* Annal. Ciſt. ad A. 1183 ex Annal. Angliæ. *Rogeri Hovedenii* ad eund. annum & ſeq. [b] *Car. de Viſch* Bibl. Ciſt. *p.* 28.

ARNULPHUS *de Lovanio*, Monachus *de Boberiâ*, ſeu *Bacheria* Ord. Ciſt. in antiquo valdè Codice MS Villarienſi ſcribitur Autor *Speculi Monachorum* S. Bernardo communiter attributi. * *Viſchius* Bibl. Ciſt. p. 28.

Erit forte *Arnulphus* ille, cujus Vita deſcribitur in Hiſt. Monaſterii Villarienſis Ord. Ciſt. *lib.* 1. *cap.* 8 (a). Is in Abbatem XIII Villarienſem electus eſt A. 1240 & deinceps vocatus eſt frater *Jacobus* Propheta. Ob præclaras virtutes religioſis & ſecularibus viris fuit gratiſſimus; principes eum venerabantur, & præcipuè HENRICUS Dux Brabantiæ, qui mirabili eum amore ad mortem uſque proſecutus eſt. Cum autem Dominus Claræ-vallis fundaret Collegium Pariſienſe, hunc *Arnulphum* rogavit unam ſummam pecuniæ in ſubſidium ſtudii: verùm iſte rem admiratus obſtupuit; dicens hactenus non conſuetudinis fuiſſe, quod monachi, miſſo exercitio clauſtrali, operam darent ſtudio literarum; quod ægrè tulit Dominus Claræ-vallis. *Arnulpho* commiſſa eſt Paternitas Monaſterii *de Helmont* anno 1246. Cùm autem decem annis rexiſſet Cœnobium ſuum, curam paſtoralem ultro abdicavit, quâ depoſitâ è veſtigio templum intrans, miſſam celebravit. Tum poſtea adeptus eſt locum ſcriptorii ſcribentibus deſignatum, in quo continuò laborabat, aut legendo, aut orando, aut meditando, aut ſtudendo, aut confeſſiones audiendo. Fertur etiam *Summam* RAYMUNDI metricè feciſſe, quæ eſt in libro inſcripto: *Excerptum Speculi Charitatis*. E vitâ deceſſit ante annum 1250 quo ei ſucceſſit *Walterus de Gildonia*. Virtutes ejus fuſius celebrantur loc inf. cit.

[*a*] Extat apud *Edm. Martene* Theſ. Anecd. Tom. III. col. 1267-1373. ex duobus MSS, uno Monaſterii Bonifontis, altero Dunenſi.

ARNULPHUS *à monte S. Eligii*, natione Belga, Canonicus Regul. S. Auguſtini in dicto Monte apud Atrebatum (vulgò *Arras*), ſcripſiſſe dicitur à *Sweertio* in Athen. Belg. p. 145.

1. *Comment. in Canonem Miſſæ*. MS. apud S. Bertinum & alibi.

2. *De Oratione Dominica*. MS. ibid.

ARNULPHUS Roffenſis Epiſcopus. *Vid.* ERNULPHUS.

ARNULPHUS *Veteris-Montis* Abbas, Ord. Ciſt. *Vid.* MUNICKERNDAM.

AROLA (*Franciſcus*) qui magnas *Concordantias Bibliorum* recognovit, *Lugd.* typis Gryphii 1551. in 4 (*a*).

[*a*] Calmet *Diction. Bibl.* p. 56. edit. Venetæ 1726.

ARPA (*Laurentius*) Siculus, Panormitanus, natus an. 1610. ex *Franciſco Arpa* Medicinæ Doctore, Philoſophiæ, Theologiæ, & Juriſprudentiæ operam dedit. Politioribus etiam literis ornatus, eruditione, ac Poëſi clarus, fuit inter Academicos *Reaccenſos* Panormi recenſitus. Procuratoris munere eximias dotes in Panormitano Prætorio, ac magnâ Regiâ Curiâ patefecit. Obiit Panormi an. 1675. & in Eccleſia S. Franc.

Franc. Paulenſis ſepultus eſt. Ipſum laudat *Hyac. Maria Fortunus* in Relatione feſti D. Roſaliæ an. 1652. pag. 19. Edidit Italicè

1. *Dialogo nella Venuta dell'Illuſtr. e Rev. Signore F. D. Martino di Leone, & Cardenas, Veſcovo di Pozzuolo & Arciveſcovo di Palermo.* Panormi 1650. in 4.

2. *Il Mondo Vilipeſo*: Drama muſicale *per S. Roſalia.* Panormi 1658. in 4.

Leo Allatius in ſua *Drammatur ia* ind. 6. pag. 615. Scripſiſſe teſtatur inter alia, nondum typis tradita,

3. *Martirio di S. Felicita con ſette ſuoi figliuoli*: Dramma muſicale in verſo.

In libro inſcripto: *Deſcrizione del Trionfo fatto in Palermo celebrandoſi a 15 di Luglio dell'anno 1652. l'Inventione di S. Roſalia Vergine Palermitana* Panormi in 4. pag. 19. & ſeq. aliqua ejus ingenii monumenta ſervantur, teſte *Mongit.* in Bibl. Sic. p. 5.

ARPE (*Petrus Fridericus*) Juriſconſultus Germanus, cujus varia varii argumenti extant Scripta, quorum quædam hîc commemorabimus.

1. *Pyrrhoniſmi Hiſtorici, ſive Obſervationum de Hiſtoria & Hiſtoricis antiquis Argumentum.* Guelferbyti 1711. in 8. de quo ita in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1711. p. 136. » Venit nuper ad nos delineatio operis, quod *P. F. R. P.* » de Pyrrhoniſmo in Hiſtoria antiqua meditatur, » *G. S. Fr.* Hiſtoriarum Profeſſori inſcripta. In illo, » præmiſſo de hiſtoriæ definitione, diviſione, ac ve» ritate, capite, de impedimentis veritatis aget Au» tor. Scilicet de antiquiſſimorum monimentorum » fato, Hiſtoricorum amore, odio, adulatione, ma» ledicentiâ, invidiâ, diverſo inſtituto in Religione, » Republica, vitæ ſtudiis, moribuſque. De illorum » præmiis & pœnis, ſpe, metu, ignorantiâ, fingen» di libidine, divinitatis & miraculorum affectatione, » nimio antiquitatis & eloquentiæ ſtudio, creduli» tate, oſcitantia, memoriæ lapſu, curioſitate, in» certitudine, interitu, plagio, compendiorum con» fectione, librariorum denique incuriâ. Non in» gratum iis laborem fore credimus, qui à præſ» tantibus viris aut datâ operâ aut ſparſim de hoc » argumento dicta colligi & concinno ordine diſpo» ni optant. Præcipue ſi Autor in iis, quæ, quam» vis jucunda nec inerudita ſint, ad caput tamen rei » non pertinent, & præterea ſatis frequenterque a» libi inculcantur, parcior ac brevis, cauſam ipſam » ita agat, ut nihil prætermittat, quod ad eam pro» bandam ornandamque propius facit.

2. I P. F. RP. *Epiſtolarum Decas ſive brevis Delineatio Muſei Scriptorum de Divinatione.* Majoris Operis Prodromus. *Guelferbyti* 1711. in 8. In duas partes dividitur. Prior deſtinata eſt divinæ, eidemque aut veræ, quæ in Prophetis, ac oraculo *Urim & Thummim*, aut fictæ, quæ in gentilium oraculis, quibus Diabolum Autorem tribuit, eorumque antiſtitibus, Sybillis, Vatibus & Dæmoniacis ſe exſerunt. Poſterior pars divinationem, cui ipſa natura argumenta ſuppeditat, conſiderabit *&c.* Vid. *Acta Erud.* ubi ſup.

3. *Theatrum Fati, ſive Notitia Scriptorum de Providentiâ, Fortunâ & Fato.* Roterod. Fritſch & Bohm. 1712. in 8.

Argumentum in Philoſophorum ſcholis vexatiſſimum tractaturus Cl. Autor, ut facilior ad ipſum opus pandatur aditus, notitiam Scriptorum hujus materiæ præmittit. Theologicas diſceptatione ſtudio negligit, imò & ex Philoſophis præcipuos potiùs quàm omnes aſſert. De illis præterea, qui aliquod inter eruditos nomen conſecuti ſunt, varia ſubjicit, quæ ad vitam & merita in rem literariam pertinent. Inprimis accuratus eſt in iis notandis, quæ occaſione Quæſtionis Epiſtolicæ de vitæ termino fatali, à *Jo. Beverovicio* Med. D. Senatore & Patricio Dordraceno, vulgatæ diſputata ſunt. Cæterum ſatis plena & diſtincta hæc eſt collectio, ac de induſtriâ Cl. Autoris teſtatur, quam, tamen, quod in his rebus uſu venit, fefellit *Chriſtiani* Dippelii *Fatum Fatuum* vernaculâ linguâ *Amſtelod.* 1709. in 8. editum, niſi forte hujus mentio conſultò prætermiſſa videatur. Nec omitti forte debebat Cl. *Jac. Thomaſius*, qui in Diſſ. XIII de Stoica mundi exuſtione *de Fato Stoico*, & in ſequentibus de alio Fatorum genere eruditè commentatus. Id quoque obſervandum, quòd, quæ *p.* 99 *Joh. Schmidio* Duographo Norimb. tribuitur, Diſſ. de Fatalitate temporum, illa ſit Profeſſoris apud Lipſienſes Eloquentiæ ordinarii & Theologiæ extraordinarii meritiſſimi (*a*).

4. *Apologia pro Jul. Cæſare Vanino.* Coſmopoli typis Philaletheis 1712. in 8. ἀνωνύμως edita, ſed cujus ipſe Autorem ſe prodidit in *Feriis Æſtivalibus*. Tam ſtrenuè *Vanini* patrocinium ſuſcipit, ut cauſâ ſibi viciſſa videatur. Videtur autem functus eſſe magis officio declamatoris quàm hiſtorici, advocati quàm judicis. Primò perſequitur *Vanini* vitam, ubi tamen eum *Morhoſio* (*b*) quem plures improvide ſecuti ſunt, errorem admiſit, *Vaninum* referens inter auditores *Pomponatii*, qui pluribus annis ante mortuus eſt, quàm *Vaninus* naſceretur. Hic enim A. 1586 natus, ille A. 1525 denatus eſſe fertur. Hinc eorum, qui *Vaninum* atheiſmi accuſant, argumenta producturus, prius accuſatores ejus nominat, eorumque fidem ſuſpectam reddit. Inter alia librum *de tribus impoſtoribus* in lucem ruſſus protuliſſe dicitur; is autem liber, juxta *Arpium*, vel nunquam exſtitit, vel ſi exſtitit, factum id a *Vanino* eſſe probari nequit. Cæterum eo minus mirum videtur, Cl. Autorem ab Atheiſmi crimine abſolviſſe *Vaninum*, quod disertè ſtatuit non dari atheum, id eſt hominem qui ſeriò ſentiat, nullum eſſe Deum (*c*)

D. *Durandus* V. D. M. Eccleſiæ Gallicæ Londinenſis in Vitâ ejuſdem *Vanini* Gallicè Amſtelodami A. 1717 excuſâ *p.* 213. Apologiam ab *Arpio* noſtro conſcriptam improbat, & pro joco haberi vult. V.d. quæ dicemus ſub tit. VANINI.

5. Libellus *de Jure Pontificali utriuſque Romæ.*

6. Liber *de jure Laicorum, præcipue Germanorum, in promovendo religionis negotio.* Horum poſtremorum ſcriptorum hunc ſe ait cepiſſe fructum, ut in Acad. Kilonienſi Profeſſor Juris publici & patrii conſtitueretur. Sed jam, inquit in lib. inf. cit. *elapſo luſtro, urgentibus Academiæ fatis, cum viris optimis, collegis cariſſimis, alia mendanda eſt vitæ ratio.*

7. *Feriæ Æſtivales, ſive de Scriptorum ſuorum hiſtoriâ Liber ſingularis.* Hamb. apud Kiſnerum 1726. in 8.

Ordine hîc recenſet noſter libros à ſe eùm editos, tum edendos, variaque inſpergit lectu haud injucunda, ſimul indicans, etiam editos à ſe libros magnis auctibus amplificatos futurâ editione comtiores eſſe prodituros locupletioreſque. Duos, ut de cæteris taceam, *Fortuitorum* libros memorat, quorum priore *de rebus ſcitu dignis*, poſteriore *de codicibus MSS. Bibliotheca ſua* differet, inter quos nominabo *Trithemii* Clavem omnium rerum abſtruſarum, *Pelagii* Eremitæ *libros duos* pro anacriſeos operatione cum ſancto numine, & *libros tres* de prænotionibus hypnoticis, *Abrahami* Wormatienſis Judæi, *librum* de vero veteris Magiæ uſu, *Jo. Bodini* Colloquium de rerum ſublimium arcanis, *Godofr. Valla* librum de arte nihil credendi, *Frid. Wilh. Stoſſii* Apologiam pro ſuâ Concordâ rationis & fidei *&c.* (d)

(a) *Acta Erud.* Lipſ. A. 1712. p. 526. *Diar. Pariſ* Mart. 1713. De iſto neque duobus prioribus *Arpii* libris loquitur *Chriſtius* in Bibl. Selectâ Tom XXIV P. II. (b) *Polyhiſt.* *Liter.* lib. 1. cap. 8. § 18. (c) *Acta Erud.* A. 1713 p. 73. Vid. & *Diar. Pariſ.* ubi ſup. (d) Vid. *Acta Lipſ.* A. 1727. p. 263.

ARQUERIUS (a) (*Joannes*) Gallus, Burdigalenſis,

(a) Idem forte *Arguerius* de quo ſup. *p.* 557.

Jenſis, Theologus Calviniſta, claruit Sec. XVI. Ex eo habetur

Expoſitio propriorum nominum Biblicorum. Baſileæ 1557. 1567. 1587. ac rurſus 1607. fol. hoc tit. *Dictionarium* (b) *Theologicum ex SS. Biblia veteris tranſlationis & SS. Patribus excerptum*, in quo omnia ferè *nomina propria, itemque vocabula & phraſes, quarum in Biblis mentio fit, explicantur* (c). *Joannes* ille, ſi idem eſt, qui *Sagittarius*, (& quidem Burdigalenſis dicitur) *Conciliorum Canones* collegit, quos Baſileæ A. 1553 excudit *Oporinus*, teſte *Poſſevino* inſ. cit.

[b] *Diſtonarium* vocat *Poſſevinus* in Appar. verb. *Joannes Arquerius.* [c] Conf. *Le Long* Bibl. Sac. p. 616. *Lipen.* Bibl. Theol.

d'ARRAGON (*Petrus*) de quo ſupra *p.* 528. Obiit anno 1621. ætat. 81 (*a*).

[*a*] Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 1594.

ARRARIUS (*Georgius*) Ord. FF. Prædic. Inſuber, patria & profeſſione Alexandrinus, Provinciæ Lombardiæ ſuperioris alumnus, Jure Canonico & Civili clarus laudatur à *Leandro* fol. 151. a. qui & indicat floruiſſe circa A. 1314. *Luſitanus* & *Pius* Papa *II* lib 1. col 58. (quos excipit *Poſſevinus*) ad 1261 referunt, *Altamura* ad 1318. addens in Append. *Luſitanus* quoad ætatem falli. *Rovetta* collocat ad 1315. At *Leandrum* excipit *Echardus* de Script. Ord. Præd. *Tom. I. p.* 527. Scripſiſſe fertur *Arrarius* ſuper Decretum.

de ARREBLAIO (*Petrus*) ſeu *de Areblaio* (juxta *Panvinium*), natione Gallus, vir tum vitæ probitate, tum literarum cognitione maximè conſpicuus Sec. XIV. ex Cancellario Regni Franciæ, atque ex Archidiacono Borbonenſi a JOANNE XXII Presbyter Cardinalis S. Suſannæ ad duas domos renunciatus eſt A. 1316. Extant ad eum hujus Pontificis literæ, quibus virtutes, quæ in Cardinalibus deſiderantur, deſcribit, Avenione ſcriptæ eod. anno 1316. xv Cal. Jan. Ab eo Legatus eſt in Gallias ad pacem inter PHILIPPUM Franciæ & ODOARDUM Angliæ Reges procurandam. Extant aliæ JOANNIS Papæ ad *Petrum* Legatum literæ, quibus ei mandat, ut Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Reges & Principes, nullo dignitatis habito diſcrimine, cenſuris percelleret, ſi pacis conſilia diſturbarent; tum ut Regibus, ſi concordiam reſpuerent, arma moventibus, imperaret inducias, quas ſi infringere attentarent, eoſdem anathemate, eorumque ditiones interdicto ſubjiceret: at ſi poſtea apoſtolicis parerent mandatis, irrogatis pœnis exſolveret &c. *Petrus* injuncto ſibi officio ſatisfacturus, totam perluſtravit Galliam, ubi coactis hinc inde Præſulum ac Eccleſiaſticorum cœtibus, adnitente maximè Rege, ſopitis litibus, bellique æſtu, pacem diu deſideratam haud dubiè toti Regno invexiſſet, niſi ODOARDUS Angliæ Rex à Rege PHILIPPO laceſſitus, minutiorum impulſu, Legati conſiliis obſtitiſſet. Veſum Imperatore in auxilium vocato, atque liberatâ ab Anglis Galliâ, Avenionem ad Pontificem rediit *Petrus*, ubi *Michaelis Ceſenatis* Minoritæ dogma *de paupertate* ſcripto damnavit. Ejus ſententiam ex Bibl. Vatic. reſcripſit in ſuis Annalibus *Odor. Raynaldus* ad A. 1322. Cùm autem ſub id tempus, poſt Cometam anni ſuperioris, ſubſecuta eſſet fames & peſtis horribilis in Germania, Brabantia, & Anglia, *Petrus* ad indicendas orbi Chriſtiano univerſales preces, auctor fuiſſe Pontifici ſcribitur. Poſt graviora ſenectutis incommoda, vi morbi oppreſſus, obiit Avenione anno 1319. (*a*) & cum nobili memoria ſepultus in Eccleſiâ majori. Hunc eundem cum *Petro de Capella* Presbytero Card. S. Vitalis autumant fratres *Sammarthani* in Galliâ Chriſtianâ, de Archiepiſcopis Toloſanis agentes; diverſos tamen fuiſſe liquidò conſtare ait *Eggſius* (b), ſi inſignia, tituli, cognomina, tempora, & obitus utriuſque perpendantur. SCRIPSISSE dicitur noſter *de Arreblajo*

1. *Encomia Sacrarum ſcientiarum.*
2. *De libero hominis arbitrio.*
3. *Scita Theologica.*
4. *De vitiis & virtutibus animæ.*

[*a*] Apud *Morer.* verb. *Arablay* p. m. 470. ex *Spond.* ad A. 1316 n. 5. & *Aubery* Hiſt. Card. dicitur noſter in vivis fuiſſe anno adhuc 1332. ſepultum verò in Eccleſia *d'Arablay* prope *Gatinum* ditionis Vaſtinienſis (vulgò *de Gatinois*) oppidum.

[b] *Purp. docta* Lib. II. Cap. XXVIII.

ARRELIUS (*Yvo*) natione Gallus, Dominus *de Coatmen*, Vicarius Dolenſis (de *Dol* in Armoricâ) SCRIPSIT Gallicè Sec. XVII. Vitam S. *Melarii* Martyris in Britannia minori, (qui vixit Seculo VII.) *Morlai* editam (à *Morlaix*) in eadem Galliæ Provinciâ, A. 1627. in 12 *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *nu.* 1378.

ARRHABONARII. Sic vocabantur Sacramentarii Sec. XVI. quia dicebant Euchariſtiam ipſis offerri tanquam pignus corporis Chriſti, & hæreditatis promiſſæ inveſtitutam. Hanc doctrinam docuit in Tranſſylvania *Franc.* *Stancarus* Mantuanus (a). *Prateol.* verb. *Arrabab.* apud *Morer.* pag. 564. edit. Baſil. 1731.

(*a*) De eo vid. *Bælii* & *Morer.* Diction. & quæ nos in art. STANCARUS.

ARRHENIUS (*Claudius*) gente Suecus, Oſtrogothus, Sec. XVII clarus, primum Logices & Metaph. poſtea Hiſtoriarum in Acad. Upſalienſi Profeſſor, & Regius Hiſtoriographus, Collegiique Antiquitatum Aſſeſſor, in Nobilium Ordinem, ſub *Ornhialmii* cognomine evectus, Vir doctiſſimus, & rerum patriarum ſcientiſſimus, eas non paucis ſcriptis illuſtravit, quorum præcipua hæc ſunt:

1. Vita *S. Anſgarii* ſive *Anſcharii* (a) gemina, altera à S. *Remberto*, altera à *Gualdone* concinnata, cum *Remberti* verſione Suecica veteri, item Notis *Petri Lambecii*, Indiceque à ſe confecto, qui paſſim commentarii loco eſſe poteſt, ac *Adelbardi* genealogia. *Holmiæ* per Henr. Keyſer 1677. in 4. Hæc autem Verſio Suecica non ſolùm à mente primi Autoris interdum recedit, ſed paſſim etiam mutila eſt, ac integris Capitibus, imò ipſa Præfatione, partim Codicis, è quo transfuſa eſt, Latini, partim Interpretis culpâ Lectorem defraudat. Vid. *Tenzelium*, qui lacunas Verſionis hujus potiores enumerat in ſuo Editionis *Arrhenianæ* recenſu (*b*), ipſumque *Arrhenium*, qui eaſdem verbis ſuis, per uncos marginales à reliquo textu diſtinctis, ſupplevit in Præfatione. Conf. *Moller.* inf. cit. (*c*)

2. *Hiſtoria Suecorum Gothorumque Eccleſiaſtica* Libri IV priores, *inde à magis conſpicuâ in his ora Chriſtianæ religionis origine* (ſive Seculi IX initio) *atque ad finem Seculi XII: qui juſti Commentarii loco eſſe poterunt in gentium Scandianarum potiorem per hæc tempora hiſtoriam, non paucis locis ſcripturam hujus ævi obſcurioribus lucem, & dubiis fidem, afferentes.* Holmiæ 1689. in 4. Opus, judice *Tentzelio* (ad ejus exemplum Hiſtoriam etiam aliorum Regnorum Eccleſiaſticam optante) *probe elaboratum, utiliſſimumque*, &c. ob præſtantiam ſuam, à *Sever. Walt. Slutero* etiam meritò commendatum (*d*): in quo, juſſu Regio, ex Archivis potiſſimum publicis, ſummâ congeſto induſtriâ, præter animum in gentem Danicam iniquiorem,

[*a*] De eo ſupra dictum eſt *p.* 479. [b] *Dialog. menſtr. Germ.* Febr. 1690. p. 142-152. [c] *Iſag. ad Hiſt. Cimbr.* P. II. c. 3. §. 9. p. 59. 60. & *Hypomn. ad Schaffer.* de Script. Suecicis p. 356. [d] *Propyl. Hiſt. Eccleſ.* p. 101. Pluribus laudat *Baſnagius de Beauval* in Hiſt. Oper. Erud. *Nov.* 1690. *p.* 109-117. edit. 3*æ*.

Digitized by Google

quiorem, à *Temzelio* obſervatum, nimium in miraculis primorum Septentrionis Apoſtolorum explodendis rigorem, & *Φιλαυτίαν* in turbandâ Præſulum Hamburgenſium Chronologiâ juſto audaciorem (*e*), vix quicquam jure reprehendas. Hujus autem Hiſtoriæ parti reſiduæ pertexendæ deſtinata erant XIII Volumina MSS. Actorum Veterum Sueciæ Eccleſiaſticorum, ex Archivo Regio, & privatorum Scriniis, Chronologico ordine, ab ipſo (ut in Præf. Partis I teſtatur) collecta.

3. *Hagiologicon Suevo-Gothicum, ſeu veteres Vitæ Sanctorum Sueciæ* in unum volumen collectæ. *Proleg. Hiſt. Eccleſ. Suevo Goth.*

4. *Hiſtoria Epiſcoporum & Sacerdotum Sueciæ, Gothiæ ac Finlandiæ.* L. I. c. 1. p. 2.

5. *Hiſtoria Epiſcoporum Lincopenſium*, ſeorſim edenda. *L. I. c. 3. p.* 10.

6. *Bullarium Romano-Suevo-Gothicum*, ſeu Codex Bullarum, quas Pontifices Romani quibuſcunque de cauſis miſerunt in Sueciam. *L. I. c.* 8. *p.* 21. & *c.* 23. *p.* 80.

7. *Hiſtoria Monaſteriorum Sueciæ.* L. IV. c. 3. p. 438.

De cæteris ejus ſcriptis tum editis, (*f*) tum in poſterum edendis conſ. *Scheffer.* Sueciam Liter. *p.* 255. & *Molleri* Hypomn. *p.* 433 & ſeq.

(*e*) Vid. *Moller* in Addend. P. II. Iſag. (*f*) Inter ea extat *Vita* Viri Illuſtr. *Ponti de la Gardie*, Exercituum Sueciæ ſupremi Campi Ducis, *Lipſiæ* 1690 in 4. edita de qua *Acta Erud.* Lipſ. hujus anni *p.* 187. Vid. & *Bailii* Diction. in art. *Gardie* p. 1241. edit. Roterod. 1720.

ARRHENIUS (*Jacobus*) cujus habetur *Diſſert. de Pyrrhonia ſecta*, Upſal. 1708. 8. ex *Fabricio* de Script. pro Verit. Relig. Chriſt. *p* 486.

ARRIAGA (*Paulus Joſephus de*) Hiſpanus, domo ex oppido *Vergaro* Guipuſcoæ provinciæ, Jeſuitis ſodalibus nomen Octobriæ dedit; nec in Hiſpania diu hæſit, apud Indos Americanos optimos fructus Evangelicæ operæ ſibi jam deſtinans. Quo deveniens, magno ſuo atque incolarum compendio ætatis integrum quod ei ſuper fuit, inter vallum tranſegit; in omnibus vitæ actibus inſignis cujuſdam ſanctitatis odorem ſpirans. *Arequipæ*, Regiæque urbis collegia ſæpe gubernavit, Rhetoricæ artis præcepta cùm priùs olimque ſodales novus hoſpes docuiſſet, Ocaniæ videl. per quadriennium. Demum in reditu ad Europam, ut Provinciæ ſuæ Procurator Romam accederet, prope Habanam inſulam naufragio periit. Plura de ejus illuſtribus geſtis, virtutibus, ſignis dabit *Alegambus*. Obiit anno 1622. ætat. 60. commorationis ſuæ apud Indos 38. aditæ Societatis 45. (*a*)

SCRIPTA Hiſpanice.

1. *Directorio eſpiritual.* Limæ 1608 in 16. Hiſpali 1617. in 8.

2. *Extirpacion de la Idolatria de los Indios del Piru y de los medios para la converſion dellos.* Limæ 1621. in 4.

3. *Litera quibus ſe quis B. Virginis ſervituti poſſit mancipare*, & alii Tractatus ſpirituales. Ex Italico tranſtulit Hiſpanè

4. *De la Perfection religioſa* del Padre *Lucas Pinelo.* Barcinone 1610. in 12. Matriti 1611. Hanc Verſionem *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. Tom. II. p. 331. *Alegambum* ſecutus *p.* 284. tribuit *Joſepho Arriaga*, qui non alius eſſe videtur quam ille *Arriaga.*

5. Scripſit quoque *de Beata Virgine*, & *De Angelo Cuſtode*: item

(*a*) Ita emendavit *Alegambius* in *Erratis* Bibl. ſuæ, etenim p. 365. legitur non 45 ſed 55. i. e. 1567. quo puer tantum erat quinquennis *Arriaga*. Societatem igitur ingreſſus eſt A. 1577. vel 1579 ut dicitur in Diction. *Morer.* ex *Sotvello.*

6. *Librum exercitiorum ſpiritualium & devotionum ad inſtructionem eorum, qui in Seminariis Jeſuitarum educantur.* Verum hic ſolus, duobus illis deperditis, excuſus eſt.

7. Ejus prærerea extant *Rhetoris Chriſtiani* Partes VII. *Lud.* apud Cardon 1619. in 12. Vid. inf. *p.* 642. *n.* 1.

ARRIAGA (*Gundiſalvus* de) Ord. FF. Prædic. natione Hiſpanus, ortu Burgenſis, nobili loco natus, Ordinem in patriâ amplexus, S. Theol. Magiſter evaſit & Eccleſiaſtes ſuâ ætate facundiſſimus, atque Inquiſitionis Qualificator. Variis præfuit Conventibus, in his S. Dominici de Victoria, Matritenſique S. Mariæ de Paſſione hoſpitio anno 1647 exeunte, tum & Collegii S. Thomæ ejuſd. Urbis Rector inſtitutus. Obiit anno 1657. cùm priùs ſcripſiſſet linguâ vernaculâ in laudem *S. Thomæ de Aquino*, ſive de illius vitâ & doctrinâ ſtylo exegetico, hoc est.

1. *Santo Tomas de Aquino Doctor Angelico de la Igleſia, gloria y honro de la religion eſclarecida de Predicadores, en vida y doctrina predicado.* Matriti, Tom. I. 1648. Tom. II. 1652 fol. Prior continet Vitam S. Doctoris, in Diſcurſus prædicabiles digeſtam.

2. *La Vida del Ven. Padre F. Juan de Lezcano ſive Lezcano de la Orden de Predicadores dichoſo muerto en Pampelona con opinion de ſanctitad* 26 Aug. 1636. An typis prodierit ignoramus, ſed ejus exemplar ſervabat *Jac. Quetif* ab *Hyacintho de Parra* ex Matrito illi tranſmiſſum, teſte *Echardo* de Script. Ord. Præd. Tom. II. p. 586.

ARRIAGA (*Rodericus* de) Jeſuita, natione Hiſpanus, Lucronæ natus 17 Jan. 1592. Societatem ingreſſus eſt 17 Sept. 1606. & Valliſoleti Philoſophiam, Salmanticæque Theologiam ſummo omnium plauſu docuit. Pragam anno 1624 ſe contulit, ubi Theologiam Scholaſticam per tredecim annos prælegit, Studiorum Præfectus generalis per vicennium extitit, & Univerſitatis Cancellarius per duodecennium, præſtantiſſimis doctrinæ & probitatis dotibus famæ ſuæ ex æquo reſpondens. Et autem, inquit *Antonius* ubi inf. cit. (*f*) virtutis famâ reliquos omnes ſtudiorum merito in provinciâ conſpicuos anteibat, ut vivus præſenſque audire a vulgo meruerit, *Pragam* urbem & *Arriagam* res duas eſſe in regno Bohemiæ nobiliſſimas & inæſtimabiles. Planè illuſtravit rem Theologicam univerſam & Philoſophicam, nec alienus a Rhetorum floribus, multis voluminibus. Doctoris autem Theologici gradum ſolemni pompâ obtinuit, ac plurimam ſibi omnium exiſtimationem conciliavit. A Provinciâ Bohemiæ ter Romam legatus eſt, ut generalibus ſui Ordinis Congregationibus, VIIIvæ ſcilicet, Xmæ & XImæ adeſſet. Apud *Urbanum VIII.* & *Innocentium X.* Pontifices, *Ferdinandumque III.* Imperatorem magnâ in gratiâ fuit. Pragæ mortuus eſt die 17. Junii 1667. ætat. 75. non 95. uti errore forſan typographico legitur apud *Gibertum* ubi inf. cit. (*d*) Vir multâ ingenii ſagacitate præditus, qui in evertendis negatis quam in aſtruendis conceſſis, longè feliciorem operam adhibebat, unde Pyrrhoniſmo omnium patrocinatus fertur, quamvis ab eo & ipſe alieniſſimus, ut egregiè oſtendit doctus *Bælius* inf. cit. qui hæc de illo *Petri de Villemandy* (*a*) verba adducit »Sunt »alii, *ait*, qui periculoſius adhuc ſollicitant (*ſacratiora fidei dogmata*) cujuſmodi *Arriaga ſua in Thomam diſputationibus Theologicis*: nihil enim non moliuntur, ut aliorum quorumcunque placita reflexionibus & objectionibus ſuis deſtruant: ipſi autem »nihil ferè aſtruunt........ (*b*) Celebris eſt inter »Romanenſes *Rodericus* ille *Arriaga*..... Is multis »voluminibus in fol. & Philoſophiam & Theologiam eſt

(a) *De Scepticiſmo debellato c.* 1. p. 13. (b) *ibid.* c. 4. p. 32.

» eſt perſecutus. Jam autem ſingula quæque ſic tractat, ut aliorum ferè omnium opiniones variis rationibus infirmare ſtudeat, ſuas autem leviſſimè ſuffulciat. Si ex hac methodo ingenii conditio dijudicetur, verè Pyrrhonius poteſt haberi; cùm tamen placita ſua, quantum poteſt, firmet, iiſque conſtanter inhæreat, non poteſt legitimè eo nomine donari.

De eo dicit Autor *Logicæ Nominalium*, illum profiteri ſe quidem Nominalem, ſed eorum fundamenta non intellexiſſe (c).

SCRIPTA:

1. *De Oratore Libri IV.* Colon. apud Bern. Gualterum 1637. in 8. Certè *Paulus Joſ. Arriaga*, de quo ſupra, *Rhetoris Chriſtiani* opus elucubravit, quod à Noſtro prorſus diverſum eſt. Hi autem Libri continent præcepta *Ciceronis* verbotenus, in methodum tamen Scholaſticam redacta. Æquiparandum hoc opus eſt Rhetoricæ *Soarii*, imò præferendum. Nimia tamen longus eſt in tractatione Locorum Topicorum, quæ tertiam operis partem implet, item in tractatione de figuris Rhetoricis. Ita cenſet Rhetoricæ Profeſſor A. 1716 in Collegio Mazarino D. *Gibertus*, olim Rector Univerſitatis Pariſienſis. De dubio autem an verus hujus Rhetoricæ Autor ſit *Rodericus*, etſi non negat ſubeſſe probabiles dubitandi cauſas, firma tamen adfert argumenta, quibus *Arriaga* noſtro vindicatur (d).

2. *Curſus Philoſophicus*, cujus occaſione hæc *Morhoſius* (e): » Hujus Viri laudes, inquit, à multis, » & meritò quidem, celebrantur, arguitque eas ipſa operum Philoſophicorum editio, quæ quater » prodierunt: .... VIa Editio prodiit *Lugd.* apud » Claud. Proſt 1653. fol. Hoc ejus Opus curioſiùs » elegantiuſque videtur ſcriptum eſſe, quàm cæterorum in hoc genere, præſertim, cùm ad obſervata » Recentiorum ſæpè reſpiciat, quod & ipſe ſe facturum pollicetur in *Præfat.* exemplo *Franc. Suarezii*, » quem *hujus ſeculi Gigantem inter Scholaſticos* appellat. » Sequitur & ſuas quaſdam ſententias, à reliquis Scholaſticis diſcrepantes, ſed magis in Compendium ſua » trahit, quàm *Oviedus*, qui prolixior eſt. » Hujus autem *Curſûs Philoſophici* memoratur editio *Antverp.* apud Moretum 1632. item *Pariſ.* & *Lugd.* 1669. fol. auctior.

3. *Brevis expoſitio literæ Magiſtri Sententiarum, cum quæſtionibus, quæ circa ipſam moveri poſſunt, & authoribus, qui de illis diſſerunt.* Lugd. poſt alias editiones 1636. in 8 (f).

4. *Curſus Theologicus* VIII Volum. in fol. *Antverp.* apud Moretum ab A. 1643 ad 1655. ſequenti ordine.

Tomus I & II. A. 1643. *Diſput. Theol. in primam Partem D. Thomæ.* Prior continet Tractatum *de Deo uno & trino*: Alter *de Angelis, de Opere ſex dierum, de ultimo fine hominis.* Lugd. item utcrque prodiit A. 1644. fol.

Tomus III & IV. A. 1644. *In Primam ſecundæ.* Tertius continet Tractatus *de Actibus humanis, de Paſſionibus animæ, de Habitibus & Virtutibus, de Vitiis & Peccatis.* Quartus *de Legibus, de Divinâ Gratiâ, de Juſtificatione, de Merito.*

Tomus V. A. 1649. *In ſecundam ſecundæ*, continet Tractatus *de Fide, Spe & Charitate, Prudentiâ, Fortitudine & Temperantiâ.* Item Lugd. 1651. fol.

Tomus VI. A. 1650. *In tertiam Partem*: de Incarnatione Divini Verbi.

Tomus VII & VIII. A. 1655. *In eandem*, Septimus continet Tractatum *de Sacramentis* in genere, & *de Euchariſtia.* Octavus *de Sacramento Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis & Ordinis.* Nono dabat operam Autor cùm è vivis ſublatus eſt. In eo *de Jure & Juſtitiâ* tractaturus erat.

(c) Ex *Morhof.* Polyhiſt. Philoſ. lib. 1. cap. 13. §. XI. (d) Vid. *Gibert* Judicia Erud. de Rhetoricis *Tom. II.* p. 440-441. (e) Polyhiſt. Phil. *lib. 1. cap. 14. §. 47.* (f) *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Tom. II. p. 209.

Sæpè, inquit *Ancillonius* de Autore noſtro verba faciens (g), hæc ejus verba miratus ſum de præſentiâ reali (h): *Chriſtum eſſe ſub hac numero hoſtiâ non credunt Fide Divinâ, quia non eſt certum, illum conſecrantem eſſe verum Sacerdotem, & habuiſſe voluntatem conſecrandi*: quâ de re egregiè diſſerit *Bruguierius* in Demonſtratione conformitatis Eccleſiæ Reformatæ cum veteri, *&c.* ubi de Tranſſubſtantiatione loquitur. Addit *Ancillonius* Jeſuitam alibi (i) probare, fractione panis Euchariſtiam intelligi. Notat Vir Cl. ſingularem ei eſſe ſcribendi methodum; cæteris multò majori licentiâ uti, qui abjectâ ſervitute receptas à Scriptoribus Societatis ſententias deſerere non audent; eoſque, quaſi infallibiles, ſcrupulosè ſectantur: ſe apud eundem legiſſe (k) ubi *Vaſquezii* opinionem refert (in quæſtione *an licitè unâ ſpecie ſive alterâ ſumi poſſit*) *ſe omnibus penſatis non multùm ſidere ſolutioni* Patris *Vaſquez*.

Obſervavit inſuper laudatus *Ancillonius* cùm legeret *Arriagam* & *Oviedo*, alterum ubique propoſitionis affirmativam tueri, ubi alter negativam; quod in ſolo fermè *Cornelio à Lapide* cum *Eſtio* deprehendit vir ille doctus.

De *Arriaga* vid. *Sotwel* Bibl. S. J. *Balii* Diction. Crit. *p.* 350 edit. Roterod. 1720. *Morer.* verb. *Ariaga* p. 521. & *Arriaga* p. 564. edit. Baſil. 1731.

Quæ de illo notavit *Jægerus* occaſione *Arnaldi* Doctoris Sorbonici vid. ſup. *p.* 613. & 614.

(g) *Miſcell Crit.* Tom. I p. 207. De iſto libro vid. ſup. p. 426. (h) *Arriaga* Tom. V Diſp. XXI *Sect.* VI. p. 302. *n.* 38. edit. Antverp. (i) *Idem* Tom. VII. Diſp. XLII. Sect. I. (k) *ibid.*

ARRIANUS, domo Nicomedienſis, *Epicteti* diſcipulus, Philoſophus, Orator, Hiſtoricus ſummus, novus *Xenophon* dictus, Conſulatum etiam in Republica geſſit: ab *Euſebio* in Chron. ad an. CXLVII. refertur. Odioſo Galilæorum nomine Chriſtianos traducit, eorumque in adeunda periculis promptitudinem inſaniæ ac conſuetudini aſcribit, *Diſſert. in Epict.* l. 4. c. 7. Vide quæ de Judæorum, vel ut alii volunt, Chriſtianorum baptiſmo habet, *l. 2. c. 9.* Hæc *Caveus* in Hiſt. Liter. inter Scriptores Gentiles qui Seculo II adverſus Chriſtianos invecti ſunt: atque hanc ob cauſam hoc in opere locum habet: ſed de eo plura addi poſſunt.

Extant iſtius *Arriani* Libri IV ſuper Diſſertationes *Epicteti* Græcè Venetiis apud Barthol. Zanettum 1535. 8 curâ *Joan. Franc. Trincavelli.* Baſil. apud Joan. Oporinum 1554. Interprete *Jacobo Schegkio* Tubingenſi. Græc. & Lat. ex Verſione & cum Annotationibus *Hier. Wolfii* Baſil. 1560. Colon. 1595. 8. Cantabr. 1655. 8. item Londini 1670. *Marci Meibomii* & *Claudii Salmaſii* Notas & Emendationes in *Epictetum* Arriani inſeruit *Hadr. Relandus* in egregiâ ſuâ *Epicteti* editione Trajecti Batav. 1711. in 4. Alia *Arriani* opuſcula dedit *Nic. Blancardus* Græc. Lat. *Amſtelod.* apud Janſſonio-Waesberg. 1683. 8. (a) & ante eum alii. *Expeditionis Alexandri* Libri VII. & *Hiſtoria Indica* Græcè cum Interpretatione Latinâ *Bonav. Vulcanii* in lucem prodierunt curâ laudati *Blancardi* Amſtelod 1668. 8. & poſt variam aliorum induſtriam operâ & ſtudio *Jac. Gronovii* Lugd. Bat. apud Petr. vander Aa 1704. fol. Sed de his dicere non eſt locus. Hoc unum addam, egregiis laudibus à viris doctis ornatum fuiſſe *Arrianum*. » Certè *Arrianus* inquit *Bodinus* (b) » ſummo vir ingenio, ſummâ » que doctrinâ præditus, ut planum fit ex ejus Com» mentariis in *Epictetum*: præterea uſum cum erudi» tione conjunxit: ac propter ſummam prudentiam » ab *Adriano* Aug. per omnes honorum gradus ad » Conſulatum

(a) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1684. p. 122.
(b) *Method. Hiſt.* c. 4. p. 60.

» Conſulatum florente Republica provectus eſt.

» Eſt in manibus etiam, inquit *Iſaac. Caſaub.* Epiſt. » 9. ad *Thuanum*, Arriani *Epictetus*, liber, ut noſti, » verè aureolus, quem *Jac. Schegkius*, magni apud » ſuos nominis homo, ſic Latinum fecit, quaſi » juraſſet omnia non vertere, ſed pervertere.

» Scio, inquit *Lipſius* (c), non alios è priſcis » magis conſentire cum Chriſtianâ pietate quàm eos » qui è Stoica domo. in quo numero etiam *Arria-* » *nus* eſt, qui digeſſit Græcè Diſſertationes *Epicteti*, » mihi valdè probatas.

Plura dabit elogia *Thomas Pope Blount* in Cenſurâ Autor. p.m. 166 & 167. ex *Photio* inprimis, *Cælio Rhodigino*, ipſo *Arriani* Editore *Blancardo*, aliiſque. Scripſit item alia iſte *Arrianus*, quæ deſiderantur. Fuêre autem plures hujus nominis Scriptores antiqui, quos ab invicem ritè diſtinguere non eſt admodum facile. De his vid. *Geſneri* Bibl. *Moreri*. Diction.

(c) *Epiſt. Cent. I. Miſcel. Epiſt.* 33.

d'ARRIBA ſeu ARIBA (*Franciſcus*) Hiſpanus, cujus extant

1. *Quæſtiones ſpeculativæ Theologicæ* Libris IV. Pariſ. 1623. (*a*)

2. *De Gratiâ & libero arbitrio*: ibid. 4. (*b*).

(a) *Lipen.* Bibl. Theol. II. 618. *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 1712. (b) *Lipen.* I. 743.

ARRIGHETTI (*Maurus*) Etruſcus, Ord. FF. Prædic. patria & profeſſione Florentinus, celeberrimus Sec. XVI. Concionator fuit & inſigni claræ eruditione, Sacræ Theologiæ laurea magiſterioque decoratus, ob præclaras animi dotes in pretio apud ſuos habitus ſæpiuſque in Prælatum electus, variis gravioribuſq; provinciæ ſuæ Romanæ præfuit Prior conventibus: bis etiam electus eandem rexit Provincialis, quo dum fungitur munere, Florentiæ demum anno 1570 menſe Martio e vita migravit apud S. Marcum, ibique ſepultus jacet. Ejus cum laude meminerunt *F. Seraphinus Razzi* Huomini illuſtri *p.* 264. *Poccianti* de Script Florent. *Altamura* ad 1570 & alii. Scripſit autem ad inſtantiam Sanctimonialium Ordinis ſui S. *Nicolai de Prato*, quibus & opus ſuum ille inſcripſit,

1. *Una ſpoſizione copioſa e facile ſopra il Saltero*: hincque conjiciunt *Pſalterium Davidicum* ab eo unà Italice verſum, & ad veritatis Hebraicæ fontes accuratius. Quod opus extabat anno 1586 apud ſpitus *Arrighetti* ſororem germanam in monaſterio S. Catharinæ Senenſis MS. nondum editum.

2. *Prediche quatragiſimali fatte in Roma nel convento della Minerva fin l'anno* 1548. Servantur MS. in Bibl. ſui Conventûs dicti S. Marci *Arm. II n.* 188. teſte *Echardo* in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 211.

ARRIGHETTI (*Philippus*) itidem Florentinus, vir in Philoſophicis atque humanioribus literis verſatiſſimus, inter Theologos etiam Florentinos floruit ab anno 1631. *Urbano* Papæ *VIII* acceptiſſimus, ab eo factus eſt Metropolitanæ Florentinæ Canonicus Pœnitentiarius. Obiit 27 Nov. 1662 ætat. anno 80. ob præclaras dotes omnibus chariſſimus. Varios ſcripſit libros, qui MS ſervabantur apud *Bern. Benvenuti* S. Felicitatis Florentinæ Priorem. Inter hos extant ſeptimè *Sermones Sacri* tum Latinè, tum Italicè, *Vita S. Franciſci Xaverii* ex Relationibus ab Emin. Cardinali *Franciſco Maria del Monte* in Conſiſtorio habitis excerpta; item Diſcurſus *de Oratione Vocali & Mentali*, aliaque. Vid. *Raph. Badium* in Catal. Theol. Univerſit. Florent. *Negri* degli Scritt Fiorent. *p.* 166. *Joan. Reh* è Soc. Jeſu, in Achate ad *Conſtant. Cajetanum*, ubi profert ejus Epiſtolas ad *Alexandrum* Cardinalem *Urſinum*.

ARRIGHI (*Joannes Baptiſta* ſive *Henricus*) Florentinus, Eremita Auguſtinianus, S. Theologiæ Magiſter, in Collegium Univerſitatis Theologorum Florentinorum cooptatus eſt A. 1565. Prior Conventûs S. Spiritûs Florentiæ electus eſt A. 1569. & A. 1570. Præceptor Monachorum Vallis umbroſæ. A. 1579 in obſequium Emin. Cardinalis *Farneſii*, Literarum Græcarum Lector Monachorum Criptæ Ferratæ deſignatus fuit. Ejus obitum ad A. 1580 refert *Julius Niger* (a), at *Poſſevinus* eum in vivis fuiſſe ait (*b*) A. 1588. *Elſſius* verò (*c*) A. 1593 publicum Profeſſorem in Univerſitate Bononienſi fuiſſe tradit.

SCRIPTA:

1. *Elementa Sacræ Theologiæ* Libris IV. Florentiæ 1569. 8

2. *Axiomata* ſive *Concluſiones* quibus titulus: *Simplex Scientiarum omnium, & liberalium Artium enumeratio*. Florentiæ. Annon idem forte opus quod ſub nomine *Roder. de Arriaga* memorat *Lipenius* Bibl. Philoſ *p* 153. *Omnium ſcientiarum anima*, ſeu *Axiomata Phyſico-Theologica*. Lugd. 1644. fol. Certe ſimile opus nulli Jeſuitæ Hiſpano adſcriptum vidi.

3. *De Hominis beatitudine* Tractatus.

4. Variæ *Orationes* elegantes.

5. Præterea noſter *Arrighus* A. 1572 ex Commiſſione Generalis correxit unum Tomum Operum *S. Auguſtini*.

(a) Negri *Iſtor. degli Scrit. Fiorent.* p. 240. (b) Poſſevin. in *Appar. Sacro*, voc. *Joan. Bapt. Arrigus.* (c) Encom. Auguſt. p. 320.

ARRIGHI vel ARRIGHO (*Laurentius*) Bononienſis, Ordinis Cruciferorum, edidit *Vitam* Papæ *Urbani VII* Bononiæ 1614 (*a*) vel 1616 (*b*) in 4. typis Jo. Bapt. Roſſi.

(a) Lud. Jacob. *Bibl. Pontif.* p. 384.
(b) Orlandi *de Script. Bonon.* p. 195.

Abbas ARRIGHI Juris Canonici in Univerſitate Patavina Profeſſor publicus, Orationem habuit menſe Novembri 1728 pro Juriſdictione Pontificum, quæ edita eſt typis Seminarii A. 1729. ſub tit. *De repetendis fontibus Juris Pontificii* (a): & paulo poſt dedit in lucem quatuor Diſſertationes *de Jure Pontificio univerſo*: in quibus brevi & perſpicuo ſcribendi methodo uſus, originem & progreſſum Juris Canonici oſtendit, variaſque quas ſexdecim prioribus ſeculis ſubiit mutationes *&c.* exponit (b).

(a) Vid. *Novelle della Rep. delle Lettere* Junii & Jul. 1729. p. 210. 221 & 223. (b) *ibid.* p. 239.

de ARRIOLA (*Dionyſius*) Ciſtercienſis, *Vallis bonæ* Monachus, natione Hiſpanus, Sacræ Theologiæ in domo Complutenſi Profeſſor, Scripſit

De Benedictionibus Patriarcharum, ſuper Cap. XLIX. Geneſeos, Commentaria ſatis erudita, quæ MSS. remanſerunt in eodem Complutenſi Collegio, teſte *Viſchio* de Script. Ciſt. *p.* 83.

ARROIO (*Didacus* de) Hiſpanus, ſcripſiſſe dicitur

De Sacramentis: de quo nil aliud ſcimus quàm laudari eum ab *Auguſtino Barboſa*, teſte *Nic. Antonio* in Bibl. Hiſp.

ARROWSMITH (*Joannes*) natione Anglus, Theologiæ Doctor & Profeſſor Cantabrigienſis, SCRIPSIT Latinè, ut arbitror,

1. *Tacticam Sacram, de Milite ſpirituali pugnante, vincente, triumphante.* Libris IV. Cantabrig. 1657 (*a*).

2. *In priores 18 verſus Cap. I. Evangelii S. Joannis*, Londini 1660. in 4 (*b*).

3. *Catenam Principiorum Theologicorum* (c).

[a] *Lipen.* Bibl. Theol. II. 316. [b] *Le Long* Bibl. Sac. p. 619. [c] *Hotting.* Bibl. quadrip. p. 36.

ARROY (*Biſianus*) natione Gallus, Theologiæ Doctor, & Theologalis Eccleſiæ Lugdunenſis, vixit Sec. XVII.

SCRIPTA Gallica:

1. *Queſtions decidées ſur la juſtice des armes des Rois de France, & l'Alliance avec les Heretiques & les Infidéles.* Pariſ. Loyſon 1634. 8. Huic libro anſam præbuit fœdus LUDOVICI XIII Galliæ Regis cum Suecis & Proteſtantibus Germaniæ initum (*a*).

2. *Apologie pour l'Egliſe de Lyon, contre les Notes & pretendues Corrections ſur le nouveau Breviaire de Lyon.* Apologia pro Eccleſiâ Lugdunenſi adverſus Notas & Emendationes in novum Breviarium Lugdunenſe. *Lugd.* 1644. in 8 In eâ inferuntur Elogia primorum Archiepiſcoporum Lugdunenſium, quorum Autor noſter nobilitatem, antiquitatem & ſanctitatem extollit (*b*).

3. *Brieve & devote Hiſtoire de l'Abbaïe de l'Iſle Barbe lez-Lyon.* Brevis & pia Hiſtoria Abbatiæ Inſulæ Barbaræ prope Lugdunum. *Lugd.* apud Liberalem 1668. in 12. Oppoſita eſt *Claudio Le Laboureur* antiquo ejuſdem Abbatiæ Præpoſito, qui opus edidit hoc tit. *Les Mazures de l'Abbaïe de l'Iſle-Barbe* &c. Hujus primam Partem, quæ Abbates Regulares continet, A. 1665 impreſſam, noſter impugnat. Duo iſti Autores inter ſe pluries decertaſſe notat *Jac. Le Long.* (c).

[a] Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* n. 1897. [b] *ibid.* nu. 3467. [c] *ibid.* n. 5029.

ARRUBAL (*Petrus* de) natione Hiſpanus, domo ex oppido *Cenizeros* (a), Presbyter Societatis Jeſu, paribus ingenio, doctrinâ & pietate floruit in re Theologica atque ſapientiæ ſtudio Compluti, Salmanticæ, Romæque Profeſſor Sacræ Theologiæ ſub finem anni 1602. quâ in urbe coram Summo Pontifice doctrinam Jeſuitarum de Auxiliis Divinæ Gratiæ doctè admodum in locum *Gregorii de Valentia*, qui in morbum inciderat, propugnaſſe dicitur. Obiit Salmanticæ d. 22 Sept. 1608. ætat. anno 49. in Societate tranſactis prope 30 (*b*), relictis, qui poſthumi prodierunt,

Commentariorum & Diſputationum in Primam Partem D. Thomæ, tomis duobus; quorum *prior* continet materiam *De Deo uno* Diſputationibus XCII. *Matriti* 1619. *poſterior* materiam *De Deo Trino & de Angelis*, Diſputationibus CLXXXI. *Ibid.* 1622. in fol.

Latet adhuc propter inhibitionem Sedis Apoſtolicæ, *De Auxiliis Divinæ Gratiæ*, cujus ſpem fecerat, Commentarius.

[a] Oppidum eſt Diœceſis Calagurritanæ ad fines regni Navarræ & veteris Caſtellæ. [b] Vid. *Morer.* p. m. 666. edit. Baſil. 1731. ex *Sotvvelli* Bibl S. J. Conf. *Alegamb.* pag. 372. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp p. 137.

ARRUEGO (*Joannes* de) itidem Hiſpanus, domo ex oppido *Leziñena* Regni Aragoniæ, Portionarius almæ Eccleſiæ Cathedralis S. Salvatoris Cæſaraugustanæ, circa litem tot jam annis pendentem, vixque hodie finitam (*a*), ſcripſit

Catedra Epiſcopal de Zaragoça en el Templo de San Salvador deſde la primitiva Igleſia y en el principio de ſu fundacion. Cæſaraugustæ 1650. fol.

[a] Hæc circa A. 1670 ſcribebat *Nic. Antonius.*

ARSCOT (*Alexander*) Anglus, edidit vernaculè Londini typis Joan. Roberts An. 1731. librum cui tit.

1. *The plain reaſons for being Chriſtian*, ubi rationes ſimplices ad profitendum Chriſtianiſmum exponuntur, quibus reſponderi poſſit cuicunque, fundamentum ſpei quæ nobis cum timore ineſt, petenti.

Idem unà cum duobus aliis alium evulgarunt librum hoc tit.

2. *Some conſiderations relating to the preſent ſtate of the Chriſtian Religion.* Conſiderationes aliquot circa hodiernum ſtatum Religionis Chriſtianæ (*a*).

[a] *Lettres Serieuſes & Bad. ſur les Ouvr. des Sçav.* Tom. V. P. I. p. 179.

ARSDEKIN (*Richardus*) Soc. Jeſu, natione Hibernus, Kilkenienſis, claruit Sec. XVII. Ex eo habetur

Theologia tripartita univerſa, complectens nunc (teneo editionem Antverp. 1718.) *perfectam Bibliothecam Viri Eccleſiaſtici*, ſcilicet, Tom. I. *Controverſias Heterodoxas ac Scholaſticas; cum ſpeciali notitiâ rerum modernarum, & Chronologiâ totius Monarchiæ Sacræ, & Secularis; Pontificum, Conciliorum* &c *Hæreſum omnium, ac Propoſitionum damnatarum, Mundi ſex ætatum, quatuor illius partium* &c. Tom. II. Part I. *Theologiam Speculativam, brevi methodo integrè comprehenſam, cum Quæſtionibus novis indicatis, & recurſu ad præcedentes controverſias, ac ſequentem Practicam.* Part. II. *Theologiam Practicam univerſam, cum modernis Pontificum Decretis, & adjunctâ in fine Notitiâ Juris Canonici, Civilis, Philoſophiæ, Fori Eccleſiaſtici, ac Scriptorum in ſingulis Catalogo.* Tom. III. *Apparatum Practicum pro omni functione viri Eccleſiaſtici, Concione omni per annum; totâ Catecheſi, quâlibet Aſſiſtentiâ ægris & ſanis; Praxi Meditationum, Ritibus Sacramentorum* &c.

De pretio operis ſui ac ſimul de muneribus ſuis, Lectorem edocet Autor ipſe in Præfatione, ubi ita loquitur: Admiſſus pridem Dei gratiâ ex Philoſophiâ » Lovanii, in Provinciâ Flandro-Belgicâ, natione » Hibernus, elaboravi primùm in Scholâ Theologicâ noſtrâ Lovanienſi, quantum ſinebat in eo » Profeſſoris munus aſſiduum, Opus aliquod Theologicum, tam Miſſionariis Apoſtolicis, quàm aliis » paſſim animarum Curatoribus opportunum, à Viris patriæ noſtræ primariis ad hunc laborem impulſus. Hujus Operis mille circiter exemplaria paucorum menſium ſpatio diſtracta fuerunt, & plura » paſſim deſiderata; adeo ut in Academiâ Pragenſi » tam remotâ eſſent qui opus illud calamo exſcriberent, defectu exemplarium, uti disertè habet Præfatio Editionis *Pragæ* typis Academicis, inſcio Authore, tunc primùm inſtitutæ, quam plures per » Germaniam Editiones brevi tempore ſunt ſubſecutæ, quas infra indicabimus.

» Poſtea, pergit Autor, pluſculum hic (Lovanii forte) » nactus otii in Præfecturâ Studiorum Theologiæ ac Philoſophiæ, varias Editiones à me deſideratas elucubravi. Demùm poſt omnes iſtas Editiones variè auctas, undique avidiùs diſtractas, » conatus ſum Opus illud ſingulari ſanè ſtudio in » ſingulis Partibus ita utiliter augere, perficere, » ordinare, ut verè poſſit eſſe, uti ab aliis inſcribitur, *Bibliotheca* nunc *perfecta* in quâvis functione » viris Eccleſiaſticis, & omnibus Theologiæ, Juris, » aliarumque Facultatum ſtudioſis in omni genere » ſingulare ſubſidium.

Editiones autem hujus operis, quas novi hæ ſunt: I. Lovanii 1677. II. Pragæ 1678. III. Antverp. eod. anno, cum Augmento: IV. Coloniæ: V. Ingolſtadii: VI. rursùs Antverp. 1682. aucta, emendata atque in tres Tomos diſtributa. VII. rursùs Colon. 1683. VIII. rursùs Antverp. 1685. in ſingulis Partibus plurimùm locupletata, & in novum ordinem digeſta: IX Dilingæ 1687. fol. X. rursùs Colon. 1688. in 4. XI. Venetiis 1693. in 4. XII. rursùs Dilingæ 1694. Et hæc ultima forte uſque ad mortem Autoris, quæ contigit anno 1696. (*a*) Inde verò prodiit rurſus XIII. Colon. 1702. XIV. Antverp. apud Verduſſen 1718. in 4. quæ in titulo numera-

[a] *Morer.* Diction. p. 566. edit. Baſil. 1731.

numeratur *ad minus decima tertia*, in quâ Typographus monet, varia emendata, reſtricta & omiſſa eſſe; omiſſum v. g. quod antehac erat de Peccato Philoſophico, *& ſi illud alibi*, inquit, *in Editione priori remanſerit, hoc factum eſt injuſsu Superioribus.* Acceſſerunt item varia, v. g. *Tom. I.* amplatio quædam circa Declarationem Cleri Gallicani A. 1682. Conſtitutio *Innocentii XI* adverſus Propoſitiones LXVIII *Mich. de Molinos*, & Decretum *Innocentii XII* ſuper interpretatione Formulari in condemnationem quinque Propoſitionum *Corn. Janſenii*, cum Diplomate ſuper hac re ad Epiſcopos Belgii, nec non cum alio de Gratiâ per ſe efficaci, & de Prædeſtinatione ante prævifa merita, ad Facultatem Theologicam Lovanienſem. *Tomo II* appoſita ſunt duo Decreta *Alexandri VIII* adverſus Propoſitiones XXXIII, quorum Decretorum poſteriore conſirmantur etiam hinc inde aliqua dictis Tomis. Iſtæ autem ſimileſque additiones quin reperiantur in plurimis quæ præceſſerunt editionibus, nullus dubito. Alicubi memoratam vidi poſteriorem editionem (eamque numero XVam Colon. 1731 vel 1732. in 4.

ARSENIUS Patricius Romanus, dignitate illuſtris, Græcis Latiniſque literis eruditus, claruit anno 383. A *Theodoſio* Magno in Aulam accitus eſt, ut filiorum ſuorum, *Arcadii* & *Honorii*, in literis inſtruendis curam gereret, quorum *Pater* dictus eſt. Anno ætatis 40. Aulam reliquit, & vitæ Monaſticæ gratiâ in Thebaidis deſerta Scetim ſe contulit. Exactis ibi annis 40. Troen, ſuperioris Babylonis vetus Memphim locum, petiit. Poſt annos 10. & tres alios in Canopo Alexandriæ exactos, Troen rediit, ubi & mortuus eſt A. 445. annos XCV (*a*) natus. Extat ejus *Doctrina* & *Adhortatio* ad Monachos; breve quidem opuſculum, ſed ſpiritu verè monaſtico & ſpirituali plenum, à *Combefiſio* editum Græc. Latin. *Auctar. Noviſſ.* Pariſ. 1672. p. 301. & Tom. XXVII Bibl. PP. Lugd. A. 1677. Inter Apophtegmata Sanctorum ſenum, quæ publici juris fecit *Cotelerius* Monument. *Tom. I.* Locum habent *Arſenii* noſtri Apophtegmata XLIV. à variis Aſcetis, qui cum eo familiariter verſati ſunt, collecta, *p.* 353. Hæc *Caveus* in Hiſt. Liter.

Græci ejus feſtum celebrant die 8 Maii, Latini 19 Julii, ad quem vid. *Adr. Baillet*, & ex eo *Morer.* Diction.

Fuit & *Arſenius* Hypſopolenſis in Thebaide Epiſcopus, de quo occaſione datâ quædam dicemus in articulo *Athanaſii* Alexandrini.

[a] *Arſenium* annis 120 vixiſſe quidam ſcripſerunt.

ARSENIUS, *Autorianus* dictus, patriâ CPolitanus, Monaſterii cujuſdam Nicæni alumnus, cui etiam præfectus eſt. Poſtmodum abdicato hoc munere, privatam magis vitam in *Apolloniadis* Aſceteriis excoluit; &, ut videtur, etiam in Monte Atho monaſticam vitam egit. Tandem circa annum 1255. *Nicephoro Blemmida* id muneris recuſante, à *Theodoro Laſcare* Imp. juniore imperii recens potito ad Patriarchatum CPolitanum evectus eſt. Anno 1259. THEODORUS Imp. moriens, *Arſenium* unà cum *Georgio Muzalone* JOANNI filio tutorem dedit. *Arſenius* verò *Muzalonis* proditionem & inſidias regio puero intentatas ægrè ferens, Patriarchatu ſeſe abdicavit, & in Monaſterium ſeceſſit. Anno 1261. recuperatâ à Græcis, duce *Michaele Palaeologo*, CPoli, ad urbem regiam evocatus eſt, ut dignitatem priſtinam, & cum dignitate ſedem pluſquam ſemiſæculo Græcis Patriarchis deſideratam reciperet. Anno 1262. *Michael* Imp. *Joannem* Theodori *Laſcaris* filium decennem, & *Arſenii* Patriarchæ pupillum oculis privavit. Tam nefarium facinus Eccleſiaſticis cenſuris vindicavit *Arſenius*, ac *Michaelem* ſacris interdixit. Irarum plenus Imperator Epiſcoporum Concilium indicit, *Arſenium* fictis criminibus onerat, Patriarchatu deponendum curat, & in Proconneſum relegat (*a*). Multos annos exilio ſuperfuit *Arſenius*, quando tamen obierit, non liquet. De eo ſic *Gregoras* Hiſt. l. 4. p. 60. ἦν μὲν γὰρ ὁ περὶ ἀρετὴν [illegible] καὶ τὴν Θεῖον ἀγωγὴν ὁ ἀνὴρ οὐ πολὺ τῶν ἄκρων ἀπολειπόμενος, ὡς δὲ πραγμάτων πεῖραν καὶ πολιτικὴν διοίκησιν καὶ αὐτῶν (ὡς εἰπεῖν) τῶν [illegible] ἐφ' ὃ ἦν ἀρχῆς [illegible]. *Nam quod ad virtutem & pietatis cultum attinebat, ille vir parum à ſummis aberat, ſed uſu rerum & Imperii adminiſtratione ne cum ſeſſore quidem conferendus.* Scripſit adhuc Monachus *Synopſin divinorum Canonum*, ex Patribus Synodorumque ſtatutis collectam, & in titulos CXLI digeſtam, capitibus quibuſdam legum imperialium cuivis titulo adjectis. Extat Gr. Lat. ab *Henrico Juſtello* edita Bibliotb. Jur. Canon. *Tom. II. p.* 749. *Teſtamentum* Arſenii Gr. Lat. extulit Cl. *Cotelerius* Monument. Eccleſ. Gr. *Tom. II. p.* 168. Hæc *Caveus* in Hiſt. Liter. & ex eo *Baius* in Dictio. Crit. *Nicolaus* in Breviar. & Suppl. Comment. *Lambecii* de Bibl. Cæſareâ Vindob. *l. IV.* quæ MSS. Codices Philoſoph. & Philologicos *num.* 343. complectitur, habet *Arſenii* Lexicon *n.* 122.

Cæterum *Arſenius* etiam depoſitus, *Joſephum* Cœnobii Montis Galeſii Monachum, (qui poſt abdicationem *Germani* hujus nominis *tertii* (*b*) ſedem CPolitanam tredecim annis tenuit,) Imperatoris licèt authoritate protectum excommunicavit, unde & poſt Concilium Lugdunenſe A. 1274 celebratum, ſtabant adhuc plurimi Græcorum à parte *Arſenii* adhuc viventis, contra *Joſephum* CPolitanæ ſedis occupatorem, ibantque vota populi in varias partes. Hæc inter alia obſervat *Oudinus* in Comment. ad A. 1250. ubi & *p.* 233 meminit cujuſdam *Arſenii* Monembaſiæ vulgo *de Malvaſia* apud Græcos Archiepiſcopi, qui ante medium Seculi XVI claruit, ac multa edidit, inprimis Phyſica. Collegit item *Apophtegmata & ſententias Philoſophorum, Imperatorum, Rhetorum & Poëtarum* Græcè, ordine alphabetico, juxta nomina Authorum: qui liber Romæ in 8 Græcè impreſſus eſt, & MS. extat in Regia Galliarum Bibl. Cod. 1758. ſub tit. *Arſenii proverbia & ſententiæ*, & Cod. 1884. ejuſd. *Arſenii* Epiſtola ad *Radulfum* Cardinalem. De cæteris editis conſule *Geſneri* Biblioth. fol. 96. & verb. *Philet* fol. 554 verſo. *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 278. Vid. & quæ obſervat *Rich. Simonius* in Crit. Bibl. Eccleſ. Dni *Du Pin* Tom. I. p. 399. *Du Pinius* autem de *Arſenio Autoriano* loquitur *Tom. X. p.* 92. & 95. ubi rectè ad medium Sec. XIII retulit, quem ad medium Sec. XII. memorat *Tom. IX. p.* 201. Idem error deprehenditur in *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. I. p. 531.

[*a*] Hac de re inprimis legendus *Nat. Alexander* Sec. XIII. cap. 8 art. 3. p. m. 262. [*b*] Is eſt qui *Arſenio* depoſito ſubrogatus fuerat.

ARSENIUS Leodicenſis, Monachus S. Pauli Romæ, poſtea Abbas S. Mariæ de Florentia, ſcripſit *Epiſtolam* ad *Joannem de Turrecremata* A. 1442. pro commendatione Regulæ S. Benedicti, quæ præfixa eſt Commentariis *Turrecremata* in eandem. Hæc *Sweertius* in Athen. Belg. *p.* 146.

ARSENIUS *Aſcenſeanus* dictus, Auguſtinianus Reformatus, cujus meminit *Allatius* in Apib. Urb. *p.* 52. edidit Italicè

Vitam Joannis de S. Gulielmo. Firmi (*à Fermo*) circa A. 1630. in 8.

ARSENIUS Monachus Græcus Sec. XVII. Scripſit adverſus *Cyrillum Lucarem*, Patriarcham CPolitanum, *Epiſtolam*, quæ Græco-Latinè prodiit *Pariſiis* A. 1643. unà cum Actis Concilii, in quo inſtante *Parthenio* Patriarchâ CPol. *Cyrilli* doctrina damnata eſt A. 1642. quam Calviniſticæ de Euchariſtiâ ſententiæ conſentaneam fuiſſe, nemo eſt qui ignoret. Contendit vir inter Reformatos illuſtris D. *Joan. Claudius*, ſuppoſi-

ſuppoſitam eſſe hanc condemnationem (*a*). Catalogus Bibliothecæ Oxonienſis hunc *Arſenium* cum Autore *Nomo-Canonis* confundit: & apud *Moreriam* Monacho noſtro perperam tribuuntur *Apophtegmata* & *Scholia in Euripidem*, quæ ſunt Archiepiſcopi Monembaſienſis, de quo ſup. *p.* 645. b.

(*a*) Claude *Réponſe à Mr. Arnaud* lib. 3. cap. 12. p. 473. apud *Balium* in Diction. Crit.

ARSENIUS Corcyreanenſis Archiepiſcopus, *Encomium* ſcripſit *in S. Barbaram*, quod MS. Græcè in Vatic. extare teſtatur *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 179.

ARTAL (*Johannes*) Jeſuita, natione Hiſpanus, Catalanus, ex oppido *de Segareus* (a), vel *Trempenſis* (b), vir divinis humaniſque diſciplinis bene inſtructus, Theol. & Script. Profeſſor, obiit A. 1643. (*c*). Parata habuit, quæ in lucem brevi fortè prodiitura ſcribebat *Alegambius* A. 1643.

Commentaria in aliquot Pſalmos, in aliquot Epiſtolas Pauli, in Epiſtolam Jacobi, & in Apocalypſim.

(a) *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 617 ex *Sotvello*. (b) *Alegamb.* Bibl. S. J. p. 221. (c) *Le Long* ubi ſup.

ARTAPANUS, Autor *Hiſtoriæ Judæorum* à *Clemente* Alexandrino citatæ *Strom.* lib. 1. & ab *Euſebio* de Præpar. Evang. IX. 4. ubi plurima ex illo Hiſtorico loca adducit, in quibus varia de Moſe narrat quæ fabulas, potius quam veritatem redolent (*a*). Citatur & in Chronico Alexandrino ſub *Artabani* nomine.

(*a*) Vid. *Voſſium* de Hiſt. Græc. *lib.* 3. apud *Morer.* p. 571. edit. *Baſil.* 1731.

de ARTEAGA (*Dominicus*,) Ord. FF. Prædic. natione Hiſpanus, edidit vernaculè, teſte *Nic. Antonio* Bibl. Hiſp. p. 252.

Teſoro de contemplacion hallada en el Roſario de Nueſtra Señora con ſu exercicio Palentiæ, 1572. in 8.

ARTEMON Hæreticus Sec. II. qui *Theodoti Coriarii* doctrinam ſecutus, Chriſtum eſſe nudum (*a*) hominem dixit, natum ex Virgine, Prophetis virtute præſtantiorem. Hæc autem dicebat etiam Apoſtolos prædicaſſe, divinarum Scripturarum ſenſum pervertens: ab iis autem, qui ipſos ſecuti ſunt, divinitatem Chriſto tributam eum Deus non eſſet (*b*). *Artemonis* porò diſcipuli ſuum errorem traditione firmatum eſſe dicebant, quæ primùm à *Zephyrino* interrupta fuiſſet, ut teſtatur Autor libri contra hanc hæreſim editi, apud *Euſeb.* Hiſt. Eccleſ. V. 27. (*c*) Hujus libri titulus eſt *Labyrintus*, quem aliqui *Cajo* Presbytero Romano tribuunt (*d*). De *Artemone* conf. quæ dicemus ſub tit. PAULUS Samoſatenus.

De *Artemonitis* agens Vir Cl. *Thom. Ittigius* Theologus Lipſienſis, in Diſſert. de Hæreſiarchis ævi apoſtolici & apoſtolico proximi, *Wittichii* ſententiam attingit, qui D. Joannis dictum de tribus in Cœlo teſtibus, I Joh. V. 7. ab *Artemone* potius ejuſque aſſeclis quàm ab Arianis è plurimis exemplaribus deletum fuiſſe ſtatuit, quam ſententiam à *Mareſio* quidem impugnatam, ſed à *Wittichio* defenſam memorat. Recte autem à *Wittichio* obſervatum ait, quòd hæreticis iſtis non in omnibus exemplaribus dolus ille proceſſerit, ſiquidem S. *Cyprianus* in ſuis exemplaribus dictum illud Apoſtoli legit, ut ex ejuſd. Epiſt. 73. & clarius ex tractatu de unitate Eccleſiæ conſtat, ubi *Cyprianus* dicit: *de Patre, Filio & Spiritu Sancto ſcriptum eſt*: hi tres unum ſunt (*e*).

(*a*) Id neque à *Theodoto*, nec ab *Artemone* dictum negavit *Sam. Przipcovius* Eques Polonus in Cogit. ad initium Evangelii D. Matthæi &c. contenditque eos Chriſtum tanquam virum divinum ad[illegible] Vid. *Hiſt. Oper. Erud.* April 1692. p. 173 edit. 72. (*b*) Theod. *Hæret. Fab.* L. 2 c. 4. (*c*) Vid. *Nat. Alexand.* Hiſt. Sec. II. cap. 3. art 10. p. m. 292. *Cellerium* in Hiſt. Antiq. Eccleſ. *Tom. II. p.* 208 (*d*) idem *p.* 210. & 241. (*e*) *Acta Erud. Lipſ.* A. 1692. p. 309.

Sub ARTEMONII nomine librum ante aliquot (*a*) annos evulgavit *Sam. Crelius* de quo nos ſub tit. CRELLIUS.

(*a*) Hæc ſcribuntur A. 1733.

d'ARTHOIS ſive *Arteſius* (*Ambroſius*) Flander, Dominicanus, Conventûs Stæ Crucis Duaci alumnus, Sacræ Theologiæ Licentiatus, Gymnaſii S. Thomæ in eadem urbe Rector, ac ejuſdem in Conventum erecti primus Prior inſtitutus, Spadis in regione Leodienſi è vitâ deceſſit anno 1659. Scripſit, ut habet *Ghilbertus de la Haye*, apud *Echard.* in Script. Ord. Præd. Tom. II. pag. 591. libellum hoc titulo editum:

Petit Treſor ſpirituel contenant diverſes pratiques & oraiſons devotes, Duaci, 1641. in 12. Parvulus Theſaurus ſpiritualis varias praxes & orationes devotas continens.

ARTHURUS. Vid. GALFRIDUS.

ARTIAGA. Vid. PARAVICINO (*Hortenſius Felix*) & *de la* PARRA (*Antonius*).

ARTINGTON (*Henricus*) Anglus, cujus extat vernaculè edita

Paræneſis ad Salomonem, ſeu Expoſitio Paræneſeos Davidis, ad filium ſuum. Londini 1594. in 4. * *Le Long* Bibl. Sac. p. 617.

ARTISIUS *vid.* DARTIS.

ARTOMEDES, ſive ARTOMEDIUS (*Sebaſtianus*) Germanus, M. Langenſalzenſis Francus, Paſtor Cniphovianus Regiomontanorum in Boruſſia, vernaculâ linguâ in Homiliis Sacris elegantiſſimus, obiit A. 1602 (*a*).

Hæc ejus SCRIPTA ex *Lipenii* Bibl. Theol.

1. *Predigten über den Lehr-Wehr und Nehr-Stand.* Lipſ. in 4.

2. *Unterſchiedliche Predigten, über underſchiedliche Teſte.* Ibid. in 4. Conciones miſcellaneæ.

3. *Predigten IV. vom H. Segen und Frieden-Wunſch.* Lipſiæ 1604. 4. De Benedictione Eccleſiaſticâ.

4. *Predigten VIII. vom H. Abendmahl.* Lipſ. 1605. 1609. 1611. 4. De Cœnâ Domini, ſenſu Lutherano, contra Calviniſtas.

5. *Leich-Predigten XII.* Ibidem. 1609. 1645. Conciones Funebres.

6. *Predigten III. von der Gnadenwahl der Kinder Gottes über den Spruch. Matth. XX. viele ſind beruffen* &c. Ibid. 1609. 4. De electione ad ſalutem, in ſenſu Luther. contra Calviniſtas.

7. *Predigten über den LI. Pſ.* Ibid. 1615. 4. Conciones in Pſalmum LI.

8. *Außlegung aller Evangelien.* Ibid. 1620. fol. Poſtilla Evangeliorum.

9. *Erklärung des Catechiſmi, ſamt der Hauß-Tafel.* Ibid. 1621. 4. De Catechiſmo Lutheri.

(*a*) Micrælii *Syntagma Hiſt. Eccleſ.* p. 735.

ARTOPOEUS ſeu BECKER (*Petrus*) Pomeranus, Cöſlinenſis, Lutheranus, Rector primùm apud Stetinenſes Scholæ Senatoriæ, poſtea Paſtor ad D. Mariæ, claruit Sec. XVI. Senex admodum ab officio remotus eſt, quia *Oſiandro* ſuffragari videbatur. Obiit. A. 1563. (*a*). Vir fuit trium linguarum peritiſſimus, variis libris editis clariſſimus (*b*).

SCRIPTA:

1. *Iſagoge in Apocalypſin pro afflicta Eccleſia conſolatione.* Extat cum Enarratione *Theod. Bibliandri.* Baſil.

(*a*) Micræl. *Syntagma Hiſt. Eccleſ.* p. 735. ubi ad ſuam Pomeraniam de [illegible] depoſitionem lectorem dimittit. Eum obitum ad A. 1593 refert D. Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 218. (*b*) De his conf. *Lipen.* Bibl. Theol. *Geſner.* Bibl. fol. 545. *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 619.

ſil. 1520. 1546. 8.

2. *Reſponſio ad Theologaſtrorum Coloniculiam Cenſuram pro defenſione Catechiſmi* Joan. Monhemii *Gratianop.* 1522. 8. (c).

3. *Diſcretio locorum Legis & Evangelii* Witteb. 1534. 8.

4. *Latinæ phraſis elegantia ex præcipuis Authoribus collecta.* Witteb. 1534. 8.

5. *Evangelica Conciones Dominicarum totius anni, per Dialectica & Rhetorica artificia breviter tractata, ſubnexis Epiſtolarum argumentis*, cum *Jo. Hippini* de ſacris Concionibus formandis compendiariâ formulâ præfixâ. *Witteb.* 1537. *Baſil.* 1545. in 8.

6. *Pſalterium Hebraicè, Græcè & Latinè, ad veterum exemplarium fidelem lectionem emendatum & explicatum*, cum annotatiunculis, & diverſis tranſlationibus notatis. *Baſil* 1545.

7. *Latina, Græca, & Hebraica linguæ Grammatica, pro incipientibus ob facilitatem, pro doctioribus ob exactam diligentiam, ita conſcripta, ut poſt tot & tantos viros in hac re fruſtra elaboraſſe Autor non videatur*: ſic habet inſcriptio. *Ibid.* eod. anno.

8. Comment. *in XV. Pſalmos Graduum*. Ibid. eod. anno, Gr. Lat. Hebr. ac rurſus 1558.

9. *Comment. in Jonam & in Cant. Cantic.* Stetini 1545. Baſil. 1558. in 8.

10. *Scholia in utramque Epiſt. ad Timotheum.* Stetini 1545. Baſil. 1546. in 8.

11. *De primâ rerum origine vetuſtiſſimâque Theologiâ, ex tribus primis Capp. Geneſeos* Ibid. 1546. in 8.

12. *Poſtilla Evangeliorum.* Baſil. 1550.

13. *Vaticinium Sacrum de Eccleſiâ totoque miniſterio Evangelii ſub Antichriſtianiſmo* ex Apoc. XI. 1556. in 8 (d).

14. *Apocalypſis Joannis, breviter juxta ejus effectum explicata; quæ jam veriſſima ac breviſſima Eccleſiaſtica Hiſtoriæ loco eſſe poteſt.* Acceſſit & *Protomartyrium Abelis, de Chriſto, in quo de primâ, verâ, veteri & perpetuâ Eccleſiâ, ejusque formâ & fortunâ typicè agitur.* Sermo ex Geneſ. IV. *Baſil.* typis Henr. Petri & Pernæ in 8. 1563.

(c) *Catal. Bibl. Traject.* P. II p. 58.
(d) *Catal. Bibl. Francof.* p. 32.

ARTOPÆUS (*Joh. Georg.*) Scripſit

Nebelgewölckigte Päbſtiſche Einwürffe durch die Sonne Evangeliſcher Warheit zertheilet. Straſb. 1658. 12. *Lipen* Bibl. Theol. ſub tit. Controverſiæ Lutheranorum cum Pontificiis.

ARTOPOEUS (*Joan. Daniel*) cujus extat Reſp. *Jo. Friſchen* an *Alexander III* FRIDERICUM *Barbaroſſam* calcaverit pedibus? *Lipſia* 1673 (a).

(a) Lipen. Bibl. Philoſ. p. 532.

ARTOPOEUS (*Joh. Chriſtoph.*) natione Germanus, Argentoratenſis, ibid. Eloquentiæ Profeſſor, & Capituli ad D. Thomæ Canonicus, Lutheranus, obiit A. 1702 (a).

SCRIPTA:

1. *Diatribe de verâ ætate Antichriſti; occaſione cujuſdam Interpretamenti Anglicani* (b), *finem Dominationis Pontificiæ & excidium Romæ in annum vulgatæ æræ 1666 ſpondentis, ſcripta ad Virum quendam Clariſſimum.* Prodiit A. 1665. in 12.

2. *Diatribe Hiſtorica de Xerxe Nebucadnezare, ac Cyro minore, liberatore Judæorum*, ad Juſtini Epit. Trogi *lib.* 36. *c.* 3. *n.* 8. Argentor. 1689. in 4.

Cùm Chronologiam Biblicam inde ab exordio mundi ad Chriſtum deductam, difficultatibus non paucis

(a) Le Long *Bibl. ſac.* pag. 617 (b) Liber inſcriptus eſt: *Romæ ruina finalis, A. 1666 mundique finis ſub quadrageſimum quintum poſt annum*, Londini cuſus A. 1655. Autor in Epiſt. Dedic. ad *Oliver Cromwellum* Angliæ Protectorem, initiales ſui nominis literas appoſuit *J. W.*

impeditam, rationeſque Chronologicas admodum perturbatas videret Clariſſ. Autor, non mali tantum hujus monſtrare cauſas, verùm & remedia eidem quærere hoc ſcripto ſuo voluit, caveretque modis omnibus, ne majeſtati & perfectioni Scripturarum indignum quid uſpiam admitteretur. Eſt vero in eâ ſententiâ, *Nabuchodonoſorem* qui captivum abduxit populum Judaicum, ipſum *Xerxem* eſſe; *Cyrum* autem *Minorem* Darii *Nothi* filium, *Artaxerxis Mnemonis* fratrem, autorem edicti, quo & reditus, & templi pariter atque urbis reſtauratio, populo jam dicto eſt conceſſa. Rationes quibus nititur Autor ſatis fusè deductas reperies in *Actis Erud.* Lipſ. Suppl. Tom. I. p. 262-266. Pauca tamen addam de parte tractatûs poſteriore, quæ peculiarem Diſſertationem *de incertitudine notationis temporum per Olympiadas* complectitur, ubi id agit Autor, ut oſtendat, Olympiadas variis de cauſis malè certum characterem eſſe temporum; quibus expoſitis, indignè admodum eos facere concludit, qui propter diſſenſum Olympiadici characteris, Scripturæ chronologiam mancam & mutilam pronunciare non vereantur, aut ulla ejuſdem clara loca detorquere, ne quid decedat forte gentilium ſcriptorum autoritati: quâ quidem in re fuiſſe Eccleſiæ Doctores veteres, *Clementem* Alexandrinum, *Euſebium* &c. unà cum *Joſepho* hallucinatos: ſit extra dubium.

3. *Meletema hiſtoricum, quod narratio de Juditha & Holopherne non ſit Hiſtoria, ſed Epopœia.* Argentor. 1694. in 4. ac rurſus 1698 (c) & 1700. addita Diſſertatione *de termino navigationis inſtituta à Salomone, ejuſque ſociis navalibus.*

4. *Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, decreto Seren. Principis ERNESTI, Saxon. Jul. Cliviæ & Mont. &c. Ducis, in uſum Gymnaſii Gothani, ex *Sacris* Literis, & optimis, qui extant, Autoribus, Libris duobus compoſitum, *& ab orbe condito ad noſtra uſque tempora deductum.* *Artopæum* Autorem habet Pars IIa quâ res in Eccleſiâ novi fœderis uſque ad pacificationem Weſtphalicam geſtæ traduntur: Ea primùm prodiit A. 1676. quæ editio pluries repetita eſt *Lipſia*, atque ultimò *Gotha* 1723. 8. Pars Ia ab orbe condito ad Chriſtum *Jo. Henr. Boeclero* & *Seckendorfio* adornata eſt (d). Opus continuavit *Salom. Ern. Cyprianus*, uti ſub ejus nomine dicemus.

5. *Diſquiſitio ſeria de ſtatu, loco & vitâ animarum, poſtquam diſceſſerunt è corporibus præſertim fidelium.* Liber eſt in 12. ſine loco & anno impreſſionis, (qui tamen A. 1670 in Ducatu Luneburgico editus creditur, ubi ab Auctore, occultato nomine miſſus eſt.) Sed varia de illo, quem D. *Balth. Bebelius* poſtea refutavit, judicia fuerunt. Hunc *Bened. Skyttio* tribuebat *Perengerus*; at *Heyſigius* fratri *Laurentio Skyttio* Pontificio aſſeruit: ſed Auctorem non eſſe, vel certè non videri velle Pontificium aut Calvinianum, ex multis libri locis oſtenditur; Lutheranum ubique ſe prodit. Nonnulli eum eſſe crediderunt *Joh. Freinſhemium*, ſed indiciis minus probatis: alii denique *Artopæum* noſtrum, virum antiquitatis omniſque eruditionis peritiſſimum, qui opuſculum iſtud conſcripſerit, non quòd de opinione in eo propoſitâ in animo firmiter perſuaſus fuerit, ſed ut eruditorum de hoc argumento judicia conſiderationeſque eliceret; unde & refutato libello ſtatim & penitus acquieverit: quæ conjectura longè certioribus quàm illa prior nititur argumentis. Imò & in Archivo Academiæ Roſtochienſis MStum ipſius *Artopæi* aſſervatum fuiſſe dicitur, ut illius Approbationem acciperet: quâ dilatâ, ad mortem uſque auctoris illic manſerit MStum. Hæc *Placcius* in Anon. *n.* 623. *p.* 71. at certè multò ante obitum Auctoris, ſi *Artopæus* ille eſt, in lucem prodiit

(c) Calmet *Diction. Bibl.* p. m. 32. (d) Vid. *Placcium* in Anon. *p.* 276. *n.* 1093.

prodiit liber, ut ex ſupra dictis palam fit.

Filium autem habuit noſter *Jo. Chriſtophorum* S. R. I. Liberum ac Nob. Dnum *de Beck*, Aug. Boruſſorum Regia, & Seren. Ducis Saxo-Numburgenſis Conſiliarium Intim. Supremum ditionum Hennebergicarum Inſpectorem, Regiminis & Conſiſtorii Schleuſingenſis Præſidem *&c.* vitâ defunctum Schleuſingæ, menſe Aprili 1713 (*e*).

(*e*) *Miſcell. Lipſ.* A. 1717. Tom. VII. p. 354.

Fuit & *Samuel* ARTOPOEUS Argentinenſis, Poeta Laureatus, cujus extat *Commentarius* in *Chriſt. Schraderi*, Profeſſoris quondam Helmſtadienſis celeberrimi, *Tabulas Chronologicas*, quarum illæ à primâ rerum origine uſque ad annum Chriſti 1700 perductæ atque continuatæ ſunt, poſt mortem Auctoris in lucem editus à *Joh. Chriſt. Bartenſtein* Argentinenſi, *Argentor.* 1715. in 4.

ARTOTYRITÆ Hæretici Sec. II. qui *Montanum* ſectabantur, Euchariſtiam cum pane & caſeo conficiebant, ſacras Scripturas vitiabant, Sacerdotium fœminis conferebant, quibus & loquendi & prophetizandi in publicis cœtibus facultatem dabant (*a*). De his ita S. *Aug.* hær. 48. *Artotyritæ* ſunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit. Offerunt enim » Panem & Caſeum, dicentes à primis hominibus » oblationes de fructibus terræ & ovium fuiſſe ce» lebratas.

(*a*) *Epiphan.* hær. 49. Baron. ad A. C. 173. &c. apud *Morer.* in Diction.

ARTRY (*Malachias*) natione Hibernus, Ordinem Ciſtercienſem profeſſus eſt in Hiſpaniâ, unde poſtmodum, litteris & pietate inſtructus, in patriam directus fuit, SCRIPSITque

1. Tractatum *de Monachis Ciſtercienſibus Hiberniæ, martyrio, aut aliàs vita ſanctimoniâ claris*, quem MS miſit in Flandriam, ad *Joan. van den Velde* Monachum Claromariſcenſem, fuitque poſtea uſui *Chryſoſt. Henriquez* in ſuo Menologio.

2. Vitam B. *Thomæ Lombardi*, Religioſi Soperotenſis natione Hiberni, quem penes ſe babuiſſe ſcribit *Henriquez* in Menol. 4 Aug.

Vixit adhuc circa A. 1650. quem in monaſterio de Dunis ſe noviſſe teſtatur *Car. Vyſchius* Bibl. Ciſt. p. 236.

F. ARTUFEL (*Damaſus*) qui *Damianus* ab *Antonio* in Bibl. Hiſp. nuncupatur, Hiſpanus origine, Ord. FF. Prædic. in cœnobio S. Mariæ Magdalenæ ad S. Maximinum Ordinem amplexus & profeſſus eſt, unde patriam poſtea repetens, Cæſar-Auguſtæ deinceps in Aragonia ſubſtitit, & reliquos vitæ dies tranſegit, mortuus vergente Seculo XVI. Ejus meminit *Altamura* & ex eo *Echardus* de Script. Ord. Præd. ad A. 1572. Scripſit ac edidit *Modo di rezar las horas canonicas conforme al rezo de los Frayles Predicadores* &c. *Contiene eſte libro todo el rezo del tiempo y de Santos en comun y en particolar, con los officios de nueſtra Señora de las nieves, y del angel de la guarda. Con un arte de canto llano y con la entonacion de los hymnos y ſus rubricas.* Cæſarauguſtæ 1572 in 8. Eſt & altera editio poſthuma *Pinciæ* 1614. in 8.

ARTUR ſeu ARTOUR (*Thomas*) natione Anglus, patria Nordovolgius, Academiæ Cantabrigienſis alumnus, & *Thomæ Bylnai* in perſecutione pro Dei veritate, ſub Cardinale *Wulſio*, ſocius, obiit Walſingamiæ A. 1532. Inter alia congeſſit

1. *In quoſdam Pſalmos* Lib. I.
2. *Homilias Chriſtianas* Lib. I.
3. Tranſtulit *Eraſmi* librum de milite Chriſtiano.

Hæc *Baleus* de Script. Angliæ Cent. IX. Cap. 16.

ARTURUS vernaculè ARTURO (*Lactantius*) *da Cropani* in regno Neapolitano, Ord. Min. Convent. S. Franciſci, Theologus ordinarius Archiepiſcopatûs Scylleacenſis (vulgò *di Squillace*) vixit Sec. XVI. Typis dedit Italicè ex *Nic. Toppi* p. 186.

1. *Una Predica delle Nozze Evangeliche, fatta nella Città di Terranuova, celebrandoſi il Sacro Sinodo Metropolitano di Reggio la 2 Domenica di Ottobre, ſopra l'Evangelio corrente.* Neapoli 1575. in 4.

2. *Orazione nella morte dell' Illuſtr. e Rever. Cardin.* Sirleto, *recitata in Squillace a 26 di Ottobre* 1585. Neap. 1586. in 4.

ARTURUS (*Didacus*) Ord. FF. Præd. natione Hibernus, patriâ Limericenſis, in Momonia inſtitutum amplexatus eſt, profeſſuſque Salmanticæ, ubi laureatus Theologiæ Cathedram aſſecutus eſt, quam pluribus annis maximo cum plauſu docuit. Obiit Olyſſipone, menſe Febr. 1644. Scripſit, teſte *Echardo* de Script. Ord. Præd. Tom. II. p 536

Comment. in totam ferè S. Thomæ de Aquino Summam. Quæ ubi ſerventur MS vel typis edita, nullus prodidit.

ARTURUS (*Laurentius*) Jeſuita Anglus. Vid. FAUNTEUS.

ARTUSIUS (*Gothardus*) Germanus, Lutheranus, cujus extant

De rebus in regno Antichriſti à primo ejus exordio ad hæc tempora Libri tres Francoſ. 1609. 8. aliaque Hiſtorica. Vid. *Lipen.* Bibl Philoſ.

ARVERNENSE I. Concilium, apud Aquitanos anno DXXXV. VI. Idus *Novembr.* a XV Epiſcopis coactum, ut bona Eccleſiæ ſarta tecta conſervarentur. Extant de variis Eccleſiæ Rebus & Conſuetudinibus Canones XVI. cum notis *Sirmondi* & *Binii*; & *Epiſtola Synodalis* ad *Theodebertum* Regem *de Clericorum poſſeſſionibus non invadendis* Conc. Tom. IV. pag. 1803. & apud *Le Cointe* Annal. Tom. I. p. 439.

ARVERNENSE II. Concilium, paulò poſt Aurelianenſe, anno ut videtur, DXLIX. à X Epiſcopis celebratum. Quo XVI. priores Canones Aurelianenſes iterùm promulgati ſunt. Extant Canones XVI. cum eorundem Breviariis Conc. *Tom. V. pag.* 401. Confer quæ habet *Cointius* Annal. Tom. I. p. 754.

ARVERNENSE III. Concilium, anno 587 rectiùs fortè ſuperiori habitum: (alii ad annum 588 referunt.) In quo Parochiæ Cadurcinæ Sedi Ruthenenſi adjudicatæ ſunt. Vide *Greg. Tur. lib. VI. c.* 38. *p.* 335. Hæc *Guil. Cave* in Hiſt. Liter.

Cl. *Elias Du Pin* in Bibl. Eccleſ. meminit alterius Synodi A. 590. contra *Tetradiam* uxorem *Eulalii* Comitis Arverni, quæ cùm duriter tractaretur à ſuo ſponſo diſſoluto, ſeceſſit, & ex conſilio *Viti*, cum ſuo primogenito, ad *Didierum* Ducem exercitûs Regis *Chilperici* ſe contulit, & ei nupſit, marito vivente. Synodus *Tetradiam* ad reddendum quadruplum bonorum, quæ ſuo ſponſo rapuerat, damnavit, & liberi quos à *Didiero* ſuſceperat, ſpurii declarati ſunt.

Aliud item celebratum eſt anno 1095. in quo latum pro Pace Decretum, per Comitem *Fulconem* &c. Edidit ex MS. Eccleſiæ Turonenſis *Edm. Martene* Theſ. Anecd. T. IV. p. 121.

de ARVERNIA (*Bernardus*) & (*Petrus*) Vid. ALVERNIA p. 362. Alii ſub tit. GERARDUS & PETRUS.

ARUNDELLUS (*Thomas*) Anglus, Cantuarienſis Archiepiſcopus SCRIPSIT *Comment. in Sapientiam Salomonis.* Obiit A. 1405 (*a*) vel 1415 juxta *Baleum* qui de illo hæc habet (*b*): » Anno Dom. 1415 » *Thomas Arundell*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſic » in lingua percuſſus erat, ut nec deglutire nec loqui » per

(*a*) *Le Long* Bibl. ſac. p. 617 ex *Piſſeo* (*b*) *De Script. Britan.* Cent. VII. Cap. 63. in Append. adâ p. 557.

» per aliquot dies ante mortem ſuam potuerit, divi- » tis epulonis exemplo, & ſic tandem obiit. Atque » id multi tunc fieri putabant, quia verbum Domini » alligaſſet, ne ſuo tempore prædicaretur *&c.*

ARUNDINEUS *ſive* ab ARUNDINE (*Joannes*) Belga, Brugenſis, Carmelita, *Davidis de Burgundia* & *Frederici* Marchionis Badenſis, ſucceſſivè Epiſcoporum Traject. in Pontificalibus Vicarius A. 1475 (*a*) & ipſe Uabitenſis Epiſcopus, vixit Sec. XV. Commemoratur in Bullis *Alexandri VI* ad A. 1492. item Idib. Febr. A. 1404. Fuit profeſſione Conventûs Brugenſis, ſed deſiderio ſtrictioris obſervantiæ, à B. *Joanne Soreth* Generali introductæ in Conventu Mechlinienſi, cum ejus licentia ad ipſum tranſmigravit, & ibi fuit S. Theologiæ Lector, & Prior ab anno 1469 ad 1474. & aliquanto poſt aſſumptus fuit Epiſcopus. E vitâ deceſſit die 13 Jul. 1497. uti in ejus Epitaphio legitur (*b*). Vir in divinis voluminibus exercitatiſſimus, ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, & declamator celeberrimæ opinionis (*c*).

SCRIPTA:

1. *In librum Sapientiæ.*
2. *In Epiſt. Pauli ad Romanos*, ſive *Synopſis Epiſt. Pauli ad Romanos.* Tubingæ 1585. in 4 (*d*).
3. *Sermonum de Tempore & de Sanctis* Libb. II.
4. In Pſalm. *Beati Immaculati* Sermones *Lib. I.* (*e*).

(a) *Specul. Carmel.* Tom. II. n. 3065. p. 896. (b) *ibid.* num. 3162. p. 932. (c) *Sixt. Sen. Bibl.* Sanctæ *lib* 4. *p. m.* 257 (d) *Lipen.* Bibl. Theol. II. 680. (e) Trithem. *de Script. Eccleſ.* cap. 907. Vid. *&* de *Script. Germ.* cap. 250.

ARVODULPHUS, quidam, qui circa A. 1150 vixit, Auctor *Librorum de Sanctis*, qui in *Eigelſtein* adſervantur. De hoc ſcriptore hæc *Wicelius* (a) in Præf. Hagiologii ſui: » Ante *Ruggerum*, (ſeu *Rogerium* » Monachum Fuldenſem, diligentiſſimum ſcriptorem, qui circa A. 1156 ſcribebat) » ſudarat in eodem lu- » cubrandi ſtadio *Arvodulphus* Cœnobita fœcundiſſi- » mue. Iiſdem ferè temporibus, aut non ita multò » poſt, exiſtimo ſcripta fuiſſe *de Sanctis* duo illa volu- » mina Moguntiæ in monte S. Jacobi: qui mons » olim *ſpecioſus* appellatus eſt, haud procul à vetuſ- » tiſſima, atque famoſiſſ. pyramide, vulgò dicta *Ei-* » *gelſtein*: idque non à glande, ſed ab *Eigil*, prin- » cipe gentili; cujus combuſti cineres aſſervantur in » hac columna.

(*a*) Apud *Voſſium* de Hiſt. Lat. *lib.* 3 *cap.* 53. *p. m.* 431.

ARWAKER (*Edmundus*) Anglus A. M. Scripſit vernaculè Tractatum *de adminiſtratione Baptiſmi infantium*, in quo oſtenditur palam fieri debere, non in privatis domibus. *The Miniſtration of Publick Baptiſm of infants* &c. Londini 1686. in 4.

ARZE (*Baſilius* de) Hiſpanus, Benedictinus Monachus, foras dedit

Hiſtoria del origen de la maravilloſa Imagen de la Caſa de Nueſtra Señora de Sopetran, &c. Matriti, 1615. in 8. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Tom. I. p. 159.

ARZE (*Didacus* de) natione Hiſpanus, aliis Conchenſis, aliis Matritenſis, familiam Fratrum Minorum, Provinciamque ſuam Carthaginenſem, cui & præfuit ab anno 1595, non mediocriter illuſtravit, cùm ad populum conciones graviter & efficaciſſimè habendo, tùm omni literarum genere conſperſis doctrinæ ſuæ monumentis ad poſteros tranſmiſſis non unâ de re, aut argumento, quorum tamen plura deſideramus. *Ferdinando Roderici à Caſtro Lemoſio*. Comiti, Neapolim dùm pro Rege gubernaret, à miniſterio fuit Sacramenti Pœnitentiæ, & ab intimis item conſiliis. Factus tandem Caſſanenſis in Calabris Epiſcopus die 28 Jan. anni 1614. exceſſit è vivis anno 1617. Todenſis in Gallæcia Præſul (ſi *Waddingo*

apud *Nic. Anton.* inf. cit. credimus) jam deſtinatus.

Hæc ejus SCRIPTA tum edita, tum inedita.

1. *Miſcellanea primera de Orationes Eccleſiaſticas deſde el Domingo XXIV. deſpues de Pentecoſtes haſta la vigilia de Navidad.* Murciæ, 1606. 4.
2. *De Sanctos*: ibid. eod. anno.
3. *De la Concepcion Immaculada de Nueſtra Señora*, Orationes, ſeu Tractatus IV. ibid. eod. anno in 4.
4. *De la Expectacion del parto de Nueſtra Señora*, Tractatum I. Hæc duo opera tribuit noſtro *Hippol. Maraccius* in *Bibl.* ſua *Mariana*, quorum *Waddingus* non meminit: niſi comprehendantur (quod veriſimile eſt,) in primo illo *Miſcellanearum Orationum Opere.*
5. *Diſcurſos predicables ſobre la Salve.* Conchæ, 1601. 4.
6. *Roma la Santa: ò de las mejoras, que alcanzò Roma con la venida de S. Pedro à ella, y con aſſentar en ella ſu ſilla.* Neapoli, 1601. 4.
7. *Sermon de la Cruz de Chriſto, y del buen Ladron.* Murciæ, 1607. in 4.
8. *Sermones de Adviento* (ſi diſtinctum eſt à *Miſcellaneo* opos.) Ibid. 1606.
9. *Sermon de la Natividad de Nueſtra Señora.* Hiſpali, 1608.
10. Ineditum manſit in Cœnobio Murciæ Latinum opus egregium ſanè ac doctum, (ait *Waddingus*) pro intelligendis difficilioribus Sac. Scripturæ locis, prænominatum *Ægyptus ſpoliata*; eò quòd reconditas Gentilium, & humanarum artium doctrinas, quaſi è manibus eis præripuit, & ad intelligendas perfectè ſacras literas accommodavit. Incipit, *Lignum vitæ*, &c.
11. Vidiſſe quoque ſe ibidem aſſervatam *Waddingus* ſubdit *Epiſtolam* diffuſam, ſeu *opuſculum apologeticum* ad fratres ſibi ſubditos *circa qualitatem veſtimentorum*, ubi doctè diſſerit de ſaccini habitûs uſu apud antiquos Patres, de ejus myſticâ ſignificatione, & utilitate, cumque Minorum profeſſione convenientiâ, in quam rem plurima è Sanctis Patribus congerit argumenta. Hæc *Waddingus.*
12. Promiſerat *Didacus*, cùm prælo committeret *Concionum* volumina, eiſdem poſtea ſubjecturum *Quinquagenas locorum Scripturæ Sacræ difficiliorum*, quod fortaſſe idem cum *Ægypto Spoliata* nuper laudato opere; item, ſed quo idiomate non expreſſit,
13. Dialogos de *Chriſtiano Pictore*: ſive de veritate, ac decoro picturarum Eccleſiaſticarum: opus nempè ſuo ipſius authoris judicio, propter argumentum, laboremque in eo perſequendo exantlatum, nec non propter molem ſcriptionis non unius voluminis, verè magnum. Studiorum, & ſtudioſorum ardens fuiſſe dicitur promotor, & fautor; in colligendis libris, ornandiſque Bibliothecis inſatiabilis, inſtruxiſſeque in cœnobio ſuo Murciano ſcientiarum omnium libris optimis nobiliſſimam. De hujus curæ, & propoſiti argumento reliquit opuſculum, quod in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarum MS. cuſtodiebatur, hoc tit.
14. *De la antiguedad, y provecho de las librerias, y de la eſtima que deben hazer las Republicas, y la obligacion de los Principes à fundarlas, aumentarlas, y conſervarlas.* Quod opus typis digniſſimum cenſuit Collector *Indicis Libr. Biblioth. Cœnob. S. Mariæ de la Salzeda*; in quâ exemplum aliud reperitur.

Italia Sacra doctus Scriptor in errore cubat, *Deodatum*, pro *Didaco* noſtrum appellans, ut obſervat *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp.

ARZE y Mantilla (*Alphonſus* de) Ord. FF. Præd. Hiſpanus, ſed incolatu Belga, Mechliniæ Ordini nomen dedit, Bruxellenſemque domum aliquando moderatus eſt Prior, & in Sacra Theologia titulum præſentati obtinuit. Obiit Bruxellis anno 1643

dia 28 Decembris. Laudatur à *Ghilberto de la Haye* in Bibl. Belgo-Dominic. apud *Echard.* de Script. Ord. Præd. Tom. II. p. 530. ceu qui ſcripſit ac edidit hoc titulo :

Summario de la devocion del SS. roſario de nueſtra Señora. Mechliniæ, Hanrici Jaya, 1629, in 24.

ARZE (*Joannes Diaz de*) Hiſpanus, ſcripſit opus, cui titulus ex *Nic. Antonio*

Expoſitivi Quaſtionarii Liber XLIX. de ſtudio Bibliorum. Mexici, 1648.

R. ASAEL (*Michael Raph. Judas*) fil. R. *Eliezer David Mehatton*, Italus, Ferrarienſis, qui vulgò dicitur *Leone del Bene*, inter ſuos Concionatoc non vulgaris habebatur; ſed nonnull. Chriſtiani cùm eum audiviſſent, retulerunt, nullam ſe in eo Oratoris partem cognoviſſe (*a*). Ferrariæ A. C. 1678 menſe Martio obiit Sexagenario major (*b*). Poſt mortem patris avulgavit librum cui tit.

1. Chiſſoth Leuèth David (*Throni Domus David*) ex Pſalm. CXXII. 5. ubi agitur de argumentis Theologicis, Philoſophicis, variiſque aliis, qualia ſont creatio mundi, ſeptem firmamenta, orbes cœleſtes, elementa, immortalitas animæ, abſtinentia à ſtudio Philoſophiæ & reliquis doctrinæ generibus, reſurrectio mortuorum, & alii fidei articuli, ratio ſcribendi linguâ ſanctâ, Sciiptores librorum, poëmatum & precum, res futuræ, ritus & leges Turcarum *&c.* Totus liber in decem domos & quinquaginta portas diſtinguitur, editus que eſt Veronæ A. 406. C. 1646. in 4. vel 409 C. 1649. *Bartoloccius* refert, Patrem hujus *Juda* librum iſtum elaboraſſe, filioque ſolam editionis gloriam eſſe relinquendam, qui tamen totum laborem ſibi acceptum ferri voluerit. In Catal. Bibl. Lsd. *p.* 266 *n.* 17 hic liber recenſetur diciturque agere de octo ſedibus familiæ Davidis, cum notis *Eliezer David Mehatton*, ſed illa quidem rei ipſi parum raſpondant. Scripſit item Rabbinus iſta

2. *Juda Legislator meus* ex Pſ. LX. 8. qui liber eſt carminibus & apiſtolis elegantibus refertus (*c*), ſed an editus ſit, ignoramus.

Ejus autem Pater, qui Ferrariæ ſatis ceſſic anno mundi 5395. C. 1635, ſcripſit *Sepher David*, (Librum Urbis Davidis) ex II Sam. V. 7. Sunt *Quaſita & Reſponſa Legalia*, quæ in lucem non prodiêre (*d*).

(*a*) *Bartoloc.* Bibl. Rabb. Tom. III n. 659. p. 70. (*b*) *idem* Tom IV n. 1110. p. 27. (*c*) *Wolf.* Bibl. Hebr. p 452. (*d*) *Bartoloc.* ubi ſup. Tom. I. n. 928. p. 187.

S. ASAPHUS ex Venadotarum genare Britannus, piiſſimi præceptoris *Kentigerni* diſcipulus, vixit ſub finem Sec. VI. De illo hæc *Joannes Capgravius* : E»rat, inquit, in monaſterio Elguenſi ſeu Elvienſi, »in illa literatorum agoniſtarum multitudine, *Aſaph* »quidam genera & ſpecie clatus, ab ipſo pubertatis flore virtutibus & doctrinâ fulgens, qui vitam »magiſtri in omni ſanctitate & abſtinentiâ jugiter ſe»qui ſatagebat. Iſtum *Kentigernus* ob exhibita ſibi fi»delitatis officia, charum babens, monaſterii curam »illi delegavit. Et quum à pio principe *Roderico*, »poſt tyrannorum moleſtationes quamplurimas, ad »verbi miniſterium revocaratur, sum in Epiſcopato »ſucceſſorem plebe conſentiente inſtituit, hanc frequentiuſculè habens iu ore ſententiam : *Quicunque Dei verbo adverſantur, ſaluti hominum invident.* Compoſuiſſe dicitur *Aſaphus* apud *Baleum* de Script. Britan. Cent. I. Cap. 68.

1. *Ordinationes ſua Eccleſia.*
2. Magiſtri *Kentigerni* Vitam.

Ab iſto *Aſaphenſis* appellari cœpit diœceſis hujus nominis in Britannia. Primus ille fuit, qui à Rom. Pontifica unctionem accepit.

R. ASARIAS *de Rubeis*, aliàs *de Roſſi*, Mantuanus, incola Ferrarienſis, floruit circa annum 1570. Scripſic librum cui tit.

Meor Enajim (*Lumen oculorum*) ex Prov. XV. 30. edit. *Mantua* A. 5394. C. 1574. in 4. In tres partes dividitur. In I° ſub tit. *Kol Elohim* (Vox Dei) recenſet terræ motum, qui Ferrariæ contigit A. C. 1571. atque in ejus cauſas inquirit, adhibitis ſcriptoribus antiquioribus & recentioribus. Eam ferè totam repetit *Jo. Henr. Hottingerus* in Analect. p 173 ſeq. In parte IIâ ſub tit. *Chadrat Zekenim* (Decor ſenum) exhibet Hiſtoriam *Ariſtea* de verſione τῶν LXX Interpp. Hebr. converſam. In IIIâ quæ 60 Capitibus conſtat, ſub tit. *Imre Bina* (Verba intelligentiæ) de variis rebus, Hiſtoricis præcipuè & Philoſophicis, ut & antiquitatum Hebræarum & Sacrarum momentis, v. g. de linguâ Hebræâ, literis ajus ac vocalibus, linguiſque Orientis cæteris, tum verò etiam de veſtibus Sacerdotalibus *&c.* differit. Liber non minùs elegans quàm eruditus, & qui paucos ſibi habeat in re Judæorum librariâ ſimiles, ac propterea à Chriſtianis non ſolùm diligenter lectus, ſed & multum commendatus. Allegat plura ſuorum civium Scripta tam edita, quàm inedita, Gentiles, imò Chriſtianos. Cur verò hanc allegandi rationem Judæis alioquin minus receptam ſecutus ſit, ipſe exponit *cap.* 2. *p.* 29. eamque apud ſuos excuſat Variæ hujus libri partes verſæ ſunt, tum à *Guil. Henr. Vorſtio* in Obſerv. ad *Ganzii* Zemach David *cap.* 25. *lib* 3. p 187 *cap.* 35 ferè totum *p.* 221-240. *cap.* 23. *p.* 287 ſq. Item *cap.* 32. p. 308 ſq. quo comprehenditur integer *Philonis* libellus de Temporibus, quem ipſe *Aſarias* ex ſuppoſito Latino exemplari Hebræum fecerat. Ex *lib* 3. *cap.* 60 de Poëſi Hebræorum, totum exhibet *Buxtorfius* in calce libri *Coſri* p. 415. 414. aliaque loca hinc inde partim in Exercit ſuis, partim in Differt. partim in Tract. de Antiq. punctorum proponit. In Exercit. III. ſpeciatim Caput L de *Urim* & *Thummim* p. 185. ſq. Latinè extat. Caput 19 V C. *Jo. Meyerus* editioni ſuæ libri *Seder Olam* Latinè præmiſit. Ex Judæis ſæpius eum allegat R. *David Ganz*, nunc laudans & ſequens, nunc ab ejus ſententiâ diſcedens, quando ſcilicet communi traditioni ipſi repugnaſſe viſus eſt.

Plantavitius n. 296. & ex eo *Hendreichius* ei tribuit librum *Orach Chajim*, ſed auctor eſt *Raphael Minnerzi* ben *Gabriel*. Auctorem *Salomonem Panieli dem* appellat *Gilb. Gaulminus* in notis ad libb. de vitâ & morte Moſis.

Aſariam laudant inter alios *Jo. Morinus* in Exercit. Bibl. *p.* 141. & *Rich. Simonius* in Catal. Auctor. Jud. *Hiſt. Crit. V. T.* ſubjuncto, ubi inter cætera ait, Auctorem Latinos maximè Patres citare, interdum paradoxa habere & pleriſque Judæis eſſe doctiorem, cùm & Latinam linguam calluerit, & Chriſtianorum ſcripta legerit. Hæc *Wolfius* in Bibl. Hebr. *n.* 1773. *p.* 944.

De cæteris hujus Nominis Autoribus vid. AZARIAS.

ASARICUS (*Daniel*) de quo ita *Prætorius* in Athen. Gedan. *p.* 45 »Nomini ſuo, propriâ ipſius »manu Bibliis quibuſdam Germanicis præfixo, haſ»ce additas vidi literas : *T. P. P.* Ex quibus, quâ »Profeſſione functus fuerit, non ſatis capio, ac lite»ram *T* patriam ejus deſignare auguror. *Bibliotheca»rii* tamen muneri ſimul præfectum eum fuiſſe, ali»unde mihi certum eſt. Pariter & hoc, quòd *Can»toris* etiam vices in noſtro Lycæo (ſcil. *Dantiſca»no*) & quidem non primis tantum temporibus, »ſed & ad mortem uſque ſuſtinuerit, quæ contigit An. 1606. d. 24 Jan. Succeſſerat autem in variis muneribus *Joh. Broſis*, qui Scholæ Rector præfuit Thorunii in Neopoli circa A. 1567. necnon officio ſcholaſtico Dantiſcano ante annum 1580. à quo tempore ſimul quoque Eccleſiaſtico munere functus eſt ad

ædes

Ædes S. Jacobi. Inde ad Diaconatum Bartholomeitanum A. 1584 evocatus, ſucceſſorem in Gymnaſio Gadanenſi tunc nactus eſt *Aſaricum*. Ipſe *Broſius* in ſtetione Eccleſiaſtica diem extremum vidit A. 1596. Scripſit autem noſter *Aſaricum*, Poëticè, *Commonefactionem de miſerrima & calamitoſo horum temporum extremorum curſu* 1591. 4.

ASARIEL Rab. Scripſit librum, cui titulus

Sedes Keria, *Ordo lectionu, ubi de ratione prælectionum in feſtis majoribus inſtituendarum agitur*. Amſtelod. 450. C. 1690. 12. * *Wolf*. Bibl. Hebr. *p*. 943.

ASBOLDUS (*Nicolaus*) Capucinus, natione Hibernus, Miſſionarius Apoſtolicus, in Anglia & in Hiberniæ pietate ac doctrinâ eximius claruit. Super xxv edidit Volumina tam Latino quàm Anglico idiomate, quorum plura extant apud Capucinos Miſſionis Hiberniæ. Hæc enumerat *Dyoniſius* Genuenſis in Bibl. Capuc. *p*. 256. ſed quo tempore vixerit Autor, non tradit.

1. *Annales Miſſionis Capucinorum in Anglia & Hibernia*, Latinè *in fol*. II Tom.

2. *De poteſtate & auctoritate Summi Pontificis*, *adverſus Proteſtantes*. II Tom. in 4.

3. *Stellio ad Stellam*. Opus våldè ingenioſum, inquit Nomenclator Capucinorum, de ipſius congreſſibus contra Hæreticos, *in* 4.

4. *De Doctrinis præcipuis ab Hæreticis controverſis*, II Tom. in 4.

5. *Conciones Catecheticas*, III Tom.

6. *Poemata varia Sacra & Moralia*, II Tom.

ab ASCA (*Jodocus*) Belga, Carmelita, S. T. Beccaleureus, Monaſt. Aloſtani Prior, vir candidi ingenii, & eximiæ pietatis, SCRIPSIT vernaculo ſermone, teſte *Swertio* in Athen. Belg. p. 419.

Theſaurum Sacri ſcapularis Carmelitani. Antverp. 1619.

ASCANIO (*Salvator*) Ord. FF. Prædic. Hiſpanus, Bæticæ bujus Ordinis provinciæ alumnus, magnum ſibi fecit in Scholarum regimine nomen, claruitque præſertim Malacæ Sec. XVII. ſub Pontificatu F. *Ildephonſi à S. Thoma*, à quo fuit à Confeſſionibus aſcitus. Nec ſolùm in Scholis præfulſit, in quibus & apicem Magiſterii meruit, ſed & in Sacro pulpito facundus habitus & diſertus verbi divini præco, ideoque ſelectus qui dicto Epiſcopo in ſolemnibus ejus exequiis oratione funebri parentaret, quæ typis prodiit hoc titulo:

Oracion funebre en las eſequias que ſe hizieron por el illuſtriſſimo y reverendiſſimo Señor Don Fray Ildefonſo de San Thomas Obiſpo de Malaga &c. Malacæ 1691 in 4.

Romam poſtea accitus eſt à Magiſtro ordinis *Antonino Cloche*, & in partem laborum ac ſolicitudinum ſocius allectus pro regnis Hiſpaniæ, quo munere fungebatur anno 1696. unà Viſitator Provinciarum Regni Neapolitani & Siciliæ ab eodem conſtitutus. De eo refert *Jo. Michael Cavalieri* in ſua *Galleria de' Pontefici Domenicani* Tom. II. pag. 144. bis fuiſſe in Conſilio Regio Hiſpano ad dignitatem Archiepiſcopalem propoſitum, ſed ipſum ſuâ induſtriâ ne res effectum conſequeretur effeciſſe: tandem anno 1697. dum provinciaa Neapolitanas ex officio viſitaret, Regis Catholici *Caroli II* diploma accepiſſe, quo ei Archiepiſcopatus Brundiſinus conferebatur, ſed in antiquâ nullius dignitatis Eccleſiaſticæ unquam admittendæ voluntate conſtantem, Regi ſubitò cum maximâ reverantiâ diploma remiſiſſe, cujus ſe teſtem ocularum præſtat. Addit *Echardus* de Script. Domin. *Tom. II. p.* 769. *Aſcanium* ſe Piſas recepiſſe, ubi vitam privatam duxit totus Chriſtianie ad veram pietatem dirigendis deditus, vixiſſeque etiamnum anno 1705, ſed paulo poſt mortuum eſſe.

ASCELINUS S. Evrulfi in Normanniâ Monachus, Seculo XI claruit, tempore ſcilicet *Berengarii*, qui ad ipſum *Epiſtolam* Scripſit, cui & ipſe reſcripſit. Extar hæc *Epiſtola* apud *Dacherium* in annotationibus ad vitam *Lanfranci*. Conf. quæ dicemus in *Berengario*.

ab ASCENSIONE (*Simon*) Vid. Nuñez.

ab ASCENSIONE (*Urbanus*) Carmelita, natione Gallus, patriâ Salmurienſis in Ducatu Andegavenſi (d'*Anjou*) Ordinem amplexus eſt Rhedonis d. 2 Jun. 1619. S. Theol. Profeſſor, multis in locis Provinciæ Turoniæ, ac etiam Aquitaniæ Prior, & Provincialis in utràque, Commiſſarius Generalis Provinciæ Narbonæ, & Viſitator Generalis Monialium S. Benedicti de Calvario. Vir pietate & vitæ auſteritate commendandus, atque eruditione illuſtris, deceſſit *Andegavi* A. 1664. d. 27 Martii.

SCRIPTA:

1. *Summa Caſuum Conſcientiæ, ſeu Theologia Moralis Canonica, & practica*. Pictavi 1649. fol.

2. *Monita & praxes ad orationem mentalem facilitandam*. Ibid.

3. *Inſtitutiones Juris Canonici veteris & novi, principia complectentes ad uſum utriuſque fori*. Lemov. 1659.

4. *Quatuor elementa Chriſtianæ perfectionis, pro iis qui in mundo vivunt*. Gallicè. *Pariſ.*

5. *Defenſio pro Juribus & Privilegiis Religioſorum, contra Curatos*, & alia, inquit Autor *Speculi Carmelit.* Tom. II. n. 3161. p. 1093.

ASCENSIUS ſive *Aſcenſius*, Eremita Auguſtinianus, *Barnaba Baleſtrieri de Senis*, A. 1538. d. 15 Maji Ordinem amplexus eſt Iliceti Edidit nonnulla Carmina *pro Chriſti & Sanctorum Feſtivitatibus*. Deceſſit vir pius Iliceti An. 1599. d. 4 Oct. Eum laudat *Elſſius* in Encom. Auguſt. *p*. 15.

ASCENSIUS Aquitanus, Ord. Minorum, *Poſtillam* ſcripſit *in Apocalypſin* & *in IV Libb. Sententiarum*. Item *Sermones* eruditos. Hæc *Henr. Willot* apud *Poſſevin.* in Appat. p. m. 102.

ASCENSUS (*Fabius*) Siculus, Motycenſis, Societatis Jeſu, natus 24 Nov. 1640. Societati nomen dedit d. 10 Junii 1665. in quâ ſolemnia emiſit vota 15 Auguſti 1683. Decurſie ex more ſtudiorum ſpatiis, Concionatoris munus aggreſſus eſt. In multis Siciliæ civitatibus ejus eloquentiæ ac eruditionis lumina effulsêre: *& modò* (hæc ſcribebat *Mongitor* † A. 1707.) *eaſdem Eccleſiaſtis animis partes, magnâ cum laude, ac fructu, explere videmus*. Edidit Italicè

1. *La Torre della Bolla d'oro. Panegirico della Lettera di Maria Vergine a' Meſſineſi*. Meſſanæ 1691. in 4.

2. *La Mano in tutte le coſe operaria. Panegirico di S. Roſalia Vergine Palermitana*. Ibid. 1692. in 4.

† *Bibl. sicul.* Tom. I. p. 192.

ASCHAFFENBURGENSE (*a*) Concilium in quo *Gerardus d'Epſtein* Archiepiſcopus Moguntinus ſuæ Provinciæ Epiſcopos congregavit A. 1292. poſt obitum Papæ *Nicolai IV*. ſede vacante. In eo condita ſunt ſtatuta ſalubria pro utilitate Eccleſiæ (*b*).

Edidit Dom. *Lucas d'Achery* (c) *Adviſata & Deliberata* in Diætâ Aſchaffenburgenſi ſub *Nicolao* Papa *V*. die 13 Jul. 1447.

[a] Urbs Franconiæ in ditione Electoris Moguntini. [b] *Moreri.* Diction. [c] *Spicil.* Tom. III. p. 773. edit. ult.

ASCHANEUS (*Martinus L.*) natione Suecus, Regis Admiralitatis Concionator, poſt Paſtor ſive parochus in *Fredſtada* & *Hammarby*, Regni Suec. Antiquarius, claruit ſub initium Sec. XVII. Ejus extat

1. *Libellus officiorum vitaque rectè degendæ* rhythmis Suecicis conſcriptus An. 1614. Habetur MS. in quibuſdam Bibliothecis.

2. *M. Joh. Leonis* Superintend. in *Welſſis* Speculum Conſolationis, continens plurima S. Scripturæ dicta & pias precationes pro ſanis, ægrotis & mortalibus Chriſtianis, partibus ſeptem comprehenſum, rhythmis Suecicis, A. 1618. MS. cum aliis in Archivo Regio Suecico.

ASCHARI (*Aboul Haſſan Ali* Ben *Iſmael*) celebris Doctor fuit inter Muſulmannos Seculo poſt Chriſtum decimo, *Schafei* Sectator; ſed deinde ſcholam habuit ſegregatam, & obiit in urbe Bagdet anno Heg. 329. C. circiter 960. Secretiſſimè ſepultus fuit, ne Hanbalitæ, *Schafeianis* adverſantes, eum è terra eruere vellent, ut pote impietatis ſuſpectum: quæ ſuſpicio inde oriebatur, quod docebat *Aſchari*, Deum generalibus tantùm legibus à ſe conſtitutis agere; & hæc ipſa eſt celebratiſſimi *Malebranchii* ſententia: Hanbalitæ verò è contra Deum ſemper voluntatibus particularibus, omniaque ad bonum unius cujuſque individui agere contendebant. Hac de re multa diſſeruit *Aſchari* cum ſocero *Abou Ali Haſjan* Hanbalitarum ſectatore. Cæterum *Aſchariani* pro maximè orthodoxis habentur apud Muſulmannos, Prædeſtinationem abſolutam & gratuitam, ac Prædeterminationem Phyſicam tuentur; denique iidem ſunt inter Mahometanos, qui Thomiſtæ inter Chriſtianos. De eorum dogmatibus plura vide in Diction. *Morer.* ex *Herbeloti* Bibl. Orient.

ASCHE *Rau* Babylonius, Princeps Academiæ Soranæ in Babylonia conſtitutus A. M. 4127. C. 367. ætat. 14 qui obiit A. C. 426. (*a*) ſingulare dedit præcocis ingenii exemplum, ſi fides habenda eſt Judæorum narrationi. Vid *Zemach David* ad A. M. 4118. Hic cœpit *Miſchnicum* corpus variorum expoſitionibus, ex disjectis Schedis in unum collectis illuſtrare, quod inſtitutum ſucceſſoribus ſuis per aliquod temporis intervallum continuandum reliquit. Rabbinus Noſter ſpeciatim in hoc argumento ita verſatus fuit, ut pronunciata Miſchnæ omnia tam generalia quàm ſpecialia adſarret, eiſque cum reliquo corpore comparatis pugnantes Doctorum & ſuæ & ſuperioris ætatis ſententias recenſeret, tum verò, libratis utrinque rationum ponderibus, cauſam definiret, præterea conſtitutiones, poſt obitum *Rabbenu Hakkadoſch* ad ſuam uſque ætatem ſactas commemoraret; denique verò mentionem faceret expoſitionum allegoricarum, quas veteres ad inſtituta ſua firmanda adhibuiſſent. Ita rem exponit *Halichot Olam* p. 18. ubi addirur inſuper, *Rau Aſche* repetitis vicibus *Miſchnam* expoſuiſſe, & curas poſteriores prioribus junxiſſe ut *Gemara* quaſi obſignata videretur. Hoc labore effecit ut Majores Judæorum dicerent inde à tempore *Rabbenu Hakkadoſch*, qui *Miſchnam* in unum corpus redegit, uſque ad Rau *Aſche*, nunquam in eodem loco, id eſt, ſimul, legum pietatem, humilitatem & magnificentiam inventam eſſe. Vid. R. *Abraham* Ben *Dior* in lib. Kabbalæ p. 68. *Bartoloccius* Bibl. Rabb. T. I. n. 309. p. 484 ſqq. ubi & differit de ratione ſtudiis operandi in Academiis Babylonicis receptâ, ex *Juchaſin.* p. 124. b. *Wolf.* Bibl. Hebr. p. 224.

(a) *Galatinus* de arcanis Cathol. Verit. *lib.* 1. c. 4. initium laborum R. *Aſche* refert ad A. C. 436. ſed perperam.

ASCHEDUNUS. Vid. ACTONIUS p. 98. & inf. verb. ASTON.

ASCHENDORFF (*Guilielmus*) Soc. Jeſu, natione Germanus, gente Weſtphalus, natus in Oppido agri Monaſterienſis, cui *Telgeto* nomen. Illi, cum primùm Societatem ingreſſus eſt, adverſabatur linguæ blæſæ vitium tantum, ut averſo à ſtudiis animo, de officio diſcendo & ſuſcipiendo Coadjutorum Temporalium gradus cogitaret. Verùm non multò poſt, vitio illo linguæ depulſo, poſtquam Litteris omnibus excultus fuit, non modò Humaniores Diſciplinas, & Philoſophiam, ſed etiam Sacras Litteras, & Theologiam publicè prælegit, vir capaciſſimi ingenii, & memoriæ. Fuit etiam Concionator diſertus in paucis, ſive Germanicè, ſivè Latinè dicendum eſſet. Itaque in Metropolitanâ Eccleſiâ Trevirenſi, & in Cathedralibus Paderbornenſi, & Oſnabrugenſi, Eccleſiaſtæ ordinarii munere diu functus eſt. Oblata eſt ei occaſio demonſtrandæ magnitudinis animi, quando captâ menſe Octobri A. 1631. à GUILIELMO Haſſiæ Landgravio Paderbornâ, abductus cum duobus aliis Societatis Patribus Caſſellas, primùm in carcerem detruſus, mox tamen in laxiori cuſtodiâ habitus, nunquam impelli potuit ut in redemptionis pretium conſentiret: & crebris litteris adverſarios eò adduxit, ut, cùm nihil criminis poſſent eis objicere, paterentur eos permutatione factâ cum ſuis militibus, qui bello capti erant à Cæſareanis, liberari. Demùm reverſus Paderbornam, fatigatus laboribus, piè obdormivit in Domino 25 April. 1633. Edidit Germanicè ſub nomine *Romani Altglaub* Philo-Chriſtiani:

1. *Defenſionem trium cauſarum, quas pro ſuâ converſione Statuarim Oſnabrugenſis adduxerat*, contra Refutationem *Wolfgangi Helvici* Lutherani, ibidem Superintendentis. Latinè verò

2. *Orationem in funere Ill. DD.* Joannis Godefridi *Epiſcopi & Principis Herbipolenſis & Bambergenſis*, Ducis Franciæ Orientalis. Hæc *Alegamb.* p. 167.

R. ASCHER abbreviatè vocatus *Harròſc* Ben *Zechiel*, Germanus, Rothenburgenſis, dives & doctus, de quo fusè *Bartolocc.* Tom. I. n. 311. p. 493-502. & *Wolfius* Bibl. Hebr. n. 363. In patriâ doctrinæ ſuæ ſpecimina diffundere cœpit in Rectoratu Synagogæ, quem aliquandiu exercuit; ſed poſtea abire coactus, Toletum in Hiſpaniam ſe contulit, ubi Princeps totius Scholæ Toletanæ à ſuis creatus, ibidem tandem è vitâ deceſſit. Circa tempus quo è Germaniâ egreſſus eſt, id vulgò ad A. M. 5066. C. 1306. refertur. De cauſâ autem diſceſſûs, communis fert ſententia, R. *Aſcher* ob timorem, ne in carcerem conjiceretur, patriam reliquiſſe, quia ejus Magiſter (*a*) R. *Meir* de Rothenburgo, ut erat pauperrimus, & alienam pecuniæ ſummam Imperatori (*b*) pro exactione debitam non eſſet ſolvendo, miſſus fuerat in carcerem A. 5057. C. 1297. Cùm autem Imperator noluit alium fidejuſſorem Judæum præter R. *Aſcher*, ut pote admodum divitem, ipſe Magiſtri miſertus, pro eo ſpopendit. Tunc latiori loco poſuerunt R. *Meir*, donec in carcere ſolviſſet debitum. Interea moritur ille in carcere circa A. C. 1305; cum Noſter timens ne & ipſe caperetur, aufugit in Hiſpaniam, & miſit ante ſe R. *Judam* filium ſuum, ut ei pararet manſionem Toleti. Hanc urbem vix ingreſſus eſt Noſter, cùm ſtatim à totâ Univerſitate & Toletanâ Synagogâ Caput Academiæ electus eſt, addito annuo ſtipendio lucroſo. Igitur apud Hebræos Toletanos per 26 circiter annos Talmudicam doctrinam, & utrumque Jus Civile & Criminale, magno Judæorum applauſu docuit: infinitas ferè Talmudicas ambages explicavit; foliis hinc inde diſperſis, quæ poſt illius obitum, magnâ diligentiâ ab ejus diſcipulis conquiſita, & in Volumen digeſta, ſub nomine

1. *Chellalè Harròſc*, Concluſionum R. *Aſcher* collegerunt. Reperiuntur MS. in Biblioth. Vatic. Collegerunt etiam ex ejus prælectionibus, vel, ut aliis placet, ex ſcriptis præceptorum ejus, librum, quem vocaverunt

2. *Agudàh*, id eſt, *Faſciculum.* Eſt Spicilegium Sententia-

(*a*) Habuit etiam Rabbinus noſter alium præceptorem R. *Chajim*, R. *Meir* fratrem, qui obiit A. C. 1314. (*b*) Id acccidiſſe ſub Imperatore *Rodulpho* tradit Auctor *Schalſcheleth* p. 60. at *Rodulphus* pluribus annis ante 1297. ad quem refertur annus incarcerationis R. *Meir*, è vivis exceſſerat; ideoque pro *Rodulpho* ſcribendum videtur *Adolphus*, qui ab A. 1294 ad 1299 imperavit, ut obſervat *Bartolocc.* P. I. p. 495. a.

Sententiarum & Doctorum, A. 5089. C. 1329 digeſtum. Excuſ. Cracoviæ, A. 331. C. 1571. fol.

3. *Kitzur Piſkè Harròſe*, Epitome Deciſionum R. *Aſcher*. Sunt quædam Sententiæ, ſeu Concluſiones ad modum Theſium, excerptæ ex ejus operibus prolixioribus. Extant cum Talmude Babylonico in fine omnium ferè Codicum, ubi alia ipſius Commentaria reperiuntur. Iſtæ Concluſiones, quas diverſas ſibi videri ait *Bartoloccius* ab iis, quæ extant MS. in Vatic. eaſdem eſſe putat *Wolfius* p. 226.

4. *Toſaphòt* Additiones, quæ vocantur *Thoſphè Harròſc*, Additiones R. *Aſcer*, & etiam *Haaſceri*, i. e. *Aſcerem* Commentarius. Sunt Commentarii prolixiores, qui ante *Piſkè Harròſc* in ipſo Talmude apparent, quamvis non in omnibus Codd.

5. Diſſertatio ſuper illud commune Judaicum effatum *En Mazàl Le-Iſrael*: Iſraël *ſubjectum non eſt alicui Planeta*. Reperitur MS. in Vatic. Biblioth.

6. *Sceelòth at,tſuvòth* Quæſita & Reſponſa, ſeu Deciſiones forenſes. Excuſ. *CPoli* A. 5278. C. 1518. *Venet*. A. 31 . C. 1552. apud Bragad. in fol. iterumque cum indice locorum, ex quibus ſingula inſtituta probantur & deducuntur, ibid. A. 366. C. 166. fol.

7. *Hannagòth* Conſuetudines ad mores reformandos, vitamque piam ac devotam inſtituendam. Libellus eſt conſtans præceptis & admonitionibus 131. Extat ad calcem libri *Tepache Zabàa* R. *Jechielis Meli* Mantuæ excuſ. A. 383. C. 1623. in 12.

In Bibl. Collegii Neophyt. Romæ extat Libellus MS. Aſceticus, in cujus pag. 49. inſeritur Tractatus ejuſd. tituli ſcil.

8. *Conſuetudines*, quas ordinavit *Rau Rabbènu Aſcèr* pater R. *Jacobi* Auctoris *Turim*. Eſt ferè idem cum ſuperiori, quamvis aliquando ab eo deflectat.

9. Tractatus quidam *de Maculis, quæ Sacerdotem, ne poſſet offerre, & Animalia offerri, impediebant*. Hæc omnia vitia fuſius recenſentur explicanturque à R. *Moſe Ægyptio* in *Jad Hachazakà* Par. II. in *Beiàth bamikdàſc* cap. 7&8. indeque apud *Bartolocc*. Bibl. Rabb. T. III. n. 1886. p. 471-484.

10. Tribuitur item ei *Sepher Mathanòth*, Liber donorum, de cujus argumento nihil dicunt.

Advertendum eſt circa opera Talmudica hujus Auctoris, quòd illa conſcripſerit ſecundum ſtylum R. *Alphes* & R. *Moſis Ægyptii*, ſed ampliùs addidit ſupra *Ægyptiam*, quia *Ægyptius*, ut refert *Juchaſin* p. 133. ſcripſerat librum ſuum *tanquam prophetiam, abſque ullà ratione*. At R. *Aſcèr* doctrinam ſuam rationibus confirmavit.

Habuit autem Noſter octo filios; quorum I vocabatur *Jechiel*, ex nomine Patris R. *Aſcher*, cujus pluries meminit Auctor *Arba Turim*, & mortuus eſt Patre adhuc ſuperſtite, ſicuti & R. *Salomon* IIus; III R. *Jacob* diutius vixit, & fuit doctiſſimus Rabbinus, de quo plura inferius. Fuit hic pauperrimus, & nihilominus publicum, aut privatum ſtipendium nunquam expetiit, aut voluit, ſed gratis ſemper in ſcholis & ubique docuit, ut ipſe de ſe ipſo teſtatur cap. 1. Tract. de Sabbatho. Et in Tract. *Kiddùſc Hachòdeſc*, de ſanctificatione Neomeniarum, apparet, id contigiſſe A. M. 5100. C. 1340. IVus fuit *Judas*, qui ſcripſit librum *Chakàth Hattorà*, & librum *Chukòth haſciamàim*. Obiit juxta *Juchaſin* p. 133. b. A. M. 5109. C. 1349. ſed videtur mendum typographicum; nam idem Auctor p. 131. b. aſſerit quòd R. *Judas* circa A. 5128. C. 1368 interfecerat uxorem ſuam ſimul cum uxore R. *Jacobi* fratris ſui (c), & poſtremò ſe ipſum, ne Judaicam ſuperſtitionem desererent. Errat itaque Auctor *Scialſcheleth hakkabbalà* p. 60. quando ait id contigiſſe An. 5151. C. 1391. Reliqui quatuor filii R. *Aſcher*, nempe *Eliakim*, *Moſes*, *Eleazar*, & *Simeon* omnes docti fuerunt, & Toleti varia opuſcula ſcripſerunt *ſuper Deciſiones & eirum Talmudicos*, quæ periiſſe dicuntur.

Cæterum ſubſcripſit Rabbinus noſter Decreto, quod ſapientes Barchinonenſes tulerunt A. 5064. C. 1304. ne juvenes ante vigeſimum ætatis annum Philoſophiæ operam darent, vel vigeſimum quintum, uti ſe legiſſe ait Auctor *Scialſcheleth* in lib. *Minchàth Kennaoth*. Obiit Toleti A. M. 5081. C. 1321. teſte R. *Menachem* in Præf. libri *Tzedà Ladarèch*, non A. 5088. C. 1328. (d) ut alii dicunt. Et honorificè ſepultus eſt, quia reputabatur vir pius: nam aſſiſtebat operariis, quando azyma parabant pro Feſto Paſchatis, eos ſollicitando & propriis manibus adjuvando.

ASCHER (R. *Jacob* fil.) fil. *Jechiel*, Germanus, ex Germania in Hiſpaniam abiit, & Toleti A. M. 5100. (a) C. 1340. ut ex Ordine *Orach Chajim* ſub finem *Hilchot Roſch chodeſch* n. 427. p. 80. b. edit. *Hanov*. apparet, SCRIPSIT Opus cui tit.

I. *Arbi Turim*. Quatuor *Turim*, ſeu Ordines (ex Exod. XXVIII. 17.) in quo collegit inſtituta & leges Judæorum omnes, quæ vel in *Gemara* vel in Scriptis Juris Judaici peritorum cæteris extant. *Ordo primus* vocatur *Semita vita* ex Pſalm. XVI. 11. Secundus *Doctor ſcientia*, alias *docebit ſcientiam*, ex Iſ. XXVIII. 9. Tertius: *Lapis auxilii* ex I Sam. VII. 12. *Quartus*: *Pectorale judicii* ex Exod. XXVIII. 15. Prodiit totum opus *Soncini* A. 5241. C. 1481. *Fani Fortuna* 276. C. 1516. *Venet*. 282. C. 1522. 4. *Cracov* 299. C. 1539. *Praga* 300. C. 1540. fol. cum variis animadverſionibus & indice rituum omnium. *Auguſta Vindel*. 306. C. 1546. *Cremon*. 318. C. 1558. fol. *Riv. Trid*. 311. C. 1561. In Catal. Bodl. affertur edit. *CPolit*. 1545. & alia ibid. curata, ſine anni mentione; at in Bibl. Oppenheim. vidit *Wolfius* edit. *CPolit*. A. C. 1540. Præterea lucem vidit idem opus cum Comment. R. *Joſeph Karo*, Sabionet. 319. C. 1559. *Venet*. 324-327. C. 1564-1567. iterumque ibid. 334. C. 1575. rurſus *Sabionet*. 349. C. 1589. Tum vero etiam cum Comment. R. *Joel Sircke* Cracov. 391-399. C. 1631-1639 ac poſtremò *Berol*. 462 & 463 C. 1702 & 1703 fol. Tomis IV. operâ R. *Wolff Mirels* & R. *D. Zoreph* (b). Accedunt in hac editione 3, *Domus Joſephi*, ſive Commentarius R. *Joſephi Karo*; II, *Via Moſis*, ſive Comment. R. *Moſis Iſſelee*, nunquam antea impreſſus; III, *Ruina domus*, ſive Correctiones R. *Joſ. Karo*.

Seorſim autem quidam *Ordines* prodierunt. Ordo I. *Orach Chajim*, & II *Jore Dea*, Venet. editus, ſine anni mentione. Ordo II cum Comm. *Joſua Peleck* fil. *Alexandri*, Lublini 395. C. 1635. fol. Ordo III, *Even Eſer* cum ejuſd. Comment. triplici, ibid. 398. C. 1638. Ordo I & IV ab eodem ſimili ratione illuſtrati MSS. ſuperſunt.

Orach Chajim cum triplici Comment. ſub tit. *Clypei terra*, ſive *defenſores terra* (ex Pſ. XLVII. 10) prodiit. Hoc enim libro comprehenduntur obſervationes trium Rabbinorum in illum Ordinem, ita quidem, ut contextu in mediâ quâque paginâ poſito, alterum marginem impleat R. *David* Oſtrenſis *Scutum Davidis*, alterum verò R. *Abrah. Abbali* Segel *Clypeus Abraha* (c), in extremâ denique orâ conſpicitur R. *Menachem* Mendel *Corona Scuum*. Dyrenf. 1712. fol. Duo illi Commentarii priores diffuſi prodierant ibid. A. 1692. tertius verò in alterâ demum edit. acceſſit.

Compendium

(c) Id ipſum ad a. C. 1349. refert Auctor *Scialſcheleth* p. 60. apud *Bartolocc*. P. III. p. 838.

(d) Inde proculdubio eorum error ortus eſt, qui R. *Jacobum* hujuſce filium hoc anno 1328 obiiſſe ſcribunt, patrem cum filio confundentes.

(a) Sunt tamen qui id ad A. M. 5090 referunt. Conf. quæ de illo obſervata ſunt in art. præced. ubi de Patre diximus. (b) Vid. *Acta Erud*. Lipſ. A. 1708. p. 367. (c) Vid. ſup. p. 21-6.

Compendium *Orach Chajim* & *Jore Dea* debetur R. *Davidi Pardo*. Nonnulla ex opere *Turim* Larinè convertit Cl. *Aaron Margalita* Ex-Judæus (*d*).

2. Scripſit item Rabbinus noſter *Coronam boni nominis* (e).

3. Ejuſdem notulæ marginales in *Pentateuchum* addi cœperunt Biblia Rabbinicis edit. Venetæ 1549. & in ſequentibus editionibus. Leguntur item in Pentateucho Hebr. cum Comm. *Raſchii* & R. *Ezechia* fil. *Manoa* Venet. 5284. C. 1524. fol. & in Pentat. Hebr. Chald. qui cum Comm. *Raſchii* & *Chaſiekuni* Baſil. 366. C. 1606. ac deinde *Cracov.* fol. prodiit. In illis ſubtiliores quædam ac Cabbaliſticæ potiſſimum expoſitiones leguntur. Extant quoque ſeorſim *CPoli* 274. C. 1514. 4. apud *Sam.* ben *Nachmias*, Venet. 1544. apud *Jo. de Phari*, iterum 1607. In has Commentationes *Didacus Lopez de Meſſa*. Jeſuita Hiſpanus, Cenſuras reliquit MSS in Collegio Neophyt. Romæ inveniendas, teſte *Imbonato* Bibl. Lat. Hebr. p. 35. In Bibl. Rabb. *Buxtorfii* p. 463 memorantur R. *Jacobi* Expoſitiones minutæ Cabbaliſt. ſed illæ à noſtri commentationibus non videntur diſtinguendæ. Pro compendio libri *Arba Turim* habuit *Plantavitius* minus rectè. De anno quo *Bar-Aſcher* obierit, diſſentiunt Judæi: certè ex iis quæ ſupra dicta ſunt, minus ii a vero abeſſe videntur qui eum A. 5130. C. 1370. adhuc in Germania ſuperfuiſſe tradunt. Credit *Bartolocc.* eum exeunte Sec. XIV. vel ineunte ſequenti demortuum. Vid. plura apud *Bartolocc.* Bibl. Rabb. *P. III. num.* 836. *Wolf.* Bibl. Hebr. *o.* 2023.

(*d*) De eo vid. ſup. *p.* 4. *b.*
(*e*) Vid. ſup. ſub tit. *Abraham* Colonienſis *p.* 29. *b.*

R. ASCHER fil. *Joſeph* claruit Sec. XVI inclinante, & Commentarium Scripſit in *Kinoth*, ſive preces Hebræorum lugubres, quales Polonis, Bohemis & Moravia Judæis receptæ ſunt, quocum preces illæ prodierunt *Cracov* A. 5385. C. 1585. 4. Ibid. ſed neſcio quo anno, aliud precum Judaicarum genus, ex conſuetudine Judæorum Germanorum, cum ejuſd. Commenr. lucem vidiſſe teſtis eſt R. *Schabbatam* p. 28. n. 25. qui præterea addit, ipſum teſtari, quod ſcripſerit librum ſub tit. *Panu fertium* (ex Pſal. LXXVIII. 25) in duas partes diſtinctum, quarum prior inſcribitur *de Sabbatu Domini*, poſterior *de feſtù Dei*. Hinc non præter rem, inquit *Cl. Wolfius* Bibl. Hebr. *p.* 225. conjecturam feceris, præcipi hoc libro de diebus feſtis.

R. ASCHER filius *Abraham*, cognomina *Bonan Kreſkas*, qui claruit medio Seculo XVI. cujus cum commentariis & aliorum prodiit Celeb. *Moſis Maimonida* liber *More Nevochim* Sabionetæ A. 313. C. 1563. fol. *Wolf.* ubi ſup. *p.* 225.

R. ASCHER filius *Abraham*, fil. *David*, qui expoſuit 13 *Middòt*, id eſt modos interpretandi legem, MS. in Bibl. Regis Gall. Vid. *Labbeum* Bibl. Nov. MS. *p.* 295. *Attributa* ille vertit, quæ de tredecim modis interpretatur Cl. *Wolfius* ubi ſup. Fuit & *Abraham* fil. *Aſcher* de quo ſup. *p.* 23. *a.* & *Abraham* fil. *David* p. 24. a.

ASCHERUS à S. Bernardo (*Joan. Bapt.*) Ord. Fulienſium Monachus, natione Italus, ortu Vintimilienſis propè Monæcium (vulgò *Monaco*) in ditione Genuenſi, quatuor vota profeſſus menſe Sept. 1673. SCRIPSIT *Carmina de Matranâ Lauretanâ*, in Italiâ typis excuſa (*a*).

(*a*) Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 221.

ASCIANUS (*Dorotheus*) S.S. Theol. Doct. Lutheranus, ni fallor, cujus ad manus habeo opus hoc titulo: *Montes Pietatis Romanenſes Hiſtoricè, Canonicè, Theologice detecti*: Præmittitur juſtus Tractatus *de Nervis rerum gerendarum Roman. Eccleſia.* Subjungitur biga Script. Pontific. videlicet *Nic. Bariani* Auguſtiniani, Montes Impietatis; & *Mich. Papafava* Deciſio contra Montes Pietatis: *Opuſculum omnium Facultatum, & curioſiori literaturæ ſtudioſis lectu jucundum, & utile*, Lipſiæ editum an. 1670. in 4.

ASCITÆ ſive *Aſcodrogita* de quibus ita loquitur Autor libri *de Hæreſibus* à Jeſuita *Sirmondo* editi cum *Prædeſtinato*: » LXIIa Hæreſis *Aſcitarum* eſt. *Aſcitæ* » ergo ab *utre* appellantur, ἀσκὸς enim Græcè *uter* » dicitur. Iſti cum in Trinitate nihil mali habeant, » utrum tamen ingentem juxta altare ponunt, eumque vacuum inflant, & linteaminibus velant & » adorant, quia confectum cruoris Domini ibi adjiciunt, illud dicentes Evangel. Matth. IX. 17. *Vinum novum in utres novos adjiciunt, & utraque conſervantur.*

ASCLEPIADES Autor Seculi IV. cujus ex veteribus ſolus meminit *Lactantius* (a) his verbis: *Optimè igitur* Aſclepiades *noſter* de Providentia Summi Dei *differens in eo libro quem ſcripſit ad me*. Ad *Aſclepiadem* duos ſcripſit libros *Lactantius*.

(a) *Inſtit. Divin.* lib. 7. cap. 4. p. 791. edit. Lipſ. 1715. in 8.

ASCLEPIADES, Trallium Epiſcopus, claruit anno 484. *Epiſtalâ* Triſagion *Fullonis* oppugnavit, & *X. Anathematiſmo* percuſſit. Tam *Epiſtolam* quàm *Anathematiſmos* Gr. Lat. exhibet Concil. *Tomus IV. pag.* 1120. * *Cave* in Hiſt. Liter.

ASCLEPIUS, gente Afer, claruit anno 440. & in vivis adhuc erat anno 495. (*a*) De eo ex Veteribus unus hæc habet *Gennadius* (b). *In Bajenſi* (c) *territorio vici non grandis Epiſcopus, ſcripſit adverſum Arianos: & modò adverſum Donatiſtas ſcribere dicitur. In docendo autem ex tempore grandi opinione celebratur.* N. E. *Trithemius* (d) adverſus Arianos *lib.* 1. adverſus Donatiſtas *libb.* 1. numerat. Addit *Homilias infinitas ad populum, & alia multa* ſibi *incognita.*

(a) *Cave* in Hiſt. Liter. Apud *Morer.* Diction. dicitur claruiſſe A. 490. (b) *De Script.* cap. 73. (c) Alii Codices *Gabaenſi*, alii *Vagienſi*. (d) *De Script. Eccleſ.* cap. 163.

ASCLEPIUS neſcio quis, quem edidiſſe ait *Imbonatus* Bibl. Lat. Hebr. p. 318. *Librorum de Antiquitatibus, & Bello Judaico Periochas, & Argumenta Tetraſtichis comprehenſa.* A. 1564. in 8. abſque urbis mentione.

de ASCOLI (*David*) Scriptor Judæus, cujus habetur *Apologia pro Hebrais*, Argentorati A. 1559 ſcripta occaſione mandati *Pauli IV* Pontificis, quo Judæi habitu pilei ſe ab aliis diſtinguere jubebantur. Hujus libelli cauſâ in longum carcerem conjectus eſt. Vid. *la Galleria di Minerva* Tom. III. p. 268. à *Wolfio* citatam *Bibl. Hebr.* P. II. p. 1053.

ASCROI (*Laurentius*) Germanus, Lotheranus, cujus habetur ex *Jac. Le Long* Bibl. Sac. p. 617. *Oratio de Jona ad Ninivitas legatione*, carmine heroico, in 4°. Roſtochii, 1620.

de ASCULO. Vid. Art. AUGUSTINUS, JACOBUS &c.

ASGIL natione Anglus, vixit hoc Sec. XVIII. Autor eſt libri cui tit.

An Argument Proving, that according to the Covenant of Eternal Life revealed in the Scriptures, man may be tranſlated from hence in to that Eternal Life, without paſſing through Death, altho the Humane Nature of Chriſt himſelf could not be thus tranſlated till he had paſſed through Death: id eſt Argumentum probans, juxta fœdus Vitæ æternæ in Divinis Scripturis revelatæ, hominem transferri poſſe ex hâc tranſitoriâ ad æternam vitam, abſque eo quòd mortis imperium ſubeat; eſtò humanitas ipſius Jeſu Chriſti tali modò transferri non potuerit, priuſquàm mortis tributum ſolverit. 1700. in 8. abſque loci mentione.

mentione.

Priuſquàm Autor præfatus opinionem valde peregrinam, Divino Oraculo parùm conſentaneam, quibuſdam probationibus fulciat, conatur objectiones pro mortis neceſſitate militantes refellere. Aſſerit igitur hominem quotidie mori, ſed ob meram conſuetudinem; poſſet enim in terris ità vivere, omni mortis timore depoſito, ut, eâ non guſtatâ, transferatur ad cœlum. Affert in medium exempla *Enochi* & *Eliæ* in cœlum, morte evitatâ, translatorum. Exempla quotidiana morientium, licèt viſibilia hujus veritatis argumenta, deridet; cum mors ratione deſtitutus niſi apud inſanos pro ſolido argumento haberi poſſit. Chriſtus vitam æternam iis promiſit qui in eum crediderint. Equidem *Abrahamus* & Prophetæ jugo mortis fuêre ſubjecti; verùm tamen ſicut plures ex his pleni dierum, & violentâ morte ex hac vitâ emigrarint, ex hoc perperam infertur quòd ego idem mortis genus ſubeam; ſi igitur circumſtantia mortis eorum, nullum influxum in me producit, neque etiam mors in genere, cùm mors unius individui non ſit cauſa mortis alterius. Hic notanda venit Autoris ſuppoſitio. Pone, inquit, matrem meam in puerperii doloribus mortem obiiſſe, an inde ſequitur me idem mortis genus ſubiturum, vel quòd pater meus fuerit collo ſuſpenſus, an ideo me ſuffocatum iri inferre debeo? Homo, proſequitur mortalis & forſan jam mortuus Auctor, ad hunc finem creatus eſt, ut vivat, mors verò per peccatum mundum introivit; Deus etenim conditionaliter homini minatus eſt mortem, ſi videlicet de fructu vetito comediſſet; Diabolus autem immortalitatem ſpopondit. Cuinam ergo adhibenda fides, an Satanæ mendacii Patri, an Deo qui Veritatis Auctor, imò ipſa Veritas eſt?

Verùm enim verò homo à Deo propter Vitam creatus, æquum non erat, ut mortis præda maneret. Deus igitur miſericordiâ motus filium Unigenitum morti tradidit, ut hominem à morte liberaret; ideoq; mors non eſt homini connaturalis. Ipſe Dei Unigenitus, ut Virginis filius, mortis non ſubjacebat imperio: ſed ut Filius, quamvis putativus, *Joſephi*, ut totus Adamo progeniti, à mortis dominio liber non fuit. Ipſius autem perſonæ dignitas, mortis debito ſoluto, obtinuit, ut homines hoc eximerentur tributo. Promittit ergo in ſe credentibus vitam æternam. Neque valet exemplum aliorum. Quis enim teſtis eſſe poſſit an plenam, ac perfectam fidem habuerint? Omnes Sancti tali, tantaque fide præditi non fuerunt, ac præterea non eſt nobis impoſſibilis fides iiſdem ſuperior. Reverâ *Enoch*, *Eliaſque* tantam poſſederunt fidem in Chriſto ſub umbrâ figuraque cognito, ut mortem arcere potuerint? quidni nobis in meridianâ Evangelii luce idem liceret? Quò ſua ſententia majus obtineat pondus, Evangelium duas conſtituere partes ſtatuit Autor; iis vitam æternam morte vitatâ polliceri, quibus ſufficiens erit fides ad talem vitam ſperandam, animique celſitudo ut in ſervitium talis inimici cadere non queant; reſurrectionem iis, quos tanta ſpes non tenet, ſed qui hâc contenti vivunt, Chriſtum in extremo die ipſos reſurrecturum.

Vulgò creditur hominem in ſtatu naturæ corruptæ Cœlum ingredi non poſſe quin mortem paſſus ſit; nec deſunt docti Theologi qui huic ſententiæ hæc D. Pauli verba adaptant, *carnem & ſanguinem non adepturos regnum Cœlorum*: hanc autem veritatem non admittit noſter *Aſgil*, contendit mortem & reſurrectionem nos felicitatis æternæ non magis capaces efficere, quàm ante mortem ſumus. Hac occaſione quædam dogmata in medium profert Autor, quæ veritati parum conſentanea videntur. Docet inter alia, ex eo quòd S. Scriptura dicit *Spiritum ad Deum redire, qui dedit*, animam hominis poſt ejus mortem, Divinitatem repetere, cujus tanquam halitus erat, eumque hâc infinitâ Eſſentiâ confundi, velut flumina quæ cum Oceano miſcentur, nec ab eo diſtingui poſſunt. * De illo libro vid. *Hiſt. Oper. Erud.* April. & *Nov. Reip. Liter.* Nov. 1700.

ASHEBURNUS. Vid. Art. THOMAS.

ASHETON (*Wilhelmus*) Rector *of Beckenham in Kent*, Edidit Sec. XVII Anglicè librum de præmiorum ac pœnarum æternitate hoc tit.

The Subſtance of a late conference With M.S. concerning the rudneſs of Atheiſtical diſcourſes, the certainty and eternity of hell-tourments, the truth and Authority of the holy Scriptures: publiſhed purſuant to his Majeſties injunctions to ſuppreſs irreligion and Atheiſm. Londini 1691. 8. *Hiſt. of the works of the learned* p. 95. apud *Fabric.* de Script. pro Verit. Relig. Chriſt. *p.* 723.

ASHLEY (*Arthur.*) Vid. Sykes.

ASHWARDBY (*Joannes*) natione Anglus, patriâ, ut putat *Woodius* (a), Lincolnienſis, claruit circa an. 1380. Poſtquam ad Logicam & Philoſophiam probe fuit apud Orielenſes informatus, in ſocium hujus Collegii cooptatus eſt; poſtea converſo ad Theologiam animo in Facultate illâ incepit, & S. Theologiæ Profeſſor diſertus & doctus fuiſſe dicitur. *Wicleſum* ſibi conjunctiſſimum habuit, cujus Dogmata Concionibus, Lecturis & Diſputationibus, nervoſa argumentorum frequentiâ probe fultis, propugnavit, *Ricardum Maydeſton* acerrimum Scriptorum ſuorum impugnatorem habens.

Scripta:

Determinationes Scholaſticæ. Quodlibeta Theologica: De triplici neceſſitate: Quæſtiones Ordinariæ: Contra Fraterculorum mendicitatem: Contra Ric. Maydeſton: *Sermones ad clerum & ad populum*, Libb. II. *Lectura Scripturarum.* Et alia quædam, inquit *Balem* de Script. Britan. Cent. VI. Cap. 85.

(a) Hiſt. Univerſ. Oxon. *Lib.* 2. *p.* 106.

ASHWELL (a) (*Georgius*) natione Anglus, cujus hæc habentur Scripta ex *Lipen.* Bibl. Theol.

1. Fides Apoſtolica, *or an Aſſertion of the Authores and Authority of the Apoſtles Cred.* Oxon. 1653. 8.

2. Geſtus Euchariſticus, *concerning the Geſture to be Uſed at the Receiving of the Sacrament.* Ibid. 1663. 8.

3. *De Socino & Socinianiſmo Diſſertatio.* Ibid. 1680. 8.

[a] *Arnvel* vocat *Elias Du Pin* Tab. Univ. Autor. Eccleſ. *Tom. IV. p.* 1333.

ASILIUS (*Petrus*) Juriſc. Germanus, Lutheranus, (*a*) cujus extat

Comment. de Tyrannide Romani Pontificis. Francof. 1594. 8. Vid. *Wolfii* Lect. Memorab. *Tom. II. p.* 824.

[a] *Lud. Jacob* Bibl. Pontif. p. 473.

ASKETLE (*Guillelmus*) natione Anglus, de quo *Balens* de Script. Britan. Cent. V. Cap. V. à quodam ejus temporis ſcriptore, ſed corruptè, *Chettle* dictus, claruiſſe fertur an. 1320. Clericus fuit fani S. Joannis apud Beverlacenſes in Comitatu Eboracenſi (*d'Yorck*). Hic loci multa de memorabilibus factis *S. Joannis*, Archiep. olim Eboracenſis, animo pervolvebat. Tentavit igitur opus, quod in tres partes diviſum *Thomæ* Beverlacenſis Eccleſiæ Præpoſito dedicavit. *Lib. I.* eſt *de rebus Beverlacenſibus.* IIus continet Vitam *Joannis* Archiepiſcopi. IIIus agit *de miraculis ejuſdem.* Exordium autem ſumpſit ab adventu *Gulhelmi* Normanni, ubi *Folchardus* Dorobernenſis, idem tractans argumentum, deſinit.

ASKEWE (*Anna*) præclari ingenii juvencula, vixit Sec. XVI. Patrem habuit *Gulhelmum Aſkewe* nobilem equeſtris ordinis virum, Comitatûs Lincol-

nienſis in Anglia. Adverſus Pontificios acerrimè decertavit, martyriumque tulit inter flammas Londini A. 1546. die 16 Jul. *nubibus miraculosè*, inquit *Balem* de Script. Brit. Cent. VIII. Cap. 79. *ut in quorundam martyrum paſſionibus ſonitum tribuentibus.* Addit ſanctam virginem *inter quæſtiones, ruptu ad ſanguinis effuſionem uſque venis, carnificum (qui ejus & judices & tortores erant) immanitatem irriſiſſe, in carcere poſt tormenta ceciniſſe, & in igni medio cum ſociis æternum laudaſſe Dominum J. C.* Scripsit autem hæc *Anna* in Anglico ſermone, ac propriâ manu, præter varias Cantiones, *Examinationum ſuarum* Lib. I. alterumque *ſuper ultimo ſuo conflictu*: quos libellos præfationibus ac ſcholiis prolixioribus ſe illuſtrare teſtatur *Balem* loc. cit.

ASLACUS (*Conradus*) natione Danus, Theologus variæ eruditionis, Bergæ Norvegorum d. 28 Jun. A. 1564 natus, in Acad. Hafn. A. 1584 & ex iſtâ in Convictum *Tychonis Brahei* A. 1590 conceſſit. Germaniam hinc, Helvetiam, Galliam, Angliam & Scotiam, ab A. 1593 ad 1599 peragravit, Hafniamque redux A. 1600 Ling. Lat. A. 1602 Græcæ & Hebrææ, A. 1607 (quo & Doctoris titulum obtinuit) S Theol. Profeſſor factus eſt. A. 1614 Sacræ cum *Joh. Pauli Reſenio* Collegâ (quem errorum aliquot cum *M. Ol. Cocio*, inſimulavit, ipſe viciſſim Neſtorianiſmi ab illo accuſatus) implicitus eſt Controverſiæ, in Comitiis paulo poſt Coldingenſibus, à Christiano IV Rege, Regnique Senatoribus, compoſitæ. Obiit ſexagenarius d. 7 Febr. A. 1624. Eum plures laudant, quos adducit *Mollerus* inf. cit.

Scripta (a):

1. *Tract. de Electione.* Hafniæ 1612. 8. Dan.

2. *Phyſica & Ethica Moſaica.* Hanov. 1613. 8. Liber iſte, ob animæ mundi patrocinium, à nonnullis obelo notatur. *Lamb. Danæus, Conr. Aſlacus, Joh. Henr. Alſtedius* (in Triumpho ſeu Encyclop. Bibl.) ac alii, qui Phyſicam Chriſtianam ſcripſerunt, nulla, judice Cl. *Morhofio* (b), certa principia ſequuntur, ſed vel Interpretes ſunt priorum Capitum Geneſeos, vel Phyſicam Ariſtotelicam & vulgarem ad Moſaica illa reducunt

3. *De dicendi & diſſerendi ratione Libri tres.* Hafn. 1611. 4. Herbip. 1622. 8. & Francof. 1643. in 4. Decreto Aulæ Romanæ d. 2 Dec. A. 1622 promulgato, in *Prohibitorum Indicem* ſunt relati.

4. *De Chriſto, vero Deo & homine in unâ indiviſâ perſonâ, ſeu de Emanuele Chriſto, i. e. de duabus Naturis, de Unione & Communione* Diſſertatio Theolog. quadripartita. Francof. 1620. 8. Hafn. 1622. in 4. *Lat.* item *Dan.* Hafn. in 8.

5. *De ſtatu Chriſti* [illegible] *ante Incarnationem & in Incarnatione* Diſpp. duæ. Hafn. 1622. in 4.

6. *Grammatica Hebræa* Libris II comprehenſa. *Hafn.* 1606. vel 1608. in 8. Acceſſit *Analyſis Gramm. Pſalmi* 25.

7. Oratio in obitum *Chriſt. Friſii de Borreby*, 1616. in 4.

8. *Orationum & Sacrarum Homiliarum Decas.* Hafn. 1610. in 8. *Orationes* ſunt de triplici Paradiſo, totidem Infernis, Lectione Poëtarum, & potiſſimum Terentianâ, animâ mundi & Canone S. Scripturæ. *Homilia* de S. Scripturæ præſtantiâ, pœnis impiorum, Chriſti in pios beneficiis, nomine Dei admirabili, & tribus magni Dei Miniſteriis.

9. Oratio *de ſtatu Religionis in Dania*, ab A. 1517 ad 1621. *cum centum annorum Chronologiâ.* Hafn. 1621. in 4. *Lat.* ibid. 1622. *Dan.* & *Germ.* item 1623. Extat in eam *Orationem* Carmen *Caſp. Bartholini* in Sylloge Epigram. lit. I. 7. b. I. 8. a.

(a) De his conf. *Barthol.* de Script. Dan. p. 14. *Molleri* Hypomn. p. 202. *Lipen* Bibl. Theol. & Philoſ. (b) *Polyhiſt. Philoſ.* lib. 2. cap. 3. §. 4. p. m. 160.

10. *Diſpp. III de Mundo.* Hafn 1605. in 4.

11. *Theſes Theologicæ de S. Scripturæ perfectione, & Traditionibus non ſcriptis*: ibid. 1607 in 4.

12. *Diſp. de S. Scripturâ & Dei cognitione*: ibid. 1607.

13. *De Creatione Diſpp. III.* ibid. in 4. 1607 & 1612.

14. *De libero hominis arbitrio Diſpp. duæ*: ibid. 1613. in 4.

15. *De Peccato Diſpp. III.* Ibid. 1614. in 4.

16. *Diſpp. de cauſâ Peccati.* Ibid. 1620. in 4.

17. *Diſp. de Paſſione & morte Chriſti.* Ibid. 1623. in 4.

18. *Tract. de naturâ Cœli triplicis, Aerei, Syderei, Perpetui.* Sigenæ Naſſov. vel Herbip. 1597. in 8.

19. *Oratio Theologica Jubilæa.* Ibid. 1621.

20. *De Religionis per Lutherum plantatione in Daniam & Norwegiam* &c. Ibid 1620 4.

21. Ejus *Commeat. in Exodum* αυτογραφος MStis Bibl. D. *Matthiæ Foſſii* Theologicis in ejus Catal. *p.* 81 annumeratur (c).

(c) *Moller.* in Spicil. ad *Barthol.* p. 13.

ASMAI (*Abouſaid Abdalmalek Ebn Coraib*) natus anno Heg. 122 obiit A. 215 vel 216 circa A. C. 840 Doctor inter Muſulmannos magni nominis, in Grammaticis atque eloquentiâ excelluit, in Traditionibus præterea & Alcorani intelligentiâ verſatiſſimus, vir acuto ac perſpicaci ingenio præditus, quem propter doctrinam in Præceptorem ſibi elegit Califa *Haronn Raſchid.* Varia Scripſit, ac inter alia Opus inſcriptum *Oſoul ol Kelam*, Fundamenta Theologiæ Scholaſticæ. * De eo vid. *Morer.* Diction. p. m. 592. ex *Herbeloti* Bibl. Orient.

ASPASTES ſive ASTASPES (*Joan. Franciſcus*) Scripsit ex *Lipenii* Bibl. Theol.

In virulentam planeque ſophiſticam And. Pouchenii *Criminationem, quàm adverſus* Joh. Palmerii *juſtas ac neceſſarias Prædeſtinationes conſcripſit.* Genev. 1580. 8.

ASPILCUETA. Vid. AZPILCUETA.

ASPINWALL (*Eduardus*) Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, Theologiæ Doctor, Capellæ Regiæ Sub-Decanus, claruit hoc Sec. XVIII. Scripsit

1. *Antidotum adverſus Eccleſiam Romanam.* Ut animos ab eâ averteret ſatis eſſe arbitratus eſt Rev. Autor, ſi eam tribus hiſce capitibus delinearet, precibus ad Sanctos & Angelos directis, Purgatorio & precibus pro mortuis, ac reali præſentiâ, ſive Tranſſubſtantiatione. Appendicem adjunxit, in quâ oſtendit Principem Pontificium Eccleſiam Proteſtantem defendere non poſſe. Ita inſcriptus eſt liber *Londini* excuſus A 1716. *A Preſervative againſt Popery. Being an eaſy method of conviction from Scripture and Reaſon, concerning theſe tree great points: 1 Prayer to Saints and Angels: 2 Purgatory and Prayers to the Dead: 3 Real Preſence and Tranſubſtantiation. With an Appendix, containing the Profeſſion of the Romiſh faith, and the Oath according to the Decree of the Council of Trent ſet forth by Pope* Pius IV. *By which profeſſion and Oath it plainly appears, that no Popiſh King can protect a Proteſtant Church* &c. (a).

2. Apologiam pro Religione Chriſtianâ, cum Appendice ad Libertinos inſcriptâ, de modo indecenti quo Religionem inſectantur. *An Apology, being a ſeries of Arguments in Proof of the Chriſtian Religion: with a Poſtſcript concerning a late irreverent and unbecomming manner of treating Religions Subjects: in the Stile of ridicule: addreſſed to all impartial Freethinkers.* Londini, typis A. Betteswορth 1731. in 8 (b).

(a) *Hiſt. Crit. de la Rep. des Lettres* Tom. XII p. 362.
(b) *Diar. Litter* Hagienſe Tom. XVIII. p. 491.

ASSAF ben *Barakhia*, cognomine *ul Aſmui* & *al Giauhéri*, Autor eſt libri cui tit. *Janbou al-hekmat*,

Fons ſapientiæ. In linguam Perſicam converſus eſt ſub tit. *Aſaf-nameh* i. e. *Liber Aſſafi*, alludens nomini primarii illius rerum publicarum Præfecti (vulgò *Grand Vizir*) quem *Salomonem* habuiſſe fingunt Orientales.

ASSAKER, aliis *ben* Aſſaker (*Abou Ali* ben *Mohſen al Demeſchki*) anno Hegiræ 571. C. circites 1240 demortuus, Autor libri cui tit. *Fadhail Alcoran*, Alcorani excellentiæ, ex quo quadraginta ſuas Traditiones vulgò *Arbains* deprompſit *ben Toloun*. Memorant & Hiſtoriam urbis Damaſci, quam vulgò vocant *Tarikh* ben *Aſſaker*.

ASSAMAH (*Mohieddin Mohammed* ben) *Zahed* cognominatus, i. e. vir interior ac refrænatus. Autor eſt libri cui tit. *Aouradi al Sebaat*, ſeptem preces. Sunt preces gratuitæ, ſive quædam Alcorani partes, quas variis temporibus recitare ſolent, extra tempus ſolennium precum, lege inſtitutarum.

* Hæc *Morer*. Diction. ex *Herbeloti*s Bibl. Orient.

ASSARINUS (*Lucas*) Hiſpali natus, patre Genuenſi *Antonio Aſſarino*, matre Cantabra D. *Joanna de Relux*, anno 1607. die 18 Oct. Vir fuit ingenio ac ingenioſis compoſitionibus, maximè Hiſtoricis, inter ſuos celebris. Anno circitar 1670 vivebat Auguſtæ Taurinorum, magnâ in gratiâ & exiſtimatione apud Seren. Sabaudiæ Ducem. Plura SCRIPSIT Italicè, quorum pauca hic commemorabimus:

1. Cruciatuum contemptus: *Il tormento vilipeſo, o Martirio de' S. S. Alſio, Filadelfo e Cirino*. Bonon. 1643. in 12. Panormi 1645.
2. *Li Affetti ſagri*, &c. ſi diverſum eſt opus, *I ſenſi di humiltà e ſtupore* &c. Genuæ 1647. in 8.
3. *Vita e Miracoli di S. Antonio de Padua*. Genuæ 1646. in 8. & cum additione ſecundæ partis de miraculis poſt Sancti obitum patratis, *Venetiis* tertiò 1659. in 12.

Habuit item prælo paratas

4. *La Vita di S. Clemente Veſcovo d'Ancyra.*
5. *La Vita della Beata Baptiſta Vernazza Monaca Genoveſe.*

De cæteris Scriptis editis conſule *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. *Tom. II.* in Append. *p.* 332. & ex eo *Oldoini* Athen. Liguſt. *p.* 402. Vid. & *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ, n. 8844 & 9130.

ASSELINE à S. Paulo (*Euſtachius*) Pariſienſis, Doctor Sorbonicus, & Concionator inſignis, Ordinem Fulienſium ingreſſus A. 1604. obiit 26 Dec. A. 1640. ætat. 68.

SCRIPTA:

1. *Summa Philoſophia IV Part.* Pariſ. 1609. 1638. & Lugd. Bat. 1617.
2. *Summa Theologia tripartita.* Pariſ. 1613.
3. Meditationes & Exercitia ſpiritualia: *Livre de Meditations & Exercices Spirituels.* Pariſ. 1640. Gall.
4. De uſu Pœnitentiæ & Euchariſtiæ: *Inſtruction pour l'uſage ſalutaire de la Penitence & de l'Euchariſtie* Ibid. (†) Gall.

(†) Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 218.

Fuit alius *David* ASSELINE Curatus Parochiæ S. Jacobi Deppenſis (*a*), qui hujus Urbis Hiſtoriam ſcripſit Gallicè, quæ MS. ſervatur *in fol.* in Biblioth. Viri illuſtris Domini *Foucault*. Vitâ deceſſit circa A. 1694 (*b*).

(*a*) *Dieppe* urbe agri Caletenſis (*de Caux*) in Normannia.
(*b*) Vid. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *n.* 14820.

Abbas ASSELINIUS natione Gallus, vir ingenii non vulgaris, varia conſcripſit Poëmata (*a*) hoc Sec. XVIII. quæ tum in Academiâ Gallicâ Pariſienſi, tum in Academiâ Ludorum Floralium Toloſanâ pretium reportarunt. Typis dedit Carmen *de Religione*, unà cum diſcurſu pro Deiſtis ad examen veritatis manuducendis, & quibuſdam aliis Poëticis Opuſculis. Ita inſcribitur liber, *La Religion, Poeme: avec un Diſcours pour diſpoſer les Deiſtes à l'examen de la Verité, & quelques autres Ouvrages de Poeſie.* Pariſ. apud Guil. Franc. L'Hermite 1725. in 8. (b)

(*a*) Vid. *Diar. Trevolt.* Nov. 1718. p. 2045.

(b) *Diar. Trevolt.* Maji 1726. & *Diar. Pariſ* menſis Aug.

ASSEMANUS (*Joſephus Simonius*) Syrus Maronita, SS. Baſilicæ Vaticanæ Romanæ Presbyter Beneficiatus, S. Theol. Doctor, atque in Bibl. Vaticana linguarum Syriacæ & Arabicæ Scriptor hoc Sec. XVIII eximium opus concinnavit hoc tit.

Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana, in quâ MSS Codices Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos & Malabaricos, juſſu & munificentiâ Clementis XI. *P. M.* (tum & Innocentii XIII. nec non & ſacræ Congreg. de Propaganda Fide) *ex Oriente conquiſitos, comparatos, advectos* (a), *& Bibliotheca Vaticana addictos recenſuit, digeſſit, & genuina ſcripta à ſpuriis ſecrevit, additâ ſingulorum Auctorum Vitâ*, Joſ. Sim. Aſſemanus *&c.* Tomus I. lucem vidit *Romæ* A. 1719. fol. (*b*) Tomus II. A. 1721. (*c*) Tomus III A. 1725. (d). Tomus IV. A. 1729. (e)

Hanc quam condere aggreſſus eſt Ill. Autor, integram Bibliothecam Orientalem, in quatuor Claſſes diviſit. Primam autem valde diffuſam in quatuor Tomos partiri neceſſe habuit, quorum I agit de Scriptoribus Syris Orthodoxis, in quo, ſicut & in cæteris, ſingulorum nomina, ætatem, acta refert, libros, librorumque auctoritatem, materiam, uſum, prolixè indicat. Eruditiſſimas paſſim Notas Autor inſpergit, in quibus id inter alia notatu dignum occurrit, quòd *p.* 554 Epiſtolam *Algaei* ad Chriſtum nullo νοθείας vitio laborare aſſerit, ſuamque ſententiam variis argumentis tueri conatur, pluraque affert ad harmoniam Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis ſtabiliendam. In calce Tomi adjectus eſt Index MStorum, quæ in Codices Nitrienſes, Berroenſes, Amidenſes, Græcos, *Abrah. Ecchellenſis* & *Petri à Valle* Celeberrimi Viatoris, diſpeſcuntur.

Tom. II. primæ Claſſis agit de Scriptoribus Syris Monophyſitis. Dedicationem *Innocentio* Papæ *XIII* excipit Præfatio, ſummi numinis erga Eccleſiam Catholicam, pro quâ etiam hæreticorum malitia militare deprehenditur, providentiam prædicans. Poſt Præfationem ſequitur prolixa Diſſertatio *de Monophyſitis*, h. e. unius naturæ in Chriſto Domino aſſertoribus, quo nomine Jacobitæ Syri & Ægyptii ſeu Copti, nec non Æthiopes Armeniique hodie intelliguntur. In hac Diſſertatione Cl. Autor agit 1) de hæreſeos Monophyſitarum origine, quam medio Sec. V Chriſtiano dedit *Euthyches* Archimandrita, immoderato in *Neſtorii* aſſeclas zelo inflammatus. 2) de Monophyſiſmi in Ægypto, Syriâ, Armeniâ, Arabiâ, Nubiâ & Æthiopiâ progreſſu, actoribus inprimis *Dioſcoro*, *Barſuma*, & *Jacobo Baradæo*, à quo etiam Monophyſitæ in præſentem uſque diem Jacobitæ dicuntur. 3) De recentiorum Monophyſitarum concordiâ & diſcordiâ. 4) De veterum Sectis. 5) De Syrorum Jacobitarum erroribus, quos de Chriſto, de Trinitate, de Sacramentis Eccleſiæ, de Euchariſtia, de Baptiſmo, de Confirmatione, de extremâ

[*a*] De variis Codicibus MS quos ex Oriente advexit ipſe *Aſſemanus* vid. Collectionem Abbatis *Archimbaldi* cui tit. *Recueil de Pieces fugitives* Tom. III p. 401 edit. *Pariſ* 1717. [*b*] De iſto vid. *Acta Erud.* Lipſ. Supplem. Tom. VIII. p. 18. *Bibl. Ital.* A. 1730. Tom. IX p. 164 & A. 1731 Tom. X. p. 184 &c. [*c*] Vid. *Acta Erud.* A. 1723 p. 616. *Diar. Trevol.* Oct. 1728 [*d*] Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* Oct. 1729 p. 341. [*e*] *ibid.* Jan. 1738. p. 4.

tremâ Unctione, de Matrimonio, de Confeſſione, de Ordine, de ſtatu animarum corporibus exutarum; de purgatorio, de ſuffragiis pro defunctis, de creatione animarum *&c.* fovere perhibentur. 6) de Jacobitarum Politiâ Eccleſiaſticâ & Seculari. 7) de Patriarchâ Jacobitarum, ubi quæ ad ejuſdem electionem requiſita, ordinationem, fidei profeſſionem, nominis mutationem, titulum, ſedem, diploma regium, depoſitionem, aliaque pertinent, fusè exponuntur. 8) de *Maphriano*, ſeu Primate Jacobitarum, qui primum poſt Patriarchas in Eccleſia Jacobitica locum occupat. Dignitatis hujus inſtitutio ex mente Autoris ad A. C. 619 referenda eſt, quo anno *Maruthas* primus Jacobitarum Maphrianus ſub *Athanaſio*, cognomento *Camelario* Patriarchâ, in urbe *Tagrit*, quæ in Armeniæ finibus ſita eademque eſt ac Martyropolis, primatialem ſedem fixit. Proceſſu temporis ad tantam ditionis amplitudinem à parvis initiis *Maphrianus* devenit, ut meritò *Gregorius Bar-hebræus* ſive *Abulpharagius* Maphrianus ſuam diœceſin Patriarchali prætulerit. Sed antiquis privilegiis ferè omnibus hodie exciderunt, ipſiſque nihil præter ſpecioſum illud *Maphriani* ſeu *Primatus* Orientis titulum remanſit. 9) de Jacobitarum Epiſcopis, eorumque ordinatione ac depoſitione, & de Sedium Epiſcopalium ordine ac numero. Patriarchæ Sedes & titulus *Antiochia* eſt; tametſi pulſis inde Francis (quo nomine Latini apud Syros veniunt) quum Saraceni Chriſtianos quoque Orientali Antiochia excedere coegiſſent, ſervato duntaxat ejus urbis titulo, nec domicilium, nec Eccleſia Patriarchis Jacobitarum ad hunc diem ibi remanſerit. Reliquæ antiquæ recenteſque Syrorum Jacobitarum Sedes Epiſcopales, ex eorum monumentis collectæ, ab Autore noſtro ordine alphabetico recenſentur, quæque ad earundem pertinent politiam, cum curâ exponuntur. Denique 10) de Jacobitarum Presbyteris & Clericis. Abſoluta hâc de Monophyſitis Diſſertatione, Capitibus XLVIII Scriptores Syros Monophyſitas ſiſtit, de quibus ſingulis ſuo loco dicturi ſumus.

Tomus III Papæ *Benedicto XIII* dicatus, agit de Scriptoribus Syris Neſtorianis. In eo habetur Catalogus Autorum & Librorum Syrorum *Ebed-Jeſu*, ampliſſimis annotationibus auctus & illuſtratus, Syriacè & Latinè recuſus (*f*), & ad Codices Vaticanos emendatus. Conſtat Capp. CXCIX. præter Prologum Autoris, & Præfationem *Aſſemani*, qui Appendicis loco ſubjecit hiſtoriam Scriptorum quos *Ebed-Jeſu* prætermiſit, indicatis operum uniuſcujuſque titulis, productiſque de more teſtimoniis, quæ ad cognoſcendos ejus ſectæ errores, ritus ſtatumque conducere videntur. Hæc Appendix conſtat Capp. LXIII. quorum ultimo Scriptores aliquot incertæ ætatis recenſentur. *Cap. VI* ubi de *Babeo* Neſtorianorum Patriarcha, habetur Chronologia Regum Perſarum à *Jezdegerde I* ad *Jezdegerdem* poſtremum ejus gentis Regem: h. e. ab A. C. 399 ad A. 651. Sequuntur *p.* 611 Patriarchæ Chaldæorum ſeu Neſtorianorum à S. Thoma Apoſtolo ad An. 1725. ac præterea eorundem Index Syriacus Alphabeticus, nec non Codicum MSS. Syriac. Copt. Arab. & Armen. qui in Vaticanam Biblioth. illati ac typis impreſſi ſunt.

Tomus IV ſeu Tomi III Pars II itidem agit de Syris Neſtorianis. In eo prolixè tractatur de Religione Chaldæorum ab initiis Chriſtianiſmi, de eorum Epiſcopis, Metropolitanis, & Patriarchis; de Synodis quas congregarunt, & quibus de cauſis; de ſchiſmatibus inter ipſos ortis; de ipſorum ſtatu ſub Imperatoribus Romanis, Regibus Perſarum, Arabibus, Tartaris, Turciſque; de ipſorum ſingularibus ritibus moribuſque, ſcholis ac ſtudiis, propagatoribus, inſtauratoribus, tum & deſtructoribus vitæ Monaſticæ in hac gente. Quæ omnia non ex vulgaribus tantum fontibus haurit doctiſſimus Autor, nec modò leguntur in hac Diſſertatione quæ variis in locis diſperſa reperiuntur, ſed & res ipſas tractavit ex monumentis Chaldæis multâ cum eruditione ac doctrinâ.

Hactenus quæ ad *primam* Claſſem ſpectant; *altera* Arabes tum Chriſtianos tum Mohammedanos continebit; *tertia* Coptorum & Ægyptiorum libros; *quarta* Sacros Syrorum Codices Syriacè vel Arabicè ſcriptos, ut Biblia Sacra, rituales libros, & cætera hujuſmodi Eccleſiaſtica monimenta complecti debet. Hæc verò hucuſque videre mihi non contigit.

ASSENBURGIUS (*Jean.*) Scripſit ex *Lipen.* in Bibl. Theol. ſub tit. *Mors*

Sterbe-Kunſt, das iſt, Unterricht wie man ſic Chriſtlich verhalten ſol wann einem die Seinen ſterben, oder man auch ſelber auſ dieſem Jammerthal ſol abſcheiden, auſ anleitung des XCI. Pſ. Magdeb. 1612. 8.

ASSENSIO (*Michael*) natione Hiſpanus, SCRIPSIT *Inſtructionem Curatorum* Cæſaraug. 1525 in 4.

Alius eſt ejuſd. Gentis & Nominis Autor, Ord. Minorum, cujus extat *Copia accentuum dictionum Breviarii Latinarum, Græcarum, Hebraicarum*, Ibid. 1611. De utroque *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. T. II. p. 103.

ASSERIUS Britannus, *Menevenſis* à patriâ dictus, Schireburnenſis, vel, ut hodie vocant, Sariaburienſis Epiſcopus Sec. IX. Monachus primùm Ord. D. Bened. in fano S. Davidis, ac *Joannis Erigenæ* diſcipulus fuiſſe dicitur, quem Magiſtrum nactus, inſigniores in ſcientiâ progreſſus fecit. Inter illos autem celebratur tum Angliæ celeberrimos Doctores, quos, undique conquiſitos, ad ſe accerſivit *Alfredus* Angliæ Rex. De quibus *Ingulfus* Abbas Croilandenſis in *Hiſt. Croilandiæ* ad A. 874. ubi *Aſſerum* ſeu *Aſkerum* Abbatem Bangorenſem vocat.

1. SCRIPSIT Vitam *Alfredi* (a) quam edidit *Parkerus* Cantuarienſis Archiep. *Lond.* 1574 (*b*) fol. Saxonicè, ſed Latinè unà cum Præfatione Saxonicâ, quæ iterum edita literis Latinis per *Camdenum* Francof. A. 1602. (*c*). Codex autem MS (*d*) quo uſus eſt *Parkerus*, extat in Bibl. Cotton. Extant alii in Bibl. Bodl. nec non in Jacobæa, ſed Codex iſte recenti admodum manu ſcriptus eſt. *Aſſerium* veracem Regis *Alfredi* hiſtoricum vocat *Joan. Bromton* in Chron. Jorvallenſi *col.* 753. *Twyni* de illo judicium vid. inf. cit. (*d*)

2. Præter *Alfredi* Vitam condidit *Aſſerius* Chronicon, ſive *Annales*, quos à *Julii Cæſaris* in Angliam adventu ad initium Sec. X deduxit. Notat *Balæus* (e) vetuſtum quendam Auctorem *Aſſerii* Annalibus addidiſſe Paralipomena. Et ſanè hodierno exemplari, poſt *Aſſerii* mortem A. 909 (*f*) appendicula quædam ad annum 914 ſubnectitur. *Lelando* hoc opus ſub nomine *Chronici S. Neoti* venit, non aliâ forſan ratione, ut ſuſpicatur Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 890. quàm quòd in celebri hoc Monaſterio illud invenerit. Hos *Annales* ex vetuſto Codice MS. Bibl. SS Trinit. apud Cantabrig. primus extulit Cl. *Thom. Galeus* Rerum Anglic. Script. *T. III. p.* 141. Oxonii

[*f*] Hanc ediderat *Abraham* Ecchellenſis, de quo ſup. *p.* 30. ſed propter adverſam valetudinem non omnibus numeris abſolutum.

[*a*] Vid. ſup. *p.* 231. [*b*] Tiguri primùm A. 1571. excuſum fuiſſe tradit *Voſſius* lib. 2 *de Hiſt. Lat.* cap. 39. [*c*] Ex hac Vitâ fragmentum de rebus geſtis CAROLI *Magni* edidit *Andreas Quercetanus* (vulgò *du Cheſne*) in Collectione Script. Hiſt. Franciæ *Tom. II. p.* 221. & alterum de regno CAROLI *Craſſi* In per. in Francia, & de diviſione Imperii Francici poſt ejus obitum (ſcil. ab A. 884 ad 887.) ibid. *Tom. III. p.* 407. aliud de Normannorum incurſionibus A. 886 & 887. *Petrus Pithœus* inſeruit in Scriptoribus XII coætaneis de Annal. Francorum *Part. II. p.* 432. [*d*] Hunc imperfectum fuiſſe, vel quædam fide non æquâ Editorem omiſiſſe, conqueritur *Brianus Twynus* lib. 2 de Antiquit. Acad. Oxon *p.* 144. qui *p.* 143 de *Aſſerio* ita loquitur: *Tanta eſt fidei, atque auctoritatis ſcriptor, ut nemini unquam ſuſpectus fuiſſe dignoſcatur.* Et aliquantò poſtea refert, *tantum ſe ejus fidei tribuere, quantum auctori antiquiſſimo, graviſſimo, omniumque optimo.* [e] *Cent. II.* de Script. Angliæ *Cap.* 25. [*f*] Erravit *Godwinus*, ejus obitum ad A. 883. referens.

Oxonii 1691. fol. Extat in Bibl. Cotton. Codex recentiſſimus, ut videtur, hoc tit. *Annales Aſſeri. Schireburnenſis ab A. 596 ad A. 914 per Joannem Joſcelinum* exſcripti. Plura ex his Annalibus in ſuum Chronicon transfudiſſe *Marianum Scotum* teſtè notat *Nicolſonus* Bibl. Hiſt. Angliæ *p.* 122.

Prudenter ſane, inquit *Oudinus* in Comment. ad A. 900. p. 406. Cl. *Galeus* in fronte Operis adjecit, *ut nonnullis videtur:* » Nam opus iſtud *Aſſerio* eſſe » non conſtat, imo longe probabilius eſt contrarium. » Primò enim excurrit hoc Chronicon uſque ad A. » 914. ad quem excurrere non potuit *Aſſerius* A 909. » mortuus, nec in Chronico illo aliqua nota eſt Ap» pendicis. Secundò hoc Chronicon disertè facit men» tionem mortis *Aſſerii* his verbis: A. 909 *Aſſerius* » Schireburnenſis obiit, & *Friteſtanus* ſuſcepit Epiſ» copatum Wintoniæ » Quibus, addit *Oudinus*, indicatur alius plane Author hujus Chronici, quam *Aſſerius* noſter. At ex eo quod *Baleum* obſervare diximus, *Aſſerii* opus eſſe vix dubitare licet.

His addit *Lelandus* (*g*) & ex eo *Baleus* quædam alia Latinè ſcripta:

3. *Aurearum ſententiarum Enchiridion.*

4. *Comment. in Boethium*: quo opere magnam gratiam meruit apud *Alfredum* ad ſimilia animatum, qui eundem *Boethium* Saxonicè poſtea tranſtulit, uti ſuo loco (*h*) dictum eſt.

5. *Homilias & Epiſtolas Libb. II.* & plures vertiſſe libros in Anglicum ſermonem.

[*g*] *De ſcript. Britan. cap.* 119 Vid. eund. *in Collectan.* Vol. IV. n. 79. p. 108 & n. 84. &c. p. 118. [*h*] Vid. ſup. p. 321.

ASSERMET (*Franciſcus Maria*) Ord. Minorum, Sacræ Facult. Pariſ. Doctor, ac Emeritus ſeu Jubilatus Profeſſor, EDIDIT hoc Sec. XVIII.

1. *Theologiam Scholaſtico-Poſitivam ad S. R. Eccleſiæ mentem elucubratam.* Pariſ. Giffart, 1713. in 8. II vol. (*a*). Id ibi propoſitum habet Autor, ut puram ac ſimplicem Eccleſiæ Romanæ doctrinam in punctis definitis doceat, ſeque ad ejus mentem, quantum fieri poteſt, conformare in quæſtionibus nondum ſolutis. *Prius* volumen Prolegomena Theologiæ, & Tractatum de Attributis divinis complectitur. *Alterum* Tractatus de Trinitate & Creatione. Præcipuorum Theologiæ Scholarum Fundatores recenſet, eorumque hiſtoriam in opere ſuo compendioſam deſcribit. Quoad *Scotum*, negat quod ejus antagoniſtæ evulgarunt, vivum fuiſſe ſepultum. *Alexandrum* Halenſem Ordinis ſui Heroem, S. *Thomæ* fuiſſe Magiſtrum contendit adverſus Dominicanos.

2. Scripſit item *Tractatum Scholaſtico-Theologicum de divinâ Gratiâ, ad mentem S. R. E.* Pariſ. 1715. in 8 (*b*).

[*a*] Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Jul. 1714. [b] *Bibl. Anti-Janſen*, ad calcem *Bibl. Janſen* edit. A. 1722. p. 240.

de ASSIGNANO (*Benedictus*) Ord. FF. Prædic. Inſuber, Profeſſione Comenſis in Lombardia ſuperiori, unde ſæpiùs *Benedictus Cumanus* dictus, claruit Sec. XIV. Anno 1319 Pariſiis Sententias legit. In Indice Magiſtrorum Theologiæ apud *Bern. Guidonis* recenſetur *num.* 73. Anno 1328. Kal. Jan. à JOANNE XXII ad infulas Comenſes promotus fuit, ubi victis tandem quæ initio occurrerunt difficultatibus, eam Eccleſiam pacatiſſimè & ſanctiſſimè rexit ad A. 1339. quo ad ſuperos vocatus apud ſuos Comenſes ſepultus eſt. Ejus cum laude meminerunt *Taëgius* P I. Monum. Ord. *Leander* fol. 120. ubi virum appellat multâ doctrinâ multâque litterarum peritiâ fultum. Sed *Luſitanus* perperam in duos dividit, alterum Magiſtrum in Theologia & Epiſc. Cumanum ad A. 1362 clarum, quo aſſerit *Echardus* (ad A. 1339. nullum ſodalem Ordinis ibi præfuiſſe,) & alterum Novocomenſem (*a*), Magiſtrum in Theologia Pariſienſem, ad A. 1318 florentem; quem errantem excipiunt *Fernandez* & *Rovetta*, ſed hic mutatis annis, unum ad 1318. alterum ad 1335 collocans. Unicum itaque & eundem hominem haberi vult *Echardus* cum *Leandro* & *Altamura*, & quod plus eſt, cum veteribus monumentis. Ex eo habentur

1. *Quæſtiones Theologicæ variæ.* Has apud ſodales Bononienſes MS. ſervari aſſerit *Rovetta.*

2. *Concordantia dictorum S. Thomæ*, ubi contraria aliquando videntur. Primus fuiſſe dicitur qui ejuſmodi opus aggreſſus ſit. Forſan illud eſt quod inter opuſcula S. *Thomæ* LXXII editum proſtat, cujus princ. *Pertranſibunt plurimi* &c. Quod affirmat *Echardus* non eſſe S. Thomæ, & hujuſmodi operum antiquius eſſe, cujus meminit *Tholom. de Luca* qui ante 1316 ſcribebat. Aliud ejuſdem rationis opus ſervatur in Victor. Cod. 50. p. 284-316. cujus princ. *Veritatis & ſobrietatis verba eloquar.* Cùm *Benedicti* neutrum exemplar nomen habeat, ei certò aſſeri non poteſt. Si quis tamen conjecturæ locus, inquit *Echardus*, attentâ notitiâ quam dat *Leander*, primum *Pertranſibunt* illi libens darem: de altero Victor. cui tit. *de Concordantia centum articulorum ad quatuor libros Sententiarum pertinentium S. Thomæ de Aquino*, vide quæ habet idem *Echardus* de Script. Dominic. in Anonymis Sec. XIV. *p.* 732.

(*a*) Ita & *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 384. qui cum Pariſienſem Epiſcopum, & poſtmodum Novocomenſem fuiſſe ait. Huic tribuit Concordantias *S. Thomæ*, quæ in ejus Operibus impreſſæ ſunt.

d'ASSIGNIES (*Joannes*) Ord. Ciſterc. nobili apud Hannones in Belgio familiâ ortus, Monachus & Sub-Prior Monaſterii Camberonenſis, ac poſtea Abbas Nizellenſis in Brabantiâ Gallicâ, vir pietate ac doctrinâ præſtantiſſimus, claruit Sec. XVII. Vivebat adhuc anno 1640.

SCRIPTA Gallica:

1. Tomi II *de Vitis perſonarum ſanctitate illuſtrium utriuſque ſexûs Ordinis Ciſtercienſis*: quorum prior *Duaci* apud Bellerum impreſſus fuit A. 1598 poſterior *Montibus* Hannoniæ A. 1606. in 4.

2. *Directoire ou Inſtruction, pour devotement, reveremment & attentivement ſ'aquiter en l'office Divin, tant de nuit, que de jour, avec un Traite des exercices ſpirituels, & pluſieurs Meditations.* Ibid. 1609. in 12.

3. *Le Paradis des prieres, où l'on trouvera un threſor du tout ſpirituel, non ſeulement des prieres, mais auſſi des belles louänges, aſpirations ferventes, & meditations tres pieuſes extraites des œuvres ſpirituelles du R. P. Louis de Blois.* Audomari 1617. in 12.

4. *Vita imitabilis S. Dorothei*, ex *Prato* & *Surio* extracta, 1625. in 12.

5. *Alphabetum Salutis.* Duaci in 8.

6. *Lib. de Vita & Miraculis S. Martini.* Ibid. A. 1625. in 8.

7. Lib. cui tit. *Allumettes vives pour embraſer l'ame à la haine du peché, & à l'amour de la vertu, par la conſideration de la paſſion, & mort de J. C. diſtinguées en XXI exercices.* Ibid. 1629. in 8.

8. *Doctrine Spirituelle, enſeignant un moyen aſſeuré de ſ'acheminer, & perfectionner en la vertu* &c. Ibid. 1630. in 12.

Latina:

9. *Faſciculus myrrhæ.* Liber ſingularis, omnibus præſertim religioſæ vitæ ſectatoribus perutilis. *Duaci* 1630.

10. *Antidotum ſalutare contra peſtiferos morbos malæ linguæ*: Antverp. 1633. Quem librum Autor poſtea Gallicè redditum edidit Duaci.

Tranſtulit item varia in linguam Gallicam:

11. *Scutum Animarum devotarum* Lud. Bloſii.

12. *Theodoricum* Monaſterienſem *de proprietate Religioſorum.* Duaci 1604.

13. Li-

13. Libellum *S. Bonaventuræ* de ſex alis Seraphim.

14. *Diadema Eccleſiaſticorum* Smaragdi. Et alia plura.

Reliquit inſuper plurimos alios Tractatus, quos partim Camberonæ, partim Nizellæ aſſervari teſtatur *Viſchius* Bibl. Ciſterc. *p.* 175. edit. A. 1656.

d'ASSIGNY (*Marius*) Baccalaureus in Theol. hoc Sec. XVIII. edidit Londini Anglicè

1. *Antidotum contra pernicioſos errores Anabaptiſtarum* 1707. 12.

Probat Author Doctrinam Anglicanam conſentire cum S.Scripturâ,cum praxi primorum Chriſtianorum & omnium Reformatorum. Reſpondet objectionibus adverſariorum, & deregit pernicioſas conſequentias ſententiæ Anabaptiſtarum, circa Baptiſmum, tum eorum ſaluti, eorum infantibus, quos abſque Baptiſmo mori patiuntur.

2. *The Myſtery of Anabaptiſm Unmaſk'd: Being à ful Vindication of Infant Baptiſm in the Church of England, in Anſwer to the Fallacious Arguments, and pernicious errors of Mr. Mergan, Mr. Sterned and other the principal Leaders of the Anabaptiſts: To wich are added, diſcourſes. 1. Upon the Chriſtian Sabbath. 2. Original ſin. 3. Forms of Prayer and our Liturgy. 4. Sin fulneſs of Schiſm. 5. The Danger of Apoſtacy. 6. The Hiſtory of the Anabaptiſts, from their firſt Appearance in the World in foreign Parts, and in England.* Lond. 1720. 8. * *Bibl. Brem.* Claſſ. V. p. 185.

ASSISIAS Vid. ſup. ÆGIDIUS p. 122.

ASSISIO (*Dionyſius* de) Ord. FF. Prædic. Umber, provinciæ Romanæ alumnus, muſas amœniores, ſed ſacras coluiſſe fertur, & laudatur à *Gozzeo, Pio, Altamura*, & exinde apud *Echard.* ad A. 1580, ſed & à *Jacobillo* in Bibl. Umbr. His teſtibus ſcripſit ac edidit

Volumen carminum in laudem B. Virginis. Echard. in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 258

ASSIUS (*Joh.*) SCRIPSIT Germanicè ex *Lipen.* in Bibl. Theol. ſub tit. Pſalm. LXXIX. *Turcken-Predigten.* Francof. 1595. in 4.

ASSONLEVILLIUS (*Guilielmus*) Atrebas, (d'*Arras* in Belgio) J.C. magni illius *Chriſtophori* fil. *Bouchautii* in Brabantiâ Toparcha & Baro, vixit Sec. XVI. A primis annis oculis laboravit, anagnoſtâ uſus. Duaci primùm in Gymnaſio Regio, poſt Lovanii ſtudia ſeriò tractavit. E vitâ deceſſit menſe Junio A. 1597. ætat. 32. & conditus Bruxellis in templo primario. *Leo Meyerus* Antverpienſis curator funeris fuit à variis adornari, typis Plantinianis. *Ludovicus d'Orleans* in Senatu Pariſienſi Regius Patronus, egregium amico tumulum poſuit, quem vide apud *Sweertium* in Athen. Belg. *p.* 298. EDIDIT noſter

1. *Declamationem Quodlibeticam*, Lovanii habitam in Scholis Artium d. 16 Dec. A. 1588. tribus diſtinctam Quæſtionibus. *Antverp.* apud Plantinum 1589. 8.

2. *Orationem Panegyricam de Annuntiatione B. Virginis Mariæ*, Lovanii habitam. *Ibid.* 1589. 8.

3. *Atheomaſtix*, ſive adverſus religionis hoſtes univerſos, imprimis Politicos, Diſſertatio poſthuma, prodiit *ibid.* 1599. 8.

ASSONLEVILLIUS (*Hubertus* (a) vel *Aubertus*) Hannonius, obiit anno 1632. ætat. 50. SCRIPSIT

1. *Alphabetum Curioſitatum, ſeu Promptuarium Exemplorum ac Sententiarum cujuſvis diſciplinæ, ſed præſertim Concionatoriæ* III Part. Duaci 1625.

2. *Adhortationem errantibus in fide.* Ibid. 1632. (*b*).

(a) Lipen. in Bibl. Theol. ſub tit. *Formula.*
(*b*) Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 1935.

ASSUM.

ASSUM (*Johannes*) natione Germanus, Lutheranus, Superintendens Weickershemenſis in Comitatu Hoënloico, Nurtingæ, Wirtembergicæ regionis oppido, natus A. 1552. patre fabro lignario, inter novem liberos natu minimus. A Duce Wirtembergico, Præceptorum commendatione, inter alumnos ſcholæ Cœnobialis, Murrhardium A. 1565. & deinde A. 1569. Herren-Albam receptus eſt, atque A. 1572 ad Academiam Tubingenſem promotus, in quâ biennio poſt Magiſterii gradu inſignitus fuit, A. 1574 Præceptor in ſcholâ Clauſtrali Adelbergæ conſtitutus; inde ad munus Eccleſiaſticum vocatus, Stutgardiæ primùm, ut Diaconus, A. 1576. deinde Botwariæ A. 1578. ut Paſtor, Verbum Dei docuit. A. 1581 à Comite Hoenloico *Wolffgango* Lavenburgum vocatus conceſſit, & Concionatoris Aulici munus aggreſſus, in eo 37 annos fideliter exegit; tandem ad Superintendentis functionem evectus, reliquum vitæ Weickershemii, Eccleſiis totius Comitatûs præfuit. Theologus fuit ætate ſuâ non exiguæ authoritatis, cujus zelus (ſunt verba *Andreæ Oſiandri* in Epiſt. MS.) pietas, prudentia, eruditio, & veritatis contra Adverſarios defendendæ ſtudium jamdudum bonis omnibus innotuerat. A. 1584 Comitem Hoenloicum, qui Formulam Concordiæ rejecerat, à S. Cœnæ Communione excludere non dubitavit. Quo ipſo Comes exacerbatus, Virum ab officio aliquandiu remotum, plane dimiſiſſet, niſi interventu viri inter Lutheranos famoſiſſimi D. *Jac. Andreæ* (*a*) res fuiſſet compoſita (*b*). Recruduit tamen ferè malum circa A. 1605. Corpore doctrinæ Hoenloico, juſſu Comitis ab *Aſſumio* in lucem edito, in quo Evangelicorum doctrinæ de omnipræſentiâ Chriſti hominis derogari videbatur. Ipſe verò nonniſi in phraſibus differre conteſtatus, nihilominus illas etiam Concione coram LUDOVICO Haſſiæ Landgravio, & Comite WOLFFGANGO de Aſcenſu Chriſti in Cœlos cum applauſu habitâ, emollire ſtuduit. Vitam placidâ morte finivit Weickershemii d. 14 Aug. A. 1619. ætat. 67. Miniſt. 43. Concione Funebri laudatus à *Marco Gutermanno* Auguſtano, Eccleſiæ Schrolbergenſis Miniſtro (*c*).

SCRIPTA:

1. *Diſſertatio de Spiritu & litera.* Tubingæ 1575. in 4.

2. *Geburts-Tag Chriſti, und hertzliche Præſent Gottes an das Menſchliche Geſchlecht, das iſt, fünf Weyhenacht Predigten, zwo auß Luc. II. und drey auß Eſa. IX. am Neuen Jahr gehalten.* Francof. 1589. & 1624. in 4. *Lipenius* ſub tit. *Novus Annus.*

3. *Spiegel des Erkanntnuſſes Gottes und Chriſti, an Weſen und Würckungen im Menſchen.* Francof. 1590. in 8. *Lipenius* ſub tit. *Cognitio Dei & Chriſti.*

4. *Menſchen Spiegel vor und nach dem Fall, vor, in und nach ſeiner Widergeburt hier auf Erden, und dann auch nach ſeiner Auferſtehung im ewigen Leben, ſamt kurtzer Erklärung der 6 Hauptſtücken Chriſtl. Lehre.* Francof. 1592. in 24. Lipſiæ 1621. 8. *Lipenius* ſub tit. *Homo.* Eſt *Speculum hominis*, qui liber D. *Salom. Geſnero* uſque adeo placuit, ut in Pomerania eum imprimi curaverit.

5. *Drey Predigten über den gewöhnlichen Segen Gottes, Num. VI.* Francof. 1595. in 4. *Lipenius* ſub tit. *Benedictio Eccleſiaſtica.*

6. *Sechs Predigten über die fünf Teutſche Kirchen-Geſänge, 1. Eſaia dem Propheten. 2. Ein Kind gebohren zu Bethlehem, 3 Chriſt iſt erſtanden, 4 Auf dieſen Tag bedencken wir, 5 Nun bitten wir den heiligen Geiſt.* Francof. 1595. in 4.

(*a*) De eo vid. ſup. p. 438. (*b*) Vid. hac de re Epiſt. hujus *Andreæ* ad *Aſſumium* ſcriptam, quæ extat apud *Fiſchlinum* in Supplem. Mem. Theol. Wirtenb. *p.* 189. Habetur alia *p.* 232.
(*c*) Hæc *Fiſchlinus* ubi ſup. *Tom. I. p.* 196.

7. Vier

7. *Vier Turcken-Predigten, oder Turckiſ-Zucht-Schul, in etlichen Predigten uber den LXXIX. und XLVI Pſalm. verfaſt.* Francof. 1595. 1625. in 4. *Lipenius* ſub tit. *Turca.*

8. *Vom Ambt der Richter.* 1595. 8. *Lipenius* ſub tit. *Senatus.*

9. *Leich-Predigt über Herm. Ludwig Caſimir Hogwernern.* Francof. 1599. in 4.

10. *Grundlicher Bericht, auß Heil. Schrifft von den furnemſten Artickeln Chriſtl. Lehren, wie ſolche von den Predigern* in rebus & phraſibus, *zum verſtandlichſten und nuzlichſten furgetragen, und erklärt werden ſollen.* Francof. 1605. in 4.

11. *Funff Hochzeit-Predigten, auß Geneſ. XXIV. über dem Beylager Grafen Georg. Friderichs von Hohenloe.* Francof. 1608. in 4.

12. *Eine Predigt von der Himmelfahrt Chriſti*, Act. I. 1608. in 4.

13. *Heimſuhrung der gottſeligen Rebecca, zu ihren Brautigam den Iſaac in V. Predigten.* Norimb. 1609. 4. *Lipenius* ſub tit. *Nuptiæ.*

14. Cervus Matutina, *das iſt, XI Predigten über den XXII Pſalmen, von der Jagd der geiſtlichen Hindin.* Norimb. 1609. in 4. 1610. in 8.

15. *Sieben Predigten uber die Worte der Einſetzung des Abendmahls Jeſu Chriſti.* Norib. 1612. in 4. *Lipenius* ſub tit. *Cœna Dominica ſenſu Lutherano contra Calvinianos* &c.

16. Serpens æneus in deſerto exaltatus, *das iſt, IX Predigten von der Schlangen in der Wüſten und Chriſto am Creutz.* Norib. 1615. in 4. *Lipenius* ſub tit. *Paſſio Chriſti.*

17. Aſſumea Cygnea Cantio, *letzte Predigt mit angehenckter ſeiner Leich-Predigt.* Rotenburg 1620. in 4.

18. Daniel Aulicus, *das iſt, LXIII Predigten, über die drey erſten Capitel Daniels* &c. Hall. 1641. 4. *Conciones LXIII. in Danielem.*

19 *Predigt vom Oſter-Lämmlein.* Rotenburg 1675. in 8. Ex *Lipen.* Bibl. Theol.

ASSUM (*Wolff. Lud.*) natione Germanus, quem *Lipenius* in Bibl. Theol. ſub tit. *Eſther* ſcripſiſſe ait *Kirchen Regiment, und Haupt-Spiegel.* Helmſt. 1652. 4. Norimb. 1672. in 8.

ab ASSUMPTIONE (*Carolus*) Carmelita Diſcalceatus Provincialis Gallo-Belgicæ, S. Theologiæ in Collegio Duaceno Lector, claruit Sec. XVII. Viri illuſtris D. *de Brias* Cameracenſis Archiepiſcopi frater erat germanus, dux olim cohortis Hiſpanæ, qui anno 1643 in prælio contra Gallos ad Lentium ſub Principe Lignenſi ſtrenuè certaverat, & in prælio captus, Pariſios adductus, ſolutuſque, reverſus in patriam, factus eſt Carmelita Tereſianus ſub nomine *Caroli ab Aſſumptione*, qui quidem primò ex fictâ præmotionis Phyſicæ Thomiſticæ deſtructione varia ſcientiæ ſuæ mediæ trophæa temerè præcinuerat libello ſub nomine *Germani Philalethes Eupiſtini* edito, quem impugnavit *Hitton. Henneguier* Dominicanus (*a*) Arteſius (d'*Arton*), eoque ſucceſſu confutavit, ut *Philalethes* priore ſententiâ in melius emendatâ ſcientiam mediam, cui triumphos erexerat, ipſe contriverit, & novo edito adverſus illam opere prædeterminationes phyſicas validè propugnaverit. Huic titulus

1. *Thomiſtarum triumphus*: id eſt, *SS. Auguſtini & Thomæ, gemini Eccleſiæ ſolis, ſumma Concordia de ſcientiâ mediâ, de naturâ purâ ſeu duplici Dei amore: de libertate: de contritione: de probabilitate* &c. Duaci 1672. in 4.

Item alium ejuſdem propugnandæ causâ Prædeſtinationis & Gratiæ per ſe efficacis contra *Molinam* edidit librum hoc tit.

2. *Funiculus triplex* (b) *quo neceſſitas Angelici luminis D. Thomæ ad veram S. Auguſtini intelligentiam inſolubiliter ſtringitur*, Bajus, Molina, Janſenius, *&c.* Cameraci, 1675. in 4.

Alia ex eo habentur, nimirum

3. Liber ſub tit. *Pentalogus Diaphoricus* ad Papam *Innocentium XI.* qui eſt prodromus operis majoris *de Pœnitentiâ* (c).

4. *Elucidatio de Uſu Abſolutionis & Recidivarum, cum tribus Regulis pro frequenti Communione.* Leodii, 1682.

5. *Scripta adverſus Epiſcopum Tornacenſem de eodem argumento.* Ibid. 1684. & 1685. Gall.

6. Scriptum *de Abſolutione adverſus Rigoriſtas, quos vocant.* Ibid. 1683.

7. *Defenſio Praxis communis Eccleſiæ adverſus Rigoriſtas.* Cameraci 1684. Gall. (*d*)

[*a*] De eo vid. *Echard.* Script. Ord. Præd. Tom. II. p. 781. unde hæc mutuatus ſum.

[*b*] Hujus tituli, ut diverſi, ut videtur, argumenti librum *Laurentio Antoniano* Jeſuitæ adſcribi vidimus ſup. p. 434. [*c*] *Specul. Carmel.* Tom. II p. 1128. [*d*] Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 2634. edit. A. 1704. ubi dicitur forte adhuc in vivis eſſe Autorem.

ASSUMPTIONE (*Juſtus* ab) alius Carmelita Antonienſis, Provinciæ Gallo Belgicæ, cujus extat opus hoc tit.

Manna Communicantium, ſeu Meditationes ſuccinctæ & piæ per modum Colloquii inter Chriſtum & Diſcipulum, quibus parvuli ad ſacram Communionem facilè præparantur. Bruxell. 1677. II vol. in 4. (*a*) item Duaci 1679. II vol. in 8. *Editio tertia, novis Meditationibus adaucta*, quam ad manus habeo. Diviſum eſt opus in Partem Hiemalem & Æſtivam. Præmittitur brevis Tractatus de frequenti Confeſſione & Communione, ac præter Meditationes de Tempore, deque Proprio & Communi Sanctorum, aliæ nonnullæ inſeruntur pro variis neceſſitatibus.

Autorem memoravit *Petrus Poiretus* in Catal. Auctor. Myſt. *p.* 324.

[*a*] *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1131.

ab ASSUMPTIONE (*Joh. Ludovicus*) alius Carmelita Germanus, pia eruditione, & ejus exercitatione inſignis, aſceticos libros plures ſcripſit. *Paſſer ſolitarius, Iter trihebdomadale*, & *Vita Ven. Annæ à S. Bartholomæo*, typis prodierunt: alia plurima inedita ſervantur (*a*). Vitam ejus tradit *Philippus à S. Trinitate* in Decore Carmeli, *part.* 3. *p.* 163 *& ſeq.*

[*a*] *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1130.

dell' ASSUNTA (*Joannes*) Neapolitanus, Auguſtinianus Diſcalceatus, ſextus à Reformatione Vicarius Generalis, in Morali ac Myſticâ Theologiâ verſatiſſimus, typis dedit Italicè *Regulas aliquot ad Noviciorum inſtructionem.* Obiit virtute ac meritis clarus Neapoli A. 1619. Hujus meminit *Toppius* Bibl. Napol. p. 117.

d'ASTE (*Franciſcus Maria*) ex Clericis Regularibus, Archiepiſcopus Hydruntinus (*d'Otrante* in regno Neapolit.) Salentinorum Primas & Solii Pontificii Epiſcopo Aſſiſtens, Diœceſis Tuſculanæ Viſitator Apoſtolicus, eximiis quæ in lucem dedit SCRIPTIS hoc Seculo XVIII clarus.

1. *Epitome de Memorabilibus Eccleſiæ Hydruntinæ*, Beneventi, 1700. in 8. Liber iſte recuſus eſt in *Theſ. Antiquit. & Hiſt. Italiæ*, Part. VIII Lugd. Bat. 1723. fol. (*a*)

2. *Edictum* promulgatum pro convocandâ Synodo Tuſculanâ, & *Oratio* ab ipſo habita in ingreſſu Synodi leguntur inter alia in opere (*b*) cui tit. *Prima Diœceſana*

(*a*) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1725. p. 202.
(*b*) Prodiit Romæ 1704. in 4.

Diœceſana Synodus S. Tuſculana Eccleſiæ, quam celebravit Emin. Cardinalis *Vincent. Maria Urſinus* tunc Archiepiſcopus Beneventanus &c. (poſtea *Benedictus* Papa *XIII*) d. 18. 19. 20. Nov. 1703.

3. *Metodo della Santa Viſita Apoſtolica*, in VII Partes diviſa, *Clementi* Papæ *XI* nuncupata. *Hydrunti* 1706. in 4. In his agitur de Viſitatione præparatoriâ, locali, reali & perſonali. Inſeruntur *Edicta*, *Inſtructiones*, *Admonitiones Paſtorales* ad Diœceſanos, *Diſcurſus* varii ad Clerum habiti, *Decreta* generalia Viſitationis Apoſtolicæ, *Acta* Synodi ſupra memoratæ, & alia quæ ad eam ſpectant: *Inſtructiones* varii generis, de divinis Revelationibus, veneficiis, ſortilegiis, maleficiis, deque gradibus Propoſitionum damnabilium. Exhibetur notitia generalis alphabetica dogmatum omnium cujuſvis argumenti, quæ damnavit Sedes Apoſtolica: item Conciliorum Oecumenicorum, rerumque memorabilium in iis geſtarum, videl. Excommunicationum, Suſpenſionum, Interdictorum, Caſuum reſervatorum, & Irregularitatum. Oſtenditur quibus negari debeat ſepultura in locis Sacris, & Ordinum Eccleſiaſticorum collatio, quomodo & quando adhiberi debeant Canones Pœnitentiales. Hæc in *ſex prioribus* Partibus continentur. *Septima* complectitur Epiſtolam Encyclicam S. P. *Clementis XI* ad ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos *&c.* Italiæ & Inſularum adjacentium, cum Edictis Paſtoralibus, pro ejuſdem Epiſtolæ obſervatione. Tandem leguntur breves duæ Inſtructiones, altera ad orationem mentalem, juxta methodum *S. Franciſci Saleſii*; altera ad Parochos directa pro Fidei profeſſione à moribundis edendâ (*c*).

4. *In Martyrologium Romanum Diſceptationes Literales, Topographica & Chronologica*, collectæ atque exhibitæ à *Franciſco Maria de Aſte* &c. Prævià *Synopſi eorum, quæ in Martyrologio aliter ſe habent ac in Breviario*: adjectis in calce *Martyrologiis Ordinum SS. Benedicti, Dominici, Franciſci, Auguſtini & Carmeli.* Beneventi 1716. fol. Opus nuncupavit Autor *Clementi XI.* cujus præmittitur Breve in commendationem tum operis, cum Autoris (*d*).

(*c*) De his vid. *Giorn. de' Letter.* A. 1712. Tom. XII. Art. II. (d) *ibid* Tom. XXVIII. p 407.

ASTENSIS (*Paulus Maria*) Capucinus, Provinciæ Genuenſis alumnus, natione Italus, vir pietate inſignis vixit Sec. XVI & XVII. Scripsit Italicè duo opuſcula hoc tit. ex *Bibl. Capuc.* p. 268.

1. *Sette pungenti ſtimoli poſti a' fianchi de' peccatori per ſpingerli à far penitenza de' loro peccati: molto utili per fare un buon apparecchio per l'Oratione delle* 40 *Hore.* Brixiæ 1618. in 16.

2. *Sette gagliardi freni poſti alla bocca dell' anima convertita a Dio, acciò non cicada in peccato; aggiuntivi nove ſoſpiri molto divoti, & affettuoſi per più degnamente accoſtarſi alla Sacra Communione.* Ibid. 1618.

ASTENSIS. Vid. ASTESANUS, Bruno, Conradus, Facinus.

ASTERIUS Arianus, patriâ Cappadox, profeſſione Sophiſta, religione Gentilis, quâ, unâ cum arte Rhetoricâ, derelictâ Χριστιανίζειν ἐπαγγειλάμενος, inquit *Socrates* I. 36 *Chriſtianam Religionem profiteri cœpit.* Chriſtianus factus, *Luciani* Antiocheni Scholam frequentavit; cujus proinde diſcipulis eum accenſet *Philoſtorgius* II. 14. Sub perſecutione Imper. *Maximiani*, circa A. 304. fide Chriſti abnegatâ, Diis Gentilium immolavit: poſtea tamen Magiſtro illius pœnitentiam promovente, lapſum ſuum emendavit. *Luciani*, qui *Pauli* Samoſateni aſſecla fuerat, doctrinâ imbutus, Arianis ſe adjunxit, ipſi *Ario* familiaris, cujus cauſæ deeſſe noluit: Epiſcoporum *Euſebianorum* gratiam omni obſequio aucupatus eſt, cum iis aſſiduè verſabatur, ad illorum Synodos frequens ventitabat, literis eorum commendatus per Syriæ urbes aliaſque Eccleſias obambulavit, & captatâ, quod ſibi minimè licuit, inter Clericos ſede, libros, quos pro fide Arianâ compoſuerat, publicè recitavit; id ſolum animo volvens, id unicum in votis habens, vanum ambitionis & gloriæ mancipium, ut eorum opera ad Epiſcopatum eveheretur: quem tamen minimè aſſecutus (*a*), ne quidem ad Clericatûs ordinem admiſſus, vetante hujus temporis diſciplinâ, ne in Idololatriam lapſus, in Clerum cooptaretur; quin & iſto crimine commaculati Sacerdotali dignitate excidebant, & actâ licèt pœnitentiâ, non niſi pro Laicis habebantur. Claruit *Aſterius* poſt Synodum Nicænam, præcipue circa ann. 330 quo circiter tempore edidit famoſum illud *Syntagma* ſeu *Syntagmateon*, cujus toties meminit *Athanaſius*, in quo palam aſſeruit præter Chriſtum aliam eſſe in Deo ſapientiam, ipſius Chriſti & mundi Conditricem; Filium eſſe ἕνα τῶν πάντων, πρῶτον δὲ τῶν γενητῶν, *unum ex rerum univerſitate, rerum licèt conditarum primum*, quem ἀπαραλλάκτῳ φιλοτιμίᾳ καὶ θελήσει δυνάμεως fecit Pater, *Si voluntas Dei*, inquit, *continuo ductu penetrat per omnia opera: δῆλον ὅτι καὶ ὁ υἱὸς ποίημα ὤν, βουλήσει γέγονε καὶ πεποίηται, certe Filius cum opus ſuerit, voluntate Patris genitus, factus eſt.* Nec alio ſenſu Chriſtum virtutem eſſe Dei voluit, quàm quo locuſta & bruchus apud Moſem Dei virtus dicuntur, cum ſexcentis ejuſmodi blaſphemiarum portentis, quæ ὁ πανοῦργος καὶ πολυκέφαλος σοφιστής, ὁ καὶ τῆς αἱρέσεως συνήγορος, ut illum vocat Athanaſius, *veteratorius ille ac multiceps Sophiſta, Hæreſis patrocinator* in Chriſtum evomuit. Ex hoc opere quædam κατὰ λέξιν citat D. *Athanaſius* Epiſt. de Synod. Arimin. & Seleuc. *pag.* 684. Orat. contra Arian. III. *pag.* 217. Orat. IV. pag. 252. Quædam *Acacius* apud *Epiphanium* Hæreſ. 72. quædam denique *Marcellus* apud *Euſeb.* l. 1. contra *Marcell.* c. 4. (*b*) Præterea auctor eſt *Hieronymus* (c) ſcripſiſſe ipſum, regnante Imper. *Conſtantio*, Commentarios in *Epiſtolam ad Romanos*, *in Evangelia & in Pſalmos*, multaque alia à ſuæ factionis hominibus legi ſolita. Scripſit item *contra Marcellum Ancyranum librum*, quo eum Sabellianæ Hæreſeos arguebat, teſte eodem (*d*). Hactenus Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. (*e*). Sed de ejus Comment. in Pſalmos quædam addi poſſunt. Hos allegat *Euſebius* in Pſalm. *p.* 28. & Catena MS. in Pſalmos in Bibl. *Coiſlin.* olim *Seguerianâ*, cujus vid. Catal. *p.* 237. Etiam in Catenâ *Corderianâ* ad Pſalmos ſæpè *Aſterius* allegatur, ſed incertum an intelligatur *Aſterius* Scythopolita, qui & ipſe in Pſalmos ſcripſit, teſte *Hieron.* in Epiſt. 74 ad Divum Augustin. Eum inter celeberrimos Eccleſiæ Scriptores refert idem *Hieron.* in Epiſt. 83 ad *Magnum* Oratorem *pag.* 656. Malè *Hendreichius* in Pandectis Brandenb. hunc eundem facit cum *Aſterio* Cappadoce; uti & *Sixtus Sen.* Bibl. Sanctæ lib. 4. p. 206. *Simon.* Bibl. ſuæ *p.* 286. ac *Poſſevin* in Appat. *p. m.* 123.

Homilias in Pſalmos, *Aſterio* Amaſeno (vid. inf. p. 664. n. 20) adſcripſerat *Oudinus* in Supplem. p. 59. *Cotelerium* ſecutus, qui eas hujus *Aſterii* eſſe contendit, tam ex auctoritate MSS. Codd. quàm Catenarum veterum eas ſub ejuſdem nomine allegantium. Verùm huic opinioni refragatur *Elias Du Pin* ubi de *Aſterio* Amaſeno agit. Contendit enim, nec immeritò, inquit ipſe *Oudinus* in Comment. *Tom. III. p.* 895. eſſe has Homilias *Aſterii* Sophiſtæ & Arianorum fautoris. Non igitur improbabile omninò eſt portionem quandam eſſe *Aſterii* Sophiſtæ in Pſalmos, quæ neque omnimodam cum aliis *Aſterii* Amaſeni Homiliis, ſtyli ſimilitudinem habeat.

Alius

(*a*) Vid. *Niceph.* VIII. 53. & *Epiphan.* Hær. LXXVI. 3. (*b*) Conf. *Hermant.* in Vitâ Athan. *Tom. I. p.* 344 *ſeq.* & *Tillemont.* Memor. Hiſt. Eccleſ. *Tom. VI. p.* 291 (*c*) *De ſcript.* cap. 94. (*d*) *ibid.* cap. 86. (*e*) Vid. & *Du Pin* Sec. IV. p. 64.

Alius autem fuit Asterius Arianus, Cyrenſis Epiſcopus, quem precibus *Juliani Saba* circa A. C. 372 morti datum narrat *Theodor.* Hiſt. religioſæ *cap.* 2. & *Photius* in Amphilochiis *quæſt.* 125. Incertum verò ſitne idem *Aſterius* Epiſc. Arianus, quem in Concilio Seleucienſi A. C. 359 à Semiarianis ob crimina, quæ illi imputabantur, excommunicatum narrat *Socrates* II. 40. *Tillemontio* quidem videtur is eſſe *Aſterius* Cyrenſis, *Blondello* Scythopolitanus, Auctori Perpetuitatis Fidei Catholicæ *Petra* in Arabia Epiſcopus, qui Concilio Sardicenſi A. C. 347 interfuit, quemque ab Arianis in ſuperiorem Libyam relegatum tradit *S. Athanaſius* Epiſt. ad ſolitarios *Tom. I. p.* 810. Vide Martyrologia 10 Jun. Interfuit adhuc Concilio Alexandrino A. 362.

Fuit & Asterius Amidenus in Meſopotamia Epiſcopus. Inter Orientales illos numeratur, qui *Cyrillum* Alexand. & *Memnonem* in Synodo Epheſinâ depoſuêre A. C. 431.

ASTERIUS Amaſeæ, Metropolis Ponti Epiſcopus, Homiliâ in ſervum Centurionis, (cujus argumentum *Photius* ſervavit *Cod.* 271. *p.* 819) narrat ſe in juventute à quodam Scytha ſervo, quem Antiochenus quidam civis emerat, edoctum liberalibus diſciplinis. Homil. III in avaros taſtatur ſe vicinum ætati *Juliani* Imp. qui A. C. 363 eſt obtruncatus. Et Homil. in feſtum Kalend. *p.* 75 deplorat necem *Rufini*, qui apud *Arcadium* tantum valuit, *Eutropii*que; quorum ille A. 395. hic 399 παρελθόντος ἐνιαυτοῦ, ſiva anno ante hanc Homiliam habitam perierat. In Epiſcopatu Amaſeno ſucceſſiſſe videtur *Eulalio* in exilium ejecto per Arianos, ſed poſt mortem *Valente* A. C. 378 reſtituto (*a*), atque Succeſſorem habuiſſe *Palladium*, qui A.C. 431 Epheſinæ Synodo interfuit. εἰς βαθὺ γῆρας τοῦ βίου καταντήσας ad extremam ſenectutam perveniſſe, ex quadam ejus (quæ hodie non extat) Homiliâ notavit *Photius* in Amphiloch. *quæſt.* 125.

De Stylo *Aſterii* ita cenſet Clariſſ. *Ellias Du Pin* inf. cit. » *Aſterii* ſimplex quidem eſt oratio; » ejus tamen multi ſunt lepores & nativæ ele- » gantiæ; in morum picturis & rerum deſcriptioni- » bus palmam non paucis præripit. Ejus Concio- » nes noſtris hominibus, ſimilium rerum cupidiſſi- » mis, valdè, procul dubio, probarentur. Gravis » eſt & ſeverus in officiis perſequendis. Conſidera- » tiones habet & ſolidas & appoſitas. In explican- » dis Parabolis, ex quibus utiliſſimas eruit cogita- » tiones, ſubtiliſſimus eſt. Auditores ſuos non, que- » madmodum magni Oratores, vehementioribus » motibus movet; ſed verò in eorum animos Chriſ- » tianæ Religionis veritates, eos eleganti & genui- » no quodam modo proponendo, inſinuat. Denique » vitiorum odium & virtutis amorem, ea nativè » pingendo, ingenerat.

Extant ejus Homiliæ plures, de quibus ſatis fuſè agit *Ellias Du Pin* Sec. V. *Tom. III. p.* 77-82. in 4.

1. *De divite & Lazaro* Luc. XVI. 19. Laudat tunc adhuc ineditam *Phil. Rubenius* electorum *lib.* 2. *cap.* 1. Locum de Chriſto non pingendo, ex eâ allatum in Synodo VII. Act. 26. Tom. III edit. *Binii*, p. 658. vindicat *Nicephorus* CPolitanus in Antirrhet. & *Theod. Studita* lib. 2. Epiſt. 36 ad *Naucratium* Tom. V. Oper. *Sirmondi* p. 418.

2. *De œconomo iniquitatis.* Luc. XVI. 1. ſeq.

3. *Adverſus avaritiam.*

4. *Adverſus donationes, ineptias ac ſuperſtitiones Calendis Januariis illâ ætate uſitatas.*

5. *Num liceat homini dimittere uxorem ſuam quacunque ex cauſâ?* ad Matth. XIX. 3.

Has quinque Homilias primus Græcè ex Codice Cardinalis *Aſcanii Columnæ* cum verſione Latinâ *Phil. Rubenii* edidit *Joan. Brantius* (b) Antverp. 1615 in 4. (*c*). unde recuſæ ſunt Latinè in Bibl. PP. edit *Colon.* 1618. Tom. IV. tum utrâque linguâ in Auctario *Ducæano* Pariſ. 1624. *Tom. II. p.* 563. & in Bibl. PP. edit. *Colon.* Tom. IV. ac *Pariſ.* (1654) Tom. XIII. ſed ope Codicum quos à *Sirmondo* acceperat *Ducæus*, accuratius recenſitæ. *Rubenii* verſionem *Combefiſius* ita interpolavit, ut novam veluti adornaverit. Gallicè tranſtulit Celeb. *Franc. de Mancroix* Eccleſiæ Rhemenſis Canonicus *Pariſ.* apud Dion. Thierry, 1695. in 12. (*d*) conſilio Clariſſ. *Pauli Pelyſonii*, qui inter diſertiſſimos Græcos Eccleſiæ Doctores locum ſingularem *Aſterio* tribuendum eſſe non dubitavit.

6. *In Danielem Prophetam & Suſannam.* Ex MS. Regis Chriſtianiſſimi. Extat & Græcè Bibl. Bodl. Cod. 192.

7. *In cæcum à nativitate.* Ex Codice *Sirmondi* & *Seguieriano.* Legit *Photius*, & loca ex hoc Sermone profert *Cod* 271. *p.* 820. edit. primæ.

8. *In Sanctos Principes Apoſtolos, Petrum & Paulum.* Ex pervetuſto Codice *Seguieriano*, ex celebri Monaſterio τῆς ἐγκλείστρας, Græciæ, allato.

9. *In S. Martyrem* Phocam, *Sinopenſem*, paſſum Romæ ſub *Trajano.* Ex Codice Regis Galliæ & autographo *Sirmondi.* In quibuſdam Codicibus (ut Cæſareo apud *Lambecium* VIII. p. 243) incipit à verbis *p.* 171. edit. *Combefiſiana*: ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων μαρτύρων κατάλογος. Atque ita Latina tanquam *Simeone Metaphraſte* Autore legitur apud *Lipoman.* Tom. VI. pag. 274 b & *Surium* ad 22 Sept. Duos *Phocas* Martyres in hoc Sermone ab *Aſterio* confundi notat *Baronius* ad Martyrol. Rom. 14 Jul. quem vide etiam ad 5 Mart. ubi notat, verba quædam (quæ *p.* 178 edit. *Combefiſ.* leguntur) laudari in VIImâ Synodo.

10. *Encomium in Sanctos Martyres.* Ex Codice Card. *Columnæ*, deſcribente *Jac. Sirmondo.* Loca duo è MS. Cæſareo emendat *Lambecius* VIII. p. 373.

11. *Enarratio imaginis quâ exprimitur martyrium clariſſimæ Martyris Euphemiæ* (e), ſub *Diocletiano* paſſæ. Hanc ἔκφρασιν *Aſterii* laudant *Photius* ſup. cit. & Papa *Hadrianus II*, lib. de Imaginibus, profertque integram VIIma Synodus Act. 4. Tom. III edit. *Binii* p. 544. ſeq. Laudat iterum *p.* 659 *Act.* 6. & *p.* 700. *Act.* 8. *Combefiſius* verò ex Codicibus duobus Regiis caſtigavit, & novâ verſione donavit. Gallicè eum primas quinque Homiliis vertit D. *de Mancroix.*

Sex quas proximè hactenus retuli, primus Græcè & Latinè edidit, *Rubenianis*que quinque ſubjunxit, & univerſas notis illuſtravit *Franc. Combefiſius* Tom. I Auctarii novi *Pariſ.* 1648. fol. Latinè deinde ex *Combefiſii* verſione ſubjunxit *Theoph. Raynaudus* Operibus Latinorum Scriptorum *Leonis* Magni, *Maximi* Taurinenſis, *Petri Chryſologi*, *Fulgentii*, *Valeriani* Cemelienſis, & *Amedei* Lauſannenſis Epiſcopi, quæ ſub tit. *Heptadis Præſulum Chriſtianâ ſapientiâ & facundiâ clariſſimorum* Lugd. 1652 & Pariſ. 1661. fol. *unâ has*, ut queritur *Combefiſius* in Bibl. Concion *officii gratiâ*, *quod expunctum meum prodúcentis nomen eſt.* Nimirum Dominicani *Combefiſii* nomen libenter ſupprimendum ratus eſt Jeſuita *Raynaudus*, profeſſus etiam Cyriacorum adverſarius. In illâ *Combefiſii* Bibl. Concionat. pleræque etiam *Aſterii* Homiliæ ex *Combefiſii* verſione Latinè exhibentur.

Aſterii

(*a*) Hujus meminit *Sozom.* Hiſt. Eccleſ VII 2.

(*b*) Perperam aliqui ſcribunt *Brentius.* Fuit enim iſte Lutheranus, qui obiit A. 1570. *Brantius* verò Juriſco[illegible] Antverpienſis (de quo *Swertius* in Athen. Belg. p. 400.) vir eruditiſſimus, è vivis deceſſit A. 1639 teſte *Auber.* [illegible] ex *Valerio Andreâ* (*c*) Scribit tamen *Ellias Du Pin* ab ipſo *Rubenio* A. 1608 [illegible] fuiſſe, indeque Diction. *Moreri* [illegible] & *Pottingerus* Bibl. quadrup. p. 121. (*d*) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. [illegible] ann. p. [illegible] (*e*) S[illegible] iſte, inquit *Ellias Du Pin*, ſtylum *Aſterii* ſapere [illegible] non videtur.

Aſterii ſimul & S. *Baſilii Magni* Sarmones Gallicè prodierunt *Pariſ.* apud Pralard 1691 & 1693. in 8. (*f*).

11. *Encomium S. Protomartyris Stephani.* Ex *Photii* teſtimonio vindicatur *Aſterio* noſtro, & ſub ejus nomine à *Combefiſio* exhibetur Gr. Lat. *Tom. I.* Auctarii pag. 183. licèt Codices quidam referant ad *Proclum* CPolitanum, inter cujus Homilias à *Vincentio Riccardo* ſive *Richardo* edita eſt. At Cl. *Fabricius* erroris arguit *Oudinum* qui Homiliam in Protomartyrem *Stephanum*, quæ inter *Gregorii* Nyſſeni Opera *Tom III. p.* 354 legitur, *Aſterii* eſſe ſcribit in Suplem. de Scripr. Eccleſ. *p.* 59. (*g*) Illa enim licèt ſimilia quædam habeat, alia eſt, atque aliud habet initium.

13. *In Pſalmum IV.* Prodiit è MS Cæſareo Græcè inter Homilias *Chryſoſtomi* Tom. VII. edit. *Saviliana* p. 431. ſed auctoritate Catenæ in Pſalmos L. à *Daniele Barbaro* Venet. A. 1569 Latinè editæ, *Aſterio* vindicatur à Cl. *Cotelerio*, qui variae lectiones Codicis Regii *Tom. II* Monument. *p.* 516 *ſeq.* publicavit.

14–18. *In Pſalmum V. Homiliæ quinque*, quas ex Cod. 2401 Regis Galliæ Græcè primus cum Verſione ſuâ vulgavit *Cotelerius* Monument. Eccleſiæ Græcæ *Tom. II. p.* 1-48. Pariſ. 1688. in 4.

19. *In Pſalmum VI.* Ibid. edita *p.* 48-63.

20. *In Pſalmum VII.* Ibid. *p.* 63-81. Cùm autem *Aſterius* quoque Scythopolitanus (ne de *Aſterio* Cappadoce dicam) Pſalmos expoſuerit teſte *Hieronymo*, incertum num harum in Pſalmos Homiliarum, ex quibus Catenæ Græcorum Patrum in Pſalmos ſubinde nonnulla jam ſub *Aſterii*, jam ſub *Didymi* nomine allegant, auctor ſit *Aſterius* Amaſenus, an verò *Aſterius* Scythopolita vel Cappadox. Vid. ſupra in *Aſterio* Ariano 3. 2.

21. *Adhortatio ad pœnitentiam, in Mulierem peccatricem*, Aſterio vindicatur ex *Photii* auctoritate *Cod.* 271 licèt in quibuſdam Codicibus referatur ad *Gregorium* Nyſſenum (*h*), inter cujus opera prodiit *Tom.II.*edit. A. 1638. p. 165. & in Append. Græco-Lat. Operum *Nyſſeni* A. 1605. cum verſione *Petri Franciſci Zini.*

22. *In ingreſſum jejuniorum.* Hanc etiam *Aſterio* vindicat *Photius*, quam tamen ſub *Nyſſeni* nomine vulgavit *Greſerus* Ingolſtad. 1617. 4. atque inde in editione illius operum A. 1638. *Tom. II. p.* 247 prodit cum ejuſdem *Gretſeri* verſione. *Aſterii* eſſe agnovit *Elias DuPin.*

Deſiderantur Sermones quos legit. & ex quibus loca quædam in guſtum protulit *Photius* Cod. 271.

1. In illud Luc. X. 30. *Homo quidam deſcendit ad Jeruſalem in Jericho.*

2. In illud Luc. XVIII. 10. *Duo homines aſcenderunt in Templum ut orarent.*

3. *De Zachæo*, Luc. XIX. 1.

4. *De duobus filiis*: Luc. XV. 11.

5. *In ſervum Centurionis à Domino ſanatum.* Luc. VII.

6. *In Jairum & mulierem αἱμοῤῥοοῦσαν.* Matth. IX. 20. Hæc Homilia citatur etiam a *Nicephoro* CPol. in Antirrheticis MS. Vid. quoque *Combefiſ.* in Auctar. Noviſſ. *Pariſ.* 1672. *p.* 538.

7. His adde *Encomium Baſilei* Epiſcopi Amaſeni, qui ſub *Licinio* circa A. C. 320 paſſus eſt, 26 April. Vid. Typicum S. Sabæ ad illam diem, apud *Coteler.* in Monum. *Tom. II. p.* 515. Elogium *Baſilei* edidit quidem *Henſchenius* Græc. Lat. in Actis Sanct. ad 26 April. ſed id recentiorem habet auctorem.

Photiana excerpta cum verſione ſuâ & notis *Combefiſius* Homiliis *Aſterii* ſubjunxit *p.* 211. *ſeq.*

[*f*] Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. 1691. p. 661. & 1693. p. 389. [*g*] Id in ejus *Commentariis* non legitur, ubi de *Aſterio* agit ad A. 400. p. 296. Eundem commiſit errorem *Ellias Du Pin* ubi de *Gregorio* Nyſſeno, ad emendavit de *Aſterio* loquens. [*h*] Huic Sermonem iſtum tribuerat *Ellias DuPin*, ſed re accuratiùs perpenſâ, in art. *Aſterii* ejus eſſe veroſimilius credidit.

Fragmenta item quædam *Aſterii* occurrunt in Catenâ Græcorum Patrum ad Lucam, quam Latinè *Balth. Corderius* vulgavit *Antverp.* 1618. fol.

Homiliam in tres Chriſti tentationes, quam Tom. VII *Chryſoſtomi* p. 301. Græcè edidit *Henr. Savilius*, atque *Aſterii* eſſe ſuſpicatus eſt *Combefiſius* in Bibl. Concionat, *Marius Mercator* docet eſſe *Neſtorii*, ſub cujus nomine Græcè cum Verſione ſuâ exhibet *Joan. Garnerius* Tom. I *Marii Mercatoris* p. 85. Conf. *Tillemont.* lib. cui tit. *Memoires pour ſervir à l'Hiſt. Eccleſ.* Tom. XV. *p.* 749.

Aſterium Amaſenum *Balth. Corderius* eundem eſſe putat, qui unà cum *Acacio* Beroenſi frequentavit *Julianum Sabam*, teſte *Theodor.* Hiſt. religioſæ *cap.* 2. Sed rectiùs alii viri docti utroſque diſtinguunt, licèt perperam *Nat. Alexander* (1) eum de quo *Theodoretus* loquitur, *Petra* in Arabia Epiſcopum fuiſſe dixerit. Illum verò *Juliani Sabæ* diſcipulum, à pueriliæ ætate in Monaſticâ vitâ adoletum, ac denique Religioſorum Monaſterii Gindareni circa A. 372 Præfectum ſive Abbatem, & Catholicæ doctrinæ defenſorem fuiſſe ſcribit *Photius* in Amphilochiis, cujus locum exhibet *Combefiſius* Auctar. novi *Tom. I. p.* 282 & *Bern. de Montfaucon* in Bibl. Coiſlin. p. 346.

[1] *Hiſt. Eccleſ.* Sec. IV. cap. 6. art. 25. p. m. 148.

ASTERIUS (*Turcius Rufus*) dignitate Patricius, A. C. 494 cum *Fl. Præſidio* Conſulatum geſſit. Alius plane a *Flavio Aſturio*, qui cum *Protogene* An. 449 Conſulatum obiit, quocum malè Noſter confundi ſolet (*a*). Exconſul jam factus, *Sedulii* defuncti Poëmata aliquot ex ejus ſcriniis extraxit, à tineis & blattis vindicavit, ac in vulgus edidit; uti ex ipſius Epigrammate ad *Macedonium* Operi Paſcali *Sedulii* in vetuſtiſſimis quibuſdam MSS. Codd teſtibus *Uſſerio* (b) & *Sirmondo* (c) præmiſſo conſtat. Inter ea, quæ *Aſterius* edidit, *Sedulii* Carmina, locum habet *Collatio Veteris & Novi Teſtamenti*, carmine Elegiaco ſcripta, cujus initium eſt, *Cantemus Socii.* Hinc errore factum credi poteſt, ut ipſi *Aſterio* in nonnullis Codicibus inſcribatur, & ſub illius nomine aliquoties prodierit, viz. in Append. *Bignæanâ* p. 701. & Bibl. PP. *Tom. IX. p.* 464 & alibi. Non deſunt tamen, qui *Aſterio* Poema iſtud, tanquam genuinum Opus, vindicent (*d*). Alii *Claudiano Mamerto* tribuunt (*e*). Forte idem cum noſtro *Turcius Rufus Aſterius* qui præclarum *Virgilii* Codicem emendavit, obvium in Bibl. Magni Hetruriæ Ducis (de quo Emin. Cardin. *Henr. Noris* in Cenotaph. Piſan. *Diſſ. IV. c.* 2.)

Fuit autem alius *Aſterius*, ſive *Aſtyrius* Senator Romanus, qui Martyrium paſſus eſt circa A. 260. de quo *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad 3 Mart. Alius item *Aſterius* Turcii Aproniani (qui A. C. 363 præfectus Romæ fuit,) filius, de quo Clar. *Muratorius* Diſſ. 2 ad *Paulini* Carmina, *Anecd. Lat.* Tom. I. p. 143.

Fuere & alii plures *Aſterii*, præter jam nominatos, de quibus omnibus conſule Cl. *Fabricium* Bibl. Græcæ *lib.* 5. *cap.* 28. & *Moreri.* Diction.

De *Aſterio Urbano* dicemus verb. URBANUS.

[*a*] Ita poſt alios erravit *Ellias Du Pin* Sec. V. Tom. IV. p. 212. ubi *Tyrſius* vocatur. *Moreri.* Diction. verb. *Aſterius* ſive *Aſturius* (*Turcius Ruſſus*;) at in Serie Chronol. Conſulum Romanorum rectè noſter ad A. C. 494 cum *Præſidio* refertur; cum *Protogene* verò non *Flavius*, ut *Caveus* habet, ſed *Aſturius ſecundus Aſterius* ad A. 449. collocatur. [b] *De Eccleſ. Brit. Primord.* p. 715. [c] *Not. ad Epiſt. Ennodii.* [d] Hæc Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 494. [e] Vid. *Placc.* in Pſeud. n. 492 & 662. *Miræum* in Auctar. cap 87.

ASTESANUS ſive *Aſtenſis*, gente Italus, ex Aſtâ Subalpinorum urbe oriundus, Ordinis Minoritarum ſodalis, Provinciæ Januenſis alumnus, vir doctiſſimus, & in utroque Jure verſatiſſimus, claruit anno 1317 (*a*). Vixit adhuc A. 1330. SCRIPSIT hortante

(a) *Wharton* in Append. ad Hiſt. Liter. *Cavei.*

tante *Joanne Cajetano Urſino* Cardinali S. Theodori, *Summam de Caſibus Conſcientiæ*, vulgo *Aſteſanam* dictam, Libris VIII. quæ cum *Bellati* & *Gometii* prodiit *Norimb.* 1482. fol. ac prius *Venet.* 1478. (*b*) & *Colon.* 1479. Supplementum datum *Romæ* & impreſſum *Venet.* A. 1485. per Paganinum in 4 (*c*).

Poſtea à *Bartol. de Bellatu* Feltrenſi, & *Gometio* Ulyſſiponenſi, Minoritis, recognita & in lucem edita *Venet.* 1519. fol. iterumque *Norimb.* 1528 (*d*). Ex hâc *Canones Pœnitentiales* excerpſit, & notis illuſtratos, unà cum aliis edidit *Ant. Auguſtinus*, de quo nos inf a ſuo loco.

Ejuſdem *Tabula de expoſitione vocabulorum difficilium contentorum in Corpore Juris*, olim extabat MS. in Bibl. Vatic. Romanâ uti & prædicta *Summa*, teſte *Ciaconio* Bibl. ſuæ *p.* 286. Eundem eſſe credit *Aſteſanum* qui Scripſit *Sermones ſuper Evangelia Dominicalia à Paſchate uſque ad Adventum*, & *Summam Decretalium*. Is forte erit itidem Franciſcanus, qui paulò poſt floruit, & dicitur Autor *Comment. in libros Sententiarum*, & *in Apocalypſim* (*e*).

[*b*] Venetiis A. 1480 primò editam fuiſſe ait *Poſſevinus* in Appar. p. 112 [*c*] *Orlandi* Origine e Progreſſi della Stampa *p.* 282. [*d*] *Henricus in Pand. Brandenb.* apud *Cavar* Bibl. Eccleſ. *p.* 85. [*e*] *Du Pin* Bibl. Eccleſ. *aec. XIV. p.* 71. aliique.

ASTETIUS (*Gaſparus*) Societatis Jeſu, natione Hiſpanus, patriâ Salmanticenſis, Cal. Julii A. 1555. ætat. 18. Societatem ingreſſus eſt, in eque litteris probè excultus, vota 4. ſolemnia nuncupavit. Docuit litteras amœniores, & Theologiam Moralem. Fuit Rector & Magiſter Novitiorum. Dum degeret in Collegio Salmanticenſi, illi aperuit Venerandæ memoriæ P. *Martinus Gutierrez*, Collegii tunc illius Rector, quod cognoverat cœlitùs (ſicut in hujus vita referunt *Jo. Euſeb. Nierembergius*, & *Phil. Alegambe* libro de mortibus illuſtribus) eos omnes, qui id temporis ibi fuerant eo in Collegio, æternæ Beatitudini fuiſſe deſtinatos. Manifeſtavit autem idem P. *Gaſparo* tunc Admonitori ſuo, reddendo rationem de inſolitis quibuſdam lætitiæ ſignis, in quæ proruperat, viſis in recreatione Patribus, Fratribuſque poſt illam revelationem, atque ita ex P. *Gaſparo* ejus rei notitia ad cæteros dimanavit. Tandem ſexagenario major obiit Burgis ſub finem Auguſti 1601. * *Sotwel Bibliot. Soc. Jeſu.*

SCRIPTA Hiſpanica:

1. *De inſtitutione Juventutis Chriſtiana*, duabus partibus: prior Burgis 1591. poſterior 1594. in 8. *Inſtitucion y guia de la juventud Chriſtiana.*
2. *De Statu Religionis.* Ibid. 1593. in 8. & Valliſoleti 1603. *Del eſtado de la Religion.*
3. *Libellum precationum*, ſeu *modus recitandi Roſarium*, *Pſalmos*, & *Orationes.* Ibid 1593 in 12. *Modo de rezar el Roſario*, *Salmos y Oraciones.*
4. *De ſtatu Viduarum*, & *Virginum.* Ibid 1597. vel 1598. in 8. *Del eſtado de las Viudas y Donzellas.*
5. *De Gubernatione familiæ*, & *ſtatu matrimonii.* Valliſoleti 1598. in 8. *Del governo de la Familia*, *y eſtado del Matrimonio.*
6. *Catechiſmus Puerorum* hoc tit. *Doctrina Chriſtiana y documentos de criança.* Pampilone, 1608. Valliſoleti, Matriti, ſæpiſſimè recuſus, ſub diverſia formis, ita ut per univerſam fere Hiſpaniam omnes pueri eo utantur ad Doctrinam Chriſtianam addiſcendam. Hæc *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.

de ASTON (*Nicolaus*) natione Anglus, è Collegio priùs Orielenſi, perhibente *Baleo* (a) dein ſocius Reginenſis Oxonii ante annum 1351 deprehenditur. Sacræ dein Theologiæ Profeſſor, annoque 1360 Univerſitatis Cancellarius evaſit; in dicto autem Collegio, negotia quædam Academica coram illo, ſupremum gerente Magiſtratum, tranſigebantur (*b*). Philoſophiæ Ariſtotelicæ operam primum dediſſe fertur, in quâ cum progreſſus feciſſet uberrimos, animum ad altiora, *Petri* nimirum *Lombardi* Sententias, adjecit, adeo ut earum Supremus doctor & Interpres inde ſit effectus. EDIDIT igitur

1. *Quæſtiones ſuper IV Libros Sententiarum.*
2. *Lecturas Ordinarias*, & alia.

(*a*) De Script. Britan. *Cent. XII. Cap.* 18.

(b) Wood *Hiſt. Univerſ. oxon.* Lib. II p. 117.

ASTON (*Johannes*) vel *Ashton* & *Ayſhton*, natione Anglus, Sec. XIV clarus, *Wiclefi* conſtans ac fidelis diſcipulus, hoc nomine multis malis affectus eſt. Oxonii liberalibus ſtudiis eruditus eſt in Collegio Mertonenſi. Vir fuit eleganter doctus ac pius, qui A. C. 1382 in Synodo in quâ damnatus eſt *Wiclefus* ſuper 24 articulis, quos docuerat, hæreſeos accuſatus eſt. Et quoniam Tranſubſtantiationem admittere nolebat, vel eſſe ſine ſubjecto accidens negabat, eum ad perpetuos carceres die 19 Julii, ad Albani fanum damnarunt. Non enim curabat ille Pontificis ſimpliciter & categoricè reſpondere ſecundum traditiones Romanas, ſed juxta regulas S. Scripturæ. Demum in veritatis confeſſione extinctus creditur (*a*).

Cum autem Judici ſeculari traditus fuiſſet, ut culpam a ſe omnem amoliretur, plebemque in Clerum & Archiepiſcopum Cantuarienſem excitaret, *Confeſſionis* cujuſdam Anglicè ac Latinè conceptæ exemplaria perplura in plateis vicisque Londinenſibus ſpargenda curavit, quorum hoc erat initium:
»Ego *Johannes Aſtone* Presbyter indignus, requiſi-
»tus à D. Archiepiſcopo Cantuarienſi 29 Jul. A.
»1382 in domo Fratrum Prædicatorum *London*,
»quid ſentivi in materiâ de Sacramento Altaris,
»Confeſſus ſum & adhuc Confiteor *&c.*

Porrò ſub id tempus evulgatæ fuere in Eccleſiis Parochialibus Londini damnati *Aſtoni* rationes (quod nempe vulgus hominum aſpere minus habitum ſuſpicarentur) quâ re cognitâ, ad Archiepiſcopum Confeſſionem veram ſcripſit *Aſtonus*, cujus initium, *Reverendiſſime Pater & Domine; nuper per vos fungentes officio Inquiſitoris hæretica* &c.

Demum (habitis de eo Conventibus haud paucis) literis Archiepiſcopalibus, 27 Nov. datis, in Actibus Scholaſticis, ſub nomine *Johannis Aſtoni* in Theologiâ Scholaris, reſtituitur, de quo nil deinceps emanavit quod hæreſin attingeret (*b*).

Hæc ei SCRIPTA tribuit *Baleus* inf. cit.

1. *Contra uſurpationes Cleri.*
2. *De recto uſu Sacramenti.*
3. *Rationem ſuæ fidei*, ſupra memoratam.
4. *Contra mendicitatem otioſam.*
5. *Ad vulgum Conciones.*

Hæc dicta ſint in ſupplementum ad *Joan. Aſtonium* de quo ſupra ex *Caſim. Oudino* diximus *p.* 98. eundem enim eſſe hominem perſpicuum eſt, at diverſum ab illo de quo *Baleus* ibi citatus, licèt non diſtinxerit *Oudinus*.

Adde quod ex *Odor. Raynaldi* Annalibus memorat *Limborchius* (c) RICHARDUM Angliæ Regem ſcripta *Joan. Aſton* necnon *Nic. Herefordii* flammis aboleri juſſiſſe: attamen Codices MS. loco citato memoravimus.

[*a*] *Baleus* de Script. Britan. *Cent. VI. Cap.* 78.
[*b*] Vid. *Hiſt. Univerſ. Oxon.* Lib. I. p. 192.
[*c*] *Hiſt. Inquiſit.* Lib. I Cap. 22. ſ. 74.

ASTOR Quinquarboreus (*Antonius Joannes*) Catalanus, ex Dertuſenſi urbe, Juris utriuſque Doctor, Sacrorumque Canonum in Oſcenſi Gymnaſio Interpres, cùm à Profeſſorio munere Vicarium doctiſſimi Viri *Joſephi Stephani* Præſulis Oriolani ageret, data

datâ occaſione ab Epiſcopo ſuo, atque Eccleſiaſtico ejus urbis Senatu non bene inter ſe convenientibus, publicavit *Reſponſum*, ſive *Tractatum de Synodô Diœceſanâ per Epiſcopum indicendâ, deque illum Statuta condendi ſine conſenſu Capituli*, Tarracone, 1604. in 4. Idem poſtea in Tarraconenſi Diœceſi Vicarium Antiſtitis operam adminiſtravit. Hæc *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp.

ASTORGA. V.d. ſup. Alva (*Petrus* de) p.356.

ASTORINUS (*Elias*) natione Italus, Carmelita Conſentinus in regno Neapolitano, claruit Sec. XVII & XVIII. A puero Philoſophiæ præſertim naturali ſummam navavit operam, ac Medicinæ, in quâ ſupplevit ſpeculativa quod praxi non poterat cognoſcere, Mathematicis etiam apprimè inſtructus, tandem Theologiæ ſe devovit, præſertim Polemicæ. Sacræ Theologiæ Doctor, & Magiſter in magno honore habitus eſt inter Domeſticos, extra autem clariſſimis Etruriæ Principibus charus Lector, & publicus Philoſophiæ Profeſſor in Univerſitate Senenſi. Electus etiam Commiſſarius Generalis Conſentiæ, & Calabriæ. Quæ ante annum 1698 referuntur. Sicut autem in qualibet materiâ fuit verſatiſſimus, ita variis generis plura edidit opera. In his varia Mathematica (*a*), è quibus non mediocre ſibi nomen fecit, Theologica tantum hîc attingemus.

Scripta :

1. *Prodromus Apologeticus de poteſtate S. Sedis Apoſtolicæ*, S. R. E. Cardinali *Franciſco Mariæ* dedicatus, Senis A. 1693 apud Bonettos editus. Inde prodiit in *Biblioth. maxima Pontif.* Rev. Viri *de Rocaberti* Tom. XI. Romæ 1698. Implet paginas 25. *Prodromum* inſcripſit, quatenus præire debuit pluribus Tractatibus & Diſſertationibus Apologeticis de verâ Eccleſiâ, de Sanctorum atque Imaginum cultu, de Purgatorio, de Sacrificio, deque regimine Catholicæ Eccleſiæ. Exinde igitur in publicum prodire fecit

2. *De verâ Eccleſiâ Chriſti Libros tres.* Neapoli A. 1700. in 4. (*b*) In *primo*, comparatione factâ Eccleſiarum Proteſtantium cum Romano-Catholicâ, huic notas veræ Eccleſiæ tribuere non dubitat. In *ſecundo* contendit Scripturam Sacram apud Proteſtantes autoritate deſtitui quâ in Eccleſiâ Catholicâ fruitur. In *tertio* capita controverſa ſpeciatim enumerat, ac in ſingulis convenientiam doctrinæ Pontificiæ cum Eccleſiâ primitivâ oſtendere ſatagit. His *duos* inſuper Libros addere in animo habuit, in quibus refutaturus erat quæcunque Proteſtantes dixerunt 1º adverſus formam regiminis Eccleſiæ Romano-Catholicæ : 2º ad Patrum autoritatem in rebus fidei imminuendam.

Præ manibus item habuit eodem tempore

3. *Apologiam integram pro Fide Catholicâ adverſus Lutheranos & Calviniſtas*, quam Regi *Philippo V* nuncupaturus erat (*c*).

(*a*) Vid. inf. cit. (*c*) & *Hyac. Gimma* Idea dell' Iſtor. d'Ital. Letter. A. 1723. edita p. 741. Idem p. 485 *Aſtorini* Elogium cum Vitâ legi ait inter Elogia Academica (*Elogi Academ.*) Tom. I. Elog. 31. ejuſque mentionem haberi in Ephem. Parm. A. 1695. (*b*) Vid. *Diar. Trevolt.* Febr. 1704 Art. VI. (*c*) Ex *Diario Erud. Pariſ.* Jul. 1703. p. 774 ubi recenſentur *Elementa Euclidis novâ methodo & compendiariè demonſtrata* per *Aſtorinum* noſtrum, *ab ipſo recognita & emendata* Neap. 1701. quæ jam ante decennium typis dederat.

ASTRIA (*Joannes Baptiſta*) Soc. Jeſu, natione Italus, patriâ Nicienſis juxta *Oldoin.* in Athen. Liguſt. p. 311. (quem alii Aſtenſem faciunt,) Theologus & Concionator eximius, edidit Italicè Anconæ A. 1636 *Concionem de tranſlatione domûs Lauretanæ.* Eundem *Andr. Roſſottus* facit Auctorem Vitæ P. *Joſephi Anchietæ* ſæpius typis traditæ, & ſpeciatim Bononiæ A. 1651.

ASTROY (*Bartholomæus d'*) natione Belga, in Conventu Leodienſi Fratrum Minorum Recollectorum SS. Theol. Lector, & Miſſionarius Trajectenſis, opus edidit hoc titulo :

Armamentarium Auguſtinianum adverſus Hæreſes, quadruplici Methodo apparatum & inſtructum, in ſubſidium Tyronum Militantis Eccleſiæ. Leodii, typis Vid. Bald. Bronckart, ann. 1664. in 8.

Methodus Iª eſt *Converſiva* ſeu ad convertendos aberrantes à fide : IIª eſt *Impugnativa* ad impugnandos ſcilicet & revincendos pervicaciores Eccleſiæ hoſtes, & potiſſimè Calviniſtanos : IIIª eſt *Defenſiva* ad defendendam tuendamque Romanæ Eccleſiæ fidem, adverſus Calumnias & impugnationes hæreticorum : IVª eſt *Probativa* ſeu ad probandas Fidei Catholicæ veritates.

Adverſus hunc Monachum de cultu B. Virginis Scripſit Gallicè *Joannes Nicolai* Luxemburgenſis. Eccleſiæ Romanæ deſertor, librum hoc tit.

Défenſe du vrai & ancien honneur dû à la Bienheureuſe Vierge Marie, contre les faux honneurs & impoſtures du Traité de Barthelemy d'Aſtroy.... *imprimé à Liege en 1649. avec pluſieurs autres points de Conſequence touchant la Religion.* Prodiit Amſtelod. vel Leodii 1650. in 8.

ASTUDILLO (*Didacus* de) Ord. FF. Præd. natione Hiſpanus, à patria, quod oppidum eſt in diœceſi Palentina, ſic nuncupatus, Ordinemque Pinciæ amplexus, inter celeberrimos ætatis ſuæ Theologos nomen ſibi fecit, adeo ut *Franciſcus de Victoria* ſummus ſui temporis Theologus, & *Didaci* æqualis, eum ſibi præponere haud gravaretur, hac paræmia vulgo uſus, cùm de eo & de ſe loquendi datetur occaſio : *Aſtudillus me doctior eſt, mea tamen facilius veniunt*, profundam laudans *Didaci* eruditionem, clariorem & expeditiorem explicandi methodum ſibi vindicans. *Didacus* Sacræ Theologiæ Magiſter fuit approbatus in Actis cap. gen. Romæ anno 1530 habiti, & ultra A. 1535 vixit. Ejus meminerunt Luſitanus *Jacobum* appellans, & ad A. 1525 referens, *Fernandez* ad 1530, *Altamura* ad 1517, *Poſſevinus* inter *Jacobos*, *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. inter *Didacos*.

Scripta :

1. *Super VIII libros Phyſicorum & duos de generatione, Quæſtiones.* Typis produiſſe in Hiſpania teſtantur *Luſitanus* & *Antonius*.
2. *De modo intelligendi Scripturam Sacram Tractatus.*
3. *Super Evangelium S. Matthæi, & ſuper Epiſtolas D. Pauli ad Romanos & ad Hebræos Commentaria.* Hæc legit in Gymnaſio Dominitano S.Gregorii Pinciano, & ibidem cum ſuperiori tractatu MS. ſervantur.

At his ex *Gozzes* plura addunt *Pius* & *Altamura* apud *Echard.* de Script. Ord. ad A. 1535. *Tom. II. p.* 94. ſcilicet :

4. *Super Sapientiam* Commentariorum volumina duo.
5. *Breves collationes Theologicæ.*
6. *De conceptione B. Virginis.*
7. *Super libros quatuor Sententiarum.*
8. *De origine & unitate Eccleſiæ.*
9. *De hora mortis Chriſti.*
10. *Chronicon Ordinis.*
11. *De Miſſa.*
12. *Orbis geographica deſcriptio.*
13. *De arte recolligendi diſtinctiones breviores & ampliores.*
14. *Privilegiorum Ordinis ab ipſo collectorum defenſio.*

Recentior eſt *Johannes* Astudillo itidem Dominicanus, qui ab urbe *Canton* apud Sinas & deinceps *Macao* Legati fuit Interpres, & cum eodem incluſus, at tandem anno 1708 ob graviores à Miniſtris Regiis perſecutiones à Legato dimiſſus : cujus meminit *Echardus* ubi ſup. Tom. II. p. 781. ubi Scripta recenſet F. *Franc. Gonzalez à S. Petro* inter Miſſionarios Sinenſes

Sinenſes Ord. S. Dominici celeberrimo.

ASTURICENSE Concilium, in Gallæciâ anno 446 collectum, in quo Manichæi quidam latentes deteguntur & damnantur. Meminit hujus Synodi *Idacius* in Chronico, *p.* 24. Etſi verò *Idacius* Synodi diſertam mentionem non facit; memorat tamen *Gesta Episcopalia adverſus Manichæos* ſeu Priſcillianiſtas in Aſturicenſi urbe Galleciæ hoc anno. Undè *Concilium Aſturicenſe* merito vocat Cl. *Baluzius* Nov. Collect. *col.* 949. Confer Card. *d'Aguirre* Concil. Hiſp. *Tom. II. p.* 206. citante *Caveo* in Hiſt. Liter.

ASULANUS (*Andreas*) *Aldi Manutii* ſenioris, celebris Typographi Veneti (qui A. 1514. vita functus eſt) ſocer. Hujus operâ prodierunt *Biblia Græca*, ex multis vetuſtiſſimis exemplaribus excuſa, cum ejus præfatione ad Cardin. *Ægidium* Viterbienſem, *Venetiis* 1518. fol in quâ editione menda typographica plurima irrepſiſſe notat *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.m.* 186. & *Aug. Calmet* in Diction. S. Script. *p. m.* 8. »Ego, inquit Editor, vetuſtiſſimis exemplaribus »collatis, adhibitâ etiam quorundam eruditiſſimo- »rum hominum curâ *Biblia*, ut vulgò appellant, »Græcè cuncta deſcripſi, atque in unum Volumen »redacta emenda curavi, tu nominis æternitati dicata.

Obſervat *Jac. Uſſerius* (a) eam ſequi interdum non LXX. ſed *Aquilæ* lectiones, & varia in eam gloſſemata irrepſiſſe.

Secundum editionem Romanam, ait *Jo. Morinus* (b) pura eſt & ſincera hæc editio Veneta, quam quatuor quæ ſecutæ ſunt ad amuſſim expreſſerunt, ita ut quarta dici poſſit *Aldina* quartò repetita, paucis exceptis

Hæc quidem editio, inquit *Waltonus* (c), proximè ad Romanam accedit, & Complutenſi purior eſt. Abſunt enim plerumque additiones, quas ſub aſteriscis poſuit *Origenes*; adſunt quæ per obelos notavit, tranſpoſitiones etiam capitum & verſuum, quas commemorant veteres in editione LXX fuiſſe, in hac editione inveniuntur. Quæ etiam à veteribus allegata vel commentariis illuſtrata erant, eadem plerumque ſunt in hac editione. Unde doctiſſimus *Maſius* in ſ. Comment. in *Joſue* ſcribit, *Venetam editionem eſſe quidem ſimplicis interpretationis LXX ſeniorum exemplum*; addit tamen, *ſed haud ab omni admixtione verborum* Theodotionis *liberum*, quod veriſſimum judicat *Waltonus*. »Complutenſi multo ad fidem Co- »dicum MS. ſincerior eſt *hac Editio Veneta*, cùm il- »la in plurimis longè locis eſſet ad Hebræum tex- »tum ab editoribus emendata.« (*d*)

Hanc autem *Aldinam* vel potius *Aſulanam* editionem plures deinde ſecutæ ſunt.

(a) *Syntagm. de LXX Interpr.* cap. 8. (b) *Exercit. Bibl. IX.* lib. 1. cap. 1 n. 6. (c) *Prolegom. IX.* §. 29. (d) *Acta Erud.* Lipſ. 1698 p. 75.

ATAVANTIUS. Vid. ATTACCANTI.

S. ATHANASIUS Alexandrinus Epiſcopus, in eâ urbe celeberrimâ, parentibus honeſtis pietate & virtute conſpicuis (*a*) natus eſt anno circiter 296. De eo his verbis loquitur Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 326. Mitto, *inquit*, quæ de eo adhuc puero Epiſcopi perſonam induente, baptiſmumque per ſacrum quendam ludum celebrante vulgò narrant (*b*). Fabulam certè eſſe & nunc & olim ſuſpicatus ſum. Primus hanc hiſtoriam extulit *Rufinus*, Scriptor nimis credulus, quique hæc ex ſolo auditu refert, ipſe à re geſtâ integro penè ſæculo remotus. nec leve præjudicium videri debet, rem adeo memorabilem omnes hujus ævi ſcriptores latuiſſe, neminemque ante *Rufinum* de eo vel verbulum inaudiviſſe: neque alia deſunt, quæ idem ſuadeant, argumenta; modò his immorari vellem. Sed cum *Athanaſio* pergamus. Bonis literis inſtitutus, in *Alexandri* Epiſcopi (*c*) contubernium aſcitus eſt, qui illum Notarium deinceps habuit, & Diaconorum Primicerium poſtea conſtituit. In Synodo Nicæna A. 325. Alexandro *Arium* fortiter oppugnanti mirâ dexteritate ſuppetias tulit; (quod jam ab A. 322 inceperat,) & diſputatione habitâ, Hæretici verſutias expugnavit: unde per totam vitam Arianos ſibi quam infenſiſſimos expertus eſt. Elapſis quinque poſt Synodum menſibus, mortuo *Alexandro* anno 326. communi Catholicorum ſuffragio Eccleſiæ Alexandrinæ præficitur, ætatis ſuæ anno, ut videtur, 28. Munus ſibi commiſſum quominus in pace diu obiret, inquies & obfirmata Euſebianorum malitia obſtitit. Tentatis fruſtra variis calumniarum technis, tandem anno 334. Cæſaream ab Epiſcoporum nonnullorum ſibi infenſorum Synodo eò loci coacta evocatur fictæ *Arſenii* (d) Meletiani cujuſdam Epiſcopi necis rationem redditurus. Verum adeſſe noluit *Athanaſius*, Epiſcoporum inimicitias veritus. Subiratus igitur *Conſtantinus* Imperator, aliam Synodum anno ſequente Tyri habendam indixit: ubi cauſam *Athanaſii* apertè magis & γυμνῇ κεφαλῇ ventilare cœperunt Euſebiani; fictiſque illum injuriæ, tyrannidis, ſtupri, homicidii Magicæ artis gratia commiſſi, confracti Calicis Myſtici, Sacrorum Codicum igni datorum, ſubverſæ menſæ Dominicæ, quin & illegitimæ ordinationis criminibus onerantes Sede ſuâ depoſuerunt. Verùm *Athanaſius* relictâ prius Tyro CPolim profectus, Imperatorem de fœdiſſimâ Epiſcoporum injuſtitiâ certiorem fecerat. Anno igitur 336 CPolim acciti Euſebianorum Anteſignani, novi cujuſdam criminis *Athanaſium* apud Imperatorem poſtularunt, ſuggerentes comminatum eum eſſe, prohibiturum ſe, ne annona ex Alexandriâ CPolim quotannis vehi ſolita mitteretur. Qua accuſatione motus *Conſtantinus*, mox eum Treviros Galliæ Belgicæ urbem relegavit (*e*). Poſt annum integrum & ſex circiter menſes ſublato è vivis *Conſtantino*, Conſtantini junioris literis dat. xv. Cal. Julias anno 337 Sedi ſuæ reſtituitur. Quem tamen anno 345. Synodus Antiochena (*f*) renovatis calumniis ſecundâ jam vice depoſuit, ſuffecto in ejus locum *Gregorio* Cappadoce, obſcuro & nullius nominis viro. Verùm antequam ovile lupus invaderet, fugâ ſe *Athanaſius* Romam contulerat, eò à *Julio* Epiſcopo evocatus, ubi à Synodo anno 342 habitâ criminibus ſibi intentatis abſolutus eſt. Hac in Urbe, aliiſque Occidentis partibus, per aliquot annos hæſit, donec anno 347 decreto Synodi Sardicenſis iterum abſolutum & in integrum reſtitutum *Conſtantius* Imp. interpellante fratre *Conſtante*, Eccleſiæ Alexandrinæ reddidit. Verùm iterum nubes poſt pluviam. Anno 353. Synodi Arelatanæ (*g*), anno 355 Mediolanenſis decretis iterum condemnatus, ac Sede ſua deturbari juſſus, anno

(*a*) Vid. apud *Renaudotium* ubi inf. cit. (34) contrariam opinionem (*b*) Vid quæ hanc in rem præſertim diſſerit Vir eruditus *David Acollinius* in Miſcell. Crit. *Tom I. p.* 214 &c. edit. Baſil. de quo libro diximus *p.* 426. Hiſtoriam narrat ex *Gedello* Epiſcopo Vencienſi in Hiſt. Eccleſ. ad A. 311. cui refragatur *Godef. Hermantius* in Vitâ *Athanaſii*. Sententiam refert *Wittalers* in Prælect. de Sacram. quæſt. 3. cap. 2. *Jo. Ger. Voſſii* de Baptiſmo Laicorum, mulierum, puerorum &c. diſp. 10. theſ. 10. & diſp. 11 theſ 16. *Voetii* in Politica Eccleſ. part. 1. lib. 2. tract. 1. ſect. 3. *de adminiſtratione Baptiſmi*; Hiſtorici non incelebris *Joannis Le Sueur* ad A. 264 ubi de *Alexandro* Epiſc. Alexandrino agit, *Antonii* denique *Matthæi* Variar. Lection. *lib.* 13 *c* 9. cui ipſa adſertio miraculoſa, baptiſmum ab *Athanaſio* puero collatum non ſufficienter fuiſſe exiſtimans, id autem præſagio fuiſſe, fore eum aliquando virum Deo devotiſſimum, ac revera fuiſſe deinceps inconcuſſum Eccleſiæ columen, ac lumen ſplendore coruſcans. (*c*) De eo vid ſup. *p.* 281. (*d*) De eo vid *Morer.* Diction. (*e*) Dixerunt aliqui *Athanaſium* Treviris in ciſternâ ſiccâ per annos ſeptem deluiſſe, at fabulam eſſe monſtravit Jeſuita *Dan. Papebrochius* in *Reſponſ. ad Exhibitionem Errorum* per adm. R. P. *Sebaſt. à S. Paulo* Carmelitam A. 1693. evulgatam; aſſerit, inquam, fabulam eſſe à *Chriſt. Browero*, Trevirenſium traditionibus plus æquo cæteroquin inculcare ſolito, in Annalibus Trevirenſibus ad A 338. n. 40. exploſam. Habuit forte ex *Trithem* lib. de Script. Eccleſ. *cap.* 64. qui addit *Athanaſium* hic latentem compoſuiſſe Symbolum: *Quicunque vult ſalvus eſſe*, ac tandem à quadam puellâ traditum, Dei nutu fugâ lapſum eſſe. (*f*) Vid. ſup. *p.* 490. ubi de Antiochenis Conciliis. (*g*) Vid. ſup. *p.* 542.

anno ſequente à graſſante in Catholicos Alexandrinos Arianorum factione Eccleſiâ ſuâ expellitur; ac pro eo *Georgius* Cappadox, *Gregorii*, qui diem dudum obierat, Gentilis, bipedum nequiſſimus, militari ſatellitio ſtipatus ſubſtituitur. Enormem hoc loco *Dorothei* Metropolitæ Monembaſiæ, qui vulgari ſeu barbaro idiomate Synopſin Hiſtoriarum Græce edidit, errorem notare liceat, ubi de *Conſtantio* ſic loquitur (*h*): Τῷ δὲ ιε. χρόνῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐξώρισε τὸν μέγαν Ἀθανάσιον εἰς τὴν Ἐγγλιτέραν, καὶ ἐχειροτονήθη Φίλιξ ἀντ' αὐτοῦ. Decimo quinto *imperii ſui anno magnum* Athanaſium *in Angliam relegavit: ejuſque in locum* Fœlix *ordinatus*. Ubi nullum dubium eſſe poteſt pro Athanaſio *Liberium* Epiſcop. Romanum intelligi debere, non in Angliam ſeu Britanniam, ſed Berœam Thraciæ relegatum. Fugatus *Athanaſius* in deſertiſſimam Thebaidis ſolitudinem ſe recepit; in qua uſque ad mortem *Conſtantii* ſalvus delituit, orationibus, jejuniis, aliiſque pietatis officiis, Epiſtolis & Apologiis concinnandis ſecurè vacans. Imperante *Juliano*, ab exilio revocatus Synodum habuit de verâ ſignificatione vocum οὐσίας & ὑποστάσεως ſtatuendâ, deque lapſis Epiſcopis ad ſedes ſuas recipiendis. Mox exul factus anno 362 conſpirantium in ſe Gentilium & Arianorum inſidias non ſine ſummo capitis diſcrimine evaſit: de quibus feſtivè dixit; *Secedamus pauliſper, ô Amici; nubecula eſt, quæ citò evaneſcet.* Anno 363 *Jovianum* Imp. Antiochiæ convenit, eique libellum de fide obtulit (*i*) Sub initia Imperii *Valentis* ad ſupplicium exiliumve à Præfecto Auguſtali quæſitus ſeſe occultavit: at evaneſcente hac quoque nubeculâ quietus deinceps & ſecurus vixit. Tandem laboribus, ærumnis, moleſtiis fractus ſuccubuit, & ſanctiſſimam animam cœlo reddidit A. C. 372 (*k*) Epiſcopatus ſui 46 (ætat. circit. 77) quia & *Proterius* in Epiſtola (*l*) ad *Leonem* Papam, *Athanaſium* menſe Martio anni 373 ſuperſtitem fuiſſe ſcribit. Ad eundem annum 373 obitum *Athanaſii* referunt Benedictini, uti infra dicemus, ubi plura de *Athanaſii* vitâ & geſtis. Vir erat omni virtutum genere cumulatiſſimus, in tuenda Catholica veritate conſtantis & invicti animi, ærumnis, periculis, difficultatibus cedere neſcii; τοῖς μὲν παίουσιν Adamas, τοῖς δὲ στασιάζουσιν Magnes: in cæteris diſciplinis non infeliciter verſatus, in Theologicis accuratiſſimus, Controverſiarum ſui ſæculi, ſi quis alius, callentiſſimus, doctrinæ Orthodoxæ Judex ſemul ac vindex acerrimus; ad Conciones Eccleſiaſticas, & quæ ſacri ſunt muneris, maximè idoneus, & ut ſcite *Sozomenus* L. I. c. 17. ἱκανὸς ὢν τοῦ αὐτοδιδάκτου. Summatim de eo ac planè eleganter ὁ τῆς Σαρίμων, Ibid. p. 397. ὅρος μὲν Ἐπισκοπῆς ὁ ἐκείνου βίος καὶ τρόπος, νόμος δ' ὀρθοδοξίας τὰ ἐκείνου δόγματα. *Vita ipſius, morumque ratio Epiſcopatûs norma erat; dogmataque ejus pro fidei Orthodoxa lege habebantur.* De ſtylo ejus ita *Photius*, Cod. 32. 139. 140. κομψῶς τε καὶ λαμπρῶς καὶ ἔτι σαφῶς συντεθειμένας, (Epiſtolæ Athanaſii) καὶ τὸ πιθανὸν τῷ τε χαρίεντι αἰθούσας, *Eleganter ſimul & ſplendidè, clarèque compoſita ſunt, perſuadendi inſuper vi ac venuſtate florida.* Σαφὴς μέν ἐστι πανταχοῦ τὸν λόγον αὐτοῦ. *Dilucidè dicit in omnibus ſuis ſcriptis.* Denique τὸ μὲν ἐν Φράσιν σαφὲς τὸ ἐστὶ (in libris ſuis contra *Arium*) ἀεὶ καὶ ἐν πᾶσιν, καὶ ἀπέριττος καὶ ἀφελὴς, δριμὺς καὶ βαθὺς, καὶ λίαν τοῖς ἐπιχειρήμασιν εὔτονος, καὶ τὸ γόνιμον τὸ αὐτοῦ ἐν τούτοις ἄλλων, ὅσον ἐστὶ θαυμάσιον. *Dictio in hic perſpicua, ut & in cæteris ejus omnibus ſobria item & candida, vehemenſque ac profunda, & argumenta validè torquens; ejus verò ubertas in his ac fœcunditas admodum ſane fuit mirabilis.* Cæterùm quanto olim in pretio *Athanaſii* ſcripta habita fuerint, *Coſmæ* Abbatis piiſſimi præceptum *Joanni Moſcho* Prat. Spirit. c. 40. datum teſtatur. *Cùm inveneris aliquid*, inquit, *ex opuſculis* S. Athanaſii, *nec habueris chartas ad ſcribendum, in veſtimentis tuis ſcribe illud.* Plura de *Athanaſio* noſtro judicia vide infra.

Opera *quæ extant* Genuina, dubia & Spuria:

1. *Oratio contra Gentes*, ante annum 319. ſcripta.

2. *Oratio de Incarnatione Verbi*, quem librum ſecundum contra Gentes, (cujus *Hieronymus* de Script. c. 87. meminit,) eſſe conſtat.

His duabus *Athanaſii* Orationibus litem movet Cl. *Allixius*; authoremque ad ſecundi ſæculi finem vixiſſe putat: 1. Quod *Marcionis* dogma confutat: 2. Quod *Antinoum* Hadriani Imperatoris amaſium, quaſi novitium numen proſcindit: 3. Quòd ἀποθεώσεις adhuc vigere ſignificat. Has viri clariſſimi objectiones in medium protulit Cl. *Cave*, eruditis ulterius excutiendas. Interim tamen notat: 1. Authorem *Marcionis* nuſpiam diſertè meminiſſe: dogma quidem de origine mali duplicique principio refutare; id verò plurimorum fuiſſe inter gentes Philoſophorum, non minùs quam *Valentini*, *Marcionis*, *Manetis*, &c. inter Hæreticos. Et etiamſi concedatur, dogma Marcioniticum confutaſſe, non inde ſequi, ipſum *Marcionis* ætate vixiſſe. 2. Quod dicit *Antinoum*, τὸν ἐκείνου, inter numina relatum eſſe, forſan non alio ſenſu intelligi debere, quam quod ſuo adhuc tempore pro Deo habitus ſit. 3 De Romanorum conſecrationibus hæc habet: Καὶ μὴ τὸ θαυμάσῃς μηδὲ μονονουχὶ ἄπιστον εἶναι τὸ λεγόμενον νομίσῃς, ὅπου γε καὶ οὐ πάλαι πρώην, ἢ τάχα καὶ μέχρι νῦν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος τοὺς πώποτε &c. i. e. Interprete *P. Nannio*. » Ne mihi hic dubius hæſites, neve longe à fide rem abeſſe credas, » quod dico; non ita pridem, & fortaſſe etiam nunc, » Romanus Senatus ſuos ab origine Imperatores, » aut omnes, aut ſaltem eos quos ipſis libitum eſt, » cœlo ariſque dedicant, legibuſque & Senatus-con» ſultis Deos eſſe jubent. » Hæc de temporibus *Athanaſianis*, vel *Athanaſium* immediatè præcedentibus, quando longè major Senatûs Romani pars Gentilium ſacris mordicus adhuc adhærebant, commodè dici poterant, ægrè autem de ſecundo ſæculo, quando ἀποθεώσεις Romanæ, pleno Cæremoniarum apparatu peragebantur. Utut ſit, certum eſt, Orationem *contra Gentes*, præterquam quod conſtanti fide eam *Athanaſio* tribuunt Codices MSS. à Synodo CPolitana adverſus cultum Imaginum anno 754 congregata, ſub *Athanaſii* nomine citari; quibus hac in re ne hilum quidem reponunt Nicænæ IIdæ Synodi Patres, *Act VI. pag.* 481. Oratio verò *de Incarnatione*, quam ejuſdem eſſe authoris nemini dubium eſſe poteſt, tanquam *Athanaſii* citatur à *Theodorito* Dial. III. p. 161. 162. ubi plurima ex eâ loca profert, ut *Hadrianum* Papam, *Photium*, aliofque mittam.

3. *Contra Arianos Diſputationes ſeu Orationes V.* (m) Πεντάβιβλον contra *Arianos* vocat *Photius*, eaſque τρόπαιον κατὰ πάσης μὲν τῆς αἱρέσεως, ἐξαιρέτως δὲ τῆς Ἀρειανῆς, Trophæum adverſùs omnes, potiſſimùm verò *Arianam*, Hæreſes eſſe dicit *Cod.* 140. (quem locum paulò integriorem, quàm in editis extat, exhibet *Pet. Hecmannus* in Append. ad Opera *Athanaſ.* p. 6.) earumque ſtilum, methodum, ubertatem, argumentationes, omnia denique mirè commendat; ex his etiam ſeu ex fonte *Gregorium* Theologum, Sanctumque *Baſilium* limpidos ſacrorum librorum contra *Arii* errores rivulos derivaſſe ſcribit. Cæterùm & in Codd. MSS. & apud priſcos Scriptores mirùm quàm variet, & inter ſe miſceatur harum Orationum ordo.

(*h*) Συνοψ. Ἱστορ. p. 21. (*i*) Vid. ſup. p. 310. ubi de Conciliis Alexandrinis. (*k*) Ita *Baronius* in Annal. eumque ſecuti ex Neotericis plurimi, quamquam *Socrates* ad a. 371. referat lib. IV. c. 20. (*l*) Edit. à *Bucherio* Comm. in *Victor.* Can. Paſch. c. 2. p. 84. Greg. Naz. Encom. Athan. Orat. 21. p. 390.

(*m*) D. *Athanaſii* doctrinam *de æterno Dei verbo*, *Dei hominiſque filio*, ex hiſce quinque Orationibus excerpſit & Aphoriſmis digeſſit *Henr. Sierning* Cœnobii Præpoſ. Paſtor, edidiſque Kiloni (in Kiloni inferiori Saxonia) A. 1673. in 4.

ordo. Ut alia exempla taceam, quartum ex iis citat *Cyrillus* Alex. (n) ſub nomine ὅτι ἀεὶ ἡ ἁγία τριὰς λέγω τελεία, & iterum ὅτι ἀεὶ ἡ ὁμοούσιος τριάς πίστις. Tertiam Synodus Chalcedonenſis Act. 26. ſimpliciter vocat Orationem contra Hæreſes. Quinta, quam nonnulli Codd. MSS. ἐκ τῶν κτ᾽ ἀρειανῶν λόγων vocant, quinto loco repoſita, Oratione contra *Arium* & *Apollinarium* inſcripta, (quæ infra habetur) quædam habet p. 312. quæ ſcriptam eſſe poſt certamina *Neſtoriana* Sec. V. ſuadere nonnullis videntur.

4. In dictum illud, *Omnia tradita ſunt mihi à Patre*, &c.

5. *Ad Adelphium Epiſcopum* contra Arianos Epiſtola; ut memoriâ lapſus ſit *Theodoretum* Dial. 2. p. 92. qui loca duo ex Epiſtolâ ad *Epictetum* citat, quæ nonniſi in hâc ad *Adelphium* extant. *Adelphius* iſte Onupheos Epiſcopus fuiſſe videtur, ab Arianis in exilium miſſus in Pſinabla Thebaidis; unde Confeſſorem eum non obſcurè vocat *Athanaſius*.

6. *Epiſtola ad* Maximum *Philoſophum de Divinitate Chriſti*. Idem forſan hic *Maximus*, qui *Gregorio* Nazianzeno de ſede CP litem movebat, & ad quem duæ extant *Baſilii* Epiſtolæ XL. XLI. quod librarios etiam inducere potuit, ut pro Φιλόσοφον in quibuſdam Codd. MSS Ἀσκητήν reponerent.

7. *Epiſtola ad Serapionem* Thmuitos in Ægypto Epiſcopum, *adversùs eos qui dicunt Filium creaturam eſſe*; in quâ compendio refert quæ fuſius contra Arianos diſputaverat.

8. Ad eundem, *adversùs eos qui dicunt Spiritum S. eſſe creaturam*.

9. *Expoſitio Fidei*.

10. *Reſponſum ad* Liberii Epiſcopi Romani *Epiſtolam*, cum Epiſtolâ *Liberii* (iſta ἀκέφαλος eſt.) Vid. *Memor. Trevol.* A. 1728. p. 1954.

11. *Epiſtola ad* Jovianum Imp. *de fide*, Synodi Alexandrinæ nomine ſcripta. Extat etiam apud *Theod.* l. 4. cap. 3. Inter ſuppoſititia reponunt Benedictini.

12. *Epiſtola de Synodi Nicæna contra Hæreſin Arianam decreta*.

13. *Epiſtola de ſententiâ* Dionyſii *Alexandrini adversùs Arianos*. Rejiciunt Benedictini.

14. *Ad Fratres Orthodoxa Epiſtola Catholica*. De eâ dubitant Benedictini.

15. *Refutatio Hypocriſeos* Meletii, Euſebii & Pauli *Samoſateni* [illegible]. Dubia admodum nonnullis videtur: eamque rejiciunt Benedictini.

16. *Epiſtola ad Antiochenos*: ex additamentis calci appoſitis videtur eſſe fragmentum alicujus libri, forſan Synodici cujuſdam.

17. Epiſtola ad *Epictetum* Epiſcopum Corinthium, quæ integra habetur apud *Epiphan.* Hæreſ. 77. num. 3. In eâ breviter caſtigat ac refellit temerariam quorundam hominum dementiam, qui impias de carne Chriſti ſententias Corinthi propoſuerant. Illam quidem, qualis nunc legitur, planè orthodoxam eſſe, & omni ex parta ſinceram agnoſcit *Barth. Germon* Soc. Jeſu inf. cit. (o) fuiſſe tamen ab inimicis veritatis (Neſtorianis ſcilicet) olim depravatam pluribus contendit, ac non ſemel teſtatur S. *Cyrillus* Alexandrinus, cujus hanc in rem verba adducit ex Epiſt. ad *Joannem* Antiochenum, & ad *Acacium* Melitenenſem; item ex Epiſt. I ad *Succenſum* Diocæſareæ in Iſaurienſi Provinciâ Epiſcopum.

18. *Tractatus* ſeu *Epiſtola de Incarnatione* verbi adversùs *Paulum* Samoſatenum. Rejicit *Ellias Du Pin* loc. inf. cit. (p) qui equidem fatetur ſe errâſſe ubi dixit *Tom. II. p.* 40. tres hypoſtaſes in Trinitate Autorem agnoſcere; ſed alia ſuppoſitionis argumenta adducit, quæ etiam priore ſolidiora judicat. Tractatum hunc & Sermonem *quòd unus ſit Chriſtus* (de quo inf. nu. 23.) ejuſdem Autoris eſſe ait, utrumque verò *Athanaſio* abjudicat. Miratur quòd Cenſor ſuus nihil reperiri dicat in *Symbolo Athanaſiano*, quo ſpurium eſſe probari queat, nullumque eſſe graviſſimum argumentum quo *Athanaſio* adſcribi non debera demonſtrari poſſit.

19. *Oratio de humanâ naturâ ſuſceptâ ab unigenito verbo contra Arianos* (q) (quidam Codd. addunt) & *Apollinarium*, λόγον περὶ ἀρειανῆς vocat *Theodoritus*, Dial. 3. librum de Incarnatione *Gelaſius* de duabus nat. t. 2. librum de Trinitate & Incarnatione Synodus Sexta Act. 4, 9, 10. & *Damaſcenum* de Triſag.

20. *De Incarnatione Domini* contra *Apollinarium*.

21. *Oratio de ſalutari adventu Chriſti* contra eundem Orat. *de Incarnatione* vocat *Damaſcenus* de Orthod. Fid. lib. 3. Orat. ſecundam contra *Apollinarium* Synodus Sexta Act. 8.

22. *Oratio contra gregales* Sabellii *de æternâ ſubſtantiâ Filii, & Spiritûs S. cum Deo*. Excerpta eſt ex Homilia XXVII *S. Baſilii* adverſus Sabellianos, Arium & Anomæos, unde *Athanaſii* non eſſe conjiciunt Benedictini.

23. *Oratio quod unus ſit Chriſtus*: hanc aliis probatam in dubium vocant Viri Cl. *Montacutius* (r) & *Petavius* (s), duplici præcipuè argumento; 1°. Quod ſtylus ſit multò comptior & ornatior quàm *Athanaſius* eſſe ſolet. Sed hæc ratio mihi, inquit *Cavens*, nulla eſt; *Athanaſium* enim quandoque ſcripſiſſe μορφῆς τε καὶ λαμπρότης ex *Photio* ſupra obſervavimus. 2°. Quod tres hypoſtaſes in Trinitate confitetur, cum *Athanaſius* unicam agnoſcere ſoleat. Eſto. At aliter ſcribere potuit *Athanaſius* poſt quæſtionem de vocibus οὐσίας & ὑποστάσεως in Synodo Alexandrinâ ſub *Juliano* habitâ determinatam; in quâ decretum eſt non eſſe damnandos trium ὑποστάσεων aſſertores, modò perſonas intelligerent: nec è contra, qui unam eſſe hypoſtaſin (per hanc, οὐσίαν five eſſentiam intelligentes) affirmabant. Et certè ſcriptam eſſe hanc Orationem poſt *Marcellum* ab *Athanaſio* pro Hæretico agnitum, i. e. poſt annum 357 ex ipſâ oratione liquet; in quâ *Marcellus* diſertè damnatur. Denique ab Authore Catenæ in Lucam ſub *Athanaſii* nomine citatur.

24. Epiſtola ad *Serapionem* de morte *Arii*: integram fere eam etiam exhibet *Theodoritus* l. 1. c. 14.

25. *Apologia ad Imperatorem Conſtantium*. Scripta eſt circa ann. 357. Opus, inquit *Ellias Du Pin* in Bibl. Eccleſ. omnibus ſuis abſolutum numeris. Nullum unquam Scriptum nativum & ſimplicem genium magis ſpiravit, nec ullus unquam ſermo elegantior, figuris ornatior, & ad perſuadendum efficacior extitit. Hac in parte excellunt omnia S. *Athanaſii* Opera, ſimplicem & ſine fuco ſpeciem præ ſe ferunt, & tamen ſi attentius conſiderentur, artificio miro compoſita deprehendentur. Verborum aptitudinem mirificam ubique in oratione ſuâ ſervat, ſtylumque ſuum argumentis quæ tractat, & perſonis quas alloquitur, ſemper attemperat.

26. *Apologia de Fugâ ſuâ* A. 358 edita.

27. *Apologia ſecunda de eâdem re*. De iſtâ *Apologiâ* quædam differit Vir eximius *Thom. Ittigius* loc. inf. cit. (t) ubi varia notat. 1°. Etſi in editione Pariſienſi An. 1672. (lege 1627.) & Lipſienſi (ſeu Colonienſi) quæ ſecuta eſt, ad Imper. *Conſtantium* ſcripta dicatur, nuſquam tamen *Conſtantium* in eâ compellari, & vix aliquam Apologiæ formam in toto hoc

(n) Ep. ad Monach. Ægypt. in Actis Epheſ. Synod. (o) *De veteribus Hæreticis Eccleſiaſt. Codicum corruptoribus* lib. 2. part. 1 cap. 12. (p) *Reſponſ. ad Animadverſiones in Bibl. ſuam* ad calcem Tomi VI. p. 61. Edit. Amſtel. adverſus Autorem Diſſertationis Latinæ *de Judicio Criticorum, & nuperi Interpretis de Homiliâ III. D. Chryſoſtomi in Epiſt. ad Hebræos.*

(q) *Tractatus de Incarnatione Verbi & adverſus Arianos* ſcriptus creditur poſt A. 364. Hunc *Apollinario* viri quidam docti adſcribunt, at Benedictini eorum objectionibus refutatis, *Athanaſii* opus eſſe vix dubitant. (r) Not. in *Euſeb.* adv. *Marcellum.* [illegible] (s) De Trin. l. 1. c. 13. *Petavii* rationes ampliùs diluunt Benedictini. (t) *Faſcic. Obſerv. Miſcell.* p. 291-299. [illegible] eſt Supplement. in Operum *Clementis* Alexandrini *Lipſiæ* A. 1700. editio.

to hoc tractatu conſpici, qualia in reliquia doabus comparet, ſi breve exordium & concluſionem itidem brevem excipias. Unde *Papebrochius* Jeſuita in Vitâ *Athanaſii*, quam inſeruit Tomo I Sanctorum Maji *p.* 186. alium huic Apologiæ titulum quærendum exiſtimat, ſcilicet *Syllogi Apologia ſecunda*, quod nomen rectius convenire cenſet, cùm in eâ varia monumenta collecta reperiantur, & in his illa quoque, quæ *Athanaſius* εἰς τὸν ἔξω λόγον vel ἔξω λόγον ſcripta indicavit. Ulterius obſervat *Papebrochius*, hunc *Syllogum* eſſe velut Appendicem Epiſtolæ ſeu Tractatûs *ad ſolitariam vitam agentes*, ideoque huic non præmitti, ſed poſtponi debere. 2ò Addit *Ittigius*, hunc librum *ad ſolitarios* longè breviorem nunc eſſe, quàm olim fuit: ex Epiſtolâ enim nuncupatoriâ, quæ primam ejus partem conſtituit, colligi poſſe, quod hic tractatus olim duos partes, unam *polemicam*, & alteram *hiſtoricam* complexus fuerit: *polemicam* nunc deeſſe, vel ſaltem non ſuo loco collocari, ſi cum *Papebrochio* ſtatuamus, quatuor *Athanaſii* Orationes contra Arianos primam hujus operis partem eſſe. *Quatuor Orationes* dicit, etſi enim in *Athanaſii* editionibus vulgò quinque occurrant, prima tamen non eſt oratio contra Arianos, nec cum quatuor ſequentibus Orationibus, quas ab antiquis ſub nomine librorum *de Trinitate* allegatas fuiſſe obſervat *Petavius* Jeſuita libr. 5. *de incarnat.* c. 15. quicquam commercii habet, ſed eſt Epiſtola encyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, unde in editione Benedictinorum ſub eo nomine edita, & à quatuor Orationibus contra Arianos ſeparata deprehenditur. Credit igitur *Ittigius* eas non tam diverſas Orationes eſſe quàm quatuor libros unius operis adverſus Arianos, quod tamen Clariſſ. *Godef. Hermantio* lib. 7. de vitâ *Athanaſii* c. 25. probabile non videtur. Sed aliter ſtatuit *Papebrochius*, qui, ut diximus, has 4 Orationes adverſus Arianos *primam* Epiſtolæ *ad ſolitarios* partem conſtituere debere. *Secundam* verò, nempe *hiſtoricam* quod attinet, eam non eſſe hodie ampliua integram, ſed mutilam, ex ipſo ejus initio apparet. Huic addit ſubjungi debuiſſe Syllogum *Athanaſii*, ſeu Apologiam ſecundam. At *Papebrochii* conjecturæ non favere videntur Benedictini. Nam quæ in aliis editionibus *Apologia ſecunda* dicitur, in poſtremâ *Apologia contra Arianos* inſcribitur, nec *Syllogi* nomine donatur.

28. *Epiſtola ad omnes ubique ſolitariam vitam agentes*, Lat. (*u*) in receſſu eremitico, ut & præcedentes Apologiæ, ſcripta. Tota haberi videtur primis duabus paginis, & cum voce ἀμυλῶ finiri, & dedicatoria eſſe librorum contra Arianos. Reliquum verò Operis à voce Αὐτοὶ alterius alicujus Operis ἀκέφαλον fragmentum eſſe. Certè infra *pag.* 652. dicuntur quædam præmiſſa, quæ in hac Epiſtola nuſquam reperiuntur. Sic *Flecmannus* in Not. in Athanaſ. *p.* 71.

29. *Proteſtatio Populi Alexandrini* anno 356 facta.

30. *Epiſtola* ad Monachos *de Synodis Arimini* (x) *& Seleuciæ*, mortuo jam *Conſtantio* ſcripta.

31. *Epiſtola ad Africanos Epiſcopos adverſùs Arianos.*

32. *Epiſtola ad omnes ubique Orthodoxos*: hanc in S. *Athanaſii* memoriam die 2 Maji publicè legi ſolitam monet Scholion, quod in Codice quodam MS. habetur. Hæc eſſe videtur Epiſtola, quam Gallicè verſam à quodam viro Religioſo S. Dionyſii, & Pariſiis apud Macé 1564. 8. editam memorat *Ant. Du Vardier* in Bibl. Gallicâ, hoc tit. *Epitre de S. Athanaſe envoyée aux Catholiques & vrais fideles diſperſez du temps de la perſecution de l'Egliſe par les Ariens* &c.

33. *Epiſtola ad* Joannem *&* Antiochum.

34. *Epiſtola ad* Palladium.

35. *Epiſtola ad* Dracontium.

[*u*] Habetur in Append. Bibl. PP. Bignæanâ Pariſ. 1579. [*x*] Vid. ſup. *p.* 560.

36. *Epiſt. ad Marcellinum.* Hanc ab opere *Athanaſii* de titulis Pſalmorum, (cujus meminit *Hieronymus*,) diſtinctam eſſe monent Benedictini. Vid. inf. *p.* 673. num. 8. ſub finem.

37. *De Sabbato & Circumciſione.* Athanaſio abjudicant Benedictini.

38. In illud, *Quicunque dixerit verbum contra Filium*, &c.

39. In illud, *Profecti in Pagum*, &c. Hanc Homiliam *Athanaſio* non dignam eſſe putant Benedictini.

40. *De Virginitate.* Iſtius quidem argumenti librum conſcripſiſſe *Athanaſium* conſtat (*y*). Verùm an is, qui nunc extat, genuinus ſit, jure merito dubitari queat.

41. *Homilia de Semente.* In eâ ſuppoſitionis notas obſervarunt Benedictini.

42. *Oratio contra omnes Hæreſes*; de hoc Sermone an genuinus ſit, quidam dubitarunt. Videtur tamen Benedictinis ex *Athanaſii* Libris excerptus, utpote in quo adverſus eoſdem Hæreticos agitur, eademque argumenta adhibentur. Et in Codice Globeriano, (teſte *Sculteto* apud *Rivet.* Crit. Sac. lib. 3. cap. 5. ſub finem) habuit annotationem Græcam Romani Anagnoſtæ, quæ ſic Latinè ſonat: *Hic ſermo non eſt magni Patris Athanaſii, ſed alienus, ut etiam vilis, vel confuſus ut plurimum.*

43. *Oratio de Melchiſedeco.* De eâ dubitat *Flecmannus*, quòd in fine ejus mentio fiat Patrum Nicænorum quaſi τῶ κατὰ καιρὸς γεγονότων: quod tamen *Athanaſius* circa poſtrema vitæ ſuæ tempora dicere potuiſſe notat *Caveus*: at puerilibus adeo commentis reſperſam eſſe ajunt Benedictini, ut non modò non pro genuino *Athanaſii* opere habeant, ſed & vix quopiam Græco doctrinæ ac judicii vacuo dignum ipſis videatur.

44. *Ad* Serapionem *de Spiritu Sancto* Epiſtolæ II. quæ nonniſi compendium exhibent Epiſtolæ ad eundem poſterioris ſupra memoratæ.

45. *Contra Arianos λόγος ἀσύμμος*, qui ferè nihil aliud eſt, quàm ἐπιτεταγμένον Orationis primæ contra Arianos.

46. *Libellus Precum*, ſeu Colloquia varia Arianorum cum *Joviano* Imp. Antiochiæ habita; quæ forſan non ſunt *Athanaſii*, ſed ex Actis publicis videntur deſcripta.

47. *Reſponſum ad Epiſtolam Joviani* Imp. cum Imperatoris Epiſtolâ.

48. *Epiſtola ad Ammun Monachum.*

49. *Epiſtola tricesima nona Feſtalis fragmentum.*

50. *Epiſtola ad Ruſinianum.*

51. *Ad* Luciferum *Calaritanum* (z) Epiſtolæ II. Lat.

52. *Fragmenta Commentariorum in Jobum & Pſalmos*, ex *Niceta Heracleota* Catenis in Jobum & Pſalmos deſumpta: quæ tamen non immerito forſan ſpuria cenſeri poſſent.

53. *Vita D. Antonii* (aa) circa A. 365 ſcripta: hujus meminerunt *Greg. Nazianzenus* Orat. 21. p. 376. *Hieronymus* de Script. Eccleſ. c. 87. *Socrat.* lib. 1. cap. 21. quæ verò extat hodiè, aut *Athanaſii* non eſt, aut multùm interpolata. Fatendum ſanè eſt plurima ex *Athanaſii* libro de vitâ *Antonii* loca à *Palladio*, *Socrate*, *Damaſceno* & aliis citata inibi reperiri; plurima tamen ibidem haberi nugatoria planè ac tanto viro indigna negari nequit (*bb*). In Editionibus *Athanaſii* annum 1626. præcedentibus Latinè ſolum exſtitit; demum anno 1616. *Pariſ.* Græcè & Latinè prodiit, cùm à D. *Hoeſchelio* Græcè priùs ſeorſim evulgata eſſet *Auguſtæ Vindel.*

[*y*] Vid. *Theod. Hiſt.* l. 2. c. 4. [*z*] *Cagliari* urbs Sardiniæ. [*aa*] Vid. ſup. ubi de illo diximus p. 500. [*bb*] Hæc eſt Cavei ſententia. Ita & ſentiunt *Rivetus*, *Scultetus*, aliique hodierni Critici. quorum tamen objectionibus reſpondent Benedictini, hocque opus *Athanaſio* aſſerere conantur.

ta-Viadel. 1611. Gallicè eandem vertit Sec. XVI. *Clemens Marchantius* & inſeruit Hiſtoriæ de Vitâ & Morte Sanctorum, unà cum Sermone in laudem Virginis Mariæ & beati Joſephi, ac Relatione Imaginis J.C. in Beryto crucifixæ.

54. *Synopſis S. Scripturæ*; ab hodiernis Criticis unanimi ferè conſenſu *Athanaſio* abjudicata: quòd ſi tamen *Athanaſii* non ſit, ſatis vetuſti Scriptoris opus eſt, idque non infimi ſubſellii.

55. *Teſtimonia è Scripturâ de communi eſſentiâ Patris; Filii, & Sp. S.* Stylus arguit non eſſe *Athanaſii*; quid quod & *Origenem* ab *Athanaſio* ſemper laudatum peſſimè exagitat, & Origeniſtarum Hæreſeos meminit? quin & loca quædam Quæſtionum ad *Antiochum* adducit. Liber tamen eſt peraotiquus, & videtur ante Neſtorianiſmum ſcriptus.

56 *Sermo in Paſſionem & Crucem Domini*: Juramentum omnino vetat, quod tamen in genuinis *Athanaſii* Scriptis ſæpe uſurpatur.

57. *Diſputatio contra Arium in Synodo Nicana* (cc). » Figmentum, inquit *Caveus*, Monachi cujuſdam » deſirantis ſequioris ævi eſſe videtur, uti ex multis » in ipſâ diſputatione deprehenſis indiciis patet. Neſcio verò, quid ſibi vult *Caſim. Oudinus* in Supplem. *p.* 31. cùm *Vigilio* Tapſenſi eam adſcribit. Ita & *Georg. Caſſander* & *Chiffletius*, qui multò ampliorem hujus libri dedit editionem, quàm quæ in veteribus *Athanaſii* operibus reperitur. Utramque exhibuerunt Benedictini.

58. *Sermo in Evangelium de Sanctiſſimâ Deiparâ Virgine, & Annunciatione ac Incarnationis myſteriis*: poſt Hæreſeos Monotheleticæ exortum ſcriptus, quippe quam ſæpiſſimè exagitat. *Caſim. Oudinus*, qui jamdudum conqueſtus eſt, D. *Athanaſii* opera ſtupendam confuſionem pati, & medicas Criticorum manus deſiderare, inter alios *Maraccium* & *Spinellum* perſtringit, devotos appellans Marianos, qui inter ecſtaſes ſuas nullum antiquitatis guſtum habeant, & nullâ aliâ de cauſâ opus de Deiparâ Virgine *Athanaſio* vindicent, quàm ut ecſtaticia ſuis exceſſibus ſatisfaciant. Vid. & *Anſillonium* alibi (*dd*) citatum *p.* 221. 222. deque aliis *Athanaſio* ſuppoſitis.

59. *Symbolum Athanaſii*; » Genuinum *Athanaſii* o» pus non eſſe ſatis indicat, inquit Cl. *Cave*, quòd » nec ipſe *Athanaſius*, nec ſequentium ſæculorum Scrip» tor aliquis ante *Theodulphum* Aurelianenſem libro » *de Spiritu S.* p. 72 ejus meminerit, nec in Eccle» ſiis ante annum milleſimum obtinuerit (*ee*), neque » ubique inclareſcere cœperit, donec à *Gregorii IX* » Legatis circa ann. 1233. in diſputatione CPoli ha» bitâ, ſub *Athanaſii* nomine, teſtimonii loco pro» latum fuerit. Sed de his plura alii (*ff*). Non ma» lè forſan à *Vigilio* Tapſenſi conſtructum, in Græ» cum ſermonem demùm verſum, & in Eccleſiarum » Archivis diu latitaſſe, credi poteſt. Certè, quod » *Vigilium* attinet, conjecturam firmat quod *Theo» dulphus* Aurelianenſis *Symbolum* citet ex iſtis *Atha» naſii* libris, qui *Vigilii* Tapſenſis eſſe jam certo dig» noſcuntur: quique in antiquo & probe noto Co» dice Floriacenſi cum *Vigilii* libris adverſus *Neſto» rium* & *Eutychem* conjunguntur.

Aliqui Auctorem hujus *Symboli* exiſtimant *Euſebium* Vercellenſem, ſeu martyrem, ſeu confeſſorem potius, *Athanaſii* ipſius æqualem. Alii credunt eſſe hominis Galli: uti *Petr. Pithaus* lib. de Proceſſ. Spir. Sancti. » *Magni* Athanaſii *Symbolum*, quamvis » Treviris, ut plerique tradiderunt, i. e. in Galliis, » à Theologo tamen inter illos doctiſſimo, acutiſſi» moque ſcriptum. » In *Pithæanam* hanc ſententiam, inquit *Voſſius* in lib. de tribus Symbolis, » maximè » inclinat animus; nempe ut ſit Theologi Galli, fa» cileque mihi perſuaſerim, conditum fuiſſe *Pipini*, » vel *Caroli M.* temporibus, occaſionem inter cæte» ra præbente controverſiâ *de Proceſſione Spiritûs Sancti*, ſuper quâ in Gallicis tum Synodis agebatur. » In mentem tamen venit, videri etiam poſſe ho» minis Hiſpani; quando circa eadem tempora quaſ» tio in Hiſpaniis agitabatur.

Celeberrimus Doctor Anglus *Daniel Waterland* in libro Anglico cui tit. *A Critical History of the Athanaſian Creed* &c. (*gg*) opus eſſe quinti Seculi arbitratur, ejuſque Auctorem *Hilarium*, ex Abbate Lirinenſi, Arelatenſem Epiſcopum.

Symboli Athanaſiani ſex formulas recitat *Wolffg. Gandlingius* in libro Norimb. A. 1681 in 8. à ſe evulgato cui tit. *Euſtratii Johannidis Zialowſki* Rutheni *brevis delineatio Eccleſiæ Orientalis Græcæ* (*hh*) ſcil. à pag. 69 ad 83. *Prima* eſt, quam *Gilb. Genebrardus* adeptus eſt ex MS. *Lazari Baiſſi* à *Dionyſio* Epiſcopo Zienenſi & Firmienſi A. 1533 oblato. *Secunda* eſt, quam olim evulgavit Baſileæ *Nic. Brylingius*, deinde in Gallia *Henr. Stephanus* A. 1565. *Tertia* eſt Jeſuitarum *Phil. Labbei* & *Gabr. Coſſartii* XL vicibus varians. *Quarta* eſt Eccleſiæ CPol. juxta *Genebrardum*, de quâ nimium diſcrepante à præcedentibus, etiam quoad integras voces & conſtructiones, non immerito quis dubitare poſſet, annon ſit ſuppoſititia, aut minimum corrupta, cùm videatur § 15 addi verba ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον (ἐκπορευόμενον) ſiquidem conſtet, Græcos hæc verba in Symbolo Athanaſiano non legere. *Quinta* hujus Symboli editio eſt, prout habetur Tom. II. Oper. *S. Athanaſii* edit. *Commelin.* p. 38. ubi notandum, in Verſione quidem Latina hujus exemplaris legi: *Spiritus S. à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens*: In Græco verò verba ἀπὸ τοῦ υἱοῦ non apparere. *Sexta* eſt, quam *Labbeus* ex *Uſſerio*, *Uſſerius* ex *Patricii Junii* Apographo A. 1647 publici juris fecit. Ex diverſis his *Symboli Athanaſiani* formulis, quæ ſit ipſius *Athanaſii*, difficile erit divinare. Omnes has unius eſſe Autoris, tot inſignes mutationes non concedunt. Voces ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον Symbolo huic intertextas eſſe inde probabile fit, tum quod ſic etiam fecerint Symbolo Nicæno, ut prolixè Autor à *p.* 54 ad 68. tum quod uſque ad Seculum XIV nemo contra Græcos Symbolum Athanaſianum produxerit, cùm tamen controverſia de Spiritûs S. proceſſione jam quingentos annos duraſſet.

Judicia Eruditorum de Symbolo Athanaſiano ſtudioſè collecta & inter ſe collata edidit Vir Cl. *Wilh. Ern. Tentzelius* Francof & Lipſiæ 1687. in 12. (*ii*) de quo libro dicemus verb. TENTZELIUS.

Ante annum 1690 Scripta duo Sociniana in Angliâ typis excuſa fuère: alterum cui tit. *Brief Notes on the Creed of St Athanaſius* &c i. e. Notæ breves ad Symbolum S. *Athanaſii*: alterum: *The brief History of the Unitarians*, h. e. brevis Hiſtoria Unitariorum ſive Socinianorum. Utrumque refutaturus Vir præſtantiſſimus Doctor Theologus Londinenſis *Wilh. Sherlockius* in vindiciis dogmatum de SS. Trinitate & Incarnatione Chriſti Anglicè editis, monet ente omnia *Annotatorem* illum, ſub prætextu explicationis, non niſi contradictionum perpetuarum notam inurere voluiſſe *Symbolo Athanaſiano*. Cætera vide ſub tit. SHERLOCKIUS ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1691. p. 213.

Extat de iſto Symbolo *Antelmiana* Diſquiſitio (*kk*), in quâ obſervat tam univerſalem eſſe hujus celebritatem, ut in Eccleſiis CPolitanâ quoque, Servianâ, Bulgaricâ, Ruſſicâ, Moſcoviticâ, non ſecus ac in Latinâ, etiam ſub *Athanaſii* nomine, commendatam

[cc] Excerpta exinde profert *Rich. Simonius* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *Cap. VI.* [dd] Vid. ſup. p. 667. cit. (*b*). [ee] Vid. infra cit. (kk) quæ obſervavit *Antelmius*. [*ff*] Vid. *Caveus* ipſa in Vit. *Athanaſ.* Angl. Sect. 6. Num. 10.

[*gg*] Excuſus eſt *Cantabrig.* A. 1724. in 8. Vid. *Clerici* Bibl. Anc. & Mod. *Tom. XXVI. p.* 448. [*hh*] Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1682. p. 6 [*ii*] Vid. *Acta Erud.* Lipſ. hujus anni *pag.* 141. [*kk*] Vid. ſup. *p.* 488. *n.* 7.

dicam agnoſcant non modò Catholici, ſed &, quos vocat, heterodoxi. Quin eò nervos omnes potius intendit, ut ab *Athanaſio* conſcriptum fuiſſe hoc Symbolum, confeſtim in tractationis primordio inficietur; poſt ad ætatem, qua celebrari demum cœperit, accedit; inde conjecturas, quæ Auctorem non Afrum, ſed *Gallum* (*Vincentium* ſcilicet *Lirinenſem*) reputandum ſuadeant, expendat, tandemque rationes & momenta congerat, quæ ad hoc aſſertum quadrent amplius, nomenque ac fata ſcriptoris, unà cum occaſione ſcriptionis latius declarent. Obſervationes quaſdam, quæ in hac Diſquiſitione occurrunt, notatu digniores, huc delibabimus. Quod *Petrus Felcmanus* ſive *Flecmanus Coronaus*, in Codice quodam MS Bibl. Palat. *Athanaſii* nomine inſignitum iſtud haberi ſcribat, nullius eſſe ponderis ait, cùm de idoneà codicis vetuſtate res nondum confecta ſit; quemadmodum nec illud quempiam morari debere dicit, quod editiones Operum *S. Auguſtini*, Pariſienſes ac Venetæ, ad Paraphraſin Pſalmi XX. verba quædam exin depromta adſcribant *Athanaſio*. Lovanienſes enim dudum obſervaſſe, quam ineptè aſſutus hic cento fuerit, ac inſuper teſtatos San-Germanenſes Ord. S. Benedicti Monachos, abeſſe eum ab omnibus, quos unquam viderint, Codicibus Manuſcriptis, adeo ut nihil reſtet dubii, quin à recentiore manu ſit additus.

De ætate quâ ſub *Athanaſii* nomine celebrari cœperit, ubi inquirit, *Voſſium* allegat, qui primò ad medium Sec. XIII. ſed poſtea, quamvis aliquanto meticuloſius ad annum 1000 antiquitatem ejus retraxerit (*ll*). Hanc tamen illi verecundiam excuſſam notat ab *Uſſerio*, qui ad *Caroli Calvi* tempora, & annum adeo 860 provocatit; imo *Jac. Sirmondum* ad A. 670 reſpicere obſervat. Ipſe verò *Antelmiæ* veram ejus originem ad medium Sec. Vti refigit, fidem appellans MSti alicujus vetuſtiſſimi Bibl. Colbert. notis ſuis ad hoc tempus haud recte remittentis. Quo in loco ſibi ſatisfaciendum ratus eſt *Paſch. Queſnello* Operum *S. Leonis* illuſtratori, qui ejus notitiam & originem inter annum 480 & 500 referat, imo illius Autorem poſt exortam damnatamque non ſolùm *Neſtorii*, ſed etiam *Eutychetis* hæreſin, floruiſſe ſtatuat, ideo quod *S. Leo*, ſcribens ad Orientales, & propriam Orientalium Eccleſiarum traditionem appellans, nuſquam *Athanaſii* Symbolum commemoraverit.

E Gallis opus hoc prima vice prodiiſſe *Pet. Pithæo*, *G. J. Voſſio*, viriſque eruditis aliis perſuaſum haberi monet, ob rationes certè non paucas nec contemnendas, v. g. quod præ aliis regionibus in Galliâ manifeſtari cœperit hoc Symbolum, & in illius metropoli, Treviris, repertæ ſint illius cunæ; præterea à Gallis Scriptoribus primò celebretur; à Synodis Epiſcopiſque Gallicanis primò receptum ac commendatum reperiatur *&c.* Trevirenſe porro ſolum ſeu Belgicam primam, patriam fuiſſe *Vincentii* Lirinenſis, cui opus iſtud aſſerere allaborat, è teſtimonio *S. Lupi*, Trevirenſis Epiſcopi, *Vincentii*que germani, probat, & occaſione patriæ ejus exploratæ, cauſas quoque neceſſitudinis, quæ ipſi interceſſerit cum *Salviano*, declarat, ac ex amicitiâ, quam cum *Severo*, metropolite Trevirenſi coluerit, elici hoc poſſe docet, cur ad Trevirenſes cumprimis ſuam confeſſionem tranſmiſerit *&c.* Cætera vide ſub VINCENTIO *Lirinenſi*.

Ad *Baronii* ſententiam tranſeo, qui hoc Symbolum ab *Athanaſio* anno 341 in Concilio Romano compoſitum fuiſſe tradit, cùm Romanus cæterique Epiſcopi recipere eum priùs nollent, quàm publicam & ſolennem fidei profeſſionem edidiſſet. Id autem pluribus ex *Voſſio* præſertim confutat *Tillemontius* alibi citatus (*mm*), ac Symbolum *Vigilio* Tapſenſi vindicare conatur, pro *Queſnelli* ſententiâ contra *Antelmium* diſputans, quamvis nec ideo tamen eam ſuo prorſus calculo adprobat. Imo fatetur, utriuſque ſententiam veroſimilibus niti rationibus, quibus varia adhuc opponi dubia queant. Quare tandem concludit, de Auctore hujus Symboli nihil quidem certi pronunciare poſſe; id verò certum, hoc ab *Athanaſio* non eſſe profectum, aſt antiquum tamen eſſe, ac Sec. VI circiter ortum. Addit, ex eo, quòd pars ejus in MS. Trevirenſi tantum extiterit, colligi forte poſſe, non uno eodemque tempore integrum confectum, ſed ſenſim creviſſe, (quod & viri quidam docti de Symbolo Apoſtolico ſibi perſuadent); *Athanaſianum* autem dictum fuiſſe aut per incertam conjecturam, aut quòd pars ejus præcipua illam contineat doctrinam, quam *Athanaſius* tam acriter propugnavit, tamque ſolide & accurate explicavit.

Inter legitima tamen *Athanaſii* ſcripta memoratur à *Poſſevino* in Appar. Sac. qui aliquot Scriptores nominat, & in his *Petrum Clenclerum* quem Diſputationes de Symbolo *Athanaſii* lectu valdè dignas Herbipoli *paucos ante annos* (*nn*) edidiſſe ait.

Gallicè editus eſt liber hoc tit. *La Foi Catholique des Peres Anciens, contenuë au Symbole de S. Athanaſe, avec quelques Sonnets*, Rupellæ (*à la Rochelle*) typis Haultini, 1579. 8. teſte *Ant. Du Verdier* in Bibl. Gall.

De Symbolo iſto ſcripſerunt item *Jacobus de Voragine* Januenſis Archiepiſcopus Sec. XIII. *Philippus de Barberiis*, Siculus, Sec. XV. *Hieronymus de Monopoli* in regno Neapolitano, Archiepiſcopus Tarentinus Sec. XVI. *Nicol. le Febvre* Gallus, Carnutenſis, Sec. XVII. omnes Ord. S. Dominici. *Didacus Ramirez de Fuenleal*, Conchenſis Epiſcopus &c. Sec. XVI.

A. 1730. in lucem prodiit typis *Claudii Journet*, in 12. Diſſertatio Gallica de eodem Symbolo: *Diſſertation touchant l'Auteur du Symbole* Quicumque *&c.* quam ab anno 1711 ſcripſerat Autor *Laurentius Joſe Clericus* (vulgò *le Clerc*) Licentiatus Sorbonicus, Theologiæ Profeſſor Emeritus (*oo*), unus è Directoribus Seminarii S. Sulpicii Lugdunenſis, qui hoc opus *Athanaſio* vindicare conatur, uti videre eſt in *Diar. Trevolt.* menſis Sept. A. 1730. ſuamque ſententiam jam ab A. 1703. d. 16 Aug. defenderat in Sorbonâ, dicens, Symbolum *Quicumque* nulli probabilius tribui quàm *S. Athanaſio*.

Prodiit nuper operâ & ſtudio *Joſephi Bianchini*, Canonici & Bibliothecarii Veronenſis, *Enarratio Pſeudo-Athanaſiana in Symbolum antehac inedita*: & *Vigilii* Tapſenſis *de Trinitate* ad *Theophilum* Liber VI. *nunc primùm genuinus, atque aſſumentis carens prolatus ex vetuſtiſſimo Codice Ampliſſ. Capituli Veronenſis.* Accedit *Symbolum Nicænum*, cum *Symmachi* Papæ Vitâ *ex vetuſtiſſimis membranis nunc integre in lucem emiſſâ.* Veronæ, A. 1732. in 4 (*pp*).

60. *Tractatus de Definitionibus* in quo *Gregorius* Nyſſenus citatus reperitur, *Maximum* forſan autorem habet, inter cujus Opera à *Combefiſio* edita locum ſortitur.

61. Dialogi VII. *contra Arianos, Apollinariſtas & Macedonianos*, in editione Heidelbergenſi bifariam dividuntur, & ex iis quinque priores *de S. Trinitate* Dialogi (*qq*) inſcribuntur, duo poſteriores titulum habent *Dialogi inter Orthodoxum & Macedonianum.* Dialogi omnes ab aliis *Maximo* Monacho, aliis *Etherio* Tyanenſi aſcribuntur. *Athanaſii* non eſſe certo certius eſt. Scripti enim ſunt poſt exortam Hæreſin Eutychianam. Vide plura in THEODORETO.

(*ll*) Hunc ſecutus videtur Cl. *Cave*, cujus verba ſuperius adduximus. (*mm*) Vid. ſup.

(*nn*) Teneo editionem *Apparatûs* Colon. A. 1608 fol. (*oo*) Hujus cum laude meminit R. P. *Domin. de Colonia* Soc. Jeſu in *Hiſt. Liter. Lugd.* Tom. II. p. 823. Conf. quæ de illo diximus ubi de Celeb. *Petri* BÆLII Dictionario. (*pp*) Vid. *Novelle della Rep. delle Lettere* ejuſd. anni p. 158. (*qq*) Hos primus evulgavit *Theod. Beza* A. 1570. At Benedictini nec *Athanaſium*, nec *Maximum*, nec *Theodoretum* Autorem habere credunt: ſaltem Tritheiſmo favere obſervant.

62. *Epiſtola*

Digitized by Google

62. *Epiſtola cujuſdam Præfationis loco ſcripta, in quâ motuum Eccleſiaſticorum tragœdia*, cum XVII. ſequentibus Capitulis. *Etherii* ſunt, *Photius* licèt manifeſtè lapſus *Theodoreto* aſcribit *Cod.* 46.

63. *Quæſtiones ex V. & N. Teſtamento* CXXXVI. *ad Antiochum, & Reſponſiones totidem*, in quibus ipſi *Athanaſius* & *Dionyſius* Areopagita citantur. Ex variis Patrum ſcriptis à ſtudioſo quopiam poſt ævum Monotheleticum collectæ videntur. Sequioris ævi fœtum eſſe vel exinde patet, quòd in iis Occidentales omnes Francorum nomine deſignentur. Secundum editionem Vicentinam 1482. publicatus eſt liber ille *Haguenoæ* 1519, *Joanne Reuchlino Capnione, Valent. Ampelandro*, & *Joanne Lampadio* Interpp. ac rurſus *Romæ*, 15 3.

64. *Dicta & Interpretationes Parabolarum Evangelii* Quæſtionibus CXXXIII. totidemque Reſponſionibus comprehenſa. Opus ſequioris ævi.

65. *Quæſtiones aliæ* XX. *cum Reſponſionibus totidem*, poſt enata inter Latinam & Græcam Eccleſias diſſidia ſcriptæ videntur.

66. *Diſputationes cum Ario Laodiceæ habita*, Lat. Has eſſe *Vigilii* Tapſenſis Epiſcopi omnibus jam notum eſt.

67. *De Trinitate* Libri XII. Lat. in editione Heidelbergenſi nonniſi ſeptem priores habentur, titulo *De unitâ Deitate Trinitatis* Libri VII. *ad Theophilum*. Eundem *Vigilium* Auctorem habent, juxta *Sirmondum*, *Labbeum*, & *Chiffletium*, at juxta Benedictinos *Idacium* Auctorem Chronicorum, cui octo tribuunt libros. Reliquos vero alterius ſed ignoti Autoris eſſe arbitrantur.

68. *Ad Monachos exhortatio.* Lat.

69. *Epiſtola ad Marcum Papam* cum reſcripto *Marci*, eundem cum Decretalibus auctorem habent.

70. *De Paſſione Imaginis D. N. J. C. crucifixa in Beryto* Relatio (rr) ab iconodulis conficta paulò ante Synodum Nicænam II. in cujus actione quartâ citatur. Extat Græcè in Bibliothecâ Cæſareâ Viennenſi. Exemplar ejus MS. ab editis haud parum diverſum, & multò auctius. Principium illius repræſentat *Lambecius* Comment. lib. 1. pag. 126. ut & verſionem antiquam Anonymam (ab *Anaſtaſiana* diverſam) integram pag. 128. Ex hactenus recenſitis, *Quæſtiones ad Antiochum*, *Definitiones Theologicas*; *Diſputationem cum Ario Laodicea habitam*, *Exhortationem ad Monachos*, *De Paſſione Imaginis Domini*, *Epiſtolam ad Marcum Papam*, *De unitâ Deitate Trinitatis* lib. VII. *Synopſin Sacræ Scripturæ*, apertè rejicit *Bellarminus*, & cum eo *Labbeus* aliique.

70. *Declaratio Levitici.*

71. *Homiliæ VII.* ab *Holſtenio* Latinè editæ.

73. *Expoſitiones II. de Incarnatione Verbi*, extant Lat. in Biblioth. PP. Tom. II.

74. *Oratio in Occurſum Domini.*

75. *Orationes II in S. Paſcha.*

76. *Oratio in Aſſumptionem Domini.* Habentur hæ quatuor Græc. Latin. unà cum notis ap. *Combef.* Auctar. Tom. I. pag. 479. Certè ſunt in oratione prima, quæ Hæreſin Neſtorianam & Eutychianam manifeſtò reſpiciunt. Duæ poſteriores *Baſilii* Seleucienſis eſſe videntur: *Neſtorio* tamen tribuit *Garnerius*.

77. *S. Syncletica vita*, Lat. ap. *Bolland.* ad Januar. 5. Græcè ap. *Coteler.* Vet. Monument. Eccleſ. Gr. *Tom. I. p.* 201. In MSS. nonnullis *Polycarpo* cuidam Monacho aſcribitur. Qui *Athanaſio* eam tribuunt, his adſentitur R. P. *Helyot* inf. cit. (ſſ) eorum vero, qui diſſentiunt, (inter quos Benedictini) rationes expendit, probatque *S. Syncleticam* Monialium Conventus primam inſtituiſſe. Hujus Vitam *Athanaſio* adſcribit item *Miræus* in Auctar. cap. 41. ex *Niceph. Calliſto* VIII. 4 eamque addit Græcè extare Scuriaci in Bibl. Regia Hiſpanienſi, quam à *Coſma Fontejo* Regio Græcorum Interprete Latinè redditam, brevi typis publicandam ſperat. Id autem an præſtitum fuerit hactenus non comperi.

78. *Liber de Obſervationibus Monachorum.*

79. *Exhortatio ad Sponſam Chriſti.* Utrumque opuſculum Latinè editum eſt ab *Holſtenio*, Pariſ. 1663 4°. in append. ad Codicem. Regular.

80. *Syntagma doctrinæ ad Clericos & Laicos*, ex Cl. Viri *Iſaaci Voſſii* Bibliotheca primùm editum Gr. Lat. *Pariſ.* 1685. 8°. cum *Andreæ Arnoldi* notis (tt).

81. *Commentarius in Epiſtolas S. Pauli*, qui ſub *Athanaſii* nomine, *Romæ* 1477. & 1496. (uu) fol. iterum *Tubingæ*, 1515. inter opera ejus Latinè prodiit, *Theophylacto* Bulgariæ Archiepiſcopo debetur.

82. Epiſtolæ variorum Pontificum ad *Athanaſium*, & *Athanaſii* ad Pontifices, quarum aliquot primum evulgarunt Benedictini. A viris quibuſdam otioſis ſcriptæ videntur, ſuntque laciniæ ex *Hiſtoriâ tripartitâ*, variis Epiſtolis Synodalibus, & Conciliorum Decretis.

83. *Orationes XX adverſus varias hæreſes.*

84. *Tractatus quinque*, quos primùm ex Cod. Vatic. evulgarunt Benedictini. I. de anima hominis, de libero arbitrio, de paſſionibus, de Trinitate, de Incarnatione & virtutibus. II eſt diſcurſus de mandatis Dei, pro iis qui mundo renunciarunt, & ſalvari volunt. III continet præcepta ad Monachos. IV. inſcriptus eſt *Commentarius de templo Athenienſi*, eo nempe cujus altari inſcriptum erat: *Deo incognito.* V tractat de corpore & anima. Minimi ſunt momenti quinque iſti libri; ideoque libenter omiſiſſent Benedictini, niſi pro quorumdam ſatiſfactione legem ſibi impoſuiſſent nihil ex iis prætermittere, quæ ſub *Athanaſii* nomine reperiri potuerunt.

OPERA Quæ non extant:

1. *Commentarii in Eccleſiaſten & Cantica Canticorum.* Hos legi, inquit *Photius* Cod. 139. Dilucidè dicit, ut in omnibus ſuis ſcriptis Ad earum tamen Epiſtolarum gratiam & venuſtatem, quibus ſeceſſum exculat ſuum, quæque ad exilium pertinent, exponit, neque hic liber, neque alius ejus (qui quidem in meas inciderit manus) attingit.

2. Contra *Valentem* & *Urſacium* liber.

3. Epiſtolæ ἑορταστικαὶ & aliæ plures.

4. Περὶ πίστεως λόγος ὁ μείζων ſæpius memorat *Theodoretus* in Dialogis, & ex eo fragmenta quædam exhibet.

5. Τῶν ἀρειομανιτῶν περὶ τῆς παρθένου λόγων. Idem meminit *Hiſt. l.* 2. *c.* 4. exinde laciniam breviuſculam exhibet.

6. *Liber Synodicus*, in quo nomina Patrum Nicænorum expoſita fuerunt, teſte *Socrate*, l. 1. c. 9.

7. In illud, *Nunc anima mea turbata eſt*, excerptum ejuſce tractatûs bene longum habetur *Act.* 14. *Synodi VI.*

8. *Hypomnemata in Pſalmos* à *Photio* memorata; *Germanus* Patriarcha CPol. verba quædam *Athanaſii* in Pſalmum LXXX adducit (in Epiſt. ad *Thomam* Epiſc. Claudiopol. *Act. IV. Synodi Nicæn.* II.) quæ in illo ad *Marcellinum* nullibi reperiuntur. Conf. ſup. n. 36. pag. 670.

9. *Epiſtola ad Eupſychium* mentionem facit *Theodoretus* Dial. 2. & fragmentum exinde citat Synodus Nicæna

(rr) Hanc Benedictini aliique viri docti rejiciunt, tanquam fœtum viri prorſus ineruditi. (ſſ) Diſſert. præ'im. ad *Hiſtoriam*, Gallice conſcriptam, *Ordinum Monaſticorum* Pariſ. 1714. ſ. VIII. ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1715. p. 427.

(tt) Vid. ſup. ubi de illo diximus p. 630. n. 2. (uu) Orlandi *Origine della ſtampa* pag. 282.

Nicæna e₀. Act. 6.

10. Παναγμ:ν@ εἰς τὺς κοιμηθένίας λόγ@, cujus laciniam axhibet *Damaſcenus* Orat. de Defunctis.

11. Porro *Theca*, ſeu *Volumina in Joannem* ab *Athanaſio* conſcripti meminit *S. Thom. Aquinas* (xx) & *Tractatû ejuſdem de peccato in Spiritum* S. Synodus Laterana I. An verò talia ſcripſerit *Athanaſius*, necne, incertum eſt. Quod & dicendum de aliis à *Cia-conio* in Bibl. ſuâ recenſitis.

Extant *Athanaſii* Opera Græco-Latinè *Heidelberg*. 1602. Tom. II. fol. cum Appendice *Felckmannianâ*, quâ Fragmenta plurima & Lectiones variantes continentur, *Pariſ.* 1627. II Vol. Fol. ex emendatione *Petri Nannii* Alemariani (yy) quæ pulchrior quidem eſt, & rutidior editio: in hoc vero palmam ei præripit *Commeliniana*, quòd indices tum in cæteris, tum præſertim in re hiſtoricâ longè copioſiores & accuratiores habeat. *Pariſienſem* aditionem ſecuta eſt *Colonienſis* vel *Lipſienſis* ſumpt. Weidmanni 1686. fol. cujus occaſione hîc locum habebunt quæ obſervant Eruditi Lipſienſes in *Actu* ejuſd. anni p. 270.

Cùm eruditis prope perſpectum foret quanto in pretio eſſent D. *Athanaſii* Opera, non deſuêre jam inde à primis renaſcentium literarum exordiis in hunc uſque diem, qui iiſdem conquirendis, Latinè vertendis, & vel unâ vel utrâque linguâ, ſeorſim conjunctimve in publicam lucem emittendis operam dederunt. Deſudarunt in hoc pulvere *Angelus Politianus*, *Joan. Reuchlinus*, *Eraſmus Roterodamus*, *Joan. Lampadius*, *Valent. Ampelander*, *Petrus Nannius*, *Wolf. Muſculus*, *Joan. Curterius*, *Theod. Beza*, *Abrah. Scultetus*, *Petrus Felckmannus* (zz), *Joan. Piſcator*, *David Hoeſchelius*, *Alb. Hungerus*, *Joan. Tillius*, *Franciſcus Turrianus*, *Fronto Ducæus*, *Petrus Pantinus*, *Lucas Holſtenius*, *Franciſcus Combefiſius*, *David Colvillus*, *Joan. Bapt. Cotelerius*, *Andreas Arnoldus*, & alii, quorum diverſus labor, nec eadem omnium fortuna, cum multi nubem pro Junone fuerint amplexi; quos inter etiam *Chriſtophorus Perſona*, qui *Theophylacti* in Epiſtolas Paulinas Commentarios *Athanaſio* perperam inſcripſit, antiquioribus *Athanaſii* editionibus, quæ *Lutetia* 1520, *Argentina* 1522, & *Baſilea* 1527 prodierunt, inſertos, ſed poſtea in *Colonienſi*, quam A. 1532 *Cervicornus* procuravit (1), aliiſque recentioribus Latinis pariter, (quales *Baſilea* 1556 curâ *Petri Nannii* & 1564 quatuor, *Lutetia* autem 1572 à *Sebaſt. Nivellio* & 1581 quinque Tomis fol. diſtinctæ, lucem aſpexerunt) & Græco-Latinis editionibus omiſſos.

Inter Græco-Latinas prima fuit *Commeliniana*, A. 1601. Heidelbergæ nata, quam in pleriſque ſecuti Pariſienſes anno 2626, de eo tantum ſoliciti, ut correctiorem & auctiorem exhiberent: quamvis correctionem non ubique ſatis feliciter tentatam fuiſſe vel ex eo pateat, quod in præfatione ad poſthuma *Petri de Marca* Opuſcula Celeb. monuit *Baluzius*. Ea quæ in Pariſienſi editione ad *Athanaſianorum* operum numerum acceſſerunt, ſunt imprimis Vita *Antonii* Eremitæ Græca, & *ſeptem Homiliæ* è diverſis Bibliothecis ab *Holſtenio* erutæ. Nam *Declaratio in Leviticum*, & alia quædam *Athanaſii* fragmenta, in Heidelbergenſi editione minime deſiderantur, ſed in Pariſienſi ſemel ſuo loco, & iterum ſub peculiaribus titulis leguntur, quod ut ſuperfluum in Palatina illa editiona *Fleckmannus* ſedulo præcavit.

Lipſienſem de quâ hîc, *Athanaſii* editionem Pariſienſi conformem eſſe ipſa titulus indicat. Neque novi quicquam accedit, præter opuſculum ab *Andr. Arnoldo* ſub *Athanaſii* nomine vulgatum, & à nobis ſuo loco memoratum. Cætera enim, ut vitam *Syncletica* in Actis SS. ad d. 5 Januarii ex interpretatione *Colvilli*, & poſtea à Clariſſ. *Cotelerio* edita Vid. ſup. p. 673 n. 77. aliaque nonnulla, quæ in Bibliothecâ Patrum ejuſque Auctariis ſub *Athanaſii* nomine leguntur, omittere placuit, ne dubii & ſuſpecti fœtus ſupra modum aucti genuinos oppreſſuri viderentur.

Lipſienſem ſecuta eſt editio *Pariſienſis* typis Aniſſonianis A. 1698. fol. in tres Tomos diſtributa, ſtudio ac diligentiâ Monachorum Benedictinorum è Congregatione S. Mauri.

Omnia quæ ſub *Athanaſii* nomine circumferuntur, duabus partibus, ſed tribus Tomis, primâ parte in duos tomos ſubdiviſâ, complecti Editores ſtuduerunt; Tomis duobus prioribus Opera *Athanaſii* genuina, aſt ultimo dubia cum ſpuriis exhibentes. Multa de cætero adjecerunt nondum edita, ac novam Græci textûs verſionem adornarunt. Opera omnia juxta temporis, quo ſcripta fuêre, ordinem, quoad ejus fieri potuit, diſpoſuerunt, & pleriſque admonitiones & præfationes addiderunt, in eorum aut νοθείαν aut γνησιότητα latius inquirentes, tempuſque & alia notatu digniora examinantes. Ope eximiorum codicum MS. Gallicanorum, Vaticanorum & aliorum, ſeriem orationis infinitis in locis reſtituerunt; varias item lectiones & notas ad illuſtrationem operum concinnatas, ſub paginarum calcem annexuerunt; copioſiſſimos denique ſub exitum Indices collocarunt, unà cum Onomaſtico, quod non *Athanaſii* ſolùm, ſed aliorum etiam Græcorum Patrum ſcriptis intelligendis percommodum futurum exiſtimarunt. Placuit autem Benedictinis lectores, antequam ad ipſa *Athanaſii* opera eoſdem admitterent, nonnihil in limine divertere, eoque fine Præfationem ſat prolixam condidère; ut it ea unicum habuiſſe videatur autorem Clariſſ. *Bern. de Montfaucon*, qui ablatum ſibi morte præmaturâ deplorat *Jac. Lopinum*, Virum Latinè & Græcè admodum probè, Ebraicè autem μετρίως eruditum, inque Philoſophicis apprimè verſatum, quocum ad mediam uſque Partem Tomi primi mutuas operas ſociaverit (2). Agitur verò in hac Præfatione de *Athanaſii* primum Manuſcriptis, è quibus codici Baſileenſi, cujus varias lectiones *Petrus Fleckmannus* edidit, à *Doxopatre* quodam, Viro erudito & de *Athanaſii* ſcriptis bene merito, exarato palma ſic tribuitur, ut ei tamen Regius Pariſienſis ſeptingentorum circiter annorum haud multum concedere putetur. Hinc ad codices impreſſos fit tranſitio, ac pro EDITIONE *Athanaſii* omnium PRIMA habetur *Vicentina* Ann. 1482 adornata, in quâ tamen perpauca Sancti hujus Patris Opera, *Omnibono Leoniceno* interprete, contineantur. Volumen, quod A. 1520 *Lutetia* apud Johannem Parvum prodierit, *Athanaſii*que nomen præfixum geſſerit, duas ſolum Orationes genuinas, & reliqua omnia ſuppoſititia habere dicitur. Ex iis, quæ A. 1527 *Deſiderius Eraſmus* Latine dederit, Epiſtolam primam ad *Serapionem* immerito prorſus *Athanaſio* abjudicari dolet clariſſimus præfationis Autor, qui denique *Petrum Nannium* inter Latinos *Athanaſii* editores palmam jure ſibi vindicare poſſe judicat (3). Diſſeritur hinc de editionibus Græcis, primoque loco collocatur *Commeliniana*

(xx) Lib. contra error. Græc. (yy) De eo vid. *Sweert.* in Athen. Belg. (zz) Alii perperam *Flecmannus*, *Keymannus*, & *Keymannus*. (1) Vid. *Geſneri* Bibl. *fol.* 98.

(2) *Lopino* ſubſtituit Cl. *Fabricius* in Notis ad *Hieron.* de Script. Eccleſ. cap. 87. *Ant. Pougetium* ejuſdem Congregationis Monachum, iſte verò non in editione Athanaſiana *Montfauconio* ac *Lopino* operam commodavit, ſed in *Analectis Græcis* edendis A. 1688. Vid. D. *Phil. le Cerf* Bibl. Bened. Congreg. S. Mauri. (3) De *Petri Nannii* labore hoc eſt *Poſſevini* judicium in Appar. Sacro. „ In „ hac verſione (*Athanaſii*) cum vir ille doctus laboraverit, lau„ dandus quidem eſt valdè; ſed & eſſet optandum, ut Scripturæ „ autoritates ad variantem vulgatæ Editionis verſæ fuiſſent; nonnul„ la verò cum Græcis exemplaribus collata diligentius (à Theolo„ gis præcipuè ſcholaſticis) ipſiſſimis (ut vocant) terminis enun„ ciarentur, quos Eccleſia Occidentis uſu jam tritos admiſit; ipſe „ autem *Nannius* minus æſtimaſſet *Eraſmum*, cujus etiam ica.... ape„ ruit multos & graves in Patrum Græcorum verſionibus *Jac. Billius Prunæus*. .... ne quid dicam aliud de *Eraſmo*, qui à reliqua „ *Athanaſii* verſione fortaſſe non tam abſtinuit, quòd (ut quidam „ ait) prolixus eſſet in Epiſtolis Synodorum recitandis, aut quòd „ quædam eſſent ſuppoſititia, quàm quòd de SS. Trinitate minus „ rectè ſentiret &c. Idem

melliana A. 1600 curata, quam multo accuratiorem futuram fuiſſe Autor reputat, ſi, quod confectò pene opere fecerit, ab initio ſtatim curam ejus ſuſcepiſſet *Felckmannus*; interim ſecundum eam A. 1608 Pariſiis ex officinâ *Claudii Chappleti* novam, ſed Latinam tantum prodiiſſe, aliamque A. 1618 eadem lingua, additâ modò Vitâ *Antonii* Græcè ex editione *David. Hoeſchelii* Auguſtani, curatam fuiſſe obſervat. De Pariſienſi Græco-Latinâ A. 1627 ſtudio *Johannis Piſcatoris* poblicatâ monet, multa ibi ex variæ *Felckmanni* lectionibus caſtigata, multo plura prætermiſſa, nonnulla vitiata fuiſſe. Verſionem autem *Nannii* multis in locis, & plerumque inconſiderate, mutatam queritur, ita ut contra fidem manuſcriptorum impreſſorumque codicum infeliciter augurando, editores ſua, non *Athanaſii*, ſubſtituerint. Tandem & poſtremæ illius, non A. 1681 ut notat in Præf. ſub finem pag. 3. ſed 1686 in Germania impreſſæ, à nobis ſupra memoratæ (4) meminit. Propriam igitur induſtriam ad operum *Athanaſii* verſionem (5) Benedictini attulerunt, mediam quaſi viam tenentes inter rationem transferendi παραφραστικὴν, & ſtrigoſam illam aliam, quæ Græca è veſtigio & κατὰ πόδα conſectatur, Græcaq; ſic reddentes, ut, quoad facultas tulit, à conſuetudine Latinæ Linguæ non deflecterent. Quæ aliaq; poſtquam indicavit Autor Præfationis, ad ſtylum *Athanaſii* contemplandum ſe accingit, commemoratiſqua aliorum de hoc judiciis, dictionem *Athanaſii* plus habere cenſet nativæ elegantiæ, quàm artificioſæ diligentiæ; preſſè eum plerumque loqui & breviter, & majore ſententiarum ubertata quàm verborum inſtructum videri, præſtare etiam ſalibus, nervis & τῷ ὀύλκῳ redundantiam omnem reſecante: quanquam ejus opera, ut & alterius cujuſque non pari elegantia concinnata fateatur, neque neget, nonnullis ex his aliquam peregrinitatem attuliſſe Latinæ linguæ uſum; velut ubi vocem θεηγόρος, item phraſin ἐκκλησίαν ἰδιωτεύειν εἰς πόλιν, adhibeat. Opera deinceps illius amiſſa ex *Hieronymo*, *Theodoreto*, *Baſilio*, *Epiphanio* & plutibus ſimilibus enumerat doctiſſimus Autor, quæqua ejus doctrina circa præcipua religionis Chriſtianæ capita fuerit, explanat. Mox Hæreticos allegat, quos vel datâ operâ confutarit, vel carptim modò tetigerit *Athanaſius*, *Arium* puta & Arianos, *Arrianas* & *Anomæos*, *Pneumatomachos*, *Baſilidem*, *Carpocratem*, *Valentinum*, *Ptolemeum*, *Marcionem*, *Montaniſtas*, *Manichæos*, *Sabellium*, *Paulum* Samoſatenum, *Rhetorium*, *Hieracam*, *Meletianos*, *Colluthianos*, *Photinum*, *Apollinariſtas*; de quibus ſingulis breviter diſſeritur. Succedit Synopſis diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quæ *Athanaſii* ævo obtinuerit; ubi recenſet accurate, quænam ille de conſuetudine Eccleſiæ, vel pluribus illoſtret, vel obiter tantum attingat, iis plerumque additis, quæ ad locorum ejus intelligentiam ſcito neceſſaria ſunt. Loca porro aliqua in notis breviter duntaxat expoſita latius heic deducit, tandemque eos celebrat, quorum operâ aut codicibus in hac editiona uti licuerit; quin & poſt quædam ex *Petri Nannii* præfatione excerpta, & poſt allatam integram, quæ in aditione *Commelinianâ* habetur, præfationem, Syllabum nectit eorum codicum, quorum ope comtiora hæc *Athanaſii* opera effecta fuerint. Additur & æri inciſa tabula topographica, Ægypti loca, quorum apud *Athanaſium* mentio, quàm proxime ad verum ſitum delineans; cui monitum præmiſſum, in quo nonnulli Geographorum in locis Ægyptiacis errantes redarguuntur.

Secundo loco inter Prolegomena extantiora, memoratu digna eſt Vita *S. Athanaſii*, nunc modò à Benedictinis magno ſtudio adornata: tametſi nec inter veteres, nec inter recentiores defuerint, qui ſimili labore bene de *Athanaſio* mereri ſtuduerunt. Ac nominant quidem ex illis Benedictini in præfatione *Euſebium*, *Hilarium*, *Gregorium* Nazianzenum, *Epiphanium*, *Ruffinum*, *Sulpitium Severum*, Autorem vitæ *Pachomii*, *Socratem*, *Sozomenum*, *Theodoretum*, *Gelaſium* Cyzicenum; ex his verò *Joannem Tortellium*, *Lipomannum*, *Godefr. Hermantium* & alios, (quibus *Guil.* etiam *Cave* in Antiquitatibus Eccleſiaſticis Anglico ſermone editis adjungendus fuerat.) Verùm, quid in ſingulis deſiderandum, unà adjiciunt. Ipſi vero ſtudio multo majori in hoc opere verſati nova non pauca, neque hactenus ut putant, obſervata attulerunt, totumque vitæ ab *Athanaſio* tranſactæ curriculum, Annalium in morem diſpoſitum accurate & copioſa adumbrarunt. Potiora inde huc transferemus ad ſupplendam illuſtrandamque ejus hiſtoriam.

Notant Benedictini vix minus duodeviginti annorum oportere fuiſſe tunc *Athanaſium*, cùm ad oram maris pueros baptizaret, ſi vera eſſet *Rufini* traditio, quam ideo explodunt, ſicuti à *Caveo* factum vidimus (6). Ann. 315 *Antonium* magnum illum ſolitudinis cultorem, adiiſſe, profectûſque & inſtitutionis causâ non modico tempore cum eo verſatum fuiſſe. Succeſſorem ab ipſo *Alexandro* deſignatum, attamen ut Epiſcopale munus declinaret, ſeſe proripuiſſe; eoque abſente Meletianos in Præſulis Alexandrini munus ſuæ quendam factionis hominem, *Theonem* evexiſſe, ſed hoc tribus elapſis menſibus extincto, *Athanaſium* ad id faſtigium promotum fuiſſe, eodem adhuc anno 326. quo *Alexander* deceſſerat.

Non ita multo poſt Epiſcopatûs ſui exordium, A. 327 Thebaidis Eccleſias Meletianorum diſſidio, Arianorumque motibus deflagrantes perluſtravit, quò vacillantes recrearet & firmaret. A. 330 *Frumentium* delegit Apoſtolum & Doctorem Abyſſinorum, qui non infelici cum ſucceſſu in regionibus iſtis Evangelium prædicavit. A 331. ab *Euſebio* & ſectatoribus varias expertus eſt inſidias calumniaſque, quas tamen forti tulit animo, zeloque erga Arianos multo majori incenſus, A. 332 *Conſtantino* Imperatori, *Ario* reditum in urbem Alexandriam concedenti, maſculè reſpondit, nullam eſſe Hæreticis Chriſto adverſantibus cum Eccleſiâ Catholicâ ſocietatem, nec poſſe ſe ſalvo officio hujuſmodi hominibus aditum præbere. Et tum quidem liberam rei ad arbitrium gerendæ facultatem obtinuit. Eodem anno Nicomediam petiit, Meletianorum ibi odia expertus, ſed ita victis Alexandriam reverſus eſt, ibique aliquantiſper in pace degit. Sed A. 333. Cæſareæ indicta Synodus, quæ criminationis, ac ſi *Athanaſius* Arſenium interfeciſſet, depulſionem ei injunxit, utut calumnia mox affatim diſploſa fuerit. A 334. avocavit Alexandriam *Antonium*, Monachorum illum Patrem, ut à ſe amoliretur inuſtam ſibi conſenſûs cum Arianis notam; id quod ille lubens in maximum *Athanaſii* gaudium mox præſtitit. Sed cùm hinc per otium & pacem, ſolitam augendæ rei Catholicæ operam navare deprehenderent illius hoſtes, interturbare ejus conſilia, & Meletiani maxime, ſtuduerunt, denuo ipſum apud Imperatorem reum agentes, & inveteratas confutataſque criminationes renovantes. Jubente igitur *Conſtantio*, indicta eſt A. 335 Tyria Synodus in quâ *Athanaſio* crimina varia objecta, ſed etiam haud difficulter, nec ſine ignominia hoſtium ingenti, depulſa fuerunt. Interim nihilo ſecius furori inimicorum cedere, ac in fugam dare ſe neceſſum habuit,

Idem *Poſſevinus* editam memorat *Orationem de Fide ac Religione Athanaſii* Ingolſt. 1582. ab *Alberto Hungero* verſam: item ſermonem in diem *Paraſceves* primò editum Antverp. 1598 Gr. Lat. *Petro Pantino* Toletano interprete: ac præterea varia cum Nicæâ Synodi Gr. Lat. *Witteb.* 1597. (4) Hanc mendis ſcatere notat Vir eruditiſſ. D. *Jac. Bernardus* inſ. cit. (5) De eâ quid ſentiat *ſumemus* infra videbimus.

(6) Hanc pluribus refellit *Tillemontius* in *Memor.* ad Hiſt. Eccleſ. *Tom. VIII* de quo vid. *Acta Erud.* Oct. 1704. Eandem pro verâ habet *Poſſevinus* in Appar.

habuit, damnatus interim a Judicibus iniquiſſimis & Epiſcopatu abdicatus, prohibituſque Alexandriam adire, ne tumultuum turbarumque autor exiſteret. Aſt mox CPolin pervenit ille, ubi tamen Imperatorem parum ſibi faventem deprehendit, ab ipſo quippe novis inimicorum criminationibus concitato, in Gallias relegatus. Vetuit tamen Imperator, ne in locum *Athanaſii* tunc alius eligeretur Epiſcopus: hic vero Treviros contulit ſe ſub initium anni 336. in quem *Arii* mors incidit; ſed quæ Sectatores à ſuis adverſus *Athanaſium* inſidiis avocare minus adhucdum potuit. Mortuo autem, anno 337 ineunte, *Conſtantino*, anno ſubſequente, permiſſu *Conſtantini* junioris, *Athanaſius* Alexandriam remeavit, aſt *Euſebii* & ſociorum livori ſe ulterius expoſitum cognovit, quippe qui non occultis uſi amplius inſidiis, aperte cauſam Arianorum ut ſuam agere cœperunt, & A. 339 *Piſtum*, Arianum Presbyterum, in *Athanaſii* locum, Epiſcopum conſtituerunt Alexandrinum. Sed *Athanaſius* A. 340 Synodum convocavit Alexandriæ, (Vid. ſup. *p.* 310.) & re hinc ad *Julium* Pontificem delatâ, ſat a eum faventem ſibi deprehendit. Mox verò A. 341 ingentes Alexandrinis turbas movit *Gregorius* Cappadox, in locum *Piſti* ab Euſebiania Epiſcopus illius urbis delectus, qui & *Athanaſio* anſam dedit per fugam denuo ſibi conſulendi, è quâ encyclicas ad omnes ubique terrarum Epiſcopos literas, indignitatem facti exponentes, ablegavit. Inde Romam pergens, à Papa *Julio* perhumaniter habitus fuit, qui & Euſebianos Romam citavit, datâque mox Epiſtolâ Synodicâ *Gregorium* & aſſeclas graviter objurgavit. *Athanaſius* verò in tanta temporum iniquitate, aliquot annis Romæ verſatus fuit; aſt incertum, quidnam in otio, quod ibi impetravit, geſſerit. Sicut autem interea frequenter excurrit, & *Conſtantem* Auguſtum, ubiubi locorum potuit, inviſit, ita & A. 349 Aquileiam ad eundem profectus eſt; ubi ſimul accepit literas *Conſtantii* Imperatoris, quibus ad maturandum reditum in patriam & Eccleſiam ſuam ſe excitatum vidit. Verùm vix è metu liberari potuit, ſecundamque ideo, quin & tertiam Imperatoris epiſtolam eadem mandantem expectavit; aſt ultimo, ſuaſu quoque *Conſtantis* accedente, Romam rurſus venit, *Julio* & Eccleſiæ valedicturus. Poſt Antiochiæ *Conſtantium* compellavit, cujus literis commendatitiis inſtructus, inque Palæſtinam cùm delatus eſſet, Hieroſolymis maxime acceptus fuit comiter ab omnibus, ac denique Alexandrinis ſuis, haud citra ſummum eorum gaudium, poſt moras adeo diuturnas redditus. Sedi ergo ſuæ reſtitutus, Arianoſque non indiligenter adortus, reſcriptis, orationibus, literis undequaque miſſis eos exagitavit: qui tamen, mortuo imprimis *Conſtante*, rumores in eum ſpargere rurſus occœperunt; ſed hic per aliquot annos in pace nihilo ſecius verſatus Alexandriæ, veræ fidei tuendæ ſugendæque plurimum intentum ſe exhibuit. Non ceſſarunt tamen adverſarii, uſquedum exacerbaſſent Imperatoris adverſus eum, utut innocentem, animum, qui & ipſam ei necem A. 355 intendit, miſſiſque in urbem Alexandrinam ducibus militibuſque, *Athanaſii* Eccleſiam invadi, & miſere cuncta miſceri fecit; ille vero manibus eorum, qui ipſi necem parabant, ſubtractus fugam capeſſivit, atque in ſemotiora Ægypti loca ſeceſſit, & è deſerto literas quaſdam hodieque ſuperſtites ad Eccleſiæ ſuæ addictos tranſmiſit, Apologiam quoque de fugâ ſuâ A. 358 elegantem edidit; ut Epiſtolam (7) ad Monachos de rebus ab Arianis geſtis, aliamque ad *Serapionem* de morte *Arii*, quatuor item libros contra Arianos, ſcriptaque alia taceamus. Mortuo demum A. 361 *Conſtantio*, imperioque mox potito *Juliano*, exulibus revertendi poteſtas ab eo data eſt: quamobrem & *Athanaſius* Alexandriam remeavit A. 362. ubi eodem adhuc anno vel ſequenti (8) Synodum celebravit. Enimvero Gentiles ſuæ addictum impietati Imperatorem nacti, metuenteſque cultui Numinum ſuorum, qui *Athanaſii* doctrinâ, ſermone, precibus decreſcebat in dies, *Julianum* in inſontem concitarunt, qui edicto peculiari *Athanaſium* ex omnibus Ægypti locis pelli mandavit. Ille igitur quartò jam ſolum vertere coactus, iterum profugit in deſertum, & ad *Juliani* uſque obitum, parum licèt tutus ab inimicorum inſidiis, ſedibus incertis apud Monachos eſt commoratus. Hinc Alexandriam A. 363 remigravit, ubi *Joviani*, Imperatoris Chriſtiani, gratiam mox nactus, tutus fuit à perſecutionibus, ac optima quævis ſub ejus quoque ſucceſſore *Valentiniano* polliceri ſibi potuiſſet, niſi is *Valentem* fratrem imperii conſortem ſibi elegiſſet. Hic autem ut animo in Catholicos infenſo fuit, ita Epiſcopos omnes, ac inter hos ipſum quoque *Athanaſium* è ſedibus ſuis expulit; hunc tamen, popularem forte ſeditionem reformidans, mox A. 367 revocavit, quietamque vitam agere permiſit. Totus ergo hinc Eccleſiæ curandæ intentus *Athanaſius*, A. 373 cum Epiſcopatûs annum 47 ageret, ætate ac ſenio confectus, prope octogenarius VI nonas Maji diem ſuum obiit.

Hæc epitome eſt Vitæ *Athanaſianæ* à Benedictinis latius deſcriptæ, (ſed non niſi illius, quam publicè & in conſpectu omnium exegit, qualis enim in vitâ domeſticâ & familiari fuerit, neſcire ſe ob antiquorum ſilentium, Epiſtolarumque *Athanaſii* jacturam, Noſtri conſitentur), quâ finita poſt exhibitam *Gregorii* Nazianzeni in *Athanaſium* Orationem, Græcam non minus ac ex *Jacobi Billii Prunæi* verſione Latinam, *quatuor* adhuc aliæ ejuſdem Vitæ delineationes ſubnectuntur, quarum tres priores Græco-Latinæ ſunt, ſed quarta Latinè ſolùm legitur. PRIMA Anonymi cujuſdam eſt, è *Socrate*, *Sozomeno* ac *Theodoreto* deſumta, quam tamen ſexcentis ſcatere fabellis, nihilque ibi ſanum, omnia contaminata & ſuſque deque verſa deprehendi, Editores aſſerunt. SECUNDAM ex *Photii* Bibliothecâ deſumptam, ipſius *Photii* judicio, quiſquilias continere ſine pari, innuunt. TERTIAM Simeonis *Metaphraſtæ* operâ concinnatam melioris quidem notæ, ſed cùm ex laciniis hinc & inde conſarcinata conſtet, non magni uſûs eſſe perhibent. Denique QUARTAM ad uſum Coptorum adornatam, & ex Arabico à Clariſſ. *Renaudotio* converſam innuunt. Utut autem hæc nugis & ineptiis ſupra fidem pleniſſima ſit, edere tamen eam voluerunt, ut gentis illius nugacitas vel exinde diſpalleſceret. De cætero, elogiis nonnullis, à quibuſdam veterum *Athanaſio* tributis, Prolegomena in univerſum omnia clauduntur.

Hîc non eſt omittenda quam ad amicum ſcripſit ſæpius à nobis laudatus doctus Benedictinus *Montfauconius*, Epiſtola (9), in quâ expendit 1ò an vera ſit narratio *Rufini* de baptizatis pueris ab *Athanaſio* puero: 2ò differit de tempore mortis *Alexandri*, Epiſc. *Alexandrini* (10), ac 3ò de anno obitûs *Athanaſii* Magni.

Ad *primum* obſervat multos eruditos viros *Rufini* narrationem vel primo adſpectu jure ſuſpectam habuiſſe,

(7) Hæc poſt Concilium Ariminenſe An. 319 celebratum ſcripta eſt.

(8) Vid. ſup. *p.* 310. (9) Hæc Pariſiis circa A. 1710 typis excuſa eſt in 8. Sed propter raritatem recudi curavit Clar. Editor *Bibl. Bremenſis* A. 1720. Claſſ IV. Faſcic. II. p. 221-273. qui hanc Epiſtolam, cùm in publicâ auctione occurreret, nonniſi immani, ut ipſe ait, ſoluto pretio obtinere potuit. Notat cum eâ conferri poſſe de baptiſmo *Athanaſii* J. G. *Marggraſii* Gotterburgi in Suecia Sacerdotis, eruditam Diſſertationem quam ille A. 1701 ſub præſidio celeberrimi *J. A. Schmidii* publice in Academia Julia defendit. Sed ut ad *Montfauconium* redeam, ſuam ille ſententiam in dictâ Epiſtolâ defendit adverſus Diſſertationem R. P. *Sollerii* Soc. Jeſu de Patriarchis Alexandrinis, uti monet *Elias Du Pin* in Bibl Autor. Eccleſ. Sec. XVIII *Tom.* I *Part.* I. Pariſ. 1711. in 8. *p.* 384.
(10) Vid. ſup. *p.* 283. c.

buiſſe, ejus tamen veritatem propugnaſſe nuperos quoſdam Scriptores, inter quos nominat Cl. *Ant. Pagium*: » cujus etiamſi nos, inquit *Montfauconius*, » auctoritatem magni faciamus, non poſſumus tamen » ei hac in re adſtipulari. Nam præterquam quod » ipſa per ſeſe hiſtoria non ita probabilis videtur, » neutiquam poteſt ad *Athanaſii* ætatem quadrare. Idque variis argumentis, atque ex ipſius *Athanaſii* verbis apertè demonſtrat.

Oſtendit poſtea *Alexandrum* ex Orientalium conſenſu, & ipſo *Athanaſio* confirmante, necnon Autore Libelli Synodici in Synodo Cæſarienſi*, obiiſſe 17 April. A. 326. non menſe Januario, nec etiam menſe Decembri 325. ut alii arbitrantur.

Quoad obitum *Athanaſii*, probat referri debere ad A. 373. non 371. uti plures poſt *Socratem* ſcripſerunt. Solus quod ſciam, *Trithemius* ad A. 379 retulit, & ex eo *Geſnerus* Bibl. ſuæ fol. 97 verſo. *Sixtus* Senenſis Bibl. Sanctæ lib. 4. ad A. 370. *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 290. ad A. 374.

Poſt Vitas S. *Athanaſii* ſupra memoratas, ad ejus Opera deveniunt Benedictini, facto à genuinis atque certis initio, quorum ſingulis præfationes adjiciuntur, de eorum tempore, occaſione, contentis, aliiſque eò pertinentibus prolixe interdum differentes. Iis verò quæ ſatis nota hactenus fuerunt & extantia, prætermiſſis, ea tantum indicabimus, quæ huic editioni acceſſêre, & in aliis ſive omnibus, ſive optimis tamen deſiderantur. *Tomi* I *Parte* I *Athanaſiana* contra Arianos *Apologia* admixtas habet duas Epiſtolas, non ab *Athanaſio* tamen ſcriptas, ſed primam à Synodo Sardicenſi ad Ægypti & Libyæ Epiſcopos datam, & innocentiam *Athanaſii* comprobantem; alteram Epiſcoporum Ægypti, qui Tyrienſi Synodo intererant, ad *Dionyſium* Comitem, in quâ de rebus contra jus & fas cum *Athanaſio* peractis illi conqueruntur. *Καθαίρεσις* ſeu depoſitio *Arii* & ſociorum ab *Alexandro*, Alexandriæ Archi-Epiſcopo, deſcripta, quæ *p.* 396. habetur, à Clariſſ. *Cotelerio* quidem ſuis ad Patres primi Seculi notis inſerta jam tum fuit. Sed cùm illa *Cotelerii* editio, abſumtis incendio exemplaribus prope omnibus, rariſſima evaſerit, hinc addere eam Benedictini non dedignati ſunt, Encyclicam (11) ejuſdem *Alexandri* Epiſtolam adjungentes, quâ res geſtæ in exortu Arianæ hæreſis, inque *Arii* & ſectatorum damnatione, enarrantur. Hanc equidem & *Socrates* exhibuit, ſed cùm eam multis reſperſam eſſe mendis, ac præterea Cleri *Alexandrini* ſubſcriptiones illic deſiderari, nec has apud *Gelaſium* reperiri integras vidiſſent Editores, novam & emendatiorem ex codice regio protrahere maluerunt. *Pars* Tomi primi *ſecunda* exhibet *p.* 867 duas *Athanaſii* ad *Orſiſium* Epiſtolas, ſed breviores, ejuſdemq; *p.* 868 narrationem ad *Ammonium* Epiſcopum & alios de fugâ ſuâ ſub *Juliano* Auguſto. P. 967 habetur Epiſtola ad Monachos poſt A. 364 ſcripta, quæ iſtos hortatur, non modo ut Arianos averſentur, ſed etiam ut ab iis declinent, qui cum Arianis converſati fuerint, niſi reſipiſcant. Hanc extare dicunt Noſtri in *Commelinianâ*, ſed omiſſam mirantur in *Pariſienſi*. Latinam Celeb. Editores interim ſolam exhibent, cùm exemplar Græcum, magnâ licèt curâ perquiſitum, nanciſci haud potuerint. Sequitur *p.* 968 fragmentum nunc primum è MSto protractum, ſed itidem Latinum, Epiſtolæ A. 356, cùm juſſu Imper. *Conſtantii* Alexandrinæ Eccleſiæ ereptæ eſſent Catholicis, traditæque Arianis, ſcriptæ, quâ è deſerto ſuos conſolatur *Athanaſius*. De Trinitate & Spiritu Sancto *p.* 969. *ſeqq.* liber, & is Latino quidem ſermone conceptus, legitur, quem hactenus præpoſterè unâ inſcriptione conjunctum notant Editores cum illâ Confeſſione, quæ *Tomo II* poſt libros de Trinitate agmen claudat.

Aſt priora ſane Scripta *de Trinitate* à Latino quodam adornata fuiſſe concedunt; hunc verò librum pro verſione habent Græci alicujus opuſculi ab *Athanaſio* conſcripti: unde eidem, utut inelegans ſit & parum accurata tranſlatio, locum hic concedendum exiſtimarant.

Præcipuum verò operum quæ editioni huic acceſſerunt, *Expoſitiones* arbitramur, quibus *Pſalmos Davida* ad uſque CXLVItum illuſtravit *Athanaſius*, diu expetitas illas, & à pluribus antiquæ, mediæ & infimæ ætatis autoribus celebratas, ſed nondum hactenus quoad contextum integrum typis exſcriptas. Has igitur è tribus Codd. MSS. Regiis deprompias Benedictini cum verſione ſuâ exhibent, à pag. 1008 ad 1140. Reliqua, quæ adduntur, fragmenta modò minora ſunt, & aliqua ad librum *Jobi*, ad *Cantica*, *Matthæum*, *Lucam*, ad *Epiſtolam ad Hebræos* ſpectantia, aliaque iſtius generis complectuntur. In Canticum *Mirjam*, ſeu *Mariam* ſororis *Moſis*, ſcripſiſſe *Athanaſium*, ſe nuſquam hactenus inaudiviſſe Editores teſtantur, ac proinde ſpecimen commentarii iſtius à Cl. Viro *Antonio Maratorio* tranſmiſſum in præfatione ad *Expoſitiones Pſalmorum* ſuppeditant.

In peculiarem tomum conſtipata ſunt *Athanaſii* Scripta non dubia modò, ſed & ea, quæ manifeſte ſpuria Benedictinis apparuerunt. In his autem cùm aliqua occurrant, quæ, ſi vel primoribus labris attingas, ſtatim ut peregrina & ab *Athanaſii* illâ [illegible] prorſus abhorrentia reſpuas, utpote *Diſputatio contra Arium* in Synodo Nicæna, *Sermo contra hæreſes*, *Hiſtoria Melchiſedeci*, liber *de definitionibus*, ſimiliaque; alia autem fraudes paulo tegant accuratius: hinc ejuſmodi libellis Monita ſemper ſua præmiſerunt, & quâ de cauſâ eos aut dubiis aut ſpuriis annumerent, dilucide expoſuerunt. Sed addiderunt quoque ſpuria nondum hactenus vulgata, eaque numero haud pauca, non quòd luce hæc adeo digna exiſtimarent, ſed quòd obtemperare voluerunt plurimis eruditione claris, qui, quæ *Athanaſii* nomen præ ſe ferunt, publici eſſe juris cuncta deſideravêre, ut luſtrare ſingula, inque iis judicium ſuum exercere poſſent. Ea verò, quæ cum proxime præteritis ſeculis, fraudi opportunioribus, *Athanaſium* impune mentita fuiſſent, inſtaurato demum literarum uſu, ex *Athanaſianis* dudum ejecta ſunt, hic omiſêre, qualia *Theophylacti* in Epiſtolas Paulinas Commentaria, in prioribus Galliæ editionibus ad frontem operum *Athanaſii* collocata; libri *Hilarii* de Trinitate, *Athanaſio* adſcripti; Dialogus *Joannis Damaſceni* contra Manichæos, aliaque ſimilia.

Haud aliena eſt à præſentis Tomi inſtituto nova, (quam *p.* 719 *ſeq.* legere licet,) in *Symbolum*, quod vocari ſolet *Athanaſianum*, Diatribe, in quâ veterum de eo teſtimonia, temporum obſervatâ ratione, primùm recenſentur; hinc de codicum, in quibus extat hoc opuſculum, ætate, conditione ac inſcriptionum varietate diſſeritur; porro de autore diſpicitur, ac è reliquis, quæ itidem allegantur, circa eum ſententiis, *Antelmiana* (12) pro veriſimillimâ quidem, nondum tamen abſolute certâ, venditatur, relictâque in medio deciſione, in Galliis certe iſtud elucubratum fuiſſe concluditur, variæque *Symboli* formulæ tam Græcæ quàm Latinæ, quin & Gallicæ duæ ſubjunguntur (13), annexâ etiam explicatione ejus Latine compoſitâ, & ex codice cœnobii San-Germanenſis Pariſienſis plus quingentorum annorum exſcriptâ.

Poſt Indices locupletiſſimos, Græcum quatuor foliorum Onomaſticon occurrit, quod voces vel inſolitas, vel quarum ſignificationes peculiares aut minus

(11) Vid. ſup. *p.* 282. *b. n.* 1.

(12) Vid ſup. p. 671. cit. [oo] (13) alteram ſexcentos alteram quadringentos antiquitatis annos habere perhibent Benedictini.

S. ATHANASIUS.

nus obſervatæ ſunt, quæque in his *Athanaſii* operibus occurrunt, breviter quidem, ſed dilucide tamen, explanat (14).

Hanc *Athanaſii* Benedictinorum editionem prioribus eſſe anteponendam agnoſcit equidem *Rich. Simonius* (15), at mendis non omnino immunem contendit (16), & in plurimis locis *Montfauconium* immeritò *Nannii* verſionem immutaſſe, in aliis verò ubi non ſatis dilucida deprehenditur, hanc ſcrupulosè nimis ſecutum fuiſſe; quod variis exemplis probare aggreditur. Quibus addit, vitium in totâ editione regnare, magnam ſc. licet incuriam in his quæ ad notitiam Librorum Sacrorum ſpectant. Cæterà optimè ait *Montfauconium* animadvertiſſe Synopſin S. Scripturæ non eſſe *Athanaſii* Magni, ſed junioris, quem iridem fuiſſe Patriarcham Alexandrinum (17), & Seculo integro poſt ſeniorem vixiſſe opinatur idem *Simonius*. Juniori ait nuncupaſſe *Euthalium* Summaria Actuum Apoſtolorum & Epiſtolarum D. Pauli; de quo opera, deque *Athanaſio* juniore fusè agit in ſuis Collectaneis Vir ſummæ eruditionis *Laur. Alex. Zacagnius* Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos.

Eruditiſſimus ille Benedictinus *Montfauconius*, cui potiſſima gloria debetur in editione *Athanaſianâ*, novendecim hujus Patris opuſcula (18) ſpuria partim, partim genuina, & ſingola quidem hactenus *ἀνέκδοτα*, eaque ex MSS. Codd. Græcis, Italicis, Gallicaniſque eruta, Latine verſa, Notiſque & Præfationibus illuſtrata edidit Tomo II *Novæ Collectionis Patrum & Script. Græcorum*, Pariſ. A. 1707. unà cum aliis *Euſebii* Cæſareenſis, & *Coſmæ* Ægyptii (19). Quæ vero ad *Athanaſium* ſpectant, hæc ſunt.

I. *De Legatione Eccleſiæ Ancyranæ ad Athanaſium pro causâ Marcelli.*

II. *Sermo major de Fide*, à *Theodoreto* laudatus, quo egregia contra Arianos aliosque Athanaſiam ævi hæreticos diſceptatio continetur.

III. *Fragmentum de Paulo Samoſateno*, in quo oſtendit *Athanaſius* Paulum *Zenobiæ* Patrocinio nixum fuiſſe, dum errores ſpargeret, ſed nihil ipſi profuiſſe ejus patrocinium, nec obſtitiſſe, quominùs is ab Epiſcopis in Synodo coactis damnaretur.

IV. *Fragmentum de Stephano Antiocheno*, pars hiſtoriæ cujuſdam ab *Athanaſio* conſcriptæ, ubi de conſpiratione *Stephani* in Legatos Synodi Sardicenſis, *Euphratem* & *Vincentium*, ſtructâ, quam in Hiſtoriâ ad Monachos carptim ille tetigerat, pluribus agitur.

V. *Epiſtola ad Monachos*, quæ, licèt breviſſima ſit, pulcherrimas tamen de Arianorum conſortio declinando præceptiones offert.

VI. *Comment.* ſive *Sermones in Matthæum*, quorum pars jam olim quidem edita proſtat, ſed ita, ut ſæpius ab initio, inque medio & fine mutilatio deprehendatur, quæ jam penitus ſublata eſt.

VII. *Comment. in Lucam*, de quibus idem monet Autor, quod de Comment. in Matthæum.

VIII. *Homilia in Canticum Canticorum*, quæ in Cod. Bibl. Ambroſianæ Mediolanenſis *Athanaſio* tribuitur. Sed eam otioſi & imperiti hominis opuſculum vocat noſter *Montfauconius*, eo tempore fortaſſis editum, quo Manichæi in Oriente turbas dederint (quod præſertim Sec. VIII. IX & X contigerit,) quandoquidem ſcriptor iſte Manichæos, ut tunc vigentes, commemoret.

IX. *Sermo de Patientiâ*, quem poſtremæ Arianorum carnificinæ ſub *Conſtantio* Imper. excitatæ imaginem præferre dicit.

X. *Homilia in Ramos Palmarum*, parem cum Epiſtolis feſtalibus, conſonantiam exhibens.

XI. Opuſculum in dictum Apoſtoli: *Novi hominem raptum uſque ad tertium cœlum*; quod ex vitiato linguæ Græcæ uſu inter ſpuria ablegatur.

XII. Opuſculum in aliud Apoſtoli dictum: *datus eſt mihi ſtimulus carnis*, quod pari *vitio* vitio laborare dicitur.

XIII. XIV. *Argumentum & Supplementa in Pſalmos*, in quibus ea quæ in *Athanaſio* Benedictinorum edito deerant, ſuppleantur.

XV. *Fragmentum contra Macedonianos*, ideo inter alia obſervandum, quod, cum in iis, quæ antea prodierunt, operibus Pneumatomachorum hæreſin tacito ſemper *Macedonii* & *Macedonianorum* nomine *Athanaſius* refellit, hic nominatim illos perſtringit.

XVI. *Fragmenta contra Novatianos*, *ἀποσπασμάτια* inſignis cujuſdam contra eoſdem hæreticos operis. Non alia ſunt forte duo *Athanaſii* fragmenta, ex ejus Sermonibus adverſus Novatianos, quæ adhuc *ἀνέκδοτα* & Cl. *Montfauconii* induſtriam fugiſſe credidit Vir Cl. *Joh. Chriſt. Wolfius*, ideoque edidit Tom. IV. *Anecd. Sacr. & Prof.* Hamb. 1724. in 8. (20).

XVII. *Fragmentum de amuletis ſive præſtigiis*, in quo contra eos, qui inſtante morbo ad ſtriges ſeu vetulas confugiebant, agitur, veneficarumque hujuſmodi uſus & conſuetudo paucis depingitur.

XVIII. *Fragmenta alia*, *variis ex locis excerpta*, & varii argumenti themata pertractantia.

XIX. *Brevis* denique *expoſitio fidei*, cujus omnia dicta ad repudiandam Arianorum & Pneumatomachorum hæreſim concinnata ſunt.

His Athanaſiania Opuſculis præmittuntur Animadverſiones in Vitam & Scripta *S. Athanaſii*, in quibus præter alia aſſeritur: *Athanaſium* à Martyribus fuiſſe inſtitutum; aſceticam aliquandiu vitam egiſſe, ſub *Antonii* Monachorum Parentis diſciplinâ; Libros ſuos *contra Gentes* & *de Incarnatione* ante A. 319 publicaſſe; *δίαν ποιήσας* eſſe *Cleopatram* hiſtoriam mulierculæ, quæ *Athanaſium* in Synodo Tyria illati ſibi ſtupri inſimulavarit, ſuſpectam omninò videri; *πυκτίον τῶν θείων γραφῶν*, quæ *Conſtanti* Auguſto *Athanaſius* miſit, cum *Synopſi* Scripturæ Sacræ, quæ ab ipſo adornata, (ſed minus recte) dicatur, haud coincidere; *Liberii* contra *Athanaſium* Epiſtolam haud eſſe germanam; (vid ſup. *p.*669. n. 10) nec eſſe *Athanaſii* Epiſtolam, quæ vocatur *Catholica*: ut alias ejuſmodi animadverſiones taceamus, in quibus plerumque res ipſi eſt cum *Tillemontio*, ſententiam Benedictinorum non ſemel oppugnante.

Eruditorum de S. ATHANASIO *Judicia*.

De *Athanaſio* judicium *Ambroſii* Camaldulenſis ex ejus Epiſt. X. Lib. XV. quæ legitur apud *Edm. Martene* (21) huc exſcribere juvat. » Converti me, in» *quit*, ad *Athanaſium* legendum, tantaque ſummi & » eximii viri admiratio tenuit, ut ab eo divelli non » poſſim. Legi *duos* ejus libros *adverſus Gentiles*; nam» que in primo gentilem ſuperſtitionem arguit, in ſe» cundo crucis ac divinæ incarnationis tuetur ignomi» niam, tantâ argumentorum vi, ſententiarumque » gravitate, ut agi quidem videtur ea cauſa, ut eſt » à pleriſque acta, & inprimis à noſtro *Lactantio*, » dignius tamen atque divinius non poſſe videatur. » Legi ex ordine *tres* jam libros *adverſus Arium*. Nam » quinque ſunt, & magni quidem; tantâque fragran» tiâ pietatis refectus ſum, ut nihil me legiſſe memi» nerim, quod huic operi conferri poſſit. Eminet in » eis Litteris incomparabilis viri venuſtas quædam

»tum

(14) Ex *Actis Erud.* Lipſ. Maji 1699. Vid. & *Hiſt Oper. Erud.* & *Diar. Pariſ.* Decemb. 1698. p. m. 746. D. Jac. Bernardi *Nov. Reip. Litter.* Mart. April. Maji & Junii 1699 (15) Crit. Bibl. Eccleſ. *Lud. Ellia Du Pin* Lib. I. Cap. XI. (16) *Laborem incomparabilem* vocat *Elias Du Pin* ubi de *Montfauconio* agit in Bibl. Sec. XVII Part. V Serie I. p. 295. in 8 (17) Vid. ſ. ſ. ubi de *Athanaſio* Presb. Alexandr. (18) Hæc alii que recenſuit doctus ille Benedictinus in *Diario Italico* A. 1702. impreſſo. (19) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1707. p. 434.

(20) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1725. p. 218. (21) *Veter. Scrip.* & *Monum.* *Collectio.* Pariſ. 1724. *Tom. III.* pag 1c8 Inſcripta eſt hæc Epiſtola: *De Euſebii Cæſarienſis Hiſtoria, atque S. Athanaſii lectione, & quibuſdam aliis rebus litterariis.*

» tum ſententiarum, tum verborum, digna profectò » quàm omnes admirentur, venerentur, ament. Gran- » diter enim eam cauſam, ut dignum fuerat, agit, » cunctaſque illius hæreſis objectiones ita aperit, ar- » guit, refellit, tantaque Scripturarum Sacramenta » enodat, ut exſatiari ejus lectione non poſſim. Quid » plura? Statui apud me, convertendo (22), igneo » ac cœleſti homini, debitis meis me totum dedere, » ſi quid otii ſuppeditare poterit. Nihil enim illius » doctrinâ ſalubrius, nihil ignitius reperiri poſſe con- » ſtanter affirmaverim. Eum, ut dixi, ita lego ut » avelli non poſſim, ſicque ut in ſcribendo amicorum » litteris tardior atque negligentior ſim. Totus enim » iſthic ſum, legam totum, ac poſtea quicquid fa- » ciundum perſcripſeris, faciam.

De *Athanaſio* Deſid. Eraſmus *Epiſt.* 88. *lib.* 29. Erat, *inquit*, Vir ſeculo tranquilliſſimo dignus, de- diſſet nobis egregios ingenii facundiæque ſuæ fructus. Habebat enim verè dotem illam quam *S. Paulus* in Epiſcopo putat eſſe præcipuam [illegible], adeo di- lucidus eſt, acutus, ſobrius, attentus, breviter om- nibus modis ad docendum appoſitus. Nihil habet durum, quod offendit in *Tertulliano*; nihil [illegible], quod videmus in *Hieronymo*; nihil operoſum, quod in *Hilario*; nihil lacinioſum, quod eſt in *Au- guſtino*, atque etiam *Chryſoſtomo*; nihil *Iſocraticos* nu- meros, aut *Lyſiæ* compoſitionem redolens, quod eſt in *Gregorio Nazianzeno*; ſed totus eſt in explican- dâ re.

De methodo ſcribendi quâ utitur *Athanaſius* ita doc- tiſſimus *Elias Du Pin* poſtquam in ſpecie de *Apologiâ ad Conſtantium* judicium tulit ſuperiùs relatum. » Se » ſolerter eo quo res dicit modo in animum inſinuat. » Ejus rationes ſtatim probantur, & animus ſæpiſ- » ſimè ſe perſuaſum eſſe deprehendit, quamvis non » advertat illum perſuadere velle. Quantumvis lenis » videatur, vehementiâ non caret: quando inimicos » ſuos oppugnat iis non parcit: contra, verbis uti- » tur omnium aſperrimis & validiſſimis, quæ ſibi ſup- » petunt, ut iis pudorem incutiat. Eos ut inviſos » reddat, non dubitat omnibus onerare conviciis, qui- » bus digni ſunt, & eorum crimina quantum poteſt, » ad vivum depingere. Id tamen potius oriri videtur » ex zelo pro veritatibus Religionis, quàm ex odio, » quo ipſos proſequatur. Vitæ inſtitutum, quod Sanc- » tus ille vir ſequitur (23), non minus admiratione » dignum eſt, quàm ejus ratio ſcribendi. Enim verò, » inquit adductis *Baſilii* verbis, quid magis in *A- » thanaſio* mireris, neſcias, vel conſtantiam illam & » inconcuſſam animi firmitatem quam ſemper exhi- » buit, vel prudentiam, quam adhibuit in omnibus » perſecutionibus, quas pertulit. Taceo ejus humi- » litatem, charitatem, vigilantiam paſtoralem, cæ- » teraſque ipſius virtutes.... Ejus doctrina puriſſima » eſt: & non modò opiniones maximè orthodoxas » fovet, verùm etiam aptiſſimis & accuratiſſimis ver- » bis eas exprimit.

Excelluit poſt Apoſtolos, inquit *Saldenus* de uſu & abuſu librorum, in perſpicuitatis arte *Athanaſius*, cui tribuunt quippe eruditi, quod acri non tantùm polluerit ingenio, ſed & ſcribendi methodo uſus ſit tam accuratâ, ut ne quidem ullum obſcuritatis veſ- tigium in ſcriptis ejus, quorum genuinus autor erat, appareret. Et certè perſuadendi ſingularis vis dictio- nis ſcriptioniſque facilitati ineſt.... Monachi varia *A- thanaſio* ſuppoſuerunt Opuſcula, ut vino ſuo vel po- tius vapæ, h. e. ritibus ſuis gratiæ & nominis ali- quid conciliarent. Atque hac de cauſâ celebri nobi- liſſimi illius Patris ſcripto (ſaltem adſcribi ipſi ſoli- to) *Syntagmati Fidei* dicto, Hederam inprimis ſuſ- penderunt.

Naturæ dotibus acribus & acutis (inquit Cl. *Cave* in Vitâ *Athanaſii* Angl. *p.* 192) prædiius fuit, ejus ratiocinia vivida & arguta fuerunt, judiciumque e- jus ſeverum & ſolidum erat; quæ omnia ſi ana- logâ educationis facilitate exculta fuiſſent, eum effi- cere potuiſſent unum ex eruditiſſimis viris qui in Ec- cleſiâ unquam claruerint. Sed à juvenilibus ſuis co- natibus & indagationibus illicò abducebatur gravio- ribus & ſeverioribus ſtudiis quæ ipſum in politiori- bus ſæcularis eruditionis partibus minùs eminentem reddebant, ob quarum defectum à *Philoſtorgio* perſ- tringitur.

Ex omnibus Eccleſiæ Doctoribus nullus, judice doctiſſimo *Davide* Ancillonio *Caroli* Patre (24), in explicandâ ac confirmandâ doctrinâ de Trinitate & æterna Chriſti divinitate majorem adhibuit vim ac perſpicuitatem quàm *Athanaſius*.

His verbis *Athanaſii* Hiſtoriam orditur *Euſeb. Re- naudotius* (25) » Si quis fuit inter Alexandrinos Pa- » triarchas, doctrinâ, ſanctitate, rerum geſtarum glo- » riâ, longâque pro fidei veritate certaminum adver- » ſus Hæreticos ſuſceptorum ſerie commendatus, is » certè *Athanaſius* fuit, vir ſummo ingenio, pari fa- » cundiâ, in quem tot dotes divina Providentia con- » tulerat, ut ab Apoſtolorum temporibus majorem » Eccleſia non habuerit, unde non immeritò *Apoſto- » licus* ab Orientalibus appellatus eſt.

De ejus nativitate & infantiâ quædam hic notan- da. Eum nempe *Severus*, ab *Elmacino* exceptus, ex parentibus idololatris natum fuiſſe ſcribit, matre pri- mariæ apud Alexandrinos nobilitatis, quæ filium patre orbatum in primâ pueritiâ optimè educaverat. Cum autem ad juſtam ætatem perveniſſet, volebat ut filius uxorem duceret, quod ille conſtantiſſimè recuſabat: itaque ut eum faciliùs à ſententiâ dimove- ret, pudicitiam ejus labefactare aggreſſa eſt: ſed fruſtra. Cum igitur eo modo mater infelix nihil pro- feciſſet, Magum ex eorum numero qui Sabæorum religionem profitebantur, accerſivit; & cum filio ad convivium invitavit. Is *Athanaſium* intuitus, matrem ita allocutus eſt: *Ne*, inquit, *fruſtra labo- res: neque enim filium tuum ſuperare poteris, quippe jam Galilæus factus eſt, & in eorum religionem tranſiit, futurumque eſt ut vir maximus evadat.* Quinam, *in- quit mulier*, Galilæi iſti ſunt? *Homines*, ait, *Ec- cleſiæ ſodalitii, qui templa deſtruxerunt & idola ever- terunt.* His auditis illa apud ſe judicans, ſi ulterius *Athanaſio* moleſta eſſe pergeret, illum ab eâ diſceſſu- rum, eo ſecum adſumto *Alexandrum* adiit, cui to- tam hiſtoriam narravit, ſimulque cum eo baptiſata eſt *&c.* Verùm hanc *Severi* narrationem pro fabulo- ſâ habet Vir Clariſſ. *Renaudotius.* Monet *pag.* 97. ha- beri ſub *Athanaſii* nomine Canones CVII in ampliſ- ſima Collectione Copticarum Jacobitarum in antiquo Codice Bibliothecæ Seguierianæ; & in alio quem *Wanſlebius*, dum in Ægypto eſſet, deſcribi curaverat, qui extat in Bibl. Oratorianâ Pariſ. Docet Melchitas ſeu Orthodoxos *Athanaſii* Symbolum in libris ſuis Ec- cleſiaſticis à Græcis acceptum habere, ut pleraque a- lia, & illud in quotidianis precibus dicere ſoli- tos: at neque Jacobitas, neque Neſtorianos idem obſervare, aut in publicis privatiſve eorum precibus locum habere, quod certum ipſi eſt argumentum, Symboli illius originem non tam in Græcâ quam in Latinâ Eccleſiâ repetendam: qua de re videnda ſunt quæ à Viris doctiſſimis, Catholicis & Proteſtantibus ſcripta ſunt. Occurrit quidem ejus editio Arabica in Codice Jacobitarum Ægyptiorum Seguieriano, no- tavitque librarius tranſlatum eſſe ex Latino; atque ita, addit ille, ſciri poteſt, Symbolum illud, quod quibuſdam nonnulla continere videtur Monophyſita- rum

(22) Vid. *ſup. p.* 376 *b. n.* 16. & *p.* 375. *nu.* 9. ubi me- moratur *Athanaſii* Vita ab *Ambroſio* ſcripta. (23) Vid. S. *Baſil.* Epiſt. 48 & 49 ad *Athanaſ.*

(24) *Vid. ſup. p.* 667 *cit.* (b)
(25) *Hiſt. Patriarch. Alexandr. Jacobitarum* p. 83-98.

rum doctrinæ conſentanea, ipſis etſi probetur, non ſervari tamen apud eos ex antiquâ traditione. Notatur autem, verba illa de Spiritu Sancto, *qui ex Patre Filioque procedit*, ita à Latinis pronuntiari, cùm Symbolum CPolitanum ea non habeat.

Cæterum Autor Anglus, inter eruditos notiſſimus, *Guil. Whiſton* lectâ *Athanaſii* Vitâ à doctis Benedictinia deſcriptâ, ſuſpicionum adverſus *Athanaſium* capita collegit in lib. inf. cit. (26) quorum præcipua tantum memorabimus. »Nempe eum, qui parti »uni mordicus addictum, imò partis caput in tantâ A»rianorum controverſiâ ſe geſſerit, qui Meletianæ »hæreſeos originem ex odio prorſus aliter, quam »*Epiphanius*, tradiderit, qui ſanam doctrinam à ſe »ipſo 10 libris *contra Gentes* & *de Incarnatione*, ante »controverſias ſcriptis, traditam ſciens mutaverit, »qui ſabuloſiſſimâ calumniâ *Arſenium* denigraverit, »qui novitatibus ſuis autoritatem fictie *Antonii* Mo»nachorum Patris miraculis conciliare quæſiverit, »qui *Arii* mortem horrendam finxerit, qui teſtimo»nia *Origenis*, *Dionyſii* Alexandrini, *Theopompi* prorſus ſubleſtæ fidei ſuſpectiſſima, & ea quidem ſola, »pro ſuâ doctrinâ produxerit, qui Antiochenum Sy»nodum cum Nicænâ de τῶ ὁμουσίω conſenſiſſe im»pudentem aſſeruerit, *Hoſii* moribundi reſipiſcentiam »& talia innumera confinxerit, eum *Athanaſium* nullam fidem mereri apud honeſtos Viros, contendit. *Athanaſii* vindicias adverſus *Whiſtonum* ſuſcepit Vir Cl. *Styan Thirlby* A. B. è Collegio Jeſu Cantabrigienſi, libro A. 1712 edito (27), de quo dicemus verb. THIRLBY. At *Whiſtonus* in Epiſt. ad *Thirlbyum* eod. anno perſcriptâ ſub tit. *Athanaſius convicted of forgery* &c. i. e. Athanaſius de impoſturâ convictus, ſuſpicionum ſuarum fundamenta, eorumque ſoliditatem demonſtrare allaboravit, ab initio ſignificans, ſe indicia de *Athanaſii*, ut loquitur, impoſturis maximam partem debere duobus aliis Eruditis; ſeipſum tamen teſtimonia ab illis ſuppeditata evolviſſe, & alia quædam unà cum variis obſervationibus & corollariis addidiſſe (28). Cætera verb. *Whiſtonus* referemus.

Quæ de *Athanaſio* notavit *Chriſt. Aug. Salig*, quem alibi a nobis citatum (29) memini, item videbimus verb. SALIG.

Inter fabulas quæ de *Athanaſio* narrantur, referri poteſt quod apud *Severum* legitur (à *Renaudotio* citatum) eam olim inter ſuos opinionem fuiſſe, quæ ad ſua uſque tempora pervenerit, quòd cùm *Athanaſium* perſecutionis metu ſæpè fugere cogeretur, Angelus Dei cum quo volebat deferret, ſicut olim *Habacuc* Prophetam, qui Hieroſolymis Babylonem delatus eſt.

Vir doctrinæ non vulgaris *Jo. Franc. Buddeus* ubi de *Athanaſio* ejuſque ſcriptis polemicis copioſe expoſuit (30), ſimul obſervat, quid nonnulli deſiderent in ejus methodo tractandi controverſias; ipſe verò putat, quòd concertationes cum Arianis feliciori ſucceſſu proceſſiſſent, niſi Hebrææ linguæ ignorantia obſtitiſſet, quominus *Athanaſius* in dictorum Scripturæ, quæ Arianis opponebat, explicatione ſemper ſatis feliciter verſaretur (31).

De *Athanaſio* noſtro ejuſque Operibus vid. plura apud *Oudinum* in Comment. *Tom. I. col.* 325-389. Fabrit. *Bibl. Græc.* cujus conſule Indicem ad calcem Tomi XIV.

Extat Gr. MS. Biblioth. Cæſareæ Vindob. *Cod. Theol.* juxta *Lambec.* 248. *Neſſel.* 307. num. 3. fol. 38. uſque ad fol. 48. *Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini *Diſputatio cum* Zacchæo *Judæorum Nomodidaſcalo*, quæ hoc modo incipit, Ζακχαῖος εἶπεν Παλαιόθεν οἱ Χριστιανοὶ πῶς, ὅτι νομίζετε καὶ ὑμεῖς Θεὸν εἶναι, &c. An genuina ſit, hi ſoli rectè judicare poſſunt quibus codicem MS. inſpicere datum ſit. Certè quæ ſequitur ibidem num. 5. Judæorum Diſputatio cum S. Athanaſio & Cyrillo *de Adoratione Crucis & Sacrarum Imaginum*, fraudem, vel primâ ſtatim fronte, olere manifeſtum eſt. Ibid. *Cod. II. num.* 18. ejuſdem *in Paſſionem Salvatoris* Oratio habetur MS. Incipit, Τῶν μὲν ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία πολλὰ τὶς ἦν, &c. Definit hoc modo, Οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. Mirari ſubit eruditos hujus Bibliothecæ curatores, quid ſit hic ſermo ignoraſſe. affirmante ipſomet *Lambecio* Comment. lib. III. pag. 80. illum Latine ſolùm editum eſſe, ac prolodè operæ pretium fore, ut totos ille contextus Græcus ex Codice MS. Cæſareo aliquandò proferatur in publicum; cùm luce meridiana clarius ſit, non aliud illum eſſe, quàm mediam prolixæ orationis in *Paſſionem & Crucem Domini* partem, quæ tùm in *Commeliniana*, tùm *Pariſienſi* Editione Græcè & Latinè exhibetur, ut cuivis inſpicienti mox ad oculum patebit. In eâdem Bibliothecâ *Cod. Theol. LX.* nom. 1. à fol. e. uſque ad 51. habetur ſub *Athanaſii* nomine *Synopſis accuratiſſima in Vetus Teſtamentum*, ſive *Epitome Hiſtoriæ Sacræ Veteris Teſtamenti*: Cujus principium, Καὶ ὁ ἀληθὴς ... Θεὸς, καὶ ὁ ... Θεὸς ... Θεός. Θεὸς ὁ πατήρ, ὁ ἄναρχος, ἀπερίγραπτος, &c. Diverſum omninò eſt opus à *Synopſi* illa *Sacræ Scripturæ*, quæ inter *Athanaſii* opera haberi ſolet. Suppoſititium nihilominus eſſe cenſet *Lambecius*, ibid. pag. 102 Apud Cl. *Galeum* ſervabantur hæc *Athanaſii* Opuſcula Græcè ſcripta. *In Pſalterium* Fragm. Expoſitionis. Epiſtola *ad Ammonem cum Schol.* Epiſtola *de Feſtis*. Epiſtola *ad Rufinianum*. Ἐρωτοαποκρίσεις, & alia. *In Chriſti Paſſionem*. In Παραδόντες ἐις ... Περὶ Διδασκαλίας. Fragm. ex interpr. in *Matth. de Pſeudoprophetis*. In ὁ ἐμβλέψας ἐις γυναῖκα. In ἅγιον Πάσχα. *In magnam* ... *In Chriſti Nativitatem*. Alia Homilia *de eâdem Nativ.* Περὶ Σωτηρίας. Περὶ Σωματικῆς. *Ad Antiochum* Quæſtiones. *Capitula* Athanaſii *in Pſalmos* ab editis diverſa, ex Codice antiquiſſimo deſcripta, penes ſe habere monuit Cl. *Arnoldus* Præfat. ad *Syntagma* Athanaſii, ubi illorum initium ac finem exhibet. Hæc Cl. *Cave* Hiſt. Liter. *P. II.*

Proſtant plurima ſub *Athanaſii* nomine in Codicibus MS. Vaticanis: nimirum inter Codices Græcos *Pii II.* num. 2. (cui præfigitur *Athanaſii* vita) ejus Oratio *contra Gentes*: Epiſt. ad *Joannem* & *Antiochum*, *Palladium*, *Dracontium*: De Incarnatione Verbi, & contra Arianos: In Paſſionem & Crucem Domini: Diſputatio contra *Arium* in Concilio Nicæno. *Contra Arianos* Oratio III. *Epiſt.* ad omnes ubique Orthodoxos, quum perſecutio ab Arianis mota eſt. *Epiſt.* ad *Serapionem* de Spiritu S. & adverſus eos qui dicunt Filium creaturam eſſe. *Epiſt. Catholica*. Refutatio hypocriſeos *Meletii* & *Euſebii* Samoſatenſis: *In illud*, Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, dimittetur &c. *De Virginitate*. Teſtimonia è S. Scripturâ, de naturali communione eſſentiæ inter Patrem, Filium & Spir. S. *Contra omnes Hæreſes*. Epiſt. in quâ motuum Eccleſiaſticorum Tragœdia: Tractatus in 17 Capita diviſus. *Apologia* pro *Dionyſio* Epiſc. Alexandrino adverſus Arianos (32).

Ibid. Cod. 23. Sermo in cæcum à nativitate (33).

Ibid. Cod. 2. *Abrah. Maſſad* Oratio VI contra Arianos: De æternâ Filii & Spir. S. exiſtentiâ adverſus Sabellianos: Quòd unus ſit Chriſtus: Epiſt. ad *Maximum* Philoſophum: Epiſt. Catholica: De decretis Synodi Nicænæ: Apologia pro *Dionyſio* Alexandrino: Fides in Synodo promulgata: Apologiæ II pro

(26) *An Hiſtorical Preface* i. e. Præfatio Hiſtorica Chriſtianiſmo primævo reſuſcitato præmiſſa *&c.* Londini 1711. in 8. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. Suppl. Tom. V. p. 218. Conf. quæ in iiſdem *Actis* A. 1716. p. 31. ubi de alio ejuſdem Autoris libro. (27) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. An. 1713. p. 469. (28) *ibid.* A. 1714. p. 504. (29) Vid. ſup. in *Apollinario* juniore p. 51. a cit. (1) (30) Vid. *Iſag. ad Theologiam Univerſam* Lipſiæ An. 1727. editam, de quâ in *Actis Erud.* p. 433. (31) *ibid.* p. 446.

(32) Ex *Aſſemani* Bibl. Orient. *Tom. I. p.* 593.
(33) *ibid.* p. 596.

pro fugâ ſuâ : Epiſt. ad omnes ubique monaſticam vitam agentes : Epiſt. Encyclica ad omnes ubique locorum Epiſcopos : Epiſt. ad *Serapionem*. Epiſt. de Synodis Arimini & Seleuciæ : Apologia ad Imper. *Conſtantium* : Epiſt. ad *Joannem & Antiochum*, *Palladium*, *Dracontium* : Epiſt. II. ad *Jovianum* Imp. De Incarnatione Verbi : Quæſtiones ad *Antiochum* : Ad omnes ubique Monachos de rebus geſtis ab Arianis ſub *Conſtantio* (34).

Ibid. Cod. XI. *Interrogationes Judæorum & hæreticorum, & reſponſiones Chriſtianorum, de iis quæ ad divinam Chriſti diſpenſationem ſpectant* (35).

Idem opus inter Codices Arabicos à *Clemente Caracciolo* recenter exſcriptos reperitur *num.* 8. ſub tit. *Athanaſii* Liber *adverſus Judæos, ubi vaticinia Prophetarum proferuntur de adventu Meſſiæ, deque cæteris Chriſtianæ Religionis dogmatibus* (36).

Inter Græcos Cod. 13. *Apophtegmata III* (37).

Inter Codices Syriacos quos ex Oriente advexit Clariſſ. *Aſſemannus* extat *num.* 3. (38) inter alia plurima *Athanaſius* de Melchiſedeco (38).

Ibid. Cod. 8. *Liber de Incarnatione Verbi* (39), exaratus A. C. 564. qui prodiit in editione Benedictinorum.

Inter Codices Copticos ejuſdem *num.* 10. Athanaſii *Homilia* de Abraham, Iſaac & Jacob (40).

Inter Codices Arabicos *num.* 3. Tomo II Canonom Eccleſiæ Alexandrinæ, quos *Macarius* Presbyter & Monachus compilavit A. C. 1378. *Athanaſii* Canones CVII. & Symbolum (41) item *nu.* 81. Symbolum Syriac (42).

Inter Codices Nitrienſes Syriacos *num.* 3. *Anaphora* (43), in cujus initium, *Domine Deus fortis*, de quâ *Corn. Schultingius* Tom. III. in Catal. Liturgiarum num 15. & *Edeneuſis* num. II.

Citantur autem a *Moſe Bar-Cepha* (44) Ejuſdem *Athanaſii* Orationes *de Cruce & de ortu corporali* : à *Dionyſio Bar-Salibæo* (45) Homilia ſeu Oratio XLIII. à *Gregorio Bar-Hebræo* ſeu *Abulpharagio* (46) citatur *Athanaſius* de Incarnatione Domini : ejus Epiſt. ad *Jovianum* Imper. Homilia de Epiphania Domini : Comment. in Cantica, & in Epiſt. ad Coloſſenſes ; atque idem *Gregorius* in Nomocanone, & in Comment. in S. Scripturam ſæpè *Athanaſii* teſtimoniis utitur. *Oratio de anima*, & alia *adverſus Apollinarem* citatur à *Joanne Marone* in libello Fidei (47).

Extant (præter ſupra memorata) in Codicibus Arab. Variæ. *Athanaſii* Homiliæ II in Pentecoſten, & Apocalypſis Apocrypha.

Abulbarcatus in lib. de divinis officiis *cap.* 7. hoſce commemorat *Athanaſii* libros : *Comment. in Pſalmos* ; ex quo ait deſumptam eſſe Præfationem, quæ continet diviſionem Pſalmorum, & ad quos referendi ſunt, & quam unuſquiſque virtutem habeat. (Exſtat hæc Præfatio in Pſalmis Syriacis MS. paſſim.) *Quæſt. ad Antiochum de Trinitate, Incarnatione & Fide*, & *Canones CVII.* (48) De quibus vide Benedictinorum editionem, de quâ ſuperius.

Vir Clar. *Jac. Bruckerus* in commentatione (49) de Vitâ & Scriptis Celeb. quondam Viri *Eliæ Ebingeri* retulit *p.* 135. 136. n. 2. inter ea quæ MS. reliquit, prælo ab eo paratam *S. Athanaſii* interpretationem Pſalmorum, cum additâ in fine Paraphraſi Chald. R. *Joſeph*, quam *Bened. Arias Montanus* in Latinum ſermonem tranſtulit ; aitque, MS. hoc apud Francofurtenſes aſſervari, teſte *Tenzelio* in Colloq. Menſtr. 1698. *p.* 496. qui & aliud MS. in Bibl. Senator. Lipſienſi extare affirmat, quod idem *Ebingerus* manu ſuâ deſcripſit, & Dom. *Matthiæ Hoë* quondam obtulit. Addit Vir eximius *Theod. Haſæus* aliud hoc MS. olim fuiſſe in Bibl. *Ad. Chriſt. Jacobi*, JCti & Conſiliarii Elect. Saxon. in ejus enim Catal. *P. II. p.* 357. inter libros MS in fol. n. 24. hunc quoque reperiri hoc tit. notatum : Ἑρμηνεία Athanaſii *in Pſalmos* ex Bibl Auguſtana ab *El. Ebingero* ſcripta, *Matthiæ Hoe* muneri data (50).

Adde ad n. 28. p. 670. poſt verba, Certè infrà *pag.* 652. (ut inquit Cl. *Cave*. Verba Celeb. illius Autoris ſunt obſcura, forſan intelligenda ſunt de editione S. *Athanaſii* à *Felmanno* edita.)

(34) *Aſſeman.* ubi ſup. p. 598. (35) *ibid.* p. 603. (36) *ibid.* p. 634. (37) *ibid* p. 624. (38) *ibid.* p. 607. a. lin. ult. (39) *ibid.* p. 612. (40) *ibid.* p. 618. (41) *ibid* p. 619. (42) *ibid.* pag. 531. (43) *ibid.* p. 562. b. ubi perperam legitur *Archimi* loco *Athanaſii*, ut ipſe *Aſſemanus* emendavit *Tom III. p.* 20. *col.* 1. (44) Comment. de Paradiſo *Part. I. cap.* 28 *& Part. III.* apud *Aſſeman.* Tom. II. p. 129. (45) *Expoſ. in Evangelia* (ol. 102. *ibid* p. 166. (46) *ibid.* p. 291. (47) *ibid.* Tom. I. p. 16. (48) Ex eod. *Tom. III.* in Notis ad Cap. XII. *Ebed Jeſu Sobenſis de Script. Syris*, ubi de *Athanaſio* loquitur. (49) Edita eſt Auguſtæ Vindel. 1724. in 8.

(50) Ex *Bibl. Bremenſi* A. 1725. Claſſ. VIII. p. 514.

ATHANASIUS Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter Sec. V. genere Alexandrinus, *Iſidoræ* Cyrilli *Alexandrini* ſororis filius, à *Dioſcuro* Epiſcopo recèns facto facultatibus ſpoliatus eſt, gradu & dignitate dejectus, Alexandria totaque Ægypto pulſus, variis tormentis ſubjectus, ſæpiuſque carceri mancipatus ; ideòque inops, egenus, palabundus erravit uſque ad annum 451. quo cauſam ſuam ad Concilii Chalcedonenſis Patres detulit. Extat Gr. Lat. *Libellus adverſùs* Dioſcurum *Synodo Chalcedonenſi oblatus*, quo mala, quæ à *Dioſcuro* paſſus eſt, luculenter exponit, *Concil.* Tom. IV. p. 405 (*a*). edit. Pariſ 1672.

Eodem Seculo vixit Athanasius Patriarcha Alexandrinus ordine XXVIII. *Petri Moggi* ſucceſſor, ejuſdemque doctrinæ defenſor ; vir bonus, inquit *Severus*, & plenus Spiritu Sancto ; qui munere ſibi credito præclarè functus eſt.

Pontificatûs annos fermè *tres* ei aſſignat Catalogus apud *Abulbircat*, alii *ſeptem*, Indiculus verò Kircherianus *viginti*, quorum initium reponit ad A. C. 486. quadriennio ante Prædeceſſoris mortem : attamen vulgo *Athanaſii* obitus ad A. C. 497 aſſignatur. Ejus meminerunt Autores omnes Eccleſiaſtici, qui etiam *Hermoſum* cognominatum eſſe teſtantur, verum ejus memoria ubique obſcuriſſima eſt (*a*).

(*a*) Cave in *Hiſt. Liter* Conf de illo *Cent. Magdeb* V. p. 1097. edit. Baſil. 1616. (*b*) Hæc Cl. *Euſeb. Renaudotius* in Hiſt. Patriarch. Alexand. *p* 125.

ATHANASIUS, quem nonnulli *Juniorem* vocant, claruit ex mente eorum circa A. 765. Multum præ aliis laborat Cl. *Lambecius* (*a*) ut talem nobis *Athanaſium* cudat, nullum tamen teſtem pro ſe adducit, nullum ſententiæ ſuæ fundamentum habet præter conjecturam, eamque ſatis inanem ; nempe à *Conſtantino* Conſtantiæ in Cypro Epiſcopo, Synodi Nicænæ II. *Act. IV.* non ſimpliciter & expreſsè vocari *Athanaſium*, ſed figuratè, & ſubobſcurè τὸ τῆς ἀθανασίας ἐπώνυμον, hoc eſt, eum *qui ab immortalitate appellationem ſortitus ſit*. De eo enim, *inquit*, ſic locutus eſt Epiſcopus ille *Conſtantinus* ; nempe ne propter nominis ſimilitudinem auctor illius narrationis *Athanaſius* cum *Athanaſio* Epiſcopo Alexandrino confunderetur. Sed nugas agit Vir longè erudit iſſimus. In ipſo Sermone qui in Synodo Nicænâ lectus eſt ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος appellatur ; immò ipſomet fatente *Lambecio*, in duobus codicibus MSS. Bibliothecæ Palatinæ, & in tribus Bibliothecæ Cæſareæ, *Athanaſius*, *Archiepiſcopus Alexandrinus* disertè dicitur. Nec forſan alio animo recentiorem *Athanaſium* nobis procudere voluerunt *Baronius*, *Bellarminus*, *Lambecius*, alii, quàm ut Patres Nicænos ab inſigni fraude in citandâ tam fabuloſâ narratione ſub *Magni* illius *Athanaſii* nomine, eò ſpecioſius vindicarent. Quicquid ſit, ſi modò talis unquam extiterit *Athanaſius*, ei tribuenda ſunt Scripta ſuppoſititia, quæ ſub *Athanaſii* nomine vulgò venire ſolent ; qualia ſunt, *Hiſtoria de Paſſione Imaginis D. N. Jeſu Chriſti, crucifixæ in Beryto*, in Concilio Nicæno II. lecta

[a] *Comment. de Bibl. Vindob.* lib. 1. p. 124. &c.

lecta & recitata ; *Quæſtiones ad Antiochum* CXXXVI. *Synopſis S. Scripturæ*, *Diſputatio contra Arium*, *in Synodo Nicenâ*, & alia forſan, quæ emunctioris naris Critici *Athanaſio* abjudicant. Hæc Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. P. II. qui & ad eandem claſſem refert *Syntagma* ab *Andr. Arnoldo* editum. Alia ſupplebit *Oudinus* in Comment. ad A. 760. ubi notat *Lambecium* Hiſtoriam de Paſſione Imaginis Chriſti *Athanaſio* quem delinxit diſertè tribuere (*b*), atque plures hujus narrationis MS. Codices recenſere qui extant in Bibl. Cæſarea, uti & *Quæſtionum ad Antiochum*, quas Græcè ſcriptas eſſe ait *Oudinus* circa A. 1100. temporibus vel poſt tempora primæ Expeditionis Occidentalium in Orientem ſub *Godefrido* Duce Bullionenſi, opuſque eſſe *Joannis* Patriarchæ Antiocheni tunc florentis, qui paſſim in his Opuſculis arguit corruptiſſimos mores Occidentalium, & inter cæteros Francorum.

[b] *Lambec.* lib. 3. p. 97. & in Catal. p. 120.

ATHANASIUS Patriarcha CPolitanus, *Gregorio* Cyprio ſucceſſit A. 1290. (*a*) Fuit profeſſione Monachus, homo quidem literarum rudis, juxta *Niceph. Gregoram* (*b*) alioqui bonus & admirandus quantum ad monaſticam vitam attinet, qui & fortunatus verè dici potuiſſet, ſi ſuum illud inſtitutum per omnem vitam tenuiſſet. Non multò poſt reditum Imper. *Andronici* ex Oriente, detruſo in carcerem *Conſtantino Porphyrogeneto* & ejus familiaribus ob affectatæ tyrannidis ſuſpiciones, A. 1294 ſcriptam reſignationem obtulit *Athanaſius*, cujus cauſa erat, omnium Pontificum & Monachorum & Laicorum, ſpiritualem illius rigorem non ferentium, tumultus. *Athanaſio* ſucceſſit per ſexennium *Joannes*; quo elapſo reſtitutus *Athanaſius*. Sedem ab anno 1301 ad 1309 inter varios caſus occupavit (*c*). Vir eruditiſſimus *Joanes Boivinius*, Regis Galliarum Bibliothecæ Præfectus, qui integram *Nicephori Gregoræ* Byzantinam Hiſtoriam ex variis MSS Codicibus edidit *Pariſ.* Græco-Lat. A. 1702 & 1705 duobus Tomis, ad calcem ſecundi adjecit hujus *Athanaſii* ad *Andronicum* Seniorem *Epiſtolas & Relationes ſelectas* ex MS. Codice olim Telleriano, poſtea Bibl. Regiæ. Eidem *Athanaſio* Commentarium *in Pſalmos* adſcribere rectius eſſe arbitratur *Caſim.* *Oudinus* inf. cit. quàm *Athanaſio* Magno, cui ex leviſſimis, ipſo judice, conjecturis eum tribuit *Bern. de Montfaucon* in editione Operum hujus Archiepiſcopi *parte 2. col.* 1009. uti & alia multa MSta, quæ idem Benedictinus in Bibliothecis Italicis ſe vidiſſe teſtatur. Alius verò Benedictinus Congreg. Melitenſis *Anſelmus Bandurius* Raguſinus, qui Pariſiis A. 1711 & 1712 edidit *Imperium Orientale, ſive Antiquitates CPolitanas in IV Partes diſtributas* (d) Indicem Epiſtolarum & Operum *Athanaſii* noſtri exhibuit *Tom. II. Part. IV. p.* 962. unà cum ſeptem illius Epiſtolis ineditis, quarum verſio Latina facta eſt; præter alias tres, quæ hoc ordine ſequuntur:

1. Epiſt. ad *Andronicum* Imp. *ut inſtituat liberos & ſubditos omnes ſecundùm Dei beneplacita* Græcè apud *Bandurium* p. 614.

2. Περὶ τῶν Θεοκτόνων ἰουδαίων, *De Deicidis Judæis, ut ex urbe diſcedant*. Græcè ibid.

3. *De congregandis in Chora Monaſterium Pontificibus, ut ad Imperatorem communis utilitatis cauſâ ſimul conveniant.* Græcè ibid. *p.* 615.

4. *Invectiva quâ perſtringitur* Joannes *quidam* Drimys, *qui execrandam ſibi ſocietatem conciliarat contra gregem Chriſti, contra Eccleſiam, & à Deo coronatum Imperatorem.* Græco-Lat. ibid. *p.* 970. ſeq.

5. 6. *Abdicatio prioris Patriarchatûs* A.C. 1293. (*e*) & *poſterioris* A. 1310 (*f*). Utraque Gr. Lat. ibid. *p.* 968. 976. ſeq. *Priorem* Græcè ex Codice Regio exhibet *Boivinius* ad *Gregoram* p. 757. quamvis per errorem typographi vocatur παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχείας. Alteram ibid. *p.* 762.

7. *Sanctiſſimis Dei Præſulibus, glorioſiſſimo ſenatui, & honoratiſſimis è Clero Sacerdotibus & Monachis, iis etiam qui militiam exercent, ac Civibus divitibus, pauperibus, viris & mulieribus* Gr. Lat. apud *Bandurium* p. 976.

8. Ad eundem, *contra turpis lucri cupidos, & de privilegiis Eccleſiæ.* Gr. Lat. ibid. *p.* 983.

9. Ad eundem *Andronicum* de Domino *Niphone*, Cyziceno Epiſcopo, *& de accuſationibus ipſi objectis.* Græcè ibid. p. 984.

10. *Ad Magiſtrum libellorum ſupplicum, de electione quâ creatus Patriarcha fuerat Epiſcopus Cyzici*, Nipho, A. C. 1310. Græcè ibid. *p.* 985.

11. *Quomodo & quare prima & ſecunda Patriarchatûs abdicatio facta ſit.* Gr. Lat. ibid. *pag.* 978. ſeq. Etiam Græcè pars legitur in Notis *Boivinii* ad Gregoram *p.* 763.

12. Relatio Patriarchæ *Athanaſii* & congregatæ apud eum Synodi, ad *Andronicum Palæologum* Imp. *de quibuſdam juris capitibus*, per modum γνώμης ſive *Novella*, quam Imperator approbavit. Locum ex ea profert *Boivinius* ad *Gregoram* p. 757.

13. Ex ejus Epiſtolis octo *de reſidentia Epiſcoporum, & quod non debeant plus ſex menſibus à ſuis Eccleſiis abeſſe, uti legibus & canonibus ſtatutum eſt, & ne habitent in Regia urbe*, tres Latinè vertit ediditque *Franciſcus Turrianus* ad calcem libri *de reſidentia Paſtorum* Florent. 1551. (*g*) quibus alias quinque hujus *Athanaſii* de eodem argumento ad diverſos Epiſcopos addidit, quæ in Codice Regis Galliæ non extant. Huc item pertinent quædam aliæ ineditæ, præter quamplurima varii argumenti opuſcula, tum apud *Boivinium*, tum apud *Bandurium*, & exinde ab aliis memorata (*h*), quæ omnia ultra octoginta numerantur.

[a] Perperam legitur A. 1298. in *Actis Erud.* ubi inf. *p.* 54. [b] Vid. *Hiſt. Byzant.* lib. 6. cap. 11. 12. 13. [c] Ita *Oudinus* ubi inf. p. 662. at Cl. *Fabricius* inf. cit. *Athanaſium* ait ſediſſe primò à 14 Octob. 1289 ad 16 Octob. 1293. atque iterum a die 3 Aug. A. 1304 ad 1310. [d] De hoc opere vid. *Acta Erud.* Lipſ. An. 1712. p. 485-491. & A. 1713. p. 49-54.

[e] Vid. *Pachymeres* Hiſt. II. 23. & III. 24. & *Niceph. Gregoram* VI. 7 [*f*] *Gregor.* VII. 9 [*g*] Inde forſan translatæ ſunt in Bibl. Patrum edit. *Pariſ.* 1575. Tom. I. item 1589 & 1610. Tom. III. [h] *Fabric.* Bibl. Græcæ *lib.* 5. *cap.* 5. ſive *Tom. VI. pag.* 581. &c. & ex eo *Oudinus* in Comment. *Tom. III.* ad A. 1300.

ATHANASIUS (*Joannes Baptiſta*) Soc. Jeſu, Lugduni Galliæ natus, patre Italo Florentino; vir apprimè comis & Romæ Sodalium excipiendis Confeſſionibus ad centeſimum propè annum vitæ intentus, ibidem die 8. Nov. 1630. placidiſſime obiit. Scripſit Gallicè

Tribunal Conſcientiæ. Hæc *Alegamb.* in Bibl. S. J. p. 222.

ATHANASIUS recens Scriptor ac Rhetor Byzantinus, qui Seculo XVII claruit. Eum laudat Vir *Cl. Steph. Baluzius* ad *Lupum* Ferrarienſem *p.* 449. edit. Lipſ. à *Fabricio* citatus ubi inf. *p.* 479.

Scripta:

1. Opus Græco-Lat. *Pariſ.* 1641. in 4. editum quod inſcripſit *Petro Signerio* Galliæ Cancellario, & *Achilli Harlæo* (de Harlay) Maclovienſium Epiſcopo (vulgò *de S. Malo*) Libb. II. quibus tit. Ἀριστοτέλης ἑαυτὸν περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς διερμηνεύων, *Ariſtoteles propriam de anima immortalitate mentem explicans.* Teſtatur Autor maximam partem ex *Jamblicho* ſe collegiſſe.

2. His ſubjicitur Μέθοδος ᾗ διαλεκτικῇ τὰ λογικά: Methodus quâ ratione prædicta inter ſe certant.

3. Deinde Σωκρατικὴ μέθοδος ᾗ τῶν νῦν ἀληθῶς αἰρεῖ ὁ μαχόμενος ἢ τὰ μόνα περὶ μάχην καὶ νίκην ἐξετάζεται, καθάπερ ἐν τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ καὶ Μεθοδικῷ

Digitized by Google

ἐςὶ κατ' Ἀριςοτέλην ὁ θαυμαςὸς καὶ μέγας ἐξήγησε Ἰάμβλιχος. Brevis methodus obtinendæ victoriæ aut parandorum ad pugnam & victoriam mediorum, ut ex Philoſophis *Adraſto* & *Moderato* ſecundum *Ariſtotelem*, admirandus & magnus expoſuit *Jamblichus*.

4. Denique Τρυφὴ ψυχῆς, ἢ κῆπος ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου Ἰαμβλίχου ποιηθέντων φυτευθείς. Deliciæ animæ, ſive hortus (de anima & virtutibus ac vitiis) ex magni *Jamblichi* ſcriptis conſitus.

Hæc à Cl. Viro *Jo. Alb. Fabricio* (a) memorata omiſit *Elias Du Pin* alia enumerans (b), de quibus nihil *Fabricius*, itidem Græco-Lat. *Pariſ.* An. 1655 impreſſa.

5. *Anti-Patellarus ſive de primatu S. Petri.*

6. *Epiſtola de Unione Eccleſiarum Patriarchæ Alexandrino & Hieroſolymitano.*

7. *Anti-Campanella* in compendium redactus.

Eodem currentique Seculo vixit ATHANASIUS *Patellarius* Cretenſis, Patriarcha CPolitanus, vir doctus, Græcamque & Latinam linguam percallens, Divinorum ſermonum Doctor ac Præco, Philoſophus, Philologus & Poeta; at ex ejus ſcriptis nihil typis editum habetur (c).

[a] *Bibl. Græcæ* lib. 4. cap. 28. in fine, ſeu *Tom. IV. p.* 294. [b] *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 2050. [c] Ita *Demetrius Procopius*, Macedo Moſchopolita, in recenſione eruditorum Græcorum ſuperioris & præſentis ſeculi, menſe Junio A. 1720 conſcriptâ, quam Græco-Lat. edidit Cl. *Fabricius* ad calcem Tomi XI *Bibl. Græcæ*. Vid. *p.* 778.

ATHANASIUS, Capucinus natione Germanus, Dilinganus, Provinciæ Tiroli Concionator, S. Theol. Profeſſor, ac ſæpius Diffinitor, vir pietate ac doctrinâ ſpectabilis, vixit Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Gemitus compeccatorum* &c. Concionum Tomi duo typis editi.

2. *Argonautica Spiritûs mortalis, & temporalis ad immortalem & æternam vitam accommodata quinque Capitibus doctrinæ Chriſtianæ.* Auguſtæ Vindel. 1686. in 4. (a)

3. Argonautica Spiritualis, Dominicalis & Feſtivalis, *oder Geiſtliche Schiffarth.* Dilingæ 1689. in 4.

4. *Geiſtlicher Luſt Garten in Sonn-Feyrtaglichen und Leich Predigten* Ibid. 1691. in 4.

5. Vinea Evangelica, *oder Evangeliſcher Weinberg, in Sonn-und Feyrtaglichen Predigten.* Ibid. 1693. in 4. (b)

[a] Hæc *Dionyſius* Genuenſis *in Bibl. Capuc.* p. 41. ſed quo idiomate ſcripta ſint non tradit. [b] *Pregizeri* Suevia & Wirtemb. Sacra *p.* 571.

ATHANASIUS Pragenſis in Bohemia, cujus extat, à *Lipenio* (*Bibl. Theol.* Tom. II. p. 447.) memoratus, liber Pragæ impreſſus in 8 ſub tit. *Radius paupertatis.*

ATHEI. Sic vocantur à voce Græca Ἄθεος, i. e. qui Dei exiſtentiam negant, nullamque Religionem admittunt. Quæ de his commentatus eſt Vir Cl. *Joan. Franc. Buddeus* (a) Lutheranus, ea in compendium redacta in uſum noſtrum convertemus. Dum celebrem ille quæſtionem primo ſtatim loco expendit, hanc controverſiam quam optimè expediri poſſe exiſtimat, ſi modò diverſi Atheiſmi gradus ritè à ſe invicem diſcernantur: hac enim ratione poſſe duas Atheorum claſſes conſtitui, *priorem* eorum qui *Athei primi ordinis* dicuntur, *alteram* verò *ſecundi ordinis*: prioris generis illos eſſe, qui aut diſertè & citra ambages, ſe nullum Deum credere profitentur, aut ſyſtematis ſui, ex quo hoc directè fluit, conſequentias ritè perſpectas cognitaſque habent: *poſterioris generis* eſſe illos, qui ejuſmodi Philoſophiæ Syſtema conſtituunt, quod ſi non directè, ſaltem per conſequentiam quandam, aut à creatione ac gubernatione mundi Deum removet, aut eum omni libertate privat, vel omninò cum naturâ ipſâ confundit, adeoque revera Deum prorſus tollit, etſi ipſi ſyſtematis illius Autores conſequentias iſtas forte non videant, aut etiam non admittant. Quam ob cauſam EPICUREOS cæteroſque qui diſerte Providentiam Dei impugnabant, vel etiam palam Deum eſſe negabant, inter *primi ordinis* Atheos referendos eſſe nemo negaverit. ARISTOTELEAM (b), STOICOS, alioſque, qui Deum cum materiâ arctiſſimo vinculo colligantes, omni libertate privabant, vel omninò cum materiâ confundebant, cùm ea, quæ ex hac ſententiâ fluebant, non ſatis perſpexiſſe videantur, ad *ſecundi ordinis* Atheos referre non dubitat Cl. *Buddeus*. Huc tamen neutiquam pertinere famoſum *Bened. de* SPINOZA Luſitanum, qui quidem omnia, quæ ex Syſtemate ejus ſequi poterant, accuratiſſimè perſpecta & explorata habuerit, & datâ operâ, ſummâque & calliditate & malitiâ, cuncta ita inſtruxerit, ut non alius, quàm natura ipſa, Deus admitteretur, primum ideo præcipuumque locum inter Atheorum peſſimos meritò ſibi vindicans, cujus proinde & aliorum Atheorum cùm in aprico poſita ſint exempla, ut exceptionem non admittant, judicio Cl. *Buddei* ſe ipſum traducet turpiter, qui nullos dari Atheos aſſeruerit. Interea cùm illud quoque extra controverſiæ aleam poſitum ſit, multos innocentes Viros Atheiſmi temerè accuſatos fuiſſe, numerum eorum, qui in hunc ce cenſum referuntur, inſigniter imminuit, & pleroſque Gentilium Philoſophorum, quibus Atheiſmus imputatus fuit, non *primi*, ſed *ſecundi* tantùm *ordinis* Atheos eſſe lubens fatetur. Execrabilem igitur eſſe calumniam, quæ ſummam ſtultitiam cum maximâ improbitate conjunctam prodat, *Joan.* TOLANDI, Atheorum recentiorum facile impudentiſſimi, qui in originibus Judaicis *Adeiſidæmoni* ſuo additis Moſen, Salomonem & Prophetas in *Pantheiſtarum* numerum referre non erubeſcat, cui ſententiæ item adſtipuletur *Antonius* COLLINUS, *Tolandi* ſi non diſcipulus, certè amicus, in libro notiſſimo *de libertate cogitandi*, ubi nomine *liberè cogitantium*, ſi citra ambages dicere velis quid res eſt, aut Atheos, aut eorum patronos, vel tales, qui, quæ proximè ad Atheiſmum accedunt, docent, intellexerit. Præter jam nominatos autem, ab Atheiſmi crimine liberari non poſſe, quicquid eorum fautores moliuntur, *Jul. Cæſ.* VANINI Neapolitanum (c), *Thom.* HOBBESIUM Anglum, *Petrum* BALIUM Gallum, alioſque hujus furfuris, invictis argumentis demonſtrat.

Expeditâ hunc in modum quæſtione, an dentur Athei? quid & quotuplex ſit Atheiſmus Cl. *Buddeus* edifferit, ubi circa diſtinctionem uſu tritam Atheiſmi *Theoretici* & *Practici* obſervat, non omnes, qui cupiditatibus ſuis indulgentes vitiis immerguntur, aut flagitia quævis perpetrant, ſtatim pro Atheis practicis habendos eſſe, ſed illum tantummodò hoc nomine jure inſigniri poſſe, de quo ex certis ſignis nobis conſtet, flagitia ejus ſceleraque non ex alio dimanare fonte, quàm quod nullum eſſe credat Deum. Hinc & re ipsâ Atheiſmum Practicum à Theoretico non differre, ſed unum eundemque Atheiſmum prout aut ex vitâ, aut ex dictis ſcriptiſve cognoſcatur, mox *practicum*, mox *theoreticum* dici. *Theoreticum* autem Atheiſmum vel *Dogmaticum*, prout à *Sceptico* diſtinguitur, illorum eſſe, qui cùm Deum exiſtere negent, ejuſmodi Philoſophiæ ſyſtema aſſumunt, per quod effectuum naturalium rationem ſe reddere poſſe putant, ut nullum tamen Creatorem ſeu Deum admittere cogantur.

[a] Extant ejus *Theſes Theologicæ de Atheiſmo & Superſtitione*, Jenæ 1716. in 8. in lucem editæ.

[b] *De Atheiſmo Ariſtotelis* extat *Jo. Georgii Walchii* prolixa Exercitatio Hiſtorico-Philoſophica in et *Parerga* ejus *Academica* Lipſiæ A. 1721. 8 extra. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1723. p. 197. [c] Hujus Vitam ſcripſit Cl. *Durandus*, Apologiam *Frid. Arpe.* Vid. *ſup.* p. 639 b.

gantur. Hujus quatuor conſtituit Claſſes Cl. *Buddeus*, ut alius ſit *Epicuræus*, *Stoicus* alius, alius *Ariſtotelicus*, & *Eleaticus* denique alius, quem ſuperiori Seculo XVII. inſtauravit *Bened. Spinoza*. Ad quatuor enim hæc genera cuncta Atheorum ſyſtemata referri poſſe; quæ autem non poſſunt, non eſſe digna, ut eorum habeatur ratio: quibus conſtitutis, oſtendit fundamenta tum generalia tum ſpecialia, quibus hæc Atheiſmi ſyſtemata innitantur, eademque funditus evertit, ita ut luculenter oſtendat, quodcunque ex hiſce ſyſtematibus ab Atheis aſſumatur, id aut ſuâ ſponte collabaſcere, aut ad evertendam potius quàm ſtabiliendam illorum impietatem aptius eſſe. Priùs tamen quàm ipſa Atheorum ſyſtemata & primarias objectiones convellere aggrediatur, de dogmatibus agit quæ cum Atheiſmo conjuncta ſunt, aut ad eum ducunt, oſtendens, quamvis ab Atheiſmo in ſe ſpectato ita diſcerni queant, arctiſſimo tamen vinculo cum eodem connexa eſſe, & huc refert *primò* negationem Providentiæ Divinæ, nec dubitat eum pro Atheo habere, qui Providentiam Divinam negat, cùm hæc ex ipſâ Dei ideâ ſequatur, quam non poſſit non evertere, qui Divinam Providentiam negat. *Alterum* inter hæcce dogmata cum Atheiſmo conjuncta locum ſibi vindicat error eorum, qui animas hominum mortales eſſe, & unà cum corpore interire ſibi perſuadent, quæ eſt veterum & recentiorum Epicureorum ſententia, exinde potiſſimum originem trahens, quòd animam extenſam & corpoream eſſe ſomnient. *Tertium* dogma huc pertinens eſt Spirituum ſive Angelorum bonorum malorumque negata exiſtentia, ſiquidem ii, qui Atheiſmi ſui in eo collocant fundamentum, non alias præter corpora dari ſubſtantias, Angelos ſeu Spiritus admittere negant. Hinc eos, qui Spirituum ejuſmodi exiſtentiam negant, tale quid docere, quod ad Atheiſmum ducat. Et quamvis nonnulli Athei hodie certo quodam ſenſo ſpiritus ab animâ hominis diſtinctos admittere videri velint, eos tamen, ſi rem omnem paulò attentius conſideremus, à receptis & genuinis notionibus recedendo fucum ſaltem facere imperitioribus. Unde quoque facilè dijudicari queat, quid de immortalitate animæ, ſpiritibus ſeu dæmonibus, quin etiam inferno cenſendum ſit, quæ omnia *Petrus Balius* ex ſyſtemate *Spinoziano* neceſſariò ſequi ridiculè contendit, cùm ſatis pateat, cuncta hæc tandem in meram illuſionem abire, ut homines ſibi perſuadeant, Spinoziſtas poſſe admittere animæ humanæ immortalitatem, angelos, pœnas infernales, cùm tamen revera nihil horum admittant; quemadmodum nec ipſe *Spinoza* dux & autor eorum admiſit, ut ipſemet *Balius* diffiteri non poteſt, qui potius ex ſuâ quàm *Spinozæ* ſententiâ de hiſce philoſophatur. Ad dogmata denique cum Atheiſmo conjuncta aut ad eum ducentia refert Cl. *Buddeus* vaticinia rejecta, miracula proſcripta, Chriſtianæ religionis veritatem labefactatam & Scripturæ Sacræ divinam autoritatem ludibrio habitam, quæ ſingula *Buddeus* ex inſtituto confutavit. Ex quâ ſolidâ refutatione atque everſione fundamentorum Atheiſmi hoc obſervare licet: inter argumenta, quibus Athei Numinis exiſtentiam impugnant, primum meritò locum tenere, quæ ab ipſo Dei concepto deſumunt. Multùm namque nos Dei conceptum, nullam ideam habere, clamitant; indeque porro inferunt, eam eſſe *non-ens*, cùm pro *non-ente* habendum ſit, cujus nullam ideam habemus, nullumve conceptum. Aſt verò Cl. *Buddeus* oſtendit, axioma illud, *cujuſcunque nullam habemus ideam, nullumve conceptum, id eſt non-Ens*, tum demum locum invenire, ſi nullum plane rei cujuſdam habeamus, aut habere queamus conceptum, aut is talis ſit, qui aperte contradictionem involvat. At nullum plane nos de Deo habere conceptum, nullamve ideam, adeo falſum eſſe, ut ipſa experientia iſtos homines refellat: quandoquidem non tantùm Chriſtiani, & Judæi, & Muhammedani, ſed Ethnici omnes, veteres pariter ac recentiores, hoc ipſo, dum omnes de Deo loquuntur, fatentur, ſe quandam de eo ideam habere. Hanc autem ſententiam, nos ſcilicet nullam habere Dei ideam, quemadmodum multa alia ad Atheiſmum ducentia dogmata, modernos Atheos ex ſcriptis *Thomæ Hobbeſii* haurire Autor oſtendit, & abſurda ejuſdem philoſophemata ſuper hac re ſolidè confutat. Contra eundem demonſtrat, dari omnino ſubſtantias incorporeas, operationes animæ immaterialitatem ejus ſatis comprobare, & turpiter hic ſe dare Atheos, dum explicare volunt, quo pacto ſubſtantia materialis percipere & intelligere queat, id quod vel *Titus* LUCRETIUS *Carus* Poëta celeberrimus omnes ſuo condocere exemplo poſſit.

In reſponſionibus ad objectiones Atheorum contra Providentiam Divinam Cl. *Buddeus* inprimis quoque oſtendit, *Petrum Balium* falsò ſibi perſuaſiſſe, quòd argumenta ab origine mali deſumta ſint inſolubilia, quod cum & ab aliis Viris piis atque doctis contra eundem ſatis demonſtratum fuerit, iis recenſendis immorari nolumus. Ubi verò de cauſis, proprietatibus & effectibus Atheiſmi ſermonem inſtituit, obſervat, præter connatam ad prava quævis inclinationem, & à Deo, ſeu judice ſupremo, averſionem, præcipuam Atheiſmi cauſam eſſe ambitionem: nimirum homines ambitioni deditos admodum ſibi placere, ſi ſententias ſingulares, quibus à vulgo eruditorum diſtinguantur, foveant, aut ſi ſoli ſibi ſapere videantur, reliquoſque homines pro ſtupidis, ſimplicibus, verâ ſapientiâ & eruditione deſtitutis habeant. Hunc Atheorum characterem eſſe, *Spinozæ* aliorumque exempla teſtari. Quamvis verò Athei alios pro ſtultis habeant, ipſos tamen eſſe omnium ſtultorum ſtultiſſimos, non ſolum Spiritum Sanctum aſſerere, verum etiam ipſam rationem dictitare. Poſt ſtultitiam & irrationabilitatem inter reliquas Atheiſmi proprietates refert Cl. *Buddeus* externam virtutis ſpeciem, quâ Athei vitia animi turpiſſima utcunque tegere, ut eò faciliùs incautos decipiant, annituntur, nam veram virtutem Atheis eum ſaltem tribuere, qui prorſus, quid virtus ſit, ignoret. *Balium* hic rurſus confutat, qui πὺξ καὶ λὰξ defendere voluit, Atheiſmum neceſſariò non ducere ad morum corruptionem, quin ſuperſtitionem longè deteriorem eſſe Atheiſmo (*e*), quod falſiſſimum eſſe *Buddeus* oſtendit, ſiquidem ſuperſtitioſorum, qui Dei quodam timore tanguntur, in externæ virtutis ſtudio præ Atheis, qui omnem Dei timorem prorſus abjecerunt, quædam ſit prærogativa, & quantumvis fœda ſit ſuperſtitionis facies, quantumvis etiam mala ex eâ in Eccleſiam pariter ac Rempublicam redundent incommoda, ut ſummo ſtudio fugienda ſit & evitanda, quia tamen humanæ ſocietatis vincula non convellit penitus ac labefactat, Atheiſmum fœdiorem adhuc magiſque noxium eſſe negari non poſſe. Quod autem per Atheiſmum rerum publicarum fundamenta, quibus civium ſalus omniſque vitæ tranquillitas innititur, concutiantur & labefactentur, vel exinde patere, quòd fundamentum aliud Reipublicæ ſeu ſocietatis civilis concipi nequeat, quàm pactum inter imperantes initum, quo hi illorum ſe imperio ſubjecerunt. Sublatâ autem lege divinâ, quæ vis, quæ efficacia, quæ obligatio pactorum erit? E contrario ſocietatem ex veris Chriſtianis compoſitam quàm optimè conſiſtere poſſe, contra *Balium* oſtendit *Buddeus*. quicquid enim *Balius* ogganniat, nullam ſocietatem ſine bellis, quibus vim ſibi illatam repellat, ſe conſervare poſſe; bella autem, & quæ cum iis conjuncta ſunt, cum moribus verorum Chriſtianorum conciliari non poſſe, ſuâ ſponte tamen hæc omnia corruere, ſi obſervemus, Chriſtianam charitatem, abnegationem ſui,

prava-

(*e*) Vid. inf. pag 685. §. 2.

pravarumque cupiditatum coercitionem, cum officio magiſtratus bene conſiſtere poſſe.

In ipſâ exiſtentiâ Numinis probandâ ita verſatus eſt Cl. *Buddeus*, ut argumentis non inuſitatis quidem, ſolidis tamen, perſpicuis & ad omnium captum accommodatis uteretur, quandoquidem ii, qui ingenii oſtentandi cauſâ à viâ receptâ diſcedunt, hoc demum obtineant, ut cauſam optimam peſſimè agentes, Atheis vel inviti, ſi modò non interdum datâ operâ victoriam tradant. Argumenta verò, quibus Deum eſſe demonſtratur, deſumuntur tum à notitiâ Dei inſitâ omniumque cordibus inſcriptâ, quam contra eandem negantes *Buddeus* ſtrenuè propugnat. Quo accedat univerſalis gentium totius orbis, Deum eſſe agnoſcentium (†), conſenſus, quem inprimis contra *Balium* defendit, ejuſque argumenta diluit; hujus autem univerſalis conſenſus non aliam cauſam eſſe poſſe, quàm naturalem illam & à Deo omnium mentibus inſitam propenſionem, quâ omnes ad veritatem hanc admittendam naturâ feruntur. Etenim impoſſibile eſſe, hunc univerſalem conſenſum vel educatione, vel ab alio quodam inſtituto humano ortum trahere potuiſſe, quod ſuſè deducit Cl. *Buddeus*, eoſque refellit, qui religionem adeoque & opinionem de exiſtentiâ & cultu Numinis inter callidiorum hominum commenta politica referunt, ad continendam eò faciliùs in obſequio plebem comparatam. Argumenta ad acquiſitam Dei notitiam pertinentia Autor ad tres Claſſes revocat, quarum *prima* metaphyſica, *altera* phyſica, *tertia* hiſtorica complectitur, quæ profectò ita comparata ſunt, ut non poſſint non quemlibet in veritatis conſenſum pertrahere, niſi ad neganda manifeſtiſſima quæque animum obſirmaverit.

Abſolutâ Atheiſmi refutatione, *Buddeus* progreditur ad doctrinam de Superſtitione, ſiquidem Atheiſmum evitaturi haud rarò in ſuperſtitionem ſeu alterum extremum prolabantur, Deumque equidem & credant & colant, ſed perversè admodum, nec eâ, quâ hoc fieri debebat, ratione, atque hinc quantoperè vera religio & ſuperſtitio à ſe invicem differant, patere, illam non alium quam verum Deum, & eâ quidem ratione, quâ coli vult ac debet, colere, hanc aut aliud quid, quam verum Deum, aut alio ſaltem modo aliâque ratione colere *&c.* Hæc ex *Actis Erud.* Lipſ. Decemb. 1716.

Multo Cl. *Balius* ſtudio adverſus Profeſſores Celeb. *Jac. Bernardum*, & *Petrum Jurieum*, Idololatras Atheis pejores eſſe contendit in Tom. IV. Reſponſ. ad Quæſita cujuſdam Provincialis, ſuam atque *Baconis de Verulamio* ſententiam, hac in parte ſecutus. Vid. *Balii* Epiſt. 225 ad D. *Des-Maizeaux* ſcriptam d. 3 Aprilis 1705. Idem cenſuit illuſtris Dominus Comes *de Shaftsbury* in *Miſcellaneis ad charactæres hominum, morum, opinionum, temporum ſpectantibus* (d): id enim ex ejus ratiocinatione ſatis manifeſtum fit. Is nempe ſenſum æqui & juſti, cùm naturalem eſſe probavit, nec per Deiſmum augeri, nec per Atheiſmum in ſe ſpectatum eradicari poſſe contendit. Falſum æqui & iniqui ſenſum hominibus per Atheiſmum nudum directè ingenerari negat, per ſuperſtitionem poſſe omnino, evincit, per veram Religionem excellentiſſimè caſtigari, ut proinde in hoc caſu Religio aut vera multùm fructûs, aut falſa inſigne diſpendium, Atheiſmus verò nihil poſitivi adferre valeat.

Anaximander Jonicæ ſectæ Philoſophus, *Anaximenis* Præceptor, exiſtentiam Entis ſupremi negabat, & materiæ æternitatem propugnabat. Et ipſe Anaxagoras Clazomenius in Jonia, natus circa Olympiadem 70, *Anaximenis* diſcipulus, Olympiade 88 mortuus, Atheiſmi à quibuſdam accuſatus eſt, ideoque Athenis condemnatus fertur, quia dogmata admittebat, quæ ad exiſtentiam Deorum Paganorum negandam ducebant: ubi notanda hæc *Irenæi* verba *lib.* 2. adverſ. Hæreſ. *cap.* 19. » Anaxagoras autem, qui & *Atheus* cognominatus eſt, » dogmatizavit facta animalia decidentibus è cœlo » in terram ſeminibus, quod & hi ipſi in matris ſuæ » tranſtulerunt ſemina, & eſſe hoc ſemen ſe pios ſtatim confitentes apud eos qui ſenſum habent, & ipſos eſſe quæ ſunt Anaxagoræ *irreligioſi* ſemina. » At cum *Euſebio* miratur *Balius* (e) qui de *Anaxagora* prolixè agit, virum » quem illius temporis æquales » *Mentem* appellavêre, vel quòd perſpicaciam ejus » ſingularem in naturâ perſcrutandâ, excellentemque » admirarentur, vel quòd univerſitati, non fortunam neque ſatum ordinatæ deſcriptionis principium, » ſed Mentem principem puram ac ſinceram præfecerit, » cum omnibus confuſas aliis ſecernentem particulas » ſimiles (*f*), » miratur, inquam, talem virum tanquam Atheum habitum fuiſſe. Hæc autem *Euſebii* verba adducit ex *Præpar. Evangel.* lib. & cap. 14 *pag.* 750. *C.* » In quo ſane permirum illud eſt, quì » princeps apud Græcos eam Theologiæ rationem intulerat, cum Athenienſibus, quòd non jam Solem, » ac Solis ipſius effectorem Deum ſtatueret, *Atheus* » eſſe viſum, ac propterea parum abfuiſſe, quin lapidibus ab iis necaretur. » Inſignis autem Hiſtoricus Thucydides, *Anaxagoræ* diſcipulus, hujus viri præceptis imbutus, pro Atheo non ſecùs ac Magiſter ipſe, habitus fuiſſe fertur (*g*).

Magnum Hippocratem Artis Apollineæ Principem Atheis adſcripſit ſingulari (*h*) Diatribâ *Nic. Hieron. Gundlingius* acuti vir ingenii, Conſiliarius Boruſſ. & Prof. Eloquentiæ Halenſis, ſed *argumentis*, judice Cl. *Johanne Alb. Fabricio*, *minimè certis atque evidentibus, qualia in tam gravi criminatione meritò deſiderantur.* Hippocratem quoque adverſus *Gundlingium* defendit Clar. *Buddeus* in lib. de Atheiſmo antea citato, *cap.* 2. necnon *Andr. Ottom. Goelickius* Medicus Germanus longè celeberrimus in Oratione Inaugurali quam de hoc argumento habuit Duisburgi anno 1713 (*i*), cum Profeſſionem Medicam auſpicaretur: huc enim pertinent quæ obiter notantur in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1719. p. 519. » Religionem ejus (ſcil. Hippocratis) quidam tantoperè evexerunt, ut etiam Theologiam (*k*) Hippocraticam ex ſcriptis ejus eruere non dubitaverint, alii verò ſuſpectam habere, imò Atheiſmi notam Coo (*l*) noſtro (non *loco*, uti errore typographico apud eruditiſſ. *Mangetum* legitur (*m*) » inurere » auſi

(†) Vid. *Balii* Diction. Verb. LERI Annot. A.

(d) Opus Anglicè excuſum eſt ſub tit. *Characteriſtiks of men, manners, opinions, times*, London 1711. in 8. Tribus Voluminibus abſolvitur, quæ diverſis Tractatibus conſtant, nullo tamen vinculo inter ſe connexis, niſi ſtyli & opinionum ſimilitudine. De his vide *Acta Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom V. p. 474-483. & *Joan. Clerici* Bibl. ſelect. Tom. XIX. XXI & XXIII. Horum Opuſculorum nobilis Autor, quem nec in *Actis Lipſ.* nec apud *Clericum* indicari video, citatur in Diario Gallico cui tit. *Bibl. raiſonnée des ouvr. des Savans de l'Europe.* A. 1731. Tom. VII. p. 331. 340 & 351.

(e) *Diction. Crit.* edit. Roterod. 1720. verb. ANAXAGORAS Annot. (K) p. 214 &c. (154.) (f) *Plutarch.* in Pericle *pag.* 154. B. apud *Balium* ubi ſup. Annot. (D) p. 208. cit. (62). (g) Vid. *Bibl. Raiſonnée* &c. A. 1731. Tom. VII. p. 246. (h) Extat Parte II *Otiorum* hujus Autoris Germanicè editorum *Halæ* Saxonum 1707 8. citante *Fabricio* Bibl. Græcæ *lib.* 2 *cap.* 24 *p* 845 edit. 2æ Hamb. 1708. Plurimæ extant hujus *Gundlingii* lucubrationes, de quibus paſſim in *Actis Erud.* Lip. (i) *Fabric.* ubi inf. no. (n) (k) Extat *Joan. Stephani* Belluenſis in ditione Venetâ, Medici ac Philoſophi præſtantiſſimi Sæc. XVII. *Hippocratica Theologia, quâ Hippocratis in Deum pietas explanatur, & quantum ejus doctrina Chriſtianis congruat dogmatibus, palam fit* &c. inter *Stephani* Opera Venetiis An. 1655 edita. Vid. *Mangeti* Bibl. Script. Medic. & *Fabric.* ubi inf. cit. (n). Habetur item *Joan. Andreæ Schmidii* Theologi doctiſſimi (qui An. 1726 obiit) Exercitatio de Theologiâ Hippocratis, à *Fabricio* citata ubi ſup. Cæterum uterque & *Stephanus* & *Schmidius*, atque illuſtris *Rad. Cudworth* Theologiæ Doctor Anglus in Syſtem. Intellect. *pag.* 109. ex *Hippocratis* libro *de principiis ſive carnibus* obſervarunt, cum videri ignem omnium rerum ſtatuiſſe principium, Deoque igneam naturam tribuiſſe. (l) *Cos* Inſula in mari Ægeo ſita. (m) *Bibl. Script. Med.* Tom. I. P. II. p. 490. ubi de *Goelickio*.

» auſi ſunt ; quam ultimam tamen opinionem Autor » (ſcil. *Goelickius*) ante hos ſex annos in Oratione » Inaugurali jam refutavit. » At contra Virum Ampliſſ. *Gundlingium* id ex inſtituto egit Autor (*n*) libri cui tit. *Hippocrates Atheiſmi falsò accuſatus*, Rudolſtadii 1719. 8. de quo vid. *Diar. Erud.* Pariſ. menſis Aug. 1720. & *Joan. Clerici* Bibl. Anc. & Mod. *Tom. XV. pag.* 428 &c. Conf. quæ *Gundlingius* contra *Clericum* habet in Novis Liter. Lipſ. A. 1721. p. 151. ſeq.

Inter Sinenſes famoſus eſt quidam Atheus, de quo *Acta Erud.* Lipſ. A. 1688. p. 257. ubi de opere cui tit. CONFUCIUS *Sinarum Philoſophus ſive Scientia Sinica Latinè expoſita* &c. Pariſiis 1687. fol. Is *Xe Kia* dictus, cùm ætatis annum 30mum attigiſſet, *Fo*, i. e. *non homo*, nominatus, ex elephante albo, ut perhibent illius ſectatores, conceptus, atque ex latere dextro matris ſuæ in hanc lucem editus fuit, & a partu mox pedibus conſtitit, atque paſſus omnino ſeptem progreſſus, alterâ manu cœlum, alterâ terram indicans, *Tien xam*, *Tien hia tongo guei ſun* i. e. IN COELO TERRAQUE SOLUS EGO SUM VENERABUNDUS, clarâ voce pronunciavit. Ad eum refertur origo ſectæ *Foe Kiao* dictæ, atque anni poſt Chriſtum 65 apud Sinenſes regia autoritate introductæ. Hic ipſe *Xe Kia* teterrimum virus Atheiſmi jam moriturus evomuiſſe dicitur, diſertè profeſſus, ſe per annos 40 eoque amplius non declaraſſe mundo veritatem, ſed umbratili & metaphoricâ doctrinâ contentum, figuris, ſimilitudinibus, & parabolis nudam veritatem occultaſſe, at nunc tandem, quando eſſet morti proximus, arcanum ſenſum animi ſui ſignificare velle ; extra vacuum igitur & inane, primum ſcilicet rerum omnium principium, nihil eſſe quod quæratur, nihil in quo collocentur ſpes noſtræ. Hinc non modò *Atheiſmi* prima radix, ſed & celebris illa doctrinæ in *exteriorem* & *interiorem* nata fuit diſtinctio, quâ innuitur, quòd *exterior* ad *interiorem* quaſi manuducat, & tamdiu in uſu ſit illa (quam adeo ſubſtitutam Sinice *Kiven* vocant) quoad altera quam *xe* i. e. veram ſolidamque eſſe docent, in animia eorum qui capaces fuerint, firma conſtiterit. Cætera vide verb. CONFUCIUS.

Atheiſmum ab erudito Viro *Jac. Bruckero* Auguſtano, Auctori librorum qui ſub *Dionyſii* Areopagitæ nomine citantur, imputari viſum fuit Cl. *Jo. Alb. Fabricio* qui tamen ejus nomen minus rectè expreſſit, *Joh. Beckium* appellans ; ita enim ille poſt alia (*o*) : *perinde ut Moyſen ipſum impium* Joannes Tolandus, *& auctorem ſcriptorum, qui ambulant ſub* DIONYSII *Areopagitæ nomine, Scholaſticoſque Realium appellatione notos*, in Spinoſiſmi partes trahit *Jo. Beckius* Auguſtanus, *in Hiſt. Philoſ. de Ideis* (*p.* 191.) at ipſe *Bruckerus* hæc à ſententiâ ſuâ *paulum remotiora eſſe* alibi monet (*p*). *Nuſpiam enim*, inquit, *Pſeudo-Dionyſio* ejuſmodi *impietatem adſcripſimus*, *ſed id modò obſervavimus*, Dionyſium *duplicis generis* ideas ſtatuere, *unum*, quod eminenter eſt in Deo, & ipſe Deus fons omnium ſubſtantiarum, *alterum*, quod per communicationem ab eo emanavit vel participavit, & ab reliquis entibus participatur *&c.*

BARBARA *Sigiſmundi* Imperatoris uxor, quæ Græcii in Bohemia obiit circa A. 1451 obi in vitâ turpi & fœdis libidinibus infami conſenuerat (*q*). *Rara* fuit *avis in terris nigroque ſimillima cygno*, ſi ad Atheiſmum reſpicias in fœminino ſexu raro obvium : de quâ hæc *Bonfinius* Rerum Hungar. *Dec. III. Lib. VII. p.* 344. 345....... » Quum ab omni religione deſtituta foret, ſuperos ac inferos eſſe negabat : religioſas ancillas, jejuniis aut orationibuſque divinis intentas gravius increpabat, nullis » aſſeverans moleſtiis ac incediâ corpus eſſe macerandum ; immò lautè paſcendum, in deliciis & voluptatibus alendum, & poſt mortem, cùm nihil » ſuperſit, nullam deorum animorumque curam eſſe » ſubeundam. » De hâc impudiciſſimâ fœminâ legi poteſt *Balius* in Diction. Crit.

Atheiſmi inſimulatus eſt tum à Pontificiis, tum à Proteſtantibus *Steph.* DOLET Aurelianenſis, vir Seculo XVI eruditus, Typographus Lugdunenſis, qui Pariſiis anno ætat. 36 combuſtus fuit, an propter Atheiſmi, an propter Lutheraniſmi ſuſpicionem dubitatur. Utut ſit, eum ab Atheiſmi criminatione vindicat Cl. *Maittaire* in Annal. Typograph. ab An. 1536 ad 1557 (*r*) Notat id tantum ei exprobrari poſſe, quòd profanis aliquandò vocibus uſus ſit pro teſtando ſuo in puriorem Latinitatem amore, v. g. cùm CICERONEM *Latinæ Linguæ Deum* appellat : è contra in libris ſuis certa dediſſe teſtimonia, ſe Religionem ac virtutem venerare : inde igitur Athei & hæretici nomen ipſi impactum, quod cùm Pontificios inter ac Reformatos medium tenere vellet, neque his, neque illis gratum fecerit. Adde quòd inimicitias ei pepererint Libri ſui Theologici, in Sorbonâ damnati, & in Indicem Expurgatorium relati, ac ille inprimis in quo lectionem Scripturæ S. linguâ vulgari flagitabat, præterquam quòd veroſimile eſt negotium cum Monachis habuiſſe propter mordacia ejus adverſus illos carmina.

Inter Atheos referri dignus videtur *Adamus* NEUSERUS, natione Suevus, qui apud Lutheranos educatus, ad Mahometanos tranſiit, vir diſſolutiſſimus, quem ipſi Mahometani *Satanæ filium* (Saëten Ogli) vocabant. Vermibus corroſus, vel peſte juxta alios periit CPoli d. 12 Oct. 1576. impias voces adverſus Deum & quamcumque religionem proferens, ac inter alia dixiſſe fertur : *Poſt hanc vitam nihil.* De eo vid. *Morer.* Diction. edit. Baſil. 1732.

De Atheiſmo in Polonia, ex Atheo libello, Cracoviæ A. 1588 ſub tit. SIMONIS *Religio*, Authore incerto edito, judicium fieri poterit, in quo præter portenta innumera hæc quoque verba reperiuntur : *Credo in tria, Cœlum, Terram, & Cœlo formam, in Cœlum patrem, atque Creatorem omnium. In terram omnium matrem, atque nutricem, & in Cœli formam omnia ſentientem, & intelligentem. Ede itaque, bibe, lude, jam Deus figmentum eſt.* Hæc *Spizelius* refert in *Scrutinio Atheiſmi* p. 43. 44 & ex eo *Balius* in Diction verb. SIMON vel SIMONIS (*Theod.*) Holſatus (de *Holſtein*) qui ſucceſſivè ex Lutheranis ad Pontificios, ex Pontificiis ad Lutheranos, ac tandem ex his ad Socinianos tranſiiſſe fertur, quorum etiam quoddam Collegium in Poloniâ rexit. Aliquot ille Scriptis pugnavit cum *Corn. Janſenio* Yprenſi Epiſcopo circa annum 1630. Sed erroris illos arguit *Balius*, qui huic *Simoni* impium hunc librum tribuunt à *Spizelio* memoratum.

Memoratu dignum eſt quod refert Autor Libri Gallici (*s*) cui tit. *Les Anecdotes de Pologne* &c. Anecdota Poloniæ, ſeu Commentarii arcani de regno. JOANNIS III. SOBIESKI. Ubi igitur notat Epiſcopos Poloniæ purpuræ ſplendore captos, in Curiam Romanam majore ſtudio ferri, inde factum judicat, ut Epiſcopus Poſnanienſis, quo zelum ſuum Papæ probaret, nobilem Lithuanum (*t*) ob Atheiſmi crimen comburi fecerit (anno 1689) cujus non alia fuerint indicia, quàm quòd nobilis ille argumenta *Alſtedii* pro exiſtentiâ Dei inverterit, & ſingulis in margine libri adſcripſerit, *Ergo non eſt Deus* ; rigorem verò iſtum non Regi modò, ſed & Papæ diſplicuiſſe (*u*).

(*n*) *Daniel Wilhelm.* TRILLERUS, Phil. ac Med. Doctor, cujus meminit *Mangetus* in Bibl. Script. Med. Vid. *Fabric. de Script. pro Verit. Relig. Chriſt.* p. 303. (*o*) *Syllab. Script. pro Verit. Relig. Chriſt.* p. 300. (*p*) *Supplem.* ad *Hiſt. Liter. Philoſ. de Ideis* in Amœnit. Liter. *Tom. VIII.* Francof. & Lipſiæ 1728. Vid. *p.* 332.
(*q*) *Mathias* Theatr. Hiſtor. p. 998.

(*r*) Tom III. Amſtelod. 1726. Vid. *Hiſt. Liter. Europ.* Tom. III. p. 147. (*s*) Excuſus eſt Pariſiis A. 1690. & Vid. *Acta Erud.* Lipſ. hujus anni p. 535. (*t*) Is eſt *Caſim. Liſzynski*, de quo plura Cl. *la Croze* alibi citatus. (*u*) *Acta Erud.* ubi ſup. p. 540.

Vir

Vir Clariſſ. *Gabr. Naudæus* in Naudæanis (*x*), Atheis & Libertinis annumerat *Hieron.* BORRI Philoſophiæ Profeſſorem Piſanum (*y*) *p. 7* CARDANUM p. 15. AVERROEM p. 24. *Pomponatium* p. 33. *Caſtellanum*, *Bembum* & *Cremoninum* pag. 57. *Boccatium* p. 83.& *Claud. Berigardium* p. 111.

De Atheiſmo Diſſertationem Hiſt. Philoſophicam, ſive Hiſtoriam Atheiſmi edidit *J. Thomaſ. Philippus*, Anglus, Londini A. 1716. 8 de quâ in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1717. p. 402. In eâ *Cap. VI* (ut cætera omittam) de DIAGORÆ (†), PROTAGORÆ, THEODORI EVEMERI, *Epicuri*, *Lucretii*, in Atheiſmum propenſione, & ſententiis eorum ad Atheiſmum ducentibus diſquirit. *Cap. VII* ad recentiora tempora converſus, memorat ex Atheis inter Italos *Hermol.* BARBARUM, *Marſil.* FICINUM, *Angelum* POLITIANUM, *Petrum* POMPONATIUM, *Hier.* CARDANUM, *Petr.* ARETINUM, *Simonem* PORTIUM, Claud. BERIGARDIUM, Gallum. Cap. VIII. *Jul. Caſ. Vanini* Atheiſmum deſcribit. *Cap. IX* Joan. BODINUM Gallum, & CHERBURIUM Anglum ἀθεότητος immeritò ſuſpectos haberi cenſet. *Thomam* verò *Hobbeſium* tales ſententias, quæ Numinis, Spirituum, mentiſque humanæ ipſius naturam deſtruant, foviſſe, fatetur. *Cap. X.* de *Bened. Spinoza*, CNUZIO (vid. inf). LIZINSKIO Polono quædam refert, ex quibus pleraque in vulgus nota ſunt.

Inter recentiores, meminit famoſi inter Turcas Athei, cui MAHOMETIS *Efendi* (z) nomen, *Ricautius* Eques (*aa*) Anglus *de ſtatu Imperii Ottoman.* lib. 2. c. 14.

De Atheis & Atheiſmo varia notatu non indigna referemus ubi de *Rich.* BLACKMORE, qui Tomo II (*bb*) Tentaminum de diverſis argumentis, *Tentam I* adverſus Atheos diligenter inquirit. Præter alios inter veteres memorat ARISTIPPUM, BIONEM *Boriſthenitem*, LEUCIPPUM, DEMOCRITUM. Ad ſcepticum verò Pyrrhonianorum Atheiſmum nomina refert *Ariſtotelis*, Pſeudo-OCELLI LUCANI, DICÆARCHI & STRATONIS *Lampſaceni.* Inter recentiores nominat *Andream* CÆSALPINUM Italum aliosque.

Doctor quidam Anglus Anonymus, Autor *Divini Juris Epiſcopatûs*, qui & Sermones *de Trinitate* edidit (*cc*), in primo agit de ſtultitiâ Atheiſmi, unde pauca delibabimus. Inter Atheos ſpeculativos refert *Matth. Cnuzen*, (aliis *Knutzen* & *Knetzen*) jam nominatum, qui Oldenswortæ in ducatu Sleſwicenſi natus, Regiomonti in Pruſſia literas coluiſſe, & tandem Jenæ congregationem quandam *Conſcientioſorum*, quo vocabulo vocari amabant, inſtituiſſe dicitur, qui nonniſi rationis & naturæ dictata ſequerentur, cæterum exiſtentiam Dei, immortalitatem animæ, & divinitatem Scripturæ tantum non riderent (*dd*). Alterum exemplum profert *Jordani* BRUNI, cujus librum, *Spaccio della beſtia trionfante*

(*x*) *Naudæana & Patiniana* Amſtel. 1703. in 12. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. ejuſd. anni pag. 225. & *Nov. Reip. Litter.* menſis Maii. (*y*) Hunc etſi concrematus non fuerit, hoc tamen ſupplicio dignum fuiſſe aſſerit *Naudæus.*

(†) Extat *Mariæ Angeli Boniſacii* à Roma liber de Atheiſmo *Diagoræ*, à *Fabricio* citatus *Bibl. Græca* Tom. I. pag 817. Plura de iſto *Diagora* BÆLIUS in Diction. edit Roterod. 1720.

(z) *Efendi* linguâ Turcicâ *Dominus* vel *Magiſter* audit. Nomen eſt dignitatis, quod quibuſcunque viris literatis aliiſque tribuitur. Vid. *Moreri* Diction. verb *Efendi* edit. Baſil ex *Ricauti*'o ſup. cit (*aa*) Nobilis hic vir *Paulus Ricautius* variis muneribus functus obiit in Anglia A. 1700 De eo vid. *Moreri* Diction edit. Baſil. 1731. & *Acta Erud* Lipſ. paſſim. (*bb*) Prodiit Londini 1717. 8. Vid *Acta Erud* Lipſ A 1718. p. 263 (*cc*) *Diſcourſes concerning the Everbleſſed Trinity* Londini, apud W Taylor, 1720. in 8. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1721. p 488 (*dd*) Hujus *Knutzenii* Epiſtolam, qua errorum ſuorum ſummam complexus eſt circa A. 1674. Latinè cum Verſione Gallicâ edidit Vir Cl *Maturin. Veyſſierius la Croze* Bibl. Regiæ Berolinenſis Præfectus in Colloquiis variis argumenti *Coloniæ* vel potius *Amſtelod.* 1711. in 12. impreſſis ſub tit. *Entretiens ſur divers ſujets d'Hiſtoire, de Litterature, de Religion, & de Critique.* Colloquium quartum eſt Diſſertatio de Atheiſmo & Atheis recentioribus. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. IV. p. 399. & *Diar. Pariſ.* Aug 1711.

dictum, vix 18 nummorum Anglorum pretio dignum, 28 libris in quadam venditione publicâ apud Anglos venditum refert: Hujus Viri vitam breviter perſtringens, eum Nolæ in regno Neapolitano natum, & Ordinis S. Dominici Monachum fuiſſe, & inquieto ac turbulento animo Italiam Galliamque pervagatum, tandem Germaniam intraſſe ac Wittebergæ in publica Panegyri Diabolum laudaſſe teſtatur (*ee*). Titulum libri elegiſſe ſeu feſelliſſe Inquiſitores Romanos notat: librum ipſum, quanquam videatur commendabilis, quòd cleri Romani vitia acerrimè caſtiget, meram tamen Satyram Enthuſiaſtico-Atheiſticam eſſe, quæ omnem cultum Dei religionesque quaſcunque proſcindat. Jovem enim ibi, Momum & Conſtellationes invicem ſermones & conſilia miſcere, *Jove* quidem conquerente, quod omnis Deorum cultus apud mortales interciderit; *Momo* culpam ejus in Deorum amores & regiminis ipſorum perverſitatem rejiciente, & denique Conſtellationibus decernentibus, religiones omnes poſt hac abolendas ſubſtituendaſque in earum locum virtutes morales: ubique fabulas Poetarum ſacris Hiſtoriis, Moſen & Chriſtum Mahomedi æquari, Deum ſemper *naturam* appellari.

Vir Clariſſ. *Theod. Crugerus* Lycei Luccavienſis (*ff*) Rector *Strictura*s, quas vocat, diſquiſitionis Hiſtorico-Moralis Wittebergæ anno 1722 evulgavit de martyriis falſis, præſertim Atheis pſeudomartyribus, contra Clariſſ. *Petrum Bælium* aliosque, cujus etiam ſchediaſmatis continuationem per certas etates inſtituendam, imprimis autem Atheorum pſeudomartyrium, juſto aliquo volumine pro evincendâ Religionis Chriſtianæ veritate conſignandum, in ſe recepiſſe legimus in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1727. p. 277.

De ATHEIS & ATHEISMO innumeri ferè præter jam laudatos Scriptores extant, quorum pleniſſimam ſuppeditabit notitiam Opus à Viro Cl. *Jo. Alb. Fabricio* ſummâ curâ ac ſtudio collectum, cui tit. *Delectus Argumentorum & Syllabus Scriptorum qui veritatem Religionis Chriſtianæ adverſus Atheos, Epicureos, Deiſtas ſeu Naturaliſtas, Idololatras, Judæos & Muhammedanos Lucubrationibus ſuis aſſeruerunt.* Hamb. 1725. in 4. Vide etiam *Bælium* in Diſſertatione de Atheiſmo, cui tit. *Eclairciſſemens ſur les Loüanges données à des Perſonnes qui nioient ou la Providence ou l'exiſtence de Dieu.* Reperitur illa Diſſertatio in calce ejuſdem Dictionarii p. 3136. edit 1702.

(*ee*) Ita & *Kecherm.* Syſt. Rhet Special. *lib.* 1. *cap.* 18. *p.* 1647. Tom. II Oper. Edit Genev. 1614 fol ubi *Joannes Brunus* vocatur; at loco *Joannis* legendum *Jordanum* exiſtimat *Bælius* in Diction. verb. BRUNUS Annot. (D.) cit (23). (*ff*) *Luccavv* urbs Ducatûs Altenburgenſis in ſuperiori Saxonia.

ATHENAGORAS, nobilis Philoſophus Athenienſis, non minus Chriſtianâ, quam Gentilium Theologiâ, ac Scientiâ celebris. Claruit circa an. C. 177. Altum de eo ſilentium eſt apud *Euſebium*, & *Hieronymum* (a), nec ex Veteribus quiſquam ejus meminit præter *Methodium* Patarenſem, in cujus Excerptis è libro *De Reſurrectione Mortuorum*, quæ apud *Epiphan.* (*b*) Hæreſ. LXIV. & *Photium* Cod. 234. pag. 480 habentur, adducitur locus ex *Athenagora*, qui in Legatione ejus pro Chriſtianis, *p.* 27. totidem

(*a*) vid. *Bælii* Dict. not. D in art. *Athenag.* (b) *Athenagora* temere pro *Athenogene* ibi repertum primus monuit *Paulus Leopardus* XIX 9 Miſcellan. Emendationum. Atque *Athenagenê* quidem (de quo nos interius) Apologiam Chriſtianorum etiam tribuendam præter rem ſuſpicatus eſt *Baronius* ad Martyrol. Rom. 18 Jan, quemadmodum alius neſcio quis apud *Steph. le Moyne* notis ad Varia Sacra *p.* 171. minus adhuc verumſimiliter eam tribuit *Juſtino* Martyri, forte quia *Juſtini* Scriptis in antiquis editionibus addita eſt. Hæc obſervat Clar. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. V.* pag. 85.

totidem verbis hodiè reperitur. Gentilis adhuc ad oppugnandam Chriſti fidem induxit animum; dum verò S. Scripturarum lectioni ſedulò incumberet, quo propriis telis fortiùs Chriſtianos aggrederetur, aſpirante Divini Spiritus gratiâ captus eſt, fidem quam ſubvertere meditabatur, amplexus. Relictis Athenis (niſi potius id ante converſionem contigiſſe volumus) Alexandriam commigravit; ibique non ſolùm Philoſophiam Platonicam publicè docuit, ſed & ſcholæ Chriſtianorum Catecheticæ apud Alexandrinos præfuit, Chriſtianam Religionem in ipſo quoque Pallio profeſſus. Hæc omnia nos docet Fragmentum è *Philippi Sidenſis* (c) Hiſt. Chriſtianæ Serm. XXIV. à *Nicephoro Calliſto*, ut videtur, excerptum, quod ex codice Barocciano in appendice *Diſſert. ad Irenæum* edidit Cl. *Dodwellus*, in quo etiam Scholæ hujus catecheticæ Rectorum ſucceſſio hoc ordine nobis exhibetur: *Athenagoras*, *Clemens* Alexandrinus, *Pantænus*, *Origenes*, *Heraclas*, *Dionyſius*, *Pierius*, *Theognoſtus*, *Serapion*, *Petrus Martyr*, *Macarius* Politicus, *Didymus*, *Rhodon*. Mitto quæ ad hoc Fragmentum illuſtrandum, eruditè (ut ſolet) obſervavit *Dodwellus*. Id ſolum mihi notare liceat, *Athenagoram* noſtrum, primum Scholæ Catecheticæ Rectorum hic dici, Τῦ διδασκαλείȣ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρῶτος ἡγήσατο. Non quòd ante illum nullos habuit hæc Schola Rectores; erat enim moris longè *Athenagorâ* antiquioris. Sed primus fortaſſis erat in *Rhodonis* catalogo memoratus; è cujus ore idem *Philippus* hæc hauſiſſe videtur. Utcunque ſit, cùm primus nobis occurrat *Athenagoras*, qui huic Scholæ præfuiſſe diſertè traditur, non abs re forſan erit in Juniorum φιλαρχαίων gratiam, de SCHOLÆ hujus ORIGINE & INSTITUTO, paucula quædam hoc loco annotare. Conſtat certè Rem Chriſtianam egregiè hoc ſeculo promoviſſe Scholas Eccleſiaſticas, non modò privatas, quales in majoribus Eccleſiis haberi ſolebant, ſed & publicas ſacris dogmatibus explicandis deſtinatas, iiſque, tum adverſus Gentiles, tum hæreticos, vindicandis, ſanctiſſimorumque ac doctiſſimorum virorum curæ & fidei commiſſas. In his principatum tenuit ALEXANDRINA, quæ jam inde à priſcis temporibus, ἐξ ἀρχαίου ἔθους, inquit *Euſebius* (d), in ea civitate fuerat inſtituta. Veterem verò hanc conſuetudinem à *Marco* Evangeliſta fuiſſe introductam, diſertè tradit *Hieronymus* Catal. cap. 36. Quod ut dilucidius fiat, res paulò altiùs erit repetenda. Erat quidem Alexandriæ etiam ab ultimis temporibus Muſæum à Regibus Ptolemæis intra ipſa Regiæ pomœria extructum, porticibus & exedris ornatum, pecuniis & reditibus auctum, in quo, teſte *Strabone*, Lib. 17. p. 794. hujus Collegii conſortes, οἱ φιλόλογοι, ad communem menſam veſcebantur, præfecto illis qui Sacrorum curam gereret Sacerdote, non niſi ab ipſis Regibus ac poſteà à Cæſaribus Romanis, conſtituendo. Huc tanquam ad publicum melioris literaturæ Emporium ex omni orbis terrarum parte confluebat literata juventus, quibus Grammaticæ, Rhetoricæ, Poeticæ, Philoſophiæ, Aſtronomiæ, Muſicæ, Medicinæ, aliarumque artium & diſciplinarum rudimenta à ſuis quibuſque Profeſſoribus tradebantur. Florebant hic Scholæ Platonicæ junioris, ut & Ariſtotelicæ, Profeſſores, quorum ſucceſſiones accuratè notarunt *Jonſius*, *Voſſius*, *Stanleius*, alii. Situm erat hoc Muſæum in eâ urbis regione quæ *Bruchion* appellabatur; *Diuturnum*, inquit *Ammianus* Marcellinus, *præſtantium hominum Domicilium*. Certè à *Ptolomæi Philadelphi* ætate, uſque ad quintum vel ſextum Chriſti ſæculum perduravit (e). Quinimò occupantibus penè omnia Orientis loca Saracenis, varia erant hic loci ſtudioſorum Collegia, ſi qua vera nobis referant *Benjaminus* Tudelenſis, & *Leo* Africanus. Sed ut, unde digreſſus ſum, redeam: Ad hujus Gymnaſii imitationem, ab ipſis naſcentis Chriſtianiſmi incunabulis Schola fidelium ſacra à B. *Marco* Alexandriæ eſt inſtituta, in quâ rudiores primis fidei elementis imbuerentur, adultiores reconditioribus fidei Chriſtianæ myſteriis erudirentur, conſtitutis ad id præſtantiſſimis magiſtris, qui, ut de *Pantæno* loquitur *Euſebius*, partim vivâ voce, partim ſcriptis, Divinorum dogmatum theſauros auditoribus ſuis exponerent, & hæreticorum objectiones & ſophiſmata refellerent. Et hæc erat celeberrima illa Κατηχήσεως Schola Alexandrina, cujus frequens apud Scriptores Eccleſiaſticos occurrit mentio. Cui præfuerunt, & doctrinâ, moribus, ſcriptiſque ornarunt, tot Eccleſiæ lumina, *Athenagoras*, *Pantænus*, *Clemens* Alexandrinus, aliique ſuprà recenſiti. Suâ quidem ætate perſeveraſſe, & ab hominibus, tùm eloquentiâ, tum divinarum literarum ſtudio inſtructiſſimis obtineri, teſtatur *Euſebius*: quin & *Conſtantii* & *Juliani* Apoſtatæ temporibus floruiſſe, *Didymi* cæci Præfecturâ, referente *Sozomeno*, Lib. III. c. 25. nos docet. Nec dubium eſt, ſubſecutis aliquot Sæculis imminutâ licèt famæ laude, duraſſe. Interim notatu dignum eſt, & hactenùs planè inauditum quod prædictum *Philippi* Sidenſis Fragmentum refert; nempè *Rhodonem* qui *Didymo* ſucceſſit, hanc Scholam in Siden Pamphyliæ urbem, quæ *Philippi* patria erat, tranſtuliſſe, idque THEODOSII *Magni* Imperat. tempore contigiſſe. Sed forſan nihil aliud voluit *Philippus*, quàm *Rhodonem* Scholam in urbe Sida erexiſſe, ſimilem planè ei, quæ à tot retrò ſeculis Alexandriæ inſtituta fuerat. Unicum adhæc mihi notare liceat, Cl. *Conringium* (f) in eâ eſſe opinione, duas fuiſſe Alexandriæ Scholas ſacras; & κατηχήσεως Scholam à celeberrimo illo *Pantæni* Ludo (cui *Didymum* præfuiſſe vult) fuiſſe diverſam. Quâ vero de cauſa hanc ſententiam amplexus ſit vir eruditus, planè mihi non liquet. Certè *Euſebius* & *Hieronymus* unam eandemque Scholam diſertè faciunt. Hæc Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. P. II.

SCRIPTA:

Athenagoras noſter bina poſt ſe reliquit opuſcula, quæ hodie extant:

1. *Apologiam*, ſeu *Legationem pro Chriſtianis*, in quâ petit, ut Chriſtiani, non minus æquo jure quàm alii rei, apud Tribunalia fruantur; deinde illos à flagitiis iis impingi ſolitis vindicat: Poſtremo veteris Eccleſiæ more, Imperatoribus fauſta omnia, ac fœlicia ex animo precatur.

Hanc Apologiam, quam A. C. 168 oblatam contendit Cl. *Dodwellus*, videtur ſcripſiſſe *Athenagoras*, juxta Virum Cl. *Jo. Alb. Fabricium* (g), intra annum 177 & 180. obtuliſſeque Impp. *M. Aurelio Antonino* & *Lucio Ælio Aurelio Commodo* (h), quorum nomen in MSS. Codicibus (i) conſtanter præfixum legitur, etiam in Bononienſi, quem ſe vidiſſe teſtantur *Geſnerus* (k), & *Mabillonius* (l): quanquam Clariſſ. *Balius* negat (m) unquam fuiſſe oblatam publico Chriſtianorum nomine, ſed tantùm ſcriptam privatim ab *Athenagora*, perinde ut in Gallia ab A. 1680 multi è Reformatis perſecutionem paſſi libellos hujuſmodi Supplices & Apologias ad Regem LUDOVICUM XIV. ſcripſerunt ediderùntque, Regi nunquam oblatas. Hanc autem ſententiam nullo niti fundamento cenſet doctiſſimus *Cellerius* (n), qui *Athenagoram* circa A. 176 vel 177 (o) ſcripſiſſe colligit ex his verbis *pag.* 2 & 6 (p) in quibus ipſos Impera-

(c) Autor eſt Seculi V. (d) Hiſt. Eccl. IV. c. 10. pag. 175. (e) Vid. *Balii* Diction. verb. *Athenes* Annot. (A) ſub finem p. 370. edit. Roterod. 1720.

[f] Addend. ad Antiq. Acad. p. 292. [g] *Bibl. Græca* Tom. V. p. 86. [h] Ita & *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad A. 151. [i] Aliquot recenſet *Oudinus* inf. cit. [k] Bibl. [illegible] *fol.* 99. verſo [l] *Iter Italic.* p. [illegible] 194 [m] Vid. inf. cit. (y). [n] *Hiſt. Autorum ſacr. & Eccleſ.* Tom. II. p. 113. not. (d). [o] Ita & *Maranus* in Auctar. *cap.* 13. [p] *Cellerius* l. c. not. (b).

Imperatores alloquitur: *Univerſus hic terrarum orbis*, inquit, *veſtra prudentia beneficio altiſſimâ pace perfruitur.* Id refert *Ellies du Pin* ad A. 178.

His ſcriptis ad manus occurrunt viri doctiſſimi *Ant. Pagi* obſervationes. Docet ille (q) *Peregrinum* Philoſophum Cynicum, cognomento *Proteum*, ſeſe in conſpectu totius Græciæ in rogum immiſiſſe Olympiade 236. quæ menſe Julio anni 165 inchoavit. Cùm autem *Athenagoras* in ſuo Apologetico de eâ re tanquam recenti loquatur, inde conjicit, librum illum anno ſequenti 166 (r) elucubratum, non verò anno 179 ut exiſtimavit *Baronius* ad hunc annum, nu. 30. Sed pluribus alibi (s) hac de re agit *Pagius*, ubi multis contendit hanc Apologiam Imper. M. Aurelio & Lucio Vero, idque A. C. 166, oblatam fuiſſe, non Lucio Aurelio Commodo. M. Aurelii filio, ut *Baronius* aliique multi credidere, difficultate inde ortâ, quòd tam *Lucius Verus*, qui cum *M. Aurelio* imperabat, quam *Commodus* M. Aurelii filius, annoque 165 *Augusti* dignitate cohoneſtatus, *Lucii Aurelii Commodi* nomina tulerint.

Primum *Pagius* argumentum deſumit ex eo quod in fine Apologiæ *Athenagoras* ait: *Nos pro Imperio* *veſtro preces ad Deum fundimus, & ut filius (quod juſtiſſimum eſt) in regno olim parenti ſuccedat.* Quæ verba, *inquit*, de *M. Aurelio* & *Commodo* ejus filio jam *Augusto* intelligi non poſſunt, cùm is jam cum patre imperaret, filioſque qui ei ſuccederent, non haberet. Sed è contra anno 166 quo *Marcus* & *Lucius Verus* imperabant, *Commodus* à patre, petente *Lucio*, Cæſar nuncupatus fuit, quem ut patri aliquando ſuccederet, Deum deprecari poterant Chriſtiani. Locum equidem adducit ex ead. Apologiâ *p.* 17. edit. Pariſ. 1574. ex quo demonſtrari videtur, hanc Apologiam patri & filio Imperatoribus præſentatam eſſe; ſed obſervari vult, *Athenagoram* Chriſtianos impietatis accuſatos defenſurum, oſtendere, Deos Gentilium nullam vim atque efficaciam habere, uni verò Deo Chriſtianorum & Filio ejus ſubjecta eſſe omnia, uti in gubernatione Imperii patri & filio in poteſtate cuncta erant, Regno divinitus in eos collato; ubi *L. Verum*, qui *M. Aurelii* gener erat, filium vocavit, ut comparatio meliùs quadraret: nec aliud in hoc loco arcanum latere addit, ut rectè vidit *Nicolaus Toinardus* Aurelianenſis Vir eruditiſſimus, quando cum eo ſuam *Pagius* communicabat ſententiam.

Alterum argumentum deſumitur ex ſecundâ *Juſtini* Apologiâ *M. Aurelio* & *L. Vero* oblatâ, in quâ uterque Philoſophus appellatur, & de quâ *Hieronymus* in libro de Script. Eccleſ. loquens ait, pro Religione Chriſti in tantum laboraſſe ut Antonino *Pio* librum contra gentes ſcriptum daret, *& alium librum ſucceſſoribus ejuſdem* Antonini, *M. Antonino Vero*, & *L. Aurelio Commodo*, ubi vides, *L. Verum* ab *Hieronymo* vocari *L. Aurelium Commodum*, & S. Doctorem eundem ſecundæ *Juſtini* Apologiæ titulum tribuere, quem ſuæ *Legationi* præfixit *Athenagoras*; quia nempe utrumque ſcriptum iiſdem Imperatoribus oblatum. Duo itaque illi Philoſophi in titulo hujus *Legationis* memorati, *M. Aurelius* & *L. Verus*, non verò *Marcus* & *Commodus* ejus filius, cùm is nec moribus, nec doctrinâ unquam Philoſophus fuerit. Præterea in dicto titulo uterque Imperator *Armeniacus* nuncupatur, quod nomen *Commodo* M. Aurelii filio attributum non reperitur. Verum quidem eſt, addit *Pagius*, utrumque Imperatorem in eodem *Sarmaticum* etiam appellari, quo nomine *L. Verus* Marci in Imperio Collega vocatus non fuit, cùm tamen *Commodus* Marci filius jam ab uno aut altero anno *Sarmaticus* in Nummis diceretur. Sed titulus ille intruſus videtur, & in Græco legendum Παρθικοῖς, *Parthicis*, pro Σαρματικοῖς, i. e. *Sarmaticis*.

Pergit Clar. ille *Baronii* Criticus, dicens, *Athenagoram* Apologiam ſuam Impp. Marco & Lucio obtuliſſe A. C. 166. quo pacem per orbem Romanum viguiſſe monſtravit, & iiſdem hanc in rem verbis utitur, quæ pro ſe attulit *Cellerius* (t) *Univerſus hic terrarum Orbis, veſtra prudentia beneficio, altiſſimâ pace perfruitur.* »Quare *Dodwellus*, qui (u) nonne »Apologiam *M. Aurelio* & *L. Vero* porrectam rectè »ſcribit, in anno, quo ea iis Imperatoribus oblata, manifeſtè peccat. Ait enim *Athenagoram* eam »ſcripſiſſe anno 168. quo tamen bellum ardebat, & »uterque Auguſtus Imp. V. appellatus eſt. Fatetur equidem *Pagius*, pacem anno 176 ſancitam, ſequenti adhuc ſervatam fuiſſe, verum inde deduci non poſſe, Legationem *Athenagoræ* ad annum 177 pertinere, ut ex dictis liquet: neque præterea verum eſſe addit quod ſcribit *Baronius*, uſque ad dictum annum, *M. Aurelii* decimum ſeptimum, bellum in Imperio arſiſſe, cùm ſexto Imperii ejus anno omnia tranquilla fuiſſe conſtet: denique falli doctiſſimum Cardinalem, quando dicit bellum hoc anno rurſus inſtauratum.

At nondum finita eſt Obſervatio de *Athenagoræ* Apologetico. De verâ etenim hujus libelli ætate Diſquiſitionem (x) conſcripſit Vir eruditus D. *Joan. Laur. Moshemius* in illuſtri Holſatorum Academiâ Philoſophiæ Doctor, qui vulgarem hoc de argumento ſententiam ab *Ant. Pagio* impugnatam reſtituere conatur. Eorum igitur ſententiæ calculum adjicit, qui libellum *Athenagoræ* præter *Marcum* Imperatorem, *Commodo* ejus Filio inſcriptum cenſent. Quod probat primò ex ipsâ inſcriptione quæ ad *Lucium Aurelium Commodum* directa eſt. Concedit nomen hoc *Verum* aliquando geſſiſſe, ſed dubitatur, an poſteaquam in conſortium Imperii ab *Antonino* adſcitus erat, eo uti perrexerit? Contendit titulum adjectum *Sarmatici* noniſi *Commodo* competere; *Armeniaci* verò propter conjunctionem cum Patre fuiſſe additum: *Commodum*, pari jure, quo *Verus*, Philoſophum dici potuiſſe. Alterum argumentum ex ipſius *Athenagoræ* teſtimonio arceſſitur, disertè Patrem & Filium nominantis, ubi *Pagii* effugium ſupra relatum rejicitur. Contraria ſuæ ſententiæ argumenta expendit *Moshemius* & conjecturas *Suffr. Petri* nullo in pretio habet. Inquirit, quo ſenſu *Athenagoras* dixerit, Chriſtianos *petere, ut filius in regno olim parenti ſuccedat*: ubi exiſtimat non ad unum aliquem ſpeciatim reſpici, ſed hoc tantum dici, optare Chriſtianos, ut progenies Imperatoris rebus Romanis ſemper præeſſet, nec turbulentorum hominum conſiliis familiæ Cæſareæ ſucceſſio interrumperetur. Mentionem quam facit *Athenagoras* de morte Peregrini nihil officere ſententiæ ſuæ oſtendit *Moshemius* ex ipſis *Athenagoræ* verbis *Apol.* cap. 23. p. 107. edit. Oxon. 1682. *Quod verò*, inquit, *attinet ad* Alexandri *ſtatuam &* Protei (*non ignoratis autem hunc, qui ſe ludis Olympicis in ignem conjecit*) ubi videtur quidem *Athenagoras* hujus rei memoriam in animo reſuſcitare velle, non autem de ea tanquam nuperrimè geſtâ loqui. Solvitur quoque objectio, quòd de pacato orbe terrarum Imperatoribus congratulatur *Athenagoras*, cum A. 176. quo titulum *Auguſti* Commodus accepit, pax in Imperio, devictis Germanis, Sarmatiſque ſancita fuerit; quod inter alia numiſma apud *Mediobarbum* confirmat cum inſcriptione: *Pax æterna*: itaque ubi in ipſum Apologiæ ſcriptæ annum inquiritur, is poſt C. N. 177 fuiſſe aſſeritur, 1º quia non alio *Commodi* anno or-

[q] Crit. in Annal. *Baron.* ad A. C. 165. num. 6. [r] *Pagii* ſententiam, *ut omnium accuratiſſimam*, amplectitur *Cotelerius* in Commentario ad A. 166 ubi obſervat p. 205. *Labbeum* in Diſſert. de Script. Eccleſ. Tom. I. p. 124. hanc Apologiam factam cenſere inter annum 164 & 170. [illegible] ad *M. Aurelium Antoninum*, ejuſque fratrem *Lucium Aurelium Commodum*, non verò dum filius *Commodus* eſſet Imperii conſors. [s] *Pagi* ubi ſup. ad A. 177. num. 8. 9 & 10.

[t] Vid. ſup. cit. (n) [u] Diſſert. Cyprian. XI. num. 37. [x] Extat in *Biol. Hiſt. Philolog. Theol.* Brem. 1719. Claſſ. II. [illegible] V. p. 813-883.

no orbis pacatus fuit ; 2ò quia *Athenagoras* ad teſtimonium ſervorum provocat : 3ò quia Imperatores ita alloquitur, ac ſi Romæ in palatio ſuo verſarentur. Hæc fuſius deducit Cl. *Moſhemium.*

Vir acuti ingenii *Petrus Balius* (y) qui variorum doctorum Virorum de hoc argumento ſententias expendit, ſimul agnoſcit, non ſine difficultate ſtatui poſſe eam *Dodwelli* probabiliorem eſſe quàm *Baronii.* Notat (z) pro fratre *M. Aurelii* ſtare (præter alios jam memoratos) *Scaligerum* (aa), *Urb. Chevræum* (bb), &c. pro filio *Suffridum Petri* (cc), *Petavium* (dd), *Larroquanum* (ee), *Tillemontium* (ff) & alios. Sed obiter notandus eſt error Cl. Viri *Hug.* Grotii. *Floruit* Athenagoras, *inquit* (gg), *circa A. C.* 190, *ut ex libri inſcriptione apparet* : jam autem ab anno 180 è vivis exceſſerat Imper. *M. Aurelius.*

De eo autem quod contendit *Balius*, privatim ſcriptam fuiſſe hanc Apologiam, nec Imper. oblatam, his nititur conjecturis. Allegat 1ò ſilentium totius Antiquitatis, quòd tali revera Legatione functum eſſe *Athenagoram* nullus veterum prodat ; 2ò minimè veroſimile videri, *Athenagoram* in Aulâ Imperatoris ſe produxiſſe, tanquam à Chriſtianis Deputatum, quorum nomen odioſum adeo atque oppreſſum tunc temporis erat : 3ò obſervari vult, extare Codices MSS. quorum inſcriptio ſuæ favet ſententiæ, in quibus nempe poſt vocem *πρεσβεία*, additur *ἢ ἀπολογία* (hh) vel Apologia ; alios in quibus loco *πρεσβείας* legitur *ἀπολογία* ; hanc vocem *πρεσβείαν*, non modò *Legationem*, ſed & *Deprecationem* ac *Supplicationem*, apud Græcos ſignificare (ii) ; ac præterea, non Legati Orationem *Legationis* titulo donari, ſed Relationem de geſtis ab ipſo negotiis : 4ò *Tillemontium* non iiſdem vocibus uti quibus cæteri Scriptores : *Aperte liquet*, inquit ille (kk), *tum in Oriente vexatam fuiſſe Religionem, ſiquidem hic* Athenagoras *Apologiam conſcribere coactus fuit, ſub tit.* Legationis pro Chriſtianis, *quam duobus Auguſtis inſcripſit* : Autorem hunc nec de ullo itinere loqui, de ullâ Deputatione, ullâ denique Apologiâ Imperatoribus oblatâ, ſed tantum ab *Athenagorâ* in Muſæo ſuo conſcriptâ & *M. Aurelio* inſcriptâ *&c.* Tandem *Athenagoram* Seculo II feciſſe, arbitratur *Balius*, quod XVIto Celeb. *Joan. Calvinus*, qui Baſileæ in Muſæo ſuo ſuam *Francisco I* Regi Gallorum *Inſtitutionem Chriſtianam* nuncupavit, quam nec ipſe, nec ullus unquam alius Regi obtulit.

Cæterum non diſſimulat Vir ille Clariſſ. eo ipſo die qua haſce obſervationes ſcripſit, eas cum amico (*ll*) ſuo communicaſſe, qui hac de re Cl. *Dodwellum* conſuluit. Ejus reſponſum vidit *Balius*, ſed fatetur elici conſequentias in gratiam ſententiæ à ſe impugnatæ, eaſque probabilitate non carere ; hanc autem Epiſtolam exquiſitâ eruditione refertam eſſe ait, præloque digniſſimam.

2. Alter *Athenagoræ* libellus eſt *De Reſurrectione Mortuorum* ; in quo etiam Chriſtianæ veritatis cauſam adverſus infideles agit.

Athenagoræ Editiones ex *Fabricii* præſertim *Syllabo Script. de Verit. Relig. Chriſt.* p. 53. &c.

Liber *de reſurrectione*, ſive uberiora ex illo excerpta Latinè interprete *Marſilio Ficino* ſæpius vulgata *Baſileæ* v. g. 1516. in 4. cum *Æneæ* Platonici opere de immortalitate animæ, teſte *Geſnero* in Bibl. ſua. Atque in *Ficini* Operibus Tomo II. leguntur. Integrum librum poſt *Georgii Vallæ* verſionem *Venet.* 1498. fol. cum aliis variorum ſcriptis editam primus ex unico MS. *Græcè* vulgavit, novamque verſionem ſuam addidit, *Petrus Nannius* Pariſ. 1541. 4. typis Wecheli, & *Lovanii*, quæ editio Græco-Latina repetita in *Micropreſbytico* ex officinâ *Henr. Petri* vulgato *Baſil.* 1550. fol. p. 470. & in *Orthodoxogr.* Joan. Heroldi *ibid.* 1555. fol. p. 351. Sed Latinè hic liber *Nannio* interprete ſubjectus *Philoni* Judæo ex *Gelenii* verſione edito *Baſil.* 1552. 8. & poſtea alibi pluries *Italicè* vertit *Hieron. Faleti.* (mm) *Venet.* 1556. 4. apud Aldum Manutium. *Anglicè* Rich. Porderus *Lond.* 1573. *Græcè* item *Lugd. Bat.* ex officinâ Plantinianâ 1588. 8. *Apologia* Gr. Lat. cum *Conr. Geſneri* verſione ac notis *Baſil.* 1558. 8. Latinè ex *Jo. Langi* verſione cum ejus commentario, ad calcem *Juſtini* Martyris *Baſil.* 1565. fol. & ex verſione *Suffridi* (nn) *Petri* cum ſcholiis ejus uberioribus, *Colon.* 1567. 8. *Gallicè* per *Guid.* (oo) *Gauſſartum* Pariſ. 1574. 8. (*pp*) additis *Suffridi* notis.

Utrumque opus Latinè, *Apologia* ex *Conr. Geſneri*, & liber *de reſurrectione* ex *Nannii* verſione recuſum in Bibl. Patrum *Pariſ.* 1575. 1589. 1609. *Colon.* 1618. & *Lugd.* 1677. Tom. II.

Gr. & Lat. cum iiſdem verſionibus ad calcem libri ſubjunctis ex *Henr. Stephani* recenſione, qui *Apologiæ* MS. Codicem Græcum è Bibl. Regis Galliæ, & libri *de reſurrectione* Romæ à *Guil. Sirleto* accepit, ſtylumque *Athenagoræ* plenum hyperbatis, paſſim parentheſibus diſtinxit, caſtigationeſque addidit, *Pariſ.* 1557. 8. Addit *Ellias Du Pin* ex *Nannii* verſione editiones *Antverp.* ex officina Plantin. 1560. 1583 & 1588.

Cum iiſdem verſionibus, & *Geſneri* ad Apologiam, *Henr. Stephani* ad utramque notis, *Tiguri* 1559. fol. inter Theologorum aliquot Græcorum veterum Orthodoxorum ſcripta : item cum iiſdem verſionibus, ac *Frontonis Ducæi* notis, in Auctar. Bibl. Patrum *Pariſ.* 1624. fol. (*qq*) & cum notis brevibus Viri Rev. *Jo. Felli* Oxonienſis Epiſcopi, *Oxon.* 1682. in 12. è theatro Sheldoniano. *Apologia* Lipſiæ 1684. in 8.

Clariſſimus *Adamus Rechenbergius*, Theol. Lipſienſis, qui hanc editionem adornavit, Græcum *Henr. Stephani* exemplar variis parentheſibus propter hyperbata notatum retinuit, adpoſitâ *Suffridi Petri* interpretatione, & notis variorum autorum textui ſubſtrata : puta *Conr. Geſneri*, *Henr. Stephani*, *Suffridi Petri*, *Editoris Oxonienſis*, & D. *Kortholti*, Theologi Kilonienſis primarii (*rr*). Quas inſpertia hinc

[y] *Diction. Crit.* p. 367. edit. Roterod. A. 1720. [z] ibid. Annot. (A) ſub finem. [aa] Scalig. *Animadv. in Euſeb.* num. 2182. pag. 810. [bb] Chevreau *Hiſt. du Monde* Tom. II. pag. 313. edit. 1re Hollandicæ, ubi Apologiam A. 165 oblatam refert. *Larroquanus* inf. cit. aliâ forſan Editione uſus, à *Chevræo* relatam dicit ad A. 175. [cc] *Comment. in Athenag.* p. 100. ad A. 179 refert. [dd] *Petav.* apud *Anton. Pagi* Diſſert. Hypat. p. 116. Annum 177 ſeligit. [ee] *Dan.* Larroquanus *Matthæi* filius, in *Diſſert. de Legione Fulminatr.* p. 648. [ff] *Tillem.* Hiſt. des Emper. *Tom. II* p. 1066. &c. [gg] Grotius *de Verit. Relig. Chriſt.* p. 128. apud *Larroq.* ſup. cit. [hh] Vid. *Suffr. Petri* in Athenag. Apolog. p. 98. [ii] *Rechenb.* Notæ in Athenag. pag. 2. [kk] *Tillem.* Hiſt. des Emper. *Tom. II.* p. 756. 757. edit. Bruxell. *on voit bien que la Religion etoit alors perſecutée dans l'Orient, puis qu'*Athenagore *fut obligé d'y compoſer une Apologie, ſous le titre de* Legation pour les Chrétiens. *Il l'addreſſa aux deux Auguſtes.* [ll] Is eſt *Cockburn* Theologiæ Doctor Hibernus, aliquot librorum Anglicè editorum Autor, inter quos ſunt quidam adverſus *Bourignoniæ* doctrinam.

(mm) *Faletum* malè vocat *Ellias Du Pin* Tom. I. p. 65. *Valetum* Hottingerus *Bibl. quadrip.* p. 312. Scribendum igitur *Faletus* ſive *Phaletus.* Fuit ille patriâ Savonenſis, *Guidi* filius, variorum librorum Autor, quos enumerat *Oldoinus* in Athen. Liguſt. p. 243. (nn) Iſte, ut refertur in *Actis Erud.* Lipſ. 1684. p. 338. cum deprehendiſſet, *Geſnerum*, ob corruptum quod habuit exemplar, non ubique Autoris mentem rectè vel aſſequi vel exprimere potuiſſe, ſuum codicem caſtigatum ad *Geſnerum* tranſmittere conſtituerat, ut *Athenagoræ* Apologiam inde emendaret : enim verò de obitu *Geſneri* (13 Dec. 1565) mox certior factus, ipſe *Suffridus* amore rei literariæ juvandæ, textum Græcum ex ſuo Codice & caſtigavit, & verſionem novam, eamque ſatis luculentam fecit, quam An. 1567. *Colon.* in lucem emiſit. (oo) Fuit ille Prior S. Fidei Colomeriæ prope Meldenſem urbem provinciæ Brienſis in Galliâ. Hunc meminit *Ant. Du Verdier* in Bibl. Gall. p. 533. (*pp*) Ante *Gauſſartum*, Verſionem Gallicam utriuſque libri *Athenagoræ* ediderat Vir eximius *Arnaldus Ferronius* Conſiliarius Regius in Parlamento Burdigalenſi, qui obiit anno 1563 ætat. circiter 50. Hiſtoricis, Juridicisque Operibus, tum & aliquot Verſionibus clariſſimus. Ejus Scripta *Attici* nomen à *Jul. Caſ. Scaligero* ipſi tributum pepererunt. Egregiis eum laudibus ornat *Scævola Sammarthanus* in Elog. lib. 2. p. 63. edit. Jenenſis 1696. & ex eo alii, *Teiſſerius* in Addit. ad Elogia *Thuani* Tom. II. p. 106. quæ edit. *Bayle* Diction. p. 54. edit. Baſil. 1731 &c. (*qq*) Adde *Pariſ.* 1636. cum *Juſtini M.* Operibus, *Theophyli* ad *Autolycum* Libris, & *Tatiani* Aſſyrii contra Græcos oratione. (*rr*) Ejus Commentarius in utrumque *Athenagoræ* librum prodiit Kilonii A. 1675. fol. & cum Additionibus in Editione *Juſtini* Martyris, ipſius *Athenagoræ* &c. Lipſiæ 1686.

hinc inde ſuis auxit, ut melioribus literis conſectata juventus anſam haberet ulterius inquirendi, quæ ad antiquitatis tum profanæ tum Eccleſiaſticæ ſtudium faciunt (ss).

Librum *de reſurrectione mortuorum* anno ſequenti 1685. idem *Kechenbergius* variis itidem notis illuſtratum evulgavit. Illas partim ex *Henr. Stephani* conjecturis partim ex D. *Kortholti* annotationibus deſumtas, ſuis adſperſis reddidit auctores. Interpretatio Latina, quæ è regione Græci textûs ponitur, eſt *P. Nannii*, τὸ ἀνωφελὲς illud ſapientiſſimi auroris mire exprimentis. Et ut ſumma tractationis Lectori ſtatim adpareret, illius analyſin tabulâ comprehenſam opuſculo huic præmiſit, annexâ quoque rerum, quæ in illo continentur ſublimea, indice. Nam *Athenagoras*, dum arduum hoc fidei Chriſtianæ caput, contra Scepticos atque improbos Sophiſtas nervosè adſtruit, de homine ejuſque fine ſimul altiſſimè philoſophari inſtituit (tt).

Apologia cum *Geſneri*, & liber *de reſurrectione* cum *Nannii* verſione, notiſque integris variorum, ac novis commentariis *Edvardi Dechair* alias *de Chaire*, qui Græca in ſectiones diviſa ad priores editiones & MSS. duos, Bodlejanum & Etonenſem recenſuit, atque verſiones paſſim caſtigavit, *Baroniique* nonnulla (ex Annalibus) & *Petri Hallovii* ac *Dodwelli* (ex Diſſ. XI. Cyprianic. §. 37. ſeq. & *Georgii Bulli* (ex defenſione fidei Nicænæ) de *Athenagora* ſubjunxit. *Oxon.* è theatro Sheldon. 1706. in 8.

Utramque *Athenagoræ* pro Religione Chriſtianâ & pro veritate Reſurrectionis Apologiam Anglice vertit edititque Vir Celeb. *David Humphreys*, Artium Baccalaureus in Collegio Trinit. Cantabrigienſi, addito Fragmento *Juſtini* Martyris *de Reſurrectione*, nondum in ſuis operibus edito; duobuſque aliis, *de ſtatu mortuorum*, altero quod *Joſepho*, altero quod *Methodio* tribuitur, quæ inter MSta Viri erudiſſimi *Erneſti Grabii* reperta ſunt. Duas operi Diſſertationes præmiſit Cl. Editor: in priore Judæorum de reſurrectione mentem expendit; in altera varia refert ſingularia de vitâ & doctrinâ *Athenagoræ*; in qua etiam piè debacchatur in eos qui profundam Patrum doctrinam non admirantur, ac varios etiam ipſis & craſſos de Religione errores tribuunt. En titulum editionis Anglicum: *The Apologeticks of the learned Athenian Philoſopher* ATHENAGORAS: I. *For the Chriſtian Religion. II. For the truth of the Reſurrection. Againſt the ſcepticks and Infidels of that Age: Together with a curious Fragment of* Juſtin Martyr *on the ſubject of the Reſurrection, not publiſhed in his Works. And two other Fragments: the one attributed to* Joſephus: *the other to* Methodius, *concerning the ſtate of the dead* &c. *By* David Humphreys, *B. A. Trinity College in Cambridge.* Londini, 1714. in 8. (uu).

Anno ſequenti Vir quidam eruditus alicujus Academiæ in Germaniâ Profeſſor, Emendationes & Obſervationes conſcripſit in quædam loca utriuſque libri *Athenagoræ*, minus huc uſque intellecta: quæ inſertæ ſunt in Diario inf. cit. (xx) Addit in fine *ſuppetere alia annualia, ſed partim quod leviora eſſent momenti, partim quod in recentiſſimâ editione Oxonienſi erant mutata, ea hic adducere ſuperſedit*

Anno 1718. in Epiſtolâ Pariſiis datâ & in Diario inf. cit. inſertâ (yy) legimus D. *Prudentium Maranum* (zz) Monachum Bened. Congreg. S. Mauri, novam editionem adornaſſe *S. Juſtini* Martyris, *Theophili* Antiocheni, & *Athenagoræ*: at vereor ne falſus ſit nunc us ille, nec immeritò, ut arbitror, cùm D. *Phil. le Cerf* in Biol. Hiſt. Crit. Autorum ejuſd. Congreg. *Hagæ Comitum* A. 1716 Gallicè editâ, *Maranum* quidem in recenſendis *S. Juſtini* Operibus occupatum perhibeat [1], nullam verò nec de *Theophilo*, nec de *Athenagorâ* mentionem faciat.

Monuit *Cellerius* in opere alibi citato p. 688. cit. (o). A. 1710. edito *p.* 112. novam expectari Apologiæ Verſionem Gallicam ab erudito Viro D. *Goujetio*, S. Jacobi vulgo *de l'Hôpital* Pariſienſis Canonico, nec modo *Athenagoræ*, ſed & duarum S. *Juſtini* Apologiarum.

3. Libros XII. περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν quos in Bibliothecâ Geſneriani latuiſſe volunt (2), non eſſe *Athenagoræ*, ſed M. ANTONINI Imperatoris, vel ſolus titulus oſtendit. Rectè igitur Clariſſ. *Tentzelius* retractavit (3) quod ſibi perſuaſerat (4), hos libros alicubi deliteſcere, cùm *Geſnerus* de libris *M. Antonini*, qui hoc titulo extant, loqui voluerit, ut obſervat Clariſſ. *Fabricius* in Syllabo *p.* 51.

4. Extant ſub *Athenagora* nomine *Amatoria*, ſeu *de vero & perfecto Amore*: Opus hiſtoricum, ex eorum librorum genere, quos Romanenſes (*Romans*) hodie vocant. Librum (ni fallor, inquit Cl. *Caveus*) ex Oriente olim illatum; Gallicè vertit & ad Dominum *de Lamané* (Lamanæum) Cardinalis *de Armagnaco* Secretarium, an. 1569. miſit *Martinus Fumejus*, alias *Fumaus*, Dominus *de Genillé*. Tandem inter ſchedas ſuas repertum edidit *Bernardus San-Jorry*. Græca ubinam jam deliteſcant, mihi planè incompertum eſt. Verſionem Gallicam ſe vidiſſe teſtatur Cl. *Gail. Cave* in inſtructiſſimâ Cl. *Iſ. Voſſii* Bibliothecâ ſic inſcriptam:

Du Vray & parfait Amour, eſcrit en Grec par Athenagoras *Philoſophe Athenien; contenant les Amours honneſtes de Theogone & de Charide, de Pherecides & de Melangenie. A Paris chez Daniel Guillemot, demeurant rue des Cordiers derriere les Jacobins*, 1612. Antea verò ibidem prodierat apud Mich. Sonnium, 1599. in 12. cum privilegio Regis, & præfatione *Bern. San Jorry* Cal. *Octob.* 1596 (5).

An genuinum ſit Philoſophi noſtri opus non immeritò dubitari poteſt. Suſpicari quis poſſit, ſcriptum ab eo eſſe ante ſuſceptam fidem Chriſtianam; Quod ſi ita ſit, non pauca à recentiori manu acceſſiſſe, cuivis inſpicienti facile conſtabit.

Poſt hæc ſcripta, & jamjam in prælo mittenda, (ſunt Cl. *Cavei* verba) incidit in manus meas Cl. *Huetii* de Origine fabularum Romanenſium Diatriba, è Gallico Latinè verſa, in qua de hoc opere ejuſque Autore prolixè diſſerit, omnia miro ingenii acumine expendit, volvit, revolvit, objicit, objectiones proprias ſolvit, fatetur etſi Græcum Exemplar non viderit, tamen ex interpretationis lectione, aſſeverare, ſe non dubitare, *Fumejum* id operis *Athenagoræ*, Apologiæ Autori, non ſine ratione aliqua probabili adſcripſiſſe; nihilominus *Athenagoræ* noſtro abjudicat (6), quin & eò uſque devenit, ut leviſſimâ quidem conjecturâ ductus ſuſpicetur *Philandrum* VITRUVII Commentatorem, hominem undequaque doctiſſimum & Cardinali *de Armagniaco* percharum, quò ſuas opiniones aliquâ antiquitatis autoritate fulciret, & Cardinali arti Architectonicæ impensè dedito ſpecioſius commendaret, opus illud, in quo tot Architectonicæ peritiæ veſtigia exhibentur, ex proprio cerebro confinxiſſe, atque ita *Lamanæo* Protonotario, & interpreti *Fumejo* fucum feciſſe; quod quidem, inquit Cl. *Cave*, emunctæ naris viris ægre nunquam perſuadebit vir eruditiſſimus. Interim ipſum librum *Huetius* miris eſſert laudibus

(ss) *Acta Erud.* Lipſ. A. 1684. p. 337. (tt) *Ibid.* A. 1685. p. 493. (uu) Vid. *de la Roche* Biol. Angl. *Tom. II. art. I.* Memoirs of Literature *Tom. IV. p.* 181 & 18 *ſeqq.* citante *Fabricio* in Syllabo p. 54. (xx) *Hiſt. Crit. de la Rep. des Lettres* Tom. IX. p. 130-145. (yy) *Ibid.* Tom. XV. p. 329. &c. (zz) Vitioſe ibid. legitur *Maxanus* p. 332.

[1] Dom PRUDENT MARAN *s'occupe à revoir les Oeuvres de S.* JUSTIN, *& il ſe prépare à en donner dans peu une nouvelle Edition au Public.* Hæc *Phil. le Cerf* in lib. ſup. cit. *p.* 292. [2] Scult. et. *Syntag. Patr.* lib 1. p. 46. [3] *Diſſ. ſelect.* p. 453 [4] *Ibid.* p. 199. [5] *Fabric.* p. 51. loc. ſup. cit. *p.* 688 cit. (g) [6] Apud *Caveum* errore typographico legitur *adjudicat* p. 47. edit. Genev. 1705. *Huetio* adſtipulatur *Nic. le Nourry* p. 481. loc. inf cit. *p.* 692. n. (9)

lodibus. Quidquid ſit, inquit, illud certè opus acutè & ſolerter inventum eſt, artificioſè deductum, eximiis ſententiis, & præclaris Ethicæ præceptis illuminatum, magnâ jucundiſſimarum Imaginum ſapientiſſimè diſpoſitarum varietate condecoratum, ibi ſunt veriſimilia eventus, è re ducta epiſodia, diſtincta dicendi genera, honeſtas ubique religioſius obſervata; nihil hic humile, nihil accerſitum, nihil quod Sophiſtarum puerilitatem redoleat.

Idem opus in decem libros tributum Græco Sophiſtæ ſine tergiverſatione adſcribit *Rolandus Mareſius* Epiſt. 26. Lib. 1. & tanquam veterem Scriptorem laudat Cl. *Sam. Bochartus* Geogr. Sac. *p.* 638. at Vir illuſtris *Giſbertus Cuperus* in Harpocr. *p.* 119. non credit eſſe genuinum opus, quia integra loca ex *Plutarcho*, *Livio*, *Herodoto*, *Curtio* aliiſque Auctoribus ad verbum ferè deſcripta ſunt. *Quod ſi fraus omnis abeſt*, inquit, *plurimi ille* Athenagoras *faciendus eſt, quia tot antiquitatibus aliiſque præclaris rebus abundat.* Plura idem in Epiſt. ad Cl. *Fabricium* ſcriptâ d. 10. Sept. 1710. quæ extat *Bibl. Græca* Tom. V. p. 88. 89. ubi notat Dominum *Baudelot Dairval* (7) in lib. Gallico *de l'utilité des voyages* p. 182 genuinum credere hoc opus eſſe noſtri *Athenagoræ*; & in eadem ſententiâ fuiſſe Ill. *Huetium* in primâ editione libelli Gallici *de origine fabularum Romanenſium*, ſed eam in alterâ ejuſd. libri Latinâ mutaſſe: hunc à Cl. *Tentzelio* ſecutum *p.* 306. Exerc. Select. ſed in Addendis eundem in alia omninò abire, & *Athenagoræ* jam Chriſtiano fabulam illam adſcribere *p.* 452. Addit *Cuperus*, plurima ex Auctoribus Græcis & Latinis ſumpta eſſe verbotenus, id quod *Athenagoram*, elegantem illum & eruditum Virum, feciſſe, veroſimile non videtur, maxime cum Latinam linguam, uti putat criticus noſter, ignoraverit *Athenagoras* ille: quod aliquot exemplis probare ſuſcipit. Quemadmodum autem in præfatione Auctor meminit vaſtatæ, non diu antequàm ſcriberet, Græciæ, inde certum eſſe conficit *Huetius* in lib. cit. *p.* 44 auctorem non eſſe *Athenagoram* noſtrum, ſed alium qui vixit poſt direptam ab *Alarico* Græciam (8), Sec. V. vel potius poſt oppreſſum noviſſimè Græcum Imperium à Turcis, confictum eſſe exiſtimat hoc opus ab aliquo è viris doctis Cardinalis *Armagniaci* familiaribus, nominatim à *Gul.* forte *Philandro*, uti ſuperius poſt *Caveum* diximus. Fuère tamen qui adhuc cenſerent ampliandum, ut *Colomeſius* in Paralip. de Script. Eccleſ. Sed quia nemo hactenus fuit qui Græcum codicem proferret, non ægrè aſſentitur Cl. *Fabricius* ſup. cit. *p.* 50. virorum doctiſſimorum ſententiæ tot argumentis nixæ, recentius eſſe commentum, & de virtutibus, vitiiſque hujus dramatis lectores ad laudatum *Huetium* p. 53 ſeq. ablegat, qui *p.* 57 ſeq. præterea obſervat, plane ad imitationem *Heliodori* totum opus eſſe compoſitum, iiſdem fere nominibus amantium, eventibus multum ſimilibus, eodem librorum numero.

5. *Athenagoræ* Lexicon *de Verbis Platonis*, Photium in Indice citare teſtis eſt *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 293.

Cæterum *Athenagoram* alium eſſe ab *Athenogene* demonſtravit doctus Benedictinus *Nic. le Nourry* (9), & illum presbyterali dignitate auctum fuiſſe, præter rationem à nonnullis (10) affirmari judicat, in clericorum tamen inferiorum atque imprimis catechiſtarum Collegium cooptatum non dubitat, quandoquidem publicam apud Chriſtianos de mortuorum reſurrectione concionem in librum poſtea peculiarem redactam habere, niſi Eccleſiaſtico prius ordine initiatus, haud potuerit. In ſuis ad opera *Athenagoræ* genuina obſervationibus, inter alia doctrinam ejus de

(7) Obiit ille Pariſiis anno 1722. (8) Ita etiam *Cellarius* p. 718 ubi ſup. cit. (9) *Appar. ad Bibl. Patrum* &c. Tom. II. Diſſert. III. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1698. p. 554. (10) Inter hos numeratus *Labbeus* inf. cit. *p.* 65.

SS Trinitate deque Chriſti divinitate rectam atque orthodoxam appellat, ac prolixè vindicat; ſed non item illam de gigantibus ex angelorum coitu prognatis, deque iſtorum animabus pro dæmonibus, qui circa mundum oberrent, hominesque ad errorem, & maxima, præſertim idololatriæ ac libidinis peccata pelliciant, habendis ſtatuminat. Nuptias autem ſecundas, quòd *decorum* quoddam *adulterium* vocaverit, emollire modis omnibus annititur, ſicuti & R. P. *Remigius Cellerius* Benedictinus, qui de *Athenagoræ* doctrinâ quædam commentatur, & ex ejus libris excerpta profert (11).

Adverſus ea quæ idem *Cellerius* in Apologiâ Ethicæ Patrum Gallicè conſcriptâ ad *Athenagoræ* doctrinam de ſecundis nuptiis præſertim emolliendam protulit, doctiſſimè pugnavit Vir Clar. *Joan. Barbeyracius* Juris Profeſſor in Univerſitate Groningenſi loc. inf. cit. (12) ubi & obſervat *Athenagoram* generalem Providentiam Angelis tribuere (13), Deo tantam peculiarem, ut de aliis Reipublicæ Chriſtianæ bono regimini non parum noxiis nihil dicam.

Athenagoram non ab omni *Heterodoxiâ* purgatum pronunciat *Balius* (14) quod ſatis fusè oſtendit.

Eum celeberrimus quidam Eccleſiæ Lutheranæ Theologus in *Theologiâ* ſuâ *naturali & revelatâ* p. 54. à Cl. Viro *Thoma Ittigio* citatus (15), B. *Ignatii* in Antiochena Eccleſia ſucceſſorem appellat: verum inter *Ignatii* ſucceſſores nullus *Athenagoras* occurrit.

[11] Vid & *Du Pin* Tom. I. p. m. 65. & *Nat. Alexandrum* Sec. II cap. 3. art. 5. p. m. 203. [12] *Traité de la Morale des Peres* &c. Amſt. 1728. Cap. IV. Vid. *Bibl. Raiſonnée des Ouvr. des ſçav. de l'Europe* Tom. I. p. 300. [13] *Athenag.* Legat. pro Chriſtian. *cap* 22. [14] Vid. loc. ſup. cit. Annot. (E) [15] Vid. ejus *Obſerv. Miſcell.* ad calcem Supplem. Operum *Clementis* Alexandr. *Lipſiæ* 1700. p. 627.

ATHENOGENES Martyr celeberrimus Sec. II vel III. S. *Clementi* Alexandrino σύγχρονος fuiſſe videtur. Scripſit *Hymnum matutinum* quem adſtantibus, jam ad ignem feſtinans, reliquiſſe traditur, in quo Spiritum S. Deum celebravit, teſte *Baſilio* de Spiritu S. c. 29. Ab hoc *Athenogenis* hymno diſertè eodem loco diſtinguit *S. Baſilius* hymnum antiquiſſimum *veſpertinum*, cujus auctorem ait ſe ignorare, & qui ille ipſe videtur quem hodie adhuc in uſu habet Eccleſia Græca, & *Athenogeni* (nec non & *matutinum*) ſine cauſa tribuunt viri docti (*a*) ut monet Clar. *Fabricius* inf. cit. Alii minus etiam veroſimiliter auctorem putarunt *Sophronium* Patriarcham Hieroſol. *Baſilio* longè juniorem. Conf. *Thomæ Smithi* Miſcellanea priora *Lond.* 1686. 8. p. 152. è quo Hymnum illum veſpertinum, una cum matutino (uterque breviſſimus eſt) Gr. Lat. exhibet *Fabricius* Bibl. Græcæ *Tom. V. p.* 196. 197. Utrumque etiam dedit *Uſſerius* Diſſ. de Symb. Apoſt. Rom. Eccleſiæ vetere *Oxon.* 1660 p. 33. *Hymnum ad Chriſtum*, qui eſt *Clementis* Alexandrini, *Antigeni* hujus æquali (*Athenogeni* forſan ſcribere voluit) adſcribit *Cangius* in Append. ad Gloſſarium Græcum *p.* 123. voce λυχνικόν. Apud *Epiphanium* autem pro *Athenogene* nomen *Athenagoræ* reponendum eſſe (*b*), multi jam poſt *Leopardum* docuerunt.

Alia verò προσφώνησις & εὐχαριστία ἐπιλύχνιος in Conſtit. Apoſtol. VIII. 36. ſeq. Præter quam in iiſdem Conſtit. II. 59. veſperi dicendus commendatur Pſalmus CXL. ἐπιλύχνιος ideo à Græcis dictus, & cum hymno ſive εὐχαριστίᾳ ἐπιλυχνίῳ perperam confuſus à ſummo Viro *Jac. Uſſerio*; mane verò Pſalmus LXII. Confer utroque in loco *Cotelerium.*

De noſtro *Athenogene* vid. Martyrologia & Acta Sanct. 18 Jan.

[*a*] In his *Goarus* ad Euchol. *p.* 32. & Græci in Horologio. Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 196. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Tom. I. p. 192. & inde *Olear.* Bibl Eccleſ. p. 82. *Morer.* Diction. *Remig. Cellerius* in Hiſt. Auctorum Sacr. & Eccleſ. *Tom. III.* p. 310 [*b*] Vid. ſup. p. 687. ubi de illo cit. (*b*)

d'ATHIA (*Thomas*) natione Gallus, Ord. S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivorum, SCRIPSIT Gallicè Compendium Vitæ *S. Petri Nolaſci* Fundatoris ejuſd. Ordinis, A. 1249 vitâ defuncti, *Pariſiis* aditum A. 1630. & *Toloſæ* 1656. in 8. teſte *Le Long* Bibl. Hiſt. de la France *num.* 6043.

ATHIAH (*Ab-thaleb Mohammed* Ben *Ali* Ben *Athiah*) dictus *Al Mekki* ab origine *Meccenſis* in Arabia, Autor eſt eximii operis ethici, cui tit. *Coat al coloub* (Cordium proviſio) quod ex Arabico Hebraicè translatum fuit ſub tit. *Khoberb allevavot*. Attamen ab urbe *Mecca* Bagdetum appulſus, in impietatem ac blaſphemiam delapſus; etenim omne malum in rebus creatis à Creatore oriri aſſeruit. *Malaiſa alal Makhlukim adharr-men alkhalek*. Fertur ſtatim ac hæc verba pronunciavit, linguæ uſu privatum fuiſſe, ad mortem uſque, quæ contigit anno Heg. 386. poſt A. C. 1000.

ATHIAH (*Ebu Athiah Al Moarabi* vel *Al Mogrebi*) Arabs, Granatæ in Hiſpania natus anno Heg. 481. obiit Ilorci (vulgò *Lorca* in regno Murciano) anno 541. C. circiter 1160. Ex eo habetur Commentarius in Alcoranum, ab *Ebn Haijam* citatus in Præf. operis inſcripti *Bahar Almohith*.

De utroque *Athiah* vid. *Morer*. Diction. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

R. ATHIAS (*Iſaac*) profeſſione Hebræus, Hiſpanus tamen patriâ vel ſaltem origine, ſiquidem ſcripſit Hiſpanicè Sec. XVI vel XVII.

Theſaurum præceptorum : quo optimè omnium præceptorum Legis Moſaicæ cauſas & rationes explicat (*a*). Excuſus eſt Venetiis & Amſtelodami hoc tit. *Teſoro de preceptos adoade ſe encierram las joyas de los 613 preceptos, que encommendo el Señor a ſu pueblo Iſrael*. Qui de doctrinâ & ritibus recentium Judæorum aliquam ſibi notitiam parare cupiunt, iis hoc opus legendum ſuadet *Rich. Simonius* apud *Morer*. Diction. *p.* 618. edit. Baſil. 1731.

(*a*) Hæc *Menaſſe Ben Iſrael* ante initium operis *de reſurrectione mortuorum*, apud *Nic. Antonium* Bibl. Hiſp. *p.* 630.

ATHIAS (*Joſeph*) Typographus Amſtelod. Celeb. Rabbinus qui Sec. XVII vixit, peſtilentiâ obiiſſe dicitur (*a*) A. 1700 (*b*). Hic eſt, cujus curâ potiſſimum prodierunt

1. *Biblia Hebraica*, quæ ſtudio *Jo. Leuſdenii*, cum ejuſdem Summariis & Præfatione primò quidem A. 1661 & alterâ vice correctius A. 1667 lucem viderunt Amſtelod. *in* 8. Quamvis igitur *Athias* potiorum & doctiorum, qui Amſtelodami erant, operâ adjutus, tam correctum Sacrum Codicem dederit, ut juxta *Henr. Opitium* in Præf. ad Biblia ſua Hebraica priorum omnium induſtriam editione illâ poſteriore vicerit, negari tamen non poſſe ait Cl. *Wolfius*, quod doctiſſimus *Dan. Ern. Jablonſkius* in Præf. ad Biblia ſua *p.* 2 expertus notavit, editionem illam in literis quidem perrarò, in vocalibus frequentius, in accentibus ſæpiſſimè aberrare. Quæ cauſa eſt, cur *David Clodius* in Præf. ad ſuam, quam curavit, editionem, ſexcenta, *Jablonſkius* verò *l. c.* bis mille ſphalmata à ſe ſublata eſſe forte non præter rationem, inquit *Wolfius*, publicè profeſſi ſint. Dignus tamen, addit, non erat *Athias* qui ob operam hanc diligenter (*c*) navatam tam acerbis *Sam. Mareſii* vocibus & criminationibus in Epiſt. ad Amicum A. 1669 editâ *p.* 9. exciperetur, quas pari ferè ratione retudit *Athias* edito opuſculo cui tit.

2. *Cæcus de coloribus*, h. e. Joſ. Athiæ *juſta defenſio contra ineptam, abſurdam & indoctam reprehenſionem Viri Celeb.* D. Sam Mareſii *quâ judicat tanquam cæcus de præſtantiſſimâ & ubique celebratâ Bibliorum Hebraicorum editione anni* 1667. &c. Integrum illud inſeruit Vir Cl. *Thom. Crenius* in Animadv. ſuis Hiſt. Philolog *P. II. p.* 121 *ſeq.* ex quo inter cætera quoque intelligas, Belgii Fœderati Ordines, quibus *Athias* Biblia inſcripſerat, dono ipſi dediſſe (*d*) auream catenam cum numiſmate aureo ab eâ pendulo. Præcipuum *Mareſii* ἔγκλημα erat, quod ad Pſalmum XXII. 17 voci כארי in margine non appoſuerit *Keri* (*e*). Cæterum ipſam hanc vindicationem non tam *Athiæ* ipſi, quàm *Leuſdenio* vindicandam eſſe ſuſpicatur *Jac. Altingius* (*f*), quia *Athias*, à Conſulibus interrogatus, reſponſionis auctorem ſe eſſe negavit. De quinque illius editionum ſphalmatibus *Gerh. Meierus* Antiſtes Bremenſis A. 1715 meritiſſimus, olim monuit ſingulari Diſſertatione *Witteb.* 1687. in 4. vulgatâ. Id denique notat *Wolfius*, in exemplis ipſius editionis anni 1669 (lege 1667) varietatem lectionum interdum obſervari, cujus exempla quædam attulit *Jablonſkius* in Præf. ad Biblia *p.* 4. in notis (*g*), additâ etiam diverſitatis origine, quæ tamen ad omnia exempla accommodari non poteſt.

De labore autem Rabbini noſtri quædam dicenda. Rabbi *Nathan* primus capita in verſus diſtribuerat, verum duo immutavit *Athias* more antiquo. 1º. Cùm olim de quinto tantùm ad quintum notati erant verſiculi in Bibliis Hebraicis, ſingulos ille notavit. 2º. In his recentèr notatis uſus eſt numeris vulgaribus apud Chriſtianos uſitatis, ab Indiâ receptis, literaſque Hebraicas, quæ numeri loco habentur, unoquoque tantum quinto verſiculo reliquit, prout antea appoſitæ erant (*h*).

3. Idem noſter *Athias* ex officinâ ſuâ edidit *Biblia Hiſpanica*, ad fidem edit. Ferrarienſis priora à R. *Sam. de Cazeres* exactâ & emendatâ, Amſtelod. 421. C. 1661. 8.

4. Item *Biblia Germanica* ex Judæorum Verſione Hebraicis literis expreſſa, ibid. 439. C. 1679 fol.

5. Denique *Anglica* quoque *Biblia* typis exſcribi curaſſe fertur, ita quidem, ut omnes formas, poſt deſcriptam plagulam, ſuis ſingulas loculamentis reſtitueret, ſed integras & conjunctas, prout ſingulæ plagulæ requirebant, ſervaret, ut pro lubitu plura exemplaria excudi poſſent. Rem narrat Vir Cl. *Jac. Le Long* ubi inf. ex Cl. *Ottii* fide, qui idem à Typographo quodam Tigurino, tanquam oculato teſte, acceperat. Et ipſe *Wolfius* (unde noſtra hauſimus (*i*), ex Amici literis refert, ipſum *Athiam* de horum Bibliorum exemplaribus 1000000 & amplius a ſe divenditis gloriatum eſſe, quod certe fidem omnem ſuperare videtur. Ego ſaltem, addit Vir

[*a*] *Jo. Worthington* in Epiſt. ad *Lightfootum* p. 179 Oper. ejus poſthumorum legenda. [*b*] *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 543. edit. A. 1723 [*c*] Biblia Hebraica nunquam magis accurata prodiiſſe affirmat *Leuſdenius*. Plura in ejus articulo dicemus.

[*d*] Decretum datum eſt 10 Junii 1667. [*e*] Id quidem in *Athia* reprehendi non debuiſſe monet *Wolfius*, cùm Maſorethæ locum hunc inter cæteros, in quibus permutationum ... cum ... occurrere monuerint, non numeraſſent, quod maligne ab ipſis factum eſſe ſtatuit *Jo. Morinus* in Exercit. Bibl. *p.* 391 unde nec in aliis illius editionibus lectum eſt indicium. Eſſe autem Codices MSS. in quorum contextu pro כארי legatur כארו monet *Morinus* loc. cit. & poſt eum Dom *Martianay* Benedictinus in notis ad hunc Pſalmi locum, ſe quo hic ... quidem ſpecimen in Codice Colbertino poſteriorem lectionem ſibi obſervatam refert, & ... *Rich. Simonem*, qui idem negaverat, adſtruit in continuatione Tract. I. de veritate Scripturæ S. Cæterum plurima de hac voce commentati ſunt, ex quibus præ cæteris videbis *Aug. Pfeifferum* in Dubiis vexatis, & in Crit. Sacr. *pag.* 144. *Ezechiel. Porrecinum* ad Portam Moſis *pag.* 57 ſeq. *Steph. le Moyne* ad Varia Sacra *pag.* 525 ſeq. & Cl. *Aug. Calmet* Benedictinum in Diſſert. Comment. in Pſalmos præmiſſâ. [*f*] *oper. Tom. V. pag.* 374. [*g*] Cauſam hanc eſſe refert *Wolfius*, quod *Athias*, qui primum 4500 exemplaria excudenda ſtatuerat, ... chartâ jam impreſſione, & quatuor aut quinque plagulis excuſis ... alia prioribus addere decrevit, ut proinde priſtinis iisdem plagulæ denuò prælo fuerint ſubjectæ, neque à *Leuſdenio* reviſæ. Enimverò in aliis quoque locis, quæ quinque illis primis plagulis non continentur, varietates quaſdam deprehendi in diverſis exemplaribus recte monuit *Jablonſkius* loc. cit. [*h*] *Leuſden* Bibl. Hebr. *Tristanus* Hiſt. des Juifs *Tom II p.* 155 apud *Morer* Diction. pag. 618. edit. Baſil. 1731. [*i*] Ex *Bibl. Hebr.* Part. I. p. 944. Plura de his Bibliorum editionibus *Le Long* Part. I. Bibl. Sac.

Vir eximius, hucdum quæſivi aliquem, cui exemplum illius editionis oculis uſurpatum fuerit.

ATHIR (*Ebn Athir Al Gezeri*) *Abulſaadat Al Movarek Magdeddin*, fil. *Mohammed Al Scheibani*, ex urbe ſupra Tigrim fluvium ſitâ (*a*) oriundus, obiit anno Heg. 606. C. circiter 1278 Scripſit librum cui tit. *Giamé al Oſſoul*, in quo illuſtrium Doctorum Mahometanorum, (quorum ætatem & titulos indicat) de principiis ac fundamentis Legis eorum, ſententias collegit: atque ideo appellatur *Al Fakih al Oſſouli*. Autor eſt etiam operis inſcripti *Ketab al Schafei*, in quo ſtatuit fundamenta doctrinæ *Schafei*, qui inter quatuor orthodoxarum apud Muſulmanos ſectarum Autores numeratur. Ex eo item habetur *Commentarius in Alcoranum*, ex iis collectus quos *Thaalebi* & *Zam kchari* ſcripſerunt Fratrem habuit variorum item librorum Autorem, qui vitâ deceſſit anno Heg 630. C. 1304. De utroque *Moreri*. Diction. ex *Herbelotii* Bibl. Orient.

[*a*] Huic nomen *Gezirat Ebn omar*, Inſula filii *omari*.

ATHRIANI (*Ahmed* Ben *Ali*) alius Autor Arabs, qui ſcripſit *Vitas Sanctorum Muſulmanorum*. Citatur apud *Jafei* in Præf. Hiſtoriæ quam de eodem argumento conſcripſit. *Moreri*, ubi ſup.

ATIENZA (*Andreas*) natione Hiſpanus, ex oppido Zehelim diœceſis Carthaginenſis, Compluti juvenis abſoluto Philoſophiæ curſu Societati Jeſuitarum adſcriptus eſt. In eâ diu literas humaniores profeſſus, concionatus, aliiſque inſtituti muneribus perfunctus. Obiit A. 1638. SCRIPSIT

Commentarium in Epiſtolam ad Galatas quem habebat prælo deſtinatum, uti & quædam alia tum ſoluta, tum ligata oratione conſcripta teſte *Alegambe* Bibl. Script. Soc. Jeſu p. 25. & *Le Long* Bibl. Sac. p. 618.

ATRATUS (*Hugo*) Cardinalis. Vid. EVESHAM.

ATREBAS (*Adam*) a patriâ cognomen ſortitus, ex Canonico Lilerenſi (*a*) Morinenſis Epiſcopus, & ex Epiſcopo factus Monachus Claræ-vallenſis Ord. Ciſtercienſis, Scripſit *Hiſtoriam ſui ordinis*, teſte *Ferreol. Locrio* de Script. Artelii (*d'Artois*) & ex eo *Val. Andrea* in Biol. Belg. apud *Viſchium* Bibl. Ciſt. pag. 1.

[*a*] *Liers* prope *Atrebatum* (vulgò *Arras*) in Belgio.

ATREBATENSIS Synodus à *Gerardo* Cameracenſi ſimul & Atrebatenſi Epiſcopo A. C. 1025 celebrata, his quippe temporibus conjuncti erant duo illi Epiſcopatus (*a*). Vir fuit Scripturæ divinæ ac rebus Theologicis apprimè eruditus, qui ob ſummum imprimis pro Eccleſiâ Catholicâ zelum laudatur. Extat Epiſt. ad Leodienſis Eccleſiæ Archidiaconos, ubi ejus vigor Epiſcopalis, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudium ardens, itemque ex jugi Conciliorum & SS. Patrum lectione comparatâ elucet doctrina, apud *Balderic.* inf. cit. *cap.* 29. *lib.* 3. *Adalberonem* Epiſcopum Laudunenſem ſimoniacâ labe infectum graviter reprehendit, eâque de re ad Archiepiſcopum Remenſem perſcribit *cap.* 30. Alias ſcripſit Epiſtolas, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectant. Pluribus interfuit Synodis ac Conciliis, quemadmodum refert laudatus *Baldericus*. Ejus obitus memoratur in Necrologio MS. Abbatiæ S. Benigni Divionenſis, teſte *Dacherio* inf. cit. In eâ autem Synodo *Gerardus* eorum dogmata damnavit, quæ Eccleſiæ Romanæ adverſabantur: De his ita D. *Lucas d'Achery* in Monito Actis hujus Synodi præmiſſo (*b*). » Atque, inquit, ut ad hæ» reſes illâ in Synodo damnatas noſtra reflectatur ora» tio; notanda præcipuè ea eſt, quæ veritatem Cor» poris & Sanguinis Chriſti in Euchariſtiâ negat: nam » doctiſſimè ab Epiſcopo refutati, pravo dogmate de» poſito, hæretici redeunt ad Catholicam fidem, ſi» cut habet Synodus in fine cap. *de Corpore & Sanguine Domini* (*c*). Deinde peractâ Synodô ſingillatim » ſuis hæreſibus enumeratis, hiſque damnatis, reſi» piſcunt *Gundulfiani* (*d*), atque veram & Catholi» cam fidem profitentur. Vides, Lector, pergit *Dacherius*, » eâ in Synodô, quæ A. 1025 inſtituta » fuit, multò ante Concilium Vercellenſe anni 1053 » fanaticum errorem Novatorum quorumdam *Berengarii* ſectatorum, qui panis & vini tranſſubſtantiatio» nem in Corpus & Sanguinem Chriſti..... credere » perhorreſcunt, ac pernegant more Catharorum.

Verùm non modò realem præſentiam corporis Chriſti repudiebant, ſed &, ut ſub initium hujus Synodi refertur, Baptiſmum rejiciebant, lapſis pœnitentiam poſt profeſſionem proficere negabant, Eccleſiam annullabant, legitima connubia execrabantur, nullum in Sanctis Confeſſoribus donum virtutis ſpectabant, neminem præter Apoſtolos & Martyres venerari debere contendebant.

Alteram SYNODUM congregavit A. 1490 *Petrus de Rambucourt*, Atrebatenſis Epiſcopus, in quâ ſtatuta edidit admodum ſalutaria pro utilitate ſuæ Diœceſeos. Idem fecit A. 1570 *Franciſcus Richardotius* (*e*), atque iterum anno 1568. alia eâdem de causâ congregata eſt (*f*).

[*a*] Vid. *Balderic.* Noviomenſis Epiſc. *Chronicon*, præſertim *cap.* 1. *lib.* 1. [*b*] *Spicilegii* Tom. I. pag. 606 614. edit. An. 1723. fol.

[*c*] Ad confirmandum ſuæ fidei teſtamentum, unuſquiſque eorum in modum crucis ✝ quendam characterem conſcripſit, ut ibidem legitur. Si hæc in [illegible] orthodoxiam [illegible] [*d*] [illegible] [*e*] De illo dicemus, ſub nomine. [*f*] *Moreri*. Diction. edit Baſil. verb *Arras*.

ATRIANUS (*Antonius*) natione Italus, vernaculè *Antonio d'Atri* in Apruria & Præcut nis regni Neapolitani, Ord Minorum Obſervantiæ S. Franciſci, typis dedit Sec. XVI à ſe Italicè conſcriptum librum hoc tit.

L'Eſſercitio Spirituale, ove ſi contengono li quatro principale beneficii conceduti da Dio all'humana generatione, cioe creatione, gubernatione, redenzione & glorificazione, per indurre l'anima raggionevole al divino amore, nel quale conſiſte ogni bene in queſta o nell'altra vita: tratto da molti libri antichi nel luogo di monte Sion nella Città di Gieruſalem, ove dimorò cinque anni l'Autore. Venet. 1552. (*a*) in 4. & 1564 (*b*).

Alius fuit EJUSDEM NOMINIS & gentis homo, Curiæ Romanæ Præſes, in Regeſto Litterarum Apoſtolicarum A. 1447. inter Chartas Epiſcopatûs Pennenſis, quas ſe vidiſſe ait *Toppius* inf. cit.

(*a*) Toppi *Biblioth. Napolet.* p. 24. (*b*) Poſſevin. *Appar. Sac.* verb *Antonius Atrienſis*, ubi & cum ſeq. ſalle ait *ac beneficii Chriſti*, at non mihi diverſum videtur opus.

ATROCIANUS (*Joannes*) natione Germanus, vivebat Sec. XVI. Quædam ſcripſit a *Geſnero* memorata *Bibl.* ſuæ *fol.* 384 verſo, & in his Librum cui tit.

1. *Nemo Evangelicus*, carmine deſcriptum.

2. Ejuſdem extat in *Monum. Orthodoxogr.* Baſil. 1569. *p.* 1943. *Homilia ad bonas litteras exhortatoria.*

ATTACCANTI *ſeu* Attavantius (*Paulus*) Italus Florentinus, & Ord Servorum B. Mariæ, Etruriæ Provincialis, nobiliſſimâ & antiquiſſimâ proſapiâ ortus, claruit Sec. XV. Ordini ſe dedit circa A. 1437. ætat. 7. Sub præſtantiſſimis Præceptoribus egregios adeo fecit progreſſus, ut brevi inter alios magni nominis viros comparuerit tanquam Grammaticus & Rhetor inſignis, Coſmographus, & Chronographus, ac non modò in Theologicis diſciplinis, (quas in Univerſit. Florentina & Senenſi apud ſuos docuit,) ſed & in Jure Canonico ac Civili laureatus fuerit. Vir fuit admirandæ eruditionis, adeoque eximiis in dicendo

dicendo dotibus præditus, ut eo audito *Marſilim Ficinm*, dixiſſe fertur, *Pauli* noſtri eloquentiam, non ſecus ac *Orphei* cantum, ſaxa etiem movere poſſe. [*Quam traheret ſylvas Orpheus, & dura canendo ſaxa......* Ovid. lib. 4. Triſt.] Et quidem ejus vim dicendi, profundamque doctrinam apprimè noſcere poterat, quocum frequentiſſime verſabatur in domo Seren. Ducis *Laurentii de Medicis*, unà cum *Joanne Pico Mirandulano*, *Angelo Politiano*, *Hieron. Benivieni*, *Leonardo Aretino*, aliiſque præſtantiſſimis hac ætate Viris. Summus Pontifex *Æneas Sylvius* ſub nomine *Pii II.* munus Commendatoris Hoſpitalis S. Spiritûs Romæ ei contulit, cujus & poſſeſſionem iniit, verùm cum ſtudiis ſuis, quibus totus erat intentus, nimium obſtare videret, munus ſponte abdicavit, & in patriam ad otium litterarium rediit, in quo vitam abſolvit anno 1499. ætat. 80. libris non paucis poſteritati relictis.

SCRIPTA:

1. *Dialogus ad Petrum* MEDICEM *Coſmi* Senioris Filium, *de origine & progreſſu Ordinis Servorum*, MS in Bibl. Medicea (a) S. Laurentii Florentiæ, & citatur ab *Archang. Giano* in Hiſt. de vera origine ejuſd. Ordinis.

2. Vitæ B. *Joachimi* & *Franciſci* Senenſium Ord. Servorum, ad *Pium II* P.M. MS. Florentiæ in Bibl. Conventûs Servorum.

3. *Breviarium Decreti*, *Decretalium*, *Sexti*, *& Clementinarum*: idem forte opus quod *Poſſevinus* vocat *Breviarium totius juris Canonici* (b).

4. *Concionum Quadrageſimalium Volumen* ſub tit. *Theſaurus Concionatorum* (c) excuſum *Mediol.* A. 1479. Magiſtro Hoſpitalis S.Spiritûs de Urbe nuncupatum.

5. Aliud *Quadrageſimale* aliâ ratione diſpoſitum: primò enim comprobat Theme auctoritatibus Gentilium, Sanctorum Vet. Teſtamenti, & Doctorum novæ Legis: ſecundò probat rationibus; tertiò exemplis. Huic volumini titulus eſt, *Paulinum* ad *Antonium Alabanthem* totius Ordinis Servorum Generalem. Quod opus dum excudebatur, Auctoris obitu ſuperveniente, imperfectum relictum eſt.

6. *Comment. in duodecim Prophetas minores*, *In Apocalypſim S. Joann.* A. 1583 & 1588 editum (d).

7. *Sermones de Sanctis.*

8. *Expoſitio Orationis Dominicæ* (e) pro Duciſſa Mediolanenſi: forſan Italicè.

9. Opuſculum in laudem S. *Philippi Benetii* (vulgò *Benizzi* (f) Ordinis Servorum Inſtauratore.

10. *Explicatio ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium.* Ital.

11. Interpretatio Italica *Litaniarum* in gratiam Duciſſæ Ferrarienſis, ad *Leonardum Piatti* Civem & Canonicum Mediolanenſem.

12. Narratio de hiſtoriâ & miraculis Imaginis SS. Nunciatæ Florentinæ, *Ital.* MS. in Bibl. Medicea.

13. Commentatus eſt *Dantem Aligherium* & *Franc. Petrarcham.*

14. Vitam *S. Catharinæ Senenſis* à *Nic. Borgheſio* ſive *Bergenſi* deſcriptam typis dedit, ac Papæ *Pio II.* noncupavit.

Hæc *Jul. Nigri* in Hiſt. Script. Florent. *p.* 445.

(a) Vid. ejus Catalogum *Amſtel.* A. 1641 excuſum. (b) Poſſevin. *in Appar Sac.* verb *Paulus Atavantius.* (c) Juxta *Corn. à Beughem* de Incunab. Typogr. *p.* 106. inſcribitur *Quadrageſimale de reditu peccatoris ad Deum*: uti docet *Caſim. Oudinus* in Comment. ad A. 1460. (d) Lipen. *in Bibl. Theol.* II. 561. (e) Hanc cum Comment. in *Prophetas Minores* editam arbitratur *Oudinus.* (f) Obiit ille A. 1285. Ejus Vitam, perperam, ut videtur, *Jacobo Atavantio* tribuit *Jul. Niger*, hanc enim ipſe ſub *Pauli* nomine memorat, uti *Miræus* in Auctar. cap. 526. *Poſſevin.* ubi ſup.

ATTACCANTI *aliis* ATAVANTIUS (*Jacobus*) natione Italus, Florentinus, nobili genere ortus, vir præſtantiſſimi ingenii, claruit Sec. XVI. Religioſorum Servitarum Ordinem ingreſſus, graviores ſcientias didicit tum Patavii tum Bononiæ, Magiſtro uſus Enim. Viro *Steph. Bonacci Aretino* ejuſd. Ordinis, qui à Pontifice *Sixto V.* purpurâ Cardinalitiâ donatus eſt. Ob eximios quos fecit progreſſus in Theologiâ, atque ingentem plauſum reportatum in Diſputationibus Generalium Capitulorum Veronæ, Florentiæ, Cæſenati, Bononiæque, ei Superiores docendi munus apud ſodales demandarunt, & in Collegium Theologorum adſcitus eſt: Theologiæ Cathedram in Univerſit. Piſana ei aſſignavit Magnus Etruriæ Dux *Coſmus I.* ubi apud *Petrum Jac. Borbonium* Archiep. Piſanum, & *Alexandrum* Cardinalem *Farneſium* Theologi vices ſuſtinuit; & ab ipſâ Civitate legatus eſt in nomine Archiepiſcopi ad Summum Pontificem, pro impetrandâ ab illo, quam conceſſit, Apoſtolicâ benedictione; ipſe Pontifex *Jacobum* noſtrum totius Ordinis Generalem XXXVtum diplomate dato creavit, quo in munere poſt triennium a Generali Capitulo confirmatus, eo ſumma cum prudentiâ ac rectitudine functus eſt. Ordinem auxit fundatione variorum Conventuum in Italia & Germania, ſtudiorum promotor fuit, in ſuo Conventu Piſano tria & amplius voluminum milia collegit, ut de aliis taceam, quæ præclarè geſſit. Per quadraginta annos, quibus Collegium Piſanum illuſtravit, auditores habuit innumeros, quorum ultra trecentos laureâ condecoravit: in his memoratur *Franc. Panigarola* (a), præter *Fauſtinam Caſſi* ex familia S. *Franciſci* Aſſiſiatis. In Concionibus non tam quam in ſcriptis ſuis eloquentiâ claruit. Tantis laboribus oppreſſus, in Ordine ſuo veneratus, populo dilectus, Principibus charus, apud viros Literatos magno in pretio habitus, è vitâ deceſſit Piſis anno ætat. ſupra 80mo, d. 6 Aug. 1607. relictis pluribus ingenii ſui monumentis quæ MS. ſervantur apud Piſanos.

SCRIPTA inedita tum Italica, tum Latina:

Più Volumi di Prediche. Concionum Volumina plura. *Sermones Quadrageſimales* ut habet *Poſſevinus*, *& de Chriſti Domini Adventu.*

1. *Un trattato ſpettante all' Ore Canoniche.*
2. *De' riti di ſepelire i Cadaveri.*
3. *La Vita di S. Bernardo Abbate di Chiaravalle.*
4. *Dell' origine della ſua Religioſa Famiglia.*
5. *Confezzione ſalutare per conſervare la ſanità della Coſcienza.*
6. *Un Orazione recitata al Papa, a nome dell' Arcivecovo, e Città di Piſa.*
7. *Reſolutiones variorum Caſuum ſibi propoſitorum.*
8. *Opus de divinis Nominibus.*
9. *Lectiones ſuper Epiſtolas D. Pauli ad Hebræos.*
10. *Comment. in Epiſt. ad Romanos.*
11. *In IV Libros Sententiarum*, cum indice in eoſdem, in quo ſenſus abditos, & ſingula verba accuratè expendit.
12. *Catalogus omnium Auctorum, qui ſuper Magiſtrum Sententiarum ſcripſerunt.*
13. *Genealogia ab Adamo ad Chriſtum*, uniuſcujuſque geſta breviter explicando.
14. *Tractatus de Veritate & Mendacio practico.*
15. *Tractatus de Virtutibus & Vitiis.*
16. *Tractatus de Sacrificio Miſſæ.*
17. *De correctione Anni*, tempore *Gregorii XII.* MS. Romæ apud Patres Soc. Jeſu.
18. *Comment. in Epiſt. D. Jacobi Apoſtoli.*
19. *In Pſalmos Davidicos*, ad ſui Ordinis Moniales. Opus forte Italicum.
20. *Obſervationes Logicales & Naturales.*
21. *Expoſitio ſuper octo libros Phyſicorum, Priorum & Poſteriorum.*

22. Volumen

(a) *Panigarola* ortu Mediolanenſis. natus eſt d. 6 Jan. 1548. Fuit Epiſcopus Aſtenſis, & obiit d. 31 Maji 1590. De eo vid. *Moreri.* Diction *p.* 680. edit. Baſil. 1731.

22. Volumen ingens, cui tit. *Abraham*, magno ſtudio elaboratum; in quo omnia congaſſerat, quæ de S. Patriarchâ ab aliis dicta fuêre.

23. *Regula ex SS. Patribus, ad intelligendam Sacram Scripturam.*

24. Opus immanſum (*b*), cui tit. *Ager Dominicus*, in quo Theſauri Sapientiæ & Scientiæ Dei ſunt abſconditi, innumeris pene vigiliis alaboratum, XXV Voluminibus conſtans.

25. *Orationes* plus quàm *CCC*, in Laureis conferendis à ſe habitæ.

Hæc *Jul. Negri* in Hiſt. Script. Florent. *p.* 321.

[*b*] Idem ſub tit. *Quæſtionum Theologic.* memorat *Poſſevinus* in Appar. verb. *Jacobus Attavantus.*

ATTAIDE (*Georgius* d') Luſitanus, filius D. *Antonii d'Attaide*, primi Comitis *de Caſtanheira*, vixit Sec. XVI. Cùm Sacerdos eſſet, in Concilio Tridentino ſpeciali privilegio ſadit, ſuffragiumque tulit. *Commentarios hiſtoricos hujus Concilii* confecerat uſque ad ſeptimam Seſſionem, quos typis dare non curàrunt ejus hæredes. Romæ Breviario reformando operam cum aliis dadit. Mortuo patre apud ſuos rediit, fuitque conſtitutus Viſenſis Epiſcopus (*de Vizeu* in provincia Beirenſi) ann. 1568. verum in regimine Diœceſis ſummâ curâ verſatus, munus hoc, ſalutem uncè meditaturus, abdicavit, poſteaqua Archiepiſcopatum Olyſſiponenſem ac Eboracenſem conſtanter abnegavit. Nec tamen potuit non accipere Eleamoſynarii dignitatem, ipſi ab Emin. Cardinali D. *Henrico* (a) oblatam; quæ & fuit cauſa cur collegerit privilegia Sacello Regali conceſſa, edita ann. 1609. Illius agnovit etiam merita *Philippus I.* eum conſtituens Senatorem in Portugallia, Præſidemque in Conſilio Conſcientiæ. Summus Inquiſitor fuit atiam nominatus à S. P. *Clemente VIII.* Obiit Olyſſipone d. 17 Januar. 1611. ætatis 76. *Moreri* Dict. edit. Baſil. 1731. ex Comment. Portug.

(a) *Henricus* ille Cardinalis creatus à Papa *Paulo III* A. 1545. Bracenſem, Olyſſiponenſem & Eboracenſem Archiepiſcopatum ſucceſſive tenuit, ac tandem SEBASTIANO Luſitaniæ Regi ſucceſſit A. 1578. ſed regno non diu potitus eſt, ſiquidem obiit die ult. Januar. 1580. De eo nos ſuo loco, quippe inter Scriptores Eccleſiaſticos referendus. Vid. *Eggs* Purp. doctæ *Lib. IV. Cap. LXV.*

ATTARDUS (*Petrus*) natione Siculus, Agrigantinus, Congregationis Oratorii Agrigentini Sacerdos, natus eſt anno 1645. In humanioribus literis, quas *Nari* didicit, adeo mirabiliter profacit, ut *Antonius Roſſus* Soc. Jeſu, ejus præceptor, cùm ajus ingenii vaſtitatem plenè dignoſceret, dicere ſolitus ſit, *Petrum* in omni ſcientiarum genere magiſtrum evaſurum. In patriam regreſſus, inter Seminarii alumnos adſcriptus, Philoſophiæ, ac Theologiæ ſeliciter incubuit, ſub Profeſſoribus celeberrimis *Thoma Caballo*, & *Marcello Corbo* Ordinis Prædicatorum. Alias etiam ſacultates, non alio quàm ſe ipſo duce, complaxus eſt; ideoqua inſigni locupletatus doctrinâ, in eodem Seminario pluries Philoſophiam docuit; ac per multos annos Scholaſticam Theologiam. In opinionum delectu acutiſſimus, non adeo premere viſus præceptorum veſtigia, quin extra orbitam ſaſe extenderet, ſua proferret, ac doctiſſimè propugnaret. Cæſarea vel Civilia ac Pontificia Jura etiam explanavit; multiſque Medicinæ præcepta tradidit. In his omnibus memoriâ, non ſcripto uſus; eâ ſelicitate, acumine, ac doctrinæ profunditate inclaruit, ut egregiam nominis ſamam undique ſit aſſaquutus: ac viri alioquin doctiſſimi à diſcipulis ſuis ejus lectiones avidiſſimè axpetierint, aaſque, veluti doctrinæ theſaurum, ſervaverint. Rhetoricam etiam, ac Moralem Theologiam eruditiſſimè docuit. In ſtudiis verò ſuis indefeſſus, ſomno, nonniſi capite voluminibus innixo parcè indulgebat. Magnâ memoriæ vi munitus, quæ ſemel lagarat ſemper retinuit, eaque penè omnia legit, quæ in codicibus refertiſſimæ Seminarii Bibliothecæ aſſervantur. *Franciſco Maria Rini* Panormitano, Epiſcopo Agrigentino, fuit gratiſſimus, qui in gravioribus paſtoralis muneris negotiis, ac quæſtionibus, *Petrum* adhibuit. Pinguiores gradus Canonici, pluries ab eodem Præſule ſibi oblatos, conſtantiſſimè recuſavit: immò ut liberius Deo famularetur, Congregationam Oratorii Agrigentini ingraſſus eſt. At virum eximium conſequuti ſunt in Oratorii ſeptis honores: per plures etenim annos ſtudiorum Præfectum, ac Rectorem in laudato Seminario paregit: Synodalem etiam Examinatorem, SS. Cruciatæ Commiſſarium, & Congragationis ſuæ Præpoſitum. Eadem æſtimationis argumenta expertus eſt apud *Franciſcum Ramirez* ejuſdam Eccleſiæ Epiſcopum, qui ſæpiſſimè in omnibus Diœceſis negotiis, *Petri* conſilium axquitere ſolemne habuit. Romæ etiam ejus doctrinæ opinio ſingulariter invaluit: ideoque ipſum conſulebat *Leander Colloredus* S. R. E. Cardinalis, in difficillimis rebus, ad Sacram Pœnitentiariam pertinentibus. Tandem curis omnibus ſolutus, ut impenſius Deo vacaret, cunctis muneribus ſe abdicare ſtuduit; ſolum onus Præbendæ Theologalis, ut vocant, ſibi retinuit, ut bis per hebdomadam Moralem Theologiam expenderet in Eccleſia Cathedrali, ad quem undiqua docentem magna frequentiâ conveniebant non modò Presbyteri Sæculares, verùm etiam & Regulares. At anno 1710 dafuncto *Hieronymo Tutans* Agrigentinæ Diœceſis Vicario, *Petrum* in ajus locum ſufficere curavit Epiſcopus *Ramirez*: quam dignitatem, etſi præ modeſtia validiſſimè reluctans, multarum precum vi devictus tandem accepit, eâ conditione, ut nullo modo à Congregationis ſuæ cellâ extraheretur, neve ullum ſibi commodum, ac honoris veſtigium, eo ex gradu ſibi accederet. De illo tum in vivis agente hæc *Ant. Mongitor* ſcribebat anno 1714.

» Vivit vir ſanè egregius, & hanc provinciam (ſcilicet Vicariatûs) » omnibus plaudentibus, laudabiliter » moderatur, ad quem ex tota Agrigentina Diœceſi, » tanquam ad doctrinæ, & prudentiæ oraculum, con» fluunt omnes. Niſi modeſtia, quâ de ſe demiſsè » ſentit, obſiſteret, doctiſſimis lucubrationibus lite» ratum Orbem illuſtraret: nam, ut in ejus laudem » perorando dicebat *Franciſcus Maria Rini* Epiſcopus, » etſi Romæ viri efflorea nt, ſinguli in unâquaqua » ſcientiâ egregii, attaman *Petrus* in omnibus diſci» plinis omnigenâ doctrinâ, & eruditione inſtructiſſi» mus, mirabiliter eminere videtur. Edidit tantum

1. *Conſtitutiones Diœceſanas Synodi Illuſtriſſ. & Rever. Domini* Fr. Franciſci Ramirez *Archiepiſcopi Agrigentini.* Agrigenti 1704 in 4.

2. *Lectiones, & Antiphonas officiorum S. Gregorii, & S. Gerlandi Epiſcoporum Agrigentinorum à Sacra Congregatione Rituum approbatas, atque laudatas.* Romæ. Italicè verò

3. *Argomenti delle Lettere Spirituali della Ven. Serva di Dio Suor Maria Crociffiſſa della Concezzione, dell' Ordine di S. Benedetto nel Monaſtero di Palma.* Prodière cum ejuſdem Epiſtolis *Agrigenti* 1704. in 4. Hujus Sanctimonialis, famâ ſanctitatis celeberrimæ, diu confeſſiones excepit, ac ad excelſum perfectionis faſtigium ejus ſpiritum direxit.

Hæc *Mongit.* in Bibl. Sicula *Tom. II.*

ATTERBURY (*Franciſcus*) natione Anglus, S. Theol. Profeſſor, Carliolanſis Eccleſiæ Decanus, & Regiæ Majeſtatis à Sacris Domeſticis, claruit hoc Sec. XVIII. Abbatiæ Weſtmonaſterianſi Præfectus erat anno 1727 (*a*). Typis dedit Vir Clariſſ.

1. Librum cui tit. *Miraculous propagation of the Goſpel*

[*a*] Vid. *Joan. Dart* Hiſt. & Antiquit. Abbatiæ & Templi S. Petri Weſtmonaſt. *Tom. II. Lib III.* in quo reperiuntur Vitæ Abbatum ab *Orbricho*, qui primus A. 604 ad Abbatiam pervenit, uſque ad *Atterbury* noſtrum. De hoc opere Anglicè Londini edito vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1727. p. 241.

Goſpel ad Eſ. LX. 22. Vid. *Hiſtory of the Works of the learned* A. 1707. p. 684. ſeqq. (*b*).

2. *Concionem ad Clerum Londinenſem, habitam in Eccleſia S. Elphegi* d. 17 Maji A. 1709. *Londini* eod. anno *in* 4. apud Joan. Bowyer. In hoc ſermone explicat Autor noſter hæc verba D. Pauli ad Rom. XIII. 1. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit* &c. 1° expendit, quænam ſint poteſtates illæ quibus obſequi jubet Apoſtolus: 2° obedientiæ ipſis debitæ limites: 3° quibus rationibus utatur D. Paulus ut eos ad quos ſcribit ad illud obſequium præſtandum inducat: 4° ad quos hoc mandatum pertineat.

Ad primum caput, non dubitat Autor, hos Magnates, de quibus D. Paulus loquitur, fuiſſe moribus corruptiſſimis, ſuperſtitione & idololatriâ infectos, qui falſæ, quam profitebantur Religioni, totis viribus patrocinabantur; unde infert Noſter, nec mores corruptos, nec Principis Religionem, nec odium quo ſubditos proſequitur, eos ab obſequio ipſi debito eximere.

Ad ſecundum, id obſequium duobus his præceptis includit. 1° Principis mandata jucundè exequi, cum à ſanctitate & juſtitiâ non recedunt: 2° obedientiam in rebus injuſtis ſic ei denegare, ut nos ab authoritate ſuâ ſubtrahere nolle, imò & eam revereri oſtendamus; demiſsè tamen ac ſubmiſſe ferentes quicquid iniqua hæc mandata detrimenti nobis afferre poſſunt. Duo hæc in præcepto D. Pauli apertè comprehendi contendit, rationeſque omnes refellit, quas allegant alii ut oſtendant Apoſtolum de Magnatibus tantum æquitate præditis loqui, non de illis qui autoritate ſua malè utuntur.

Quoad rationes quibus utitur Apoſtolus, ut ſubditos ad obedientiam Principi præſtandam inducat, duas potiſſimas ſtatuit Autor noſter, 1. Principes à Deo ipſo autoritatem ſuam accepiſſe, 2. hanc obedientiam eſſe ſubditis utilem, tam in genere quàm in ſpecie. Negat Autor noſter, fuiſſe unquam homines alicui ſupremæ poteſtati non ſubditos, ac populum unquam jus vitæ ac mortis habuiſſe, quod ad Magiſtratum tranſtuliſſe contendunt non pauci.

Qui exiſtimant, ſolos Magnates qui juſtitiam in mandatis obſervant, imperandi jus habere, duo ſimul confundunt, quæ apprimè diſtingui debent, jus & autoritatem, ut fuſius deducit Autor, cujus mentem non in omnibus probat Vir Clariſſ. *Jac. Bernardus*. Vid. *Nov. Reip. Litter.* Oct. 1709. *Diar. Trevol.* A. 1710. p. 740.

[*b*] Ex *Fabricio de Script. pro Verit. Relig. Chriſt.* p. 640. cap. 33. cui tit. *Veritas Religionis Chriſt. ex factis & eventibus demonſtrata.*

ATTERSOL (*Guilielmus*) natione Anglus, claruit Sec. XVII.

Scripta:

1. *Comment. in Epiſt. ad Philemonem*, fol. Londini 1612 & 1633. *Angl.*
2. *Comment. in Hiſtoriam Balac & Balaam*, Angl. in 4.
3. *Comment. in Librum Numerorum*, fol. Londini, 1618. *Angl.* Amſtel. 1667. *Belg.* (a).
4. *Tuba Dei*, Angl. *Lond.* (b).
5. *De Sacramentis*, in 4 (*c*).
6. *In Jonam.*
7. *Catechiſmus.* (d).

[*a*] Le Long *Bibl. Sac.* p. 658. [*b*] Lipen. *Bibl. Theol.* II. 149. [*c*] *ibid.* p. 699. [*d*] Hottinger. *Biblioth. quadrip.* p. 36.

d'ATTICHY (*Ludov.*) Regienſis primùm, ac poſtea Auguſtodunenſis Epiſcopus Sec. XVII. Vid. DONI.

ATTICUS Sebaſteæ in Armeniâ natus Sec. V. ab ineunte ætate in Monaſtico vivendi genere, à Macedonianis inſtitutus, poſtea virilem ingreſſus ætatem ad Eccleſiam Catholicam ſe tranſtulit. Eccleſiæ CPolitanæ factus Presbyter, ex iis erat, qui D. *Chryſoſtomo* inſidias ſtruxerunt: demum mortuo Arsacio, *Nectarii* fratre, poſt menſem quartum, menſe Martio A. 406. CPolis Epiſcopus ordinatur, vivente adhuc *Chryſoſtomo*. Ob iniquam *Chryſoſtomi* damnationem, ejuſque ſedem occupatam, quodque ipſius jam mortui nomen in Diptycha reſtituere recuſaret, Epiſcoporum Occidentalium communione excluſus eſt; nec priùs admiſſus, quàm cùm poſt plures annos Viri ſanctiſſimi nomen in ſacras tabulas retuliſſet. Obiit A. 427. menſe Octobri. Mortem ſuam in Epiſt. ad *Calliopium* prædixiſſe narrat *Socrates*. Vir, præter magnam, quæ in illo fuit, eruditionem, pietate, & prudentia celeberrimus; in rebus agendis ſummæ dexteritatis, ad ſtruendas atque evitandas inſidias ſolertiſſimus: moribus blandus, miris, placidus, & ad pauperes ſublevandos paratiſſimus (*a*): in legendis Veterum ſcriptis multum operis & temporis poſuit; in concionibus frequens, quæ tamen ejuſmodi non fuerunt, ut ab auditoribus vel plauſu exciperentur, vel ſcriptis mandarentur. Hæc Cl. *Cave* in Hiſt. Litter. ad A. 406. ex *Socrate* VII. 2. & *Sozom.* VIII. 27.

Scripta:

1. Extat *Epiſtola* bene longa *ad Cyrillum Alexandrinum* de *Chryſoſtomi* nomine Diptychis à ſe reſtituto, apud *Nicephor.* Hiſt. Eccleſ. l. XIV. c. 26. Reperitur inter *Cyrilli* Opera edit. Gr. Lat.

2. *Altera* breviuſcula *ad Calliopium Eccleſiæ Nicænæ Presbyterum* ſcripta, cùm pecuniam in Nicænorum pauperum ſuppetias tranſmitteret, apud *Socrat.* VII. 25.

3. Habetur etiam Fragmentum alicujus, ut videtur, *Homiliæ in Natalem Domini*, tertia vice repetitum in Concilio Epheſino, *Concil.* Tom. III p. 119. 517. 849.

4. Aliud ex Epiſtola *ad Eupſychium de Incarnatione* habet *Theodoritus* Dialog. II. p. 110.

5. *Epiſtola* ad Synodum Carthaginenſem VItam quæ ab Anno 419. vel 420. per ſexennium duravit. Vid. *Cent. Magdeb.* inf. cit. p. 858.

6. Ejuſdem citat *Photius* Epiſt. ad Epiſcopos Pamphyliæ & ad *Amphilochium* de ejiciendis Maſſalianis, ſive Maſſalianitis, apud *Fabricium* Bibl. Græcæ *Tom. IX.* p. 391.

Quamvis autem à *Vincentio* Lirinenſi inter eos non numeretur *Atticus* noſter, quorum pro fide Catholicâ teſtimonia in Concilio Epheſino allegantur, tribus tamen vicibus in illo citatum fuiſſe, ex Actis hujus Concilii conſtat. Locum autem in hoc Concilio allegatum, ex Homiliarum ejus aliquâ depromptum quidem exiſtimant Viri docti; rectè tamen omnino ſentire videtur *Ellias Du Pin* (b), qui libri ejus *de Fide & Virginitate*, in quo Neſtorianiſmum *Gennadio* teſte (*c*) prædamnavit, fragmentum illud eſſe docet, à *Cyrillo* quoque Alexandrino in literis ad Imperatoris ARCADII filias (*d*) allegatum (*e*).

Cæterum planè alius eſt ATTICUS Platonicæ Sectæ Philoſophus, quem anno 179 claruiſſe ait *Euſebius* in Chron. non 379. ut perperam *Geſnerus* Bibl. ſuæ *fol.* 100. qui ideo eundem eſſe eum Epiſcopo arbitratus eſt; non advertens *Euſebii* Chronicon ad annum tantum 325 perductum eſſe, & ipſum anno 340 mortuum. Ex Philoſophi adverſus Ariſtotelem diſputa-

[*a*] De ejus vitâ, doctrinâ ac moribus, plura vide in *Cent. Magdeb.* V. p. 1186. &c. edit. Baſil. 1562. [b] *Bibl. Eccleſ.* Tom. IV. p. 3. [*c*] *De Script. Eccleſ.* cap. 52. atque inde *Trithem.* cap. 116. & *Ciacon.* Bibl. ſuæ p. 293. [*d*] *Flacilla* & *Pulcheria.* [*e*] Ex *Actis Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. II. p. 406.

diſputationibus loca præclara ſervavit idem *Euſebius* de Præpar. Evang. XV. 4-9. 12 & 13. citante *Fabricio* Bibl. Græcæ *Tom. II. pag.* 54.

Fuit autem Seculo V. ATTICUS Nicopoleos Epiſcopus, qui Concilio Chalcedonenſi adfuit A. 451. *Morer.* Diction.

ATTILIUS (*Marcus*) Vid. SERRANUS.

ATTINIACENSE I. Concilium, in Campaniâ ad Axonam Fl. A. 822. in Palatio Regio habitum. In quo poſt LUDOVICI *Pii* pœnitentiam publicè peractam, propter interfectum, ipſo jubente, nepotem ſuum *Bernardum* Italiæ Regem, & in clauſtro incluſos, licèt invitos, alios cognatos, non pauca ad corrigendum Eccleſiæ ſtatum neceſſaria conſtituta ſunt. Vide quæ hâc de re collegerunt Conciliorum Editores, ut & ipſius LUDOVICI *Capitulare* Concil. *Tom. VII. p.* 1529. Anno ſequenti habita eſt apud Compendium (vulgo *Compiegne*) Synodus, contra eos qui res ſacras illicitè uſurpant. Vide *Concil.* Tom. VII. in *Append.* p. 1868.

ATTINIACENSE II. Concilium anno 834 menſe *Novembri* in Palatio Regio habitum: In quo plura ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinentia conſtituta ſunt, & inter alia delata fuit cauſa matrimonialis ad Judices laicos. Quid verò in eo geſtum ſit, plenius docebit Anonymus Auctor Vitæ *Ludovici* Pii *Caroli M.* filii, ad A. 834. Hæc Vita inter *Scriptores XII coætaneos* habetur *pag.* 336 (*a*).

[*a*] Vid. *Guil. Cave* Hiſt. Liter. P. II ad A. 840.

ATTINIACENSE III. Concilium, anno 870, menſe *Maio*, à X Provinciarum Epiſcopis, præſidente *Hincmaro* Rhemenſi habitum. In quo *Hincmarus* Laudunenſis ſecundâ jam vice accuſatus, ad ſedem Apoſtolicam iterum provocavit. Conferantur ab utroque *Hincmaro* hac de re ſcripta, & Annales Bertiniani ad ann. 870.

De tribus iſtis Conciliis *Cave* in Hiſt. Liter. Conf. *Morer.* Diction.

ATTO, *Secundus* dictus, *Aldegarii* Vice Comitis filius, nobili genere ortus (*a*) ab anno 945 Epiſcopus Vercellenſis (*b*), obiit poſt annum 960 (*c*). Doctiſſimus fuit Theologus & Canoniſta, qui plura ingenii ſui doctrinæque monumenta reliquit (*d*), quæ edita reperiuntur in *Spicilegio Dacheriano* Tom. I. p. 401-441. edit. A. 1723. fol. nimirum

SCRIPTA:

1. *Capitulare*, (ſeu *Canones* & *Statuta* Eccleſiæ Vercellenſi data) è Conciliis, Epiſtoliſque Decretalibus contextum, & in centum Capita diſtributum.

2. *De Preſſuris Eccleſiaſticis*, Libellus tripartitus, *I. de judiciis Epiſcoporum*, *II. de Ordinationibus eorundem*, *III. de facultatibus Eccleſiarum.* De hoc libro quædam inferius notabimus.

3. *Epiſtolæ variæ.* Vid. ſup. *p.* 56. Plura *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Sec X.* Tom. VIII. p. 25. edit. Amſtel. *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. *Sec. X* cap. 3. art. 38.

His Opuſculis ita præfatur Clar. *Dacherius.* » ATTONIS Opera, Vir Clariſſ. *Joannes Bona*, Abbas » Generalis Reformatæ Congregationis S. Bernardi, » (poſtea S. R. E. Cardinalis) ex MS Codice Vaticano 4322 eruit, deſcribi curavit Romæ A. 1664. » atque ad me tranſmiſit. Sed dolendum maximoperè eſt, quòd lacunis codex ipſe pluribus in locis » fœdatus, nempe in ſuperiori parte totâ, vel pluviâ infectus, vel carie corroſus, fuerit repertus, » ut in unaquâque paginâ deſit linea. Spem tamen » mihi ſuis litteris dans eruditiſſ. Abbas integrum » habendi codicem aſſeruit, quod jam apud doctiſſimum *Ughellum* (ubi ſup. cit. (*d*) legeram extare in » Tabulario Vercellenſis Eccleſiæ, rogavitque ea de re » Epiſcopum Vercellenſem ageret cum Canonicis, ut » illa Opera exſcribi ſinerent. At is repulſam paſſus » eſt. Unde iſthoc negotium cùm indicaſſem Illuſtriſſ. » Domino *Caroccio*, tunc in Galliâ Seren. Ducis Sabaudiæ Legato, viro religione, prudentiâ » & eruditione præſtantiſſimo, actutum ipſe...... omnem curam & induſtriam adhibuit.... obtinendo » hujuſce monumenti apographo, aut ſaltem opplendis Romani Codicis lacunis. Mira primò pollicitæ ſunt Canonici: ſed poſt Epiſtolas ultrò citroque datas, demum fatentur, (ingenuè an fictè, judicent alii) in ſuâ Eccleſiâ eſſe neminem rei » antiquariæ peritum. Non hic ſtetit Illuſtriſſ. *Caroccii* diligentia & benignitas. Nam cum legatione feliciter peractâ rediiſſet in Sabaudiam, inſtat iterum, » expoſcitque ab illis Canonicis Taurinum ad ſe autographum tranſmittant, bonâ fide id ſe reſtituturum, poſtquam ſuis expenſis exſcribi curaſſet.

Cum igitur omni ſpe abjectâ tanto potiendi theſauro, anxius hæreret doctus Benedictinus, an opera ederet tot hiatibus labefactata, attamen amicorum rationibus adductus, illa typis mandari curavit: & quandoquidem *Atto* in rebus Divinis & Eccleſiaſt. verſatiſſimus ſuas lucubrationes teſtimoniis è S. Script. è Conciliis & Patribus deſumptis adornavit, haudque loca indigitavit, potiſſimum in Collectione Canonum, quæ *Capitulare* inſcripta eſt, iis margini apponendis curam impendit *Dacherius*, eoque labore, quamplures, ut ipſe ait, ſupplevit hiatus.

Sunt autem in dictis Codicibus Vaticano & Vercellenſi, præter edita,

4. Sermones *Attonis* XVII de variis argumentis, & Liber *Polypticum*, ſeu *Perpendiculum* dictus, de noxiis redarguendis & honeſtis ſanciendis, cum ſcholiis, ſed tineis & rubigine adeo deformata, ut legi non poſſint.

Cæterum monet nuperus Editor *Spicilegii Dacherian* (vid. ſup. *p.* 54. ſub finem) haud paucas lacunas à ſe reparatas eſſe in libro *de Preſſuris Eccleſiaſticis*, ope MS. cujuſdam Codicis Monaſterii Resbacenſis (*e*), quem cum conſuluiſſet olim R. P. *Edm. Martene*, quæcumque ex illo excerpſerat, cum ipſo communicavit.

5. Scripſiſſe etiam dicitur idem *Atto* adverſus ludo, gulæ & incontinentiæ deditos (*f*).

De eo præter Auctores citatos meminit *Caſim. Oudinus* in Supplem. ad A. 960.

Fuit alius ATTO Arelatenſis Archiepiſcopus cujus extat brevis Epiſtola ad *G. Ademarum*, anni circiter 1115, in quâ eum arguit quod Arauſicanam Eccleſiam vexaverit, hortaturque ut ablata reſtituat. Ediderunt *Edm. Martene* & *Urſin. Durand* Collectores *Veterum Script. & Monum.* Pariſ. 1724. Tom. I. p. 634.

ATTO natione Hiſpanus, domo Pacenſis, ſive ex Pace-Julia, quam *Beja* ſive *Badajoz* vulgò Luſitani vocant: ipſe enim Pacenſem ſe profitetur in quodam inſtrumento ſtipulationis VIII Kal. Martii anni 1153 ab eo factæ, de quo *Ludovicus a S. Laurentio* in ejus Vitâ Romæ A. 1613. in 4. editâ. Attamen plures eundem Florentinum exiſtimant, ut infra dicemus. B. *Atto* ex Abbate octavo Vallis-umbroſani monaſterii, h. e. totius Congregationis à B. *Joanne Gualberto* è Benedictinorum Ordine formatæ, Generali præfecto

[*a*] Vid. *Hyac. Gimma* Idea dell' Iſtor. d'Italia Letter. *Neap.* 1723 in 4 *p.* 112. [*b*] *Vercell* urbs in ditione Ducis Sabaudiæ Mediolanum inter & Taurinum ſita. [*c*] Ita Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. aliique, at *Gimma* ubi ſup. ſcribit *Attonis* obitum quoſdam referre ad Pontificatum *Agapeti* (ſcil. ſecundi) iſte verò A. 956 è vivis exceſſerat. Vid. ſup. *p.* 138 *b.* [*d*] *Ferd. Ughelli* Ital. Sac. Tom. IV. col. 2. p. 1060. apud *Dacherium* ubi ſup.

[*e*] *Rebais* nomen oppidi & Abbatiæ non longè ab urbe Meldenſi provinciæ Brienſis in Gallia. [*f*] *Gimma* ubi ſup.

præfecto ad Epiſcopatum Piſtorienſem in Hetruria promotus eſt anno 1133. eamque Eccleſiam per viginti annos ſanctiſſimè rexit. Ad ſanctitatem ejus quod attinet, prætermitti non debet quod in unâ ex *Rainerii*, Diaconi Piſtorienſis, Epiſtolis legitur, dixiſſe quondam in Anglia *Matthæum* S. Georgii Cardinalem, interrogatum ab eodem *Rainerio* de ſtatu Romanæ Eccleſiæ, *quod Romana & Apoſtolica Sedes beata foret, ſi Attonis dacerctur moderamine gubernacula*:

S C R I P T A :

1. Vita *S. Joannis Gualberti* Abbatis, Congregat. Vallis-umbroſæ Inſtitutoris (*a*), quam typis commiſit *Theſaurus Velius*, ejuſd. Congreg. Stæ Praxedis Matritenſis Abbas, *Benedicto* S. R. E. Cardinali nuncupatam, A. 1612. in quâ editione *Pacenſis*, *Hiſpanique nominis propugnator* audit *eximius*.

2. Huic adjungitur Vita *S. Bernardi* Abbatis Monaſterii S. Salvi Vallis-umbroſæ, etiam Generalis, Parmenſis Epiſcopi, & S. R. E. Cardinalis, quam idem *Velius* ODOARDO FARNESIO Cardinali dedicavit. Sed hanc cùm dicat *à graviſſimis ſuæ Farneſiis* urbis (h. e. Parmæ) *viris deſcriptam atque laudatam*, agnoſcere videri poterat alterum à noſtro *Attone* diverſum, ejus Vitæ auctorem fuiſſe. Attamen *deſcriptam* de tranſcriptionis operâ accipi debere putat *Nic. Antonius* loc. cit. Nam diverſum minimè credidit *Ferd. Ughellus* dum in Epiſcopis Parmenſibus *Bernardi* res geſtas prodit *Ital. Sac.* Tom. II. col. 214 & 215. quemadmodum & cum aliis *San-Laurentius* ſupra citatus.

3. Sequitur in eadem editione ſectio quædam, ſive tractatus, à Vitâ *B. Bernardi* diverſus, ita inſcriptus: *Quo S. Bernardus, etiam Cardinalis exiſtens, pro ſuâ Religione geſſerit.* In cujus opuſculi quarto capite de ſucceſſore *Bernardi* in præfectura Monaſterii Vallis-umbroſæ, *tandem Deo favente* (ait Auctor) *S. Attonem* Hiſpanum *unanimiter elegerunt, optimè quidem ut ſancto ſanctus locum à ſancto Joanne ſanctificatum aſcenderet.* Et cap. 10. Habetur *lib.* 2. *cap.* 10. *in Vita S. Joannis* (forte *Eudoxi Locat* lli, qui hanc ſcripſit) *quod S. Bernardo Sus Atto ſucceſſerit*, &c.

4. Scripſit idem *Atto*, ut refertur, *Epiſtolarum* librum unum.

5. Item *de translatione reliquiarum, & miraculis S. Jacobi Apoſtoli* librum unum, quem minus rectè *de tranſlatione capitis S. Jacobi Apoſtoli ad ſuam Eccleſiam ex Hiſpania* appellat *Arnold. Wion* in Ligno Vitæ *Lib.* 2 *cap.* 34. (*b*) juxta *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. vet. *Tom. II p.* 16.

De *Attone* patriâ pro ſe adducit *Nic. Antonius* Franc. *Forteguerram*, Arnold. *Wion*, Juſtin. *Marchetti*, Ludov. *San-Laurentium*, & Ferd. *Ughellum* Ital. Sac. *Tom. III. col.* 360. at non deſunt qui eum Etruſcum, patriâque Florentinum faciunt: ipſe *Alph. Ciaconius*, Hiſpanus, Etruſcis annumerat (*c*): ſed in eo fallitur quod anno C. 1047 eum floruiſſe dicat, errore forſan typographico; nam præter inſtrumentum ſuperius memoratum, *Attonem* Seculo XII vixiſſe probatur ex Epiſt. Latinâ quam ad eum dedit anno 1145 *Didacus* Archiepiſcopus Compoſtellanus, ut refert *Juſtin. Marchetti* in Vitâ ATTONIS (d). *Poſſevinus* (e) autem verb. *Atthus* Hiſpanus, eum Generalem Abbatem Ord. Benedictini anno 1034 creatum fuiſſe ſcribit; præfuiſſe annis 19, menſibus 4 & diebus 22. ſed aliquot annos ante mortem creatum Piſtorii Epiſcopum, obiiſſe miraculis clarum A. 1051. die 22 Maji, ac Piſtorii ſepultum in æde Sacra S. Joannis Rotundi; inde autem poſt 154 annos ſublatum, die 12 Junii incorruptum fuiſſe inventum. Addit *Poſſevinus* hæc ſe ex *Arn. Wion* mutuari, *ſed valdè*, inquit, *dubito, quin quod de* ATTHO Hiſpano *ſcripſit, de* AUCTO Florentino *intelligendum ſit*: paulò igitur inferius ſub iiuus nomine, ubi *Mich. Poccianticum* (f) citat, eundem *Auctum* obiiſſe tradit Piſtorii anno 1147. ipſiuſque corpus in Cathedrali Eccleſia reconditum, intactum denique anno 1337 repertum, in locum anguſtiorem prope valvas ejuſdem Baſilicæ tranſlatum, ubi adhuc miraculis clarere ait. Ex dictis liquet, in multis erraſſe *Poſſevinum*, atque *Attonem* ſive *Auctum* Florentinum ad Seculum XII referri debere, uti rectè fecit *Ger. Joan. Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2. *cap.* 49. necnon *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. IX. p.* 196. & *Jul. Negri* de Script. Florent. *p.* 72. qui *Attonem* ortu Florentinum, origine Luſitanum ſuſpicatur. Plures de *Attone* Auctores citat, & inter alios *Chryſoſt. Talenti* Florentinum Vallis-umbroſæ Monachum, qui Orationem in laudem *Attonis* recitavit, typis impreſſam ſub initium Sec. XVII quo tempore varias ille Orationes typis dedit, ut refert idem *Negri* p. 137 ex *Joh. Cinelli* Bibliot. Volante *Scanzia II & VII.*

[a] Hunc circa A. 1140 elucubratam docet *Jul. Niger* Je-ſuita F... [illegible] [*b*] Hunc ſecuti ſunt cæteri ferè omnes qui de *Attone* loquuntur. [*c*] Bibl ſuæ *col.* 295 verb. *Atto* [*d*] Ex *Negro* loc. cit. qui tamen *Attonis* obitum ad An. 1148 refert, ſed perperam. [*e*] Vid. *Appar. Sac.* p. 132.

[f] *Catal. Script. Florent.*

d'AU (*L. D. M.* Dominus) claruit circa A. 1640. Edidit Gallicè Loca SS Patrum de unanimi fide in Sacramento Euchariſtiæ: *Paſſages des Saints Peres, faiſant voir la Créance unanime du Saint Sacrement de l'Euchariſtie.* Du Pin *Tab. Univerſ.* Tom. II. p. 2075.

AVALONIUS (*Elvanus*) Britannorum Magiſter & Doctor, qui Evangelium prædicaſſe fertur Seculo II. Erat illis temporibus (ut *Radulphus Niger* Auctor Sec. XIII. in Chronicis habet) Vates quidam Paganus in Britannia, qui ex ſtellis nativitatem Chriſti prætericam narravit. Lucius igitur Rex domeſticis, ſeu popularibus ſuis non credens, ad *Eleutherium* Pontificem *Elvanum* iſtum cum ſocio *Medvino* Romam miſit; & eò celerius, quod audiſſet, Chriſtianum nomen ubique terrarum crevisse, pluresque de nobilitate potiſſimum Romanì, cum conjugibus & liberis, in Chriſti fidem juraſſe. Rem ita narrat *Baleus* (a), at prorſus aliter *Pagius* (b): ELEUTHERUS, inquit, » iuito Pontificatu (A. C. 170) » Epiſtolam accepit à LUCIO Britanniæ Rege, quâ » rogabatur, ut divini verbi Miniſtros ac Sacerdotes » in Britanniam mitteret, qui populum in fide & » moribus inſtruerent. Quare hic Sanctus Pontifex *Fagatium* & *Damianum*, ſeu *Donatianum* miſit, qui » Regem & alios Chriſtianâ religione imbutos ſacris » myſteriis initiarunt. » De eâ converſione, præter librum Pontificalem, allegat *Pagius* teſtimonium Ven. *Beda* Hiſt. Angl. *lib.* 1. *cap.* 4. Noſter autem *Avalonius* à longo itinere in Britanniam denuò reverſus, ut cum *Baleo* pergam, ſcripſiſſe dicitur *De origine Eccleſiæ Britannorum* Lib I. At multum metuit *Voſſius*, ne, ut in pleriſque aliis antiquioris ævi ſcriptoribus, ita hac etiam parte *Baleus* fucum faciat lectori (*c*).

Addunt alii *Avalonium* Româ reducem, fuiſſe Epiſcopum Londinenſem circa annum 180 (*d*). Ipſe verò juxta *Dempſterum* (e) primus fuit, qui ad res Scoticas illuſtrandas acceſſerit, & veteri linguâ Scoticâ ſive Hibernicâ Hiſtoriam ac deſcriptionem Scotiæ complexus fuerit.

[*a*] *De Script. Britann.* Cent. I. Cap 27. [b] *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. *Tom. I p.* 31. [c] ... *Joan* Voſſius de Hiſt. Lat. *lib* 1 *cap.* 32. *p.* 170 edit. A 1651. [*d*] *Moreri*, Diction. *p.* 632. edit Baſil. 1731 ex *Piſeo* de Script. Angl. *Godwino* de Epiſc. Angl. *Uſſerio* & *Stillingfleet* Antiquit. Britan. [*e*] Hiſt. Eccleſ. Scoticæ *Lib. V. num.* 490. apud *Hallervord.* in Spicil. de Hiſt. Lat. *p.* 61.

AVALONIUS ſive *Avalonenſis*. Vid. IRENÆUS Capucinus.

AVALOS (*Thomas* de) Ord. FF. Prædic. Neapolitanus, ex illuſtri Marchionum *del Vaſto* ſtirpe (*a*) oriundus, Marchionis *del Vaſto* Magnatis Hiſpani, & Regii cubicularii majoris uterinus frater & germanus, adoleſcens ingenioſus & acer Ordinem amplexus eſt & profeſſus in Conventu *della Sanità* Neapolitano, à quo quibuſdam annis poſtea ad regium S. Dominici Conventum filiationem ſuam tranſferri obtinuit. In comitiis generalibus Ordinis Romæ A. 1619 coactis, in quibus & electus eſt Magiſter ſupremus F. *Nicolaus Ridolphi*, primum ſui ſpecimen dedit tum annos ſexdecim tantum natus, habitâ coram Patribus

Oratione in laudem S. Dominici, quæ & eodem anno (1619) typis prodiit *Florentiæ*, Zenobii Pignonii, *in* 4. FERDINANDO II Magno Etruriæ Duci nuncupata. Meminit *Cinellus* Bibl. volante *Scanzia II. pag.* 94.

Exinde ſtudiis majoribus applicitus ita emicuit, ut per agones omnes ſcholaſticos Magiſterii lauream obtinuerit. Conventum dictum ſuum nativum Prior regebat anno 1639. & ab *Urbano VIII.* 14 Maii 1641 Lucerinus Epiſcopus in Apulia promotus, dum paſcendis ovibus ſedulam navat operam, immaturâ morte ſurripitur anno ætatis 30 vix completo, menſe Decemb. 1643 in ſua cathedrali ſepultus, inquit *Fontana* in *Theatro*, ſe teſtem præſtans, quamvis *Toppius* ipſo anno 1642 mortuum dicat (*b*). Oſſa poſtmodum Vaſtum tranſlata in ſepulcro majorum recondita ſunt (*c*).

(*a*) Vid. *Morer.* Diction. verb. AVALOS. (*b*) *Toppi* Bibl. Napol. *p.* 292. verb *Tomaſo d'Avalo.* (*c*) *Echard.* de Script. Ord. Prædic. *Tom. II. p.* 535.

AVANCINUS (*Nicolaus*) Jeſuita, natione Germanus, patria Tirolenſis in Auſtriâ, claruit Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Pietas Victrix*, ſive *Flavius Conſtantinus Magnus* de *Maxentio* Tyranno victor. *Tragœdia* tacito nomine. *Viennæ*, typis Coſmerovii, 1659 in fol. edita (*a*).

2. *Panegyricorum unus* ſeorſim excuſus fuerat *Antverpiæ* 1665. in 4. ſub tit. *Virtutes* LEOPOLDI GUILIELMI Archiducis Auſtriæ (*b*).

3. *Vita & Doctrina Jeſu Chriſti*, *ex quatuor Evangeliſtis collecta*, *& in Meditationum materiam ad ſingulos totius anni dies diſtributa*. Prodiit *Coloniæ* An. 1674. 1678. 1689. item *Antverp.* 1693. in 12. ac rurſus *Colon.* 1702. in 18. primò *Viennæ* 1667 (e). Has Meditationes, inquit *Morhoſius* (d), ſæpe per mera tantum lemmata exponit, & admodum brevis eſt: eam tamen ob rationem non plane negligendus, quòd ſæpè unica Meditatio talis, metaphora aut Enunciatio, occaſionem prolixæ inventioni dat; ſi tamen ſobriè, non ridiculè, tractetur.

4. *Poëſis Dramatica*. Pars I & II *Coloniæ Agripp.* 1675. in 12. Pars IV *Duderſtadii* 1679. Ex Præfatione colligi poteſt, partem ſecundam prodiiſſe An. 1671. & tertiam A. 1673. Partis II[æ] *primum* Poëma inſcribitur: *Zelus*, ſive *Franciſcus Xaverius* Indiarum Apoſtolus; dat. Viennæ Auſtriæ A. 1640. alterum *Pietas victrix* &c. de quo ſupra. Cætera minus ad nos pertinent. *Nic. Avancinus* in Poëſi Lyricâ, judice Cl. *Morhoſio* (e), illatinus interdum eſt, & fictis à ſe metaphoris, linguæſque peritis, ac nonnunquam frigidis nimis indulget: eſt tamen, ubi bonus eſt, & quædam habet non contemnenda.

5. *Orationes* tribus partibus, quarum *I*[a] continet Orationes XVIII *de Deo*, *& Deo-Homine*: *II*[a] XXVI de Beata Virgine & de Sanctis: *III*[a] Panegyres, Epicedia, Proluſiones, & Exercitationes Oratorias numero XL. varii argumenti tum ſacri, tum profani. *Colon.* 1675 & 1680 (*f*) *Antverp.* typis Verduſſen 1693. in 12. Multa ex argutiſſimis *Eman. Theſauri* Orationibus Panegyricis Italicè editis *Avancinum* ſublegiſſe monet *Morhoſius* (g), & *nimium* in ejus Orationibus *eſſe argutiarum ſtudium*, *quod ubivis frigide affectat* (h).

(a) *Sotuel* Bibl. S J. *p.* 613. *b.* apud *Placcium* de Script. Anonym. 408 n. 1648 (b) *Corn. à Beughem* Bibliogr. p. 11. (c) *Lipen.* Bibl. Theol. Tom *II. p.* 911. (d) *Morhof.* Polyhiſt. Litter. *lib.* 6. *cap.* 4. §. 24. (e) *Ibid* lib. 7. cap. 3. §. 10.

(*f*) *Lipen* ubi ſup. p. 380. (*g*) *Morhof.* ubi ſup. *l.* 6. *c.* 3. §. 10. (*h*) *ibid.* cap. 4 §. 24.

Alius eſt recentior *Nicolaus* AVANCINUS Clericus Regularis Scholarum piarum Genuæ, & ſtudiorum in eodem Collegio Præfectus, Poëta & Orator eximius, de quo vid. *Giorn. de' Letterati d'Italia* A. 1724 Tom. XXXVI. p. 349.

AVANTIUS (*Joan. Maria*) natione Italus, cujus *Thomaſinus* nomen ab *Avanticis* deducit, atque nobilem ejus familiam Veronæ ac Ferrariæ, ex Ferrarienſi traduce locat Rhodigii (vulgò *Rovigo*) ubi Noſter natus eſt anno 1549 (*a*). Ibidem literis Græcis ac Latinis excultus à Celeb. *Antonio Riccobono*, tanti apud Magiſtrum fuit, ut eum unum aſſereret, quod ſciret, Poëtam ac Rhetorem natum. Philoſophiæ ac Theologiæ operam dare cœpit Ferrariæ; unde Bononiam profectus, ibi, patre invito, qui eum Medicinæ deſtinaverat, Juriſconſultorum caſtris ſe adſcripſit; inde Patavium venit, atque in hoc Gymnaſio præſtantium Doctorum ſedulus auditor, ipſe præmiis Doctor adeptus eſt. Poſt hæc fuit Procurator Fiſci Regii Rhodigii, egitque cauſas tum civiles, tum criminales, tantâ nominis famâ, ut ad eum undequaque conſilii vel patrocinii causâ clientes accurrerent, vacareturque paſſim extra patriam ad idem officium, amplâ & invidioſâ mercede. Hinc porrò illi fortunæ mutatio, & ab hoſtibus ſumma pericula; eò uſque ut multas paſſus ærumnas patriam deſerere coactus ſit. Redit proinde ad intermiſſa Muſarum ſtudia, atque ita curas omnes in bonas literas ac ſcientias tranſtulit, ut dies noctesque evolvendis priſcorum libris, annotandiſque & excerpendis impenderet. Suadente uxore domicilium tranſtulit Patavii A. 1606, ubi civitate donatus, cunctis acceptiſſimus vixit. Ex eâ ſeptem procreavit filios (*b*). Ipſe ſcriptis editis longè clariſſimus, exteris etiam gentibus ac Principibus innotuit; præſertimque FERDINANDO II tunc Archiduci, mox Cæſari, à quo donatus muneribus in Aulam quoque invitatus eſt, ut ipſi à ſanctioribus eſſet conſiliis. Excuſavit ſe *Avantius*, ætatem cauſatus, quæ tamen non obſtitit, quin ſenex eloquentiſſimus patrocinium impenderet filio, quem reum capitis ob interfectum villæ ſuæ ſacerdotem, tantâ vi ac felicitate defendit, ut à judicibus ſententiam, quâ liber ab obſervatione judicii pronunciabatur, extorſerit. Obiit Patavii d. 2 Martii 1622. ætat. 71. unde conſtat error *Morerii* infra notatus cit. (*a*). Epitaphium ejus habet *Tomaſinus* obi inf. *p.* 156.

SCRIPSIT autem inter alia noſter *Avantius*

Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Lutheri Apoſtaſi ad ſua tempora.

[a] Ita *Commenus* ubi inf. ex *Jac. Phil. Tomaſini* Elog. Tom. II p. 152. at in Diction *Morer.* edit. Baſil. 1731. *Avantius* per errorem natus dicitur A. 1564. d. 23 Aug. ex eod. *Tomaſino*; ejuſque familiam ex Helvetia oriundam tradunt. [*b*] Ita *Nic. Commenus* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. II. p.* 118 *Familiam* AVANTIORUM, inquit, *quæ noſtrâ ætate extincta eſt*, (ſcribit *Commenus* A. 1726) *propagavit ſeptem filiis claram*: verùm apud *Morer.* non ſeptem filios, ſed tres fœminini, quatuor maſculini ſexus liberos procreaſſe dicitur. In his eminuit *Carolus* ſecundogenitus, Medicus ac Botanicus peritiſſimus, cujus meminit Celeb. *Joh. Jacobus Mangetus* in Bibl. Script. Med.

AVANZI (Nicolaus *degli*) natione Italus, Bononienſis, Fremita Auguſtinianus, vixit Sec. XVI. De eo ita *Orlandus* de Script. Bonon. *p.* 214. *Compoſe un Opera*, *che dedicò al Cavaliero* Girolamo Caſio, e vo-

e volgarizzò un Dialogo intitolato, Ammonitorio dell' occulto Miſterio Ebraico, *composto da Suida in Greco, e da eſſo in Latino, e di Latino in volgare tradotto a utilità d'ogni Fedele Criſtiano, per il quale la Giudaica perfidia conoſce il Figlio di Dio eſſere Gieſu Chriſto Signor noſtro.* Eſortazione di Filippo *Criſtiano* a Teodoſio *Ebreo, acciò rejetta, e bandita la ſuperſtizione dei Giudei, la Sagra Religione di Criſto ſeguitaſſe, dietta al ſudetto* Caiio, *e regiſtrata verſo il fine dei* Faſti del Caiio, *impreſſione del* 1528.

AUBENTON (*Guilielmus d'*) Soc. Jeſu, natione Gallus, LUDOVICI XIV. Regis Chriſtianiſſimi à Confeſſionibus, EDIDIT Gallice *Vitam* Beati *Joan. Franc. Regis* Occitani, ejuſd. Societatis Miſſionari, *Pariſ.* apud Nicol. le Clerc, 1716. in 4. & *Lugd.* typis Bruyſet, 1717. in 12. *Editio tertia, reviſa & emendata.* Laudant ſtylum Autoris Jeſuitæ in Diario Trevoltiano, plur ma tamen ſive typographica, ſive alii generis errata notant. Oſtendit Autor in Præfatione quam ſcrupuloſa adhibeatur circumſpectio in Canonizatione Sanctorum, ubi inter alia id notatu dignum refert, quòd ex centum miraculis Sacræ Congregationi propoſitis pro Canonizatione cujuſdam Sancti Seculo XVII, ex tantâ, inquam, miraculorum copiâ unicum tantum adprobarit, & Canonizationem ad aliud tempus dilatam fuiſſe, uſquequò nova benignum numen futuri hujus Sancti interceſſione ederet miracula.

Cæterum tertia eſt hæc Beati *Regis* Vita à *Guilielmo* noſtro conſcripta; duo enim Sodales ante illum in hoc labore deſudarunt; prior *Claud. de la Brone* A. 1650 decennio poſt mortem Beati, cujus ipſe diſcipulus fuerat; alter *Ant. Bonuci* Italicè prodiit Compendium operis *Aubentonii* Romæ A. 1716. in 4. ſub tit. *Riſtretto della vita, virtù e miracoli del B. Gio Franceſco Regis* &c. Eadem linguâ Vitam integram edidit alius Jeſuita *Carol. Hyacinthus Ferrero* Taurini 1717. in 12. ſuamque Verſionem eximius Interpres ipſi *Aubentonio* nuncupavit. Eodem anno & Panegyricum & Compendium Vitæ ejuſdem Beati edidit R. P. *Dom. de Colonia* Jeſuita. De his omnibus Vitis vid. *Diar. Trevolt.* Jan. 1718. & *Novelles Letter.* Jan 1717. p. 51.

Aliquot præterea Orationes funebres à ſe habitas edidit R. P. *Aubentonius*. Vid. *Le Long* Bibl. Hiſt. de la France, verò. *Daubenton* in Tab. Autorum. Hujus item fit mentio in lib. cui tit. *Anecdotes ou Memoires ſecrets ſur la Conſtitution* Unigenitus *Part. I. p.* 57 &c edit Ultraj. 1732. in 12.

AUBERIUS. Vid. AUBERY.

AUBERMONT (*Joannes Antonius*), Ord. FF. Prædic. claro apud Belgas Comitum *de Ribaucourt* AUBERMONTIO ſanguine cretus, claruit Sæc. XVII. Ordini nomen dedit in Conventu Gandavenſi A. 1632. ætat. 20. Satris exinde comparandis diſciplinis totum ſe dedit. Studiis Coloniæ Agrippinæ confectis, Lovanium miſſus eſt A. 1643. ubi Philoſophiam docuit; inde Calcariam Clivorum in Weſtphalia Moralis Theologiæ Lector tranſlatus A. 1645. in Comitiis Provinciæ Brugenſibus, quem in ſequentibus Lovanii A. 1649 celebratis è Conventu Gandavenſi, ubi ſemel iterumque Moralis Theologiæ Profeſſorem agebat, ſecundarium in Theologiâ Lovanienſis ſtudii Lectorem inſtituerunt: tum & ſubinde primarium, ubi & in eadem Academiâ Sacræ Theologiæ Magiſterium adeptus die 20 Oct. 1651. Ut autem & dicendi facundiâ pollebat egregiè, ſive vernaculè Belgicèque ſive Latinè dicendum, præcipuas per Adventûs & Quadrageſimæ dies, aut quoſvis alios feſtos inſigniores per Belgium implevit annis pluribus Cathedras & Eccleſias: adeoque zelus illius pro fide Catholicâ promovendi, moribuſque Chriſtianis informandis in Concionibus effulſit, ut apud Batavos Miſſionarius Apoſtolicus à Superioribus fuerit ſelectus ac deputatus: cùmque annos ibi egiſſet plurimos, ab Ordinis Magiſtro Lovanienſis ſtudii Regens primarius inſtitutus eſt, ac annis aliquot poſtea ad A. 1668 in ſtrictius Academiæ Collegium aſcitus eſt, omnibus Facultatis ſuæ negotiis utiliſſimus, omnibus magno in pretio habitus. Obiit Lovanii repentinâ morte ſublatus 22 Nov. 1686. ætat. 74. Ejus cum laude meminerunt F. *Guil. Seguier* Laurea Belg. *P.* 2. *p.* 112. & *Ghilb de la Haye* Bibl. Belgo-Dom.

SCRIPTA:

1. *Oratio Panegyrica in S. Thomam de Aquino*, Lovanii coram Univerſitate habita die 7 Martii 1650. eod. anno excuſa in 4.

2. Epitaphium *Eugenii Alberti d'Alamont* Gandavenſium Epiſcopi &c. Gandavi 1674. in 4.

3. Ejus curâ recuſum eſt *D. Thomæ Aquinatis opuſculum contra Guil. de S. Amore & ejus ſequaces, impugnantes Dei cultum & religionem.* Lovanii 1676. in 8. Huic præfationem adjecit.

4. *Luctus Eccleſiæ Gandavenſis* in funere Epiſcopi ſui *D. Franciſci van Horenbeck* Comitis *de Everghen*, &c Ibid. 679. in 4.

5. *Doctrina quam de primatu, auctoritate ac infallibilitate Romani Pontificis tradiderunt Lovanienſes, ubi Doctorum Lovanienſium ſententiam propriis ipſorum verbis exprimit.* Declarationi Cleri Gallicani de Poteſtate Eccleſiaſticâ oppoſita, per *D. A. A. S.* Theol. Profeſſorem (*a*) Leodii 1682. in 4.

6. *Reſponſio Hiſtorico-Theologica ad Cleri Gallicani de Poteſtate Eccleſiaſtica declarationem Pariſiis 19 Martii 1682 factam, ex Summorum Pontificum Decretis ac geſtis excerpta per quendam Sac. Theologiæ Profeſſorem*, ſuppreſſo nomine ſuo, *Coloniæ Agrip.* 1683. in 8. Hanc *Aubermontio* noſtro tribuit *Echardus* ubi inf. alii (*b*) verò *Nic. Du Bois* Profeſſori Lovanienſi.

7. *Mantiſſa celebrium in Belgio & Gallia Scriptorum ad Doctrinam Lovanienſem de Primatu &c. Declarationi Cleri Gallicani oppoſita.* Addita eſt *Diſſertatio de immediatâ Epiſcopalis & Synodalis Jurisdictionis origine.* Leodii (*c*) 1683. in 4.

Duplicem ob hæc edita opera ab Emin. Cardinali *Cibo* accepit Epiſtolam gratulatoriam, ubi Auctori teſtatur pergratas fuiſſe Summo Pontifici *Innocentio XI* has lucubrationes, & eum inflammat in propoſito de Sanctâ Sede bene merendi. Quas Epiſtolas Romæ datas, primam 10 Oct. 1682 alteram 27 Nov. 1683 Auctoris amicus & quondam diſcipulus ab ejus morte prælo dedit, ejus Operibus inſerendas. Harum exemplum ſe habere teſtatur *Echardus.*

8. *Expenſio appendicis* R. P. *Dan. Papebrochii* Jeſuitæ *officium corporis Chriſti à S. Thoma de Aquino compoſitum denegantis.* Gandavi.

9. Ejus curâ recuſa eſt *Vita S. Roſæ* Limanæ, à R. P. *Leon. Hanſen* ſcripta & Romæ edita, *Lovanii* 1688. in 12. MS apud ſuos Gandavenſes ſervabantur

10. *Analecta privilegiorum Regularium.*
11. *Catholicæ veritatis amuſſis.*
12. *Quæſtiones Quodlibeticæ.*
13. *Reſolutiones caſuum.*

* Ex *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 709.

(*a*) Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* n. 2523. (*b*) *idem n.* 2526. (*c*) idem *n.* 2528.

d'AUBEROCHE. Vid. ALBARUPE p. 190.

AUBERT de VERSE' (*Natalis*) natione Gallus, Cenomanenſis (*du Mans*), Pontificius primum, inde V. D. Miniſter apud Reformatos in Burgundiâ (*a*) Sec. XVII. Socinianiſmi ab ipſis convictus munere ſpoliatus eſt; ad Pontificios rediit, ac vitam egit

[a] *Simonius* ubi inf.

egit diſſolutiſſimam (*b*). Apud Presbyteros Oratorii Pariſienſis, ni fallor, aliquandiu verſatus, in ſuas partes adduxit juvenem quendam nomine *Petrum Picantinum* Aurelianenſem (*c*) quem Socinianis dogmatibus imbuit; quod ubi animadverterunt Patres Oratorii, *Aubertum* dimiſerunt (*d*). Socinianiſmo tamen nuncium remiſiſſe liquet ex verbis Celeb. *Aug. Calmet* infra citandis *cit.* (*e*) atque ex titulo libri de quo n. II. Dom. *Marchant* Editor Epiſtolarum *Balii*, qui eas typis tradidit Roterodami A. 1714 *Aubertum* Pariſiis tunc degere notat, *ubi annno reditu tenuiſſimo fruitur, tanquam Miniſter ad Eccleſiam converſus.* Eum hoc ipſo anno 1714 obiiſſe dicunt alii (*e*).

SCRIPTA:

1. Trophæa Portûs Regii everſa &c. *Les Trophées de Port Royal renverſez, ou Defenſe de la Foi des VI premiers Siecles de l'Egliſe touchant l'Eucharistie, contre les ſophiſmes de* Mr. Arnaud (*f*) *contenus dans le premier Tome de la Diſcuſſion, diviſée en IV Livres.* Amſt. typis Rob. Roger, 1688. in 12. Has Animadverſiones ante duodecim annos ſe ſcripſiſſe ait Autor in Præfatione, & lectas fuiſſe ab illuſtri viro D. *Joanne Claudio*, ineunte anno 1687 demortuo, ſperatque fore utiles pro arcendis imaginariis Portûs Regii triumphis, cujus poſtremo operi hactenus non oppoſitum fuerat reſponſum quoad Partem quæ ad Patres ſpectat, etenim quoad illam quæ S. Scripturam reſpicit, Portûs Regii ſocios refutavit D. *Andreas l'Ortie.* Hos noſter inculpat refragante conſcientia litigare, & gloriæ tantum cupidos ſcribere, ac reformationem iniquam in Eccleſia Romanâ inſtituere voluerunt. Vid. plura in *Nov. Reip. Litter.* Jan. 1688. Excerpta inde protulit *Placcius* in Anon. n. 2227. ex quibus colligit *non improbabiliter* hunc librum *artibus* Joanni *Claudio*; verumtamen hoc innuere *Balii* verba non videntur. Et *Auberto* noſtro adſcribit *Elias Du Pin* inf. cit. (*g*).

2. Verſio Latina *Hiſtoria Critica Vet. Teſt.* Rich. Simonis, *Amſt.* 1681. 4. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1682. p. 94.

3. *Le Protestant pacifique, ou Traité de la paix de l'Egliſe, dans lequel on fait voir par les principes des Reformez, que la foi de l'Egliſe Catholique ne choque point les fondemens du ſalut; & qu'ils doivent tolerer dans leur Communion tous les Chrêtiens du monde, les Sociniens & les Quakers même, dont on explique la Religion.* Hunc librum adverſus *Petrum Jurien* ſcriptum edidit *Aubertus* Amſtelod. 1684. II vol. in 12. ſub ficto nomine *Leonis de la Guitanniere.* Obſervat *Balius* in Epiſt. 41 Autorem ubi Eccleſiæ Romanæ dogmata mitigat, in eo præſertim verſari ut *Juriei* Præſervativum (*h*) impugnet; & *Auberti* librum magno eſſe in pretio apud ejus ſectatores; multiſque in locis ingenioſum eſſe fertur. Opus deteſtendum vocat *Jurieus* (*i*).

De eodem libro ita Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1684. p. 356. »De tolerantiâ diſſentientium in Re»ligione problema, quod titulus hujus libri præ ſe »fert, non tolerari, ſed & laudari poſſet, ſi eo modo »ab Autore hoc, quiſquis ille eſt, tractaretur, quo »ab orthodoxis tractari ſolet. Verùm alium animum, »diverſumque ſcopum Autori fuiſſe deprehendent, »qui librum cum judicio legerint. Impugnat is ſub »initium partis primæ Dn. *Jurieum*, cui apertè tri»buit *Hiſtoriam Calviniſmi & Papiſmi parallelam*, ut »& *Præſervativum adverſus Expoſitionem Condomenſem* (ſcil. *Jacob. Benigni Boſſueti* tum Condomenſis Epiſcopi.) Diſſenſus & refutationis cauſam inde potiſſimum ſumit, quòd *Jurieus* ſtatuerit, puniri à Magiſtratibus poſſe & debere, qui articulos præcipuos, ſive fundamentales, aut qui *anguſtiſſima*, ut loquitur, *religionis myſteria infringunt, ſuaque dogmata aliis etiam*, licet prohibiti, proponunt: puniri ſcilicet fas eſſe, non ut hæreticos, ſive prava ſentientes, & ſibi ſapientes, ſed ut contumaces legum publicarum violatores. Exagitat hæc Autor, quia hac interpretatione admiſſâ, nihil facilius ſit, aut frequentiùs fiat, quàm ut edicta talia proponantur, & per illa, ſub contumaciæ & rebellionis obtentu, vis inferatur conſcientiis, in quas tamen ſoli Deo imperium ſit. Id poſtea agere vult, ut fundamenta religionis in arctum comprimat, & quæ Reformati pro myſteriis, ſive magnis articulis habent, extenuet & eludat; nec fas fuiſſe putet, illorum causâ ab Eccleſiâ Romanâ diſceſſionem facere aut continuare. *Decretum reprobationis* vocat non religionis, ſed iniquitatis myſterium, imò Diaboli inventum, à *D. Auguſtino* defenſum, non ſetiùs ſcilicet ab errore *Manichæo* purgato; renovatum à *Theod. Beza*, *Calvino*, *Gomaro*. & aliis inter Reformatos, tum è *Mich. Bajo*, Abbate *San-Cyrano*, *Ant. Arnaldo*, Janſeniſtis, ſive, ut ait, omnibus ſtultis & pertinacibus gratiæ & redemtionis univerſalis hoſtibus. Nec minus cruda ac dura videntur, quæ Parte II pro Theſi ſuâ, de tolerandis omnibus Religionibus Chriſtianis ſtabilienda, apertius & audaciùs, quàm quiſquam alius, deducit. Omnes nempe nihil docere autumat, quod fundamentum Chriſtianiſmi ſubvertat, non *Anabaptiſtas*, non *Socinianos*, non *Quackeros*, ſi *Henrici Nicolai* ſectatores, qui *Familiſtæ* vocantur, excipias. In Præfatione libri D. *Auguſtinum* Hipponenſem Epiſcopum irreverentiſſimè tractat, & *Manete Hæretico irreligioſiorem* fuiſſe pronunciat, *cùm ille cauſam mali in oppoſito divinæ bonitati principio quæſiverit, hic Deo*, ut ait, *attribuerit.* Plura brevitatis causâ omitto, quæ in Actis Lipſ. ſupra cit. legi poſſunt; id tantum addam, Lutheranis immeriter infenſum ſe prodere, quâ in re doctiſſimis Actorum Collectoribus minimè gratum fecit.

4. *L'Impie convaincu* &c. ſive *Diſſertatio adverſus* (Bened.) Spinozam, *in quâ refutantur fundamenta ejus Atheiſmi.* Amſt. 1684. in 8.

5. Commentatio *de Inſpiratione Librorum Sacrorum*, quæ extat in *Judiciis quorundam Hollandiæ Theologorum* (k) *de Hiſtoriâ Criticâ V. T.* Richardi SIMONIS à Cl. Viro *Joan. Clerico* Gallicè editis *Amſt.* 1685. ab aliis *Auberto* noſtro, ab aliis ipſi *Clerico* tribuitur (*l*); et ſeipſum, non ſecùs ac *Aubertum* hujus autorem eſſe negavit *Clericus.* Vide *Parrhaſ.* Tom. I. p. 375. apud *Heuman.* de Libris Anon. & Pſeudon. p. 153. Plura dicemus verb. *Joan.* CLERICUS.

6. *Lettre des Rabbins des deux Synagogues d'Amſterdam à Mr. Jurien* (m), ex Hiſpanico verſa, *Amſt.* ex typogr. R. *Joſ. Athias* A. 5446. C. 1686. in 12. præfixâ brevi Epiſtolâ *Juriei* ad Judæos, quam præmiſit libro cui tit. *Accompliſſement des Propheties.*

7. *Le Nouveau Viſionaire de Rotterdam, ou Examen des paralleles Myſtiques de Mr.* Jurieu, à *Cologne* ſive *Amſtel.* 1686. in 12. Liber ſub nomine *Theognoſti Bereenſis* editus (*n*). Habetur cum *Tumulo Socinianiſmi* Gallicè edito *Amſtel.* 1687. in 12. ſub tit. *Francof.* apud Fred. Arnaldum. Hujus libri Autor his literis initialibus in titulo deſignatur: L. S. D. L. A. M. unde non video cur hunc *Tumulum* ab *Auberto* conditum fuiſſe dixerit *Jurieus* (o) his verbis: *Enfin il viens*

[b] *Balius* in Epiſt. 42. d. 8 Martii 1684 ſcriptâ. [c] Is eſt qui Gallicè ſcripſit Tractatum *des Parlemens & Etats Generaux de France* Coloniæ vel Amſtel. 1679 in 12. Celebris eſt iſte *Picantinus* in libro *Jurieu* cui tit. *l'Eſprit de Mr. Arnaud.* Vid. *Balii* Diction. verb. *Fauſte* SOCIN Annot. (M) p. 2708 &c edit. 2dæ. [d] Vid. *Balium* ibid. Annot. (M Δ) ex Epiſt. Celeb. [*Mich.*] *le Vaſſor* d. 2 Jun. 1697 ſcriptâ, aliiſque *Rich. Simonis* inter Epiſt. ſelectas p. 145. [e] Le Long *Bibl. Sacr.* p. 618. [f] Vid. ſup. p. 188 a. cit. [g] Tab. Autorum Eccleſ. ordine naturarum p. 799. [h] Preſervatif contre le changement de Religion &c. [i] Vid. *Placcium* de Pſeudon. n. 1271. & p. 331.

[k] Epiſt. XI & XII. [l] Vid. *Placcium* de Anon n. 2020. p. 515. & de Pſeud. n. 1377. [m] Hanc Epiſtolam *Auberto* tribuit *Jurieus* apud *Placc.* p. 331 b. ſub finem. [n] *Placc.* de Pſeud. n. 321. Vid. & in Anonym. 2156 a. [o] Vid. *Baſtium* de quo inf. n. 8. (p. 29.) apud *Placc.* de Pſeud. p. 331. b. Ita & *Deckmannus* ibid. p. 332.

vieut (de *Auberto* loquitur) *de mettre au jour un nouveau livre ſous le Titre de* Tombeau du Socinianiſme & du nouveau Viſionnaire de Rotterdam, *le plus deteſtable de ſes ouvrages, & peut être de tous les Livres, qui ont jamais été faits.* In eo autem *Tumulo* impugnatur *Aubertus* noſter ſub nomine *Leonis de la Guitenaiere.*

8. *Manifeſte de Maitre* Noel Aubert de Verſé, *Docteur en Medecine, ci-devant Miniſtre de la Religion P. Reformée, Bourgeois de la Ville d'Amſterdam, contre l'Auteur Anonyme* (p) *d'un Libelle diffamatoire, intitulé,* Factum pour demander Juſtice aux Puiſſances contre le nommé *Noel Aubert de Verſé,* atteint & convaincu des Crimes d'Impureté, d'Impieté, & de Blaſpheme. *Auberti* libellus tribus foliis conſtans in 4. ſcriptus eſt d. 7 Jan. 1687. (q).

9. *Traité de la liberté de Conſcience, ou de l'autorité des Souverains ſur la Religion des Peuples : oppoſée aux maximes impies de* Hobbes *& de* Spinoſa, *adoptées par le* Sr. Jurieu *dans ſon Hiſtoire du Papiſme, & dans ſon Syſteme de l'Egliſe.* Amſt. ſub tit. Coloniæ 1687. in 12. Tractatus de libertate Conſcientiæ omnibus Regibus, Principibus, & Rebuſp. atque Civitatibus liberis Europæ Chriſtianæ inſcriptos Epiſtolâ ex Amſtel datâ 1 Febr. 1687. ſubſcriptis literis L. D. L. G i. e. *Leo de la Guitomiere.*) In hoc libro tolerantiam totis viribus propugnat contra *Jurieum* & alios. Indicem capitum vid. apud *Placc.* de Anon. n. 2149.

10. *La veritable Clef de l'Apocalypſe, Ouvrage, ou en refutant tous les Syſtemes qu'on a bati deſſus juſqu'ici, l'on indique le veritable : & où l'on decouvre en particulier l'illuſion des Predictions de Mr. J. L. F. P. D. R.* i. e. ut interpretor, *Jurisi* falſi Prophetæ Roterodamenſis (JURIEU *le faux Prophete de Roterdam.*) Prodiit *Amſtel.* ſub tit. *Coloniæ* 1690. in 12. Epiſtola nuncupatoria Abbati *Bidal* Legato Extraordinario Regis Galliæ apud Hamburgenſes inſcripta, ſubſcripta eſt Amſtel. 17 Oct. 1689. literis D. V. i.e. *de Verſé.* In eâ compendium eſſe ait librum hunc operis amplioris quod in Apocalypſin elucubravit; illud forſan quod *Pariſiis* lucem vidit Gallicè A. 1703. II vol. in 12. hoc tit. *La Clef de l'Apocalypſe de S. Jean ou Hiſtoire de l'Egliſe Chretienne ſous la quatrieme Monarchie* : Clavis Apocalypſeos S. Joannis, ſeu Hiſtoria Eccleſiæ Chriſtianæ ſub quartâ Monarchiâ (r). » Cùm Auctor, inquit Celeb *Aug. Calmet* (s) » è Calviniſmo » & Socinianiſmo ad Eccleſiam tranſiiſſet, conſilii ſui » rationes expoſiturus, quemadmodum & ſiniſtras » [*Petri*] *Jurieu* in Apocalypſin explicationes refu- » taturus, Opus ſuſcepit. Statuit autem veluti to- » tius Prophetiæ clavem, necem & apotheoſim Julii » Cæſaris. Scriptum verò autumat Apocalypſim ſub » Nerone, qui, ait, S. Joannem in Pathmum exu- » lem amandavit.

11. Anti-Socinianum *Auberto* noſtro tribuit *Joh. Diecmannus* apud *Placc.* de Pſeud. *p.* 332. bis verbis: » Verus Auctor libri *Proteſtant Pacifique* eſt *Natalis* » *Albertus de Verſé*, qui poſtea ex Reformato Pon- » tificius factus, ſcandalum, quod hoc & altero il- » lo, *Tombeau du Socinianiſme* (t) libro excitaverat, » recentiori ſcripto, *l'Anti-Socinien* &c. Pariſ. 1692. » in 12. edito, tollere voluit.

[p] *Jurieum* intellige. [q] Vid. *Bælii* Epiſt. in Addit. ad p. 137. [r] *Le Long* ubi ſup. [s] *Diction. S. Script.* p. 54. b. edit. Venetæ 1726. [t] Vid. ſup. n. 7.

AUBERTINUS (*Edmundus*) de quo ſup. *p.* 221. De ejus opere cui tit. *l'Euchariſtie de l'ancienne Egliſe* hæc *Morhoſius* (a). » Doctrinam de Tranſſubſtan- » tiatione impugnavit è Reformatis *Edmundus Albertinus* ſingulari Opere, *Daventriæ* excuſo. Valde e- » xagitantur Pontificii hoc Opere, nec facile inve- » nient, quod opponant.

De priore ejus libro ita Vir doctus *David Blondellus* in Præf. libri *Albertini* de Euchariſtiâ. » *Augustinum*, quem obtorto collo in partes trahere co- » nabatur *Peronius* abdocenti fortiter extorſit, vin- » dicatumque in Dei caſtra feliciter reduxit. Hoc » inſigni virtutis ſpecimine, & tirocinio, ut ſic di- » cam, poſito, de Patrum univerſorum cauſâ aſſe- » rendâ ſeriò cogitans, *Antiqua Eccleſia Euchariſtiam* » nobis accuratiore ſtudio repræſentavit.

Filium autem habuit noſter *Albertinus* V. D. Miniſtrum apud Ambianenſes in Picardia.

De cæteris AUBERTINIS vid. item verb. ALBERTINUS.

(a) *Polyhiſt. Pract.* Lib. V. §. 29. Conf. *Eliæ Benoiſt Hiſt. Edicti Nannetenſis* Tom. II. p. 534 & Vitam *Joan. Dallæi* ab *Hadriano* filio conſcriptam *p.* 28. apud *Baelium* in Diction. Piora in libris *de Perpetuitate Fidei in Sacramento Eucharistiæ*, ab utrâque parte editis, de quibus vid. ſup. *p.* 588. De *Albertino* ejuſque Opere maximo cum contemptu loquitur celebris *Arnaldus* Doctor Sorbonicus in Defenſione Perpetuitatis *Lib. I. Cap. V.*

S. AUBERTUS. Non Auctoris quidem Eccleſiaſtici nomen eſt; ſed Abbatiæ cujuſdam Cameracenſis, in quâ Canonici Regulares A. 1066. inſtituti ſunt, ut mox videre eſt.

CANONICI REGULARES S. AUBERTI

Cameracenſis.

Cameraci Flandriæ Urbis apud Montem, qui dicitur S. *Eligii*, Templum olim fuit B Petro Apoſtolo ſacrum. Ferunt, in eo Clericos ſeculares à B. *Auberto* inſtitutos. His verò tempore procedente Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis ſubſtitutos, referente *Miræo* de Colleg. Regular. *Cap.* 37. Ubi ſcribit *Libertum* XXXIIum Cameraci Epiſcopum ſeculares Canonicos in Ordinem redactos, S. *Auguſtini* Regulæ ſubdidiſſe anno 1066. Horum Canonicorum præclarum Elogium ſcripſit *Jacobus de Vitriaco* Cardinalis in Hiſtor. Occid *Cap.* 21. Quare autem Lateranenſes Canonici vocentur, putat *Pennottus* lib. 2. cap. 38. ex Apoſtolica conceſſione *Benedicti XII.* & Privilegiorum Communicatione, quam iidem ampliſſimam obtinuerunt. Cæterùm illi violaceis tunicis ac pileis utuntur. Cùm autem dicat *Molanus* in Natalibus ad 13 Dec. S. *Aubertum* diſcipulos *Landelinum* Abbatem Criſpinii, & alios Viros Apoſtolicos ex Scotiâ illuc advenientes habuiſſe: probabilius eſt, illum in dictâ Eccleſia Clericos regulariter viventes juxta morem Epiſcoporum illius temporis ab initio conſtituiſſe, ſed illis deficientibus, præſertim quod anno 996. Eccleſia tota igne fuiſſet conſumpta, Regulares Canonicos ſucceſſiſſe.

Hæc *Phil. Bonanni* in Catal. Ord. Relig. *Tom. I, Art. III.*

AUBERTUS (*Joannes*) natione Gallus, Presbyter Laudunenſis (de *Laon*), Canonicus & in Schola Pariſ. Laudunenſis Collegii Magiſter atque Interpres Regius (*a*), linguæ Græcæ Profeſſor (*b*), ac Doctor Sorbonicus (*c*), claruit Sec. XVII. Eum doctus *Adrianus Baillet* in Epiſtolis Latinis, quas ad *Vincentium Placcium* ſcripſit, inter alios literaturæ Græcæ peritiſſimos memorat, qui curas ſuas contulerunt perficiendis Bibliis Polyglottis Pariſienſibus, quorum editionem aggreſſus fuerat Vir Celeb. *Guido Michael le Jay* Pariſienſis. » Is forte (ſcil. *Aubertus*) de quo in præfatione *Jayanâ*, » Græcum etiam contextum recognovit; at quomodo id (*Valet.*) » *Flavignium* ejus Collegam fugerit, explicare non intendo.

(a) Ex *Fabricii* Syllabo Script. de Verit. Relig. Chriſt. p. 105. ubi de *S. Cyrilli* editionibus loquitur. (b) *Le Long* Bibl. Sac. p. m 23. (c) *Diar. Erud.* Pariſ. Jan 1712 p. 90 ubi de editione Operum *S. Joannis Damaſceni* à R. P. *Mich. le Quien* adornatâ agitur.

intendo. » Hæc *Jac. Le Long* ſup. cit. Operam præterea dedit *Aubertus* noſter in editionibus aliquot Patrum procurandis (d), *S. Cyrilli* Alexandrini, *S. Ephræmi Syri*, & *S. Joannis* Damaſceni, ut ſuo unuſcujuſque loco dicemus. Ille eſt *Aubertus* quem obiter nominatum memini in *Leone Allatio* p. 315. n. 17.

(d) Id intra annum 1630 & 1640. refertur.

AUBERY (*Joannes Henricus*) Soc. Jeſu, natione Gallus, patriâ Borbonius, vir in Humanioribus Litteris, quas diu docuit, benè verſatus. Profeſſus tria vota, vivebat ſeptuagenarius in Provinciâ Toloſanâ circa A. 1640. Edidit

1. *Miſſum Poeticum*, ſeu varia Carmina (a) in quibus extat *Paraphraſis Elegiaca Pſalmi CXVIII.* Toloſæ 1619. 4.

2. Librum *De Diva Virgine Garazonia.* Toloſæ, 1619. 4 (b).

(a) Vid. *Alegamb.* in Bibl. Script. S. J.
(b) Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* n. 1098.

AUBERY (*Antonius*) natione Gallus, quem aliqui (a) perperam *Ludovicum* appellant, natus eſt Pariſiis 18 Maji 1616. In ſtudiis ducem habuit fratrem ætate ipſi multò ſuperiorem, eximiæ pietatis ac doctrinæ virum, qui ſucceſſivè Canonicatum obtinuit S. Jacobi à Xenodochio (vulgò *S. Jaques de l'Hopital*) S. Sepulchri & S. Capellæ Pariſienſis, viri illuſtris D. *de Lamoignon* primarii Preſidis Confeſſarium; cujus ſub *Alani* nomine meminit illuſtris Poëta *Nic. Boileau Deſpreaux* (b) his verbis:

> Alain *touſſe & ſe leve*, Alain *ce ſavant homme*,
> *Qui de* Bauny (c) *vingt fois a lû toute la Somme*,
> *Qui poſſede* Abelly (d), *qui ſçait tout* Raconis (e)
> *Et même entend, dit-on, le Latin* d'à Kempis,
> *&c.*

Notat Vir Clar. *Carol. Ancillonius* in ſuis Commentariis (f) p. 375. fictitium hunc *Alanum* illuſtrem fuiſſe *Lud. Molinæ* ſectatorem, qui, ſemel atque iterum, priuſquam loqueretur, tuſſire ſolitus erat.

Sed ad *Antonium* noſtrum redeamus. Is peracto humaniorum literarum ac Philoſophiæ curſu, & Juris ſtudio leviter tinctus, Hiſtoriæ totum ſe dedit, ac per totam ferè vitam aſſiduò perquam labore incubuit: Linguarum præterea Latinæ, Græcæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Anglicæ peritiſſimus fuit. In Conſilio Pariſienſi Advocatus receptus eſt menſe Aprili 1651. verùm hoc munus velut à tergo reliquit, omnimque literarium fori tumultibus antepoſuit, libris conſcribendis totus intentus, mox recenſendis. Librorum ſimul ac Vitæ filum abrumpit improvidus caſus ineunte menſe Decembri 1694. ac ſenſim debilitatus piam Deo reddidit animam d. 29 Jan. A. 1695. ætatis fermè 79.

SCRIPTA Gallica:

1. *Hiſtoire generale des Cardinaux*, Tomis V. Pariſ. apud Joan. Joſt, 1642, 43, 45, 47, 49. in 4. In animo habebat juvenis adhuc *Aubertus* noſter *Ciaconium* in linguam Gallicam convertere; verùm ingratam rem eſſe expertus alienis ſervire ſententiis, propriâ tandem Minervâ generalem S. R. E. Cardinalium hiſtoriam aggreſſus eſt, eique indefeſſè animum applicuit; ita ut menſe Januario 1642 primum ediderit Tomum, quem *Richelio* Cardinali nuncupavit. Incipit in Pontificatu *Leonis* Papæ IX qui Seculo XI vivebat. Quatuor poſteriores ſequentibus annis evulgavit. Hos Cardinali *Mazarino* inſcripſit, qui Autorem in grati animi teſtimonium annuâ 400 librarum penſione donavit, quâ ad mortem uſque potitus eſt. In eo autem opere adjutus fuit quampluribus Relationibus, Orationibus funebribus, Genealogiis aliiſque monumentis tum editis tum ineditis, quæ ipſi, juſſu Cardinalis, præbuit *Gabriel Naudæus* ejus Bibliothecarius, aliaque *Petrus Puteanus*, vulgò *du Puy*, Conſiliarius Regius & Bibliothecæ Regiæ Cuſtos.

2. *De la prééminence de nos Rois & de leur préſéance ſur l'Empereur & le Roi d'Eſpagne, Traité Hiſtorique; avec une Addition de quelques Pieces tirées des Memoires de Mrs Bignon & du Puy*: Tractatus Hiſtoricus de præeminentiâ & præcedentiâ Regum Galliæ in Imperatorem ac Regem Hiſpaniæ *&c.* Pariſ. Joly 1649 vel 1650. in 4. *Aubertus*, juxta D. *Coſtar* (g), conſulte & accuratè ſcribit in rebus hiſtoricis ac politicis; dicendi genere utitur nec florido, nec eleganti; ſed totus eſt in fidelitate, curioſitate ac ſoliditate, nihil unquam ſine teſtimonio allegans (h).

De hoc Tractatu difficultatem movet *Ancillonius* in ſuis Commentariis p. 360. *Aubertum* dicens ſeipſum vocare *Ludovicum*, *Antonium* verò vocari à *Guil. Colletet*, Academiæ Gallicæ Pariſienſis Socio, in Vitâ *Nic. Vignier*; dubium igitur ſolvit, *Colletetum* in nomine erraſſe contendens; at ipſe *Ancillonius* emendandus ex doctiſſ. *Lud. Ell. Du Pin*, & *Niceronio* Barnabita & aliunde, ubi *Antonius* vocatur noſter *Aubertus*, necnon in Privilegio Hiſtoriæ Cardinalium præfixo, & alibi (i).

3. *Hiſtoire du Cardinal de Joyeuſe, avec pluſieurs Memoires, Lettres, Depêches, Inſtructions, Ambaſſades, Relations & autres Pieces.* Hiſtoria Cardinalis de Joyeuſe. Pariſ. Denain, 1654 in 4. Extenditur ab anno 1562 ad 1611. Commentarii quos adfert *Aubertus*, nihil aliud ſunt quàm compendia, excepto Inventario monumentorum quæ diſſolvendo Regis *Henrici IV* cum Reginâ *Margarethâ* matrimonio inſervierunt.

4. *Hiſtoire du Cardinal de Richelieu.* Pariſ. 1660. fol. & Coloniæ 1666. II vol in 12. » Hæc Hiſtoria, » licet optimorum Commentariorum ope conſcripta, » attamen, judice D. *Lenglet* (k) apud *Niceronium* (l) » parvi æſtimatur & parum eſt conquiſita [Vir » illuſtris *Joan.*] *Clericus* [Genevenſis] meritò Autorem tanquam odioſum adulatorem (m) producit. » RICHELIUM *Aubertus* virum nimis probum haberi » voluit, non ſatis politicum. Ab hac tamen parte pingi » debuit Cardinalis ille. » *Aubertum* quoque Panegyriſtam & adulatorem vocat celebris *Michael le Vaſſor* in Hiſt. Ludovici XIII. ab *Ancillonio* citatus in *Comment.* p. 371. qui p. 373. duos notat errores quos in hac *Auberii* Hiſtoriâ obſervavit perſpicaciſſimus *Baluz* in Reſponſ. ad Quæſtiones Provinc. *Tom. I. p.* 139 &c. De eâdem Hiſtoriâ hæc ſcribit *Guido Patinus* ad *Carolum Sponium* Medicum Lugdunenſem. » Illuſtr. » Duciſſa *d'Eguillon* Avunculi ſui Cardinalis *Richelii* » Hiſtoriam typis committi jubet, à D. *Auberio* ſcrip- » tam ope Commentariorum quos ſuppeditavit; jam » verò in contemptum venit, ob ſuſpectum, unde pro- » ficiſcitur, locum, ac vitioſum miſeri hujus ſcriptoris » ſtilum, qui *lucro addictus & addultus*, certo niſi mercede adſtrictus ſcribere potuerit, calamumque ſuum hu- » jus

(a) Inter hos nominandus *Ancillonius* qui alios in errorem induxit, v. g. Editores Dictionarii *Morer.* Baſil. ubi citatur Diarium Pariſienſe A. 1691 in quo nec *Antonius* nec *Ludovici* nomine deſignatur *Auberius*. (b) *Lutrin* Chant IV. v. 170. (c) *Steph. Bauny* celebris Jeſuita Gallus, de quo nos ſuo loco. (d) Intelligit *Lud. Abelly* Ruthenenſem Epiſcopum, de quo ſup. p. 25. (e) *Abra-Raconiſius* Vaurenſis Epiſcopus, de quo ſup. p. 34. (f) *Memoires concernant la vie & les ouvrages des Hommes Illuſtres.*

(g) *Jacobus Coſtar*, Pariſienſis, Archidiaconus Cenomanenſis, qui deceſſit Ann. 1660. Ejus Commentarius de viris litterariis qui in Galliâ ſuperſtites erant An. 1655. habetur MS. inter Miſcellanea *Sammarthanorum* Tom. VII in Biblioth. vulgò dicta de *S. Magloire.* Le Long ubi inf. n. 17045. (h) Hæc *Coſtarius* ubi ſup. apud *Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ n. 11088. (i) Vid. *Le Long* ubi ſup. n. 7100. (k) *Nicol. Lenglet du Fresnoy* Pariſinus, Theologiæ Licentiatus, in Methodo diſcendæ Hiſtoriæ *&c.* Vid. *Le Long* ubi ſup. n. 6555. (l) Vid. & *Le Long* ubi ſup. n. 13969. (m) Vid. ejus Epiſt. Dedicatoriam ad Electorem Brunſvicenſem, Vitæ Cardinalis *Richelii* præmiſſam, cujus tertiam dedit editionem Auſt. A. 1714. de quâ *Diar. Erud.* Pariſ menſis Julii.

ejus Matronæ arbitrio devovere. Hæc *Niceronius* refert ex Epiſt. *Patini* CXXXVI. Quâ editione uſus ſit ignoro : ſaltem in Lugdunenſi ſub tit. Coloniæ A. 1661. id nuſquam reperi ; ſed in Epiſt. CCII. d. 24 Sept. 1660 mentionem injicit hujus Hiſtoriæ Cardinalium hoc anno *Pariſiis* editæ tribus Tomis *in fol.* quam rurſus brevi prodituram ait *in* 4.

5. *Memoires pour l'Hiſtoire du Cardinal de Richelieu depuis l'an 1616 juſqu'à la fin de l'an 1642. qui contiennent des Lettres, des Inſtructions & des Memoires.* Commentarii ad Hiſtoriam Cardinalis *Richelii* &c. Pariſ. 1662. *fol.* 2. *vol.* iterum 1667. V. vol. in 12. Laudatur inprimis hoc opus ob Monumenta, Epiſtolas, Acta, & Negociationes quæ in eo continentur, ad hiſtoriam regni LUDOVICI XIII. acquirendam neceſſaria. Aliqui dicunt hos Commentarios, typis *Antonii Bertier* impreſſos, ab ipſo, non ab *Auberio*, collectos fuiſſe, quod parum probabile videtur: Docet Vir eruditus *Joan. de la Caille* (n) Typographus Pariſienſis, & ex eo alii, *Bertierum*, prioſquam eos prælo mandaſſet, Reginæ Matri ANNÆ AUSTRIACÆ ſignificaſſe, hos evulgare ſe non audere abſque autoritate & ſingulari protectione Regiæ Majeſtatis, ideo ſcilicet quòd moleſta ſibi negotia faceſſere poſſent non pauci qui tum Aulam ſibi reconciliaverant, quorum in his Commentariis parum honorifica mentio occurrebat propter anteriorem agendi rationem parum honeſtam. *Agedum,* inquit Regina, *depone metum & perge laborem ; tantoque dedecore vitium afficias, ut in Galliâ virtus ſola ſuperſit.*

6. *Des juſtes pretentions du Roi ſur l'Empire.* De æquitate jurium Regis Galliæ in Imperium. *Pariſ.* 1667. in 4 & in 12 (*o*). In hoc libro, Regi LUDOVICO XIV. nuncupato, multa repetit *Auberius* quæ jam in tractatu *de præeminentiâ Regum Galliæ* produxerat, eaque novis argumentis corroborat. Uterque, ſed inprimis poſterior lædit omnes Germaniæ Principes, quos ut placaret Senatus Pariſienſis, eorum querelis auditis, *Auberium* in carcerem deduci juſſit, in quo optimè tractatus fuit, à viris nobilibus viſitatus, ac non multò poſt libertati reſtitutus. Autores Germani plures (*p*) hujus libri refutationem aggreſſi ſunt, inter quos Celeb. Autor *Antiquitatum Romanarum* Henricus *Kippingius*, Nic. *Martini*, præter Equitem *Ludovicum du May*, Dominum *des Salettes* &c. Regis Galliæ, & Seren. Ducis Wirtembergici Conſiliarium, origine Gallum, ſed domicilio Germanum, variis ſcriptis illuſtrem, ac inprimis libro adverſus *Auberium*, quem ſolidè doctèque ab eo refutatum pluribus docet *Ancillonius* in Comment. Vid. *p.* 364 &c. Notat *p.* 375 hunc *Auberii* adverſarium ei exprobraſſe, quòd licèt apertè Religionem Romano-Catholicam profiteretur, irreverenter tamen ac immeritò Romanam Sedem impugnaverit : quod & poſt decennium iteravit in libro de Jure Regaliæ, de quo infra.

7. *De la dignité de Cardinal.* De dignitate Cardinalatûs. *Pariſ.* 1673. in 12. Docet Autor in Epiſtolâ dedicatoriâ ad Ducem *Mazarinum*, ſe cùm juvenis admodum generalem Cardinalium Hiſtoriam aggreſſus fuiſſet, cui Præfationem argumento idoneam præmittere non potuit, hoc libro ſupplere voluiſſe.

8. *De la Regale* : ſive de Jure Regio conferendi Beneficia. *Pariſ.* 1678. in 4. (*q*) Hiſtoricè hoc argumentum tractat *Auberius* ; ſed non probatur ejus Tractatus, quia in hac materiâ non ſatis erat verſatus (*r*).

[n] *Hiſt. de l'Imprimerie* p. 285. 286 apud *Bælium* in Diction. *p.* 377. edit. Roterod. 1720 [o] Hujus Tractatûs exemplar quamplurimis additionibus ac curationibus auctum ſervatur in Bibl. Illuſtr. Baronis *d'Hoendorff* apud Imperatorem Leopoldum *Chiliarchi*, cum I. alio Tractatu ipſius *Auberii* ad ſupplementum prioris *Le Long* ubi ſup. n. 11953. [p] De his vid. *Struvii* Bibl. Selectam Hiſt. *cap.* 17 §. 12 *p.* 463. ab *Ancillonio* citatam in ſuis Comment. *pag.* 363. [q] Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. 14 Sept. 1678. p. 403. [r] Ita D. *Lenglet* apud *Le Long* ubi ſup. n. 2771.

9. *Hiſtoire du Cardinal Mazarin, depuis ſa naiſſance juſqu'à ſa mort, tirée pour la plus grande partie, des Regitres du Parlement de Paris.* Ibid. apud Thierry 1682. in 12. *Roterod.* apud Leers 1695. *in* 8. (*s*). *II vol.* quibus acceſſit poſtea *Tomus tertius.* Hæc Vita quæ incipit ab A. 1602 & deſinit A. 1661. fuco, ut ita dicam, illita eſt & parum accurata ; attamen cùm Actis publicis Parlamenti uſus ſit Autor, quorum plurima deinde deperdita fuêre, multa hic reperiuntur alibi non obvia (*t*). Obſervat etiam Vir Cl. *Henricus Baſnagius de Beauval* Heroem ſæpius in narratione confundi inter varia quæ cum Lectori proficua ſint, non ſatis perſpectam reddunt qoam in his geſtis partem habuit Cardinalis *Mazarinus.*

10. *Journal du Regne de St. Louis, Roi de France, & de ſes Succeſſeurs juſques & y compris celui du Roi Charles VIII.* MS. VII vol. in 4. in Biblioth. illuſtriſſimi Baronis *d'Hoendorff*, (de quo ſup. cit. (*o*) duo exemplaria Autographi ſervantur in Bibl. Clariſſimi Proto Præſidis *de Lamoignon.*

Hanc Collectionem parvi eſſe momenti innuit *Jac. Le Long* (u) adverſus *Ancillonium* loc. cit. *p.* 368.

Conf. Elogium Auberii in *Diar. Erud.* Pariſ. 14 Martii 1695. & *Hiſt. Oper. Erud.* Febr. 1697 p. 273. *Elliam Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. XVIII. p.* 140. edit. Amſtelod. *Niceron* Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres *Tom. XIII.* præter alibi citatos.

Fuêre alii plures AUBERII de quibus *Ancillonius* in Comment. & *Morer.* Diction edit. Baſil.

[s] De hac Editione plura vide in *Hiſt. Oper. Erud.* Oct. 1695. [t] *Le Long* ubi ſup. n. 13985. [u] ibid. n. 7500.

de l'AUBESPINE. Vid. ALBASPINÆUS & *Morer.* Diction. verb. *Aubeſpine.*

de St. AUBIN (*Joannes*) Jeſuita, natione Gallus, Provinciæ Borbonnenſis, obiit Lugduni d. 18 Oct. 1660 (*a*) SCRIPSIT Gallicè *Hiſtoriam urbis & Eccleſiæ Lugdunenſis*, quæ poſthuma lucem vidit curâ & cum Præfatione *Claud. Franc. Meneſtrerii* ejuſd. Socier. *Lugduni* 1666 fol. 2 vol. Emendandus igitur *Sotwellus* (b) [& cum eo *Domin. de Colonia*] qui editionem anni 1658 adferunt, ex Præfatione enim liquet non publicatam fuiſſe ante annum 1666, ſiquidem anno tantùm 1665 datum eſt Privilegium (*c*). Monet R. P. *de Colonia* ubi inf. hoc opus pro Elogio hiſtorico potius haberi debere, quàm pro Hiſtoriâ bene ordinatâ, & cujus inter ſe connexæ ſint partes ; unicum in hoc labore pio Autori ſcopum fuiſſe fidelium ſanctificationem ; quò reſpiciens collectanea tantùm dedit ex *Symphor Camperio* (vulgò *Champier*), Guil. *Paradino*, Claud. *Rubys*, & Jac. *Severtio*, atque de temporum ordine, methodo, ac ſeveris artis Criticæ legibus parum ſollicitus, id potius intendit ut ſuum pro Eccleſiâ Metropolitanâ Lugdunenſi zelum teſtatum faciat. Conf. quæ dicemus ſub tit. *Joan. Marie* de la MURE.

[a] *Domin. de Colonia* in Hiſt. Liter. Lugd. *Tom. II p.* 730. [b] *Bibl. ſcript. Soc. Jeſu.* [c] Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* num. 15093.

AUBIN. Vid. ALBINUS.

AUBINUS (*N*). quidam, natione Gallus, Juliodunenſis in Provinciâ Pictavienſi, apud Amſtelodamenſes profugus, Autor eſt (*a*) Hiſtoriæ in patriâ famoſiſſimæ de *Urbano Granderio* qui A. 1634. d. 18 Auguſti combuſtus fuit, Magiæ ac maleficii accuſatus occaſione virginum Religioſarum S. Urſulæ à Dæmonibus obſeſſarum : Hoc titulo Gallicè prodiit *Amſtelod.* A. 1693. in 12. *Hiſtoire des Diables de Loudun, ou de la Poſſeſſion des Religieuſes Urſulines, & de la condamnation & du ſupplice d'Urbain Grandier,* Curé

(*a*) Id monuit D. *Marchand* in Addit. ad Epiſt. Cl. *Petri Bælii* p. 410 Edit. Roterod. 1714.

Curé de la même Ville (b). Belgicè tranſlatum fuiſſe docet *Balius* in Diction. Crit. ubi plura hac de re legi poſſunt verb. GRANDIER : & in Vitâ R. P. *Seurini* Soc. Jeſu, quam Gallicè edidit *Henr. Maria* BOUDON de quo vid. ſuo loco.

(b) Vid. *Joan. Clerici* Bibl. Univerſ. Tom. XXIV. p. 224.

d'AUBREMONT. Vid. AUBERMONT.

AUBRY (*Joannes* d') vulgò dictus Abbas *d'Aubry*, natione Gallus, patriâ Monſpelienſis, vixit Sec. XVII. Patrem habuiſſe ait *Guido Patinus*, quendam hujus Urbis Procuratorem. E ſtirpe *S. Rochi* ſe oriri jactitabat, eumque propatruum ſuum appellare poſſe dicebat. *Guido Patinus* in Epiſt. ad *Sponium* datâ d. 13 Jul. 1657, Noiſeum fuiſſe aſſerit primò Chirurgiæ tyronem, poſtea Monachum, ac tandem deſerto religioſæ vitæ inſtituto, ſacerdotem laicum vitam egiſſe diſſolutiſſimam. verùm ipſe Cathedralis Eccleſiæ Monſpelienſis Canonicum ſe fuiſſe docet, deinde Presbyterum ac Juris Canonici Doctorem; & alibi, ſcilicet in *Triumpho Archei* Pariſ. A. 1659 Gallicè edito, ſeipſum vocat *Doctorem ſcientiæ*, *Abbatem Aſſumptionis B. Virginis*, (quæ imaginaria eſt Abbatia) *Regis* denique *Conſiliarium ac Medicum ordinarium*. In eodem libro Chymico Latinè pluries, tum etiam Germanicè, Anglicè, Hiſpanicè & Italicè recuſo, aſſerit (*pag.* 8. edit. 4to Francof. 1660. Lat) ſe tribus Monachis Ordinis Recollectorum Hibernis Pariſios profugis prædixiſſe *Carolum II* Angliæ Regem regiæ dignitati reſtitutum iri, idque decem & octo menſibus ante eventum, ac tempore quo vaticinio ſuo omnia videbantur adverſari, cujus rei teſtes duodecim idoneos & graves ſe habere addit, penes quos ſit fides.

Cæterùm videtur Conciones habuiſſe per Adventum & Quadrageſimam A. 1638. quo typis dedit Gallicè *Inſtructionum Concionatorum*, ut ipſe docet p. 3. 4. *Tuba Evangelica* quæ octo paginis in 4. conſtat. In lucem prodiit hoc tit.

Au Public.

A l'honneur & gloire de Dieu, à l'exaltation de la Sainte Vierge, & de toute la Cour Celeſte, qui ſont dans le monde de paix, de repos, de joye, d'amour, & de contentemens éternels : Je commencerai la Trompette de l'Evangile ou le Livre des Livres (après l'Ecriture Sainte).

Aſſerit in alio libro inf. cit. (a) p. 4. ſe Rhetoricæ *Raymundi Lulli* ope admirationem ſibi adhuc juveni conciliaſſe Sermonibus ſubtilitate ac ſublimitate conſpicuis.

Id autem de illo præcipuè notandum, quòd in Orientem ſe contulit, eo, ut videtur, animo, ut Infidelium converſioni operam daret. Non ſine ſtupore vidit, nullos eſſe inter tam multos Miſſionarios cum Infidelibus verſantes, qui ſuæ Religionis veritatem iis demonſtraret : unde collegit, Monachos illos Catholicos eſſe vel hypocritas, vel ſummâ ignorantiâ præditos. Cùm autem ipſe quoque nihil proficere animadverteret, triſtem in mœſtitiam incidit, & malè contentus in Europam reverſus eſt. Nihilominus poſt plurimas conſiderationes, ſtare animo ſe debere concludit; novum igitur apud Orientales iter ſuſcepit, quorum infinitam multitudinem non ſine ingenti labore & periculo ad Chriſtianam fidem adduxit, ut ipſe narrat in ſuâ *Tubâ Evangelicâ*.

Verumtamen fractus laboribus & inediâ, ex Africâ in Galliam remeavit, expectans diem in quâ poſſet iterum cum operariis Evangelicis ſaluti infidelium invigilare, & quia expertus fuerat quod Orientales, medica arte præditos benevolo animo exciperent, ipſe plurima medicamenta & ſecreta humano Corpori perutilia in unum collegit, & id diligentiùs quod Medici tantum reputabantur apud Orientales, qui ſanitatem veram & non futilem conferebant.

(a) *Abregé de l'ordre admirable & des beaux Secrets de S. Raymond Lulle, Martyr, le plus ſçavant de tous les hommes &c. Paris.* 1665. in 4.

Abbas *d'Aubry* Pariſios reverſus, cum diverſa medicamenta ægrotis contuliſſet, diverſam Medici famam obtinuit, ita ut aliis eruditus videretur, ſecus alteris. Hæc enim de ipſo ait *Guido* Patinus, *eſt merus & ignarus Nebulo qui artem quam profitetur neutiquam intelligit.* Fatetur & ipſe Abbas (b) quod habitus fuerat ut Magus & detruſus in carcerem ſpatio quindecim menſium; liber poſtea dimiſſus eſt & magno in honore habitus ac viſitatus in ſuis ædibus ab Archiepiſcopis, Prælatis & primis Regni Proceribus. Summus etiam Pontifex *Alexander* nomine *VII* ipſi Breve contulit, quo ipſi Sacerdoti liceret Medicinam exercere, & non incurrere excommunicationem & Eccleſiaſticas Cenſuras. Creditur quod fato functus ſit anno circiter 1667. Ex ejus operibus conjicitur quod vanis animum paſcerit commentis, quæ tamen ſub ſpecie Religionis ſimplicioribus vera perſuadebat ad ſuum peculiare commodum. Plura de illo & ejus operibus Medicis apud R. P. *Niceronum* in Commentariis ad inſerviendum Hiſtoriæ Virorum illuſtrium *Tom. XXII.* Pariſ. 1733.

(b) Pag. 7. Tub. Evangel.

AUCELLUS (*Victorinus*) natione Siculus, Meſſanenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, ex Panormitano Cœnobio S. Martini de Scalis, claruit Sec. XVII: vir morum ſanctimoniâ & vitæ innocentiâ conſpicuus, tanquam regularis perfectionis exemplar in omnium oculis præfulſit. Sæpiſſime in eodem Cœnobio ſedulò tyrones inſtituit; ac non ſemel Prioris munus exercuit. At, ut arctiùs in virtutum ſtudiis proficeret, depoſitâ Cœnobii gubernatione, omnibus curis ſolutus in cellulæ anguſtias ſeceſſit; ibique per annos viginti rerum cœleſtium contemplationi, Sacrorumque librorum lectioni unicè vacavit. Supremum verò diem quotidie expectans, ad mortem piiſſimè obeundam ſemper ſe parabat. Hinc virtutibus ornatus ſanctè deceſſit Panormi anno 1642. ætatis ſuæ 80. De eo *Rocchus Pirrus* Siciliæ Sacræ *lib.* 4. *p.* 199. & *Petrus Ant. Tornamira* in Script. Marianis Ord. S. Bend. *pag.* 144. Fuit *Victorinus* Theologus doctiſſimus, Poeta egregius, ac Orator eximius : ideoque multa Scripſit, quæ MSS. in eodem Cœnobio aſſervantur.

SCRIPTA MSS.

1. *De educatione Tyronum.*
2. *Hymni Sacri.*
3. *Tragœdia S. Flaviæ V. & M.*
4. *Martyrium S. Placidi & Fratrum.*
5. *De Partu B. Virginis, ſeu de Nativitate Domini* Dialogi.
6. *De Judicio Univerſali* Tragœdia.
7. *Tragœdia Martyrii S. Catharinæ.*
8. *De SS. Euchariſtiæ ſacramento* Libri II.
9. *Sermonum* Volumina IV.
10. Italicè *Sonetti ſacri.*
11. *Itinerario d'Italia.* Italiam perluſtravit, ac memorabilia hujus Regionis deſcripſit anno 1616. ut ait *Tornamira* cit. in Origin. & Progr. Congreg. Caſinenſ. *tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 1. *pag.* 137 qui hic, & alibi, varia hujus operis fragmenta exſcribit. Hæc *Mongitor* in Bibl. Sicula.

d'AUCOURT Vid. BARBIER (*Joannes*) Academiæ Gallicæ Pariſienſis Socius.

AUCTUS Vallis-umbroſæ Abbas. *Vid.* ATTO.

AUDA (*Angelus*) natione Italus, Lantuſcenſis Comitatûs Nicienſis, Ordinis Minorum ſtrictioris obſervantiæ, vir doctrinâ & pietate inter ſuos clarus Sec. XVII. EDIDIT Italicè

1. *Octa*

1. *Octavarium Exercitiorum Spiritualium.* Romæ 1660.

2. *Comment.* ie *Regulam S. Franciſci* , ibid. A. 1664.

Eum celebrat *Audr. Roſſottus* in Catal. Script. Pedem. eb *Old ma* citarus in Athen. Liguſt. *p.* 30.

AUDÆUS (*a*), è Meſopotamia oriundus , qui *Arii* temporibus vixit. Ad hæc tempora refert *Epiphanius* ſcil. ad A. C. 325. quo habitum fuit Concilium Nicænum ; *S. Hieronymus* in Chron. *Euſebii* ad A. 342. *Theodoretus* ad initium imperii *Valentis*, quem ſibi frater *Valentinianus* adjunxit A 364. verùm *Epiphania* potiùs adſtipulandum cenſent Viri docti. Inde autem colliges eos erraſſe qui *Caſſiodori* Hiſt. trip. lib. 10 c. 7. ducti , exiſtimarunt , *Audianorum* ſectam ſub THEODOSIO ſeniore inter Ægyptios Monachos ortum fuiſſe ; num adverſus *Audianos* ſcripſit *S. Ephræmus* Syrus, anno 378. vel 379 demortuus , quo *Theodoſius* Imperator coronatus eſt. Adde *Audium* non fuiſſe Ægyptium , ſed genere & linguâ Syrum , ut obſervat doctus *Aſſemanus* Bibl. Orient. *Tom. I. p.* 106. b. Vir fuit integritate morum ſpectabilis , veritatis amans , ſeverioris diſciplinæ fervidus æmulator : à cujus obſervantiâ deficientes Clericos , & Epiſcopos ipſos arguebat liberiùs. Hinc ipſorum in ſe concitavit offenſionem , ab iiſque ex Eccleſia ejectus eſt. In illius tamen unitate manſit , donec eum ad extrema graviores injuriæ, & verbera impulerunt. Seceſſit tandem ab Eccleſiâ , & privatos conventus eum ſuis agitare cœpit. Non diſceſſit à recta ſide *Audæus* : duriore tamen & imperitiori modo , nimiâque pertinaciâ , locum illum Scripturæ interpretatus eſt : *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Hæc enim verba referenda eſſe ad corpus affirmabat. (Ex S. *Epiphanio* Hæreſi 70)

Cum Judæis Paſcha celebrabant *Audiani* , & Apoſtolicarum Conſtitutionum auctoritatem ad morem ſuum vindicandum obtrudebant. (Ex eod.)

Theodoretus ait , *Audæum* tenebras, ignem , & aquam ingenita dixiſſe ; ſed ex vago quodam rumore id ſe accepiſſe ſignificat.

Qui *Theodoreti* temporibus ſupererant *Audiani* , ſe remiſſionem peccatorum dare jactitabant. Duas enim in partes libros Sacros cum adulterinis dividentes , & ordine hinc inde collocantes , inter hos jubebant tranſire unumquemque , & peccata ſua conſiteri : deindè confeſſis dabant veniam, non tempus ad Pœnitentiam definientes , ſicut Eccleſiæ leges præcipiebant , ſed poteſtate condonantes : ſcientes autem qui ſic tranſibant , ludum eſſe quod agebatur , vera peccata celabant. Ita refert *Theod.* Hæret. Fab. IV. 10.

At quamvis *Audianorum* , qui *S. Epiphanii* vigebant ætate , Fides eſſet integra moreſque alioquin caſtiſſimi , & arctiorem plerique eorum in Monaſteriis diſciplinam colerent , *Audæus*que eorum auctor Gothorum plurimos ad Chriſtianam fidem convertiſſet , ex quo ab Eccleſia defecerat : ipſa tamen eorum ſeparatio & Schiſma nefarium crimen erat ; quod effecit ut inter Hæreticos numerari ſint. » *Sed illud* , (inquit *S. Epiphanius.*) » reliquis omnibus » ad horrorem & atrocitatem majus eſt , quòd cum » nemine precantur , tametſi honeſtis atque integris » moribus eſſe videantur , neque quidquam habeant » quod illi objiciant ; non ſtupri , non adulterii , » non avaritiæ crimen ullum , niſi hoc duntaxat , » quod Eccleſiæ communione continetur. Eſt hoc » verò horrendum , Chriſtianorum commutare no» men , qui in ſancta Eccleſia cenſentur , quæ ſolâ » Chriſti , & Chriſtianorum appellatione contenta » adſcititium omne nomen reſpuit. Pro illo , inquam, » nomine *Audianos* appellari , coitiones inter ſe face» re , ac teſſeram meri hominis nomine inſcriptam » exigere. Hæc , inquam, minimè ferenda ſunt , » quamvis alioqui integerrimus ſit hominum ille con» ventus , atque omni ſe probitate, juſtitiaque ven» ditet (*b*).

Cæterum *Audæus* , ut diximus, ad Gothos uſque penetravit (*c*), qui tum oram Septentrionalem Danubii occupabant , plurima ibi condidit Monaſteria, ac tandem obiit , ſed quo anno ignoratur. Ad Epiſcopalem dignitatem evectus fuerat alterius Epiſcopi ſchiſmatici miniſterio , & in Epiſcopatu ſucceſſores habuit , inter quos nominantur quidam *Uranius* & *Sylvanus* , uterque Gothus. In hâc gente ſubſtitit *Audiana* factio ad perſecutionem uſque ſub Rege ATHANARICO ortam , quem *Euſebius* refert ad A. 370. quod confirmare videtur *Oroſius* ; at *Socrates* & *Sozomenus* eam ad finem imperii *Valentis* rejiciunt. *Audiani* Gothiâ expulſi, in Orientem ſeſe receperunt, ubi increverat ſectatorum numerus , quos reliqueret *Audæus* , ad exilium proficiſcens, ab Imper. *Conſtantio* ut creditur relegatus , & in Arabiâ , Palæſtinâ ac circa Montem Taurum ſeſe diſſeminaverant. Verùm ad tantam imminutionem devenerant tempore quo eorum hiſtoriam chartis mandabat *Epiphanius* i. e. A. 377. ut ad duos pagos redacti eſſent ; de eâ enim ſectâ loquitur tanquam ad interitum proximâ. Seculo VI prorſus deſtructam aſſerit *Facundus* , Hermianenſis in Africâ Epiſcopus; ſed in Italiâ Seculo X reſuſcitata fuiſſet , ni obſtitiſſet Romanus Pontifex , & Epiſcopus Mediolanenſis , igne & ferro in uſum adhibitis ad cohibendum renaſcentis hujus hæreſeos progreſſum.

Audiani autem dicti ſunt *Audæi* ſectatores , & *Anthropomorphitæ* , ab *Anthropomorphis* diſtinguendi , ævo Apoſtolico viventibus , qui Chriſti corpus pro mero phantaſmate habebant , ſpeciem tantùm humanam referre dicentes , de quibus *Thom. Ittigius* in Diſſert. de Hæreſiarchis ævi Apoſtolici &c. *Lipſiæ* A. 1690. editâ.

De hæreſi Audianorum Diſſertationem Hiſtoricam edidit *Joan. Guil. Krafftius* Allendorfenſis ad Salinas Haſſus , *Marpurgi* 1716. in 4. de qua vid. *Diar. Erud.* Pariſ. inf. cit. Videri item poteſt Diction. *Moreri.* verb. *Audée* & *Anthropomorphites* ; *Tillemont* Mem. pour ſervir à l'Hiſt. Eccleſ. *Tom. VI. p.* 766. 956. De *Anthropomorphiſmo* recentiorum vid. Cl. Viri *Chriſt. Wolfii* Conſiliarii Aulici Halliaci *&c.* Annotationes in Meditationes Metaphyſicas de Deo Mundo & Anima *&c.* Germanicè editas *Francof.* ad Mœnum 1724. in 8. de quibus *Acta Erud.* Lipſ. ejuſd. anni. Vid. *p.* 310.

(*a*) Ita eum vocat *Theodoretus* aliique ; AUDIUM & ODIUM *S. Epiphanius* , VADIUM *S. Auguſtinus* , BASIUM *Facundus.*

(b) Nat. Alexander *Hiſt. Eccleſ.* Sec. IV p. m. 55. (*c*) De Obſervationibus ſeqq. vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Martii 1718.

AUDEBERTUS (*Matthæus*) qui edidit *Flores Operum D. Bernardi* Clarævallenſis , *Lugd.* 1556. teſte *Poſſevino* in Appar. Sacro.

AUDEBERTUS (*Stephanus*) Jeſuita , natione Gallus , patriâ Bellacenſis in Marchia Galliæ Provinciâ , Societatem anno 1613. ætat. 25 ingreſſus , Philoſophiam docuit in Collegio Palenſi in Bearniâ (vulgò *Pau.*) poſtea Hebraicas literas , Theologiam Moralem & Scholaſticam : ſed concionandi potiſſimum arte valuit , quâ Rupellæ , & in Inſulâ Rarenſi , aliiſque locis Hæreticos , ut loquitur *Alegambius* , egregiè refutavit. Obiit in urbe Palenſi d. 30 Jul. 1647 (*a*).

Ille idem eſt *Audebertus* qui cum Celeb. *Moſe Amyraldo* Profeſſore colloquium habuit Salmurii de procurandâ Eccleſiæ Pontificiæ cum Reformatâ reconciliatione. Vir illuſtris D. *de Villeneuve* , Regius tum
Præfectus,

(*a*) Sotuel *Bibl. S. J.* apud *Morer.* Diction. *p.* 647. edit. Baſil. 1731.

Præfectus, utrumque ad prendium invitevit, Miniſtrum ſupra Jeſuitain collocans. Poſt prandium id egit, ut privatum inter ſe colloquium habere poſſent. Equidem *Amyraldus* decleravit non ſecus fieri poſſe quàm ut cum Collegis ſuie quicquid egeretur communicarat. Jeſuita ſtarim confeſſus eſt, ſe e Rege & Emin. Cardinali *Richelio* deputari ad oſſerendee pecis conditiones in materià Religionie: tum in cauſem ingreſſus, Senctorum Invocationem, Purgatorium, Operumque merita, bono pacis condonari, aique auctoritetem Papæ coanguſſari ſignificavit, abnuente verò Romenà Curià, exinde Patriarcham inſtituere locum dari, Calicem laicie concedere, aliaque etiam concedi poſſe, modò ſincerum pecie & unionie deſiderium profiterentur Reformeti. Cùm autem Euchariſtiæ dogmate attigiſſet *Amyraldus*, tunc decleravit Jeſuita nihil hâc in re immuratum iri, cui *Amyraldus* nihil igitur fieri poſſe reſpondit. Per queruor circiter horas collocuti ſunt. Secretum exquirenti *Audeberto* fidem fecit *Amyraldus*, ſe ax declaratione Cl. *De Villeneuve* ſtatim factâ, de ſuis Colloquiis Collegas participes facturum; ſed de ipſorum prudantiâ non dubitendum fore: ab ipſomet labente die quidquid in illo Colloquio actum fuerat eis retulit; defunctiſque Card. *Richelio* ac P. *Andeberto*, dati occaſione liberè rem publicam fecit. Ex *Balii* Diction. Crit. verb. *Amyraut* Annot. (I).

SCRIPTA:

1. *Opuſcula varia contra Hereticos* (b). In his forte habetur *Triumphus veritatis in Tranſubſtantiationem & Purgatorium* (c).

2. *Theodoretum* expoſitus *&c.* cum *Gelaſii* libro *de duabus naturis* in 8.

3. *Explicationes locorum S. Auguſtini, qui ad Euchariſtiam reſpiciunt.* Rupellæ, 1630. in 12. (d).

4. *Tractatus de Angelo cuſtode.*

5. *Declaratio Decreti Concilii Conſtantienſis* Seſſione XIX (e).

(b) *Alegamb.* p. 425. (c) *Sotvvel* ubi ſup. (d) *ibid.* (a) *Alegamb.* ubi ſup.

AUDENAYO ſive *Andenayo* (*Joannes* de) Abbas hujus nominis IVus Archi-Cœnobii Ciſtercienſie, Scripſit anno 1350

1. *Novellas, ſeu diffinitiones recentiores Capitulorum generalium, in unum volumen congeſtas.*

Phil. Seguinus in *Biblioth.* ſuâ MS. litera s. n. 5. affirmat illum quoque ſcripſiſſe

2. *Plurimas notabiles Epiſtolas, eruditione refertiſſimas*, quarum ſex ibidem recenſet ad diverſos ſummoe Pontifices ſcriptae. Verùm, conſideratis annie, quibus Pontifices ibidem releté vixerunt, effirmat *Viſchius*, has Epiſtolas non fuiſſe omnes ſcriptas ab iſto *Joanne*; ſed partim ab alios illiua nominis Abbata Ciſtercienſi. Vida da illo plure apud *Manriquez*, in ſerie Abbatum Ciſtercienſium, ad calcem *Tom. I. Annal.*

Obiit noſter anno 13-9, Numerus omiſſus deficit in meo exempleri *Bibl. Script. Ciſt.* Caroli de Viſch *p.* 174.

AUDENTIUS gente Hiſpanus, Toletanus, ut creditur, Epiſcopus Sec. IV. De eo ſatis fuſè egit *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. ver. *lib.* 2. *cap.* 5. §. 162 &c. Toletanum fuiſſe Epiſcopum conjicit ex eo quòd aliàs compertum ſit *Audentium* quendam Toletanæ ſedi præfuiſſe, *Aſturii* deceſſorem, ex *Ildephonſo* de Script. Eccleſ. *cap.* 2. Primò *Audentium* fuiſſe, antequem ſacris initiaretur, Prætorio Præfectum, *Julianus* ait in Chron. ad A. 340. n. 153. *Floret hoc tempore* FLAVIUS MAXIMUS, AUGENTIUS vel AUDENTIUS, *Præfectus Pretorio, vir pius & egregiè doctus, poſtea verò Epiſcopus Toletanus*: ubi obſervat *Antonius*, unum & eundam hominem ex tribus compingere *Julianum*, Imperatore ſcilicet *Flavio Magno Maximo*, (ita enim vocabatur) Præfecto Prætorio, & Epiſcopo incerti aut corrupti nominis: parùm verò aptè hunc Præfectum, quiſquis ſit, coagmentari cum *Audentio* Toleteno Epiſcopo, qui ad banc ſedem adſcendiſſe A. 366 & diem ſuum A. 396 obiiſſe fingitur à *Pſeudo-Dextro* in Chron. Hujus enim ætatis vir obtinere vix ſummam iſtam Præfecturæ dignitatem potuit ſub *Conſtantino* A. 332 & ſeq. quibus *Pacatianus* cum *Hilariano*, & *Dalmatius* cum *Zenophilo* Conſuler fuêre, hoc eſt 64 integris ante obitum annis; ad quam, utpote ſublimiorem aliis omnibus, etiem in quatuor jam a *Conſtantino* diviſam dignitatam, vix niſi 40 ſaltem annis netus aſſumi potuiſſe videtur. Epiſcopus incerti aut corrupti nominis *Augentius* eſt, cujus nomen inſcriptum ſubſcriptiumque Cæſarauguſtani Concilii, quæ exſtant, Actie legitur. Hic ne eiue à Toletano, & ne Toletanus obſcurus aliàs exiſtimaretur, compingendue fuit Gerion illa triceps, *Flavius Maximus Augentius*, ſive *Audentius*, Præfectus Prætorio, & Epiſcopus Toletanus.

Contexuit inde prolixam geſtorum *Audentii* telam *Julianus* cum *Dextro* ſuo ad A. 366. num. 2. Patriâ nempe e Toleto urbe, origina verò è Sibignie, e4 millibus paſſuum inde diſtante oppido agri Toletani (*Seseña* hodie audit) *Audentium* fuiſſe; Archdiaconi officio ſub *Gregorio* Epiſcopo (poſt Præfecturam ſcilicet) functum in eadem Eccleſiâ, res egregià adminiſtraſſe, necnon & Luciferianos in Hiſpania tumultuantes mirà eloquantia deterruiſſe. Hujua quoqua ſororem *Leocadiam* nupſiſſe *Aemtheo*, ad quam S. *Baſilius*, Cappadociæ Epiſcopus, literas dedit; Electum fuiſſe Toleranum Præſulem, ut diximus, anno 366; Concilium inde Toleti coegiſſe poſt biennium; accepiſſe literas frequentes, reſcripſiſſequa Sanctie *Baſilio*, *Gregoriiſque* duobue, *Nazianzeno* & *Nyſſeno*; quinimo eundem *Baſilium* (quem *Cæſaraugustanum* vocat *Pſeudo-Dexter* pro *Cæſareenſi*) ſimul cum aliis Epiſcopis viſitatum iviſſe; adverſus *Arianos* & *Photinianos* ſcriptie ſuis pugnaiſſe; Collagia juvenum ed clericatum educandorum, negligentiâ temporum intermiſſà, redintegraſſe; palam item diſputaſſe cum *Priſcilliani* ſectatoribus, libroſque contra illos edidiſſe, atqua Concilia coegiſſe; ajue euctoritere & motu indictum fuiſſe adverſus eoſdem Cæſarauguſtæ Concilium; induxiſſe *Gregorium* Bæticum, ne ultra cum *Luciferianis* ſentiret. Obiiſſe tandem ait *Julianus* Toleti enno 396. (a) corpuſque ejus terræ mandatum ipſâ die Aſcenſionis Dominicæ: at *Luitprandus* ait obiiſſe eum III; die Decembris.

Julianus item annotat, in Concilio Aquileienſi (ſub *Damaſo* Papa, *Syagrio* & *Eucherio* Coſſ. anno 381 (vid. ſup. *p.* 523. b.) pro eodem *Audentio* interfuiſſe *Evarium* Presbyterum (*Evagrium*) & pro *Vidario* Luſitano *Artemum* (lege *Artemium*) Archidiaconum. Denique hujus *Audentii* Senioris Toletani Epiſcopi ex ſorore nepotem fuiſſe ait alium AUDENTIUM juniorem in Galliis Epiſcopum, qui Arauſicano Concilio interfuit; utrumque autem conſanguineum fuiſſe AVITI Imperatorie; at prorſue temerè ac ſine fronte hæc omnie jactari probat *Antonius*. Quod enim, inquit, Toletanus *Audentius* ad *Avitum* Gallum Arvernis natum (*Gregorio* Turonenſe (*b*) & *Sidonio* genero (*c*) annotantibue) pertinuerit, idoneis, non hujus fidei teſtibus (*d*), probandum fuit. *Audentius* inter alios Epiſcopos ſubſcripſit Concilio Arauſicano ſub *Leone I* Papâ A. 441 coacto. Non aliunde anſa data eſt huic conjungendo cum *Audentio* Toletano. Inſulſiſſimè quoque, ut pluribus oſtendit *Nic. Antonius*, excogitatum fuit quicquid putidè inculcatur toties de S. *Baſilio* cum *Audentio* & aliis

(a) Hujus meminit *Jac. Phil. Foreſti* volgò *Bergomenſis* in Supplem. Chron. ad An 451. citatus in *Cent. V Magdeb. Cap. X. p.* 1424. edit. Baſil A. 1615. (b) *Hiſt Franc* lib. 2. cap. 11. (c) In Paneg. *Aviti* verſ. 149. (d) Intellige *Dextrum*, *Julianum*, *Luitprandum*.

aliis Hiſpaniæ Epiſcopis per literas conſuetudine.

SCRIPTA DEPERDITA:

1. » *Audentius* Epiſcopus Hiſpanus, ait *Gennadius* » Maſſilienſis (*e*) Scriptor Secul V. SCRIPSIT *adverſus Manichæos*, & *Sabellianos* & *Arianos*; maxi» mè quoque ſpeciali intentione *contra Photinianos*, » qui nunc vocantur *Bonoſiaci*, librum, quem præti» tulavit *De fide adverſus omnes hæreticos*; in quo oſ» tendit, antiquitatem Filii Dei coæternalem Patri » fuiſſe, nec initium Deitatis tunc à Deo Patre acce» piſſe, quum de B. Maria Virgine homo Deo fa» bricante conceptus & natus eſt. »

2. Libri *adverſus Priſcillianum & Priſcillianiſtas*, quibuſcum palam diſputaſſe narrat *Pſeudo-Dexter* ad A. 385. n. 1. & *Julian.* in Chron. n. 175.

3. Idem *Julianus* mirabilem eſſe ait *Audentii* Toletani memoriam poſt annum 380 » qui *Commentarios elegantes* edidit *in Epiſtolam S. Jacobi Canonicam* &c. » Sed bujus operis fidem elevat *Antonius*, qui poſtquam retulit conſanguinitatem *Audentii* cum *Avito* Imperatore, hæc ſubjicit: » Relinquo alia æquè » ſuſpecta *Luitprandi* teſtimonia, quæ puderet unique » omnia vel advertere oculis, vel refutatione digna» ri, niſi argumentum noſtrum cogeret ad exſcriben» dum hic ſaltem ex iiſdem unum: *Sanctiſſimus* AUDENTIUS, ait (*f*), *Epiſcopus Toletanus*, *ſcripſit contra* Bonoſum *in defenſionem illibatæ Virginis Mariæ* elegantes libros. *Audentium* equidem adverſus Photinianos ſcripſiſſe disertè affirmat *Gennadius*, qui Photiniani jam eo tempore quo id affirmabat, (h. e. juxta finem Sec. V.) *Bonoſiaci* appellabantur, non autem adverſus *Bonoſum* ipſum hæreſis auctorem, qui damnatus fuit ex auctoritate Capuani Concilii ſub *Siricio* Papa ab *Anyſio* Theſſalonicenſi Epiſcopo, anno circiter 389.

(*e*) *De Viris Illuſt.* cap. 14. Inde recentiores Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 360. *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Sec. V. p. 6.* edit. 4 aliique. (*f*) *Luitprand.* Adverſ. 187. aliàs 124.

AUDIANI. Vid. AUDÆUS.

AUDICANA (*Antonius*) Hiſpanus, Cantaber, Ordinis Minorum regularis obſervantiæ, in lucem dedit Latino idiomate

Conciones Quadrageſimales. Pampelone, 1601. in 4. Ex *Nic. Antonii* Bibl. Hiſp.

AUDIFFRET (*Hercules*) natione Gallus, Rev. Viri *Eſprit Fléchier*, Nemauſenſis Epiſcopi, Avunculus, Generalis Magiſter Congregationis *Doctrinæ Chriſtianæ*, Orator ſui temporis præſtantiſſimus, natus eſt Carpentoracte prope Avenionem ann. 1603. Maji die 15. Ipſi viſa eſt admodum de pravata contemporaneorum eloquentia; qui Orationes ſuas annotationibus citationibuſque innumeris farciebant, Diſſertationi potius quàm Orationi idoneis. Hiſpanorum præterea Italorumque turgidum conſectari ſtilum ſtudebant. Studuit igitur *Audiffret* ſublimitatem ſtili ac elocutionum æquare rebus de quibus ipſe agebat, ac feliciter egit, ſucceſſoribuſque veræ eloquentiæ monſtravit viam. Obiit d. 16. April. 1659. Poſthuma prodiêre ejus *Opera pia* Patiſiis apud *Joſſe*, Gallicè, tribus voluminibus, quibus non alia ferè continentur quàm approperata ſcripta, prælo minimè deſtinata (*a*).

Queſtiones & Explications ſpirituales & curieuſes in Pſeaumes Davidiques lucem viderunt *Pariſiis* 1668. in 12. Gallicè (*b*).

(*a*) Diction. *Morer.* p 648. edit. Baſil. ex *Diar. Trevolt.* Nov. 1711. ubi de illo plura, inſeque in *Diar. Erud.* Pariſ. Aug. 1712. edit. Amſtel. (*b*) Le Long *bibl. Sac.* p. 648.

AUDITH (*Nicolaus*) Cyprius, Carmelita, totius Ordinis fuit per annos plus minùs quadraginta Generalis, Græcè ac Latinè eruditus, Theologus verò inſignis Sec. XVI. multa ab his, qui eum noverunt, SCRIPSISSE fertur, ſcil.

1. *In Magiſtrum Sententiarum.*

2. *Conciones* item, atque *Orationes.*

3. Et ſe vidiſſe ait *Petrus Lucius*, Belga, *Miſſale & Ordinale* ſuo nutu elegantiſſimis typis excuſum.

Obiit anno 1562. die 7 Decemb. ut legitur in Necrologio Carmelitanorum Florentiæ, teſte *Poſſevino* in Appar. *Tom. II p.* 44.

S. AUDOENUS ſive *Dado*, Gallicè *S. Ouen*, Rothomagenſis Epiſcopus, vixit Sec. VII. In ejus geſtis enarrandis ac vitâ delineandâ ſiquidem accuratior præ omnibus mihi viſus eſt *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad 24 Aug. ejus veſtigiis inſiſtere operæ pretium duxi, notatis in ordum aliorum erroribus.

Natus eſt igitur *Audoenus*, natione Gallus apud Sancyanum in Sueſſionibus, anno circiter 609. regnante CLOTARIO II. parentibus tum nobilitate, tum pietate conſpicuis, patre ſcilicet S. *Autbario* (*a*), Uticenenſi ad Matronam (*b*) Cuſtode.

Fratrem habuit primogenitum Beatum *Adonem*, qui magno in pretio fuit apud Regem *Dagobertum*, & fundavit Monaſterium Jotrenſe (vulgò *Jouare*) propè Meldenſem urbem in provinciâ Brienſi. *Audoenus* vero Monachorum S. Medardi Sueſſionenſis diſciplinæ traditus, ut literas ab iis diſceret, ſi quibuſdam Auctoribus fides. Puerulus, ut ſe ipſum vocat in Vitâ *S. Eligii*, i. e. circa A. 622. miſſus eſt in Curiam *Clotarii* Regis, ubi fidum in *S. Eligio* ducem nactus eſt in viâ virtutis, quam ipſe apprimè noverat; atque inde nata conſtans & fidelis inter utrumque amicitia, quæ altiſſimos poſtea egit radices. *Audoenus* abſolutis exercitiis, quibus ad annum ætat. 18 vel viceſimum functus eſt, magno cum comitatu, more Magnatum, vivebat; attamen ſicuti Regis fidum ſemper ſe præſtitit ſervum, ita & verum Chriſti diſcipulum. Vitæ inprimis auſteritate, charitate ac beneficientiâ erga miſeros humilitatem ſuam teſtatus eſt. *Dagobertus I* qui poſt mortem fratrum *Clotarii* & *Chariberti*, Franciæ regno potitus eſt ab anno 631. *Audoeni* non modò conſiliis uſus eſt, ſed & eum Referendarii ſeu Cancellarii munere cohoneſtavit. *Dagoberto* A. 638 è vivis ſublato, ejus filius & ſucceſſor *Clodoveus II* idem munus *Audoeno* confirmavit; quod ſemper ſummâ cum prudentiâ, pietate atque animi dexteritate geſſit; pia edidit opera, ac inter alia condidit A. 635 Monaſterium Resbacenſe (vulgò de *Rebais*) in diœceſi Meldenſi. Huc ſecedere dicitur in animo habuiſſe, vitam acturus ſub diſciplinâ Abbatis ab ipſo conſtituti; ſed Regem & Regni Magnates huic conſilio obſtitiſſe, publicam utilitatem, magis quàm quod ſibi arridebat, attendi debere, ipſi exponentes. Anno 639 inſtante clero ſimul ac populo Rothomagenſi *Audoenum* Rex CLODOVEUS in Epiſcopum Rotbomagenſibus conceſſit, qui *S. Romano* ſuccederet (*c*), uti & Noviomenſibus *S. Eligium*. Re attentè conſideratâ uterque ſe ad Sacros Ordines ſuſcipiendos accinxit. Matiſconum in Burgundia (vulgo *Mâcon*) petiit *Audoenus*, ubi ab Epiſcopo *Deodato* in Sacerdotem cooptatus eſt. Inde ad amicum & Collegam reverſus, Rotbomagum profecti ſunt, & huc adventarunt die Dominicâ 14 Maji 640 ut Epiſcop. ordinarentur. Unà poſt octiduum conſecrati fuerunt, ſcil. die 21 ejuſd. menſis, anno tertio regni CLODOVEI (*d*), ut viri quidam docti obſervarunt, qui tandem id nec anno 635. (*e*) neque

[*a*] Malè *Audenaire* apud *Morer.* in Diction. verb. *com.* [*b*] *Uſſy ſur Marne* in diœceſi Meldenſi. [*c*] Vid. inf. cit. (*e* [*d*] *Clodoveus* regnare cœpit anno 638 ut diximus; inde liquet fallaciam *Mabillonii* in Auctar. cap. 178 ubi tertium hujus Regis annum ad 646 refert. Apud *Morer.* Diction. edit. Baſil. 1732. dicitur Rex iſte regnare cœpiſſe anno 638 ætat. 4. vel 5. & deceſſiſſe A. 656. ætat. 29. regni 9. Hic per ſe patent errores ſupputationis. [*e*] Ita legitur in brevi Chronico Elnonenſi S. Amandi apud *Eum. Martene* in Theſ. Anecdot. *Pariſ.* 1717. *Tom. III. p.* 1399.

que 646 (*f*) contingere potuiſſe demonſtrarunt. In hâc igitur dignitate conſtitutus *Audoenus*, mirum quantis virtutibus effulſerit, quantum aſperè corpus ſuum tractaverit, mediis & fame extenuaverit. Varia condidit Monaſteria, & Xenodochia, variaſque Capellas & Eccleſias. Concilio Cabilonenſi (*g*) III circa A 650 habito (*h*), adfuit ac ſubſcripſit; an Synodo quam Tyrannus *Ebroinus* Regii Palatii Majordomus congregavit, ad exitium *S. Leodegarii* (vulgò *St Leger*) Auguſtodunenſis Epiſcopi, non admodum certum videtur, eò quod hæc Synodus anno 676 habita fuerit, ante reditum ex Roma, quò Religionis ergo unà cum S. *Saens* iter fecerat. Mortuo *Ebroino* anno 681 *Audoenus* noſter annos 72 natus, ipſe ad mortem ſeparavit. Vitam egit continuò pœnitentem, in Epiſcopatûs laboribus indeſeſſam. Anno demum 683 (*i*) poſtquam pacem inter Orientales & Occidentales Francos compoſuiſſet, Coloniam ideo Rege inſtante profectus apud Clippiacum villam (*k*) febri correptus, ubi negotiorum à ſe geſtorum rationem Regi THEODERICO redditurus venerat, piè animam Deo reddidit 24. Aug. A. 683. ætat. circiter 74. (*l*) Epiſcopatûs 44. cùm à Rege impetraſſet, ſucceſſurum ſibi in ſede Rothomagenſi S. *Ansbertum* Abbatem Fontanellenſem. *Audoeni* obitum ſunt qui ad annum 689 vel ſequentem revocant. Ad priorem *Ellias Du Pin* ubi inf. cit. (*f*) *Caſim Oudinus* (m) & alii. Idem annus obitûs *Audoeno* aſſignatur apud *Morer.* verb. *Ouen*, ut ſedem tenuiſſe dicitur ad annum tantùm 683, & ejus corpus anno 693 tranſlatum fuiſſe in Eccleſiam S. Petri Rothomagenſis, hodie *S. Audoeni* dictam. Certè erravit *Miræus*, qui ad *Sigebertum* (*n*) annotavit, *Audoenum* obiiſſe *anno* THEODERICI Francorum Regis *ſexto* (h. e. *Chriſti* 672 *vel* 673 (*o*) *non decimo ſexto*, *ut corruptè*, inquit, *apud Surium* 24 Aug *legitur*. *Joannes* verò *Iperius* Scriptor Seculi XIV. in Chron. S. Bertini (*p*), *Audoeni* obitum ad A. 690 revocare videtur, ubi Regem THEODERICUM (alias *Thierry* dictum) à *Pipino* Duce victum memorat, quo tempore viros ſanctos ab hoc ſeculo migraſſe ait, *Remaclum* Trajectenſem, *Audoenum* Rothomagenſem, *Amatum* Senonenſem Epiſcopos; Sanctum etiam *Theodorum* Cantuarienſem Archiepiſcopum, qui librum Pœnitentialem compoſuit. Ad *Remaclum* quod attinet, jam anno 668 vitâ functus dicitur (*q*). *Amatus* verò (*r*) ac *Theodorus* anno tantùm 690 (*s*), ad quem etiam *Pipini* victoriam refert Autor Chronici Elnonenſis ſup cit. licèt alii (*t*) ad A. 687.

Audoenum *S. Romano* in ſede Rothomagenſi ſucceſſiſſe jam ſuperiùs diximus, quâ de re hic adjiciam verſus qui leguntur in iſtius Vitâ antiquo metro conſcriptâ, in quibus præclarum *Audoeni* elogium habetur (*u*):

Huic Audoenus *ſucceſſit Pontificatus,*
Non minus inſignis, ſol ardens, fulgur, & iris,
Thus redolens, cedrus, nux, myrtus, oliva, cypreſſus,
Pacis conſilium, patria totius aſylum,
Francia quo viguit, quo tota Neuſtria fulſit,
Sanctorum caſtris tanquam fulgentibus aſtra.
Hujus & extremos perluſtrat fama Britannos,
Hos Græcus reſonat, promulgat & aurea Roma.
. . . .

Ejus quoque laudes celebrat Autor Sermonis in Feſtivitate Sanctorum (*x*), quorum reliquiæ in Eccleſia S. Audoeni Rothomagenſis requieſcunt. Miraculis referta eſt Hiſtoria duplicis ejus Tranſlationis, quam ex vetuſto Codice MS ediderunt docti Benedictini *Edm. Martene* & *Urſ. Durand* (*y*). Sed his omiſſis, ad alia progredimur.

OPERA:

1. *Vita S. Eligii Noviomenſis*, Libris duobus, anno 672 conſcripta. *Tertium* ille priorum compendium continentem addidit. Priores duo habentur apud *Surium* ad 1. Decemb. (*z*) *Lucas* verò *Dacherius* meliorem nactus Codicem, tres libros integros edidit *Spicileg.* Tom. V. hæc præfatus. » *S. Eligii* Noviomenſis Epiſc. Vitam, nullis immutatis, ſed » primigeniâ phraſi ſervatâ, prout nimirum eam conſcripſit *S. Audoenus*, ſi nonnulla quæ ipſum *Audoenum* ſpectant, ab amanuenſi addita exceperis, exoptarunt, meque, ut eam emitterem, frequenter & » anxiè interpellarunt viri docti iique amici bene multi. Tandem abhinc 12 annis (i.e. ante A 1650) deſcriptam e vetuſto Codice Corbeienſis Bibliothecæ, » & ad Concienſis Monaſterii MS. collatam edidi. » Eam duos in libros diſpertitam voluit Auctor; » alter quadraginta capita, octoginta alter complectitur. » Hæc quidem *Acherius*; ſed miratur *Spicilegii* recens Editor (*aa*) *ita indiligenter in lectione ejus Vitæ verſatum eſſe*, *ut in eâ interpolatorum audaciam ac temeritatem non deprehenderet. Hæc enim eos tantùm* inquit, *latere poteſt*, *qui aut nihil ad examen reducunt*, *aut nihil vident.* Aliquot ejus exempla ſe indicaſſe monet, *quæ tamen*, addit, *ſunt ejuſmodi*, *ut cæteris fidem non derogent*, *quæ S.* Audoeno *Scriptore videri nobis digniſſima ultrò fatemur.* In novâ hâc Editione uſus eſt variis lectionibus quas ſubminiſtravit R. P. D. *Edm. Martene*, ex Codice MS. Monaſterii S. Audoeni, annorum fermè quingentorum. Subjuncta eſt *Audoeni* ad *Rodobertum* ſeu *Robertum* & *Rupertum*, Pariſiorum Epiſcopum, brevis Epiſtola, quâ hanc Vitam ei mittit, atque hujus ad *Audoenum* reſponſoria.

Hujus *S. Eligii* Vitæ ab *Audoeno* conſcriptæ Prologum edidit *Phil. Labbeus* Jeſuita Tom. II. Bibl. novæ MSS. Eandem Gallice vertit *Lud. de Montigny* Archidiaconus Noviomenſis, *Pariſ.* 1626 in 8. recentius prodit cum *S. Eligii* Sermonibus *ibid.* 1603. in 12. Italicè Romæ, 1629. in 4. (*bb*) Hiſpanicè *Franciſcus de Valderabeno*, Matriti 1640. in 4. quindecim ferè annorum adoleſcens (*cc*).

2. *Audoeni* & *Conſtantii* Epiſtola ad *Deſiderium* Cadurcenſem Epiſcopum, extat apud *Caniſium* Tom. I. p. 645. edit. Amſtel. *Tom. V. p.* 542. edit. Ingolſt. 1601. ubi *S. Eligii* Vitam haberi perperam annotatum eſt ad *Trithem.* de Script. Eccleſ. *cap.* 234. p 64. edit. Hamb. 1718.

3. *Vitam S. Remigii* ab *Audoeno* ſcriptam teſtatur *Miræus* in Notis ad *Sigeb.* ubi ſup. cit. (*n*) quam & MS apud Helvetios in Bibl. S. Galli extare fidem facit, forte ex *Poſſevino* in Appar. Sac.

4. *Libellum de Animâ Dagoberti Regis.* Audoenum ſcripſiſſe produnt Centuriatores Magdeb. *Cent. VII. cap.* 10. *p.* 274. apud *Caveum* in Hiſt. Liter.

5. *Carmen*

(*f*) Ita *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. VI. p.* 46. edit. in 4. *Miræum*, ut videtur, ſecutus, qui tamen graviter hallucinatus eſt. *Anſbertum* AUDOENI ſucceſſorem, Rothomagenſi Concilio *anno ſexcenteſimo octogeſimo ſecundo* præfuiſſe dicens; legendum anno 692. De iſto *Ansberto* vid. *Morer.* Diction. Ille eſt cujus Vitam ſcripſit *Angradus*, de quo ſup. *p.* 467. *Ansbertum* anno 698 mortuum ſcribit *Jac. le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ, *nn.* 3908. Ejuſd. *Ansberti* Vitam Gallicè reperies apud *Franc. Giry* & *Adr. Baillet* in Viris SS. ad 9 Febr. (*g*) *Cabilonum* urbe ad Ararim fl. ſita, vulgò *Châlons ſur Saone*. (*h*) Ita Cl. *Cave* Hiſt. Liter. *P. II.* ubi de Conciliis Sec. VII. non 644. ut ipſe in *Audoeno* dixit, ab aliis ſecutus. Eundem commiſit errorem *Bailletus*. (*i*) Ita Cl. *Cave* ubi ſup. *Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ *nn.* 3914. aliique. (*k*) Oppidum ad Sequanam ſitum prope Pariſios, vulgò *Clichy*. (*l*) Inde eos falli neceſſe eſt, qui nonagenarium obiiſſe ſcribunt. (*m*) Comment. *Tom. I. p.* 1655. (*n*) *De Script. Eccleſ. cap.* 58. *p.* 99. edit. Hamb. 1718. (*o*) Ad an. 677 refert *Ger. Joan. Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2 *cap.* 26. in *Cap.* ... *Part. XII.* apud *Edm. Martene* ubi ſup. cit. (*q*) Vid. *Adr. Baillet* in Viris SS. ad 3 Sept. (*r*) De eo vid. *Morer.* Diction. (*s*) *Cave* in Hiſt. Liter. (*t*) Vid. *Morer.* verb. *Pepin* cognomine *le Gros*, ſive *de Heriſtel*, S. *Arnulfi* Metenſis Epiſc. pronepos *&c.* Item verb. *Thierry I.* Rex Galliæ. (*u*) Apud *Edm. Martene* ubi ſup. p. 1661.

(*x*) *Ibid.* p. 1684. (*y*) *Ibid.* col. 1669 1677. (*z*) ... Multa libro primo & ſecundo fuſiùs dicta prolixioribus conſtrinxit *Mallem ego*, inquit Cl. *Voſſius* ubi ſup. *Auctorem nobis edidiſſet*, *prout in MSto ſuo reperierat.* (*aa*) Tom. II p. 76. edit. in fol. Vid. ſup. p. 54 b. (*bb*) *Le Long* ubi ſup. n. 3886. (*cc*) Ex *Biſc. Anton.* in Bibl. Hiſp.

5. *Carmen de Sanctis Medardo* Noviomenſi, & *Gildardo* Rothomagenſi Epiſcopis ei tribuit *Ciaconius* Bibl. ſuæ p. 296. quod apud *Surium* Tom. IV. ſub menſem Junium haberi ait.

S. *Audoeni* Vitam ſcripſit Sec. X. *Fridegoſus* ſeu *Fridegodus*, Monachus Ord. Bened. Cantuarienſis, de quo nos ſuo loco. Inter recentiores præter *Bailletum* ſup. cit. *Arnaldus Andilliacenſis* in Vitis SS. (vid. ſup. *p.* 581. *n.* 8.) & *Franc. Giry* in eod. opere ad 24 Aug. item *Modeſtus à S*to *Amabili* (de quo ſup. *p.* 363) *Monarchiæ Sanctæ* Tom. I. p. 519. de quo opere dicemus verb. *Dominicus à Jeſu*. Legi item poteſt Hiſtoria Archiepiſcoporum Rothomagenſium quam Gallicè edidit Celeb. *Franc. Pommeray* Benedictinus è Congreg. S. Mauri *Pariſ.* 1667. & Hiſtoria Abbatiæ S. Audoeni Rothomagenſis ab eodem edita A. 1662. de quibus omnibus aliiſque pluribus vid. *LeLong* Bibl. Hiſt. Galliæ.

AUDOENUS (*Joannes Hugo*) Jeſuita, Cambro-Britannus, edidit Sec. XVII. vernaculè tacito nomine *Clavem Paradiſi*, ſeu *libellum precum & variarum inſtructionum ſpiritualium*. Londini 1670. in 12 (*a*). item *Catechiſmum* linguâ Cambro-Britannicâ, ex Anglicanâ tranſlatum, *ibid.* 1668 (b).

(*a*) Sotuel *Bibl. ſcript. S. J.* p. 464. apud *Placcium* in Anon. n. 1988. (*b*) idem n. 1979. 2.

AUDOMARENSE Concilium, in Morinis (*St Omer* in Belgio) anno 1099. prid. Cal *Jul.* in Baſilicâ B. Mariæ à *Manaſſe* Rhemenſi Archiepiſcopo (*a*), quatuorque Epiſcopis ſuffraganeis de pace ſervanda coactum. Extant de Eccleſiarum immunitatibus *Canones* V. Concil. *Tom. X. p.* 618. edit. Pariſ. 1672. * *Cave* in Hiſt. Litar.

(*a*) Hujus Præſulis Hiſtoriam vid. apud *Elliam Du Pin* in Bibl. Ecclei. *ſec.* 11.

de S. AUDOMARO (*Petrus*) Belga. *Vid.* SANTOMERIUS.

AUDOMARO PONTANUM Concilium, in Normanniâ anno 1179. à *Gulielmo de Fillacour* Archiepiſcopo Rothomagenſi cum Suffraganeis ſuis ad Pontum Audomari (vulgò *Pont Audemer*) coactum. Extant de rebus Eccleſiaſticis *Capitula XXIV*. unà cum *Appendice* additionum *Conc.* T. XI. Part. I. p. 1044. * *Cave* in Hiſt. Liter. Vid. & *Elliam Du Pin* Sec. XIII.

AVEILLON (*Joannes Joſephus*) natione Gallus, Lugdunenſis, Congregationem Oratorii ingreſſus eſt ann. 1653. cùmque humaniores docuiſſet literas, Sacros ordines accepit, ac tandem in Sacerdotem cooptatus eſt ann. 1660. Inſignis pietate fuit ac modeſtiâ. Munera ſingula Congregationis obiit, ac inter cætera Superior fuit domûs Inſtitutionis, Inſpector, R. P. Generalis Adjutor, ac denique domûs S. Honorati Pariſienſis Superior; in quibus gerendis, bonis exemplis præluxit omnibus. Deceſſit in domo cui nomen *du Roule* juxta Lotetiam (rus pertinens ad Presbyteros Oratorii S. Honorati) d. 19. Maii 1713. annos natus 78. Ex eo habetur opuſculum, Gallicè ſcriptum, in quo videtur Autor, Religionis officiorumque Sacerdotii apprimè gnarus; titulum habet

Exercices ſpirituels pour une retraite de dix jours à l'Uſage des Communautez Eccleſiaſtiques, par un Pere de l'Oratoire: Exercitia ſpiritualia ad ſeceſſum decem dierum, in uſum Communitatum Eccleſiaſticarum, *Pariſiis*, apud Joh. de Nulli 1699. in 12. Hæc ex Comment. MS. Idem liber fortè recuſus eſt A. 1704. nam prælis ſudare dicitur in *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Elliæ Du Pin *Tom. II. p.* 2767. His adde quod notat R. P. *de Colonia* Soc. Jeſu in Hiſt. Litter. Lugd. *Tom. II. p.* 816. noſtrum *Aveillonium* magno in honore fuiſſe apud Celeb. ſui temporis Meldenſem Epiſcopum *Jac. Benignum Boſſuetum*, ac invitum ferè in lucem edidiſſe Colloquia (*les Conferences*) quæ habuerat in domo Inſtitutionis Pariſienſis, dum eam regebat: quibus addere coactus fuit Meditationes in uſum Seminariorum, aliaſque in uſum populi.

AVELDEN. Vid. AUGUSTINUS.

AVELLANEDA (*Didacus* de) Jeſuita Hiſpanus, patriâ Granatenſis, clarus Sec. XVI. Academiæ Urſaonenſis, ſeu, ut hodie vocant, Oſſunenſis in Bœticâ, Rector, in eâque Philoſophiæ ac Theologiæ Doctor, ad Societatem ſe adjunxit anno 1556 (*a*) & vix bene peracto tyrocinio, Romam à Provinciâ Bœticâ miſſus eſt, ut primæ Generali Societatis Congregationi A 1558 Procurator ad negotia intereſſet. Conventu dimiſſo, ad Theologicam ipſe Cathedram obtinendam Romæ detentus eſt, verùm anno vertente rediit in Hiſpaniam. Rectorem egit Hiſpali, & ſimul Concionatorem. Provinciam deinde Bœticam cùm adminiſtraſſet, rurſus Collegium Hiſpalenſe rexit, in Germaniam cum Marchione *Almazano*, PHILIPPI II Regis Catholici ad Imperatorem Oratore, cum eodem lapſis aliquot annis Hiſpaniam repetiit. Ibi juſſus eſt ab *Ever. Mercuriano*, cujus in Præpoſitum Generalem electioni adfuerat, Caſtellanam viſitare Provinciam. Eâ luſtratione peractâ, Rector renunciatus eſt Collegii Matritenſis, cujus gubernacula per quinquennium tenuit, ad annum uſque 1585. Subinde navigavit in novam Hiſpaniam, ut orbis illius Provincias inſpiceret: unde regreſſus, Toletanam Profeſſorum domum gubernavit, in eâque peregrinationis ſuæ curſum abſolvit poſtrid. Cal. Martii A. 1598. Vir fuit non minùs doctrinâ quam omni virtutum genere clarus. Ediderat ſuppreſſo nomine

1. Tractatum, *utrum in Confeſſione Sacramentali criminis conſors nominari debeat*: quem ſcripſiſſe videtur (inquit *Alegambius*) in ejus defenſionem, cùm eadem per calumniam Granatæ traduceretur Anno 1558. quaſi confeſſiones retegeret, uti fusè narrat *Franc. Sachinus* Hiſt. Societ Jeſu, *Part. II. lib.* 2. *n.* 130. Edidit verò hunc Tractatum in Italiâ *Petrus Vicecomes* Ord. Prædicat. anno 1593. ſine authoris nomine, qui tamen ſe paginâ hujus editionis 54 & ſequentibus ſatis prodit. Scripſit quoque

2. *De Secreto libellum*, qui deſcriptus plurimorum manibus teritur. Hæc *Alegambius* in Bibl. Script. S. J.

(*a*) Malè 1536 in *Tab. Univ. Autorum Ecclef.* Elliæ Du Pin *Tom. III. p.* 215.

AVELLAR (*Franciſcus* de) Luſitanus, Theologiæ Profeſſor, Cathedralis Portalegrenſis Decanus, A. 1580 Prior Generalis Ordinis Militaris Aviſienſis, ſcripſit vernaculè de origine ejuſd. Ordinis. *Morer.* Diction. *p.* 649. edit. Baſil. ex Comment. Portug. Vid. *p.* 667. verb. *Avis*, hiſtoriam ejus inſtitutionis circa medium Sec. XII. quo regulam Ciſtercienſem amplexi ſunt hujus Ordinis Equites.

AVELLINUS (*Andreas*) natione Italus, Lucanienſis è Caſtronovo, Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum Presbyter, profeſſionem edidit anno 1559. Obiit Neapoli non ſine opinione ſanctitatis d. 10 Novemb. 1608. Sanctorum albo adſcriptus eſt à *Clemente* Papâ *XI* die 21 Maji 1712. ſimul ac *Felix à Cantalicio* Capucinus, & *Catharina* Bononienſis; quam in rem Summi Pontificia Homilia poſt triplicem hanc Canonizationem habita, typis prodiit *Latinè* Florentiæ, *Italicè* verò verſibus expoſita à *Bern. Perfetti* Nobili Senenſi *Senis* A. 1712. (*a*) Eod. anno, die 12 Julii Genuæ Orationem habuit, edidirque

(*a*) Vid. *Giorn. de' Letter.* Tom. XI. Art. I.

Digitized by Google

edidit qua typis *Franchelli* in 12. *Innocentius Raphael Savonarola* Theatinus, pro gratiarum actione de Canonizatione Beati *Andreæ Avellini* deque *Joſephi Mariæ Tommaſi* ſiva *Thomaſii* ajuſd. Congreg. ad purpuram Cardinalitiam promotione (*b*). Euſdem Vitam Italicè edidit alter Theatinus variis operibus nutiſſimus *Anton. Thomaſius Schiara* Romæ 1712. in 12 (*c*). Sub finem anni 1713 prodiit *Mediolani* typis Malateſtæ in 12. *Breve riſtretto della Vita, e Miracoli prodotti nella Canonizatione di Sant' Andrea Avellino, Cherico Regol. Teatino, dato in luce da un Religioſo del medeſimo Ordine, con alcuni brevi Eſercizi ſpirituali dal medeſimo Santo compoſti.* Hujus libri Autor R. P. *Cajet. Amadeus Perini* Concionator inſignis, omnia *Avellini* Scripta in unum colligera, in animo habuerat, ſad morte præventus in loco natali, Taurini ſcil. manſe Octobri 1712. id exequi non potuit. Hæc autèm aſſervari dicuntur Neapoli, ex quibus varia in varias linguas converſa fuêre.

SCRIPTA:

1. *Concionum* Tomi duo.
2. *Poſtilla in Summam S. Thomæ de Aquino.*
3. *Commentarii in Magiſtrum Sententiarum*, pluribus Tomis.
4. Tractatus *de Spe & Timore*, aliique non pauci Tractatus aſcetici (*d*).
5. Comment. in *Pſalmos XLV & CXVIII. In Epiſt. ad Romanos* & *in Epiſt. D. Jacobi* (e).

Horum operum aditiones, ſi quæ fuerint, prorſus me latent; id ſolum novi, paucis abhinc annis Claricos Regulares S. Pauli Majoris Naapolitanæ typis mandaſſe S. *Avellini* Epiſtolas, quas Emin. Cardinali Franciſco *Pignatelli* Archiepiſcopo Neapolitano, & Sacri Collegii Decano nuncuparunt. *Lettere ſcritte dal Glorioſo* S Andrea Avellino *a diverſi ſuoi Divoti* &c. *Neap.* apud Novellum da Bonis 1731. in 4 (f).

Ejus Vitæ compendium item adidit jam nominatus *Savonarola* Mediolani 1713. in 12. hoc tit. *Compendio delle vita, virtù, morte, e Miracoli del glorioſiſſimo* S. Andrea Avellino, *Cherico Regolare, Protettor di due Regni ed Avvocato à gli Agonizzanti, particolarmente contro gli accidenti Apopletici* (g). Aliud denique Compendium Gallicè edidit *Pariſiis* apud Dan Jollat eod anno 1713. in 12. R. P. *Olympius du Marché* ejuſd. Congreg. (h).

De Sanctis Abellinis ſcripſit *Franciſcus de Franchis* Soc. Jeſu librum cui tit. *Avellino illuſtrato da Santi, e da Santuarj* &c. *Neap.* 1709. in 4. (i).

(b) *Giorn. de' Letterati* Tom. XI. p. 401. (c) *ibid.* Tom. XII. p. 434. (d) Ex eod. Diario *Tom.* XVI. p. 505. (e) Silos *Hiſt. Cleric. Regul.* apud *Le Long* Bibl. Sac. p. 618. (f) Vid. *Novelle della Rep. delle Lettere* A. 1732 p. 242. (g) Vid. *Giorn. de' Letter* Tom. XX. p. 435. (h) Vid. *Diar. Trevolt.* Jul. 1714. (i) Vid. *Giorn. de' Letter.* A. 1717. Tom. XXIX. p. 383.

AVENARIUS (*Joannes*) vulgò *Habermann*, Lutheranus, claruit Sec. XVI. Natus eſt *Egra*, Bohemiæ urbe, circa an. 1516. patre *Laurentio Habermanno*. Anno 1550 *Schonfrifa* uno milliari à *Cygneâ* (aliàs *Zwickawiâ*) Paſtorem agere cœpit; & poſtea *Falckenavia* in Variſcorum & Bohemorum confinio A. 1567. quo loco & tempora ſuum piiſſimarum in ſingulos bebdomadæ dies precationum libellum edidit, de quo infra. Dainda *Freibergæ* quadriennium in Templo Cathedrali Concionatorem pomeridianum egit, & ſimol Hebraicas literas docuit, quo officio & *Jenæ* in Ducatu Vimarienſi A. 1573 functus aſt, in quâ Academiâ quoqua d. 10 Febr. 1574 Theologiæ Doctoratum ſuſcepit. Eod. anno *Witteberga*, in quâ A. 1554 Magiſterii titulo ornatus fuarat, vanit, publicè aliquandiu profeſſus, tandemqua *Cizenſis* Epiſcopatûs Superintendens, *Cizæ* vitæ finam fecit d. 5 Sept. A. 1590 (*a*). ætat. 74. Reliquit filium *Joſephum*, veteranum Academiæ Jenenſis alumnum, & ax eo nepotam *Johannem*, qui anno 1579 *Oringa* in Comitatu Hoenloico natus, Jenæ pro gradu Doctoratûs anno 1616 *de jure Emphyteutico* (*b*) Præſida D. *Arumæo* diſputavit, Wittebergam A. 1617 ad Profeſſionem Eloquentiæ vocatus. Fratrem babuit *Joſephus* Jeremiam *Avenarium* Paſtorem *Oſtravienſem* in Epiſcopatu Cizenſi, cujus filius *Joſephus* Jenæ d. 16 Aug. A. 1608 utriuſqua Juris Doctor eſt renunciatus. Cætera pete ex tabellâ quam ſibi à Rev. Viro *Joan. Avenario* Plavienſi (*c*) Superintendente meritiſſimo communicatam exhibet D. *Jo. Caſp. Zemmerus* in libro Jenæ A. 1711 excuſo (*d*).

[*a*] Concionem ejus funebrem habuit *Joh. Ortelius*, quæ Germanicè edita eſt.

SCRIPTA:

1. *De dictionibus Hebraicis, quæ in Bibliis aliter ſcribuntur, aliter leguntur*, Wittab. 1561. 8 (*e*).

2. *Gebet-Büchlein*, Falckenaviæ 1567. ut ſupra dictum. *Argentor.* 1595. in 12. 1605. in 24. 1613. in 8. 1618. in 12. *Amſtel.* 1630. *Lunæb.* 1631. *Francof.* 1659. *Ulmæ* 1666. in 8. Tres Latinas aditiones vidi, I. *Lipſiæ* 1596. 8. ſumpt. *Vœgelini*, typis *Mich. Lantzenberger* hoc tit. *Breviarium, complectens Preces Chriſtianas, per ſingulos ſeptimanæ dies, pro omnibus ſtatibus & ordinibus hujus vitæ dicendas.* II. Argentor. 1619. in 24. *Precationes in ſingulos ſeptimanæ dies diſtincta* &c. ax *Joannis Avenarii* Germanicè publicatis precibus, ...Latinè converſæ. III, *Arnhemii*, 1656. in 24. Edidit & quædam addidit *Henr. à Rentzen* Conrector Pædag. Arnheim. Libellum hunc piis ita placuiſſe ait *Zemmerus*, ut Gallicè quoqua verſus, in medio Galliæ regno prodierit. In vernaculam tranſtulit *Jacob. Zederer* Weidanſis (*f*) Paſtor Cizæ, ejuſqua filius *Chriſtophorus* publicavit *Lipſiæ* A. 1617. (*g*) Pluries item Latinè prodiit *Argent.* 1578. *Witteb.* 1579. 1591. *Lubecæ* 1603. *Francof. ad Od.* 1613. *Lipſiæ* & *Goſlariæ* 1614. Germ. Gall. *Argent.* 1636. in 24. & Gallicè *Lugd. Bat.* 1650. in 12.

3. *Troſt-Büchlein, darinnen XX Troſt-Schrifften für die Krancken, betrübte und angefochtene Chriſten, aus Heil. Schrifft zuſammen verfaſt.* Liber Conſolationum &c. *Noremb.* 1570. 8. & 1571. *Lipſiæ* 1591. *Erfurti* 1605. item 1613. in 12.

4. *Grammatica Hebræa Partes III.* Witteb. 1570. 1575. & 1581. in 8.

5. *Vita Jeſu Chriſti, quâ continetur integra Evangelica Hiſtoria Jeſu Chriſti, ex ibus libris diſtincta.* His acceſſerunt *SS. Apoſtolorum Vitæ* Dan Crinibæ. *Baſileæ* 1583. 1588. in 12. & German. *Lipſiæ* 1616 in 8.

6. *Auslegung der gantzen Hiſtorie des Leydens Chriſti, in XXVIII Predigten.* Hiſtoria paſſionis Chriſti in XXVIII Concionibus. *Lipſ* 1585 & 1596. 4. Latinè reddidit *Sim. Dannerus*. Witteb. 1613. in 8.

7. *XXX Predigten uber die Epiſt. und Evangelien, ſo an den Tagen der heiligen Mârtyrern und Bekenner Chriſti, vor Heiten ſind geleſen und gebraucht worden,* Witteb. 1586. Lipſ. 1595. 8. Part. II. *Enarrationes in Epiſtolas Dominicales & Feriarum.*

8. *Dictionarium Hebraicum.* Witteb. 1588. fol. quo opera nihil in iſto genere perfectius in lucem prodiiſſe perſuaſum ſibi habet *Mericus Caſaubonus* (*h*) apud *Blumium* ubi inf. Et ſane Rabbinorum Magiſtri axteri, cùm ſingularem *Avenarii* induſtriam in rerum Hebræarum peritiam cognoviſſent, non ſatis admirari potuerunt, dicentes, ſe nunquam credidiſſe, quod in his regionibus talis fuiſſet vir, qui linguam ipſis vernaculam tam accuratè intalligera, eandamqua terſè exarare calleret, uti *Jo. Ortelius* in Concione funebri refert (*i*).

9. *Epiſtol-*

[*b*] Alia quædam memorat *Lipenius* in Bibl. Philoſ. & Jurid. [c] *Plavium* urbs Ducatûs Mecklenburgenſis in ſuperiori Saxonia. [d] *Vita Profeſſorum Jenenſ.* Claſſ. I. p. 90. [e] *Le Long* Bibl. Sac. p. 618. [f] *Weida* urbs ditionis Voigtlandiæ ſita in Miſnia. [g] *Zemmer* ubi ſup. p. 89. [h] *De quarum ling.* p. 188. [i] Hæc *Jo. Chriſtian. Blumius* in Jubilæo Theolog. Emerit. *Lipſiæ* 1710. p. 49.

9. *Epiſtel-Predigten.* Wittsb. 1596. 8.

10. *Erklärung Sonn- und Feſt Evangel.* Ibid. 1599. 8.

11. Judices, *das iſt, ausführliche Erklärung der Richter.* Explicatio libri Judicum. *Ibid.* 1617 4.

AVENDANA rectius ABENDANA (*Jac.*) de quo ſup. *p.* 15. His quæ de illo diximus ſupplebit Cl. *Jo. Chriſt. Wolfius* in Bibl. Hebr. p. 578. Fuit primùm Archi-Synagogus Amſtelod. hinc Londinenſis.

1. Hujus eſt Verſio Hiſpanica libri *Coſri*, quam notis ſuccinctis inſtructam edidit *Amſtelod.* A. 413. C. 1663. 4. In Notis illis *pag.* 50 & 63 allegat librum ſuum ſub tit. *Inſtructio in fide Judaica*, ubi inter cætera produxerit loca V. T. in quibus præmia ſpiritualia memorentur. Notæ illæ interdum ſunt diffuſiores, in univerſum verò Scriptoris mentem egregiè illuſtrant. Adhibuit etiam Comment R. *Muſcati*, ut patet ex *p.* 253 ubi tamen ab eo diſcedit, ſicut *p.* 178 & *p.* 130 laudat. In verſione nunc edit. *Venetam* priorem, ounc poſteriorem, in quà nonnulla in gratiam Chriſtianorum omiſſa vel inſerta ſunt, ſecutus videtur, ut aliquot exemplis oſtendit *Wolfius.*

2. Idem noſter *Abendana* Miſchnam integram unà cum commentariis R. *Moſis Maimonida* ac *Bartenora* Hiſpanicè vertit, quam tranſlationem in multis locis aditu difficillimis comiter viam ibi monſtraſſe profitetur *Guil Surenhuſius*, de his literis, vel ipſo illo opere, egregiè promeritus, *p.* 5 Præf. ad Miſchnam. Unde patet, *Battaloccium*, quem & alii ſecuti ſunt, minus rectè Noſtro huic Latinam Miſchnæ verſionem tribuere, quæ accepta potius ferenda erat *Iſaaco* fratri, de quo infra. Hanc Verſionem in manibus ſuis eſſe, eandemque facile ſive hac, ſive Latinâ linguâ edi poſſe teſtatur *Franc. Mercur. Helmontius*, celebris *Joan Baptiſta van Helmontii* filius (*a*) in Præf. ad Alphabetum verè naturale *Soltzbaci* 1667. in 12. Eandem per integrum annum tenuiſſe *Jo. Chriſt. Wagenſeilium* refertur *Conr. Merlſubrerus* in Acceſſionibus ad *Almeloveenium* (b) *p.* 129 ubi addit tantæ eſſe molis, ut illi bajulando vix unus ſufficiat.

3. Idem *Spicilegio* ſuo inſtruxit celebrem illum literalem commentarium R. *Salomonis* ben *Melech*, in quo ea inprimis R. *Dav. Kimchii* loca literis Rabbinicis minuſculis exprimuntur, ad quæ Auctor R. *Salomo* in contextu Commentarii ſui obiter provocaverat.

4. Diſputatio Epiſtolaris inter *Anton. Hulſium* & noſtrum hunc *Abendanam*, ubi de gloriâ majore Templi diſquiritur, Hebr. & Lat. prodiit *Lugd. Bat.* 1669. 4 recuſa deinceps in calce *Nuclei Prophetici* ibid. 1683. 4 Conſtat illa quinque *Hulſii* & tribus *Abendana* Epiſtolis Hebr. Latinis.

[*a*] De utroque vid. *Joh. Jacob. Mangeti* Bibl. Script. Med. *Morer.* Diction. edit. Baſil. [*b*] De illo vid. ſup. *p.* 330.

R. AVENDANA (Iſaac) *Jacobi* de quo ſup. frater, Doctor Medicus, claruit Sec. XVII Linguæ Hebr. in Academia Oxonienſi quondam Interpres, quem vocat *Hochſtetterus* (a) virum ſupra gentis ſuæ morem doctum. Hic *Opus Miſchnicum* Latinè convertit, quod ſex voluminibus in 4 nitidè deſcriptum, & prælo paratum inter MSS. Codd. Bibl. Cantabrig ſe vidiſſe teſtatur Celeb. *Wolfius* ubi ſup. *p.* 627. Conf. quæ ſupra ſub *Jacobo* dicta ſunt. Ex hujus colloquio ſummam ſe lætitiam hauſiſſe, & in ipſo magnam animi moderationem circa Doctrinam Chriſtianam ſenſiſſe prædicat Vener. *Jo. Wulfe m* ad Theriacam Jud. *p.* 45. Sic & Vener. *Theod. Daſſovius* in Novis Liter. Maris Balth. A. 1705. *p.* 18. teſtatur, ſe verſionem ſuam Codicis *Menachoth*, quæ *Miſchnam* non minùs quam *Gemaram* repræſentat, cum doctiſſimo hoc Judæo recognoviſſe; cujus editionem ut eo tempore ſperare juſſit, ita orandus omnino eſt Vir harum literarum peritiſſimus ut in publicam lucem proferat (*b*). Cæterum Verſionis hujus, antequam ab *Abendana* noſtro perfecta eſſet, mentionem fecerunt *Wagenſeilius* in Epiſt. de Infundibulo ſuo *p.* 129 ſicut & illius indicium fecerat *Jo. Henr. Ottius* in Epiſt. ad *Jo. Lightfootum*, quæ in hujus Operibus poſthumis exſtat *p.* 174. b.

[*a*] Orat. Inaugur. de utilit. peregrin. Anglic p. 30. apud *Jo. Frid Pyrethrum* de Anglorum in erudit. Otium. meritis in Miſcell. Lipſ. A 1722 Tom XI. p. 167.

[*b*] Hæc Cl. *Wolfius* ſcribebat A. 1715.

AVENDAñO (*Alphonſus* de) Ord. FF. Prædic. natione Hiſpanus, patriâ Legionenſis, & profeſſione Beneventanus (*a*) in regno Legionenſi, Prædicator generalis & S. Theologiæ Præſentatus, claruit Sec. XVI Vitam in Concionibus ad populum habendis inſumſit, præſertim Salmanticæ, ubi integro ſeptennio Eccleſiaſten egit Præerat anno 1587 Arriacæ vulgo *Guadalajara* Conventûs Ordinis Prior. Obiit autem Pinciæ anno 1596 die 11 Octob Sic teſtatur *Fernandez* æqualis. Ejus etiam meminerunt *Gozzæus*, *Poſſevinus* in Appar. *Altamura* ad 1596. *Script. Ord Præd.* ad eund. *p.* 317.

SCRIPTA:

1. *Comment in Pſalmum CXVIII.* Salmant. 1584. & Venetiis, 1587. in 8. editio elegantiſſima Opus in Tractatus XXII diviſum, & pio lectori dicatum, ubi & auctor refert ſe annis ſeptem illud vernaculo idiomate Salmanticæ pro Concione pronunciaſſe.

2. *Comment. in Evangelium D. Matthæi. In hoc opere & ſenſum literalem explicatum, & plures Conciones ad populum habitas luculentiſſimè ſcriptas reperies.* Sic in fronte operis, *Matriti* Tomis II. 1593. & 1597. & *Salmant.* * *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp.

[*a*] Patriâ Beneventanum in Regno Neapolitano credidit *Toppius* in Bibl. Napol. p. 9

AVENDAñO (*Chriſtophorus* de) natione Hiſpanus, Pincianus, (de *Valladolid*) Ordinis Carmelitarum Provinciæ Caſtellæ Veteris, Medinæ-Campi ad eum admiſſus, cujus Pincianam, & Medinenſem domos Præfectus rexit, inter Evangelici verbi declamatores apud PHILIPPUM Regem IV. ingenio, eloquentiâ, eruditione, pietateque eximius, claruit Sec. XVII. Pinciæ obiit (non Matriti, ut apud *Morer.* in Diction. dicitur) anno (ut *Emmanuel Romanus* ſcribit in *Elucidationibus ſuis hujus Ordinis*) 1628 die 8. Februarii. *Ferdinandus* tamen *Salazarius* Jeſuita *Hieronymi* Florentiæ Sodalis nominis, de *Avendano* noſtro conqueritur, plagii eum inſimulans, neſcio quo jure, ad Cap. VIII *Proverbiorum* num. 307. Hæc *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſpan.

SCRIPTA:

1. *Sermones de Adviento con ſus feſtividades, y Santos.* Matriti, 1603. *Oliſſipone*, 1610 *Valentia* 1623. iterumque *Matriti* 1627. 4. qui & in Gallicum ſermonem converſi prodierunt *Pariſiis* 1628. 8. interprete *Jacobo Du Boſc* Franciſcano; & in Italicum *Venetiis* 1629.

2. *Sermones de Quareſma*, duobus Tomis. *Matriti*, 1622. & 1623. *Barcinone* 1630. 4. Gallicè item *Pariſiis*, 1638. 8.

3. *Marial: Sermones en las feſtividades de Nueſtra Señora.* Barcinone, & Pinciæ 1629 4 Italicè quoque operâ *Bartholomæi de Bella* Dominicani, 1623. Venetiis. *Latinè* Coloniæ 1660. in 4. hoc tit. *Sertum Marianum contextum ex ſoliis, nempe Virtutibus S. Deiparæ, h. e. Sermones Morales de Roſario B. Virginis Mariæ, quomodo ad ejus imitationem coronare nos debeamus. Opus denuò correctum & auctum duplici indice Concionatorio fuſiſſimo.*

4. *Santoral*, duobus tomis. *Prior* lucem vidit *Ma-*

triti 1626. alter *Pincia*, 1629. 4. Uterque *Barcinone* eod anno. Unum ex iis communicare Italia ſuis non dedignatus eſt diſertus, ac doctus vir *Joannes Franciſcus Loredanus*; ex cujus interpretatione *Venetiis* prodiit anno 1635. Gallicè quoque tranſlatum fuiſſe liquet ex titulo editionis Latinæ quam vidi, *Colon. Agripp.* typis Joannis Buſæi 1660. in 4. *Aurea Corona Sanctuarii, ſive Sermones verè aurei verborum ac ſententiarum auro, conceptuumque unionibus ac moralitatum gemmis locupletiſſimi, in præcipuis Sanctorum totius anni feſtivitatibus in Regali Curia Matritenſi habiti ab eloquentiſſimo ac ſapientiſſimo Hiſpanorum Chryſologo* R. P. M. Chriſtoph. Avendagno *Ord. Fratrum G. V. M. de Monte Carmelo, SS. Theol. Doctore, Catholico Hiſpaniarum Regi à Sacris Concionibus, Italicum & Gallicum in idioma jam pridem tranſlati, nunc demum Latinitate donati & Notis marginalibus & Indice quintuplici illuſtrati*: ſtudio & operâ R. P. F. *Georgii à Regina Angelorum* Viandenſis ejuſd. Ord. in Provincia Allemanniæ inferioris Definitoris ac in ſtudio Generali Colon. S. Theol. Profeſſoris Ordinarii. Acceſſerunt ad calcem *Conciones quatuor* ejuſd. Interpretis *de Feſto Commemorationis ſolemnis B. V. M. de Monte Carmelo ſive Sacri Scapularis.*

5. *De varias feſtividades*, Volumen alterum ſeorſim.

6. *Litaniam Æterni Patris Luminum*, confecit ex variis Sacrorum Bibliorum locis; cui peculiare feſtum à Sede Apoſtolica deſtinatum ardenter cupiebat, officiiſque ſollicitabat, cùm in diem ultimum incidit.

Inedita remanſerunt hæc alia duo:

7. *Sermones funebres.*

8. *Cargos, y deſcargos de Judas*: cujus libri jam typis initiati meminit Aothor in prologo alterius voluminis *Sermonum de Sanctis.*

AVENDAñO (*Petrus* da) Hiſpanus, Medinæ-Campi natus, ibique ad S. Facundum primus, ſeu major, uti vocant, Beneficiatus, Commiſſariuſque S. Cruciatæ; vir, ut fama eſt, amœnâ eruditione ſacrâque excultus, reliquit moriens, quod poſthumum prodiit opus vulgari ſermone,.

Sermones para las Feſtividades de Chriſto Señor Nueſtro. Matriti 1634 in 4. * *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp.

AVENDAñO (*Sebaſtianus* de) Hiſpanus, Matritenſis, Ord. FF. Minorum Provinciæ Caſtellæ, ſummo Ordinis Præfecto à ſecretis fuit negotiorum Ultramontanæ, uti vocant, familiæ, typiſque, dum *Romæ* eſſet, edidit apud Franc. Cavalium A. 1651. fol. *Speculum ſpirituale de humanæ vitæ miſeriis, de miris mortis effectibus, & diffuſè de excellentiis Purgatorii.* * Ex Bibl. Hiſp. *Nic. Antonii.*

AVENDAñO (*Didacus* de) Hiſpanus, Segovienſis, Presbyter Societatis Jeſu, io Peruano Regno Americæ ad meridiem poſitæ Sacræ Theologiæ diù Profeſſor io Collegio Limenſi, cui quidem, atque integræ Provinciæ præfuit (*a*). Societatem ingreſſus eſt A. 1612. (*b*). Obiit poſt annum 1675 (*c*).

SCRIPTA:

1. *Epithalamium Chriſti & Sacræ ſponſæ, ſeu Explanatio Pſalmi XLIV.* Lugduni, 1653. fol. alii 1643.

2. *De Trinitate* opus, *Matriti* in Collegio Imperiali ſubjiciebatur prælo cùm *Petrus Alva*, Franciſcanus, *Militiam Conceptionis* in Belgio edidit, ſcil. A. 1663.

3 *Amphitheatrum Miſericordiæ, in Pſal. LXXVIII.* Lugduni, 1666. in fol.

4. *Teſoro Indico* (d), *o General Inſtruidor para el gobierno de la conciencia en materias tocantes a las Indias*, pluribus Tomis, qui Latinè prodierunt *Antverpiæ* annis 1668. 1675 & 1686. fol.

5. *Recognitiones Theologicæ*: cum eodem opere extant.

6. *Problemata Theologica*, duobus Tomis. *Antverp.* apud Gymnicum 1668. fol. Opus *Alexandro* Papæ *VII* dicatum A. 1655. *Tom. I.* de Deo uno, præcipuas difficultates, circa illius Exiſtentiam, Conſtitutionem, Attributa, Viſionem, Scientiam, Voluntatem ac Prædeſtinationem complectens, cum dilucidâ, nec tritâ, explicatione: & Proluſione Apologeticâ pro Virginis Deiparæ immaculatâ Conceptione. *Tom. II* de divinâ Trinitate: cum ſplendido & votivo Præludio *Amphitheatri Miſericordiæ*, Corollario ad immaculatum Virginis Deiparæ ſpectante conceptum: in quo non peccaſſe in Adamo, nec debito originæ ſubjacuiſſe maculæ, multipliciter demonſtratur.

AVENE (*Joannes*) Rubeaquenſis (*a*), Germanus, Lutheranus, vixit Se . XVI. Edidit ſeu è Gallicâ linguâ vertit librum cujuſdam Anonymi *de repugnantiâ doctrinæ Chriſti ac Romani Pontificis* inſcriptum; in quo demonſtratur per antitheſin, Pontificum doctrinam & vitam, non tantùm SS. Chriſti Evangelio non conſentaneam, ſed extra Dei verbum ab hominibus traditam, atque convinctam eſſe. Proſtat anno 1546. Hæc *Lud. Jacob* in Bibl. Pontif. *p.* 464.

Huic libro non abſimilem vidi hoc tit.

Antitheſis Chriſti & Antichriſti, videlicet Papæ, id eſt, *Exemplorum, factorum, vitæ, & doctrinæ utriuſque, ex adverſo collata comparatio: verſibus & figuris venuſtiſſimis illuſtrata.* Prodiit *Genevæ* apud Euſt. Vignon, an. 1578. in 8. Editio *tertia aucta & recognita.* Autor *Simon Roſarius* nomen ſuum prodit in Epiſt. Dedic. quæ inſcribitur *Illuſtr. Viris Senatorii Ordinis* Joanni Steghel *Celeb. Urbis Bernæ* [Helvetiorum] *Cuſtodi*, & Hieron. Manueli *Lauſaanæ Præfecto.*

Ingenium, fateor, inquit, *tranſcendit copia rerum*
De Chriſto & Papâ commemoranda mihi.
Ecquis enim digno celebrabit carmine Chriſtum?
Non Maro, *non* Naſo, *nullus* Homerus *erit.*
Sic neque doctiloquis poterunt deſcribere vates
Carminibus Papæ facta nefanda ſui.

In hoc libro hæc ſubjecta reperiuntur: I. *p.* 8 *a de præſtantiſſimis Chriſti, & ſpurciſſimis Antichriſti moribus, Declaratio.* II. *p.* 97. Vita & geſta *Gregorii VII* antea *Hildebrandi*, deſcripta per *Benonem* Cardinalem, & Archipresbyterum Romanæ Eccleſiæ, qui eo tempore vixit (Sec. XI.) *Ubi narratur, cur fuerit depoſitus; & miranda referuntur de aliis Pontificibus Romanis, videl.* Benedicto IX. Gregorio VI. Sylveſtro XI. Joanne XX. Leone IX. Alexandro II (non *undecimo*) & aliis, *quæ nullus hiſtoricorum adhuc prodidit, neque* Platina, *neque quiſquam alius.* III. p. 126. *Joannæ Papiſſæ* Vita, *quæ ſcorti Babylonici viva effigies fuit.* IV. p. 129 Epiſtola de morte Papæ *Pauli III*, deque iis quæ ei poſt mortem ejus acciderunt, quam ſcripſit *P. Æſquillus* Magiſter Pontificum *M. Forio* Juris utriuſque perito, Romæ III Idus Novemb. 1548.

Varii de Antichriſto libri Anonymi.

Compendium de Vitâ Antichriſti. Pariſ. 1498.

De Antichriſto & Fine Mundi S. Scripturæ prognoſtica. Baſil. 1567. in 4.

Antitheſes falſi & veri Chriſti. Tranſylvanorum. Liber impreſſus *Albæ-Juliæ* 1568. in 4. cujus meminit *Dav. Czvittingerus* in Bibl. Script. de Rebus Hung. ad calcem *Hungar. Litter.* p. 41.

Diſputatio de novo & falſo Anti-Chriſto, qui in Eccleſiâ Catholicâ ortus eſt, & in vetere Romanâ Sedem habere dicitur, propoſita in Academiâ Moguntinâ 1584. in 4.

De

[*a*] Ex *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. [*b*] Hoc anno mortuum perperam ait *Le Long* in Bibl. Sac p. 619. edit. Pariſ. 1723. [*c*] Du Pin *Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ.* Tom. II. p. 2387. [d] *Theſaurus Indicus*, non *Indicum*, uti vocat *Ellies Du Pin* ſup. cit. *Treſor d'Indicos* &c.

[a] *Rubeacum* vulgò *Ruffach* urbs Manudati (du *Mundat*) in Alſatia.

De Anti-Chriſto Diſputatio, & Corollarium de duobus Teſtibus in Apocalypſi. Tiguri 1591. 4.

Anti-Chriſti Excidium. Londini 1664. 8.

Plures de Anti-Chriſto Scriptores vide apud *Lipen.* in Bibl. Theol.

AVENIONENSE Concilium I. (urbs eſt ad Rhodanum ſit. proprium Romanæ ſedis in Gallia Dominium) an. 1209. VIII Id. *Septembr.* ab *Hugone Raymundo* Epiſcopo Regenſi, (de *Riez*) & *Milone* Pontificis Notario, Papæ Legatis celebratum. Extant diſciplinæ Eccleſiaſticæ ad corrigendos hominum mores hoc tempore miſerè his præſertim partibus corruptos conditis *Capitula XXI.* Conc. Tom. XI. Part. I. p. 41. edit Pariſ. 1672. * *Cave* in Hiſt. Liter.

In 1° Canone injunctum Epiſcopis prædicare, & prædicari curare verbum Dei. Sunt Canones adverſus uſurarios, Arragonenſes, perjuros *&c.* Canon XVIII verſatur circa Veſtes & Tonſuram Eccleſiaſticam. Plura *Ellias Du Pin* in Bibl. Eccleſ. Sec. XIII.

Huic Concilio adfuerunt Viennenſis, Arelatenſis, Ebrodunenſis & Aquenſis Archiepiſcopi, Epiſcopi item XX, nec non & multi Abbates, & alii Eccleſiarum Rectores. Editum eſt ex Codice Monaſterii Anianæ *Spicilegii Dacheriani* Tom. I. p. 703-706. edit. A. 1723. fol.

AVENIONENSE Concilium II. ann. 1210. præſente *Milone* Legato, habitum. In quo cives Toloſani quæ de expulſione hæreticorum polliciti fuerant, adimplere recuſantes, excommunicati ſunt, Comite etiam Toloſano anathemate perculſo, teſte *Petro de Valle Sarnenſi*, Conc. *Tom. XI. Part. I.* p. 53. * *Cave* ubi ſup.

AVENIONENSE Concilium III. ann. 1270. à *Bertrando de Malferrat* Archiepiſcopo habitum. Extant de diſciplinâ, nempè *de alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum revocandis; de pecuniâ legatâ ad arbitrium Executorum in cauſas pias dividendâ; de Clerico, qui Epiſcopum, Præpoſitum &c graviter laſerit*, &c. Capitula VIII. *Conc.* Tom. XI. Part. I. p. 910.* *Cave & Du Pin* ubi ſup.

AVENIONENSE Concilium IV. an. 1179. XVI Cal. *Jun.* à *Bertrando de S. Martino* Archiepiſcopo Arelatenſi & Suffraganeis ſuis congregatum. Extant de Eccleſiaſticâ diſciplinâ *Capitula XV*, quibus alia ejuſdem Synodi ſtatuta ſubjiciuntur *Conc.* Tom. XI. Part. I. p. 1050.

AVENIONENSE Concilium V. an. circiter 1282 ab eodem *Bertrando* & ejuſdem provinciæ Epiſcopis congregatum. Extant de diſciplinâ Eccleſiaſticâ Capitulâ XI. *contra Uſurarios; de precibus pro Eccleſiâ faciendis; de bonis Eccleſiaſticis non alienandis, de procuratoribus*, &c. *Conc.* Tom. XI. Part. I. p. 1174. * *Cave & Du Pin* ubi ſup.

. AVENIONENSE Concilium VI. à trium Provinciarum Arelatenſis, Aquenſis, & Ebrodunenſis Præſulibus, Præſidentibus tribus dictarum ſedium Metropolitanis, adſiſtentibus Epiſcopis ſuffraganeis XI. & abſentium vices gerentibus VIII. in Monaſterio de S. Rufo prope Avenionem, die 18 menſis *Junii* anno 1326. coactum, in quo plurima in morum & diſciplinæ reformationem, Clericorum privilegia, ac immunitates, nonnulla etiam circa *indulgentias*, & *res matrimoniales*, & *teſtamentarias* ſtatuuntur. Extant hujus Synodi *Canones LIX.* quos Celeber. Philoſophus *Petr. Gaſſendus* publici juris primus fecit, ac ad calcem *Hiſtoria Eccleſia Dinienſis* (a) Pariſ. 1654. in 4 edidit. Cum altero MS. codice collatos Collectioni ſuæ inſeruerunt Pariſienſes Conciliorum Editores *Tom. XI. Part. II. col.* 1717. & notam minimè prætereundam adjecerunt, *ibid. Append.* p. 2476. Ad hunc locum *Joannes* Papa *XXII.* Concilium, vel eodem anno, vel ad initium ſequentis, contra *Nicolaum V.* Antipapam qui cum in Conciliabulo quodam Italico Hæreticum declaraverat, convocavit: Vide *Conc.* Tom. XI. Part. II. col. 1774. * *ob. Gerius* in Append. ad Hiſt. Liter. *Gul. Cave.* Vid & *Du Pin* Sec. XIV.

(a) *Digne* urbs Epiſcopalis non longè à Regio (*Riez*) in Provincia.

AVENIONENSE Concilium VII. à trium Provinciarum, Arelatenſis, Ebrodunenſis & Aquenſis Præſulibus, ipſis Præſidentibus, adſiſtentibus Epiſcopis ſuffraganeis XVII, & abſentium Vicariis II. in Monaſterio S. Rufi die 3 *Septemb.* ann. 1337. congregatum. In quo de Eccleſiæ regimine & morum reformatione conſultum eſt. Extant *Canones LXIX.* (quorum *LI.* in priori Concilio anno 1326. ordinati renovantur, reliqui *XVIII* jam primum ordinantur) *Conc.* Tom. XI. Part. II. col. 1851. integrius paulò apud Celeb. *Steph. Baluzium* (additis *IV* aliis capitulis) cum ejuſdem notis, *Conc. Gall. Narb.* p. 341. * *Rob. Gerius* & *Du Pin* ubi ſup.

De Concilio ab *Hugone* Abbate Cluniacenſi Avenione A. 1060 celebrato, dicemus ubi de Papâ NICOLAO II. Aliud habuit A. 1080 *Hugo* Dienſis Epiſcopus, (de *Die*) in Delphinatu, poſtea Lugdunenſis Archiepiſcopus, Papæ *Gregorii VII* in Gallias Legatus. In eo Concilio (cujus Acta non extant) *S. Hugo* Gratianopolitanus Epiſcopus creatus eſt. De utroque *Hugone* vid. *Morer.* Diction. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Sec. XI.*

Anno 1457. die 13 Martii *Petrus* Albanenſis Epiſcopus, S. R. E. Cardinalis *de Foxo* (a) & *Alanus* tit. S. Praxedis (b) *Cardinalis Avenione ſic* vulgò nuncupatus, Apoſtolicæ Sedis Legati, Concilium celebrarunt, cui cum *Roberto Damiani* Archiepiſcopo Aquenſi adfuerunt Epiſcopi duodecim. In eo confirmata & renovata ſunt ſtatuta in prioribus facta. Hæc in lucem edidit ex MS Eccleſiæ Avenionenſis Celeb. *Edm. Martene* Benedict. in Theſ. Anecd. *Tom. IV.* Pariſ. 1717. col. 379-385. Ibid. ad col. 397. extant Statuta Synodalia Provincialia publicata in Synodo 27 Oct. A 1509. per *Antonium Flores Dei*, Avenionenſem Archiepiſcopum.

Aliud Concilium Provinciale congregavit A. 1594 Cardinalis *Franciſcus Maria Tarugi* tum Avenionenſis, poſtea Senenſis Archiepiſcopus in Etruria. Hujus Acta Romæ A. 1597 apud Aloyſium Zanettum lucem viderunt. Synodales item Conſtitutiones publicavit A. 1613 *Stephanus Dulci* (c). quas refert *Franciſcus Noguier* in Hiſt. Chronol. Eccleſiæ, Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Avenionenſium *Gallicè* Avenione A. 1659. in 4 editâ. Vid. plures de Metropoli Avenionenſi Scriptores apud *Jac. Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 154.

(a) *Pierre de Foix* Franciſcanus, Arelatenſis Archiepiſcopus, vir variis dignitatibus illuſtris, ille eſt qui Collegium Fuxenſe Toloſæ fundavit. Obiit Avenione 13 Dec. 1464 ætat. 78 Cardinalatûs 55 Vid. *Morer* Diction. (b) *Alain de Coetivy* Cardinalis, Epiſcopus Dolenſis (de *Dol* in Britannia minore) poſtea Coroſopitenſis (de *Cornouaille* aliàs *Quimper-corantin* in eâdem Provinciâ) ac tandem Avenionenſis, Papæ *Calixti III.* in Gallias Legatus *&c.* obiit Romæ 22 Jul. 1474 ætat. 62. Cardinalatûs 26. Vid. *Morer.* verb. *Coetivy.* (c) Ex *Morer.* Diction. verb. *Avignon.*

d'AVENPORT aliis DAVENPORT (*Chriſtophorus*) natione Anglus, (non Belga, ut credidit *Ellias Du Pin*) Franciſcanus Ordinis Recollectorum, *Franciſcus de S. Clarâ* in Religione dictus, claruit Sec. XVII. Honeſtis parentibus natus eſt *Coventria* in Comitatu *Warvicenſi* circa A. 1598. In patriâ primis literarum elementis inſtructus, *Oxonium* ineunte anno 1613 miſſus eſt, atque ibi Collegium *Mertonenſe* ingreſſus, in quo per biennium, verſatus eſt. Anno 1615 Presbyteri quidam Catholici, eum ut ad *Duacenſes* iter faceret impulerunt. *Duaci* aliquandiu commoratus apud *Yprenſes* tranſiit, ubi Ordinem amplexus eſt d. 7 Oct. 1617. *Duacum* poſtea reverſus, ali-

quandiu docuit ; *Hiſpaniam* inde petiit, ubi Theologiæ operam dedit. Ad Duacenſes iterum regreſſus, Philoſophiam primò, ac dein Theologiam profeſſus eſt.

Poſthac Miſſionarios in Angliam miſſus ſub nomina *Franciſci de S. Clarâ*, Pontificiorum pariter ac Protaſtantium, tum ingenio ea doctrinâ, tum egregiis dotibus ſuis, exiſtimationam ſibi peperit. In hac ragione per 50 & amplius annos commoratus, fidei Catholicæ propagationi ſedulam ac prudentam cùm voce, tum ſcriptis, navavit operam ; interdiu tamen egredi coactus, axeunte regno CAROLI I, ac gubernanta *Oliverio Cromwello*, HENRICÆ MARIÆ Regis *Caroli I* Uxoris Capellanus cùm factus fuiſſet, hujus muneris functiones, quandiu potuit, implevit ; reliquo tampora variis in locis dalituit. CAROLO II A. 1660 in ſceptra repoſito, in publicum ſe conſpectum prodidit *Avenportus*, cumque CATHARINAM *Portugalliæ* uxorem duxit A. 1662 Rex Angliæ, ejus Theologus, atqua inter primos Capellanos electus fuit. Ad varias etiam Ordinis ſui dignitates fuit promotus, præcipuèqua ad munus Commiſſarii Provincialis, quod ſæpius iteratis vicibus axercuit. Tandam ruri dacsſſit non procul ab urbe Londinenſi d. 31 Maji 1680. ætat. anno 82.

Vir fuit in Theologiâ, Patribus, Conciliis, Hiſtoriâ Ecclaſiaſticâ ſimul ac Profanâ, atque etiam in Philoſophiâ verſatiſſimus ; ingenii acumen ac præſtantia, mens ab omni fuco aliena, nobiliorum virorum amicitiam ſimul ac exiſtimationam ipſi conciliarunt. Hoc *Avenportum* elogio ornat *Woodus* inf. cit.

SCRIPTA :

1. *Tractatus adverſus Aſtrologiam Judiciariam.* Duaci 1616. in 8.

2. *Paraphraſtica Expoſitio Confeſſionis Anglicæ.* Liber iſte primum ſeorſim impreſſus, ſequenti poſtea fuit adjunctus. *Alphonſus de Cardenas* qui tum Regis Hiſpaniæ ad *Carolum I* Legati munere fungebatur, cùm Autorem librum ſuum Angliæ Regi nuncupaſſe audiit, qui eundem admodum benigne acceperat, Inquiſitionis Hiſpanicæ cenſuram in huna librum invexit, ubi in *Indicem* relatus fuit. Idem Romæ fieri tentavit, ſed fruſtra : liber enim experto tantamina, ſalvus & incolumis exiit.

3. *Deus, Natura, Gratia : ſive Tractatus de Prædeſtinatione, de Meritis, & peccatorum remiſſione, ſeu de Juſtificatione, & denique de Sanctorum Invocatione, Reliquiarum & Imaginum veneratione, de Indulgentiis, & Purgatorio, & ſub finem, de Excommunicatione. Ubi ad trutinam Fidei Catholicæ examinatur Confeſſio Anglicana, & ad ſingula puncta, quid teneat, qualiter differat, excutitur ; doctrina etiam Doctoris ſubtilis*, D. Auguſtini *ſequacis acutiſſimi, olim Oxoniæ & Cantabrigiæ, & ſolemniter approbata, & honorificè prælecta, exponitur & propugnatur.* Acceſſit *Paraphraſtica Expoſitio reliquorum Articulorum Confeſſionis Anglicæ.* Lugduni, val potius, ni fallor, Leodii 1635 in 8. *Tertia Editio multò auctior, pluribus materiis Theologicis illuſtrior, & in articulorum diſcuſſione clarior, & fuſior.* Præmittitur *Epiſtolium Apologeticum lectori Catholico, in quo ratio totius operis exhibetur.* Opus CAROLO I Magnæ Britanniæ Regi nuncupatum, plurimis Doctorum Cenſuris & Judiciis Londini A. 1633 & 1634 datis approbatum. Editio I^a eſt *Lugd. Bat.* 1634 II^a *Pariſ.* 1635. in 4.

4. *Apologia Epiſcoporum, ſeu Sacri Magiſtratûs Propugnatio.* Colon. Agrip. 1640. 8.

5. *Syſtema Fidei, ſeu Tractatus de Concilio Univerſali : ubi Quidditas & Poteſtas Concilii enucleantur ; Divina authoritas Scripturarum & Traditionum declaratur ; Fidei ſtructura delineatur ; diſtinctio fundamentalium & non fundamentalium in rebus ad Fidem ſpectantibus diſcutitur ; Sacrum Tridentinum vindicatur.* Leodii 1648. in 4. Hoc opus præſtantiſſimum vocat *Elias Du Pin* (a) titulum licèt ſatis diverſum referat, forte minus accuratum.

Omnia hujus Autoris Scripta ſolida eſſe ait, & locis tum vaterum Patrum, tum Theologorum referta, ac ratiocinationibus in Hiſtoriâ & praxi Eccleſiaſticâ firmatis ſtabilita. Modarationem ejus & in tractandis rebus controverſis ſobrietatam, ſimul & ſtyli perſpicuitatam laudat, nimiam tamen ipſius aliquando brevitatem redarguens.

6. *Problemata Scholaſtica, & controverſialia ſpeculativa. Corollarium Dialogi de medio animarum ſtatu. Paralipomena Philoſophica de Mundo Peripatetico.* Duaci 1652. in 8.º Hos Tractatus evulgavit *Avenportus* ſub nomine *Franciſci Coventrienſis*, quod aliquoties uſurpavit.

7. *Opuſculum de definibilitate controverſiæ immaculatæ Conceptionis Dei genitricis. Tractatus de ſchiſmate, præſertim Anglicano. Fragmenta, ſeu Hiſtoria minor Provinciæ Angliæ Fratrum Minorum. Manuale Miſſionariorum Regularium, præcipuè Anglorum S. Franciſci.* Duaci 1658. & 1661. in 4.

8. *Liber Dialogorum, ſeu Summa veteris Theologiæ, Dialogiſmis tradita.* Duaci 166 . in 8.

Hucuſqua enumerata, exceptis n. 3 & 5 ſimul prodierunt *Duaci* 1665. in fol. II vol.

9. *Compendium Fidei, in Dialogo de Religione Chriſtianâ comprehenſum*, ſub nomine *Franciſci Coventrienſis* impreſſum A. 1655 in 8. Angl.

10. *Explicatio doctrinæ Catholicæ Romanæ.* 1656. & 1670. in 8. Angl.

11. *Eccleſia Romana defenſa adverſus illos qui eam ſanguinariæ conſpirationi, à Pontifice & Cardinalibus conceptæ, faviſſe accuſant.* Angl. 1659. in 4. unico folio.

12. *Religio Philoſophiæ Peripateticæ diſcutienda ; in quâ offertur Epitome proceſſûs hiſtoriæ celeberrimi Miraculi, à Chriſto nuperrime patrati, in reſtitutione tibiæ abſciſſæ & ſepultæ, ab Ariſtotele in ſuis principiis examinati.* Duaci, 1662. in 8.

13. *Diſputatio de antiquâ Provinciæ præcedentiâ.* 1670. in 4. Item Duaci, 1671. fol.

14. *Supplementum Hiſtoriæ Provinciæ Angliæ, in quo eſt Chronoſticon, continens catalogum & præcipua geſta Provincialium Fr. Min. Provinciæ Angliæ.* Duaci, 1671. fol.

Hæc *Woodius* in Athen. Oxon. *Tom. II. p.* 650. apud *Niceronium* inf. cit. (b).

(a) Bibl. Eccleſ. *Tom. XVII p.* 181. in 4. ubi de iſto opere plura. Conf. *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 2103. (b) *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. XXIII. Pariſ. 1733.

AVER (*Lambertus*) Jeſuita, nationa Germanus, patria Papembergenſis ax Comitatu Tirolenſi, vixit Sec. XVI. Adoleſcens ſe Societati conſecravit A. 1556 (a), & Philoſophiam ac Theologiam in Collegio Romano didicit, & unus cum *Benedicto Pererio* Hiſpano delectus eſt, qui de Theologicis rebus Poſitiones, in primâ Generali Congregationa A. 1558 publicè tueretor. Primus fuit Collegii Moguntini, A. 1561 inſtituti, Rector, DANIELI Archiepiſcopo atque Electori Fundatori gratiſſimus: Et propter eximias ejus dotes *Commendonus* (b) Pontificius per Septentrionis oras Legatus eum unà ſecum circumduxit, adjutora illo ad ragandos familiæ mores, & in rebus Raligionis controverſis diſceptatore utens. Diſputavit in eâ peregrinationa non rarò *Lambertus* noſter cum adverſariis, ſed apud Marchionem Brandeburgenſem inſigniter. Is viciniâ ex Academiâ Theologos, quos cum *Lamberto* committeret, evocavit. Super menſam ferè diſputabatur. *Sed eos libris ſuccinctos ex improviſa enormiſque deprehenſus ita redarguebat*, teſte *Alegambia*

[a] Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. I p. 1697. ubi malè *Bambergenſem* vocat. [b] *Joannes Franciſcus Commendon* Cardinalis creatus A. 1565. variis amplisque muneribus functus eſt ſub Pontificatu *Julii III* & ſucceſſorum. De eo vid. *Morer. Diction.*

legambio (c), *ut identidem muti*, *& tanquam ſtupefacti*, *ſe invicem aſpectarent. Nimirum vibrabat ille gravia firmarum rationum tela inevitabili ictu; ut vel Marchio ipſe apud Legatum in diſceſſu profiteretur, relinqui ſe multis confixum aculeis, quos Jeſuita injeciſſet.* Sed dum nomine Præpoſiti Provincialis Provinciæ Rheni ad Congregationem Generalem proficiſcitur, in quâ B. *Franciſco Borgiæ* ſubrogatus eſt anno 1573 *Everardus Mercurianus*, vix ſinita electione extinctus eſt *Lambertus*. SCRIPSIT eruditas *Aſſertiones Theologicas de Verbo Dei*, *& de Sanctis*, Romæ 1573 editas (*d*).

[c] *Bibl. Script. S. J.* p. 294. [d] *Du Pin* ubi ſup. & *Miræus* de Script. Sec. XVI. p. m. 194.

AVERARIA ſive AVERARIUS (*Antonius*) Carmelita, vir eruditus, Mantuanæ Congregationis Vicarius Generalis electus anno 1511 (*a*) edidit *Sermones L. de Virtutibus Theologicis*, Mediol. apud Gotard. Pontium A. 1509 (*b*).

[a] *Joan. Bapt. Lezana* in Annal. Ord. ad hunc annum n. 6. ex *Speculo Carmel.* Tom. II. pag. 1067. [b] *Poſſevin.* in Appar. Sac. *p. m.* 92.

AVERBACHIUS (*David*) natione Germanus, Superintendens Bornenſis (*a*), S. Theol. Doctor, Lutheranus, claruit Sec. XVII. Natus eſt Limenæ prope Ilcburgum A. 1599. d. 2. Sept. patre *Salomone Averbachio* Paſtore Limenenſi, poſt Schoenbergenſi; ortus ſtil. Noſter è ſtemmate *Averbachiano*, Lipſiæ valdè celebrato. Adoleſcens traditus eſt in diſciplinam *D. Henrico Koslingio* Dehlienſium Rectori, ac poſtea A. 1612. ætat. 13 *M. Johanni Friderici* Rectori Scholæ Lipſienſis Nicolaitanæ, & Græcæ Linguæ Profeſſori Publico. Anno ætat. 17 Lipſienſem Academiam ſalutare cœpit, ubi curſum Philoſophicum feliciter abſolvit, ac brevi Baccalaureus, mox Philoſophiæ Magiſter cum laude renunciatus eſt. Filiis ſuis eum ſtudiorum Directorem præfecit Vir illuſtris D. *Alexander à Miltiz*, in Schenckenberg, Berndorff & Oberau *&c.* Dein Wittebergæ, ubi & D. *Euſtachius Loeſer*, Hæreditarius in Saltz, filios duos ejus curæ commiſit per anni ſpatium commoratus eſt *Averbachius*. Dehinc Lipſiam repetiit, ſtudiiſque Theologicis ibi apprimè delectatus, audiit Celeb. Theologos *Henr. Hoepfnerum* & *Chriſt. Langium*, quorum præſidio identidem diſputando, plurimorum admirationem ſibi conciliavit. A. 1624. d. 4 Dec. Theologiæ Baccalaureatum aſſecutus eſt. A. 1639 à Seren. Saxoniæ Electore Profeſſio Theologica Extraordinaria ei fuit commiſſa, quam per anni ſpatium ſummâ diligentiâ ornavit, prælegendo imprimis Auditoribus ſuis Epiſtolam D. Jacobi, ac deinceps quando ad *Superintendentem* Bornenſem abiit, *L. Jeremia Webero*, ex mandato Sereniſſimi, munus reliquit: Theologiæ Licentiatus hoc ipſo anno 1639 renunciatus eſt, ſequente verò, titulo Doctoris & Superintendentis auctus eſt. Uxorem duxit *Pauli Hornigii*, J. U. Doctoris, & Practici Lipſienſis, filiam, ex quâ præter filias duas, ſuſcepit filium *Godofredum*, natum A. 1643. d. 3 Dec. poſtea Senatorem & Mercatorem Lipſienſem, mortuum A. 1691. d. 26 Sept. Ephoria Bornenſi functus eſt Noſter per ſexennium maximâ dexteritate; verùm anno 1647 vitæ curſum abſolvit d. 14 April. Concionem Funebrem in ejus Exequiis recitavit M. *Jac. Loſſius* Archi-Diaconus Bornenſis ad Dan. XII. 2. 3. Orationem Parentalem addidit *Joannes Otto*, Paſtor Mulbizenſis, è II. Reg. II. 12.

SCRIPTA:

Diſſertationes Theologicas ſequentes habuit:

1. *De Religione non cogendâ* ſub præſidio D. *Henr. Hoepffneri.*
2. *De Traditionibus non ſcriptis Pontificiorum*, ſub præſidio D. *Chriſt. Langii.*
3. *De Votis Chriſtianorum*, *oppoſitam Votis Monachorum*, ſub ejuſd. præſidio, pro Gradu Baccalaur.
4. De dicto *Habacuc II.* 3 pro Licentia.
5. Refutatio Tractatûs Calviniani, quem M. *Henr. Innichenhofer* Ex-Lutheranus, *de Januis clauſis* ex Joh. XX. ediderat, juſſu Facult. Theol. Lipſienſis A. 1637 publicata.
6. An Scriptum Elenchticum, Theologiæ Chriſtianæ *Marci Frid. Wendelini*, Rectoris & Profeſſoris Anhaltini, oppoſitum, de quo cum Auditoribus ſuis Noſter *Averbachius* Lipſiæ egit, lucem publicam adſpexerit, me quidem latet (*b*).

Extant ejuſd. *Averbachii* inter MSta Theologica Bibl. Cl. Viri *Zach. Conradi ab Uffenbach* Trajecti ad Rhenum, Volumine 27. in 4 (*c*).

7. *Diſpoſitiones practicæ ſecundum locos Theologicos* p. 1-305. item
8. *Explicatio Epiſtolæ D. Jacobi.*

[a] *Born* oppidum ſuperioris Saxoniæ, Lipſiam inter & Altenburgum.

[b] Hæc *Joh. Gottlieb. Lucius* in Biographia Ephor. Bornenſium *Lipſiæ* A. 1712 impreſſa p. 65. [c] Vid. ejus Catalogum *Halæ* Saxonum A. 1720 fol. impreſſum, *Part. V. p.* 330.

AVEROULT (*Antonius* d') ſive, ut alii ſcribunt, *Dauroultius*, natione Belga, patriâ Atrebatenſis (*d'Arras*) in Comitatu Arteſienſi, vel juxta alios Bovinienſis (*a*) in Comitatu Namurcenſi, grandis natu, ſacriſque jam initiatus decurſiſque ſtudiorum ſpatiis Societati Jeſuitarum aggregatus eſt. In eâ vixit annis 14. uſque ad diem 21 Sept. A. 1614. quo ſexagenarius Tornaci migravit è vita. Tempus omne ſuum quàm utiliſſimis tranſegit operis. Totos novem annos bis quot hebdomadis monachorum cœnobium adire fuit ſolitus excipiendis ipſorum confeſſionibus, & magnis incrementis diſciplinam monaſticam apud eos, pietatemque promovit. Sanctorum ſtatuas eâ regione quammultis locis, ut publicâ auctoritate, impenſiſque reſtituerentur, ſuadendo effecit. Dum Catechiſmi ſui tertium volumen prælo ſubjeceret, gravi membrorum ſopore occupatus, & imbecillitate memoriæ tantâ, ut repentè omnium oblivisceretur: quibus malis ſpatio trium hebdomadarum, paullulum diſcuſſis, ſenectâ morboque victus religiosè animam exhalavit.

SCRIPTA:

1. *Catechiſmus Hiſtoricus*, *ſeu*, *Flores exemplorum* ex Sanctis Patribus & Eccleſiaſticâ Hiſtoriâ, Tomis II Gallicè *Duaci* typis Bogardi 1603 & *Pariſiis* 1609. in 8 (*b*) quos Latinè in Compendium redactos edidit *Coloniæ* Joannes Kinckius An. 1614. *Antverpiæ* item prodierunt A. 1616. in 8. (*c*) rurſus *Coloniæ* 1617. in 4. Germ. *Venetiis* 1620. (*d*) & *Lugd.* 1626. (*e*). *Kinckius* poſtmodum idem opus ab *Antonio* noſtro auctum, Latineque digeſtum Tomis IV. edidit, primum quidem tomum anno 1624. reliquos tres 1629. Aliam vidi editionem Gallicam *Lugd.* apud Nic. Gay 1649. II vol. in 8. hoc tit. *Fleurs des Exemples*, *ou Catechiſme Hiſtorial*, *contenant pluſieurs beaux Miracles & excellens Diſcours*, *tirez*, *tant de l'Ecriture Sainte que des Saints Peres*, *& anciens Docteurs de l'Egliſe. Livre très utile à tous Curez*, *Predicateurs*, *& à tous vrais amateurs de la Doctrine Chretienne: reduit en forme & lieux communs*, *ſuivant les Chapitres & matieres du Concile de Trente.* Item Latinè *Coloniæ*, 1685, Weidenfels, in 4.

Collegit præterea varias Litanias & Preces, quas inſcripſit

2. *Pii gemitus Catholicorum*, quibus etiam adjunxit
3. *Remedia ſpiritualia contra peſtem.* Latinè & Gallicè (*f*).

[a] *Swertii* in Athen. Belg. *p.* 112. [b] *Catal. Bibl. Tell.* [illegible] *Bat.* Tom. II. p. [illegible] [c] [illegible] p. 215. b. [e] *ibid.* p. 668. b. [f] *Alegamb.* Bibl. Script. S. J. p. 35.

AVERSA (*Raphael*) natione Italus, Severopolitanus prope Salernum in regno Neapolitano, Ord. Cleric. Regul. Minorum, claruit Sec. XVII. Ordinis ſui Præpoſitus Generalis fuit per 18 annos, quo munere ſummâ cum laude perfunctus eſt; de ſuâ Religione optimè meritus, quippe illius, & Religioſæ humilitatis amore, Epiſcopatum Nucerienſem ab *Innocentio X*, & Neritonenſem ab *Alexandro VII* (qui eidem Eccleſiæ præfuerat) ipſi oblatum conſtanter recuſavit. Omnibus pietate, doctrinâ, & authoritate præſtantibus, ipſiſque Summis Pontificibus apprimè charus fuit, & in honore apud Urbis Vicarium Examinator; univerſalis Inquiſitionis Qualificator, Sacr. Rituum, & Indicis Congreg. Conſultor, Regulari obſervantiâ, zelo, prudentiâ, morum integritate atque doctrinâ ſuo ævo inſignis, & vix ulli ſecundus. Ad munus Præpoſiti Generalis quintò aſſumptus, ipſo Capitulo Generali adhuc durante, ad Cœlum vocatus eſt Romæ die 10 Junii A. 1657. ætat. 68. Hæc ex ejus Epitaphio quod in monumentum amoris & exiſtimationis, virtutes ac merita viri optimi longâ experientiâ edoctus, ei erexit Cardinalis *Joan. Baptiſta Pallottus* ſive *Pallotta*, Congreg. Cleric. Regul. Min. Protector. Fuit noſter *Raphael* Theologus ac Philoſophus eximius, uti ex ejus Operibus liquet, in quibus profunditatem, perſpicuitatem, brevitatem, acutum ingenium ac doctrinam non vulgarem laudat *Nic. Toppi* Bibl. Neapol. *p.* 266.

SCRIPTA:

1. *Logica, Inſtitutionibus prævüs Quæſtionibus contenta.* Romæ, apud Maſcardum, 1623. in 4.

2. *Philoſophia, Metaphyſicam Phyſicamque complectens, Quæſtionibus contexta, in duos Tomos diſtributa.* Ibid. 1625. 1627. in 4. & ab ipſo Auctore recognita *Bonon.* 1650. quam vidi.

3. *Sacra Theologia cum Doctore Angelico, in tres Partes diſtributa, Quæſtionibus contexta.* Prima IIdæ, in quâ de Deo ultimo fine, & media ad eum aſſequendum accurate diſſeritur. *Romæ*, 1631. 1635. in 4.

4. *Sacra Theologia Pars IIIa*, in quâ de Deo Incarnato, ejuſdemque Chriſti Domini *Myſteriis, & Sacramentis ab eo inſtitutis.* Genuæ, typis Fartoni, 1640. in 4.

5. *De Ordinis & Matrimonii Sacramentis Tractatus Theologici ac Morales.* Bononiæ, 1642. in 4.

6. *De Euchariſtia Sacramento & Sacrificio, de Pœnitentia Sacramento, & extremâ Unctione Tractatus Theologici ac Morales, ſpeculativam ſimul & practicam doctrinam accuratè ac dilucidè complectentes.* Bononiæ, 1642. in 4.

7. *De fide, ſpe & charitate Tractatus Theologici, ſpeculativam ſimul ac practicam doctrinam complectentes.* Venetiis, apud Bertanos, 1660. in 4.

Præter *Toppium* ſup. cit. vid. *Allatii* Apes Urb. p. 232. *Lipen.* Bibl. Theol. & Phil. *Miræum* de Script. Sec. XVII. p. m. 309.

l'AVEUGLE (*Joannes Junius*) vulgò dictus *Cæcus*, Oratorii Presbyter, natione Gallus, Concionator facundus, Sec. XVII quamplurimos SCRIPSIT Sermones, quorum ſæpè ſæpius iteratæ ſunt editiones.

1. *Sermons pour les Avents, Carêmes & Fêtes de l'année.* Rothom. 1667. 8. VIII vol. (a) *Leodii* & *Colonia* 1678. *Toloſæ* 1688. *Leodii* 1698. in 12. curante P. *Loriot* ejuſdem Congreg. qui elegantiori ordine illos diſpoſuit. Quæ ſequuntur editiones vidimus:

2. *Sermons ſur les Myſteres de Notre Seigneur*, par l'Aveugle, *mis en meilleur ordre par le Pere* Loriot *Prêtre de l'Oratoire.* Leodii apud Broncart 1712. in 8. II vol. *Quarta Editio reviſa & emendata.*

3. *Sermonum de Myſteriis B. Virginis* Volumen IV. *ibid.* eod. anno.

4. *Sermons ſur les plus importantes matieres de la Morale Chretienne; ou* l'Aveugle *mis en meilleur ordre; à l'uſage de ceux qui s'appliquent aux Miſſions, & de ceux qui travaillent dans les Paroiſſes*; ibid. 1713. in 8. IV. vol. *Tertia Editio* &c. Tom V. VI & VII. ibid. 1714. *Quarta Editio.*

(a) *Lipen.* Bibl. Theol. II. 622.

5. *Sermons des Fêtes des Saints.* Pariſ. apud *Edm. Couterot* & Leodii apud *Broncart* 1706. & 1714. in 8. II vol. *Tertia & Quarta Editio.*

6. *Sermons ſur les Epitres de tous les Dimanches de l'année.* Leodii 1714. II vol in 8.

7. Hos Sermones Latinitate donavit R. P. *Bruno Neuſſer*, SS. Theol. Lector Ord. FF. Minorum Recollect. hoc tit. *Deliciæ Paſtorum & Prædicatorum h. e. Sermones per omnes Dominicas & Feſta totius anni: in quibus principalia Myſteria veritatum Chriſtianarum, cunctis ſcitu, & ad Praxin neceſſariarum, ſingulari methodô, ac energiâ & conceptibus, ex S. Scripturâ, Conciliis & SS. Patribus exhibentur* &c. *Moguntiæ* 1682. in 4. ac prima 1668. (*b*) & *Francof.* 1673 (*c*).

8. *Mariale & Patriarchale, ſive Conciones ſelectiſſimæ pro omnibus feſtis B. Mariæ Virginis ac Patriarcharum ſeu Fundatorum & Fundatricum Ordinum Regularium.* Hoc opus MS. ſervabatur in Bibl. Cl. Viri *Zach. Conradi ab Uffenbach* Trajecti ad Mœnum, inter Codices Theol. *Vol.* 81. in 4. Vid. ejus Catal. *Halæ* impreſſum A. 1720. fol. *P. V. p.* 362.

(b) *Lipen.* cit. I. 641. (c) *ibid.* II. 761.

AVEZAN (*Joannes* de) SCRIPSIT

Lib. de Cenſuris Eccleſiaſticis cum Diſſertatione de Pontificiâ & Regiâ Poteſtate. Aurel. 1654. in 4. *Lipen.* Bibl. Theol. *I.* 267. b. & alibi.

AVEZZANUS (*Sebaſtianus*) Carmelita, natione Italus, Cæſenas, S. Theol. Profeſſor egregius, bis ſuæ Provinciæ Romandiolæ Prior Provincialis, morum & vitæ ſanctimoniâ clarus (*a*), obiit A. 1580. menſe Julio, ſepultus Arimini in Cœnobio Carmelitarum (*b*).

SCRIPTA:

1. *Diſcorſi Predicabili, con tre Prediche, della Incarnatione, della Natività e della Reſurrezione di N. Signore.* Venetiis, 1587. 8. (*c*).

2. Liber *de Sacramentis.*

3. *Digreſſiones prædicabiles varii argumenti.*

4. *Brevis inſtitutio ad Logicam Ariſtotelis.*

5. *Opuſculum de ratione ſtudiorum Theologiæ*, quod ab ipſo Autore ſibi oſtenſum fuiſſe aſſeruit *Nicol. Aurificus* ejuſd. Ord. ut *Petrus Lucius* teſtatur apud *Poſſevin.* inf. cit.

(a) *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1070. (b) *Poſſevin.* in Appar. Sac. *p.* m. 386. (c) *Lipen.* Bibl. Theol. II. 90.

AUFRERIUS (*Stephanus*) natione Gallus, Præſes Toloſanus, inter peritiſſimos Juriſconſultos claruit Sec. XVI.

SCRIPTA:

Repetitio ad Clementinam I de Officio Ordinarii, de Poteſtate Seculari ſuper Eccleſiaſticos, & de Poteſtate Eccleſiaſticâ ſuper Laicos. Lugd. 1512. 1533. in 4. *Colonia Agrip.* 1597. in 8. Iidem Tractatus extant inter Tractatus Juridicos Venet. 1584. *Tom. XI & XIII. Part. I.* ac recentius prodierunt *Leodii* 1702. in 8. hoc tit. *Repetitio Clericorum de Officio Ordinarii, in quâ agitur de Pontificis & Imperatoris poteſtate, & Clericorum correctione, cum Tractatu de Juriſdictione ſeculari ſuper perſonis & rebus Eccleſiaſticis, & vice verſâ de Juriſdictione Eccleſiæ ſuper Laicis.* Item *Tractatus de recuſationibus Judicum.*

Plura vide apud *Lipen.* in Bibl. Jurid. edit. Francof. 1720. curante Cl. Viro *Frid. Gottlieb. Struvio*, & *Le Long* Bibl. Hiſt. de la France.

AUGERII (*Amalricus*) natione Gallus, patriâ Biterrenſis (vulgo *Beziers*) in Occitania, ex Ordine S. Auguſtini Monachus, ut mox dicetur, claruit A. 1362.

SCRIPTA:

1. *Chronicon Pontificale*, ſeu potius *Vitas Romanorum Pontif.* ordine Alphabetico contexuit, idque opus *Urbano* Papæ *V.* nuncupavit. Præfationem ſic orditur: *Beatiſſimo in Chriſto Patri, & ſuo* (*Ejus* dicere voluit) *Vicario glorioſo, ac Domino noſtro precipuo*, Dn. URBANO, *Divinâ Dei Providentiâ Papa V. veſter devotus Capellanus* Amalricus Augerii de Beuvis, *Prior veſtri Monaſterii S. Mariæ de Aſpirano* (a), *Ord. S. Auguſtini, Elnenſis Diœceſis* &c. In eâdem Præfatione ait, ſe opus ſuum compilaſſe ex CCIX ſcriptoribus, qui Geſta Rom. Pontificum tradidiſſent, quod non intelligi vult *Cellin. Oudinus*, quaſi totidem Auctores Vitas Pontificum expreſsè ſcripſerint, ſed quòd de nonnullis Pontificibus aliquando & ex occaſione locuti ſint. Pontificum neminem poſt *Joannem XXII* in hoc opere memorat, nec ipſius *Joannis* ultra ſextum Pontificatûs annum res geſtas perſequitur. Iſte autem *Johannes XXII*, aliis *XXI*, (omiſſo *Joanne VIII* ſeu Papâ fœmina) Pontificatum adeptus eſt anno 1316, & vivere deſiit A. 1334. *Augerium* paſſim laudat Celeb. Annalium Continuator (*b*) ac præclaris ornat elogiis, *quo neminem fideliorem aut accuratiorem Chronographum eo tempore reperiri* aſſerit. Illud autem Chronicon hactenus ineditum eſt, ſed MS ejus Codicem, quo *Ger. Joan. Voſſius* uſus eſt (*c*), olim habuit vir egregie de Litteris meritus *Petrus Scriverius* Bajoarius in Bibl. ſua Ingolſt. quem edendum etiam promiſerat, ſi fata & Deus ſiniſſent. Alium vidit *Oudinus* in Regia Galliarum Bibl. eundem forte quem habuit doctus Benedictinus è Congreg. S. Mauri D. *Edm. Martene* (d). Aliud exemplar Cl. Vir *Godef. Guil. Leibnitius* habere ſe teſtatus eſt in Epiſt. ad ipſum *Oudinum* ſcriptâ. Partem verò dicti Chronici, *Vitas* nimirum *Clementis V* & *Joannis XII* è tenebris produxit, & notis uberrimis illuſtratam edidit Cl. *Steph. Baluzius* in Vitis Papar. Aven. *Tom. I. col.* 95. 115. Pariſ. 1693.

2. Scripſiſſe etiam *Augerium* noſtrum *Hiſtoriam belli contra Albigenſes* teſtatur *Chriſt. Sandius* in Notis & Animadv. ad *Voſſium* de Hiſt. Lat. *p.* 201.

[*a*] Apud *Morer.* verb. *Amalric.* p. 272. edit. Baſil. legitur *Apriano*, & *de Bevis*, pro *de Beuvis*: ſed ma e *Voſſius* vol. cit. conjicit legendum *de Lenvis* h. e. *Lamanenſis*; pro *Apriano* forte. inquit, *Arriano* vel *Apruniano*. [b] *Spondan.* ad A. 1310 num. IV. apud *Rob. Gerium* in Append. ad Hiſt. Litter. *Guil. Cave.* [*c*] Id ipſe ſtatuit *lib.* 3. de Hiſt. Lat. *cap.* 1 *p. m.* 531. [*d*] Id monet *Jac. Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ *num.* 7254.

AUGERIUS (*Edmundus*) Jeſuita, natione Gallus, patriâ Sſanenſis, non longe à Trecis in Campaniâ, vixit Sec. XVI. Humili loco natus eſt anno 1530. Primis litterarum rudimentis ab avunculo, finitimi pagi Parocho, imbutus, Lutetiam ad fratrem ſuum natu majorem, *Stephanum Augerium*, miſſus eſt à parentibus, ut ejus auctoritate opibuſque fretus commodiorem aliquam ibi vitæ conditionem nanciſceretur. Sed is Lugdunum fuerat evocatus, ut ibi Græcas ac Latinas publicè doceret litteras, quas Lutetiæ profeſſus præcipuâ ingenii & eruditionis laude fuerat. Lugdunum *Edmundus* proficiſcitur, & in fraterna ſcholâ tantos exiguo tempore progreſſus fecit, ut natum ad majora conjectans frater, illum minimè recuſantem Romam ablegaverit ad *Petrum Fabrum* (a), Societatis Jeſu Presbyterum, quo Pariſiis antea familiariter uſus erat. Ubi Romam pervenit *Edmundus*, incidit in P. *Pontium Cogordanum*, Romanæ Profeſſorum domûs Procuratorem, quem ipſum *Fabrum* eſſe credidit; hunc vero abhinc fermè triennio diem ſuum obiiſſe nunciavit *Pontius*. Tum *Edmundus* ingemiſcens *Pontium* obteſtari cœpit, ne advenam adoleſcentem deſereret, unius *Fabri* causâ tam longè à patriâ profectum. *Sequere*, ait *Pontius*, *non deſuerit fortaſſe domi noſtræ quod agas*. Sequitur *Edmundus*, & curare neſcio quid rei domeſticæ jubetur. Id cùm impigrè faceret, nec parva ingenii, ac indolis optimæ ſigna daret, obſervabat adoleſcentem *Ignatius*, Romanæ tunc domûs, & Societatis univerſæ Præpoſitus; cumque aliquando cum æqualibus *Augerius* dixiſſet, ſe, ſi liceret per patrem-familias (ita *S. Ignatium* appellabat) libenter Societati nomen daturum, ipſe Patriarcha *Edmundum* advocans, nomen, genus, patriam ſciſcitatur; Latinè etiam ſcire, ac Poeſeos non rudem eſſe cognovit & expertus eſt, & Patri *Hieronymo Natali* negotium dedit, ut illi humanitatis & rhetoricæ præcepta traderet. Spectatis tandem *Edmundi* moribus, ac præſtanti ingenio, & accenſo amplectendæ Societatis deſiderio, illum admiſit B. *Ignatius* A. 1550. Ad normam ſibi à B. Patriarchâ præſcriptam mores deinde ſuos *Edmundus* exegit, ac ſacerdotio litteriſque tum ſacris, tum profanis inſtructus, eas docuit Peruſiæ, Romæ, Patavii, & ubique præceptoris Chriſtiani ac religioſi numeros omnes implevit. Multa in Galliis & vix credibilia patravit pro fidei Catholicæ defenſione. In hac enim regione ſuppetias Sociis venit *Augerius* anno 1559 accitu Epiſcopi Damienſis (*Roberti de Pellevé*) qui Collegium ſuæ urbis curæ Societatis & regimini committendum cenſuerat: & anno ſequenti Collegium ſummâ omnium approbatione aperuit *Edmundus*. Per idem tempus Cardinalis *Turonius* ægrè ferens irrepſiſſe Calviniſmum in Collegium à ſe conditum Turnonii, Societatis Præceptores à *Jac. Laynezio* Præpoſito generali poſtulavit pro arcendis inde Reformatis. Eò profectus *Edmundus*, concionandi, tradendæ Theologiæ, explicandarum de quæſtionibus ad Fidem pertinentibus controverſiarum, ac paulò poſt ejuſdem Collegii regendi onus ſuſcepit, atque innumeros habuit auditores. Valentiæ apud Delphinates, quò progreſſus erat ad concionandum, multa pro cauſæ ſuæ defenſione paſſus eſſe dicitur, & quadraginta circiter Reformatorum millia ad Eccleſiam Romanam revocaſſe. Lugduni item egregium Religionis ſuæ defenſorem ſe præſtitit, eandemque urbem peſtilenti lue vexatam anno 1564 ac rurſum 1581 ſolatus eſt: ita ut Lugdunenſes *Augerio* tanquam ſalutis publicæ parenti, & Fidei conſervatori, gratias egêre, & CAROLUS IX Galliæ Rex, cum Lugduno tranſiret, illum benignè complectens, ut in hunc modum de regno ac de ſe bene mereri pergeret, hortatus eſt.

Eximiæ *Augerii* eloquentiæ majus theatrum parabatur. Pariſios venerat anno 1566, negotium quoddam Toloſani Collegii apud Regem acturus: quo è ſententiâ tranſacto, juſſu Epiſcopi, dicere ad populum in celeberrimis Templis exorſus, expectationem quam de ſe concitaverat, abundanter explevit. Vix illum Rex Metas demigrare paſſus, ubi Cardinali Lotharingo condixerat *Edmundus*, ad ſacras per Quadrageſimam Conciones, Lutetiam redire quamprimum juſſit, & in regiâ Conciones habere ordinarias. Ita primus è Societate Jeſu Regii Concionatoris in Galliâ munus eſt adeptus, quod ſtrenuè admodum geſſit ſub *Carolo IX* ac poſtea ſub *Henrico III.* cui à Sacris Confeſſionibus etiam fuit. Metas paulò poſt reverſus eſt, ad vexandos iterum Calviniſtas. In eâ urbe ab eo inſtituta eſt ſodalitas SS. Sacramenti, quæ hodiedum manet. Idem certas poſuit leges ſodalibus Toloſanis à *Miſericordiâ* dictis, quæ auctoritate Summi Pontificis ac decreto confirmatæ fuerunt, ut cætera mittam. Recognovit etiam, cum Doctoribus delectis, Bibliopolarum Lugdunenſium tabernas, & *peſtilentes*, ut ajunt, ſecrevit libros, quorum acervus ingens per triduum publicè concrematus; pulſi urbe ludimagiſtri ſuſpectæ Pontificiis doctrinæ. Has inter & alias publicæ rei curas Societati non defuit. Collegia

(*a*) De eo vide *Morer.* Diction. verb. *le Févre.*

legia Toloſanum, Apamenſe, Lugdunenſe, Burdigalenſe, Divionenſe, Maſſipontanum, ab eo propemodum dici poſſunt condita; auxit verò ac firmavit Turnonenſe, Avenionenſe, Camberienſe, Rutenenſe, Bituricenſe, Dolanum ac Pariſienſe. Nec parum adjuvit, pro eâ quâ valebat apud *Carolum IX* gratiâ, ut acciperetur in regno Capucinorum Ordo.

Cùm autem in Galliâ rumor increbreſceret, Regem *Henricum III* tueri ſegnius religionem, & Catholicæ cauſæ prævaricari, palam conjuratum eſt à præcipuis regni civitatibus de regno illi abrogando, renovatumque fœdus pro tuendâ religione Catholici paulò ante ſancitum. *Edmundus* à Rege ſtans, Gallos ab i o fœdere vehementius avocabat, adeo ut ejus conſiliis Regem depravari, regnum ac religionem peſſundari, ipſimet Catholici clamitarent. Itaque Societatis Moderatores illum ab Aulâ removendum cenſuerunt. Id ubi cognovit *Edmundus*, nihil interpoſuit moræ quin obtemperaret; ac diſcedendi veniam ſummis precibus impetravit à Rege, cui diploma dederat Pontifex *Sixtus V*. quo poteſtatem ipſi faciebat retinendi P. *Edmundum Augerium* apud ſe quandiu libuiſſet; jubebaturque Præpoſitus Societatis eundem in obſequio Regia ac poteſtate relinquere. Quamobrem *Augerii* virtus admirationi fuit, cum hoc diploma ſibi ultrò à Rege datum, P. *Laurentio Magio* Viſitatori reddidit. Exſtat illud in tabulario Collegii Lugdunenſis, cum Appendice manu *Augerii* ſcripta 3 Nonas Julii A. 1588. quâ poteſtatem utendi hoc diplomate abdicat. In Italiam tandem è Galliâ recedens, alienatos à ſe animos deprehendit. Romam properanti, ut Pontifici ac Societatis Præpoſito vitæ ſuæ & conſiliorum redderet rationem, objecta mora eſt. Venetias amandatus, inde revocatus Bononiam, poſtea Mediolanum regreſſus, cùm tentari morbo cœpiſſet, Novocomi in Lombardia ſubſtitit, ibique mortem obiit A. 1591. die 14 Kal. Febr. (*a*) vel xiv Kal Julii (*b*) annos natus circiter 61. non 66 ut ait *Juvencius* inf. cit. qui tamen rectè *Edmundi* nativitatem ad 1530. obitum ad 1591 refert. Ejus animam pia fœmina, ut narrat Jeſuita *Alegamb*. mox ab obitu videre ſibi viſa eſt à circumſtantibus Angelis in cœlum deduci, pulcherrimo puellorum Sodalitio, quale olim ipſe inſtituerat in Galliâ, celebrem pompam proſequente. Fuit ærate ſuâ tam celebris Orator, ut a nullo penè Scriptorum ſine elogio memoretur. *Florimundus Ramondus* De Orig. Hæreſ. *l*. 5. *c*. 2. præſtantiſſimum appellat omnium, quos unquam Francia habuit, Divini verbi præconem, Philoſophum & Theologum doctiſſimum ſimul & eloquentiſſimum. *Ludov. Rubeomus* in Præfat. lib. de Animæ immortalitate, Torrentem eloquentiæ Gallicanæ, Doctorem & Confeſſorem Eccleſiæ. *Theoph. Raynaudus*, Jeſuita, de Martyr. per peſtem *part*. 3. *c*. 4. *n*. 12. Chriſtianorum ſui temporis Oratorum facilè Principem in Galliâ. Ejus quoque cum laude meminit *Arnaldus* Sorbinus à *Sta Fide* dictus, Nivernenſis Epiſcopus *&c*. (c) Scriptor *Augerio* æqualis [in Hiſt. Caroli IX] citatus in *Diario Erud*. Pariſ. Martii 1712. p. m. 267 (*d*).

SCRIPTA:

1. *Catechiſmum magnum & parvum*, Gallicè, Græcè & Latinè, *ad confutandos Calviniſtarum errores valdè utilem, atque eruditum, quem plurimi legentes*, ut teſtatur *Alegambius*, *vel in fide Catholicâ confirmati, vel ab hæreſibus liberati ſunt*. Editus primùm eſt *Gallicè* Lugd. 1563. mox Gr. Lat. *Lutetiæ* apud Seb. Nivellium 1569. quâ unâ in urbe ad 38 exemplarium millia octennio fuiſſe diſtracta narravit Typographus (*e*). Ibid. rurſus prodiit Gallicè A. 1576. in 16. per Joan. de Bordeaux, & *Burdegalæ* per Sim. Millanges, hoc tit. *Catechiſme & Sommaire de la Religion Chretienne, avec un formulaire de diverſes prieres Catholiques, & pluſieurs advertiſſemens pour toutes manieres de gens* (f). Latine item *Matriti* 1592 (g) per *Franciſcum Antonium* illuſtratus. Vid. ſup. *p*. 499. *b*. n. 5.

2. *De verâ & reali præſentiâ corporis Chriſti in Euchariſtiâ Libri III*. quorum Ius prodiit *Pariſ*. apud Pete. l'Huillier 1563. in 8. (alii 1566 (*h*), alii 1567 (*i*) IIus ac IIIus *Lugd*. apud Mich. Jovium 1565. in 8. *De la vraye, realle & corporelle preſence de J. C. au S. Sacrement de l'Autel, contre les fauſſes opinions & modernes hereſies, tant des Lutheriens, Zwingliens, & Weſtphaliens que Calviniſtes*. Liber ultimus inſcribitur: *De l'inſtitution, verité, continuation & utilité du Sacrifice de la Meſſe. Avec les reponſes aux objections des Calviniſtes, & denombrement des erreurs & hereſies contenues en leur Cene* (k).

3. Epiſtola Conſolatoria ad Lugdunenſes peſte infectos. *Epiſtre conſolatoire aux Catholiques de Lyon, atteints de Peſte. Avec une Priere à Dieu pour le même*. Lugd. apud Mich. Jovium 1564. & 1577. in 16. rurſus apud Joan. Pillehotte 1581. Cum Precibus & Litaniis de eodem argumento (*l*).

4. *Tractatus de Sacramentis Eccleſiæ* Gallicè *Pariſ*. l'Huillier 1566 (*m*).

5. *Militaris inſtitutio* ſive Pædagogus armorum ſpiritualium, hoc tit. *Le Paidagogue d'armes pour inſtruire un Prince Chretien à bien entreprendre & heureuſement achever une bonne guerre, pour être victorieux de tous les ennemis de ſon Etat & de l'Egliſe Catholique*. Pariſ. apud Seb. Nivellium 1568. in 8 (*n*).

6. Verſio Gallica operis *Joan Petri Maffeji* Soc. Jeſu Bergomatis, *de Rebus à Societate Jeſu in Oriente geſtis* quæ prodiit *Lugd*. per Bened, Rigaud 1571. in 8. hoc tit. *Hiſtoire des choſes memorables ſur le faict de la Religion Chretienne, dictes & executées ez pays & royaumes des Indes Orientales par ceux de la Comp. du nom de Jeſus, depuis l'an 1542 juſques à preſent*.

7. De Sacramento Matrimonii Libri II. *Diſcours du St. Sacrement de Mariage en II Livres par Chapitres, contre les hereſies & mediſances des Calviniſtes, Bezeaus* (o), *Occhiniſtes & Melanctoniſtes*. Pariſ. Gabr. Buon 1572. in 8.

8. De Sacramento Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Libri IV. *Du Sacrement de Penitence* Livres III. *& de l'Extrême Onction* Livre I. *Lugd*. apud Mich. Jovium 1574. in 8 (*p*). Opus *de Pœnitentiâ* Pariſ. primùm 1571 (*q*).

9. *Theſaurus precum pro uniuſcujuſque ſtatu*. Burdeg. apud Sim. Milangium 1578 (*r*).

10. Precum Chriſtianarum aliquot formularia &c. *Aucuns formulaires de Prieres Chretiennes. Avec la maniere de ſe diſpoſer au St. Sacrement de l'Autel* (a) *& de Penitence*. Lugd. 1581. in 16. cum ipſius *Catechiſmo* (t).

11. *Metanaologia*, hoc eſt, *Apologia pro Archicongregationibus Pœnitentium*, cui nomen ſuum in calce Dedicationis adſcripſit. *Pariſ*. Mettayer 1584. in 4. hoc tit. *Metanaologie ſur le ſujet de l'Archicongregation des Penitens de l'Annonciation de Nôtre Dame, & de toutes telles autres devotieuſes Aſſemblées en l'Egliſe Sainte* (u).

Vertit Gallicè ex Italico

12. Saccharum Spirituale ad abſtergendam, ſive tollendam

(*a*) Hæc *Joſ. Juvencius* in Hiſt. Soc. Jeſu *Part. V. Tom*. II. *p*. 773. edit. Romæ 1710. (b) *Alegamb*. Bibl. Script. S. J. (*c*) De eo vid. Morer. Diction. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ. (*d*) Hic recenſetur Abbatis *Arnaldi* opus de quo ſup. *p*. 535. (*e*) Ex *Alegamb*.

[f] *Ant. Du Verdier* Biblioth. Franç. *pag*. 275. [g] Lipen. Bibl. Theol. I. 246 [h] *La Croix Du Maine* Bibl. Franç. *p*. 74. [i] *Alegamb*. ubi ſup. [k] *Du Verdier* ubi ſup. [*l*] ibid. [m] *La Croix du Maine* ubi ſup. [n] *Du Verdier* ubi ſup. [o] De ſectâ illâ imaginariâ vid. *Baylium* in Diction. Crit. verb *Bezanites*. [*p*] Hæc *Verderius* ubi ſup. [*q*] Du Pin *Tab. Univerſ*. Tom. II pag. 1880. [r] *La Croix du Maine* & *Alegamb*. loc cit. [*s*] Is eſt forte liber quem *Alegambius* vocat, *de audiendâ cum fructu Miſſâ*. [t] *Du Verdier* ubi ſup. [u] idem *p*. 1207.

tollendam amaritudinem calamitatum, quæ ſuo illo tempore vigebant, *Sucre ſpirituel pour adoucir l'amertume des aigres malheurs de ce temps.* Lugd. 1570. in 16.

13. Item Libellum *de Imitatione Chriſti.* Edidit præterea

14. Martialis *Epigrammata* à ſe expurgata. *Antverp.* apud Chriſt. Plantinum 1568. in 8.

15. Epiſtolam contra *Petrum Viretum*, pro Societate Jeſu (†).

Hiſtoriam Vitæ *Edmundi Augerii* edidit Latinè *Pariſiis* 1651. in 8. *Nic. Bailly* Jeſuita An. 1657 demortuus (*x*); Gallicè *Joannes Dorigny* ejuſd. Societ. *Lugd.* typis Andr. Laurentii & Nic. de Ville 1716 in 8. vel in 18 (*y*) hoc tit. *La Vie du P. Edmond Auger de la Comp. de Jeſus, Confeſſeur & Predicateur de Henri III..... où l'on voit l'Hiſtoire de l'etabliſſement des Jeſuites en France, depuis le regne de Henri II. juſqu'à celui de Henri le Grand.* Inde decerpta *Augerii* Vita apud *Morer.* Diction. edit. Baſil. Legi item poteſt de illo R. P. *Domin. de Colonia* Hiſt. Liter. Lugd. *Tom. II. p.* 680 & ſeq. A. 1730 edita.

(†) Hæc *Alegamb.*
(*x*) Le Long *Bibl. Hiſt. Galliæ* num. 6088. (*y*) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Oct. 1716. & Trevolt. April. 1717.

AUGERY (*Gaſpar*) natione Gallus, Protonotarius Apoſtolicus, Prior *Mamaſcenſis* (a), Regis Ludovici XIV Concionator, varios edidit Gallicè libros de quibus *Jac. Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ, nimirum

1. Vitam R. P. *Joan. Bapt. Gaultii* Congreg. Oratorii Jeſu Presbyteri, Maſſilienſis Epiſcopi, hoc tit. *Le Tableau du vrai Prelat le R. P. en Dieu* Jean Bapt. Gault, *avec le Tableau d'un vrai Chretien.* Aquis-Sextiis 1643. in 8. Eod. anno *Pariſiis* Gallicè item hujus Præſulis Vitam edidit *Petrus de Bauſſet* Jurium Doctor, Eccleſiæ Collegialis S. Mariæ Majoris apud Maſſilienſes Præpoſitus ſub tit. *Tableau de la Vie & mort de* Jean Bapt. Gault *Prêtre de l'Oratoire.* Ibid. A. 1647 in 8. tertia prodiit ejuſdem vita à quodam Oratorii Presbytero conſcripta.

2 *Theſaurum Lerinenſe ſive Compendium Chronologiæ Abbatiæ & venerabilis Monaſterii S. Honorati.* Aquis-Sextiis 1644. in 8.

3. *La Charité perſecutée, ou St. Mytre Martyr: avec un Abregé de l'Hiſtoire d'Aix, de ſon temps.* Ibid. 1646. in 8.

4. *Vitam S. Honorati.* Ibid. 1651.

5. Vitam *Franciſci Galaup de Chaſteuil* Eremitæ Montis Libani. *Ibid.* in 12.

6. Vitam *Ignatii Cotalendy* origine Aquenſis, patriâ Brinolienſis (*b*), Epiſcopi Metellopolitani, Vicarii Apoſtolici in China Occidentali. *Ibid.* 1673. in 12. Eadem Italicè verſa lucem vidit *Liburni* in Etruriâ 1681. in 4.

(a) *Mamaſca* vulgò *Manoſque* urbs Provinciæ.
(b) *Brignoles* urbs non longe a *Tolonio* (Taulon).

AUGIER (*Petrus*) natione Gallus, EDIDIT vernaculè Vitam *Joannis Vialart* Sacerdotis, Canonici & Vidomni Rhemenſis ſub tit. *L'Idée d'un parfait Chanoine & veritable Eccleſiaſtique* &c. Remis 1649. in 12. *Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *num.* 4752.

AUGUSTA (*Nicolaus*) Ord. FF. Prædic. natione Italus, Venetus, vir pietate, eruditione & rerum peritiâ clarus Sec. XV. Provinciam Lombardiæ inferioris tum S. Dominici dictam rexerat, cum ob præclaras dotes ab *Eugenio IV* Tricaricenſis in regno Neapolitano Epiſcopus ſub metropolita Acheruntino aſſumtus eſt anno 1438. die 14. Oct. Ad ſuperos tranſiit anno 1446. Ad eundem annum meminit *Altamura*, & *Pium* emendat quòd ad 1486 relegarit, additque multa ſcripſiſſe *Nicolaum*, quæ Venetiis apud SS. Joannem & Paulum MS. ſervari dedicit. Hæc memorat *Echardus* de Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 806.

SCRIPTA:

1. *Poſtillas ſuper Sacra Biblia ferè omnia.*
2. Plura *de Theologiâ Scholaſticâ.*
3. *Commentaria in libros Logicos Ariſtotelis, & Concordantias antiquiorum hujus Philoſophi.*

de AUGUSTA. Vid. DAVID & HERMANNUS.

AUGUSTANA (a) *Confeſſio* quam Imperatori CAROLO V *Mart. Lutherus* obtulit A. 1530. Vid. *Morer.* Diction. verb. *Ausbourg* edit. Baſil. & quæ nos verbo LUTHERUS. Conf. quæ ſup. ſub tit. *Joan.* & *Magnus* AGRICOLA p. 150. *Valent.* ALBERTI p. 196. *Henr.* ALTINGIUS pag. 353. n. 4. *Jac.* ANDREÆ p. 438 &c. *Dan.* ARCULARIUS p. 539. n. 10. Plura de hac Confeſſione Lutheranorum Scripta enumerat *Lipenius* in Bibl. Theol.

(a) *Ausbourg* vulgo *Auguſta Vindel.* in Suevia.

AUGUSTANUM Concilium anno 952 in causâ diſciplinæ Eccleſiaſticæ habitum, ſedente *Agapito II.* imperante *Othone I.* In quo quæ ad Epiſcoporum, Clericorum &c. munera, moreſque pertinent, præcipuè tractantur. Extant *Capitula X*. Concil. Tom. IX. p. 636. edit. Pariſ. 1671. (*a*) quæ primùm evulgavit *Henr. Caniſius* in Lectionibus Antiq. ex MS. Codice celeb. Monaſterii Weingartenſis.

Statuta edidit *Otho* Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus in Synodo A. 1548. d. 12. Nov. habitâ. Aliâ *Henricus* item Epiſcopus, quæ Dilingæ A. 1610 publicavit *Henricus Mayer* (b).

(*a*) *Cave* in Hiſt. Liter. (*b*) Ex Diction. *Morer.*

AUGUSTINI (*Marcellus*) Soc. Jeſu, natione Italus, patriâ Fanenſis, SCRIPSIT Italicè teſte *Alegamb.* in Bibl. Societ.

Theatrum Continentiæ. Maceratæ 1623. in 8.

AUGUSTINO (*Proſper* de) Neapolitanus, ex Hiſpaniâ oriundus, Sacerdos ſecularis, utriſque Juris Doctor eximius, typis dedit opus *Steph. Quaranta* Epiſcopi Amalfitani hoc tit.

Summa Bullarii, earumve Summorum Pontificum Conſtitutionum, cum ſuis Additionibus & Annotationibus. *Venet.* apud Juntas 1607. in 4. & *Lugd.* 1625 (*a*). *Opera aſſai faticoſa e buona, ricevuta communemente*, inquit *Nic. Toppi*, qui alias plurimas Additiones apud nepotem Autoris ſervari monet in *Bibl. Napol.* A. 1678 impreſſâ, *p.* 257.

(*a*) Lipen. *Bibl. Theol* I. 187.

AUGUSTINO (*Gregorius* de) natione Siculus, Panormitanus, Ordinis FF. Prædicatorum Baccalaureus, vir doctrinâ, & eruditione conſpicuus. Claruit anno 1631. Scripſit Italicè

1. *Decade Terza dell' Hiſtoria di Sicilia, o vero Supplemento all' Hiſtoria di Sicilia, di F. Tomaſo Fazello* ejuſd. Ordinis Autographum MS. in fol. ſervatur Panormi in Bibliotheca Cœnobii S. Citæ Ord. Prædicatorum. Hanc hiſtoriam laudat *Joannes Maria Amatus* in notis ad orat. I. *pro ſtudiis Collegii Panormit.* num. 124 pag. 121. etſi ex Typographi incuriâ *Auguſtinus de Gregorio* vocetur.

2. *Vita del B. Pietro Geremia Palermitano dell' Ordine de' PP. Predicatori.* Hanc MS. citat *Joan. Bapt. de Francha* in vita ejuſdem *pag.* 9.

3. *Diſcorſo intorno alla diviſione del Regno di Sicilia, nel quale ſi tratta con autorità del Vecchio, e Nuovo Teſtamento, con teſtimonii de Santi Padri, con eſempi, e ſimilitudini, quanta utilità apporta l'unità e quanto danno cagiona la diviſione nelli Regni.* MS. in 4 extabat apud *Ant. Mongitorem*, ut ipſe teſtatur *Tom. I.* Bibl. Siculæ A. 1707 excuſo: quem excipit *Echardus* in

in *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 471.

AUGUSTINO (*Hilarius* à S.) Carmelita diſcalceatus, per Belgium, & Burgundiam Vicarius Provinc. Convent. Bruxellenſis Prior (*a*) *Edidit* lib. cui titulus:

Vox tuba Angeli lucis ad revocandum è tenebris Calviniſmi Emanuelem Portugalliæ. Bruxel. 1635. (*b*)

(*a*) *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1129
(*b*) Du Pin *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 1832.

AUGUSTINO (*Michael* à S.) natione Belga, Bruxellenſis, natus an. 1621. die 15. April. In Carmeli ordine Deo & Mariæ ſe dicavit per profeſſionem anno 1640. die 14 Octobr. variis functus muniis, Lectoris Philoſophiæ, Magiſtri Novitiorum, Prioris (ter Mechliniæ in Conventu Novitiatus Provinciæ) Definitoris, Aſſiſtentis Provincialis, A. 1680 tertiò vice Provincialis Flandro-Belgicæ.

Scripta:

1. *Introductio in terram Carmeli, ſeu ad Vitam verè Carmelitanam*, Latinè *Bruxellis*, 1659. in 12. atque etiam Flandricè in 8.

2. *Pia Vita in Chriſto, pro incipientibus, proficientibus, & perfectis*, Flandricè *Bruxellis* 1661. in 8. Latinè ibid. 1663. in 12.

3 *Inſtructio ad omnimodam abnegationem ſui, ac omnium creaturarum, atque ad vitam Deiformem*, Flandricè, *Mechliniæ*, 1669. in 8.

4. *Inſtitutionum Myſticarum libri quatuor*, Latinè *Antverpiæ*, 1671. in 4.

5. *Vita Ven. Fr. Arnoldi à S. Carolo Borromæo, & ejuſdem epitome*, variis locis excuſa, & recuſa (*a*).

(*a*) Ex *Specul. Carmel.* Tom. II. p. 1112. &c. Ibid. p 1031. hujus Vitæ Synopſis exhibetur.

AUGUSTINO (*Octavius* de) natione Siculus, Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Juris utriuſque Doctor, Abbas, & Protonotarius Apoſtolicus. Natus anno 1615 literiſque addictus graviores diſciplinas amplexus eſt: & florente adhuc ætate ob egregiam doctrinam, morumque ſuavitatem Julii Romæ S. R. E. Cardinalis benevolentiam promeruit, qui *Octavium* in ſuum Auditorem delegit, ac intimum familiarem. Eam ſui opinionem Romæ excitavit, ut Innocentius X. Pont. Max. Epiſcopum Liparenſem in Sicilia deſignaverit; etſi ob ætatis defectum, quæ nondum trigeſimum attigerat annum, oblatam Infulam non acceperit. Eccleſiæ Mileterenſis in Regno Neapolitano Vicarius Apoſtolicus delectus, munus ſuſcipere recuſavit. Panormi à doctrinæ, ac virtutum laude æſtimationem conſecutus, ad nonnullos honorum gradus ſibi aperuit viam; ad quos tum Panormi, ac Siciliæ Præſules, tum Regni Proreges evexêre. In Panormitana Diœceſi fuit Viſitationis Judex; Panormitanarum Eccleſiarum Viſitator, Synodalis Examinator, & Judex: nonnullorum Monaſteriorum, Eccleſiarumque Deputati munere curam geſſit. In Regiæ Monarchiæ Siculæ Tribunali Examinator: & in multis appellationum cauſis, aliiſque difficillimis quæſtionibus Judex Eccleſiaſticus à Proregibus conſtitutus. Nonnullorum Cœnobiorum Ordinum Regularium Judicem Conſervatorem egit. In Monteregalenſi Diœceſi Examinator, ac Synodalis Judex inclaruit: & in Diœceſi Mazarenſi Synodalis Examinator. Ab anno 1665. uſque ad ſupremam vitæ lineam pro Regiâ Juriſdictione tuendâ librorum edendorum Cenſor. In S. S. Officii Tribunali primùm Advocatus, inde Conſultor. Anno 1672. F. D. *Joannis Lozani* Archiepiſcopi Panormitani nomine, ſacra limina viſitavit, ubi ejuſdem promeritis maturè perpenſis, Clemens X. Pontifex Max. Sacræ Congregationis Indicis Conſultorem delegit: at Epiſcopales Infulas Maſſæ, & Iſchiæ ab eodem ſibi oblatas recuſavit. His in muneribus doctrinam, prudentiam, morumque ſuavitatem detexit. Amœnioribus etiam literis ingenii dotes devovit; ideoque in *Reaccenſorum* Academiâ Panormitanâ, aliiſque Romanis literatorum Lycæis recenſitus, non ſine laude auditus eſt. Demum Panormi deceſſit 23 Maii anno 1682. Ejus laudes vide apud *Joſephum Riccium* in libro: *La Fede coronata*, quem *Octavio* nuncupavit; *Joſephum Bonafidem* in libro: *Palermo Patria di S. Agata* par. 2. c. 9. pag 65. & 68. & in libro: *Proſapia di S. Agata* §. 5. pag. 17. *Joſephum Galeanum* in libro: *Diporti Giovanili* pag. 192. & *Vincentium Auriam* in Roſa Cœleſti p. 28.

Scripta:

1. *Oratio S Octavii*. Romæ 1644. Italicè.

2. *Compendio della Vita di S. Ottavio Martire*. Extat in libro inſcripto: *La Fede Coronata nel Martirio de' Santi Ottavio, e Compagni, del Sig. D. Giuſeppe Riccio*. Venetiis apud Nic. Pezzanam 1659. in 8. In libro etiam inſcripto: *Nota d'alcuni ſervitii fatti dall' Abb. D. Ottavio d'Agoſtino* &c.

3. Panormi in fol. extant nonnulla ejus *Epigrammata*. MS. reliquit

4. *De legatis Piis* Tractatum.

5. *De Judicibus Conſervatoribus* librum.

6. *Panegirici*. Hæc *Mongit.* in Bibl. Sicula.

AUGUSTINO (*Dominicus* de) natione Siculus, Panormitanus Sacerdos, S. Theologiæ Doctor: vir utique doctus, eruditione conſpicuus, & in Sacris literis, Sanctorumque Patrum lectione apprimè verſatus: morum etiam probitate inſignis inclaruit, & venerationem promeruit. Octogenarius obiit Panormi d. 10 Februarii 1692. *Edidit* Italicè

1. *Diſcorſi della SS. Eucbariſtia* Tomis III. *Panormi* 1688. 1689 & 1690. in 12.

2. *Sermoni* Partes II. *Ibid.* 1691. in 12.

Hæc *Anton. Mongitor* in Bibl. Sicula.

AUGUSTINO (*Maria Magdalena* à S.) Nobilis Panormitana, in Sicilia, Sanctimonialis in Monaſterio Panormitano SS. Annæ & Thereſiæ Ord. Carmelitarum Excalceatarum, in ſæculo *Cæcilia Fardella*, vixit Sec XVII. Præclariſſimis orta eſt parentibus die 28 Jan. A. 1611. à quibus magnâ curâ educata eſt. Religioſæ familiæ habitum accepit in dicto Cœnobio 22 Julii 1635. Abſoluto probationis anno, ſolemnia emiſit vota 18 Aug. 1636. Monaſterium ſuum per ſex vices magnâ cum prudentiâ, diſciplinæ regularis zelo, ac virtutis laude rexit. Dum ſecundò Monialibus ſuis præerat, eâ inſtante, Monaſterium in meliorem locum tranſlatum eſt. Demum meritis anniſque plena ſanctè deceſſit d. 20 Nov. 1694. Ejus Vitam elegantiſſimè ſcripſit *Blaſius à Purificatione*, Romæ editam A. 1703. Ipſam etiam laudat *Joan. Paulus ab Epiphania* in Epiſt. nuncupatoria libri inſcripti: *Il Cigno moribondo*, quem ſub *Victorii Conſtantis* nomine edidit, ut etiam in *Panegyricis* p. 235. Scripsit Italicè

1. *Fondatione, e Tranſlatione del Monaſtero di S. Tereſa delle Carmelitane Scalze nella felice Città di Palermo*. Venetiis, apud Turrinum, 1672. in 4.

2. *Riflſſioni ſopra la Regola, e Conſtituzioni delle Carmelitane Scalze* MS. ex ejus Vita *lib.* 2. *cap.* 6. *p.* 131. *lib.* 3. *c.* 9. *p.* 258. & *c.* 18. *p.* 316.

3. *Eſercitazioni domeſtiche* MS. ex ead. Vitâ, *l.* 3. *c.* 11. *p.* 165. & *c.* 18. *p.* 315.

Hæc *Anton. Mongitor* in Bibl. Sicula.

S. AUGUSTINUS (*Aurelius*) Patrum Latinorum Eccleſiæ Illuſtriſſimus, Hipponenſis (†) Epiſcopus, natione Afer, Tagaſtum Numidiæ urbem natalem habuit, natus die 13 Nov. 354. parentibus honeſtis, ut tradit *Poſſidius* in Vit. Auguſt. c. 1. de numero ſcilicet Curialium, (h. e. eorum, qui in municipiis curiæ

(†) *Hippona ſive Hippo-Regius* anno 651 deſtructa, hodie *Bona* vocatur.

curiæ officium adminiſtrabant, & munia procurabant civilia:) patre *Patricio* cive Tagaſtenſi admodum tenui (*a*) matre *Monicâ*, ſupra communem ſortem ob pietatem celeberrimâ. Sanctæ huic mulieri hæc imprimis cura fuit, ut tenerâ adhuc ætate filius Religionis Chriſtianæ doctrinam ſugeret. Ad ſcholam igitur datus eſt ut diſceret literas; verùm quamvis non deerat memoria vel ingenium, ludo tamen potiùs quàm ſtudio delectabatur (*b*); parum ipſi arridebat literarum ſtudium; quin potius moribus erat corruptiſſimis, ut ex ejus Confeſſionibus liquet. *Et quid erat*, inquit, *quod me delectabat, niſi amare & amari? .... Exhalabantur nebulæ de limoſâ concupiſcentiâ carnis, & ſcatebrâ pubertatis. ... & jactabar, & effundebar, & diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas..... Ubi eram, & quàm longè exulabam à deliciis domûs tuæ* (Deum alloquitur) *anno illo 16 ætatis carnis meæ, cùm accepit in me ſceptrum, & totas manus ei dedi, veſania libidinis, licentioſa per dedecus humanum, illicita autem per leges tuas?* (c) *Secretò memini ut me monuerit* (mater) *cum ſollicitudine ingenti ne fornicarer, maximeque ne adulterarem cujuſquam uxorem. Qui mihi monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubeſcerem* (d). *Furta* (e) *etiam faciebam de cellario parentum, & de menſâ: vel gulâ imperitante, vel ut haberem quod darem pueris, ludum ſuum mihi, quo pariter utique delectabantur, tamen vendentibus...... Fallendo innumerabilibus mendaciis & pædagogum, & magiſtros, & parentes amore ludendi, ſtudio ſpectandi nugatoria, & imitandi ludicra inquietudine* (f). Ex his autem colligere pronum eſt erraſſe *Leonem Allatium* ubi ita loquitur (g): *Legimus* Auguſtinum *annos 12 natum & Theoricos & Logicos* Ariſtotelis *libros optimè intellexiſſe, multorum errores monumentis præclare ſcriptis confutaſſe.* Idem poſtea prodidit *Chriſt. Liberius* (h) ab *Adriano Baillet* citatus (*i*). Sed ex ipſius *Auguſtini* verbis, inferius legendis emendari poteſt. Cæterum jam in numerum Catechumenorum inſtante matre receptus, & brevi poſt in periculoſiſſimum morbum delapſus, Baptiſmum ſibi conferri flagitavit; verùm fracta interea morbi vi, dilatus fuit ejus Baptiſmus, *quaſi neceſſe eſſet ut adhuc ſordidaretur, ſi viveret* (k). Ejus Pater, qui nondum fuerat baptizatus, gloriæ filii cupidus, atque animo magis quàm divitiis pollens, cum ad honores provehere unicè intendit; itaque licèt non ampla illi res eſſet, nulli tamen ſumptui pepercit, ut humanioribus literis inſtrueretur filius, ac viri docti famam aliquam conſequi poſſet: Grammatices igitur elementis Tagaſtæ filium imbui curat; poſtea Madauram eum mittit, humanioribus literis operam daturum, ſed *non amabat literas, & ſe in eas urgeri oderat* (l), Græcas præſertim, *adamaverat enim Latinas, non quas primi Magiſtri, ſed quas Grammatici docent*: earum tamen amore paulò poſt inflammatus eſt Poëtarum lectione, quâ plurimum delectabatur (*m*). Emenſo igitur humaniorum literarum curriculo, annos natum ſedecim, i. e. A. 370 pater ad ſe Madaurâ revocavit, miſſurus eum Carthaginem, ut Rhetoricæ operam navaret. At verò cùm nonniſi aliquo poſt tempore colligi potuiſſet pecunia, quæ ſumptibus in hunc finem neceſſariis requirebatur, annum integrum Tagaſtæ commoratus eſt *Auguſtinus*, ubi otium ſolutioris vitæ, ſupra deſcriptæ, occaſionem ipſi præbuit: neque hoc vitæ genus deſeruit Carthagine (*n*). Hanc enim urbem venit circa finem anni 371. ubi concubinæ adhærens, ſuſtulit ex eâ filium anno 372. cui nomen fuit *Adeodato* (o). Tum ætatis annum 18 agebat *Auguſtinus*. Rhetoricæ tamen ſedulò incubuit. *Habebant & illa ſtudia*, inquit, *quæ honeſta vocabantur, ductum ſuum, intuentem fora litigioſa, ut & excellerem in eis; eò laudabilior, quò fraudulentior..... Et major jam eram in ſchola rhetoris, & gaudebam ſuperbè, & tumebam typho* (p): Cùm autem diſceret *libros eloquentiæ*, incidit in quendam *Ciceronis* librum ad Philoſophiam exhortatorium, cui tit. *Hortenſius*, (q) qui ipſius *affectum mutavit, ad Dominum convertit, & vota ac deſideria ſua fecit alia*, cùm ageret annum ætat. 19. jam defuncto patre ante biennium (*r*). Hoc ſolum in tam egregio libro ægrè ferebat, quòd nomen Chriſti non reperiret; *& quicquid ſine hoc nomine fuiſſet, quamvis literatum & expolitum & veridicum, non me totum*, inquit, *rapiebat*. Itaque (s) *animum in S. Scripturas intendit, ut videret quales eſſent*: ſed ob ſimplicitatem ſtyli *ſibi viſa eſt indigna hæc Scriptura quam Tullianæ dignitati compararet*. Tum incidit in Manichæorum errores, quos *homines* vocat ſuperbè *delirantes, & carnales nimis, & loquaces* (t): & per novennium ferè hos ſecutus eſt: non tamen ex eorum numero fuit quos *Electos* appellabant, neque Doctoratûs, neque Sacerdotii munere functus eſt, ſed tantum Auditoris. Pia mater filium his tenebris involutum deſperans, divino ſomnio ſolatium accepit, quo filium *ſecum vivere credidit, & habere ſecum eandem menſam in domo, quod nolle cœperat, averſans & deteſtans blaſphemias erroris in quo ille verſabatur. Vidit enim ſtantem ſe in quodam regulâ ligneâ, & advenientem ad ſe juvenem ſplendidum, hilarem atque arridentem ſibi, cùm illa eſſet mœrens, & mœrore confecta: qui cum cauſas quæſiſſet ab eâ mœſtitiæ ſuæ, quotidianarumque lacrymarum, atque illa reſpondiſſet, perditionem meam ſe plangere: juſſiſſe illum, quo ſecura eſſet, atque admonuiſſe, ut attenderet & videret, ubi eſſet illa, ibi eſſe & me: Quod illa ubi attendit, vidiſſe me juxta ſe in eâdem regulâ ſtantem.* Illud cùm filius ad id traheret, ut mater *ſe potius non deſperaret futuram eſſe, quod erat ipſe, continuò ſine aliqua hæſitatione*: Non, *inquit, non enim mihi dictum eſt*: UBI ILLE, IBI ET TU: *ſed*, UBI TU, IBI ET ILLE (*u*). Interea tamen S. *Monica* de converſione filii ſollicita, quendam Epiſcopum rogavit, ut cum eo dignaretur colloqui & refellere errores ejus; ſed noluit pius Epiſcopus, reſpondens, *Auguſtinum* adhuc eſſe indocilem, eò quod inflatus eſſet novitate hæreſis illius, & nonnullis quæſtiunculis jam multos imperitiores exagitaſſet, ſicut ipſa ſibi indicaverat. *Sed ſine*, inquit, *illum ibi: tantum roga pro eo Dominum; ipſe legendo reperiet, quis ille ſit error, & quanta impietas.* Ejus conſiliis cùm nollet acquieſcere S. *Monica*, ſed inſtaret magis deprecando, & ubertim flendo, ut filium videret & cum eo diſſereret, Epiſcopus jam ſubſtomachans tædio, *Vade*, inquit, *à me, ita vivas: fieri enim non poteſt, ut filius iſtarum lacrymarum pereat.* Quod illa ita accepit, ac ſi de cœlo ſonuiſſet (*x*). Interea Carthagine ſtudia abſolvit *Auguſtinus*.

Annos natus fermè viginti, i. e. A. 374 cùm in manus ſuas veniſſent Categoriæ Ariſtotelicæ, (*quarum nomine*, inquit, *cùm eas rhetor Carthagenenſis Magiſter meus buccis typho crepantibus commemoraret, & alii qui docti habebantur, tanquam in neſcio quid magnum & divinum ſuſpenſus inhiabam*) legit eas ſolus, & intellexit. Quas cùm contuliſſet cum eis, qui ſe dicebant vix eas magiſtris eruditiſſimis, non loquentibus tantùm, ſed multa in pulvere depingentibus, intellexiſſe; nihil indè aliud ipſi dicere potuerunt, quàm ipſe ſolus apud ſe ipſum legens cognoverat. Omnes libros artium liberalium, *tunc nequiſſimus*, ut ipſe ait, *malarum cupiditatum ſervus*, per ſeipſum legit, & in-

(*a*) Ex *Auguſt.* Confeſſ. lib. 2. cap. 3. (b) *Ibid.* lib. 1. cap. 9. (*c*) *Ibid.* lib. 2. cap. 2. & l. 3. c. 1. (*d*) lib. 2. cap. 3. (*e*) Vid. exemplum *ibid.* lib. 2 cap. 4. (*f*) *Ibid.* lib. 1. cap. 19. (*g*) Allat. in *Apibus Urb.* p. 146. (*h*) Is eſt *Guil. Saldenus* in Exercit. de ſcrib. & leg. Libris p. 172. (*i*) Baillet *Enfans célèbres* in Judic. Erud. Tom. VI. p. 36. edit. Pariſ. 1722. in 4. (*k*) *Confeſſ.* lib. 1. cap. 11. (*l*) *ibid.* cap. 12. (*m*) *Vid.* cap. 13 & 14. (*n*) *Vid.* lib. 3. cap. 1. (*o*) De illo vid. inf. in Scriptis n. 12.

(p) *Conf.* lib. 3. cap 3. (q) *Quintus Hortenſius* nomen Oratoris celeberrimi de quo vid. *Baelii* Diction. (r) *Confeſſ.* lib. 3 cap. 4. (s) *Ibid.* cap. 5. (t) *ibid.* cap. 6. (u) *ibid.* cap. 11. (x) *ibid.* cap. 12.

& intellexit, quoſcunque legere potuit: quicquid de arte loquendi & diſſerendi, quicquid de Geometricis rebus, de Muſicis & numeris, facili item negotio, nullo hominum tradente, intellexit (*y*).

Tagaſtam è Carthagine reverſus *Auguſtinus*, ibi Grammaticam docuit, & auditorem habuit *Alypium* (*z*), de quo ſupra dictum eſt *p.* 363 (*aa*). Mortuo per id tempus amico, cujus nomen reticet, longè chariſſimo, incidit in maximum luctum (*bb*) & Tagaſtâ dolore premente Carthaginem regreſſus, circa finem anni 379. ætat. 25. Rhetoricam ibi profeſſus eſt (*cc*), ubi & nobiles nactus eſt auditores *Romaniani* Mecænatis ſui filios (*dd*) inprimis, & *Eulogium*, qui & ipſe poſtea inſignis Rhetor, eandem in illa civitate artem docuit circa annum 386.

Anno 382. ætat. 26 vel 27 Tractatum conſcripſit *de pulchro & apto* ad *Hierium* (*ee*) Romanæ Urbis Oratorem, duobus vel tribus Libris, qui ipſo Autore vivente perierunt. An. 382 vel 383 comperto *Fauſti* Manichæi, eo audito, imperitiâ, (licèt hominem gratum & verbis jucundum expertus ſit (*ff*), propoſitum in illâ ſectâ proficiendi abjecit. Paulò poſt Carthaginenſium Scholaſticorum petulantiæ pertæſus, hortantibus amicis Romam migrare decrevit, etſi matre invitâ (*gg*), quæ filium impensè optabat aut retinere, aut comitari, & uſque ad mare ſecuta eſt: ſed nocte clanculò profectus eſt, illa autem remanſit orando & flendo. Romam delatus *Auguſtinus*, morbo correptus eſt apud Manichæum quemdam, in cujus ædes ſe receperat. Mox priſtinæ valetudini redditus, diſcipulos in arte Rhetoricâ aliquos domi congregavit (*hh*), ſed cùm jam deſperaret ſe in falſâ Manichæorum doctrinâ poſſe proficere, ad Philoſophos Academicos, quos omnium longè ſapientiſſimos habebat, ſe convertit A. 384. Cùm eodem anno civitas Mediolanenſis Eloquentiæ Profeſſore deſtituta eſſet, *Symmachus*, Romæ Præfectus, *Auguſtinum* ad Mediolanenſes miſit, ut hanc provinciam ſuſciperet, quam per ipſos Manichæos impetraverat. Benignè admodum ibi ſuſceptus eſt à S. *Ambroſio* Mediolanenſi Epiſcopo, cujus auditis Concionibus, à Manichæia omninò diſcedere, atque in Eccleſia Catholica Catechumenus manere conſtituit, donec aliquid certi eluceret. Interea temporis *Monica* terrâ marique filium inſecuta, Mediolanum pervenit, quæ ubi totius rei certior ab eo facta eſt, fiduciæ plena dixit, confidere ſe in Chriſto, fore ut priùs quàm ex hac vitâ migraret, eum viſura eſſet fidelem catholicum: ac tum experta verum eſſe cujuſdam Epiſcopi oraculum ſupra relatum. *Auguſtinum* equidem, jam S. *Ambroſii* oratione commotum, in propoſito ſuo Manichæorum errores deſerendi confirmavit lectio librorum *Platonis*. Ejus quoque converſionem promoverunt colloquia *Simpliciani* (de quo inf. in Scriptis n. 29.) & *Pontitiani* (*ii*) cujuſdam Africani in Palatio militantis, ac demum conſummavit lectio Epiſtolarum D. Pauli ante ferias anni 386 (*kk*) ætat. 32. Dum enim in hortulo ſuo ardentibus votis ſolus ad Deum preces funderet, quaſi pueri cujuſdam cantantis audiit vocem, *Tolle, lege, tolle, lege.* Arrepto igitur codice in hunc locum Apoſtoli (*ll*) incidit: *Non in commiſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis* &c. Obſtupuit audientis animus, & pietatem Chriſtianam ſtatim amplecti ſecum ſtatuit (*mm*), ac ſimul matrimonio nuncium remiſit, & Rethoricæ profeſſionem abdicavit. Tandem baptizatus eſt à S. *Ambroſio* d. 24 April. A. 387. ætat. 32 cum dimidio, unà cum amico *Alypio* & notho ſuo *Adeodato*.

Baptiſmo ſuſcepto conſtituit ad patriam ſuam reverti. Mediolano igitur profectus menſe Majo, ut videtur, ejuſd. ann. 387. unà cum matre, *Adeodato*, & *Navigio* fratre ſuo, Oſtiam vela daturus petiit. Ibi autem piè deceſſit S. *Monica*, anno ætat. 56 (*nn*) cui juſta perſolvit. Id tamen non obſtitit quominus iter ſuum perſequeretur *Auguſtinus*. Romæ (*oo*) commoratus eſt uſque ad menſem Aug. vel Sept. anni 388. otiumque ſuum hac in urbe impendit Manichæis ad fidem convertendis. Africam appulit exeunte hyeme anni 389. Dein pergens Carthagine, hoſpitio eum ibi excepit Magiſtratus quidam, Vicariæ Præfecturæ Advocatus, nomine *Innocentius*, quem per miraculum ſanatum vidit *Auguſtinus*, ut ipſe narrat *lib.* 22 *de Civit. Dei cap.* 8. Inde profectus Tagaſtam ſe contulit, ubi per triennium in fundo paterno tranſactum in ſo-

(*y*) *Ibid.* lib. 4. cap. 16. (*z*) *Confeſſ.* lib. 6. c. 7.

(*aa*) Hic ſupplenda & emendanda (ex *Auguſtini* potiſſimum *Confeſſionibus*) quæ loco citato de S. *Alypio* diximus. Is *Auguſtino* paulò junior, ex eodem quo iſte municipio ortus eſt, parentibus primatibus municipalibus. Magiſtrum audiit in patria & Carthagine docentem, ab eo, propter magnam virtutis indolem, multum dilectus. Diſcipulum à Circenſium inſaniâ, & ſpectaculorum gladiatoriorum amore incredibili revocavit *Auguſtinus*, & ſimul cum eo Manichæorum ſuperſtitione involutus eſt. Carthagine ante *Auguſtinum* Romam diſceſſerat ut Jus diſceret, quibus ſtudiis confectis, Aſſeſſoris munere functus eſt Comitis largitionum Italicianarum, eâque cum integritate, ut à potentiſſimo Senatore & pollicitationibus & minis tentatus, ſe abſtinuerit ab æratis Prætoriani [illegible] præ amore juſtitiæ. Eum igitur Romæ invenit *Auguſtinus* A. 384 cui fortiſſimo vinculo adhæſit, & cum illo Mediolanum profectus eſt, ut nec Magiſtrum deſereret, & de Jure quod didicerat aliquid ageret ſecundum votum magis parentum quàm ſuum. Idem tria munus & eâdem dexteritate obiit *Alypius* Mediolani, quod Romæ prius geſſerat. Cùm autem putaret credi à Catholicis non eſſe in Chriſto animam & mentem hominis, ad Chriſtianam fidem pigriùs movebatur: at poſtea amplexus eſt, Apollinariſtarum errorem eſſe cognoſcens. Poſtea *Auguſtini* ad Deum converſi propoſito ſeſe adjunxit; cum eo ſeceſſit in agrum Caſſiſiacum non longe à Mediolano, Catechumenus cum Catechumeno. Illic *Auguſtino* ſuam contulit operam in edendis libris *de ordine*, & *de Academicis*; interlocutoris perſonam in iſtis ita ſuſtinens, ut ipſa ejus verba ſint, quæ litteris mandata fuerunt. Relicto jure *Alypius* cum *Auguſtino* Mediolanum remeavit, & cum ipſo baptizatus eſt. Tagaſtenſis erat Epiſcopus anno 418 tempore Collationis *Auguſtini* cum *Emerito* (vid. in Scriptis n. 85.) *Alypii* hiſtoriam *Auguſtinus* Paulino *Nolano* ſcripturum ſe pollicitus fuit in Epiſt. ineunte circiter anno 395 ſcriptâ (olim 32. nunc 27). De *Alypio* item vid. inf. in Scriptis num. 97. In eum multa contumelioſa & indigna clamarunt Hipponenſes cum *Pinianum* ad Presbyterium poſtulabant. Vid. Epiſt. *Auguſtini* ad *Alypium* 125. & ad *Albinam* 126 (olim 224 & 225) anni 411 Cætera quæ *Alypium* ſpectant, ex *Auguſtini* Scriptis & ejus Vitâ peti poſſunt. Ejus verò obitum ad annum circiter 430 aſſignat Card. *Noriſius* apud *Ant. Pagi* in Crit. Annal. *Baronii* ad A. 430. n. 27. ubi & teſtatur *Alypii* memoriam in Martyrologio Roch. ad diem 15 Aug. celebrari. (*bb*) *Confeſſ.* lib. 4. c. 4. (*cc*) lib. 2. *contra Academ.* c. 2. n. 3. (*dd*) *Confeſſ.* lib. 2. c. 7.

(*ee*) ibid. *lib.* 4. c. 14. Malè *Joborium* vocat Cl. *Cave* Hiſt. Liter. *Part. I.* (*ff*) Vid. *Confeſſ.* lib. 5. c. 6. (*gg*) *ibid.* c. 8. (*hh*) *ibid.* c. 12.

(*ii*) Malè *Potiliani* apud *Ell. Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. V. p. m. 159. Non enim *Petilianus* Donatiſta, adverſus quem ſcripſit *Auguſtinus* libros aliquot [vid. n. 14. 55 & 64.] *Pontitianus* verò vir erat Chriſtianus, valde pius, qui narratâ coram *Auguſtino* & *Alypio* S. Antonii Monachorum Patris vitâ, utriuſque animum ſanctioris vitæ amore accendit. (*kk*) Malè 389. apud eund. *Du Pinium* p. 292. Verſionis Latinæ. (*ll*) Epiſt. ad Rom. XIII. (*mm*) *Joan. Mantelius* Leodienſis, Eremita Auguſtinianus, edidit *Antverp.* 1637. librum cui tit. *Speculum Peccatorum ſeu Auguſtini admiranda converſio*, ex *Lipen.* Bibl. Theol. I. 118. Anonymus verò quidam Reformatus ut ad Pontificios tranſirent propoſuit exemplum converſionis *Auguſtini* è Manichæiſmo ad fidem Chriſtianam, in libro quem inſcripſit: *Modéle de la Converſion de St. Auguſtin à la foi Catholique, pour ſervir de modele aux Proteſtans*, Pariſ. apud D. Thierry 1685. in 12. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ 6 Aug. ejuſd. anni p. 381. (*nn*) Ejus obitum referunt Benedictini paucis diebus ante Idus Nov. anni 387. Natalem tamen ejus Eccleſia Romana iv Nonas Maii celebrat. De eâ legi poteſt Vita *Auguſtini* lib. 7. c. 12 & 13. & *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad 4 Maii & quæ infra art. V. de Edition. Auguſt. à Benedictinis ubi de Tom. XI. (*oo*) *Fulgentius Feſtus* (vel potius Cardinalis *Noriſius*) edidit *Pariſiis* (ſub tit. *Lugd. Batav.*) 1681. in 4. *ſomnia quinquaginta* Fr. Macedo (de quo inf. in Scriptis n. 84.) *in Itinerario S. Auguſtini poſt Baptiſmum Mediolano Romam*, ad Rev. P. D. *Joan. Mabillonium* Benedict. è Congreg. S. Mauri. In hoc nempe *Itinerario* [quod ad calcem operis ſui de *Incarnationis myſterio* adjecerat *Macedo*] cùm afferat, *Auguſtinum* illicò poſtquam ſuſceperat Baptiſmum, anno ætat. 33 Mediolano Romam profectum, nec Centum cellis [*Civita Vecchia*] commoratum fuiſſe, & natum A. 355. baptizatum A. 388. mortuum A. 431. aliaque complura de *Auguſtino*, ejuſque matre, Baptiſmo, Epiſcopatu &c. afferat, omnia refellit *Feſtus*, & ſomnia eſſe quæ ex *Gabr. Pennoti* Canonici Regularis Congreg. Lateranenſis *Hiſtoriâ tripartitâ* Ordinis ſui prodierant, affirmat. Nec ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1682. p. 86. At certè ſomniavit ipſe *Feſtus* negans reditum *Auguſtini* Romam poſt Baptiſmum, niſi velit ipſum ſomniaſſe *Auguſtinum*, ubi ſe jam *baptizatum cum Romæ eſſet* ſcripſiſſe teſtatur duos *de moribus Eccleſiæ Catholicæ*, & *Manichæorum* libros, alioſque de quibus *Retract.* lib. 1. c. 7. 8 & 9. & nos in Scriptis n. 8. 9 & 10. Hæc autem *Somnia* reperiuntur ad calcem Tomi III Operum Emin. Card. *Henr. Noriſii* edit. *Veronæ* 1729. quæ jam ipſa *Vindiciis Auguſtinianis* adjecerat, *Anſelo* unà cum *Hiſtoriâ* ſuâ *Pelagianâ* A. 1702 iterùm editas: de quâ Editione Vir Cl. Joan.

in ſocietate vixit cum nonnullis ex ejus amicis, crebriſque ſe jejuniis, precibus, cæteriſque id genus piis operibus exercuit, his omnibus adjungens noctu diuque attentam divinæ Legis meditationem. Tanta erat ejus pietatis fama, ut qui vitam vellent ſpiritualem amplecti, ejus conſiliis auſpiciiſque rem tantam ſuſcipiendam putarent, eumque proinde undique conſulerent. Hoc fecit imprimis vir quidam nobilis Hipponenſis A. 390, qui cùm ſe vitæ ſolitariæ tradere cogitaret, *Auguſtini* colloquio frui optavit, eumque ad ſe Hipponem invitavit. Verùm is ipſe qui tantopere ejus conſilia expetiverat, eadem, cùm ipſi aperta ſunt, rejecit, hiſque obſequi renuit. Non inutile tamen fuit iter ejus. Eo enim tempore, cùm Presbytero indigeret Hipponenſis Eccleſia, *Valerius* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, hortatus populum ut Presbyterum eligeret, Hipponenſes injectis manibus in *Auguſtinum*, eum licet reluctantem & lacrymantem ad Epiſcopum trahunt, & ab eo Presbyterum ordinari curant.

Presbyter factus ſub finem anni 391. ſe ſtatim *Auguſtinus* in ſolitudinem recepit, præparaturus ſe ad munus concionatorium, ipſi à *Valerio* impoſitum, à quo tempus ſibi concedi rogavit uſque ad feſtum Paſchatis anni 392. Tunc temporis hominum ſocietatem, ſive, ut alii volunt, Monaſterium (*pp*) erexit *Auguſtinus*, in quo omnia erant communia, nulliuſque ſibi rei proprietatem retinere licebat. *Valerius*, qui *Auguſtinum* elegerat, ut ſuo loco concionaretur, et conceſſit ut coram ſe, præter Africæ Eccleſiarum morem hucuſque receptum, concionaretur. Hoc igitur nonnullis ex ejus Collegis minus arriſit; at *Valerius* in ſui excuſationem adduxit Orientalium ritus, ut & difficultatem quâ de ſuggeſtu Latinè dicebat, ut qui Græcus eſſet. Tanto cum ſucceſſu concionabatur *Auguſtinus*, ut non pauci Africæ Epiſcopi hunc morem ſecuti, Presbyteris veniam dederint coram ſe concionandi; quin & hoc etiam *Auguſtino* conceſſerunt, ut in Concilio Hipponenſi d. 8 Oct. A. 393 habito ab *Aurelio* Carthaginenſi Epiſcopo, coram ipſis verba faceret *de fide & ſymbolo*, quo de argumento poſthac, ab amicis rogatus, librum egregium ſcripſit (vid. inf. nu. 17.) qui tanquam doctrinæ Chriſtianæ compendium habetur. Tantam verò Epiſcopi, audito *Auguſtino*, de eo & ejus doctrinâ exiſtimationem conceperunt, ut dignus aliis omnibus viſus fuerit, qui ad altiorem dignitatis gradum eveheretur. Manichæos, Donatiſtas, Circumcelliones (*qq*), Pelagianos, alioſque Hæreticos tam ſcriptis quam voce debellavit. Veritus autem *Valerius* ne ad alterius civitatis Epiſcopum raperetur, eum ſibi Collegam & Coadjutorem conſtituere ſtatuit; quapropter literis egit apud Primates Africæ Epiſcopos, ut ſibi adhuc viventi Coepiſcopus conſtitueretur, quod & factum eſt A. 396 à *Megalio* Calamenſi Epiſcopo & Numidiæ Primate (*rr*), reluctante licèt *Auguſtino*, ac aſſenſum demum vix ac ne vix adhibente, quamquam, ut ipſe poſtea declaravit, nondum noverat, repugnare huic ſuæ ordinationi Leges Eccleſiæ, Concilique Nicæni Canonem, quo cautum eſt, ne duo in una eademque Eccleſiâ ordinentur Epiſcopi. Quod ubi reſcivit *Auguſtinus*, illud ſtatutum renovavit in Concilio III Carthaginenſi A. 397 celebrato, & obſervavit cùm ſucceſſorem ſibi delegit *Eraclium* Presbyterum (*ss*) Epiſcopus igitur alius *Eradium* (*tt*) factus *Auguſtinus* anno ætat. 42. Eccleſiæ inſtituendæ & religionis cauſæ curandæ acrius incubuit, ingenteſque ac perpetuas cum circumſtrepentibus ubique Hæreticis lites & controverſias agitavit; quorum etiam inſidiis vitæ diſcrimen non ſemel adiit. Donatiſtas collatione in Synodo Carthaginenſi inſtitutâ, & in Cæſarienſi renovatâ confutavit: *Fœlicem* Manichæum poſt ſecundum vel tertium colloquium Hippone habitum ad Catholicam veritatem reduxit (vid. in Scriptis n. 37.) cum *Paſcentio* Comite & *Maximino* Epiſcopo, Arianorum coryphæis, illo Carthagine, iſto Hippone (vid. inf. n. 108) diſputationem ineuns, fidem Catholicam egregiè propugnavit, & Hæreticorum deliria refellit; adverſus Pelagianos denique diſputationibus habitis & ſcriptis editis per annos fermè decem laboravit. Quò vero rebus Eccleſiæ melius proſpiceret, Synodis frequens interfuit, earumque pars magna fuit; interfuit enim Synodis Carthaginenſi IV anno 398 &, ut videtur, Væ eodem anno habitæ; Africanæ III anno 401. Carthaginenſi anno 403. Africanæ IV. anno 407. Collationi Carthaginenſi contra Donatiſtas anno 411. Cirtenſi contra eoſdem anno 412, Milevitanæ IIæ contra Pelagianos anno 418. Carthaginenſi VIæ in cauſa appellationum anno 419. habitæ, Carthaginenſi VIIæ de eâdem cauſa eodem anno celebratæ; ut alia Concilia taceam, cujus ſubſcriptio [illegible] non ex ant. Vandalis demum Africam cæde & incendio ubique vaſtantibus, & Hipponem obſidione jam prementibus, Deum precatus eſt, ut aut urbem hoſtibus, aut ſeipſum vitâ ſubduceret. Tertio igitur obſidionis menſe febri correptus decubuit, ac poſt dies aliquot in pace obdormivit *Auguſtinus* die 28 Aug. Anno Chriſti 430. (non, ut alii, 433) ætatis ſuæ 76. (*uu*) Epiſcopatûs geſti 34. Divino autem miraculo tribuitur, quod Scripta illius fuerint aſſervata, cùm anno 431 concrematâ Hipponenſi civitate à furentibus Vandalis, iiſque Arianis, ipſa ejus Hipponenſis Bibliotheca illæſa permanſerit: adeo (ſunt pia *Poſſidii* verba) capillus non perit de capite Sanctorum. Egregios viri ſanctiſſimi mores per totum vitæ curriculum pulchrè depingit *Poſſidius*. Erat utique pius, modeſtus, pudicus, mitis, manſuetus, urbanus, placidus, in concionando frequens, in diſputando acer, in ſcribendo indefeſſus, in tractandis negotiis tam Civilibus quàm Eccleſiaſticis ſedulus & aſſiduus, pauperum ſtudioſus, quibus vel ex redditibus Eccleſiæ, vel ex oblationibus fidelium proſpiciebat; veſte uſus eſt nec ſplendidâ nec ſordidâ, menſâ parcâ quidem & frugali, bene inſtructâ tamen & nitida, cui peregrinos juxta ac familiares adhibuit; hâc tamen lege omnibus propoſitâ, quam & menſæ ſuæ inſcribendam curavit:

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam indignam noverit eſſe ſibi.

De

Joan. Clericus Bibl. ſelecta Tom I. Verùm vix oculis credo videns ipſum *Clericum* pag. 38 cum *Noriſio* non modò affirmantem, nequaquam *Auguſtinum* Romam poſt Baptiſmum adiiſſe, ſed & illud apertè conſtare ex Vita Hipponenſis Epiſcopi à [illegible] & Amſtelodami A. 1702 recuſâ; certè vir eruditiſſimus ſi in cap. 7 & 14 libri a ſe citati [illegible], non ita locutus fuiſſet; [illegible] vix mente concipio. *Noriſium* iter *Auguſtini* negare voluiſſe, ſed tantum [illegible] errores, quos in *Itinerario* ſuo narratore commiſit *Marcus*, emendare. *Foſſum* tamen lubet audire in Præf. [illegible], ubi *Hodœporicon* ab *Ambroſio* Camaldulenſi ſcriptum laudans [de quo vid. ſup. p. 375] ita loquitur: „Equidem [illegible] in hiſtoria in *Ambroſii* [illegible] ubique ver„borum nitor, tam exacta locorum deſcriptio, tantus ſententiarum „ſplendor elucet, ut Auctoris ſui nomen ac famam amplificet & au„geat. At in Itinerario, a *Marco* concinnato, paſſim & ubique fic„tas fabulas, ſplendida mendacia, ac pene immenſum ſomniorum „locum invenies concurſantium catervarum offendi, ita ut in eo monſ„troſo Itinerario deſcribendo non modò extra orbem vagetur, ve„rùm etiam [illegible] præceps abierit. [*pp*] De Monachatu *Auguſtini* vid. inf. Art. X. ubi de Ordine Eremitarum qui ejus inſtituto nititur. [*qq*] Hæretici Donatiſtæ quos ita vocatos ait *Auguſtinus* in Pſ. 132 quia circum cellas vagabantur. [*rr*] Huic in Epiſcopatu teſte *Poſſidius*, [illegible] ut ex Concilio Carthag. A. 397. intelligitur, *Creſconianus* ſucceſſit.

[*ss*] Eccleſiaſtica Geſta ab *Auguſtino* d. 26 Sept. A. 426 confecta in deſignando *Eraclio* qui ſibi in Epiſcopatu ſuccederet, legi poſſunt in Epiſt. CCXIII [inter Auguſtin., aliàs CX. [*tt*] Vivente *Auguſtini* Præceſſorem paulò ante annum 404 [illegible] morte vacantem reliquiſſe creditum [illegible]. ſed [illegible] [*uu*] Hunc ætatis annum [illegible] *Auguſtino* tribuunt. *Auguſtinus* tamen *Ricca* [de quo inf. num. 100] ad [illegible] menſes 9 & dies 15 [illegible] *Auguſtini* Vitæ epocha graviter errat, natum [illegible] A. 357. baptizatum ætate 30 menſ. 6. Epiſcopatu autem anno 36 creatum, vixiſſe in Epiſcopatu annos 40, & anno 434 mortuum poſt Synodum generalem III Epheſinam A. 431 celebratam.

De ſobrietate S. *Auguſtini* quicquam detrahere forſan iniquum eſſet, receptâ licet *Petri Petiti* Doctoris Medici Pariſienſis ſententiâ, videri *B. Auguſtinum non invalidum potorem fuiſſe* (xx): cùm verò *eâ eſſet cerebri ac mentis firmitate ut poſſet, eâdem vini quantitate qua multos ad inſaniam redigeret, rationis uſum conſervare, vindicatur à turpitudine eorum, qui rationem ſuam vino obruere non dubitant: non tamen omninò à culpâ, ipſo judice, qui tantum vini hauriret, unde ut crapulam aliquando incurreret, nec poſſet ſibi inter pocula temperare, quin nimio potu interdum valetudini ſuæ incommodaret.* Quâ de re, ut *Petitus* arbitratur, miſericordiam Dei implorat *Auguſtinus*, ubi ita loquitur (*yy*): *Ebrietas longè eſt à me: miſereberis, ne appropinquet mihi: Crapula autem nonnunquam ſurrepit ſervo tuo; miſereberis, ut longè fiat à me.* Apologiam *Auguſtini* adverſus *Petitum* ſuſcepit Illoſtris Monetalium Judicum Curiæ Præſes *Ludov. Couſin* (zz) cujus tamen rationes parum ſoliditatis habere videntur: quâ de re legi poteſt *Balius* in S. Auguſtino *Annot.* (I) Scripſit tamen *Auguſtinus* adverſus Ebrietatem. Vid inf. in Epiſtolis n. 115.

Epitaphium S. *Auguſtini* reperitur in Libro inf. citato (*aaa*).

Operæ pretium eſt in X Capita diſtinguere cætera omnia quæ de S. *Auguſtino* dicturi ſumus, ut Lector poſſit clarè & diſtinctè toties quoties voluerit ſingula reperire. Decem autem illa Capita ſunt iſta:

I. De S. Augustino Eruditorum Judicia.
II. Scripta Genuina ſervato ordine *Retractationum.*
III. Scripta Deperdita.
IV. Scripta Dubia, Suppoſititia & Spuria.
V. Operum S. Augustini Editiones.
VI. De Defloratoribus vel Commentatoribus Operum S. Augustini.
VII. Scriptores de S. Augustini Doctrina.
VIII. Scriptores de Vita & Geſtis S. Augustini.
IX. De Inventione Corporis S. Augustini.
X. De Monachatu & Ordinibus S. Augustini.

I. De S. Augustino *Eruditorum Judicia.*

Ingenii fœlicitas, judice *Deſiderio* Erasmo, *Præf.* ad Opera *Auguſt.* prorſus erat incomparabilis; ſive acumen ſpectes, vel obſcuriſſima facilè penetrans, ſive capacis memoriæ fidem, ſive vim quandam mentis indefatigabilem. Idem alibi (1) ſic ſcribit; *Solus* Auguſtinus *præſtat omnes Scriptoris Chriſtiani dotes, in docendo ſedulus, in redarguendo nervoſus, in exhortando fervidus, in conſolando blandus, ubique pius, & verè Chriſtianam ſpirans manſuetudinem.* De omnigenâ ejus eruditione pluribus agere idem eſſet (inquit Cl. *Cave*) ac lucem ſoli offundere: hoſpes ſit oportet tum in ejus, tum in aliorum ſcriptis, qui neſciat *Auguſtinum* in toto meliorum literarum circulo eminere; in quæſtionibus verò Theologicis primas tenere. De ſtilo hæc item *Eraſmus* in Præf. ſup. cit. *Habet* Auguſtinus *ſuum quoddam dicendi genus, argutum, & periodis in longum productis multa convolvens; quod lectorem & familiarem, & acutum, & attentum, & benè memorem requirit, denique tædii laboriſque patientem; quales non ita multos reperias.* Unde alibi (2), *Scriptor & obſcuræ ſubtilitatis, & parum amænæ prolixitatis*, illi audit.

Idem etiam in *Epiſt. I. lib.* 28. (3): » Quid habet orbis Chriſtianus hoc Scriptore vel magis aureum, vel auguſtius? ut ipſa vocabula nequaquam » fortuitò, ſed Numinis providentiâ videantur indita » viro..... Non arbitror alium eſſe Doctorem, in quem » opulentus ille juxta ac benignus Spiritus Sanctus dotes ſuas omnes largiùs effuderit, quàm in *Auguſtinum* » (4), quaſi voluerit in unâ tabulâ vividum quoddam exemplar Epiſcopi repræſentare..... Linguam » habebat io tantum ab omni petulantiâ putam, ut » etiam cum procaciſſimis Hæreticis, vel ſcripto vel » ſermone diſputans, mirè temperet à conviciis; ſed » Scripturarum modò teſtimoniis & argumentis veritatem aſſerit, impietatem refellit, adeo ut ne laceſſitus » quidem regerat maledicta.

De eo hæc leguntur in Scaligeran. *poſterior.* » Auguſtinus *eſt magnus diſputator*, ſed non eſt ἐξηγητής, non interpretatur bene Scripturam, eſt ineptus ſæpè. S. *Auguſtinus* in S. *Hieronymum* ſtomachabatur, quod Biblia vertiſſet, qui optimè ipſi » reſpondit, adeo ut *Auguſtinus* leniſſimum reſponſum » repoſuerit. Magnus Theologus fuit S. *Auguſtinus*; » ſed major adhuc fuiſſet, ſi Græcam Hebraicamque » linguam intellexiſſet. Sæpè fatetur ſe neque Græcè, » neque Hebraicè, quicquam ſcire: Rhetoricæ, Dialecticæ, Grammaticæque Profeſſor fuerat. Vererum » præſtantiſſimus eſt S. *Auguſtinus.* Quàm miſellus » liber ſunt S. *Auguſtini* Confeſſiones!

Quàm parùm magnificè de *Auguſtino* ſentiret vir multæ eruditionis *Petrus* Castellanus teſtantur hæc verba *Petri* (5) *Gallandii* in ejus Vitâ *p.* 44 & 45. apud *Balium* in *Auguſtino* Annot. (G) » Ut divum » *Auguſtinum* contra hæreticos de hominis Chriſtiani juſtificatione diſputando, proximè ad D. Pauli » ſententiam acceſſiſſe fatebatur, ita linguarum ignoratione ſomniaſſe frequenter atque etiam deliraſſe ſacra explicando aſſeverabat: cùmque bonarum artium magis non ignorans quàm peritus dici poſſet, » non ſatis idoneum eſſe judicabat, cui, de artibus » differenti, legendo tempus tranſmitteretur, qui minimè otio abundaret. Eam quoque ſtili *Auguſtini* anfractuoſam ſinuoſitatem eſſe, & ſermonis omni elegantiâ vacui impuritatem addebat, ut ab homine liberaliter in literis educato citra faſtidium legi vix poſſet.

De eo Sixtus *Senenſis* Bibl. Sanctæ Lib. 4. » Vir » ſuprà omnes, qui ante eum & poſt eum hucuſque » fuerunt, mortales, admirabili ingenii acumine præditus, omnibus liberalibus diſciplinis inſtructus, *Platonicâ* Philoſophiâ pleniſſimè imbutus, *Ariſtotelicæ* doctrinæ non ignarus, in divinis Scripturis longè omnium » eruditiſſimus, & in earum explanatione ultrà, quàm dici » queas, incomparabili ſubtilitate ſublimis; omnes » Latinæ Eccleſiæ Scriptores ſcribendi labore & lucubrationum multitudine ſuperavit, editis pluſquam » mille & triginta ex omni diſciplinarum genere voluminibus, (Epiſtolis ſcilicet & Sermonibus annumeratis, ut forſan *Sixtus Sen.* intelligit) *Idem ibid.* » Docendi modus in omnibus ejus operibus eundem » ſemper

[xx] Ita inſcribitur caput 15 libri cui tit. *Homeri Nepenthes, ſive de Helena medicamento*, &c. qui poſthumus lucem vidit *Ultrajecti* 1689. in 8. Obiit enim *Petitus* d. 6 Dec 1687. Vir non modò Medicæ artis, ſed & Latinæ Poeſeos, ac inprimis elegantiorum literarum Philoſophiæque peritiſſimus, ut teſtantur varia quæ reliquit, ingenii ſui monumenta; inter quæ etiam reperta ſunt plura Theologica. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. April. 1689. p. 254.

[yy] *Confeſſ.* lib. 10 c. 31.

[zz] *Journal des Sçav* du 27 Juin 1689. ubi de libro Cl. *Petiti* agit.

[aaa] *Theatrum Funebre* &c. extructum à *Dodone Richea* ſeu *Ottone Aicher* Salisburgi editum A. 167 . in 4 Part. III. p. 259. Hujus Autoris præter alia habetur *Epitome Chronologica Hiſtoriæ Sacræ & Profanæ ab orbe condito ad A. C.* 1702. Coloniæ 1707, III vol in 4. quam memorat *Jac. Le Long* in Bibl. Sac. *p. m.* 598.

[2] *Eraſm. Ep. ad German.* Brix. lib. 20. Ep. 2. [3] Apud *Thomam Pope-Blount* in Cenſura Celebr. Authorum. [4] Audiendus hic quoque *Poſſevinus* in Appar. *p. m.* 142. *Permotum fuiſſe*, inquit, *Spiritu Dei Auguſtinum ad ſcribendum. vita ipſius, quæ omnino prælegenda eſt, ac ſumma animi demiſſio atque modeſtia, planiſſimè monſtrarunt. Qualis vero ejus Doctrina fuerit, Divinum ſignum, teſtimonia Synodorum Generalium, & Patrum, lucubrationes Theologorum in ejus Opera, & utilitas, quæ ad univerſam manavit Eccleſiam, abunde ſ.. bantur.* [5] De utroque obiter dicemus in *Steph. Baluzio*, qui *Caſtellani* Vitam à *Gallandio* ſcriptam edidit cum Notis ſuis *Pariſ.* 1674. in 8.

» ſemper & ubique reſpirit Autorem : in Libris tamen, » magis quàm in Tractatibus eſt eruditus, acurus, » ac ſublimium rerum ſubtilitate uſque adeo recondi- » tus, ut S. *Hieronymus* in Epiſt. quâdam non verea- » tur eum obſcuriſſimum Scripturarum expoſitorem » appellare. Quæſtionum præterea, diſputationum, » argumentationum, ratiocinationum locupletiſſima » copia abundat, & ſuper omnes Eccleſiaſticos Scrip- » tores Divinæ Scripturæ teſtimoniis & ſententiis pro- » fluit, inſtar magni fluminis hybernâ nive exundantis. » In Tractatibus ſtylus eſt aliquantò patcior, & aper- » tior, magiſque accommodatus ad allegoricas & mo- » rales explanationes (6); in quibus *Auguſtinus* prop- » ter aures imperitæ multitudinis, ſæpè ſe uſque ad » barbariſmum demittit, illud frequenter in ore ha- » bens : *Malo, ut me reprehendant Grammatici, quàm* » *non intelligant populi; eligens magis in Barbariſmo,* » *etiam damnantibus Grammaticis, intelligi, quàm in meâ* » *diſertudine auditores deſerere.* Utitur autem in cunc- » tis explanationibus tranſlatione Divinæ Scripturæ » ſuorum temporum, quæ *Italica* dicebatur; hanc » enim ipſe in ſecundo *de Doctrinâ Chriſtianâ* tam ver- » borum fidelitate, quàm ſententiarum perſpicuitate » cæteris præfert Latinorum Editionibus.

» Loci communes ei maximè peculiares, & qui- » bus potiſſimùm omnia ejus volumina Exegetica re- » plentur, hæc ſunt, *de S. Trinitate, Præſcientiâ, E-* » *lectione, Prædeſtinatione, Vocatione, Juſtificatione,* » *Reprobatione, Induratione, de Gratiâ & libero Ar-* » *bitrio, de Fide & Operibus, de Donis & Meritis,* » *de Peccato originis*, deque aliis hiſce ſimilibus dog- » matibus, intermiſtis interdum moralibus locis, qui » apud omnes enarratores ſunt in uſu. Orationis ejus » ac dictionis genus fœcundiſſimum & exuberantiſſi- » mum eſt, ditiſſimâ & copioſiſſimâ, ne dicam, ni- » miâ, diverſarum rerum affluentiâ redundans, & pre- » tioſis in longum productis, miſtim & indiſcrimina- » tim quamplurima ſecum volvens ac rapiens, di- » greſſionibus, excurſibus, & ambagibus vagabundum, » quod ingenioſum, attentum, memorem & patien- » tem requirat lectorem (7) : quem ne multiloquii » tædio faſtidiat, Punicis quibuſdam argutiis recreare » ſolet, ludens ſæpiſſimè in ſimiliter progredientibus » & ſimiliter cadentibus ſententiis, aliiſque non in- » jucundis Rhetorum figuris, quæ longum & impli- » citum prolixæ lectionis iter emolliant *&c.*.....

S. Auguſtinum *præcipuos errores & abuſus Antichriſti* in variis ſuis libris oppugnaſſe, oſtendere ſatagit *Matthias Flacius* Illyricus, *in Catal. teſtium verit.* cap. 120. p. m. 187. ſed malè ait floruiſſe illum A. 410.

Quædam *Auguſtini* Dogmata perſtringit Cl. *Joan.* DALLÆUS de uſu Patrum (8) ſed nævos ab erudito Viro in Scriptis Sancti Doctoris notatos abſtergere conatus eſt *Nat. Alexander* (9). Statim fatetur *Dallæus*, longe majorem eſſe *Auguſtini*, (quàm *Hieronymi*) moderationem. » Ubique enim, ut par eſt, » ſummam erga Divinarum Scripturarum Auctores teſ- » tatur reverentiam, neque unquam de eorum vel ſti- » lo, vel ſenſu, niſi cum ſingulari admiratione lo- » quitur. Sed in iis quæ vel à ſe, vel ab aliis habuit, » ſuos paſſum eſſe manes, nemo jure inficiabitur. Ejuſmo- » di eſt quòd adverſus pueros ante Baptiſmum mo- » rientes, adeo immiſericorditer pronunciat, non ſo- » lùm viſione Dei privandos, quæ ſententia vulgò » nunc obtinet, ſed etiam infernum igne in æternum » cruciandos, quæ fuit etiam ſententia *Gregorii Ariminen-* » *ſis*, Doctoris Scholaſtici Sec. XIV. non ignobilis, qui ob » id *Parvulorum tormentum* dictus eſt. Statuit etiam » *Auguſtinus* Euchariſtiam pueris neceſſariam. Huic ſub- » jicienda eſt alia opinio, in quam evidenter propen- » dit; Animam eſſe ex traduce (10), & de patre in » filium tranſire, & ex ejus ſubſtantiâ non magis » quàm corpus propigni, minimè verò à Deo im- » mediatè creari & immitti, quæ hodiè noſtra om- » nium fides eſt. Nemo neſcit ipſum paſſim Angelis » naturam corpoream tribuere; temerè item affirmare, » univerſum orbem momento creatum, & ſex die- » rum intervalla, in creatione ad varios gradus cog- » nitionis Angelicæ referre. Cenſuit item cum Vete- » rum pleriſque, tempus, quod inter hominis mor- » tem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, » Animas abditis receptaculis continere. Sed & cum » iiſdem omninò videtur ſentire, ſupremo olim die, » omnium etiam ſanctiſſimorum hominum corpora, » poſt reſurrectionem, igne luſtratum iri. Quid quod » dubitat, an ſydera ratione & intellectu prædita ſint » & ad Eccleſiæ corpus pertineant. Alibi incertum » item relinquit, utrum poſſit anima, vel hominis » ſimpliciter, vel etiam juſti, cum ex hac vitâ mi- » graverit, magicis carminibus evocata, vivorum » apparere conſpectibus, etiam corporis lineamenta » geſtans. Neque item definire audet alibi, qualiter » liberos ſuſcepturi fuiſſent primi parentes, ſi non » peccaſſent, conjugali-ne amplexu, an alio aliquo » modo? Alibi item relinquit in medio mundus ne » animal ſit, an ſecus? Sed hujus quidem generis in- » finita ſunt in *Auguſtini* diſputationibus, in quibus » ille, pro innatâ modeſtiâ, timidius & cunctantius » agit, de rebus vel claris, vel nullius momenti, dubi- » tans, & nodos, ut videtur, interdum etiam in ſcir- » pis quærens, ægrè quicquam definiens, & Acade- » micorum more in pleriſque fluctuans. Illud ferè mi- » rificum eſt, quòd vir alioqui cautus, & à temeri- » tate alienus, diſertiſſime affirmat, LXX Interpre- » tes fuiſſe Prophetas, & à Spiritu Sancto immedia- » tè afflatos in Scripturis vertendis; ita ut quæcun- » que apud hos aliter ſunt quàm in Hebræis fontibus, » ea non ab Interpretum errore, ſed à Dei ipſius nu- » mine ac voluntate eſſe velit, in quam ille opinio- » nem eò inductus eſt, quòd vulgari, & ab *Hierony-* » *mo* acriter damnatæ & irriſæ, de Septuaginta diver- » ſis ſiorum Interpretum cellulis fabulæ, nimiùm cre- » dulus fuit. Sed hunc quidem (*Auguſtinum*) nihil opus » eſt longis ſermonibus probare, in rebus ad Religio- » nem pertinentibus errare potuiſſe, qui id ultrò ipſe » luculentiſſimo *Retractationum* opere confeſſus eſt, quo » varia quæ quidem præter, vel contra veritatem » ſcripſerat, ſtyli ipſe ſui mucrone confodit. Non poſ- » ſum tamen diſſimulare, addit Cl. *Dallæus*, ipſum » ad ingentem illam & præclariſſimam exiſtimatio- » nem, quam immortalibus ingenii ſui monumentis » ſibi meritò comparavit, multum adjecturum fuiſſe, » ſi in rebus conſtituendis & decidendis firmior & » conſtantior fuiſſet.

De eo *Elias* DU PIN Bibl. Eccleſ. *Tom. III.* ita cenſes : S. *Auguſtinus* ingenio admodùm vaſto, polito & acuto pollebat, ejus ratiocinia validè urgebant. Uſitata ejus methodus eſt præclara principia ponere, ex quibus innumeras elicit conſequentias, adeò ut omnia doctrinæ illius capita arctiſſimam inter ſe connexionem habeant. In pleraque Myſteria magis ratiocinatus eſt quàm ullus Autor ante illum : plures quæſtiones prius non motas agitat, harumque plures ſolâ ingenii vi ac ſagacitate dirimit. Longè ſæpius abivit ab eorum ſententiâ, qui ipſum præceſſerunt, ut novam prorſus viam inſiſteret, ſive in Scriptura-rum

[6] Conf. quæ inf. ubi de Explanat : Pſalmorum. n. 114. [7] Id ab Eraſmo notatum videtur *etiam* Senenſis. [8] *Lib.* 2. *cap.* 4. p. m. 280. 281. ubi accuratè ad marginem apponit citationes ex *S. Auguſtino* depromptas. [9] Hiſt. Eccleſ. Sec. V. *cap.* 4. *art.* 3. [X] Ibid. a. XI. multa adducit loca de approbatione & commendatione Doctrinæ S. *Auguſtini* ab Eccleſiâ. Gallice prodiit Collectum Elogiorum quibus *Auguſtinus* à Pontificibus, Conciliis & Patribus fuit ornatus, *Pariſ.* 1644. in 8. quam *Labbeus* memorat ad calcem *Bibl. Anti-Janſen.* p. 93.

(10) De hac *Auguſtini* opinione aliiſque legi poteſt *Poſſevinus* in Appar. ubi de S. *Auguſtino* cap. 9. cui titulum fecit : *Pauca tam aliquot locorum Auguſtini recta explanatio e Card. Bellarmino*, Sixto *Senenſi* & aliis. *Unde ipſius* Auguſtini *aſſenſio in aliis pleriſque colligi poſſit.*

rum explicatione, ſive in Theologicia opinionibus.....

De eo dici poteſt (pergit Cl. *Du-Pinius*) in rebus quæ ad Theologiam attinent, quod de ſe ipſo in Philoſophando fatetur *Cicero*, quòd fuerit *Magnus Opinator*, hoceſt, ſolere *Auguſtinum* plurimas opiniones duntaxat probabiles in medium proferre. Verum id facit *Auguſtinus* admodum modeſtè ac prudenter; nulli ſua placita magiſtraliter obtrudens; contrà ſuum cuique de rebus ejuſmodi liberum vult eſſe judicium. Cùm verò de Doctrinâ in Eccleſiâ receptâ diſputat; eam ille cum animi firmitate proponit, & adverſus impugnantes acerrimè propugnat. Multò minus eruditione quàm ingenii dotibus valebat; nam neque Linguas callebat, nec veterum ſcripta multùm evolverat. Multò faciliùs & terſiùs, quàm politè & eleganter ſcribebat. Quamvis Rhetoricam docuiſſet, Oratorum tamen eloquentiam non poſſidebat: aut illam ſaltem negligebat: imò nec ſemper in phraſibus ſuis caſtigatus eſt ejus ſtylus, vocabulaque impropria atque barbara quandoque uſurpat, argutiis ſæpiùs vocumque alluſionibus utitur: res eaſdem frequenter repetit, eademque ratiocinia centies in ſcriptis ſuis inculcat; eidem mentis conceptui diutiùs hæret, quem variis modis effatur, & in locos communes excurrere ſolet. Argumenta innumera, ex aliquo principio ediſſeruit, corpuſque Theologicum, ut ita loquar, Latinorum Patrum, qui poſt ipſum vixerunt, efformavit. Hi ſiquidem ex ipſius libris nedum hauſerunt principia quibus uſi ſunt, ſed etiam frequenter eundem merè tranſcripſerunt. Concilia in ſuis Decretis condendis verba ejus adhibuerunt: denique cùm *Petrus Lombardus* Seculo XII. Theologiam Univerſam in Epitomen cogere voluit, nihil ferè egit quàm S. *Auguſtini* locos excerpere, & quamvis S. *Thomas* cæterique Scholaſtici diverſam methodum ſecuti ſint, horum tamen plerique S. *Auguſtini* principia amplexi ſunt, iiſque opiniones ſuas Theologicas ſuperſtruxerunt.

Origeni & S. *Hieronymo* S. *Auguſtinum* ſubjungit *Rich.* SIMONIUS ubi inf. cit. (53) n. 32. » qui eru» ditione, inquit, prioribus æqualis quidem non fuit, » ſed hunc defectum ingenii ſui viribus, judiciique ſo» liditate ſupplevit..... Subtilior quidem *Hieronymo*, » & in inventis *Origene* concinnior erat, verùm quia » parùm Græcè ſciebat, nihil autem in Hebraicis (11), » in *Geneſim* cœptum opus contra Manichæos ſupra » ejus vires fuiſſe videtur. Quo circa & illud emen» dare coactus fuit, nec erubuit damnare quæ feſtinan» ter nimis & abſque neceſſariis ad Scripturas intelli» gendas auxiliis ſcripſerat. (Conf. quæ infra in Scriptis nn. 18.] .... » Quæ erat ingenii ipſius ſagacitas, » quod acumen, Scripturæ difficultates facilè invenit. » Imò fingit ubi nullæ eſſe debent. At non ſatis pe» ritus & exercitatus erat, ut rectè ſolveret. Præte» rea præjudiciis Philoſophicis & Theologicis plenus » erat, eaque ubique ſuorum Operum occurrunt. Oſ» tendit tamen in ſuis Quæſtionibus in primos Scrip» turæ Libros ſe Criticæ non ignarum eſſe, atque adeo » ſi Linguas calluiſſet, egregiè Scripturam ſe interpre» taturum. Nec etiam ſatis illi temporis ad tantùm opus » ſufficiebatur. Hinc quæſtiones tantùm vocat, quaſi » dubia ſolùm moveat, non enodet, etſi plurima expli» caverit. *In Pſalmos* ejus *Commentarii* (vid. inf. n. 114.) » Ethica tantùm & Allegorica continent, tum innumeris » digreſſionibus frivolis (12), & inanibus argutiis ſca» tent. Non potuit illos *Hieronymus* probare, ut pote à » methodo veterum, quos non ſatis, ut par erat, conſu» luerat *Auguſtinus*, alieniſſimos.....Denique, ſubdit *Simonius* paulò inferiùs, » *Auguſtinus* Platonicorum more, » neſcio quam rebus perfectionis ideam, cui ſe totum de» vovet, affingere ſolet, atque adeo aliis Patribus in diſ» ferendo conſtantior & uniformior videtur.... Medita» tiones primas quidem *Auguſtinus* capere potuit, & ea» rum ideas animo efformare de factis aliter ſentiendum, » quæ ſolâ meditatione cognoſci nequeunt..... Quem» admodum autem iis omnibus, quæ notavimus, » caruit ſubſidiis *Auguſtinus*, ſic plerumque Scripturam » ſuis ideis & figmentis accommodat, cum è contra » ſuas ideas juxta Scripturam Sacram efformare de» buerat. Id multis exempla, addit *Simonius*, proba» re poſſim; maximè verò in ipſius Diſputationibus » apparet, in quibus, ſicubi labitur in principiorum » a quibus rarò deflectit, conſtitutione, ſermonis in» terim magna uniformitas elucet, quamvis probabi» litatem tantum habeat, & à nativo genuinoque ſen» ſu Scripturas ſæpius detorqueat, ut fuſius, ait Celeb. Criticus » in Criticâ noſtrâ Novi Teſtamenti » demonſtrabo, ac illius in Scripturis interpretandis, » ratiocinandi methodum examinabo (quod poſtea præſtitit). Cùm autem D. *Auguſtini* Commentaria in Sacram Scripturam magno in contemptu habere videretur *Simonius*, poſtea ut placaret Janſeniſtarum querelas, declaravit (13) nihil quicquam ſe de *Auguſtini* autoritate detrahere voluiſſe, quem, ait, conſtanter habui pro peritiſſimo Eccleſiarū Occidentalium Theologo, ſummiſque elogiis dignum fuiſſe fateur, quibus ipſum tot Pontifices ornarunt.

Allegoriis plenum fuiſſe *Auguſtinum* conſtat ex variis, quæ huc collegimus, ut alia omittam, eruditorum judiciis. Sed plenius hoc argumentum tractavit Autor Diſſertationis cui tit. *Examen & conciliation de toute la Doctrine de S. Auguſtin ſur la matiere des Figures*, quæ centum implet paginas, in Tractatu de Senſu Literali & Myſtico Sacrarum Scripturarum juxta doctrinam Patrum *&c.* (14)

II. SCRIPTA GENUINA ſervato *Retractationum* Ordine.

Edit. *Deſiderii Eraſmi*, *Lovanienſium* & *Benedictinum* Tomo I extant libri ſequente ſuſque ad num. 13.

1. *Contra Academicos* Libri III poſt Librum *de Pulchro & Apto* deperditum (r), primi omnium ſunt (s). Eos *Auguſtinus* ſcripſit anno 386, cùm ſe ad Baptiſmum præpararet, in loco cui nomen *Caſſiciacum* prope Mediolanum. Hos ille, *Ciceronem* imitatus, in modum Dialogi ſcripſit, popularique ſuo *Romaniano* inſcripſit, quem ad ſtudium Philoſophiæ hortatur. Primæ loquendi partes *Romaniani* filio *Licentio* & *Trigetio* tribuuntur, qui ubi diſputationis curriculum ſunt ingreſſi, illis ſe *Alypius* & *Auguſtinus* adjungunt.

» Ad trium horum Librorum elegantiam, inquit *Elias Du Pin*, » nihil accedere poteſt. Omnia in il» lis aptè, concinnè, ac diſpoſitè. Quam in illis ma» teriam agitat, tantâ luce perfundit, ut ad cujuſvis » hominis captum accommodata eſſe videatur. Hanc » ipſam materiam, ſatis ſuâ naturâ ſterilem & ſiccam, » mirum quantâ induſtriâ, poſitis nonnullis, lepidiſ» ſimiſque hiſtoriolis intertextis exhilaret *Auguſtinus*. » Non invitus itaque dixerim ego, (pergit vir doctus,) » hos *Auguſtini* Dialogos vix *Ciceronianis* ſtylo & ele» gantiâ vinci; at facilè vinci *Ciceronianos* illis, ra» tiocinationem cogitationumque concinnitate & feli» citate.

(11) Ita *Lud. Vives* in *Auguſt.* de Civit. Dei *l.* 15 *c.* 13.

(12) Conf. lib. cui tit. *Sentimens de quelques Theologiens de Hollande ſur l'Hiſt. Crit. du V. T.* p. 357 & ſeq. hujuſque libri *Defenſionem* p. 348 &c apud *Balium* inf. cit.

(13) Vid. *Pref. des Nouv. Obſerv. ſur le Texte & les Verſions du N. T.* Pariſ. 1695. in 4. apud *Balium* in Diction. *Annot.* (G) edit. a. terod. 1720. (14) Gallicè prodiit *Pariſ.* apud Jac. Vincent. 1727. in 12. hoc tit. *Traité du Sens literal & du Sens myſtique des Saintes Ecritures, ſelon la Doctrine des Peres, ou l'on fait voir l'oppoſition du Syſteme des Figuriſtes modernes aux principes de l'Antiquité ſur l'explication des Ecritures, & ſa parfaite conformité avec le Syſteme d'Origene, condamné par les Peres, avec des Remarques ſur la Lettre d'un Prieur à un de ſes amis, au ſujet de la nouvelle Refutation du Livre des Regles pour l'intelligence des Saintes Ecritures.* Vid. *Biar. Erud.* Pariſ. Oct. 1727. Maii, Oct. & Nov 1728. Librum hunc *Regularum ad intelligentiam Sacræ Scripturæ* Autorem habere Abbatem *d'Aſſeld* Sorbonicum Doctorem, nemo neſcit. De illo forſan dicemus verb. BIDAL (*Joſeph.*)

[r] Vid. ſup. in Vita ad A. 381. p. 724. a. [s] Vid. *Retract.* lib. 1. cap. 1.

» ditate. Horum tamen Dialogorum *Auguſtinus* non » paucos locos, quaſi ad fidem Chriſtianam non ſatis » accommodatos improbat; at verò in libris de Phi» loſophiâ ejuſmodi multis facilè datur venia.

Hos *Auguſtini* Libros unà cum Tractatu *de Gratiâ & Libero Arbitrio* (de quo inf. n. 103.) Gallicè vertit juxta Benedictinorum Editionem elegantiſſimus *Ciceronis* Orationum Interpres Dnus *de Villefore* Pariſ. apud Joſſet 1703. in 12. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. April. ejuſd. anni *p.* 367 &c.

2. Ejuſdem generis eſt ac præcedentes, Liber *de Vitâ beatâ*, eod. anno 386. non poſt libros *contra Academicos*, ſed inter illos ſcriptus, occaſione natâ (3) & confectus ex colloquio quod ſe habuiſſe ait *Auguſtinus* in die ſuo natalitio 13 Nov. & duobus ſeqq. cum matre, fratre *Navigio*, filio *Adeodato*, (de quo inf. n. 88.) cognatis, diſcipuliſque *Trigetio* & *Licentio*, *Romaniani* filiis. Librum, in tres Dialogos partitum, *Manlio Theodoro*, quem Mediolani nôverat, inſcriptum, claudit *Auguſtinus*, eos hortando, quos alloquitur, ut Deum quærant, eumque perfectè cognoſcere ſedulò ſtudeant, cùm in ejus cognitione poſita ſit tota hujus vitæ felicitas, ſummaque animæ beatitudo. Hunc tamen ipſum locum emendavit, fateturque neminem in hac vitâ omnibus numeris abſolutam beatitudinem adipiſci poſſe, quia in futurâ demum vitâ Deus perfectè cognoſcetur.

3. *De Ordine* Libri II. Dialogis IV. eod. tempore quo præcedentes ſcripti, in quibus oſtendit, omnia à Divinâ Providentiâ, rerum omnium moderatrice, regi & gubernari. In his quoque libris varia emendavit (4). Gallicè vertit Dus *de Villefore*. Vid. inf. n. 38.

4. *Soliloquiorum* Libri II in ſolitudine ſuâ itidem ſcripti ſub initium anni 387. In his hoc inprimis intendit, in ſui Deique cognitione perfici. Opus verò, ut *ipſe* monet (5) imperfectum remanſit. Sub S. *Auguſtini* nomine prodierunt *Meditationes*, *Soliloquia & Manuale* (6): item *Meditationes* S. ANSELMI cum Tractatu *de humani generis redemptione*: S. BERNARDI Idiotæ viri docti *de amore Divino*: omnia ad MS. exemplaria emendata, & in meliorem ordinem diſtributa, operâ ac ſtudio *Henr. Sommalii* Soc. Jeſu, *Duaci*, apud Bellerum 1608 (7) poſtea *Amſtelod.* apud Cornel. ab Egmond 1631 & 1649. in 24. item *Antverpiæ* apud Verduſſen: *Mogunt.* 1616. in 24. *Antverp.* 1617. in 18. *Colon. Agrip.* 1639. in 16. & German. *Lunæburgi* 1638 (8). Antiquior extat *Soliloquiorum* Editio Latina *Venetiis* 1484. in 4. & cum *Meditationibus* ac *Manuali* Dilingæ 1571.

Verſiones Gallicæ:

Pariſ. juxta Benedictinorum Editionem, apud Batſium & Collombat 1696. (9) in 12. ac rurſus An. 1700 (10) apud Coignard, Interpr. *Joan. Renato Allaneau de la Bonnodiere* Pariſienſi. Poſtea *Lugd.* apud Joan. Bapt. Girin 1706. in 12. cum Notis: quæ quarta Editio numeratur juxta Benedictinorum recenſionem. Hæc Verſio in fronte nomen præfert Dni *du Bois* (11); at monet *Niceronius* (12) id factum fuiſſe ut acceptior in publicum prodiret. Notas quibus illuſtratur, Janſeniſmi ſuſpectas, damnavit Autor *Bibl. Janſen.* p. 200. (13) ubi monet Verſionem orthodoxam illam eſſe quam edidit Eccleſiaſtes quidam Lugdunenſis ſine Notis. Alibi memoratas vidi *Soliloquiorum* edit. Gall. *Gratianop.* 1664 & *Bruxell.* 1686. in 12. Antiqua extat Editio Gallica *Soliloquiorum* & *Meditationum* D. Auguſtini, item & *Manualis*, quo comprehenditur Tractatulus de Contemplatione Chriſti, *Pariſ.* 1572. 8. cum aliis ejuſdem generis opuſculis: ſub tit. *Les Meditations des Zelateurs de pieté, recueillies de pluſieurs & divers Livres des Saints anciens Peres* &c. Interpr. *Joan. Guytot* Nivernenſi (14).

Hiſpanica editio prodiit *Antverpiæ* apud Verdoſſen A. 1720. in 24. juxta *Sommalii* recenſionem. Aliam *Ribadeneira* vid. inf. n. 35. *Italicè* Florentiæ 1492. in 4. *Venetiis* 1572.

5. *De Immortalitate Animæ* Liber I. anno 387. » Poſt » libros *Soliloquiorum*, inquit ipſe (15), » jam de » agro Mediolanum reverſus, ſcripſi librum *de im» mortalitate animæ*, quem mihi quaſi commonitorium » eſſe volueram propter *Soliloquia* terminanda, quæ » imperfecta remanſerant. Sed neſcio quomodo me » invito exiit in manus hominum, & inter mea opuſ» cula nominatur. Qui primò ratiocinatione, contor» ſione, atque brevitate ſic obſcurus eſt, ut fatiget, » cùm legitur, etiam intentionem meam, vixque in» telligatur à me ipſo. » Et ſane, inquit *Ellias Du Pin*, ſatis ipſâ operis lectione intelligitur, hunc Librum potius Commonitorium eſſe quàm abſolutum opus. Multa quippe in eo congerit ratiocinia jejuna atque arida, ad probandam animæ immortalitatem.

Expoſitionem hujus libri vid. inf. n. 9.

6. *De Muſicâ* libri VI. (16) anno 387. (per id tempus quo Mediolani verſabatur, Baptiſmum percepturus) inchoati, & cùm in Africam reverſus eſt abſoluti anno 389. De cæteris diſciplinarum libris vid. inf. n. 12. in Deperditis & n. 18. 19. 20. in Dubiis.

7. *De Moribus Eccleſiæ Catholicæ*
8. *De Moribus Manichæorum* } Libri II. quos Romæ ſcripſit verſùs initium 388. jam baptizatus (17), eo conſilio, ut Manichæorum ſuperbiam & vanitatem retunderet, qui inanem jactantes temperantiam, obtentâ falsò hujus virtutis laude, ſeſe Catholicis anteponebant. Fidelium itaque mores Manichæorum moribus in hiſce duobus Libris opponit, quâ inſtitutâ comparatione oſtendit, quantum fucatæ horum virtutes diſtent à veris diſcipulorum Chriſti virtutibus. Priorem Gallicè vertit Celeb. *Antonius Arnaldus* (18) ac poſtea Dus *du Bois* (de quo ſup. n. 4. cit. (11) *Pariſ.* 1692. in 8. unà cum libro *de verâ Religione*, (de quo inf. n. 13.) juxta Benedict. Editionem, additis Notis, & Capitum Argumentis (19).

9. *De quantitate Animæ* Dialogus inter ipſum *Auguſtinum* & *Evodium* Romæ ſcriptus ineunte anno 388. in quo de animâ multa quæruntur ac diſſeruntur, id eſt, unde ſit, qualis ſit, quanta ſit, cur corpori fuerit data, cùm ad corpus venerit qualis efficiatur, qualis cùm abſceſſerit? *Sed quoniam*, inquit (20), *quanta ſit diligentiſſimè ac ſubtiliſſimè diſputatum eſt, ut eam, ſi poſſemus, oſtenderemus corporalis quantitatis non eſſe, & tamen magnum aliquid eſſe, ex hac unâ inquiſitione totus liber nomen accepit, ut appellaretur* de Quantitate Animæ.

Animæ humanæ naturam ab Auguſtino detectam in libris de Animæ quantitate, decimo de Trinitate, & de animæ immortalitate expoſitam dedit vir doctiſſimus *Mich. Angelus Fardella* Siculus, Drepanenſis, primùm quidem Regularis tertii Ord. S. Franciſci, poſtea Clericus Secularis, S. Theol. Doctor, & in Patavino Lyceo Aſtronomiæ & Meteororum Profeſſor; expoſuit, inquam, in libro *Venetiis* A. 1698. fol. typis Hieron. Albrizi edito, quem Emin. Card. *Henr. Noriſio* inſcripſit. Opus ſuum diſtribuit Cl. Autor in tres partes, in quarum *primâ* ea, quæ in tractatu *de Animæ quantitate*, ad fallaces *Epicuri* argumentationes

[3] Retract. l. 1. c. 2. [4] Ibid. c. 3. [5] Ibid. c. 4. n. 5. [6] Vid. inf. in Spuriis n. 39. 40. [7] *Alegamb.* Bibl. Script. S. J. [8] Lipen. *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 227. & 776 [9] Eod. anno prodiit alia Verſio Verſibus Gallicis apud *Joan. Couterot* in 8. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Maii 1696. p. 232. [10] *Ibid.* Decemb. 1700. p. 813 [11] *Phil. Goibaud Dominus du Bois* Academiæ Gallicæ Pariſienſis Socius digniſſimus, patriâ Pictavienſis, obiit Pariſiis d. 1 Jul. 1694. [12] Vid. inf. n. 135. in Epiſt. [13] R. P. *Domin. de Colonia* Soc. Jeſu Lugdunenſis.

[14] *Du Verdier* Bibl. Franç. p. 711. [15] *Retract.* lib. 1 c. 5. [16] De his vid. *Retract.* lib. 1. c. 6. & 11. [17] Ibid. c. 7. [18] Vid. ſup. p. 185. n. 12. [19] Vid. *Diar. Erud. Pariſ.* 27 Febr. 1690. [20] *Retract.* lib. 1. c. 8.

tiones expeditè detegendas & refellendas ſubtiliter exagitat *Auguſtinus*, exponuntur. Antequam verò eundem interpretari aggreditur, ad faciliorem Auguſtinianæ doctrinæ captum, præclatiora *Auguſtini* cogitata, quæ in illo continentur, à Dialogi prolixitate ſecernit, atque primum *Auguſtini* animum de ſe ipſo meditantem fictione quâdam in medium profert, qui non tantùm expoſita in libro *de Anima quantitate*, verùm etiam quæ in aliis ſuis operibus, ac potiſſimum *de Trinitate* & *de immortalitate Animæ*, ad humanæ mentis naturam ſpectantia enucleantur, univerſaliori ac latiori quâdam ſui inveſtigatione, planiorique ſtylo deregat, ſibique feliciter aperiat. Subjicit de in ipſum librum *de quantitate Animæ*, & quæſtionibus de hoc argumento ab *Auguſtino* propoſitis reſpondet.

In *ſecundâ* Parte exhibet Librum X *de Trinitate*, in quo *Auguſtinus*, ut abditiſſimum Trinitatis arcanum, quantùm finitæ intelligentiæ imbecillitas patitur, illuſtraret, ad hominis mentem ſe convertit, ut in eâ expreſſiorem inſignioremque quandam Trinitatis effigiem inveniret. Quicquid autem ad animæ naturam inveſtigandam in hoc libro ſpectat, dupliciter Cl. Auctor interpretatur; primò *Auguſtinum* ipſum, animæ noſtræ naturam perſcrutantem in medium adfert, deinde ſe veriori quâdam analyſi & amœniori ſtylo, *Auguſtini* mentem ſecum loquentem velut ante oculos ponit.

In *tertiâ* Parte ſequitur *Auguſtinum* in libro *de Animæ immortalitate*, quem maxima obſcuritate ac difficultate laborare, ipſemet *Auguſtinus* agnoſcit (vid. ſup. n. 5) Hic quoque *Fardella*, firmatis propoſitionibus, quæ ad exponendam animi originem faciunt, *mentis* & *corporis* conflictum inſtituit, atque *Auguſtinum* & *Epicurum* invicem pugnantes inducit. Plura legi poſſunt in *Actis Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. III. p. 302. &c. Venetiis item A. 1700. fol. edidit laudatus *Fardella* Epiſtolam Italico ſermone ſcriptam ad Ill. Virum *Anton. Magliabecchium* Florentinum, in quâ ſui operis ideam atque argumentum exponit. Extat etiam in opere cui tit. *la Galleria di Minerva* Tom. III. Part. I. p. 29. teſte *Ant. Mongitore* in Bibl. Sicula *Tom. II. p.* 71. ubi *Fardellæ* Operum Catalogus exhibetur.

10. *De libero Arbitrio* Libri III. quorum primum Romæ anno 388 inchoavit, duos poſteriores Hippone Presbyter ordinatus (21) abſolvit anno 395. In his eos oppugnare intendit, qui originem mali à libero arbitrio fluere negarent; idque eâ potiſſimum ratione, quòd, hac ſententiâ admiſſâ, mali Auctor dicendus eſſet Deus: & aſſerit, non poſſe hominem ab ignorantiâ & peccandi neceſſitate liberari ſine divino auxilio. *Gallicè* vertit D^{us} *de Villefore*. Vid. inf. n. 32. Memoratur Editio Latina *Baſil.* 1524. in 8. in *Catal. Bibl. Traject.* Part. II. p. 59. Eoſdem in Enchiridii formam redactos, unà cum libro *de Prædeſtinatione & Gratiâ* (de quo inf. in Dubiis n. 81.) *Coloniæ* A. 1568. prodiiſſe teſtatur *Poſſevinus* in Appar. *p. m.* 154.

11. *De Geneſi adverſus Manichæos* Libri II. quos ſcripſit *Auguſtinus* in ſeceſſu ſuo prope Tagaſtam circa A. 389. in defenſionem veteris Legis. Senſum utplurimum litteralem urget, at ab eo nonnunquam recedit, allegoricum attuliſſe contentus. Hujus operis (de quo item vid. inf. n. 18) nonnulla loca explicat *Auguſtinus* in Retract. (22) quibus abutebantur Pelagiani, ac duo præ cæteris ad ſe trahebant, unum adverſus Gratiæ neceſſitatem, alterum adverſus originale peccatum.

12. *De Magiſtro* Liber ibid. & eod. anno 389 ſcriptus. Dialogus eſt *Auguſtini* & *Adeodati*, in quo oſtendit Magiſtrum non eſſe qui docet ſcientiam, niſi Deum (23). Numen atteſtatur, quæcunque in hoc libro tribuit filio *Adeodato*, ejus revera eſſe (24). *Tu ſcis*, inquit, *illius eſſe ſenſa omnia, quæ inſeruntur ibi ex perſonâ collocutoris mei. Cùm eſſet in annis ſedecim, multa ejus alia mirabiliora expertus ſum. Horrori mihi erat illud ingenium.* Sed paulò poſt vivere deſiit filius ille, *ex me*, inquit *Auguſtinus*, *natus carnaliter de peccato meo* (25). *In illo puero, præter delictum, nihil habebam.* Annorum erat fermè quindecim cùm baptizatus fuit, *& ingenio præveniebat multos graves & doctos viros* (26).

13. Liber *de verâ Religione* eod. anno 389 vel 390 ſcriptus (27), in quo veræ Religionis præſtantiam oſtendit, & quæ imperet officia explicat: atque Chriſtianorum ſolam eſſe veram Religionem evincit, aliarumque errores confutat, Manichæorum imprimis placita circa duas naturas, bonam unam, alteram malam. Opus præſtantiſſimum, ſive ad cogitationes, ſive ad ſtylum reſpicias (28). Prodiit *Venetiis* 1484. in 4. Gallicè vertit poſt Celeb. *Ant. Arnaldum* (29), D^{us} *du Bois*. Vid. ſup. *n.* 7.

Hujus Libri MS. Codicem membr. Sec. XIII. ſcriptum *Jo. Frider. ab Uffenbach* Romæ è Biblioth. Celeb. *Jo. Ciampini* coemit, ac cum pluribus aliis libris manu ac typis deſcriptis tranſmiſit A. 1715. ad fratrem germanum virum illuſtriſſimum *Zach. Conradum*, cujus in Bibl. Trajecti ad Rhenum (30) extabat Vol. XX. in 4. Eodem volumine porrò continetur Fragmentum *Auguſtini* de Opere Monachorum (vid. inf. n. 50.) & S. *Gregorii* Papæ Commentarius in Canticum Canticorum.

14. *De utilitate credendi* Librum hunc Hippone Presbyter ordinatus (31) ſcripſit *Auguſtinus* A. 392. ad *Honoratum* amicum ſuum, virum doctum, Carthagine degentem, quem deceptum olim à Manichæis, adhuc eo errore detineri noverat.

Hic Liber ſeorſim prodiit *Colon.* 1533 & poſtea cum illo *de Unitate Eccleſiæ*, Moguntiæ 1605. in 8. cum Notis *Juſti Baronii* (32).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

15. *De duabus Animabus* Liber item adverſus Manichæos ſcriptus (33) eod. anno 392. In eo, ut obſervat *Ellias Du Pin*, quædam occurrunt loca non parum libero Arbitrio faventia, imo quæ Chriſti gratiam, originiſque peccatum impugnare videntur. Hæc poſtea emendavit *Auguſtinus*.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

16. *Acta* contra *Fortunatum* quendam Manichæorum Presbyterum, qui plurimum temporis apud Hipponem vixerat, ſeduxeratque tam multos, ut propter illos ibi eum delectaret habitare. Cum eo ut Collationem iniret *Auguſtinus*, effecerunt Catholici. Quæ utrinque dicta ſunt, à ſcribis ſedulò chartis conſignata fuère, Actaque ipſe *Auguſtinus* inter ſua Scripta ſervavit. Biduum duntaxat inter illos diſputatum eſt, ſcil. 28 & 29 Aug. A. 392. Coſſ. *Arcadio* & *Rufino* (34). Diſputationis autem argumentum erat de naturâ & origine mali. Malum à pravo libertatis uſu unicè fluere pugnat *Auguſtinus*; *Fortunatus* verò mali naturam Deo coæternam exiſtere contendit, & acriter propugnavit primo Collationis die; verùm ad ea quæ poſtera die objecit *Auguſtinus*, nihil ſe *Fortunatus* adverſus illum invenire quod diceret, confeſſus eſt: cùm itaque ſe ad anguſtias redactum ſentiret, dixit de eo ſe cum ſuæ ſectæ principibus collaturum: nec tamen Catholicus factus eſt, verùm Hippone diſceſſit. Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

17. *De Fide & Symbolo* Liber. Jam ſupra monuimus in Vitâ *p.* 724. *Auguſtinum* adhuc Presbyterum Symbolum coram Epiſcopis in Concilio Hipponenſi A. 393 ipſis

[21] *Retract.* lib. 1. c. 9. [22] Lib. 1. c. 10. [23] Ibid. c. 12. [24] *Confeſſ.* lib. 9. cap. 6.

[25] Vid. ſup. in Vitâ *p.* 723 cit. (o) [26] Ei non ſecus ac patri locum dedit *Adr. Baillet* inter Eruditos præcoces. Vid. ſup. cit. (i) in Vita. [27] *Retract.* lib. 1. cap. 13 [28] Ita cenſet *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad 28 Aug. p. 441. [29] Vid. ſup. *p.* 81. n. 14. [30] Vid. ejus *Catal.* Halæ A. 1720. impreſſum *P. IV. p.* 11. [31] *Retract.* lib. 1. c. 14. [32] Lipen. *Bibl. Theol. I.* 551. [33] *Retract.* lib. 1. c. 15. [34] Ibid. c. 16.

ipſis jubentibus explicuiſſe (35). Hunc deinde Sermonem inſtantibus amicis in librum contulit *Auguſtinus*, in quo ſatis dilucidè Symbolum explicat.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* VI.

18. *De Geneſi ad literam* Liber imperfectus circiter anno 393 ſcriptus.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. III.

» Cùm de Geneſi, inquit ipſe *Auguſtinus* (36), » duos Libros contra Manichæos condidiſſem (vid. » ſup. num. 12.) quoniam ſecundùm allegoricam » ſignificationem Scripturæ verba tractaveram, non » auſus naturalium rerum tanta ſecreta ad litte- » ram exponere, hoc eſt, quemadmodum poſſent ſe- » cundum hiſtoricam proprietatem quæ ibi dicta ſunt » accipi, volui experiri in hoc quoque negotioſiſſimo » ac difficillimo opere quid valerem, ſed in Scripturis » exponendis tyrocinium meum ſub tantâ ſarcinæ mo- » le ſuccubuit (37), & nondum perfecto uno libro, » ab eo, quem ſuſtinere non poteram, labore con- » quievi: Sed in hoc opere (ſcil. *Retractationum*) » cùm mea opuſcula retractarem, iſte ipſe ut erat im- » perfectus venit in manus, quem neque edideram & » abolere decreveram, quoniam ſcripſi poſtea duode- » cim Libros, quorum titulus eſt, *de Geneſi ad li-* » *tteram.* (Vid. inf. n. 53.) In quibus quamvis mul- » ta quæſita potius quàm inventa videantur, tamen » eis iſte nullo modo eſt comparandus. Verùm & » hunc, poſteaquàm retractavi, manere volui, ut eſ- » ſet index, quantum exiſtimo, non inutilia (aliàs » *inutilis*) rudimentorum meorum in enucleandis at- » que ſcrutandis divinis eloquiis, ejuſque titulum eſſe » volui, *de Geneſi ad litteram imperfectus*..... Si enim » perfeciſſem, ſaltem de omnibus operibus & verbis » Dei, quæ ad ſextum diem pertinerent, diſputaſſem. » In hoc libro ea notare quæ mihi diſplicent, vel » defendere quæ aliis non bene intellecta diſplicere poſ- » ſunt, ſuperfluum mihi viſum eſt. » Denique monet *Auguſtinus*, ut illi duodecim libri legantur, quos longè poſtea Epiſcopus fecit, & ex ipſis de iſto judice- tur. In quibus, ait *Sixtus Senenſis*, in Biblioth. Sancta, » quanquam ipſe *Auguſtinus* fateatur plura à ſe » quæſita quàm inventa, & ex inventis pauciora fir- » mata, & tanquam adhuc diligentius perquirenda, » in medium relicta; tantus tamen eſt in eis artium, » diſciplinarum, ac ſcientiarum omnium theſaurus, » ut facilè appareat, neque eruditius, neque ſublimius, » in expoſitione horum trium Capitum (vid. inf. n. » 53) vel ante, vel poſt *Auguſtini* tempora prodiiſſe » quicquam, neque deinceps futuris temporibus for- » taſſe proditurum. Placuit autem *Auguſtino* nihil in » hoc opere de rebus naturalibus certâ aſſeveratione » decernere, ne occaſionem præberet ſapientibus Eth- » nicis irridendi ſacras Literas, & viam credendi præ- » cluderet infidelibus; qui, cùm viderent, quoſdam » ex noſtris Geneſeos enarratoribus graviter errare in » his naturæ operibus, quæ ab eruditiſſimis viris ex- » perientiâ & demonſtratione certiſſimâ jam fuiſſent » oſtenſa, &, quod turpius eſt, errores ſuos Divinæ » Scripturæ teſtimoniis confirmare, Scriptores & Scrip- » turas noſtras, ut indoctas, abſurdas, falſaſque de- » riderent, exiſtimantes etiam, cætera, quæ in eis » de Incarnatione, Morte & Reſurrectione Filii Dei » habentur, conſimili vanitate fuiſſe conſcripta. Ne » igitur illis eſſet *Auguſtinus* exitio, maluit pruden- » ter inquirendo, quàm temerè definiendo, præſens » opus (ſcilicet Libros XII) contexere. »

19. *De Sermone Chriſti in monte* ad Matth. c. V. VI. VII. Libri II. (38) circa annum 393. Conſiderationes morales continent in præcepta & documenta varia, quæ ſuper monte ad turbas concionatus eſt Chriſtus. Nonnullas præterea difficultates ſolvit *Auguſtinus*, quæ ab ipſo Evangelii Textu naſcuntur. Tractatus eſt utiliſſimus, multaque in eo addiſci poſſunt non contemnenda. In Libro II Oratio Dominica explicatur. De hoc opere plura *Rich. Simonius* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 17. Vid. etiam quædam obſervata ſuper cap XVI. Libri primi apud *Baluum* in Diction. Critico, art. Acindynus (*Septimius*) Rem. (B) Gallicè hi libri prodierunt *Pariſ.* apud Andr. Pralard 1683. in 12. additis Capitum Summariis. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. A. 1683. p. 305.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

20. *Pſalmus contra Donatiſtas* (39). Proſa eſt quam incomptâ, ſimplici popularique oratione ſcripſit *Auguſtinus* A. 393 indicaturus vel ſimplicioribus Quæſtionis, quæ Catholicos inter & Donatiſtas agitabatur, verum nodum, idque eo potiſſimùm conſilio ut Donatiſtas ad Catholicos reduceret. Hoc porrò ſcriptum breviuſculum imperitis, inquit *Ellias Du Pin*, ac hebetioribus tantùm hominibus utile ſit futurum, quod ipſe obſervat *Auguſtinus*. Ideo autem non aliquo carminis genere id fieri voluit, ne ipſum neceſſitas metrica ad aliqua verba, quæ vulgò minus ſunt uſitata, compelleret.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. I. *Bened.* IX.

21. Ad eundem circiter annum 393 referendus eſt liber deperditus *contra Epiſtolam Donati* Carthaginenſis Epiſcopi Schiſmatici, quandoquidem hunc proximè poſt *Pſalmum* de quo ſup. n. 20 ponit *Auguſtinus* Retract. I. 21.

22. Contra *Adimantum* Liber A. 394. Ad *Auguſtinum* pervenerant hujus *Adimanti*, qui fuerat *Manetis* diſcipulus, quædam Diſputationes, quibus Legem & Prophetas multa cum Evangelio pugnantia continere militabat. Hujus igitur objectiones diluere, adductaque è Veteri Teſtamento loca, ut Evangelii præceptis contraria, conciliare aggreſſus eſt *Auguſtinus* (40).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan* Tom. VI. *Bened.* VIII.

23. *Expoſitio quarundam Propoſitionum ex Epiſt. D. Pauli ad Romanos.* Hanc dedit *Auguſtinus* adhuc Presbyter Carthagine A. 394. ad ſolvendas difficultates quæ ipſi undequaque objiciebantur (41). Quoniam autem Syſtema ſuum de Gratiâ nondum ſatis nitidè conceperat, contigit ipſi nonnunquam quædam hujus Epiſtolæ loca paulò aliter explicare quàm fecit poſtea.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

24. *Expoſitio Epiſtolæ ad Galatas* eod. circiter anno ſcripta: in quâ non, ut in aliis, digreditur in varias quæſtiones, quæ ad rem nihil attinent, verùm id ſolum intendit, ut expoſitionibus & conſiderationibus hanc D. Pauli Epiſtolam elucidet (42).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

Extant nomine *Claudii* Taurinenſis Epiſcopi Sec. IX. gente Hiſpani, *Commentaria in Epiſtolam ad Galatas*, *ad Romanos*, aliaſque Paulinas; ſed quæ maximam partem ex Patrum & maximè *Auguſtini* ſcriptis compilata eſſe docet *Rich. Simon* inf. cit. (43) ubi notat *Auguſtinum* ab Epiſcopo illo vocari *calamum Trinitatis*, *linguam Spiritûs S.* & *Angelum Cœli.* Ejus ingenii vim laudat, eloquentiam & eruditionem, laborem indefeſſum in confutandis præſertim Hæreticis, acumen in ſolvendis quæſtionibus ipſi propoſitis &c.

25. *Epiſtolæ ad Romanos inchoata Expoſitio*, ſub idem ferè tempus. » Epiſtolæ quoque ad Romanos, » ſicut ad Galatas, inquit (44), expoſitionem ſuſ- » ceperam; ſed hujus operis, ſi perficeretur, plures » libri erant futuri: quorum unum in ſolâ diſputa- » tione ipſius ſalutationis abſolvi, quam ab initio E- » piſtolæ

[35] *Retract.* lib. I. c. 17. [36] Ibid. c. 18. [37] Conf. quæ ſup. in Judiciis de *S. Auguſtino*, ex *Rich. Simonio p.* 728. b. [38] Retract. lib. I. c. 19.

[39] Ibid. c. 20. [40] Ibid. c. 22. [41] Ibid. c. 23. Vid. & quæ de hac *Expoſitione* obſervat *Rich. Simonius* in Hiſt. Crit Comment. N. T *cap* 17. *p.* 250. &c. [42] Vid. *Retract.* I. 24. Vid. & *Simon.* loc. cit. *p.* 257 &c. [43] *Simon.* ibid. *cap.* 25. [44] *Retract.* I. 25. Vid. & *Simon.* loc. cit. *p.* 256.

Epiſtolæ Romanis precatur Apoſtolus. » Verùm immoratus eſt cùm incidit in quæſtionem difficillimam de peccato in Spiritum Sanctum, *quod non remittitur neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Deinde ipſius operis magnitudine ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexus eſt. Ita factum eſt, ut librum quem feceras primum, reliquerit ſolum, quem inſcripſit: *Epiſtola ad Romanos inchoata Expoſitio.*

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

Extat opus *Barth. Fibus* Soc. Jeſu, S. Theol. Doctoris, *Coloniæ Agrip.* 1696. fol. editum hoc tit. *Auguſtinus, Pauli ad Romanos Interpres, Apoſtolico-Romano-Catholicus, ſeu Via Veritatis & Vita, in unitate Fidei ſalvifica, per genuinam interpretationem* S. Auguſtini *ſuper Epiſtolam ad Romanos, perque varias deductiones Theologico-Polemicas, contra Atheos, Paganos, Judæos, Mahometanos, Hereticos & Infideles quoſcunque, noviſſime ac perſpicuè demonſtrata.*

26. *De Mendacio* ad *Conſentium* Liber Ann. 395. ſcriptus, » qui, ut ipſe *Auguſtinus* ait (45), etſi » cum aliquo labore intelligitur, habet tamen non » inutilem ingenii & mentis exercitationem, magiſ» que moribus ad veriloquium diligendum proficit. » Hunc quoque auferre ſtatueram de opuſculis meis, » quia obſcurus & anfractuoſus, & omninò moleſtus » mihi videbatur, propter quod eum nec edideram. » Deinde cùm poſtea ſcripſiſſem alterum, cui tit. » *Contra Mendacium* (vid. inf. n. 96.) multò magis » iſtum non eſſe decreveram & juſſeram, ſed non eſt » factum. Itaque in iſtâ retractatione opuſculorum » meorum, cùm eum incolumem reperiſſem, etiam ip» ſum retractarum manere præcepi, maximè quia in » eo nonnulla ſunt neceſſaria, quæ in illo altero non » ſunt. Propterea verò illius inſcriptio eſt, *Contra Men» dacium*: illius autem, *De Mendacio*: quoniam per » illum totum oppugnatio eſt aperta mendacii, illius » autem magna pars in inquiſitione diſputationis ver» ſatur. Ad eundem tamen finem utrerque dirigitur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

27. *De Continentiâ* Liber in Pſalm. CXLI. ℣. 3. 4. Scriptus circa A. 395. Hujus equidem non meminit *Auguſtinus* in Retract. ſed in Epiſt. ſob ejus vitæ finem ſcriptâ ad *Darium* Comitem (46), ſorte A. 429. Et hunc librum inter Opera D. *Auguſtini* retulit *Poſſidius* c. 10. ac nonnulla ex eodem excerpta profert in ſuis collectaneis *Beda* ſeu *Florus*, & qui ab *Auguſtini* tempore propiùs diſtat *Eugypius*. Hinc à Benedictinis refellitur *Deſid. Eraſmus*, qui crediderit eſſe *Hegonis*, & phraſim arguere quod non ſit *Auguſtini*. Stilus & dictio, Benedictinorum judicio, ſimilis omninò eſt multorum *Auguſtini* Sermonum, eorum præſertim quos primis annis dixit ſive dictavit. Hunc verò librum Sermonem quemdam eſſe, (quem ideo in ſuis *Retract.* præterit,) ſatis ipſo declaratur exordio. Circa idem argumentum de Continentiâ verſatur Epiſtola ad *Ecdiciam* ab *Auguſtino* jam Epiſcopo ſcripta (47). Librum ipſum Gallicè vertit *Dus Du Bos*. Vid. inf. n. 43.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

28. *De diverſis Quæſtionibus LXXXIII*, ſive *Reſponſiones ad Quæſtiones LXXXIII.* Has *Auguſtinus* à fratribus interrogatus, nullo obſervato ordine, dictavit in Africa circa Ann. 390. Epiſcopus verò factus, eas colligi juſſit, & unum ex iis librum fieri curavit A. 398. (48)

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

29. *De diverſis Quæſtionibus VII.* Libri II. (49) primi omnium ſunt quos Epiſcopus ſcripſit *Auguſtinus* ad *Simplicianum* Mediolanenſem Epiſcopum, qui S. *Ambroſio* ſuffectus eſt A. 397. In priore Libro duo Epiſtolæ ad Romanos loca expendit: ſcil. Cap. VII. in hæc verba: *Quid ergo dicemus. Lex peccatum eſt?* &c. & Cap. IX. ubi agitur de Jacobi vocatione & Eſavi reprobatione. Quinque in varia Vet. Teſt. loca Quæſtionum ſolutiones continet Liber ſecundus. Iª Quæſtio, de quo ſpiritu intelligendum ſit, quod habetur I. Reg. X & XVI. *Spiritum Dei ingreſſum eſſe in Saulem*, quæ intelligit *Auguſtinus* de Spiritu Dei. IIª Quæſtio in hæc verba I. Reg. XV. *Me pœnitet quod Regem Saulem in Iſraele ſtatuerim.* Hac pœnitentiâ, quæ hic Deo tribuitur, nihil aliud quàm divinæ voluntatis mutationem ſignificari. IIIª ad *Hiſtoriam Pythoniſſæ* attinet, I. Reg. XXVIII. Non definit *Auguſtinus*, quid tandem à Saule viſum fuerit, utrum ipſa Samuelis anima, an verò phantaſma aliquod, quod ipſi poſterius veroſimilius videtur. IVª Quæſtio, in illud II Reg. VII. *Intravit Rex David, & ſedit ante Dominum.* Vª denique de Spiritu erroris, a quo Regem Achaz ſeduci permiſit Deus.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

S. Auguſtini *Quæſtiones in Scripturam Sacram* prodierunt *Lugd.* 1497.

30. Liber contra *Manetis* Epiſtolam cui tit. *Fundamenti*, ſcriptus circiter a. 397. principia ejus ſola redarguit, ſed in cæteris illius partibus annotationes, ubi videtur, affixæ ſunt, quibus tota ſubvertitur, & quibus, inquit ipſe *Auguſtinus*, commonerer, ſi quando contra totam ſcribere vacaviſſet (50).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

31. Liber *de agone Chriſtiano* fratribus in eloquio Latino ineruditis humili ſermone conſcriptus anno 396. aut paulò poſt, fidei regulam continet, & præcepta vivendi (51): atque ejuſdem ferè ordinis ac generis eſt, cujus *Enchiridion* ad *Laurentium* de quo inf. n. 99.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* VI.

32. *De Doctrinâ Chriſtianâ* Libri IV. qui *D. Auguſtini* Commentariis in Scripturam velut Præfatio quædam præmiſſi ſunt in Editione Bened. & rectè quidem, judicio viri doctiſſimi *Lud. Ellia Du Pin*, ut qui præcepta & regulas contineant, quæ ſequenda *Auguſtinus* exiſtimat tum ad Scripturam intelligendam, tum ad eam cæteris explicandam. Ibi enim tradit præcepta legendi, intelligendi, interpretandique Sacras Literas; oſtendens quarum linguarum, artiumque præſidio, & quorum Autorum lectione, quibuſve regulis opus habeat, qui Scripturarum ſenſa inquirit. Hoc autem Opus inchoavit circa annum 397. verum ad tertii Libri caput 36 tantùm perduxit. Ab hoc tempore Librum tertium abſolvit, tribuſque quartum addidit anno 426. in quo docet, quomodo quæ intelligimus proferenda ſint (52).

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. III.

» Optimè in ſuis *de Doctrinâ Chriſtianâ* libris, inquit *Rich. Simonius* (53), » neceſſarias Interpreti » Scripturæ regulas notavit, & alibi. Pro ſuâ verò » innatâ modeſtiâ fatetur dotes neceſſarias ad rectè » Scripturam interpretandam ſibi deſiderari, atque adeo » mirum non eſſe debere ſicubi minus accuratus exſ» titerat: Præterea ſe in hoc ſcribendi genere minus ex» ercitatum agnoſcit. » Conf. quæ ſup. in Judiciis de *S. Auguſtino* p. 728.

De quarto hujus operis libro, in quo præcipuè de eloquentiâ ſacrâ agit *Auguſtinus*, plura obſervat Clar *Balth. Gibertus* Emeritus Rector Univerſitatis Pariſienſis, ac Rhetorices in Collegio Mazariniano Profeſſor Celeberrimus, in Judiciis Eruditorum de Rhetoricis (54), ubi *Auguſtini* librum laudat & recenſet, defendens cum eo, non alia eſſe Eloquentiæ Eccleſiaſticæ præcepta, quàm Civilis.

Editiones LATINÆ:

Venetiis 1484. in 4. *Colon.* 1527. & *Antverp.* 1601. 8. *Witteb.*

[45] *Retract.* I. c. 27. [46] Epiſt. olim 264. quæ eſt 231. Tom II Edit Bened. p. 640. § 7. [47] Epiſt. 262. *ibid.* olim 199. [48] *Retract.* I. c. 26. [49] *Ibid.* lib. 2. c. 1.

[50] *Ibid.* c. 2. [51] *Ibid.* c. 3. [52] *Ibid.* c. 4. [53] *Hiſt. Crit. V. T.* lib. 3. c. 9. p. 33. edit. Lat. Plura idem *cap.* 8. de regulis S. *Auguſtini* in explicandâ S. Scripturâ. [54] *Jugemens des ſavans ſur les Auteurs qui ont traité de la Rhetorique* Tom. II. pag. 115-35. edit. Pariſ. 1716. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1720. p. 257.

Digitized by Google

Witteb. 1604. in 12. cum Præf. *Salom Geſneri* (†) Bolcſlavienſis in Silesia : item per *Georg. Calixtum* Theologum Lutheranum doctiſſimum, *Helmſtad.* 1655. in 4 (55) Addit *Lipenius* [cum Comment. *Vincentii* Lirinenſis ,] ſed pro *Comment.* legendum, ni fallor, *Commonitorio* prout in Catal. Scriptorum *Calixti* Helmſtadii A. 1658 edito.

Compendium Doctrinæ Chriſtianæ ex *Auguſtini* Libris excerptum edidit *Theod. Bibliander* Theol. Profeſſor Tigurinus *Baſil.* 1550. 8. (56)

GALLICE ipſum *Auguſtini* opus vertit *Guil. Colletetius* Academiæ Gallicæ Pariſienſis Socius, unà cum *Enchiridio* ad *Laurentium* (vid. inf. nu. 99.) *Pariſ.* 1636. in 12 (57). At elegantiorem, juxta Benedictinorum Editionem, & magis accuratam adornavit Verſionem D^{us} *de Villefore*, librorum ſcilicet *de Doctrinâ Chriſtianâ*, *de Ordine* (vid. ſup. n. 3.) & *de libero Arbitrio* (vid. nu 10.) *Pariſ.* apud Jo. Bapt. Coignard 1701. II Vol. in 8. Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. A. 1701. p. 163. & 1702. p. 316.

33. Ad annum 398 referendi *Contra partem Donati* libri duo, quorum meminit *Auguſtinus* Retract. I. 5. Sed amplius non extant.

34. *De Fide rerum quæ non videntur.* Hunc Tractatum genuinum eſſe ſummâ aſſerunt fiduciâ Benedictini, quanquam ut ſuppoſititium Doctores Lovanienſes *Eraſmum* ſequuti, rejecerant; alii ex *Auguſtini* ſcriptis conſarcinatum eſſe conjecerant. Falsò autem ab *Eraſmo* Hugoni *Victorino* tribui, ex eo arguunt doctiſſimi Monachi, quòd in Codice antiquo ante *Hugonis* ætatem exarato tribuatur *Auguſtino*, & ipſe *Auguſtinus* in Epiſt ad *Darium* Comitem Tractatum hunc pro ſuo agnoſcat, quæ Epiſtola poſt *Frobenianam* Editionem demum reperta, & in *Plantinianâ* Lovanienſium primùm vulgata fuit, qui tamen hunc Librum pro genuino *Auguſtini* fœtu minimè agnoverunt: verum, judice Celeb. *Ell. Du Pin*, ſtilum ſapit *Auguſtini*, nec indignus eſt tanto viro. Quod autem in hoc ſcripto legitur *cap.* 10 de Templorum everſione, ſatis indicat conſcriptum fuiſſe poſt legem Imper. *Honorii* latam, A. 399

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. Append. *Bened.* Tom. VI.

35. *Confeſſionum* Libri XIII circa A. 400 ſcripti, » & de malis & de bonis meis, inquit ipſe *Auguſtinus* (58), »Deum laudant juſtum & bonum, » atque in eum excitant humanum intellectum & af» fectum; interim quod me attinet, hoc in me ege» runt cum ſcriberentur, & agunt cùm leguntur. Quid » de illis alii ſentiant, ipſi viderint; multis tamen » fratribus eos multum placuiſſe & placere ſcio. » Et re vera miram exhibent ejus vitæ deſcriptionem. Horum librorum lectione a contemtu Sacrarum Literarum revocatus eſt *Franciſcus Petrarcha* (59). In illis ſe *Auguſtinus* nativis coloribus ad vivum expreſſit; infantiam ſuam, ephebiam & converſionem depinxit; vitia juxta & virtutes ſuas ob oculos poſuit, ſecretioreſque ac abſtruſiores animi ſinus retexit, ut & varios, quibus commotus eſt, affectus. Et quoniam in hoc libro Deum ipſum alloquitur, ad Deum ſæpiùs e ua animus rapitur, variiſque animo divino fervidus, precibus, præceptis, & conſiderationibus diſtinguitur. Nec iſte Liber, ut plerique id genus alii, ſenſu vacuus, obſcurus, ineptis cogitationibus, inanibuſque ſpiritalium placitis refertus putandus eſt. At contra eximias preces continet, ſublimeſque ſuper Dei magnitudinem, ſapientiam, bonitatem & providentiam, cogitationes: ſolidas item conſiderationes in nihilum, vanitatem, infirmitatem & corruptionem hominis: poſtremò ſaluberrimis hoc Libro remediis mortalium miſeriæ exercitatique occurrit: utiliſſimaque ad progrediendum in vitâ ſpiritali præcepta tradit: ita ut verè dici poſſit, hunc librum cæteros omnes de Spiritualitate libros ſublimitate & ſoliditate vincere. Fatendum tamen quod res eſt, nonnullas interdum in hoc libro cogitationes occurrere paulò abſtractiores, quæ proinde multorum captum ſuperent; quia & pluſculum eloquentiam elegantiamque in eo ſectari *Auguſtinum*; majoremque in hoc libro ingenii ſagacitatem oſtentaſſe, quàm lenitatem & ſimplicitatem, forte dixerit aliquis. Hoc tulit judicium Cl. *Ellias Du Pin*, quod de decem prioribus Libris intelligendum, in tribus enim poſterioribus, miſſâ vitæ ſuæ Hiſtoriâ, de ſuo in S Scripturam ſtudio, deque eorum intelligentiâ, quam ſe à Deo profectum accepiſſe, verba facit *Auguſtinus*: qui, ut aliquod hujus cognitionis ſpecimen exhibeat, initii Geneſeos explicationem aggreditur, multaſque hac occaſione quæſtiones movet aliquantò abſtruſiores.

Extant Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom I.

S. Auguſtini *Confeſſionum* Editiones:

Venetiis 1484. in 4, *Antverp.* 1567. 8. (60) & 1568. in 16. *Turonii* 1588 (†). & curâ *Henr. Sommalii* Soc. Jeſu *Duaci* 1607 8. 1628. in 24. (61) *Lugd. Bat.* apud Dan. Elzevirium 1675. in 12. & *Colon. Agrip.* vel *Antverp.* apud Corn. ab Egmond, 1699. in 24. Habetur item editio *Antverp.* ex officinâ Plantinianâ *Balth. Moreti* 1650. in 8. Typographus monet ſe, cum audiret laudari præ cæteris exemplar à R. P. *Sommalio* recenſitum, varias ejus editiones conquiſiviſſe, earumque factâ comparatione, multos errores typographicos emendaſſe, ac poſtea exemplar contuliſſe cum Editione Operum *S. Auguſtini* à *Chriſt. Plantino* excusâ, atque in multis diſcrepare animadvertit, & in quibuſdam P. *Sommalii* recenſionem præferendam cenſuit, in aliis Plantinianam Editionem. » Quod ne temerè, *inquit*, feciſſe culparer, adhibui » Codicem MS. antiquiſſimum, qui ante plura ſæcu» la conſcriptus, cum aliis multis MSS. Codicibus » in hoc Plantiniano Typographeio aſſervatur. » Hunc codicem fideliſſimum expertus, ex ejus auctoritate emendavit exemplar à *Sommalio* recenſitum; idque gaudet, quòd viri docti, quibus correctiones ſuas oſtendit, non improbaverint.

Libros XIII Confeſſionum *Auguſtini* in Epitomen redactos *Joan. Schwaygerus* ſive *Schweigerus* Collegii ad B. Virginem Francofurti Scholaſticus, (cujus meminit *Poſſevinus* in Appar.) in lucem emiſit *Coloniæ* apud Cholinum A. 1569. & ibid. A. 1571. *S. Auguſtini* Meditationes, Soliloquia & Manuale, Germanicè à ſe reddita.

Hilarii & *Auguſtini* Confeſſiones *Baſil.* 1578. 8

Libros tantùm X priores edidit cum Notis & Summariis *Henr. Wangnereck* Soc. Jeſu Dilingæ 1630 (62) quæ editio repetita eſt *Coloniæ*, apud Jod. Kalcovium, 1646. in 12. Subjecta eſt *Rei pœnitentis ſimplex & humilis Confeſſio*, tum Sermone *de S. Auguſtino*.

S. Auguſtini Confeſſionum Floſculi ſelecti a rerum difficilium ſpinis, & in ſex areolas diſtributi. *Colon.* in 12. (63) & *Lugd.* 1618. in 24.

Anglicè per *W. Watts* Londini 1631. in 8.

Italice vertit *Julius Mazzini* Brixienſis Romæ 1595. 4. & *Jac. Fuligatus* Jeſuita Romanus, qui ſub initium Sec. XVII claruit (64).

Luſitanicè *Sebaſt. Toſcano* ſive *Tuſcanus* Eremita Auguſtinianus Portuenſis, cujus Verſio prodiit *Antverp.* 1555. & *Colon. Agrip.* 1556 (65).

Hiſpanicè

[†] Beeman *Catal. Bibl. Francof.* p. 35.
[55] Lipen. *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 538. [56] *idem* ibid. [57] Vid. *Pelliſſonii* Hiſt. Acad. Gall p. 306. [58] *Retract.* lib. 2. c. 6. [59] *Papyr. Maſſoni* Elog a Tom. II. p. 81. apud *Fabric.* Bibl. Lat. *Tom. II. p.* 351. edit. Venetæ.

[60] *Lipen.* Bibl. Theol I. 309. [†] *Poſſevin.* in Appar. p. m. 154. [61] *Lipen.* pag. 402. [62] *Alegamb* Bib. S. J. [63] *Lipen.* ubi ſup. p. 359. [64] Vid *Alegamb.* Bibl Script. S. J. p 196. & 447. [65] Ex *Nic. Anton.* Bibl. *Tom. II. p.* 230.

Hiſpanicè *Petrus à Ribadeneira* Toletanus, Soc. Jeſu, *Matriti* 1598. (66) unà cum *Meditationibus*, *Soliloquiis* & *Manuali*, de quibus vid. ſup. *num.* 4. ac præterea *Alberti Magni* Paradiſo animæ, ſeu Libro de Virtutibus. Vid. ſup. *p.* 217. *n.* 22.

Verſiones GALLICÆ:

Pariſ. 1609. 8. cum Annot. *Hennequinii*. Lugd. 1649. in 12. & 1650. in 24. per *Cerizerium* Jeſuitam. (67) Pariſ. 1649. & Bruxellis (68) 1675. in 12. Interp. *Arnaldo* Andilliacenſi (69). Vertit poſtea Dus. *du Bois* (de quo ſup. *n.* 4. cit. (11). *Pariſ.* 1686. 8. qui poſt Editionem Benedictinorum, plurima abſque Codicum MS. ſubſidio, ſolà ingenii ſagacitate, & eruditione, accuratàque ſententiarum *Auguſtini* cognitione fretus, feliciter correxit. Idem etiam Litteras *Auguſtini* in elegantiſſimà ſuà tranſlatione præſtitit (70). *Confeſſiones* item Gallicè edidit recentior Interpres, ſed contractas, *Pariſ.* apud Phil. Nic. Lottin 1719. in 12. hoc tit. *Les Confeſſions de S. Auguſtin abregées, où l'on n'a mis que ce qui eſt le plus touchant, & le plus à la portée de tout le monde* (71).

36. Contra *Fauſtum* Manichæum *Diſputationes* ſeu Libri XXXIII. Opus abſolutum circa annum 400. quod ad S. *Hieronymum* miſit anno 404 (72). Scriptorum hujus Manichæi textum affert, quo pleræque omnes blaſphemiæ atque impietates, quas hi Hæretici vomere ſolebant in Vet. & Nov. Teſt. continentur. Has *Auguſtinus* validè ſolidèque confutat.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

37. De actis cum *Felice* Manichæo *Libri II* Sunt Acta Collationis quam cum eo habuit *Auguſtinus* Hippone menſe Decembri A. 404 Hunc *Felicem*, quamvis liberalibus literis ineruditum, attamen *Fortunato* verſutiorem fuiſſe ait (73). Collatio per triduum duravit; verùm quid primâ die geſtum fuerit, non conſtat; narrat enim ſolum *Auguſtinus*, quid poſtremis duobus diebus actum fuerit. Victus ultimâ Collatione Manichæus, ad Catholicam Eccleſiam reverſus eſt, impioque *Maneti* anathema dixit.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

38. *De Naturâ Boni* Liber adverſus Manichæos, ſcriptus poſt A. 404. in quo evincitur, Deum eſſe naturà immutabilem, ac ſummum bonum, omnium entium, tum corporum, tum ſpirituum, quæ univerſà naturâ ſunt bona, Conditorem; malum unicè fluere è peſſimo libertatis abuſu; Manichæos denique bonum quod malum, malum verò quod bonum judicare (74).

Gallicè verſus juxta Benedictinorum Editionem inſertus eſt in libro cui tit. *La diſtinction & la nature du bien & du mal* &c. Pariſ. 1704. in 12. de quo dicemus ubi de Cl. *Petro* BELIO.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

39. Liber adverſus *Secundinum* Manichæum, ſcriptus anno circiter 405. *Reſponſum* eſt propriè S. *Auguſtini* ad Epiſtolam *Secundini*, quâ *Auguſtinum* hortabatur, ne in poſterum Manichæos, quorum olim ſententiam defendiſſet, impugnaret, quin etiam conabatur illum ad ſuam Sectam revocare. Huic igitur *Auguſtinus* converſionis ſuæ rationem exhibet, *Manetiſque* errores aliquot retegit. Et hunc librum omnibus quos adverſus Manichæos ſcripſit, anteponit *Auguſtinus* (75).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

40. Contra *Hilarium* quendam virum tribunitium laicum catholicum, qui morem tunc Carthagine receptum, ut hymni ad altare dicerentur de Pſalmorum libro, ſive ante oblationem, ſive cùm diſtribueretur populo quod fuiſſet oblatum, ubicunque poterat, impugnabat. Huic ergo, jubentibus fratribus, reſpondit *Auguſtinus* (76) Sed ejus liber non extat.

41. *Quæſtionum Evangeliorum XCVIII* Libri II. quos feſtinanter admodum ſcripſit *Auguſtinus* poſt annum 400. Sunt quædam Expoſitiones quorundam locorum ex Evangelio Matthæi & Lucæ (77). In his autem Libris nuſpiam meminit *Quæſtionum XVII in Matthæum*: nec ulla earum fit mentio in optima editionibus Indicis Operum S. *Auguſtini*, à *Poſſidio* conſcripti. Unde non forſan malè quis dubitaverit, utrùm hæ Quæſtiones ſint *Auguſtini*? quanquam tamen eas *Rabanus Maurus* Archiepiſcopus Moguntinus Sec. IX. citavit ſub *Auguſtini* nomine, videturque earum ſtilus ſatis ad ejus ſtilum accedere. De his libris vide quæ habet *Rich. Simonius* in Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 17. *p.* 249.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

Prodiit *Auguſtinus* in Novum Teſtamentum *Pariſ.* 1619. *Gallicè* verò *ibid.* 1675 in 8. cum aliorum Patrum Latinorum Commentariis. *Explication de St. Auguſtin, & des autres Peres Latins, ſur le Nouveau Teſtament* (§). Lugduni iterum *Gallicè* apud Plaignard 1694. in 8. IV Vol

42. *Annotationes in Jobum* ſcriptæ verſùs An. 400. de quibus ita ipſe loquitur. » Liber iſte, utrum meus habendus ſit (78), an potius eorum » qui eas, ſicut potuerunt vel voluerunt, redegêre » in unum corpus deſcriptas de frontibus codicis, non » facilè dixerim. Suaves enim pauciſſimis intelligen» tibus ſunt, qui tamen neceſſe eſt offendantur, mul» ta non intelligentes, quia nec ipſa verba quæ ex» ponuntur, ita deſcripta ſunt in multis locis, ut ap» pareat quid exponatur. Deinde brevitatem ſententia» rû tanta eſt ſequuta obſcuritas, ut eam lector vix ferre » poſſit, quem neceſſe eſt plurima non intellecta tran» ſire. Poſtremò tam mendoſum comperi opus ipſum » in codicibus noſtris, ut emendare non poſſem, nec » editum à me dici vellem, niſi quia ſcio fratres id » habere, quorum ſtudio non potuit denegari. Hæc *Auguſtinus*.» Non ita tamen, inquit *Elias Du Pin*, » deſpiciendus hic mihi Liber videtur. Eſt autem ve» luti Paraphraſis ſeu explicatio quædam literalis Li» bri Job, quæ ſanè non mediocriter confert ad hu» jus Libri verum ſenſum cognoſcendum. Quædam » indicantur duntaxat in hoc Libro, at poſſunt ab » aliis fuſius deduci.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

43. *De catechizandis rudibus* Liber poſt annum 400. ſcriptus precibus cujuſdam Diaconi Carthaginenſis, (79) qui *Auguſtinum* rogaverat, ut ſibi traderet rectam methodum Catechiſmorum inſtituendorum. Hunc Librum Gallicè reddidit Dus. *du Bois* (de quo vid. ſup. n. 4) unà cum Libris *de Continentiâ*, (vid. ſup. n. 27.) *Temperantiâ, Patientiâ*, (vid. inf. n. 88) & *adverſus Mendacium* (vid. inf. n. 96) Pariſ. 1678. in 12.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

44. *De Trinitate* Libri XV anno 400. inchoati, anno 416. abſoluti, de quibus ita loquitur (80). » Libros de Trinitate, quæ Deus eſt, XV ſcripſi per » aliquot annos. Sed cùm eorum duodecimum non» dum perfeciſſem, & eos diutius tenerem quàm poſ» ſent ſuſtinere qui vehementer habere cupiebant, ſub» tracti ſunt mihi minus emendati quàm deberent ac » poſſent, quando eos edere voluiſſem. Quod poſ» teaquam comperi, quia & alia eorum apud nos » exemplaria remanſerunt, ſtatueram eos jam ipſe non » edere, ſed ſic habere, ut in alio opuſculo meo » quid mihi de his evenerit dicerem: urgentibus tamen

(66) *Nicol. Anton.* ſup. cit. *p.* 186 b. (67) Vid. inf. n 74 poſt cit. (158.) (68) *Lipen.* ubi ſup. cit. [61] Alibi memoratas vidi edit. Pariſ. 1672. in 12. & Bruxell. 1691. in 8. [69] Vid. ſup. *p.* 581. b. n. 7. (70) Hæc Dus. *Carrelius* [de quo inf. n. 74. cit. [152] *In Actis Erud.* Lipſ. A. 1709. p 424. ubi id quidem refert de Editione Latinâ *Confeſſionum* S. Auguſtini à D. *du Bois* A. 1687 editâ, cujus tamen non meminit eruditiſſimus Abbas *Joſephus Olivetus* in Hiſt. Acad. Gall. *p.* 319 ſed tantum de Verſione Gallicâ, de quâ forſan intelligenda ſunt *Carrelii* verba. (71) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Maji 1719. (72) *Retract.* lib. 2. c. 7. (73) Ibid. c. 8. (74) Ibid. c. 9. (75) Ibid. c 10

(76) Ibid. c. 11. (77) Ibid. c. 12. [§] Ex *Lipen.* Bibl. Theol. II. 830. (78) *Retract.* lib. 2. c. 13. (79) Ibid. c. 14. [80] Ibid. c. 15.

» men fratribus, emendavi eos quantum emendandos
» putavi, & complevi & edidi, adjungens eis à ca-
» pite Epiſtolam, quam ſcripſi ad venerabilem *Aure-*
» *lium*, Carthaginenſem Epiſcopum : quo tanquam
» prologo expoſui & quid acceſſiſſet, & quid facere
» meâ cogitatione voluiſſem, & quid fratrum chari-
» tate compellente feciſſem. » Dogmaticus potius de myſterio Trinitatis, quàm Polemicus adverſus Hæreticos Tractatus dici poteſt : ut qui totus ſit in diſputando ſubtilius de modis explicandi hujus Myſterii; Hæreticorum verò cavillationes confutare, & Catholica dogmata adſtruere negligat. Duo igitur in hoc Opere præſtare aggreditur. Primùm, hanc nobis in S. Scripturâ doctrinam tradi, oſtendere, ſecundò hoc etiam intendit, hominum mentes, quantùm quidem id fieri poteſt, ad aliquam hujus Myſterii cognitionem attollere.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* VIII.

Huc referri poteſt elogium quod inſignis *Corn. Janſenius* Yprenſis Epiſcopus *Auguſtino* tribuit. » *Auguſtinus*, ait, (81) » adverſus conſtantem præceden-
» tium ſententiam magno auſu, majore conſcientiâ,
» ſubnixus Scripturarum pondere, & rationum gra-
» viſſimarum acumine ac texturâ, primus panſis ve-
» lis, in libris *de Trinitate* demonſtravit, omnes il-
» las apparitiones Vet. Teſtamenti non Deo, ſed An-
» gelis tribuendas eſſe. Quæ cauſa fortaſſis fuit cur
» libros illos tot annis ſuppreſſerit, ne fortè nimis
» præcipiti audaciâ illam tot Patrum antiquorum
» ſententiam, atque unà præcipuum Arianorum fun-
» damentum everteret » : Vide quæ hanc in rem obſervat *Simonius* inf. cit. ubi differit de methodo quam ſecutus eſt *Auguſtinus* in interpretatione plurium locorum Novi Teſtamenti, cùm adverſus Hæreticos pugnat, ac præcipuè de ejus controverſiis cum Arianis.

Libros *de Trinitate* à *Franciſco de Belleforeſt* recenſitos & emendatos poſt Verſionem Gallicam *Gentiani Herveti* Pariſ. apud Nic. Cheſneau A. 1570 lucem vidiſſe refert *Crucius Cenomanenſis* ubi de priore loquitur (82) : id verò ad libros *de Civitate Dei* (vid. inf. num. 74) ſpectare ſuſpicor; prout ipſe habet ſub *Herveti* nomine (83) : non ſecùs ac *Verderius* inf. cit. qui ejuſdem editionis meminit, non librorum *de Trinitate*, ſed *de Civitate Dei*. In utrumque opus Commentaria ſcripſiſſe (84) dicitur *Joan. Baconthorpius* Carmelita Anglus, qui Sec. XIV vivebat.

Hos *Auguſtini* Libros è Latino Græcè vertit *Maximus Planudes* Monachus CPolitanus, qui Sec. XIV. vel juxta alios Sec. XV claruit. Verſionis iſtius capita nonnulla Græcè edita eſſe ait *Whartonus* (85) *Romæ* 1630.& Gr. Lat. per *Joan. Leunclavium*, Weſtphalum, *Baſileæ* 1578.8. (86). Integra extat MS. in Bibl. Cæſareâ Vindob. teſte *Lambecio* Comment. *lib.* 4. *p.* 159 & Romæ in Bibl. Vatic. teſte *Poſſevino* in Appar. qui dubitat an fideliter *Planudes* verterit hoc opus *S. Auguſtini*, ubi de Proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio disertè, *inquit*, ſcriptum eſt à *S. Auguſtino*.

45. *De conſenſu Evangeliſtarum* Libri IV.versùs A. 400 ſcripti,quos inter ſcribendum Libros de Trinitate compoſuit (87).In primo Libro poſtquam de Evangeliſtarum numero,auctoritate & ſtilo diſſeruit,eos confutat qui Evangelio debitam fidem præſtare negarent, eâ potiſſimum ratione, quòd ab ipſo Chriſto ſcriptum non eſſet, ſed verò ab ejus diſcipulis, quos illi à ſui Magiſtri doctrinâ defeciſſe ſentiebant, quippe qui, ajebant, eum pro Deo mundo obtruſerint, Deorumque cultum aboleverint. Libri tres reliqui Concordantiæ ſunt Evangeliſtarum. Plura de hoc opere *Rich. Simonius* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 18.

Gallicam hujus operis Verſionem *Lugd.* 1516. in 8 memorat *Jac. Le Long* in Bibl. Sac. *p. m.* 619.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* III.

46. *Libri III* Contra *Parmeniani*, DONATI in ſede Carthaginenſi ſucceſſoris, Epiſtolam ad *Tichonium*, qua univerſam Eccleſiam graviſſimi peccati inſimulabat, quòd cum hominibus omnis generis criminibus coinquinatis communicaſſet (88). Hi Libri conſcripti ſunt circa annum 400. Vid. *Pagi* ubi inf. cit. (98) num. 54. Cæterum in Benedictinorum Editione occurrit caſtigatio unius loci *lib.* 1. *cap.* 3. qui multùm antehac Hiſtoricos vexavit : ubi ſcilicet mentionem facit *Auguſtinus* Concilii Romani, in quo damnati fuerunt Donatiſtæ.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

47. *De Baptiſmo* Libri VII. eodem tempore conſcripti, adverſus Donatiſtas qui *S. Cypriani* autoritate utentes, Hæreticorum Baptiſmum nullum eſſe pugnabant (89). Oſtendit primùm illis *Auguſtinus*, à *Cypriani* doctrinâ, agendique ratione ipſorum Schiſma damnari, etſi eorum opinioni de rejiciendo Hæreticorum Baptiſmo favere videtur. Allatas dein à *Cypriano* ejuſque Collegis rationes ad evincendum, baptizatos ab Hæreticis eſſe rebaptizandos, refellit. Multæ ibi quæſtiones agitantur de neceſſitate, validitate, effectis, cæteriſque Baptiſmi circumſtantiis.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

48. His Libris proximus eſt in *Retractationum* ſerie (90) liber cui tit. *Contra quod attulit Centurius à Donatiſtis* : qui non extat.

49. *Ad Inquiſitiones Januarii* Libri duo circa A. 400 ſcripti, quorum prior Epiſtola eſt, ſed ideo inter libros annumerat *Auguſtinus*, quia ſequens multò eſt prolixior (91). Uterque extat inter Epiſtolas (olim 118 & 119. nunc 54 & 55.) In *priore* docet *Auguſtinus*, *Januario* reſpondens, quid agendum ſit in iis, in quibus regionum aut Eccleſiarum conſuetudines variant, & in quibus conſentiunt, puta de Sacramentis, Feſtis diebus, Jejunio & Euchariſtiâ. *Alter* eſt de ritibus Eccleſiæ, vel iis quos negligi nefas eſt, vel iis qui tollendi ſunt, ſi citra majus incommodum liceat.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. II.

Inter Deperdita *Auguſtini* ſcripta memorat Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. neſcio quem *de Euchariſtia* Tractatum. *Lipenius* verò ſub *Auguſtini* nomine (92) meminit libri *de veneranda Euchariſtiâ* Leodii 1655 in 4. Forſan excerptus eſt ex aliquot ejus Epiſtolis de hoc argumento.

50. *De Opere Monachorum* Liber circiter annum 400 ſcriptus jubente *Aurelio* Carthaginenſi Epiſcopo (93). Egregia eſt Cenſura quorumdam Monachorum, qui quia dictum eſt à Chriſto Matth. VI. *Ne ſoliciti eſtote de craſtino* &c. labore ſe hoc præcepto immunes putabant, nihilque aliud agendum ſibi exiſtimabant præterquam orare, legere & pſallere. Illis *Auguſtinus* opponit *D. Pauli* exemplum & teſtimonium, qui rotundè declarat, *eum manducare non oportere, qui laborare nollet*. Frivolas diſtinctiones quibus illi ad vim hujus ſententiæ eludendam abutebantur, refellit.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* VI.

51. *De bono conjugali* Liber ſcriptus A. 401. adverſus *Jovinianum*, qui virginitatis adverſarius, Romanas virgines multas à conſilio vovendæ perpetuæ virginitatis abduxerat, & ad nubendum impulerat. Hujus igitur ſententiam impugnavit *Auguſtinus*, maximè quia jactabant ei reſponderi non poſſe cum laude, ſed cum vituperatione nuptiarum. Propter hoc librum

[81] Janſen. *Auguſtinus* Tom. 2. *lib. Proem. de rat. & au. tor.* c. 12. apud *Rich. Simonium* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 19. *p.* 269. Conf. *Crit. Bibl. Eccleſ.* Ellies Du Pin *Tom. I. p.* 146 [82] *La Croix du Maine* Bibl. Franç. *p.* 90. [83] *Ibid. p.* 120. Ita & *Ant. Du Verdier* ibid. *p.* 368 & 442. [84] Vid. *Poſſevin* in Appar. *verb.* Joannes de Baccone *&c.* [85] In Append. ad Hiſt. Liter. *Guil. Cave*, ubi *Maximi* meminit ad A. 1340. Ita & *Lipenius* Bibl. Theol. II. 874. [86] Hanc Editionem memorat ibid. *Lipenius* ſub tit. *Confeſſio de Trinitate*. [87] *Retract.* lib. 2 c. 16.

[88] *Retract.* lib. 2. c. 17. [89] Ibid. c. 18. [90] Ibid. c. 19. [91] Ibid. c. 20. [92] Bibl. Theol. I. 654. [93] Retract. lib. 2. c. 21.

ſo miſſæ fuerant : hactenus enim Pelagianos in Concionibus tantùm ac colloquiis familiaribus impugnaverat. In his autem Libris præcipuè diſputat de Infantium Baptiſmo, ad tollendum Originis peccatum neceſſario, & de Gratiæ Chriſti neceſſitate (103).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

64. *De unico Baptiſmo* Liber (104) eod. tempore ſcriptus ad *Conſtantium* quendam Epiſcopum adverſus *Petiliani* (de quo ſup. n. 54.) librum de eod. argumento. Præcipua quæ in hoc Libro ab *Auguſtino* agitatur Quæſtio ad validitatem Baptiſmi Hæreticorum attinet.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

65. Liber *de Maximianiſtis contra Donatiſtas*, quem poſt opus *de unico Baptiſmo* recenſet *Auguſtinus* (105), non extat. Eum *non breviſſimum* aic, ſicut priorem (de quo n. 59) *ſed grandem* & *multò diligentius* ſcriptum.

66. *De Gratiâ Novi Teſtamenti* Liber ad *Honoratum* (de qoo ſup. no. 14.) Scriptus circa A. 412. cujus meminit in *Retract.* II. 36. (†) Extat inter Epiſtolas (olim 120, nunc 140) Reſpondet ad quinque Quæſtiones *Honorati*, 1 quid ſibi velit vox illa Domini, *Deus meus, Deus meus, cur me dereliquiſti?* 2 quid hæc Apoſtoli, *Ut in caritate radicati & fundati, prævaleatis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum?* 3 quæ ſint quinque virgines ſtultæ, quæve ſapientes? 4 quæ ſint tenebræ exteriores? & 5. quomodo intelligendum ſit, *Verbum caro factum eſt.* Præter has Quæſtiones, ſextam ſibi ipſe proponit *Auguſtinus*, quæ eſt *de Gratiâ Novi Teſtamenti*, adverſus Pelagianos tractandam; & Pſalmum XXI ad eam rem totum interpretatur.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. II.

67. *De Spiritu & Literâ* Liber I de quo *Retract.* II. 37. ad *Marcellinum* ſcriptus anno 412. vel 413. (106). Iſte cùm accepiſſet *Auguſtini* Libros *de peccatorum meritis & remiſſione*, ad eum reſcripſit, ſe in illis aliquid legiſſe quod minùs intelligeret. Hujus igitur difficultatibus ſatisfacturus *Auguſtinus*, ſuum *de Spiritu & Literâ* librum ſcripſit, in quo, poſtquam paucis oſtendit, permulta à Deo fieri poſſe, quæ revera ab ipſo non fiunt, acriter illos refellit, qui id ſuſtinuerant proferre, poſſe aliquem Dei mandata exequi, juſtum & omnigenâ virtute eſſe præditum, abſque ullo gratiæ Chriſti auxilio : harum ratiocinationum fundamentum adſtruit ex eo loco D. Pauli : *Litera occidit, Spiritus vivificat.* Per literam autem Legem & mandata intelligit, quæ non auxiliante Gratiâ, utpote vero & unico fidei, juſtitiæ, ſanctitatie, omniumque Chriſtianarum virtutum fonte, prorſus inutilia ſunt.

Prodiit ſeorſim Norimb. 1524. Pariſiis 1542. (quam vidi) & Witteb. 1545. in 8. item Antverp. 1568. in 16 (107).

Gallicè verſus per *Jac. Le Conte* Reginæ Navarræ Medicum *Lugd.* 1547. in 16. (108) ac *Pariſ.* apud Mich. Vaſcoſanum 1551. in 4. Interpr. *Valent. du Cauroy* Parlamenti Pariſienſis Advocato (109). Demum juxta Benedictinorum Editionem *Pariſ.* apud Jo. Bapt. Coignard 1700. in 12. Interp. D. *du Bou* (110) de quo ſup. n. 4.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* X.

68. *De Fide & Operibus* Liber ſcriptus anno 413. in quo nonnullos *Auguſtinus* errores confutat, quos in Libris quibuſdam ad ſe miſſis animadverterat : ac diſputat non ſolum quomodo vivere debeant gratiâ Dei regenerati, verum etiam quales ad lavacrum regenerationis admitti (111). Prodiit *Lipſiæ* 1539. 8. cum Præf. *Georgii Wicelii* (112) de quo inf. in Spuriis n. 48. *Antverp.* 1568. ac prius *Auguſtæ* Vindel. 1523. Hunc Tractatum contra S *Hieronymum* eſſe directum, ſtatuit *Joan. Garnerius* Soc. Jeſu in Notis ad *Marium Mercatorem* Tom. I p. 117. Verùm hanc ſententiam approbare non audent Benedictini; quæ & parum veroſimilis videtur Cl. *Du Pinio.*

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

69. *Breviculus Collationum contra Donatiſtas* ſub finem anni 411. (113) de qoo *Retract.* II. 39. In hoc opere breviter commemorat quæ geſta ſunt in Collatione Carthaginenſi, quam per triduum habuit cum Donatiſtis An. 411. Junii die 1, 3 & 8. præſidente *Marcellino* Tribuno.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

70. *Ad Donatiſtas* poſt dictam Collationem *Liber* forte ſub initium anni 412 ſcriptus, in quo multæ reperiuntur conſiderationes ſuper hanc Collationem, quibus conatur *Auguſtinus* Donatiſtas ab errore revocare, illiſque oſtendere, fucum ipſis ab ipſorum Epiſcopis fieri. Reſpondet præterea ad argutias & cavillationes, quæ contra *Marcellini* judicium adhibebant. Vid. *Retract.* lib. 2. c. 40.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

71. *De videndo Deo* ad *Paulinam* Liber, ubi de ſpiritali corpore quid erit in reſurrectione ſanctorum inquirit *Auguſtinus*, Deumque corporeis oculis videri non poſſe docet : quam quæſtionem poſtea fuſius explicavit in *lib.* 21. & 22 *de Civit. Dei.* » Inve» ni etiam, inquit ipſe *Retract.* II. 41. in quodam noſ» tro codice, in quo & iſte liber eſt, quoddam *Com» monitorium* à me factum. hac de re ad Epiſcopum » Siccenſem *Fortunatianum*, quod in opuſculorum meo» rum indiculo, nec inter Libros, nec inter Epiſto» las eſt notatum. » Utrumque tamen opuſculum editum eſt inter Epiſtolas (olim 111 & 112. nunc 147 & 148.) De eodem argumento agit Epiſtola 92 (olim 6a) ad *Italicam* viduam Romanam, nec non Epiſt. 161 *Evodii* Auguſtino, & 162 *Auguſtini* Evodio (olim 157 & 101).

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom II.

72. *De Naturâ & Gratiâ* contra *Pelagianos* Liber anno 415 ſcriptus (114), ad duos Monachos juniores, *Timaſium* & *Jacobum*, PELAGII diſcipulos, qui cùm à S. *Auguſtino* ab erroribus Pelagianis ad fidem Catholicam reducti eſſent, quemdam *Pelagii*, ut affirmabant, librum ad *Auguſtinum* tradiderant, in quo naturæ vires, longè depreſsâ Jeſu Chriſti gratiâ, extollebat, ut illi reſponderet, obteſtantes. Huic igitur oppoſuit *Auguſtinus* librum de Naturâ & Gratiâ, *defendens Gratiam non contra Naturam, ſed per quam Natura liberatur & regitur* (115). Hoc in Tractatu ſua de lapſu Naturæ humanæ, Gratiæque ad juſtificationem adipiſcendam neceſſitate, principia explicat. *Pelagii* tamen nomini adhuc in illo parcit.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

Seorſim excuſus eſt *Norimb.* 1514. 8. & *Antverp.* apud Gymnicum 1568.

De iſto libro ita judicat recens ſcriptor Hiſtoriæ Pontificum Romanorum, Gallicè conſcriptæ, quæ lucem vidit Hagæ Comitum A. 1732 & hoc ipſo 1733. in 4. » Clypeus eſt, inquit ille (116), Janſeniſmi. licèt ne » quid diſſimulem, (Moliniſtarũ enim partes ſequi ſe pro» fiteretur,

(103) *Retract.* II. 33. Vid. & *Ant. Pagi* Crit. in Annal. *Baronii* ad A. 412. num. 14. Plura *Rich. Simonius* in Hiſt Crit. Comment. N. T. *cap.* 20. ubi diſſerit de methodo quam ſecutus eſt *Auguſtinus* in interpretatione plurium Novi Teſti locorum, cùm adverſus Pelagianos pugnat. (104) *Retract.* II 34. (105) ibid. c. 35. (†) Vid. & quæ obſervat *Ant. Pagi* ubi ſup. num. 13. (106) *Idem* ad A 412. n. 16. (107) Lipen. *Bibl. Theol.* II. 784. Beeman *Catal. Bibl. Francof.* p. 31. (108) Du Verdier *Bibl. Franç.* p. 598. (109) ibid. p. 1187. (110) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. ejuſd. anni *p.* 631.

(111) *Retract.* II. 38 (112) Beeman *Catal. Bibl. Francof.* p. 35. (113) Vid. *Pagi* Crit in Annales *Baronii* ad A. 411. num. 4. (114) *Idem* ad Ann. 414 num. 11. (115) *Retract.* lib. 2. c. 42. Vid. & *Rich. Simonium* in Hiſt Crit. Comment. N T. *cap.* 20 *p.* 291. (116) Hiſt. des Papes *Tom.* II. *p.* 171. cujus excerpta vide in *Bibl. Gall.* Tom. XVII. Hæc ex *p.* 264.

» ſtetur) licèt immeritò tanta huic Tractatulo tri» buatur fides ; jamdiu etenim obſervatum eſt, S. » *Auguſtinum* in extrema Syſtematis delabi : indeque » oritur quòd ſecum ipſe centica ac ſatis pingui mi» nervâ pugnaverit. Dum fervet contentio, extra viam » divagatur. Non ſatis erat ſedato animo ut ſolidè » diſputare poſſet, nec ullus forte unquam Theologus » fuit ingenio minus Syſtematico præditus.

73. Ad *Eutropium* & *Paulum* Epiſcopos Gallicanos Epiſtola ſive Liber *de perfectione juſtitiæ hominis*, ſcriptus anno, ut videtur, 415. adverſus *Pelagii* & *Cœleſtii* Quæſtiones (*a*). Quædam exemplaria MS. titulo addunt, *adverſus eos qui aſſerunt hominem poſſe fieri juſtum ſolis ſuis viribus.* Hujus Libri nullam in *Retractationibus* ſuis mentionem facit *Auguſtinus*, verùm ſæpè à S. *Proſpero* laudatur, ac ſpeciatim in lib. *adverſus Collatorem* cap. 43.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

74. *De Civitate Dei* egregium Opus ad Comitem *Marcellinum*, in Libros XXII digeſtum, quod aggreſſus eſt *Auguſtinus* anno 413 (*b*) poſt captam ab *Alarico* Gothorum Rege Urbem Romam, idque eo conſilio, ut Ethnicorum querelam confutaret, qui Urbis calamitatem in Chriſtianos rejiciebant. Anno demum 427 vel 428. (ſcil. ante *Retractationum* libros) (*c*) abſolutum fuit, quia inter ſcribendum *Auguſtinum* multorum identidem negotiorum, quæ negligere non poterat, occurſu interpellebatur (117).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. V. *Bened.* VII.

Nobile, ſiquid aliud, judice Cl. *Guil. Cave*, Antiquitatis Eccleſiaſticæ Monumentum : in quo omnibus nervis, magno ingenii acumine, ingenti eruditionia cùm Ethnicæ, tum Eccleſiaſticæ apparatu, Rei Chriſtianæ cauſam adverſus Gentilium objectiones agit. » Hi Libri, inquit doctiſſimus *Ellias Du Pin*, eorum analyſi exhibita, » mirâ quâdam rerum varie» tate, quas ſummo artificio ita dextrè ad ſuum ar» gumentum adaptavit, ut eodem omnia collimeat, » conſpicui ſunt. Vulgò in hoc Opere *Auguſtini* eru» ditio ſuſpicitur : quod tamen præter quæ à *Varrone*, » *Cicerone*, *Seneca*, cæteriſque profanis Auctoribus, » quorum Opera præ manibus omnium erant, præ» ter illa, inquam, quæ ab eis *Auguſtinus* hauſit, nil » ferè habet ; certè nullum in hoc Opere reconditioris » ac exquiſitioris Doctrinæ argumentum extat, quin» mò non pauca in eo occurrunt minus accurata : ple» raſque difficultates, quas in Textum, Hiſtoriam» que Bibliorum movet, non ſatis commodè plerum» que ſolvit. Quæſtiones identidem agitat nullius uti» litatis, eaque argumenta interdum adhibet, quæ ad » perſuadendum, quod opus eſt, non multam habe» re vim videntur (118). Quæ etſi vera ſunt om» nia, cave putâtis non eſſe hoc Opus excellentiſſi» mum. Præ cæteris autem miratur Cl. *Du Pin* totius Operis egregiam diſpoſitionem ac diſtributionem, conſiderationes accuratiſſimas in ſententias opinionesque varias, quas in medium adducit ; maximique momenti moralis doctrinæ axiomata, quæ paſſim, ubi datur occaſio, adſtruit.

De eodem Opere loquens eruditus Autor Ephem. Erud. (119) hæc ait. » Quoniam S. *Auguſtinus* om» nigenâ eruditione præditus erat, de omnigenis etiam » rebus, & pro omnibus hominum generibus ſcrip» ſit. Operum ejus plurima pro Theologis aut Philo» ſophis tantùm ſunt ; ſed Tractatus *de Civitate Dei* » iis etiam inſervit, qui ſcientias non tractant *ex pro» feſſo* : cùmque illum inſigni cuidam Dynaſtæ Ro» mano nuncupaverit, eum videtur præſertim con» ſcripſiſſe in gratiam Nobilium, eorumque captui at» temperaſſe. Illum enim jucundum & intellectu fa» cilem elucubrare delectatus eſt, ibique ſervato ſplen» dido illo igne, qui in omnibus aliis ejus Operi» bus coruſcat, iiſque omnium admirationem conci» liat, obſcuritatem vitavit, quæ in quibuſdam ejus » ſcriptis deprehenditur, eujuſque cauſâ ab ipſo *Hie» ronymo* caſtigantur. Unde etiam apud maximos to» tius orbis Principes in magno pretio fuit. Illud enim » eſt opus, cujus lectionem, *Eginbardo* teſte, CARO» LUS *Magnus* in deliciis præſertim habebat : quodqua » *Carolus V* Imperator tanti æſtimabat, ut virum, cu» jus operâ ad illius Verſionem Gallicam uſus eſt, » dignitate Magiſtri libellorum ſupplicum ramuneratus » ſit. *Henricus* verò *VIII* Angliæ Rex Commentarios, » quibus *Lud. Vives* Autoria illius difficultates expla» naverat, (vid. inf. cit. (133) ut gratiſſimum mu» nus omnium quæ ſibi offerri poſſent, accepit. Monet Cl. *Joan. Fabricius* (120) in Epiſt. Regis reſponſoria ad *Lud. Vivem* non dici, (ut refert Autor *Ephemeridum* ſup. cit.) ipſum accipere Commentarios illos, *ut gratiſſimum munus omnium, quæ ſibi offerri poſſent*, ſed gratos ſibi illos effeciſſe ut proſus dubitet, cui potiſſimum gratulari debeat, an *Vivi*, cujus tam erudito labore tam egregium opus abſolutum ſit, an *Auguſtino*, qui diu mutilus & obſcurus in denſiſſimis tandem tenebris luci datus, & priſtinæ reſtitutus ſit integritati, an toti poſteritati, cui hæ commentationes ingenti futuræ eſſent fructui. Tanto denique ab omni tempore fuit in pretio hoc S. *Auguſtini* opus, ut ſimul ac Typographia fuerit inventa, omnium librorum primus eſſet, qui dignus videretur typis mandari, ac ſæpè ſæpiùs recudi, ut mox videre eſt.

Editiones LATINÆ (121)

Romæ 1467. fol. in ædibus Petri de Maximis, quæ Editio fuit Neapoli in Bibl. *Joſ. Valetta*. Ibid. 1468. 1469. 1470. ſed videntur unius ejuſdemque editionis exempla, hos annos annotatos habuiſſe, vulgato etiam noſtris temporibus Typothetarum more, ut libri ſiōns diutius muſteam novitatem referret. Laudatur editio Romana anni 1470 in Bibl. Aproſ. p. 447 ſeq. eandemque vidit Cl. *Fabricius* (122. 123) in Bibl. Illuſtr. Conſulis Hamburgenſis D. *Bern. Matfeldii*, quæ in auctione publica centum vænibat marcis Lubecenſibus, typis *Conr. Sweinheim* & *Arn. Pannartz* impreſſam. *Venetiis* 1470 fol. per *Joan.* & *Vindel. de Spira*. Moguntiæ 1473 per *Petr. Schæffer* fol. cum Comment. F. *Thomæ Wallei* (124) & *Nic. Trivetb* Ord. FF. Prædic. *Thomas* quidem expoſitio deſinit in cap. 29. lib. 10. » Expoſitionem quamdam, » inquit, ſuper decem libros primos *de Civitate Dei*, » in quibus eſt major obſcuritas quàm in ſequentibus » propter hiſtoriarum & fabularum multitudinem per» paucis notam, compoſui &c. Sequentia ſunt ſumta » de expoſitione F. *Nicolai Cerſeth* (corruptè *pro* » *Trevetb*) Anglici Ord. Præd. ne omiſſia ſequen» tium librorum expoſitionibus opus præſens imper» fectum videretur. » Itaque ambo ſeorſim ſuam expoſitionem in illos libros ſuſceperunt, *Nicolaus* in omnes, *Wallenſis* in X priores tantùm, illaque unius ad alterum additio opera eſt ſola poſterorum, quam neuter prævidit faciendam.

Quanto eruditorum plauſu acceptum fuerit opus, probant, inquit *Echardus*, innumera, quæ adhuc ſuperſunt in Bibliothecis exempla MS. quæ ipſe recenſet, præter alia quæ Pariſiis ſe vidiſſe teſtatur. Quoſdam tamen nævos in hanc expoſitionem irrepſiſſe fatetur vir ille doctus, qui meritò diſplicuerunt eruditis,

[*a*] Vid. *Pagi* ad A. 414. num. 8 & 9. [*b*] Vid. eund. ad A. 412. num. 4. [*c*] Vid. eund. ad A. 426. n. 7 & 8.

[117] Retract. II. 43. Indeque apud *Fabric.* de Script. pro Verit. Relig. Chriſt. p. 249. [118] Hoc de iſto opere judicium non omninò probat *Rich. Simonius*. Vid. *Crit. de la Bibl. Eccleſ.* Tom. I. p. 140. [119] *Mr. Gallon* Journ. des Sçav. du 15 Mars 1666.

[120] Hiſt. Bibl. ſuæ *Part. I. p.* 223. [121] De his conf. inprimis *Orlandi* Carmelitæ Bononienſis lib. cui tit. *Origine e progreſſi della ſtampa*. Fabric. *inf. cit.* &c. [122-123] Vid. ejus *Syllab. Script. de Verit. Relig. Chriſt.* p. 244. [124] Aliis *Thomas Anglicus* de *Waleis*, *Wallenſis*, ſive *Guallenſis* &c. de quo *Echardus* in Script. Ord. Præd. ad A. 1340.

ditis, (125) » Verùm hi, *inquit*, ætati auctoris tri» buendi, quâ veterum Latinorum, ſeu etiam SS. » Patrum libri habebantur quidem, ſed non ubiqoe » & in promptu accurati, imò erratis Notariorum » ſcarentes; quod in cauſâ fuit ut Scriptores ejus Se» culi (ſcil. XIV.) aliquando hallucinati ſont. Cæ» terùm majoribus noſtris hi errores eò faciliùs con» donandi, quòd nullius ſint momenti, præſertim cùm » iis debeamus quod per eos fides ſteterit inconcuſſa, » ſarta tectaque ab iis ad nos pervenerit. » Sed ad Editiones redeamus.

Poſt Moguntinam Ann. 1473. lucem vidit *Romæ* An. 1474. *Venetiis* 1475. per *Nic. Jenſon* charact. Gothico. *Neapoli* 1477. *Baſileæ* 1479. per *Mich. Wenckler* cum Commentariis *Thomæ Wallenſis*, *Nic. de Treveth* (126) *Jac. de Paſſavantis* Florentini, (127) itidem Ord. S Dominici, & *Franciſci de Marone* (128) Ord. FF. Minorum. *Lovanii* 1488. cum Comment. *Trevethi* & *Wallenſis*. Toloſæ eod. anno, & *Venetiis* 1489. *Baſileæ* 1490 & *Friburgi* Briſgoiæ 1494. ac demum *Lugd.* 1520. ubique *in fol.* cum ſuprad. Commentariis, quos ridet *Deſid. Eraſmus* Tom. XII. Edit. Oper. S. *Auguſt.* p. 572 ſeq. Et in expoſitione *Trevethi* plurima carpit Jeſuita *Theoph. Raynaudus* ſub nomine *Petri à Valleclauſa* in lib. ſuo de immunit. Cyriac. *p.* 319. *ſeq.* ab *Echardo* citatus, ubi de *Trevetho* agit, *p.* 562. b. Memorantur & Commentarii (ſed qui hactenus, ut arbitror, deliteſcunt) *Joan. Bacunthorpii* Carmelitæ (129) *Joan. Ridevallenſis* Franciſcani vel Auguſtiniani (130), item *Seroosii Gualenſis*, aliàs *Fortaueriti Vaſſalli* (131) Franciſcani, qui omnes, natione Angli, medio circiter Sec. XIV. floruerunt (132).

Petrus quoqoe *de Rubeis* ſive *de Roſſis* Auguſtinianus Senenſis (qui circa A. 1477 claruit) Commentaria in illud *Auguſtini* opus ſcripſiſſe dicitor, quæ MS. in Bibl. Ordinis ſervari teſtatur *Elſſius* in Encom. Auguſtin. *p.* 569.

Primus in illuſtrando hoc *Auguſtini* opere fecit operæ pretium Sec. XVI *Jo. Lud. Vives* Valentinus, Vir doctiſſimus, cujus cum Commentariis *Henrico VIII* A. 1522 dedicatis (133), vid. ſup. cit. (120) primum lucem vidit *Baſileæ* apud Jo. Frobenium 1522. hoc tit. *D. Aurelii Auguſtini* de Civitate Dei *Libri XXII. ad priſca venerandaque vetuſtatis exemplaria collati, eruditiſſimiſque inſuper Commentariis illuſtrati.* Deinde *Pariſiis* apud Car. Guillard 1555. *Antverp.* apud Plantinum 1600. in fol. *Lugd.* apud Honoratum. *Genevæ* 1610. 8. Seorſim etiam additis *Leon. Coquæi* (134) Commentariis, *Pariſ.* 1651. fol. Denique *Francof.* & *Hamburgi* 1661. (135) io 4. II vol. juxta *Colonienſem* edit.

Varia ſunt de *Lud. Vivis* Commentariis eruditorum judicia: ac primò ita *Poſſevinus* in Appar. Sac. » De *Lu-*

» *dovico Vive*, inquit, ſi hactenus vixiſſet (136), non du» bito, quin ſe ipſum correxiſſet, ſive in laudibus, quibus » eo tempore videbatur *Eraſmum* extolli (137), ſive in » Comment. in libros de Civitate Dei: Nam & propte» rea Theologi Lovanienſes, præter Prologos ipſius » *Vivis* quoſdam, quibus & antiquos Commentarios » eorum librorum irridebat (138), & *Eraſmum* ex» tollebat, ſuſtulerunt etiam qood *lib.* 1. *c.* 21. *Annot.* 1. » ſcriptum reliquerat, ubi redarguebat omne, quod » contra Chriſtianos geritur, bellum: & *lib.* 1. *c.* 27. » *Annot.* 1. ubi aſſerebat, neminem olim ſacro Bap» tiſterio admotum fuiſſe, niſi adultâ jam ætate: & » *lib.* 16. *c.* 34. ubi *Hieronymum* damnat, quaſi nup» tias abominetur, & *c.* 22. ubi de Epiſtolâ D. Pauli » ad Hebræos loquitur, & *lib.* 15. *c.* 21. *Annot.* 9. » quæ dicit de dilectione inimicorum, & ubi ajebat, » *Ideo fruſtra malis ſacrificeam.* Præter alia pleraque, » quæ conferentibus eadem Commentaria occurrent. » Sane item *Joannes à Lovanio* de Cultu Sanctorum » reprehendit quod *Vives* inconſideratè *lib.* 8. c. 27. » *de Civitate Dei* ſcripſit. *Nullum videri ſibi diſcrimen* » *inter quorundam opinionem de Sanctis, & Gentilium de* » *ſuis Diis.* Sed & *Navarrus* (vulgò *Martinus de Azpilcueta*) » initio libri de Regularibus, merito *Vivem* » incuſat, quòd in *lib.* 3. *cap.* 15. de Civitate Dei » ſcribens, de Canonicis Regularibus loquatur im» prudentius. » Et hic audiendus *Nic. Antonius* Bibl. Hiſp. *Tom.* I. *p.* 554.

Diſplicuit aliis, *inquit*, libertas, quâ uſus fuit in *Auguſtini* nonnullis locis, dum libros *de Civitate Dei* percurreret, minùs probatis. » Nihil mirum, inquit » *Caſim. Oudinus* (139), quòd Commentarium hunc » *Eraſmus* Collectioni ſuæ Operum S. *Auguſtini* in» ſeruerit, cum *Lud.* Vives *Eraſmi* conſilio celeberri» mum *S. Auguſtini* opus *de Civitate Dei* recognoſ» cendum & Commentariis elucidandum ſuſceperit » (140). Quantò id ſucceſſu præſtiterit, noſunt eru» diti, ac quicunque bonas literas amant.... No» tatu autem indignum non eſt, in Editione *S. Au-* » *guſtini*, quam Lovanienſes Theologi anno 1577 pro» curarunt, opus illud vitiatum, truncatumque eſ» ſe, plurimoſque illius locos, Pontificiis nimis gra» tos (141), eſſe ſuppreſſos, quos in Eraſmianis S. » *Auguſtini* Editionibus reperies.

Monachi verò Benedictini Pariſienſes, notis breviuſculis contenti, immenſos tum *Lud. Vivis*, tum *Coquæi* Commentarios, *operis ſerie*, judice Cl. *Guil. Cave* (142) *inutile pondus*, rejecerunt. Iidemque Commentarii, ſi Cl. *Du Pin* audias (143), ad intelligendum *Auguſtini* Textum non multum conferre videntor, quanquam cæteroquin multifariâ litteratura ac eruditione utrique repleti. Ipſe *Du Pinius* ubi loquitur (144) de Comment. *Lud.* Vivis, *Scaligerum* de illo ſatis integrè judicaſſe ait, cùm illud pro præſtantiſſimo haberi debere dixit, reſpectu habito ad tempus qoo ſcriptum fuit, ſed ſi ad ætatem ſuam reſpicias, parvi eſſe momenti (145). At vir alius doctiſſimus (146) contendit, quicquid dicant qui *Vi-*
vem

(125) *Commentarius hic*, (ait *Caſim. Oudinus* in Comment. Tom. I. col. 992. de utroque *Thomæ* & *Nicolai* Commentario loquens.) *eruditis haud quaquam horum ætatis ſapit, oletque barbariem & nugas ſcholaſtici pulveris.* Geſneri judicium vid. inf. cit. (138) (126) De eo vid. *Echard.* obi ſup. ad A. 1328 (127) *ibid.* ad A. 1357. (128) Floruit ille circa A. 1320 De eo vid. *Poſſevin.* in Ap. ubi inter ejus Scripta memorat *Commentaria brevia* in Confeſſiones & Retractationes *S. Auguſtini*, in librum *de Mirabilibus S. Scripturæ*, in libros *diverſarum Quæſtionum*, in librum *contra Epiſtolam Fundamenti*, & in alios nonnullos. Hujus autem *Maironis* Compendium operis *de Civitate Dei* lucem vidit *Lugduni* apud Rovillium 1580. in 16. ut teſtatur *Petrus Jac. Villanus* in Viſiere alzata n. 41. *lit.* F. apud *Placc.* in Anon. n. 641 & p. m. 81. [ubi malè *Muſerone* legitur] hoc tit. inſcriptum: *Flores D. Auguſtini, ex ſuis libris de Civitate Dei excerpti, unà cum aliquot ſententiis & auctoritatibus ejuſ moribus, ex omnibus illius operibus ſelectis.* (129) Vid. *Baleum* de Script. Britan. *cent.* V *Cap.* I. (130) *ibid. Cap.* 37. (131) idem *Cent. VI. Cap.* 34. (132) *Serorium* alii Gallum faciunt. Fuit ille Ravannatenſis Archiepiſcopus Gradenſis Patriarcha, & S. R. E. Cardinalis Vid. *Morer.* Diction. verb. *Serorius* & *Vaſſalli.*

(133) Epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt ex Lovanio. reſponſumque Regis accepit ex regiâ Grenvici domo 24 Jan. 1523. (134) *Coquæus* Eremita Auguſtinianus, patria Aurelianenſis Seren. Etruriæ Ducis CHRISTINÆ *Lotharingiæ* a Conſiliis & Confeſſionibus Florentiæ occubuit A. 1615 (135) Hanc mendis typographicis, ſcatere monet Cl. *Joan. Fabricius* in Hiſt. Bibl. ſuæ Pars I p. 213.

[136] Obiit circa A. 1537. [137] Vid. *Vives* in Præf. ad ſuos Commene. [138] Vid. quæ ſuprimus de *Trevetho*, *Wallenſi*, *Paſſavantio*, *Franciſco de Marone*, ubi de veteribus hujus Operis Interpretibus agit ipſe *Vives* poſt Præfat ad ſuos Comment. De illis ita quoque *ait Geſnerus* Bibl. ſuæ *fol.* 434. „ Sed quoniam illi omnes ineptè, ridiculè, inſcitè ac barbarè rerum pariter & ſermonis ac loci, cui omnia inopes circa hoſce pulcherrimos *Auguſtini* libros verſati ſunt, indignum videtur mentione ipſorum prolixiora lectores onerare: ſi qui tamen abundè illorum eruditionem cognoſcere velint, eos ad ipſam *Vivis* Præfationem remittit. [139] Commene. *Tom.* I. *p.* 937. ubi de Tomo V. Edit. Operum *Auguſtini* Baſil. 1529 [140] Vid. *Vives* in Præf. ad ſuos Comment. [141] Conf. quæ inf. ubi de Edit. Pariſ. 1613. cit. (†) poſt cit. (‡). [142] *Hiſt. Liter.* P. II. ubi de Tomo VII Edit. Benedict. [143] *Bibl. Eccleſ.* Tom. III. pag. 237. edit. Amſtel. Vid. hanc in rem *Simon.* inf cit. & p. 143. [144] Apud *Rich. Simon* in Crit. Bibl. Eccleſ. *Tom.* I. *p.* 636. [145] *J. J. Scaliger* in Poſter. Scalig. *p.* 253. Obiit ille A. 1609. (146) *ſſ. Bullart.* Acad. des Sciences *Tom.* II *Liv.* I *p.* 18. apud *Adr. Baillet* in Judic. Erud. *Tom.* II. *p.* 286 in 4.

vem quibuſdam in locis *S. Auguſtini* mentem depravaſſe ſuſpicantur, eos diffiteri non poſſe quin multa alia lumen accenderit, quo ejus cogitationum ſanctitas ac profunditas in apricum producitur.

Thom. Crenius Animadv. *P. IV. p.* 213. hos Commentarios vocat diffuſum eruditionis *Viveſiana* campum: aliique, teſte *Phil. Caroli* Animadv. in Agell. 5. tam bonum, quàm vinum poteſt eſſe dominicum & conſulare. Et nihilominus hoc opus initio, ob invidorum technas & calumnias, ut hodieque fieri ſolet, vix reperit emptorem, ſicut *Eraſmus* ex ipſo audivit *Frobenio*, idque teſtatum reliquit in Epiſt. 721. p. 842. hoc addens, videri hinc, etiam in Muſarum rebus regnare fortunam (147).

Cæterùm quædam in hoc opere *S. Auguſtini* eſſe aſſuta, quæ aliena videntur, viri docti obſervarunt. Ex. gr. *lib.* 21. *cap.* 24. Expoſitio verborum Chriſti, *non remittetur eis, neque in hoc ſeculo, neque in futuro* &c. non habebatur in antiquis libris Brugenſibus & Colonienſibus, neque in exemplaribus Friburgi excuſis (148) teſte *Lud. Vive* ad eum *Auguſt.* locum: *& tamen ſtylus*, inquit, *non abhorret ab Auguſtiniano: forſan aut deſunt in aliis Codicibus, aut ex aliquo alio* Auguſtini *opere huc ſunt adſcripta, cum ſcholium primum, deinde contextui orationis admiſſa.* Idem ad *cap.* 8. *lib.* 22. (non *lib.* 8. *cap.* 22. ut apud *Aucillonium* legitur (149), in quo miracula multa narrantur, quæ omnia non ſapiunt exactam judicii limam, quam in aliis *Auguſtini* Operibus lectores ſagaces obſervant, annotat, *in hoc capite non dubium, quin multa ſint addita, velut declarandi gratiâ ab iis, qui omnia magnorum Autorum ſcripta ſpurcis ſuis manibus contaminabant* (150): *quorum alia*, inquit, *reſecabo, alia more meo contentus ero velut digito indicaſſe.* Huic notæ non refragantur Cenſores Belgici in Indice expurgatorio, neque Hiſpani Inquiſitores in ſuo, neque Index Luſitanicus anni 1624. quod ideo notandum lectori, ne ſemper quæ ex genuinis Autorum libris afferuntur, genuina eſſe putet, quod per Monachorum corruptelas non licet (151).

Quædam in eodem opere *de Civitate Dei* loca emendavit *Joan. Fred. Gronovius* Obſerv. in Script. Eccleſ. *Lib.* 1. *c.* 17. p. 180. 181. edit. Daventr. 1651. Alium emendavit locum Dnus *Carrelius* (152), ſcil. *cap.* 30. *lib.* 7. in hæc verba *implent cœlum & terram præſente potentiâ, non abſente naturâ*, quæ diverſimodè leguntur in MSS. æquè ac impreſſis Codicibus. Quâ occaſione varia aſſeruntur S. *Auguſtini*, necnon inſignis S. *Bernardi* locus de immenſa Dei præſentiâ ritè concipiendi, ne tamen extenſio ipſi tribuatur. Hæc reperies in *Actis Erud.* Lipſ. Sept. 1709. p. 420-425. Ibid. menſe Decemb p. 539-544. extat in Emendationem *Carrelianam* Animadverſio cujuſdam Anonymi literis C. A. H. deſignati.

Locum *cap.* 53. *lib.* 18 corruptum reſtituit *Ant. Pagi* in Crit. Annal. Card. *Baronii* ad A. 398. num. 7. in quo agit *Auguſtinus* de termino Chriſtianæ Religioni ab Ethnicis præfixo; ubi pro 365 annis legi vult doctiſſimus Criticus 369. Hanc autem corruptionem ait, neque Benedictinos animadvertiſſe, nec ullum alium quem viderit, cùm tamen illud, *inquit*, in dubium revocari non poſſit. Et ſimilem depravationem in omnibus *Auguſtini* codicibus reperiri oſtendit ad A. 422. num. 6. quod attendant futuri Auguſtinianorum Operum Editores.

(147) *Hiſt. Bibl. Fabric.* Tom. I. pag. 229. (148) Reponit *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. Sec. V. cap. 4. §. 5. hæc verba, quæ aſſuta credidit *Rivetus*, mſ. cit. *in aliis melioris notæ Codicibus* legi, quos doctiſſimi Benedictini contulerunt. (149) Miſcell. Crit. Litter. *Tom.* I. *pag.* 147. ubi integrum hoc caput pro ſuſpecto habet. (150) Hanc notam *Lud. Vivis* non ad miracula, *ſed ad quædam glo*ſſemata referri vult *Nat. Alexander* ſup. cit. adverſus *Rivetum*. (151) Hæc *Andr. Rivetus* Crit. Sacr. *lib.* 4. *c.* 13. *p.* 427. ſtæ adit. (152) Ille forſan *Carrelius* Presbyter, ac S. Theol. Doctor, qui librum edidit Lugduni A. 1700. in 8. hoc tit. *La Science Eccleſiaſtique ſuffiſante à elle même, ſans le ſecours des ſciences profanes*: de quo vid. *Diar. Trevolt.* Nov. & Dec. 1701.

Diſſertationem ſcripſit R. P. *de Vitry*, Soc. Jeſu in duo *S. Auguſtini* loca, in quibus occurrit mentio *L. Furii Pili*, ſcil. lib. 2. *de Civit. Dei* cap. 21. §. 1. & in libro *contra Litteras Petiliani* §. 25. ubi pro *Pilo* legi vult *Philum.* Vid *Diar. Trevolt.* Sept. 1729. p. 1613.

Poſt Commentaria *Lud. Vivis & Leon. Coquæi* ſuccedunt quæ vir doctiſſimus *Gaſp. Barthius* edidit *Hala Sax.* 1610 fol. (153). Sane mirum quod *Chriſt. Daumius* in Præf. ad *Statii* Thebaidem ex recenſione Cl. *Barthii*, hoc ejus Opus inter deperdita recenſeat..... » Majoris Operæ quæ erant, *inquit*, ideoque etiam à » pluribus huc uſque (154) expetita, in Civitatem di» vinam B *Auguſtini* Commentarius, ab Auctore ſo» pervento *Leonh. Coquæi* deſitus atque deſertus, & » *alia*..... pridem diſparuère, nec poſt beatum o» bitum (155) conditoris ſui, inquirentibus reperta » ſunt. » *Daumium* ſecutus eſt *Balius* in Diction. verb. Barthius, Annot. (M). Atque hunc Commentarium inter ejus MSta retulit *Theoph. Spizelius* in Templo honoris *p.* 387 anno 1673 impreſſo: neque inter edita meminit *Henn. Witten* in Mem. Philoſoph. &c. Dec. VII. A. 1679. nec ipſe *Niceronius* inf. cit. A. 1729 (156) Hæc omnia equidem dubium movent de editione à *Lipenio* citatâ, verùm tamen ipſe *Barthius* ſui ad *Auguſtinum* Commentarii ſæpius meminit in Animadv. ad *Statium*, ac ſpeciatim ad verſ. 737. lib. 8. in hæc verba, *Nec enim mihi cura ſupremi Funeris*: ubi ait: *plurima nos ad Civitatem Divinam B. Auguſtini, quæ Commentaria huc transferri, nemo, puto, exſpectat.* At certè de opere inedito non ita locutus fuiſſet, quaſi in omnium manibus verſaretur.

Lipenius ubi inf. cit. (153). memorat item edit. *Francof.* 1659. fol. cum Comment. *Thomæ Valeis* ſive *Wallenſis.*

Editiones Gallicæ.

Abbatiſvillæ in Picardia 1486. fol. per *Jean. du Prè* & *Petr. Gerardum*, Interpr. *Radulpho de Preſles* (157) & ex eâd. Verſione *Pariſ.* apud Galiot du Pré 1531. fol. *Ibid.* 1570. apud Nic. Cheſneau, Interpr. *Gentiano Hervete* Rhemenſi Canonico, additis Commentariis *Lud. Vivis*, Annotationibus item & Obſervationibus *Franciſci de Belleforeſt* (158). [*Hervetum* in ſuis Verſionibus Gallicis ſatis infelicem fuiſſe monet *Adr. Baillet* in Judic. Erud. *Tom. III. p.* 182. edit. in 4.] *Pariſiis* 1610. fol. Poſt Verſionem *Renati de Cerziers* Soc. Jeſu (*) novam aggreſſus eſt Dus. *Lud. Giry* Academiæ Gallicæ Pariſienſis Socius, qui Libros V priores edidit *Pariſiis* apud Petr. le Petit 1665. in 8. (159) ſed hoc ipſo anno vitâ functus, integram Verſionem abſol-

(153) Lipen. *Bibl Theol* Tom. I. p. 299. (154) Hæc ſcribebat *Daumius* A. 1664. quo *Barthii* STATIUM Cygneæ prodire fecit. (155) Obiit *Barthius* A. 1658. (156) *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. VII. (157) *Radulphus* ille *Preſlæus* CAROLI V Galliæ Regis fuit Conſiliarius, Hiſtoriographus ac atque Libellorum Supplicum in Curiâ Pariſienſi Magiſter, non quidem anno 1315. ut tradit *Crucius Cenomanenſis* in Bibl. Gall. p. 417. ſiquidem *Carolus V* anno tantum 1347 natus eſt, ac anno 1364 coronatus, unde legendum ſuſpicor 1365. Ait enim *Ant. Verderius* in Bibl. Gall. p. 1086. hunc *Radulphum de Preulles* (ut vocat) ſuam Operis *de Civitate Dei* Verſionem CAROLO V nuncupaſſe, quam tamen anno 1311 inchoatam, 1315 abſolutam fuiſſe legitur in Codice MS. quem ſe vidiſſe teſtatur *Crucius Cenomanenſis* apud Dionyſium du Pré Galioti filium. Atqui *Radulphum* noſtrum jubente eodem *Carolo* Rege A. 1370 Tractatum *de Poteſtate Pontificali & Imperiali ſeu Regiâ*, è Latino in Gallicum ſermonem tranſtuliſſe ſcribit *Jac. Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ num. 5393. qui Tractatus reperitur apud *Melch. Goldaſtum* Monarch. Imper. *Tom I p.* 39. Ex dictis liquet non ſatis ſibi conſtare *Crucium Cenomanenſem*: forte quis conjiciet, eum patri tribuiſſe quæ ad filium referri debuiſſent; non enim diſtinguit Autorem de quo loquitur ab illo qui Collegium *Preslæi* dictum Pariſiis fundavit (quod poſtea Sec. XVI denuò conſtrui curavit Celeb. *Petrus Ramus* Gallicè *de la Ramée*) hæc autem fundatio Patri *Radulpho de Preſles* Domino de Pizy tribuitur in Diction. *Moreri* edit. Baſil verb. *Preſle.* Cæterùm idem *Crucius Cenomanenſis* teſtatur Magiſtrum *Henricum Romanum*, utriuſque Juris Licentiatum, idem *Auguſtini* opus *de Civitate Dei* compilaſſe & abbreviaſſe, quod MS. ſervari apud Virum Ill. D. *de Clermont d'Amboiſe* in ejus caſtro de *Gallerande* Provinciæ Cenomanenſis. (158) *Du Verdier* p. 368 & 442.

(*) Obiit anno 1662. Gallicè item vertit *Soliloquia & Confeſſiones* S. Auguſtini &c. Vid. *Tab Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 2300. (159) Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. 15 Martii 1666.

abſolutam edere non potuit; quinque tamen Libri ſequentes poſthumi in lucem prodierunt A. 1667. (160). Egregio huic Interpreti ſucceſſit D^us^ *Lambert* (161), cujus Verſio prodiit, ni fallor, *Pariſiis* apud Pralard 1675. in 4. II Vol. ad veteres Codices MS. recenſita, & Notis illuſtrata, quibus varia Latini textûs emendantur loca (162). *Bruxellis* eod. anno recuſa eſt.

Hispanice *Matriti* 1614. fol. Interpr. *Antonio Roiz & Rozas* Cantabio (163). item *Antverp.* 1676 & 1696. f. quas alicubi memoratas vidi. *Didacus* etiam *de Jepes* Toletanus, qui Sec. XVI exeunte claruit, in vernaculum ſermonem verterat, ſed MS. reliquit (164).

Belgice *Lugd. Bat.* 1621. in 4. (165).

In Germanicam linguam tranſtulit *Joan. Godfridus* de Odernheim in Palatinatu Rheni, Oppenheimenſis Eccleſiæ Paſtor, qui vivebat A. 1495. *Eiſengrein.* apud *Poſſevin.* in Appar. *p. m.* 889.

Ad Codices MSS quod attinet, adſervatur unus in Bibl. (166) *Uffenbach.* (vid. ſup. n. 13.) inter Codices Theol. *Vol. XIX.* in fol. Sec. XIV exaratus. Alium in Bibl. Seren. Ducis Saxo-Gothani extare monet Cl. *Jo. Alb. Fabricius* de Script. pro Verit. Relig. Chriſt. *p.* 145. ubi de Gallicis, Germanicis, Belgicis & Hiſpanicis librorum *de Civitate Dei* Verſionibus Lectorem dimittit ad *Chriſt. Hendreichium* in Pand. Brandenb. *p.* 341. Codicem MS item Seculi X. vel XI. viderunt apud Sueſſionenſes docti Viatores Benedictini qui *Litterarium Iter* Gallicè ediderunt *Pariſ.* 1724. in 4. Vid. *p.* 21.

75. *De bono Viduitatis* Liber. Hunc *Eraſmus* paulò inconſideratiùs, inquit Cl. *Du Pin*, rejecerat, quaſi *Auguſtini* non eſſet. Non equidem hujus meminit in *Retract.* verùm hoc mirum videri non debet, cùm ſit Epiſtola ad Julianam, à *Poſſidio* in Indiculo ſuo relata. Hunc Librum ſeu Epiſtolam *Philo* & *Beda* laudant ſub nomine *Auguſtini*, & *cap.* 15. hujus libri aliorum nonnullorum hujus Patris operum fit mentio. *Juliano* [de quo inf. n. 89.] tribuere videntur *Eraſmus* & *Hoſius*, at *Pamelius* velut incerti Autoris allegat. *Labbeus* cum Lovanienſibus, *Bellarmino*, aliiſque Pontificiis, eſſe *Auguſtini* cenſet, quem nec tricæ *Kiveti*, ait, deterrent. Scriptus porrò eſt hic Liber anno circiter 414. in quo *Auguſtinus* evincit, Viduitatem matrimonio eſſe anteponendam, ſecundas tamen nuptias, tertias etiam, quartaſque non damnat.

Hanc *Epiſtolam*, aliamque *de orando Deo* (vid inf. in Epiſt. n. 115) item Vitam *S. Monicæ* Gallicè vertit, edidítque *Pariſiis* apud Joan. Petit 1517. in 4. *Adrianus Gemelli* Theologiæ Doctor, & ſummus Archidiaconus Laudunenſis (167).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

76 *Contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas* Liber (168) anno 415 ſcriptus ad *Paul. Oroſium* Hiſpanum, qui ex Hiſpania ad *Auguſtinum* venerat A. 414 eum conſulturus de graviſſimis quæſtionibus in gente ſuâ controverſis: eâque de causâ *Commonitorium* et inſcripſit, (169), quod inter Opera *S. Auguſtini* legitur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

77. *De origine animæ* ad *Hieronymum*. Vid. inf. n. 92.

78. Sequitur in Retract. *lib.* 2. *c.* 46. Liber ad *Emeritum* Donatiſtarum Epiſcopum, qui hodie non extat. Vid. inf. ſub n. 16.

79. *De Geſtis* Pelagii *contra adverſarios Gratiæ D. N. J. C.* Liber A. 416. vel 417 ſcriptus ad *Aurelium* Carthaginenſem Epiſcopum. Cùm ſcilicet *Pelagius* ab *Heroe* (alias *Erote*) Arelatenſi, & *Lazaro* Aquiſextienſi Epiſcopis, ad Concilium aliquod Epiſcoporum XIV. Dioſpoli Palæſtinæ A. 415 habitum citatus, ibi errores, quorum accuſabatur, damnare ſe ſimulaſſet, atque abſentibus ipſius accuſatoribus heterodoxiæ fuiſſet abſolutus; hoc audito S. *Auguſtinus*, veritus ne Concilium hoc doctrinam illius approbaſſe videretur (170) Tractatum hunc ſcripſit *de Geſtis Pelagii*, (quem aliquando *de Geſtis Palæſtinis* appellat) in quo ſeriem rei geſtæ narrat, ac ſimul demonſtrat, Patribus hujuſce Concilii à *Pelagio* impoſitum fuiſſe, dum eam doctrinam apud ipſos profeſſus erat, quam Scriptis ſuis convellere conatus fuerit.

Edit. *Bened.* Tom. X.

Hic *Auguſtini* Liber primùm prodiit *Auguſtæ Vindel.* 1611. in 8. Fæſulis (171) repertus in Bibl. Abbatiæ S. Barthol. Canonicorum Regul. Lateranenſium. Ejus antigraphum Cardinalis *Scipio Cobellutius* ab Epiſtolis & Secretis Summi Pontificis, Româ ad Cl. Vitum *Marcum Velſerum* Auguſtanum miſit. Romæ quidem & Florentiæ accuratiſſimas editiones, commentariis illuſtratas, parati ferebantur, ſed quoniam res longi negotii futura videbatur, gratiam apud viros pios & eruditos, antiquæ doctrinæ amantes, ſe initurum ſperavit Editor Auguſtanus, ſi interim Romanis, Florentiniſque Editoribus ipſis non invitis, nuda *Auguſtini* verba utenda fruenda proponeret. Exemplum Româ miſſum cum fide expreſſit, & inde lectiones variantes ad oram adſcriptæ ſunt, ſed quæ in imâ paginâ pleraſque *Antonius Velſerus*, Canonicus Friſingenſis, inter legendum ſubitariâ conjecturâ adnotavit, paucas aliquas audaciores paullò non agnoſcit. Hæc ex Præfatione Editionis Auguſtanæ; quam Cl. *Joannes Clericus* edidit in Append. Auguſtin. *pag.* 607.

80. *De correctione Donatiſtarum.* Liber ad *Bonifacium* Tribunum ac demum Comitem in Africâ, ſcriptus circa an. 417. *propter eos* ut ipſe ait *Retract.* II. 48. *qui nolebant illos legibus imperialibus corrigi.* Extat inter Epiſtolas (olim 50. nunc 185.)

Edit. *Eraſm.* *Lovan.* & *Bened.* Tom. II.

Edidit hunc librum ſeorſim *Nic. Bergius* Revalienſis in Suecia (de quo nos ſuo loco) Holmiæ 1696. in 8. ſub tit. *D. Auguſtini de moderatè coercendis hæreticis ad Bonifacium Comitem.*

81. *De Præſentiâ Dei* Liber ad *Dardanum* in Galliis Præfectum, ſcriptus circa idem tempus; *ubi contra Hæreſim Pelagianam vigilat, non expreſsè nominatam; ſed in eo etiam de præſentiâ Dei natura & de templo ejus operosè ac ſubtiliter diſputatur.* Ex *Retract.* II 49. Extat inter Epiſtolas (olim 57. nunc 187).

Edit. *Eraſm.* *Lovan.* & *Bened.* Tom. II.

82. *In Evangelium Joannis* Tractatus CXXIV. quibus præfixa Præfatio eſt incerti Autoris. Sunt Homiliæ ab *Auguſtino* pro Concione habitæ, in quibus Evangelii Textum perſequitur; unde multa tum præcepta, tum dogmata utiliſſima eruit. In illis porrò Arianos præcipue, Donatiſtas & Pelagianos impugnat. Has autem habuit poſt patefactam *Pelagii* hæreſim, ante Schiſmatis Donatiſtarum deſtructionem, non multò poſtquàm repertum eſt corpus B. *Stephani*, quod ipſe teſtatur in Sermone CXX. unde non malè conjicitur hos *Auguſtinum* Sermones habuiſſe annis 416 & 417. De his ac de ſeqq. vide quæ obſervat *Rich. Simonius* Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 17. *p.* 250 251.

Extant Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. *Bened.* III.

Liber *de Spiritu S.* ex diverſis *Auguſtini* Tractat. in *Joannem*

(160) Vid. *Paul. Pelliſſonii* Hiſt. Acad. Gall. *p. m.* 404. (161) Vid. *Baillet* in Judic. Erud. *Tom. III p.* 178. (162) Vid. *Giorn. de Letterat.* di *Franc. Nazari* 29 Jul. 1675. p. 99. (163) Nic. Anton. *Bibl. Hiſp.* Tom. I. p. 124. (164) Ex eod. p. 225. (165) Ex *Catal. Bibl. Traject.* Part. II. 5. 3. (166) Vid. ejus *Catal. P. V p.* 11. (167) *Du Verdier* Bibl. Franç. *p.* 13. (168) *Retract.* lib. 2. c. 44. (169) Vid. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Vet. *Tom.* . *p.* 182. n. 18. & *Ant. Pagi* Crit. in Annal. *Baronii* ad A. 414. num. 6 & ſeq.

(170) *Retract.* lib. 2. c. 47. Vid. & *Pagi* ſup. cit. ad A. 417. n. 8. (171) *Feſulæ* vulgò *Fieſole* urbs agri Florentini in Etruria.

dentur ad controverſiam, quam cum Pelagianis inie-rat, attamen cùm propriè adverſus Pelagianos ſcripti non ſint, rectiùs illos, judice Cl. *Du Pin*, Benedictini ad calcem Tomi VI. (in quo Opuſcula Moralia continentur) quàm in Xum (in quo ſcripta contra Pelagianos exhibentur) rejeciſſent.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

Cæterùm ſcripſerat *Auguſtinus* A. 415. ad S. *Hieronymum* de origine animæ Librum, qui inter Epiſtolas extat ordine CLXVI in Edit. Bened. aliàs 28. ſimulque alterum de ſententiâ D. Jacobi Apoſt. II. 10. *Qui offenderit in uno, factus eſt omnium reus*, Epiſt. CLXVII. olim 29. Utramque tanquam Libros recenſuit *Auguſtinus* Retract. *lib.* 2. c. 45. Utraque etiam reperitur inter Opera S. *Hieronymi* (183), ubi prior inſcribitur *de ratione animæ*. Huic ſubjicitur (184) S. *Auguſtini* Epiſt. ad *Optatum* de origine animarum, quæ eſt CXC. inter *Auguſtini*. olim 157. Scripta eſt circa medium anni 418. Tres iſtæ Epiſtolæ aliæque plurimæ *Auguſtini* ad *Hieronymum*, & *Hieronymi* ad *Auguſtinum* aliolque, inter varia veterum Patrum opuſcula habentur in Cod. MS. Sec. XIII. Bibl. *Uffenbach.* (185) Vol. XVI. in fol. unà cum Diſputatione quadam de animâ ſub ſpecie Dialogi inter *Hieronymum* & *Auguſtinum*.

Porro *Auguſtinus* in Epiſt. ad *Optatum* apertè fatetur, ſe jamdiu dubium eſſe de animæ origine, num creetur immediate a Deo, vel per traducem à parentibus in filios derivetur, quâ de re nihil ex Scriptura certi colligi poſſe cenſet; ſcripſiſſe ſe de hoc argumento ad *Hieronymum*, (Epiſt. ut diximus, 166.) à quo nondum reſponſionem acceperit; quidquid tamen aſſeratur, adſtruendum eſſe peccatum originale: ſubdens, in literis *Zoſimi* ad univerſos Orbis Epiſcopos damnatam eſſe *Pelagii* argumentationem, quâ ex animarum creatione tolli originale peccatum contendebat. Hæc obſervat *Ant. Pagi* in Crit. Annal. *Baronii* ad A. 418. n. 68.

93. *De Conjugiis adulterinis* ad *Pollentium* Libri II. Extant Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. VI. Hos ſcripſit *Auguſtinus* A. 419. *quantum potui*, inquit ipſe Retract. lib 2. c. 57. *ſecundum Scripturas, cupiens diſſolvere difficillimam quæſtionem. Sed fatetur ſe non perveniſſe ad hujus rei perfectionem, quamvis multos ſinus ejus aperuerit.* Occaſio autem hujus operis ſcribendi, hæc fuit. S. *Auguſtinus* in libris ſuis *de Sermone Domini in monte* docuerat, nec permiſſum eſſe conjugibus divortium facere niſi ob fornicationem, nec qui ex hac causâ à conjuge diſceſſerit, ad alteras nuptias tranſire poſſe. *Pollentius*, cui mira videbatur iſta *Auguſtini* privata ſententia, quæ praxi Eccleſiæ & fori repugnabat, datis ad *Auguſtinum* literis, dubia illi ſua, veluti conſulendo, expoſuit, & in alia omnia diſcedens ſenſit, mulierem qualibet ex cauſa poſſe à marito divertere, dum maneat innupta, &, ſi divortio cauſam dederit adulterium, nuptias ſecundas non eſſe prohibitas, nixus potiſſimùm auctoritate D. Pauli I Cor. VII. 10. 11. & ipſius Salvatoris apud Matth. V. 31. Hinc nati ſunt *Auguſtino* hi duo libri *de Conjugiis adulterinis*, quibus ſententiam ſuam repetit & tuetur. Quum verò Pontificii Juris Doctores in hac controverſia ad auctoritatem *Auguſtini* provocare ſoleant, celeberrimus Juriſconſultus *Joannes Schilterus* Anteceſſor Argentoratenſis (186), in ejus argumenta duxit inquirendum; ideoque hos *Auguſtini* Libros edidit *Jenæ* A. 1698. in 4. additis Notis Juridicis ac Moralibus, *quibus dogma Eccleſiæ de Matrimonii diſſolutione illuſtratur*, quidque veri falſive in argumentis S. *Auguſtini* ſubſit, rectène an ſecùs concludant, breviter nervoſèque oſtendit (187).

[183] *Tom. IV. p.* 154. 156. edit. Francof. 1684. [184] ibid. p. 160-63. [185] Vid. ſup. n. 13. c... 30]. [186] Non equidem patria Argentoratenſis, ſed Pegavvienſis in Miſniâ. Obiit A. 1705. ætat. 63. [187] Vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1698. p. 340.

In his autem *Obrechtum*, licèt non nominatum, à *Schiltero* oppugnari docet *Niceronius* in ſuis Commentariis (188); *Ulricum* ſcilicet *Georgii Obrechti* filium, qui cùm è Lutheranis ad Eccleſiam Romanam tranſiiſſet (189), Senatûs Argentoratenſis Præſes Regius A. 1685 conſtitutus, praxin apud Argentoratenſes receptam, matrimonia adulterii causâ diſſolvendi, (juxta Matth. XIX. 9.) curavit aboleri, eumque in finem S. *Auguſtini* Libros *de Conjugiis adulterinis* Germanicè vertit (190).

94. *Contra Adverſarium Legis & Prophetarum* Libri II anno 420 ſcripti adverſus quendam Marcioniſtam, qui in publico ſcripto (quod Carthagine multis confluentibus & attentiſſimè audientibus legebatur) defendebat, Mundi Conditorem veteriſque Legis datorem non eſſe Deum, ſed Dæmonem (191).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

95. Contra *Gaudentium* Thamugadenſem Donatiſtarum Epiſcopum *Libri II* eod. A. 420 ſcripti. *Gaudentius* nimirùm unus è ſeptem illis Epiſcopis, qui in Collatione Carthaginenſi Donatiſtas defenderant, *Dulcitii* (Tribuni & Notarii, Imperialiumque Juſſionum adverſus illos Executoris) minis permotus, binas ad eum Literas dederat. Ad eas à *Dulcitio* ſibi miſſas reſpondit *Auguſtinus* priore Libro adverſus *Gaudentium*, qui ferè deſtinatus erat defendendis vexationibus, quibus in Donatiſtas ſæviebatur. *Gaudentius* ne omnino nihil reſponderet, Librum edidit, in quo, miſsa controverſiâ, quæ noviſſimè agitata erat, factionem ſuam defendebat, & in Eccleſiam calumnias ſpargebat. Huic *Auguſtinus* alterum oppoſuit Librum (192).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. *Bened.* IX.

96. *Contra Mendacium* Liber (193) ad *Conſentium* A. 420 ſcriptus, de quo jam ſup. n. 56. Hujus operis ea cauſa extitit, quod ad Priſcillianiſtas inveſtigandos, qui hæreſim ſuam non ſolùm negando atque mentiendo, verum etiam pejerando exiſtimabant occultandam, viſum eſt quibuſdam Catholicis Priſcillianiſtas ſe debere ſimulare, ut eorum latebras penetrarent; quod fieri prohibens *Auguſtinus*, hunc librum ſcripſit. Inde arreptâ occaſione de Mendacio in genere diſſerit, aſſeritque mendacium nunquam eſſe licitum, quicquid tandem obtendatur: quod enim ſuâ natura peccatum eſt, nullâ, utut bonâ, intentione fieri poſſe rectum.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

Locum in hoc libro à Benedictinis emendatum vid. in *Act. Erud.* Lipſ. A. 1688. p. 610.

97. *Contra duas Epiſtolas Pelagianorum* Libri IV (194) ad *Bonifacium I* Romanum Epiſcopum, *Zoſimi* ſucceſſorem, ſcripti A. 420 vel paulò poſt. Duas Literas ſcripſerat *Julianus* de quo ſup. n. 89. alteras Romam ad decipiendos Clericos Romanos miſſas, alteras ad *Rufum* Theſſalonicenſem Epiſcopum directas. Utræque Literæ cum per Italiam ſecretò circumferrentur, quorundam Catholicorum vigilantiâ detectæ fuerant, & ad *Bonifacium* miſſæ, qui eas *Alypio* Tagaſtenſi Epiſcopo, Româ diſcedenti ſub finem anni 419, tradidit, *Auguſtino* deferendas cùm excerptis quibuſdam ex quatuor *Juliani* libris contra primum *de Nuptiis* ſcriptis, quæ à *Valerio* Comite acceperat. His excerptis & Epiſtolis acceptis, ſtatim reſpondit *Auguſtinus* altero *de Nuptiis* libro in prioris defenſionem ſcripto. Scripſit pariter contra duas illas Epiſtolas doctiſſimos, (de quibus hic) libros quatuor eoſque ad *Bonifacium* miſit. Continent illi plurima non tantùm dogmatica, ſed etiam Hiſtorica, præ-ſertim

[188] *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. XL. p. 312. Paris. 1730. [189] Lutheranis enim ejuravit apud Meldenſem Epiſcopum *Jac. Benignum Boſſuetum*, qui ante Obrechtum, eum de quâvis materiâ rectè diſſerentem miratus, *Epitomen omnium ſcientiarum* vocavit. [190] Ex *Moreri*. Diction. edit. B. l. ubi citatur *Diar. Trevolt.* Nov. & Dec. 1702. [191] Vid. *Retract.* lib. 2. c. 58. [192] *ibid.* c. 59. [193] *ibid.* c. 60. [194] *ibid.* c. 61.

ſertim de rebus cum *Cæleſtio* Romæ geſtis à *Zoſimo* Papa, & de Pelagianorum querelis, eorumque appellatione à Sedis Romanæ judicio ad ſynodum generalem, quibus abundanter ſatisfacit Sanctus Doctor. Vid. *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. *in Bonifacio I.* p. 157.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

98. *Contra Julianum* (de quo ſup. n. 89). Libri VI. A. 421 ſcripti. Cum ad ſuas manus perveniſſent hujus *Juliani* Libri IV ſupra commemorati, comperit *Auguſtinus*, illa quæ ex eis decerpſerat, qui ea Comiti *Valerio* miſerat, non eodem modo quo à *Juliano* dicta ſunt, ad eundem Comitem ſcripta, ſed nonnulla eorum aliquantum fuiſſe mutata.

» Scripſi ergo, inquit ipſe *Auguſtinus* (195), ſex » Libros adverſos illos quatuor; ſed in eorum duo» bus primis, teſtimoniis Sanctorum qui fidem Ca» tholicam poſt Apoſtolos defenderunt, *Juliani* im» pudentia redarguitur, qui tanquam Manichæorum » dogma nobis objiciendum putavit, quia ex Adamo » trahi dicimus originale peccatum, quod per lava» crum regenerationis, non ſolùm in majoribus, ve» rùm etiam in parvulis ſolvitur. Quantum autem ip» ſe *Julianus* quibuſdam ſententiis ſuis adjuvet Mani» chæos, in primi libri mei parte poſteriore monſ» travi. Cæteri autem quatuor noſtri redduntur illius » ſingulis ſinguli *&c.*

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Benrd.* X.

De his *Auguſtini* contra *Julianum* libris vid. quæ obſervat *Rich. Simonius* in Hiſt. Crit. Comment. N. T. *cap.* 20. *p.* 298. &c. & *Ant. Pagi* in Crit Annal. *Baronii* ad A. 419. n. 16 & ſeq. & ad A. 421. n. 18.

Aliud opus contra eundem vid. inf. n. 112.

99. *Enchiridion* ſive *Manuale* ad Laurentium *de Fide, Spe & Charitate* (196) Scriptum anno 421. oratu *Laurentii* Nobilis Romani, *Dulcitii* (de quo ſup. n. 95.) fratris. Nempe rogaverat *Auguſtinum* iſte *Laurentius*, ut ſibi conſcriberet Epitomen univerſæ Religionis Chriſtianæ. Huic ut ſatisfaceret *Auguſtinus*, hunc ipſi Librum inſcripſit, in quo Religionem univerſam refert ad tres haſce virtutes, Fidem, Spem & Charitatem.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Bened.* VI.

Illud *Enchiridion* in Græcam linguam tranſtuliſſe dicitur (197) *Demetrius Cydonius* Theſſalonicenſis, qui Sec. XIV claruit.

Edidit Latinè *Lamb. Danæus* Aurelianenſis *Genevæ* 1579. 8.

Gallicè vertit poſt *Colleterium* (vid. ſup. n. 31) *Ant. Arnaldus*. Vid. ſup. *p.* 585. *n.* 15. Prodiit & Gallicè *Pariſ.* apud Deſprez 1685. in 12 *Theologia Moralis S. Auguſtini, in quâ præceptum de amore Dei plenè pertractatur* &c. per E. B. S. M. R. D. Auctor, quiſquis ille ſit (conſtat enim ejuſd. tituli opus edidiſſe *Mich. Bourdaille* Rupellenſem, de quo nos ſuo loco) quoniam ubique ſequitur S. *Auguſtini* doctrinam, ac perſæpè ipſiſſimis ejus verbis utitur, Sancti hujus Doctoris nomen libro ſuo præmittere voluit, qui cùm de Fide, Spe & Charitate, Religione, Legibus & Peccatis tractet, quoddam Theologiæ corpus conficit, cujus velut anima & ſpiritus dici poteſt *Auguſtinus* (198).

100. *De Curâ pro mortuis gerendâ* Liber, quem ſcripſit *Auguſtinus* A. 421. reſponſurus ad quæſtionem quam ipſi propoſuerat *S. Paulinus* Nolanus in Italia Epiſcopus, *utrum ſcilicet proſit cuique poſt mortem quod corpus ejus apud Sancti alicujus memoriam ſepeliatur?* (199) Nullam inde quidem demortuorum animas utilitatem percipere, certiſſimum eſſe putat *Auguſtinus*; juſta tamen hæc mortuis exſolvenda eſſe, ut noſtri ergà viros bonos & pios cultûs atque obſervantiæ monumentum aliquod & teſtimonium extet; nihil per ſe ipſam prodeſſe ſepulturam in Martyris ſacello, verùm eatenus eam eſſe utilem, quatenus fideles, apud quos magna Martyrum Religio eſt, ad orandum pro mortuo excitat.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

Multùm allegant Pontificii S. *Auguſtinum* pro matre *Monicâ* orantem; his verò reſpondet doctus Sec. XVI Theologus *Guil. Wittakerus* Oper. Tom. I. (200) hunc Librum S. Auguſtini *plenum eſſe dubitationibus & ſuſpicionibus, ut facilè quivis percipiat, ipſum ſibi* Auguſtinum *non ſatis in hoc argumento placuiſſe*. Hic libellus, inquit *Angelus Rocca* (201) videtur truncus, mancus, hiulcus, & depravatus, & in II Tomo Epiſt. *Hieronymi* longè caſtigatior repertus. Dicunt multis probare exemplis *Auguſtinum*, Martyres viventibus auxiliari &c. attamen ipſe ità loquitur hujus libri *cap.* 13. Tom. VI. Edit. Bened. *Amſtel.* p. 383. §. 16. *ſi rebus viventium intereſſent animæ mortuorum, & ipſæ nos quando eas videmus alloquerentur in ſomnis, ut de aliis taceam, me ipſum pia mater nullâ nocte deſereret, quæ terrâ marique ſecuta eſt ut mecum viveret.* Non mirum itaque quod *Joan. le Sueur* ad A. 407 Hiſt. Eccleſ. *S. Auguſtini* loca collegerit, ex quibus ipſum Sanctorum invocationi non favere dijudicari queat.

Hic autem Liber *S. Auguſtini* Germanicè verſus per *Vit. Mileram* prodiit *Moguntiæ* 1604 (202). 1634. in 12 (203).

101. *De octo Dulcitii Quæſtionibus* Liber ſcriptus anno 422. uti poſt *Garnerium* probat *Ant. Pagi* in Crit. Annal. *Baronii* ad A. 422. n. 6. Cùm *Auguſtino* Dulcitius (de quo ſup. n 95.) octo quæſtiones moviſſet, circa materias quaſdam, quæ jam ab ipſo alibi agitatæ erant, collectis undequaque, quæ in ſuis Operibus in hanc rem ſcripſerat, hunc Librum conflavit (204): de quo *Eraſmi* Cenſura, ait *Caſim. Oudinus* (205), ineptiſſima eſt.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. *Bened.* VI.

102. *Regula ad ſervos Dei*, è tribus ultima (206) de quâ dubitat *Eraſmus* (207), *Auguſtino* tamen non indignam eſſe agnoſcit; Benedictinorum judicio, dictione, ſententiis, præceptionibus demum piâ humanitate conditis auctorem refert *Auguſtinum*. Ea autem extat in Epiſt. CCXI (aliàs CIX) Sanctimonialibus ab ipſo Scripta (208) anno 423 vel 424. Inde eam depromtam, viriſque aptatam fuiſſe obſervarunt præter alios *Bern. Vindingus* (209) & *Proſper Stellartius* (210), ambo Auguſtinianæ familiæ alumni, ac poſtea vir eruditus *Nic. Deſnos* ex Ord. Canonicorum Regul. S. Auguſtini: eandemque ita repertiſſe monent Benedictini in Codice Corbeienſi mille annos præferente.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. I.

Extat in Regulam *S. Auguſtini* Commentarius *Hugonis de S. Victore* qui Sec. XII vixit, *Dilingæ* A. 1581. *Venetiis* A. 1601 editus (211), *Comi* in Ducatu Mediolan. A. 1605 (†) quem Gallicè tranſlatum edidit D^{us}. *de la Grange* Canonicus Regularis S. Victoris *Pariſ.* apud Guil. Deſprez, 1692. in 12. unà cum

[195] *Retract.* lib. 2. c. 62. [196] ibid. c. 63. [197] Apud *Poſſevin.* in Appar. ubi de *Auguſtino* p. n. 153. [198] Ex *Diar. Erud.* Paris. 26 Nov. 1685. p. 505. [199] *Retract.* lib. 2. c. 64.

[200] Apud *Ancillon* in Miſcell. Crit. *Tom.* 1. *p.* 225. [201] Oper. *Tom. II. p.* 22. edit. Romæ 1719. in *Indice Theol. & Scriptur.* Fuit vir doctiſſimus Sec. XVI. Eremita *Auguſtinianus* Camertinus, Apoſtolici Sacrarii Præfectus, ac Epiſcopus titularis Tagaſtenſis *&c.* qui obiit anno 1620. ætat. ſuæ 75. De eo nos ſub tit. ROCCA. [202] Lipen. *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 329. [203] *idem* Tom. I. p. 498. [204] *Retract.* lib. 2. c. 65. [205] *Comment.* Tom. I. p. 944. [206] De aliis vid. inf. n. 21. 22. in Dubiis. [207] Hanc adverſus *Eraſmum* defendit *Richardus Cenomanenſis*, Theologus Pariſienſis, ſub finem Tomi I. Edit. 1586. ſed rationibus admodum infirmis, inquit *Oudinus* in Comment. *Tom.* I. *p.* 942. [208] Hanc Epiſtolam ſeorſim *Pariſiis* A. 1663. in 4. impreſſam fuiſſe docet *Lipenius* in Bibl. Theol. II. 313. [209] Hujus extat *Criticus Auguſtinianus caſtigatus* Monachii 1621. 8. ex *Phil. Elſſii* Encom. Auguſt. p. 197. [210] *Stellartius* Belga inter alia edidit *Nucleum Hiſtoricum Regulæ S. Auguſtini* Tornaci 1618. & Duaci 1620. in 8. [211] Lipen. *Bibl. Theol.* Tom. I. p. 110.

[†] *Poſſevin.* in Appar. ubi de *Hugone* p. m. 772.

cum ipſâ *Regulâ*, juxta Benedictin. Editionem (212).

Flores in Regulam S. Auguſtini ſcripſit *Nic. de Treveth* cujus operis Codices MSS. memorat *Echardus* in Script. Ord. Præd. ad A. 1318. p. 562.

De Comment. *Ambr. Coriolani* vid. inf. in Script. de Vitâ S. *Auguſtini*.

Joan. de Montoya Mattitenſis, Dominicani, *La Regla de San Auguſtin declarada* &c. Cordubæ 1600

Comment. in Regulam *S. Auguſtini* ſub tit. *Optica Regularium* ſcripſit *Servatius de Layruelz* (213) Canon. Regul. Ord Præmonſtr. *&c.* Sogniacenſis in Hannonia; *Muſſiponti* excuſum A. 1603. & 1607. in 4. ac *Colonia* 1618. 8. (214).

Anno 1732 *Venetiis* typis Jo. Bapt Recurti in 4. edidit R. P. *Proſper à S. Joſepho* Theologus, Concionator, ac poſtea Vicarius Generalis Auguſtinianorum Diſcalceatorum *Diſcorſi Clauſtrali ſopra la Regola del Gran Padre S. Agoſtino, recitati a' ſuoi Religioſi dal Padre Proſpero da San Gieſeppe* &c. Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* A. 1731. p. 33.

103. *De Gratiâ & libero Arbitrio* ad *Valentinum* & Monachos Adrumetinos (†) Liber. Hunc ſcripſit *Auguſtinus* A. 426. vel 427. (215) occaſione diſputationis habitæ in Monaſterio Adrumetino, contra illos, qui, cùm defendentes Gratiam, liberum Arbitrium negare credant, ipſi adſtruendo liberum Arbitrium, Gratiam enervant, dum Gratiam ſecundùm merita datam præſupponunt.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom VII. Part. II. *Bened.* X.

S. Auguſtini ſententiæ de Prædeſtinatione, Gratiâ Dei, & libero hominis arbitrio; ex ejus Libris collectæ ſtudio *Jac. Sirmondi* Soc. Jeſu prodierunt *Pariſ.* & *Bruxellis* 1649. 8 (216)

Gallicè verſus Liber ipſe *de Gratiâ & libero Arbitrio* lucem vidit *Pariſ.* apud Guid. Caillou 1683. Interpres (cujus nomen me latet) Verſioni ſuæ addidit conſiderationes & explicationes aliquot, quæ neceſſariæ ſibi viſæ ſunt ad locorum difficiliorum intelligentiam (217). Vertit & Dus *de Villefore*. Vid. ſup. num. 1.

Idem Liber Latinè prodiit inter *Opuſcula quædam ſelecta* S. Auguſtini *Bruxellis* 1654 & *Lugduni* 1673. in 12 item eod. anno *Bruxellis*, quæ editio quinta numeratur. In eâ autem Collectione extant Libri *de Correptione & Gratiâ*, *de Prædeſtinatione Sanctorum*, & *de Dono Perſeverantiæ*, præter *Epiſtolas* quinque, de quibus n. 110.

104. *De Correptione & Gratiâ* Liber ad Monachos item Adrumetinos (218) A. 427 ſcriptus, in quo *Auguſtinus*, ſua ſemper principia retinens, pugnat adhibendas eſſe increpationes ac cohortationes, horum objectioni ſatisfacturus, qui dicebant, nullum amplius correctioni locum relinqui, ſi benefacere ſine Gratiæ Divinæ auxilio, illudque auxilium nemo per ſe mereri poteſt. Sua item principia circa Gratiæ Adamo in ſtatu integritatis conceſſæ diſcrimen a Gratiâ hominibus poſt lapſum à Deo datâ, circa Perſeverantiæ donum non omnibus, ſed certis tantùm hominibus conceſſum, circa Gratiæ efficaciam, circa denique gratuitam Electionem, explicat atque confirmat. Qui quidem Liber, inquit Card. *Noriſius* (†), parvus mole eſt, ſed doctrinâ maximus, totus myſteriis refertus, univerſam Divinæ Gratiæ œconomiam oculis ſubjicit, ut jure merito aureus à Viris doctis nuncupetur, ſitque veluti clavis, quâ ad univerſam *Auguſtini* de Divinâ Gratiâ, & libero Arbitrio Doctrinam aditus aperitur.

Liber iſte explicatus & Notis illuſtratus Latinè prodiit *Pariſ.* 1652. in 8. Acceſſerunt ſuis loci Animadverſiones in aliqua, quæ *Antonius Arnaldus*, cum ipſum Librum è Latino Gallicum faceret (219), aut in S. *Auguſtini* Textum inſeruit, aut à Sancti Doctoris ſenſu aliena ipſi attribuit (220). Edente *Ant. Vatier* Soc. Jeſu Theologo. Quâ occaſione hæc *Labbeus* Jeſuita inf. cit. *p.* 73. » Quàm merito jure » vana, ſuſpecta ſaltem, haberi debeat apud omnes » eruditos *Antonii Arnaldi* fides in Conciliorum, » SS. Patrum, cæterorumque Doctorum, quas hac» tenus adornavit, vulgavitque, verſionibus verna» culis, cùm alii multi ſæpè docuerunt, tum aper» tiſſimè demonſtravit Libellus Auguſtinianus *de Cor»reptione & Gratiâ*, in quo Gallicè interpretando, » tot tantaque peccavit, addendo, demendo, perver» tendo *&c.* ut homo naturâ ſuâ verborum haud par» cus, & in repellendis quibuſque vel minutiſſimis » punctiunculis pugnaciſſimus, ad tot tantaque monſ» tra ſibi modeſtiſſimè objecta expaverit, ſaltem hac» tenus obmutuerit. » Ut ergo haberet *Arnaldus*, in quo induſtriam ſuam exerceret, *calamumque* effunderet *Latino lepore madentem*, ſubjicit *Labbeus* integram particulam Indicis à *Vatierio* confecti, ubi dicitur *Arnaldus* multa indocere impia, deſtruere argumentum *Auguſtini*, facere *Auguſtinum malè ratiocinantem*, *malè loquentem*, *mancum*, *abſurdum*, ac ſimilia quæ hoc transferre non vacat.

Steph. Lorenzoni Vicentinus, Congreg. Oratorii Patavini Presbyter, edidit *Patavii* 1729. in 4. *Diſſertationem Theologico-Analyticam de vero intellectu trium celeberrimorum Capitum X, XI & XII* S. Auguſtini *de Correptione & Gratiâ*, ſeu *de verâ & falsâ adjutoriorum diſtinctione* (221) Hujus libri examen inſtituit Jeſuita *Berruyerius* in opere adverſus *Balium*; de quo inf. Art. VII. ubi de Doctrinâ *S. Auguſtini*.

105. *Retractationum* Libri II. in quibus *Auguſtinus* opera ſua XCIV in libris CCXXX recenſet, ad annum uſque 427. quo ſcripti ſunt (†). Ibi ſingulorum ſuorum Scriptorum titulum & initium effert, eaque juxta ſeriem temporum recenſet, & quâ occaſione ſcripſerit. Exhibet & argumentum eorum, & quo ea conſilio ediderit, quem maximè finem intenderit, indicat. Quæ ipſi obſcuriora videntur loca, elucidat, & ſi quæ fortè duriuſcule ipſi exciderint, mitigat; ſi quæ dixerit quæ in deteriorem partem intelligi poſſint, explicat; genuinum & legitimum eorum ſenſum indicat: ſi quid in ſcribendo peccavit & a veritate aberravit, culpam candidè fatetur & emendat. In *priore* autem Libro ea recenſet Scripta quæ ante, in *altero* quæ poſt ſuſceptum Epiſcopatum publicavit, enumerat & recognoſcit.

Prodiit ſeorſim iſtud opuſculum *Lugduni* apud Joan. Frellonium, 1536. in 8.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. I.

106. *De Hæreſibus* Liber intra annum 428 & 430 abſolutus (*) Extorſit hunc *Auguſtino* QUODVULTDEUS Diaconus Carthaginenſis, qui per literas *Auguſtinum* rogavit, ut Hæreſium Catalogum ederet. Etſi autem *Auguſtinus* ad primas hujus Diaconi literas rei difficultatem cauſaretur, & hunc laborem à ſe declinare niteretur, attamen cùm *Quodvultdeus* novis literis inſtaret, & vehementer contenderet, ne petitioni ſuæ, imò univerſali totius Eccleſiæ deſiderio officium hoc denegaret, victus ejus precibus, libellum hunc de Hæreſibus conſcripſit *Auguſtinus*, ut ex utriuſque Epiſtolis

[212] Vid *Diar. Erud* Pariſ. Jun. 1691 p. 313.
[213] Ita vocatur in Diction. *Morer.* edit. Baſil. 1731 ex Comment. MS. Ibid. iterum laudatur vocab. *Lervelz* & *Sweertius* in Athen. Belg. pag. 671 *Lairvellium* vocat; *Lipenius* Bibl. Theol. I. 119. *Lairvelz.* p. 116 *Lajervelz.* & Tom. II p. 316 *Lairvelz.* Poſſevin. in *Appar.* Tom. II. p. m. 391. *Lairvetz.* [214] *Lipen.* Tom II p. 643.
(†) Adrumetino Monaſterio in urbe Africæ, Byzacenæ Provinciæ Metropoli, cum præerat *Valentinus*.
[215] Circa id tempus videtur ſcriptus, *Retractationum* ordine ſervato, quoniam *lib.* 2. *cap* 66. recenſetur; attamen ad Monachos Adrumetinos A. 419 miſſum fuiſſe contendit *Seraph. Piccinardus* de quo inf. n. 80 forte *Baronium* ſecutus, qui hunc & ſequentem librum de Correptione & Gratiâ A. 428 ſcriptos eſſe exiſtimavit, ut obſervat *Ant. Pagi* in Crit. ad A. 427. n. 21 [216] Lipen. *Bibl. Theol.* Tom. II. p. 60 & 185. [217] *Diar. Erud.* Pariſ. 23 Sept. 1683 p. 85. [218] *Retract.* lib. 2 c 67 & ult.
(†) Hiſt. Pelag. *lib.* 1 c. 28. apud *Ant. Pagi* ubi ſup. n. 23.
(219) Vid. ſup. p. 585. n. 13. (220) Ex *Phil. Labbei* Bibl. Anti-Janſen. edit. Pariſ. 1654. in 4. p. 3. (221) *Nov. della Rep. delle Lettere* Maii 1729 p. 151
(†) Ante annum 428 ad finem perductos non eſſe ait *Ant. Pagi* ſup. cit. ad A. 426 n. 4. (*) Vid. eund. ibid. n. 9.

Epiſtolis in boc negotio reciprocaria apparet. Duabus conſtat partibus, quarum alrera agit de Hæreſibus quæ à Chriſto ad *Auguſtinum* oatæ erant. Alterâ examinandum ſibi ſumpſit, quid requiratur ad conſtituendam Hæreſim, Hæreticumque. » Quæ poſterior » pars, ut rectè obſervat *Ellias Du Pin*, » ſi rectum or» dinem ſervare voluiſſet *Auguſtinus*, præmittenda » fuiſſet: ut enim probè cognoſci poſſet, quæ à » Chriſto nato hæreſes ortæ eſſent, ſciendum prius e» rat, quid ſit hæreſis. Verùm ſumma hujuſce quæſ» tionis difficultas *Auguſtinum* abſterruit à recto ordi» ne ſervando; ab alterâ itaque parte, ut pote faci» liore, initium fecit; quam verò priùs diciſam o» portuit, ne attigit quidem. Hic itaque Tractatus » nihil aliud eſt quàm brevis Sectarum, Hæretico» rum, præcipuorumque ipſorum errorum Catalogus. » Initium autem ſumit à Simonianis, & ad Pelagia» nos deſinit. Hæreſes in univerſum continet 88. Pa» rum accuratus hic Liber, in eoqua nil ferè reperias » præterquam quod ex *Epiphanio* & *Philaſtrio* de» ſumptum eſt.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

Hic *Auguſtini* Liber (de quo item inf ubi de Tomo VIII. Edit. Bened.) *Lamb. Danæi* Aurelianenſis operà amendatus, & commentariis illuſtratus, prodiit *Genevæ* 1576 (hoc enim anno ſcripta eſt Epiſtola Dedicatoria ad Senatum Genevenſem) ac ruſus 1595. in 8. apud hær. Euſt. Vignon. Ab Editore additæ ſunt *hæreſes ab orbe condito ad conſtitutum Papiſmum & Mahometiſmum, etiam ea quæ hic erant ab* Auguſtino *prætermiſſa.* Acceſſit operi quadruplex index, ut non modò Chronologiæ Hæreſeon ratio, ſed etiam quæ ex illis utilitas percipi poſſit, intelligeretur, & a quibus in unoquoque Decalogi præcepto, Symboli Apoſtolici articulo, item diſputatione de Sacramentis, ſit erratum. In calce addita eſt *Arbor Hæreſeon*, ex quâ quomodo aliæ ex aliis natæ ſint & propagatæ, perſpicuè docetur: per eundem *Danæum* (222). Eandem editionem recudi curavit *Gebh. Theod. Meier* ſive *Mejerus* Helmſtadii, 1673. in 4.

Recentiores ſunt Commentarii Hiſtorico-Dogmatici quos in eundem *Auguſtini* Librum ſcripſit *Laurentius Cozza à S. Laurentio* Ord. Min. Regul. Obſervantiæ Lector Jobilatus &c. de quibus plura verb. COZZA, ſed Pars tantùm prima, quod ſciam, edita proſtat, continens Hæreſes XXII à *Simone* Mago uſque ad *Marcionem*: Rumæ 1707. fol. De quo opere legi poteſt *Diar. Trevolt*, Jun. 1707 p. 1110. & quæ in *Actis Erud.* Lipſ. *Nov.* 1708. *p.* 489.

107. *Tractatus*, ſive, ut in quibuſdam MSS Codicibus inſcribitur, *Liber de Incarnatione Domini adverſus Judæos* poſt Librum de Hæreſibus in Edit. Benedict. collocatur. Sermo eſt, quo adductis è Prophetiis Vet. Teſt. argumentis probat *Auguſtinus*, Judæorum Legem finem aliquando habere oportuiſſe, veterique Legem novam ſuo tempore ſubſiciendam fuiſſe, Judæos denique rejiciendos à Deo, & in eorum locum gentes fuiſſe vocandas.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

108. 109. *Collatio* cum Maximino *Arianorum Epiſcopo*, librique duo *contra eundem.* Collatio Hippona habita eſt anno 428. quò miſſus erat *Maximinus* à Comite *Sigiſvaldeo*: ſed tota ferè conſumpta colloquiis inutiliter utrinque miſcendis. Quoniam verò multò plures *Maximinus* res quàm *Auguſtinus* in medium attulerat, ultimuſque locutus Collationem clauſerat, viciſſe ſe ſuperbiuſculè jactavit. Quod ægrè ferens *Auguſtinus*, quæcunque in Collatione utrinque dicta erant, repetivit, & ad noviſſima *Maximini* argumenta reſpondit, ad quæ ipſi per temporis anguſtias reſpondere non licuerat.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* VIII.

110. *De Prædeſtinatione Sanctorum* Liber ad *Proſperum*, & *Hilarium* ſcriptus anno 428 vel 429. Hunc quidem *Arelatenſem* appellant Lovanienſes, ſed alium eſſe *Hilarium* volunt Benedictini (†). In eo autem Libro Prædeſtinationis & Gratiæ veritatem propugnat *Auguſtinus* contra Semi-Pelagianos: demonſtrat fidei rectique voluntatis uſûs initium à Deo eſſe, ac proinde Prædeſtinationem aut Vocationem ab hominum meritis non pendere.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. Part. II. *Bened.* X.

Hic Liber unà cum proximè ſequenti Gallicè prodiit *Lugd.* A. 1616 Utrumque etiam Gallicè tranſlatum edidit D. *du Bois* (de quo ſup n 4.) *Pariſ.* 1676. in 12. præmiſſis *Hilarii* & *Proſperi* ad *Auguſtinum* Epiſtolis (††) inter Auguſtinianas 225 & 226. Subnectuntur Epiſtolæ tres *Auguſtini*: I. ad *Paulinum* Nolanum Epiſcopum, II ad *Sixtum* Eccleſiæ Romanæ Presbyterum (poſtea Pontificem) III. ad *Vitalem* Carthaginenſem (inter Auguſtinianas olim 105, 106 & 107. nunc 194, 186 & 217.) Epiſtola ad *Sixtum* Italice excuſa eſt *Bononiæ* A. 1541 (223).

111. *De Prædeſtinatione Sanctorum* Liber IIus vulgò *de dono Perſeverantiæ* nuncupatus, ad *Proſperum* item & *Hilarium* ſcriptus anno 428 vel 429. In eo reliquos Semi Pelagianorum Maſſilienſium errores coarguere pergit *Auguſtinus*, oſtenditque, Perſeverantiæ donum non minus a Deo eſſe, quam noſtræ converſionis initium.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* X.

Italice hic Liber prodiit *Venetiis* A. 154. (224).

S. *Auguſtini* ſententia *de Prædeſtinatione & Perſeveratione* excerpta, cum Scholiis *Georgii Caſſandri* Belgæ, Pariſ. 1616. & Anglicè per *I. Story* 8. (225).

112. *Contra ſecundam* Juliani *reſponſionem* (226) *opus imperfectum*, *ſex Libros complectens*, ſcriptum anno 428 vel 429. In illis Libris, in modum Dialogi compoſitis, concepta *Juliani* verba ab *Auguſtino* laudantur, ad quæ paucis & ſimpliciter reſpondetur. Poſteriori ſuâ reſponſione *Julianus* octo libros altero *Auguſtini* Libro *de Nuptiis & Concupiſcentiâ*, (quem nec totum roſpectabatur,) oppoſuit. Horum octo librorum, cum quinque per *Alypium* accepiſſet *Auguſtinus*, ad eos ſtatim refellendos animum adjecit, jamque ad quartum pervenerat, cum anno circiter 428 Epiſtolam CCXXIV ad *Quodvultdeum* de hoc argumento ſcripſit. Reliquos *Juliani* libros ab *Alypio* ad *Auguſtinum* miſſos fuiſſe, admodum fit veriſimile; *Auguſtinus* vero ſex tantùm confutavit, itaque imperfectum manſit hoc Opus, ut ipſe teſtatur *Poſſidius*. Illud publici juris fecit *Vignerius* è MS. Abbatiæ Claraevallenſis, cùm duo tantùm libri, illique admodum imperfecti, lucem vidiſſent *Pariſiis* 1617. in 8. operâ *Claudii Menardi* Propraetoris Andegavenſis (227) è tenebris MSS. Codicum eruti, & poſtea à *Mich. Paladano* Gandavenſi, Eremitâ Auguſtiniano, *Lovanii* 1641 (228) vel 1644. in 4. erratis prioris editionis innumeris ex conjecturâ duntaxat emendatis (229). *Menardi* autem Præfatio in duos libros à ſe editos, ex Julioniago Andium ſcripta menſe Aug. 1616. ad Virum Illuſtr. *Dionyſ. Sim. de Marquemont* Archiep. Lugdunenſem (230), edita reperitur in

(222) Idem ille *Danæus* Genevæ 1578. 8. edidit *Tractatus* in *D. Auguſtini Tomos II præcipuos, nimirum VI & VII* (Editionis ni fallor, Lovanienſis) in quibus varia continentur Opuſcula Polemica.

(†) Virum Laicum fuiſſe iſtum *Hilarium* ait *Ant. Pagi* in Crit. Annal *Baronii* ad A. 426. n. 10. & ſeq. (††) Seorſim duæ iſtæ Epiſtolæ *Lovanii* prodierunt An. 1647. in 4. teſte *Phil. Labbeo* in Bibl. Anti-Janſen. *p* 92. (223) *Hotting* ubi ſuſ. (224) *Hotting* Bibl. quadrip. *p* 292. (225) Ex *Lipen.* Bibl. Theol. II. 525. Vid. & ſup. n. 103. (226) Vid. ſup. num. 98. (227) Non equidem *Claudius* ille *Menardus* fuit Monachus Benedictinus, ut ait *Oudinus* in Comment. *p.* 990. ſed *Nicolaus Hugo* qui eodem tempore vixit. (228) Ita *Lipen.* in Bibl. Theol. ſub tit. *Julianus Apoſtata*; eum enim eſſe credidit, quem in hoc opere impugnat *Auguſtinus*. (229) Vid. *Andr. Rivet.* Crit. Sacri *lib.* 4. *cap.* 16. p. m. 436. (230) Ille eſt quem *Urbanus* Papa *VIII* anno 1626 purpurâ Cardinalitiâ donavit. Verùm hoc ipſo anno Romæ deceſſit menſe Sept. De eo vid. *Morer.* Diction.

in *Append. Auguſtin.* (de quâ inf.) pag. 619.

Vignerii Suppl. Tom. II. *Bened.* X.

Joſeph. Maria Suareſius Avenionenſis, Vaſionenſis in Comitatu Vindaſcino Epiſcopus, *Diſſertationes IV* edidit *Romæ* A. 1670. in 4. quarum Iª eſt de Chronologiâ Operum S. *Auguſtini*, IIª continet *Teſtimonia de illius opere perfecto adversùs Julianum Pelagianiſtam, è Conciliis deprompta.* Reliquæ duæ nihil ad nos : Vid. *Giorn. de' Letter.* Romæ 1670. p. 49.

113. *Speculum ex utroque Teſtamento* ſub A. 427 ſcriptum, à *Poſſidio* in Indiculo & Vitâ *Auguſtini* memoratum, tametſi, inquit Cl. *Cave Hiſt. Liter. P. I.* ſciolus fortè aliquis poſt mortem *Auguſtini* textum Scripturæ mutavit, proque eo quem uſurpavit *Auguſtinus*, vulgaris Verſionis textum ſubſtituit (†). Benedictini tamen genuinum exemplar edidiſſe putant. » Aliud non ita pridem, *ajunt*, (i. e. anno 1654.) » *Hieronymi Vignerii* (231) curâ prodiit *Speculum*, ex Apographo Bibliorum. MSS *Theodulphi* Aurelianenſis Epiſcopi, qui circa A. 820 obiit) » ſub *Auguſtini* no» mine ; in quo ſententiæ Scripturarum revocantur ad » certa quædam capita inſtituta variis de rebus ſacram » doctrinam ſpectantibus, adeo ut non tam vitæ inſ» tituendæ conſilio, quam erudiendi animi causâ, » comparatum eſſe videatur. Quo circa illud minùs » cum eo convenit *Speculo*, quod & *Poſſidius* verbis » & *Auguſtini* Præfatione deſcribitur, planeque opor» tet ſicuti noſtrum hoc genuinum, ita *Vignerianum* il» lud ſpurium habeamus.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. *Vignerii* Suppl. I. *Bened.* III.

Illud autem *Auguſtini* opus nec Commentarius in Biblia dici poteſt, nec etiam peculiaris quidam Tractatus de Scripturâ Sacrâ : ſed eſt quædam collectio multorum ex Libris Vet. & Novi Teſt. locorum collectio, quæ nonnulla præterea de moribus præcepta continet. Hujuſmodi Librum ſcripſiſſe *Auguſtinum* teſtatur, uti diximus, *Poſſidius*: & eundem commendat qui medio Sec. VI vixit *Caſſiodorus* Senator *Divin. Inſtit.* c. 16 his verbis: » Liber ejuſdem *Auguſtini* quaſi Philoſo» phia moralis, quem pro moribus inſtituendis atque » corrigendis ex divina auctoritate collegit, *peculiamque* » nominavit magnâ intentione legendus eſt. » Non ſatis conſtat, ait Cl. *Ellias Du Pin* » utrum ille is ipſe ſit, » quem *Auguſtinus* conſcripſit. Hujus quidem Libri » Præfatio ejus ſatis ſtilum ſapit ; verum in ipſo ope» re Scriptura ſecundùm *Hieronymi* verſionem laudatur. » Fieri utique poteſt ut lapſu temporum Textus mu» tatus ſit, quo uſus fuerat *Auguſtinus*, ejuſque loco » adhibita fuerit Verſio quæ communior evaſerat. Vix » enim mihi perſuadere poſſim *Auguſtinum* relictâ an» tiquâ, uti voluiſſe *Hieronymi* Verſione, quæ *Auguſ*» *tini* tempore ægrè à multis admittebatur. » Laudat viri docti judicium adverſus Benedictinos *Rich. Simonius* in Crit. Bibl. Eccleſ. *Tom. I. p.* 143.

Hunc Librum, Lovanienſium editionem ſecutus, edi curavit *Romæ* A. 1679. in 8. *Joſ. Maria Tommaſi* (131) hoc tit. *D. Auguſtini* Hipponenſis Epiſcopi *Speculum*, *ut in eo quàm obediens Deo, inobediensque ſit, facilè quiſque agnoſcat, hac minori formâ primò editum.* Acceſſit ejuſdem Sancti Doctoris *Pſalterium*, *quod matri ſuæ compoſuit* &c. Præmiſit Cl. Editor huic *Speculo* (quod *morum breviarium* vocabat) piam ac doctam Præfationem, ſed tacito ſuo nomine (233).

114 *Enarrationes in Pſalmos Davidis CL.* Hoc opere ſe non admodum commendare *Auguſtinum*, jamdudum viri docti obſervarunt (234), ut pote quòd, non inficiantibus Benedictinis (235), leviſſimis alluſionibus, inutilibus allegoriis, myſticis, iiſque frigidis obſervationibus, ubivis ſcatet ; & in quo concinnando Verſionem ex LXX Interpretibus factam conſtanter ſequitur. » Quoniam autem, inquit » *Ellias Du Pin*, linguam Hebraicam prorſus igno» rabat, Latinas è Græco τῶν LXX Verſiones uſque » ſecutus eſt ; quam ipſam Verſionem Græcam in» terdum conſuluit. In quibuſdam earum Explicatio» num, iis præcipuè quæ ad populum ſcriptæ non » ſunt, quales ſunt priores tredecim, aliquæ dunta» xat reperiuntur allegoricæ notæ in Textum Pſal» morum ; at in cæteris prolixus eſt admodum, to» tuſque eſt in levibus quibuſdam conſiderationibus, » aut aliud agit, & à re ipſa longiſſime digreditur. » Literam ſe urgere, ſenſumque Hiſtoricum dare » profitetur ; at pro Literali & Hiſtorico Myſticum » & Allegoricum ubique obtrudit. Si vocem aliquam » explicare, ſenſumque ejus genuinum dare ſatagit, » ſcias naſcituram inde allegoriam aliquam, interdum » etiam frigidam ſpeculationem. Omnia ille, quæ in » Pſalmis leguntur, vel ad Chriſtum refert, vel ad Myſ» teria Novi Fœderis, vel denique ad ipſam Eccleſiam. » Quotieſcunque de mercedibus & pœnis mentio fit in » Pſalmis, ſemper de pœnis illud æternis boniſque ſpiri» talibus intelligendum contendit. Ejuſdem ſæpè loci » varios adfert ſenſus. In Hæreticos interdum & » Schiſmaticos ſuæ ætatis, relictâ, quam calcare de» buiſſet, viâ, impetum facit ; quos, dum acriùs » perſequitur, tam longè digreditur, ut nunquam eum » in viam rediturum putes. Futiles alluſiones, ſub» tilitates vaniſſimæ, allegoriæ ſtupendæ ac prodigio» ſæ paſſim in hoc opere occurrunt. Quin etiam quæ » hic reperiuntur, obſervationes ad mores attinentes, » non eæ ſunt quæ ex re ipſâ naſcuntur, verùm tam » longè ut plurimum petitæ ſunt, ut vix accidere » poſſit, ut cuiquam alii Textum Pſalmorum legenti » in mentem veniant.

» Interdum tamen, pergit doctiſſimus *Du Pin*, in » hoc ipſo Opere nonnullæ occurrunt vehementes ac » patheticæ exhortationes, quæ procul dubio popu» lum non mediocriter attonitum & ſtupefactum ra» piebant ac commovebant ; occurrunt etiam in ma» ximas Religionis veritates utilia documenta. Itaque » etſi non poſſit hoc Opus accuratus haberi in Pſal» mos Commentarius, fatendum ſane illud quandam » velut eſſe eximiam Collectionem Moralium & Chriſ» tianarum cogitationum. Illudque ſi iis minùs uti» le futurum, qui Pſalmorum ſenſum Hiſtoricum quæ» runt, ita certè utiliſſimum, qui ex muneris præ» ſcripto dicere tenentur ad populum. Mirum enim » quantam in hoc Opere cogitationum moralium ſen» tentiarumque ſegetem Concionatores facere non poſ» ſint. » Huic elogio applicat *Rich. Simonius* (*) quod de ſui temporis (Sec. XVI.) Concionatoribus dicere ſolitus fuit Illuſtr. Cardinalis *Hippolitus* Eſtenſis : *queſto è buon per la predica.*

Cæterùm S. *Hieronymus* in Epiſtolis ad *Auguſtinum* taxare videtur hos ejus Commentarios, tanquam nimis obſcuros, & in nonnullis etiam à rectâ lineâ, & à ſuâ Græcorumque omnium tractatorum mente diſcrepantes (236). Suſpicatur *Sixtus* Senenſis (237) *Hieronymum* deſideraſſe in his Enarrationibus explicationem

[†] De Monachorum audaciâ queritur hac occaſione *Rich. Simonius* in Epiſt. ſelectis *Gallicè* A. 1699 editis, in Epiſt. earumum I. ubi oſtendit in errorem inductum fuiſſe nuperum S. *Hieronymi* Editorem D. *Joan. Martianæy* Monachum Bened. è Congreg. S. Mauri, qui perperam credidit jam in uſu fuiſſe S. *Hieronymi* Verſionem tempore S. *Auguſtini*. Ex *Nov. Reip. Liter.* Jul. 1700 p. 70.

(231) Vid. [illegible] ubi de Supplemento Operum *Auguſtini* A. 1654 [illegible] 232) *Thomas* [illegible] *Thomaſius* Alicarenſis in Siciliâ, Clericus Regularis, qui A. 1712 ad purpuram Cardinalitiam evectus. [illegible] A. 1713. plurimis ingenii ſui [illegible] in lucem editis clariſſimus. Vid. [illegible] Vitam in Diario Veneto A. 1714. Tom. XIX.

(233) *Ibid.* p. 14.

(234) Solus, quod ſciam, *Angelus Rocca* (de quo ſup. n. 101. cit. [illegible]) p. 26. vocat *eruditiſſimum opus, & admodum utile, atque celeberrimum.*

(235) Ita Cl. *Cave* Hiſt. Liter P. I. Attamen Benedictini in Præfatione hos *Auguſtini* Commentarios non admodum deprimunt, cùm poſt elogia plurima, *hæc à ſe dicta volunt, ut generatim Auguſtini methodum defendant : tametſi*, addunt, *noſtri conſilii non ſit exurgnere ab omnibus, ut vel leviſſimas ejuſdem alluſiones* [illegible] *quâ* [illegible] *ipſi, veneratione proſequamur : ſatis erit, ſi non* [illegible] *materiâ, quæ tractatur, æqui rerum æſtimatores judicent* &c. Nimiam Benedictinorum indulgentiam non probat *Rich. Simon* ut inf. cit. p. 137.

(*) *Crit. Bibl. Eccl. ſ.* D. Du Pin Tom. I. p. 139.

(236) Conf. *Simon.* inf. cit. p. 36. 37. (237) *Bibl. Sanct.* lib. 4. p. m. 218.

tionem Pſalmorum juxta Hebraicæ veritatis puritatem, & Græcorum expoſitorum ſententiam: ſed cùm *Auguſtinus*, inquit, Hebraici ſermonis eſſet ignarus, & in Græcis literis non ſic aſſet inſtructus, ut Græca commentaria liberà manu poſſet evolvere, neceſſe fuit illum ſæpè, ex inopià literalis intelligentiæ, à vero ac proprio literæ ſenſu ad extortas allegorias deflectere.

Idem ſæpius innuit *Rich. Simonius* (238) ubi expendit methodum præcipuorum Patrum in ſuis Commentariis. Non tamen probat eam *Caſtellani* (239) libertatem, » quà *Auguſtinum* in ſuis illis Commen» tariis & alibi *ſomniaſſe tantùm* pronuntiare auſus » eſt, propter ipſius in linguis imperitiam. Modeſtius » dixiſſet, ipſi neceſſarias optimo Interpreti dotes de» fuiſſe.

» Enimverò, pergit Criticus, neminem hodie pu» tarim, qui Auguſtinianam methodum ſequi velit. » Nec nobis allubeſcunt magis ejus allegoriæ quam » olim *Hieronymo* allubeſcebant.... Obvii enim cuili» bet, addit, paucis exemplis adductis, » *Auguſtini* in » Pſalmos Commentarii, ac ſimul Allegoriæ ipſius, Ar» gutiæ, Paronomaſiæ & id genus alia materiæ haud » ſatis congruentia. Erroris fons Linguarum imperi» tia..... Adde Platoniciſmum quo tenebatur *Au» guſtinus*, & ubi de numero aliquo diſſerendum eſt, » ſibi ſtatim plaudit: illico nempe myſteria in eo » evolvendo ſi non invenit, fingit. » Exemplum affert ex lib. 4. *de Geneſi ad literam*, ubi ſex Creationis dies *Auguſtinus* interpretans, multa de numeris philoſophatus, concludit, non ideo ſenarium numerum perfectum eſſe, quia ſex diebus Deus perfecit omnia opera ſua, ſed è contra idcircò Deum ſex diebus totius mundi opus abſolviſſe, quod is numerus omnium abſolutiſſimus ſit.

Cætera vid. ſupra inter Judicia de S. *Auguſtino*, & infra cit. (21) ubi de Tom. IV. Edit. *Bened.* Extat Tomo VIII. Edit. *Eraſm.* & *Lovan.*

Scorſim prodierunt *Auguſtini* in Pſalmos Commentarii *Baſileæ* 1489. per Amerbachium, & *Venetiis* 1493. & 1494. fol. (*) *Lugduni* apud Seb. Honoratum 1571. & *Rothomagi* typis Dav. & Petri Geoffroy, 1653. in 8. pluribus Tomis, præmiſſa Præfatione cujuſdam recentioris (240). Item *Antverp.* 1662. fol. (241) Iterum *ibid.* 1680. cura *Jacobi Willemart* Eremitæ Auguſtiniani (242).

Gallicè excuſæ fuerunt ſub *S. Auguſtini* nomine *Inſtructions Chretiennes ſur les Pſeaumes*, Bruxellis 1662. in 12. (243). Alium vidi libellum *Pariſ.* & *Bruxellis* 1685. in 12 excuſum ſub tit. *Regles de S. Auguſtin pour l'intelligence des Pſeaumes.*

215. *Epiſtola* numero *CCLXXI* (244) juxta ordinem Chronologicum à Benedictinis in IV Claſſes diſpoſitæ. Iª Claſſis eas continet, quas *Auguſtinus* nondum Epiſcopus ſcripſit ab anno 386 ad 395. IIª quas jam Epiſcopus ſcripſit ante *Collationem Carthaginenſem* cum Donatiſtis habitam, & detectam in Africa *Pelagii* hæreſin i. e. ab anno 396 ad 410. IIIª quas ab eo tempore ad obitum ſcripſit, nempe ab an. 411 ad 430. IVª eas quarum tempus minus compertum habetur, quas tamen omnes ab *Auguſtino* jam Epiſcopo ſcriptas eſſe certum eſt. *Auguſtini* Epiſtolis antea vulgatis paucæ hactenus ineditæ Benedictinorum Editioni acceſſerunt. Nempe *Auguſtini* adhuc Presbyteri ad *Alypium* Tagaſtenſem Epiſcopum; breviores duæ ad *Paulinum* Nolanum (†), prolixa ad *Marium Mercatorem*, (245) *Auguſtini* familiarem; fragmentum Epiſtolæ ad *Maximum*, in *Primaſii* ſuper Apocalypſim Commentariis repertum, quod in fine Tomi III. Part. II. Edit. Bened. exhibetur. Præmiſſi ſunt Indices tum Chronologici, tum Alphabetici ad has Epiſtolas pertinentes, præcipuè ordo novus cum antea vulgato comparatus, & antea vulgatus, ad novum reductus.

Edit. *Eraſm. Lovan.* & *Bened.* Tom. II.

Edidit quidem *Vignerius* in Supplem. *Tom. I.* Epiſtolas circiter LX. quæ ante Editionem *Antverp.* Ann. 1577 omiſſæ fuerant in Edit. Baſil. Pariſ. & Lugdunenſibus.

De Epiſtolis S. *Auguſtini* quondam *Eraſmus* dixit, *non alio in opere magis elucescere ſanctiſſimi viri pietatem, charitatem, manſuetudinem, humanitatem, civilitatem, ſtudium crediti gregis, amorem concordiæ & zelum domûs Dei.* Splendido eas ornavit elogio Celeb. *Pet. Balius* loco ſuſ. cit.

Inter Epiſtolas plures ſunt quas tanquam Libros recenſuit *Auguſtinus* in Retract. ſuis locis notatas.

Editiones LATINÆ:

Antiquior extat *Epiſtolarum* Editio *Baſil.* 1493.

Seorſim prodierunt S. *Auguſtini* Epiſtolarum ſelectarum Libri III. Recenſuit primum, Argumentis uberioribus explicavit, & Scholiis atque Obſervationibus illuſtravit *Rolandus Ogerius* Soc. Jeſu Armoricus, (*Flexia*) vulgo *la Fleche* in Ducatu Andegavenſi 1638 in 4. Liber Iᵘˢ Didacticas, IIᵘˢ Ethicas & Paræneticas, IIIᵘˢ miſtas & familiares complectitur.

S. *Auguſtini* & aliorum ad ipſum vel ejus cauſsâ ſcriptæ *Epiſtola CCLXXVIII.* cum Appendice ſuppoſititiarum, variis lectionibus, aliiſque marginalibus & Indicibus utiliſſimis accuratiſſimè editæ curâ *Luca Frid. Reinharti* Norimbergenſis S. Theol. in Univerſit. Altdorffina (246) Prof. Publ. *Francof.* & *Norib.* 1668. in 4. Ad marginem præter varias Lectiones (quas ad calcem rejicere primùm Editori animus fuerat) Allegationes tam Scripturæ, quàm Juris Canon. & Lombardi, itemque loca Codicis Theodoſ. ſicubi ex his Epiſtolis illuſtranda eſſent, necnon *Thomæ Aquinatis*, ea, ubi *Auguſtini* verbis utitur, comparent indicata.

Epiſt. de S. Martyribus & de Inimicis diligendis, cum Notis *Voſſii* Moguntiæ 1604. in 4. editam memorat *Lipenius* in Bibl. Theol. II. 254.

De Ebrietate vitandâ Liber ſub nomine S. *Auguſtini* Dilingæ 1560 in 8 editus memoratur in *Catal. Bibl. Traject.* Part. II. p. 59. Forſan decerptus eſt ex Epiſt. 22 (olim 64) *Aurelio* Carthaginenſi Epiſcopo circa A. 392 ſcriptâ. Idem etiam argumentum attingit in Epiſt. A. 395 ſcriptâ ad amicum *Alypium*, (quæ eſt ordine 29 in Edit. Bened.) ubi primum prodiit ex MS. Codice RR. PP. Ciſtercienſium S. Crucis in Jeruſalem, Romæ.

Editiones GALLICÆ:

Epiſtolas S. *Auguſtini* Gallicè vertit Dⁿᵘˢ *Du Bois*, (de quo ſup. n. 4.) & edidit juxta Benedictinorum Editionem *Pariſ.* 1684. fol II. vol. & in 8. VI vol. Totidem Tomis in 12 recuſa eſt *Amſtel.* ni fallor, A. 1707. Notæ quibus hæc cæteræque hujus Interpretis librorum S. *Auguſtini* Verſiones illuſtrantur, ſunt Viri eruditiſſimi D. *Seb. le Nain de Tillemont* (247). Recenſuit Editor & emendavit juxta veteres MSS. Codd. aliquot loca quæ adhuc corrupta credidit in Editione Benedict. Verſio eſt

(238) *Hiſt. Crit. V. T.* lib. 3. c. 9. p. 34. 35 edit. Lat. (239) Vid. ſup. in Judiciis de *S. Auguſtino* p. 726 b. cit. (5) [*] Orlandi *origine e progreſſi della Stampa* p. 284. (240) Eadem Præfatio in plerique Editionibus habetur, ubi & alter *Prologus in librum Pſalmorum cum Enarrationibus*; ſed Prologus iſte eſt S. *Baſilii*, Epiſcopi Cæſarienſis, è Græco in Latinam linguam tranſlatus à *Rufino* Aquilejenſi Presbytero Sec. IV. Utrumque verò Benedictini ab ipſo *Auguſtini* opere avulſum voluerunt, ne alicui deinceps incauto fucum facerent, neve *Auguſtini* eſſe putarentur (241) Lipen. *Bibl. Theol.* II. 582. (242) Cave *Hiſt. Liter.* P. I. (243) *Idem* ubi ſup. p. 578. (244) In *Edit. Eraſm.* habentur Epiſtolæ tantum CCXLII at ſine ullo rerum aut temporum ordine digeſtæ, inter quas ſunt Epiſtolæ L. aliorum ad *Auguſtinum*. De ſpuriis vid. inf. n. 24. 25. 26.

(†) Epiſtolas 96. *Auguſtini* & *Paulini* aliaſque ordine Chronologico digeſtas vide apud *Ant. Pagi* in Crit. Annal. Card. *Baronii* Tom. II. (245) Vid. inf. in Deperditis n. 9. (246) Vid. *Zeltneri* Vitas Theol. Altorph. p. 327. &c. (247) Id monet eruditiſſimus Abbas *Joſeph. d'Olivet* in Hiſt. Academiæ Gall. p. m. 316. & ex eo *Niceronius* in Comment. Hiſtoriæ Virorum illuſtrium inſervientibus Tom. XVI. p. 168.

eſt accurata, fidelis, pura, elegans, omnibus numeris abſoluta. Vid. *Nov. Reip. Liter.* Nov. 1684. *Diar. Erud.* Pariſ 15 Jan. 1685.

Epiſtolas ſelectas S. *Auguſtini* Gallico ſermone donavit *Lud. Giry* (de quo ſup. n. 74 cit. (159) editque *Pariſiis* Tomis V. I & II, 1653. III, 1656. IV, 1658. V. 1659.

Epiſtolam CXXX (olim CXXI) ad *Probam* viduam *de Orando Deo* ſcriptam A. 411 vel 412. Gallicè vertit *Nic. Cheſnau*, Retelenſis in Campania, Decanus & Canonicus S. Symphoriani Rhemenſis, editque *Rhems* apud Joan. de Foigny 1574. 8. (248). Vid. & ſupra *p.* 741. n. 75.

Epiſtolam XLVIII (quæ eſt XCIII in Edit. Bened.) ad *Vincentium* Cartennenſem Epiſcopum ſcriptam circa A. 408. in qua agit *Auguſtinum* de ſchiſmate Rogatiano, Gallicè edidit *Clemens Vaillant* Bellovacenſis, in ſupremo Senatu Cauſarum Patronus (249), *Pariſ.* apud Mathur. Prevoſt 1573. in 8. hoc tit. *La 48e Epiſtre de St Auguſtin, adreſſée à Vincent Eveſque, de l'hereſie Rogatiane, fort convenable pour remettre à l'unité de l'Egliſe Catholique les ſeparez & heretiques, comme pour y maintenir & conſerver ceux qui y ſont demeurez & retournez* (250).

Judicium S. Auguſtini *de Legibus pœnalibus adverſus conventicula & de Unitate Religionis*, propoſitum in ead. Epiſtolà 48. Anglicè prodiit *Londini* 1670. in 4 (251).

Huc quoque pertinet *Diſquiſitio Theologica de ſententiâ Auguſtini, an hæretici & ſchiſmatici vi ad fidem ſint cogendi* (*)? *Ubi ſimul ingens diſcrimen oſtenditur inter cauſam Donatiſtarum & Proteſtantium.* Autore Theologo doctiſſimo D. *Eliâ Veiſelio*, Ulmæ 1689. in 4. edita occaſione perſecutionis Reformatorum in Galliâ, cujus fautores *Auguſtinum* in partes ſuas vocare ſolebant: quamobrem Cl. Autor in *Auguſtini* Scriptis haud mediocriter verſatus, paulò accuratius inquirendum cenſuit, quid in hâc controverſiâ ſtatuat Sanctus Doctor. Ac primùm quidem inſignia quædam ex ejus operibus loca colligit, quibus probari poteſt, tantum abeſſe ut religionem vi cogendam exiſtimaverit, ut potius violenta inducendæ & propagandæ religionis media omnibus modis diſſuaſerit. Poſtea vero ad ea, quæ ex Epiſt. 48 ad *Vincentium* (ſupra memoratâ) in Gallicum ſermonem haud ita pridem (252) traducta objiciuntur, reſpondet, *Auguſtinum* fateri, quod a Collegis perſuaſus, & exemplis eorum, qui ſeveritate pœnarum ad ſaniorem mentem redacti fuerant, permotus, priorem ſententiam quodammodo retractaverit (253), neque tamen

Auguſtinum, dum priorem ſententiam retractavit, ex Scripturâ ſolidè probare potuiſſe, quid vis humanis conſcientiis inferri debeat, cùm in argumentis, quæ ex hiſtoriâ *Saræ* ancillam ſuam caſtigantis (254), item ex *Joh.* VI. 44. ubi de divino tractu agitur, aliiſque nonnullis Sacri Codicis teſtimoniis depromſit, non diſputantem, ſed rhetoricantem *Auguſtinum* quilibet deprehendat, ideoque Autorem *Diſquiſitionis de perſecutione Gallicâ in Reformatos exercitâ, & Auguſtini autoritate defenſâ* acriter in hanc *Auguſtini* retractationem inquiſiviſſe. Adducit & *Hug. Grotium*, qui in Annot. ad *Luc.* XIV. 23. *Auguſtini* exemplo conſtare animadvertit, quantò aliter judicemus, cùm res ipſas ſine affectu introſpicimus, quàm cùm quæſtio facti incidit, quo ſæpè fiat, ut ἀκίνεγοι αἱ θεωρίαι non ſemper ſint ἀσφάλεγοι. Cùm vero *Auguſtinum* in hoc negotio Collegis ceſſerit, Gallicus Auguſtinianæ illius Epiſtolæ Interpres Cl. *Veiſelio* ſe minimè probavit, cum *Auguſtinum* Principibus abſolutam in hæreticos ſibi ſubjectos poteſtatem tribuiſſe pronunciat. Quod ſi vel maximè *Auguſtinum* diſertè & abſolutè affirmaſſet, hæreticos ad fidem cogendos eſſe (255), haudquaquam tamen id judicium Cl. *Veiſelius* amplectendum putat, niſi idoneis Sacrarum Literarum teſtimoniis confirmari poſſit. *Auguſtini* enim autoritatem tantam non eſſe, ut ab ejus ſententiâ diſcedere liceat, doctiſſimi Jeſuitæ *Dion. Petavii* ſuffragio comprobat. Præterea illam *Auguſtini* ſententiam ſi decretoriam, & a nemine in dubium vocandam eſſe concedamus, ad Proteſtantes non pertinere ex eo demonſtrat, quod Proteſtantium Religio à cauſâ Donatiſtarum tantum abſit, quantum cœlum à terrâ. Contra, Pontificios ad Donatiſtas propius accedere, inter alia inde probat, quod ſæpè Reformatorum infantes rebaptizaverint, ut ex Papæ *Pii V* decreto, cujus Celeb. *Joan. Launojus* in Hiſt. Gymnaſii Navarræi meminit, & ex Concilio Rothomagenſi conſtat. Poſtremo concludit, morem hæreticos ad religionem cogendi, deterioris & peſſimæ cauſæ indicium eſſe. & ex *Petro Matthæo* [Celeb. Galliæ Hiſtoriographo] oſtendit, Romano-Catholicos in Angliâ iiſdem rationibus conſcientiæ ſuæ libertatem poſtulaſſe, quas ipſorum Doctores alias in Proteſtantibus repudiare & impugnare ſolent (256).

110. *Sermones.* Horum variæ extant Collectiones, quarum quinque ſequentes (præter *Sermones ad Fratres in Eremo*) prodierunt in Edit. *Eraſm.* Baſil. 1529. Tom. X.

I *De verbis Domini, ſive de verbis Evangelii* Sermones LXIV. Ex his ſermo 14 *Eradii* Presbyteri eſt, 09 *Maximi* Taurinenſis, 28 S. *Ambroſii* Mediolanenſis Epiſcopi.

II. *De verbis Apoſtoli* Sermones XXXV. Ex his Sermo 25 *Maximi* eſt, inter *Ambroſianos* nonus. Prodierunt cum Sermonibus *ad Fratres in Eremo* & aliis *Baſil.* 1494. fol.

III. *Homiliæ L* (257). *in quibus varia Scripturæ loca explicantur & loci communes tractantur*, in lucem prodierunt *Auguſtæ Vindel.* 1475. Harum quarta ex *Ambroſii* ſcriptis decerpitur. Collectiones illæ tres antiquæ ſunt, ante annos quippe 800, ut notat *Guil. Caveus*, factæ

(248) *Du Verdier Bibl. Franç.* p. 922. (249) Vid. *Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ. (250) Du Verdier p. 231. (251) Lipen. in Bibl. Philoſ. verb. *conventicula.* (*) Vid Pagi Crit. in Annales *Baronii* ad A. 408. num. 19. *Auguſtinus*, tit. *cenſet leges principum adverſus hæreticos poenas poſſe, modo id fiat animo corrigendi, non vindicandi.* Vide etiam ſuper totam hanc materiam Cel. *Joan. Barbeyracium* in Libro cui tit. *Traité de la Morale des Peres de l'Egliſe*, in 4 1728. Amſtelod. de quo *Bibliotheque Raiſonnée* Tom. I. p. 117. & 293.

(252) Hiſce verbis ſe dicens inſpicere librum cui tit. *Conformité de la conduite de l'Egliſe de France pour ramener les Proteſtans, avec celle de l'Egliſe d'Afrique pour ramener les Donatiſtes.* Pariſ. apud J. B. Coignard 1685. in 12. In eo enim libro continetur dicta ad Vincentium Epiſtola, aliaque ad *Bonifacium* de qua ſup. nu. 83 Vid. *Diar. Erud.* Pariſ. *Dec.* 1685. p. 530. Utramque multis argumentis confutavit Cl *Pet Bælius* Parte III *Comment. Philoſophici* in hæc verba Luc. XIV. 23. *Cogo illos intrare*: ubi docet, has *Auguſtini* Epiſtolas ſeorſim edi curaſſe Archiepiſcopum Pariſienſem (*Franciſcum Harlæum*) juxta Verſionem D *au Bois.* Neque modò has Epiſtolas refellit Cl. *Bælius*, ſed & alia loca in quibus hæreticorum perſecutioni favere videtur *Auguſtinus*, nimirum in Epiſt. 104 ad *Emeritum* (de quo ſup. n. 85.) poſt annum 405 ſcripta; 166 ad Donatiſtas, circiter A. 409. Epiſt. 167 ad *Feſtum* circa A. 406 Epiſt. 204 ad *Donatum* villæ Mutugennæ in Diœceſi Hipponenſi Presbyterum Donatiſtam circa A. 416. [Hæ quatuor Epiſtolæ ſunt in Edit. Bened. ordine 87 105. 89 & 173.] Cæterum Præfationem libro Apologetico pro perſecutione Reformatorum præfixam refutavit laudatus *Bælius* in Diſcurſu prius inſerti quem *Commentario* ſuo præmiſit, pag. 100. edit. A. 1713. Hic autem occaſione datâ memorandus liber (cujus, ut fert titulus I A. 1687. in 12 impreſſus, hoc tit. *La Penitence de la P. ſecution d'Antiochus l'illuſtre contre les Juifs, avec celle qu'on exerce à preſent en France contre les Proteſtans, contenus dans une Lettre ecrite à Mr. l'Abbé Petrot, par Mr. le Baron de* Pommerea.

(253) Hanc inprimis retractationem in *Auguſtino* reprehendit Celeb. *Jo. Claudius*, qui cæteroquin ejus ingenii dotes laudat, pietatem, æquitatem, & charitatem. Vid. *Epiſtolam* ex Helvetiâ ſcriptam pag 20. *not.* Dordraci 1690. a *Bælio* citatam in Diction. *Annot.* [H] verb. *Auguſtinus.* Ipſe autem *Bælius* verb. *Anabaptiſtes* locum notat *Auguſtini* adverſus perſecutionem ex lib. *contra Epiſtolam Fundamenti*, quem citavit *Georgius Caſſander*, in Præf. Tractatus de *Baptiſmo infantium*, ubi *manſuetudinem & prudentiam factis hujus viri laudat.* Notandum autem hunc *Auguſtini* librum anno 397. ſcriptum fuiſſe. (254) Vid. *Bælii* Diction. verb. *Agar* & *Sara.*

(255) Hanc ſententiam patrocinium fuiſſe *Auguſtini* negavit *Petrus Poiretus* in Opere de *Eruditione ſolidâ* &c. VI. *Hiſt. Opera* Erud Aug. 1692. pag. 551. ubi ſe *Auguſtini* partes (quoad perſecutiones) omnino tueri profitetur, adverſus cenſuram D. *Henrici Baſnagii de Beauval* quæ ibid in legitur. merito *Aprilis* p. 358.

(256) Ex *Actis Erud* Lipſ. A. 1689 p. 359. (257) *Homilia de Calendis Januarii & veneranda Sobrietate Decretorum* Exempla contra *geſtum Fratrum*, ſub nomine S. *Auguſtini* prodiit Pariſ. 1611. in 8. teſte *Lipen.* Bibl. Theol. I 681.

factæ, *Auguſtino* tamen nequaquam æquales. Duas ſequentes ſummâ quidem incuriâ adornatas eſſa monet à Curatoribus Editionis *Amerbachiana* Baſil. 1495. fol. procurante, ut creditur, *Auguſtino Dodone* de Friſia, (da quo inf. cit [1] ubi de Editionibus.

IV. *Sermones* de Tempore *CCLVI* ex quibus plurimi alios præ ſa ferunt Autores. Sermones verò 87, 215, 255 à *Gul. Perkinſio*, *Andr. Riveto* aliiſque ſporii habentur. Sermonem 191 *Auguſtino* abjudicat *Phil. Labbem.* Eorum verò nonus eſt S. *Bernardi*; 21 *Maximo* tribuitur; 15 *Severiano* uti & *Fulgentio* adſcribitur; 33 *S. Leonis* eſt; 37 *Maximi*; 48 ax *Hilario*, *Ambroſio* & *Auguſtino* hinc inda deſumitur; 63 *S. Leonis* eſt; 68, 77, 117 *S. Ambroſii*; 118 *Maximini*; 120 *Euſebio* tribuitur; 125 idem ferè eſt ac Symbolum *Damaſo* inſcriptum inter Opera S. *Hieronymi*; 128 *Maximum*, 130 *Chryſoſtomum* Autorem habet; 136, 118, 156, 176 inter *Euſebianos* habentur; 177 *S. Gregorii* eſt; 173 ex ajuſdem ſcriptis deſumitur; 226, 218, 219, 242 ex *Ambroſii* ſcriptis.

Prodierunt cum Sermonibus *de Sanctis* Baſil. 1495. ac priùs Italicè *Florentia* 1493.

V. De Sanctis *Sermones LI*, ex quibus Sermones 1 & 18 *Fulgentio* adſcribunt nonnulli; Sermo 21 è *Petro* Ravennarenſi decerpitur; 26 inter *Ambroſianos* reperitur; 27 *Maximi* eſt; 30 & 31 ſpurii ſunt, poſterior inter *Ambroſianos* habetur, uti & Sermo 33; 35 *Fulberti* eſt; 36 *Euſebii* Epiſcopi; 37 *Alcuini* Presbyteri, ex variis tamen conſarcinatus; 47 etiam *S. Leoni* tribuunt.

VI *Sermones* alii *XVII* ex quibus ſex *de Tempore*, ſeptimos *de Verbis Apoſtoli*, decem *de Sanctis*, in editione Pariſienſi 1531 primùm editi.

Sermones aliquot cum Indiculo *Poſſidii* Venetiis 1564 editos teſtatur *Poſſevin* in Appar. *p. m.* 154.

VII. *Sermones IV.* videl. da Jacob & Eſau, in feſto S *Vincentii*, in Proverb. XIII. in Parabolam ſeminantis, & in illud Matth. XVI. *Qui vult venire poſt me* &c. Hi primùm prodierunt (cum Tractatu in *Orationem Dominicam*) in Edit. Baſil. 1556. Quibus acceſſerunt in Edit. A. 1569.

VIII. *De diverſis* Sermones XLIII.

IX. *Fragmenta Sermonum* S. Auguſtini *XXVII.* ex *Eugipii* Abbatis *Theſauro* ſeu Collectionibus ad *Probam* Virginem, atque ex Commentariis *Flori* Lugdunenſia Eccleſiæ Diaconi in Epiſtolas Pauli, ex verbis *Auguſtini*, ſub *Beda* nomine impreſſa inter ajus Opera.

X. *Sermones* da diverſis *CXXIII* à Lovanienſibus A. 1577 Tomo X editi, annumeratis prædictis Sermonibus XLIII Ex his plurimos ſuppoſititios eſſa fatentur ipſi Lovanienſes.

XI. *Homilia XI.* a Pariſienſibus editæ A. 1614. ex MSS. Carthuſianis, atque aliæ *XIII* ex MSS. Pithœanis.

XII. *Sermones XL.* da variis argumentis à *Jac. Sirmondo* Jeſuitâ (258) primùm editi cum Notis *Pariſ.* 1631. in 8. » quorum nonnullos, ait *And. Rivetus* (159) » ut nolim negare *Auguſtinum* Autorem » habere, maximè qui in Indiculo *Poſſidii* numeran» tur, alios tamen, qui è Monachorum cryptis pro» dierunt, patietur Editor apud nos eſſe ſuſpectæ fi» dei, donec probationibus dignioribus nobis com» mendentur.

Inter hos autem XL Sermones habentur Homiliæ illæ XIII ſuperiùs memoratæ.

XIII. *Sermones VI* Romæ primùm editi A. 1644. à *Joan. Bapt. Maro* Romano, S. Angeli in Foro Piſcium Canonico.

Quatuor poſteriores Sermonum Collectiones recudit *Vignerius* Parte I *Supplem.* Parte verò II alios XLVI hactenus ineditos, atque ex diverſis Bibliothecis depromptos addidit.

Cæterùm in præcedentibus Sermonibus notari debet, non rarò evenire, ut idem Sermo in diverſis Sermonum Collectionibus bis vel forſan ſæpiùs numeretur: quamplurimi verò ex aliis *Auguſtini* ſcriptis excerpuntur. Sermones ex hiſce aliquot ſpurios obiter notavimus: at cùm longè accuratiùs id præſtiterint Benedictini, nos Cenſuram Sermonum ab iis latam in compendio exhibere è re fore arbitramur. Sermones itaque omnes, (quibus Tomus V abſolvitur, de quo vid. infra in Edition. cit. (23) in quatuor Claſſes redegerunt, *de Scripturis Vet. & Novi Teſtamenti*, *de Tempore*, *de Sanctis*, & *de Diverſis*: quibus acceſſit quintus Ordo *Sermonum dubiorum*: cùm nonnulli apertè ſuppoſititii in Appendicem rejecti ſint. Claſſes iſtæ quinque Sermones complectuntur CCCXCIV. præter Fragmenta. In Appendicem rejiciuntur, tanquam certò certiùs ſpurii, Sermones CCCXVII. ex Collectionibus ſupra memoratis hinc inde ſelecti: nimirùm ex vulgari Collectione Sermonum *de Verbis Domini* (vid. ſup. no. I.) Serm. 3, 14, 19, 20, 22, 28, 34, 47, 52, 54, 56, 57, 58. *de verbis Apoſtoli* (n. II.) Serm. 21, 25, 26, 34, 35. *Homiliarum L.* (n. III.) Serm. 2, 3, 4. 6-10, 12, 15, 16, 21, 22, 26, 30, 31, 33, 35, 39, 45-48. *De Tempore* (no. IV.) Serm. 1, 2, 3. & omnes reliqui, præter 5ium, 12, 16, 19, 20, 23, 25, 27, 28, 30, 31, 32, 34, 39, 42, 45, 49, 50, 51, 72, 74, 94, 96, 107, 109, 110, 113, 119, 135, 139, 140, 141, 143-149, 151, 155, 160, 164, 165, 170, 174, 286, 187, 196, 205, 212, 214, 220, 234-237, 245, 246, 254, 256. Sermones *de Sanctis* (n. V.) omnes ſpurii ſunt præter 4m, 12, 17, 23, 24, 42, 45, 48, 50, 51. Inter Sermones XVII (de quibus n. VI.) ſpurii ſunt 1us, 2us, (qui pars eſt Sermonis 51 in Collectione Benedict.) 7us (pars Sermonis 361) 35. 36 (pars Sermonis 279) 38, 65, 96, 97, 98, 99, 118. [pars Sermonis 325.] Ex Sermonibus LXXVI. [260] *ad Fratres in Eremo commorantes*, &c. nonnulli ſex in Tomo V exhibent Benedictini, reliquos in ſequenti. Ex his ſex ſpurii ſunt *tres*, qui in vulgari Sermonum iſtorum collectione locum obtinent 56, 70 & 72. Ex Sermonibus ab *Hieron. Vignerio* editis *Supplem. Parte I* ſpurii ſunt 3us, 4, 5, 13, 14, 15, 17, 18. In *Parte II* ſpurii ſunt 1us, 2, 8, 10-14, 20, 23, 25, 26, 27, 29, 34, 36-39. Atque hactenus quidem Benedictini.

De his autem Sermonibus *ad fratres in Eremo* hæc in genere ait *Labbeus* inf. cit. Sub nomine *Auguſtini* ab impoſtore aliquo ſemi-Latino confictis ſunt, qui SS. *Auguſtini*, *Cæſarii*, *Gregorii*, & aliorum verba identidem immiſcet. Ab Apoſtolico Conſervatore Rhegii anno 1414 damnatos & repudiatos ferunt, eoſque pluribus exagitant *Joannes Mauburnus* [261] in *Venatorio Canonicorum Regularium*, Cardinalis *Baronius* ad A. 382 & 385. [262] *Bellarminus*, qui inter cætera ſcribit, phraſim horum Sermonum [duobus *de communi vitâ Clericorum ſuorum*, qui 52 & 53 reperiuntur, exceptis, & inter diverſos S. *Auguſtini* à Lovanienſibus additos, ordine 49 & 50, numerantur 355 & 356 in Edit. Bened.] impropriam eſſe, lutulentam, ineptam: ut mirum ſit potuiſſe Sermones ejuſmodi *S. Auguſtino* ab aliquo viro prudente attribui, ut reliquos prætermittam, qui in farraginem hanc graviùs invehuntur. An verò Gallo-Flandar declamator aliquis, quod *Martinus Lipſius* in Editione Lovanienſi, ex phraſibus quibuſdam & dictionibus ſuſpicabatur; quove tempore & ætate eos fabricaverit,

(258) Ejus Præfatio habetur in *Append. Auguſtin.* pag. 144.
(259) Crit. Sac. *lib.* 4. *cap.* 16. *p. m.* 437.

(260) Prodierunt *Mediolani* A. 1484. *Venetiis* 1490. *Baſileæ* 1494. (261) Aliis *Mauburnus*, *Mauburnus* &c. vulgò *Joannes de Bruxellis*, Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini. (262) Vid. *Rivet.* Crit. Sac. *lib.* 4. *cap.* 16.

verit, mihi nondùm plane compertum. Hæc *Phil. Labbeus* inf. cit. (†) Hujuſce Sermonum collectionis Autorem eſſe B. *Jordanum de Saxonia* (263) prodidit *Jac. Hommey* in Supplem. Patrum, cujus judicio *pauci ſtylum ingeniumque Sancti Doctoris exhibent, plures mentiuntur, plurimi offendunt.* His autem Sermonibus tres alios hactenos (i. e. A. 1684) ineditos, addidit.

De aliis Sermonibus ſpuriis vid infra n. 61-65.

In *Auguſtini* Sermonibus vix ulla ars atque methodus obſervatur: nec enim orationes ſunt omnibus ſuis partibus conſtantes atque abſolutæ: facilè judicatur eos eſſe Sermones familiares, nullà ferè præparatione habitos. Breves ut plurimùm ſunt, & toti diſtinguuntur ſententiis, & conciſioribus phraſibus. Certa doctrinæ Moralis capita penitius, quod Patribus Græcis ſolemne, non rimatur, ea leviter duntaxat attigiſſe contentus. Interrogationes, & ad verba frequentes alluſiones ſolæ ferè figuræ ſunt, quibus Orationes ſuas ornat. Veritates, eà quà par eſt vehementiâ, modoque ad movendum Auditores comparato, non proponit; ſatia ipſi eſt ſi rem acutè atque ad delectandum idoneè propoſuerit. Quod eloquentiæ genus multum infra maſculam Græcorum Oratorum eloquentiam poſitum eſſe, nemo non videt. Verùm hoc dicendi genus ætati ſuæ arridere ſenſerat *Auguſtinus*; forſan & huc pertinebat Africanorum ingenium, qui eos *Auguſtini* Sermones non admirabantur modò, verùm etiam ſæpiùs iis movebantur. At certè alia ætas aliom hominibus guſtum judiciumque attulit, &, ni vehementer fallor, pauci homines noſtri, ſi pro concione de ſuggeſtu Sermo aliquis *Auguſtini* haberetur, audituri concurrerent. Hoc tamen fatendum, inter Latinos vix ullum extitiſſe Oratorem ſacrum, qui cum *Auguſtino* comparari poſſit. Eumque ſiquidem à *Chryſoſtomo*, *Baſilioque* vincatur, at certè ab eodem infinitè vinci *Maximos, Chryſologos*, aliosque Latinorum multos, qui eum ſunt ſecuti. Hæc Cl. *Ellies Du Pin*, ubi de Tomo V Edit. Bened.

S. Auguſtini Sermonum reliquiæ, unà cum Indiculo *Poſſidii* prodierunt *Colon.* 1594. in 16 (264).

Sermones *de Verbis Domini*, *de Verbis Apoſtoli*, *Homiliæ L. Homiliæ de Tempore & de Sanctis. Ad Fratres in Eremo. Sermones XVII* nonnullique alii unà prodierunt *Lugduni* apud Seb. Honoratum 1571. in 8.

Sermones in novum Teſtamentum Gallico idiomate redditi à Dno *Du Bois* juxta Benedictinorum editionem prodierunt cum notis *Pariſiis* apud viduam Joan. Bapt. Coignard Tomis IV in 8. quorum duo priores (265) anno 1694. reliqui anno 1700. De ejus admonitione in eloquentiam Concionatorum vide ſup. p. 613. n. 146.

Cæterum rejecti ſunt à Benedictinis inter Sermones Tom. V libri aliquot ab *Eraſmo* & *Lovanienſibus* inter Tractatus repoſiti: nimirùm

117. *De Epicureis & Stoicis* in Act. XVII. Apoſt. Tractatus *non omninò malus*, juxta *Eraſmum* in Cenſurâ huic præfixâ, *ſed nihil aut quàm minimùm habens Auguſtini.* Contrà Benedictini judicant, *& omninò bonum Sermonem, & nihil habentem niſi Auguſtinum.* Ejus meminit *Poſſidius* in Indiculo *cap.* 8.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. *Bened.* V. Serm. CL. Claſſ. I.

118. In illud Exod. III. 14 *Ego ſum qui ſum*, ſcilicet *de rubo in quo flamma erat, & rubus non comburebatur.* Hic Tractatus in *Eraſmianâ* quidem editione incerti Auctoris eſſe prænotatur, at in *Ulmmer.* & *Lovan.* tribuitur *Auguſtino.* Benedictini verò inter dubios *parùm abfuit* quin reponerent. *Ibid.* Serm. VII.

119. *De decem Chordis* Liber ſeu Sermo à *Poſſidio* notatus in Indic. *c.* 8. atque ab *Eugyppio* & *Floro* citatus, *Ibid.* Serm. IX. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX.

Hiſpanicè vertit *Gundiſalvus Garzia de Sta Maria* Cæſarauguſtanus (266), ediditque A. 1494. in 8. *Los Tratados de los diez cuerdas de la vanidad del mundo.*

120. *De Paſtoribus.* } Uterque ad Ezech. Cap.
121. *De Ovibus.* } XXXIV. *Ibid.* Serm. XLVII & XLVIII contra Donatiſtas.

122. *De convenientiâ decem plagarum & decem præceptorum.* Ibid. *Serm. VIII.* Hujus meminit *Poſſidius* in Indic. *c.* 9. & ipſe *Auguſt.* in Pſal. LXXVII. n. 27. Fragmentum repertum eſt inter *Eugyppii* Excerpta, & in MS. Regio & Victorino.

III. Scripta Deperdita:

Præter illa quæ paſſim indicavimus num. 21. 33. 40. 48. 57. 58. 59. 62. 65. 78. alia item memorat Cl *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. Part. I ſcilicet

1 *Contra Paganos* Libb. III. & *Exhort. ad eoſdem.*

2. *De Sacrificiis Spiritualibus contra Manichæos.*

3. *De Sacrificio veſpertino* Tractatum. Forte non alius eſt quam Sermo ejuſd. tituli, ordine 342 in Edit. Bened (a) ex *Sermondianis*, (olim 8us) in quo explicatur initium Evangelii Johannis.

4. *De die Domini* ſecundum *Sophoniam* Prophetam, *contra Manichæos.*

5. Tractatus diverſos *contra Arianos.*

6. Ad *Primianum* Donatiſtarum Carthaginenſem Epiſcopum *Commonitorium.*

7. *De traditione in Perſecutionibus & de falſo Baptiſmate contra Donatiſtas* Libb. III.

8. *De Baptiſmo* contra eoſdem Liber.

9. Ad *Mercatorem* Epiſcopum *contra eoſdem.* Primum quidem prodiit in Editione Benedictinorum ex pervetuſto Codice Monaſt. S. Bertini in Belgio *Auguſtini* epiſtola (ordine 193) ad *Mercatorem*, eum ſcilicet procul dubio, cui *Mario* prænomen fuit, anno circiter 418 ſcripta, quam recenſuit *Poſſidius* in Indic. *c.* 4. ejuſdemque tertiam partem tranſtulit *Auguſtinus* in librum *de octo Dulcitii Quæſtionibus* (de quo ſup. n. 101). In ea verò Epiſtolâ oſtetit *Auguſtinus* de Baptiſmo parvolorum adverſus Pelagianos.

10. *De Charitate* Tractatus diverſos.

11. Principia Geometriæ, Arithmetices, &, Philoſophiæ.

12. *Epiſtolæ*, *Tractatus* & *Sermones* plures, quorum mentio habetur in Indiculo *Poſſidii*, apud *Bedam*, ipſum *Auguſtinum* & alibi: nec enim omnia numerare aut vacat aut refert.

IV. Scripta Dubia, Suppoſititia, Spuria (1):

1. *De Symbolo* ſive *Regulâ fidei ad Catechumenos* Libri, vel potius Sermones IV. quorum primus duntaxat Benedictinis ad ſtilum *Auguſtini* accedere videtur. Continet iſte claram brevemque Symboli expoſitionem. In eo autem quoniam reperitur articulus de Vità æternâ, dubitari poteſt, utrum ſit *Auguſtini*; non enim reperitur hic articulus in ejus Libro *de Fide & Symbolo*, (de quo ſup. n. 17.) Ad Sermones tres reliquos quod attinet, rectè eos Benedictini, inquit Cl. *Du Pin*, minoribus typis imprimendos curarunt, utpote qui *Auguſtini* ingenium, eruditionem, & dicendi genus, præferre non videntur. Antiquos tamen eos eſſe exiſtimant, atque ab aliquo *Auguſtini* diſcipulo conſcriptos, tempore quo Vandali Catholicos vexabant, de quâ perſecutione aliquid in Sermone IIdo attingitur. Ejuſdem Auctoris eſſe putant tres ſequen-

[†] Diſſert. de Script. Eccleſ. *Tom. I. p.* 167. apud ordinum in commem. *Tom.* I. *p.* 952. Conf quæ pag. 973.
[263] Vid inf. ubi de Script. Vitæ *Auguſtini.*
[264] Lipen *Bibl. Theol.* II. 758. [265] De his vid. *Diar. Erud. Pariſ.* 7 Jun. 1694. p. 439.

[266] Vid. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. *p.* 425.
[a] Tom. V. Claſſ. IV. p. 920.
[1] De his multa ſunt inde collegit *Placcius* in Pſeudon. verbo *Auguſtinus*, & alibi. Vid. & *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. *ſec.* V. *cap.* 4. *art.* 3.

ſequentes, quos item minutioribus typis deſcriptos voluerunt.

Hos quatuor Libellos *Auguſtino* abjudicavit Vir doctus *Joan. Croju* Biterrenſis primùm (de *Beziers*) apud Occitanos, poſtea Ucetienſis (d'*Uſez*) Verbi Divini Miniſter, libro Genevæ A. 1655 edito adverſùs *Meynerium* Jeſuitam Claromontanum, hoc tit. *Auguſtin ſuppoſé, ou Raiſons qui font voir que les IV Livres du Symbole, que l'on a mis dans le IXe Tome des Oeuvres d'Auguſtin* [Edit. Lovan.] *ne ſont pas de lui, mais de pluſieurs Auteurs qui en ont pris le nom, contre* le P. Bernard Meynier *Jeſuite*.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. *Bened.* VI. uſque ad num. 8.

2. *Sermo de quartâ Feriâ, ſive culturâ agri Dominici.*

3. *De Cataclyſmo, ſeu Diluvio.*

4. *De Tempore Barbarico*, ſive *in tempus perſecutionis Barbarorum*. Editoribus dubii, vel potius ſubdititii videntur.

5.6.7.8. *De Novo Cantico & de reditu ad cæleſtem patriam ac via periculis*, Sermo ad Catechumenos. Huic equidem *Auguſtini* nomen, ut antea, præferre ſiverunt; at in Præfatione ſuâ dubitare ſe profitentur, utrum verè ſit *Auguſtini*. Idem quoque, ait Cl. *Du Pin*, ferre oportuit judicium de Sermone *de diſciplinâ Chriſtianâ*, & *de utilitate Jejunii* (2): qui non magis ipſi videntur eſſe *Auguſtini*, ſi habenda ſit ratio ſtili. Quin etiam vix credit, Sermonem *de Urbis excidio*, ſive de expugnatâ urbe Româ, revera illius eſſe: de quo tamen liberum cuique, qui modò eum legerit, judicium relinquit.

Quæ ſequuntur uſque ad num. 15 extant in Append. Tomi VI Edit. *Bened.* Num. 9. 10 & 11 Tom. IX. Edit. *Eraſm.* & *Lovan.*

9. *Sermo de contemptu mundi.* Incerti Autoris. Quoad Sermonem *de vanitate ſæculi*, habetur fermè totus in Tractatu *de rectitudine Catholicæ converſationis* de quo inf. n. 61.

10. *Sermo de bono diſciplinæ.* Jam pridem *Valeriano* Cemelienſi apud Alpes maritimas Epiſcopo Sec. V. reſtitutus eſt à *Melch. Goldaſto*, ejuſque etiam nomen præferunt fragmenta hujus Opuſculi, in vetuſto Codice Colbertino reperta.

11. *Sermo de Obedientiâ & Humilitate.*

12. *Tractatus de Caritate* ſeu de verbis Pſalmi *Terra dedit fructum ſuum.*

13. *De Oratione & Eleemoſynâ* Tractatus, (ſeu potius fragmentum majoris Operis,) ab *Hieron. Vignerio* editus Tomo II Supplem.

14. *De generalitate Eleemoſynarum.*

15. *Sententiæ Miſcellaneæ.* Hæc omnia ſunt incerti Autoris, neque S. *Auguſtinum* ſapiunt.

16. *De creatione primi hominis.* Totus inſertus eſt hic Liber in Tractatu *de Spiritu & Anima* n. 67. Reperitur inter *Ambroſii* Opera ſub tit. *Tractatus de dignitate primi hominis*, & inter Opera *Alcuini* cum tit. *Cogitationes* B. Albini *Levitæ* in hæc Geneſeos verba, *Faciamus hominem ad imaginem noſtram* (3).

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. Append.

17 *De arbore ſcientiæ boni & mali*, opuſculum quod *Auguſtini* eſſe non videtur

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* *Bened.* Tom. IX. Append.

Sequentia uſque ad num. 23. extant in Append. Tomi I. Edit *Bened.*

18. *De Grammaticâ* Liber.

19. *Principia Dialecticæ & Rhetorices*, Libri II.

20. *Categoriæ decem ex Ariſtotele decerptæ*

Tractatus iſti quatuor, qui *Auguſtino* in præcedentibus Editionibus adſcripti erant (*Eraſm.* & *Lovan.* Tom. I.) à Benedictinis in Appendicem rejecti ſpurii

[2] Iſte à *Poſſidio* recenſetur: ſequens citatur inter Opera *Bedæ* à *Floro* Diacono Lugd. Eccleſiæ, in Cap. X. Epiſt. I. ad Corinthios. [3] Vid. ſup. p. 240. b. n. 2.

accenſentur, tum quòd in ſtilo *Auguſtini* ſint alieni, & ejus eruditione indigni; tum quòd Dialogorum formâ ſcripti non ſint, neque ad incorporalia animum promoveant, qualia fuiſſe genuina *Auguſtini* hiſce de rebus Opuſcula conſtat ex *Retract.* lib. 1. c. 6. (4). Addit & alias rationes doctus *Tillemontius* in Vitâ *Auguſtini*, de quâ inf. ubi de Edit. Bened. Tom. XI. tit. (38). Vix veroſimile eſſe putat, eo tempore, cum *Auguſtinus* ſe ad Baptiſmum præpararet, ejuſmodi eum ſcripſiſſe libros, in quibus Chriſtianiſmi nec vola nec veſtigium compareat. Nec per dialogi modum eos eſſe ſcriptos, quâ ſe uſum methodo profiteatur ipſe *Auguſtinus*, addens, eo conſilio ſe illos compoſuiſſe, ut mentem à corporeis rebus ad incorporeas transferret; cujuſmodi quid fruſtra in his, qui hodie ſub ejus nomine circumferuntur, quæras. Si regeras, forte eos ad finem non perduxiſſe *Auguſtinum*, ait hoc de Grammaticâ dici non poſſe inſtar Criticus; cui utique finem, ut ipſe teſtatur *Auguſtinus*, impoſuerit. Nec obſtare, idem Grammatices eſſe initium, quod a ſe ſcriptæ fuiſſe ſignificet; hoc enim facilè imitari potuiſſe impoſtorem, quicumque etiam fuerit. Benedictini amplius addunt, ſe hoc initium in nullis Codicibus MSS. antiquis aut recentioribus, inveniſſe. Quod meritò mirum videtur *Tillemontio*, cum alibi iidem Editores aſſerant, ſe nullos Codices MSS. hujus libri unquam vidiſſe. Id quod cumprimis obſervatu dignum cenſemus. Quæ porrò hac de re *Tillemontius* diſputat, legi merentur.

21. *Regula Clericis tradita* Fragmentum.

22. *Regula ſecunda.* (Tertia eſt genuina. Vid. ſup. n. 102.) Duæ Regulæ iſtæ Monaſticæ unanimi conſenſu ab omnibus tanquam ſuppoſititiæ reſpuuntur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. I. in Append.

23. Liber *de Vitâ Eremiticâ ad Sororem*, quem non edidit *Eraſmus*, extat in Append. Tom. I. Edit. *Lovan.* & *Bened.* Hunc non eſſe *Auguſtini*, cùm ex aliis multis argumentis, tum ex eo liquet, quòd S. *Benedicti* regula citatur *cap.* 14. & 19. *Ælredo* Rievallenſi (qui Sec. XII vivebat) debetur (5), judice *Luca Holſtenio*, cujus ſententiam amplectuntur & confirmant Benedictini. Habes autem hujus operis partem circiter tertiam à *cap.* 47 ad finem, inter Opera S. *Anſelmi*, ſcil. Medit. XV, XVI & XVII. Nec abludunt (ait *Caſim. Oudinus*) farragines iſtæ & conſarcinationes à more Seculi XII, tam apud Latinos, quam apud Græcos.

Sequuntur uſque ad num. 26. in Append. Tomi II. Edit. *Lovan.* & *Bened.*

24. *Epiſtolæ XVI* mutuæ S. *Auguſtini* & Papæ *Bonifacii I* breviſſimæ, quas eſſe antiquas fatetur *Eraſmus*, ſed *Auguſtino* abjudicat. Item *Bellarminus* & *Lovanienſes*, quibus multum à venâ & ſtylo S. *Auguſtini* diſcrepare videntur, atque ab aliquo exercendi ſtili gratiâ confictæ. *Baronius* in Annal. ad A. 427. n. 7. fortè mutato ſtylo à S. *Auguſtino* ad *Bonifacium* R. I. perduellem ſcriptas eſſe aſſerit (†), aut certè ab aliquo Epiſcopo Africano, *Aurelio* vel *Alypio*. Præterea neque à *Poſſidio* recenſentur, nec ab ullo veterum citantur.

25. *Epiſtola ad Demetriadem.* Hic ipſe Liber eſt, qui cùm (††) veniſſet in manus *Auguſtini*, reſcripſit ille quamprimùm ad matrem *Demetriadis* Julianam, *Epiſt.* 188 (olim 143) reſcire cupiens, unde profectum eſſet iſtud Opuſculum, quo Pelagianam hæreſim tradi animadvertebat. Poſtmodum verò in Libro *de Gratiâ Chriſti* cap. 22 & ſeqq. Autorem indicavit

[4] Poſt librum *de Immortalitate animæ* anno 387 ſcriptum. [5] Vid. ſup. p. 131. n. 11

[†] Apud *Oudinum* in Comment. p. 943. verùm *Pagius* inf. cit. ad An. 422. n. 3 ait *Baronium* eas eſſe genuinas putare, & ex eis aliquas hoc anno referre: ſed cum aliis viris doctis exiſtimat, ab aliquo otioſo ſcriptore confictas fuiſſe.

[††] Vid. *Pagi* Crit. in Annal. *Baronii* ad A. 413. n. 10.

cavit *Pelagium*; imo ex *cap.* 37. ſa ipſum declaravit *Pelagio* in ſois ad *Innocentium* Papam Literis.

26. Epiſtolæ mutuæ *SS. Auguſtini & Cyrilli*, *de magnifica admirandiſque* S. Hieronymi *virtutibus & miraculis*, Suppoſititiæ ſunt, ut *Bellarminum*, *Poſſevinum* aliique docent; ab impoſtore indocto, ut ajunt Lovanienſes, confictæ, nam conſtat *Cyrillum* ante *Hieronymum* obiiſſe.

27. *Altercatio* ſive *Collatio* S. Auguſtini *cum* Paſcentio *Ariano*, Hippone habita, præſente *Laurentio* judice, delecto à *Paſcentio* viro ſpectabili. Non eſt *S. Auguſtini*; conſtat enim ax *Poſſidio*, nonniſi ſemel à *S. Auguſtino* cum *Paſcentio* collatum, idqua Carthagine. Hanc Collationem ſine Notariis habitam, S. Doctor prolixius exponit Epiſt. 174 & 175. Cui admodum convitiosè reſpondit *Paſcentius*. Unde S. *Auguſtinus* datâ ad ipſum Epiſt. 177. illum conviciis abſtinere juſſit, & coram conferre, ſed excipientibus Notariis. Hinc anſam arripuit aliquis fingendi hanc alteram Collationem quaſi Hippone habitam, in domo Anicia. Jamdiu autem hæc Epiſtola *Auguſtino* ſuppoſita eſt, quam ejus nomine laudat Ven. *Beda*, vel *Florus* Lugdunenſis in Collect. ad I Corinth. XVI & ad Phil. II, Conſule *Bere. Vindingum*, qui id Operis ſpurium eſſe ante Benedictinos exiſtimavit in *Crit. Auguſtin.* (vid. ſup. n. 102. cit. 209.) ad Tomum II & VI. quo poſteriori loco recenſet quindecim Opuſcula ab Authora, ut putat, uno & eodem profecta. Horum verò plurima VIGILIO *Tapſenſi* jam ab eruditis tribuuntur, cui & hanc ipſam *Altercationem*, ratione ſanè non invitâ, adſcribunt Benedictini in Append. Tomi II. Et præterquàm quòd dictio abhorret ab *Auguſtini* ſtylo, eadem eſt perſonarum omnium loquela, unum dicendi genus per totam *Altercationem*. De Collatione verò Carthagina *Auguſtinum* inter & eundem *Paſcentium* habitâ rectè *Baronius* differit in Annalibus, ut monet *Ant. Pagi* in Crit. ad A. 422. n. 4.

28. *De Mirabilibus Sacra Scriptura* Libri III. Hos *S. Auguſtino* abjudicant S. *Thomas*, Lovanienſes, *Bellarminus* aliique. Incertus Autor poſt annum 530 aut etiam 700 vixiſſe perhibetur, cùm *lib.* 2. *cap.* 4. Cyclorum meminerit. *S. Marchiano* Hyberno aſſerit *Henricus Fitz Simon* (non *Firshſimen* ut vocat *Oudinus*) Jeſuita *in Catal. SS. Hibernia*, verùm ab eo diſſentit *Waram* Lib. I *de Script. Hibern.* p. 26. quia in hoc opere ſit mentio obitûs Manichæi Sapientis Hiberni, quem ipſa haud dubiis indiciis, illum ipſum eſſe *Manchianum* ſeu *Marchianum* Abbatem exiſtimat. At juxta Benedictinos, Autor erat *Auguſtinus* quidam Monachus Cantuarienſis, ſeu potiùs Cambrenſis, id eſt, Hibernus, qui ſcripſit anno 657. ut ax calculis ab eo allatis patet. Opus aſt autem inelegans, exiguæque utilitatis.

Edit. *Eraſm.* Tom. III. *Lovan.* & *Bened.* ibid. in Append. uti & ſeqoans

29. *De Benedictionibus Patriarcha Jacob* Opuſculum. Decerptum aſt ex *S. Hieronymi* Quæſtionibus Hebraicis io Geneſim, & Moralibus *Gregorii Magni*; & *Alcuinum* Autorem habet. Vid. ſup. *p.* 240. e. 1.

30. *Quæſtiones Vet. & Novi Teſtamenti* in tres partes diviſæ: nam, quæ à Lovanienſibus edita eſt, pars quarta, Quæſtiones LXV ex utroque pariter Teſtamento complexa, ſpuria eſt, nec aliud quid, quàm primæ & ſecundæ partis interpolata repetitio, adeoque in Editionibus Baſileenſibus meritò deſiderata. Hæc Cl. *Cave*. Opus ipſum Pelagianiſmi vulgo inſimulatur, & *Hilario* Diacono adjudicari ſolet. Pelagianiſmi crimen fusè diloit *Joan. Garnerius* in Append. ad Part. I. Operum *Marii Mercat.* Differt. I. c. 8. § 1. 2. 3. 4. & opinionem de *Hilario* Auctore jamdiu receptam pluribus confirmat § 5. Et non eſſe S. *Auguſtini* omnes conſentiunt, qoamvis ſub illius nomine reperiantur citatæ ab Epiſcopis anno 824 Lutetiæ Pariſiorum congregatis, & quibuſdam aliis.

In Append. Tomi IV. Edit. *Lovan.* & Tomi III *Bened.*

31. *In Apocalypſin D. Joannis* Expoſitio ſive Homiliæ XVIII. Veriſimile non eſt, ait *Sixtus* Senenſis, *Auguſtinum* de rebus tam obſcuris tam breviter ad populum dixiſſe. Quædam aiſt Notatum in Apocalypſim Collectio, quæ ex *Victorini*, *Primaſii* utriuſqua Afri, & Ven. *Beda* Commentariis extractæ, in modum Homiliarum digeſtæ ſunt. Verùm qui exiſtimarunt Collectionem hanc eſſe Commentarium, quem *Tichonius* Afer Donatiſta in Apocalypſim ſcripſerat; non ſatis caverunt, hunc Librum errores Donatiſtarum impugnare, tantùm abeſt ut eis faveat. Hæc monet poſt Benedictinos Cl. *Ellies Du Pin.*

Edit. *Eraſm.* Tom. IX. *Lovan.* ibid. in Append. & *Bened.* III.

Quæ ſequuntur uſque ad num. 65. extant in Append. Tomi VI Edit. *Bened.* præter Sermones *ad Fratres in Eremo*, alioſque de quibus ſup. n. 9 15.

32. *Liber Sententiarum* ſive *Quæſtionum XXI* ex *Auguſtino* aliiſqoe, nullo ordine, ab Autore aliquo imperitiſſimo, collectarum; ideoque, ut monent viri docti, mera farrago eſt, incondita atqua indigeſta, quæ nullatenus *Auguſtinum* præ ſe fert: neque in tam exiguo libello abſunt ſolœciſmi & indoctæ rerum definitiones ac diſtinctiones, uti *Lovanienſes* Theologi poſt *Eraſmum* obſervarunt. Earum aota u Quæſtionum pleræque ad Philoſophiam attinent.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. in Append. ubi & ſequens

33. *Quæſtionum LXV Dialogus* ſub tit *Oroſii* percontantis, & *Auguſtini* reſpondentis. In ordinem aliquantò accuratiorem quàm præcedentes digeſtæ ſunt, magiſque ad Theologiam ſpectant; verum tamen ut Præfationis & Interrogationum ſtilus ab *Oroſianâ* phraſi diſſidet, ita reliquus ſermo non convenit *Auguſtino*, niſi cùm ipſius verba recitantur. Liber autem eſt ex variis *Auguſtini* libris maximam partem congeſtus.

34. Liber *de Fide* ad *Petrum* Diaconum, impreſſus eſt olim inter *Auguſtini* opera, ex veterum aliquot MSS. Codicum autoritate, qui ei adſignant. Verùm non eſſe *Auguſtini* probè monſtravit *Eraſmus* ax ipſâ phraſi aliiſque argumentis. Nam conſtat hodie librum eſſe *Fulgentii* Ruſpenſis Epiſcopi, cui adjudicatur in MS. Corbejenſi, mille annis vetuſtiori, ſub tit. *de Regulâ vera Fidei*, oa de illis dicam à quibus citatur tanquam opus *Fulgentii*.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. in Append. ubi & ſequens

35. *De Spiritu & Animâ* Liber. Viri cujuſdam eſt, ut judicavit *Eraſmus*, variæ multæque lectionis, in quorum aliquid artis videas aut ingenii, ſed quaſi arenam ſina calce. Dicta tantum & Collectanea ex diverſis Autoribus exſcripta: ax *Auguſtino* ſcilicet, *Gennadio*, *Boethio*, *Caſſiodoro*, *Iſidoro* Hiſpalenſi, *Bedâ*, *Alcuino*, *Hugone* Victorino, *Bernardo*, *Iſaaco* Stellenſi Abbata &c. *Hugoni* adſcribitur à *Trithemio* in Catal. ejus Operum, atque à *Vincentio* Bellovacenſi *in Spec. Natur. ac Hiſtoriali* paſſim. Atque etiam inter *Hugonis* Opera impreſſus reperitur. Attamen excerpta quæ in eo plurima ex ipſius *Hugonis* libris occurrunt, cum inſigni ſententiarum moratione, alium Operis Authoram quærere cogunt. *S. Thomas de Aquino* Anonymo cuidam Ciſtercienſi illud adſcribit. Hunc *Alcherum* eſſe ſuſpicantur Benedictini (6), cui, ut amico ſuo *Iſaac* Abbas Stallenſis ex Ciſtercienſi familiâ *Epiſtolam de Animâ* ſcripſit, ab eodem *Alchero* rogatus, qui ipſum da hoc argumento diſputantem in Collatione audiverat, ut ſe aliquid amplius *de Anima eſſentiâ & viribus* edoceret. Enimverò in Biblioth. Ciſterc. *Tom. VI.* poſt prædictam Epiſtolam proximè ſubjungitur liber

(6) vid. ſup. *p.* 233. *b.* & ſub tit. *Algerus* p. 322. b. n. 5.

liber iſte *de Spiritu & Animâ*, cum hac inſcriptione excuſus : *Ejuſdem* B. Iſaac *Abbatis* de Stella, *ſeu*, *ut ipſi inſcribere placuit*, ALCHERI *de Animâ Liber*. Hujus nempè inſcriptionis pars poſterior vera, prior falſa meritò videbitur : præſertim quia Epiſtola Abbatis *Iſaac* maximam partem huic libro à Collectore inſerta eſt.

36. *De Amicitiâ.* Nonniſi Epitome eſt trium librorum *Æl edi* Rievallenſis de eodem argumento (7), ab otioſo quodam viro facta, qui non modò ſtilum Autoris ac methodum non ſervavit, ſed ejus quoque ſententias mutavit paſſim, & inſigniter viriavit. Ita Benedictini qui pluribus hac de re agunt.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. in Append. ubi & ſequens

37. *De ſubſtantiâ dilectionis & amoris* Liber. Duobus conſtat opuſculis in unum confuſis, quæ in ſcriptis libris non ſic loco conjunguntur, quin à ſe invicem ſuo ſaltem cuique præfixo titulo ſejungantur. Opuſculum primum, cui tit. *de ſubſtantiâ dilectionis* deſinit in *cap.* 5. & *Auguſtini* rarò admodum, *Hugonis* autem *Victorini* (qui Sec. XII vixit) plerumque nomen in MSS exemplaribus præfert, quod & ſane inter hujus Opera extat, aſſutum libro qui inſcribitur: *Inſtitutiones Catholica in Decalogum.* Alterum Opuſculum à *cap.* 6 incipiens, titulum ſine Auctoris nomine hunc vel ſimilem habet : *Quod vita cordis ſit amor.* Hoc etiam cum Operibus *Hugonis* editum eſt *in lib.* I. *Miſcellan.* tit. 170 vel 171 *Eruditionum Theologicarum.* Itaque poſt *Eraſmum* Benedictini arbitrati ſunt Librum *de ſubſtantiâ dilectionis* ad *Hugonem Victorinum* ſpectare; verum exiſtimat *Caſim. Oudinus* ſpectare illum ad Anonymum quendam *Hugone* adhuc recentiorem. Cum enim, inquit, *Collectanea* ſeu *Miſcellanea* iſta, quæ in hoc Opuſculo excerpta ſunt, ſint *Hugonis* poſteriora, hinc apertè ſequitur, & conſarcinatorem hujus Tractatûs eſſe quoque ipſo *Hugone* poſteriorem. Conſtant autem hæc *Miſcellanea* Libris XXIV. atque in eo qui Hiſtoricus eſt, Res Francorum referuntur ad annum 1180. quo pervenire non potuit *Victorinus*, quem anno 1140 mortuum volunt.

38. *De diligendo Deo* Liber qui & *Meditationum* inſcribitur Eſt pius quidem, *Eraſmi* judicio ac Theologorum *Lovanienſium*, nec ineruditus; attamen ſubdititius, vel ex ipſâ phraſi plurimum ab *Auguſtiniana* diſcrepante, iiſdem videtur. Conflatus eſt item variis ex libris *Hugonis Victorini* præſertim, S. *Bernardi* & *Anſelmi*. Alius eundem ſapere videtur Autorem ac liber *de Spiritu & Animâ*, de quo ſup. *n.* 35. Nec forte alteri melius adſcripſeris *Manuale* & alia quædam Opuſcula, itemque libros apud *Hugonem* Victorinum *de Animâ* primum & tertium, qui apud S. *Bernardum* nuncupantur *Meditationes* & *de Conſcientiâ*. *Vincentius* autem *Bellovacenſis* lib. 23 *Specali Natur.* cap. 1. nonnihil ex cap. 3 hujus libri *de amore Dei* citat nomine *Petri Comeſtoris* : cui lubens (ait *Caſim. Oudinus*) Opuſculum adſcriberem, cùm ſoleret ille in Concionibus etiam ſuis Patres Seculi XII excerpere, ipſis etiam innominatis.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. in Append. uſque ad n. 48.

39. *Soliloquiorum Animæ ad Deum* Liber. Compoſita ab *Auguſtino* Soliloquia *Poſſidius* memorat *in Indic.* cap. 6 ea ſcilicet de quibus nos inter *Genuina* num. 4. ſed quæ ſcribendi methodo & argumenti ratione longè ab iſto Libro diverſa eſſe intelliguntur. Huic enim, ſi non ineptè, minimè tamen eandem ob cauſam, quam refert *Auguſtinus* Retract. *lib.* 1. *c* 4. inſcriptum *Soliloquiorum* nomen, cujus veterum nullus ante annos amplius quingentos, nedum ipſe *Auguſtinus*, meminiſſe uſquam potuit. Quippe recentiùs ab incerto Autore collectus eſt, non modò ex *Auguſtini*, in Libris præſertim *Confeſſionum* ipſius; ſed etiam ex *Hugonis Victorini* in Libro *de Arra Animæ*. Magna porrò affinitas in eo reperitur cum libris *de Spiritu & Animâ*, & *de diligendo Deo*, cum *Manuali* &c. Præ cæteris verò ad exercitandum Dei amorem collectus, ac piis erga ipſum affectibus refertus eſt.

Manuale & *Soliloquia* non eſſe *Auguſtini* ait *Hulſeman.* in Method. ſtud. Theol. *p.* 305. ſed *Petri Damiani* Cardinalis (alias *de Honeſtis*). Et in *Patrol.* ſuâ *pag.* 244 hæc addit de *Soliloquiis*. » Quanquam *Hieronymus* quoque Soliloquia *Auguſtini* ſe legiſſe teſte» tur, manifeſti tamen & ſtolidi errores hic, quæ » nunc ſuperſunt, irrepſerunt. » Certè *Soliloquiorum* Autor eſſe non poteſt *Damianus* (qui circa A. 1072 obiit) quoniam in hujus Libri capite 32 inſertum eſſe dicitur Caput 1. Concilii Lateranenſis IV A. circiter 1198 habiti.

40. *Meditationum* Liber. Hunc Lovanienſes Theologi inter genuinos S. *Auguſtini* fœtus reliquerant, neque de eo aliud pronunciaverant, quàm quod antea dubitans incertuſque *Eraſmus* dixerat, Autorem eſſe vel *Auguſtinum*, vel qui ejus libros non indiligenter legit. Illius vero non eſſe demonſtravit *Bern. Vindingus*, qui ab *Anſelmo* Cantuarienſi (8) profectum fuiſſe ſuſpicatus eſt. Et quidem potiſſimum conſarcinatus eſt ex Meditationibus ſub ejus nomine vulgatis, quoad Capita X priora, rurſumque per Capita XXIV ſubſequentia, nimirum à *cap.* 12 ad 37 incluſive, ex libro quodam precum *Joannis*, Abbatis (ut creditur) Fiſcamnenſis, qui anno 1078 diem obiit, *Anſelmo* Abbate tunc temporis Beccenſi. Vix ergo Collector iſte, qui Scriptores Seculi XI excipit, ante initium vel medium Sec. XII floruiſſe credendum eſt. Quiſquis plura voluerit, legat Benedictinorum Admonitionem huic Opuſculo præmiſſam.

Librum *de Meditatione* Hiſpanicè *Antverp.* A. 1550 editum memorat *Hotting.* Bibl. quadrip. *p. m.* 292.

41. *De Contritione Cordis* Liber. Neque etiam Scriptor hujus Opuſculi antiquior Sec. XII eſſe poteſt. Conſarcinavit enim illud omnimode ex variis S. *Anſelmi* nomine evulgatis *Meditationibus* atque *Orationibus*; ex libris *de modo orandi* & *de arra Animæ*, qui inter Opera *Hugonis de S. Victore* impreſſi ſunt; ex libro item *de Spiritu & Animâ* de quo ſup. n. 35. Atque hæc omnia aperte conſtant, notanturque ſuis locis ad marginem in Editione Bened.

42. *Manuale.* Liber iſte non *Auguſtini* nomine, ſed *Anſelmi* etiam penes aliquam partem, & *Hugonis Victorini* titulo vulgatum eſt. Extant ſcilicet Capita XXIV priora apud *Hugonem* in libro *de Animâ* quarto. Apud *Anſelmum* verò Capita IX priora efficiunt Orationem XIV cui titulus ipſe *Manualis* appoſitus eſt. Collegit incertus Autor illud Opuſculum variis ex locis : idem ille forſitan, cujus ſtudio ſuperiores aliquot libros, nimirum *de Spiritu & Animâ*, *de diligendo Deo* &c. (quantum quidem ipſis inter ſe comparare conjicere licet) conſcripti dicuntur. Quædam præterea in hoc Libro fragmenta reperiuntur *Auguſtini*, *Cypriani*, *Gregorii*, & *Iſidori* Hiſpalenſis. Pars ejuſdem reperitur in *Speculo*, de quo nos paulò infra : alia excerpta eſt ex Oratione quæ reperitur in MS Corbeienſi, in quo *Joannis* Abbatis Fiſcamnenſis Opera continentur. Plurima item è S. *Bernardi* Concionibus deſumpta ſunt.

Preces Auguſtinianas ex Meditationibus & Manuali S. Patris Auguſtini collectas Antverp. 1636. edidit *Nicaſius Baxius* (9) Eremita Auguſtin. Antverpienſis.

43. *Speculum* ſive *Manuale*, ut in aliquot MSS. Codicibus

(7) Vid. ſup. *p.* 131. n. 9. & poſt n. 45.

(8) Vid. ſup. *p.* 418. (9) Malè *Braſium* vocat *Lipenius* Bibl. Theol. I. 117.

Codicibus, inſcribitur: & in Codice Bibliothecæ Bernardinorum Pariſienſis habetur, ſub tit. *Libellus Catholicæ fidei*, alterumque adjunctum habet opuſculum. Hæc autem duo Opuſcula nihilo diverſa ſunt à Part. I & II *Confeſſionis Fidei*, quæ curâ *Petri Franc. Chifletii* Jeſuitæ ſub *Alcuini* nomine (10), quatuor induſtriâ partibus, prodiit ex Boheriano exemplari. Conſtat porrò hoc Opuſculum non eſſe S. *Auguſtini*: quippe cùm plurima habeantur ex *Alcuini* Confeſſione Fidei putatitia, nonnulla ex *Gregorio Magno*, atque *Iſidoro* Hiſpalenſi, qui omnes *Auguſtino* longè poſteriores ſunt. Imò credit *Oudinus* Conſarcinatorem haud eſſe Seculo XII antiquiorem, quod ſæpiua aic uſitatas fuiſſe voces illas *Sermunculi*, *Defloratiunculæ*, quæ in hoc libro occurrunt. Præterea ubique excerpit putatitiam *Alcuini* Confeſſionem, à *Chifletio* evulgatam; quam viri docti volunt Seculo XI haud eſſe antiquiorem, quippe quæ colligat & excerpat vel *S. Anſelmi* Orationes, vel *Joannis* Abbatis Fiſcamnenſis *Libellum precum*. Abbas autem ille A. 1078 mortuus dicitur.

44. *Speculum peccatoris.* Incerti Autoris eſt aliud iſtud *Speculum*, & Sec. XII haud poteſt excedere; quippe mentionem habet S. *Martini* & nonnulla loca deſcripſit ex libro *Hugonis* Victorini *de modo orandi*, è libro item *de Spiritu & Anima*, e libro denique *de Conſcientiâ*, qui in Appendice Operum S. *Bernardi* reperitur.

45. *De triplici habitaculo* Liber Incerti Autoris eſt, nec eruditi: ſub nomine tamen S. *Fulgentii* citatur à S. *Bonaventurâ* Soliloquiorum cap 4. Alius verò ejuſdem ordinis eſſe videtur, ac præcedentes libri; eaſdemque cogitationes in eo occurrere dicunt, ideoque adm-dum veriſimile putant, hos omnes Libros ejuſdem eſſe Auctoris.

46. *Scala Paradiſi.* Prodiit *Venetiis* 1484. in 4. Hoc Opuſculum olim circumferebatur inter Opera S. *Bernardi* in plurimis Editionibus, ad eam uſque quam dedit Pariſ. 1666 *Joannes Merlo Horſtius*, inſcriptam *Scala Clauſtralium*, ſive *Tractatus de modo orandi*; ſed nec illius eſſe cenſuerunt Lovanienſes: genuinum verò Autorem *Horſtius* detexit in Codice MS Carthuſiæ Colon. *Guigonem* ſcilicet, ſive *Guidonem* Carthuſianum: quod ſatis patet Epiſtolâ, quæ Præfationis vicem habet, ad Fratrem *Gervaſium*, quæ inſcribitur *de Vitâ contemplativâ*. Vivebat autem *Guigo* patriâ Delphinas Sec. XII.

47. *De Cognitione vera Vita.* Honorius *Auguſtodunenſis* in lib. *de Luminaribus Eccleſiæ* Opus à ſe editum recenſet, cui tit. *Cognitio vitæ, de Deo & vitâ æternâ*. Nonnulli olim *Anſelmo* ſpurium hunc *Auguſtini* fœtum adjudicabant; verum recentiores omnes conſentiunt ipſum eſſe *Honorii* opus, & neminem eſſe ajunt, qui eum hic, ſi modò alia ejus opuſcula viderit, non facilè agnoſcat, adeo ejus ingenium, ac methodum, ſtilumque ſapit. *Angelus* tamen *Rocca* de quo ſup in genuinis n. 100. cit. (101) p. 21. editum ait ab *Auguſtino* ad Fratres ſuos de Monte Piſano, anno 409. ætat. ſuæ 51. ubi reponendum 55.

48. *De Vitâ Chriſtianâ.* Liber eſt *Faſtidii* Britanni, cui datâ operâ iſtum vindicavit *Lucas Holſtenius* qui ſingularem illius editionem adornavit, quæ poſthuma prodiit *Romæ* 1663 (11) ad vetus exemplar Monaſterii Caſſinenſis, *Faſtidii* nomine inſcriptum, cui fidem affert *Gennadius* de Scripr. Eccleſ. cap. 56. uti in FASTIDIO dicemus. Sub nomine S. *Auguſtini* lucem vidit Gallicè *Pariſiis* A. 1500 (12) & *Lugd.* 1577. in 8. Vertit *Petrus* (13) *de Galliſſate* Arelatenſis Dominicanus. ſed Verſionem edendam curavit *Renatus Clavierei* Eccleſiæ Anicienſis in Velaunis Canonicus (14).

Eundem librum, ſi *Verdeiio* fides (15), abſque *de Charitate*, *de vanitate ſeculi*, *de obedientiâ & humilitate*, item *Scalam Paradiſi* Gallico ſermone donavit *Joſephus du Cheſne* (vulgò *Quercetanus*) Dominus *de la Violette*, Conſiliarius ac Medicus Regius, editque *Pariſiis*, 1542. Ita *Verderius*: at certè is annum rectè notavit, ut obſervat Celeb. *Baluis* (16) huic *Quercetano* convenire non poterit: ejus enim Effigies *Diætetico Polyhiſtorio* A. 1606 primum edito præfixa Autorem tum ætatis annum 60um agere teſtatur. Aliunde vero conſtat A. 1609 obiiſſe, unde eum anno tantùm 1546 natum colligas: ac præterea vix credibile eſt, virum Chymicæ arti prorſus deditum (17) S. *Auguſtini* libris in vernaculam linguam transferendis operam impendiſſe.

Aliam vidimus Gallicam Verſionem *Hagæ-Comitum* A. 1653. in 12 impreſſam ſub tit. *Traité de la Vie du Chrétien.* Interpr. D. *Henry de Beling* n cujus Epiſtola Dedicatoria ſubſcripta eſt A. 1662. ubi forte legendum 1652. vel in anno editionis 1663. non 1653.

Latine prodiit *Lipſiæ* 1539. 8. (†) cum Præfatione *Georgii Wicelii* ſenioris, Fuldenſis, qui primum ex Pontificio Lutheranus, ad Eccleſiam Romanam rediit [Vid. *Baluum* in Dict. on Crit] Ejuſdem meminit *Du* [illegible] (††) librum cui tit. *Bona & mala hujus Vita juxta S. Auguſtinum.*

Lip [illegible] in Bibl. Theol. ſub tit. *Perfectio Chriſtiana* librum S. *Auguſtini* Germanicè editum memorat *Regensburgi* (ſive Ratisbonæ) 1666. in 12. *Büchlein, von Vollkommenheit der Gerechtigkeit.*

49. *Liber Exhortatorius*, vulgò *de ſalutaribus documentis ad quendam Comitem.* Autoritate antiqui Codicis MS Bibl. Colbert. *Paulino* Aquilejenſi ſeu Forojulienſi Patriarchæ, qui exeunte Sec. VIII (18) vivebat, reſtituitur. Jam Seculo IX et adeo plus videtur hic liber, ut ſupponeretur *Auguſtino*: atque inter ejus Epiſtolas ſub tit. *Auguſtini ad Julianum* Comitem *Epiſtola* locum habuit in primâ Editione Amerbachianâ. Verum potius ad *Ericum* Ducem ſive Comitem (quæ dignitatum nomina de eodem promiſcue uſurpata olim fuiſſe reperiuntur) miſſum hunc librum ſuſpicantur Benedictini.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. in Append.

50. *De duodecim Abuſionum gradibus.* De auctore hujus Libri, qui *S. Cypriano* pariter ac *S. Auguſtino* falsò tribuitur, non conſtat. Inter Opera *S. Cypriani* ſæpius vulgatus eſt, idque autoritate veterum aliquot librorum, quorum falſa inſcriptione decepti ſunt Scriptores antiqui, inter quos *Jonas* Aurelianenſis Epiſcopus Sec. IX. qui hunc Librum S. *Cypriani* nomine citat in lib. *de Inſtit. Regiâ* cap. 3. *Spicilegii Dacheriani* Tomo V. *Auguſtino* pauciores MSS tribuunt, ut recentior quidam *Victorinus*. Ejuſdem argumenti librum edidit *Hincmarus* Remenſis Archiep. Sec. IX, adhuc latentem, ſed ab hoc Tractatu longè diverſum; ut patet ex verbis *Flodoardi* lib. 3. *Hiſt. Remenſis* cap. 18 ubi opera *Hincmari* deſcribit. Hic autem Tractatus nullatenus *Auguſtinum* referre videtur. *Patricio* Hiberno (qui Sec. V vixit) in nonnullis Codd. MSS. adſcribitur; ejus tamen non eſſe, ob ſtyli diſcrepantiam, & verſionem Hieronymianam uſurpatam, cenſet Vir Cl. *Jac. Wareus* (19), niſi quod à *Patricio* Hibernicè conſcriptum, à recentiore manu Latinè verſum eſſe ſuſpicetur. Invenit MStum *Pamelius*, in quo ad marginem *Everardus* (alias *Ebrardus*

(10) Vid. ſup. p. 241. n. 45. (11) Ma'è 1633 apud *Illam Du Pin* Tom. III. p. 231 edit. in 4. (12) *Orig. e Progr. della Stampa* p. 184. (13) M'è *Guilielmum* vocat [illegible] *Du Pin* in Bibl. Gallica p. 478. (14) *Echard* in Script. Ord. Præd. Tom. II. p. 146.

(15) *Du Verdier* ubi ſup. p. 773. (16) *Diction. Crit.* verb. CHESNE (*Joſeph du*) in Supplem. (17) Vid. ejus Opera apud *Jo. Jac. Manget* in Bibl. Script. Med. verb. Quercetanus.

(†) *Jo. Iriſſ.* [illegible] Catal. Bibl. [illegible] p. 35.

(††) *Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ.* Tom. I. p. 1194.

(18) Obiit *Paulinus* A. 804. non igitur ad finem Seculi IX referendus, ut apud *Elliam du Pin* Tom. III. p. 231. ubi *Paulinum* eum vocat: rectius *Paulinum* Tom. VIII p. 124. ubi obitum ad A. 803. collocat. (19) Apud *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ubi de *Patricio* ad A. 432.

dut) pro *Auguſtino* legitur: verùm quis ille fuerit, ignoratur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. in Append.

51. *Tractatus de ſeptem Vitiis & ſeptem Donis Spiritûs Sancti.* Hunc primus edidit inter *Sanctorum Patrum Monumenta* Pariſ. 1634. *Guil Camerarius* Scotus Congreg. Oratorii Presbyter, Theol. Doctor Pariſienſis, cum *Auguſtino* non ab antiquis MSS. Codicibus, ſed tantùm *à multis viris doctis* tribui dicens. Inde tranſtulit *Vignierius* Supplem. Tom. I. Verum idem opuſculum habetur apud *Hugonem Victorinum* lib. 2. cap. 3. *Allegor. in Matthæum.* Ibid. *cap.* 19 inſertum eſt aliud opuſculum *de Donis Spiritûs Sancti*, quod ejuſdem *Camerarii* auctoritate, velut *Auguſtini* Sermonem, dederat *Vignierius* in Supplem. non longè ante Tractatum *de ſeptem Vitiis.* Huic autem Tractatui conjungi debet alius *de ſeptem Donis Spiritûs Sancti*, qui & ſummam habet cum priore affinitatem, & ad ejus integritatem nonnihil confert: ſecundo enim opuſculo ſejuncto, imperfectus videtur Tractatus, vel titulo ſaltem per *Vignierium* præfixo, ubi *de Donis Spiritûs S.* inſcribitur, haudquaquam reſpondens. Sed rectiùs apud *Hugonem* inſcribitur *de ſeptem peccatis mortalibus: contra quæ valeat Orationis Dominicæ ſeptem petitiones*; cùm nihil aliud ſit, quàm quædam dominicæ Orationis, ſeptemque ejus petitionum adverſus ſeptem vitia, expoſitio. Hic autem Tractatus, ait *Oudinus* p. 973. *Hugoni* ſuo *Victorino* manere debet, multis, ſi res poſceret, argumentis ipſi aſſerendus. Cùm itaque inter *Hugonis* Opera reperiatur, hunc omiſerunt Benedictini, notatis ſolummodò variis Lectionibus.

52. *De conflictu Vitiorum & Virtutum.* Tributum eſt iſtud Opuſculum Scriptoribus quatuor antiquis, *Auguſtino* primùm in omnibus Operum illius Editionibus; deinde *S. Leoni* Papæ in Edit. Pariſ. A. 1511. poſtea *S. Ambroſio* Mediolanenſi Epiſcopo in Edit. Rom. A. 1585. in quâ ad *Simplicianum* inſcribitur: denique & *S. Iſidoro* Hiſpalenſi in Edit. Matritenſi 1599 & Pariſ. 1601. ſed plurimos decepit *Sigebertus* Gemblacenſis *de Viris Illuſtr.* cap. 55. deceptus ipſe falsâ veterum aliquot Codicum inſcriptione, qui nomen *Iſidori* habere dicuntur. Inſpecti porrò à Benedictinis Codices MSS. aut *Ambroſio* aſſignant, aut *Auguſtino*, aut *S. Leoni.* Verùm Autorem credunt *Ambroſium*, non quidem Mediolanenſem, qui Sec. IV. ſed *Autpertum*, qui Sec. VIII vixit, cui etiam *Ambroſii* prænomen fuit. Nam teſtatur Scriptor Vitæ ejus (20), compoſitum fuiſſe ab ipſo librum *de conflictu vitiorum.* Multam præterea habet affinitatem cum ejuſdem *Ambroſii Autperti* Opere *in Apocalypſim*, ac virum planè ſapit Monaſticæ vitæ ſectatorem, & propter Monachos maximè ſcribentem *&c.*

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. in Append. ubi & ſequens

53. *De Sobrietate & Caſtitate* (non *Charitate*, ut apud Cl. *Ell. Du Pin* legitur (21), Liber, eodem judice, ſatis eſt elegans, & antiquitatem ſapit. Auctor imprimis Ebrietatem impugnat, verùm quis ille ſit, ignoratur

54. *De verâ & falsâ Pœnitentiâ, ad Chriſti devotam.* Totus ferè hic liber cum *Auguſtini* nomine in Decreta *Gratiani*, & in Sententias *Petri Lombardi* tranſlatus eſt. Eundem poſtea *Auguſtino* tribuerunt *Petrus Bleſenſis* in lib. *de Confeſſione ac de Pœnitentiâ*, nec non *Vincentius* Bellovacenſis *in Speculo Morali*, S. Thomas *Aquinas* in Summâ, & alii deinceps. Attamen ſuppoſititium credit *Trithemius* de Script. Eccleſ. quoniam, *inquit* Cap. 17, *Auguſtinus* ipſe allegatur. Reclamat *Martinus ab Azpilcueta* Navarrus (22), & dicit exiſtimandum potius, illam partem quâ citatur *Auguſtinus*, ex annotatione viri alicujus docti ad marginem adſcriptâ, migraſſe in textum, quàm propterea negandum eſſe *Auguſtini* Librum optimum, tot ſeculis ei attributum: *Navarri* conjecturæ favent Libri veteres à Benedictinis inſpecti, qui eò loci nomen ſaltem *Auguſtini* prætereunt, ſed illud attamen & ſenſus poſtulat, & legit reipsâ *Gratianus.* Verùmtamen alia undique ſuppetunt argumenta, quæ clamitant, hoc opus non eſſe S. *Auguſtini.* Quædam in *Critico Auguſtin.* collegit *Petr. Vindingus*, quæ oppoſuit *adverſus quemdam* ut ait, *recentem nec malum alioqui Theologum, qui ſtilo & doctrinâ totum Auguſtinianum eſſe, adeoque ſtultè ipſi hoc negatum ab* Eraſmo *& aliis doctoribus, contendebat.* Opponit itaque phraſes plurimas ab *Auguſtino* alienas, oſtenditque Autorem hujus Libri, neque *Auguſtini* ſolertiam in Scripturis exponendis, neque cum illo conſenſionem habere.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. in Append.

55. *De Antichriſto.* Tractatus iſte excuſus etiam eſt inter Opera *Alcuini* (23) & *Rabani Mauri.* Mentionem facit Imperii à Græcis ad Francos tranſlati, quod contigit circa A. 800. Apud *Alcuinum* quidem integer & plenus, hîc verò & apud *Rabanum* imperfectus; nam & quædam hîc omittuntur, quæ & in *Alcuino* ſunt & *Rabano*; & nonnulla viciſſim in *Rabano* deſiderantur, quæ neque hîc, neque in *Alcuino* deſunt. Citatur à *Ruperto* Tuitienſi Abbate Sec. XII. (ſed ſine Auctoris nomine) *lib.* 8. Comment. in Apocalypſim; unde mirùm quòd Lovanienſes in Cenſurâ ad hunc Tractatum *de Antichriſto* annotarunt, *Rabani* opus eſſe velle *Rupertum.* Hujus Libri doctrinam & eaſdem ſententias Operi ſuo in Paulum *lib.* 22. *cap.* 2. inſeruit *Rabanus*, qui videlicet *Alcuinum* ipſum, perinde ac ſuperiores alios Auctores, paſſim exſcribit. Codici *Thuaneo*, (cujus authoritate impreſſus primùm fuit ſub *Alcuini* nomine) adſtipulatur Codex Regius notatus 4411 qui hunc libellum cum hac inſcriptione repræſentat: *Incipit Vita Antichriſti ad* CAROLUM *Magnum, ab* ALCUINO *edita.*

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. in Append.

In Codice MS. quem in Biblioth. Archiepiſcopi Cantuar. aſſervari docet Cl. *Cave* Hiſt. Liter. *Part. I.* Liber iſte hunc titulum præfert: *Epiſtola cujuſdam Sapientis de Codd. excerpta, ad Reginam* GERBERTAM (lege *Gerbergam*) HENRICI *Saxonum nobiliſſimi Regis* (*Aucupis* vulgò cognominati) *filiam*, (24) *de Anti-Chriſto Mago maleſico, atque omni improbitate digno....* *Præfationem* habet, & *Coronidem*, & alia quædam quæ in impreſſis non extant.

Multas Autor ille, quiſquis ſit, circumſtantias ad Antichriſtum, & mundi finem pertinentes continet, quas, ut obſervat *Ellias Du Pin*, ita aſſeveranter proponit, ac ſi eas divino cœlitùs oraculo accepiſſet.

56. *Pſalterium* quod Matri ſuæ compoſuiſſe fertur *Auguſtinus* Sed in MS. Cod. Regio 4373 ita inſcribitur; *Incipit Pſalterium Beati Joannis Papæ, factum apud Viennas.* Hic autem *Joannes* creditur eſſe nomine XXII.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IX. in Append. uſque ad n. 61.

57. Cantici *Magnificat* Expoſitio. Decerpta eſt ex *Hugonis Victorini* Tractatu in hunc Hymnum, per Scriptorem incertum, qui Opus *Hugonis* egregium fœdiſſimè corrupit, & capite ac membris truncavit.

58. *De Aſſumptione Beatæ Virginis Mariæ* Liber ſeu potius

[20] Apud *Mabillon.* in Actis SS. Bened. *ſec. III. Part. II.* ad A. 778. [21] *Bibl. Eccleſ.* Tom. III. p. 232.
[22] Tom. 2. *Comment. in Diſt.* 5. *de Pœnit.*

[23] Vid. ſup. *p.* 243. *n.* 29.
[24] Ex hac inſcriptione liquet, hoc opuſculum non poſſe *Alcuinum*, nec *Rabanum* Autorem habere, quippe *Alcuinus* A. 804. *Rabanus* A. 856 obiit, at *Gerberga* LUDOVICI IV Galliæ Regis uxor, HENRICI *Aucupis* filia, in vivis adhuc fuiſſe dicitur A. 968. Huic igitur non potuit inſcribi opus Sec VIII vel IX ſcriptum. Rectè autem Benedictini in Addendis ad calcem Tomi XI illud adſcribunt *Adſoni* qui Sec. X vixit, (vid. ſup. *p.* 120. num 8.) viſis MSS. in quibus exhibetur, præmiſſâ ad *Gerbergam* Epiſtolâ, quam integram ſubjicimus.

potius Sermo. In eo citatur *Iſidorus* Hiſpalenſis, qui Sec. VII vixit. Auctor creditur *Fulbertus* Carnotenſis (25) qui ineunte Sec XI vitâ functus eſt. Sed in Codice Cluniacenſi *Ambroſii Autperti* (qui Sec. VIII claruit) nomine inſcriptum legi auctor eſt *Joan. Mabillonius* inf. cit. (26). Cujuſdam Auctoris eſſe ait *Ellias Du Pin* Seculi circiter XII^{mi}, additque, eum, quicunque ſit, aſſerere, Beatam Virginem in Cœlum corpore & animâ fuiſſe evectam. Cl. *Petrus Lambecius* in Diario Sacri Itin. Celleuſ. *p.* 119. (27) &c. perſuaſiſſimum habere ſe ait, ſcriptum eſſe hunc Tractatum ſub finem Sec. VIII. ab *Alcuino* CAROLI Magni Præceptore, eodem circiter tempore, quo CAROLUS *Magnus* nondum Imperator, *Capitularum* ſuorum *Eccleſiaſticorum* librum primum edidit. Veriſimillimum putat, CAROLUM *Magnum* interrogationem hanc Præceptori ſuo privatim propoſuiſſe, quam indicat principium hujus Tractatûs: *Ad interrogata de Virginis & Matris Domini reſolutione temporali & aſſumptione perenni, quid intelligam, reſponſurus* &c. Reſponſi igitur loco hunc ab *Alcuino* compoſitum eſſe Tractatum, ſuamque conjecturam confirmari ex ipſis CAROLI M. verbis ſuperiùs à ſe citatis, tum ex ſtylo *Alcuini*, & *Quæſtionibus Sacris* à CAROLO M. eidem propoſitis, ac Indice Scriptorum *Alcuini* apud *Baleum* (28), in quo per librum citatur, *Reſponſiones ad interrogata*, hunc ipſum *de Aſſumptione B. Virginis* Tractatum ſignificari exiſtimat. Confirmat denique, addit Cl. *Lambecius*, conjecturam iſtam *Homiliarium* ab *Alcuino* juſſu CAROLI M. collectum, (29) cui Tractatum illum ſive Sermonem *de Aſſumptione* ſine dubio inſeruiſſet *Alcuinus*, ſi S. *Auguſtini* is fuiſſet, non autem proprius. Primus equidem *Homiliarium* Alcuini Sermone iſto auxit *Laur. Surius* Cartuſianus in Edit. Colon. 1576. In omnibus enim antiquioribus ejuſdem *Homiliarii* Editionibus Tractatus hic, qui perperàm S. *Auguſtino* attribuitur, non reperitur. Suppoſititius autem ille S. *Hieronymi* vel *Sophronii* Sermo *de Aſſumptione* in omnibus *Homiliarii* illius extat editionibus; quem profectò ipſe *Alcuinus* ei inſeruit; nec inſeruiſſet, niſi & ipſe ſpecioſis *Pauli* & *Euſtochii* nominibus deceptus, ſpurium hoc ſcriptum pro genuino habuiſſet.

59. *De Viſitatione infirmorum* Libri duo, regulas aliquas non inutiles quidem continent, ad docendum Presbyteros, quomodo ſe circa ægrotos gerere debeant, ſed recentiorem ſapiunt Auctorem.

60. *De Conſolatione Mortuorum* Libri ſeu Sermones II. ex S. *Joanne Chryſoſtomo* forſan decerpti.

61. *De rectitudine Catholicæ converſationis.* Extat iſte Tractatus lib. 2 Vitæ S. *Eligii* Noviomenſis Epiſcopi, per S. *Audoenum* Rothomagenſem deſcriptæ (30), qui Præſulis hujus piiſſimi monita ad plebem ſuam quotidiana & præcipua comprehendere hoc Sermone ſtuduit. Alii tamen ex ipſo S. *Eligio* qui Sec. VII. & ex *Cæſario* Arelatenſi Epiſcopo, qui Sec. VI claruit, contextum volunt.

62. Sermo *de Symbolo.* Integrè collectus ex Symbolo *Rufini* Aquilejenſis Presbyteri, ex Homiliis S. *Cæſarii*, *Gregorii* Papæ, & *Yvonis* Carnotenſis, qui Sec XI & XII floruit. Inſuper & hic Sermo complectitur totum Sermonem 242 qui extat in Append. Tomi V. Edit. Bened. membratim diſſectum.

63. *Sermo in pervigilio Paſcha, de eſu Agni.* Reperitur etiam inter S. *Hieronymi* ſuppoſititia.

(25) Vid. *Labbeum* de Script. Eccleſ. *in Fulberto.* (26) *Acta SS. Bened.* Sec. III. Part II. p. 266 apud *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Vet. *Tom I. p.* 189 *a.* (27) Apud *Placcium* in Pleudon. verb. *Auguſtinus* p. 97. lit. I 2 (28) *De Script. Britan.* Cent. II. Cap. 27. (29) Male *Alcuino* inſcribi monet Cl. *Cave*, ut ſuo loco notavimus p. 241. n. 61. Nam *Carolus M.* juxta eundem, anno 790 *Paulo* Aquilejenſi Diacono, gente Longobardo ad colligendum *Homiliarium* pro ſingulis feſtivitatibus, ut *Alcuino* ad recognoſcendam & explicandam S. ſcripturam. (30) Vid. ſup. p. 710. b. n. 1.

64. *Sermo in Pſalmum XLI, ad Neophytos*, qui & *Hieronymo* quoque falsò tribuitur.

65. *Sermones III de Ritibus & Myſterio Baptiſmatis.* Hos primus evulgavit *Sirmondus* in Append. poſt Sermones XL. (vid. ſup. p. 750. *a.* art. XII.) arbitratus, iſtos tres haud quaquam eſſe S. *Auguſtini*, tametſi ei à Codice Floriacenſi, unde illos depromſit, adſcriberentur. Stilo minimè diſſimiles ſunt Sermonibus *de Tempore* 237, 238, 239 (olim 192, 193 & 194) quos in Codice non tantùm Floriacenſi, ſed etiam in vetuſtiſſimo S. *Remigii* Remenſis ſubſequuntur, atque eoſdem *Auguſtino* peræquè in illis Codicibus attributos. *Leidradus* Lugdunenſis Epiſcopus Sec. VIII. non pauca ex primo trium iſtorum Sermonum transtulit in librum *de Baptiſmo*, quem evulgavit *Mabillonius* in Analectis. Hos tres ſubſequentes ſub *Auguſtini* nomine citat *Yvo* Carnotenſis in Decreto, *de Baptiſmo.* Sed Sermonem cujus exordium *Promiſimus prima Tractatu* &c. Homiliam tertiam vocat, & eum qui incipit *Hucusque* &c. ſubinde Homiliam quartam. Hic Sermo agit de ritu lavandi pedes poſt Baptiſmum, quem ritum ab Eccleſiâ Romanâ non ſervari narrat Autor Librorum *de Sacramentis* apud *Ambroſium* Mediolanenſem *lib.* 3. *cap.* 1.

Sequentia uſque ad n. 77. in Append. Tomi VIII Edit. *Bened.*

66. *Adverſus quinque hæreſes, ſeu contra quinque hoſtium genera Tractatus*, ſcilicet adverſus Paganos, Judæos, Manichæos, Sabellianos & Arianos. Hunc *Eraſmus* hominis eruditi, arguti & facundi, eſſe cenſuerat, non tamen *Auguſtini*, niſi fortè, *ait*, juvenis ſcripſerit. *Auguſtino* ſine cunctatione adjudicant *Bellarminus*, *Lovanienſes* aliique, authoritate *Bedæ*, qui ex cap. hujus libr. 4to & 5to citat quædam in Caput I. Epiſt. D. Pauli ad Romanos. Ea quoque verba nomine *Auguſtini* citata, reperiuntur non ſolùm in vulgatâ *Bedæ* Collectione, illâ auctore, quæ verius eſt *Flori* Lugdunenſis; ſed etiam in alterâ certâ *Bedæ*, quæ penes Monachos S. Germani Pariſienſis extabat, brevior in *Pſalmos* Collectio, nondum typis edita. Verùm Sermo iſte eo tempore dictus deprehenditur, quo Africa tenebatur Arianorum dominatu, quando jam Orthodoxis Paſtoribus, aliis exilio ſive fugâ, aliis morte ſublatis, Hæretici Catholicos & concertationibus ſollicitabant, & largitionibus pecuniæve corrumpere tentabant. Præterea dictio, ut obſervant Benedictini, nec ſatis accurata, nec tam ſeria eſt, quàm ſolet eſſe *Auguſtini*. Notatum dicit *Bellarminus* in Indiculo *Poſſidii*, in eo videlicet, quem interpolatum edidit *Ulimmerius* unus è Lovanienſibus Editoribus; nuſquam verò in cæteris tum editis, tum MSS. quæ Benedictinis videre licuit, *Poſſidiani* Indicis exemplaribus reperitur.

Plura de hoc libro *Barth. Germon* Soc. Jeſu Presbyter in opere A. 1713 edito (31) ubi id maximis probare intendit, à *Gothiscalchi* aſſeclis adulteratum fuiſſe Seculo IX (quo unanimi omnium conſenſu tribuebatur *Auguſtino*) atque id demonſtratum eſſe ab *Hincmaro* Remenſi in Concilio Sueſſionenſi (A. 853 celebrato). Librum CAROLO II Galliæ Regi oblatum *recenter ſcriptum fuiſſe*, & poſt exortam de non dicendâ trinâ Deitate controverſiam: Adventitia illa verba, *Gratias tibi vera & una Trinitas, una & trina Veritas, trina & una Unitas*, quæ *Hincmarus* conqueſtus eſt inſerta eſſe in Tractatu *contra quinque hoſtium genera*, non ſolùm reperta eſſe in libro *Carolo* Regi oblato, ſed etiam in aliis noviter ſcriptis Quaternionibus, quos ante dictam controverſiam ſcriptos nonniſi temerè dici poſſe ſit *Germonius.* Contendit poſtea,

(31) *De Veter. Hæreticis Eccleſiaſt. Codicum corruptoribus* lib. 3. part. 3.

tea, corruptum fuiſſe exemplar, ex quo & Liber Regi oblatus, & noviter ſcripti Quaterniones tranſcripti ſunt: Superinductam in libro *contra quinque hoſtium genera* ſententiam, adjectam fuiſſe malâ fide, nullâ neceſſitate, nullâ auctoritate id flagitante; etiam hoc in *Gotheſcalci* amicos jure ac meritò transferri, excuſari non poſſe illos Operum *S. Auguſtini* Editores, qui adventitiam illam ſententiam vel in textum invexerunt, vel invectam ab aliis retinuerunt: lectionem, quam genuinam eſſe *Hincmarus* oſtendit, ita præteritam eſſe à Benedictinis, ut ne in Notis quidem illius meminerint: ac tandem Corbejenſes aliquot MSS. Codices Operum S. *Auguſtini* aliquatenus eſſe ſuſpectos, quorum tamen auctoritati plùs æquo tribuiſſe videntur doctiſſimi Editores. Plerumque autem in hac diſceptatione rem habet *Germonius* cum uno ex Monachis Benedictinis S. *Auguſtini* Editoribus *Petro Couſtantio*.

Cæterùm fatetur ipſe *Germonius* librum *contra quinque hoſtium genera* non eſſe certum *Auguſtini* fœtum, imò & veriſimilius eſſe quòd ſit alterius, at non idcircò contemnendum eſſe; ſcriptum enim eſſe de re gravi, & auctorem certè habere virum Catholicum, eruditum, antiquum, qui aut temporum *Auguſtini* æqualis fuerit, aut non multò poſt *Auguſtini* mortem vixerit, ſævienta adhuc in Africâ Vandalorum perſecutione. *Ildefonſus* quidem, aut quiſquis alius auctor Libri *de Virginitate & parturitione S. Mariæ Virginis* illud opus S. *Petro Chryſologo* Ravennæ Epiſcopo, tribuit, ſed immeritò.

67. *Contra Judæos, Paganos & Arianos* Sermo alius, ut videtur, ab illo qui in Indiculo *Poſſidii* legitur, & quem ideo verè *Auguſtini* eſſe judicat *Bellarminus*: nam Autor iſtius exſcripſiſſe videtur S. *Gregorium* tum in Sermonis exordio, tum quædam ejuſdem alia *cap.* 17.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI.

68. *De Altercatione Eccleſiæ & Synagogæ* Dialogus. Rejicitur à *Bellarmino* & *Lovanienſibus*, quod nec in *Retractationibus*, nec in Indiculo *Poſſidii* reperiatur. Nihil habet phraſeos Auguſtinianæ. *Eraſmus* elegantem vocat, & Aulici vel Juriſconſulti alicujus Opus eſſe cenſet, qui ingenii exercendi gratiâ litem Synagogæ ab Eccleſiâ intentatam fingere voluiſſe videtur, eodem plane modo quo accuſatis ſententiam Judices in foro dicere ſolebant. Eum autem ad Sec. XIII vel XIV referendum eſſe inde colligitur, quòd *Joannis Scoti* coætaneum ſe fuiſſe teſtatur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI. in Append.

69. *De Fide* ſeu *Unitate Trinitatis adverſus Manichæos* Liber I. Hunc ex vetuſtiſſimi Corbeienſis Codicis auctoritate *Evodio* Uzalenſi in Africâ Epiſcopo aſſeruit *Jac. Sirmondus* in Hiſt. Prædeſtinat. *cap.* 1. Ambigit tamen, non affirmat Codex ille, cùm huic Opuſculo hæc præmittat: *Incipit ejuſdem contra Manichæos* (*utrum ejuſdem, utrum* S. Evodii *ignoratur.*) Corbejenſi Codici conſentit Colbertinus alius, aliique nonnulli MSS. eandem de Autore *Auguſtino* & *Evodio* dubitationem præferentes. *Evodio* tamen argumentis è ſtyli diſcrimina petitis, adſcribunt Benedictini.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VI.

70. *Commonitorium* (vulgò *S. Auguſtini* Epiſcopi *Eccleſiæ Catholicæ*) *quomodo ſit agendum cum Manichæis, qui convertuntur.* Sub *Auguſtini* nomine vulgatum eſt in Append. ad Tomum X. Edit. *Pariſ.* 1586. Prodiit etiam circa idem tempus, provocante Card. *Baronio* in Append. Tomi V *Annal. Eccleſiaſt.* ex veteri Codice S. Gervaſii Pariſienſis. Sed recognitum diligentiùs prodiit in Edit. Bened. ad Exemplar Bibl. Reg. necnon ad *Proſperi* cujuſdam ex Manichæis converſi *Anathematiſmos*, quos edidit *Sirmondus* in Tomo I Conciliorum Galliæ. Hoc autem *Commonitorium* ſcriptum eſt antiquiſſimum, quod Cl. *Elias Du Pin* quandam eſſe credit Concilii alicujus Africæ Conſtitutionem.

71. Contra *Felicianum* Arianum *de Unitate Trinitatis* Liber ad *Optatum*. Pronuntiavit olim *Eraſmus*, non eſſe probabile, hunc Librum eſſe *Auguſtini*, (cujus in Retractationibus non meminit). Diſſimulatâ verò *Eraſmi* cenſurâ, librum iſtum Lovanienſes inter genuinos *Auguſtini* fœtus repoſuerunt, quia videlicet ipſius eſſe agnoſcit *Beda* vulgatus ad Paulum I Cor. I. & *Lanfrancus* in Opere contra *Berengarium*; quibus adjungi poteſt *Alcuinus* lib. 1. contra *Elipandum*, *Petrus Lombardus* in Sententias. Sed quod ad *Bedam* attinet, ubi citatur tanquam *Auguſtini*, certè Collectio veri *Bedæ*, quæ in Bibl. San-Germanenſi habetur, prorſus caret eo hujus libri loco, qui legitur in collectione vulgatâ, cujus Auctor eſt *Florus* Diaconus Lugdunenſis qui Sec. IX claruit. Non mirum autem, quòd *Auguſtini* creditus ſit Liber, cujus & nomine in vetuſtiſſimis Codicibus prænotatus, & forte ipſi à vero illius auctore certis de cauſis ſuppoſitus. Id ſcilicet à *Vigilio* Tapſenſi factum obſervatur, *Admonit.* in Altercationem cum *Paſcentio*, in Append. Tomi II Edit. Bened. Hunc eundem *Vigilium* Altercationis cum *Feliciano* Auctorem eſſe demonſtravit *Petrus Franc. Chiffletius* Jeſuita, non ſolum ob ſimilitudinem ſtyli cum indubitatis *Vigilii* contra *Eutychem* libris; ſed etiam quia in antiquo Codice Divionenſis Abbatiæ, (quem quidem ante annos circiter 800 ſcriptum putant Benedictini) nomen *Vigilii* præfert. *Vigilius* ipſe in Præfatione Librorum contra *Varimadum*, digeſtos à ſe in unum corpus *de Unitate Trinitatis* libellos memorat; ubi adverſarii propoſitionibus, non teſtimoniorum auctoritate, ſed ut ait, *ruſtico ſermone*, id eſt, quaſi Sacrarum Literarum ſtudia, reſpondebat. Hæc tamen intelligi poſſunt de aliis XII Libris, ſub nomine ejuſdem *Vigilii* editis.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom VI.

72. *Quæſtiuncula de Trinitate & de Geneſi*, quæ ex *Alcuino* deſcriptæ ſunt.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. III. Append.

73. *De Deitate & Incarnatione Verbi ad Januarium* Libri II. collecti ex *Origenis* Opere περὶ ἀρχῶν (*de Principiis*) juxta Verſionem *Ruffini* Aquileienſis Presbyteri.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. IV. Append. uſque ad n. 76.

74. *De Trinitate & Unitate Dei* Liber I. Diſtributus olim fuit in Capita XIII. quorum IX poſteriora totum ferè, ſed contractum & interpolatum S. *Auguſtini* librum *contra Sermonem Arianorum* continebant, horum hæreticorum dictis ſine diſtinctione poſitis. Capita autem priora, quæſtiones aliquot Dialogi *Pauli Oroſii* (qui extat in Append. Tomi VI) decurtatas & depravatas referunt, ut veriſimilius ſit, hunc librum ex Dialogo, quàm ex hoc libro Dialogum fuiſſe locupletatum. In eâ porro Dialogi parte quæ huc tranſlata eſt, verba *Auguſtini* nonnulla reperies. Alterâ etiam parte exhibentur breviora quædam excerta ex *lib.* 2 de Trinitate. Caput 4[um] deſumptum eſt ex libro *Quæſtionum de Novo Teſtamento*, de quo ſup. n. 30. p. 753.

75. *De Eſſentiâ Divinitatis* Liber I. Non *Auguſtino* tantùm, ſed multis aliis autoribus æquè falsò tributus fuit, *Ambroſio*, *Hieronymo*, *Anſelmo*, *Bonaventuræ*. In MSS. Vaticano & Victorino ſub *Auguſtini* nomine titulum habet *de Eſſentiâ Divinitatis, & de Inviſibilitate atque Incommutabilitate Dei*. Prima & maxima libri pars ex *Eucherii*, Lugdunenſis Epiſcopi, Opere *de Formulis Spiritalis intelligentiæ* ſumpta, continet totum ejuſdem operis caput 1[um] quod in quibuſdam editionibus *de Divinis nominibus* inſcribitur.

Prodiit ſeorſim *Lipſiæ* 1529. 8. cum Notis *Magni Hundis* (†).

76. *Li-*

(†) Becman *Catal. Bibl. Francof.* p. 28.

76. *Libellus* ſeu *Dialogus de Unitate Sanctæ Trinitatis*, Ignoti eſt Auctoris, ſed antiquiſſimi. Nam extare dicunt Benedictini in duobus Codicibus S. *Remigii Remenſis* annorum 800, quorum alter ſine *Auguſtini* nomine, alter ejus nomen præfert, qui ad antiquius aliud exemplar exaratus videtur.

In Append. Tom. X. Edit. *Pariſ.* 1586.

77. *De Dogmatibus Eccleſiaſticis* Liber, quem *Gennadii* Maſſilienſis eſſe nemo neſcit, licet in plurimis MSS. Codd. *Auguſtino* adſcribatur, & ipſius nomine à veteribus aliquot Scriptoribus citetur. *Ratramnus* verò citat ſub nomine *Gennadii* CPolitani: ab aliis tamen plurimis laudatur nomine *Gennadii* Maſſilienſis. *Fauſto* hujus Eccleſiæ Epiſcopo tribuit Codex Padolironenſis Monaſterii S. Benedicti prope Mantuam: ex *Mabillonii* Itin. Ital. *p. m.* 206. menſe Majo 1686. Capita autem XXX. ſcilicet à Cap. XXII uſque ad LI non in MSS. Codicibus reperiuntur, ut Lovanienſes teſtantur, quos conſule, cum *Geb. Elmenhorſtio*, qui opuſculum illud cum Notis doctiſſimis edidit ſub nomine *Gennadii* Maſſilienſis *Hamburgi* 1614. 4.

Extat Tom. III. Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* in Append.

78. Sermo de *Ruſticiano* Subdiacono. Vid. inf. ubi de Tomo IX Edit. Bened. c. 763. b.

79. Contra *Fulgentium* Donatiſtam. Librum hunc non eſſe *Auguſtini* certiſſimum eſt: nam præterquam quòd ejus nulla in *Retractationibus* fit mentio, tenuè *Auguſtini* nec ingenium, nec eruditionem, nec eloquentiam ullâ ex parte redolet. Ita Lovanienſes Editores, qui plurima proferunt argumenta, quibus hunc fœtum ſuppoſititium eſſe contendunt, & prorſus *Auguſtino* indignum pronunciant. Quiſquis tamen ejus auctor ſit, vetuſtum eſſe dicunt, ut qui Concilium illud Carthaginenſe adverſus *Cæcilianum* viderit &c. Lovanienſium Doctorum Cenſuram confirmat *Bern. Vindingus* in Crit. Auguſtin. & quædam addit à ſe obſervata *nobiliss* ſigna. Hunc verò Librum refert inter Opuſcula quæ à VIGILIO *Tapſenſi* conficta exiſtimantur.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. in Append. Part. I. *Bened.* IX. Append.

80 *Hypomneſticon* (ſeu *Commonitorium*) *contra Pelagianos & Cæleſtianos* Libri VI. qui vulgò (ſed perperàm) *Hypognoſticon* ſeu *ſubnotationum* Libri inſcribuntur: quòd ſcilicet libri quinque priores contra quinque Pelagianorum dogmata ſingulas reſponſiones exhibent ſubnotatas. Verum in Præfatione ab ipſo Auctore, atque à Veteribus etiam qui id opus citant, vocatur ὑπομνηστικόν: quòd Auctoris illud conſilium fuiſſe videatur, ut Eccleſiæ Catholicæ contra Pelagianos doctrinam, memoriæ juvandæ cauſsâ, compendio traderet: Hoc autem opus *Auguſtino* olim tributum reperitur à Scriptoribus noni ſæculi: quos inter *Hincmarus* in Epiſt. ad *Amolonem* & Eccleſiam Lugdunenſem de *Gotteſchalco* ſcriptâ, ſed à *Remigio* Archiepiſcopo, & Eccleſiâ Lugdunenſi in lib. *de tribus Epiſt.* cap. 35 refutatus.

De eodem opere prolixam ac eruditam Diſſertationem edidit *Joan. Garnerius*, Jeſuita, in Append. ad Part. I. Operum *Marii Mercatoris* Diſſert. VI. cap. 6. cujus ſumma huc ferè redit. Librum ſextum à reliquo opere ſejungendum videri, utpote nec ejuſdem Auctoris, nec commentis; ac revera in pleriſque Codicibus MSS abeſſe; priores quinque libros inter annum 418 & 420 contra *Julianum* Eclanenſem in Italiâ Epiſcopum ſcriptos eſſe, & quidem ab aliquo ex primariis Fidei Catholicæ defenſoribus; *Auguſtino* certiſſimè abjudicandos eſſe, denique *Sixto* Presbytero Romano, (qui *Cæleſtino* Papæ in ſede Pontificali ſucceſſit A. 432.) *Sixto*, inquam, *illo* adſcribendos videri: pluribus argumentis ſententiam ſuam confirmat *Garnerius*, quem conſulat Lector. Ejus verò rationes id minimè evincere oſtendit *Nat. Alexander*, & perperam iſtos alioſque libros *Sixto* adſcribi conſen-

tit *Franc. Pagi* inf. cit. (32). Aliam init viam *Serphin. Piccinardus* Ord. Prædic. qui in Diſſert. *Prædeſtinata* SIRMONDI à ſe edito *Patavii* 1686. in 4. (33) præmiſſâ, poſt expenſa ac rejecta *Garnerii* argumenta, *Marium Mercatorem* Operis illius Auctorem eſſe contendit. Et juxta Benedictinos in Admonit. huic operi præmiſſâ, ipſi *Mercatori* faciliùs adjudicabit quiſquie non modò cum *Garnerio* animadverterit, ſuis *Mercatorem* opuſculis inſignioribus contra Pelagianos titulum eundem feciſſe, alteri ſcilicet *ſubnotationum libro*, alteri autem *Commonitorio* nuncupato; ſed illud etiam obſervarit, quòd in Epiſt. 193. A. 418 ſcripta, tum à *Garnerio*, (cum de Auctore *Hypognoſticôn* quæreret, nondum viſâ; reſcribit *Auguſtinus* ad *Mercatorem* cap. 1. ſe, nimirum, cum ejus literis accepiſſe *& alium* ipſius *adverſus novos Hæreticos* Pelagianos *librum*, *refertum Sanctarum teſtimoniis Scripturarum* » Illum tamen, addunt doctiſſimi Editores, » *Mercatoris* librum ab *Auguſtino* laudatum, quominus continuo pronuntiemus aſſeveranter ipſum » eſſe *Hypomneſticon*, moram injicit illud, & dicendi » ratio, quam in *Hypomneſtico* non eandem plane atque in aliis *Mercatoris* indubitatis Opuſculis deprehendimus. » Verùm antequam Benedictinorum editio in publicum prodiret, ſuam de hoc opere ſententiam declaraverat Cl. *Elias Du Pin* (34) dicens, hoc opus cum *Auguſtini* ſcriptis doctrina convenire. *Auguſtini* tamen non eſſe, ab ejus enim ſtilo multùm abhorrere: ſed monitus à Benedictino, qui præcipuam Editionis curam habebat, (vel *B. ampina*, vel *Cuſtantia*) ſuſpicari ſe Opus eſſe *Marii Mercatoris*, poſtquam rem attentiùs perpendit, veram eſſe ejus conjecturam reperit, atque has præter adductas rationes adfert, hujus Tractatûs, de quo his eſt, methodum & formam per omnia ſimilem eſſe cæterorum *Mercatoris* Operum formæ, atque inſtituta hujus Operis cum ejuſdem Auctoris Scriptis, Libro præſertim adverſus *Julianum*, comparatione, ſtilum perſimilem ſe inveniſſe ait Vir doctiſſimus; quippe paſſim in utroque occurrere voces & figuras eaſdem, vim eandem, eandem rerum, cogitationum, ac verborum ipſorum diſpoſitionem.

Edit. *Eraſm.* & *Lovan.* Tom. VII. in Append Part. II. *Bened.* X. Append. ubi & duo ſequentes.

81. *De Prædeſtinatione & Gratia* Liber. Opuſculum hoc cujus initium eſt: *Cùm in Sacrorum voluminibus literarum* &c. inter Opera S. *Auguſtini* locum obtinuit in antiquis editionibus; at Lovanienſes inter ſubdititia rejecerunt. Non eſſe *Auguſtini*, eruditorum judicio, vel ipſa dicendi ratio arguit & evincit, ne dicam quod *Bellarminus*, *Pamelius* aliique obſervarunt, quædam in hoc Libro reperiri doctrinæ *Auguſtini* contraria; quæ *Caſſiani* ſenſus redolere videantur. *Fulgentii* Ruſpenſis Epiſcopi opus eſſe, eruditè (ait *Caſim. Oudinus* in Comment. *p.* 948.) adverſus Lovanienſes & quoſdam alios refragantes, probavit *Jac. Sirmondus*, Soc. Jeſu, in Præf. ad librum illum, cum aliis ejuſdem S. *Fulgentii* opuſculis *Pariſiis* 1613. in 8 editum; *Theoph.* quoque *Raynaudus* in Cenſurâ pro S. *Valeriano* Cemelienſi Epiſcopo, ac ſimilibus antiquis Scriptoribus, temerè de Pelagianiſmo ſuſpectis & accuſatis. At *Fulgentio* quoque hoc opuſculum ſuppoſitum fuiſſe volunt Benedictini; injuriâ quidem, ajunt, cùm *Fulgentius* AUGUSTINO ejuſque placitis tanquam diſcipulus ſemper addictus fuerit; illudque Scriptori cuipiam ſuſpectæ fidei tribuendum exiſtimant. Utroque item & *Auguſtino* & *Fulgentio* abjudicat *Elias Du Pin*.

82. *De Prædeſtinatione Dei* Libellus ignoti Auctoris, *Auguſtini* enim non eſſe contendit *Bellarminus*, tum

(32) *Breviar. Pontif. Rom.* Tom. I. p. 185.
(33) De libro iſto vid. inf. ſub. AUVRÆUS Doctor Sorb.
(34) Tom. III. *p.* 296. edit. Amſtel. 1714.

tum quia neque in *Retractationibus*, neque in Indiculo *Poſſidii* recenſetur, tum quia doctrinæ *S. Auguſtini* repugnare videtur.

83. Nobilis quæſtio eſt, an *Hymnus* ille tam celebratus, *Te Deum laudamus* &c. S. *Auguſtinum* atque *Ambroſium* Mediolanenſem Epiſcopum Auctores habeat, qui divino afflatu, ut f rtor, perculſi, eum alternis vicibus, cùm ab hoc ille baptizaretur, decantaverint, ut diximus *p.* 379. b. n. 60. Hic quædam adnectere lubet ad elucidationem hujus quæſtionis. Obſervat doctus *Tillemontius* in Vitâ *Auguſtini*, de quâ inf. *p.* 765. cit. (38) eos, qui id aſſerunt, niti præcipuè auctoritate *Dacii* Mediolanenſis Epiſcopi, (qui circa medium Sec. VI mortuus eſt) in *Chronico Rerum Mediolanenſium*, ſed monet ipſe poſt *Mabillonium*, illud opus *Dacio* ſuppoſitum fuiſſe (35), utpote in quo contineatur hiſtoria Sec. VIII ad XIum (deſinit enim in anno 1067.) Non poſſe certi quicquam de Auctore bujus Hymni ſtatui, cùm nonnulli Codices eum tribuant S. *Abundio* (36), Epiſcopo forte Comenſi in Italiâ tempore S. *Leoni* Papæ, alii *Siſibuto* (37), alii *Nicetio* cuidam (†). Vid. *Pagi* inf. cit. n. (40) Unicum Codicem MS. 400 aut 500 annorum, *Ambroſio* eum vindicare, & *Smaragdum*, qui ſecundùm *Aub. Miraum* A. 980 ſcripſerit (38), eum vocare Hymnum *Ambroſii*. Nec deeſſe, qui *Hilario* Pictavienſi eum aſſerant. Nihil ergo poſſe definiri.

Quàm falsò & *Ambroſio* & *Auguſtino* tribuatur, Diſſertatione *Wittebergæ* An. 1688 publicè diſputatâ probare aggreſſus eſt Vir Cl. *Wilh. Ern. Tenzelius* (39), inprimis §. XI & ſeq. de iſtius Hymni Auctore agens, & alia etiam omnia circa eundem doctiſſimè proponens, qui & *Abundio*, *Siſibuto* ac *Nicetio* non minùs incertò quàm *Ambroſio* & *Auguſtino* tribui cenſet (40). Plura banc in rem excerpta dabit *Placcius* in Anon. *n.* 1644. Utut ſit, hunc Hymnum ante Sec. VI ſcriptum fuiſſe inde liquet, quòd à S. *Benedicto* in ſua Regula citatur.

V. Operum S. Auguſtini Editiones.

S. *Auguſtini* Monumenta tanto jam olim in pretio fuerunt, ut eorum causâ, cùm in Hiſpaniâ exemplaria deeſſent, circa A. C. 650 *Tajo* Cæſarauguſtanus Epiſcopus Romam mitteretur. Nec mirum, ante artem Typographicam inventam, Monachorum calamos deſcribendis *Auguſtini* operibus, quibus ambones & pulpita in templis & ſcholis aſſiduè perſonabant, ſufficere non potuiſſe, cùm poſt varias & toties in Germania, Belgio, Italia & Gallia iteratas Editiones, ne per typorum quidem compendia exprimi potuerint ſatis. Nam ut libros *de Civitate Dei*, *Confeſſionum*, aliaque *Auguſtini* Scripta ſtatim ab incunabulis typographiæ, (ut ſupra n. 35 & 74. diximus) ſeorſim excuſa prætereamus, fuerunt, qui nec laborum, nec pecuniarum impenſis, quas tot voluminum immenſa moles exigebat, deterriti, univerſa, quæ colligi potuerunt, *Auguſtini* Opera, prælo ſubjici curarent.

I. Primus id fecit *Joannes* AMERBACHIUS Baſileenſis (1). Is enim omnia *Auguſtini* Opera ex Italiâ, Galliâ, & Germaniâ, cujus Bibliothecas per *Auguſtinum Dodonem* Friſium, Baſileæ ad S. Leonardum Canonicum (2), ſufficienti pecuniâ inſtructum, perſcrutatus fuerat, ad ſe comportata edidit, & undecim partibus diſtinxit, è quibus octo priores eos *Auguſtini* libros, quos ipſe in ſuis *Retractationibus* recenſet, continent; reliquæ cæteros, quorum nulla in hoc opere mentio injicitur, complectuntur. Plurimos verò *Sermones*, plurimaſque *Epiſtolas*, & *Enarrationes in Pſalmos*, quas jam antea circa A. C. 1489. 1494. & 1495 excudi curaverat, undecim his partibus adjicere noluit, quæ A. 1504. *Baſileæ* lucem adſpexerunt.

Hæc Editio, quæ Tomis novem comprehenſa fuiſſe legitur, *Pariſiis* recuſa eſt anno 1515.

II. Procuravit alteram Editionem *Deſiderius* ERASMUS, Roterodamus, *Baſileæ* ex officinâ Frobenianâ 1529. X Tomis in fol. quam nuncupavit *Alfonſo Fonſeca* Archiepiſcopo Toletano, Epiſtolâ Friburgi Briſgoiæ datâ A. 1529. Hæc Editio ut bona commendatur à *Mareſio* in Diſp. de Immacul. Concept. B. V. M. quem allegat *Frid. Calixtus* in lib. de eod. argumento *p.* 42. Et ſane, ait Cl. *Joan. Fabricius* (3), eſt correctiſſima, atque integra, nullamque caſtrationem paſſa.

Illuſtres iterata eſt hæc Editio: *Pariſiis* 1531 ex officinâ *Claudii Chevallonii* cum *Jacobi Hemeri* Stutgardienſis Epiſt. nuncupatoriâ ad *Gallum Millerum* Eccleſiæ Tubingenſis Theologum, quæ totam editionis hujus rationem fuſius exponit. *Baſileæ* 1541-1543. 1556. 1569. curâ & ſtudio *Martini Lipſii*, *Joan. Coſterii* & *Joan. Ulimmerii*, (vid. inf. ubi Tom. X Edit. Lovan. p. 761. *a.*) *Venetiis* 1570, X. Tom. in 4. apud *Valgriſium* (4). Eod. anno *Lugd.* & *Pariſiis*, apud Morellium & Nivellium, anteaque *Lugd.* 1563. XIX Tom. in 8. apud Seb. Honoratum.

Nonnullæ tamen interdum aliis atque aliis editionibus acceſſiones factæ ſunt. Vid. ſup. ubi de Sermonibus n. 16. p. 750.

III. Poſt *Eraſmi* recenſionem, novam Theologi Lovanienſes Editionem adornarunt, quæ primum *Antverpiæ* typis Plantinianis prodiit A. 1577 Tomis X. in fol. Hujus ordinem exhibent *Poſſevin.* in Appar. *Andr. Rivetus* Crit. ſacri lib. 4. cap. 11 & ſeq. *Oudinus* in Comment. *p.* 942 &c. *Hendreichius* in Pand. Brandenb.

In *Tomo I.* corrigendo laboravit *Martinus Baccius* Tiletanus, qui poſtea Aloſtenſis Paſtor fuit &c. In *Tomo II* ſeu Epiſtolis *Jack Bajus* Melunenſis, Collegii Sabaudiæ apud Lovanium Præſes, illuſtris *Mich. Baji* nepos. In Additamento Epiſtolarum *Auguſtini* ex Urbe tranſmiſſo *Joan. Gravius* Jeſuita Lovanienſis. In *Tomo III* Henr. *Cuyckius* Culenburgenſis, Lovanii Ethices Profeſſor &c. In *Tomo IV* Embertus *Everardi* Arendoncanus, Eccleſiæ D. Jacobi Paſtor. In Tomo

(35) Hujus tamen *Dacii* teſtimonium prorſus idoneum haberi vult *Jac. Hommey* (de quo inf. ubi de Script. Vitæ *Auguſt.*) qui Hymnum iſtum *Ambroſii* ſimul ac *Auguſtini* verè eſſe aſſerit.

(36) Obiit *Abundius* ſitu pietate ac doctrinâ illuſtris d. 2. April. 469. de quo vid. *Morer.* Diction.. (37) *Siſibutus*, vel *Siſebutus*, fuit origine Gothus, ortu Hiſpanus, Gothorum in Hiſpaniâ Rex, ſub initium Sec. VII. De quo vid. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. vet. *lib.* 5. *cap.* 5. & ex eo Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. De iſto autem Hymno ne verbum quidem faciunt.

(†) *Nicetio* forſan Trevirenſi Epiſcopo Sec. VI. cujus inter alia habetur de *bono Pſalmodiæ* Tractatus, quem *Spicilegii* Tomo III edidit D. *Luc. d'Achery* Pariſ. 1659. De eo vid. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 527.

(38) Fuit quidem *Ardo*, SMARAGDUS dictus, Ord. S. Bened. Monachus, Sec. IX. de quo ſup. *p.* 540. Sed alius item fuit *Smaragdus*, quem alii ad finem Sec. X. alii ad initium Sec. IX referunt. Vid. *Cave* in Hiſt. Liter. (39) Ea eſt ejus *Exercitationum ſelectarum*, Lipſiæ 1692. pag. 393-412. (40) Conf. *Ant. Pagi* Crit. in Annal. Card. *Baronii* ad A. 388 §. XI. & *Arnd. Pilletum* Profeſſorem Genevenſem in *Diſſertatione de Hymnis & Canticis* p. 17.

(1) De hoc ejus inſtituto illum egregiè laudat *Eraſmus* in Præf. ad Editionem ſuam (2) Hujus meminit *Swertius* in Athen. Belg. *p.* 148 „Primus, inquit, congeſſit & caſtigavit S. *Auguſtini* „Opera omnia, adjecturus & argumenta in ſingula opuſcula ac centu„rias, ſed immaturam ejus operam peſtis abſumpſit, eo ipſo anno, quo „prælo ſubjiciendum opus erat, 1501. prodiitque poſt mortem ex „officinâ *Amerbachii* 1503 (3) Hiſt. Bibl. ſuæ *Part. I. p.* 203. qui *pag. 509* hujus Editionis ordinem exhibet. Idem fecit *Geſnerus* in Bibl. ſua, *Bellarm.* de Script. Eccleſ. *Oudinus* in Comment. *pag.* 935 &c. (4) Qui hanc Editionem curarunt, aliamque Venetam 1584. (vid. inf. cit. (5) profitentur ſe ea omnia removeri curaſſe, *quæ fidelium mentes hæreticâ pravitate poſſint inficere, aut à Catholicâ & orthodoxa veritate deviare.* Ea tamen verba non textum *Auguſtini*, ſed notas reſpicere monet *Rich. Simon* in Bibl. Crit. *Galliè* edita Tom. I. *p.* 261. & IV. 13. ſeq. à Cl. *Fabricio* citatus *Bibl. Lat.* Tom. II. p. 354 edit. Venet. Vid. & *Diar. Trevolt.* Sept. 1729. p. 1618 ex quo diſcimus ipſum Editorem Venetum, *Domin. Nicolini*, ſe *Eraſmi* tantum notas & Scholia inſecuiſſe, teſtatur in Epiſt. ad *Joan. Facchinetti* tum apud Venetos Nuncium, unum ex Patribus Concilii Tridentini.

Tomo V qui opus *de Civitate Dei* continet, de illo emendando ex aliis plurimis & ſanioribus Codicibus Theologi Lovanienſes deliberarunt, inter quos primarius fuit *Petrus Coretus* Arhenſis, qui Paſtor deinceps & Profeſſor Criſpinienſis extitit. De Commentario *Lud. Vivis* jam dictum eſt, quem emendatione indigentem arbitrati Lovanienſes, multis in locis fœdè, ut ait *Oudinus*, mutilarunt. Conf. quæ ſup. n. 74. In *Tomo VI* laboravit *Chriſt. Bioide* Arienſis, qui paulò poſt ad Arienſis Eccleſiæ Decanatum vocatus eſt. In *Tomo VII* qui pluribus mendis ſcatebat, *Henr. Gravius* Lovanienſis, Regius Profeſſor, ſummâ cum curâ operam contulit. In *Tomo VIII* Claud. *Porta* Bapalmenſis, in Arteſiâ, qui poſtea Bianchiæ Paſtorem & Canonicum egit. In *Tomo IX* Guil. *Eſtius* Gorcomienſis. In *Tomo X* Canonici Regulares S. Martini Lovanii operam navarunt, quem in Tomum jam pridem apud eos *Martinus Lipſius* Bruxellenſis, ejuſque diſcipuli *Joan. Coſterius* cognomine *Columba*, & *Joan. Ulimmerius* Lovanienſes operam magni laboris egeſſant. Quin & *Ulimmerius* varios à ſe repertos *S. Auguſtini* Sermones nondum editos contulit, multos etiam antea latentes ex Cambronæ MSS. Codicibus ſtudiosè tranſcripſit. Præmiſit autem *Joan. Molanus* ſingulis libris *Auguſtini* retractationem; aut ſi illa deerat, brevem cenſuram, multorum Theologorum ſententiâ confirmatam. Quæ autem manifeſtè deprehenſa *Auguſtini* non eſſe conſtabat, illa cenſuris præmiſſis in Appendicem Tomi cujuſque reponenda cenſuit. Addita aſt *Joan. Heſſelii* doctiſſimi Theologi Lovanienſis Cenſura MSta in novem Tomos, & *Martini Lipſii* in Tomum X. quæ magno uſui fuetunt. Socios etiam & adjutores habuit *Molanus* Henr. *Gravium*, & *Laur. Wiſterbovium*, multæ eruditionis viros, quorum calculo quæſtiones terminabantur. Omnibus verò Operibus præmittuntur, velut præludia, Vita S. *Auguſtini*, ejuſque Librorum & Tractatuum Indiculus, Autore *Poſſidio* Calamenſi Epiſcopo, *Auguſtini* olim diſcipulo, qui *Vita* cap. ultimo ſe cum ipſo annos ferè 40 vixiſſe aſſerit. Adjecti ſunt Indices quatuor magnâ diligentiâ confecti.

Cæterum quæ in aliis antiquioribus editionibus vel præfixæ erant Epiſtolis, vel adjectæ ad marginem Notæ, vel depravati (juxta *Poſſevinum*) (præſertim *Frobeniani*) Indices, expurgationes ex Indicibus expurgatoriis Hiſpano & Lovanienſi, indicat idem *Poſſevinus* in Appar. Sacro.

Hæc autem Lovanienſis editio ſæpius repetita eſt *Venetiis* 1584 (5). *Pariſiis* 1586. *Genevæ* 1596. *Pariſ.* 1603. 1609. 1613 (†) *Coloniæ Agripp.* 1616. quæ paulo auctior eſt. Rurſus *Pariſiis* 1626. 1635. 1651. & *Lugd.* 1664. cum Indice undecimum Tomum implente. Eſt autem inter has *Auguſtini* Editiones, hactenus recenſitas, hoc diſcriminis, quod recentiores, locupletiores quidem, ſed antiquiores ſinceriores & emendatiores habeantur (6).

Adverſus Lovanienſes Editores ſcripſit *Octavius Worſtius* Capucinus Amſtelodamenſis (qui A. 1670 vitâ functus eſt) opus cui tit. *Vindiciæ Auguſtinianæ Catholicæ*, ſeu *Vera Demonſtratio Operum* S. Auguſtini, *quæ Theologi Lovanienſes typis mandarunt..... & ſub fuco adulterinæ emendationis depravarunt*: in fol. Alia illa pro *Auguſtino* contra *Janſenium* Yprenſis Epiſcopi *Auguſtinum* ſcripſit, quæ an edita ſint ignoramus. De his vid. *Dionyſii* Genuenſis *Bibl. Capuc.* A. 1691 excuſam *p.* 260.

Verum & ante *Worſtium* edidit *Simon Werlinus* Appendicem Cenſuræ Lovanienſium ſub tit. *Criſeos Auguſtinianæ* Monachii 1618. 8. Severior illa quàm par eſt, judice *Jo. Bapt. Maro* Præf. ad Homilias *Auguſtini* Romæ 1644 à ſe editas.

IV. Præcipuas ac pene omnes Operum *S. Auguſtini* Editiones, præſertimque Baſileenſem 1529. Antverpienſem 1577. Pariſienſem anni 1586. ſtudio diligenti, ſervatâque temporum ſerie collectas reperiet curioſus harum rerum Lector, in Præfatione *Supplementi* præcedentium S. *Auguſtini* Editionum, quod *Hieronymus Vignier* Bleſenſis, Congreg. Oratorii Preſbyter, edendum curavit *Pariſiis* 1654. Tomis II in fol. qui *Eraſmianam* omnium præſtantiſſimam eſſe judicat. Quæ in *Supplemento* continentur, recenſent *Labbeus* Tom. I. p. 126. *Hendreichius* in Pand. Brandenb. *Oudinus* in Comment. p. 953.

Bibliotheca Patrum Aſcetica Tomum V. qui *Pariſiis* prodiit A. 1664. in 4. ex Operibus S. *Auguſtini* concinnatum eſſe docet *Lipenius* Bibl. Theol. I. 117.

V. Cùm verò in hoc literarum genere nihil ſit tam conſummatum, quod non ſucceſſu temporis magis magiſque exornari & expoliri poſſit, Monachi Benedictini Pariſienſes Congregationis S. Mauri multorum MSS. Codicum undique diligenter conquiſitorum fiduciâ freti, ſub auſpiciis Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Ludovici XIV. Opera *S. Auguſtini* denuò novo cultu noviſque typis adornanda Pariſiis ſuſceperunt. Hujus Editionis *Proſpectum* (ut vocant) publicavit A. 1671 Dom *Franc.* Delfau; cùm autem A. 1673 in lucem prodiit ejus liber cui tit. *l'Abbé Commendataire* &c. (ſub nomine *Dni de Bonfranc*) in exilium miſſus, Autor ſucceſſorem nactus eſt Dom *Thomam* Blampinum (7) qui ſociū in hoc labore habuit Dom *Pierum* Coutant. Huic enim debetur Sermonum S. *Auguſtini*, necnon & Tractatuum ſuppoſitiorum Cenſura. Operum vero Tabulas atque Indices confecit Dom *Claud.* Guesnie. Emendandi itaque illi, qui hanc Editionem duce & ἐργοδιώκτῃ Cl. *Joan. Mabillonio* adornatam fuiſſe dicunt. Conſtat autem illa *Tomis XI* in fol. quorum Ius (8) & IIus (9) *Pariſiis* apud Franc. Muguet An. 1679 prodierunt, IIIus (10) A. 1680. IVus (11) A. 1683. Vus (12) A. 1684 VIus (13) & VIIus (14) A. 1685. VIIIus (15) & IXus (16) A. 1688. Xus A. 1690. XIus A. 1700.

Quæ in unoquoque Tomo continentur, videbis apud Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. *Oudinum* in Comment. *Elliam Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. III.* qui hujus Editionis Hiſtoriam exhibet *Tom. XVIII. p.* 213. &c. edit. in 4. Nos idem facturi, pauca de eâ in genera præmittemus; atque id priùs notandum quod in

(5) Hujus Editionis occaſione hæc habet vir inter Reformatos illuſtris *Franc. Turretinus* in Diſp. V. *de neceſſaria ſeceſſione noſtra ab Eccleſia Romana* § 26. p. m. 131. ubi de Indicibus Expurgatoriis loquitur. „ Alii, *inquit*, (Scriptores) in totum arcentur & „ damnantur, & fronti inuſto cauterio nigrum præfigitur Theta; „ alii ut dubiæ & ſuſpectæ fidei obelo interpunguntur; alii cum ex„ purgatione permittuntur, ut nihil jam vel Patres vel Scriptores „ alii loquantur, quod non ſapiat ad Papæ palatum. Et ne quis „ putet hæc ab iis clam fieri, & in occulto, ut incautos decipiant, „ apertè agunt, & tanquam de re benè geſtâ gloriantur. Teſtem „ habemus, omni exceptione majorem, *Auguſtinum* Venetiis apud „ *Juntas* excuſum in 4. anno 1584. (non 1548. ut apud *Ancillonium* legitur in *Miſcell. Crit.* Tom. I. p. 248) in quo qui editioni præfuerunt, teſtantur in ipſâ libri inſcriptione. (prout in Editione Venetâ 1571 factum vidimus) *ſe præter locorum multorum reſtitutionem ſecundum collationem veterum Exemplarium, curaſſe removeri illa omnia quæ fidelium mentes hæreticâ pravitate inficere poſſent, aut à Catholica orthodoxa fide deviare* „. Eâ verò ſpecie, addit Cl. *Turretinus* „ plagia quælibet, furta, & corruptelæ obvolvi poſſunt, ne „ poſthac Patres quicquam ampliùs Rom. Curiæ moleſtum ſonent. His addit *Ancillonius* ſup. cit. rem ab omnibus doctis, ut ait, notam, ſcil. *Gregorium de Valentia* [Jeſuitam Hiſpanum, anno 1603 mortuum,] *S. Auguſtini* editionem ſumptibus Societatis procuraſſe, eo tantùm fine ut aliquas insereret propoſitiones *Molinæ* faventes; ſed quæ hanc in rem monuit *Arnaldus* vid. ſup. p. 599 a. circa medium.

(†) In hac Editione Pariſienſi A. 1613. ſuppreſſa fuiſſe monet *Ancillonius* ubi ſup. p. 244. hæc verba *Lud. Vivis* in Comment. ad *Auguſtinum* de Civit. Dei *lib.* 8. c ult. „ Multi Chriſtiani „ in re bonâ plerumque peccant, quòd Divos Divaſque non aliter „ venerantur, quàm Deum. Nec video in multis, quod ſit diſcri„ men inter eorum opinionem de Sanctis, & id quod Gentiles pu„ tabant de ſuis Diis.

(6) Ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1683. p. 2. (7) Ita ſcribit Dom *Phil. le Cerf* loc. cit. alii enim minùs rectè *Blampain*. (8) *Diar. Erud.* Pariſ. April. 1679. p. 96. (9) *ibid.* p. 114. (10) *ibid.* Aug. 1680. p. 273. (11) *ibid.* Nov. 1683. p. 385 (12) *ibid.* Febr. 1684 p. 46. (13) *ibid.* Dec. 1685. p. 545 (14) *ibid.* Jan. 1686. p. 18. (15) *ibid.* Sept. 1688. p. 425. (16) *ibid.* p. 432.

in Præfatione generali docent Clariſſimi Editores, ſibi exemplo præiviſſe poſt Lovanienſes *Petrum Morinum* Vaticanæ Typographiæ Præfectum, aliosque Romæ eruditos viros, *Adrianum* Abbatem, atque *Obrium* Doctorem Pariſienſem, qui primum, *Sixto V.* dein *Clemente VIII* novam *Auguſtini* editionem aggreſſi fuerant, rati ſcilicet egregios eſſe Vaticanos libros, quos Lovanienſes minimè conſuluerant, magnumque eorum eſſe numerum, unde variæ lectiones excerperentur, *pleraque item, quæ in Lovanienſibus libris, quantumvis accuratis, deſiderantur, unde hæc editio Chriſtianæ doctrinæ lucem allatura ſit*, ut ſcribit *Petrus Morinus* in Epiſt. XV ad Card. *Cajetanum*, qui prædicto conſilio plurimùm ſuffragabatur. Collati ſunt igitur Lovanienſes libri cum Codicibus Vaticanis perquàm accuratiſſimè, & ad marginem appoſitæ variantes lectiones ad Editionem adornandam, cui Cardinalis Vaſonæ Sacri Collegii Princeps præfectus fuit. Verùm cùm res effectu caruiſſet, omnes illæ variationes juſſu *Clementis X* Pontificia ab Emin. Card. *Joan. Bona* doctis Benedictinis communicatæ ſunt, ut iis in eâ, quam moliebantur, Editione uterentur. Ad eam tandem progredimur, de quâ ita loquitur Cl. *Cave*:

» Ex vetuſtioribus & melioribus Editionibus, & » optimæ notæ Codicibus MSS. (Gallicanis, Vati» canis, Anglicanis, Belgicis &c.) multo ſtudio & » ingenti ſumptu, undique conquiſitis, & tùm inter » ſe, tùm cum libris editis, diligenter & fideliter col» latis, expreſſa eſt hæc editio. Hinc lacunæ ſupple» tæ, dubia ſublata, genuini librorum tituli eruti, » verus ordo reſtitutus, quandoque & integra opuſ» cula in lucem protracta. Unde & cujusvis Tomi » vel initio vel fini, Codicum tùm manuſcriptorum, » tùm editorum, quibus in recognoſcendo eo Tomo » uſi ſunt, ut plurimùm etiam variantium lectionum » *Syllabus* ſubjicitur.

» Libri *genuini* à *ſpuriis* & *ſuppoſititiis*, judicio cri» tico (17), magnâque curâ & diligentiâ diſcerun» tur, rejectis in Tomi cujuſvis Appendicem *ſuppoſi» titiis*, quæ ad Tomi iſtius materiam pertinere vide» bantur. In quibus ſedem ſuam habent aliquot o» puſcula quæ ab aliis pro genuinis hactenus habita » ſunt. Argumenta verò quibus genuina *Auguſtini* o» pera, ab ei aſſictis, recognoſcere ſolent, partim à » librorum MSS. autoritate, partim multis ſolidis, » ac firmis rationibus, ex ejus ſtylo admodùm ſin» gulari, atque ad agnoſcendum facili, è doctrinâ, » dicendi formulis, uſitatis conſiderationibus, exor» diis, clauſulis, & recapitulationibus ipſi propriis, » ſingularibus factis, adjunctis perſonarum, tempo» rum, locorum, circumſtantiis, quæ nemini niſi ei» dem aptè conveniant, ductis, petita ſunt: ut in » Præfatione *Tomi V.* ipſimet nos docent.

» Unicuique ferè Tractatui præmiſſum eſt argu» mentum, admonitio, vel cenſura, quâ ſequentis » opuſculi ratio redditur, & vel genuinum vel ſuppo» ſititium eſſe oſtenditur, ſubjectis ad imam cujuſvis » paginæ partem, notis breviuſculis, quibus vel va» riantes lectiones notantur, vel loca difficiliora illuſ» trantur. Accedunt cuique Tomo Indices utiliſſimi » opuſculorum, rerum, locorum S. Scripturæ, &c.

Cæterùm ſinguli quique Tomi, homogenea, quantum fieri poterat, *Auguſtini* Scripta complectuntur.

Tomus autem *Ius* ea continet Opuſcula, quæ *Auguſtinus* juvenis, & nondum Preſbyter contexuit (18), præmiſſis *Retractationum* & *Confeſſionum* Libris (19), qui præviæ cujuſdam Introductionis vices ſupplere poſſint. Subjicitur *Regula* de quâ n. 102.

In Appendice rejecti ſunt libri ſuppoſititii, de quibus *num.* 18-23.

Tomus II *Epiſtolas* complectitur, de quibus vid. *num.* 115. In Appendice rejectæ ſunt illæ de quibus ſup. p. 751 n. 24. 25. 26.

Tomus IIIus in duas Partes diviſus, *Auguſtini* in Sacras literas Lucubrationes, antea in varios Tomos diſtributas, in unum collectas exhibet. *Pars* quidem I, Exegetica in Vetus, II, Exegetica in Novum Teſtamentum. Præfixis in ipſo Tomi limine quatuor libris *de Doctrinâ Chriſtianâ*, quos ſubſequentium Opuſculorum fundamentum eſſe nemo neſcit. De his vid. *num.* 18. 19. 23. 24. 25. 32. 41. 42. 45. 53. 82. 83 90. 91. 113.

In Append. Iæ Partis rejecta ſunt ſuppoſititia de quibus *num* 24. 25. 26. 27. 28. 29.

Tomus IVus *Enarrationes* ſive *Expoſitiones in Pſalmos* continet (20), quibus (21) *Auguſtinus* jam olim in ſecelsu apud Caſſiſiacum (prope Mediolanum) ubi ſe ad Baptiſmum comparabat, in tantum delectatus fuerat, ut ardentiſſimo eos per totum terrarum orbem, ſi fieri poſſet, recitandi deſiderio flagraret, & Manichæis incomparabilem hunc theſaurum & ſalutis ſuæ remedium negligentibus graviter indignaretur. Atque hæc magnifica de Pſalmis opinio conſcientiæ divinæ motibus impreſſa ſanctum Præſulem facile impulit, ut, cùm pro officii ſui ratione doctrinæ cœleſtis myſteria plebi ſibi commiſſæ propinaret, eamque admonitionibus ſuis ad pietatem informaret, inprimis etiam Pſalterii enarrandi curam in ſe ſuſciperet. Nec tamen cùm primum opus hoc aggreſſus eſt, ordinis rationem magnopere habendam ſibi duxit, ſed prout loca, tempora, caſus & perſonæ ſuggerebant, Hippone-Regio, Carthagine, Uticæ atque alibi Pſalmos Davidicos interpretatus eſt, donec expoſitione Pſalmi 118. qui in Hebræis fontibus eſt 119, cùm cæteris omnibus enarratis ſolus adhuc ſupereſſet, amicis inſtanter id efflagitantibus, coronidem huic operi imponeret, eumque Sermonibus XXXII illuſtraret, ex quorum proœmio diſcimus S. *Auguſtinum* Pſalmos modò publicè ſermocinando, modò dictando expoſuiſſe. Quamvis verò *Ferrandus* (22) in Vitâ *Fulgentii* hunc *Auguſtini* ad Pſalmos Commentarium in quindecim decadas diſtributum referat, quod confirmant Verſus ad apitomen Commentariorum *Auguſtini* in Pſalmos, in vetere quodam Colbertino Codice contentam, quorum hoc eſt initium:

Cantica Davidica Chriſtum modulantia plectro,
Explanata tenet floridus iſte liber:
Maxima ſacratis reſerans myſteria verbis,
Et priſcos ſenſus ſub brevitate loquens.
Hunc AUGUSTINUS *toto Venerabilis orbe*
Egregius Præſul, Doctor Apoſtolicus
In populis largo diffundens flumine Lingua
Terquinis decadis grande peregit opus &c.

Auguſtini tamen tempora vel juſſu hanc operis partitionem, cujus nec *Poſſidius* meminit, nec in pleriſque Codicibus ullum veſtigium apparet, factam eſſe credibile non videtur. Unde doctiſſimi Editores in præfatione quarto huic *Auguſtini* Tomo præmiſſâ, ſuſpicantur, idem forte *Auguſtino* accidiſſe, quod *Tito Livio*, quem, ut *Petrarcha* in Epiſtola ad *Boccattum*

(17) Ita plerique viri docti de Benedictinorum labore judicarunt: inter hos Celeb. *Elias Du Pin* qui *Tom. III p.* 257. hac *Auguſtini* Editione præcedentes omnes ſuperari ait, atque irritas & ſupervacaneas effici: at ex adverſo contendit *Rich. Simonius* in Crit. Bibl. Eccl. *Tom. I. p.* 147. Lovanienſium in multis Benedictinorum Editioni anteponendam: hanc non inutilibus modo, ſed & abſurdis Notis eſſe refertam: (*conf. pag.* 143.) è contra Doctores Lovanienſes utiliſſimas addidiſſe Notas in Opera *Auguſtini* Polemica, ad defendendam hujus Patris doctrinam adverſus horum temporum hæreticos (ſic vocat), qui ſe nihil in medium protuliſſe quod non diſertè in libris Sancti Doctoris legeretur, affirmare auſi ſunt. Benedictinos arguit Criticus quòd has Lovanienſium Notas, vel ſaltem ſimiles non adjecerint, eoſque etiam S. *Auguſtini* errores veneratos fuiſſe obſervat *p.* 177.

(18) Ea ſunt quæ numeris tredecim prioribus enumeravimus. (19) De his vid. ſup. n. 35. 101. (20) De hoc opere vid. quæ diximus num. 119. (21) Ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1685 p. 3.

(22) *Fulgentius Ferrandus* Diaconus Carthaginenſis *Fulgentii* Ruſpenſis Epiſcopi diſcipulus. Uterque ſub initium Sec. VI. vixit.

catium obſervat, *in partes quas decades vocant, non ipſe qui ſcripſit, ſed legentium ignavia ſcidit.* Cœterùm, quam rationem in Pſalmis exponendis *Auguſtinus* ſecutus fuerit, quas leges ſibi ſtatuerit, & cui Verſioni inſiſterit, eadem Præfatio prolixius exponit, cui præter indicem locorum in Latinis Pſalteriis variantium, *Caſſiodori*, *Petrarchæ*, & aliorum de hoc *Auguſtini* in Pſalmos Commentario, cujus manuſcriptos aliquot codices, Lipſienſis etiam Academia in Bibliothecâ Paulini Collegii aſſervat, Elogia annectuntur. Ipſum verò opus, cujus pars prior Enarrationes Pſalmorum 79, poſterior reliquorum expoſitiones continet, variis lectionibus, aliiſque notulis minutiore characterum forma ad ſingulas paginas ſubjectis illuſtratur. Poſtremò ne quid deſit, Indices accedunt: unus Codicum ad quorum fidem hoc *Auguſtini* opus recognitum & emendatum eſt; alius locorum Sacræ Scripturæ in his *Auguſtini* ad Pſalmos Commentariis explicatorum; alius rerum; & alius denique variarum lectionum ex omiſſis ſelectarum.

Pergimus ad *Tomum V.* qui *Sermones ad populum* continet, de quibus vid. ſup. num. 116. Sermonibus (23) autem genuinis & dubiis ſubjicitur Sermo quidam AUGUSTINI *de Aſcenſione Domini*, ex Codice vetuſtiſſimo Remigiano erutus, & ſermo Presbyteri *Eraclii* diſcipuli *Auguſtini*, ipſo præſente habitus, ex MS. Cod. Eccleſiæ Bellovacenſis per *Godef. Hermantium* ejuſdem Eccleſiæ Canonicum depromptus, unà cum fragmentis Sermonum qui adhuc deſiderantur, in *Eugypii*, *Bedæ*, *Flori*, *&* *Johannis* R. E. Diac. Collectaneis repertis, & Syllabo Codicum ad quorum fidem Sermones *Auguſtini* recogniti ſunt; quales indices reliquis etiam Tomis acceſſerunt, quod hic ſemel monuiſſe ſufficiat. In Appendicem rejecti ſunt Sermones ſuppoſititii totidem, & iiſdem, quibus genuini, claſſibus diſpoſiti, è quibus haud pauci *Cæſario Arelatenſi* vindicantur.

Media, quibus ſe genuinos *Auguſtini* Sermones ab adulterinis diſcreviſſe clariſſimi Editores referunt, varia fuerunt. Nam & ſtyli rationem habuerunt, & doctrinam his *Auguſtini* Sermonibus expreſſam cum aliis ejus monumentis contulerunt, temporumque, locorum, perſonarum, & negotiorum circumſtantias probè attenderunt. Præterea & *Poſſidii* Indiculum, ne tam facilè Sermones ibi non deprehenſos *Auguſtino* aſſignarent, & aliorum Patrum ſcripta, ut ſuum cuique redderent, diligenter evolverunt. Omnes autem Sermones, qui ad feſtum Rogationum, converſionis S. Pauli, cathedræ S. Petri, Annunciationis Dominicæ, & cætera Mariæ feſta pertinent, eo nomine ab *Auguſtini* ævo alienos cenſuerunt, quòd earum ſolennitatum nulla mentio fit in veteri Calendario Eccleſiæ Carthaginenſis, quod in *Analectis* ſuis edidit *Joan. Mabillonius*. Non diffitentur tamen, ſe in unius alteriuſve Sermonis cenſurâ fortaſſe falli potuiſſe, quod etiam *Simoni Verlino* & *Bern. Vindingo* in Auguſtinianorum Sermonum criſi accidiſſe ſcribunt.

Tomus VI^tus (24) varia Opuſcula Dogmatica & Moralia continet, de quibus num. 17. 26-29. 31. 34. 43. 50. 51. 52. 60. 68. 75. 88. 93. 96. 99. 100. 101. aliaque de quibus in Dubiis num. 1-8. In Appendice leguntur quædam Opuſcula *Auguſtini* nomine perperam inſcripta, de quibus in Spuriis n. 9-15.

Tomo VII (25) celebratiſſimum illud *Auguſtini* Opus *de Civitate Dei* (de quo ſup. n. 74.) exhibetur. Commentarios autem *Joan. Lud. Vivis* & *Leon. Coquæi* aliis editionibus hactenus adjectos, in novâ hac omitti, & breves tantum notas inde excerptas locis difficilioribus addi placuit. Et cùm *lib.* 22. *c.* 8. nonnulla de miraculis reliquiarum S. *Stephani* referantur, Appendicem hujus Tomi opuſcula nonnulla de reliquiarum S. *Stephani* revelatione, tranſlatione & miraculis occupant; nimirum *Aviti* Presbyteri Hiſpani Sec. V. Epiſtola ad *Palchonium* de Reliquiis S. Stephani & de Epiſtolâ *Luciani* à ſe è Græco in Latinum ſermonem tranſlatâ, quæ ſtatim ſequitur; *Anonymi* alicujus Autoris opuſculum de alia detectione & tranſlatione S. *Stephani* de Jeruſalem in orbem *Byſantium*, cum præfatione *Anaſtaſii* Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii, qui hoc monumentum Latinitate donavit, ad *Landulfum* Capuanum Epiſcopum inſcriptâ. *Severi* Epiſcopi Epiſtola de virtutibus ad Judæorum converſionem in Inſulâ Minoricenſi factis per reliquias S. Stephani, & Libri duo de miraculis S. Stephani, *Evodio* Uzalenſi Epiſcopo à Lovanienſibus perperam tributi.

Tomus VIII (26) ea continet Opuſcula, quæ adverſus Hæreticos ſcripſit *Auguſtinus*, Judæos ſcilicet, Manichæos, Priſcillianiſtas & Arianos (vid. n. 14. 15. 16. 21. 30. 36. 37. 38. 39. 44. 76. 87. 94. 106. 107. 108. 109. Tomum verò auſpicatur Liber *de Hæreſibus*, ad cujus calcem in ſubjectis Notis *Neſtoriana*, *Eutychiana*, & *Timotheana* hæreſis additur, quam appendicem etiam in aliis *Auguſtini* editionibus legere eſt. Cùm verò jam pridem *Jac. Sirmondus* in Hiſt. Hæreſeos Prædeſtin. *c.* 6. prodiderit, in Codice MS. S. Victoris Pariſienſis tribus illis Hæreſibus etiam Prædeſtinatianam addi, illudque additamentum GENNADIO *Maſſilienſi* tribui, ex latis mirari non poſſit, (atque cum illo *Labbeus*) quo caſu vel conſilio factum ſit, ut in editione Lovanienſium Theologorum, cum ex Codice Gemblacenſi *Gennadiana* hæc Appendix tacito licèt Autoris nomine proferretur, omiſſâ *Prædeſtinatianâ* tres tantum reliquæ expreſſæ fuerint, nobis (ajunt Eruditi Lipſienſes in *Actis* A. 1688. *p.* 618.) multò magis mirandum videtur, quòd Benedictini, qui in recognitione hujus libri ſe Codice S. Victoris uſos profitentur, nullam neque *Gennadii*, neque hæreſeos *Prædeſtinatianæ*, in variis ſuis lectionibus mentionem fecerint.

In Appendice hujus Tomi nonnulla occurrunt, quæ à Lovanienſibus inter genuina *Auguſtini* opera relata fuerant, de quibus num. 66-77. in Spuriis.

Tomo IX (27) comprehenduntur Polemica *Auguſtini* adverſus Donatiſtas opuſcula, de quibus vid. num. 20. 46. 47. 54. 55 56 64. 69. 72. 85. 86. 95. His ſubjicitur Sermo de *Ruſticiano* Subdiacono à Donatiſtis rebaptizato, & in Diaconum ordinato (vid. ſupra in Dubiis n. 78) quem *Vignierius* Tom. II Supplementi Operum *Auguſtini* ex codice Cellenſi edidit, & *Auguſtino* tribuendum eſſe minime dubitavit, cui tamen aſſipulari verentur Benedictini. In Appendice hujus Tomi legitur Tractatus contra *Fulgentium* Donatiſtam (de quo n. 79. in Dubiis) quem fœtum *Auguſtino* ſuppoſitum eſſe cum *Lovanienſibus* & *Vindingo* variis rationibus perſuadent. Congeſta præterea ſunt in Appendice varia Scripta Scriptorumque excerpta, quæ ad Donatiſtarum hiſtoriam pertinent (28), & ad illuſtrationem horum *Auguſtini* operum faciunt, in cujus rei gratiam etiam in ipſâ hujus Tomi Præfatione, primæ origines certaminum cum Donatiſtis, eorundemque progreſſus breviter recenſentur. Cùm verò *Auguſtinus* etiam in Epiſtolis, Sermonibus, aliiſque Tractatibus Exegeticis & Dogmaticis contrà Donatiſtas agat, loca illa ſaltem inſigniora peculiari Indice ex prioribus Tomis annotantur.

Tomus X poſt inſignem plane Diſſertationem de ortu & progreſſu Hæreſeos Pelagianorum & Semipelagianorum, S. *Auguſtini* temporibus enatæ, complectitur ejus Polemica adverſus illos Hæreticos Opuſcula, de quibus vid. num. 63. 67. 78. 73. 79. 84. 89. 92. 97. 98. 103. 104. 110. 111. 112.

Appendix

[23] Ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1688. p. 619. [24] De eo *ibid.* p. 620. [25] *ibid.* p. 622.

[26] Ibid. [27] Ibid. p. 623. [28] Inter hæc habentur p. 106 Canones XXV Concilii Arauſicani II (de quo ſup. p. 531.) adverſus invaleſcentes per Gallias Pelagianæ hæreſeos ſtirpes.

Appendix huic Tomo ſubnexa, in tres Partes dividitur, quarum *prima* ſuppoſititia tria exhibet Opuſcula, de quibus num. 80. 81. 82. *Secunda* varia Scripta & monumenta ad Pelagianorum hiſtoriam pertinentia (29), quorum comparatione Polemicæ in eoſdem hæreticos lucubrationes illuſtrari queant. *Tertia* Proſperi *Aquitani* pro AUGUSTINO *contra iniquos doctrinæ illius de Gratiâ & Prædeſtinatione reprehenſores* Apologetica Opuſcula varia, necnon ejuſdem *Proſperi* Librum *Sententiarum* ex *Auguſtino*. His tandem ſubjungitur Vita *Auguſtini* Auctore *Poſſidio* ipſius diſcipolo (30), atque *Indiculus* Librorum, Tractatuum, & Epiſtolarum S. *Auguſtini* ab eodem *Poſſidio* confectus. Præfationis verò vicem implet Hiſtoria, ut diximus, Pelagiana, ad primævos Scriptores recognita, in lectionem Librorum *Auguſtini* adverſus Hæreſin hanc decertantium introductoria.

De Tomo XI & *Appendice Auguſtinianâ* Joannis *Clerici* inferius dicemus poſt memoratos, qui ad X priores Tomos ſpectant, libellos hinc inde Gallico idiomate vulgatos.

Nonnulla in Benedictinorum *Auguſtino* deſiderare ſe profeſſi ſunt Jeſuitæ, & cum *Barthol. Germonio* ac *Emerico Langlois* cauſati ſunt eos frigidam ſuffundere *Janſenio*, & Codicibus uſos per *Gotheſcalci* & *Ratramni* aſſeclas corruptis (31).

I. Prodiit A. 1699 vel ſub finem A. 1698. in 4. & in 12. *Epiſtola Abbatis* D*** (i.e. Jeſuitæ *Langlois*) *ad R R. PP. Benedictinos Congreg. S. Mauri* de ultimo ſuæ S. *Auguſtini* Editionis Tomo (ſcilicet Xmo A. 1690 edito). Autor probare intendit Benedictinos Janſeniſmo favere voluiſſe. Hanc Epiſtolam in Admonitione præmiſſa primùm à ſpectatiſſimo quodam Abbate Germano Latinè ſcriptam fuiſſe fingebat, atque inde Gallicè verſam, quod ut veroſimile redderet, quædam deinceps Latina exemplaria vulgavit (32). II. Huic brevi ſucceſſit *Epiſtola Abbatis Commendatarii* (P. Delfau) *ad Benedictinos* &c. cujus Autor eo tantùm fine Janſeniſtarum more loqui dicitur, ut meliùs à Benedictinis intelligatur. Hæc Benedictinos è ſomno excitavit, ac ſtatim de *Auguſtino* ſuo defendendo cogitarunt, ſuamque Congregationi obtulit operam illuſtris Abbas *Jac. Joſephus du Guet* (33). III. Interea lucem vidit *Epiſtola Benedictini non Reformati ad Benedictinos Congreg. S. Mauri*, ex eodem loco profecta ac *Epiſtola Abbatis Commendatarii*. IV. Epiſtola Benedictini Reformati S. Dionyſii &c. *Lettre d'un Benedictin Reformé de S. Denys, pour ſervir de Reponſe à l'Abbé Allemand, à l'Abbé Commendataire, & au Benedictin non-Reformé.* Jam Benedictinorum ſilentium in partes ſiniſtras quidam trahebant; at ipſorum Protectorem ſe apud Regem LUDOVICUM XIV præſtitit Rav. Meldenſis Epiſcopus *Jac. Benignus Boſſuetus*, deque eorum doctrinæ puritate fidem penes ſe ſtare voluit. Tandem Superiores Congregationis in Capitulo menſe (34) Maio anni 1699 habito Epiſtolæ Abbatis Germani refutandæ curam demandarunt D. *Franciſco Lami*. Huic igitur is oppoſuit V. *Epiſtolam Theologi ad amicum de libello ejus tit.* Lettre d'un Abbé D*** &c. in 12. VI. Sub idem tempus aliam, (quam intra biduum ſe ſcripſiſſe ait) reſponſionem publicavit Dom *Dion. Sammarthanus* ſub tit. *Reflexions ſur la Lettre d'un Abbé d'Allemagne*, Conſiderationes in Epiſt. Abbatis Germani, Epiſcopo cuidam inſcriptas. VII. Idem Benedictinus poſt ſex menſes elapſos novam ad quendam Sorbonicum Doctorem ſcripſit *Epiſtolam*. VIII. Sed omnium conſenſu palmam præripit libellis hactenus vulgatis opuſculum cui tit. *Memoire d'un Docteur en Theologie, addreſſé à Mgrs les Prélats de France, ſur la Reponſe d'un Theologien des Benedictins à la Lettre de l'Abbé Allemand* 1699. in 12. IX. Adverſus *Sammarthanum* quidam in vulgus ſparſit libellum manuſcriptum cui tit. *Ste Marthe mauvais Theologien, & bon Janſeniſte.* X. Anonymus alter alium diſſeminavit MStum ſub tit. *Antimoine pour ſervir de Préſervatif contre les Calomnies du P. de Ste Marthe.* XI. Huic alius item MStus ſucceſſit ſub tit. *Vindiciæ Petavii*, qui Jeſuitæ cuidam tribuitur. XII. *Vindiciæ* autem *Editionis S. Auguſtini à Benedictinis adornatæ adverſus Epiſtolam Abbatis Germani*, quas ſub nomine *D. B. de Riviere* Romæ, ubi tunc verſabatur (35) edidit Celeb. Dom *Bernardus de Montfaucon*, nihil aliud ferè ſunt quàm ipſa *Franc. Lamii* Reſponſio ante memorata, Gallicè verſa. XIII. De his omnibus inprimis legendus liber à Benedictinorum adverſariis confectus, & anno 1699 in 12. impreſſus ſub tit. *La Conduite qu'ont tenu les Peres Benedictins, depuis qu'on a attaqué leur Edition de St. Auguſtin.* XIV. Sed præ omnibus ab utrâque parte vulgatis libellis publicam exiſtimationem promeruit Epiſtola quam D. *Renatus Maſſuet* Benedictinorum Sodalis *Oſnabrugi* (veriùs *Rothomagi*) edidit ſub tit. *Lettre d'un Eccleſiaſtique au R. P. E. L. J.* (i. e. *Emericum Langlois* Jeſuitam) *ſur celle qu'il a écrite aux RR. PP. Benedictins de la Congreg. de S. Maur* &c. XV. Tandem D. *Franc. Lami* ut libellis famoſis demum petere Benedictinos deſinerent Jeſuitæ, multum & graviter conqueſtus eſt in ſcripto menſe Aug. vel Sept. 1699 vulgato (36) ſub tit. *Plainte de l'Apologiſte des Benedictins à Mgrs les Prélats de France, ſur les Libelles diffamatoires, que l'on repand contre ces Religieux, & contre leur Edition de S. Auguſtin; avec une ſommation aux Auteurs de ces Libelles de paroître devant Mgr. l'Archev. de Paris, & une Inſtruction du Procez que l'on fait aux Benedictins ſur leur Edition de S. Auguſtin.* Sed plura de hac *Querelâ* cæteriſque jam memoratis libellis *Balius* in Diction. Crit. edit. *Roterod.* 1720. quorum pleniorem quoque notitiam tradit D. *Phil. le Cerf* in lib. inf. cit. not. (32).

Tandem ad *Tomum XImum* pergimus (37), qui in lucem exiit anno 1700.

Primo illa loco *duas* exhibet *Præfationes*, quarum *altera* (†) Editionem univerſâ, *altera* Appendices ſingulis Tomis ſubjectas reſpicit. In iſtâ totius operis rationem, contenta, ordinemque Editores ſolertiſſimi exponunt, & cauſas, cur variis ſcriptiunculis adverſus induſtriam ſuam evulgatis nihil adeo repoſuerint, declarant, ſolenniſſiméque profitentur, quod Eccleſiaſticis de Gratia Inſtitutionibus, quas Illuſtriſſimi Præſules, *Carolus Mauritius le Tellier* Remenſis, & *Ludovicus Antonius de Noailles*, Pariſienſis Archiep. ediderint, ſinceré per omnia adhæreant. In hâc vero, cur ſpurias ſcriptiones à genuinis & ſinceris *Auguſtini* operibus ſegregatas in angulum peculiarem circa Tomi cujuſque finem

[29] Vid. *Du Pin* Tom. III. p. 255. [30] Hæc *Auguſtini* Vita Autore *Poſſidio*, ad MSS. Codd. recenſita, notiſque illuſtrata, operâ & ſtudio D. *Joannis Salinas* Neapolitani Canon. Reg. Lateran. ac S. Theol. Lect. lucem vidit *Romæ* 1731 in 8. una cum *Diſſertatione de Vita & rebus geſtis* S. Poſſidii, ac S. Auguſtini *Scriptis eccleſiaſticiſque Monumentis* ab eodem *Salinaſio* concinnatâ. Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* Sept. 1731. p. 288 & *Biblioth. Italique* Tom. XIII. p. 252. [31] Vid. ſup. ubi de libro *adverſus quinque haſtium genera* in Dubiis n. 66. [32] Dom Phil. le Cerf *Bibl. Hiſt. & Crit. Auctorum Congreg. S. Mauri* ubi de *Blampino* agit p. 25.

[33] Huic aliqui tribuunt *Solutionem variorum Problematum*, in quo libello Janſeniſtæ Benedictinorum cauſam apertè defendunt; verum *Paſch. Queſnello* tribuitur in *Bibl. Janſen.* p. 202. edit. A. 1722. [34] Ita *Phil. le Cerf* ubi ſup. p. 29. *Balius* enim *Lamii* Epiſtolam d. 22 Febr. 1699 excuſam fuiſſe teſtatur.

(35) Ex *Hiſt. Oper. Erud.* Junii 1699. p. 269. Recuſus eſt iſte liber *Monſfalconii* Antverpiæ vel Pariſiis in 8. de quo D. *de Beauval* ubi ſup. menſe Martio 1700. (36) D. *de Beauval* ubi ſup. *Sept.* 1699. p. 422. (37) De illo *Acta Erud.* Lipſ. A. 1701. p. 241. Vid. & D. *de Beauval* inſ. cit.

(†) In hac Præfatione maximam partem habuiſſe Celeb. Meldenſem Epiſcopum *Jac. Benignum Boſſuetum* aliqui crediderunt, alii à Cl. *Joan. Mabillonio* adornatam fuiſſe dicunt, ut docet *Jac. Bernardus* in Nov. Reip. Liter. *Nov.* 1700. p. 587. Huic etiam Benedictino tum ipſam Præfationem, tum Epiſtolam nuncupatoriam tribuit D. *Phil. le Cerf* loc ſup. cit. p. 285. ubi ſatis perſpicuè innuit, neque Janſeniſtis, neque Jeſuitis gratam fuiſſe hanc Præfationem. Illi enim ſe immeritò acerbius tractari conqueſti ſunt, hi adverſarios ſuos non ſatis apertè condemnari.

finem rejecerint, palam oſtendunt. Præcipuum tamen, quod hunc Tomum exornat, *Vita S. Auguſtini* eſt, octo libris prolixè ſatis ex ipſiuſmet ſcriptis adornata, quæ inſtar eſſe poteſt Auguſtinianorum, imò Eccleſiaſticorum ejus temporis, quorum Sanctiſſimus Doctor pars magna fuit, Annalium: (quâ in re magno quidem doctiſſimis Editoribus uſui fuêre, ut ipſi teſtantur, Commentarii tunc inediti Viri Celeb. *Sebaſt. Le Nain Tillemontii*, qui hoſce ſuos Commentarios libenter ipſis communicavit (38).

Matris inſuper *Auguſtini*, quæ *Monnica* ubique Benedictinis noſtris audit, hiſtoria, eaque accorata, ſecundo hujus Vitæ libro ſubnectitur, in quâ natam eam dicunt A. C. 332 parentibus Chriſtianis, qui eandem pudicà quoque & ſobriè educarint. Hinc laudabiles ejus in conjugio mores celebrant. Anno ætatis 40 orbatam viro, reliquam vitam omnem in piis operibus traduxiſſe referunt, ejuſque imprimis circa filium ſuum adhibitam ingentem ſolicitudinem extollunt. Mortem denique illius in annum 387 & Idus quidem Novembris collocant, quanquam natalem ejus Eccleſiam quarto Nonas Maij celebrare, cauſamque iſtius inſtituti ſe ignorare, haud diſſimulent. Prolixiori illi vitæ ſuccedunt *tres indices* Operum *Auguſtini*, quorum primus ſiſtit ſeriem & ordinem cujuſque Tomi Operum cum *Lovanienſi*, cui *Eraſmianus* ferè concordat, comparatus; ſecundus ordinem antiquum cum novo collocatum, tertiuſque ſingula Opuſcula ordine alphabetico digeſta. Sequitur mox *Index univerſalis* & quidem copioſiſſimus omnium rerum, quæ in decem Operum *Auguſtini* Tomis occurrunt, tum Index itidem generalis omnium Scripturæ Sacræ locorum, quæ in Operibus iſtis ſparſim explicantur; quam diligentiam & circa ſpuria opuſcula in Appendices cujuſque Tomi relatas adhibere placuit. Cæterum in generali ad Appendices iſtas Præfatione Editiones operum *Auguſtini* præcipuæ commemorantur; de quibus à nobis ſuperius dictum eſt.

Hactenus de Benedictinorum Editione Pariſienſi A. 1700 abſolutâ. Hanc imitati ſunt *Amſtelodamenſes* Typographi, qui ſub tit. *Antverpiæ* S. Auguſtini Opera recudi curârunt, Tomos X priores eod. anno 1700, Tomum XIum A. 1702. Differt hæc Editio à Pariſienſi, non quoad ullam in Operum diſpoſitione mutationem factam, ſed quoad Tomorum & Voluminum diſtinctionem. *Pariſienſis* enim conſtat Voluminibus VIII. quæ in Tomos XI diſtinguuntur, Amſtelodamenſis autem in Volumina XIV ſeu Tomos totidem diſtributa eſt.

Huic Editioni Amſtelodamenſi peculiaris acceſſit A. 1703 Tomus XIIus ſub tit. *Appendix Auguſtiniana* curante Viro Cl. *Joanne Clerico* ſub *Phereponi* (i. e. *laborioſi*) nomine. Is nempe (39) omnem in id operam impendit, ut quæ ad Scripta *Auguſtini* ornanda, & meliùs intelligenda quid conferre adhuc poſſent, adjiceret, eâque de cauſà non alienos modò, ſed proprium etiam laborem ſuum, *Notas* putà atque *Obſervationes* in peculiarem hunc Tomum conſtipavit.

Ante omnia igitur legendum exhibet *Poema S. Proſperi de Ingratis*, ut pote in quo *S. Auguſtini*, *Pelagii*, & præſertim *Semi-Pelagianorum*, doctrina exponitur. Cumque iſtud eruditus quidam Theologus Lovanienſis Notis ſuis illuſtratum dederit, eas viri docti manu emendatas & auctas addidit. Utut verò in primâ editione Lovanienſi nomen *Martini Stayaertii*, A. 1701 defuncti, & doctrinæ primùm Auguſtinianæ, ſed poſtea contrariis partibus addicti, hæ Notæ præfixum geſſerint, deleri tamen illud voluerunt, qui opuſculum ejus ad Bibliopolam, ut denuò nunc ederetur, tranſmiſêre.

Sequuntur dein *Jo. Garnerii*, Societ. Jeſu Presbyteri, *Diſſertationes ad Hiſtoriam Pelagianiſmi* pertinentes, quæ Appendicem conſtituunt prioris Partis Operum *Marii Mercatoris* Edit. Pariſ. 1673. Cùm enim *Garnerius* accuratam inſtituerit diſcuſſionem Scriptorum à Pelagianis editorum, gratum utique fore confidit Cl. *Clericus* hoc additamentum iis, qui in Tomo *Auguſtini* decimo plurima illius Scripta contra Pelagianos, aliaque ad controverſias Pelagianas ſpectantia deprehenderint.

Tertio loco comparent *Pelagii* Commentarii *in Epiſtolas D. Pauli*, ad calcem operum *S. Hieronymi* legi alias, eique vulgò tribui ſoliti. Quamvis enim *Pelagii* fragmenta quoque, & ejuſdem libellus ad *Demetriadem* huc ſpectent, illa tamen a *Ja. Garnerio* diligenter collecta, & hunc ad finem Epiſtolarum Auguſtinianarum, ſeu Tomi ſecundi, in Editione Pariſienſi Belgicâque, repetitum cùm agnoverit *Clericus*, in iis turſus exhibendis operoſus eſſe noluit.

Poſt *Pelagii* Commentarios collocavit *Præfationes*, *Cenſuras & Animadverſiones Virorum quorumdam celeberrimorum in Opera Auguſtini.* Ad *primum* namque Tomum retulit *Deſ. Eraſmi* ad *Alphonſum Fonſecam*, Archiepiſcopum Toletanum, Præfationem ac Dedicationem, Præfationes item *Lovanienſes* & aliam *Eraſmi*, quam is Retractationibus & Confeſſionibus *Auguſtini* præfixit: ad *ſecundum* Præfationem *Eraſmi* in Epiſtolas S. *Auguſtini*, ad *quartum* laudes *Eraſmi*, quas *Auguſtinianis* de Interpretatione S. Scripturæ libris tribuit, ad *quintum* Jo. *Ulimmerii* (40) & *Jac. Sirmondi* Præfationes ad *Auguſtini* Sermones; ad *ſextum* iterum aliquot *Eraſmi*, ad *ſeptimum* Jo. *Ludovici Vivis* in Opus de Civitate Dei; ad *decimum* primorum circa quaſdam libros occupatorum Editorum Præfationes repetit, biſque addidit Epiſtolam Cardinalis *Henr. Noriſii* de inſcriptione libri de *Gratiâ Chriſti* (vid. ſup. n. 84) De *Ulimmerio* autem id notari velim, ejus haberi Præfationem de Indiculo *Paſſidii* à ſe edito, ad *Jac. Pamelium* Sac. Literarum Licentiatum ac Brugenſem Canonicum, An. 1564. ſcriptam, *pag.* 468 hujus Append. quam *Clericus* neſcio qua de cauſâ repetit *pag.* 621. Pag. 469 habetur Carmen,

(38) Hos Commentarios à Gilleno *Tillemontii* (qui A. 1698. obiit) in Latinum ſermonem tranſtuliſſe duos Benedictinorum Sodales, alterum *Jac. du Friſche*, alterum *Gual. Huguenem Vaillantium*, teſtatur Dom *Phil. le Cerf* in lib. ſup. cit. not. 32) p. 24. iterumque p. 180 ubi de *Guil. Gueſnay* loquitur; ſed auctor in *Friſchio* pariter ac in *Vaillantio* omiſit, hunc quidem anno 1678. illum anno 1693 mortuum tradit. Cæterum hæc ipſa ferè *Auguſtini* Vita Tomum XIII in conſtituit Operis ipſius *Tillemontii* cui tit. *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des VI premiers Siecles* &c. Tomus autem iſte XIIIus lucem vidit *Pariſ.* 1702. in 4 (non 1710 ut apud Cl. *Fabricium* legitur *Bibl. Lat.* Tom. II p. 357. edit. Venet.) notandum quòd tamen poſt *ſeptimum* A. 1700 editum vulgatum fuerit *decimus tertius*, cujus rei hæc cauſa fuit. Nonnulli ſcilicet de tranſferenda in Galliam linguam *Auguſtini* Vitâ a Benedictinis conſcripta cogitaverant, imò etiam manus operi admoverant. Hoc verò ſibi non committendum fuiſſe exiſtimarunt Clar. *Tillemontii* Operum Editores, atque eò magis, quòd rectiùs fortè Vita *Auguſtini* Gallicâ linguâ ſcripta, quàm ex Latino ſermone in Gallicum tranſlata, illorum aut commodis aut deſideriis conſuleret, qui Gallicâ linguâ eam legere cuperent. Nec conſilio eventus defuit, cum à ſuo deſtiterit inſtituto Verſionis ejus Auctor, quæ, ut profitetur Editor Commentariorum *Tillemontii*, non equidem, ſi vel maximè prodiiſſet, quo minùs & *Tillemontii* Commentario lucem aſpiceret, impedire potuiſſet, hoc tamen attuliſſet incommodi, quòd pro uno, duo libri eâdem ratione idem argumentum tractantes, publico fuiſſent obtruſi. Eventum non diffitetur Editor, maximum, quod inter Vitam *Auguſtini* Benedictinorum & *Tillemontii* diſcrimen intercedat, in hoc conſiſtere, quòd illi Latino ſermone uſi ſint, hic Gallico. Eundem enim animum, eandem temporum rationem, eaſdem de rebus dubiis ac controverſis ſententias, utrobique conſpici. Addit ſtrictâ quippe cum Patribus Benedictinis amicitia conjunctum fuiſſe *Tillemontium*. Nihil hunc illis denegaſſe, omnia rurſus illos, quæ ei uſui eſſe poſſent, cum *Tillemontio* communicaſſe. Plura de hac *Auguſtini* Vita in *Actis Erud.* Lipſ. Martii 1704. Eadem Italicè reddita prodiit anno 1729. ſed ab archetypo multum diverſa, quippe pluribus in locis mutata et mutilata, ut monet *Niceronius* in *Memoires pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. XV. p. 319.

(39) Ex *Actis Erud.* Lipſ. Julii 1703. De hac *Appendice* item legi poteſt ipſe *Clericus* Bibl. Selectæ *Tom. I Art. X*, D. *Baſnagius* de Beauval *in Hiſt. Oper. Erud.* Jul. 1702. Art. II. D. *Jac. Bernardus* in Nov. Reip. Liter. *Jan.* 1708.

(40) Habetur in hac *Append.* pag. 541. *Ulimmerii* Præfatio Dedicatoria ad Sermones S. *Auguſtini*, aliaque Opuſcula *Lovanii* A. 1564. à ſe edita, quæ inſcripta eſt Rev. Viro D. *Martino* (*Baldvino*) *Rithovio*, primo Yprenſis Eccleſiæ Epiſcopo.

Carmen quo breviter, quid in Lovanienſi Editione Operum S. *Auguſtini* præſtitum ſit, declaratur.

Præfationibus verò hactenus memoratis *Notas* ſuas atque *Animadverſiones* ſubnexuit *Clericus*, Tomorum quidam ordine ſervato, in quibus multa Grammatica & Critica, multa Philoſophica & Theologica, ad *Auguſtinum* paſſim illuſtrandum ſe coacervaſſe dicit. Nec tamen obſcura modo explicaſſe, ſed & verè ac rectè dicta meritis ſubinde laudibus affeciſſe; viciſſim, in quibus *Auguſtinum* hallucinatus eſſe viſus fuerit, notaſſe ſe ſubinnuit, ac de cætero iſtam de ſe mentem Lectoribus ingenerare ſtudet, quod nempe Dei minime fallacia lumina, ſive per rectam rantum rationem, ſive per revelationem ad nos delata, à triginta annis ſola attenderit, & Magiſtros omnes quaſi adjutores ad eam rem, non quaſi dominos judiciorum ſuorum habuerit, quamobrem & Dialecticam diligenter coluerit, ne ratiocinando falleretur, & Grammaticam ac Criticam, ſive literas Hebraicas, ſive Græcas ſpectes, lectionemque indefeſſam non verſionum tantum, ſed authenticorum Scripturæ librorum, Dialecticæ pro virili adjecerit, ut intelligeret, quid revelarit Deus, ac intellectum toto animo amplecteretur. Ut autem eo diſtinctius judicium de his ipſius Animadverſionibus ferre quis valeat, ſpeciminis in vicem nonnulla generatim de iiſdem exhibebimus. In iis, quæ Tomum *ſecundum* attingunt, varia ſunt ad Verſionem LXX Interpretum, vexationem Donatiſtarum, quorumvis etiam Hæreticorum, & damnationem Pelagianorum pertinentia. Addidit præterea Autor duas Cardin. *Norgii* de Sedibus Epiſcoporum Provinciarum Pro-Conſularis & Numidicæ contra *Garnerium* Epiſtolas (41) in quibus multa ſunt, quibus Geographia Sacra Epiſcopatuum Africæ luculenter illuſtratur. Ad Tomum *tertium*, libros de Interpretatione Scripturæ complectentem, multa occurrunt Critica, quibus oſtendere laboravit *Clericus*, quàm neceſſaria fuiſſet *Auguſtino* Græcæ & Hebraicæ linguæ peritia, quâ deficiente frequenter lapſus fuerit. Ad *quartum* ex inſtituto notavit, Sermones *Auguſtini* in Pſalmos ad hos accuratè intelligendos nihil aut parum conferre, quanquam quis alius eorum uſus eſſe poſſit, oſtendere haud intermiſerit. In Tomo *quinto* ad Sermonem *Auguſtini* 312 integram inſeruit hiſtoriam, eamque in ſuos actus diſtinctam, Curati *Pauli* cujuſdam Cappadocis unà cum ſorore, quæ ſpecimen ſingulare miraculorum illius ævi præ ſe ferre debeat. E Tomo *ſexto*, qui varios exhibet *Auguſtini* libros Theologicos, objectiones non paucas depromſit, quæ vix è principiis in iſtis libris poſitis ſolvi poſſe ipſi viſæ ſunt. Cùm Opus *de Civitate Dei* præſtantiſſimum inter Auguſtiniana nuncupari mereatur, id paulo copioſiùs in Animadverſionibus ad Tomum *ſeptimum* illuſtravit, inter alia ad *lib.* 18. *cap.* 43, contra *Auguſtinum*, defenſum ivit *Hieronymum*, & impugnavit quæ prior habet de divino afflatu LXX Interpretum. Ad Tomum *octavum* Hæreticos, & præſertim Manichæos atque Arianos, aliâ viâ aliiſque armis ſæpe oppugnatos fuiſſe optat. Tomum *nonum*, in quo cum Donatiſtis pugnat *Auguſtinus*, ſe non adeò occupatum tenuiſſe fatetur, quia eadem ferme ubique *Auguſtinus* repetat, cùm Donatiſtæ eaſdem objectiones eoſdemque paralogiſmos adverſariis ad faſtidium uſque oggeſſiſſent. Ad Tomum *decimum* eâdem de causâ pauciora annotavit, quòd in ratiocinationibus Hipponenſis Epiſcopi contra Pelagianos innumeras ſe deprahendiſſe ait repetitiones, nec quoad ſummam rerum quod attinet, quidquam novi occurrere putavit, præterea quæ jam in Epiſtolis prolata fuerant. Analyſin tamen libri *de Correptione & Gratiâ* ab *Antonio Arnaldo*, Doctore Sorbonico, concinnatam, recudi fecit, ne periret (ut ſupra diximus *p.* 585. *n.* 13.) & ut volumini iſti ab iis, quibus ſervatu digna videretur, inter paginas 492 & 493. addi poſſet.

Cùm autem in hiſce ſuis Animadverſionibus vir eruditiſſimus *Joan. Clericus* paulò liberiùs (42) *Auguſtinum* ſubinde reprahendiſſet, non minori libertate & eruditione defenſionem Doctoris Hipponenſis ſuſceperunt *Rob. Jenkins* (43) Socius Collegii S Joannis Cantabrigienſis, & Comitis Exonienſis Capellanus (*) in libro *Cantabrigiæ* 1707. in 8 ſine nomine edito ſub tit. (44) *Defenſio S. Auguſtini adverſus Joannem Phereponi in ejus Opera Animadverſiones*, & qui ſub nomine *Lamindi Pritanii* latere voluit, Vir eruditiſſimus *Lud. Ant. Muratorius* in lib. 3. *de Ingeniorum moderatione in Religionis negotio* Pariſ. 1714. & Francof. 1716. 8. (45) cujus operis conſcribendi occaſionem dederunt ipſæ *Clerici* Notæ cenſoriæ, *Auguſtini* Operibus adjectæ. Scilicet *Pritanius* noſter liberrimam *Clerici*, ſub *Phereponi* nomine latentis, cenſuram haud ferens, à primis quippe ætatis temporibus *Auguſtinum* pro Divo colere adſuetus, eumque pro *viro incomparabili* habens, *qui ad miraculum uſque acutiſſimo ingenio & eximiâ literarum peritiâ fuerit inſtructus*, (ita enim in Præfatione eum appellat, ac rurſus inf. *p.* 372 *incomparabilis ingenii & doctrinæ virum*,) in animum induxit Apologiam pro *Auguſtino* componere, ſimulque in univerſum diſputare, *quouſque, & quomodo & quando aut liceat, aut expediat aut etiam neceſſe ſit veritatem. inveſtigare atque proferre, pro virili parte effecturus, ut honeſta ineatur naturali ingeniorum libertati cum Chriſtianâ moderatione concordia.*

Novam S. *Auguſtini* Editionem promiſit A. 1706 *Joan. Bapt. Clarelius* Typographus Venetus, *Pariſienſi* Benedictinorum *autographo undiquaque ſimilem*, ut ait in Protreptico ad Eruditos, quod reperitur in *Actis Erud.* Lipſ. *Febr.* 1707 p. 94 95. 96 (46). » Quoad Amſtelodamenſem verò Editionem, undaquaque, *inquit*, reprobatur, non tantùm propter duodecimum Tomum, multam non ſanæ doctrinæ copiam continentem, verum etiam propter tranſcriptionis infidelitatem ipſius Divi Patris textûs, quem non ſolum adulterati ſunt, multa verba demendo, ſed etiam mutilum reddiderunt, integras periodos auferendo, præter innumeros errores paſſim inſertos. » Verùm *Caſim. Oudinus* Celeb. *Clerico* cæteroquin, non ſecùs ac Editioni Amſtelodamenſi, admodum infenſus, hujus tamen patrocinium adverſus Typographum Venetum ſuſcipit. » Quamvis enim, ait ille *in Comment.* p. 985. » *Joannis Clerici* Tomum XII non approbam *ob tumorem quo plenus eſt, & operis inutilitatem*, falſum tamen eſt quod *multam non ſana doctrina copiam* contineat, itemque quòd multa verba decerpta ſint, & integræ etiam periodi oblatæ: ſi quæ talia contigerunt, vitia & errores ſunt Correctorum parùm accuratorum, non eorum qui editionem illam recurandam voluerunt. Nec Proteſtantes in Editionibus ſuis Opera Patrum corrumpunt, ſed Pontificii & Papicolæ, quibus id centies probatum fuit. » Longè igitur meliori fide in Editionibus Patrum agunt Lutherani & Calviniſtæ, quàm Pontificii » quibus

(41) Has ſcripſit *Norſius* ad Cl. Virum *Ant. Maeliabechi* Florentinum, paulò poſt evulgatum à *Joanne Garnerio* A 1674 *Marium Mercatorem*. Animadverſiones continent in Epiſt. 271 & 176 (olim 90 & 92) ad *Innocentium* Papam, quarum prior eſt Patrum Concilii Carthaginienſis de Actis adverſus *Pelagium & Cœleſtium*, altera Concilii Milevitani de cohibendis Pelagianis A. 416 habiti. Utramque Epiſt. iæ Inſcriptiones copiosè ac eruditè explicat *Noriſius* adverſùs *Garnerium*, ſed cùm ad ipſas Epiſtolas nihil dicat, nonnulla monet *Clericus* in hac Append. *pag.* 587. ad doctrinam quam complectuntur pertinentia.

(42) Ita Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Lat. *Tom. II p.* 356. edit. Venetæ (43) Vid. *Diar. Trevolt.* April. 1708. p. 718.

(*) Ille eſt cujus meminit Cl. *Jac. Bernardus* in Nov Reip. Litter *Nov.* 1700. p. 586.

(44) De hoc libro vid *Hiſt. Oper. Erud.* Oct. 1708 (45) Ex *Actis Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. VI. p. 106. Citatur & à Cl. *Fabricio* ubi ſup. *Diar. Litter.* Tom. IX. p. 219. ſed nihil quicquam ibi de hoc *Muratorii* opere reperimus. (46). Vid. & *Nova Liter. Hamb.* 1707. p. 31. citante *Fabricio* ubi ſup.

» quibus omnia corrumpendi occaſionem & neceſſita» tem præbent *Indices Expurgatorii Romani*, ad cor» ruptiones, & adulteria Operum ejuſmodi, juſſu » Romanorum Pontificum compoſitis. Nec òpinor, per» git *Oudinus*, Editio Veneta correctior erit Amſte o» damenſi, quæ, quamvis malè correcta ſit, à ne» mine tamen Pontificiorum, adulterationis de induſ» triâ factæ, accuſata fuit. » Hæc ille *contra mendacia* Joan Bapt. Clarelli.

An Typographus ille promiſſam Editionem abſolverit, non equidem compertum habemus, ſed aliam *Venetiis* item paucis abhinc annis ſuſcepit *Jo. Bapt. Albrizzi* (47) qui Tomum I & II anno 1729 (48) evulgavit, III & IV anno 1730 (49), Vum A. 1731 (50), VI & VII (51) A. 1738. An reliqui Tomi lucem viderint, ignoramus.

VI. De Defloratoribus vel Commentatoribus Operum S. Augustini, tam antiquis quàm recentibus præcipuis.

Primus fuit *Eugyppius* Abbas & Presbyter Africanus Sec. VI. qui ſententias, quæſtiones *&c.* ex S. *Auguſtini* ſcriptis defloravit, & in unum corpus collegit, cui *Theſauri* nomen indidit.

Inter MSS Codices Bibl. Venetæ Card. *Beſſarionis* extat *Petri* Abbatis Tripolitani nomine *Expoſitio in Epiſtolas D. Pauli* ex S. *Auguſtini* Sermonibus, de quâ loquitur *Baronius* ad A. 562 poſt *Caſſiodorum* Divin. Inſtit. *cap.* 8. Sed an legitimum opus ſit illius Autoris, cautè diſcutiendum eſſe monet *Oudinus*, licèt id teſtetur *Jac. Phil. Thomaſinus* in Catal. Bibl. Venet. *Utini* A. 1650 edito.

Extant quidem inter Opera Ven. *Bedæ* qui Sec. VIII ineunte claruit, *Commentaria in omnes Epiſtolas D. Pauli*, ex *Auguſtini* Operibus ut plurimum excerpta; quod opus jam dicto Abbati Tripolitano adſcribendum cenſet *Baronius*, verum nec *Bedæ*, nec *Petro*, ſed *Floro* Lugdunenſi Diacono qui circa medium Sec. IX claruit, deberi demonſtravit Cl. *Joan. Mabillonius* in Diſſert. ſingulari *Analectorum* Tomo I. pag. 12 Verum interim *Bedæ* Commentarium (nam D. *Pauli* Epiſtolas ab eo explicatas eſſe, ipſe in Indiculo Operum ſuorum fidem facit) ejuſque *Collectaneum in hunc Apoſtolum ex Operibus Auguſtini decerptum*, penès ſe habuiſſe teſtatur *Lupus* Ferrarienſis (qui Sec. IX vixit) in Epiſt. 76 ad *Hincmarum* Remenſem. Habuit autem *Mabillonius* in duobus MSS exemplaribus ex Bibl. S. Germani Pratenſis, ut ipſe teſtatus eſt. Vid. quæ habet *Steph. Baluzius* in Notis ad *Lupum* Ferrarienſem *p.* 405.

Benizo ſeu *Bonitius* Italus, Sutrinus ac poſtea Placentinus Epiſcopus Sec. XI. qui conſcripſit *Epitomen omnium Operum & ſententiarum mirifici Doctoris S. Auguſtini*, ſub tit. *Paradiſi Auguſtiniani*.

Guillelmus Abbas S. Theodorici propè Remos *&c.* Sec. XII cujus inter Collectanea habetur Opuſculum *Sententiarum de Fide* ex S. *Auguſtini* Operibus collectum, quod à ſe ex authographo MS. Bibl. Signiacenſis Ord. Ciſtercienſis tranſcriptum teſtatur *Oudinus*, traditumque D. *Thomæ Blampino* (non *Blanpain* ut ipſe aliique ſcribunt) Benedictino Congreg. S. Mauri, qui hanc Collectionem ſub Autoris proprii nomine, in Append. ultimi voluminis Operum S. *Auguſtini* edendam promiſerat, quod tamen non præſtitit.

De *Thomâ Anglico* & *Nic. Triveth* Dominicanis, *Franciſco de Mairone* Ord. Minorum aliiſque dictum eſt in Ope e *de Civitate Dei* num. 74.

Rob. Kilwardby Ord. Prædic. natione Anglus, Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Cardinalis Epiſcopus Portuenſis Sec. XIII. libros S. *Auguſtini* ferè omnes, aliorumque plurium Eccleſiæ Doctorum per parva capitula diſtinxit, ſententiam ſingulorum ſub brevibus annotando. Cujus laboris varia in Bibl. Regiâ Pariſ. ſuperſunt monumenta MS. quæ recenſet *Echardus* in Script. Ord. Præd. ad A. 1279. *p.* 379. ubi & alia memorat ex Catal. Anglic.

Bartholomæus Urbinas Epiſcopus circa medium Sec. XIV. Eremita Auguſtinianus, S. *Auguſtini* & *Ambroſii* Operum lector aſſiduus, Sententias utriuſque inſigniores excerpſit, quas in Alphabeti ordinem digeſtas, *Milleloquium* appellari voluit. Atque ab *Auguſtino* quidem *Triumpho* ejuſd. Ordinis, (vulgò *de Ancona* dicto) ejus Præceptore, *Milleloquium Auguſtini ſententiarum* inceptum, à diſcipulo abſolutum, *Lugduni* A. 1555 impreſſum eſt. *Milleloquium Ambroſii* ibid. A. 1556. fol.

Antonius de Nomis Florentinus, (aliis Marciallenſis) Eremita Auguſtinianus, qui A. 1438 deceſſit, è libris S. *Auguſtini* capita omnem ferè literarum Divinarum tractationem continentia digeſſit, & inſcripſit, *Flores Doctoris S. Patris Auguſtini*, quæ extare dicuntur in Bibl. S. Spiritûs Florentiæ.

Auguſtinus Soſthenius ex Operibus S. *Auguſtini* excerpſit Opuſculorum Tomos III. quorum *primo* declarantur ea omnia, quæ ad diverſa opera ſpectant: *ſecundo* quæ ad Gratiam & liberum Arbitrium: *tertio* quæ ad Electionem, Vocationem, Glorificationemque ſpectant. *Venetiis* impreſſit Vinc. Valgriſius A. 1545. in 8. (1)

Joh. Frid. Lumnii (2) *Theſaurus Chriſtiani hominis* ex ſcriptis S. *Auguſtini* collectus, *Antverp.* 1558.

Sententiæ ex omnibus ejus Operibus edente *Joh. à Fuchte.* Helmſt. 1593. 8 (3).

Dulciloquiorum S. Auguſtini Libros tres, ex vetere MS. exemplari Bibl. *Romersdorpiana* primùm editos *Herbornæ* 1592 in 18. à viris fide dignis ſe accepiſſe teſtatur *Labbeus* (4), ſed nondum vidiſſe ſcribit.

Joan. Gaſtius Theologus Germanus *Commentarios in univerſa Biblia* ex *Auguſtini* Operibus collectos edidit *Baſileæ* 1542. fol. 2. Tom.

Hieron. Torres ſeu *Torrenſis*, Soc. Jeſu Hiſpanus, *Confeſſionem Auguſtinianam* in Libros IV diſtributam, & certis capitibus locorum Theologicorum comprehenſam, ex omnibus S. *Auguſtini* Operibus magno ſtudio collectam, edidit *Dilingæ* 1568. & rurſum auctiorem ac emendatiorem 1569. (5) fol. Eam *Auguſtanæ Confeſſioni* oppoſuit; *quo in Opere* (ait *Alegambius* Bibl. Script. S. J. *p.* 188.) *duo egregiè præſtat: alterum, quòd Catholica dogmata mirificè probat, & confirmat, refutatque Hæreticorum errores ex* Auguſtino; *alterum, quòd locos ipſius* Auguſtini, *vel malè intellectos, vel malitiosè detortos, atque ab Hæreticis depravatos, ad amuſſim revocat, atque ſincerè interpretatur.*

Joannis Peſſelii Ord. Prædic. Tilani in Geldria *Omnium Operum S. Auguſtini Epitome, primùm quidem copiosè ac ſiniſtrè collecta* à Johanne Piſcatorio *hæretico, & à* Joh. Peſſelio *recognita, aucta duplò, & Catholico ſenſu reddita: cui acceſſit ejuſdem operâ ex eodem Auguſtino collectus de ſeptem Sacramentis Tomus quartus.* Colon. Agrip. 1535, 1539, 1542, 1549. fol. (6).

Jac. Tribeſci Brixiani, Canonici Regularis Lateranenſis, *Reſponſiones ad mille Quæſita in omni ferè facul-*

[47] Vid. *Diar. Liter. Hagienſe* A. 1730. Tom. XV. p. 476. [48] Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* Martii & Jun. 1729 p. 94 & 199. [49] *ibid.* Jun. 1730. p. 193. [50] *ibid.* Aug. 1731. p. 257. [51] *Biblioth. Ital.* Tom. XIII p. 256.

[1] *Alph. Ciaconius* Bibl. fol. p. 308 [2] Malè *Lumicii* apud *Lipen* Bibl. Theol. II. 916 [3] *Becman* Catal Bibl Francof. p. 85 [4] *Diſſert. de ſcript. Eccleſ.* in Addend & corrigendis p. 914. apud *Lucinium* col. 982. [5] Ita *Alegambius* MDLXIX *Lipenius* verò Bibl. Theol. I. 117. habet 1596 uti & *Oudinus* in Comment. col. 993 ... *ad multam uſque ſenectutem*, ait, *provectus correxit; abſtulit* ... *quæ tanquam S.* Auguſtini *ascripſerat* ex lib. *de Fide ad Petrum*, quem S. *Fulgentii* eſſe compertum eſt. [Vid. ſup. p. 759. ...] & ex libro *de Eccleſiaſticis Dogmatibus*, qui eſt *Gennadii* Maſſilienſi. [Vid. ſup. n. 77.] [6] Ex *Echard.* in *Script. Ord. Præd.* ad A. 1549. p. 131.

hunc annum *p.* 372. & Chron. Virdunenſe *Conc.* Tom. X. p. 499. citante Cl. *Cave* ubi ſup. Vid. & *Du Pin* ſup. cit. Sec. XI. p. 74. *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. *Tom. II. p.* 497. & R. P. *Domin. de Colonia* Soc. Jeſu *Hiſt. Liter. de Lyon* T. II. p. 203. edit. A. 1730.

Quædam alia Concilia Auguſtuduni Sec. XI habita memorantur. Vid. *Morer.* Diction. verb. *Autun.*

AUGUSTODUNENSIS (*Jacobus*) Capucinus, à patria ita cognominatus, (d'*Autun* in Burgundiâ) Concionator, cujus meminit *Phil. Labbeus* in Bibl. Anti Janſen. *p.* 22 edit. Pariſ. 1654. in 4. SCRIPSIT eo teſte librum cui tit.

Les Eſperances de nôtre ſalut opposées au deſeſpair du Siecle: Spes ſalutis noſtræ Seculi deſperationi oppoſitæ. *Lugd.* & *Pariſ.* apud Lud. Boullenger 1649. in 4.

AUGUSTUS Dux Brunſwicenſis, ex domô Luneburgenſi, Wolfenbutelæ natus die 10 Aprilis An. 1579, ſucceſſit Duci FREDERICO ULRICO An. 1634. Uxores tres duxit, quarum prima fuit *Clara Maria* filia *Bugeſlai* XIII Ducis Pomeraniæ. Secunda fuit *Dorothea* filia *Rodolphi* Principis d'Anhalt-Zervestani, tertia denique *Sophia Elizabeth* filia JOANNIS ALBERTI Ducis Meckelburgenſis. Obiit Dux noſter *Auguſtus* 27 Septemb. An. 1666. ætat. 87. Princeps ſanè optimis moribus ornatus, & omni eloquentiâ præditus, ut conſtat ex multis virorum illuſtrium teſtimoniis: ait enim *Joannes Bartholdus Niemeiern*, in ejus heroico pectore quidquid ad Sapientiam & Sacram eruditionem pertinet, ſuiſſe reconditum.

SCRIPTA:

Immortalitati nomen ſuum tranſcripſit elaboratâ à ſe *Harmoniâ Evangelicâ*, quæ Germanicè pluries prodiit & ultimò *Wolfenbutelæ* An. 1646 in 4. hoc tit.

1. *Harmonia Eccleſiaſtica Evangelica, hoc eſt SS. Scriptura varii Textus & Verba à piis majoribus Noſtris ex hiſtoriis Evangeliſtarum & Epiſtolis Apoſtolorum, item ex Libris Veteris & Novi fœderis ſeu Teſtamenti ante ſecula multa excerpta & certis Domini diebus, & feſtis, in publicis Conventibus ac Congregationibus, Eccleſiis Chriſtianarum quotannis prælegendis & explicandis devotione ſingulari, bono conſilio ordinata, & ab amatore quodam dilecti ſui Domini Jeſu, ejuſque verbi Sanctiſſimi noviter recogniti, collecti, & Sacris Literis conſentaneâ explicatione deducti.* Elogium hujus Harmoniæ Principalis ut illuſtre & magnificum, ita nihilominus veriſſimum legere eſt apud Celeb. D. *Herm. Conringium* in Epiſt. ad *Boineburgium* de Biblioth. Auguſtâ *p.* 155 *& ſeq.* » Quanta porrò eruditio latet in illis Sacris Harmonicis operibus, quæ » vernaculo ſermone in id piiſſimus Princeps, media » inter diſcrimina feralis belli Germanici elaboravit, » edit itque, ut eo promptius animos ſuorum ſubditorum ad religioſum Numinis cultum excitaret, initio » facto à Dominicæ Paſſionis hiſtoriâ! Enim verò » deprehendas utique hic primum exquiſito judicio » ex univerſâ Evangelicâ hiſtoriâ concinnatam, cùm » priorum vitæ omnis Servatoris noſtri actuum, » tum illarum *περικοπῶν*, quas jam aliquot Secula » Occidentales, Septentrionaleſque Eccleſiæ ex Evangeliis & Epiſtolis Sacris excerptas, Dominicalibus, » pariterque aliis feſtis diebus in Sacris Conventibus » ſolent legere *Harmoniam*, deinde eorumdem omnium » luculentam, ac perpetuam paraphraſin.

» Nihil verò horum à Literatiſſimo Noſtro Principe neglectum eſſe, utique res ipſa loquitur. Si tertiam cumprimis *Harmoniæ Evangelicæ* editionem » (nam quarta & quinta lectionibus publicis Sacrorum Conventuum potiſſimum dedicatæ ſunt) videas, » admiraberis præterea diligens illud indicium omnium Sacri Codicis locorum, quæ ad illuſtrandam » propoſitam aliquam ſententiam, quoquomodo poſſunt facere. Conſuluit verò ſummæ induſtriæ Princeps non illos dumtaxat qui, primo aut ſequuto » Eccleſiæ ævo, in Concordiam, ut ajunt, vocare » Sacram Evangelii hiſtoriam allaboraverunt, *Tatianum*, *Ammonium*, *Joan. Gerſonem*, *Alanum Copum*

» *Mercatorem*, [*Cornelium*] *Janſenium*, [*Martin.*] » *Chemnitium* & alios, ſed ſimul Sacri Codicis univerſi optimos quoſque & celeberrimos Commentatores. » (*a*)

De *Harmoniâ Evangelicâ* audiamus etiam *Joachim. Hildebrandum.* » Quibus, quæſo, laudibus Auguſtum opus *Harmoniæ Evangelicæ*, ornemus! Sed alienæ lucis non eget opus ſupra humanas laudes » jam evectum, ſive amœnam brevitatem, ſive *ἀκρίβειαν*, ſive eruditionem, ſive ſtyli gravitatem, ſive » totius operis ſanctitatem, ſive Authoris eminentiam » ſpectes, omnia in Sacratiſſimo volumine Auguſta » atque ita comparata invenies, ut unicus hic liber » *ἐν ἐπιτομῇ* Commentarios plurimos referat, imò » Commentariis ſæpe ipſis lucem fœneretur. Suavem » profectò Evangeliſtarum concentum adeò exactè in » ordinem Auguſtiſſimus Princeps redegit, ut nihil in » eo genere amplius deſideres. » (*b*)

2. Sunt etiam *Orationes & Edicta* publico nomine ſcripta, & eodem, quo Magiſtratum geſſit, anno ſcilicet 1594. *Roſtochii* in 4°. impreſſa ſub hoc titulo: *Auguſti Junioris, Brunsvicenſium & Luneburgenſium Ducis, & Roſtochienſis Academiæ Rectoris, Orationes & Edicta publice propoſita.* (c)

3. *Epiſtolæ* tres Germanicè ſcriptæ A. 1619 & 1620. quæ extant in *Amœnit. Liter.* Tom. 3. pag. 251. &c. edit. Francof. & Lipſ. 1725.

4. *Contingitur* in Epiſt. gratulatoriâ p. 137 ad Sereniſſ. Principem *Auguſtum* noſtrum, ipſi tribuit editionem novam recenſitam & accuratiorem *Breviarii Bibliis* ſæpius & ultimo recuſi *Argentorati* 1680, in 4. quod vulgò adſcribitur *Danieli Cramero* (d).

Commentarium Hiſtoricum de Auguſtiæ domûs Brunſvico-Luneburgicæ meritis in rem Literariam, è documentis editis atque ineditis conſcriptum edidit *Henr. Jo. Bytemeiſter* Lib. Art. Mag. & Philoſ. D. Acad. Juliæ Adſeſſor *Helmſtadii* 1730. in 4. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1731. p. 41.

(a) *Placcius* in Anonymis n. 316. & 1015. n.
(b) *Rothi* Bibl. Nobil. Theol. p. 39. (c) *ibid.* p. 41.
(d) apud *Placcium* cit. n. 1708.

AUGUSTUS (*Hieron.*) vid. AVOST.

AUHADI *Maragah* vixit Sec. XIII. Poëta Perſa, ſic vocatus, vel potius cognominatus, ratione ſingularis amicitiæ inter ipſum & *Sibeik*, ſeu venerabilem Doctorem *Auhadeddin Kermani*, virum ſuis temporibus doctrinâ potiori & pietate ornatum. Magiſtrum audierat *Schehabeddin Omar Schabarvandi* alterum Doctorem conſpicuum.

Poëta noſter optimos quoſque ſuæ Legis Sectatores eſt imitatus; & Perſicis Carminibus edidit Librum quemdam qui ſic habet: *Giam Giem*, Vas Regis *Giam Schid* operâ iſtius Doctoris elaboratum, in quo *ſublimior* continetur *Theologia Imperatorum Perſarum*, ſeu *ſubtiliſſimus ſuccus ſpiritualitatis Muſulmanorum*. De eodem habentur plures Epiſtolæ & Carmina, quæ *Dhiaeddin Jaſepho* dicavit; quæ omnia opuſcula à Doctiſſimis viris concivibus ſuis maximo pretio ſunt habita. Ipſe etiam ab Imperatore Mogolenſi *Argoun Kuan* benevolo favore eſt acceptus, & à ſucceſſore ejus & filio *Gazan Kuan*: Et ipſo regnante obiit in urbe Hiſpaham anno Egiræ 697. Chriſti circiter 1298.

* *Moreri* ex *D'Herbelot* Bibl. Orient.

AVIANO (*Marcus* de) Capucinus, Italus, Provinciæ Venetiarum, vir vitæ ſanctitate, ſpiritu Apoſtolico, gratia curationum, rebuſque præclarè geſtis ad ſalutem animarum illuſtris claruit Sec. XVII. Edidit Italicè, Gallicèque Opuſculum cui tit.

L'Enormità del peccato mortale. Pariſiis 1680 Ex *Dionyſio* Genuenſi *Bibl. Capuc.* p. 231.

AVIANUS (*Chriſtianus*) Germanus, edidit Sec. XVII. quæ ſequuntur ex *Lipen.* Bibl. Theol.

1. *Praxim Eccleſiaſticam* ſub tit. *Caſus Conſcientiæ darinnen allerley Gewiſſens-fragen von der Beicht beantwortet*

nett werden. Lipſiæ 1619. 1624. in 4. *Lipen.* ſub tit. *Caſus Conſcientia.*

2. Altera pars Praxeos Eccleſiaſticæ *darinnen vermeldet wird, was geiſtlichs Anfechtungen ſeyn, woher ſie kommen, und wie man ſie durch Gottes Gnade uberwinden moge.* Ibid. 1620 ſub tit. *Melancholia* 1617. in 4.

3. *Kirchen-Proceß.* Lipſiæ 1620. in 4. Eccleſiaſticæ Conſtitut.

4. *Tractat. de Linguâ Hebraâ.* Lipſiæ an. 1610. in 8. (*a*)

5. *Auſlegung, III. Weyhnachts Spruche* I Timoth. III. 2. Gal. IV. 3. Joan. 8. *Lipſia* 1621. in 4. ſub tit. *De Nativit. Chriſti.*

(*a*) Ex *Imbon.* Bibl. Lat. Heb. *pag.* 331.

AVIANUS (*Hieronymus*) Turingus in Germania, Theologus Lutheranus & Profeſſor in Academiâ Baſilenſi, vixit Sec. XVII. Edidit

Clavem Poeſeos ſacra, trium principalium Linguarum Orientalium, Hebraa, Chaldaa, ac Syra &c. 3. Tom. *Lipſia* 1627. 1662. in 8 (*a*). Permittitur in Hiſpaniâ dummodo Opus ſit erroribus expurgatum, quos indicat *Imbonatus* Bibliot. Lat. Heb. p. 380.

(*a*) Lipen. *Bibl. Theol.* II. 501.

AVIGADOR *Karah*, Judæus, Bohemus, Pragenſis claruit ſub finem Sec. XIV. Compoſuit *Precationem* illam quæ incipit: *vecol hattalà* &c. §. 163. ex ſtatuto Synagogæ Pragenſis, quâ deſcribitur ſtrages Hebræorum facta in Urbe Praga A. M. 5149. C. 1389. ex *David. Ganz.* in *Zemach David* apud *Bartoloc.*

AVIGADOR (*fil Moſis*) aliàs vocatus *Izmunſch*, Edidit *Machſor* Polonorum in Germ. Linguam tranſlatum, *Cracov.* A. M. 5331. C. 1571. fol. Ab eo non eſt diſtinguendus *Avigador* Scriba Eiſenſtadenſis, qui *Preces Judaicas*, ex ritu Polonorum & Germanorum, Germanicè translatas, & Commentario illuſtratas, edidit. Prodierunt illæ *Cracov.* A. 5354. C. 1549. Prag. 413. fol. *Wilmerſdorf.* 430. fol. *Francof.* 434. C. 1674. 8. & *Dyrenfurti* 1709. 8. Hæc *Jo. Chriſt. Wolfius* Bibl. Hebr. *Tom. I. p.* 12.

AVIGADOR ſeu *Abigador, Cohen Tzèdek*, id eſt, *Sacerdos Juſtitia*, Judæus, Scripſit Tractatum *de Pœnitentiâ*, quem appellavit *Sciaarè Hammuſàr*, id eſt, *Portæ diſciplina.* Habetur MS. Romæ in Vatic. Papyr. in 4.

* *Bartoloc.* Bibl. Rabbin. *P. I. p.* 21.

R. AVIGADOR Bar *Nathan*, Judæus, natione Germanus, Scripsit Tractatum *de Ritibus univerſa Synagoga* diſperſæ per Hiſpaniam, Germaniam, Galliam & Italiam, ſub nomine *Manigh olàm* i. e. *Directorii Univerſi.* Bartol. *ubi ſup.* Forte non diverſus eſt *Abraham* fil. *Nathan* de quo ſup. *p.* 29. 2.

AVILA (*Joannes de*) Hiſpanus, cognominatus *Apoſtolus Andaluſianus* claruit Sec. XVI. Natus eſt in oppido *Almodovar del campo* Caſtellæ novæ ac Diœceſis Toletanæ ex honeſtis parentibus, & Theologiam Compluti à *Dominico Soto* Ordinis Prædicatorum didicit. Defunctis parentibus ſuam ſubſtantiam pauperibus diſtribuit, Sacris jam Eccleſiæ initiatus Ordinibus; operæ pretium certe dignus qui in meſſe Evangelicâ annos tantum triginta natus in Bæticâ Provinciâ laboraret. Delatus quippe ad Apoſtolicæ Inquiſitionis Judices urbis Hiſpali, tanquam impietatis reus, tacendo ac nihil reponendo pervicit ſe innocentem eſſe, oraque calumniantium obſtruxit. Hinc ergo majoribus conceptis flammis, majoreque eum comitante hominum exiſtimatione, totam, quanta eſt, Bæticam delegit ſibi muneris ſui provinciam, & colluſtravit fulgentiſſimis ſuæ virtutis ac cœleſtis doctrinæ radiis, alter veluti Paulus Apoſtolus, loca frequenter locis commutans, ubique ſalutaris, ubique ſui ſimilis. Nec tantùm urbibus ac frequentioribus oppidis, ſed axilibus quoque, & quibus ſilvarum & montium profunda impervios aditus fecerant, invexit ſæpè non minùs ſuum, quàm diſcipulorum, quos magno habuit numero, ſalubria charitatis officia. Planè commoventem cœleſti ore ac vi, & poſt ſe trahentem Gallici Herculis more, ſed ſacri, populos quàm multi aut literis aut probitate morum jam conſpicui viri, mundanis omnibus vale dicto, elegerunt ſibi ducem vitæ, ac Magiſtrum, cujus auſpicis evangelico faciendo tantum operi, ad quod ille optimi cujuſque impellebat animum, ſeſe accingerent. Mira res, tot ac tantis nominibus progreſſu temporis frequentata eſt hæc militia, ut plurium commentariorum res ſit futura, quo quiſque in loco, quibus dotibus, quo ſucceſſu commiſſam ſibi muneris partem adimpleverit, ſcriptis conſignare. In primis diſcendi, docendique præceptoris ſibi delecti Gentium Prædicatoris non ſolum epiſtolas omnes memoriâ tenuit, ſed & ardentiſſimum Dei amorem atque hominum charitatem æmulatus eſt. Unde illi tot ignes, tot fulmina, quot verba prælò erant reprehendenti mortalium vitia, concutientique oris tonitru totam concionem. Infectabatur ille ſæpius luxuriæ malum; & aliquando viſi ſunt *Ludovico* Granatenſi (Noſtri Vitæ ſcriptoris) qui id in literas retulit, ædis Sacræ, in qua concionabatur, muri quaſi moveri, ac tremere ad voces intonantis adverſus hanc orbis plagam. Verbo laboravit & exemplo, & in tantum ut cognominaretur *Apoſtolus Andaluſianus.* Cordubæ Scholas Theologicas habuit, Beatiæ Presbyterorum Collegium inſtituit ut & alibi. Hujus ſanè viri Apoſtolici operâ ad Deum converſi ſunt inter alios S. *Franciſcus à Borgia*, & B. *Joannes à Deo*, & ad Chriſti puriorem cultum vocata eſt Sta Virgo *Thereſia de Jeſu.* Sed nimio fractus labore annum agens quinquageſimum incidit in diverſos & acutiſſimos morbos, à quibus ſpatio 17 annorum tanquam aurum in fornace probatus, tandem fermè ſeptuagenarius 10. Maii A. 1569. obiit Montillæ in Andaluſia ac ſepultus eſt in Eccleſiâ Jeſuitarum ejuſd. Urbis. Exuvias ejus religione tacti mortales piè venerati ſunt, religionemque, ut fertur, ſigna ſequuta. Idcirco ſperamus, inquit *Nicol. Antonius*, viro apotheoſim aliquando Eccleſiaſticam. Ejus Elogium prolixius reperitur apud *Nicol. Ant.* Bibl. Hiſp. *p.* 484 & ipſius vitam Hiſpanicè ſcripſit *Ludovicus* Granatenſis Ord. Prædicat. quam Gallico ſermone reddidit *Joan. Bapt. Saint-jure*, Societ. Jeſu. *Pariſ.* 1641. in 12.

Scripta Hiſpanica:

Volumina duo diviſa. Ium continet 2as partes quarum 1a.

1. *Audi Filia* &c. Seu Tract. in hæc verba Pſalm. XLIV. *Compluti*, ut exiſtimat *Nicol. Antonius* ubi ſupra, cum altera *Epiſtolarum* quæ ſequitur, parta 1579. Quemque ſub titulo *Chriſtianæ Inſtitutionis* Gallicè ac Belgicè edidit *Plantinus* Antverp. in 12 unà cum *Petri Caniſii* Catechiſmo. Altera verò pars continet.

2. *Cartas eſpirituales* ad diverſos omnis ſtatus & conditionis atque utriuſque ſexus homines, in quibus vere omnia omnibus videtur factus. *Compluti* 1579. in 4. Italicè reddidit *Timoth. Botonus* Florent. 1596 in 8. Gallicè quoque *Simon Martinus*, Minimorum Sodalis, *Pariſ.* 1653 in 12. Tom. II. » Epiſtolæ iſtæ, ait *Schottus* apud *Nicol. Antonium* (poſt obitum Autoris hinc inde collectæ) » pietatis plenæ, non de rebus humilibus aut familiaribus, ſed conſilia, exhortationes ſaluberrimæ ſunt, ut in adverſis non deprimamur, nec ſecundis extollamur; in quibus cùm alia innumerabilia, quæ lectorem, ſi utilitatem ſpectat, alliciunt & retinent, lectæque iterum invitant, (expertus loquor) tum verò maxi-

» mè

» mè optimi verbi Dei præconis, Evangelicæ præ-
» dicationis exemplum vivis coloribus ita depingit,
» nullum ut in eo genere pingi poſſit perfectius. »
Hic *Schottus* de eloquentiæ genere, dictionis charactere, & conformatione totius vitæ ad munus a ſe exercitum plura ſubjicit, quorum inferius quædam attingemus.

3. Secundum Volum. continet *Tercera parte que contiene 27 Tratados del Santiſſimo Sacramento*; *quinque del Eſpiritu ſancto*; *I. de la Encarnacion*; *I. de San Joſef*; *II. del Nacimiento de Nueſtra Señora*; *I. de la Preſentacion*; *I. de la Viſitacion*; *I. de la Purificacion*; *I. de la ſoledad*; *I. de la fieſta de las nieves*; *I. de la Aſumcion*; ſimul Hiſpali 1603 in 4. ſeorſim autem XXVII illa *Tract. de Euchariſtia* Matriti 1596 in 4. Italicè reddidit *Franciſc. de Soto* Romæ 1608. in 4.

4. *Dos platicas hechas a los Sacerdotes*, ſeorſim quoque editæ ſunt *Corduba* 1595. in 8. Prior incipit *Grande es la Alteza*; poſterior autem *Para tratar lo que conviene*.

Alia nunquam ſunt luci edita; videlicet Tractatus inſcriptus:

5. *Reformacion del eſtado Eccleſiaſtico*. Itemque

6. *Unas Annotaciones al Concilio Trident.* quæ duo opera juſtum volumen faciunt, expectantque auxiliatrices ad impenſam editionis manus; ut refert *Lud. Muñoz* in ejus Vitâ *Matriti* 1635. in 4. Hiſpanicè excuſâ, *lib.* 2. *cap.* 3. qui *cap.* 17. aliarum Autoris noſtri lucubrationum meminit.

Scripta ejus, inquit *Nic. Antonius*, plena eo ſpiritu, qui viventis ac declamantis vocem, verbaque imbuebat ſimul & inflammabat, præcellentem & planè divinam hominis doctrinam, ſuaviſſimamque cunctis memoriam præſentes legentibus quotidie ſiſtunt.

De eo ita loquitur *Schottus* ſupra citatus. » Mag-
» na in dicendo ei fuit & ſcribendo energia, vis at-
» que efficacia, ut, quæ velit perſuadeat, ſenſuſ-
» que rapiat, extraque ſe ponat, nec doceat ſolum,
» ſed & delectet, flectat denique ad omnem impe-
» tum. Summa ſermonis venuſtas, quia verborum
» affectatio abeſt, & perſpicuitas maximè elucet...
» Chriſtiana verò eloquentia eſt ab animo profecta,
» non in labiis natans, ad oſtentationem vel ina-
» nem gloriam captandam, plauſuſque imperiti vul-
» gus comparata, ſed communem utilitatem, ſalu-
» temque animæ unicè ſpectans.

Magni habuerunt & laudaverunt *Avilam* pro virtutibus ejus, ac benefactorum ingentibus meritis, plures viri graviſſimi & ſanctiſſimi, ut videre eſt apud *Nic. Antonium*, qui & *Avilæ* Vitam *Italicè* ex interpretatione cujuſdam Jeſuitæ *Mediolani* 1667. 8 editam memorat.

Tract. *Audi Filia*, cum *Epiſtolis* & piis aliquot *Sermonibus* Gallicè reddidit Celeb. *Arnaldus Andilliacenſis* (vid. ſup. *p* 582. a. nu. 14.) accuratè, & ea qua ſolet eloquentiâ, & delicatiori ſtilo, ita ut non tantum Authori noſtro, verum etiam aliis Aſcetis majus nomen comparaverit, teſte *Baillet* in Jodic. Erudit. *Tom. III.* p. 146.

AVILA (*Franciſcus de*) Hiſpanus, Bellomontanæ (*Belmunt* in Catalonia) Collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, Sacræque Doctor Theologiæ, doctrinam ſuam non minùs quam pietatem ſuis approbavit ſequentibus, tam vulgaribus quàm Latinis operibus:

1. *Aviſos Chriſtianos para vivir en todos eſtados deſengannadamente*. Cæſarauguſtæ, 1566. 8. atque priùs *Compluti* 1565. in 8. Italicè quoque *Venetiis* 1599. 8.

2. *Figuræ Bibliorum veteris Teſtamenti, quibus novi veritas prædicatur, & adumbratur*: Gaſpari Quirogæ Conchenſi tunc temporis Epiſcopo, ſupremoque Fidei rerum Cenſori dicatæ. *Antiquaria*, in Regno Granatenſi, 1574. 8.

3. *Dialogos en que ſe trata de quitar la preſuncion al hombre, aquien la proſperidad tiene ſobervio; y de esforzar al que con la adverſidad ſe halla afflixido.*

Compluti 1576. in 8.

4. *Conciones in ſacrum Quadrageſima tempus & in dies dicatos Sanctis illo tempore occurrentes.* Compluti, 1589. in 8. Poſtea *Venetiis*, 1590. in 8. (*a*) Vid. Articul. ſeq.

(a) *Nicol. Anton.* Bibl. Hiſp. Tom. I. p. 310.

AVILA ſeu DAVILA (*Franciſcus*) Cyprius, Ord. Minorum, poſtea Epiſcopus Aſculi in Regno Neapolitano, vivebat Seculo XVI. Edidit:

Conciones in Quadrageſimam & in feſtos Sanctorum dies ejuſdem temporis. Venetiis, 1591. * *Poſſevinus* in Appat. Sacr. *verb.* Franc. Davila.

Vid. n. 4. Articul. præced Dubium eſt an ſit idem opus.

AVILA (*Alphonſus* de) Hiſpanus, Bellomontanus, (*Bellmunt* in Catalaunia) Jeſuitarum ſodalis, diſertiſſimus Concionator, qui triginta & plus annis Evangelicum hoc obivit munus, & Palentinum Collegium aliquandò rexit: Obiit Malacæ in Bæticâ, 21 Maji 1598. De eo extant (an Latinè, an vernaculè ignoratur) *Concionum* Tomi duo, ſeu partes hyemalis & æſtivalis. *Antverpiæ*; 1610. in 4. (*a*).

(a) *Nicol. Anton.* in Bibl. Hiſp. Eod. anno iterum *Pariſiis* apud Laur. Sonnium & *Lugd.* apud Muſilion. Tomis III in 8. quas vidimus.

AVILA (*Alphonſus* de) Hiſpanus, diverſus à ſuperiore, ſiquidem is ab urbe hujus nominis in Caſtellâ veteri oriundus fertur, Societatis Presbyter dictus, ad D. *Petr. Ferdin. Temiño* Abulenſem Epiſcopum ſcripſit anno 1583

Un Tratado del Bienaventurado S. Segundo Obiſpo de Avila: Quod teſtatur *Ant. Cianca* en la Hiſtoria de S. Segundo, *lib* 2. *cap.* 4.

* Nicol. Anton. *Bibl. Hiſpan.*

AVILA ſeu DAVILA (*Ferdinandus de*) Hiſpanus Ordinis Minorum, vixit Sec. XVI. & ſcripſit. *Annotationes in Evangelia adventus.* Venetiis 1590

* *Poſſevinus* in Appar. Sacro & *Nicol. Anton.* Bibl. Hiſpan.

AVILA (*Nicolaus* de) Hiſpanus, in Oppido *Caramanchel el Baxo* prope Matritum natus, Paſtor fuit ſeu Parochus *del Olivar*. Edidit:

Suma de los Mandamientos y mare magnum del Segundo. Compluti 1596. in 8. deinde auctiorem, ib.d. 1610. in 4. * *Nicol. Anton.* Bibl. Hiſpan.

AVILA (*Stephanus* de) claruit Seculo XVI. Natione Hiſpanus, patriâ Abulenſis in Caſtellâ veteri, Societatem Jeſu ætate adhuc tenerâ ingreſſus eſt. Poſt abſolutum ſpiritualis tirocinii tempus, Theologicis litteris applicuit animum tam felici ingenio, ut nihil ſuprà: Vix diſcipulus eſſe deſierat, cùm aliorum Magiſter & Doctor renunciatus eſt. Miraculo fuit adoleſcentis ſapientiæ ſumma, eruditio ſingularis. Hæc Præpoſitos movit, ut eum ad Peruani Regni in Americâ incolas olim tranſmitterent, in quo & in Indiâ præcipuè Occidentali magno in honore eſt habitus. & Theologiam, ſummo cum plauſu, in Academiâ Limenſi profiteri juſſus eſt. Credi vix poteſt, quàm plauſibilis omnibus ejus dicendi ratio: admirationi erat acumen ingenii, in indagandis rebus ſolertia, in tradendis exquiſitiſſima methodus, in evolvendis Authoribus indefeſſum ſtudium, præſertim in re morali. Hæc ſic *Stephanum* noſtrum commendarunt omnibus, ut Doctor Doctorum vulgò diceretur. Illum totius Regni Peruani Proceres, Tribunalia ſumma, ut abſolutiſſimum Theologum, & utriuſque juris peritiſſimum conſulebant. Reſpondebant doctrinæ egregia probitas morum, mira humilitas, honorum contemptus, ſui ipſius deſpicientia; cumque in ore omnium eſſet, ſolus ipſe ſe ipſum ignorabat. Obiit, poſt illuſtratas ferè omnes quatuor Summæ Theologiæ *S. Thomæ* partes (cujus acerrimus ſemper defenſor fuit) commentariis doc-

riſſimis ; ex quibus, & de diverſis aliis erat fortaſſe quamplurima editurus, ſi lucis ei aliquantò longior uſura contigiſſet.

Scripta poſthuma :

1. *De Cenſuris Eccleſiaſticis Tractatus*, Lugduni in 4. 1608. Coloniæ 1612. in 4.

2. *Compendium Summæ, ſeu Manualis Doctoris Navarri* (Martini Azpilcuetæ) *in ordinem Alphabeti redactum*. Lugduni 1609. Pariſ. 1620. in 16. * *Alegamb.* Bibl. Script. S. J. & *Nicol. Anton.* Bibl. Hiſp.

AVILA (*Ludovicus* de) claruit Seculo XVI. Patriam habuit Caſtellum de *Garci Muñoz*. Ordinis fuit Eremitarum S. Auguſtini, quam religionem profeſſus eſt Matriti ad Sanctum Philippum. Sacræ Theologiæ Magiſter erat Provinciæ Caſtellanæ, Celebris Concionator, & Prior Toletanus. Cum præeſſet Toleti edidit

Diſcurſos morales del Santiſſimo Sacramento del Altar. Toleti, 1603. (*a*) in 4. hoc eſt Tractatus VI quorum ultimus eſt, *De la Miſſa y de ſus partes y ſagradas ceremonias principales della*. * Nicol. Anton. *Bibl. Hiſpan.*

(a) *Phil. Elſſius* in Encom. Auguſt. *p.* 439. ait eos edidiſſe A. 1610.

AVILA (*Franciſcus de*) Hiſpanus, patriâ Abulenſis, nobili loco natus Sec. XVI. Ord. Prædicatorum alumnus, & Profeſſor Theologus. Quod dum ille munus obiret, à S. R. E. Cardinali & conſobrino ſuo D. *Franc. de Avila* Romam vocatus eſt, & acceptus in Theologum & Commenſalem, & eodem promovente in Sacram Indicis Congregationem à Pontifice Clemente VIII. Conſultor aſcitus fuit. Interfuit, nec ſpectator otioſus celeberrimæ illi Dominicanos inter & Ignatianos, *de divinis auxiliis* ſub eodem Pontifice diſputationi, de quâ ſcripſit, & ipſâ adhuc fervente ; Romæ obiit anno 1604. Ejus laudes memorant *Ægid. Gonçalez Davila* Teatr. Eccleſ. de las Eſpañas *Tom. II.* inter claros Script. Abulenſes, *Lopez* Hiſt. gen. Ord. Prædicat. *Part. III. p.* 278. & alii teſte *Echard.* in Script. Ord. Prædicat. *Tom. II.* p. 353.

S c r i p t a :

1. *De Gratiâ & Libero Arbitrio : ſive de Auxiliis divina Gratia*. Romæ, 1599. in 4.

2. *Diſſertatio de Confeſſione per Litteras ſive per internuncium, Capita 23 complexa*, quam *Clementi VIII*, qui Decreto ſuo adverſam *Emmanuelis Sa* ſententiam proſcripſerat, nuncupavit. *Roma* 1599. *Medina* Campi 1604. (*a*) Quæ iterum prodiit curâ *Franciſci Choquetii*, Dominicani, Duaci, 1623. in 8.

* *Echardus* ubi ſupra.

(a) *Du Pin* Tab. Univ. Autor. Eccleſ. *Tom. II. p.* 1448.

AVILA (*Julianus* de) Hiſpanus, ſcripſit Opuſculum Aſceticum cui tit.

Para Saber tener Oracion 1607. in 16. ſi idem hic cum eo eſt, qui Heroinam Sacram *Thereſiam de Jeſu* Carmelitarum Reformatorum utriuſque ſexus fundatricem ſequebatur, cujus ipſa in *Fundationibus* ſæpius meminit. Scripſiſſe quoque *Vitam ejuſd. S. Virginis* ait *Nic. Anton.* in Bibliot. Script. Hiſpan. p. 631.

AVILA (*Didacus de*) Hiſpanus, patria Hiſpalenſis in Andaluſiâ, Ordinis SS. Trinitatis redemptionis Captivorum, in Gymnaſiis Beacienſi, atque Hiſpalenſi ſacrarum literarum primarius interpres, & inter Concionatores ſacros operæ ſui, ut à domeſticis audit, Princeps ; Græcæ, Latinæ & Hebraicæ eruditionis elogio ab iiſdem valdè commendatus, pietate in Deum, & in egenos miſericordiâ doctrinam condiebat, ſeque omnibus clarum, & venerabilem reddebat. Obiit Hiſpali, 22 April. A. 1611. Scripſiſſe dicitur non minùs quàm Volumina XLII. de *Scriptura Sacra rebus* : quorum nullum vulgari permiſit : nec quidquam de his aliud docuerunt nos teſtes, æquales *Petr. de Valderrama* Auguſtinianus in *Concione* in funere ejus dictâ Hiſpali, atque inferiores, ſed domeſtici, *Petrus Lopez de Altuna* Hiſtoriæ ſuæ hujus Ordinis *lib. IV. pag.* 583. & *Joan. de Figueras* in Chronico ejuſdem. * Hæc *Nicol. Anton.*

AVILA (*Felix de*) Hiſpanus, Ord. Prædic. Complutenſis cœnobii Matris Dei alumnus, quem doctrinæ ſcholaſticæ, perſpicacis ingenii maturique judicii meritò domeſtici teſtes ornant apud *Nicol. Anton.* in Bibl. Hiſp. & *Echardum* in Script. Ord. Prædic. ad A. 1618. p. 406. Scripſit

De la vida y muerte de San Felix Martir Complutenſe, 1618.

AVILA (*Joannes Roa de*) Hiſpanus, Prior Caberi Ord. Canonic. Regul. S. Auguſtini, uti refert Leo Allatius in *Apibus Urbanis*, & S. Theologiæ Doctor, vivebat Romæ A. 1631. ſub *Urbano VIII.* Pontif. teſte *Lud. Jacob à S. Carolo* in Bibl. Pontif. p. 373.

Scripta :

1. *De Providentia Dei & Prædeſtinatione, libri III. ad Philippum Hiſpaniarum Principem*. Matriti, 1591. in folio.

2. *De Juribus Principalibus*, &c. Ibidem, in folio 1591. Ita *Allatius* In Indice Tridentino librorum prohibitorum mentio fit *Joannis de Roa Davila Apologia de Juribus Principalibus defendendis & moderandis juſte*. Attamen reperitur in ſchedis ejus MS. Barberinæ Bibliothecæ hæc nota : *Liber meus de Juribus Principalibus tempore Clementis VIII. incluſus fuit in Indice expurgatorio : at ipſe per ſententiam S. Officii Congregationis abſolutus ſui ab omni ſuſpicione hæreſis in cauſa libri*.

3. *Tabulæ quinque de Annis mundi, & ſucceſſionibus, & Genealogia Jeſu Chriſti*. Romæ, 1610 4.

4. *Apologia pro Immaculata B. Virginis Conceptione*. Bracciani., 1614. in 4.

Alia ejuſdem MSS. Opera in Bibliothecis ſervari *Allatius* adjungit, nempe

1. *De Poteſtate Eccleſiæ & concurſu poteſtatis Principum*, Tomos IV.

2. *Apologias varias de materiis Theologicis*.

3. *De Immaculata Deipara Virginis Conceptione* pleniorem Tractatum.

4. *De explicatione divinorum myſteriorum Tractatum Logicum, Phyſicum, & Metaphyſicum*.

5. *De Miſericordiæ actibus, eleemoſyna, & correctione fraterna & judiciali*.

6. *De Cambiis & contractibus nummulariis*.

7. *De Aſtrologicis Theoricis & Judiciis utendis & repellendis ſapienter*. MS. in Bibl. Barberina.

8. *Reſolutionem moralium materiarum pro confeſſione & miniſteriis Eccleſiaſticis, & pro participantibus miniſteria*, quæ ſcripta ibi adnotatur ab anno 1595. ad 1606. MS. in eadem Bibliotheca.

9. *Reſolutionis controverſiæ Auxiliorum compendium* : in eadem Biblioth. Barberina.

10. *Reſolutionem veram & Catholicam de cauſalitate divina omnino perfecta, actuum humanorum ſervatâ incolumi libertate*. Ibidem teſte *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. *Tom. I. p.* 589.

AVILA (*Auguſtinus Bernal de*) Hiſpanus, ex oppido *Magallon* Cæſar-Auguſtanæ diœceſis in Aragoniâ, Societati Jeſu nomen dedit anno 1603. Sacræ Theologiæ Doctor, & in Cæſarauguſtanâ Academiâ Profeſſor, Græcæ, Latinæque linguarum peritiâ inſtructus, ſacræ ſuæ diſciplinæ perfectè gnarus, obiit anno 1642. 13 Septembris (*a*).

[a] *Du Pin* Tab. Univ. Auth. Eccleſiaſt. p. 1996.

SCRIPTA

SCRIPTA:

1. *Diſputationes de Divini Verbi Incarnatione.* Cæſaraguſtæ 1639. in fol.

Alieno quoque nomine

2. *Lucubrationes de Philoſophia univerſa*, authore adhuc vivo, typis mandatas fuiſſe affirmat *Alegamb. Bibl. Scriptor. Soc. Jeſu.*

Poſthumè prodierunt ex aliis operibus tùm Græcè, tum Latinè conſcriptis inter ſchedas ajus repertæ,

3. *Diſputationes de Sacramentis in genere, & de Euchariſtia, & de Ordine in particulari.* Lugduni 1651. in folio. * *Nicol. Anton.* Bibl. Hiſpan.

AVILA (*Joſephus Maria de*) Italus, nobili loco Romæ natus, ac *Dominico* Cardinali *Cecchino* Romano ex ſorore nepos, Ordini Prædicat. nomen dedit in Conventu S. Mariæ ſuper Minervam; ſicque litteris humanis & divinis eminuit, ut per agones Scholaſticos omnes lauream obtinuerit. Sacræ Theologiæ Magiſter eſt approbatus in Comitiis generaliſſimis Romæ 1644. Hebraicæ ità ſibi compataverat Linguæ peritiam, ut ab URBANO VIII. delectus fuerit Judæorum Eccleſiaſtes Apoſtolicus anno 1640. Exindè ad Campanienſem, ſub Salertinâ, Eccleſiam in Regno Neapolitano promoveri maruit ab INNOCENTIO X. an. 1649. Hanc illa ſedulà, vigiliqoa curâ rexit, Clerumqua ſuum ad Canonum normam & obſervantiam revocara ſtuduit, unda plures illi graves eruperunt perſecutiones, æmulationes, atque molaſtiæ, quas æquo infractoqua tulit & vicit animo. Tanto verò æſtuavit ovium ſibi commiſſarum zelo ut pro eis animam ſuam ponere non dubitaverit. Cum enim Anno 1656. per eam regionem, totique propè Italiâ, dirum epidamiæ virus erupiſſet, & graſſaretur, nae ſaluti ſuæ, nec vitæ pepercit, ſed tabeſcenti gregi totus incubuit: Cumqua propriis ipſe manibus languentibus & morientibus ſacramenta permiſcuè miniſtraret, eorum conſuetudine, heuſto contagii ſpiritu, correptus, 24. Sept. 1656. obiit ætat. circiter 63. & ſepulkus eſt in Baſilicâ ſuâ Cathedrali, magno ſuarum ovium luctu & detrimento, quibus & poſtharis ſui memoriem reliquit in benedictione. De eo cum lauda agunt Ughellus *Ital. Sac.* T. VII. & *Fontana* in *Theatro* p. 152. & 405. ubi dicit Provincialem Provinciæ Regni Neapolitani aliquando præfuiſſe: Ejus habetur

Laudatio D. Thomæ Aquinatis S. R. E. Doctoris Angelici habita ad Sacrum S.R.E. Cardinalium Collegium in templo S. Mariæ ſuper Minervam VII. Martii 1634. *Romæ* 1634. * *Echard.* Script. Ord. Prædic. Tom. II. p. 584.

AVILA (*Joannes de*) Hiſpanus, Matritenſis, Societ. Jeſu Sacerdos, claruit circà medium Seculi XVII. Vir doctus, nec vulgariter diſertus, ſolutâ ac verſâ oratione vernaculâ, viriſque principibus, ob ſuavitatem morum & urbanitatem, dum in Curiâ Hiſpanicâ verſaretur, enixè charus: Verſibus adidit, pietate & elegantiâ, viam morientibus ad parum vulgare pangendi carminis genus in prolixo argumento:

1. *Paſion del Hombre Dios en decimas.* Lugduni 1661. in 4.

2. *De originali Mariæ impeccabilitate*; Quod opus editionem tantum expectare monuit nos *Petrus Alva* Ord. Minor in *Militiâ Conceptionis*, & jam in lucem prodiit, ut ait *Nicol. Anton.* in Bibl. Hiſp p. 48.

AVILA *vid.* DAVILA & GONZALEZ.

AVILES (*Gaſpar* da) Hiſpanus, patriâ Ovetenſis, fuit Monachus S. Benedicti Sac. XVI. Edidit

Muerte Chriſtiana y aviſos para bien morir. Pinciæ 8. 1603. in Cœnobio Iracienſi 1609. * *Nicol. Anton.* in Bibl. Hiſpan.

AVILES (*Petrus* de) Hiſpanus, patriâ Corduben-
ſis, à puero in Societatem Jeſuitarum adſcriptus, Cordubæ Ariſtotelem, ibidem & Hiſpalis Scholaſticam Theologiam Profeſſor primarius explicuit: & Sanctæ Inquiſitionis Qualificator fuit deſignatus. Rector fuit Aſtigitani Collegii: Claruit Sec. XVII. Paratos Editioni propèdiem habere dicebatur à *Philip. Alegambe* in ſuâ Bibl. Script. Soc. Jeſu circa an. 1643.

Commentarios in omnes partes Summa Theologia S. Thomæ.

AVIñONE (*Bartholomæus*) Aragonus, in Hiſpania, Ord. Prædic. Sacræ Theologiæ Magiſter, A. 1623. Romæ legatus, ſeu, ut vocant, Procurator aderat pro Canonizatione *Ludovici Bertran* proſequenda, cujus vitam ex jam editis à *Vincentio Juſtiniano Antiſt* (a), & à *Balthazare Joanne Roca* Valentino, & ex actis proceſſus Inquiſitionis de vita & moribus ajuſdem *Ludovici* juridicè factæ ſcripſit *Hiſpana* lingua luculentiſſimam, omniumque quàm accuratiſſimam, eandemque *Italicè* reddi curavit hoc titulo:

Vita, virtù e miracoli del B. Luigi Bertrando dell' Ordine de' Predicatori, diviſa in quatro libri, compoſta in lingua Spagnola dal molto R. P. M. F. Bartolomeo Avignone del medeſimo ordine, procuratore della Canonizatione di eſſo Beato Tradotta in Italiano dal Signor Giulio Ceſar Cavalier Boltiſango. Romæ, 1623. in 8. * *Echard.* Script. Ord Prædic. *Tom. 2. p.* 431.

(a) Vid. quæ ſupra de illo diximus p. 498.

AVISON (*Joannes d'*) Gallus, Claruit Seculo XVI. Juris utriuſqua erat Licentiatus & ſcripſit Gallicè:

Miroir de l'Egliſe, auquel on pourra voir les Profeſſeurs de la vraye foy, & les diſcerner d'avec les predicans de la fauſſe Doctrine, demonſtrant tous les ſectaires de preſent, ſoyent-ils Huguenote, Proteſtante, Gueux ou d'autre nom quelquonques, être Heretiques, & pour tels devoir être punis. Diviſé en 2. Livres par Chapitres à *Louvain* 1571. 8. id aſt, *ſpeculum Eccleſiæ in quo continentur ſectatores Orthodoxæ fidei, & diſcerni poſſunt à Prodicatoribus erronea Doctrina, demonſtrans omnes tunc temporis Religionum Sectatores cujuſcumque nominis ſive Dogmatis exiſtant.* Lovanii.

* *Du Verdier* Bibl. Franc. p. 612.

AVITABILE (*Cornelius* de) Italus, Neapolitanus, Ord. Prædic. & Conventus S. Mariæ *della Sanità* Neapoli alumnus. Claruit initio Seculi XVII. Vir fuit doctrinâ vitæque ſanctioris ſtudio conſpicuus, Sacræ Theologiæ Magiſter in act. Cap. Gener. Olſſipone in Luſitania, an. 1618 habiti, promotus, omnibus etiam Ordinis muneribus in ſuâ Provinciâ & Congregatione *della Sanità* dictæ functus eſt, hujus aliquando Vicariue generalis, & illius ſcilicet Regni Siciliæ Prior Provincialis aſſumptus. Obiit A. 1636 annis & meritis gravis apud ſuos, & in domo nativâ ſepultus. Ejus habetur illuſtris memoria in act. Cap. gen. Romæ an. 1644. inter eos qui cum ſanctitatis famâ obierunt. Meminerunt etiam cum laude *Vallius* pag. 311, & *Toppius* Bibl. Neap. & *Echard.* in Script. Ord. Præd. p. 485. Tom. II. Scripſit

Della vera vita Religioſa con alcuni Sermoni dedicate alle Monache della Concettione delle Spagnuole di Neapoli. Neapoli 1605. in 8.

AVITABILE (*Blaſius Majoli* de) Advocatus Neapolitanus, author aſt operis ſequentis

Lettere Apologetiche Theologico-Morali, ſcritte da un Dottor Neapolitano à un Letterato Veneziano, dedicata all' A. S. d'Emanuel Maurizzio di Lorena, Principe D'Elbeuf, e Commandante della Cavalleria nel Regno di Napoli, in Avignona 1709. in 8.

In illo Libro continentur duæ Epiſtolæ quæ licèt Typis mandatæ dicantur *Avenione* tamen excuſæ ſunt *Neapoli.*

Prima Epiſtola eſt tantùm excerptio cujuſdam Libri ſequentis tituli: *Synthesis Apologetica Theologi-* co-

co-Moralis ſecundùm Ethica Chriſtianæ doctrinam, generalis morum regulas continens, Auth. D. Blaſio Viſconti S. J. J. U. Doctore, & in Regio Neapolitano Archigymnaſio Profeſſore Theologo. Neapoli 1708. in 8. D. *Blaſius Viſconti* Librum ſuum dividit in duas partes: quarum 1a. agit de Moribus 2a. verò de Conſcientiâ, quæ ipſi præbent occaſionem impugnandi morum doctrinam, quam R. P. *Francolinus* è Soc. Jeſu, docet in Libro cujus titulus ſequitur: *Clericus Romanus contrà nimium rigorem munitus.* Romæ 1706. in 8.

Noſter *de Avitabile* non tantum retulit ſententiam D. *de Viſconti*, ſed & excerpſit duos Libros editos contrà Lib. P. *Francolini*; Ius. ſic habet: *Francolinus Clerici Romani Pædagogus, laxioris in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento diſciplinæ Magiſter, Commentitiæ Rigoriſtarum Sectæ futiliumque in Eccleſiam veterem ac recentem calumniarum impugnator, Obſervationibus Hiſtorico-Critico-Moralibus exagitatus.* Delphis, 1706. in 8. IIus ſic inſcriptus eſt: *Clericus Belga Clericum Romanum monens adverſus notam nimii rigoris & calumnias quibus Theologos Belgas aſpergit Francolinus Jeſuita Romanus, in libro quem inſcribit, Clericus Romanus* &c. Leodii 1706. in 8. Et in hâcce 1a. Epiſt. Author noſter Criticas notes extendit in propriam adverſarii perſonam & in modernos *Probabiliſtas* propugnatores.

Secunda Epiſtola Autoris noſtri inſervit defenſioni *Apologia Patrum* quam P. *Ciaſſoni* edidit contra *Joan. Sacconium* Presbyterum Neapolitanum, in quodam ſcripto hujuſce tituli: *Difeſa della Morale Theologia dallo falſe accuſe del moderno finto Apologiſta de SS. PP.* Neapoli.

Utraque Epiſtola ſcripta eſt D *Joanni Antonio Aſtori* Doctori Neapolitano; & quia *Blaſius* noſter in Præfatione & ſuggeſtione ſuâ, dicere videtur quod has tantum de conſilio dicti Doctoris ſcripſerit, & quod ab ipſo plure Commentaria MSS. eâ de re acceperit, ideò D. *Aſtori* declarat ſe numquam hoc opus legiſſe aut vidiſſe niſi poſt editionem, & quod nec adhæret *nimii rigoris*, vel *mollioris diſciplinæ* propugnatoribus.

Et quod ſpectat ad Librum P. *Ciaſſoni*, idem Doctor *Aſtori* expreſſe dicit ſe numquam in animo habuiſſe defenſionem hujus Libri, imò quod ſummâ cum reverentiâ adhæſerit *Decreto* in illius condemnationem edito ab Indicis Congregatione Januarii 12. 1712. Hæc & alia *Giornale de' Letterati di Venetia* Tom. I. *p.* 261. & *Diar. Eruditor. Pariſ.* Febr. 1711. p. 225. 226.

AVITUS Presbyter, patriâ Bracarenſis in Luſitaniâ, quem alii Tarraconenſem in Hiſpaniâ falsò eſſe dicunt, claruit circà annum 418. Cum eſſet Hieroſolymis, de Græco in Latinum ſermonem transtulit Tractatum ſeu Libellum *Luciani* Presbyteri *De inventione Reliquiarum S. Stephani Protomartyris, Nicodemi & Gamalielis*, inventarum anno 415. quam Editionem in Occidentem per manus *Pauli Oroſii* concivis ſui, additâ (ut ait *Gennadius* (a) Epiſtolâ ſuâ miſit ad *Palconium*, atque univerſum clerum & plebem Eccleſiæ ſuæ *Bracarenſis*, nuncupatâ his Epiſtolâ, quæ in *Baronii* Annalibus Eccleſiaſticis, *ad A.* 415. a. 3. & apud *Surium* 111. Aug. alioſque (*b*) legitur, quemadmodum & ipſa *Aviti* è *Luciani* Græco ſermone interpretatio, quam cum Vaticanis quatuor Codicibus diligenter *Baronius* contulit. Extat etiam in Append. Tom. VII. Operum S. *Auguſtini* Edit. Bened. Vid. ſup. *p.* 763. b.

Abundium Avitum hunc appellant, neſcio unde, docti *Joan. Vaſæus* (c) & *Joan. Mariana* Jeſuita (d): (Ambr. Morali *Abnadius* tantùm eſt) ex quibus, non ex antiquitatis adyto, id novit ſuppoſititius Poëta ia, quem *Aulum Halum* nominant.

Diſtingui tamen debet *Avitus* (de quo hic) ab alio AVITO cujus *Oroſius* meminit in Commonitorio ad *Auguſtinum*. Certè hic *Oroſii* civis fuit, ut ex laudato opere conſtet, ſicut iſte, de quo nunc agimus, Bracarenſis fuit, & ipſe, ut exiſtimat *Nicol. Antonius*, OROSII civis; forſanque ille *Avitus* ad quem Epiſtolam quandam S. *Hieronymus* (e) ſcripſit, de his quæ cavenda eſſent *Origenis* libros περὶ ἀρχῶν legentibus; cujus Epiſtolæ nec abludit argumentum ab *Aviti* illius propoſito, qui ab Hieroſolymis reverſus in patriam, *Oroſio* æſtimante (*f*), neſcio quid de animarum origine ex *Origenis* doctrinâ jactavit. Hæc & alia *Nicol. Antonius* in Biblioth. Veter. Hiſpan. *L. III. Cap. II. num.* 41 & ſeqq. in quibus miratur *Joan. Tamaji* ſecuritatem ut *Avitum* hunc in Catalogum Sanctorum referret, eique memoriam Junii XVII diei aſſignet (*g*). Eſt quidem in feſtis ſacris mentio hâc die *Aviti Presbyteri & Confeſſoris*, ſed Aurelianenſi urbi tributa. Inde certò porrecta fuit occaſio fingendi cujuſdam ſub nomine *Auli Hali* ſup. dict. Carminis (*h*), quo & *Abundii* nomen & *Aviti* mortis dies annuſque exprimuntur. Poſt Carmen enim legitur. *Obiit Sanctiſſimus Presbyter Hieroſolymis XV Kalend. Jul. Valentiniano & Anatolio Coſſ. Erâ CDLXXVIII. hoc eſt Chriſti CDXL.*

S. AVITUS (*Alcimus Ecdicius* (a) natione Gallus, Viennenſis in Delphinatu Epiſcopus, Domo Viennenſis, *Iſichii* Viri Senatorii ac demum Epiſcopi Viennenſis filius, MARCI MÆCILII AVITI Imperatoris ex Patre Nepos, *S. Apollinaris* Valentiæ Epiſcopi frater, claruit Secul. V. & VI. & patri circa A. 490. in Sede Viennenſi ſucceſſit. A. 496. datis Literis (*b*) ad CLODOVEUM primum Francorum Regem Chriſtianum (cui acceptiſſimus erat) ſuſceptum ei Baptiſmum gratulatus eſt; quam certè gratiam ei promereri non ceſſaverat piis ſuis precibus noſter Antiſtes, non minus doctrinâ quam virtutibus conſpicuus. Nec defuit in eo mira charitas, zelus, & ſcientia ipſius zeli moderatrix. Ineunte Secul. VI GUNDEBALDUM Burgundiorum Regem, qui Viennam expugnerat, ab Arianâ Hæreſi ſæpè ſæpius ad Orthodoxam fidem revocare modis omnibus tentavit, præſertim in Collatione habitâ pro converſione ejuſdem Regis, quæ Collatio ignota fuit *Baronio*, ut inquit *Anton. Pagi* in Crit. ad A. 501. p. 461. ſed legitur in IV. Tom. Concil. p. 1318. ejuſque titulus eſt: *Collatio Epiſcoporum, præſertim Aviti Viennenſis Epiſcopi, coram Rege Gundebaldo adverſus Arianos.* Ariani in ea convicti fuêre, & ex illis plures ad pœnitentiam adducti; *Gundebaldus* autem noluit Arianam impietatem ejurare. Ex Dialogis & Collocutionibus *Aviti* (c) adductus eſt tamen ad confitendam ſecretò Verbi Conſubſtantialitatem, quam ob humanas rationes, & Arianorum Epiſcoporum timorem, palam profiteri recuſavit puſillanimus Rex. Enixè rogavit eodem tempore *Avitum* GUNDEBALDUS ut ipſi conferret ſecretò Sacramentum Unctionis Sacræ perfectionis Chriſtianæ, ſeu Confirmationis, quam gratiam ei negavit *Avitus*, & exprobravit ſuam puſillanimitatem in privato homine arguendam,

quanto

(a) *De ſcript. Eccleſiaſt.* cap. 47. (b) *Britto* de Monarch. Luſitan. *part.* 2. *lib.* 6. c. 27. (c) Chron. an. CCCLXXXVIII.
(d) *Hiſt. Hiſp.* Lib. 4. c. 10.

[*e*] Epiſt. LIX in Tom. II. Oper. S. *Hieron.* p. 102. edit. Francof. 1684. [*f*] In Commonit. ad Auguſt. [*g*] Tom. III. *Martyr. Hiſp.* 17. Jun. [*h*] Apud eund. *Tamajum* ibid.

[*a*] De ejus nominibus vid. *Acta SS. Bolland.* ad V Febr. p. 660. [*b*] Hæc Epiſt. extat in Lib. *Antiquit. Eccleſ. Valent.* Autho. R. D. *Joan. à Catelan* Epiſc. & Comite Valent. *Valentiæ* 1724. 4. Vid. *Diar. Erudit. Pariſ.* 1726. p. 459. & ſeq. & apud *Quercetanum* (Du Cheſne) in Collectione Hiſtoriographorum Galliæ *p.* 835. una cum prolixo Commentario *Car. Le Cointe* Annal. Eccleſ. Gallic. Tom. I.
[*c*] Unum ex illis Dialogis ſeu Colloquiis proponit *Avitus* Epiſt. XXI ad *Sigiſmundum* GUNDEBALDI filium.

quanto magis in Rege. Induratus itaque *Gundebaldus*, Arianorum partibus impoſterum ut anteà adhæſit.

Hujus tamen *Gundebaldi* Regis *Sigiſmundum* filium, & in Burgundiorum Regno Collegam, conſentiente patre, (quod magis ſtupendum eſt) ab Arianâ Hæreſi ad Catholicam fidem convertit; ſed hoc tantùm accidit poſtea quam ab ipſo *Sigiſmundo*, ſuadente *Stephano* ærarii Præfecto, cujus licentioſam vitam arguerat in Concilio Lugdunenſi A. 517. (*d*) unà cum multis hujus Synodi Epiſcopis, cum iiſdem in exilium ejectus, mox revocatus, ac maximâ in familiaritate acceptus fuiſſet. Et *Avitus* non erat tantùm Arianæ Regis Burgundiorum Curiæ Apoſtolicus Orator, ſed & omnes Galliarum Antiſtites in controverſis & dubiis rebus, tanquam ad doctiſſimum Fidei Judicem, ſuam ei credulitatem addicebant. Ejus conſilio & operâ, Provinciales Synodos bis unoquoque anno à Niceno Concilio A. 325. ob mutuam Epiſcoporum concordiam, & Eccleſiæ utilitatem, tantopere commendatas, reſtitui curavit. Concilium Epaonenſe (oppidum propè Viennam (*e*) A. 517. indicavit, & plura Eccleſiæ dignitati & ſanctitati utilia & neceſſaria, cum multis Provinciarum Viſuntii, Lugdun. Tarentaſiæ, Ebreduni (vulgò *Ambrun*) & aliarum, Patribus ſociri ſtuduit, cui dicto Concilio præfuit, ut Metropolitanus potiùs quam ut Primas & Diœceſanus. Subſcripſit primo loco *Avitus* ac deindè *S. Viventiolus* Epiſcopus Lugdunenſis, quem ex Monacho inſignis Abbatiæ *Condati* (f) in ſucceſſorem S. *Veram* AVITUS unxerat.

In Univerſalem Eccleſiam protendebatur ardens *Aviti* zelus: tam enim ſuo quàm omnium Galliæ Epiſcoporum nomine, à quibus rogatus fuerat, conſtanter adhæſit partibus *Symmachi*, quem in Summum Pontificem legitimè & canonicè aſſumptum eſſe incredibili vigore propugnavit, excluſo *Laurentio* Antipapâ, cujus electionem ratam haberi debere dicebant Italiæ Epiſcopi Summo Pontifici HORMISDÆ, *Symmachi* ſucceſſori, charus fuit, & cum ipſo ſæpius egit ut ad verum & integrum pacis & unitatis vinculum revocaret Eccleſiam Romanam & Eccleſiam Conſtantinopolitanam inter ſe longo jam intervallo diviſas, ob condemnationem Patriarchæ *Acacii*, à quadraginta & amplius annis anteà Sede depoſiti, & excommunicati à FELICE *III.* quia Eutychianorum Hæreſim profitebatur, & cujus tamen commemorationem & nomen in dedecus & irreverentiam Sedis Romanæ in Dypticha Orientalium Eccleſiarum retinebant,

Interea *Sigiſmundus*, qui poſt Arianæ impietatis abjurationem plura ſinceræ pietatis, ac chriſtiani fervoris exempla præbuerat, filium ſuum *Sigerium* vel *Sigiſricum*, quem *Avitus*, unà cum ejus ſorore, poſteà THEODORICO Francorum in Auſtraſiâ Regi nuptâ, ab Hæreſi Arianâ ad Catholicam fidem addixerat, & quem *Sigiſmundus* ex primâ uxore, filiâ *Theodorici* Italiæ Regis procrearat, crudeliter necari juſſit ſuadente Reginâ, ſuâ ſecundâ uxore & injuſtâ Novercâ. Sed *Sigiſmundus* increpationibus & ſermonibus *Aviti* fractus & compunctus, de ejus conſilio in Monaſterium Agaunenſe Diœceſis Sedunenſis in Valeſiâ (*de Sion en Valais*) quod fundaverat *Avitus*, vel de novo reſtituerat, quod poſtea ſortitum eſt vocabulum *Sancti Mauritii*, ſeceſſit *Sigiſmundus*, ibique in ſacco & cinere, pœnitentia & lacrymis, (*g*) pretioſam in conſpectu Domini mortem meruit adiſpici. Incidit enim in manus CHLODOMIRI Regis Aurelianenſis, qui ei adverſabatur, & cujus juſſu crudeliter necatus eſt cum uxore & ſuis filiis A. 521. (*h*) Et paulò poſt obiit *Avitus* 5. Februarii A. 523. (*i*) alii 524 vel 525. (*k*) alii dicunt 527 (*l*) Erat tunc temporis Vicarius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ in Galliâ Narbonenſi, eminens plus quàm triginta quatuor annis in continuâ Paſtorali curâ & innumeris ſollicitudinibus. Ejus feſtum veneratur Eccleſia Romana V Februarii, & XVII Junii memoriam agit ejus inſtallationis in Cathedrâ Viennenſi.

* Hæc *Adrian. Baillet* in Vitis Sanctor. ad diem V Febr.

Quamplura poſteritati noſter *Avitus* reliquit Scripta, quæ pietatem non minus quàm doctrinam redolent, quamvis ſint parum ingenioſa ac nobilia: ejus enim ſtylus durus eſt, obſcurus & aliquandò implicatus (*m*). De acumine ejus in pangendis verſibus, hæc Celeb. *Olaus Borrichius* (n): *Poeta erat elegantiſſimus, ut miremur avo tam rudi (intravit enim quoque ſeculum ſextum) venam adeò doctam & expeditam.* Virtutes ejus eximias deſcribit Epitaphium illius, ſanè, pro Sæculi iſtius genio, non contemnendum, quod apud *Baronium* reperitur ad A. 526. Nos ſpeciminis gratiâ verſus illius aliquot ſubnectemus:

Exue ſollicitas de triſti pectore curas:
Nam quem plena fides, celſa quem gloria mentis,
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennant
Nil ſocium cum morte tenet. Quin proſpice Sancti
Geſta viri. Primum &c. (o)

SCRIPTA quæ extant:

1. *De Mundi origine, de origine peccati, de ſententiâ Dei, de Diluvio, de tranſitu Maris Rubri Libb. V.* inſcripti: *Poemata de Moſaica Hiſtoria geſtis*, verſu Hexametro conſcripti, ad *Apollinarem*, *Sidonii* filium, & in ſede Arvernenſi ſucceſſorem, nuncupati.

2. *De Laude Virginitatis, vel de Conſolatoriâ caſtitatis laude ad Fuſcinam ſororem, Virginem Deo ſacratam.* Libellus Heroico carmine compoſitus ſic incipit:

Suſcipe complectens Chriſto digniſſima Virgo
Alcimus iſta tibi qua mittit munera frater. &c.

» Hujus Authoris, inquit *Adr. Baillet* (p), ex»tant Poëmatum Libb. V ad *Moſis* Hiſtoriam u»nicè pertinentia, quos *Phil. Brietius* (q) Jeſui»ta, tam ingenioſè elaboratos, & ſolerter inſtructos »eſſe aſſerit, ut ſeculo feliciori, minuſve barbaro »noſter naſci meruerit.» Cui planè aſſentitur Celeb. *Olaus Borrichius* (ubi infra cit. (*n*) qui Noſtrum tanquam elegantiſſimum Poëtam recenſet, ita ut *Venam adeo doctam & expeditam ingreſſam fuiſſe ſeculum VI mirari debeamus.* Utrique accedit etiam Erud. *Gaſparus Barthius* (r); ſed noſtri Opera, licèt docta, plurimis adhuc pullulare mendis exiſtimans, (ut veri perfectique Proteſtantis nomine gauderet) has ex Monachorum infidelitate procupiſſe contendit.

Poëmata illa primus è Præceptoria ſui *Philippi Beroaldi* Codice vulgavit *Joannes Adelphus Mulingius* Argent. 1507. cum Præfatione, in quâ nunquam antè a Calcographis diſſeminatum *Avitum* teſtatur. Hinc *Martinus de Werdena* Colon. 1508. tum *Pariſ.* 1509. 8. poſtremò *Lugduni* 1536. 12. curâ *Joannis Gagnæi* Pariſienſis (*s*) quam innumera locis, præcipuè in Libris poſterioribus depravatam, & quinquaginta propè Verſibus interpolatam agnoſcit *Sirmondus*

[d] *Cheriêr* ubi inf. p. 586. [e] De Concilio illo vid. *Nicol. Chorier* Hiſtoire du Dauphiné p. 581 & Diſſertationem de hoc Concilio in *Diar. Trevol.* A. 1715. p. 232.

[*f*] Dicta poſt-à S. Eugendi tunc S. Claudii, in deſertis Montis Jurati ſeu Mont-joux [*g*] Ejus memoriam colit Eccleſia Romana ad diem 1. Maii Vid. *Baillet*.

[h] *Baillet* in Vita *Aviti*. [i] *Cave* Hiſt. Litter. p. 297. & *Acta Sanctorum* ſup. cit. *Du Pin* in Bibl. Auth. Eccleſ. Tom. V. p. 5.

[k] *Baillet* ibid. [*l*] Diction. *Morer* p. 669. [m] *Du Pin* ubi ſupra p. 9. [n] Diſſert. 2. de Poët. Latin. p. 70.

[o] *Cave* ubi ſuprà. [p] *Jugem. des Savans* Tom. IV. p. 245. [q] Lib. 4. de Poet. Lat. p. 58. [r] Lib. 10. *Adverſar.* cap. 16. col. 488. [s] Joan. Alb. Fabricius *Biblioth. Lat.* Tom. 2. p. 233.

mondus (t). Ab eo autem tempore *Avitum* cum notis ſuis edidit *Meneadus Molterus* Auguſtanoa *Baſil.* 1536. 1545 & 1546.

Hanc verò ultimam Editionem ſe vidiſſe dicit *Fabricius* inf. cit. emendatam manu Viri Eruditi ex Codica MS. *Lugd.* 1536. 8. ax recenſione laud. *Joan. Gagnei*, onà cum *Villare* ſeu *Victorino* Maſſilienſi *Lipſ.* 1604 8, cum caſtigationibus *Joach. Zehneri* Superintendentis Schleuſingenſis, qui uſua eſt MS. inſigni Fuldenſi.

Georgius verò *Fabricius* Chemnicenſis, Lutheranus, atque antiquiorum Editionum Bibliothecæ PP. Collectores, iterùm, ex Editione jam dictâ Lugdunenſi *Joan. Gagnei*, vulgarunt Opera *Aviti* Baſil. 1567 8. Porrò eadem Poëmata extant in Appendice Bigneanâ *Pariſ.* 1624. p. 590. & in Collectiona Poëtarum *Georgii Fabricii*, quæ non abſqua ſuperiorum axamine & permiſſu legenda ſunt (*u*). Aa longè plura ab *Avito* verſibus deſcripta fuiſſe conſtat ex ipſius Epiſt. ad Apollinarem fratrem (*x*).

3. *Epiſtola LXXXVII. ad diverſos, aliorumque ad ipſum.* Gregorius Turonenſis (*y*) teſtatur *Avitum* rogante *Gundebalde* Rege ſcripſiſſe contrà Hæreſim, *nihil Divinitatu habuiſſe Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum.* Quæ ferè, ait idem Author, continentur in Epiſtol. XVIII ad Gundebaldum. Porro *Avitus* (exigente eodem Rage) Epiſt. II & III confutavit Hæreſes Eutychianorum, Neſtorianorum, Photinianorum, & Bonoſiacorum. Sed præſertim contrà Arianam Hæreſim decertavit integris Libris, quorum aliquot, fragmenta extant in ejus Operibus à laud. *Sirmondo* ut diximus, publicatis, & quæ *Baronius* periiſſe arbitrabatur (*z*). Harum autem omnium *Aviti* noſtri *Epiſtolarum* meminit, & præcipuarum tradit Analyſin *Elias Du Pin.*

4. *Homilia de Rogationibus* quæ aum *Epiſtolis* ejuſdem aliquot habetur in Edirione Poëmatum *Lugdunenſi* 1536, & reperitue recuſa inter *Monumenta SS. PP. Orthodox.* p. 1777. *Baſil.* 1596.

5. *Homilia de eodem argumento.* Hana ex Codice MS. Majoris Carcuſiæ excerptam & accuratiorem cum Admonitione prævià adiderunt Doctiſſ. *Edmund. Marteus* & *Urſin. Durand* in Theſaur. Anecdot. Tom. V. p. 47. *Pariſ.* 1717.

6. *Homiliarum VIII fragmenta.*

7. *Opuſculorum, in quibus D. Pauli Epiſtola citantur fragmenta.* Quæ omnia *Aviti* memorata Opera (excepro n. 5.) vel tum primùm edita, vel emendata, Notiſque illuſtrata per *Jac. Sirmondum* prodierunt *Pariſ.* 1643. 8. & exindè in Bibliot. PP. Lugdunenſi 1677 Tom. IX. p. 560.

8. *Epiſtola IV. & feagmenta aliquot*, à *Steph. Baluzio* adita *Miſcellan.* Tom. I. p. 355. (*aa*) & in Oper. *Sirmondi* Tom. II.

9. *Collatio Epiſcoporum, præſertim Aviti coram Rege Gundebaldo adversùs Aeianos.* Extat apud *Luc. d'Achery* Spitileg. *Tom. V.* edit. 4. *Tom. III.* fol. & inter Opera *Sirmondi* Tom. II.

Opera MSS.

In antiquiſſimi Libri reliquiis Celeb. Viri *Jac. Aug. Thuani* Luteriæ aſſervabantur plurium Homiliarum *Aviti* feagmenta. Una *in Converſione Sigiſmundi Burgundiorum Regu filii*, dicta Lugduni poſtridiè quam ſoror ipſius ex Arianâ Hæreſi eſt recepta. Altera *in Baſilicâ Agaunenſium in innovatione monaſterii ipſius*: tertia *in inſtaurationes Baptiſterii in civitate Viennenſi*: quarta *in Baſilicâ S. Petri, quam S. Epiſcopus Tarentaſia condidit*: quinta *in Dedicatione Baſil. Genevenſis, quam hoſtes incenderant*: & aliæ quæ vel inſcriptionibus ipſis nimium quantum ſui deſiderium excitant, ut & reliquorum *Aviti* operum *Aub. Miræus* teſtatur ad *Sigebert.* de Script. Eccleſiaſt. *Cap.* 22.

Adde quod *Sirmondus* ſuprà laod. ſe nonnullis in Bibliothecis reperiſſe teſtatur *Alcimi Aviti Metrum in Exodum* Verſus continens MCCCCXXVII. *in Leviticum* CCCVIII. *in Numeros* DCXXCIX. *in Deuteron.* CCXXCVII. *in Lib. Jeſu* Nave CCCCLII. *in Lib. Judicum* DCXCV. Sed in tribus quæ viderit MSS. fuiſſe mendis rudes atque impolitos, ut evulgare religioni duxerit (*bb*) in ſupra relata editione *Pariſ.* 1643.

Scripta Deperdita:

1. *Homiliarum de Mundi Principio.*

2. *Epiſtola quamplurima.* Novam enim Epiſtolarum Libros ævo ſuo ſuperfuiſſe teſtatur *Gregorius* Turon. *lib.* 2. *c.* 4.

4. *Dialogus contra Hæreſin Arianam ad Gundebaldum Regem.*

4. *Contra Neſtorii & Eutychis errores* Libb. II. quos *Gundebaldi* Regia ſuaſu compoſuit.

5. *Contra Fauſti errores de Gratiâ & Libero Arbitrio Liber.* Cave *ubi ſup.*

[t] Vid. Præf. *Sirmondi* in *Aviti* Opera, ubi *Gagnæum*, præter alia quæ paſſim pro arbitrio mutavit, quingentos penè verſus de ſuo intruſiſſe pro Avitianis aſſerit. [u] Index Libr. prohibit. Roman. p. 437. [x] Extat in *Sirmondi* Edit. Pariſ. 1643 8. [y] Hiſtor. Francorum *Lib.* 2. *Cap.* 34. [z] Vid. *Ant. Pagi* Crit. Baron. ad An. 494. p. 447. [aa] *Cave ubi ſupra.*

(bb) *Fabricius ubi ſuprà.*

AULA (*Jacobus*) Natione Gallus, claruit circa annum 1537. & Gymnaſio Navarræo Pariſienſi adſcriptus eſt. Hinc variis diſtentus negotiis, anno dumtaxat 1547. Licentiæ gradum obtinuit. Indè factus ſuo tempore Magiſter, Autiſſiodorenſium (vulgò *d'Auxerre*) Canonicorum ſodalitium intravit.

Ex antiquis Eccleſiæ, & veterum Authorum Commentariis *Epiſcoporum indicem* contexuit, quem *Antonius Demochares* ſive *de Mouchy* Theol. Doctor Pariſienſis (*a*) ſuis *de divino Miſſa ſacrificio* Operibus juris publici fecit. Hunc *Joann. Launoius Hiſt. Academ. Pariſ.* in Tom. 2. p. 740.

[a] Obiit ille A. 1574. Opus ejus *de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſacrificio Miſſæ*, editus eſt *Pariſ.* 1570. & *Antverp.* 1573. 8. Vid. *Le Long* Bibl. Hiſt. Gall. n. 287.

AULBER (*Joan. Chriſtophorus*) Germanus, Lutheranus, A. 1717 ſpecialis Superintendens, Germanico idiomate edidit *und Pfarzers Zukirchheim Unter Zeck, Preſsburgiſches Denckmahl.* Tobingæ 1711. in 12. * *Pregizer* Suev. & Wirtemb. ſacra p. 172. & 421. ubi *de Theologia Practica.*

AULISIUS (*Johannes Dominicus*) Italus, Neapolitanus, Doctor Theologus, Canonicus Archiepiſcopatûs, Collegii Theologici Magiſter, Claruit Sæculo XVII & edidit

Inſtitutionem adjuvandi Morientes ſive naturali cadane, ſive morte violentâ. II. Part. *Neapol.* 1632. 4. * *Toppi* Bibl. Neapol. p. 143.

d' AULMONT nationa Gallus, Ord. Minorum, alaruit Sec. XVII & Edidit

1. *Doctrinam Theologorum Lovanienſium oppoſitam Declarationi Cleri Gallicani.* Leodii. 1683.

2. *Collectionem Actorum Concilii Conſtantienſis.* Ibid. 1685. 1686. & 1687. * *Du Pin* Tab. des Auteurs Eccleſ. p. 2679.

AUNI (*Abraham*) Syro-Neſtorianus, Sec. IX. filius *Noe* vel fil. *Auni* cognomento *Suroe*; quum *Bochtjeſus* Medicus *Theodoſium* aono Hegiræ 238. Chriſti 852. in Patriarcham Neſtorianorum ipſo reluctante ordinari curaſſet, *Motuacchelum* Chalipham, cui inprimis acceptus erat, inſtigare non deſtitit, donec *Bochtjeſum* quidem exilio mulcraret, *Theodoſium* verò Patriarcham Neſtorianorum, in carcerem detruderet, in quo uſque ad obitum *Joan. Meſue* manſit. Tum verò *Motuacchelus* eam in Chriſtianos perſecutionem excitavit, quæ ab *Amro* in vitâ *Theodoſii* deſcribitur.

Scripſit

Scripſit Syriacè *adverſus Judæos Tractatum* de quo hæc *Abulbarcatus* Cap. 7. de Script. Eccleſ. *Abraham Auni filius, Sutor, edidit Librum in Capita 127. diſtributum, in quo ſolvit dubia, quæ à Judæis proponuntur, ut probent Chriſtianorum Libros ſibi repugnare.* Extat in Bibliot. Vatican. Cod. MS. Arab 31. & 172. hoc titulo prænotatus: *Liber ſolutionis dubiorum & Apologia adverſus repugnantem Judæum, authore Abrahamo Ben Aun Neſtoriano.* Opus in tres partes dividitur: quarum prior continet Capita 36. Altera totidem 36. tertia denique Capita 55.

* *Aſſeman.* Bibl. Orient. *Tom. III. p.* 509.

AVOGADER *Vid.* ADVOCATUS.

AVOGADRA (*Ludovica*) ſoror Ord. Prædicat. in Vercellenſi Ordinis Sacro Gynæceo ſanctimonialis circa initia Seculi XVII. vivens, ex voto in graviori, ex qua vitæ periculum incurrerat, infirmitate concepto, ſcripſit anno circiter 1608. *Gratias plures ope B. Aemiliæ ordinis S. Dominici à Deo impetratas*, quas legere eſt in Actis SS. T. VII. Maii p. 563. Cap. 5. Vitæ dictæ *Aemiliæ*. Hæc *Echard.* in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 843.

AVONIUS (*Dionotus*) natione Anglus, vir ſanctitate vitæ, & eruditione celebris, Eremit. S. Auguſtini alumnus, claruit circà finem VI & initium VII Sæculi. Virtutum meritis ita exigentibus, in celeberrimo Banchorenſi Monaſterio factus eſt Abbas, vel ut ita dicam, Archi-Cœnobiarcha; nàm in eo Cœnobio uni Abbati ſemper parebant ſaltem 2100. Monachi, uti poſt Ven. *Bedam*, omnes penè Hiſtorici teſtantur. Hic cum multis aliis Doctoribus, & ſeptem Britannorum Epiſcopis, A. 603. venit ad Synodum quam in Provinciâ Wigornienſi convocavit *S. Auguſtinus* (a) Anglorum Apoſtolus, contra errores Britonum, ubi acriter utrimque diſputatum eſt.

Tandem cum 1200. aut circiter Monachis ipſe *Dionotus Avonius* propè Ceſtriam, ab *Ethelfredo* Northumbriæ Rege è medio ſublatus eſt anno 603.

SCRIPSIT maximè ad Synodum Victorum:

1. *Defenſorium Jurisdictionis Sedis Menevenſis.*
2. *De conſervandis Britannorum Ritibus.*
3. *Diſputationes.*
4. *Orationes & Epiſtolæ.*
5. *Comment. in Sacram Scripturam.*

Et alia quædam, inquit *Elſſius* Encomiaſt. Aug. p. 268.

[a] De illo ſupra *p.* 774. *b.*

AVONIUS (*Joannes*) Anglus, Northamptonus, in Comitatu ejuſdem nominis, & in ejuſdem oppidi conventu Carmelita, claruit circa medium Sæculi XIV. regnante EDUARDO III. Vir alioquin multiplici rerum ſcientiâ valdè inſtructus, Theologiæ Doctor & Profeſſor, in Mathematicis ſcientiis longè aliis tunc temporis præſtantior. Obiit circa A. 1350 & ſepultus eſt in ſuo Conventu.

SCRIPTA:

1. *Eccleſiaſticum Calendarium perpetuum* quod hujuſce generis opus primus confecit, ut ait *Dan. à Virgine Maria* in Specul. Carmelit. Tom. II. p. 1117.
2. *Mathematica nonnulla.*
3. *Conciones aliquot.*
4. *Annulus Philoſophicus* quem ſpecioſo Tractatu elucidavit *Ricardus Maydeſton* Carmelita, Theologiæ Doctor, fecitque Canones in eundem.

Joan. Baleus de Script. Britan. Cent. V. n. LXXV. *p.* 489. refert quod noſter multa alia ſcripſerit, quorum imperfecta fragmenta remanent ſine titulo.

AVOST (*Hieronymus* d') natione Gallus, Lavallii propè Vitriacum (vulgò *Vitray*) in Armoricâ ſeu Britanniâ minori circa An. 1558. natus. Regius erat adminiſter Dominæ *Margarethæ*, Navarræ Reginæ, Sororis HENRICI III. Ex eo quædam habentur Gallicæ Verſiones; quas A. 1584. ætat. 26. jam dederat in lucem.

1. *Le Dialogue des graces & excellences de l'homme, enſemble de ſes miſeres & diſgraces.* Paris 1583. in 8. Hoc eſt: *Dialogus de gratiis & excellentiis hominis, ſimul & de ejus miſeriis & infortuniis.* Ex Italico *Alphonſi de Ulloa* Hiſpani in Gallicum ſermonem tranſlatus.

2. *Quaterna aliquot de morte Carmina* Pariſiis impreſſa.

3. *Les Elites & les plus belles fleurs, recueillies de toutes les Oeuvres ſpirituelles du R. P. Frere Loys de Grenade de l'Ordre des FF. Preſcheurs* &c. Hoc eſt: *Elegantiores & ſelectiores flores collecta ex omnibus Operibus ſpiritualibus Ludovici Granatenſis Ord. Prædic.* MSS. ex Italico in Gallicum ſermonem tranſlatæ.

4. Alia item ſcripſit, & eleganter vertit, uti de Latino & Italico idiomate in Gallicum, plura *Franc. Petrarchæ* Poëmatia (vulgò *Sonnets*) Pariſ. 1584. quibus aliquot à ſe compoſitos verſus ſubjunxit &c. Hæc *La Croix Du Maine* p. 168. & 487. & *Ant. Du Verdier* Bibl. Franç. p. 564

Cæterùm neuter *Hieronymum* hunc ulli Ordini regulari accenſet *Ambr.* enim *Altamura* halucinatus eſt, qui in Bibl Domin. ad A. 1574. ſuis primus aſſeruit, ab *Echardo* emendatus, qui illum inter Scriptores Ordini ſuo falsò adſcriptos memorat ad A. 1584. p. 340. ubi *Poſſevinum* (in *Appar. Sac* p. m. 740.) ſecutus, *Auguſtum* vocat, vernaculè *d'Aouſt*, licèt *Verderius* & *Cracius Cenomanenſis*, (uterque in ſuâ Bibl. Gall.) ſcribant *d'Avoſt*.

AURAI (*Khalil*) Mahometanus, Scripſit quandam *Exhortationem ad Pœnitentiam*, ſeu Librum qui inſcribitur *Beſcharat al mahboub fi tekfir al dhonoub.* id eſt Gaudium magnum amico evangelizatum de peccatorum ſuorum expiatione * *Moreri* p. 675. ex *d'Herbelot* Bibl. Orient.

AURATUS ſive DEAURATUS Gallicè DORE' (*Petrus*) natione Gallus claruit Sec. XVI Aureliæ (a) natus eſt circà annum 1500. Adoleſcens ingenioſus Ordini Prædicatorum in Conventu Bleſenſi (vulgò *Blois*) nomen dedit A. circiter 1514. Poſteà Pariſios miſſus, egregiâ indole, pietate non fucatâ, eruditione à ſtudio indefeſſo, ingenuaque felicitate ac elegantiâ omnium ſibi conciliavit gratiam. Emenſis deindè omnibus ſcholaribus ſolitis agonibus ſummâ cum laude, Laureâ Doctorali A. 1530. in Sacra Pariſ. Facultate eſt donatus. Diutiùs in Gymnaſio San-Jacobæo Pariſ. Regentem ſtudii egiſſe ferunt acta Congregationis in Comitiis Dinani A. 1539. Poſteà, ſcilicet 1545, cum eſſet à longo jam tempore Prior Conventûs ſui Bleſenſis, in Capitulo Cenomanenſi ſecundus Definitor ſedit. His intereà muneris non obſtantibus, Eccleſiæ, tunc temporis laboranti, Miniſtrum ſe præbuit verbo, ſcriptove utiliſſimum. Conciones, ſummo cum plauſu, in præcipuis Regni & Regiæ urbis templis habuit. Proteſtantes tum per Galliam graſſantes, infenſiſſimus eorum hoſtis, egregie revincens. Magnatibus & populis admirationi ſe præbuit. *Claudio à Lotharingiâ* primi Guiſiorum Ducis, ejuſq. conjugis *Antoniæ Borboniæ* Ducis *Vindocinenſis* filiæ allectus fuit Eccleſiaſtes & Conſcientiæ utriuſque Arbiter, quibus poſtquam manè populo per quadrageſimam prædicaverat, ſæpiùs ſerotinis horis collationem in eorum ſacello Spiritualem iterum habebat. Toti illi illuſtriſſimæ familiæ, imprimis *Carolo* Archiepiſcopo Remenſi Cardinali *à Lotharingiâ* nuncupato, ejuſque fratri *Ludovico* Trecenſi Epiſcopo in pretio habitus & carus. Nec defuit illi HENRICI II. Chriſtianiſſimi Galliæ Regis, Catharinæ *à Medicis* ejus uxoris & Reginæ, ac totius Regiæ familiæ ſingolaris gratia & benevolentia: ab illis enim libenter audiebatur, quibus & quædam opera dicavit.

(a) Vid. inf. n. 6. in Scriptis Gallicis.

Ab aliquot jam annis erat Prior Conventûs Catalaunenſis, (*Châlons ſur Marne*) cùm in Priorem Domus Magnæ Vallis-Caulium, (*le Val des Choux en Bourgogne*) quæ domus eſt Caput Ordinis ſub Ciſtercienſium veſte & uſibus Deo ſervientis, fuit electus & inſtitutus. Habitum tamen Dominicanum non depoſuiſſe auguratur *Echardus*, quòd identidem pluries per annum Catalaonum in Conventum ſui Ordinis accedebat, ubi & cubiculum ſemper ſibi ſervavit & ædem Libris ſuis reponendis, ſeu Bibliothecam à fundamentis erexit, & alia beneficia non pauca contulit. Demùm abdicato Prioratu, Pariſios rediit ac in Conventum San-Jacobi ſeceſſit, Libris ſuis recognoſcendis, iiſque iterum ac novis edendis omnem inſumens operam: ubi tandem & vivendi & ſcribendi finem invenit, & ſepultus eſt ſub Analogio in quo canitur Evangelium. Diem & annum mortis ejus, quem cæteri omnes ſilent, prodit Martyrolog. Catalaunenſe, in quo ſic legitur: *Die XIX Maii obiit Pariſ. anno 1569 in feſto Aſcenſionis Domini horâ Meridianâ Vir fide & moribus ornatus Magiſter Petrus Auratus, Bleſenſis & Facultatis Pariſienſis Doctor famoſiſſimus. Hic multos dedit libros communi librariæ hujus Conventus Ordinis F. F. Prædicatorum. Orent pro eo.*

SCRIPTA LATINA:

1. *Paradoxa Petri Aurati Doctoris Theologi Ordinis Prædicatorii, ad profligandas Hæreſes ex D. Pauli Apoſtoli Epiſtolis ſelecta, mulctabilibuſque Sanctorum Patrum teſtimoniis firmata.* Pariſ. 1543 in 8. Ad calcem adjecit *ad Philoſophiæ Chriſtianæ Candidatos in Pariſienſi Cœnobio exhortationem*: in quâ ſe D. Pauli Epiſtolas ſuperioribus annis omnes in Pariſienſi San-Jacobæo Gymnaſio interpretatum eſſe aſſerit. Opus *Franciſco* Cardinali à *Turnone* nuncupatum.

2. *Adunatio præcipuarum materiarum ſparſim contentarum in diverſis locis Epiſtolarum D. Pauli Apoſtoli* &c. Pariſ. 1555 in 16. & 1557. in 16. Quam opellam primus delineavit *Dionyſius* Carthuſianus, *Petrus* verò noſter auxit & illuſtravit.

SCRIPTA GALLICA:

1. *Les allumettes du feu divin pour faire ardre les Cœurs humains en l'amour & crainte de Dieu.* Pariſ. 1538. in 16. Et pluries deinceps cum ſequenti. Hoc opus Latinè redditum fuit & editum hoc titulo: *Scintillæ divini amoris*, hoc eſt, *Fabrile redemptionis noſtræ exercitium* &c Colon. 1605. 1611. in 12.

2. *Les Voyes de Paradis enſeignées par Noſtre Sauveur Jeſus-Chriſt en ſon Evangile.* Lugd. 1537. *Pariſ.* 1538. ibid. 1540. iterum *Lugd.* 1586. *Rotomagi* 1610. ubique in 16. & cum ſuperiori Latinè prodiit ſub hoc titulo: *Octo viæ ad Cœlum ſive Octo Beatitudines.* Colon. (*b*) 1611. & 1617 (*c*) in 12.

3. *L'arbre de Vie appuyant les beaux lys de France, où ſont mis en lumiére les hauts titres d'honneur de la Croix, avec les Odes & Complaintes* &c. Paris. 1542. 8. Hoc eſt: *Arbor vitæ fulciens præclara Galliæ lilia, in quo elucent inſignia Crucis cum Odis & Planctibus.*

4. *L'Image de vertu demontrant la perfection & ſainte vie de la B. Vierge Marie mere de Dieu par les Ecritures tant de l'ancien, que du nouveau Teſtament.* Pariſ. 1540. 1549. 1559. 1561. 1569. 1588. in 8. Hoc eſt: *Imago virtutis, perfectiones & ſanctam vitam B. Virginis Mariæ Matris Dei demonſtrans per Scripturas tum Veteris tum Novi Teſtamenti.*

5. *Le College de ſapience fondé en l'univerſité de vertu, auquel s'eſt rendue écoliére Magdelaine diſciple & Apoſtole de Jeſus* Paris. 1539. 8. 1546. 16. 1556 (*d*) in 16. Duaci, Belleri 1598. 12. Opella Latinè ab Anonymo reddita prodiit hoc titulo: *Collegium Sapientiæ fundatum in univerſitate virtutis* Colon. 1610. 12.

6. *Le Livre des divins Benefices, enſeignant la maniere de les reconnoitre. Avec l'information de bien vivre & la conſolation des affligés, ſelon qu'il eſt contenu au Pſalme XXXIII. de David qui ſe commence* Benedicam Dominum. *Pariſ.* 1544. 8. Hoc eſt: *Liber divinorum Beneficiorum, docens modum gratitudinem noſtram teſtandi, unà cum informatione ad piè vivendum, & conſolatione afflictorum, ut enunciatur in Pſalmo XXXIII &c.* Ad calcem hujus Operis *Petrum Auratum* Aurelianum ſe dicit, ac profeſſione Bleſenſem. Hinc refelluntur *Valerius Andreas* & *Franciſcus Sweertius* qui ortu Belgam nullo documento comminiſcuntur (*e*). Vid. infra n. 27.

7. *Dialogue inſtructoire des chreſtiens en la Foy, Eſperance & Amour en Dieu.* Pariſ. 1542. 16. Hoc eſt: *Dialogus inſtruens Chriſtianos in Fide, Spe & Amore ergà Deum* Adjecit *La Paſſion de Jeſus ſuivant les quatre Evangéliſtes*: Pariſ. 1566. 16. Hoc eſt: *Paſſio Jeſu ſecundum quatuor Evangeliſtas.* Tractando de Sacramento Pœnitentiæ rectam de contritione habet omninò Doctrinam: unde quænam illâ ætate in Facultate Pariſienſi vigeret, colligas.

8. *La deploration de la vie humaine, avec la diſpoſition à dignement recevoir le S. Sacrement, & mourir en bon Catholique: avec le Sermon Funebre fait ès Exeques de feu M. Philip. Chabot Grand-Amiral de France.* Pariſ. 1543. 1548. 1554. 1556. 1561. 16. Abbatiſſæ Fontis-Ebraldi (*Fontevraud*) in Diœceſi Pictavienſi, *Ludovicæ Borboniæ* Opella dicata. Hoc eſt: *Deploratio vitæ humanæ, cum diſpoſitione ad dignè accedendum ad S. Sacramentum: una cum Oratione funebri habita in Exequiis illuſtriſſ. D. Philippi à Chabot quondam in Galliâ Principalis Maris Præfecto.*

9. *Le Cerf ſpirituel exprimant le ſaint deſir de l'ame d'être avec ſon Dieu, ſelon qu'il eſt inſinué au Pſalme de David XLI. qui ſe commence*: Quemadmodum deſiderat cervus. Hoc eſt: *Cervus ſpiritualis continens deſiderium ſanctum animæ diſſolvi & eſſe cum Deo, ut inſinuatur in Pſalm.* 41. una edidit

L'addreſſe de l'égaré pecheur contenant l'expoſition du Pſalme L. Penitentiel, Miſerere mei Deus. *Pariſ.* 1544. 16. Hoc eſt: *Indicium peccatori devio continens expoſitionem Pſalmi L. Pœnit.* Miſerere. Priorem Opellam Abbatiſſæ S. Petri Remenſis ſorori *Renatæ de Lotharingiâ*, cujus ſe Patrem Spiritualem dicit, alteram verò Calenſi Antiſtiti Sor. *Renatæ Borboniæ* (ſcilicet ſup. laudatæ *Ludovicæ* Abbatiſſæ Fontis-Ebraldenſis nepti) nuncupavit.

10. *La Croix de Penitence enſeignant la forme de ſe confeſſer, avec le Cri du Penitent contenu au Pſalme penitentiel*, De Profundis clamavi CXXIX. *Pariſ.* 1545. 16. Hoc eſt: *Crux pœnitentiæ docens formam confitendi peccata, cum clamore pœnitentis prout continetur in Pſalm. pœnitent.*

11. *La premiere partie des Collations Roïalles contenant l'Expoſition de deux Pſalmes Davidiques, c'eſt a ſçavoir du XXIV & XXVI. En l'un le Chevalier errant cherche ſon bon chemin: en l'autre le Chevalier hardi ſuit la lumiere qui le conduit.* Pariſ. 1546. 16. Hoc eſt: *Prima pars Collationum Regalium continens Expoſitionem duorum Davidis Pſalm. ſcilicet XXIV. & XXVI. In uno, Eques errans bonam viam quærit: in altero, intrepidus Eques ſequitur lucem illum ducentem.* Claudio à *Lotharingiâ* Guiſiorum primo Duci dicat Opellam, ut cujus in præſentiâ Collationes illæ recitatæ: in eâ verò Epiſtolâ, ejuſdem Principis

(b) *Beeman.* Catal Bibl. Francof. p. 36.
(c) *Lipen* Bibl Theolog. Tom. II p. 898.
(d) *Du Verdier* Bibl. Franç. p. 1003.

(e) Ita quidem *Echardus*, at *Sweertius* in Athen. Belg. p. 612. (qui *Paulinatem* facit *Auratum* noſtrum,) teſtem adducit *Joannem Lorinum* ipſum Paulinatem in Chron. Belgico.

Principis ſe dicit Eccleſiaſten & à Confeſſionibus.

Seconde partie des Collations Royalles contenant le trepas du Roi des Chevalliers Chretiens, mort au lit d'honneur en la Croix, ſelon que David l'enſeigne au Pſalme XXI. Deus Deus meus reſpice in me : *Avec un nouvel office de deſponſation de la B. V. Marie.* Pariſ. cum ſuperiori 1546 16. Hoc eſt : *Secunda pars Collationum Regalium continens obitum Regis Equitum Chriſtianorum qui mortuus eſt honorificè in Cruce, prout David docet in Pſalmo XXI. una cum novo Officio deſponſationis B. M. V.* Dicat *Antonia Borbonia*, dicti Guiſia Ducis Conjugi, cujus & ſe dicit etiam Eccleſiaſten & à Confeſſionibus. Quæ Epiſtola dedicatoria ob plura facta hiſtorica relata lectu digna eſt. Ad preces piiſſimæ hujus Principis Officium illud deſponſationis B. M. V. ediderat, quod & illa feſtum à S. P. PAULO III. celebrandum concedi poſtulavit.

12. *La celeſte penſée des graces divines arroſée, ou ſont declarez les ſept dons du S. Eſprit & la maniere de les demander à Dieu.* Paris. 1543 1556. in 8. Hoc eſt ; *Cœleſtis cogitatio gratiarum divinarum rigata, in quâ declarantur ſeptem dona S. Spiritûs & modus ea à Deo poſtulandi. D. Margaretha* Franciæ FRANCISCI I. Regis filiæ unicæ nuncupavit. Opus ſane eruditum & omninò pium ac etiam elegans, ſi quid in ſtylo paululùm antiquato emendaretur.

Quæ hactenùs recenſita volumina, exceptis 3. & 11. ex Gallicis extant in Domo S. Honorati Pariſienſis Ordinis Prædicatorum.

13. *Le Pasturage de la brebis humaine, ſelon que l'enſeigne le Prophete David au XXII Pſalme* Dominus regit me. Hoc eſt : *Paſcua ovis humanæ prout docet David in Pſalmo XXII.* Adjungitur :

L'Anatomie & myſtique deſcription des membres & parties de N. Sauveur Jeſus-Chriſt. Paris. 1546. 1554. 16. Hoc eſt : *Anatomia & Myſtica deſcriptio membrorum & partium Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.*

14. *Les Triomphes du Roi ſans pair, avec l'excellence de l'Egliſe ſon Epouſe, & leur nobie lignée, ſelon que David l'enſeigne au Pſalme XLIV* Eructavit. Paris. 1548. 16. Hoc eſt : *Triumphi incomparabilis Regis cum excellentia Eccleſia ſua ſponſa & eorum nobili poſteritate prout David docet in Pſalmo XLIV.*

15 *La Conſerve de Grace requiſe par le Prophete David au Pſeaume XV* Conſerva me Domine. *Avec un doux Chant conſolatif de l'Ame fidele extrait de l'Ecriture Sainte.* Pariſ. 1548. 16. Hoc eſt : *Propugnaculum gratia requiſitum a Propheta David in Pſalm. XV. una cum dulci & conſolativo cantu fidelis anima excerpto ex Scriptura Sancta.*

16. *Cantiques deſchantés à l'entrée du très Chretien Roi Henri II. & de la Reyne ſa femme en la Ville de Paris l'an 1548, avec la Sympathie & accord des vingt Lettres Latines de l'Alphabet*, plus *Hymnes, Odes, Threnes & Cantique au même Autheur.* Pariſ. 1548. 16. Hoc eſt : *Cantica decantata in ſolemni ingreſſu Chriſtianiſſimi Regis Henrici II. & Regina ejus ſponſa in urbem Pariſienſ. an. 1548. Cum Sympathiâ & concordia viginti Litterarum Latinarum Alphabeticarum.* Item : *Hymni, Oda, Threni & Cantica ejuſd. authoris.*

17. *L'Arche de l'Alliance nouvelle, & Teſtament de nôtre Sauveur J. Chriſt, contenant la manne de ſon precieux Corps contre tous Sacramentaires Heretiques.* Paris. 1549. in 8. Hoc eſt : *Arca novi fœderis & Teſtamenti Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, continens Mannam pretioſi ſui Corporis, contra omnes Sacramentarios Hæreticos.* Editio elegans. Opus *Henrico II* Regi Chriſtianiſſimo nuncupatum, cujus Epiſtola ob acta relata digna quæ legatur

18. *Le Nouveau Teſtament d'Amour de Notre Pere Jeſus Chriſt ſigné de ſon Sang : Autrement ſon dernier Sermon fait après la Cene avec ſa Paſſion, où ſont confutées pluſieurs Hereſies.* Pariſ. 1550. in 8. Hoc eſt : *Novum Teſtamentum amoris Patris Noſtri Jeſu Chriſti* :

Aliter, *ejus ultimus ſermo habitus poſt Cœnam cum ſua Paſſione, in quo refelluntur multa Hæreſes.* Editio item elegans. Reginæ Chriſtianiſſimæ dicavit.

19. *La Piſcine de patience, avec le miroir de patience* : Pariſ. 1550. 16. Hoc eſt : *Piſcina patientia, cum ſpeculo ejuſd. virtutis.*

20. *Oraiſon panégirique pleine de conſolation pour très Haut & tres Puiſſant Prince Claude de Lorraine Duc de Guiſe decedé l'année 1550 : Avec la douce Muſique Davidique ouie en ſon Cantique CXXV qui commence* In convertendo. Hoc eſt : *Oratio laudatoria & conſolatrix habita in honorem Celſiſſimi & Potentiſſimi Principis Claudii à Lotharingiâ Guiſiorum Ducis, defuncti an.* 1550. *Unà cum ſuavi muſicâ Davidicâ auditâ in Cantico CXXV.* item : *Le Remede ſalutaire contre les ſcrupules de Conſcience.* Hoc eſt : *Salubre remedium contra conſcientia ſcrupulos.* Ambo *Pariſ.* 1550. 8.

21. *L'Obſervance de Religion Chretienne contenant l'Expoſition du Pſalme Davidique XXXVIII* Dixi, cuſtodiam vias meas. *Remis* 1554 8. Hoc eſt : *Obſervantia Religionis Chriſtiana continens expoſitionem Pſalm. XXXVIII.*

22. *Dialogue de la Juſtification Chretienne entre nôtre Sauveur J. C. & la Samaritaine.* Pariſ. 1554. 16. Hoc eſt : *Dialogus Chriſtiana Juſtificationis inter Salvatorem noſtrum J. C. & Mulierem Samaritanam.*

23. *La vie & mort chretienne extraite des Epitres de S. Paul contenant la doctrine plus neceſſaire à un Chretien de ſçavoir & pratiquer.* Remis, 1556. 8. Hoc eſt : *Vita & Mors Chriſtiana excerpta ex Epiſtolis S. Pauli, continens doctrinam Chriſtiano magis neceſſariam tum ſpeculativè tum practicè*

24 *La Victoire de toutes tribulations extraite de la Sainte Ecriture & des Docteurs de l'Egliſe.* Remis, Antverp. & Paris. 1558. 16. Hoc eſt : *Victoria omnium tribulationum excerpta ex S. Scriptura & Eccleſia Doctoribus.*

25 *La tourterelle de Viduité enſeignant aux Veſves comment doivent vivre en leur etat, & les conſolans en leur adverſitez, auſſi les orphelins* Remis, 1557. Pariſ. 1574. in 16. Hoc eſt : *Turtur Viduitatis indicans Viduis quomodo converſari debent in hoc ſtatu & eas in adverſis & etiam Orphanos conſolans.*

26 *Anti Calvin contenant deux deffenſes catholiques de la verité du S. Sacrement, & digne Sacrifice de l'Autel contre certains faux ecrits ſortis de la Boutique des Sacramentaires, Calviniſtes Heretiques, mis au vent, & ſemez par certains lieux de ce Royaume au ſcandale des fideles & puſilles : Avec un Traité de nature & grace fait par maniere de Dialogue pour appaiſer la Conſcience peureuſe à la mort.* Pariſ. 1551. 1568 in 8. Hoc eſt : *Anti-Calvinus continens duas aſſertiones catholicas pro confirmatione veritatis S. Sacramenti & digni Altaris ſacrificii contra quadam erronea ſcripta à Sacramentariis, Calviniſtis Hæreticis edita & in quibuſdam Galliæ locis diſſeminata non ſine magno puſillorum & fidelium ſcandalo.* Item *Tractatus de Naturâ & Gratiâ, in modum Dialogi, ad Conſcientiam timidam in articulo mortis ſublevandam* (f).

27. *Le ſecond livre des divins Benefices, ou eſt amplement explique le Pſalme Davidique CII.* Benedic anima mea. *Pariſ.* 1562. 8. Hoc eſt : *Secundus Liber divinorum Beneficiorum in quo prolixè explicatur Pſalmus CII.* Vid. ſupra n. 6.

28. *Les ſoupirs de l'ame fidele*, i. e. *Fidelis anima ſuſpiria* Pariſ.

29. *Dialogue entre le Samaritain & Dieu*, h. e. *Deum inter & Samaritanum Dialogus.*

30. *La Meditation devote du bon Chretien ſur le S. Sacrifice*

(f) *Adrianus Baillet* in Judiciis Eruditorum ubi loquitur de Satyris perſonalibus tit. *Anti*, omiſit hoc opus Autoris noſtri.

Sacrifice de la Meſſe Pariſ. 1544. 16. hoc eſt, *Meditatio devota Chriſtiani in ſanctum Miſſæ Sacrificium.*

32. *L'Eſperance aſſurée.* Pariſ. hoc eſt *Spes certior facta.*

32. *Le Paſſereau ſolitaire:* hoc eſt *Paſſer ſolitarius.* Pariſ.

33. *L'Oraiſon du Prophete David extraite du Pſalme LXXXVI. qui ſe commence* Fundamenta ejus, *Oratio David Prophetæ ex Pſalmo LXXXVI.*

34. *Oeuvres de penitence:* hoc eſt *Opera pœnitentiæ.*

Scripta inedita:

In Bibliot. S. Genovefæ Pariſ. extat Codex MS. Chartaceus in 8. numero M. 14. Titulus: *La fin du bon Catholique monſtant comme on luy doit aider à la mort, par Frére Pierre Dore Docteur en Theologie. Le ſage en ſon Eccleſiaſtique admoneſtant un chacun de ce qu'il doit faire devant ſa mort, ecrit ainſi* &c. Hoc eſt: *Veri Catholici finis, indicans quomodo et auxilium impendi debet in hora mortis; authore Fratre Petro Aurato Theologiæ Magiſtro; Sapiens in Lib. Eccleſiaſt. monens unumquemque quid ante mortem agere debeat ſic ſcripſ.* &c. Qui Tractatus dividitur in novem articulos ſic: *Les neuf ſpirituels medicamens pour le Chreſtien malade.* 1. *Exhortation.* 2. *Inſtruction.* 3. *Conſolation.* 4. *Confortation.* 5. *Inquiſition.* 6. *Collation des Sacremens* 7. *Oraiſon.* 8. *Benediction.* 9. *Commendation:* Hoc eſt: *Novem ſpiritualia Medicamenta pro Chriſtiano ægroto.* 1. *Exhortatio.* 2. *Inſtructio.* 3. *Conſolatio.* 4. *Confortatio.* 5. *Inquiſitio.* 6. *Collatio Sacramentorum.* 7. *Oratio* 8. *Benedictio.* 9. *Commendatio.* Qui Tractat. 92. p. continens in gratiam Parochorum & curam animarum gerentium Rectorum videtur ſcriptus.

Ex dictis patet quantum inter *Petrum Divelle* Ord. Prædicat. & *Petrum Doré* ſit diſcriminis, adeo ut quem ſibi aſſumpſit Alva *Pleytos de los libros* p. 268. Judex ambos illos eundem pronuncians hominem & Authorem, ex eorum genere ſe exhibeat, qui quæcumque ignorant blaſphemant. Aliam difficultatem, accuratus cæteroquin, nobis ingerit *Nicolaus Antonius* in ſua *Bibl. Hiſpan. Veteri* Lib. x c. 3. n. 123. *Valerium Andream Taxandrum,* inquit, *mihi author, Petrum Auratum Artejum Ordin. Prædicat. in Bibliotheca Belgica ex Theologiâ Raymundi Sebundi* (Toloſæ in Philoſophia Profeſſoris.) *concinnaſſe operis* Viola animæ *à ſe inſcripti ſeu potiùs dialogos: ſeptimus enim aliundè ſuit deſumptus, atque inter Mariam Virginem & Dominicum ipſum formatus* &c. Hic planè hallucinatus eſt *Antonius*, non enim *Petro Aurato* adſcribitur *Viola animæ* in Bibl. Belg. ſed *Petro Dorlando* Carthuſiano, quem *Aurato* Valerius Andreas immediatè ſubjicit. * Hæc *Echardus* in Script. Ord. Prædicat. *Tom. II. p.* 203. ad A. 1569.

AURATUS (*Joannes*) Natione Gallus, patriâ Lamovicenſis (vulgò *Limoges*) Poeta, Linguæ Græcæ Pariſiis Profeſſor Regius, clarus circà medium XVI & obiit anno 1588. Edidit innumera ferè innumera Carmina

In Pſalmos, à Joanne Matthæo Toxano verſibus Latinis impreſſos, Argumenta. Paris. 1575. 8.* *Le Long* Bibl. Sacr. p 620.

AURATUS vulgò DAURAT (*Franciſcus*) Gallus, Presbyter & Prior S. Illydii (vulgò *de Saint Alyre*) Eccleſiæ Lugdunenſis Familiaris, claruit Sec. XVII. Scripſit Gallicè

Le Cantique des Cantiques, expliqué dans ſon ſens litteral, id eſt, *Canticum Canticorum litterali ſenſu expoſitum* Lugduni, 1689. 1693. in 8. Vid. *Le Long* Bibl. Sacr. Tom. I. pag. 543. & Tom. II. pag. 620. & *Diar. Erudit. Pariſ.* Mart. 1694. p. 234.

AURBACH (*a*) malè AUSBACH (b) (*Joannes* de)

(*a*) *Trithem. de Script.* Eccleſiaſt. cap. 727. (*b*) Apud *Poſſevin.* in Apparat. Sac. p 819.

Germanus, Presbyter Eccleſiæ Bambergenſis, vivebat A. 1469. (*c*) Vir erat in divinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, ingenio clarus, ſermone Scholaſticus. Edidit laudandæ authoritatis opuſcola quibus memoriam ſui nominis poſteris reliquit; è quibus ſe vidiſſe tantum opus præclarum teſtatur *Trithemius*, ſcilicet

De Sacramentis Eccleſiæ Lib. I. incip. *Ad Laudem Dei Animarum.*

(*c*) *Poſſevin.* ubi ſup.

AURELIACO (*Durandus* de) Ord. Præd. natione Gallus, loco apud Arvernos claro (*Aurillac* vel *Orillac* vulgò dicunt) ortus, à quo & agnomen de mere ſortitus, vixit Sec. XIV. Domûs Claromontanæ fuit alumnus, & Pariſiis in Gymnaſio San-Jacobæo litteris divinis & humanis inſtructus. De eo ſic legitur in Actis Cap. gener. Trajecti ad Rhenum A. 1330. Maji 27 celebratis: *Aſſignamus ad legendum Sententias Pariſius iſto anno* F. Durandum de Aureliaco *de provinciâ Franciæ.* In Catal. Magiſtrorum Theologiæ poſt *Bernardum Guidonis* aucto in Cod. Carcaſſon. n. 91 recenſetur. In convocatione Magiſtrorum Sac. Facult. Pariſienſis apud Vicennas Dom. IV. Adventûs, d. 20 Dec. A. 1332 habitâ præſente Rege PHILIPPO VI *Valeſio* de celebri quæſtione tum vehementiùs agitatâ, *an animæ Sanctorum Deum clarè videant ante diem extremi judicii* (a) è Conſultoribus unus fuit, & diplomati eâ de re confecto d. 2 Jan. ſequentis anni cum aliis Magiſtris ſigillum ſuum appoſuit. Vid. *Hiſt. Univerſ. Pariſ.* Tom. IV p. 238. & *Spondanum* in Annal. ad hunc annum. Hunc eundem arbitratur *Echardus* (b), quem alii (c) *alterum*, alii (d) *juniorem* appellant, cum nullus alius hujus nominis in antiquis Ordinis monumentis memoretur, & ætas cæteraque conveniant. Imo & *Scegio* aſſentitur, cenſenti (*e*) illum enim eſſe, qui *Durandellus* a poſteris, forte & vivens, dictus eſt, ut diſtinguatur à *Durando de S. Porciano* paulò antiquiore, qui anno 1334 obiit. An verò huic aliâ cognatione quàm gentis & nominis conjunctus fuerit, ejuſque revera conſobrinus, ut vult *Luſitanus*, plane incertum judicat *Echardus*, & fruſtra jam quærendum. Ad quem annum pervenerit, variant qui de illo agunt, aliis annum 2380, aliis cum *Leandro* 1382 indicantibus, quod non impoſſibile videtur, etiamſi XL circiter ætatis ei dederis, cum anno 1330 ad legendas Pariſiis Sententias aſſignatus eſt.

Scripta:

In IV Libros Sententiarum & duo Quodlibeta. Sic *Leander* (f) Sed ubi ſerventur, nemo refert. At cùm, inquit *Echardus*, eum cenſeamus, quem *Luſitanus* & ſequaces, & ante illos omnes *Ludov. à Valleoleti* DURANDELLUM vocant, præſertim cum iſte non alium nominis *Durandi* laudet à *Durando de S. Porciano* diverſum, noſtro *de Aureliaco* hæc adhuc opera addenda. Sic habet *Valleoletanus.* F. Durandellus *fecit librum contra* Durandum, *eò quòd improbavit in aliquibus dicta B. Thomæ.* Incipit: *Sedens adverſus fratrem tuum loquebaris, & adverſus filium matris*

(*a*) Hanc movit quæſtionem *Joannes* Papa XXII in variis Concionibus: quâ de re legendus Cl. *Elias Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. XVI p. 31. edit. in 4.

(b) *Script. Ord. Præd.* ad A 1334. pag. 588

(c) *Leand. Albertus* de Viris illuſt. Ord. Præd. *fol.* 139. a.

(d) Anton. Senenſis *Luſitanus* in Bibl. *p.* 76. *Alph. Fernandez*, & *Ambr. de Altamura* in Bibl. Domin.

(*e*) Vid. *Annale Dominic.* in Præl. Tom I. menſe Aug.

(*f*) Idem opus tribuunt *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ p 73. *Durando* juniori, ei nimirum quem ex *Leandro* floruiſſe ait A 1382 Sed ab eo diſtinguit *Durandellum* ejuſd. Ord. qui ſcripſit contra *Durandum de S. Porciano* librum cujus initium eſt *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique* &c. quem *Bertrar* in Bibl. Capitulari Collegii MS extare teſtatur *Durandelli* quoque meminit *Conr. Geſnerus* in Bibl. ſuâ, ex *Raph. Volaterrano* Plur. *Coſim.* editione in Comment. ad A. 1320. p. 796. ubi de *Durando* juniore ſeu *Durandello* agit.

cum Examine Principiorum Fidei *Colon.* 1647. 1660 8.

De Purgatorio Doctrina fidei Catholicæ, ex S. Auguſtino, cum refutatione errorum Dorſchæi (15) *&c.* Germanicè *Hannoveræ* 1678. ſine nomine Auctoris, quem tamen eſſe *Nic. Stenonem*, Vicarium Pontificis, & Epiſcopum Titiopolitanum (16), ex teſtibus fide dignis perſuaſum ſibi habet Theologus doctiſſimus *Joh. Guil. Bajerus* (17) in Diſſert. *de Purgatorio Pontificiorum, utrum claris teſtimoniis S.* Auguſtini *ſolidè probari poſſit? Scriptori Anonymo Pontificio* (i. e. *Stenoni*) *appoſita*, Jenæ 1679. Vid. *Placc.* in Anon. n. 1770 p. m. 440.

De S. *Auguſtini* ſententiâ ſuper hæreticorum perſecutione diximus in Epiſtolis p. 749.

Auguſtini Hipponenſis & Auguſtini Yprenſis de Deo omnes ſalvare volente Homologiam edidit *Joan. Bapt. Sinnichius* Hibernus, Doctor Lovanienſis, poſt An. 1650 mortuus (18), vel juxta alios *Libertus Fromondus* de quo ſup. cit. (6) p. 768. a.

Les Sentimens de St. Auguſtin ſur la Grace oppoſez à ceux de Janſenius Pariſ. 1681. in 4. Autore *Joanne le Porcq* Oratorii Presbytero.

Epiſtola Abbatis ad Epiſcopum de conformitate S. Auguſtini cum Concilio Tridentino. Pariſ. 1650. in 4. Adverſus Cenſorem hujus Epiſtolæ edidit Abbas *de Bourzeys* Apologiam Concilii Tridentini & S. *Auguſtini.* Eod. anno prodiit Epiſtola Præſulis ad Baccalaureum de autoritate S. *Auguſtini.* Singula Gallicè ſcripta (19).

Petrus Labbeus, Jeſuita Arvernus, edidit breve Poëma Theologicum cui tit. *Elogium S. Auguſtini: Umbra ejuſdem, Tumulus novæ doctrinæ & Epitaphium*, necnon *Antitheſes* Corn. Janſenii & S. Auguſtini *Pariſ.* apud Flor. Lambert 1652. in 4. Eâd. formâ recuſum eſt *Herbipoli* ſeu *Wirtzeburgi* A. 1655. Quoniam verò iſtud Elogium nuſquam alibi obvium reperi, huc ſubjiciam in eorum gratiam qui noſſe cupiunt qualis & quantus ſit Jeſuitis AUGUSTINUS.

Ingenium Auguſtini *nemo totum novit, quia nemo æquavit: Ingenii ſui limites* Auguſtinus *ipſe neſcivit: Didicit* Ariſtotelem *ſine Magiſtro. Vix eum* Ariſtoteles *ſine Doctore didiciſſet* (20). *Exhauſtis omnibus ſcientiis adhuc ſciendi avidus, Didicit errores Manichæorum ut haberet quod diſceret: Laudavit eos errores dum neſcivit; refutavit dum didicit, Et nondum fidei diſcipulus jam pugnavit pro fide. Superatâ naturâ diu luctatus eſt cum Gratiâ: Expertus eſt ſe ab eâ non cogi dum diu reſiſtit: Nec violentus conſenſus fuit, quem negavit dum voluit: Agnovit tamen ſufficientem fuiſſe gratiam quâ potuit: Non accuſaret moras ſuas niſi properare potuiſſet: Nec properare poterat niſi vires afferret gratia ſufficiens, & nondum vincens. Vicit tandem Gratia efficax aut major, aut aptior: Sic delectavit ut ſuaderet, ſic ſuaſit ut non cogeret: Recuſare illam potuit etiam dum admiſit: Admiſit illam voluntas libera, ſed non ſola: Prævenit Gratia nolentem, & adjuvit volentem: Incepit Deus ſine* Auguſtino, *ut vellet* Auguſtinus *cum Deo. Nec meruit* Auguſtinus *Gratiam quæ fecit merentem. Data eſt immerenti, nec quia bene de Gratiâ meritura. Nemo acriùs Gratiæ reſtitit, nemo fortiùs pro Gratiâ ſtetit: Mutata diſcipulum Gratia mutavit in Magiſtrum, Docuitque artem vincendi adverſarios, dum adverſarium vicit. Poſt eam victoriam, nemo de Gratiâ diſſentit niſi verbis* Auguſtini: *Didicit ab* Auguſtino *Roma quod jam à Deo didicerat: Didicit à Româ* Auguſtinus *quod jam didicerat à Gratiâ, Nec putavit ſe eſſe Doctorem Gratiæ, niſi eſſet diſcipulus Romæ. Erravit* Pelagius *dum aliter de Gratiâ ſenſit quàm* Auguſtinus; *Errat* Janſenius *dum* Auguſtinum *aliter intelligit quàm Roma credit.*

Henr. de Noris Veronenſis, Auguſtiniani, *Vindiciæ Auguſtinianæ, quibus S. Doctoris Scripta adverſus Pelagianos ac ſemi-Pelagianos à recentiorum cenſuris aſſeruntur*, primum prodierunt *Patavii* A. 1673. Miratur ſtatim Doctus Autor in Præfatione, *tantam fuiſſe quorumdam recentium Scriptorum animoſitatem, quâ* Auguſtinum *maximum illum*, inquit, *Catholici Orbis Magiſtrum editis libris impetere auſi ſunt, ut ejuſdem defendendi neceſſitas iis imponatur, qui illum impenſius colunt.* Inter Ordinis ſui Scriptores qui S. Doctoris patrocinium ſuſceperunt, laudat *Ludov. ab Angelis* (21) *Baſil. Ponce de Leon* Granatenſem, *Joan. Rivium* & *Carol. Moreau*; veritus hoſce ſuos Scriptores *& laterem laviſſe, & ſurdis cecinisse* expertus eſt; *tantum enim abeſt*, inquit, *ut illi* (ſcilicet Auguſtinianæ doctrinæ adverſarii) *ab incepta deſtiterint, ut majori longè apparatu atque infeſtioribus armis in* Auguſtinum *moverint, hæc adverſus Hipponenſem Doctorem ſcriptitantes*: (22) AUGUSTINI doctrinam obſcuram, diſ»ficilem, intricatiſſimam, ſecum ipſa pugnantem, »pluribuſque erroribus obnoxiam eſſe. Poſitum illum »ſub caligine. In Pelagianis oppugnandis ultra veri»tatis limites æſtu diſputationis abreptum. Licitum »eſſe nedum judicem, ſed ne arbitrum quidem ho»norarium in controverſiis de Divina Gratiâ illum »admittere. Ipſius arma non eſſe inexpugnabilia, ne»que ſatis apta ad Calviniſtas ſuperandos. Hære»ticorum argumentis minime ſatisfeciſſe, neque poti»tas aba ſe theſes convincentibus argumentis compro»baſſe. Non eſſe ſepeliendam Scholaſticam, ut u»nus regnet *Auguſtinus*, ſed hunc ipſum ad Scho»laſticæ amuſſim exigendum. Ridiculos *Auguſtini* a»doratores ad nauſeam hyperbolicas in eumdem lau»des congerere. Volentem impugnare *Auguſtini* ſen»tentias, habiturum adjutorem Deum.» Hæc aliave pene innumera addidere, quibus diutius immorari nolumus. Neque Scriptorum omnium quæ ad controverſias Janſenianas ſpectant, enumerationem patitur inſtituti noſtri ratio. Varia indicavimus in *Franc.* ANNATO, & *Ant.* ARNALDO, ſed male *Anonymo* tribuimus *pag.* 472. n. 19 librum cui tit. *Auguſtinum Calvini & Molinæ error* &c. Gallicè conſcriptum, cujus Autor eſt Abbas *de Bourzeys*, uti ſub ejus nomine dicemus. Legi quoque meretur quæ de Auguſtiniani doctrinâ collegit *Joan. Clericus* in Bibl. Univerſ. A. 1689. Tom XIV.

De controverſiis item Pelagianis varia obſervatu digna congeſſit Theologus doctiſſimus *Joan. Franc.* Buddeus *in Iſag. Hiſt. Theol. ad Theologiam univerſam* Lipſiæ 1727. quâ occaſione hæc Eruditi Lipſienſes in *Actis* hujus anni *p.* 445. »Imprimis legenda ſunt »quæ de *Auguſtino* & certaminibus de ejus ſententiâ »ortis dicuntur. *Auguſtinus* enim Gratiam adverſus »Pelagianos aſſerendo non potuit omnem ſuſpicio»nem evitare, quominus in contrarium quodammo»do

[15] *Joan. Georg. Dorſchæus*, Lutheranus, Argentoratenſis, qui circa A. 1667. obiit. [16] Alius planè eſt, ut videtur, *Nicolaus Steno* Medicus doctiſſimus, gente Danus, qui eodem tempore vivebat, de quo legi poteſt *Jo. Jac. Mangeti* Bibl. Script. Med.

[17] Ille ſcilicet qui apud Jenenſes Theologiam profeſſus eſt, filium enim habuit ejuſd. nominis, in Academia Altdorfinâ operæ meritum. Scripta quoque ſuis claſſibus recenſet [18] Ex *Tab. Univ. Autorum Eccleſ.* Tom. II. p. 2111. & 2918 [19] Hæc *Phil. Labbeus* ubi ſup. p. 745 cit. (20) *p.* 94. [20] Hic forſan innuere voluit Eruditus obſcuriorem eſſe *Auguſtinum* Ariſtotele.

(21) De illo vid. ſup. *p.* 460 a.

(22) Hic imprimis videtur in animo habere *Noriſius* Jeſuitam *Joan. Adamum*, quem ſtatim ab initio *Vindiciarum* aggreditur. Hæc enim contra *Auguſtinum* inter alias objectiones illum in Sermone A. 1650 habito (vide ſup. *pag.* 106.). Hanc Janſeniſtæ opuſculum oppoſuerunt eod. anno *Pariſ.* in 4. cui titulus hic eſt. *Defenſe de St. Auguſtin contre les erreurs, les Calomnies, & les Invectives ſcandaleuſes que le Pere Adam Jeſuite a preschées dans l'Egliſe de St. Paul, le ſecond Jeudi du Careme, ſur le texte de l'Evangile de la Chananée.* Je ne ſuis envieux qu'aux brebis perdues de la maiſon d'Iſraël. Vid. *Baile* Dict. voc. ADAM, Annot. (D) edit. Roterod. 1720. Cum *Adami* Sermone non omnino congruit quod *Cl. Sarrazinus* Senator Pariſienſis ſcribebat A. 1651. ad *Cl. Salmaſium.* Hic iſtis Jeſuitas contra *Janſenium* ſcribentes, qui ſtatim pro ſuggeſtu prædicare, non eſſe Auguſtinum regulam fidei. *Ut ſe expediret ab argumentis hæreticorum ſed tamporis, multa*, inquiunt, *libertas & inconſiderantius dixit, quibus non tenemur.* Ex Epiſt. *Sarrazii* p. 96. edit. Arauſion. 1654. Conf. *Bailium* ubi ſup. Annot. (L).

emendandæ poliendæque ſcriptas Sanctorum Virorum vitas. Ad hunc ſibi præfixum vitæ corrigendæ ſcopum eò melius obtinendum, è re eſſe putavit Cl. Vir, Auguſtini ipſius verba ac ſententias, non ut fecit *Tillemontius*, in domeſticam transferre linguam, ne quid inde autoritatis efficaciæque in traducendis ad virtutem animis amittant, ſed in eâ, quâ exarata ſunt, linguâ, hoc eſt Latinâ, proponere. Scripta præterea S. *Auguſtini* ordine Chronologico enumerat, eâque ferè, quam Benedictini ſervarunt, expoſitis ſimul cauſis, quibus Sanctus Doctor impulſus Scripta ſua contexuit, aliiſque, quæ ad tempus, quo ſingula ſcripta ſunt, pertinent. Ultimò Cl. Autor de Editionibus Operum *Auguſtini* pauca agit; inter recentiores autem nullam omnino judicat Monachorum Benedictinorum illam ornatu ſplendoreque antecedere. Cæterùm Interpres induſtriam ubique adhibuit ſingularem, & perſpicuo quodam Italici ſermonis genere Vitam hanc expoſuit (16).

Gallicè eandem edidit *Pariſiis* 1652. (17) in 4. *Anton. Godelius* Vencienſis Epiſcopus, Panegyricum A. 1653. in 12. quem etiam habuit in Eccleſiâ Auguſtinianorum 28 Aug. 1730 eloquentiſſimus Orator Abbas *Seguy*, & typis mandavit *Jo. Bapt. Coignard* eod. anno in 8 (18).

IX. De Inventione Corporis S. Augustini.

Quantos moverit fluctus in Eccleſiâ Ticinenſi vel potius totâ Italiâ labente Seculo XVII fama de reperto *S. Auguſtini* ſepulchro, quamvis fortè ſatis notum ſit omnibus, attamen rem non ingratam nos facturos arbitramur, ſi accuratam hujus controverſiæ hiſtoriam Lectorum oculis exponamus, libroſque huc pertinentes recenſeamus, ne ſemel huc dicta alibi deinceps repetenda ſint.

Scilicet A. 1695. menſe Octob. inventum fuit in *Confeſſione Eccleſiæ S. Petri in cœlo aureo* urbis Ticini corpus quoddam, cùm altare loci illius ſubterranei marmoribus exornaturi nonnihil effringerent forte ex mauſoleo lateritio poſt ſacellum prominenti. Per hoc enim foramen nonnulli dicebant ſe conſpexiſſe inſcriptum nomen *Auguſtini*, quod aperto mauſoleo illo ſtatim fuerit deletum improvide. Cumque jam olim creditum vulgò fuiſſet, ſepultum eſſe in hac æde *S. Auguſtinum* (1), nunc protinus fama invaluit, ejus tandem corpus eſſe repertum (2). Cum verò unà cum Auguſtinianis Monachis hoc Templum poſſiderent Canonici Regulares Lateranenſes, hiſque falſa videretur hæc fabula, examini res ſubjecta fuit. Statim igitur præſente Vicario Generali arca marmorea effracta, &, quæ ibi reperta, literis conſignata ſunt. Etiam paulo poſt ſingula oſſa, hic loci deprehenſa, ab Anatomico quodam diligenter fuêre recenſita. Duobus poſt annis nova illorum facta eſt recenſio præſentibus Vicario generali Epiſcopalis Curiæ Fiſcali, & duobus aliis, quos ad verum inveſtigandum elegerant utriuſque partis Monachi. Examinati item fuerunt teſtes, tum qui vidiſſe ſe dicebant in illo monumento nomen *Auguſtini*, tum qui aſſeverabant, veteri jam famâ conſtare, quòd in iſto templo deliteſcat corpus *Auguſtini*. Inter hæc *Michael de* COLLIBUS (vel *Callis*) S. Theol. Prof. & Clericus Regularis S. Pauli, hujus cauſæ Advocatus ab utriuſque Monaſterii Prælatis conſtitutus, plures edidit libros ad ſepulchrum hoc *Auguſtino* vindicandum; duo quoque Ticinenſis Patrum Eremitarum Gymnaſii Regentes, MATTHIS & BAUDINI, ſingulari quiſque libro idem demonſtrare conati ſunt. *Baudini* liber titulum habet: *Tumulus S. P. Auguſtini magni Eccleſiæ Magiſtri ac Auguſtini Ticini Regis protectoris Diſſertatione Hiſtorico-Canonicâ illuſtratus* (3). E contrario Abbas Canonicorum Regularium Lateranenſium adverſarium divulgavit librum, in quo contendit, falsò hic quæri, minimèque reperta eſſe oſſa *Auguſtini*.

Ex eo tempore Generalis Ordinis Auguſtiniani, *Antonius Pacini*, Ticinum ſe contulit, ſed, quatuor exactis menſibus, re non confectâ inde diſceſſit. Hinc dictus *Michael de Collibus* edidit Catalogum Theologorum Italorum, qui ſententiam ſuam rogati, omninò id eſſe *Auguſtini* ſepulchrum, aſſenſerant. Edidit verò A. 1700 *Joſephus Maria* BELLINI, Canonicus Regularis Lateranenſis, librum adverſus Monachorum Auguſtinianorum ſententiam, eamque infirmo niti talo contendit: quam tamen continuò refutarunt *Joan. Caſpar* BERATTA, Monachus Benedictinus, & *Albertus* CASTELLANI Dominicanus Mediolanenſis (4), cujus *Parenæſis de identitate Sacrarum oſſium S. Auguſtini* excuſa eſt Mediolani A. 1698.

Nec verò ſilendum ſibi putavit *Bellinus*, quippe qui ſtatim edidit libelli ſui Vindicias. Facto poſtea Ticinenſi Epiſcopo Cardinale *Anton. Morigia* (5), rurſus *Michael de Collibus* duos emiſit libellos ad defendendam ſuam & vulgi ſententiam, eoſque novo illi Epiſcopo exhibuit. Hujus verò animum dubium reddidit libellus tum in contrariam ſententiam emiſſus à *Mario* CALLINO, Canonico Regulari Lateranenſi, iſque *tantâ* (id quod fatetur Autor *Collectionis* de qua inferius) pag. 7. *parte contextus, ut multam vel bacaſque infadandum fuerit ad excitas inde dubitationes è multorum mentibus abigendas*. Equidem cauſæ Advocatus, *Michael de Collibus*, iſtum confutare libellum aggreſſus eſt, ſed nihil plane profecit, & paulò poſt (A. 1704) vitâ exceſſit. Ex quo tempore ſiluit iſta controverſia, & ſepulta viſa eſt, cum poſt quinque luſtra Papa BENEDICTUS XIII qui *vir Auguſtini nomini devotiſſimus* vocatur pag. 8. *Collectionis* de quâ mox, epitomen proceſſûs ad ſe mitti juſſit, mandavitque *Juſto* FONTANINO, Archiepiſcopo Ancyrano, ut libro publico ſuam diceret ſententiam. *Diſquiſitionem* igitur ille *de Corpore S. Auguſtini Ticini reperto* &c. edidit Romæ typis Rochi Bernabo (6) An. 1728 in 4. in quâ vir inclytæ doctrinæ (qui §. 41. p. 206 recitat hiſtoriolâ de corpore quodam jam A. 1627 à quodam Præpoſito pro corpore *S. Auguſtini* exhibito) omnes intendit nervos, ut nemini non perſuadeat, omninò verum *Auguſtini* corpus Ticini revera fuiſſe è terrâ erutum (7). Producit literas ejuſdem Papæ *Benedicti*

[16] Ex *Actis Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. VIII. p. 512.
[17] Recuſa eſt *Lugduni* 1685. in 8.
[18] Vid. *Diar. Erud.* Paril. *Martii* 1731.

(1) In brevi Chronico Elnonenſe S. Amandi (quod edidit *Edm. Martene* in Theſ. Anecd. Tom. III. p. 1390. *Pariſ.* 1717.) ad A. 722. hæc leguntur: *Corpus S. Auguſtini à Sardinia Ticinum transfertur, agente* Leubrando *Rege Langobardorum, alias Luitprando.*) De hac aliiſque S. *Auguſtini* translationibus vid. *Juſti Fontanini* Diſquiſitionem de quâ inf. cit. (6)

(2) Ejus brachium [an dextrum an ſiniſtrum] Sec. XI in Angliam deportatum fuiſſe videmus in *Athelnoto* Cantuarienſi Archiepiſcopo, ſup. p. 54. Et huc reſpiciunt quæ habet Benedictinus Dom *Bern. de Montfaucon* in Diar. Ital. A. 1702 impreſſo *pag.* 28. ubi controverſiam de theſauro Ticini reperto enarrat. ,, Non parum ,, momenti, *inquit*, adferre putant Auguſtiniani) ad partes tuendas (pro veritate reliquiarum S. *Auguſtini*) quòd os brachii ab ,, humero ad cubitum deſideretur: [illud equidem abeſſe an Anatomiſtæ] nam anno D. 1027 brachium S. *Auguſtini* traditum fuit ,, *Canuto* ſeu CANUTO Magno Daniæ & Angliæ Regi, & delatum ,, per *Egelnothum* [ſeu *Athelnotum*] ,, Archiepiſcopum; qui in ,, reditu Româ in Angliam Ticino tranſivit, hocque munus ſecum ,, deportavit, ut narrat *Guillelmus* Malmesburienſis.

(3) Vid. R. P. *Hippolyti* [aliàs *Petri Helyot*] Hiſt. Ord. Monaſticorum ubi inf. *Tom. II. cap. I.* ubi meminit Autor hujus controverſiæ.

(4) De eo *Echardus* in Script. Ord. Præd. Tom. II. p. 789.

(5) Obiit ille A. 1718. d. 8. Oct. ætat. 76. de quo vid. *Morer.* Diction. edit. Baſil.

(6) Anno & typis iiſdem prodiit Italice liber ex illâ *Diſquiſitione* exceptus, hoc tit. *Ragioni per l'identità del Corpo di S. Agoſtino* &c. Vid. *Nov. della Rep. delle Lettere* Apr. 1729 p. 130.

(7) Vid. *Act. Erud.* Lipſ. A. 1730. p. 92. *Diar. Erud.* Pariſ. Dec. 1728. p. 561. *Suppl.* Jan. April. 1729. & *Diar. Trevolt.* Mart. 1731.

nedicti XIII ad Ticinenſem Epiſcopum, quibus hic jubetur factâ quam primùm per idoneos viros de hoc ſepulchro inquiſitione finem huic imponere controverſiæ. Idem verò Papa R. P. *Fulgentium* BELLELLUM Generalem totius Ordinis S. Auguſtini Priorem *Ticinum* ablegavit ad agendam hanc cauſam peragendamque. Quo facto juridicè fuit hæc cauſa pertractata. Nec verò quieverunt Canonici Lateranenſes, ſed ſupra memoratos *Bellini* & *Callini* libellos tradiderunt judicibus, ut eos prius, quàm dicerent ſententiam, conſiderarent. Viciſſim & Auguſtiniani pro ſuâ opinione novos duos publicarunt libellos. Tandem poſt non modicam moram Ticinenſis Epiſcopus *Franciſcus Pertuſati* pronuntiavit ſententiam, quâ ſtatuit, omninò hoc eſſe verum *S. Auguſtini* ſepulchrum; eamque ſententiam ſuo monitu ſuffragio & confirmavit Papa. Ex eo tempore lamina auro obducta præfixa eſt huic monumento, inciſa gerens hæc verba:

Corpus S. AUGUSTINI *Hipponen. Epiſcopi Anno MDCXCV.* Die I. Octobris *In Hac Capſula Argentea Juxta Altare Confeſſionis S. Petri in C. A. Inventum A. MDCCXXVIII. Recognovit, & D. XVI Julii Juridicè Declaravit* BENEDICTO XIII Pont. Max. CAROLO VI. Imp. D. *Franciſcus* PERTUSATI, *Epiſcopus Ticinenſis.*

Venimus tandem ad Opus, quo continentur Acta hujus cauſæ, non quidem omnia, ſed tamen potiora, & quæ vel curioſiſſimo lectori videantur ſufficeas. Excuſum eſt hoc opus *Venetiis* apud Seb. Coleti A. 1729. in 4. hoc tit. *Collectio Actorum, atque Allegatorum, quibus, oſſa ſacra, Ticini .... A.* 1695 *reperta, eſſe ſacras* S. Auguſtini, *Hipponenſis Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris, exuvias, probatum eſt & noviſſimè judicatum.* Inſcriptum eſt Papæ *Benedicto XIII* à Rev. *Bellelio* (jam nominato), qui & luculentam præmiſit Præfationem, in quâ enarrationem totius hiſtoriæ exhibet. Ipſa autem *Collectio* duabus conſtat Partibus. In priore hæc continentur:

I. *Lettera di ragguaglio ſcritta dal P. Segretario dell' Ordine à Monſignor Veſcovo di Foligno.* II. Literæ Papæ *Benedicti XIII*, quibus controverſia hæc judicio Epiſcopali dirimi jubetur. III. *Comparitio* facta à Procuratoribus Ordinis Auguſtiniani, exhibens primò *Summarium* viſitationum, ſcripturarum, aliorumque documentorum, pro S. *Auguſtini* corporis veritate productorum, deinde *Summarium* rationum olim deductarum pro eâdem cauſâ à R. P. *Mich. de Collibus*; denique *Sommario, overo Compendio di tutte le raggioni addotte, purgate &c. dello ſteſſo Autore.* IV. Vota clariſſimorum & inſignium Theologorum in cauſâ identitatis ſacrorum oſſium *Auguſtini.* V. Votum *Julii Lucenti*, Abbatis Ord. Ciſtercienſis, pro veritate eorundem oſſium. VI. *Juſti Fontanini* Diſquiſitio de quâ ſup. cit. (6) *p.* 771. VII. Scriptura facti & juris *Joſephi de Gregoriis* Ord. Eremit. S. Auguſtini, prædictæ cauſæ Procuratoris. VIII. *Alcune conſiderazioni ſopra la ſteſſa cauſa, fatte dal Rev. Padre Maeſtro* Fr. Fulgenzo Bellelli *&c.* Ill. ac Rev. D. *Franciſco Pertuſati*, Ticinenſi Epiſcopo, exhibitæ per *Blaſium Maldura* (8). IX. *Altre poche conſiderazioni del medeſimo* Bellelli. In ſecundâ Parte exhibentur I. *De ſacris Auguſtini reliquiis A.* 1695 *Papiæ inventis poſteriores atque diligentiſſimè* A. 1728 d. 25 & 26 Junii *collectæ recognitiones.* II. Joſ. Ant. Saxii, *Biblioth. Ambroſianæ Præfecti*, Epiſtola apologetica, in quâ ſcriptura Cremonenſis, edita ſub nomine D. *Marii Callini*, Canonici Lateranenſis, contra corporis S. *Auguſtini* identitatem, expenditur & refutatur. III. Vota clariſſimorum Virorum pro eâdem cauſâ da anno 1718. IV. Epiſcopi Ticinenſis, *Franciſci Pertuſati*, Judicium ſive Definitiva ſententia. V. BENEDICTI XIII. P. M. literæ Apoſtolicæ, quibus Epiſcopi Ticinenſis judicium commendat, & ſanctis reliquiis cuſtodiendis vigilantiſſimè providet. VI. Ejuſdem Papæ Conſtitutio Apoſtolica, quâ judicium Epiſcopale Ticini habitum de corpore *S. Auguſtini* approbatur & confirmatur. Sequitur *Appendix* eorum, quæ pro adverſâ ſententiâ fuêre prolata. Ac laude digniſſimus ob hoc factum eſt Rev. Editor, non probans eorum conſilia, qui ſcripta diſſentientium ſupprimentes, tum demum valituram putant ſuam ſententiam, ſed alteram quoque partem audiri oportere judicans. Hic igitur extant I. *Joſ. Mariæ Bellini* Dubia, *quibus rationes pro tumulo & reliquiis nuper repertis ventilantur.* II. Marii Callini *Motivi, che ſforzano a dubitare, ſe le Reliquie ſcoperte nella Confeſſione di S. Pietro ſiano identiche con l'oſſa del Padre S. Agoſtino* (9). III. Annotationes ſuper iis, quæ hucuſque allata ſunt pro identitate ſacrorum oſſium A. 1695 repertorum, cum veris reliquiis S. *Auguſtini.* Hujus ultimi libri, tria duntaxat folia implentis, poſtrema liber recitare verba: *Obſervandum tandem, adeo manifeſtam eſſe inter prætenſæ identitatis defenſores diverſitatem & contrarietatem, eoſque diverſâ viâ & inter ſe diſſidentes incedere, alio alterius ſcripta impugnante, tam reſpectu tranſlationum, quàm reſpectu documentorum ab eiſdem allatorum, ut exinde ſatis manifeſtè dignoſci poſſit, prætenſam identitatem nimium eſſe à veritate alienam; cùm veritatis proprius character ſit uniformitas, & conſtantia.* Hic addunt Eruditi *Actorum*, quæ *Lipſiæ* publicantur, Collectores (10) ſibi, cùm viderent, autoritatem ſuam etiam *huic vulgi fabulæ* accommodaſſe *Fontaninum* & *Saxium*, viros haud ſane vulgari ingenio, in mentem veniſſe illud *Ciceronis* Lib. II de Fin. bon. Cap. 24. *Ea dicitis, quæ non ſentitis, atque vellitum, ſic ſententiam habetis aliam domeſticam, aliam forenſem.*

Doctus Benedictinus Dom *Bern. de Montfaucon* in Diario Ital. *Pariſiis* A. 1702 impreſſo refert *pag.* 26-30 ſq. ubi Ticinum pervenit, Eccleſiam Canonicorum Regularium adiiſſe, percontatorum de reliquiis S. *Auguſtini*, quas fama tulerat ibidem non diu ante repertas fuiſſe. Et heic quidem multa ſibi narrata de integro negotio docet, rationes etiam in utramque partem allatas enumerat, tandem verò ſub judice adhuc litem pendere innuit, & rogantibus, ut liceret ea, quæ reperta fuerant, videre, id negatum, verùm à Priore Monaſterii dono ſibi oblata reſcripta pro veritate reliquiarum nuper cuſa, & nonniſi locum ſubterraneum inſpicere conceſſum fuiſſe addit.

X. DE MONACHATU & ORDINIBUS S. AUGUSTINI.

D. *Lud. Ferrandus* Supremæ Curiæ Tolonenſis in Provinciâ Advocatus, Theologus doctiſſimus, Epiſtolam ſcripſit A. 1688 ad Epiſcopum Bellovacenſem (a), in quâ tuetur *Auguſtinum* poſt converſionem ſuam è Manichæiſmo, & ante adeptum Epiſcopatum, vitam egiſſe Monaſticam. Idem poſt ſexennium fuſiùs proſecutus eſt argumentum R. P. *Bonaventura à S. Anna* Auguſtinianus Excalceatus (b), Conventûs Tolonenſis Prior, qui ſententiam ſuam pluribus firmat argumentis, ex ipſius S. *Auguſtini* Operibus, tum ex ejus Vitâ à *Poſſidio* ſcriptâ ut plurimum petitis. Hujus Autoris libro titulus eſt: *Monachatus Auguſtini ab Auguſtino potiſſimum propugnatus, ſeu efficaciſſima credibilitatis motiva, quibus ex Auguſtino ſuadetur*

(8) Hic libellus editus eſt Venetiis A. 1729. Vid. *Nov. Litter.* Venetas ejuſd. anni *p.* 116.

(9) Idem liber, ni fallor, cui tit. ex *Diar. Erud.* Pariſ. Mart. 1731. p. 422. *Motivi di credere tuttavia aſcoſo e non iſcoperto l'Anno 1695 il ſacro Corpo di S. Agoſtino*, in quo ſatis acerbè tractatur doctus *Fontaninus.* (10) *Acta Erud.* A. 1731. p. 220.

[a] Inſerta eſt hæc Epiſtola in *Diar. Erud.* Pariſ. *Aug.* & *Sept.* 1688 p. 336-360.

[b] Iſte eſt cujus obiter memini ſup. *p.* 471.

detur Auguſtinum Monachum extitiſſe Lugd. & Pariſ. apud Vid. Rob. Chevillion 1694. in 12 (c). Has non eſt ſecutus partes Autor (d) Hiſtoriæ Canonicorum (e) Gallicè editæ *Pariſ.* apud Car. Oſmont 1699. in 12. Contendit enim *cap. 3. Auguſtinum* collapſum veterum Clericorum inſtitutum reſtauraſſe, conſtituto Clericorum Hipponenſium Collegio; ubi *Nublæum* (neſcio quem) & *Joan. Launojum* refutet, quibus Clerici iſti monachi fuiſſe videntur, eò quòd ipſorum Conventus à *Poſſidio* Monaſterium vocetur; reſpondet Autor noſter, Monaſterium Clericorum ſive intra Eccleſiam, non Monachorum, ſive, extra urbem, fuiſſe. Eandem defenderet ſententiam A. 1696 Autor (*f*) libri cui tit. *Les Moines empruntez* Tom. II p. 143-149. ubi *S. Auguſtinum* nunquam Monachum fuiſſe aſſerit. Ite quoque *Lud. Maimburgius* in Hiſt. Pontificatûs *S. Gregorii* Magni A. 1686 editâ; ubi refert » S. *Auguſtinum* ex Clericorum Ordinibus ſuperioribus, Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis conventus illos collegiſſe, qui Regularium Auguſtinianorum nomen poſtea obtinuerunt. Hi præter cœlibatum & obedientiam Epiſcopo debitam, quæ duæ ordinationum omnium conditiones ſunt, etiam ad abdicandam rerum proprietatem, ad inſtar Monachorum voto obſtringebentur. *Auguſtinum* verò, etſi plurima Monaſteria fundaverit, & regulis formaverit, Monachum fuiſſe neget, imò Monachos omnes Clero poſtpoſuiſſe & ſubjeciſſe ſtatuit (*g*) » At juxta recentiorem Hiſtoriæ Ordinum Monaſticorum Scriptorem (*h*), » duo Monaſteria fundavit *Auguſtinus*, ex quibus non pauci prodierunt ejus diſcipuli, qui aliis in locis monaſticam vitam introduxerunt, ut proinde Autor & inſtitutor Monachorum in Africâ rectè dicatur. » Idem Autor, ubi Canonicorum Regularium originem exponit, quam ipſis Apoſtolis quidam tribuunt, poſt *Thomaſſinum* illorum Autorem facit S. *Auguſtinum*, rationeſque exponit, quibus iidem innituntur, quum de præcedentiâ cum aliis Ordinibus Religioſis controvertunt (i), & veterem eorum veſtitum accuratè deſcribit. Varias eorundem diviſiones Ordineſque exhibet, tum etiam nonnullorum ſanctorum piorumque virorum vitas.

Jam autem ſub initium Sec. XVI *Jac. Wimphelingus* Scleſtadienſis (*k*), Presbyter Eccleſiæ Spirenſis, ſcripſeret, *Auguſtinum* non fuiſſe Monachum aut Fratrem mendicantem; quâ de re, petentibus hoc Auguſtinianis, excuſationem ſcripſit (*l*) ad *Julium II* qui A. 1503 ad ſedem Romanam fuit promotus.

Seculo circiter abhinc elapſo novum *Auguſtinus* & Ordo Auguſtinianus nactus eſt Patronum *Angel. Rocca* de quo ſup. *p.* 744. n. 100. cit. (20c) Vid. ejus *Operum* Tom. II. p. 34. &c.

Ordo Eremitarum S. Auguſtini.

Non levis controverſia eſt inter Scriptores circa originem hujus Ordinis. Aſſerunt aliqui illum à *S. Auguſtino* inſtitutum fuiſſe in Eremo non procul à Tageſte anno Dom. 388. Alii putant S. *Auguſtinum* ſolos Canonicos Regulares inſtituiſſe, & nunquam vixiſſe in Eremo; illum tamen aliquos Eremites in Africâ degentes, ad melioris vitæ frugem conſilio, & documentis redegiſſe: *atque ita*, ut ſcribit S. *Antonius* Archiep. Florent. A. 1459 vitâ functus, *fuerunt longè ante Innocentium III. & Concilium Lateranenſe* (ab iſto Pontifice A. 1215 celebratum) *per Occidentem Eremitæ, & Cœnobia S. Auguſtini nomine dicta, ut pote quæ ſub ejus Regulâ militabant, exemplo eorum quos præcepto informavit, ſed nondum Ordo Eremitarum fuerat inſtitutus.* Aliquot poſteà annis elapſis, cum varia eſſent Eremitarum genera, *Innocentius IV.* (ad Sedem Romanam A. 1243 evectus) & *Alexander IV.* circà annum 1256. omnes in unum Ordinem, ſub nomine Eremitarum S. *Auguſtini* congregavit. Conſtit. *Licèt Eccleſia* &c. Gregorius autem *IX.* A. 1241 defunctus, Bullâ: *Dudum apparuit*, præceperat, *ut cucullas nigras & amplas deferrent, cum manicis largis & protenſis, & de ſuper cucullas amplas, Corrigias portarent, patenter omnibus apparentes, ita quòd cincti foris nequaquam veſtibus eas contegerent.*

Cùm autem in Regnis Portugalliæ controverſia nata eſſet circà habitum S. Auguſtini & S. Dominici, *Clemens VIII* Conſtit. *Ex Injuncti* &c. anno 1603. ſtatuit ut Fratres S. *Dominici* cappâ nigrâ, Eremitæ vero S. *Auguſtini* tunicâ nigrâ tecti, ubique incedere deberent: domi tamen veſtibus albis uti poſſent. Remanet adhuc Congregatio Ilicetana, quæ de Obſervantia & Lombardiæ vocatur, ut conſtat Conſtit. 25. *Eugenii IV.* (qui A. 1431. *Martino V* ſucceſſit) illa tamen veſte utitur ſimili.

Ordo Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatus.

Quatuor Congregationes numerat hic Ordo Religioſorum, quarum ſingulæ à proprio Vicario Generali gubernantur; Omnibus tamen præeſt Præpoſitus Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Prima fuit Hiſpanica, quæ anno 1533. exordium ſumpſit, cùm ad Regnum Mexicanum octo ex Auguſtinianâ familiâ viri, ſanctitate & doctrinâ atquè conſpicui profecti ſunt, ut ibi vitæ exemplis ubertimos fructus efferrent; idcirco Excalceati cum ſandaliis aſperam veſtem, & adeò anguſtam induerunt, ut ciliciis potiùs indumentis tecti viderentur. Crevit in Mexicanâ Provinciâ hæc Religioſorum Familie, atque in Hiſpaniâ, favente Philippo II Rege Catholico, multas domos implevit circà annum 1574. & ſub *Sixto V.* Pontifice Anno 1585 ſtabilita eſt. Anno deindè 1594. Pater *Andreas Diaz* vir ſanctitate & zelo præclarus, ex Eremitarum Auguſtini cœtu Romam profectus eſt; ibique aſperioris vitæ ſtudio, favente *Clemente VIII.* anno 1599. Fratres Diſcalceatos inſtituit; cum facultate Pontificiâ Novitios admittendi. Hanc Congregationem *Paulus V.* Diplomate dato die 5. Maji anno 1620. iterum confirmavit, & illi Privilegia conceſſit, quæ *Urbanus VIII.* & *Clemens X.* auxerunt. Nuncupantur *Fratres S. Auguſtini Diſcalceati*, ut diſcrimen intercedat inter Fratres S. Franciſci de Obſervantiâ, qui Reformati dicuntur. Sunt aliæ duæ Congregationes, non abſimiles, altera in Regno Luſitano, altera in Galliis. Veſte nigrâ ex panno omnes induuntur, quam cingunt zonâ coriaceâ nigrâ, capillos in formam coronæ tondent, mantellum breve addunt tempore hyemis. Romana Congregatio à cæteris diſtinguitur, ob Capucii formam non rotundam, ſed acuminatam, eo quod Pater *Andreas Diaz* illi primùm uſus fuerit, poſtquam ejuſmodi formam ipſi oſtendit celebris Præſul *Auguſtinus Fivizanus* à Sacrario *Clementis VIII.* Summi Pontificis, in antiquiſſimâ imagine S. *Auguſtini*, eamque deindè ejus Alumni

[c] *Diar. Erud.* Pariſ. Nov. 1694. p. 722. [d] *Raym. Chapponelius* Canon. Regul. S. Auguſtini, & Prior S. Eligii. [e] *Hiſt. des Chanoines, ou Recherches Hiſt. & Crit. ſur l'Ordre des Chanoines* de quâ lege *Acta Erud.* Lipſ. *Suppl.* Tom. III. p. 325. [f] *Petrus Joſephus de Haitze* Cabellionenſis (vulgò *Cavaillon*) in Provinciâ, cujus varia ſcripta vid. apud *Jac. Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ, & in *Hiſt. Liter. europ.* Maji 1726. p. 75. [g] Ex *Actis Erud.* Lipſ. A. 1686. p. 352. [h] Is eſt R. P. *Petrus Helyot* tertii Ordinis S. Franciſci, in Religione dictus *Hippolytus*. Hujus Hiſtoriæ Tomi II priores prodierunt *Pariſiis* apud Coignard 1714. in 4. quorum altero de Canonicis Regularibus imprimis agit, qui *Auguſtini* Regulam profitentur. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1715. pag. 429.

(i) Legi hac de re poteſt Reſponſum Benedictinorum Provinciæ Burgundienſis, ad ſcriptum Canonicorum Regularium ejuſd. Provinciæ, de præcedentia in Comitiis generalibus, & vice verſâ, Canonicorum ad Benedictinos, in *Diar. Erud.* Pariſ. *Jul.* 1688. p. 133-142. & 189-198. Spectat hæc controverſia ad Cl. *Joan. Mabillonium* cum *Antecurtio*. Vid. ſup. *p.* 486. b. Iſte Canonicorum originem ad Apoſtolorum tempora refert; ille verò ad initium Sec. XI. Vid. Dom *Phil. le Cerf* Bibl. Hiſt. Crit. Autorum Congreg. S. Mauri *p.* 269. 270.

[k] *Schleſtat* urbs Præfecturæ Hagenoenſis in Alſatia.

[l] *Poſſevin.* in Appar. *p.* m. 795.

lumni retinuerunt. * *Phil. Bonanni* Catal. Ord Relig. Part. 1. Art. 61.

Sunt aliæ plurimæ Religioſorum Congregationes, qui *S. Auguſtini* Regulam ſequuntur, de quibus qui plura velit, adeat Hiſtoriæ Monaſticæ Scriptores. Inter recentiores unum nominare ſufficiat R. P. *Petrum Helyot* à nobis alibi citatum. De his quoque legi poſſunt quæ ex *Hermantii* Hiſtoriâ Ordinum Religioſorum collecta ſunt in Diction. *Moreri*. Edit. Baſil.

De Monachatu & Ordinibus *S. Auguſtini* ſcripſerunt non pauci, ejus inſtitutorum profeſſi.

Joannes Gonzalez de Critana, Auguſtinianus Cœnobii Matritenſis, librum edidit Hiſpanicè: *De la Archicofradia de la Cinta de S. Auguſtin y Santa Monica, y ſus Indulgencias: con un Compendio hiſtorial de como San Auguſtin hizo vida heremitica y funda ſu orden de los Ermitaños*, Pinciæ (*Valladolid*) 1604. in 8. Ex Hiſpanico hujus Autoris *Epitomen Hiſtoricam Vitæ Monaſticæ S. Auguſtini* Latinitate donavit *Greg. Aur. Daneſius* Leodienſis, ejuſdem inſtituti Sodalis, ediditque *Antverp.* 1612.

Petri à S. Tradone Examen Teſtamenti *S. Auguſtini* ad ſtabiliendam Filiorum ejus primogenituram. *Lovanii* 1658. 8.

Officia Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ſecundùm Regulas Breviarii Romani, ex Decreto Concilii Tridentini inſtituti. Venet. 8.

Petri del Campo Granatenſis, *Hiſtoria general de los Ermitaños de S. Auguſtin*, Barcinone 1640 fol. & *Sumario de las Indulgencias que ſe ganan con la Correa de S. Auguſtin*. Summarium Indulgentiarum quæ lucrantur cum cingulo S. Auguſtini. *Olyſſipone* 1637. Ejuſdem ferè tituli librum edidit A. 1581 *Joan. de Toloſa* Salmanticenſis, Auguſtinianus.

Nicol. Cruſenii Trajectenſis ad Moſam, Erem. Auguſtin. *Monaſticon Auguſtinianum*, in quo omnium ſub Regulâ *S. Auguſtini* militantium &c. Origines & Incrementa III Partibus explicantur. *Monachii* 1623. fol.

Proſp. Stellartius præter *Nucleum Regulæ S. Auguſt.* (a) aliaque, edidit *Auguſtiniomachiam*, i. e. *pro S. Auguſtino & Auguſtinianis Vindicias tutelares*, Lugd. Gallorum 1617. Edidit pariter *Vindicias* Carol. *Moreſa* de quo ſup. inter Script. de Doctrinâ S. *Auguſtini* p. 768. b.

Joſ. Pamphili Veronenſis Auguſtiniani, Signienſis Epiſcopi, *Chronicon Ord. FF. Erem. S. Auguſt. à S. Auguſtini ortu uſque ad A.* 1575. Romæ A. 1581 excuſum.

Hieron. Roman Lucronienſis in Caſtellâ veteri, Erem. Auguſtin. *Chronica de la Orden de los Ermitaños de San Auguſtin*, annorum 1180. Salmant. 1569. fol. item *Primera parte de la Hiſtoria de la Orden de los frailes Ermitaños de San Auguſtin*. Compluti 1572. fol. ſimulque *El Defenſorio por la antiguedad de la miſma Orden*; Scripſit quoque *Annales* ejuſdem Ordinis, MSS. in domo Salmanticenſi relictos, ſed quos jam deperditos credit *Nic. Antonius*. Sub *Hieronymi Romani* nomine memorat *Lipenius* Bibl. Theol. I. 119. & 621. *Conſtitutiones Eremitarum S. Auguſtini cum Notis* Colon. 1630. in 12 & 1655. 8.

Chriſt. Lupi Yprenſis Erem. Auguſtin. *Quæſtio quodlibetica de origine Eremitarum, Clericorum ac Sanctimonialium S. Auguſtini, deciſa ex ipſo S. Auguſtino, aliiſque SS. Patribus ipſi coævis. In quâ elucidantur varii antiqui ritus Eccleſiæ Africanæ, ac diſcutitur Cenſura Lovanienſis Operum S. Auguſtini*. Duaci 1651. in 8.

Onuphr. Panvinii Veronenſis Erem. Auguſt. *Chronica ſui* Ordinis à tempore S. *Auguſtini* uſque ad A. 1550. *Romæ* eod. anno editum.

S. Auguſtini *Regula*: Acceſſerunt *Conſtitutiones Canonicorum Regularium Congreg. Gallic. A.* 1638. Monachii 1660. in 12.

Aub. Miræi Bruxellenſis *Origines Canon. Regul. Ord. S. Auguſtini* Colon. 1614. & 1638. præter *Origines Ordinum Auguſtinian.* Antverp. 1615. in 8, aliaque.

Plures indicabit Scriptores *Lipenius* in Bibl. Theol.

S. AUGUSTINUS primus Cantuarienſis in Anglia Archiepiſcopus ſub finem Sec. VI. ortu Romanus, inſtituto erat Monachus, *Gregorii M.* Diſcipulus, ac Cœnobii S. Andreæ, ab eo in orbe Româ extructi, Præfectus: cùm *Gregorius* Papa Gentis Anglo-Saxonicæ converſionem in votis haberet, & in animo volveret, A. 596. (a) *Auguſtinum* adjunctis ei circiter XL ſociis hoc fine in Angliam miſit, ejuſque jam in itinere poſiti fluctuantem animum conſilio confirmavit, literis monuit. Appulit in Inſulam Tanetam *Auguſtinus*, & impetratâ ab *Æthelberto* ſive *Ethelberto* Cantii Rege veniâ, ad Evangelium prædicandum ſe accinxit, plurimos ad fidem pertraxit, ipſumet etiam *Æthelberto* cum totâ familiâ, Chriſti religionem mox amplectente (b). A. 597. in Galliam ſe contulit, & à *Virgilio* Arelatenſi Epiſcopo (juxta alios *Ætherio* vel *Etherio* Lugdunenſi Archiepiſcopo (c) in Anglorum Gentis Archiepiſcopum conſecratur, ſtatimque ſedem Archiepiſcopalem, quam Londinum, tanquam inſulæ Metropolis, ſibi vindicavit, in honorem *Æthelberti* Dorobernianı ſeu Cantuariam (d) tranſtulit. Quò verò Saxonum converſio felicius promoveretur, Britanniæ Epiſcopos ad hanc meſſem invitavit, inſtituto cum iis in confinio Walliæ colloquio (e); verùm morum ejus ſuperbiâ offenſi Britanni, & præcipuè quod ab iis exigeret, ut relictis ſuis in Romanos tranſirent ritus, nihil horum ſe facturos, neque illum pro Archiepiſcopo habituros eſſe reſpondebant: quibus *Auguſtinus* minitans prædixiſſe fertur: ſi pacem cum Fratribus accipere

(a) Vid. ſup. p. 744. n. 1uz. cit. (110)

(a) Vid. *Ant. Pagi* Crit. in Annal. Card. *Baronii* ad hunc annum n. 4. *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. Tom. I. *Baile* Dictionn. Crit. verb. *Gregoire I.*

(b) Card. *Baronius* in Annal. *Ethelbertum* A. 597 ad fidem Chriſtianam converſum & baptizatum fuiſſe exiſtimavit, cui & alii conſentiunt. *Sigebertus* tamen in Chronico *Auguſtinum* hoc anno in Angliam miſſum tradit, & anno 599 *Ethelbertum* Regem cum gente ſua baptizatum, quem annum Regis Baptiſmo adſcribit Cl. *Jac. Uſerius* in Indice Chronol. ad Antiq. Eccleſ. Britan. Verùm ab anno 597 removeri non poſſe videtur, cùm *Beda* poſtquam Regis & plurium Cantuarienſium baptiſmum narravit, tradat, interea *Auguſtinum* veniſſe Arelatem, & ab Archiep. ejuſdem Civitatis, Archiepiſcopum *gentis Anglorum* ordinatum eſſe, reverſumque in Britanniam, ubi, ut habet *Gregorius* in Epiſt. 30 lib. 7 pluſquàm decem millia Anglorum baptizavit, cùm jam Epiſcopus factus eſſet. Vid. *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* ad A. 597. num. 4.

(c) Non inter ſe conveniunt Eruditi de titulo Epiſtolæ in cauſâ converſionis Anglorum à *Gregorio M.* datæ. Hoc enim tempore *Virgilius* Arelatenſem, *Ætherius* Lugdunenſem regebat Sedem. unde natus controverſiæ locus, utrum vitium, quod in *Beda* textum irrepſit, in nomine ſit *Archiepiſcopi*, aut in nomine *Sedis Archiepiſcopalis*; alii enim *Ætherium*, *Virgilium* alii in Hiſtoriâ *Bedæ* legendum putant. Pro *Ætherio* ſtant *Jac. Sirmondus* Tom. I. Concil. Galliæ p. 420 & *Godef. Henſchenius* ad d. 2 Febr. in Vitâ S. *Laurentii* de quo inf. est. (g) Pro *Virgilio* poſt *Baronium* pugnat *Carol. Cointius* Oratorii Preſbyter, in Annal. ſuis, ad A. 596. n. 24. & ad A. 597. n. 12. Utriuſque verò opinionis fundamentis in medium adductis, doctus *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* ad A. 596. n. 8. ſtatuit *Auguſtinum* à S. *Gregorio* Literis commendatum tam Arelatenſi quam Lugdunenſi Archiepiſcopis, aſſeritque Epiſtolam à *Bedâ* recitatam *Hiſt. lib.* 1. c. 24. ſcriptam eſſe ad *Ætherium* Epiſc. Lugdunenſem, non verò Arelatenſem, neque ad *Virgilium* ejuſd. Sedis Præſulem, ut arbitrati ſunt *Baronius*, *Cointius* & paſſim alii, utramque *Gregorii* ad *Ætherium* & ad *Virgilium* Epiſtolam exhibet n. 9 & 10, ac n. 11 oſtendit *Bedam* non erraſſe in nomine Sedis Archiepiſcopalis, ſed Archiepiſcopi, cùm ait, Literas, quas recitat, ad *Ætherium* Arelatenſem Epiſcopum ſcriptas fuiſſe. Probat igitur laudatus *Pagius* ad A. 597 n. 3. & ſeq. hoc anno Epiſcopum ordinatum fuiſſe *Auguſtinum* ab Arelatenſi Epiſcopo, eoque *Virgilio*, non *Ætherio*, ut perperam apud *Bedam* legitur; eamque ordinationem ad XV Kal. Decemb. collocat. Neque *Ætherio* convenire poſſe, oſtendit etiam R. P. *de Colonia* in Hiſt. Litter. Lugd. *Tom. II. p.* 9. An. 1730. Gallicè edita.

(d) Duas quidem S. *Gregorius* Metropoles in Britanniâ eſſe voluerat, Londinenſem ſcil. & Eboracenſem, juſſeratque *Auguſtino*, ut ſedem ſuam Londini collocaret, ſed is, cum approbatione tamen Pontificis, Cantuariam elegit, neque unquam Londini ſedit. Vid. *Ant. Pagi* ad A. 604. num. 14.

(e) Anno tertio, inquit *Ant. Pagi* ubi ſup. ad A. 604. n. 7. Synodum celebravit *Auguſtinus*, in confinio *Wiciorum* & *Occidentalium*

cipere nollent, bellum ab hoſtibus fore accepturos, & ſi nationi Anglorum nollent viam vitæ prædicare, per horum manus ultionem mortis paſſuros eſſe. Nec fefellit eventus, quippe ÆTHELBERTUS *Edilfridum* Northumbrorum Regulum concitavit, qui coacto exercitu immanem Monachorum Banchorenſium ſive Bankorenſium (alii Bannochorenſium) ſtragem facit, quod quidam *Augustino* ſuadente & inſtigante factum, vero quàm ſimillimum eſt. Objiciunt quidam *Augustinum*, priuſquam hæc fieret cædes, ipſomet *Bedâ* teſte, jam multo ante tempore ad cœleſtia Regna ſublatum eſſe. Verum non deſunt melioris notæ ex Anglis hiſtorici haud pauci, & in his ipſe *Beda*, qui vitam ejus ultra cædem Banchorenſem ad ann. uſque 608. quin & ad an. 614. protrahant, quod & aliis rationibus firmari poterat: unde non levis oritur ſuſpicio locum illum de *Augustini* obitu, *Bedæ* Hiſtoriæ olim fuiſſe adjectum; præſertim cùm in *Alfredi* Regis verſione Saxonicâ, non niſi ſeſquiſeculo poſt *Bedæ* mortem factâ, deſit. Sed eſto mortuus nondum peractâ ſtrage. Quis neſcit illum dare conſilium potuiſſe, quod non niſi poſt ejus demum mortem ad exitum perductum ſit? Erat *Augustinus* ſtaturâ procerâ & erectâ, animo elatiori, moribus aſperis, religioſus potiùs quàm doctus, & ſuperſtitionis magis quàm veræ pietatis ſtudioſus. Hæc Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. P. I.

Potiò in Decretali Epiſtolâ à S. *Gregorio* ad *Augustinum*, qui eum de nonnullis conſuluerat, mentio eſt Vicariatus Apoſtolici *Augustino* conceſſi, non quidem conceptis verbis, ſed ex conſequentiâ, ut colligitur ex ſeptimo *Gregorii* ad interrogationes *Augustini* reſponſo. At privilegium illud perſonale tantum fuiſſe, non verò perpetuum, manifeſtè colligitur ex Epiſt. *Gregorii* ad *Augustinum*, quam ex *Bedâ* lib. 1 c. 29. recitat *Baronius*, cùm præterea conſtet, Cantuarienſes Archiepiſcopos non niſi diu poſt hæc tempora factos fuiſſe Vicarios Romani Pontificis, ita ut Eccleſiæ illius Epiſcopus diceretur Legatus-natus ſedis Apoſtolicæ. Ita Cl. *Steph. Baluzius* in Supplem. lib. 5 de Concord. Sacerd. & Imp. *c. 42. n. 9.* apud *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* ad A. 601. n. 9.

Pauca ab eo SCRIPTA hodie ſuperſunt, immò ſi *Interrogationes ad Gregorium* Papam miſſas excipias, forſan nulla. Extant autem *Interrogationes* hæ *XI.* unà cum *Gregorii* Reſponſis, ad calcem Epiſtolarum S. *Gregorii*, & cum verſione Saxonicâ apud *Bedam* Hiſt. Eccleſ. *lib. 1. c. 27.* Scriptis quidem ejus accenſuerat Cl. *Cave* ubi ſup. Librum ſatis prolixum *de Converſatione Novitiorum*, qui in Bibliothecâ publicâ Cantabrigienſi MS. aſſervatur; verùm qui primus monuit, oculoque minùs attento Librum perluſtraverat, eruditiſſimus *Henr. Whartonus*, poſtea deprehendit illud opus non eſſe *Augustini* noſtri; nec notam fronti appoſitam [*Liber S. Augustini* Cant.] aliud ſibi voluiſſe quàm Codicem iſtum ad Bibliothecam Monaſterii S. *Augustini* Cantuarienſis olim pertinuiſſe, ejuſmodi enim notæ in Codicum MSS. fronte non rarò reperiuntur: quamobrem hæc & nos Lectorem neſcire noluimus, & ſuprà dictum Cl. *Cave* citatum Librum ex Hiſtoriâ ſuâ abeſſe juſſiſſe in Part. II.

caliam Saxonum, ut loquitur *Beda* lib. 2. c. 2. id eſt versùs Herefordiæ Comitatum, ubi populi illi habitabant. In eâ *Augustinus* petiit ab Epiſcopis ſeptem, & plurimis Doctoribus Britannicis, qui intererant, ut Britones eſſent Romanis conformes in tribus iſtis, in Paſchate celebrando, in Baptiſmo miniſtrando, & in prædicando Anglo-Saxonibus. Verùm illi *oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia* ſpreverunt inquit *Beda*. In hac etiam Synodo auctoritatem Rom. Pontificis controverſiam fuiſſe aſſerunt Proteſtantes Angliæ, quos refellere annititur laudatus *Pagius* n. 9. Alteram convocavit Synodum *Augustinus* Cantuariæ, & *Ethelberto* Cantii Rege adſtipulante. *Petrum* Monachum, qui cum ipſo (*Augustino*) in Angliam venerat, Abbatem præpoſuit Monaſterio à ſe juxta Cantuariam fundato. Meminit hujus Concilii *Thom. Sprottus* Cantuarienſis, Monachus Ord. S. Bened. Sec. XIII. in Hiſtoriâ ſuâ, atque celebratum fuiſſe A. C. 605. V. Idus Januar. Vid. *Pagium* ſup. cit. n. 10. Plura apud *Henr. Spelmannum* in Concil. Britt. *Tom. I. p. 126.*

Refert præterea *Baleus* (f) *Augustinum* ſtatim poſt ejus in Britanniam adventum, ad ipſum *Gregorium* per ſuos nuncios *Laurentium* (g) & *Petrum* ſcripſiſſe, *de ſuo ſucceſſu proſpero* Lib. I. *Eccleſiarum ſuarum ſtatuta* Lib. I. quæ forſan nec ipſe vidit *Baleus*, & an unquam extiterint dubitari poteſt, niſi cum Cl. *Caveo* poſterius opuſculum idem cum libro *de Converſatione Novitiorum* fuiſſe ſuſpicari liceat.

De *Augustino* vid. *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad d. 26 Maji, ubi ejus obitum refert ad A. 607. Ita & in Diction. *Morer.* pag. 662. edit. Baſil. 1731. Certè initio hujus anni 607 adhuc vixiſſe conſtat; imò, ut diximus, non deſunt qui ejus obitum anno 608 adſcribant. Mortuum tamen eſſe anno 607 erui videtur è ſchemate ſeu figurâ ſummi altaris Eccleſiæ Cœnobiticæ S. *Augustini* Cantuar. quæ extat Tomo I *Monaſtici Anglic.* p. 24.

Hoc quoque fundamento, aliiſque hujus generis, innixus Cl. *Mabillonius* inf. cit. mortem ejus aſſignat anno 607. Fatendum tamen, ait *Ant. Pagi* ad A. 604. n. 17. hanc epocham ſat certam non eſſe, ſoliſque conjecturis inniti. Saltem eos falli certum eſt, qui *Augustini* vitam ad A. 614 protrahunt, ut refert Cl. *Cave* jam citatus. Sed & alii ejus obitum referunt ad An. 616. alii 613, alii 611, alii 605. Eorum autem ſententiæ accedit Cl. *Whartonus* (h), qui anno 604 ſtatuunt, poſt *Florentium* Monachum Wigornienſem Sec. XII. *Chronici* Autorem, & antiqua nonnulla monumenta quæ id teſtantur, cùm & *Wilh. Thorn* Monachus Benedict. Cœnobii S. *Augustini* Cantuar. in Chronico hujus Cœnobii aſſerat, *Augustinum* eodem anno obiiſſe, quo S. *Gregorius*, & quidem d. 7. Cal. Junii, feriâ 3. Atqui dies ille, quo etiam *Beda* Auguſtinum obiiſſe tradit, non anno 605 in feriam tertiam incidit, ſed anno 604. quo etiam *Gregorius* obiit. Unde colligit Cl. *Whartonus* eos falli, qui *Augustinum* Monachorum Bannochorenſium cædi ſuperfuiſſe tradunt. Sed litem dirimant quibus intereſt; mihi ſaltem, ſi quid hac in re video, probabilior videtur eorum ſententia qui obitum S. *Augustini* anno 607 adſcribunt. Legi item poteſt de illo *Hieron. Collier* in Hiſt. Eccleſ. Magnæ Britanniæ *Anglicè* editâ Londini 1708. *Tom. I.* de quo vid. *Diar. Erud.* Pariſ. Oct. 1709.

Vitam S. *Augustini* ſcripſit *Goſcelinus* Gallus, Monachus Ord. Bened. primùm S. Bertini in Artaſiis, dein S. *Augustini* in Cantuariâ, qui exeunte Sec. XI claruit, Scripſit, inquam, duplici opuſculo fuſiori altero, altero breviori. Brevius in Appendice Operum *Lanfranci* ſine Autoris nomine, & integro capite mutilum (i) olim evulgivit *Luc. d'Achery* (vid. ſup. p. 54. a.) Sed iterum edidit, Codice Lambethano uſus, Cl. *Henr. Whartonus* Angl. Sacræ *Tom. II. p.* 51. Londini 1691. Fuſiorem verò Hiſtoriam in publicum emiſit Cl. *Joan. Mabillonius* Sec. Bened. I. p. 498. Pariſ. 1668. ac inde depromptam *Dan. Papebrochius* in Actis SS. ad 26 Maji (vid. ſup. *p.* 79. b.) Scripſit etiam dictus *Goſcelinus* ad S. *Anſelmum* Cantuarienſem Archiep. *de Tranſlatione S. Augustini* Libros II. qui extant MSS. in Bibl. Cotton. quoſque penes ſe habuiſſe teſtatur laudatus *Mabillonius*, ut docet Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 1096.

AUGUSTINUS

(f) *De Script. Britann.* Cent. XIII Cap. I.

(g) Ille eſt *Laurentius* qui S. *Augustino* ſucceſſit in Sede Cantuarienſi & deceſſit A. 619. Vid. *Baver* Diction. *Adr. Baillet* ad d. 2. Febr. *Petrus* verò S. *Augustini* adjutor, primus fuit ab eo conſtitutus Abbas Monaſterii SS. Petri & Pauli, quod deinde S. *Augustini* eſt appellatum. De eo legendi *Beda* lib. 1. c. 33. & *Joan. Bollandus* ad d. 6. Januar. quo ejus Natale conſignatur in Martyrol. Angliæ teſte *Ant. Pagi* in Crit. *Baronii* ad A. 604. n. 18.

(h) In Diſſert. qua illuſtravit Canonici Lichfeldenſis *Indumentum de ſuis Cantuar. Archiep.* Cantuarienſium, Angliæ Sacræ Tomo I à ſe editum. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. *Suppl.* Tom. II. pag. 169.

(i) Ex *Actis Erud.* ibid. pag. 154.

AUGUSTINUS *de Aſcoli*, ſive *Aſculanus*, à patriâ ita dictus, in Marchiâ Anconitanâ, natione Italus, Eremita Auguſtinianus, claruit circa An. 1385 (†), S. Theol. Doctor præſtantiſſimus, & in Concionibus maximè charus populo, inquit *Phil. Eliſſius* in Encom. Auguſtin. *p. 91.*

Scripta:

1. *Comment. in IV Libros Sententiarum.*
2. *Super Evangelia Dominicalia*; ad diſcipolos ſuos in Gymnaſio Patavino degentes.
3. *Super Geneſin quædam Moralia*
4. *Plures Lectiones in univerſam Scripturam.*
5. *Super libros Ethicorum Ariſtotelis.* Quæ omnia dicuntur adſervari inedita Bononiæ, & Patavii in Bibl. Ordin. præſertim Florentiæ in Bibl. Servorum B. Mariæ & Minorum.

(†) Male 1294. ut tradit *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *pag.* 619. ubi *Eliſſium* teſtem adducit, qui tamen ipſe habet 1385. ex *Poſſevin* Appar. Sacro *p. m.* 133. Ita & *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 300 ex *Joſ. Pamphili* Chron. Auguſtin. Idem *p.* 303 verb. *Auguſtinus de Aſculo* eum floruiſſe an A. 1330. ex *Ambr. Coriolano*, ſed verius, addit *Ciaconius*, 1380. *Auguſtini* noſtri meminit quoque Cl. *Ellias Du Pin* in Bibl. Eccleſ. Sec. XIV. *p. m.* 84. & in *Tab. Univerſ.* Tom. I. p. 773. ubi ad A. 1390 refert.

AUGUSTINUS *de Cavacciis*, ſeu *de Cremona* appellatus, natione Italus, Ordinis Eremit. S. Auguſtini Sacerdos, Sacræque Theol. Magiſter. Fuit an. 1432. Regens in Conventu Genoenſi, dein an. 1434. Scriba, ſeu Secretarius Prioris Generalis, & an. 1438. Vicarius & Officialis Epiſcopi Cremonenſis, qui tunc *Ventarinus de Marnis* Bergomenſis erat. Scripſit

Sermones prædicabiles, qui MS. ſervantur hactenus in Celebri Bibliotheca S. *Auguſtini* Cremonæ, teſte *Franc. Ariſio* Cremon. Litter. *Tom. I. p.* 243.

AUGUSTINUS Natione Italus, Placentinus in Lombardia, Eremit. S. Auguſtini, S. Theologiæ Doctor, vixit circa annum 1503. Expurgavit & edidit quæ ſequuntur:

1. *Tract. Auguſtini Triumphi Anconitani de cognitione Animæ, ejuſque potentiis.* Bononiæ. Dicavit *Fulginati* Generali Ordinis ſui.
2. *Deſtructionem Arboris Porphyrianæ.*
3. *Expoſitionem cujuſdam Decretalis*, quæ incipit R. ac diſcreto Viro Domino *Joan. de Hungariâ* Rectori Eccleſiæ Varadicenſis. *Vid.* Phil. Eliſii *Encom. Auguſtin.*

AUGUSTINUS *Alveldenſis* ſive *Alfeldenſis* (a), Heſſo-Germanus, Franciſcanus ac Theologus Vinarienſis (b), Conventûs Lipſienſis Prælector egregius (c), vixit Sec. XVI.

Scripta:

1. Liber, quo contra *Mart. Lutherum* contendit, *Divino jure inſtitutum hoc eſſe, ut totius Eccleſiæ Chriſtianæ caput, Romanus ſit Pontifex*: 1520 (d), in 4. Idem, ni fallor, qui apud *Lipenium* (e) inſcribitur: *De Sede Apoſtolica: an Pontifex Romanus jure divino in eâ præſideat?* Lipſiæ 1520. 4.
2. Epiſt. ad *Carolum Miltitium* ſive *de Miltitz* Canonicum Moguntinum, Nuncium Apoſtolicum, A. 1520. Extat in Cl. *Ern. Salom. Cypriani* Nutzlichen Urkunden zur *Reformation* Tom. II. p. 160. 161.
3. *Theſes* A. 1522 Vinariæ diſputatæ (*f*) quæ leguntur in Cl. *Joh. Eberh. Kappii* Spicilegio (*kleine Nachleſer zur Erlauterung der Reformations-Geſchichte nützlicher Urkunden*) Lipſ. 1727. 8. (*g*). Tom. II. p. 518. Ibid. *p.* 580 extat contra eaſdem Tractatus metricus.
4. *Malagma* adverſus *Joan. Lonicerum* Prof. Marpurgenſem, & *Mart. Lutherum* (non *Conicerum*, ut ſcribit *Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 300.) Lipſiæ 1527. (*h*)
5. *Pia Collatio cum Luthero ſuper Biblia nova Alveldenſis.* *Alvelda* 1528. in 4 (*i*).
6. *Oratio de Eccleſiâ bipertitâ, & Lutheri ac Lutheranorum ruinoſo fundamento* 1528. 8 (*k*).
7. Epiſt. ad *Lutherum*, apud *Cyprianum* (ubi ſup. n. 2.) p. 162.
8. *Pro Miſſâ* contra *Lutherum.*
9. *De Communione ſub utrâque ſpecie* adverſus eundem.
10. *Expoſitio Cantici* Salve Regina, cujus Auctor eſt *Hermannus*, à membris contractis dictus *Contractus*, Monachus Ord. S. Bened. Sec. XI.
11. *Sermo de Confeſſione Sacramentali.*
12. *De Matrimonio.*

De eo *Lutherus* Tom. I. Epiſt. p. 267. apud *Fabricium* jam cit. *p.* 273. *Ego vernacula abſolvi in Alveldum aſinum, jam ſub prælo naſcitur.* Et p. 295. *Aſinus Alveld iterum in me ſcripſit, ſed contemno, nec legere volo*, & p. 264. *ineptior eſt quàm ut horam perdam ei reſpondendo &c.* Reſpondit tamen A. 1520. libro cui tit. *wider den Romaniſten zu Leipſig*, Oper. Tom. VII. *Witteb.* p. 222. Tom. I. *Jenenſ.* p. 289. & *Altenb.* p. 452.

Hujus *Auguſtini* meminit (præter inf. cit.) *Poſſevinus* in Appar. *p. m.* 133.

[a] *Alfelda* urbs Epiſcopatûs Hildesheimenſis in inferiori Saxoniâ. Emendandus igitur Cl. *Ellias Du Pin* qui Normannum eſſe hunc *Auguſtinum* prodidit in *Tab. Univerſ. Autor. Eccleſ.* Tom. III. p. 214 edit. Pariſ 1704. [b] *Weimar* urbs Thuringiæ in ſuperiori Saxoniâ. [c] Ex *Jo. Alb. Fabricii* Centifol. Luther. *Part. II. p.* 713. Hamb 1730. [d] ibid. *p.* 726 [e] *Bibl. Theol.* II. 747. [f] *Fabric.* ubi ſup. *p.* 726. [g] Vid. eund. *p.* 881.

[h] *Anb. Miræus* in Script. Sec. XVI. cap. 34.
[i] Jac. Le Long *Bibl. Sac.* p. m. 619.
[k] Joh. Chriſt. Becmani *Catal. Bibl. Francof.* pag. 14.

AUGUSTINUS Natione Italus, Papienſis, in Ducatu Mediolanenſi, Canonicus Regularis Congregationis Lateranenſis, Claruit Sec. XVI. Obiit Anno 1520.

Scripta:

1. *Vita B. Monicæ* S. Auguſtini matris.
2. *Elucidarium Chriſtianarum Religionum*, ſive, *Religioſorum Ordinum: in quo fusè agitur de Ordine Auguſtinianorum, de S. Auguſtini vitâ, moribus, & Doctrinâ: quodque Eremitæ Auguſtiniani Canonici, Regularibus ſint poſteriores.*
3. *Regula Sanctiſſimi Patris Auguſtini*: in quâ continetur & *S. Guarini Epiſcopi Prauneſtini, ac Cardinalis, Vita.* Iſtam à Regulâ divulſam reperire eſt apud *Laur. Surium* ad vi. Februarii. Eſt hic Liber in Monaſt. Canonicorum Regularium Bononiæ (†).

Prodierunt illa tria Opera *Brixiæ* 1511.

4. *Compendium Speculi Crucis.*
5. Expoſitio in Pſalmum *Deus in nomine tuo ſalvum me fac.*
6. *Tract. de doctâ ignorantiâ.* Quæ quidem an *Brixiæ* unà cum præmiſſis Operibus evulgata fuerint, haud ſatis ſcio. Utut ſit, *Mediolani* 1603. excuſa prodierunt.
7. *Tract. de linguâ Hebræâ.* Lipſiæ 1620. in 8.
8. Cæterum *Chronicon Magnum*, ab illo compoſitum adhuc ineditum deliteſcit. Vide *Henr. Wharton* in Append. ad Hiſt. Liter. *Guil. Cave.*

[†] *Poſſinus* de Hiſt. Latin. *lib.* 3. *cap.* XL p. 667.

AUGUSTINUS (*Joannes*) Italus, *Baſſanenſis* à patria agri Vicentini Oppido cognominatus, S.T.D. Ord. Eremit. S. Auguſtini, Claruit Sec. XVI. A. 1526 Viſitator & Prior Regii. A. 1531. eodem munere functus eſt in Cœnobio Pontremuli. A. 1538. Diffinitor & Prior Bergomi. Demùm an. 1549. Viſitator & Prior Eremi. Virtutibus inſignis obiit Bergomi 10. Jan. 1557. ætatis ſuæ 70. & in æde S. Auguſt. ſepultus. Scripſit

1. *Catechiſmum* pro Urbe Neapolitana, impreſſum an. 1577.
2. *Commentarium in D. Pauli Epiſtolas ad Timotheum*

theum, quem Card. *Seripando* Ord. Generali dicavit, ut refert *Poſſevin.* in *Appar. Sacr.* & cum eo *Eiſſim* Encom. Auguſt. *p.* 324. *Le Long* Bibl. Sacr. *p.* 628. in omnes Epiſtolas S. Pauli Commentarium eſſe dicit.

AUGUSTINUS natione Italus, Mantuanus, Canonic. Regul. Congreg. S. Salvatoris, Ord. S. Auguſtini, Floruit Sec. XVI. SCRIPSIT

Epiſtolam Apologeticam adverſus Calumniatores ejuſdem Congregationis. Venetiis 1566. in 4 * *Ciacon.* Bibl. p. 307.

AUGUSTINUS, Capucinus, natione Italus, Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, vir vitæ ſanctitate celebris, SCRIPSIT Sec. XVI

Hiſtoriam B. Mariæ Virginis quæ XV. Calendas Aprilis an. 1570. apparuit, populoque Savonenſi è vicino colle benè precata eſt.

Hæc *Dionyſius* Genuenſis in *Bibl. Script. Capuc.* p. 42.

AUGUSTINUS (*Joannes*) Floruit Sec. XVI. Edidit *Eccleſiaſticum Jeſu Siracidæ in Methodum & chriſtianæ diſciplinæ locos communes digeſtum.* Tremoniæ (*Dortmund* in Weſtphalia) 1572 in 8.* *Le Long* Bibl. Sac. *Tom. II. p.* 619.

AUGUSTINUS (*Antonius*) Civilis & Pontificii Juris, ut vulgò audit, Inſtaurator, natione Hiſpanus, Tarraconenſis Archiepiſcopus, claruit Sec. XVI. Patriam habuit Cæſarauguſtam Aragoniæ Regni Metropolim, natus d. 25 Febr. 1516. patre cognomine, ejuſdem Regni Pro-Cancellario. Fratrem *Petrum* habuit qui Oicenſis (*a*) Eccleſiæ fuit Præſul, præter alium *Joannem*, & ſororem *Iſabellam* FERDINANDI Cardonæ Ducis conjugem. Præceptore uſus eſt in Grammaticis *Joanne Quadrâ* Bononienſi aliquando ad S. Clementem Hiſpanorum ſodali. Complutum miſſus, biennium in hac Scholâ, tum Salmanticæ ſeptennium deinde inſumpſit, Juris ſtudio operam dans. Nec eo contentus, Italiam, Bononienſeque Gymnaſium (*b*) clariſſimis hujus doctrinæ Præceptoribus eâ tempeſtate plenum, cogitans, eò ſe contulit, Bononiamque A. 1535 pervenit. Ibi *Andr. Alciatum*, & *Paul. Pariſium*; ac Patavii (*c*) *Marianum Socinum*, *Ludov. Gozadinum*, *Auguſt. Beroium*, *Joan. Anton. Alexandrium* ſe adeptum eſſe, audiviſſeque Juris utriuſque Profeſſores, refert in Epiſtolis nonnullis, quas penes ſe MStas habere teſtatur *Nic. Antonius*. Frequentavit & in Academiâ Bononienſi *Joannem Faſolum* Græcas docentem literas, quas ad Jura intimè cognoſcenda omninò eſſe neceſſarias teſtatum ipſe ſcripto relinquere non dubitavit. His igitur, & humanioribus quibuſque Litteris vacavit, *Lazarum Bonamicum* Patavii, & *Romulum Amaſeum* Bononiæ claros utriuſque Linguæ Profeſſores familiariter habens. Interim & ſodalibus adſcriptus Clementini Hiſpanorum Collegii, huic planè virum dedit, (ut *Nic. Antonii* verbis utar,) quo ante alios omnes, quos uſquedum produxerat, Viros omni ſcientiarum genere ornatiſſimos, dum fuerit literis honos & pretium ſuum, gloriabitur. Decurſo autem Academico ſtadio Florentiam venit, comite *Joan. Metello Sequano* homine eruditiſſimo, cujus ope à uſus eſt in percurrendo Pandectis Florentinis MStis, ibi adſervatis, cumque *Norica* & *Greg. Haloandri* Celeb. JCti Zuiclavienſis in Miſnia, editionibus fideliſſimè ac diligentiſſimè conferendo. Unde ei nati ſunt *Emendationum & opinionum Juris Civilis* libri judicio ingenioque præſtantes, magno ſemper in pretio à Juriſperitis habiti. Tum verò ætatis annum circiter 25 agebat *Auguſtinus* (non 21, ut alii ſcribunt.) In eâdem urbe Florentiâ diſertos Juriſconſultos *Lælium Taurellum*, *Petrum Victorium* aliosque ſtudiorum ſimilitudine ſibi devinxit. Romam tandem adveniens, ſtatim à PAULO III P. M. anno 1544 inter Sacri Palatii Auditores poſtulante Imp. CAROLO V allectus, omnes numeros implevit integerrimi & prudentiſſimi judicis. Propterea *Julius III* intimis eum conſiliis adhibitum in Angliam quoque deſtinavit ſummâ autoritate Legatum, An. 1554. quo tempore pactum fuit conjugium inter MARIAM Reginam, & PHILIPPUM II Hiſpaniæ Regem; cujus muneris *Auguſtino* commiſſi meminit *Hieron. Oſorius* adverſus *Gualth. Haddonum* ELIZABETHÆ poſtea Anglorum Reginæ à ſecretis, & *Latinus Latinius* in Epiſt. ad *Andr. Maſium* IV Idus Febr. 1555. » Cùm, *inquit*, » ot gratias Regi Reginæque, Pontificio no» mine, ageret, quod eorum operâ Regnum illud ad » receptum Dei cultum, Sediſque Apoſtolicæ obſer» vantiam revocatum eſt, tunc præſertim, ut in com» ponendis rebus, quæ Sacerdotibus ſacrorumque mi» niſtris dicatæ erant, tanquam Juriſconſultus, Lega» to adeſſet. » Romæ deinde reverſus *Auguſtinus* PAULO IV tum ſedente, (qui *Marcello II* A. 1555. die 25 Maji ſucceſſit) Epiſcopus ab eo Aliſanus in regno Neapolitano renuntiatus, in Germaniam ire juſſus eſt A. 1557 ad FERDINANDUM I. Imperatorem. Cùmque in Eccleſiam ſuam ab hac Legatione rediiſſet, à PHILIPPO II Hiſpaniæ Rege, Pontificia veniâ, in Siciliam ablegatur A. 1558 luſtrandæ hujus Inſulæ causâ; quo munere defuncto PIUS IV, PAULI IV A. 1559 ſucceſſor, Regiæ nominationi deferens, Ilerdenſem Eccleſiam (vulgò *Lerida* in Cataloniâ) ei contulit, tempore Concilii Tridentini A. 1562. Egregiam in eo Noſter operam navavit (*d*), utpote talium rerum conſultiſſimus, expediendis utiliter Sacri Conventûs negotiis, reverſuſque in Sedem ſuam, totos 16 annos paſcendo inſtitutis optimis, vitæque exemplo gregi, doctiſſimiſque ſuis lucubrationibus in lucem emittendis invigilavit. Quouſque ſedente *Gregorio XIII* anno 1574 Tarraconenſis Archiepiſcopus Cataloniæ Metropolitanus renuntiaretur, integro adhuc decennio Eccleſiæ ſuæ victurus. Deceſſit enim ſeptuagenarius A. 1586. (*e*) Vir quem nulla, inquit *Nic. Antonius*, dignè celebrare unquam poterit eloquentiæ facultas. Jacet in æde maximâ Tarraconenſi cum hoc Epitaphio ſepultus:

D. O. M. S.
Ant. AUGUSTINO domo Cæſarauguſt.
Romæ olim in Urbis & Orbis luce
XII-Viro litium judicandarum,
Ex Aliſano & Ilerdenſi Epiſcopo
Tarracon. Archiep. in pauperes munifico,
Bene de Antiquitate & Literis merito
In hoc Ædis Sacræ D. Theclæ Virg. & M.
A ſe ampliato membro, & ad Aram
In ſpem reſurrectionis quieſcenti
S. P. Q. Tarracon. P. H. C. & Colleg. Canon.
poni curarunt.
Vixit annis LXX. m. III. d. III.
Obiit damno publico
Pridie Kalendas Junias
MDLXXXVI.

Ex multis, qui Noſtrum ſuis laudibus *Auguſtinum* celebrarunt (*f*), unus ſit pro omnibus *Andr. Schottus* Antverpienſis, qui nondum Societatis Jeſu ſodalibus

(*a*) *Oſca* vulgò *Hueſca* urbs Aragoniæ.
(*b*) Ideo *Auguſtinum* laudavit *Pellegr. Ant. Orlandi* Carmelita Bonon. in Notitiâ ſuâ *de Script. Bonon.* A. 1714 Italicè editâ, *p.* 58.
(*c*) Vid. *Nic. Commeni Papadopoli* Hiſt. Gymn. Patav. *Tom. II. p.* 84. Venet. 1726.

(*d*) Refert Cl. *Teiſſerius* inſ. cit. *Auguſtinum* in Concilio Tridentino totis viribus incubuiſſe Eccleſiaſticorum reformationi, oſtendendo quod omnia Eccleſiæ mala illorum effrænatæ diſſolutæque vitæ adſcribenda eſſent.
(*e*) Male 1588 apud *Pope-Blount* inſ. cit. Ita & *Nyat. Gimma* Iſtoria dell' Italia Letter. *Neap.* 1723 p. 273.
(*f*) Vid. imprimis elogia quæ collegit *Thom. Pope-Blount* In Cenſurâ Celebr. Authorum. Vid & *Adr. Baillet* in Judiciis Erudit. *Tom. II. p.* 158. & 348. edit. Pariſ. 1722.

libus adſcriptus, in *Auguſtini* domo per biennium liberaliter, utpote eruditiſſimus ab eruditiſſimo habitus, vixit. Memoriam itaque ejus penè incredibilem, ſtudiorum contentionem, virtuteſque in perfecto viro, & quod plus eſt, Chriſtiano Antiſtite laudandas, integritatem nempe ac temperantiam, comitatem gravitati conjunctam, animi æquabilitatem, caſtitatis curam, in pauperes beneficentiam, adeo ut & vaſa ſacra pignori dare, & libros etiam quovis ſibi theſauro pretioſiores in rebus arctis, annonæque caritate divendere non gravaretur, multis laudat *Schottus*, de ſtudiis doctrinâque ejus hæc adjungens: » Maxima » in illo, *ait*, cognitio antiquitatis, ſumma ſcientia » juris antiqui, Legumque Romanarum & Familia» rum; multæ in eo, ut Romæ natus videretur, li» teræ, & elegantia ſermonis Latini. Ciceronem » etiam ſenex legebat aſſiduè, ut eloquentiæ princi» pem; Juris verò tanta in eo accuratio, ut vete» rum aliquis, præſtantiſſimorumque prudentum, *Pau» lus*, *Ulpianus*, aut *Papinianus* ab inferis extitiſſe, » ac revixiſſe, vel animam ex *Pythagora* ſententiâ re» cepiſſe illorum videretur. Quanta porrò Hiſtoria» rum, antiquarumque rerum Græcim & Italiæ ex» plicata cognitio! Jus Pontificium & Civile ita il» luſtravit, hoc adoleſcens, ſenex illud, ut princi» pem illum Juriſconſultorum, noſtrique ævi florem » delibatum uno ore gentes omnes prædicent. » Omitto innumeras ferè laudes, quibus præſtantiſſimi viri judicium de *Auguſtino* ſuum ad poſteritatis memoriam conſignaverunt, quos tantùm nominare ſufficiat, *Paul. Manutium*, *Laur. Pignorium*, *Didac. Covarrubias*, *Hieron. Blancas*, *Janum Gruterum*, *Onuphr. Panvinium*, *Hadr. Turnebum*, *Jac. Accurſium*, *Aub. Miraum*, *Steph. Pighium*, Card. *Baronium*, *Joan. Leunclavium*, *Franc. Boſquetum*. Plura alia ſunt *Victorii*, *Aldorum*, *Scaligeri*, aliorumque magno numero, nonniſi ampliſſimis concepta verbis præconia. Unde Card. *Joan. Bona*, cùm in Notitiâ Authorum, *Harmonia ſuæ Pſallentis Eccleſia* præfixâ, noſtro *Auguſtino*, ſic in omni literarum doctrinâ, maximèque antiquitatis, & Canonicarum ſanctionum à ſummis utriuſque Juris Profeſſoribus, Philoſophiæ, ac rerum antiquarum omnis eruditionis principibus celebrato, *non multam in expendendâ temporum ratione, & Canonum veritate accurationem*, magnâ, inquit *Nic. Antonius*, injuriâ attribuit. Subjicit *Latini Latinii* in laudem *Ant. Auguſtini*, atque hujus ad illum carmina, quæ apud ipſum legi poſſunt.

SCRIPTA:

Ea tantùm quibus Jus Canonicum & res ſacras illuſtravit, attingemus.

1. *Tres antiquæ Collectiones Decretalium*, cum Notis *Ant. Auguſtini* (g) ad primam. Accedit quarta Collectio Decretalium, cum ſcholiis *Joannis* (h) *Teutonici*. Ilerdæ 1576. fol. *Romæ* 1583. in 4. Item cum *Jac. Cujacii* Celeb. JCti Toloſani & aliorum annotationibus, curâ *Caroli Labbæi*, Pariſ. 1609. vel 1610. (i) iterumque 1621. fol. Huic poſtremæ editioni acceſſit *Aub. Miræi* Notitia Epiſcopatuum.

2. *Conſtitutiones Provinciales & Synodales Tarraconenſium* Libris V. *Tarracone* 1580. in 4.

3. *Canones Pœnitentiales* cum Notis. *Tarracone* 1581 vel 1582. & *Venetiis* 1584. in 4. apud *Valgriſium*. Item *Pariſ.* 1641. [cum *Epitome Juris Pontificii.*] In iſtâ Collectione continentur. I. *Pœnitentiale Romanum* (k). II. Ven. *Bedæ* Liber *de remediis peccatorum*. III. Rabani Mauri *Pœnitentium* Liber unus ad *Otgarium* Archiep. Moguntinum (l). IV. *S. Gregorii* Nyſſeni *Epiſtola Canonica* ad *S. Letojum* Meliſenes in Armeniâ Epiſcopum, de regulis ſive legibus Pœnitentiæ. V. S. *Gregorii* Thaumaturgi *Epiſtola Canonica* Canon ultimus. VI. Canones Pœnitentiales Diœceſis Aſtenſis in Ducatu Sabaudiæ.

4. *Epitome Juris Pontificii Veteris* in tres partes diviſa, *de Perſonis*, *de Rebus* & *de Judiciis*. Pars Iª *Tarracone* 1586. fol. Tres ſimul editæ ſunt *Romæ* 1611. & 1614. ac rurſus *Pariſ.* 1641. fol. 2. Tom. De cujus operis fine, utilitate, & excellentiâ videſis cognominem Authoris *Ant. Auguſtinum* Jeſuitam in Præf. ad poſteriorem hanc Editionem.

Liber primus hujus *Epitomæ* inſertus eſt Tomo IV p. 161-227 *Bibl. maxima Pontif.* Ill. Viri *Joan. Thomæ de Rocaberti* Ord. Præd. Archiep. Valentini *Romæ* 1697. fol. Hic, inquam, reperitur ſub tit. *Liber de Summo Pontifice*, utpote in quo, ait Cl. Editor, quid Pontificium Jus, de ſupremâ in orbe perſonâ, Chriſti Vicario, Romano Pontifice diſponit, eruditiſſimè Autor proponendo dilucidat. Addit *opus eximium poſthumam aſpexiſſe lucem* anno 1614. operâ *Alph. Ciaconii* Ord. Præd. Hiſpani (m) qui de hac *Epitome* Cardinali *Alexandro Peretto* (cui dicatum obtulit) inquit; *Hanc Epitomen Sacrarum Legum, Magni Tarraconenſis Archiepiſcopi, doctâ manu exaratam, à meo prælo exilientem conſecro.* Verùm, ſi *Nic. Antonio* credimus, Editio Romana curata fuit auſpiciis *Pauli V* Pont. Max. juxta *Auguſtini* Codices MSS qui, juſſu *Sixti V* & operam navante *Antonio Caraffa* tum Biblioth. Vaticanæ Præpoſito, & poſtea Cardinali, ex Hiſpaniâ allati, & in eâdem Bibliothecâ fuerant repoſiti.

5. *De quibuſdam veteribus Canonum Eccleſiaſticorum Collectoribus judicium ac cenſura.* Reperitur in *Epitome* mox laudatâ, ad calcem ſecundæ Partis.

6. Dialogi XL. ſive Libri duo *de Emendatione Gratiani*. Opus, inquit Cl. *Ellias Du Pin*, immenſi laboris, admirandæ diligentiæ, maximæque utilitatis. *Eximium* etiam vocat Cl. *Morhofius* (n), quodque ad Juris Canonici intelligentiam magnam afferre lucem poſſit. Prodiit *Tarracone* 1586. & *Pariſ.* 1607. in 4. Cl. *Steph. Baluzius* Tutelenſis emendavit, notis illuſtravit, & novas emendationes adjecit ad *Gratianum*, edidirque *Pariſ.* 1672. in 8. non 1676 (o) nec 1678 (p) ut alii dicunt. Iterùm verò recenſuit & *Steph. Baluzii* ſuaſque Notas in *Gratianum* & *Auguſtinum* ſubjunxit, edidítque *Duisburgi* ad Rhenum 1677. (q) in 8. Cl. *Gerh. von Maſtricht* J. C. Anteceſſor & Hiſtor. Prof. Ord. in Academ. Duisb. Præmiſit & Hiſtoriam Juris Eccleſiaſtici, atque in fine addidit Orationem *Andreæ Schotti* de Vitâ & Scriptis *Ant. Auguſtini* (r).

7. Bibliothecæ *Ant. Auguſtini* Librorum MSS. Græcè & Latinè Index. *Tarracone* 1586. in 4.

8. *Epiſtola ad* Hieron. de Blancas *de Cæſar-Auguſtana communis patriæ Epiſcopis atque Conciliis*. Inſerta eſt in Commentariis *Hieronymi* de rebus Aragonenſibus *Cæſaraug.* 1588. item Tom. I. Bibl. Hiſp.

Andreæ

(g) Epiſtolam ejus dedicatoriam ad *Gregorium XIII* P. M. legendam commendat *Poſſevinus*.

(h) *Joannes* ille cognomine *Semeca* (ab aliis *Teutonicus* ſimpliciter appellatus) vixit Sec. XIII. Dominicanis vulgò accenſetur, ſed immeritò ut exiſtimat R. P. *Jac. Echard.* in Script. ſui Ordinis ad A. 1243. p. 489. Nulli enim, *inquit*, Ordini regulari addictus fuit, ſed Juriſconſultus in Germaniæ ætate ſuâ clariſſimus.

(i) Vid. *Fabric.* loc. cit. p. 20. (k) Vid. eund. p. 74.

[l] *Otgario* ſucceſſit ipſe *Rabanus* A. 847. qui hunc librum A. 842 ſcripſerat.

[m] An *Ciaconius* in vivis fuerit anno 1614 non ſatis exploratum habeo: cum quidem *Jac. Aug. Thuanus* Hiſt. lib. 122. A. 1599 obiiſſe refert apud *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. *Tom. I. p.* 14. ſed *Tom. II. p.* 653 eum anno 1601 adhuc vivere & ſcribere teſtatur; quem ſecutus eſt *Jac. Echardus* in Script. Ord. Præd. at nullus, quod ſciam, ad annum uſque 1614 ejus vitam protrahit.

[n] *Polyhiſt. Pract.* lib. 6. ſect. 9. § 14.

[o] Ita Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 1131. ubi de *Gratiano*. [p] Ita *Morer.* Diction. edit. Baſil. in *Baluzio*.

[q] Editionem *Arnhem.* 1678 memorat Cl. *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Græc. *lib.* 6. *cap.* 1. ſive *Tom. XI. p.* 2.

[r] Hanc Funebrem Orationem edidit *Schottus* Antverp. 1586. in 4. quam recudit in ſuâ *Biblioth. Hiſp.* Francof. 1608 Tom. II. Adjecit quoque Cl. *Baluzius* ad calcem ſuæ Editionis. Habetur etiam inter Vitas clariſſimorum aliquot JCtorum Lipſiæ 1686. in 8. edente cum Notis ſuis *Frid. Jac. Leickhero*, U. J. D. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. *Sept.* 1686. p. 458.

Andreæ Schotti, & Tom. I. Concil. Hiſpaniæ Emin. Card. *Aguirræi* Romæ 1693. Vid. ſup. *p.* 163.

9. *Notæ in Canones LXXII ab Hadriano Papa I. adverſus falſos accuſatores, & oppreſſores Epiſcoporum, & Pontificum, in gratiam* Ingilramni *Mediomatricum* (ſive Metenſium in Lotharingiâ) *Epiſcopi, Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indictione IX. anno* 785. Prodierunt hi *Canones* cum Notis Tomo V. *Conciliorum* ex editione *Sever. Binii* Colon. 1606. *p.* 567 & ſeq.

10. *De Pontifice Maximo, Patriarchis & Primatibus, Archiepiſcopis* &c. *Romæ* 1617. fol. Citatur in Biblioth. *Heinſii* p. 19. apud *Niceronium* inf. cit. *p.*75. Forſan non alius eſt quàm Liber primus *Epitome Juris Pontificii* de quo ſup. *n.* 4.

11. *De perfecto Juriſconſulto & Epiſcopo.* Pariſ. 1607. in 4.

12. *Breviarium, Horæ, & Ordinarium Eccleſiæ Ilerdenſis.* Ilerdæ.

13. *Institutiones Juris Canonici*, ineditæ, ſi credimus *Panciroio* lib. 2. *de claris Legum Interpr.*

14. *Hiſtoriam* præterea *Conciliorum Græcorum & Latinorum* ſcripſiſſe eum refert *Hieron. Rom. de la Higuera* Soc. Jeſu Toletanus in Hiſt. MS. Toletanæ urbis & regni *lib.* 9. *c.* 9. & laudatus *Pancirolus*, aliique.

De his ac cæteris plurimis *Auguſtini* noſtri, quæ tum ad Hiſtoriam, Humaniores Literas, Antiquitates & Numiſmata, tum ad Jus Civile ſpectant, doctiſſimis ac præſtantiſſimis lucubrationibus conſuli poterunt Autores infra citati (*r*). Id tantum monere volumus, librum rariſſimum *de Nominibus propriis τῶ πανδέκτων Florentini* quem ad 120 libras in auctione publicâ Bibl. Colbertinæ æſtimatum fuiſſe refert *Niceronius*, recuſum fuiſſe in Tomo I *Theſauri Juris Romani*, quo continentur rariora meliorum Interpretum Opuſcula *&c.* curâ Cl. Viri *Everh. Ottonis* JCti & Anteceſſoris, *Lugd. Batav.* 1725. fol. (*s*). Tomo IV. A. 1729 (*t*) *Emendationum & Opinionum Juris Civilis* Libros IV. aliumque *de Excuſ. tionum ad Modeſtinum.* Indicem vero *in corpus Juris Juſtinianei* edidit cum aliis *Abrah. Wielingius*, J U D & Pro Rector Amſtelædamenſis *in Juriſprudentiâ reſtitutâ*, &c. Amſtelod. 1727. 8. (*u*).

(*r*) *Alph. Ciaconius* & *Conr. Geſnerus* in Bibl ſuis. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. *Lipenii* Bibl. Jurid. & Philoſ. Cl. *Ellias Du Pin* in Bibl. Eccleſ. Sæc. XVI p. 134 in 4. & *Tab. Univ.* Tom. I p. 129. *Jac. Aug. Thuanus* Elogia Viror. Erud. cum Addit. *Ant. Teiſſier* Tom. III. edit. Lugd. Bat. 1715. Gall. *Niceron* Mem pour ſervir a l'Hiſt. des Hommes illuſtres &c. *Tom. IX*, Pariſ. 1729. *Morer.* Diction. edit. Baſil. 1731.

(*s*) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1726. p. 110.

(*t*) *ibid.* A. 1730. p. 224.

(*u*) De hoc libro *ibid.* A. 1727. pag. 359.

AUGUSTINUS (*Joſephus*) Siculus, Panormitanus, claruit Sæc. XVII. Natus eſt anno 1573. Societatis Jeſu nomen dedit anno 1589 vel 1590, cui quatuor ſolemnibus votis ſe adſtrinxit. Romam miſſus, emenſo ſtudiorum curriculo, ob ingenii felicitatem ad eminentiſſimum doctrinæ faſtigium pervenit: hinc Romæ magno cum plauſu, ac laude Philoſophiam ſexennio docuit: inde Lugdunum & Avenionem miſſus, ibi eâ auditorum frequentiâ Theologiam profeſſus eſt, ut in Eccleſiis eam tradere compulſus fuerit, comparatâ ſibi magni nominis famâ. Morborum vi coactus Panormum remeavit, ubi per annos tredecim diffuſâ undique doctrinæ ſolidiſſimæ celebritate Theologiam docuit; ac per annos undeviginti in eodem Panormitano Collegio ſtudiorum Præfecturam geſſit. Apud S. Officii Siciliæ Judices Cenſor & Examinator Synodalis conſtitutus eſt. Obiit in Collegio Panormitano 29. Maii an. 1643. Ejus laudes legere eſt apud *Mongitor.* in Bibl. Sicul. & apud *Alegamb.* Bibl. Soc. Jeſu p. 521.

SCRIPTA:

1. *Nucleus Caſuum Conſcientiæ, ſive Brevis notitia eorum quæ ſcitu vel neceſſaria vel valde utilia ſunt Confeſſariis in primo ingreſſu ad audiendas Confeſſiones.* Panormi 1638. in 16. Opus laudatum à præclariſſ. Viro *Joan. Caramuel* in Theol. fundam. n. 1926. ac centies & ultra (ſi fides habenda eſt *Mongitori*) recuſum fuit *Panormi* v. g. *Colon. Agripp* 1644. (*a*) in 12. 1659. in 18 & 1662. in 24. *Lugd.* 1665. 24. *Duaci*, & alibi. Italicè etiam editum prædicant *Venetiis.*

2. *Commentarii in Iam Partem Summæ S. Thomæ.* Tom. I. complectens I. tredecim quæſt. *Panormi*, typis Collegii Panormitani, 1639 in fol.

Tom. II complectens a XIV quæſt. uſque ad XXVII addito duplici Tract. de Trinit. & de Angelis. Ibid. iiſdem typis, 1643 in fol.

In Biblioth. Colleg. Panormit. Soc. Jeſu ſervantur alia Opera MSS. nempè:

De Deo uno & trino. De Angelis. De Beatitudine. De Voluntario & involuntario. De vitiis, Peccatis & Gratiâ. De Fide, Spe & Charitate. De Juſtitia & Jure. De Incarnatione. De Sacramentis. De Pœnitentiâ. Logica, Phyſica, Metaphyſica. De Generatione & Corruptione (b).

(*a*) Hæc undecima editio numeratur. (b) *Mongitor* ibi ſupra.

AUGUSTINUS, Capucinus, natione Italus, Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ſæpius Guardianus, ac Diffinitor Sæc. XVII. Vir pius, magno labore Genuenſis Provinciæ *Chronicon* attexuit hoc tit. Italico:

1. *Raccolta delle coſe più memorabili ſpettanti alla Provincia di Genova de' Frati Minori Capuccini.* In hoc ſpecialiter agitur de Illuſtribus, ac perfectioribus ejuſdem Provinciæ Viris, & res memorabiles ab initio ſuæ fundationis uſque ad annum 1650. aperto calamo deſcribuntur. Habetur MS in plurima Volumina in Archivio Conventûs Genuenſis Immaculatæ Conceptionis.

Deſcripſit etiam Italico ſermone

2. *Vitam Ven. Fr. Thomæ Trebianenſis Capucini, viri Sanctitate conſpicui, ac viſionum, revelationum, & miraculorum gratiâ à Deo ditati*, in fol. Hunc librum dicavit Excellentiſſimo D. D. *Joanni Lucæ de Clavaro* Patritio Genuenſi, olim Sereniſſimæ Genuenſis Reipublicæ Duci. Mortuus eſt Genuæ in Conventu Ordinis, dum ibi Guardiani munere fungeretur an. 1650. ætat. 75. * Ex *Dionyſio* Genuenſi in *Bibl. Capuc.* p. 42.

AUGUSTINUS (*Joannes*) Italus, claruit Sæc. XVII. In lucem edidit Italicè

Diſcurſum in Pſalmum 138. *Venetiis* 1651. in 12. **Le Long* Biblioth. Sacra *p.* 619.

AUGUSTINUS *Bagienſis*, in Armeniâ majori, Ord. Prædic. Ordini nomen dedit ſub finem Sæc. XVI. ac poſt egregiam in animarum ſalute navatam operam, ſuis cum diu etiam præfuiſſet, & Eccleſiæ Naxiovanenſis (*Naſſia* Inſula Maris Ægei) ſuo paſtore *F. Matthæo Eraſmo* circa A. 1610 mortuo vacua remaneret, à Clero populoque pro more Canonicè Præſul Naxiovanenſis electus eſt. Cùm autem confirmationis conſecrationiſque cauſâ ab Apoſtolicâ Sede obtinendæ Romam ad *Paulum V* acceſſiſſet, ab eodem Pontifice invenit jam antea deſignatum *Eraſmi* ſucceſſorem F. *Paulum Mariam Citadinum* Bononienſem, & Archiepiſcopum Myræ jam conſecratum. At *Gregorius XV* ad rem componendam, *Citadinum*, virum magnarum partium, Naxiovanenſem voluit eſſe Archiepiſcopum, ut à deceſſore *Paulo V* conſtitutum fuerat, *Auguſtinum* vero Myrenſis Eccleſiæ Præſulem conſecravit, unaque dedit Naxiovanenſis coadjutorem cum futurâ ſucceſſione, quam tandem conſecutus eſt, *Citadino* A. 1627 è vivis ſublato. Suam verò Eccleſiam ille ſanctiſſimè rexit annis 28, ac tandem ætate meritiſque gravis ibidem fatis ceſſit d. 16 April.

matris tua ponebas ſcandalum : hæc feciſti , & tacui. Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis , arguam te , & ſtatuam contra faciem tuam &c. Prologum exhibet *Echardus* loco cit.

Extat in Bibl.S Victorie Pariſ. cod.50. à fol. 1 ad 183. titulo menu ſecundâ eddito : *Durandellus ſuper IV Libros Sententiarum contra corruptorem Thomæ editus*. Videtur autem hoc opus poſt canonizationem S. Thomæ recèns ſactam (ſcil. An. 1322. per S. P. *Joannem XXII.*) & in Gymneſio San-Jacobæo Baccalaoreia Magiſtris & in ejus doctrinæ defenſionem conſpirantibus editum fuiſſe.

Hoc idem opus Neepoli ad Sodales S. Dominici *Luſitanus* ſe vidiſſe teſtatur ſub tit. *Incipiunt ſolutiones , reſponſiones ac reprobationes rationum S. Thomæ F. Nicolas Meldenſis.* Qui titulna haud dubià corruptus, nam ejus facilie non eſt intellectus ; ſuſpicatur igitor legendum *Echardus : Incipiunt ſolutiones ac reſponſiones ad reprobationes rationum S. Thomæ , fratris N. Meldenſis* : ut N. ponatur loco veri nominis, & ſenſus ſit, opus eſſe contra *Durandum de S. Porciano* Meldenſem Epiſcopum.

Porrò doctiſſimus *Echardus* Tom. I. p. 588 hoic *de Aureliaco* prætet laudatum opus aſſerit etiam *Correctorium corruptorii* (g), eò quod primom ad alterum remittat , quòdque in iſto illud lauderur ut priùs editum. Verùm vir eximius D. *Carolus du Pleſſis d'Argentré* à nobis ſuo loco laudatus *p.* 555 (*b*) haud levam ipſi difficultatem oppoſuit. Sic enim aiebat, ut ipſe *Echardus* refert *Tom. II.p.* 820. » Quem prio» rem Tractatum ſtatuis , certò nonniſi poſt *Thomam* » *de Aquino* Sanctorom elbo adſcriptum editus eſt , » nam eum Auctor in ipſo limine & deinceps in roto » Tractatu *Sanctum* & *Beatum* compellat. Quem ve» rò poſteriorem dicis , ante *Thomæ* canonizationem » editus fuit , cùm in eo Auctor nonniſi *Thomam* , nun» quam verò *Sanctum* aut *Beatum* nominet. Igitur qui » tibi poſterior aſt,ille prior , qui verò prior, ille poſ» terior,& ambo Tractatus Scriptorum diverſorum fœtus. » Reſpondere quis poſſet,ſubdit *Echardus*,quòd in altero Tractatu Thomas *Sanctus* non vocetur , erratum forſan eſſe librarii & ſtetionarii , qui morem Theologorum ajus ætatis ſecutus fuerit. Neque enim illi etiam poſt *Thomam* in Sanctorum numerum relatum, de eo agentes , vel eum in publicie diſputetionibus citantes , *Sanctum* continuò vocabant , ſed frequentius *Thomam* ſimpliciter , vel *Thomam de Aquino.* Sed fatetur laudatus *Echardus* neceſſarium fore, ad ſolvendam planè difficultatem , Tractatus ambos à capita ad calcem revolvere, inter ſe invicem comparare, & quæ ſit inter utrumque convenientie, quodve diſcrimen , diligentiùs annotare.

Cæterùm quis *Correctorii* ſit Auctor, vel *Johannes* Pariſienſis , ut cenſere vidabatur Cl. Theologus *Argentræus*, vel *Johannes Clapoël* , vel *Ægidius Columna*, vel *Hervæus Natalis* , vel *Bernardus de Claromonte*, (qui omnes contra Corruptorem feruntur ſcripſiſſe,) diſquitere non aggredimur » ſed cuivis tribuatur , inquir *Echardus* , » ajus indicandus eſt Trac» tatus prior, ad quem in hoc *Correctorio* remittat , » quod tamen de iſtis nemo hactenus dixit bis pro *S.* » *Thoma* doctrinâ ſcripſiſſe, neque ille Tractatus hoc » uſque inventus eſt eut indicatus. Non enim ego » alia ratione perſuaſus ſum , ut utrumque eidem Scrip» tori eſſererem , quàm quia ſcriptor *Correctorii* re» mittit ad Tractatum prius à ſe editum , in quo de » ſpiritualibus creaturis egerat , idqoe actum inveniens » in Tractatu contra *Durandum de S. Porciano* , utrum» que eidem Scriptori tribuendom cenſui , ſed ſalvâ » aliter & meliùs opinantium ſententiâ. Hæc vir ille doctus in Emendandia ad calcem ſui operis *pag.* 820.

(*g*) Iſtud quoque *Correctorium* & librum jam memoratum adverſùs *Durandum de S. Porciano*, *Durandello* adſcribit *Poſſevinus* in Appar. p. m. 488 At ſane, inquit, in quibus *Durandus* cum communi Theologorum ſententiâ ſenſit, profundior, & doctior habetur *Durandello*.

(*b*) Supplementum ad ea , quæ ibi dicta ſunt , dabimus verb. du PLESSIS, quod interim legi poteſt apud *Echard.* Tom. II. p. 820.

AURELIANENSE Conciliom I ad Ligerim Fl. præſentibus Archiepiſcopis V. & Epiſcopis XXVII. anno 511. VI. Idus *Julii* à Rege CLODOVÆO I. convocatum. In quo plurima ad Morce , Ritue, & Conſuetudines Eccleſiæ utilia conſtituta ſunt. Extant Canones XXXI. Conc. *Tom. IV. p.* 1403. Edit. Pariſ. 1672. & cum Notis ſuis & Obſervationibue apud *Car. le Cointe* , Annal. Eccl. Franc.*Tom. I. pag.* 279.

De hoc & quatuor ſequentibue Conciliis vid. D. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. VI.

AURELIANENSE Concilium II. à XXVI Epiſcopis & Presbyteris aliquot , anno 533. IX. Cal *Julias* juſſu Regis CHILDEBERTI celebratum. Spectat hæc Synodus ad Mores & Diſciplinam Eccleſiæ, de quibus extant Canones XXI. cum notis *Jac. Sirmondi* Soc Jeſu & *Sever. Binii* Conc. *Tom. IV p.* 1779. Exhibet hua Canones cum notulis hinc inde interſperſis *Cointius* Annal. *Tom.I. p.* 400.

In Canona XII prohibetur præſtare votum nuncupatom, cantare & indulgere genio in Eccleſiâ, quia Deus hiſca votis magis irritatur quam placatur.

AURELIANENSE Concilium III anno 538.Nonis Maji , à XXXVI Epiſcopis, vel per ſe, vel per Delegatos habitum : Ad reformandam Eccleſiæ Diſciplinam conditi ſunt Canones XXXIII. qui cum notis *Sirmondi* & *Binii* habentur Conc. *Tom V. p.*294. Notie etiam ſuis illuſtratos dedit *Cointius* Annal. *Tom. I.p.* 554.

Canon XXVIII permittit vehi diebus Dominicis equo vel curru *&c.*

AURELIANENSE Concilium IV. enno 541 vel 542 à L. Epiſcopis vel per ſe , vel per Vicarios , præſentibus , celebratum. Quo plurima de Rebus & Negotiis Eccleſiaſticie ſancita ſunt. Extant Canonee XXXVIII. cum notis *Sirmondi* & *Binii* Conc. *Tom. V. pag.* 380 & cum notis *Cointii* Annal. *Tom. I. p.* 595.

Canon IV vetar offerre in calice aliud quàm vinum equâ mixtum. XVItus eos excommunicat qui jurabant in caput brutorum , nomina Deorum Ethnicorum invocando.

AURELIANENSE Concilium V anno 549. V. Cal. *Novembr.* à L. Archiepiſcopis ſive Epiſcopie & XXI. Epiſcoporum Vicariis , celebratom. Extant Canones XXIV. quorum primo damnatis *Neſtorii* & *Eutychetis* dogmatibue , reliqui ad Eccleſiæ diſciplinam ſpectant , adjectis *Sirmondi* & *Binii* notis Conc. *Tom. V. p.* 390. Quædam etiem ad hos Canones non indigna notavit *Cointius* Annal. *Tom. I. p.* 745.

AURELIANENSE Conciliom VI. anno circiter 645 habitum ; in quo hæreticus Monothelita à *Salvio* Epiſcopo ſuperatur. Vid. *Ardoenum* (de quo ſup. *p.* 710) in Vitâ *S. Eligii* , lib. 1. cap. 34. & quæ exinde habentur *Concil.* Tom. V. p 1834. Hanc Synodum ad ann. 634 refert *Car. Cointius* Tom. III. p. 15. Notet etiam lector , plura circa annum 646 de controverſiâ Monotheleticâ Concilia in Africâ habita fuiſſe. Quatuor *Epiſtola* Synodales habentur Gr. Lat. in Conc. Later. *Secret. II.* Conc. Tom. VI p. 128. 132 137.

AURELIANENSE Concilium VII. ann. 1017 coactum. In quo *Lyſoius* in monaſterio S. Crucis Clericus primatius , & *Heribertus* in Eccleſia S. Petri cognomento *Puellaris* Scholæ præpoſitus , aliique qui novas de SS. Trinitate aliiſque fidei Chriſtianæ capitibus , hæreſes ſpectabant , damnati , & *Roberti* Regis juſſu flammis exuſti ſunt. Hæreſeon , quarum accuſabantur , hæc erat ſumma : deliramentum eſſe quicquid in Veteri ac Novo Canone de trinâ unâ-

que Deitate (ipſorum verbis utor) beata confirmat auctoritas; cœlum pariter ac terram, prout conſpiciuntur, abſque auctore initii ſemper extitiſſe, nec flagitia æternis ſuppliciis ulciſcenda, nec opera pietatis & juſtitiæ æternis gaudiis eſſe remuneranda. Addit vetus Auctor Commentarii de Geſtis hujus Synodi Aurelian. quem edidit D. *Luc. d'Achery* hæc eos etiam docuiſſe; Chriſtum de Virgine Mariâ non eſſe natum, neque pro hominibus paſſum, nec in ſepulchro verè poſitum, nec à mortuis reſurrexiſſe; in baptiſmo nullam eſſe ſceleris ablutionem, neque ſacramentum Corporis & Sanguinis Chriſti in conſecratione Sacerdotis; & ſi qua inſana ſunt Fanaticorum deliria (1). Integram hiſtoriam refert, qui eod. Sec. XI. vivebat, *Glaber Rodulfus* Monachus primùm S. Germani Autiſſiodorenſis, poſtea Cluniacenſis, *lib. III. Hiſt. cap.* 8. Auctor Commentarii, quem *Aganonem* vocant, à *Dacherio* editus in *Spicilegio* (2) & exindè *Conc.* Tom. IX. p. 836.

Hæc de Aurelianenſibus Conciliis Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. Memorantur & quædam alia recentiora in Diction. *Morer.* verb. *Orleans.* De Hiſtoriâ Eccleſiæ & Epiſcoporum Aurelianenſium varii extant Scriptores, quos memorat *Jac. Le Long* in Bib. Hiſt. Galliæ.

(1) Plura vide apud *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. XI. p. 114. & apud Celeb. *Bened. Pictetum* in Hiſt. Eccleſiæ & Imperii Sec. XI. p. 181. & ſeqq. edit. Genev.

(2) *Tom. II. p.* 670. edit. vet. *Tom. I. p.* 604. edit. ult.

AURELIANENSIS, Gallicè d'ORLEANS (*Joannes*) Natione Gallus, S. R. E. Cardinalis, claruit Sec. XVI. è Ducibus Longavillæis, *Francisci* Longavillæ & *Agnetis* a Sabaudiâ filius. Natus eſt Parthenaci Pictonum A. 1484. & fratrem habuit *Franciſcum* Aurelianenſem, Comitem Dunenſem. *Joannes* noſter decurſo Philoſophiæ in Navarricis ſcholis ſpatio, annos tantùm natus duodeviginti cùm excelſæ indolis ſpecimen dediſſet, omnique conatu ad Clericalem vitam aſpiraret, & vix à limine Theologiam ſalutaverat, cum opulentiſſimâ præfecturâ Abbatiæ Beccenſis donatus eſt A. 1502. & Toloſanenſis Archiepiſcopus renunciatus eodem anno, nec tamen à ſtudiis deſtitit; ſed in eâ generoſius incumbit. Sa enim in *Petri Vallæ* Archidiaſcali diſciplinam recipit, eumque & *Joan. Standonium* & *Michaelem Quelainum* docentes audivit. Sic neque natalitium ſplendor, neque ſumma Eccleſiæ dignitas impediunt quominus Theologiæ ſcholarem agat. Verum A. 1509. circà menſem Auguſti, emerſit Pariſiis peſtis importuniſſima, quæ Noſtrum coëgit è contubernio Theologorum exire; ſtudendi nihilominus conſilium non abjecit. In Academiam Pictavienſem ſe contulit, perfecturus quod Lutetiæ Pariſiorum inchoaverat.

Ad Eccleſiam verò Toloſanam cum acceſſiſſet, Clerum in meliorem frugem reduxit, & populum ſalutaribus documentis inſtruxit. Synodis & Decretis Cleri emendationem, & populi inſtitutionem ſubindè confirmavit. Floruit autem non tam Regis FRANCISCI I. conſanguinitate & gratiâ, quàm Litterarum ſcientiâ, vitæ munditiâ, omniumque virtutum cumulo. Unde *Nicolaus Bertrandus* coætaneus ſcriptor, in Hiſtoriâ Toloſanâ de ipſo verba faciens, » Habemus, *inquit*, nunc ultimum Archiepiſcopum » ad præſens viventem in juvenili ætate, ſed pru» dentiâ & boneſtate provectum, ex altiſſimo ſangui» ne genus trahentem, quem Deus conſervet, fratrem » Domini & magni Ducis de Longavillâ, Domini » *de Dunois*, qui curâ & imperio *Ludovici* Aurelia» nenſium Ducis, deindè Gallorum Regis hoc nomi» ne *XII* educatus, in bonarum artium diſciplinâ in» ſignes profectus fecit, ac patre adhoc juvenis orba» tus, Eccleſiæ nomen dedit. » *Joannes* ſe præbuit comitem *Franciſco* fratri natu majori, Duci à Longavillâ, dum is iter haberet in Navarram ad Regem *Joannem Albretium* exulem in Regnum iterùm reſtituendum, quo itinere confecto Toloſam ſe recepit gregi ſuo invigilaturus. Verùm accepto paulo poſt triſti nuncio de morte *Franciſci* fratris & de carcere alterius fratris *Ludovici* in Angliâ poſt prælium à *calcaribus* nuncupatum, Caſtrodunum adiit. Perduxit unà cum Epiſcopo Laudunenſi è ſtirpe Vindocinâ *Claudiam* LUDOVICI XII filiam, uxorem FRANCISCI I. Pariſios ut regio donaretur diademate.

Ex Toloſano Archipræſule omnium Canonicorum Aurelianenſium ſuffragio die 10 Maii A. 1523. eligitur Epiſcopus Aurelianum retentâ cum diſpenſatione LEONIS X. Toloſanâ infulâ. Sequenti anno 12. die ejuſdem menſis ſolemni pompâ Aurelias ingreſſus, Sedis ſuæ inaugurationem, & juxtà Homagium accepit quâ die reos criminum numero 114. more majorum abſolvit. Synodales Ordinationes Diœceſis Aurelianenſis die 16. Julii A. 1525 in unum congeſſit, eaſque poſt feſtum Pentecoſtes in angariis, magno Cleri populique emolumento publicavit. Ipſo ſedente JACOBUS V. Scotiæ Rex die 11 Decembris A. 1530 in Eccleſiâ Aurelianenſi apparatu regio exceptus eſt, cui data eſt in matrimonium *Magdalena* FRANCISCI I. Francorum Regis filia. Adfuit etiam coronationi *Eleonoræ* Auſtriacæ CAROLI V. Imperatoris ſororis & FRANCISCI I. Gallorum Regis ſecundæ, poſt *Claudiam*, uxoris.

Hujuſce Præſulis conſenſu (exorato ad id Papæ indulto) Canonici Regulares S. Stephani urbis Toloſanæ antea Religioſi, ſoluto quo vitæ monaſticæ adſtringebantur vinculo, Clerici ſæculares ſunt facti. Tandem A. 1533. noſter *Joannes* ad inſtantiam FRANCISCI I. Galliarum Regis purpurâ decorari, & cum titulo presbyterali *S. Martini* in Montibus publicari meruit a CLEMENTE VII. Sed ornata potiùs ab eo dignitas quam ipſe ab eâ ornatus fuit, egregium enim virum purpura non facit, ſed egregius vir purpuræ honorem importat. Eodem autem anno quo Romanâ purpura inſignitus fuit fere quinquagenarius obiit 4 Octobris Taraſcone Provinciæ urbe, in quam ſe receperat ut dicto Papæ CLEMENTI VII. aſfiliam accedenti ad nuptias *Catharinæ à Medicis* cum *Henrico* Aurelianenſium Duce adornandas obviaret. * *Joan. Launoii* Hiſtoria Gymnaſii Navarr. ejus Operum *Tom. IV.* Edit. Genev. 1732 *p.* 600 & *Georg. Joſ. ab Eggs* Supplem. Purpuræ Doctæ p. 289.

SCRIPTA:

1. *Synodalia Civitatis & Diœceſis Toloſanæ Statuta.* Toloſæ 1527. 4. & 1531. (*a*) His adjecit libros ſequentes n. 2. 3.

2. *Tripartitum opus* Gerſonis *Cancellarii Pariſienſis*, ſcilicet *de Præceptis Decalogi*, *de Confeſſione*, *& de arte moriendi.* » Libellum, *inquit* noſter *Joannes*, per » Venerabilem virum Magiſtrum *Joannem de Gerſono*, » olim Eccleſiæ Pariſienſis Cancellarium, & compo» ſitum, & communiter *Opuſculum tripartitum* intitu» latum, Mandato noſtro in vulgarem ſermonem » tranſlatum, ac impreſſioni mandatum, unà cum » Tractatulo ei adjuncto *de Sacramentis*, omnibus » & ſingulis Rectoribus, Vicariis, & omnibus aliis » coram & regimen animarum habentibus in noſtrâ » Civitate & Diœceſi Toloſanâ, perlegi, & quàm » commodè fieri frequentiùs poterit, parochianis ſuis » publicari & declarari volumus & mandamus » (*b*) Ecce verba *Henrici Wharton* (*c*) de opere Celeb. *Gerſonis* & de tranſlatore illius: » Opus, *inquit*, à » *Gerſone* Gallicè ſcriptum, & à ſemidocto quodam » Latinè verſum. Melius ſanè fatum meruit Opus » iſtud

(*a*) *Le Long* ubi inf. n. 2197. & *Launoius* ubi ſupra.

(*b*) De iſto opere vid. *Du Pin* Bib. des Auteurs Eccleſ. Sec. XV p. 73. & *Gerſoniana* ejuſdem p. XLI. & in Tom. I Operum *Gerſonis* edit. A. 1706. pag. 415

(*c*) Appendix ad *Cave* Hiſt. Litter. pag. 78. ſub finem.

» iſtud decantatiſſimum, quod tantam apud Gallos » exiſtimationem obtinuit, ut Synodorum XVII de- » creto à Presbyteris & Curatis in exponendo Deca- » logo, excipiendis Confeſſionibus, & viſitandis æ- » grotis adhiberi jubeatur: quin & in Eccleſiarum » XX libros Rituales transferatur.

3. *Tractatus de Sacramentis*.

4. *Ordinationes Synodales Diœceſis Aurelianenſis*: publicatæ A. 1525. & *Aurel.* editæ 1526. in 4. (*d*).

(*d*) *Le Long* Bibl. Hiſt. de la France n 1991.

AURELIANENSES alii ſunt de quibus dicemus verb. ORLEANS.

AURELIANIS (*Ægidius* de) Vid ſup. *p.* 122. (*Joannes*) Vid. verb. *de Allodiis* p. 336.

AURELIANUS Auditor *S. Martialis*, & in ſede Lemovicenſi (vulgò *Limoges*) ſucceſſor, mortuo Magiſtro, *ut Galli volunt fabularum amantes* (ita loquitur *Caſim Oudinus* in Comment. ad A 80. p. 72.) ſcripſit illius *Acta miraculis ſplendida, mendaciis plena.* Habentur apud *Laur. Surium* ad d. Junii 30. Scriptoris hujus non meminit in Hiſt. Liter. Script. Eccleſ. Cl. *Guil. Cave*, » dubio procul, ait *Oudinus* » *quòd tam » anilium fabularum mentionem facere erubuerit* (a). De eo tamen loquuntur *Ant. Poſſevinus* in Appar. Sacro, Card. *Bellarminus* & *Phil. Labbeus* de Script. Eccleſ. necnon Fratres *Sammarthani* Tom. III Galliæ Chriſtianæ, in Epiſcopis Lemovicenſibus. Legi quoque poſſunt de illo Notæ Hiſtoricæ *Gudef. Henſchenii* Soc. Jeſu in Actis SS. ad 7 April. Sane mirum quòd utrumque & *Martialem* & *Aurelianum* omiſerit doctus D. *Remigius Cellierius* in noviſſimâ *Hiſt* ſuâ *Autorum Sacr. & Eccleſiaſtic.* ſeculi primi pariter ac tertii. *Tertium* dico: quod enim volunt Lemovicenſes, *S. Martialem* Seculo I vixiſſe, ac proinde ſucceſſorem ejus *Aurelianum*, meritò in dubium revocant Eruditi, qui ejus ætatem Seculo III adſcribunt; certum enim videtur *S. Martialem* in Gallias miſſum fuiſſe circa A 250. ac tum Lemovicenſem Epiſcopum deſtinatum. Sed de his pleniùs in MARTIALI dicemus. Hic modo annotaſſe ſufficiat, Acta quæ ſub *Aureliani* nomine conficta ſunt, fœtum eſſe cujuſdam impoſtoris qui labente Sec. X vel ſequenti vixiſſe creditur (*b*). Porrò hæc Acta, ſeu *Vita S. Martialis*, in lucem prodierunt *Pariſiis* A. 1521. (*c*) in 8. & cum fabuloſa (vid. ſup. *p.* 12.) *Abdiæ* Babylonii Hiſtoriâ Apoſtolicâ *Baſil.* 1552. vel 1551. fol.

Sed non omittenda, quæ occurrit, obſervatio viri doctiſſimi *Caſp Barthii* Adverſ. lib. 45. c. 7. p. 2069. (*d*) Non alium enim eſſe arbitratur Autorem Epiſtolarum quæ *S. Martiali* tribuuntur, quam *Aurelianum* qui vitam ejus ſcripto etiam commendavit, » non quidem tali, *inquit*, ut fidem facere » poſſit ſeſe eum eſſe, ut fertur, qui ab ipſo *Martiali* ſit ſuſcitatus è mortuis, ſed ejus generis, ut » nec genus dicendi, nec mores conſuetudoque tem- » porum, quorum mentio in Epiſtolis & Vitâ par » ferè deprehenditur, à ſeſe invicem diſſentiant, ſed » dici verè poſſit, unum ambarum Commentatio- » num eſſe Auctorem. Vixit autem is AURELIANUS » ſub ARNULFO Imperatore, Clericus Rhemenſis, » aliis etiam ſcriptis notus, ad A. C. 900. ut notat » *Joan. Trithemius* (*e*) qui virum vocat (ut ſolet) *in Scripturis ſanctis admodum ſtudioſum, & in ſecularibus literis nobiliter doctum, Muſicum ſuo tempore excellentem & inſignem.* Illa enim eſt qui ſcripſit ad *Bernardum* Archicantorem (*f*), poſtea Epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos vel tenores appellant, & de ipſarum vocabulis volumen inſigne, ſub tit. *Tonarius Regularis.*

[*a*] Meminit quidem obiter *Aureliani* Cl. *Caveus* ubi de *Martiali* ad A 70 cujus Acta ab *Aureliano* conficta *incerta prorsus & fabuloſa* vocat quæ vel leviſſimam veritatis umbram non habere videntur. Vid. & Cl. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. I.* p. 183 in 4 ubi de S *Martiali*.

[*b*] Vid. *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad d. 30 Junii ubi de S. *Martiali*.

[*c*] Ex *Jac. le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *p.* 161. *n.* 3182.

[*d*] Vide & c. 21 ejuſdem libri, & *lib.* 57. c. 1. citante *Placcio* de Script. Pſeudon *n* 1689.

[*e*] De Script. Eccleſ. cap. 294. Hujus *Aureliani* meminit ante *Trithemium* Sigebertus *Gemblac.* cap. 110. Ex *Trithemio* Alph. Ciacconius *Bibl.* ſuæ *p.* 316. Ger. *Joan Voſſius* de Hiſt. Lat. lib. 2. c. 38. *p.* 326. Cl. *Elias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Sec.* X *p.* 45. in 4.

[*f*] Ita poſt *Sigebertum* alii, verùm ſi fides Diction. *Morer.* non *Bernardo* ſuum opus inſcripſit *Aurelianus*, (qui A 890 vel 900 floruiſſe dicitur) ſed potius *Seulfo* ſive *Seulpho* Eccleſiæ Rhemenſis tum Archidiacono, & poſtea Archiepiſcopo, qui *Herveo* ſucceſſit A 922.

AURELIANUS Arelatenſis Epiſcopus Sec. VI. ex Patriciorum *Aurelianorum* ſtirpe editus in Galliâ Narbonenſi, ut memorant *Ennodii* Ticinenſis Epiſcopi Literæ, eod. anno 546. quo *Auxanius* è vivis exceſſit, ad ſedem Arelatenſem pervenit (*a*). Hunc VIGILIUS Papa, CHILDEBERTO Rege petente, & Imperatore conſentiente, Vicarium ſuum per omnes Gallias conſtituit (*b*), Epiſtolis hoc anno d. 23 Aug. miſſis, cùm ad ipſum *Aurelianum*, tum ad cæteros Galliarum Epiſcopos, Concilio Aurelianenſi V. non Lugdunenſi, ut perperam habet Cl. *Elias Du Pin* inf. cit. Secundus à *S. Sacerdote* Lugdunenſi Archiep. ſubſcripſit A. 549. Miſſa verò ad *Aurelianum* A. 550. III Kal. Maji Epiſtola *Vigilii* de quæſtione in ſui defenſionem pro Chalcedonenſi Synodo; quâ hortatur *Aurelianum*, ut *Childeberto* ſuggerat ad Regem Gothorum ſcribere, ne quid in Eccleſiâ Romanâ turbari ſinat in præjudicium veræ Religionis, urbe à Rege *Totila* noviſſimè captâ, rogatque, ut de ejus incolumitate Eccleſiæque Romanæ juribus conſervandis ſatagat, operâ *Childeberti* (ut vocat) *Chriſtianitatis ſtud. ſuis*. Claruit ergo noſter *Aurelianus* ſub *Childeberto I.* Francorum Rege, conſtructoque Monachorum Cœnobio, *Regulam* eis ſcripſit, quam edidit *Luc. Holſtenius* Hamburgenſis in *Codice Regularum* S. Benedicti Abbatis Anianenſis (non Anconitani, ut perperam legitur apud *Du Pinium* inf. cit.) *Romæ* 1661. & poſtea *Pariſ.* 1663. in 4. *Part. II p.* 58 & ſeq Scripſit & alteram *Sanctimonialibus* quam idem *Holſtenius* habet, *Part. III p.* 35. (*c*). Dicitur autem *Sanctus Aurelianus* in Epiſt. ad Legatos Francorum, qui CPolim proficiſcebantur, directâ ſub annum 552. Ubi ad *Vigilium* Legationem in cauſa Trium Capitulorum miſiſſe ſcribitur, quam refert *Jac. Sirmondus* Soc. Jeſu. De illo autem Præſule meminerunt *Ado* Vienneuſis Epiſc. *Uſuardus* in Martyrol. Card. *Baronius* & *Spondanus* in Annal. ſed potiſſimum Fratres *Sammarthani* in Galliâ Chriſtiana *tom. I.* ubi de Arelatenſibus Archiepiſcopis (*d*). Deceſſit Lugduni d. 16 Junii A 550 (*e*) cum Regem *Childebertum* Lutetiam comitabatur. Morbo enim in itinere correptus, ſtetit Lugduni, in eaque urbe vitâ functus eſt, at ſepultus in Eccleſiâ Apoſtolorum hodie S. *Niceti* dicta (vulgò *S. Nizier*) in quâ tum temporis ſepeliri ſolebant Lugdunenſes Archiepiſcopi. Reperta

(*a*) Anno 545 *Auxanius* acceperat à *Vigilio* Papâ uſum Pallii, qui inſuper ei vices ſuas delegaverat, ut liquet ex Epiſt. VII *Vigilii* ad eum datâ XI Kal. Jun A. 545. [Vid. *Ant. Pagi* Crit. in Annal *Baronii* ad A. 545. n 3.] Mortuo autem *Auxanio*, idem Vicarii munus *Aureliano* ejus ſucceſſori commiſit *Vigilius*, An. 546. ut conſtat ex ejus Epiſt. X ad *Aurelianum*, datâ X Kal. Sept. Vid. *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. *Tom I p.* 291 292. & Cl. *Du Pinium* Bibl Eccleſ. Sec VI. p. 71. in 4 qui *Aureliani* meminit p. 73. Sed fallitur, *Aurelianum* CÆSARIO ſucceſſiſſe dicens; huic enim A. 542 defuncto ſucceſſit *Auxanius* Aureliani prædeceſſor.

(*b*) Vid *Ant. Pagi* Crit. in Annal. *Baronii* ad A 550. n 3. ubi legimus, *Aurelianum* Româ A. 549 expugnatâ literas dediſſe ad *Vigilium*, quæ periere, in quibus agebat de Tribus Capitulis: *Vigilium* verò A. 550. menſe Aprili *Aureliano* reſpondiſſe, nihil a ſe admiſſum fuiſſe contra Concilia generalia, damnando *tria Capitula* &c. (*c*) Utramque *Aureliani* Regulam deſcribit *Carol. Cointius* in Annal. Eccleſ. Francorum ad A 548 & Notis illuſtrat quædam Capitula, quæ vel decerpſerit è S. *Cæſario*, vel ab eo penitus mutuatus. Vide quæ habet *Nat Alexander* in Hiſt. Eccleſ. Sec. VI cap. 6. art. 5. p. 3 in 461.

(*d*) Hæc *Caſim. Oudinus* in Supplem. *p.* 120 & in ſuis Comment. *de Script. Eccleſ.* ad A. 550. pag. 1434

(*e*) Ita *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad 16 Jun. non A 555 ut legitur in Diction. *Morer.* edit. Baſil. ubi tamen citatur *Bailletius*

perta fuit A. 1308 *Aureliani* tumba joxta altare S. *Sacerdotis*. Ac proculdubio ſepulturæ locus in errorem induxit *Symph. Campegium*, *Franc. Severtium* & quoſdam alios, qui S. *Aurelianum* Arelatenſem cum *Aureliano* Lugdunenſi Archiepiſcopo, tribus & ultrà Seculis juniore, confundunt (*f*).

(*f*) Vid. R. P. *de Colonia* Hiſt. Liter. Lugd. *Tom. II. pag.* 376, &c.

AURELIANUS ſive AURELIUS (*Petrus*) Italus, patriâ Venetus, nobili Sanutorum genere ortus, claruit Sec. XVI Eremita Auguſtinianus, Provincialis Marchiæ Tarviſinæ A. 1533. & An. 1550. Prior S. Stephani Venetiarum. *Vir maximi*, *& altiſſimi ingenii*, *ſubtiliſſimus Dialecticus*, *admirabilis Philoſophus*, *Theologus incomparabilis*, obiit A. 1553. (*a*) 25. Auguſti, teſte *Elſſio* (†). EDIDIT

1. Librum contra *Mart. Lutherum*, cui titulus: *Soli Deo*, ſive *Oppugnatio Lutheranæ doctrinæ*. Pariſ. 1552. In illo Libro exterminat, ut *Elſſio* credimus, omnia Hæreticorum idola.

2. Logicam præterea *Alberti de Saxonia* M. *Cypriano* Veneto ſuo Coeremitæ dicatam A. 1508 typis tradidiſſe teſtatur *Elſſius*. Is autem eſt *Albertus* quem Auguſtinianis alii, alii Dominicanis accenſent, at R. P. *Jac. Echardus* cum inter dubios ſui Ordinis Scriptores retulit (*c*), neque Auguſtinianum, neque Prædicatorem exiſtimans, ſed ſecularem Philoſophiæ Magiſtrum in Univerſit. Pariſienſi, ſub initia Sec. XIV clarum.

(a) *Poſſevinus* tamen ait adhuc fuiſſe in vivis A. 1555. verb. *Petrus Aurelianus*.
(b) *Encom. Auguſtin.* p. 561.
(c) *Script. ord. Præd.* Tom. I. pag. 735.

AURELIUS ANTONINUS (*Marcus*) Imperator, natus eſt Romæ VI Kal. Maji A. C. 121. *Lucio Annio Vero* ipſius avo & *Aurelio Auguſtino* Coſſ. Deinde Imperio adoptatus à T. ANTONINO *Pio* V Kal. Mart. A. C. 138. eidem (cujus filiam *Anniam Galeriam Fauſtinam* duxit, poſtea A. 175 defunctam) ſucceſſit mortuo Nonis Martii A. C. 161. Collegamque adſcivit *Lucium Verum* itidem ab ANTONINO *Pio* adoptatum, defunctumque in extremo anni 169. Inde ſolus *M. Antoninus* rebus præfuit, donec & ipſe extinctus eſt *Sirmii* in Pannonia, ſive, ut *Victor* uterque auctor eſt, *Vindobonæ* Auſtriæ, ætat. 59. regni 19. filio COMMODO ſucceſſore pravo relicto, XVI Kal. April A. C. 180 (a) *Philoſophi* cognomen ignorat vetus Hiſtoria, neque inſcriptiones vel nummi eidem tribuunt, ſed elogium id res ipſa jam pridem incredibili Scriptorum conſenſu ei vindicavit, ut verè de illo *Julius* (b) *Capitolinus* dixerit; *in omni vitâ philoſophanti viro*, *& qui ſanctitate vitæ omnibus Principibus anteceſſit*. Vitam & res geſtas laudatiſſimi iſtius & deploratiſſimis temporibus veluti in ſolatium divinitùs dati Imperatoris, ex nummis egregiè illuſtravit, & libro ſingulari perſecutus eſt *Theod. Bignonius*, in ſummo Regis Galliæ Conſilio tum Præſes (*c*). Nolumus & hic multa de *M. Antonino* commemorare, ſed Lectorem remittimus ad ea quæ viri docti ad *Capitolinum*, quæ item *Xiphilinus* è *Dione*, *Ariſtides* Oratione IX Tomi I, *Herodianus*, *Victores*, *Eutropius*, *Joannes* Antiochenus, *Zonaras*, *Suidas* & alii, atque è recentioribus præter editores librorum M. ANTONINI, *Thom. Gatakerum* Londinenſem, & *Andr. Dacerium*, doctiſſ. Viri *Joan. Triſtanus* Eques in Comment. Hiſt. ad Numos Imperat. Tom. I (*d*) p. 617 & ſeq. *Fleury* in Hiſt. Eccleſ. & *Seb. Tillemontius* Tom. II. (*e*) Hiſt. des Emper. *Guil. Wotton* in Hiſt. Romanâ (*f*) ab exceſſu ANTONINI *Pii* ad mortem *Severi Alexandri*, & Vir Cl. *Joan. Clericus* in Hiſt. Eccleſ. Ao. 1716. impreſſa, commentati ſunt, ut alios multos ſilentio prætercam (*g*). De ejus tamen Præceptoribus audiendus *Capitolinus*: » Uſus eſt Magiſtris, *inquit*, ad prima elementa *Euphorione* litteratore & *Gemino* Comœdo, Muſico *Andrane* eodemque Geometrâ, quibus omnibus ut diſciplinarum auctoribus plurimùm detulit. Uſus præterea Grammaticis, Græco, *Alexandro*; quotidianis Latinis *Troſio* (al. *Cruſio*,) Apro, & *Pollione* & *Eutychio Proculo* Siccenſi. Oratoribus uſus eſt Græcis, *Annio Marco*, *Caninio Celere*, & *Herode* Attico: Latino, *Frontone Cornelio*. . . . Uſus eſt etiam *Commodo* Magiſtro (*h*), cujus ei affinitas fuerat deſtinata. Uſus eſt & *Apollonio* Chalcedonio, Stoico Philoſopho. Tantum autem ſtudium in eo Philoſophiæ fuit, ut adſcitus jam in Imperatoriam dignitatem, tamen ad domum *Apollonii* diſcendi causâ veniret. Audivit & *Sextum* Chæronenſem, *Plutarchi* nepotem, *Junium Ruſticum*, *Claudium Maximum* & *Cinnam Catulum* Stoicos. Peripateticæ verò ſtudioſos audivit *Claud. Severum*, & præcipuè *Junium Ruſticum*. . . . Studuit & Juri, audiens *L. Voluſium Metianum*. . . . . Frequentavit & Declamatorum ſcholas publicas, amavitque ex condiſcipulis præcipuos Senatorii Ordinis *Sejum Fuſcianum*, & *Aufidium Victorinum*, ex equeſtri *Bæbium Longum*, & *Calenum*, in quos maximè liberalis fuit. » Cæterùm minimè aſſentitur Cl. *Fabricius* viro inſigni *Merico Caſaubono*, qui apud *Suidam* in Ἐπίκτητος da *Marco Antonino* intelligenda eſſe putabat quæ ibi referuntur de *Theoſebio* Philoſopho. Nam ex *Damaſcio* in Vitâ *Iſidori* apud *Photium* p. 551 ſeq. conſtat revera fuiſſe quendam Philoſophum *Iſidori* illius ætate, h. e. trecentis ampliùs poſt *M. Antoninum* annis, nomine *Theoſebium*, Platonicæ diſciplinæ addictum &c.

Bene eſt, ut obſervat Cl. *Fabricius*, quòd in tot honorum librorum naufragio ſervati ad nos pervenerunt duodecim (i) M. *Antonini*, aurei certè & toti ediſcendi libelli τῶν εἰς ἑαυτὸν (ſcil. ὑποθημάτων præceptorum) quibus ſeipſum monuit, & ſecum illa agitando, ad aſſiduam virtutis ſectationem animum ſuum accendit *De officio ſuo* inſcriptionem illam reddit *Caſp. Barthius*, Guil. *Canterum* VII. 1. Nov. Lectionum ſecutus. Τὴν ἰδίαν βίου ἀγωγήν, h. e. *vitæ ſuæ inſtitutionem* vocat *Suidas* in Μάρκος. Titulum vero τῶν εἰς ἑαυτὸν mutuatus videtur *Antoninus* à *Solone*, cujus εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας memorat *Laertius* de Vitis Philoſ. II. 61. *De ſe ipſo & ad ſeipſum* vertit *Mericus Caſaubonus*, qui etiam *Soliloquia* appellat *p.* 73 libri de quatuor linguis. *Thomas* verò *Gatakerus de rebus ſuis* (Antonini) *ſive de eis quæ ad ſe pertinere cenſebat*. Menagius: *delle conſiderationi di ſe ſteſſo*, in prælectionibus

(*a*) Ita ferè omnes; ſolus enim (quod ſciam) Cl. *Jo. Alb. Fabricius* M. Antonini obitum refert ad A. 178. Vid. *Bibl. Græc.* Lib. IV. cap. 23. ſeu *Tom. IV. p.* 24 &c. edit. Hamb 1711. unde noſtra ferè omnia decerpta ſunt.
(*b*) Hiſtoricus Latinus qui exeunte Sec. III. & ſub initium ſequentis floruit. Ejus Libri tres de Vitâ *Antonini* &c. prodierunt cum Notis *Iſ. Caſauboni* & *Claud. Salmaſii* Pariſ. 1620. teſte *Lipen.* Bibl. Philoſ. I. 80.
(*c*) Hanc ſperam juſſit Celeb. Abbas *Claud. Nicaſius* Divionenſis in Diſſ. *de Syrenibus* A. 1691 vulgatâ *p.* 12. ut prius in Diſſ. *de Nummo Pantheo Hadriani Imper.* &c. *p.* 47. quam *Lugduni* A. 1689. in 4. edidit. Vid. *Acta Erud.* Lipſ. Suppl. Tom. I. p. 172. Porrò *Nicaſius* obiit menſe Oct. 1701. ætat. 78. *Bignonius* verò lato datus d. 19 Jan. 1697. ætat. 61. De utroque legi poteſt *Morer.* Diction. edit. Baſil.

(*d*) Hunc primum ſui Operis Tomum A. 1635 edidit *Triſtanus*, qui anno adhuc 1656. vivebat. Vid. *Morer.* Diction.
(*e*) His Tomus primùm prodiit *Pariſ.* 1691 in 4. Totum opus recuſum fuit *Bruxellis* A. 1707. in 12.
(*f*) Anglicè evulgatâ *Londini* 1701. in 8.
(*g*) His adde *Morer.* Diction. verb. *Marc Aurele*.
(*h*) Vir doctus apud *Triſtanum* Tom I. p. 622 legit; *quo uſus eſt etiam* Commodus *Magiſtro*, non abſurdè inquit Cl. *Fabricius*.
(*i*) Horum librorum quendam ſcripſit *Antoninus* ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανούᾳ in expeditione adverſus Quados prope Granuam amnem, ut habet ſubſcriptio ad calcem libri primi adjecta: Alia ἐν Καρνούντῳ Carnunti, Pannoniæ oppido (ad quod in bello Marcomannico per triennium hæſit) ut ad extremum libri 2 legitur. Cæteri nihil ejuſmodi annotatum habent de loco in quo ſcripti ſunt. Sperantis adhuc & gravidæ uxoris mentio I. 17. IX. 3.

nibus Italicè editis ad carmen lyricum ſeptimum *Petrarchæ* p. 16. Meliùs certè illi quàm qui *de vitâ ſuâ* inſcribunt, ambiguo nimis, & prout verba ſonare videntur falſo ſenſu, unde factum ut Hiſtoricis ſcriptis per quoſdam malè accenſeretur. Quanquam verò *Caſp. Barthius* lib. 60. Adverſ. pag. 2931. *non ſine Chriſtianiſmi aliquâ cognitione* hæc ὑπομνήματα (ut vocat *Themiſtius* Orat. VI. pag. 81) *M. Antoninum* ſcripſiſſe judicat, tamen ſatis etiam ex his libris patet, à Chriſti doctrinâ fuiſſe alienum, quin imò Chriſtiania conſtantiam in fide ſuâ velut meram pertinaciam nullo ex judicio profectam vitio (i) vertit *lib.* 11. *§.* 3. Itaque permiſit etiam perſecutionem in Chriſtianos non ſane tam levem, ut contendit doctiſſimus *Henr. Dodwellus* (k) ſed in quâ Lugdunenſes & alii *innumerabiles prope*, ut ſcribit *Euſebius* (l) *Martyres per univerſum orbem enituerunt*. Huc quoque referas quæ ex Vitâ ANTONINI *Dacerianâ* leguntur in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1692. p. 250. » Aſpernatus eſt Chriſtianiſmum, æterno eum damno ſuo, tantoque minùs » excuſatus, quantò faciliorem ad eum viam reperiſſet, ſi radios Theologiæ naturalis, quibus lucidiùs » quàm ullus Philoſophorum reſperſus erat, ſuperatis » præjudicia ſequi, & oculos ad revelationis divinæ » jubar aperire voluiſſet. Incitare eum ad hoc poterat miraculoſa pluvia, quam eùm in bello contra Quados & Marcomannos A. C. 174 in ſummo » periculo, ob defectum aquæ, cum exercitu conſtitutus eſſet, precibus obtinuerunt milites legionis, quam *fulminatricem* nominant, genere Cappadoces ex regione Melitine Chriſtianis ſacris devoti. Hujus facti veritatem à Paganis quidem in » dubium vocatam, *Tertulliani* potiſſimum authoritate aſſerit *Dacerius*; notat tamen, Epiſtolam, » quam hac de re *Antoninus* ad Senatum Romanum » ſcripſerat, & quâ perſecutiones Chriſtianorum prohibuerat, invidiâ Gentilium, ut conjici poteſt, du» dum ſuppreſſam, nec *Euſebii* tempore reliquam » fuiſſe, ideoque ſuppoſititiam eſſe Græcam, quæ in » operibus *Juſtini Martyris* habetur. » Sed ut ad libros *Antonini* redeam, in eo falli doctiſſimum *Barthium* exiſtimat Cl. *Fabricius*, quòd *Adverſ.* lib. 1. c. 11. LI. 16. XLIX. 3. & LXII. 5 atque alibi putat illos non integros, ſed tantùm florida atque eclogas ex illis ad nos, excerptaſque ſententias inſigniores perveniſſe. Quanquam enim hæc opinio placuit etiam *Xylandro* († &) *Joh. Jonſio* (m) atque adeo non valde improbatur Cl. *Ger. Joannis Voſſio* (n), tamen nullo argumento, inquit Cl. *Fabricius*, confirmari poteſt, & leviſſimâ ſuſpicione nititur, quam non ſatis intellectus vel expenſos libellorum horum apud *Suidam* titulus injecit. Quod verò *Geſnerus* teſtatur, in Cod. MS. qui Romæ eſt, inſcribi ἐκ τῶν καθ᾽ ἑαυτόν, & *Lilius Gyraldus* (o) eodem titulo librum *Antonini* Græce ſcriptum legiſſe ſe refert, *ex quo*, inquit, *variam & multiplicem illius ſapientiam facile colligere poſſumus*:

(i) Id ipſum obſervavit Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. ubi Gentiles recenſet Scriptores, qui *Sec. II.* in Chriſtianos invecti ſunt.
(k) *Diſſ. Cyprian.* XI. §. 51. ſeq. Editæ ſunt hæ Diſſertationes *Oxonii* 1684.
(l) *Euſeb.* in limine Libri V. *Hiſt. Eccleſ.* conf. *Theod. Ruinarti* Præf. ad Acta Mart. Electa *Chriſt. Kortholti* librum de perſecutionibus Eccleſiæ *cap.* 5. Card. *Baronii*, *Ant. Pagi*, *Sam. Baſnagii* Annales, ad poſtremos annos *M. Aurelii*, ac *Tillemontii* Hiſt. des Empereurs *T. II. p.* 737. ſeq. Hujus tamen perſecutionis in Lugdunenſes excitatæ Auctorem non fuiſſe M. ANTONINUM contendit R. P. *Domin. de Colonia* Soc. Jeſu in *Hiſt. Liter. Lugd.* T. I. P. II. p. 47 & 48 Gallicè A. 1728 editâ; ubi ſe miraculum legionis fulminatricis [illegible] probaſſe ait in libro ſuo *de Religione Chriſtiana veterum Auctorum Paganorum auctoritate firmata*, ex teſtimonio *Dionis*, *Capitolini*, *Claudiani* & *Themiſtii*, ac præſertim ex Columnâ Antoninianâ, quæ hodiedum Lugduni viſitur, in quâ illius prodigii Schema repræſentatur.
(†) *Guil. Xylander* Auguſtanus, Græcæ Linguæ Profeſſor Heidelbergenſis, qui primus è Codice Palatino *M. Antonini* Libros Græce edidit, & Latine vertit, niſi non priorſus feliciter, eruditorum judicio; edidit ſquam, *Tiguri* 1558 in 8. quæ Editio pluries poſtea recuſa eſt.
(m) *De Script. Hiſt. Philoſ.* lib. 3. c. 10. p. 261.
(n) *De Hiſt. Græcis* lib. 2. c. 14.
(o) *Hiſt. Poet.* Dial. V. p. 177.

prorſus veriſimiliter *Mericus Caſaubonus* conjicit, non libros duodecim vidiſſe *Giraldum*, ſed excerpta duntaxat, vix unius ex illis libris magnitudinem æquantia, qualia ex MS. Auguſtano *David Hoeſchelius* deſcripſit, & diſtincta Capitibus 43. inſcriptaque *Epicteti Enchiridion ſecundum*, nomine *Throſebii* (antequam de *Antonino* auctore conſtaret) edere voluit; *Joh.* verò *Henr. Boecleri* cenſuræ, qui hos libros tanquam *ſcopas diſſolutas & calcem ſine arenâ* contemnit, & *Antonino* indignos judicat (p), pauci, ut arbitratur *Fabricius*, qui illos legerint, aſſenſerentur. Verum & in φιλοσοφοῦντι Imperatore illud criminatur *Caſp. Sagittarius* (q), *quod multa arroganter jactet ſe feciſſe, quæ nemo unquam poteſt præſtare ex Philoſophiâ Stoicâ.*

Errorem *Abrah. Sculteti*, qui *Athenagoram* Libros XII τῶν εἰς ἑαυτόν ſcripſiſſe credidit, ſupra notavimus *p.* 691. b.

De Editionibus horum Librorum M. ANTONINI Græco-Latinis, tum & Gallicis, Italicis Anglicisque Verſionibus in lucem emiſſis, aliiſque promiſſis, plenam dabit notitiam Cl. *Fabricius* loc. cit. Itaque his conſultò prætermiſſis, de poſtremâ tantum Editione Græco-Latinâ dicemus, quæ prodiit *Lipſiæ* apud Waltherum 1729. 8. ſub tit. MARCI ANTONINI, Imperatoris ac Philoſophi, *Libri XII eorum, quæ de ſe ipſo ad ſeipſum ſcripſit, ad exemplar Oxonienſe* (r) 1704 *recuſi*. Introductionem ad Philoſophiam Stoicam ex mente *M. Antonini* præmiſit *Jo. Franc. Buddeus*, Theol. D. & Prof. Jenenſis. *Vitam* recenſuit criticiſque Obſervationibus illuſtravit *Chriſt. Wolle*, A. M. Theol. Baccal. & ad Ædes D. Petri Catech.

Celeb. *Buddeus* in Introductione, quæ Præfationis loco egregiæ huic Editioni acceſſit, (quæ in omnibus Oxonienſi ſimilis eſt) Philoſophiam Stoicam ex mente *Antonini* exhibuit, ita quidem, ut *Sect. I.* de Philoſophiâ, ſpeciatim Morali, II de bonis ac malis, ſpeciatim de ſummo bono, III de Deo, IV de Homine, V de Affectibus, eorumque remediis, VI de officiis hominum generatim, ſpeciatim erga Deum, VII de officiis hominis erga ſeipſum & alios, agat.

Ad vitam ipſius *Antonini* quod attinet, eam ad ductum *Julii Capitolini* & *And. Dacerii* ſecundum ſeriem annorum, quibus vixit Imperator, accuratè deſcripſit ejus Autor, at multa tamen dempſit, addidit nova. In ſubjunctis criticis Obſervationibus vitæ ac res geſtæ *Antonini*, & alia memoratu digna, quæ ipſo imperante contigerunt, mirificè illuſtrantur. Inprimis judicium, quod is § VIII. p. 154 de Commentariis *Antonini* tulit, adduci meretur. Exiſtimat nimirum, meditationes varias, non uno tempore unâque ſerie, ſed diverſis temporibus, horis maximè ſucciſivis, ut res & occaſio tulit, in adverſa, extemporali penè operâ conjectas iis concineri. Occurrentium rerum contemplationi philoſophicæ deditum Imperatorem, ſive domi, ſive militiis ageret, quæ meditanti ſuccurrerent, chartis mandaſſe, indeque varia ipſi nata eſſe, quæ ad animum in contemtu brevis ævi confirmandum, dubioſque vitæ caſus præſenti virilique animo perferendos pertinerent. Atque hæc quidem poſt fata domum ejus ab aliis luci & immortalitati vindicata eſſe, obſervat laudatus Editor (ſ).

Ex

(p) Vid. *Hiſt. Univerſ.* p. 78. *Boecleri* cenſuræ (ita legendum puto apud *Fabricium*, loco *Barthii*) ſuffragatur Auctor *Dialogi de Moribus Philoſ.* Jenæ 1695. in 12 editi *p.* 128 ſeq. Idem *Boecl.* de *Antonini* libris judicium legitur in ejus *Bibliogr. Criticâ*, quam recenſuit, ſuiſque animadverſionibus auxit *Jo. Gottlieb Krauſius* Lipſiæ 1715. in 8. poſt Editiones *Francof.* A. 1678. & 1696. Vid. *Diar. Erud.* Pari. Sept. 1716.
(q) *Introd. in Hiſt. Eccleſ.* p. 607.
(r) De hac Editione *Acta Erud.* Lipſ. A. 1707. p. 407.
(ſ) Ex *Actis Erud.* Lipſ. 1729. p. 469.

Ex *Daceriana* Præfatione pauca huc addemus, quæ ad *Antoninum* ejuſque animi ſanſa intimius cognoſcendum conferre poſſunt. Oſtendunt, Gallici Interpretes (*t*) quomodo is amorem Dei, preces & axercitium virtutis, contemtum & odium noſtri, corporis maximè, cujus moles & defectus communionem inter Deum & homines impediat, inculcaverit, ſummam hominum miſeriam, ſi à Deo receſſerint; felicitatem, ſi gratiæ ajus participes fiant, ſæpè annotaverit; ut fluxam & ad interitum vergentem naturam hominum probè cognoverit, & amorem proprium vabamenter improbaverit & deſtruxerit. Non diſſimulant tamen errores *Antonini* & Stoicorum capitales; quòd pluralitatem Deorum crediderint: animam hominis pro particulâ divinæ ſubſtantiæ habuerint; peccati originalis noxam ignoraverint, & homini vitæ mortiſque ſuæ arbitrium detulerint, probatâ laudatâque *αὐτοχειρίᾳ*. His atque minoris momenti defectibus quibuſdam exceptis, nullos libros poſt ſacros lectu digniores, quàm Stoicorum eſſe affirmant. *Antoninum* verò *Seneca* & *Epicteto* longè prætulerunt, tùm quòd faſtum *Seneca* rejecerit, tum quòd ingenii acumine ſupra *Epictetum* aſcendat. Extolluntur iterum quædam *Antonini* theoremata, quod da naturâ animæ accurate multa ſcripſerit, omneque ajus lumen Deo tribuerit, quòd juſtitiam utilitati minimè ſubjecerit, ſed a ſolo Deo pandere oſtenderit; quod charitatem ſummè neceſſariam & utilam homini eſſe probet, quòd mala quoque à Deo in bonum finem & uſum verti obſervaverit; quòd mendacii & falſitatis turpitudinem inſigniter datexerit. Præprimis notabile alla monent Cl. Editores, quòd felicitatam non quæſierit in excallentiâ ſcientiæ & ratiocinationis. Ex hoc ſequi ajunt, nullâ hominum ſagacitate & intalligentiâ, ſed ſolâ fida in Chriſtum, ad ſalutem perveniri. Non minoris pratii eſſe putant præcepta quæ *Antoninæ* Principibus præſcripſit, tum diſputationes contra Atheos. Concluditur deniqua, qui hos libros diligenter legerit, illum uno tantum veluti gradu à Chriſtianiſmo abeſſe, neque tamen ad hunc niſi per divinæ Gratiæ auxilia progreſſurum.

Cæterum de inſtituto ſuo notant laudati Interpretes, multam ſibi difficultatem ex obſcuritate ſtyli & ſublimitata materiæ in Verſione occurriſſe, accedente Codicum depravatione: operam tamen dediſſe, ut ſenſum Autoris aſſequerentur, & clare exponerent, eò quoque annotationes præcipuè tendere, omiſſis diſquiſitionibus philologicis In ambiguis ſenſum meliorem ſecutos ſa eſſe. Recta divinarum literarum conſenſu firmaſſe, prava indicaſſe & correxiſſe *&c.*

De præclaris rebus geſtis *Antonini* Imp. librum edidit *Chriſt. Hegendorphius* Baſil. 1579. 8. Habetur & *M. Antonini* Philoſophia adente *Jac. Schallero*, Argent. 1666. quæ mamorat *Lipenius* Bibl. Philoſ. Tom. I. p. 80.

(*t*) *Andr. Dacerii*, ejuſque uxoris *Annæ* Tanaquilli *Fabri* filiæ Verſio Gallica primùm prodiit *Pariſ.* 1691. II vol. in 12. ſecundò *Ultraj.* eod. anno, de quâ vid. *Acta Erud.* Lipſ. 1692. p. 250 & *Joan Clerici* Bibl. Univ *T. XXI. p.* 151. tertiò *Amſtel.* 1707. quartò ibid. 1710. in 12.

AURELIUS *S. Pontii*, qui *S. Cypriano* Carthaginenſi Epiſc. Diaconus altari adfuit, Socius & contubernalis, *Martyrium* ejuſdem *Pontii* [a] deſcripſiſſe fertur Sec. III. Iſtud adidit ex variis Bibl. Colbert. MSS. Codd. Vir Cl. *Steph. Baluzius* Tomo II *Miſcellan.* Pariſ. 1679. Fallunt tamen ſæpius [ut obſervat *Caſim. Oudinus* in Comment ad A 260. p. 284] Legendæ ajuſmodi, ſub ſpecioſis nominibus antiquitatem mentientibus, quò majoris apud incautos auctoritatis fiant. Meminit hujus *Pontii* Vitæ vir eruditiſſimus *Frid. Spanhemiæ* fil. Academiæ Lugduno-Batavæ Profeſſor primarius, in Diſſert. Hiſt. *de Philippi Imp. Patra & Filii credito temerè Chriſtianiſmo* [b] n. 4. 5. & 8. ubi vitam hanc *Legendam fabuloſiſſimam* vocat, qui & da Actorum iſtorum ſuppoſitione latiſſimè tractat *nu.* 14. eaque à doctioribus in Ecaleſiâ Romanâ ut ſpuria & apochrypha reprobari docet, inter quos *Dion. Petavium*, *Valeſium*, *Tillemontium* alioſque nominat: atque exiſtimat, hanc *Legendam*, ut vocat, *para cum reliquis origino & auctoritatis*, fabricatam fuiſſe Sec. VIII vel IX ad minimum, ſi non ſerius. Miratur oculatiſſimum in talibus *Baluzium*, poſt alios *ha glandibus aut quiſquiliis delectatum*: & antiquiſſimos Codices Bibl. Colbert. nihil probare ait, cùm ſint monachalis ævi, vel ſi maximè eſſent illa Seculi X aut XImi &c. Sed ipſa *Spanhemii* verba lagi poſſunt apud *Oudinum* ſup cit. Cæterùm Cl. *Cave* ſup. cit. non ab *Aurelio*, ſed à *Valerio S. Cypriani* Diacono, & *Pontii* contubernali, conſcripta prodit ajus Martyrii Acta.

(*a*) Illud contigiſſe die 8 Martii fidem faciunt Martyrologia, necnon & *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad hunc diem, alique. At certè fallitur Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. uti & *Oudinus* qui *Pontii* obitum anno 258 adſcribunt, eodem ſcil. quo *S. Cyprianus* Martyrium paſſus eſt, die 14 vel 16 Sept. *Pontius* enim *S. Cypriani* Vitam Scripto conſignavit, verùm quam diu ei ſupervixerit, planè ignoratur. *Mallem me nimis malum*, inquit ille, *de gloria ejus ſeculo: plus tamen dolco quod remanſi.* Quis igitur dixerit *Pontio* ſuperſtitem fuiſſe *S. Cyprianum*? Satis prudenter adhuc eſt in Dict. n *Moreri*. verb *Ponce*, ubi, die tantùm & menſe ejus Martyrii notato, annus planè eſt omiſſus. Tantum ſuit errores vitandi ſtudium!

(*b*) Edita fuit hæc Diſſert. *Lugd. Bat.* 1698 in 4.

AURELIUS Carthaginenſis Epiſcopus Sec. IV. & V. *S. Auguſtini* contemporaneus, ejuſque laborum adverſus Donatiſtas & Pelagianos fidalis ſocius. In Italiâ vel in Galliis natus eſt, at ſui temporis morem ſecutus, quo regiones à loco natali longius remotas adire ſolebant qui Deo ſe totos vovare conſtituerant, in Africam ſe aſſit, ubi ax Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconus, poſt mortem *Genethlii*, ad Sedem Epiſcopalem avectus eſt anno 392 (*a*). Vir primi inter Catholicos nominis, doctus, gravis, prudens, fidai & pietatis cultor ſincerus. Statuam Cœleſtis (*Dea*) in amplo & ſplendido Templo poſitam, totoque pene orbe celeberrimam, quam *Aurelius* Pontifex Gentilis olim dadicaverat, alter jam *Aurelius* Pontifex Chriſtianus deſtruxit, converſoque in Baſilicam Chriſtianam Templo, in loco *Cœleſtis* Simulachri Cathedram ſuam collocavit, & axindè populum docere cœpit, ut ipſa, qui aderat, tradit *Proſper*, val quiſquis ſub hoc nomina latat, de Prædict. *Part. III. cap.* 38. *fol.* 60. *p.* 2. De Dea *Cœleſti* Carthagine adoratâ multa congeſſit Card. *Baronius* ad ann. 392. pag. 92. cujus ſcrinia non compilabo. Vide etiam *Hiſtoire des Empereurs* par Le Nain de Tillemont ad A. 399. ubi multa da hac materiâ. Idem eſſe numen, quod ſub *Mithra* nomine colebant Perſæ, ſub *Aſtartes* Phœnices, ſub *Ceteris*, *Junonis*, *Dianæ*, *Lunæ* & *Reginæ* cœli gentes aliæ, fidem faciunt *Lucianus*, *Herodianus*, *Apuleius*, alii. *Quam Cœleſtem Afri, Mithram Perſa, pleique Venerem colunt, pro diverſitate nominum, non pro numinis varietate*, inquit hic ipſâ in re *S. Ambroſius* Mediolanenſis [*b*]. Intar Marmora Africana ex agro Tuneto Florentiam allata, & ab *Octavio Falconerio* [c] Romano adita, quartum hanc habet inſcriptionem:

CÆLESTI. AUG. SAC.
Q. MA., TIUS PRIMUS
AD AMPLIATIONEM
TEMPLI ET GRADUS
DONAVIT).(. CXXV
VOT. SOL. LIB. ANI.

(*a*) Sub initium hujus anni, vel circa finem præcedentis 391 obiit *Genethlius*. Ita *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad d. 20 Jul. Malè igitur Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. *Aurelium* A. 390 Epiſcopum creatum fuiſſe ſcribit.
(b) Contr. *Symmach.* Tom. III. Epiſt. XXXI. p. 120.
(c) *Auct. Inſcript. Athen.* p. 160. num. IV. Editum eſt opus A. 1668. Obiit Autor A. 1676.

In baſi lapidis Romæ, cui ſuperimpoſita erat Cœleſtis ſtatua, reperitur inſcriptio INVICTÆ CÆLESTI. Habetur apud *Baronium* loc. cit. & *Janum Gruterum* in Theſ. Inſcript. [d] p. 59. *num.* ıv. Carpit *Gruterum* Eman. *Schelſtratus* [e], mua Leonem, quod hanc inſcriptionem inter Veneris Epitheta collocavit, cùm conſtat, *inquit*, Cœleſtem fuiſſe Carthaginenſium numen præcipuum. Quid vero? annon Venus ſub *Cœleſtis* nomine adorabatur? annon Aſiis etiam hoc nomine culta? Utrumque diſertè teſtantur Veteres, loquuntur lapides. In *antiquâ Siciliæ Tabulâ*, quam edidit *G. Gualterus* [f] p. 49. n. 321. extat inſcriptio in ruinis Segeſtæ eruta, quâ *Diodorus* conſtituit *Iheyram* ſororem ſuam ΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ. Sæpius apud *Gruterum* loc. cit. VENERI CÆLESTI AUGUSTÆ. SACR. Aſculi in marmore apud *Thom. Reineſium* (g) VENERI CÆLESTI. Teſtis accedat *Ælianus* (h). Ἐν ταύτῃ σέβουσιν Ἀφροδίτην, Οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες, *Chuſis*, (vicus erat Ægypti) *Venerem religioſè colunt, quam* Cœleſtem *appellant*. *Æliano* longè antiquior *Plato* (i), ubi de geminâ Venere, ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ Οὐρανίαν ἐπονομάζομεν. *Nonne una quadam antiquior eſt, & ſine matre Venus, Cœlo nata, quam* Cœleſtem *Venerem nuncupamus?* Ἀφροδίτης Οὐρανίας ejuſque templorum pluſquam ſemel iterumque meminit *Pauſanias* (k), meminit & *Lucianus* (l). Veneris Cœleſtis, amplis alis ornatæ, quaſi cœlum & aſtra petituræ, iconem ex gemmâ in ſculpturis antiquis exhibet *Leon. Auguſtinus* Part. I. Tab. CXV. Et *Pauſanias* (m) Venerem Cœleſtem ita dictam cenſet ἐπ' ἔρωτι καθαρῷ καὶ ἀπηλλαγμένῳ πόθου σωμάτων, *ab amore puro, & à corporum cupiditate longè remoto.* Dices quid hæc ad Afros? quid ad Carthaginem, ubi *Cœleſtis* primariam habuit ſedem? Audi. Venerem ſub nomine *Cœleſtis* ſummoperè venerabantur Afri, præcipuè Carthaginenſes. *Herodianus* lib. V. pag. 213. ubi de Veneris Uraniæ ſimulacro agens, Σεβόντων αὐτὸ ὑπερφυῶς Καρχηδονίων τε καὶ τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων. Φασὶ δὲ αὐτὸ Διδὼ τὴν Φοίνισσαν ἱδρύσασθαι, ὅτε δὴ τὴν ἀρχαίαν Καρχηδόνα πόλιν ἔκτισε βύρσαν κατατεμοῦσα. Λίβυες μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. *Quod ſcilicet Carthaginenſium, omnique Africa in ædibus in modum venerabile poſitum fuiſſe à Phœnice Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio ædificavit. Hanc Afri Cœleſtem vocant, Phœnices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes.* Vox *Aſtroarche* ab *Aſtarte* detorta videtur, quæ apud Sidonios Veneris erat ſimulachrum, quæ & ἀστροάρχη dicebatur, Lunam etiam denotans, quod & *Lucianus* (n) affirmat. Hinc in nummo Juliæ Paulæ, Elagabali conjugis, apud Cl. *Joan. Foy Vaillantium* (o), in averſa parte, Aſtarte capite radiato currui ſacro inſidet, his verbis circumſcriptis, COL. AUR. PIA METR. SID. *Aſtarten* verò *Venerem* fuiſſe uno ore conſentiunt Veteres. *Philo* Biblius (p) *Sanconiathonis* interpres, de Phœnicum Theologiâ, τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι, *Ceterum hanc ipſam Aſtartem Phœnices Venerem eſſe dicunt.* Nec aliter *Suidas*, Ἀστάρτη ἡ παρ' Ἕλλησιν Ἀφροδίτη λεγομένη, *Aſtarte apud Græcos Aphrodite dicitur.* Cicero (q) quatuor Veneres diſtinguens, *quarta*, inquit, *Syria, Tyroque concepta; quæ Aſtarte vocatur.* A Phœnicibus verò ſuum Deæ Cœleſtis cultum Carthaginenſes mutuaſſe, ſuprà ex *Herodiano* notavimus. Fidem facit *Joan. Seldenus* (r) vir ſummus: *Cæterum quin fuerit Aſtarte ipſiſſima Pœnorum Cœleſtis Dea, vix aut ne vix quidem eſt ut dubites.* Sed hæc obiter, & fortè plus ſatis occaſione ſtatuæ, quam Cœleſti dedicavit *Aurelius* Pontifex, cujus meminit ſuprà citata inſcriptio apud *Baronium* & *Gruterum*; unde etiam liquet AURELIUM *Oneſimum* fuiſſe cognominatum. Jam, impetratâ lectoris veniâ, ad *Aurelium* redeamus. Anno 411 in Collatione Carthaginenſi, unà cum ſex aliis Epiſcopis delectus eſt ut pro Catholicis contra Donatiſtas diſputaret. Quod & ſtrenuè præſtitit. Varia Concilia Africanis, ſuo tempore habitis, interfuit, ſimul ac præfuit (s). Plures ejus *Oratiunculæ* ad Patres Africanos in *Codice Eccleſiæ Africanæ*, aliiſque Conciliorum Africanorum collectionibus reperiuntur. Anno 419 ſcripſit Epiſtolam Encyclicam *de damnatione Pelagii & Cœleſtii*, ad omnes Epiſcopos per Byzacenam & Arzugitanam Provinciam conſtitutos, quam una cum HONORII Imp. ad *Aurelium*, hac de re, Literis, ex Collectione *Creſconiana* depromptam, Annalibus ſuis inſeruit *Baronius* ad Ann. 419. Exinde Conc. *Tom. II. col.* 1609. edit. Pariſ. 1671. Extat etiam inter Pſeudo-*Iſidori* merces, *Aurelii* noſtri *Epiſtola* ad *Damaſum* Papam, ſed quam commentitiam eſſe contendit ipſemet *Baronius* A. 374. certè pluſquàm integro quindecennio ſcriptam, antequam ipſe *Aurelius* Epiſcopus factus ſit. Anno autem 426. ſaltem ſequenti obiiſſe dicitur (t). De *Aurelio* noſtro nulla fit mentio in Martyrologio Romano, neque *Adonis* & *Uſuardi*. Verum ejus nomen reperitur in Litaniis Eccleſiæ Mediolanenſis, in Breviario Ambroſiano, quod S. *Carolus Borromæus* A. 1582 edi curavit: in eâque Eccleſiâ colitur d. 3 Nov. Vir tamen pius & doctus *Chriſt. Lupus* Erem. Auguſtin. contendit (u). *Aurelium* inter Sanctos ab Eccleſia Romanâ non receptum fuiſſe, ut pœnam lueret quòd ejus partibus adverſatus fuiſſet in cauſa appellationum à Presbyteris & Epiſcopis Eccleſiæ Africanæ ad Sedem Apoſtolicam. Hanc vero *Lupi* ſententiam improbat *Adr. Baillet*, tanquam Eccleſiæ Romanæ injurioſam, quæ proinde eâdem agendi ratione uti debuiſſet cum S. *Auguſtino*, *S. Alypio* aliiſque Præſulibus Africanis, *Aurelio* pro eâdem cauſa conjunctis.

[d] Edit. Heidelb. 1603. fol. [e] Eccl. Afric. *Diſſert. I. c. 1. p.* 5. edit. Antverp. [ſub tit. Pariſ.] 1679. in 4. [f] *Georg. Gualtheri* Siculæ, adjacentium Inſularum & Bruttiorum antiquæ Tabulæ, *Meſſanæ* 1625. 4. [g] *Inſcript.* claſſ. I. num. 182. p. 141. [h] *De Animal.* lib. x. c. 27. [i] *Sympoſ.* p. 1179. [k] Lib. I. *in Attic.* p. 27. & 33. Lib. II *in Corinth* p. 128. Lib. VI *in Eliac.* p. 192. [l] *Dial. Meretr.* inter Matr. & M. Tom. II. 721. [m] Lib. IX *in Bœot.* p. 316. [n] *De Dii Syr.* p. 8. 7. [o] *Numiſm. Colon.* Par. II. p. 97. [p] Apud *Euſeb.* Præp. Evang. lib. I. c. 1. [q] *De Nat. Deor.* lib. III. c. 23.

[r] *De Diis Syris* Part. II. c. 2. p. 247. [s] Vid. præter *Bailletum* cit. *Centur. Magdeb.* p. 1207. Edit. Baſil. 1616 Conf. quæ paſſim diximus in *S. Auguſtino* ubi plurima ... honorificam mentionem fecimus, cujus ipſe *Auguſtinus* plurimis in locis ſuorum librorum non ſine laude meminit. Eum *venerabilem ſenem* appellat *cap.* 14. libri *de peccato originali* circa An. 418 ſcripti. [t] Hæc Cl. *Guil. Cave* in H. L. Liter. & ex eo *Jo. Wolfg. Olear.* in Bibl. Script. Eccleſ. *p.* 96 [u] *Synod. General. & Provincial. Statuta* &c. Tom. III. p. 572 edit. Bruxell. 1673. in 4.

S. AURELIUS AUGUSTINUS Hipponenſis Epiſcopus.

De eo licèt ſat multa jam ſuo loco collegerimus, varia tamen inſuper addi poſſunt.

1. Ad n. 19. p. 731. ubi de *Sermone Domini in Monte*. Hujus Tractatûs Verſionem Gallicam dedit *Petrus Lombertus* Pariſinus, in Parlamento Advocatus (a), necnon operis *de Civitate Dei*. Vid. ſup. *pag.* 741. a.

2. Ad p. 738. n. 74. Indicem ſuper libros *de Civitate Dei* Aimerico *Placentino* tribui, dictum eſt *pag.* 173. & eoſdem commentatus eſt *Antonius* Senenſis, de quo ſup. *p.* 505.

3. Ad n. 92. p. 743. a. Nuper, ut ex quodam Catalogo didici, *Viennæ* Auſtriæ A. 1733. prodiit ex Bibl. Ord. S. Bened. Infer. Auſtriæ, Abbatiæ Gottwicenſis, *S. Auguſtini* ad *Optatum* Epiſc. Milevit. *de naturâ & origine Animæ* Epiſtola ſecunda, cui acceſſit item *Auguſtini* Epiſtola *de Pœna parvulorum* qui ſine Baptiſmo decedunt, ſcripta ad *Petrum* & *Abraham*.

4. Ad

[a] Du Pin *Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ.* Tom. II. p. 1716.

4. Ad p. 750. ubi de Sermonibus ad Eremitas, adde hos à Latino in Germanicum ſermonem converſos fuiſſe à *Nic. de Argentina*, ut ſup. p. 554. h. n. 36.

5. Ad p. 753. n. 34. Librum hîc memoratum S. *Auguſtini* eſſe credidit *Thom. Jameſius* Doct. Anglus, ut liquet ex ejus libro cui tit. *Spicilegium S. Auguſtini*, h. e. Libri *de Fide* ad *Petrum* Diaconum, *cum antiquiſſimis duobus MSS. & poſtremis ac ultimis editionibus excuſis, tam Baſilienſi quàm Pariſienſi diligens collatio ac caſtigatio.* Habetur cum ejuſdem Autoris *Eclogâ Oxonio-Cantabrigienſi, ſive Catalogo MSS. in utrâque Academiâ*, Londini 1600. in 4 (*b*).

6. Ad p. 759. n. 80. *Hypomneſticôn* Libros V priores *Sixto* Papæ à *Joan. Garnerio* Jeſuitâ rectiùs adſcribi cenſet R. P. *Domin. de Colonia* ejuſd. Soc. (*c*) quàm *Mario Mercatori*, ut vult *Piccinardus* Ord. Præd. loco cit. laudatus.

7. Ad p. 767. ubi de Defloratoribus Operum *S. Auguſtini*, adde præter *Amulonem* de quo ſup. *p.* 397. librum *Joan. Malgorrezii* Ord. Ciſt. (*d*) cui tit. *Morale Chrétienne fondée ſur l'Amour de Dieu, tirés des Oeuvres de S. Auguſtin.* Romæ 1672.

8. Ad p. 768. b. Librum *de auctoritate S. Auguſtini*, quem Autor *Bibl. Janſen.* tribuit *Martino de Barcos*, Joanni *Guilleberto* Theol. Doct. Facult. Pariſ. aſſignat *Ell. Du Pin* (*e*).

9. At præ cæteris hîc prætermiſſum nolumus qui nobis ad manus occurrit, librum Viri Cl. *Bened. Picteti* Profeſſoris Genevenſis A. 1700. in 8. editum (*f*) hoc tit. *S. Auguſtini ſententiæ brevis expoſitio circa quæſtiones præcipuas quæ inter Lutheranos & Reformatos agitantur.* Quis fuerit Cl. Autoris ſcopus, ex ipſius Præfatione ſatis liquet, ubi » Hujus eximii Patris famam » ita totum terrarum orbem impleviſſe obſervat, » ut non modò Eccleſia Romana, ſed & Eccleſia » Proteſtantium ſuum cum tanto Doctore conſenſum » demonſtrare neceſſarium eſſe ducant, quamvis non » omnis erroris fuiſſe expertem agnoſcant. Ideo, ait, » in meâ Diſſertatione (*g*) *de Conſenſu ac Diſſenſu inter Proteſtantes*, & in aliâ *de conſenſu Lutheri & Calvini in quæſtionibus de Prædeſtinatione & Redemptione J. C.* non ſemel hunc Beatum Præſulem teſtem veritatis, quam tuemur, appellavi, & quidem » ut evincerem, Lutheranos non poſſe nobis Sacrorum communionem denegare, quin in hujus Africanæ Eccleſiæ ſplendidiſſimi luminis memoriam injurii ſint. » Operæ pretium igitur ſe facturum eſſe arbitratus eſt, ſi paulò accuratius inveſtigaret, quid ſenſerit iſte Præſul circa quæſtiones præcipuas, *quæ inter nos*, inquit, *& Auguſtanæ Confeſſionis Fratres agitantur*, » ut ſcilicet omnibus liqueat, noſtram ſententiam non adeo » debere eſſe exoſam *Lutheri* diſcipulis, cùm ſit ipſiſſima *Auguſtini* ſententia, quem dubio procul à ſuis » Sacris non arcerent Lutherani, ſi è tumulo reſurgens, ſe adhuc literato ſiſteret orbi.

10. Ideam doctrinæ *S. Auguſtini* de Prædeſtinatione & Gratiâ, *Arnaldinæ* Analyſi oppoſitam novem circiter abhinc annis meditabatur quidam, ut conjicio, Soc. Jeſu Theologus, qui operis ſui de hoc argumento conſilium exponit in *Diar. Trevolt.* Jan. 1715.

[*b*] Niceron *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. XIX. p. 65. edit. Pariſ. 1732.
[*c*] *Hiſt. Litter. de Lyon* Tom. II. p. 162. Lugd. 1730. ubi controverſiæ hujus operis occaſione in Eccleſiâ Lugdunenſi Sec. IX exortæ meminit. [*d*] *Du Pin* ubi ſup. p. 2570. [*e*] Ibid. *p.* 2263. [*f*] Reperitur ad calcem *Vindiciarum* Diſſertationis ſuæ *de Conſenſu & Diſſenſu inter Reformatos & Auguſtanæ Confeſſionis Fratres*, adverſus Animadverſiones cujuſdam Lutherani. [*g*] Prodiit Amſtelod. 1697. in 8.

AURELIUS *Limarienſis*, natione Italus, Ord. Eremit. S. Auguſtini, edidit *Enchiridion in Hebræos*, Lucæ A. 1565. quo florebat, teſte *Elſſio* Encom. Auguſt. p. 106.

AURELIUS (*Joh. Bapt.*) Edidit

1. *De Politiâ & Diſciplinâ Civili & Eccleſiaſticâ, tum Iſraelitica tum Chriſtiana Reipublicæ*, Libb. II. 1585. 4. (*a*).

2. *Diſſ. de Mortuorum reſurrectione*, Francof. ad Mœnum 1586. 8 (*b*).

[a] *Lipen.* Bibl. Theol. II. 507.
[b] *Jo. Chriſt. Beeman* Catal. Bibl. Francof. *p.* 56.

AURELIUS (*Abraham*) Gallus, Calviniſta, Eccleſiæ Gallo-Londinenſis Paſtor, edidit *Librum Jobi Poeticâ Paraphraſi explicatum*, Londini 1632. in 4. teſte *Jac. Le Long* in Bibl. Sac. *p. m.* 620.

AURELIUS (*Ludovicus*) Italus, patria Peruſinus, Claruit Seculo XVII. Politioribus literis apprimè excultus, inter Fratres Societatis Jeſu Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudiis tanto animi corporiſque conatu incubuit, ut in magnam ſtomachi laxitudinem inciderit; poſt convaleſcentiam Juriſprudentiæ ſtudiis incumbens, non ſolum illius ſcientiæ, ſed Philoſophiæ ac ſacræ Theologiæ lauream ſuſcepit; cùmque ingenii acumine, ſtudiorumque labore, diſciplinas omnes, & maximè Hiſtoriarum cognitionem calleret, Baſilicæ Lateranenſis Canonicus renuntiatus eſt. Obiit Romæ poſt A. 1635. [*a*] & honorificè ſepultus eſt in Eccleſiâ Farneſianâ apud PP. Societ. Jeſu, juſſu & impenſis *Antonii* Cardinalis *Barberini* Urbani VIII Nepotis, cujus ſervitutem in vitâ coluerat.

Scripta:

1. *Annales Eccleſiaſticos* Cæſaris *Cardinalis* Baronii in arctum collegit Latino idiomate *Peruſiæ* 1634. Tom. II. (*b*) *Romæ* eodem anno 12. *Monaſterii* Weſtphaliæ 1638. 8. *Pariſ.* 1665. 12.° (*c*).

2. *Annales Eccleſiaſticos* Abrahami Bzovii Ord. Prædic. eadem Linguâ compilavit.

3. *Compendium Hiſtoriarum ab origine Mundi ad annum* 1599. *ab Horatio* Turſellino *Societ. Jeſu*, Latinè confectum ex Latinâ in Italicam linguam convertit, cui à prædicto anno 1599. ad 1635. (*d*) ipſemet *Aurelius* continuavit.

* Hæc *Auguſtin. Oldoinus* in Athen. Peruſin. *p.* 214.

[a] *Oldoinus* ubi inf. refert obiiſſe anno ſeptimo Seculi XVII. ſed malè, nam ſcribebat adhuc *Aurelius* A. 1635.
[b] *Oldoini* inf. cit.
[c] *Fabricii* Biblioth. Græc. *Tom. XII. p.* 168.
[d] Aut A. 1633 ſecundum *Fabricium* ſup. cit. p. 185. qui ait hunc Librum noſtri *Aurelii* fuiſſe editum *Peruſiæ* A. 1633 12.

AURELIUS (*Petrus*). Hoc ſub nomine latuit *Joannes Vergerius de Hauranne*, illuſtris Abbas *San-Cyranus*, A. 1643 defunctus, de quo nos ſuo loco dicemus.

AURELIUS (*Petrus*) alius: vid. AURELIANUS.

AURELIUS (*Ægidius*) Lutheranus, natione Suecus, patriâ Upſalienſis, claruit Seculo XVII. Rector fuit Scholæ puerilis Upſaliæ, poſtea Syndicus Holmenſis.

Scripta:

1. *Theologia Germanica Anonymi, quomodo Adam & Chriſtus ſint intelligendi, & ille quidem tradendus morti, hic verò in nobis exſuſcitandus ad vitam: cum Præfatione Martini Lutheri* verſâ in ſermonem popularem. *Upſaliæ* 1617. 8.

2. *Pſalmi ſeptem Pœnitentiales*, verſi in ſermonem popolarem cum explicatione, *Holmiæ* 1620. & 1640. 8.

3. *Corpuſculum doctrinæ*, ſeu *partes præcipuæ & Summa Religionis Chriſtianæ à M. Mattheo Judice* Latino Germanicè edita, verſa in ſermonem Sueo-Finnicum. *Holmiæ* 1642. 8.

4. *Calendarium novum Oeconomicum, ab anno* 1645 *uſque ad annum* 1665. Ibid. 1645. 8.

5. *Nicolai Hunnii Phoſphorus*, ſeu *Manuductio ad* Chriſti-

Chriſtianiſmum, verſe in ſermonem popularem. Ibid. 1647. 12.

Alia edidit Opera quæ ad nos non attinent; de his & ſupra memoratis vide *Scheffers* Succiam Litter. *p.* 94. & *Jac. Le Long* Bibl. Sac. p. 419. 543. 620.

AUREOLUS (*Petrus*) Gallicè *Oriol*, Ord. Minorum, Aquenſis in Provinciâ Archiepiſcopus, claruit ſub finem Sec. XIII. & XIV. ineunte. Natione fuit Picardus, patriâ Verberienſis (*a*) ad Oeſiam, unde aliquando *Petrus de Verberia* dictus. A puero totus in ſtudiis fuit, ob admirabilem ingenii capacitatem inter æquales facilè princeps. Antequam Sacris initiaretur, Pariſiis *Joannis Duns Scoti* diſcipulus, obtentâ Laureâ Doctorali annos natus 20. Theologiam in Conventu Pariſienſi publicè docuit; atque ſubtiliſſimus ac celeberrimus ævi ſui Theologus evaſit, ita ut *Doctoris facundi* titulum adeptus ſit. Tanti viri fama cùm ad aures *Joannis* Papæ *XXI.* dicti XXII. perveniſſet, literas ad Cancellarium Eccleſiæ Pariſienſis exaravit eo fine, ut *Aureolus* deinceps, more aliorum Doctorum, publicè doceret. Datæ ſunt Avenione 8 Kal. Jul. anno a Pontif. 1. e. A. 1318. Sed de his plura inferiùs. Ex Miniſtro Provinciali Aquitaniæ, Archiepiſcopus Aquenſis 3 Kal. Maji A. 1321 creatus dicitur. *Eggſius* teſtatur (*b*) adfuiſſe Comitiis Neapolitanis (*c*), in quibus adverſus *Michaelem Caſenatem* depoſitionis ſententiam urſit. Non defuere qui poſt depoſitionem *Caſenati* contrarium a ſe *Petri* ſtudium referrent, eique ea invidiâ ſuggererent, ut *Petrum* vindictæ causâ à Cathedrâ Pariſienſi, quam tum moderabatur, deturbaret, atque ad Cœnobium aliquod humile retraheret; verumtamen *Caſenas* obtrectatoribus in hæc verba reſpondiſſe fertur: *Abſit hoc à me, ut ego propter perſonales reſpectus, aut proprias injurias tantum malum Inſtituto noſtro inferam, & clariſſimum hoc lumen* (Aureolum) *ſub modio abſcondi velim, multò minus extingui.*

Dum verò *Petrus* Miniſtri Aquitaniæ officio in Ordine ſuo fungeretur, juſſus eſt à *Joanne* Papâ omnes illos Minores in Ordinem redigere, qui ſpecie ſtrictioris obſervantiæ, diſcuſſo Rectorum ſuorum fræno, ab Ordinis obedientiâ receſſerant. Renuerunt illi *Petro* obedientiam præſtare, ac ſatiùs judicarunt coram ipſo Pontifice comparere & cauſam dicere. Auditos igitur Pontifex, duriuſque de violatâ obedientiâ increpitos ad *Petrum* corrigendos remiſit: quos ille, nullâ affectos pœnâ, in gratiam atque ordinem recepit.

Sunt qui *Aureolum* noſtrum *Petro de Corbario* auctorem fuiſſe aſſerant, Pſeudo-Pontificatu, quem inſtigante LUDOVICO *Bavaro*, ſub *Nicolai V* nomine uſurpaverat, ſeſe abdicandi, atque ejurato *Bavari* conſortio, JOANNEM legitimum Pontificem agnoſcendi, veniamque ab eo deprecandi. *Lucas Waddingus* in Annalibus Minorum ſcribit, Antipapam nullo *Aureoli* hortatu interveniente, uſurpatæ dignitatis pertæſum, eâ ceſſiſſe, ac *Joannis* Pontificis clementiæ ſponte ſuâ ſe commiſiſſe. Sed rem alii aliter narrant; cui tamen hic immorari extra propoſitum foret. *Waddingus* citatus, *Felix Contelorius*, aliique *Aureolum* noſtrum à Cardinalium numero excludunt, tum quia in libris Sacri Collegii non inveniri dicitur; tum quia eodem, quo multi alii, laborat infortunio, ſcilicet quòd toto vitæ ſuæ tempore Cardinalatûs titulo caruerit; nec quicquam uti Cardinalis (quod quidem memoriæ proditum ſit) egerit. Verùm hæ rationes, *Eggſio* judice, uſque adeo potentes aut convincentes non eſſe videntur, ut *Aureolus* earum intuitu circa Purpuram diſpendium pati, aut in controverſiam trahi debeat: alias, inquit ille, multi alii, titulis, geſtis, & Auctorum narrationibus egentes, è Sacro Cardinalium albo expungendi viderentur. Illum certè Cardinalem agnoſcunt, deprædicant & contendunt, *S. Antoninus* Florentinus, *Ant. Poſſevinus*, *Frizonius*, *Raphael Volaterranus*, *Sammarthani* in Galliâ Chriſtianâ, *Hippol. Maraccius* in Purpurâ, & in Bibl. Marianâ, Nomenclator Cardinalium (d), *Gaſpar Artutus à Monaſterio* in Martyrol. Franciſcano v Kal. Maji, *Gaſp. Cardinas* in Hiſt. Eccleſ. *Gaſp. Jongelinus* in Elogiis Cardinalium Ord. Minorum, *Auguſt. Oldoinus* in Addit. ad *Alph. Ciaconii* Vitas Cardinalium (e): *quorum profectò omnium auctoritati, non deferre, aut temerè contradicere*, addit *Eggſius*, *pene piaculum arbitrârim.* Teſtatur igitur ille poſt alios *Aureolum* ſexennio poſtquàm ad Sedem Aquenſem promotus fuit, Patrum Purpuratorum Collegio à *Joanne* Pontifice adſcriptum fuiſſe, id eſt A. 1327. Qui autem hanc opinionem tuentur, *Aureolum* anno tantùm 1332 obiiſſe (*f*) tradunt, ac ſimul duplicem, ni fallor committunt errorem. *Aureolum* enim anno 1322 (*g*) mortuum inde forſan colligi poteſt, quòd Aquenſis Archiepiſcopus hoc anno (die 10 Jul.) electus (*h*) fuerit *Jacobus de Concos de Cabrarez* Ord. S Dominici. Ac præter rationes adverſus *Aureoli* Cardinalatum jam productas, addi poteſt, *Aureolum* nullibi (quod ſciam) in Catalogo Cardinalium quos creavit Papa *Joannes XXII.* commemorari. *Errant profectò*, ait Cl. *Whartonus* inf. cit. *qui eum Cardinalium albo inſcribunt*: nec minùs *forſan*, *qui* Scoti *diſcipulum fuiſſe volunt.* Cardinalem præter citatos agnoſcit *Sixtus* Senenſis (*i*) cui *vir omnium ſcientiarum peritiâ clariſſimus* audit, *Eccleſiaſtes & Concionator ob ſingularem Scripturarum eruditionem apud ſuos in ſummâ admiratione habitus.*

SCRIPTA:

1. *Breviarium Bibliorum, ſive Epitome univerſæ Sacræ Scripturæ juxta literalem ſenſum.* MS. extare dicitur in Bibl. Minorum Toletanâ. In lucem prodiit (k) *Venet.* 1507 vel 1508. in 4 *Pariſ.* 1508 in 8 *Argentor.* 1514. *Pariſ.* 1565. in 4. *Venetiis* 1571. *Pariſ.* 1585 (l) quam *Steph. Novellerius* Thallorinos, Pariſienſis Theologus (*m*) ejuſd. Ord. Min. recognovit ac Tabulis analyticis illuſtravit. Iſtud *Breviarium* in titulo ſive *Bibliorum* (n) *Oeconomia* mirificè commendat Vir Celeb. *Georg. Ederus* Friſingenſis. Ejus teſtimonium hic attexam, cum tale ſit *Aureoli* opuſculum, ut qui illud legerit, uberrimum fructum inde ſit capturus, ſi *Poſſevino* credimus, qui *Ederi* verba adducit *in Appar. Sac.* Tom. II. p. m. 240. » Cœpi, *inquit ille*, de » Sacrorum Bibliorum artificio ſummatim explican» do diligentiùs inquirere: in quâ cogitatione cùm » diutius, ut par erat, multùmque verſatus eſſem, » en mihi fortuitò (ſed, quod conſtanter credo, » non abſque Dei quodam nutu) in manus venit li» ber verè aureus, conſcriptus primùm à probatiſſi-

» mæ

[a] *Verberia* ſeu *Vermeria*, vulgò *Verberies ſur l'Oyſe.*
[b] Purp. doctæ *Lib. II. Cap.* 39.
[c] Hæc Comitia ad A. 1316. refert *Whartonus* inf. cit. ſed in iis *Caſenatis* electioni in Generalem ſui Ordinis, non depoſitioni, *Petrum* obſtitiſſe ait.

[d] *Henr. Lud. Chaſteigner de la Roche-Pozay* Pictavienſis Epiſc. [e] *Tom. II. p.* 436. edit. Rom. 1677. Notat tamen *Oldoinus*, nullam de *Aureolo* mentionem eſſe, *Piſanum*, *Rodolphium*, aut *Gonzagam*, qui Cardinalium ex Ordine Minorum aſſumptorum Catalogum intexerunt.
[f] Sunt & qui ultra annum 1345 vixiſſe volunt. Vid. inf. cit. [ll].
[g] Dies emortualis fuit 27 April. Hunc annum 1322 aſſignat *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. Sec XIV cap. 5. art. 2 p. m. 353. uti & *Jac. le Long* Bibl. Sac. *p.* m. 620. & in Bibl. Hiſt. Galliæ n°2926. ſed malè Narbonenſem Archiep. vocat *Alexander.*
[h] *Phil. Labbeus* in Diſſert. de Script. Eccleſ. *Tom. II. p.* 184. apud *Baelium* in Diction. verb. *Aureolus* Vid. & *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec XIV. p. 62. & *Tab. Univ.* Tom. I. p. 689. ubi *Aureolum* A. 1330 factum Aquenſem Archiep. paulò poſt obiiſſe tradit.
[i] Bibl. Sanctæ *lib.* 4. verb. *Petrus* Verberius.
[k] Meminit *Catal. Bibl. Traject.* p. 3. antiquam editionem ſub tit. *Compendium Literalis Senſûs Bibliorum* in fol. ſed abſque anno.
[l] Male apud *Le Long* 1685. *Aub. Miræus* in Auctar. de Script. Eccleſ. *cap.* 417. habet 1589. Alii verò plures 1581.
[m] Ejus jam meminimus in *Petro de Aquila* ſup. *p.* 920.
[n] Edita eſt *Coloniæ* 1568 & 1582.

» mæ opinionis & ſanctitatis viro *Petro Aureolo*, » poſtea verò à doctiſſimo *Jac. Wimphelingo*, magno » Germaniæ Theologo, *Joanni Eckio*, ſummo pari- » ter Germaniæ Theologo dicatus, qui, quod to- » ties mihi evenit optabam, prima ſtatim fron- » te pollicebatur, videlicet *Compendium Biblio-* » *rum utriuſque Teſtamenti*, atque adeo *totius Scrip-* » *turæ Epitomen*. Quo ſemel atque iterum perlecto, » magnâ cum animi voluptate cognovi, divinum » hunc virum illud prorſus ipſum, quod olim apud » CICERONEM *Craſſus* de ipſa Juriſprudentiâ propo- » ſuit, in hac noſtrâ Theologiâ Chriſtiana non tan- » tùm pari dexteritate conatum, ſed majori etiam » laude conſecutum fuiſſe, quam ab illo ferè potue- » rit expectari. Nam ſacroſanctum illud Divinæ Scrip- » turæ corpus ferè totum in ſuas primum partes, » ipſas deinde partes in ipſos libros, hos in capi- » ta, ſive genera, capita verò in verſiculos, tan- » quam generum ſpecies, & tandem verſiculos in » ſingula ſæpè paulò gravioris ponderis verba, tan- » quam ſpecierum differentias, tanto artificio parti- » tus eſt, ut tam hujus terrenæ, quam illius æter- » næ & immortalis Eccleſiæ formam, atque adeo » Bibliorum non ſolum Summam comprehendiſſe, » ſed etiam artem quandam tradidiſſe videretur. Mi- » rabar profectò vehementer, utiliſſimum hoc opus » noſtris hominibus adeo eſſe incognitum, quod fa- » te nullum antea audiviſſem neque Auctoris, ne- » que Libelli tam excellentis fieri mentionem: qui » digniſſimus erat, meo quidem judicio, ut eum » exercitatiſſimus aliquis Theologus, quaſi poſtlimi- » nio reductum, in perfectiorem paulo reſtitueret » formam, & ſummis illuſtraret eloquentiæ viribus. Hæc *Eckius* Theologus & ipſe clariſſimus, qui e- tiam in hoc ſcribendi genere laboravit egregiè. Porrò Editio a *Novelletio* curata, recuſa fuit *Ro- thom.* 1596. *Pariſ.* 1610. *Lovanii* 1647. (*o*) ac de- mum *Rothom.* apud Jac. Beſongne, typis Joan Ma- chuel A. 1649. in 8. quam vidimus. Titulum ha- bet: *Commentaria vere aurea & compendioſa in uni- verſam Sacram Scripturam. Cl. Steph. Novelletius* Li- bellum hunc *vere Aureum, diu deſideratum, in lucem emitti curavit, mille mendis deturpatum repurgavit, Tabuliſque Analyticis ſingula capita methodice illuſtra- vit.* De hoc libro ita Cl. Editor in Epiſt. Dedic. ad *Petrum de Gondy* Pariſienſem Epiſcopum (*p*). » » Hunc dum tumultuariè lectitarem, non tamen tumul- » tuariam in eo miratus ſum eruditionem, quippe » qui, tam brevi compendiolo, tam copioſa nobis » in univerſam Scripturæ Sacræ molem Commenta- » ria ediderit, ut vix mihi perſuadere poſſim, ali- » quid unquam melius in hoc ſcribendi genere (ſi » tamen pluralem excuſes, ubi res eſt contenta docere) » literis mandari potuiſſe, quod majorem interpre- » tationi, quam literalem dicunt, lucem attulerit. » Dolebat interim *Novelletius*, quod ille *Typographo- rum priſtinâ ſegnitie, tantis mendis deturpatus conſpi- ceretur, ut multis abhinc annis, in publicum prodire non auderet. Tanti propterea miſertus Autoris*, cœpit *faciem ejus primum extergere, corpore deinde toti pri- ſtinum decorem pro vitiis reſtituere, ac tandem Tabulis Analyticis, quaſi nova veſtibus adornare* &c. In Præf. ad Lectorem mirum quantis *Aureolum* laudibus extol- lat. Cætera ejus Scripta hæc ſunt

2. *Tractatus de Immaculatâ Conceptione B. Virgi- nis*, habetur MS. in Collegio Fuxenſi *Toloſæ*, ubi A. 1514 produiſſe dicitur (*q*).

3. *Comment. in IV. Libros Sententiarum*, quorum quæ in primum, edita ſunt *Romæ* 1595. vel 1596 (*r*) fol. ex Typogr. Vatic. curâ *Conſt. Buccafoci* Franciſcani Cardinalis *Sarnani* vulgò à patriâ dicti: præfixâ *Aureoli* Vitâ: quæ in tres reliquos, ibid. prodierunt A. 1605. apud Zanettum.

Hæc *Aureoli* Commentaria in ſuis in eaſdem Sen- tentias Commentariis ſæpius excuſſit exagitavitque, ut docet *Labbeus* ubi ſup. cit. (h) *Joh. Capreolus* Ord. Prædic. A. 1444 defunctus. Audiendus hîc *Vincent. Baronius* (*s*) ejuſd. Ord. » Memini me *Capreolum* » neſcio quo ex Quæſtionibus in primum Sentent. lo- » co legere, ſoluto quodam argumento *Aureoli*, quo » ad grande aliquod impium, & abſurdum ex falsâ » interpretatione noſtræ ſententiæ rem deduxerat, » hæc modeſtè adjunxiſſe *Capreolum*; ex noſtrâ reſ- ponſione patet hanc objectionem *Aureoli* profectam eſſe *ex perverſo intellectu, quidquid ſit de affectu.* Hos autem *nominatiſſimos Theologos* Aureolum *&* Capreo- lum *diſcordibus ſententiis inter ſe maximum diſſidentes & pugnantes* (non ſecùs ac *Thomam* Aquinatem cum ſub- tili *Scoto*) *haud diſpari arte conciliavit* ſupra laudatus Cardinalis *Sarnanus* (*t*), Adde quod *S. Antoninus* ait *celebris fuiſſe opinionis* Aureolum, qui ſcripta re- liquit ſuper Librum Sententiarum, *in quo quia ma- nus ejus contra omnes, vertens in dubium firmata per alios & in quæſtionem vertens, manus omnium contra eum.*

Compendium Theologiæ in VIII Libros partitum, quod aliqui *Aureolo* tribuunt, idem eſſe putat *Poſſe- vinus* cum *Comment. in Sententias.*

4. *Quodlibeta varia*, cum Tomo II Comment. *Ro- mæ* 1605. MSta ſervari dicuntur in Conventu Sagien- ſi (vulgò *Seez*) Cuſtodiæ Normanniæ.

5. *Sermones de Tempore, & de Sanctis.*

6. Liber qui inſcribitur, *Roſa diſtinctionum.*

7. Tractatus *de paupertate, & uſu paupere re- rum.*

8. *Logica*, quam MS. Romæ in Bibl. Vatic. ſe vidiſſe teſtatur Autor *Nomencl. Cardinalium.*

De aliis MSS. Cod. Operum *Aureoli* vid. inf. ſub finem hujus art.

Legi meretur de *Aureolo* noſtro locus *Theoph. Raynaudi* Soc. Jeſu: » Inſignia ingenia duo, inquit » ille (*u*), *Durandus*, & *Aureolus*, minùs benè au- » diunt, quòd ingeniis, quibus valebant, pluri- » mùm indulſerint in pleriſque; & novas cudere, » ac comminiſci opiniones, communem tramitem ſine » causâ deſerendo non dubitarint. Idem *Raynaudus* alibi (*x*) docet, *parùm feliciter ingenium exercuiſſe* Aureolum, *ut probaret creationem eſſe impoſſibilem.* Sed obſervat *Balius* non aliunde *Aureoli* doctrinam noſſe *Raynaudum*, quàm ex illius adverſario *Ca- preolo* (*y*). Supponit itaque *Aureolum* non ſimpli- citer nec abſolutè negaſſe poſſibilitatem creationis: ſed tantùm contendiſſe, impoſſibile ſibi videri ob certas cauſas, ens aliquod ex nihilo creatum fuiſ- ſe, niſi fides ipſum edoceret, in ſenſu creationis propriè dictæ accipi debere verba quibus utitur Sacra Scriptura de primævâ univerſi formatione. Suſpicatur igitur Cl. *Balius*, eodem ferè loquendi modo uſum fuiſſe *Aureolum*, quò alibi utitur, cùm hoc profitetur: *Propter ſolas Authoritates Sanctorum teneo, quòd Tranſubſtantiatio eſt verus tranſitus & con- verſio totius panis in totum Corpus Domini*: in 4. diſt. 11. q. 1. a. 2. Id refert *Petrus Allixius* in Præf. Hiſt. de Dogm. Tranſubſt. (*z*) pag. 66. qui *Au- reolum* Cardinalem vocat. His

[o] *Le Long* ubi ſup.
[p] Ille eſt qui vivâ deceſſit A. 1616. licèt Præfatio ſub- ſcripta ſit die 2 Sept. 2. 1648 quo Sedem Archiepiſcopalem primus tenebat *Joannes Franciſcus de Gondy*. Verùmtamen an tunc adhuc ſuperſtes fuerit *Novelletius*, mihi non conſtat.
[q] *Maraccius* in Bibl. Marian. ſcribit 1314. & ipſe *Oldoinus* in Athen. Rom. *p.* 531. hoc anno excuſum ſe vidiſſe jactarat, quaſi artem Typographicam illius temporis ignotam fuiſſe ignoraſſet.

[r] Hoc anno impreſſum ſe vidiſſe teſtatur *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad An. 1319.
[s] Apologet. adverſus *Raynaudum* alioſque *Lib.* 1. *ſect.* 12. p. 240. apud *Balium* in Diction
[t] Eggs *Purp. docta* Lib. V. Cap. 43. In Summâ Hiſtor.
[u] *Erotem. de bonis ac malis Libris* n. 420. p. 250. apud *Balium*
[x] In *Theol. Natur.* Diſt. VIII. n. 334. p. 1039.
[y] Citatus a *Raynaudo* Capreolus in 2. d. 1. q. 2. *in argum. contra quartam.* [z] Vid. ſup. *p.* 334. b. n. 10.

His ad prælum fermè paratis nondum legeram *Caſim. Oudini* de *Aureolo* noſtro criticas obſervationes (*aa*). De conditionibus ſcil. vel dignitatibus ei attributis ab omnibus Nomenclatoribus vel Hiſtoricis Eccleſiaſticis fusè diſſerit ac multa congerit, *contra omnes*, ut ipſe ait, *unicus ſtans*, *paratus tamen communem omnium hactenùs ſententiam ſequi*, *ſi quis eam argumentis fultam idonea oſtenderit*. Notat velle omnes poſt *S. Antoninum* (*bb*) qui primus *de Aureolo* loquutus eſt, fuiſſe illum *Ord. FF. Minorum*, *Aquenſem factum Epiſcopum A.* 1314. (*cc*) *tandemque Tuſculanum* (dd) *Epiſcopum & S. R. E. Cardinalem*, *anno circiter* 1312. Adducit *Trithemium*, *Sixtum* Senenſem, *Sammarthanos* Fratres (ee), *Bellarminum*, & *Labbeum*, *Bulæum* (ff), *Nat. Alexandrum*, *Whartonum* denique, quorum teſtimonia quædam potiſſima refert integra. Horum tamen plerique nec Tuſculanum Epiſc. nec Cardinalem fuiſſe pronunciant.

Docet *Oudinus* primos Cardinalitiæ dignitatis in *Aureolo* inventores, teſtibus *Sammarthanis*, eſſe Franciſcanos, *qui ſuos ultra rationem ſæpiùs amantes atque elevantes; omnem ſæpe lapidem movent*, *ut indebitas illis titulos ſuſtent*, *honoribus officiiſque locupletent*. Hanc quæſtionem de *Aureoli* Cardinalatu optimè ac diligenter, inquit *Oudinus*, excuſſit *Ferd. Ughellus* (gg) ubi *Petrum de Prato* Regienſem Epiſcopum, inox Aquenſem, à *Joanne XXII.* Epiſcopum Cardinalem Prænestinum anno 1323 (*hh*) electum fuiſſe tradit &c. atque Avenione defunctum A. 1361. menſe Majo. » Dubitavi in noſtris, ait *Ughellus*, ad *Ciaconium* notis, » an idem hic cum *Petro Aureolo* Ord. » Minorum, Aquenſi Archiep. fuerit, quem nonnul» li Minoritæ auctoritate *S. Antonini* freti, Cardina» lem adlectum referunt, deceptus: cùm nullum alium » repererim Archiep. Aquenſem, à *Joanne XXII* ſub » *Petri* nomine inter Patres relatum, præter hunc ſo» lum *de Prato*. At *Frizonius* (ii) hunc diverſum ab » *Aureolo* fuiſſe ſcribit, cùm *Aureolus* eidem *Petro de* » *Prato* in Archiep. Aquenſi ſucceſſiſſet. Sed non mi» nus ipſe decipitur (pergit *Ughellus*) dum *Aureolum* » inter Cardinales à *Joanne XXII* electum refert A. » 1327, ut benè Elenchus S. R. E. Cardinalium notat, » aſſeritque, (quod jam annotavimus) *in libris Sacri* » *Collegii* Aureolum *inter Cardinales non reperiri*. » Ad auctoritatem *S. Antonini* reſpondet *Ughellus* meminiſſe quidem illum *Petri Aureoli*, ut viri celebris opinionis, ſed nihil de ipſius Cardinalatu aſſerere. » Ita » quidem verè, ſubjungit *Oudinus*, nam *Antoninus* nun» quam loquitur de Cardinalatu *Petri Aureoli* (*kk*), » quem falsò ei addixerunt Franciſcani ex auctoritate » hujus Scriptoris. Nihil ergo conſtat de hoc Cardi» nalatu quem Scriptores hujus Seculi abſque exami» ne illi adſcripſerunt » Poſthæc *Oudinus* contendit *Aureolum* neque A. 1322 neque A. 1327 mortuum eſſe, cùm, inquit, *anno* 1345 *non Cardinalis aut Archiepiſcopus* Breviarium Biblicum *ſcripſerit* (*ll*), *ut ex ejus inſpectione conſtat*.

Nunquam fuiſſe Aquenſem Archiep. inde evincere conatur, quòd hanc ſedem occupabat *Petrus de Prato* eo tempore quo ab omnibus omninò Scriptoribus *Aureolo* aſſignatur, anno nempe 1310 vel 1321. *Petrum* ſcilicet *de Prato* à *Joanne* Papâ *XXII* impensè dilectum, ut pote concivem (uterque Caturcenſis erat) ab eo Reienſem Epiſcopum A. 1318 conſtitutum, inde aliquantò poſt Aquenſem Archiep. circa A. 1319 vel 1320. ut teſtatur *Ughellus*; quo teſte, ex beneficio ejuſdem Pontificis tranſiit *Petrus* ille *de Prato* anno 1321 vel ſeriùs 1322 ab Aquenſi Archiep. in Epiſc. Prænestinum, & S. R. E. Cardinalitiam dignitatem. Sed eod. anno 1322 die 10. Jul. teſtibus *Sammarthanis*, Jac. de Concos *de Cabraretz* primum Ord. FF. Præd. alumnus, ad Archiep. Aquenſem evocatus eſt, & obiit A. 1329. vel 1330. Ergo nullus, ſi *Oudino* credimus, *Aureolo* datur locus ad Aquenſem Archiep quem tenuerunt *Petrus de Prato* ab A. 1319 ad 1322. (*mm*) ac poſt eum *Jac. de Concos* uſque ad A. 1330. Quod ad Sedem Narbonenſem, quam *Aureolo* tribuit *Nat. Alexander*, hanc tenuit *Bern. de Farga* ab A. 1341 ad 1340. Jam igitur *Aureolum* tum Archiepiſcopali, tum Cardinalitiâ dignitate ſpoliavit *Oudinus*. Nunc fuiſſe illum Ordinis Vallis Scholarium (*nn*), non Fratrum Minorum, probare conatur. Probat, inquam, 1ò ex autentico inſtrumento, quod extat Sec. VI. *Hiſt. Univ. Pariſ.* ad A. 1332. p. 236. quo contra ſententiam Papæ *Joannis XXII* definitum eſt à Doctoribus Pariſienſibus, *Viſionem Beatificam non differri uſque ad diem univerſalis judicii*. Huic enim inſtrumento (d. 2. Jan. A. 1332 dato) ſubſcripſit cum aliis *Petrus* de Verbetia, *Ordinis Vallis Scholarium* (*oo*). Niſi igitur probent Minoritæ authentica inſtrumenta vel ſynchrona, *Petrum Aureolum de Verberia* fuiſſe Ord. Franciſcani., *debet quiſque vel modici judicii ex iſto*, judice *Oudino*, credere *illum fuiſſe ex Ord. Vallis Scholarium*. Quod probat 2ò ex Necrologio pergameno 300 annorum, Prioratus S. Catharinæ de Culturâ Pariſ. qui olim fuit Ordinis Vallis Scholarium. In eo ita legitur: *Item debemus orare pro animâ* Petri de Verberia, *Magiſtri in Theologiâ qui fuit frater de Regali loco*, *& quondam Prior Trecenſis*

Erat itaque alumnus ſeu Profeſſus *de Regali loco*, Gallicè *Royallieu*, qui Prioratus eſt Ord. Vallis Scholarium: unde factus eſt *Prior Trecenſis*, minimum in Prioratu ejuſd. Ordinis, qui Trecis ab antiquis fundatus eſt. Incumbit ergo Franciſcanis, ut nobis adducant vel teſtimonia majoris meriti & antiquitatis, vel ſaltem æqualis, quibus probent vel duos fuiſſe *Petros de Verberia*, unum *Minoritam* alterum *Vallis Scholarium*, vel extitiſſe eodem tempore alium ſui Ordinis. Quod cum non fecerint, addit *Oudinus*, opinabor

(*aa*) *Comment. de Script. Eccleſ.* ad A. 1330. p. 847 & ſeq.

(*bb*) Summæ Hiſt. tit. 24. cap. 8. §. 2. Citatur tit. 44. à *Spond.* in Annal ad A. 1337. num. x. p. 460. apud *Balium* in Diction.

(*cc*) Nullus (quod ſciam) *Aureolum* an. 1314. Aquenſem Archiep. factum fuiſſe prodidit.

(dd) *Tuſculum* vulgò *Freſcati* in ditione Eccleſiæ.

(*ee*) Galliæ Chriſt. *Tom. I. p.* 17. in Aquenſibus Archiep.

(ff) *Hiſt. Univ. Pariſ* Sec. VI. in Catal illuſtrium Academ *p* 985.

(*gg*) Ital. Sacræ *Tom. I*, in Epiſcopis Prænestinis (vulgò *Paleſtrina* in territorio Romano) *col.* 245. *num.* 46.

(*hh*) Certè hic fallitur *Ughellus*. Nullos enim hoc anno 1323. Cardinales creavit *Joannes XXII.* Ad purpuram evectum fuiſſe *Petrum de Prato* in promotione anni 1320 extra dubium eſt. Vid *Moreri.* Diction. verb. *des* PREZ, ubi citatur *Gallia Chriſtiana*, & in Elencho Cardinalium, ſub eund. annum. Vid. & *Franc. Pagi* Breviar. Pontif. Rom. *Tom. II. p.* 71. Aquenſis verò Archiep. A. 1319 fuerat renunciatus, à quo ad Cardinalatum & Epiſcopatum Prænestinum tranſiit. Quæ cùm ita ſint, nil obſtare videtur, quominus *Aureolus* poſt *Petrum de Prato* & ante *Jac. de Concos* Aquenſem tenuiſſe Sedem potuerit.

(*ii*) *Petrus Frizonius* Doctor Pariſ. *in Galliâ Purp.* Pariſ. 1638. editâ, *Lib. III. pag.* 109.

(*kk*) Quare igitur ait ipſe *Oudinus*, velle *omnes* poſt *S. Antoninum* Cardinalem fuiſſe *Aureolum*? cùm de ejus Cardinalatu nihil tradiderit *Antoninus*.

(*ll*) Ita etiam annotatum reperio ad *Trithemium* de Script. Eccleſ. *cap.* 544. Edit. Hamb. 1718. Eundem quoque annum 1345 huic operi aſſignat *Henr. Wharton* in Append. ad Hiſt Liter. *Guil. Cave* ad An. 1321. ubi *Wadingum* citat.

(*mm*) Stante hac Chronologiâ nullus equidem *Aureolo* in Sede Aquenſi relinquitur locus; verum ex dictis ſup. not. (*h*) fortaſſe et ſua conſtabit dignitas Archiepiſcopalis.

(*nn*) Sodalitium *Vallis Scholarium* vulgò *Val des Ecoliers* Abbatia eſt Canonicorum Regul. ſub regulâ *S. Auguſtini*, Diœceſis Lingonenſis (de *Langres*) in Campaniâ.

(*oo*) Hic major ſane oritur difficultas, quæ, niſi duos admittas *Petros de Verberia*, tolli non poterit. Etenim ſi dicas eundem eſſe qui Franciſcanus & Archiepiſcopus Aquenſis fuiſſe creditur, cum eo cujus nomen in Actis iſtis legitur, ſimul dicendum erit, eum & Archiepiſcopatum abdicaſſe, & ad alium Ordinem tranſiiſſe, quoniam ibi dicitur *Ord. Vallis Scholarium*, atque, ut vidimus, Aquenſem tenuit Sedem *Jac. de Concos* ab a. 1322 ad 1330. Quod ſi reverà duo fuerint ejuſdem nominis, poterit prior è vivis exceſſiſſe a. 1322. poſterior A. 1332 & ultra ſuperſtes fuiſſe. Nam præterea mihi veriſimile non videtur, *Aureolum* illum quem *Joanni* Papæ adeo elatum fuiſſe volunt, contra hunc Pontificem ſtetiſſe cum aliis Doctoribus Pariſienſibus. Verùm ſi hæc ita ſe habent, *Aureolo* juniori adſcribendum erit *Breviarium Bibliorum* quod a. 1345 compoſitum aliqui dicunt. Quocunque vertas, res difficultate non caret.

opinabor ſemper fuiſſe unicum inſignem Theologum temporibus *Joannis* Papæ *XXII.* ſed iſtum ex Ord. Vallis Scholarium, uti allata inſtrumenta authentica docent.

Allegabunt in adverſum Minoritæ auctoritatem *S. Antonini*, qui agens de Viris illuſtribus Ord. S. Franciſci profert *Petrum Aureolum*, ſeu *Aurelium*, (ut habet Editio Lugd. 1586). Sed reſpondet *Oudinus*, 1° Auctoritatem *S. Antonini* ſcribentis circa annum 1440 & ultra, productis à ſe inſtrumentis longè inferiorem eſſe. 2° Faciliimè errare potuiſſe *S. Antoninum* in rebus Gallicis, qui ſcribebat in Italiâ, & annis centum ab obitu *Petri de Verberia*, & qui forſan de Ordine Vallis Scholarium nihil unquam audierat. 3° Cùm hanc rem non ex profeſſo, ſed tranſitoriè tractaverit, illius auctoritatem non majoris eſſe ponderis in aſſignato Ord. S. Franciſci, quam in Archiepiſcopatu: ſicuti autem omnes poſtea *S. Antoninum* ſecuti ſint, majorem eos patrono ſuo auctoritatem non habere, ideoque rectè rejici, donec firmum aliquid ab aliquo Scriptore allatum deinceps fuerit.

Allegari item poterit pro Franciſcanis Epiſtola *Joannis* Papæ ad Cancellarium Pariſienſem, à nobis jam memorata, in quâ nimirum disertè vocatur *Petrus Aureolus Ordinis Minorum*, quodque ſubdit *Frizonius*, à Cardinali *Sarnano* confidenter eum appellari & inſcribi *Archiep. Aquenſem & S. R. E. Cardinalem*, in Editione quam procuravit Commentariorum *in Sententias*. Verùm ſi *Oudinum* audias, *certum prorsùs eſt apud eruditos, æquoſque rerum æſtimatores, nullo loco magis exceſſiſſe* Frizonium, *quàm cùm de* Petro Aureolo *loquutus eſt*, de quo ita *orator indiſcretus* loquitur: *Laureâ itaque Doctorali Theologicâ redimitus, vulgò* Doctor Facundus, *inter omnes ſui ævi Theoſophos eminuit: vir ſanè præſtantiſſimus, ingenio ac eruditione admirandus, facundiâ Neſtor. Lucebat tueri in verbis flumina, pondera in ſenſibus, nervos in argumentis.*

Promptius imponam glaciali Pelion Oſſæ,
Si partem sacumpe velim: quodcunque relinquam
Majus erit &c.

» Etſi enim (ſubdit *Oudinus*) » fuerit ille (*Aureolus*) doctus Theologus Scholaſticus; at eo tempore, » quo floruit, tanta erat Scholaſticorum nubes in » multis ſæpè nugaciter argutantium, ut tunc tem» poris nihil communius ac trivialius iſtâ ſcientiâ. » Quod patere poteſt in *Petro Paludano*, *Durando* » *de S. Portiano*, *Petro Aquilano*, & aliis, quorum » Commentarii *in Sententias* ſuperſunt. Præterea contendit *ob multas rationes reſcriptum iſtud Pontificium eſſe confictum vel à* Frizonio, *ut ſupra modum elevaret* Petrum Aureolum, *vel ab aliquo Minoritâ, qui ei inſtrumentum iſtud ſubminiſtrare potuit.* 1° ait, quia nomen Pontificis, à quo reſcriptum datum eſt, non apponitur, quod tamen in reſcriptis ſemper fieri conſuevit. 2° quia Reſcriptum illud manifeſtè repugnat iis quæ de *Aureolo* habet ipſe *Frizonius* & ex eo ubi: *Antequam initiaretur Presbyterio, gradum Doctoratûs eſt conſequutus.* Quod ſi ita ſit, fruſtra datur ei per reſcriptum Pontificium *Licentia docendi*, cùm conſtet eos, qui Doctorali Laureâ Pariſiis & ubique inſigniuntur, publicè docere ac profiteri poſſe, maximè apud Ordines Mendicantes, ubi centum ferè annis ante hoc reſcriptum, hanc habebant licentiam. Quomodo igitur eam tanquam gratiam ſingularem *Aureolus* à Pontifice poſtulaſſet? 3° ait *Oudinus*, » quiſquis ille fuit reſcripti Pontificii figulus, » non ſatis attendit uſitatas reſcriptorum formæ; » dumque *Aureolum* hoc reſcripto elevare voluit, il» lum depreſſit. Nullum enim reſcriptum inveniet » *Frizonius*, ubi ſummus Pontifex his utatur vocibus » quæ initio reſcripti leguntur, *ſicut partim experien*» *tiâ, partim fide dignâ relatione didicimus* &c. quaſi » potuerit Pontifex *experientiâ* noſſe *Aureolum*, qui » tunc temporis erat junior & paucis cognitus. 4°. » Laudes eximiæ à Romanis Pontificibus in ſuis reſ» criptis inſertæ, arguunt iſtud apertæ ſuppoſi» tionis, imò & Monachalis adulationis figmen» tum olent; uti dum dicitur: *ſic in ſtudio Theologicæ Facultatis diebus inſudavit & noctibus, ſic per continuationem ſtudii & exercitium lectionum, profecit laudabiliter in eodem* &c. *Quia igitur ipſum honeſtate conſpicuum, & tantum theſaurum ſcientiæ divinâ ſibi ſuffragante gratiâ aſſequutum* &c. » Nec enim ſolent » Romani Pontifices appellare hominem & Mendi» cantem & Franciſcanum, in ſuis reſcriptis, *tan*» *tum theſaurum ſcientiæ* &c. quas vix quidem lau» des Sanctis Eccleſiæ Patribus corporis ſarcinâ ſo» lutis, & Doctoribus antiquis, quorum ſanctitas » notoria eſt, aſſignant. Abſurdæ igitur iſtæ vo» ces, & indignæ ſummis Pontificibus, in expreſſione » ſuâ ſuiſque reſcriptis (ut omnes ſciunt) prudenti» bus, illud manifeſtæ ſuppoſitionis arguunt. 5°. Vo» ces illæ, *Dignum ut benevolentiâ proſequamur gra*» *tioſâ*: alluſionem faciunt ad reſcripta Romanæ Curiæ » *in formâ gratioſâ*; unde cùm hæ formæ nonniſi poſtea » in uſu fuerint, dicendum eſt, illius reſcripti concinna» torem fuiſſe poſterioris temporis, atque falſitatem » & iniquitatem ſibi fuiſſe menti tos. 6° Confector » hujus reſcripti inconſtans ſibi eſt, nam interdum » vult quòd Aureolus *dignum ſe reddidit ad obtinendam* » *docendi licentiam*, unde reſcriptum eſt: *De indulgendâ* Aureolo *licentiâ docendi Pariſiis*: qui tamen ſtatim inſi» nuat ibidem agi *de præſentatione quâdam vel ad Licen*» *tiam vel ad Doctoratum*, ſeu ad aliquos Scholæ gra» dus, dum ſubdit *Nolumus Fratribus prædictis* (Franciſcani) *vel alterius Ordinis jam præſentatis per eundem vel alium Ordinem, vel impoſterum præſentandis ad hujuſmodi Licentiam obtinendam, aliquod generari præjudicium, vel promotionem eorum quomodolibet retardari* &c. » Eſt ergo iſtud reſcriptum, craſſum Franciſ» cani alicujus, vel *Frizonii*, figmentum, & cum » paucâ attentione ad ordinem rerum & congruita» tem verborum. 7°. Hoc Reſcriptum non dicitur » undenam acceptum, imò non invenitur in Re» geſto Epiſtolarum *Joannis XXII.* cujus inventarium » ſeu Syllabus habetur in Editione Conciliorum *Labbeanâ* Pariſ. 1671. Denique 8° *Luc. Wadingus*, qui » ampliſſimè *Aureoli* meminit tum in *Bibl. Ord.* » *Min.* p. 276. tum in *Annal.* ad A 1316. vir maxi» mè ad laudandos Ordinis Minorum Auctores effu» ſus, qui plurimas ad calcem Voluminis congeſſit » Bullas atque Reſcripta *Joannis XXII* ad Ordinem » vel perſonas Ordinis Minorum ſpectantia, nullam » hujus reſcripti mentionem facit; nempe quia ſup» poſititium opinatus eſt, atque in Regeſto hujus » Pontificis non inveniri cognovit. Illud item con» ticuit *Cæſar Egaſſius Bullæus*, qui de illo agit in » Catal. illuſtrium Academ. Sec. XIV. *Hiſt. Univ.* » *Pariſ.* Illud denique, addit *Oudinus*, confictum » omnes cenſebunt judicio graves, qui propiùs in» troſpexerint atque legerint.

Porrò *Frizonium* item arguit, quòd dixerit *Aureolum* ſuos *in Sententias* Commentarios *Joanni XXII* dedicaſſe (*pp*); nulli enim omninò eſſe, neque ullum ineſſe veſtigium fuiſſe olim alicui dicatos.

De MSS. Codicibus Operum *Aureoli* quædam tandem adfert *Oudinus*. Comment. *in Sententias* extat cum ejus *Compendio* ſeu *Breviario Bibliorum* in Bibl. S. Antonii Patavinâ, ut habet *Jac Phil. Thomaſinus* in libro *de Bibl. Patav.* Utini 1639 in 4. edito. Item *Compendium S. Theologiæ* ſub nomine *Petri Aureli Ord. Franciſcanorum* in Bibl. S. Franciſci. *Quodlibeta* inter MSS. Codd. Bibl. SS. Joannis & Pauli Venetiis. In Bibl. Bodl. inter Codices Bodlejanos *Tractatus Petri de Aureolo de decem præceptis.* Item *Comment. in Sententias* inter MSS. Codd. Eccleſiarum Angliæ

(*pp*) Id habuit *Frizonius* ex Nomencl. Cardinalium *pag.* 57. Edit. Toloſæ 1614.

Angliæ Cathedr. *&c.* & *Compendium ſuper Bibliis.* De Tractatu autem *de conceptione immaculatâ*, uti de *Sermonibus* qui ipſi tribuuntur, nihil ſe reperiſſe ait in Catalogis quos legit, MSS. Codd. niſi quod *Ant. Reiſerus* in Indice Librorum MSS. Bibl. Auguſtanæ, *Auguſtæ Vindel.* A. 1675 edito *p.* 52. *n.* 13. *fratris Petri Aureoli Ord. Minorum in Tholosâ* Tractatum *de Conceptione B. V. Mariæ* haberi advertat.

AURIA (*Vincentius*) natione Siculus, Panormitanus, vixit Sec. XVII. & ſub initium ſequentis. Prodiit ex nobili familiâ, quæ originem trahit è Genuenſi Republicâ, ubi *Doria* vel *Auria* nomine adhuc avitum ſplendorem ſervat. Natus eſt die 5 Aug. A. 1625 patre *Friderico*, Juris utriuſque Doctore (1) qui eodem anno vitâ deceſſit, quo filius lucem vidit. Is Jurisprudentiæ quoque dicatus, brevi inter cauſarum Patronos effulſit, Laureamque Doctoralem in Catanenſi Academiâ A. 1651 accepit. Verùm tamen ex innatâ propenſione politioribus literis, inter Juris utriuſque ſtudia ab adoleſcentiâ operam impendit; ideoque ineunte ætate, à forenſibus jurgiis abhorrens, honoribus neglectis, penitus à Foro deflexit. Muſas coluit Latias, Etruſcas, Siculaſque, & juvenis egregia adidit ingenii monumenta. In Hiſtoriis Siculis, ac præſertim Panormitanis verſatiſſimus, multa in gloriam ſuæ gentis & patriæ ſcripſit; atque ob ſingulare ejus in rebus Siculis ſtudium, ad eum omnes tanquam ad oraculum confugiebant in rebus difficillimis. Nondum ætatis ſuæ annum 20um attigerat, cùm in *Reaccenſorum* Academiâ Panormitanâ exceptus eſt, in quâ inter præcipuos literatos ſemper eminuit. Evulgatis ingenii ſui lucubrationibus, adeo ejus fama inclaruit, ut innumeri tum in Siciliâ, tum in Italiâ viri eruditione celebres, arctiſſimam cum ipſo contraxerint amicitiam. Apud Siciliæ Moderatores, Præſules ac Dynaſtas magnâ eruditionis opinione valuit; eique Siciliæ Prorex *Franciſcus de Benavides* Hiſtoriam Chronologicam Moderatorum Siciliæ ſcribendam demandavit. In Academiis *Solidatorum* Lilybæi A. 1661. *Incurioſorum* Barii A. 1705. & *Arcadum* Romæ eod. anno adſcriptus eſt. A *Bern. Treviſano* viro egregiè docto dignus fuit exiſtimatus, qui inter primæ notæ literatos accenſeretur, quorum ope novam Rempublicam literariam inſtitueret in Italiâ, ut ſcientias arteſque ad ſaniorem rationem redigeret. Inter ſudiores rerum ærumnas (adverſam enim fortunam expertus eſt) ſolatio erant Muſæ & libri, quos uſque ad vitæ extrema nunquam depoſuit. Demum magno civium dolore deceſſit Panormi 6 Dec. A. 1710. ætat. 85. Senatus Panormitanus benemerentiſſimo civi in æſtimationis argumentum juſta decrevit.

SCRIPTA:

1. *I due Martiri d'Aleſſandria, Racconto Hiſtorico del Martirio di S. Giuliano Nobile Aleſſandrino, e di S. Cronione Eunno ſuo Seggiattiero.* Panormi, typis Petri da Iſola 1651. in 12.

2. *Vita della Glorioſa S. Venera o Veneranda.* Addita eſt *Legendario SS. Virginum* Panormi edito 1661. 1676 & 1678. in 8.

3. *Annotationes ad vitam B. Auguſtini Novelli* (2) *Nobilis Panormitani ex familiâ de Thermes*, Authore *Bern. Riera* (3) JCto Siculo, Drepanenſe. *Ibid.* 1664. in 4. Lat.

4. *Relatione delle Reliquie de' Santi Martiri Palermitani, venute da Roma in Palermo, cioè di S. Mamiliano, Cittadino ed Arciveſcovo Palermitano, S. Ninfa, S. Euſtotio, Proculo & Golbodeo.* Ibid. 1666. in 4. ſuppreſſo nomine.

5. *La Roſa Celeſte: Diſcorſo Hiſtorico dell' Inventione, Vita e Miracoli di S. Roſolia Vergine Palermitana.* Ibid. 1668. in 8.

6. *Vita di S. Roſalia Vergine Romita Palermitana.* Ibid. 1669. in 4. Hanc Hiſpanicè vertit *Martinus Albergus* de quo ſup. *p.* 293.

7. *Il vero & original Ritratto di Chriſto Noſtro Signore in Croce: Narratione Hiſtorica dell' Origine del SS. Crocifiſſo della Maggiore, è Metropolitana Chieſa di Palermo,* Ibid. 1669. & cum additione rursùs 1690. in 8. tertiò cum aliis additionibus, & Chronologiâ Archiepiſcoporum Eccleſiæ Panormitanæ, *ibid.* apud Cortelium, 1704. in 8. Hujuſce Hiſtoriæ compendium edidit etiam in folio expenſo A. 1670. quod ampliori narratione prodiit in libro inſcripto: *la Perpetua Croce, ſeu Habitatione perpetua nelle Piaghe del Crocifiſſo*, Caroli Thomaſii *Ragunſani*, Clerici Regular. edit. *Panorm.* 1674 vel 1675. in 8.

8. *La Verità Hiſtorica ſvelata, overo Auvertimenti e Correzioni al nuovo Laertio di D. Filadelfo Mugnos* (4) *ſopra alcune Vite di Filoſofi e altri Huomini illuſtri Siciliani, ſcritte a diſinganno de' troppo creduli.* Panormi apud Felicem Marinum, 1702. in 4.

9. *Il Beato Agoſtino Novello Palermitano. Opera Apologetica, in cui ſi prova che il B. Agoſtino fu di naſcita Palermitano della nobile famiglia Termine, contro le oppoſitioni di Bernardino Afſcalto* (5), *ed altri Autori.* Ibid. apud Cortelium 1710. in 4.

Hanc *Auriæ* Operam Apologeticam impugnavit *Cataldus Rizzo* in Epiſt. *Meſſanæ* 1713. in 8. typis Cam. de Amico editâ: *Lettera del Rev. Doctor D. Cataldo Rizzo, in cui ſi difende la naſcita, e la patria del B. Agoſto Novello Terminese, e ſi riſponde all' Opera Apologetica del Dott. Auria.* Ibid. eod. anno & formâ edidit *Joachimus* Errans, *Joannis Vincentii* Boronis *della Vanella* frater, *Delle azzioni eroiche, virtù ammirabili, vita, morte, e miracoli del B. Agoſtino Novello Terminenſe, Capi ſedici* &c. typis Joſ. Maffei (6).

Plurimæ ex eo habentur lucubrationes parvi momenti, tum editæ, tum ineditæ, de quibus conſulas *Vite degli Arcadi* à *Joan. Mario Creſcimbeno* editas, *Part. III.* p. 100-118. Romæ 171.. (7) ubi citantur Auctores qui *Auriam* plenis laudibus extollunt, ejuſque Vita exhibetur, ab *Anton. Mongitore* ſcripta, qui & eandem tranſtulit notitiam Tomo II ſuæ *Bibl. Sic.* eod. A. 1714 edito. Inde ſua *Niceronus* inf. cit. (8). Id à nobis monendum ſupereſt, *Auriæ* librum *de origine & antiquitate Cephaledis urbis Siculæ* Italicè *Panormi* 1656. in 4 editum, Latinè verſum, notiſque & nummis auctum à Cl. Viro *Sigeb. Havercampio*, recuſum fuiſſe Tomo XIV *Theſauri Antiqq. & Hiſtoriarum*

(1) Scripſit ille præter varia Juridica, *Inſtitutiones linguæ Hebraicæ*, *Opuſculum de mundi duratione*, *Opuſculum contra Hebræos* aliaque apud filium *Vincentium* ſervata, ut teſtatur *Aug. Oldoinus* in Athen. Liguſt. *p.* 147 apud *Mongit.* in Bibl. Sic. T. I. p. 244 qui *p.* 345 laudat *Friderici* fratrem *Joan. Franciſcum* Juriſconſultum quoque doctiſſimum, qui multis honoribus auctus obiit Panormi d. 9 Febr. 1641. variaque etiam reliquit Opera inedita.

(2) Aliàs dictus *Auguſtinus de Teramo* ſive *Interamnenſis*, Eremita Auguſtin. vixit Sec. XIII. De eo legendus *Mongitor* in Bibl. Sic.

(3) Vivebat Sec. XVI. Vid *Mongit.* ſup. cit.

(4) *Philadelphus Mugnos* Leontinus, Jurium Doctor, cujus varia extant Scripta ad res Siculas pertinentia. Hic verò agitur de ejus libro cui tit. *Il nuovo Laertio, dove ſi leggono le Vite de' Filoſofi, Poeti, Oratori, Leggiſti, Hiſtorici, & altri famoſe perſone,* cujus Pars Ia prodiit *Panormi* 1654 in 4. „ Operis hujus judicium „ (inquit *Mongitor* in Bibl. Sic. *Tom. II. p.* 164) edidit oculatiſſimus vir *Vincentius Auria* in Opuſc. cui nomen: *la Verità ſvelata*, in quâ multa à veritate aliena ſcripſiſſe demonſtrat, & è „ proprio penu enata.„ Vid. eund. *Mongit.* in Præf. Tomi I. p. VIII. de quo *Acta Erud.* Lipſ. A. 1708. p. 537. Vid. & *Diar. Trevolt.* Mart. 1708. *p. m.* 222. ubi varii *Auriæ* libri memorantur.

(5) Nomen anagrammaticum *Franciſci Aldrovandi* de quo ſup. *p.* 322. Adverſus eundem ſcripſit *Auria*, ſed MS reliquit, *Diſcorſi Hiſtorico-Apologetici in difeſa di varii Santi Palermitani, contro le oppoſitioni di Bern. Afſcalto, nel ſuo libello intitolato*, Termine rineſta in ſtato *&c.*

(6) Vid. *Diar. Venetum* T. XIX. p. 416 417. ubi breviter narratur controverſia de *Novelli* patriâ. Vid. & Tom. V. A. 1711. p. 402

(7) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. *Suppl.* T. VI. p. 459.

(8) *Mem. pour à ſervir l'Hiſt. des Hommes illuſtres* T. III. Pariſ. 1727. indeque *Morer.* Diction. edit. Baſil 1731.

riarum Siciliæ (9) Lugd. Bat. 1725. fol. Noſtri Auctoris Liber de rebus à Siculis primùm repertis *Italicè* ſub tit. *La Sicilia Inventrice* Panormi 1704. in 4 editus laudatur in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1707. p. 465. & in opere inſcripto; *La Galleria di Minerva* Tom. V.

Cæterùm multos *Doriarum* familia à medio circiter Sec. XII. produxit viros armis præcipuè inclytus. Vid. *Morer.* Diction. edit. Baſil. verb. DORIA. Inter Eccleſiaſticos verò hujus nominis claruit Sec. XVI *Hieronymus* qui variis pro Republicâ Genuenſi muneribus functus in ſtatu ſeculari, uxoreque defunctâ Cardinalis evaſit, à *Clemente VII* Purpurâ donatus An. 1529. & primùm *Nibienſis* in Inſulâ Corſicâ, poſtea *Naulenſis* (de *Noli*) [10] in ditione Genuenſi, *Jaccenſis* in Aragoniâ, & *Oſcenſis* in eâdem Provinciâ Epiſcopus, ac demum *Tarraconenſis* in Catalonia fuit Archiepiſcopus.

De laudibus familiæ *Auria* Opuſculum *Adami de Montaldo* Genuenſis, Erem. Auguſtiniani, qui circa An. 1480 floruit (11), primùm in lucem prodiit è MS. Codice Genuenſi, Tomo XXIII *Script. Rerum Ital.* curante Cl Viro *Lud. Ant. Muratorio* Mediol. 1733. fol.

(9) Vid. *Acta Erud.* Lipſ A 1728 p. 481.
[10] Morer. *Diction.* in Elencho Cardinalium ſub A. 1529.
[11] Fuit ille Poeta & Orator ætate ſuâ non incelebris, qui quædam alia minutiora ſemplic opuſcula, de quibus vid. *Phil. Elſſium* in Encom. Auguſtin. p. 10. *Aug. Oldoinum* in Athen. Liguſt. p. 4. Auctoreſque ibi citatos.

AURIA (*Antonius*) Soc. Jeſu, ex eâdem proculdubio ſtirpa oriundus. Ad eum ſpectare videntur hæc verba *Diarii Venet.* A. 1722. Tom XXXIV. p 419. *Perſona pia è dotta, conſiderata la moltà utilità dell' opera infraſcritta, per rauviare gli ſpiriti nel cammino della ſalute, e che l'Autore della medeſima, gia famoſo pe' Sermoni fatti ſopra tutta la Paſſione del Redentore e per altri Libri ſpirituali dati in luce, ha trattato queſt' argomento bene al pari d'ogni altro, n'ha promoſſa una riſtampa, la quale acciochè eſca più che ſi può emendata, ſe n'è anche voluta addoſſare il peſo del correggerla sù un eſemplare della prima edizione di Napoli del* 1695. En titulum: *Meditazioni degli eſercizi ſpirituali di S. Ignazio, divi-ſe in quattro ſettimane, ſpiegate e diſteſe dal* P. Ant. Auria *&c.* Mediol. typis Franc. Agnelli, 1722. II vol. in 12.

Neque hic prætermiſſum velim (ſiquidem occurrit occaſio) *Paulum Matthiam* DORIAM, qui Philoſophiam, in quâ elucidatur Platonica, non multis abhinc annis in lucem emiſit: *Filoſofia di* Paolo Matthia Doria, *nella quale ſi ſchiariſce quella di Platone*, Genevæ (ſub tit. *Amſtel.*) apud Fratres De Tournes 1728. II vol. in 4. Vid. *Bibl. Ital.* An. 1729. Tom. V. p. 190-212.

AURIBELLI (*Martialis*) Ordinis Prædic. Magiſter XXIX. Avenione claro genere natus eſt ineunte circiter Seculo XV, ibique Ordini nomen dedit anno circiter 1424. Ut brevi magnos in Philoſophiâ ſacriſque litteris proventus fecit, in Avenionenſi Academiâ lauream conſecutus eſt A. 1437. Conventûs ſui Prior eligitur A. 1439. quo dum fungitur munere, A. 1442. Comitia Ordinis ibidem habentur generalia ſub Magiſtro *Bartholomæo Texerio* præſente. Exinde *Auribellus* Provinciæ ſuæ eligitur Provincialis circa A. 1445. certè eo fungebatur officio A. 1449. eodemque etiam inſignitum munere vult *Olmeda* à *Fontana* relatus in *Theatro*, cùm A. 1453. habita ſunt Comitia Ordinis generalia Nannetis in Armorica, in quibus die 19. Maji communibus omnium electorum votis ad ſupremum Ordinis regimen evectus eſt. Quo autem impenſiori erga *Vincentium Ferrerium* ferebatur animi affectu, totis ille mox ut Ordinis clavum accepit, apud Sedem Apoſtolicam egit viribus, ut ab eâ ſolemni ritu faſtis Eccleſiæ adſcriberetur: eoque plurimum urgente, & *Petro* Duce Britanniæ inſtante, demum A. 1454. à *Calixto III* impletum eſt. Noviomagi Geldrorum [*Nimegue*] in Provincia Saxoniæ Comitia generalia habuit A. 1459. diſciplinæque regulari ſtudiiſque promovendis ſedulus incumbebat, cùm *Pius II.* ab ignotis quibuſdam ſuſurronibus & æmulis præventus *Martialem* removit ab officio, aliumque ad Comitia Ordinis Senis indicta Magiſtrum ejus loco deligendum voluit. Infracto tamen id tulit *Martialis* animo, priorique cellæ ſuæ redditus, Avenione tranquillus vixit: Verùm A. 1464. *Pio II* extincto, *Paulus II.* ei ſuffectus *Martialem* injuriâ ſic affectum diutiùs non ſuſtinuit. Quapropter volente Pontifice coactis Novariæ anno A. 1465. quæ Mediolani primum indicta fuerant, Comitiis, una omnium electorum voce priori loco reſtituitur, qui Ordini deinceps efficaciùs incubuit illuſtrando & promovendo. Avenioni tandem laborum ac vitæ finem adeptus eſt A. 1473. die 21. Sept. ætatis circiter 70. atque ibidem ſepultus. Hæc ejus pauca laudantur:

1. *Officium pro Feſto S. Vincentii Ferrerii* A. 1419. denari, quo Ordo etiamnum utitur.

2. *Epiſtola encyclica è Capitulis generalibus ſex qua habuit, & quibus adfuit, ſcripta.* Quam miſit è Capitulo Novarienſi, ubi in integrum reſtitutus fuit, hanc ſe in ſchedis cum Actis habere teſtatur *Echardus*, eaque, inquit, *acrior eſt & paulò commotior*: Ex *Script. Ord. Præd.* Tom. I. p. 811. Vid. & *Morer.* Diction. edit. Baſil.

AURIEMMA (*Thomas*) Natione Italus, patriâ Neapolitanus, Societatis Jeſu Theologus, claruit Seculo XVII.

SCRIPTA:

1. *Anima in Vulneribus Chriſti domicilium.* Italicè, II. Part. *Neapoli* 1651. 12. & 1667. 8. *Bononiæ* 1658 (a).

2. *Affetti ſcambievoli tra la Vergine Santiſſima, è ſuoi Divoti, dimoſtrati da queſti con oſſequii da Maria con ſegnalati favori, & in vita & in morte.* II. Part, *Neapoli* 1662. 8. (b).

3. *La ſette Feſte di Maria ſeconde di grazie ſingolari à divoti che le han celebrate con ſingolari oſſequi. &c.* Venet. apud Chriſtoph. Zane 1730. 12. (c)

An hoc ultimum opus noſtri *Thomæ* ſit poſthumum necne, prorſus ignoramus.

[a] *Lipen.* Bibl. Theol. II. 423.
[b] *Toppi* Bibl. Neapol. p. 202.
[c] *Novell. Letter.* Venet. 1730. p. 138.

AURIFABER (a) (*Ægidius*) Carthuſianus, claruit Secolo XV. Vicarius fuit Cœnobii Montis-Sion propè Ziriczæum in Zelandiâ, quem infrà citatus P. *Joannes Major* variis ex conjecturis infert fuiſſe oriundum ex Belgio Teutonico, nempè Gueldriâ, vel Zutphaniâ, aut Tranſilvaniâ, vel ex aliquâ Germaniæ parte propinquâ his Provinciis (b). Vir erat in Scripturis Sacris egregiè verſatus, pietate non minùs quam doctrinâ conſpicuus. Obiit 20 Februarii A. 1466. (c).

SCRIPTA (d):

1. *De laude Cartuſianâ,*

2. *Sermones de Tempore & de Sanctis per totius anni curriculum.*

3. *Opus Exemplorum utile Concionatoribus*; ſeu *Speculum Exemplorum*, Daventriæ 1481. 4. (e) ſuppreſſo ejus nomine. *Colon.* 1485. *Argentor.* 1487 & 1495. *Hagenoæ* 1519. Opus poſteà locupletatum à P. *Joan. Majori*

[a] Malè nuncupatur *Aurifex* ab *Alph. Ciaconio* Bibliot. ſuæ p. 26. [b] apud *Morotii* Theatr. Cartuſ. p. 86.
[c] *Ciacon.* ſup. cit. *Swert* Athen. Belg. p. 104 *Voſſius de Hiſt. Latin.* p. 563. & Diction. *Morer.* p. 680. tamen *Majorem* & *Petreium* apud *Morotium* ubi ſup. noſter *Ægidius* adhuc in vivis erat circà A. 1480. [d] Hæc *Morotius* vocat *Aurea opuſcula*.
[e] Morotius, & *Orlandi* Origine della Stampe p. 150.

Digitized by Google

Majori Atrebatenſi Societ. Jeſu, ac prænotatum: *Magnum Speculum Exemplorum.* Colon. ac Duaci ſæpè ſæpius Typis commiſſum eſt, ab illuſtrius quò frequentiùs deſudavit ſub prælo (*f*).

[f] *Morit.* ubi ſup.

AURIFABER (*Ægidius*) Bruxellenſis, Religioſus Carmelita, Theologiæ Doctor Lovanienſis, Eccleſiaſtes mirè diſertus, magno pretio habitus ab Imperatore MAXIMILIANO, vixit Sac. XV & obiit A. 1506. SCRIPSIT

1. *Hiſtoriam Brabantiæ.*

2. *Chronicon Ordinis Carmelitarum* * Voſſius de Hiſtor. Latin. *p.* 640.

AURIFABER (*Joannes*) Lutheranus, Germanus, patriâ Uratislavienſis in Sileſiâ. præter rem inter *Martini Lutheri* famulos recenſitus, floruit Sec. XVI. Wittebergenſium & Roſtochienſium Theologus fuit & Profeſſor, poſteà Pomeranienſis ac Sambienſis in Boruſſiâ A. 1551. Epiſcopus à factione *Schalichianâ* & *Funcianâ* conſtitutus fuit; unde Uratislaviam rediit A. 1556. & ſuccaſſor *Joan. Heſſo* datus eſt. Obiit A. 1568. 19 Octob. (*a*).

SCRIPTA:

1. *Mart. Lutheri Epiſtola*: (b) » Laudandum ſanè » Authoris ſtudium, laudanda fides; quâ *Jena* A. » 1556. 4. has Epiſtolas CCLIII. ab A. 1507 ad » 1521 edidit, nec non altero volumine *Isleb.* 1564. » & 1565. 4. (*c*) ab A. 1517 ad 1528 Epiſt. » CCCCVIII. Quanquam enim majorem in eo ac» curationem deſiderat Cl. *Joan. Franc. Buddæus* Præ» ſat. ad Supplementum. Epiſtolas alias CCLX uſque » ad A. 1546 ſcriptas, partim tunc ineditas, partim » variè diſperſas, & in faſciculo XV Epiſtol. quem » Bethuliæ, ſive Magdeburgi *Matthias Flacius Illy*» *ricus* edidit A. 1549. 8 vel apud Cœleſtinum Hoſpi» nianum & alibi obvias continens: tamen multùm *Au*» *rifabro* debemus ſine cujus induſtriâ fuiſſet, ut tam » multa præclara animi fideique *Lutheri* documenta » fortaſsè adhuc laterent »

2. *Operum* ejuſdem *Lutheri Germanicorum Tom. II.* Isleb. A. 1564 1565 *Lipſ.* 1603 fol. Continentur in iis ſcripta ab A. 1516 ad A. 1530. De quibus vide *Joan. Fabric.* Hiſtor. Bibliot. Fabric. Tom. 8. p. 464 &c.

3. *Colloquia menſalia*, veluti Lutheriana quædam ſimilia Scaligerianis, & ſimilibus bene dictorum collectionibus. *Isleb.* 1566. quæ editio pluries repetita eſt. Memorat *Aurifaber Ant.* Lauterbachii *Collectanea* MS. *Colloquiorum*, atque *Joan. Stolſii* & *Jac. Weberi*, nec non *Viti Theodorici*, *Hieron. Beſoldi*, *Joan. Schlaginhauſeni*, *Joan. Matheſii*, & *Georg. Rorarii.*

Aurifabri noſtri vitam & ſcripta recenſet *Juſtus Chriſt. Motſchmannus* in Hiſt. Academiæ Erfurtenſis, Germanicè aditâ *Erfurti* 1729-1732. in 8. ut docent *Acta Erud.* Lipſ. A. 1733. p. 330.

[a] Vid. *Micrælii* Syntagma Hiſt. Eccleſ p. 736. *Strubberg* Ind. Theolog. Luther. p. 57 *Molleri* Homonymoſcop. p. 12.
[b] *Fabric.* Centif. Luther. p. 207.
[c] MAXIMILIANO Imperatori laudavit.

AURIFEX ſeu AURIFICUS, aliis ORIFICUS BONFILIUS (*Nicolaus*) Carmelita, natione Italus, patriâ Senenſis, claruit Sec. XVI. Quo tempore mortuus ſit, incertum eſt; anno ſaltam 1592. adhuc vivebat ſexagenarius, vir nullâ dubio procul eruditione conſpicuus, ut teſtantur quæ reliquit ingenii ſui monumenta.

SCRIPTA:

1. *Novum Examen Ordinandorum* ex variis Autoribus concinnatum, *Venetiis* 1567. 1570. *Florentiæ* 1586 & 1589. Ad calcem ſubnectitur

2. *Epitome controverſiarum dogmatum*, & commentarius *de dignitate, vitâ & moribus Clericorum.*

3. *De Paſſione Domini.* Venet. 1567. Ital.

4. *Sylva Orationum*, ex antiquis Patribus collecta, *Venetiis* 1569 *Mediol.* & alibi excuſa.

5. *Flores Orationum* ex *Ludovico Granatenſ.* Venetiis 1573. vel 1574. in 12. hoc tit. *Pie è devote orationi raccolte da diverſi Santi Dottori per il R. P. Luigi di Granada* &c. *& ſparſe in diverſi luoghi delle ſue opere, nuovamente poſte inſieme, & ordinate ſecondo i biſogni della vita humana*, dal P. F. Nicolò Aurifico.... *con una breve regola di ben vivere, & alcuni eſercizi ſpirituali.* Hunc librum eundem eſſe exiſtimat *Echardus* (a) cum eo quem *Nic. Antonius* memorat (*b*) ſub tit. *Flores coronæ ſpiritualis*, Italicè quoque, ibid. & eod. anno editum.

6. *Speculum Miſſæ.* Venet. 1578. 8. cui additur

7. Tractatus *de antiquitate*, *dignitate*, *veritate & ceremoniis Miſſæ* aa Patribus congeſtus.

8. *Meditationum ex SS. Patribus* Tomi VIII. quorum tres excuſi ſunt *Venetiis* 1582. Ital.

9. *Tabula preparatoria ad Miſſam cum utilitatibus ex SS. Patribus collectis.* Florentiæ 1591.

10. *Speculum Monialium.* Florentiæ 1591. Ital.

11. *Summarium Indulgentiarum & gratiarum Confratrum, & Sororum Ordinis Carmelitarum.* Florentiæ 1592.

12. *Summa Aurifica*, Italicè Ann. 1603 edita.

Quæ verò uſque ad A. 1597 nondum lucem viderant, hæc memorat *Poſſevinus* in Appar. Tom. II. p. 144. edit. Colon. 1608.

13. *Inſtitutionem Mercatorum de Cambiis & Contractibus.*

14. *De Velamine Mulierum* Libellum Italicè ſcriptum, quem Cardinalis *Paleottus* magnoperè commendabat.

15 *Speculum Epiſcoporum.*

16. *Examen Confeſſariorum.*

17. *In quartum Sententiarum* Lectiones, ab eo annis 1575 & 1576 Placentiæ habitas, quæ apud Patres Ord. S. Benedicti ſervantur.

18. *Expoſitiones Evangeliorum Quadrageſimalium.*

19. *Indicem S. Scripturæ cum expoſitione SS. Patrum.*

20. *Inſtitutionem Carmeliticam, ubi dialogiſticè Ordinis Regula exponitur.*

21. *Vitam Eliſæi Carmelitarum Ducis ſecundi.*

22. *Hiſtoriam* denique *Carmeliticam.*

23. Præterea laboravit in amendandis aut recognoſcendis Operibus *Thomæ Netteri*, vulgò *Waldenſis*, Carmelitæ Angli, qui A. 1430. deceſſit, atque *Antonii Mandogotti*, ubi nomen ipſius *Aurifici* ſcriptum eſt.

Meminit *Aurificis* præter *Poſſevinum* (ſed multis omiſſis) *Aub. Miræus* de Script. Sec. XVI. cap. 90. *Ell. Du Pin* in Tab. Univ. Autorum Eccleſ. Tom. I. p. 1230. *Morer.* Diction. verb. *Aurifex*, ubi citat et etiam *Lucius* in Bibl. Carmel. & *Alegre* in Parad. Carmel. de quo ſup. *p.* 247.

[a] *Script. ord. Præd.* Tom. II. p. 289. b.
[b] *Bibl. Hiſp.* Tom. II. p. 34. b. Utrique in *Ludovico Granatenſi.*

AURIFLOS (*Ægidius*) vid. AURIFABER.

AURIGNY (*Ægidius* d') dictus *Pamphilus*, Natione Gallus, qui in aliquibus ſuis ſcriptis & notanter in *Genealogiâ Deorum* ſe *innocentem devium* nuncupat, claruit Seculo XVI. A. 1547. (*a*) Advocatus fuit in Parlamento Parisienſi, teſte *Du Verdier* Bibl. Franc. p. 499.

SCRIPTA:

(a) *La Croix du Maine* inf. cit.

SCRIPTA:

1. *Contemplation ſur la mort de Jeſus Chriſt* &c. Pariſ. 1547. 8. Hoc eſt: *Contemplatio in Mortem J. C. in quâ oſtenditur differentia inter Adamum Cæleſtem & Adamum terreſtrem, inter arborem in quo primus peccavit, & Lignum in quo ſecundus delictum remiſit, inter fructum quem Protoplaſtus nobis abſtulit, & fructum quem Chriſtus nobis contulit.* Opus Rythmis Gallicis exaratum.

2. *Traité de la vraie & parfaite ſubjection des Chreſtiens, enſemble de la ſacrée franchiſe & liberté qu'ils ont au S. Eſprit.* Hoc eſt: *Tractatus de verâ & perfectâ Chriſtianorum ſubjectione & de libertate & immunitate, quas adjuvante Spiritu Sancto, acceperunt.* Pariſ.

3. *Brief Recueil de la ſubſtance & principal fondement de la Doctrine Evangelique.* Hoc eſt: *Collectio brevis ſumma, & principales Doctrinæ Evangelicæ fundamenti*, Ibid.

4. *Les Reponſes à quinze Objections de Predeſtination* Hoc eſt: *Solutio quindecim Objectionum de Prædeſtinatione.*

5. *Triginta ex Pſalmis Davidicis* in Gallicum idioma tranſtulit. *Rothomagi.*

6. Viſus eſt à *La Croix du Maine* author eſſe cujuſdam Libri *De la Foy & de l'Evangile: de l'effet & force des deux, & de la difference d'iceux.* Hoc eſt: *De Fide & Evangelio, de amborum efficaciâ, virtute & eorum differentiâ.*

Multa alia edidit opuſcula quæ videre eſt apud eundem in *Bibl. Gallica* p. 127. & *Ant. Du Verdier* ſup. cit.

AVRIL (*Franciſcus* d') Natione Gallus, Societatis Jeſu claruis hoc Seculo XVIII. Per ſpatium viginti annorum ſummo cum plauſu, Magnatum & populorum frequentiâ in diverſis & primis Lutetiæ Pariſiorum Eccleſiis Chriſtianus fuit Orator. EDIDIT

1. *Saints & heureux retours ſur ſoi même pour chaque jour de l'Année.* Pariſ. apud Nicol. Couterot II. Tom. in 12 (*a*) Hoc eſt: *Pii & felices in ſemetipſum reditus, pro qualibet anni die.*

2. *Suite des Saints & heureux retours ſur ſoi même pour les Epitres & Evangiles de tous les Dimanches de l'Année, & d'autres qui manquent dans le premier volume à l'Avent, à la Paſſion, aux Fêtes des Saints, à la préparation à la mort, au choix d'un Etat.* Pariſ. apud eund. 1709. 12. Hoc eſt: *Continuatio* præced. operis, *in Epiſtolas & Evangelia omnium anni Dominicarum, & aliarum in primo volumine omiſſarum &c.* (b).

(*a*) *Diar. Trevolt.* An 1708. p. 2021.
(*b*) Ibid. 1709. pag. 1785.

AVRILLON (*N.*) natione Gallus, Ordinis Minimorum alumnus & Prædicator, claruit initio hujus Seculi XVIII.

SCRIPTA:

1. *Réflexions Theologiques, Morales, & Affectives ſur les Attributs de Dieu, en forme de Meditations pour chaque jour du mois.* Pariſ. 1705. apud Joan. P. Cuſſonium in 12. (*a*) Hoc eſt: *Conſiderationes Theologicæ, Morales & affectivæ, de divinis Attributis, in modum Meditationis pro qualibet die cujuſque menſis.*

2. *Méditations & Sentimens ſur la ſainte Communion, pour ſervir de préparation aux perſonnes de piété qui s'en approchent ſouvent: Avec les Reflexions & les Sentimens d'un Solitaire en retraite pendant l'Octave du S. Sacrement.* Pariſ. apud Petr. Auguſtinum le Mercier, 1713. 12. Hoc ſit: *Meditationes & Sententia de S. Communione ad præparandum devotas perſonas qui eam ſæpius frequentant: Unà cum Conſiderationibus & Opinionibus cujuſdam ſolitarii &c.* (b).

3. *Conduite pour paſſer ſaintement le tems de la Pentecôte, depuis l'Aſcenſion juſqu'à la Trinité.* Hoc eſt: *Vivendi ratio ad piè conſumendum ſpatium Pentecoſtes à Feſto Aſcenſionis ad Feſtum Trinitatis.* Pariſ. 1713. (c).

[a] *Journ. des Sçav.* April. 1705. p. 399.

[b] *Ibid.* Sept. 1713. p. 289-295.
[c] *Bibliotb. Franç.* Tom. II. pag. 279.

AURIMONTIUS (*Jacobus*). Sub iſto nomine prodiit *Ingolſtadii* 1601. (*a*) in 4. *Sertum Hunnianum ex abſurditatum floribus, quos in Colloquio Ratisbonenſi* (A. 1601. habito) *effudit* Ægidius *Hunnius* Lutheranus. Verùm hujus ſcripti Autorem eſſe *Jac. Kellerum* Jeſuitam, Collegii Monachienſis Regentem, conſtare ex certiſſimis indiciis, & ex fide digniſſimorum Virorum teſtimoniis, aſſeritur in *Symbolis Normannianis*, quæ etiam addunt, mutuatum ſibi hoc fictitium nomen eſſe *Kellerum* à matre ſuâ *Goldbergerâ*. Scripti hujus non meminit *Alegambius*, neque *Sotwellus* in Bibl. Script. S. J. neque *Balius* in Diction. Crit. (*b*), qui tamen alia *Kelleri* & ficto & ſuppreſſo nomine edita recenſent.

(*a*) Ita *Poſſevinus* in Appar. *p.* 780. edit. Colon. 1608. & *Lipen.* Bibl. Theol I. 452. Male igitur 1610 apud *Placcium* in Pſeud. *n.* 300. *a.* niſi dicas alteram eſſe editionem, cujus meminiſſe non potuerit *Poſſevinus*.
(*b*) Verb. *Hunnius* & *Keller*.

AURINUS (*Vincentius*) Ord. Prædic. Neapolitanus, Aquilæ totius Aprutii urbe primariâ ortus, & ibidem ad Ordinem, ut videtur, adlectus, exeunte Sec. XVI claruit, ac typis edidit librum hoc tit.

Del corſo de' mortali all' altra vita, e de' noviſſimi, Raggionamenti cinque, Vici (*Vico di Sorrento*) 1598. in 8.

* *Nic. Toppi* Bibl. Neapol. *p.* 304. & ex eo *Echardus* in Script. Ord. Præd. ad A. 1598. p. 314.

AURIVILLIUS (*Olaus*) Lutheranus, Natione Suecus, patriâ Uplandus, primùm Philoſophiæ Adjunctus Upſaliæ & primus ibidem VicePaſtor, dein Paſtor in *Kneby*, hinc Rector Scholæ Upſalienſis, poſt Paſtor in *Wendel*, tandem Paſtor Gevalienſis, Geſtricimque Præpoſitus, claruis Sec. XVII.

SCRIPTA:

1. *Diſputatio Gradualis de Temperamentis*, Upſaliæ 1632. 4.

2. Alia *de inartificiali Dialectica Inventionis argumenti Teſtimonio*. Ibid. 1644. 4.

3. *De Eccleſiâ militante in Art. VII. Auguſtanæ Confeſſionis, Diſputatio Synodalis.* Ibid. 1646. 4.

4. *Diſputationes in omnes Articulos Chriſtianæ fidei.*

5. *Diſputatio de Conciliis Oecumenicis.*

6. *Conciones in Geneſim.*

7. *Judicium de vitâ & moribus quorumdam Clericorum ſui temporis emendandis*: Opuſcula quatuor ultima & nonnulla alia MS. ſervantur apud Hæredes. * *Scheffer* Suecia Litter. *p.* 155. & *Le Long* Biblioth. Sacr. *p.* 620.

AURIVILLIUS (*Petrus*) Lutheranus, Suecus, ex orbe Geval in Provincia Geſtriciæ, Theologiæ Profeſſor Upſalienſis, Clarus Seculo XVII. Obiit A. a677. die 28. Octobr.

SCRIPTA:

1. *De Judicio controverſiarum in Theologiâ Diſſertatio*. Upſaliæ 1655. 4.

2. Περὶ τῆς ἀρετῆς *Diſputatio Græca*. Ibid. 1658. 4.

3. *Elementa Metaphyſica per Diſputationes numero ſex, quarum prima edita* Ibid. 1674. 12.

4. Τεσσίνων *Doctrina Papiſtica de Merito Operum ejuſque ſpeciebus congruo & condigno Diſputatio Theologica*. Holmiæ 1677. 4.

5. *Oratio de verſione LXX Interpretum an Textui Hebræ*

Hebrae aqui parari debeat? Introductoria ad Extraordin. Theologia Profeſſionem. * *Scheffer* p. 219. & 426. & *Le Long* ubi ſupra.

AURIVILLIUS (*Olaus*) Lutheranus, natione Suecus, patriâ Gaſtricius, in exercitu Suecico Verbi divini Miniſter, claruit ſub finem Sec. XVII. Obiit A. 1706: & edidit

Animadverſiones exegeticas & Dogmatice-practicas in Epiſtolam D. Pauli ad Galatas * Halæ 1702. 4. Suecice, teſte *Le Long* ubi ſupra.

AURNHAMMER. Vid. AWRNHAMMER.

AUROGALLUS (*Matthæus*) Bohemus (*a*) trium Linguarum Profeſſor in Academiâ Wittembergenſi (*b*), vir doctus, claruit Sec. XVI. Multos purioris antiquitatis collegerat libros, quos non modò amabat, ut tacere ſolent qui numeroſis Bibliothecis nomen ſibi parare ſtudent, ſed & eorum lectione impensè delectabatur. Obiit A. 1543 (*c*).

Ejus operâ multum uſus eſt *Mart. Lutherus* in vertendis Bibliis.

SCRIPTA:

1. *Compendium Hebraæ Chaldaæque Grammatices*, Witteb. 1525 & 1531 (*d*) in 8. iterum *Baſil.* 1539.

2. *De Hebraïs Urbium, Regionum, Populorum, Fluminum, Montium, & aliorum locorum Nominibus quæ in S. Scripturis leguntur, Liber, è veteri Teſtamento congeſtus*, Witteb. 1526. & *Baſileæ* 1539 (*e*) in 8. Editio ab Autore locupletata. In hoc libro omnes appellationes Hebraicis characteribus per ordinem alphabeti diſpoſuit, citatis ſingulis divinæ Scripturæ locis, in quibus ipſa nomina inveniuntur (*f*). Habetur & in *Dictionario trilingui* quod *Munſterus* edidit *Baſil.* 1543. fol (*g*).

[*a*] Falli videtur *Le Long* inf. cit. qui *Saxonem* & *Wittenbergenſem* facit.
[*b*] Vid. Epiſt. Dedic. *Parthenii* de amatoriis Affectibus, per *Janum Cornarium*, Medicum Zviccaviænſem, d. 2 April 1586 datam, in qua *Aurogallum* hortatur, ut varios Codices MS. Græcos in lucem proferret, ex Oriente in Bohemiam advectos à Barone *Bohuslao de Haſſenſtein*, qui in ipſius *Aurogalli* manus pervenerant, *cognationis & ſanguinum hæreditario jure*, ex quibus verbis forſan colligas eum *Balbo* fuiſſe hujus Baronis conſanguineum.
[*c*] Joan. Micrælii *Syntag. Hiſt. Eccleſ.* pag. 736. Errat *Konigius* qui habet 1533 & *Micrælium* citat.
[*d*] *Imbonat.* Bibl. Lat. Hebr. *p.* 159. *Lipen.* Bibl. Philoſ. t. 405.
[*e*] Ita poſt alios *Baileus*, non enim habet 1529. ut legitur apud *Morer.* in Diction.
[*f*] Sixtus Senenſ. *Bibl. Sancta* lib. 4. p. m. 278.
[*g*] *Le Long* Bibl. Sac. *p. m.* 620.

AUSCENSE ſeu *Auſcitanum* (*a*) Concilium I. ann. 1068 ab *Hugone Candido* (vulgò *le Blanc*) Cardinali celebratum ſub *Auſtindo* Archiepiſcopo, cum omnibus ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, & Abbatibus, & Magnatibus univerſæ Vaſconiæ. In quo inter alia decretum eſt, ut omnes Vaſconiæ Eccleſiæ, exceptis Eccleſiis *S. Orientii*, quartam Decimarum partem Eccleſiis Cathedralibus perſolverent. Extant Acta *Conc.* Tom. IX. p. 1195. edit. *Pariſ.* 1672. & apud *Luc. d'Achery* Spicileg. *Tom. I. p.* 625. edit. in fol. ex membranis Abbatiæ Cluniacenſis.

[a] *Auſch* ſive *Aux* in Vaſconiâ, (olim Novempop.) Galliæ Provincia, ad *Ægirtium* ſeu *Gercium* fl. (vulgò *Gers* ſive *Giers.*)

AUSCENSE Concilium II. anno 1279 habitum. In quo de Eccleſiæ Vaſatenſis [*Bazas* in Provinciâ Goienneſi] juribus defendendis adverſus Seneſcallum Vaſconiæ agitur. Extat *Epiſtola* Synodalis ad *Edwardum II.* Angliæ Regem, Aquitaniæ Ducem, *Conc.* Tom. XI. P. II. p. 1375.

AUSCENSE Concilium III. A. 1300. congregatum. Extant diſciplinæ Eccleſiaſticæ Capitula XIII. nempè *de libertate electionum; de illis qui occupant bona defunctorum; de bonis vacantium Eccleſiarum, ut nullus Patronus à præſentato per ipſum, aliquid extorqueat; de temporibus ordinandi; de ætate requiſitâ in Curato, Beneficium ſcilicet Eccleſiaſticum nemini 25. annis minori eſſe conferendum, ſecùs ſi factum fuerit, ipſo jure irritum eſſe;* aliaque nonnulla diſciplinæ capita conſtituta ſunt (*a*), quæ habentur *Conc.* Tom. II. P. II. p. 1468. De tempore hujus Synodi *Gabr. Coſſartii* notam Lector conſulat, qui & locum ubi habita fuerit ſe neſcire ingenuè profitetur.

De tribus his Conciliis Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter.

[*a*] Vid. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. XIV. p. 104.

AUSCENSE Concilium IV. ab *Amaneo* (*a*) ejuſdem Urbis Archiepiſcopo cum ſuffraganeis, ſexto Cal. Decembr. anno 1308 congregatum. In quo nonnulla ad mores Monachorum corrigendos, jura Eccleſiaſtica vindicanda, conſtitutiones demùm prius ſtabilitas reſuſcitandas, firmandaſque decernuntur. (*b*) Extant Canones VI. *Conc.* Tom XI. P. II. col. 1500. *Rob. Gerius* in Append. ad *Caveum* ſup. cit.

[*a*] Apud *Morer.* verb. *Auch* vocatur *Amanjeu d'Armagnac* (à Comitatu Armeniacenſi in Provinciâ Vaſconiæ), à quo dicitur habitum fuiſſe Concilium A. 1304. videtur ſorte quod à A. 1300 ab aliis refertur, duoque alia ab ejus ſucceſſore *Guilelmo Flavacourt* A. 1324 & 1330. Porrò fuerunt alii duo *Joannes de Armeniaco* Auſcitani Archiepiſcopi, primus Cardinalis, qui A. 1408 obiit, alter dictus de *Leſcun* A. 1483. Vid. *Morer.* verb. *Armagnac.*
[*b*] Vid. *Du Pin.* ſup. cit.

AUSILIA (*Hieronymus*) Siculus, Alcamenſis Sacerdos, vir morum integritate, ac virtutibus clarus: ejus operâ Alcami domus Puellarum Orphanarum anno 1631. fundata eſt, teſte *Roccho Pirrho* Not. Eccl. Mazar. pag. 581. Edidit Italicè

Eſercizii ſpirituali di dieci giorni Panormi 1654. in 12. Ex *Ant. Mongitoris* Bibl. Sic. *Tom. I. p.* 273.

d'AUSOLES (*Jacobus*) Vid. La PEYRE.

AUSONENSE Concilium in diœceſi Auſonenſi circa annum 1068. celebratum. In quo de pace & treuga, ut vocatur, actum eſt, & inter alia uſus purgationis per judicium aquæ frigidæ confirmatur. Extant *Conſtitutiones* ſive *Capitula VII. de immunitate Eccleſiæ, de Clericis, Monachis, Monialibus, & Viduis*, aliiſque. Primus extulit *Steph. Baluzius* Append. ad *Petri de Marca* Marcam Hiſpan. *Pariſ.* 1688. Exinde Card. *d'Aguirre* Conc. Hiſp. *Tom. III. p.* 239. teſte *Guil. Cave* in Hiſt. Liter.

AUSONIUS (*Decius* vel *Decimus Magnus*) natione Gallus, patriâ Burdigalenſis, *Julii Auſonii* Medici (*a*) filius, vixit Sec. IV. Primùm in civitate patriâ (*b*) fuit Grammaticus & Rhetor, deinde in Aulam accitus, à VALENTINIANO Imp. GRATIANI AUGUSTI Præceptor conſtitutus eſt. Ab eo jam ad Imperium evecto factus eſt Conſul [*c*], ejuſque Inſignia

(*a*) Medicum fuiſſe *Valentiniani*, idque priuſquàm in Præceptorem *Gratiani* fuiſſet electus filius *Auſonius*, aſſerit *Scaliger* in ejus Vitâ. Patriam autem habuit *Auſonius* Pater Vaſatum [*Bazas*] urbem Provinciæ Guienenſis. Quam bonus & probus ille vir fuerit, docet filius *Epicedio* in eum ſcripto, quo inter alia teſtatur nonagenarium obiiſſe. Ad ejus elogium ſufficiant hi verſus ex filii *Parental.* Cap. 10.

Inde & perfunctæ manet hæc reverentia vitæ,
Ætas noſtra tibi quod dedit hunc titulum:
Ut nullum Auſonius, quem ſectaretur, habebat,
Sic nullum, qui ſe nunc imitetur, habet.

[*b*] Grammaticam docere cœpit *Auſonius* annos natus 30. Vid. ejus Præf. ad *Syagrium*. Paulò poſt Rhetoricam. Vid. eund. in Prof. Burdigal. num. 24. Quis autem fuerit ille *Syagrius*, non planè liquet. Videtur is eſſe, qui in faſtis Conſul legitur cum *Eucherio*, biennio poſt *Auſonium*: ubi tamen quidam [guri] *Ewagrius* pro *Syagrius*. Ex amicis *Auſonii* fuiſſe ex hoc Poemate conſtat. Nota in *Auſon.* edit. Pariſ. 1730. p. 593.
[*c*] Vivente adhuc *Valentiniano* promotus fuerat ad Quæſturam; & quinque circiter menſibus poſt obitum ejus An. 376. creatus fuit Prætorio Præfectus in Italiâ & Galliâ, ſuo *Heſperio* in Collegam accepto. In Italiâ quidem ad A. 378 in Galliis ad A. 380.

ſignis geſſit, anno 379. non 382. ut aſſerit *Vinetus* in Notis ad *Auſonii* Orat. Paneg. quâ *Gratiano* Imp. pro Conſulatu gratias agit. Obiit imperante *Honorio* poſt A. C. 392. Vir Græcè Latinèque periciſſimus, in Poëſi ſummus, cui non deerat ingenium lepidum, acutum, eruditio varia ex Veterum fontibus hauſta. Haud bene conveniunt eruditi, Chriſtianis, an Gentilibus ſit annumerandus. Chriſtianum fuiſſe volunt *Vinetus*, *Crinitus*, (vid. inf. cit. (*p*) *Gyraldus*, *Bellarminus*, qui illum hoc nomine Scriptoribus Eccleſiaſticis accenſet (*d*). Gentilem *Ger. Jo. Voſſius* de Poët. Lat. p. 55. *Olaus Borrichius* Differt. Acad. de Poëtis (*e*) p. 73. Certè ſi *Verſus Paſchales*, & *Oratio* quæ inſcribitur *Matutina*, genuina ſint, fuiſſe primæ notæ Chriſtianum extra omne dubium res erit. Sed ſuſpicari licet, faventibus etiam quibuſdam MSS. ea potius *S. Paulino*, Nolæ in Campaniâ Epiſcopo, *Auſonii* diſcipulo, eſſe tribuenda. In operibus indubitatis more Gentilium Poëtarum ubique loquitur, Paganæ religionis ritus & antiquitates accuratè depingit, formulas retinet, — *faveant pia numina divûm*; & iſtiuſmodi plura. Petulans & laſciva dicendi vena à Chriſtiano pectore plurimùm abhorret, ut *monſtri inſtar* apud ſe eſſe ingenuè fatetur Cl. *Coar. Aſterſbujius* (f) *hominem Chriſtianum*, *& ut apparet*, *non nomine tantùm*, *ſed & pectore*, *& moribus*, *adeò ſæpe laſciva atque improba ſcribere potuiſſe*, *ut niſi nomen Auſonii eſſet adſcriptum*, *Bilbilitanum Poëtam ſe legere putes*. Acriori cenſurâ *Jul. Cæſ. Scaliger* Poet. lib. VI. cap. 5 *Scripſit nonnulla adeò fœda*, *atque deteſtanda*, *ut neque Scriptore*, *neque Auditore digna*, *non in ſpongiam incumbere merita ſint*, *ſed ſolis flammis expiari poſſe videantur*. Ut de arctâ ejus atque intimâ cum *Symmacho* Romæ Præfecto, Chriſtiani nominis hoſte infenſiſſimo, amicitiâ, nil dicam. Fateor (loquitur Cl. *Cave*) in ejus genuinis occurrere mihi locum unum, alterumve, qui primâ ſaltem facie, Chriſtianam fidem ſapere videtur. Ita Epiſt. XXIV. *ad Paulin.* verſ. 112. ubi de *Paulini* in patriam reditu a ſe calidis votis exoptato agens, Deum Patrem, Filiumque agnoſcere videtur.

> *— — certa eſt fiducia nobis*
> *Si genitor natuſque Dei pia verba volentum*
> *Accipiat, noſtro, reddi te poſſe, precata.*

Quæ forſan ad hominem, & in *Paulini* gratiam dicta ſunt. Ita in carmine, quod *Gryphus* inſcribitur, ubi de numero ternario agit, ad ſacram Trinitatem digitum intendere videtur, verſ. 88.

> *— — Tris numerus ſuper omnia*; *Tris Deus unus.*

Verùm in iſthoc Poëmate omnia penè obſcura, & ænigmatica ſunt. Quid multa? Quiſquis Epiſtolas, quæ ipſum inter & *Paulinum* intercedunt, diligenter contulerit, eum à Chriſtianâ religione alienum eſſe, facilè videbit. Hinc in *Paulinum*, qui, ut vitam arctiorem, & homine Chriſtiano dignam amplecteretur, ad Montes Pyrenæos confugerat, acriter invehitur, ac ſi inſaniæ morbo laboraret; perinde ac de ſui temporis Monachis *Rutilius* Numatianus, Scriptor Gentilis, qui circa A. 417 claruit. Sic ille in Epiſt. XXV. *in fine*.

> *Triſta, egens, deſerta colat, taciteſque pererret*
> *Alpini convexa jugi: ceù dicitur olim*
> *Mentis inops, cœtus hominum, & veſtigia vitans,*
> *Avia perluſtraſſe vagus loca, Bellerophontes.*

Hæc Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. *P. II.* inter Scriptores qui Religionem Chriſtianam Sec. IV. oppugnarunt.

Inter viros doctos qui *Auſonium* religione Ethnicum pronunciare non dubitant, referendus quoque *Chriſt. Hendreichius* in Pand. Brandenb. *Tom. I. p.* 360. Quin & vir inſignis doctrinæ *Lud. Ant. Muratorius* in Anecd. Bibl. Ambroſ. *Tom. I. p.* 114. ait neminem dubitare, quod à religione Chriſtiana alienus fuerit *Auſonius*. Et vir illuſtris *Ezech. Spanhemius* eum à ſanioribus Criticis ait (*g*) religione Gentilem credi, non Chriſtianum. Addidit *Borrichius* ubi ſup. cit. (*e*) etiam propterea ab amico *Paulino* identidem objurgatum. Et *p.* 74 Paulinus *diſcipulus* Auſonii, *quem colebat ut Præceptorem*, *ſed ut averſum à Chriſtianâ religione ſubinde increpabat*, *quemadmodum ex opere ipſius liquidum eſt*. *At enim dubio procul*, juxta Cl. *Jo. Alb. Fabricium* (h) fallitur vir doctus unà cum *Voſſio*, qui p. 55. Poët. Latin. de *Auſonio*: *Poëta*, inquit, *fuit Gentilis*, *quemadmodum ex Paullino liquet*, *ut quæ Chriſtum celebrant*, *perperam illi ſint tributa*. Videtur etiam pro Ethnico habere *Adr. Baillet* in Judiciis de Poëtis (*i*), tum *Phil. Brietius*, Jeſuita Abbavillæus, de Poëtis Lat. (*k*) » quæ ſententia, ait laudatus *Fabricius*, » non minùs à veritate eſt repulſa, quàm quod » *Gaddio* perſuaſum (*l*) propemodum à *Trithemio* eſſe » video, eundem hunc *Auſonium* Epiſcopum quoque » Burdigalenſem (*m*) extitiſſe. Chriſtianum verò fuiſ» ſe *Auſonium*, ut ad alia argumenta recurrere non » ſit neceſſe, idem *Paulinus* luculenter teſtatur, ad » eum ſcribens in hæc verba:

> *Iuque tuo tantus nobis conſenſus amore eſt,*
> *Quantus & in Chriſto connexâ mente colendo.*

» Rectiùs itaque *Lylius Gyraldus* de Poëtis, Dial. X. » p. 514. *Chriſtianus quidem* Auſonius *fuit*, *ut ex ejus* » *verſibus*, *& item* Paullini *ejus diſcipuli facilè colligi-* » *mus*, *ſed petulantior tamen & laſcivior* (reſpicit *Gy-* » *raldus* tum Epigrammata quædam laſciva, & flam» mis, judice *Scaligero*, expianda, tum obſcœnum » *Centonem nuptialem* VALENTINIANO Imp. rogante, » qui nuptias ſimili luſu deſcripſerat, ab *Auſonio* com» poſitum) *quàm ut inter Chriſtianos numerari dignus* » *ſit*

380 Verùm rejici debet quod aſſerit *Joſ. Scaliger* in Vitâ *Auſonii* poſt Conſulatum fuiſſe Aſiæ Proconſulem, & Diœceſis Africanæ Vicarium; quidam enim *Auxonius* reperitur, Diœceſis Aſiaticæ Vicarius A. 365. aliuſque hujus nominis, Aſiæ Proconſul A. 381. ſed quid hæc pro *Scaligeri* ſententia? Alios ejus errores emendat acuti vir ingenii *Bælius* in Diction. ubi de *Auſonio* Annot. [F] p. 404 edit. Roterod. 1720. De *Auſonii* tamen Præfecturâ plura docebit *Hiſtoria Galliarum ſub Præfectis Prætorio*, quam edidit *Ægidius Lacarry* Soc. Jeſu *Claromontii* 1672. in 4. de quâ vid. *Diar. Erud.* Pariſ. 19 Aug. 1675.

[*d*] Scripſit, inquit ille ad A 390, *Epiſtolas* aliquas carmine ad *S. Paulinum*. & extat ſub ejus nomine ad eundem *Precatio matutina*, atque egregium Carmen *de Reſurrectione Dominica*; in quo *Chriſtianus fuiſſe intelligitur*, *quamvis* de Diis gentium *nonnulla ſcripſerit*, *more Poetarum*. Hæc *Bellarmini* verba ſua fecit *Joh. Gerhardus*, Jenenſis Prof. flor. in Patrol. *p.* 405. edit. A. 1668. ſed mirror quod *Auſonium* dicat *Maximo* æqualem circa A. 420.

[*e*] Editæ ſunt hæ Diſſertationes Hafniæ 1677 & ſeq. ac poſtea Francof. 1683 in 4.

[*f*] In Epiſt. 91 *Salom. Pantherum*. Suas vir ille doctus ad *Auſonium* exercitationes memorat pag. 113 Comment. I edit. *Francof.* 1584. ad *Guntheri Ligurinum*, ſeu de Geſtis *Friderici Barbaroſſæ* Imp. in Lombardia & Liguriâ. Fuit is *Guntherus* Poëta [illegible] Sec. XII Monachus, ut creditur, S. Amandi Congreg. Cluniacenſis in Diœceſi Tornacenſi.

[*g*] *De uſu Numiſm.* Tom. II pag 414.

[*h*] Bibl. Lat. *lib.* 3. c. 10 Non ſemel ille *Auſonii* Chriſtianiſmum propugnat, dicens *Chriſti ſacris addictum fuiſſe*, *etſi ejus rei vera* (*certè rariora*) *in ſcriptis ſuis reliquit veſtigia*; *ut argumentis*, ait infra [illegible], *non inferioribus conſtat*, *licèt carmen Paſchale & Verſus Rophalicos alterius Scriptoris eſſe putarem*. Et *Chriſtianum fuiſſe Auctorem minimè dubitabit*, *qui legerit* Poemation inſcriptum: *Ephemeris ſive totius diei negotium*, vario carminis genere. Vid. Edit. *Tollii* p. 96. 98 ſeq. Aſtruunt ſententiæ qui *Auſonium* Chriſtianum volunt, adſtipulatur etiam Cl. *Jo. Gottf. Olearius* in Bibl. Script. Eccleſ. p. 97. edit. Jenenſis 1711, fretus conſenſu Cl. Virorum *Fabricii* atque *Tollii*, cujus argumentis, *inquit*, omnem nobis dubitationem eximunt.

[*i*] *Tom. IV* nu. 1180. edit. Pariſ. 1722. Varia ibi leges de *Auſonii Stylo* & eruditione, Eruditorum Judicia, quæ cum apud *Thom. Pope-Blount* in Cenſura Celebr. Author. & *Morhof.* Polyhiſt. Liter. lib. 4. c. 14. § 15.

[*k*] *lib. IV p.* 60. ubi *Voſſium* exſcribere videtur: *Ex Paulino certum eſt*, inquit, *eum Ethnicum fuiſſe*, *quare operis Chriſtiana huic adjudicari ſolita*, *ſunt auctoris alterius ſunt*. Petrò *Brietii* opus in ſex libros diviſum, editum eſt *Pariſ.* 1664. in 12 ſub tit. *Acutè dicta Poëtarum veterum Latinorum*. Obiit Autor A. 1668 Geographicis & Chronologicis libris præ cæteris clarus. Vid. *Morer.* Diction.

[*l*] *De Script. non Eccleſ.* Tom. I. pag. 57.

[*m*] Vid. inf. cit. (*q*) Fatetur id opinatum fuiſſe Trithemium arguit *Poſſevinus* in Appar. verb. *Decius Auſonius*, aliique.

» *ſit* (†). Scribit quoque *Joſ. Scaliger* (n) Auſonium *ſerò Chriſtianum fuiſſe*. Adde his *Theoph. Raynaudum* in Hoplotb. contra ictum calumniæ (o) & *Balii* Diction. edit. 2æ. » Objurgavit verò *Paulinus* Auſonium non » ut averſum à Chriſtiana religione, ſed quod ille re- » ligioſum *Paulini* ſeceſſum palam improbaret. For- » taſſis quoque malè ferebat *Paulinus* in *Auſonii* car- » minibus legere ſe quædam ἐθνικώτερα ſcripta, qua- » le eſt illud cap. 2. in Commem. Profeſſorum Bur- » digal.

Et nunc ſive aliquid poſt fata extrema ſuperſit,
Vivis adhuc, aut quod periit meminens:
Sive nihil ſuperest, nec habens longa otia ſenſus,
Tu tibi vixiſti, nos tua fama juvat.

Meritò autem illos arguit Cl. *Balius*, qui non ex ipſo fonte, ſed ex rivulis hauriunt. Alter enim a- lium ſecutus, *Auſonii* Ethnicismum ex *Paulini* libris eruit; at è contra inde *Auſonium* Chriſtianum fuiſſe colligit *Gyraldus* ſup. cit. Neque in his quicquam reperiunt qui hos legerunt, quo perſuadere ſibi poſ- ſint, *Auſonium* profeſſum fuiſſe Paganiſmum; & quo- niam eum à *Paulino* ad recipiendum Baptiſmum ur- geri non vident, inde concludunt Poëtam noſtrum Evangelio addictum fuiſſe, idque certius etiam infe- runt ex his *Paulini* verbis in Epiſt. *deſere ad Auſo- nium*, in fine,

Nam vear hoc SANCTO *ſic diſplicuiſſe* PARENTI,
(i. e. *Auſonio*)
Mentis ut errorem credat, ſic vivere Chriſto.

Nullo igitur fundamento, ait doctus *Balius*, huic Poetæ abjudicantur quæ in laudem Chriſti inter ejus Poëmata leguntur (p). Atque etiam aſſerit, poſito ipſius non eſſe *Carmen Paſchale*, neque eximium Poë- mation, cujus initium eſt:

Omnipotens, ſola mentis mihi cognite cultu &c. prout ei quidam Critici adjudicant *Orationem Paſchalem* verſibus Rophalicis, attamen ex ejus Operibus pe- ti poſſe argumenta ad eos refellendos qui Paganum fuiſſe volunt. Sed hac de re ſatis: plura enim col- ligere non vacat.

De *Auſonii* Epiſcopatu pauca ſunt obſervanda. Quo enim Auctore ſcripſerit *Trithemius* (q), fuiſſe illum Burdegalenſem Epiſcopum, ac Trevirenſi Concilio interfuiſſe, non conſtat. » *Auſonius* Epiſco- pus Burdegalenſis, *inquit*, vir in divinis Scripturis » eruditiſſimus, & in ſecularibus literis ſuo tempo- » re nulli ſecundus, metro excellens & proſâ, non » minus ſanctitate quam studiione clarus effulſit. » Qui apud Treverim in Concilio ſub MAXIMO Prin- » cipe unà cum Sanctis *Martino* Turonenſi, *Am- » broſio* Mediolanenſi, *Hieronymo* Presbytero multa » præclara geſſit. Scripſit ibidem exiſtens inter cæ- » tera metrice opuſculum inſigne, quod prænotatur » *Moſella* lib. 1. *de laude ejuſdem patriæ* lib. 2.,... » Claruit ſub *Maximo* A D 410. » Ita *Trithemius*: non A. 310, ut perperam apud *Balium* legitur (r): quo ſuppoſito *Trithemii* verba *fabulatum acervum* me- ritò vocat. Trevirenſe enim Concilium I anno 386 fuit habitum. Huic igitur interfuiſſe vix credas quem anno jam 310 floruiſſe ſupponis: verùm, ut dixi, *Trithemius* habet 410. in eo tamen fallitur quod addit *ſub Maximo*: ſiquidem Tyrannus iſte A. 388 interfectus eſt (s) Imp. THEODOSIO: niſi alium Tyrannum *Maximum* intelligat, qui Imp. HONO- RIO dignitatem Imperialem uſurpavit ab A. 409 ad 415 & ultra. Sed & illud probandum reſtabit, Poë- tam *Auſonium* anno adhuc 410 ſuperſtitem fuiſſe, ut tradit *Trithemius*; quod aliis expendendum relinqui- mus.

Auſonium à quibuſdam inter Sanctos relatum fuiſ- ſe obſervat *Vinetus* in ejus Vitâ, ubi & refert, En- goliſmenſes tanquam præcipuum ſuorum Sanctorum venerari quendam *Auſonium*, quem ajunt primum fuiſſe ſuæ gentis Epiſcopum (t); neque impoſſibile arbitratur, Poëtam *Auſonium* ab Engoliſmenſibus e- lectum Epiſcopum, hanc Prælaturam accepiſſe. In quodam Chronico Engoliſmenſi MS. legitur, *Auſo- nium* S. Martialis *Lemovicenſis* Epiſcopi diſcipulum, & Engoliſmenſem Epiſcopum, martyrium obiiſſe cùm Vandali Gallias vaſtarent: quod refellit vir doc- tus *Dad. Altaſerra* (u), eò quod ineunte Sec. IV. tempore irruptionis Vandalorum non potuit in vi- vis eſſe diſcipulus *S. Martialis*. Verùm hæc ratio (quod *Balius* non advertit) apud eos tantum vale- bit qui S. *Martialem* ævo Apoſtolico vixiſſe cre- dunt: ab iis enim repudiabitur, qui eum nonniſi imperante *Decio*, circa A. C. 254 in Gallias miſſum fuiſſe volunt, ex teſtimonio *Greg. Turon.* Hiſt. Franc. L. 1. c. 30. Forſan & hic mendum irrepſit apud *Balium*, ubi pro *Sec. IV* legendum eſt *Sec. V.* Conſtat enim Vandalorum in Gallias irruptionem non initio Sec. IV. contigiſſe, ſed Sec. V. circa A. 406. tum verò rectè dixerit *Altaſerra*, non potuiſ- ſe hunc *Auſonium* Epiſcopum, *S. Martialis* eſſe diſ- cipulum: de quo vid. Autores inf. cit. *not.* (t).

Sed ad Poëtam noſtrum redeamus. De Operum ejus Editionibus multa hic commentari non eſt animus, de quibus plenam Cl. *Balius*, *Fabricius*, aliique à no- bis paſſim citati dabunt notitiam. De poſtrema tantum verba faciemus, quæ prodiit *Pariſiis*, typis Jac. Gue- rin 1730. in 4. Interpretatione & Notis illuſtravit *Julianus Floridus* Canon. Carnotenſis, juſſu Chriſtia- niſſimi Regis in uſum Sereniſs. Delphini. Recenſuit, ſup- plevit, emendavit, Diſſertationem de Vitâ & Scrip- tis *Auſonii*, ſuaſque Animadverſiones adjunxit *Joan. Bapt. Souchay*, Regiæ Inſcript. & Human. Literarum Academiæ Socius.

Hanc Editionem, aliquot jam annis antequàm in lucem prodiret, non ſolùm inſtruxerat *Jul. Floridus*, verum etiam ita perfecerat, ut jam prælo ſubjiceretur. At verò, cùm, vix aliquâ parte operis typis exſcrip- tâ, *Floridus* è vitâ deceſſiſſet (x), & opus inceptum quidem, ſed non abſolutum relinqueret, Librarii, quos Regis munificentia priùs adjuverat, ſumptus jam impenſaſque veriti, incepto deſtiterunt. Quo factum eſt, ut *Auſonius* à *Floride* illuſtratus per tres ferè annos lateret in obſcuro, donec in Typographi *Guerini* manus perveniret, qui *J. B. Souchay* rogan- do

[†] *Gyraldum* exſcripſit *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ *fol.* 649. ubi de *Auſonio* ait *Chriſtianus fuit, petulantior tamen & laſcivior, quàm Chriſtiani nominis Profeſſorem deceret.*

[n] *Lect. Auſon.* lib. 2 c. 30.

[o] *Sect.* II. *p.-g.* 56. Oper *Tom.* XII. *p.* 420.

[p] Gerainus hæc quoque credidit *Poſſevinus* in Appar. verb. *Auſonius*, ubi ita loquitur ,, Fuit Chriſtianus, nam & carmine Di- ,, vinum precatur numen, & Paſchalia feſta celebrat, & puer à ,, Chriſtianis Sacris virginibus ſuis materteris fuit educatus, ... ſed ,, cùm de Diis, & amatoriis rebus plura ſcripſerit, viſus eſt aliqui- ,, bus potius Ethnicus quàm Chriſtianus. De eo etiam *Aub. Miræus* ,, in Auctar *cap* 36. Chriſtianus fuit, & literarum Chriſtianarum ad- ,, primè ſciens, ut teſtantur ipſius Verſus Paſchales & Rophalici, ,, & *Paulini* Epiſtola *Deſere* &c. Neque dubium eſt. (inquit *Pe- trus Piccius* vulgò *Crinitus* Florentinus apud *Conr. Geſnerum* Bibl. ſuæ *fol.* 194.) Auſonium *inter Chriſtianos relatum, quod ejus opera multis locis demonſtrant.* Chriſtianum etiam cenſet *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. *sec IV.* cap 6 art. 24.

[q] *De Script. Eccleſ.* cap. 114.

[r] In *Diction.* verb. *Auſonius* Annot. (K) Edit. 2æ & 3æ Roterod.

[s] *Maximi* necis meminit *Auſonius* de Claris Urbibus, in *Aquileia* Cap. 7.

[t] Hujus *Auſonii* Engoliſmenſis Epiſcopi *Vita nova* à *Fran- ciſco de Corlieu* ſive *Corlao* ſcripta Sec. XVI. habetur apud *Franc. Boſquetum* in Hiſt. Eccleſ. Gallic. *Tom.* II. *p.* 114. Pariſ. 1636. in 4. & apud *Bollandiſtas* ad d. 11 Jun. cum Comment. *Dan. Papebro- chii*, ubi & edita eſt *Vetus Legenda Apocrypha* de illo *Auſonio*. Vid & *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad eund. diem.

[u] *Rerum Aquitan.* lib. 5. c. 8. p. 339. [edit. Toloſ. 1648] à *Balio* citatus.

[x] *Floridus* Gallicè *Fleury* obiit Pariſiis die 13 Sept. An. 1715. Ex Præf p. 15. Fuit Juiium Licentiatus, & Eloquentiæ Profeſſor in Collegio Navarræo. Præter *Auſonii* & *Apuleji* Edi- tionem (quam An. 1688 in lucem emiſit) Notis & Prolegomenis illuſtravit *Concordiam Evangeliſtarum* Nic. Thoinardi *Aurelianenſis* Gallicè A. 1707 poſt obitum Autoris evulgatam. *Floridi* meminit D. *Joan. Liron* Bened. Congreg. S. Mauri in *Bibl. Carnotenſi* Gal- licè *Pariſiis* 1719. in 4. editâ, *p.* 320.

do tandem permovit, ut huic Editioni à *Florido* inſtitutæ manum admoveret, & ad umbilicum perduceret. Atque huic Viro doctiſſimo maxima ſine dubio pars accepta referri debet, qui & elegantem, & de hac Editione ſatis copiosè diſſerentem Præfationem præmiſit. Proximè annectitur ejus Diſſertatio de Vitâ et Scriptis *Auſonii* eruditiſſima, quam ſequuntur diverſorum Epiſtolæ ad *Auſonium* miſſæ, nimirum *Theodoſii* Imp. una, *Symmachi* ſeptem ſelectæ [ex editione *Lugd. Bat.* 1653] & *Paullini* duæ, (ex edit. Pariſ. 1685) annotationibus quibuſdam illuſtratæ. Accedunt denique virorum doctorum de *Auſonio* teſtimonia & judicia. Quod verò ad ipſam editionem attinet, ſedulus in id incubuit Cl. *Souchay*, ut textum *Auſonii*, collatis inter ſe editis, quos undique parare potuit, libris, emendatum exhiberet, in iis etiam, quæ jam vivente *Florido* excuſa erant, & denuò typis mandabantur. Defuerunt enim ipſi Codices MSS. niſi quòd in Regiâ Bibl. duos repererit, N. 4740. & 4902. in quibus *Ludus ſeptem Sapientum* (x), *Periocha in Homerum*, *Verſus Paſchales* (y), *Catalogus Urbium*, ſive *Claræ Urbes*, aliaque ſeptem Opuſcula, leguntur. Ipſis *Auſonii* verbis in quâcunque paginâ proximè ſubjicitur interpretatio, quam, pro more Editionum in uſum Delphini emiſſarum, confecit *Floridus*, cujus verò Annotationes in *Auſonium* intimam partem obtinent per Opus univerſum. De iis hoc judicium ferunt Eruditi *Actorum Lipſienſium* Collectores in *Actis* A. 1732. p. 490 *eo potiſſimum fine, eoque conſilio ab Autore adornatas videri, ut majori eſſent uſui tironibus literarum, quàm viris hac in re jam ſubactis, & inter Philologos numerandis* » Nam licèt, *inquiunt*, inficiari nolimus, » nonnulla etiam in his annotatio» nibus occurrere, quæ poſſint doctiſſimis quibuſque » quodammodo facere ſatis, multò tamen plura in » iis obſervantur, quæ & trita ſunt, & jam pueris » vix ætate lotis notiſſima. Huc accedit, quod, quæ » ex Auctoribus aliis ad Scriptorem noſtrum illuſtran» dum adducuntur, plerumque ſine capite, vix ac ne » vix quidem libro indicato, proferuntur. Denique, » ſi quo in loco ſcriptura variat, partes ſuas expleſſe » ſibi videtur *Floridus*, adductis *Joſ. Scaligeri*, *Vineti* » (z), *Tollii*, aliorum, conjecturis, quas ſine judicio » prætermittit. Et, licet plurimum laboris exhauſtum » fuerit à Cl. *Souchay* in ſupplendis iis, quæ è *Floridi* Commentariis intercidebant, tantùm tamen abeſt, » ut his acquieſcendum ſibi duxerit, ut potiùs novas » Animadverſiones in Poëtam noſtrum ſcribere apud » animum conſtituerit. Etenim, cum obſervaſſet, pleraque non ſatis à *Florido* explicata fuiſſe, quæ tenebricoſe eſſent, & explicatus haberent difficiles, » nec quemquam eæ pertractaſſe, quæ ad hiſtoriam » ævi potiſſimùm *Auſonianæ* pertinent, ſtatuit illa » Operi adjungere, quæ aut ipſe obſervaverat, aut ille ab aliis obſervata omiſerat. » Quod ut accuratius exequeretur, verboſam *Franciſci Sylvii*, Ambianatis (aa) in quædam Edyllia expoſitionem, *Mariangeli Accurſii* Diatribas (bb) in totum Poëtam, *Joſ. Scaligeri* libros duos *Lectionum Auſonianarum* (cc), amplos *Vineti* Commentarios (vid. inf. not. (z) & quicquid *Adr. Turnebus* & *Gaſp. Barthius* in Adverſariis) *Juſtus Lipſius* in Electis, *Jac. Gronovius* in obſervationibus, *Guil. Canterus*, *Adr. Junius* in Scriptis Philologicis, *Tollius*, alii annotarunt, ſapienti ſane conſilio & ſummâ diligentiâ pervolvit, & ex iis, quæ bona fuêre viſa, laudatis Autoribus, in ſuas Animadverſiones tranſtulit. Neque tamen, quanquam ſæpiſſimè, & in pleriſque paulò ante laudatos viros eſt ſecutus, nonnunquam ſibi religioni duxit, eoſdem, vel relinquere, vel, ſi opus fuit, notare. Quo factum eſt, ut non, quemadmodum *Floridus*, varias Interpretum cogitationes tantùm recenſeret, verùm etiam, quam duxerit præferendam, ſignificaret Lectoribus atque aperiret. Multum verò in conficiendis ſuis Animadverſionibus adjutus eſt Cl. *Souchay* iis, quæ in perexiguo licèt *Martini Deſpoſii*, Burdigalenſis Codice MS invenit. Reperit illum forte fortunâ ad calcem unius editi è Bibl. Regiâ, ex quo, quæ ad rem pertinebant, diligenter excerpta ſuis obſervationibus inſeruit. Inprimis etiam ex hiſtoriâ illorum temporum, quibus hic Poëta vixit, Animadverſiones ſuas concinnavit, & hujus ope lucem Autori minimè xerò accendit. Neque enim ſolùm hac ratione annum inveſtigavit, quo pleraque Carmina ſcripta fuerunt, verùm etiam eos ut plurimum feliciter detexit, quorum nomini vates monimenta ſua inſcripſit. Gratum etiam Lectoribus futurum arbitramur, quòd Cl. *Souchay* in ſuis Animadverſionibus ea, quæ tam *Auſonius* ipſe ex aliis, quam quæ alii, maximè Galli, ex Noſtro expreſſerunt, aut indicavit, aut retulit, ac relata inter ſe comparavit. Ex quibus ſane intelligitur, quanti præſtent Animadverſiones Cl. *Souchay* annotatis *Jul. Floridi*, quantùmque *Auſonius* novis ornamentis editus Cl. Editori debeat. Meliùs tamen noſtrâ ſententiâ, (addunt Eruditi Lipſ.) feciſſet Doct. *Souchay*, ſi, quæ ipſe in hunc Poëtam eſt commentatus, ipſi *Auſonii* textui, æquè ac *Floridi* obſervationes, ſubjeciſſet, ne ſtudium legendi evolvendis ad calcem animadverſionibus remitteretur. Quibus adjiciuntur obſcœna è textu *Auſoniano* reſecta, *Scaligeri*, *Vineti*, *Floridi*, aliorum, annotationibus explicata. Accedunt denique tres in Poëtam noſtrum Indices ſatis ſpiſſi pro more harum editionum. Primus exhibet voces omnes Latinas quæ in univerſis *Auſonii* Operibus occurrunt. Alter, qui ex Editione *Tollii* (dd) deſumptus eſt, ſiſtit voces uſûs rarioris, tam veteres quàm novas, adjectis vocibus à *Tollio* prætermiſſis. Tertio verò indicantur Græcæ & ex Græco Latinoque per jocum compoſitæ voces, quæ in hoc Poëta obſervantur. Multis inſuper, ut monent Eruditi Lipſienſes, hæc editio ſcatet erroribus typothetarum, prout illud ab ipſo Editore adjecta judiciis de *Auſonio* emendanda in Textu, in Interpretatione, in Notis *Floridi*, in Animadverſionibus Cl. *Souchay*, & in

(x) Hoc opuſculum & alia quædam Gallicè reddidit *Carolus Fontaine* Pariſienſis ſub tit. *Les Sentences du Poete Auſone ſur les dicts des ſept Sages* &c. Lugd. Joan. Brotot. 1555. in 8. teſte *Ant. Du Verdier* in Bibl. Gallicâ p. 158.

(y) Auſonii *Carmen Paſchale* editum eſt in Collectione Poëmatum *Spalteni*, cum ejus Notis. *Erfurti* 1501. 4.

(z) Præ reliquis laudatur luculenta *Auſonii* Editio curâ viri docti *Eliæ Vineti* vulgata *Burdig.* 1575 in 4. una cum Commentariis ejuſdem A. 1580. in fol. excuſis. Obiit *Vinetus* A. 1587. è *Vinetorum* pago apud Santones in agro Barbezienſi oriundus. Obiit, inquam, circiter octogenarius, Burdegalæ, quâ in urbe diu Guienneuſe Collegium rexerat. Summus ſuis ævi ſui Philologus, & omis Criticæ peritiſſimus. Vid. *Adr. Baillet* in Judiciis de Criticis Grammaticis n. 398. *Moreri* Diction edit Baſil. *Le Long* Bibl. Hiſt Galliæ.

(aa) *Sylvius* illa Gallicè du Bois Auſonii *Gryphum ternarii numeri* ſive *Idyllium* undecimum illuſtravit A 1516. Eundem edidit cum explicatione *Claud. Minos* ſive *Mignault* Divionenſis. Profeſſorum Juris Canonici in Univers. Pariſ. Decanus, *Pariſ.* 1583. in 8. ſimul ac *Auſonii* Edyllia duo *Unum ad Nepotem Auſonium de ſtudio puerili*, Alterum *de Ambiguitate eligendæ vitæ* &c cum notis, *excerpta omnia ex ore docentis à Studioſis aliquot in Academiâ Pariſienſi* A. 1575. Ille eſt *Minos* qui Epiſtolas *Arnulphi* Lexovienſis ex Bibl. *Adami Turnebi* edidit Pariſ. 1585. Vid. ſup. p. 637. b. Obiit *Minos* circa A. 1603. De illo *Niceronius* à ſuis Commentariis *Tom. XIV.* edit Pariſ. 1731. *Sylvius* autem Pariſiis humaniores literas docebat ineunte Sec. XVI. & Collegium Tornacenſe regebat. Fratrem habuit *Jacobum Sylvium* Medicum doctiſſimum de quo vid. *Jo. Jac. Mangeti* Bibl. Script. Med. edit. Genev. 1731. De utroque *Balius* in Diction.

(bb) Has *Diatribas* in *Auſonium* aliosque Autores edidit *Accurſius* Romæ 1524. fol. Patriâ fuit Aquilanus in regno Neapolitano, vir ſui temporis eruditiſſimus, qui equidem poſtulatus fuerat, quòd labores *Fabricii Varani* Epiſcopi Camerini in *Auſonio* ſibi tribuiſſet, ſed crimen illud juramento à ſe removit. Vid. *Balium* in Diction. *Accurſio* Autor H

(cc) Prodierunt hi Libri *Lugd. Bat.* 1574. in 16. *Heidelb.* 1588. in 8. *Genevæ* eod anno in 16. & cum Notis *Eliæ Vineti* Burdig. 1527. in 4. Genevæ iterum 1608 alibique plures. De *Scaligero* vid. *Niceronium* in ſuis Commentariis *Tom. XXIII.* pag. 290. Pariſ. 1733.

(dd) *Jac. Tollius* (qui A. 1696 obiit) *Auſonium* in lucem emiſit *Amſtelod* vel *Lugd. Bat.* 1671. in 8. cum notis integris *Jo. Scaligeri*. ſelectiſque animadverſionibus *Accurſii*, (quanquam integras titulus, ſed falsò promittit) *Marq. Freheri*, *Petri Scriverii*, *Vineti*, *Barthii*, *Val. Acidalii*, *Joan. Fred. Gronovii* & *Jo. Georg. Grævii*: ſed non omnino ſtrenuè eum ſuo Cl. Editore, ſi credimus *Adr. Baillet* loc. ſup. cit. n. 547. Plures habemus *Tollii* lucubrationes varii argumenti, quæ paſſim recenſentur in *Actis Erud. Lipſ.* A. 1687, 1695. 1696 & 1700.

in Diſſertatione ipsâ de *Auſonii* Vitâ & Scriptis, plus ſatis demonſtrant, quæ tamen ſine ullo negotio multis poſſent exemplis adaugeri.

De *Auſonio* conſulendi (præter citatos) *Andr. Thevetus* in Hiſt. Virorum illuſtrium *Tom. II. cap.* 86. Gallicè editâ *Pariſ.* 1584. fol. & ibid. recuſi 1671. in 12. *Alb. Petrus Rubenius* in Vitâ *Fl. Mallii Theodori*, quam vulgavit *Jo. Georg. Gravius* Ultraj. 1694 vel 1699 in 12.

AUSTEN (*Andreas*) Germanus, Calviniſta, EDIDIT, teſte *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p. m.* 620.

1. *Diſſert. de apparitione Samuelis* I. Sam. XVIII. 4. *Rintelii* in Weſtphalia 1688. in 4.

2. *Diſſert. de genere mortis Judæ*, Act. Apoſt. I. 18. Ibid. in 4. Quæ recuſa eſt Tom. II. *Theſ. Diſſert. Theol. Philolog. ad illuſtriora N.T. loca* Amſtel. 1702. fol. *p.* 410-417.

AUSTRIA (*Arnoldus de*) Carmelita Cœnobii Viennenſis (*a*) in eâdem Auſtriâ, claruit circa A. 1400. SCRIPSIT

1. *Comment. ſuper Magiſtrum Sententiarum.*

2. *Sermones* & varias *Quæſtiones*, in Scripturas & alia quædam, teſte *Trithemio* de Script. Germ. apud *Alph. Ciacon.* inf. cit. & *Poſſevin.* in Appar. *Le Long* Bibl. Sac. *p.* 616. ex *Lud. Jacobi* Bibl. Carmel.

(*a*) Corruptè *Viennenſis* apud *Ciacon.* Bibl. ſuæ *p.* 273.

AUTHÆUS (*Philippus Ludov.*) Lutheranus, Francofurti circa A. 1690 defunctus, EDIDIT *Indicem Hiſtoricum rerum potiſſimarum in negotio Religionis geſtarum ab A.* 1517 *ad* 1617. Francof. 1675. in 12. Ex *Jo. Alb. Fabricii* Centifol. Luther. *p.* 876.

AUTPERTUS ſive AUTHPERTUS (*Ambroſius*) Abbas S. Vincentii (*a*) ad Vulturnum, Ord. S. Benedicti, claruit Sec. VIII. (*b*) Natus eſt in Galliis (*c*) ineunte CHILPERICI III Regno, circa A. 716. parentibus tum virtute, tum nobilitate ac muneribus conſpicuis, à quibus piè potius quàm eruditè educatus, literarum tamen divinarum humanarumque peritiſſimus evaſit. *Vir in divinis literis*, ait *Sixtus* Senenſis (*d*) qui *Ambertum* vocat, *exquiſitè doctus & oratione elegans & ſuavis.* Multâ valuit gratiâ apud PIPINUM Regem, qui filium CAROLUM circa A. 752 ipſi aliquandiu erudiendum tradidit, ſi quibuſdam antiquis Auctoribus fides. Vid. inf. cit. (*i*) Verum Curiæ brevi pertæſus, hanc ſimul ac natale ſolum deſerere conſtituit, ut majori cum libertate Deo ſerviret. In Italiam igitur tranſmigravit, profectus, ut creditur, cum Principe *Hieronymo* PIPINI fratre, & *Fulrado* S. Dionyſii Abbate, quos Papæ *Stephano II* Romam redeunti comites (*e*) dederat *Pipinus* honoris gratiâ. Romam cum perveniſſent, inde *Autpertus*, qui alia in animo volvebat conſilia, diſceſſit ad Monaſterium S. Vincentii ad Vulturnum fluvium, agri Laboritani in Regno Neapolitano. Sanctitate vitæ permotus, quam agebant in hoc Monaſterio Religioſi, in eo ſe totum Deo conſecrare voluit, veniamque

(a) *Agaunenſis* Cœnobii Abbatem vocat Anon. Mellic. Sec. XII clarus *de Script. Eccleſ.* cap. 51. *Agaunum* autem fuit oppidum Ducatûs Chablaſſienſis in Sabaudiâ, hodie *Fanum S. Mauritii* in Valeſiâ.

(*b*) Errarunt non pauci, *Trithemium* ſecuti, qui eum A. 890 claruiſſe dixerunt, hunc cum juniori *Autperto* confundentes, cui tamen neque hæc ætas convenire poteſt, ſiquidem A. 837. obiit, de quo ſeorſim infra dicemus. Rectè verò diſtinguunt recentiores, inter quos doctiſſ. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. ad A. 760.

(*c*) *Ambroſius* qui & *Autpertus*, inquit ipſe ad calcem ſui Operis in Apocalypſim, *ex Galliarum provinciâ ortus, intra Samnii vero regionem apud Monaſterium S. Vincentii maximâ ex parte divinis rebus imbutus* &c.

(*d*) *Bibl. Sanctæ* lib. 4. p. m. 197.

(*e*) De HIERONYMO duntaxat loquitur Annaliſta *Fuldenſis*; Annaliſtæ vero *Loiſelianus*, *Laureshamenſis*, *Bertinianus* & *Regino* FULRADUM unum ex PIPINI miſſis *Hieronymo* adjungunt. Ipſe *Pipinus*, inquit Annaliſta Laureshamenſis, *in regnum ſuum regreſſus eſt, & Stephanum Papam cum Fulrado Presbytero Capellano, & non minimâ Francorum manu, Romam remiſit.* Porrò ante finem anni 754 *Stephanus* Romam pervenit. Vid. *Franc. Pagi* Geſta Pontif. Rom. *Tom.* I. *pag.* 561.

à Rege impetravit. In Communitatem igitur admiſſus, habitum induit monaſticum, & paulò poſt Presbyter fuit ordinatus. Auſteritates ibi obſervari ſolitas non ſegniter exercuit. Pietati ſedulò incubuit, precibus ac librorum Sacrorum meditationi, quorum intelligentiam adeo feliciter adeptus eſt, ut plurimos Commentariis illuſtrandos ſibi ſumpſerit. Famam ex his comparavit non vulgarem, ac præcipue ex *Comment. in Apocalypſin*, quos ſub Pontificatu *Pauli I.* (qui *Stephano II* ſucceſſerat) elucubravit circa A. 766. Quorundam tamen invidiam ſimul in ſe excitavit, qui cùm integerrimos ejus mores vituperare non poſſent, ejus in libris componendis ſtudium vituperabant, *Scripturam Sacram commentandi tempus jam elapſum eſſe* dictitantes. Crimini etiam ei vertere conati ſunt coram *Stephano III* Pauli ſucceſſore, *quòd Apocalypſeos explicationem aggredi auſus fuiſſet, cùm Deus quicquam immutare vel addere prohibuiſſet*, quanquam vi veritatis impulſi, illud *Autperti* opus nihil niſi ſanæ doctrinæ conſentaneum continere, coram ipſo fateri coacti fuiſſent. Verum Pontifex *Autperto* mandavit, ut contemptâ invidioſâ ſuorum Criticorum cenſurâ, labores ſuos pro more ſuo pergeret. *Labora ſicut cœpiſti.* Aliquantò poſt *Autpertus*, quò ab adverſariorum cenſurâ tutior eſſet, ſuum opus miſit ad Papam circa A. 768. ejus approbationem rogans; addens (quod notandum) primum ſe eſſe Scriptorem, qui hanc ab ipſo poſtulaſſet; libertatem ſcribendi juxta methodum Patrum Eccleſiæ, publicam eſſe & communem, ac ſemet ipſum nihil huic libertati officere velle liberâ ſuâ, voluntariâ & humili ſubmiſſione. *Sed non ideo*, inquit, *libertas ſuccubuit, quia humilitas ſemet ipſam liberè proſtravit* (f). Pietas *Autperti* non minùs quàm ejus eruditio in hoc opere emicuit. Patrum probatiſſimorum ſenſa ubique ſequitur, neque veretur dicere, ſe vix condemnari poſſe quin cenſura in S. *Hieronymum*, S. *Auguſtinum*, S. *Ambroſium*, aut S. *Gregorium* redundaret, quorum mentem induerat, operum, quæ poſteritati reliquerunt, aſſiduâ lectione. Aliæ ex eo ſuperſunt piæ doctæque lucubrationes, de quibus infra. In his *Sermones* aliquot, ex quibus videtur quanto pollebat judicio quoad vulgares opiniones, & innovationes attinet. In Vitis trium priorum Abbatum S. Vincentii methodum tenuit planè diverſam ab eâ quam ſecuti ſunt plerique qui Acta Sanctorum literis mandarunt. Miracula enim omiſit, quæ tribus ſui Cœnobii Abbatibus tribuebantur, eorum virtutibus duntaxat accuratè delineandis intentus (*g*); quia, *inquit*, nihil ſibi adeo miraculi plenum videbatur quàm quod divinâ gratiâ adjuti mundo valedixerant corde & affectione, prout exteriùs deſeruerant.

Mortuo *Joanne* S. Vincentii Abbate, ei ſucceſſit *Autpertus*, ab Italis & Gallis nominatus, A. 777. *Pothone* ejecto, licèt à Longobardis electo. Causâ verò ad Papam *Hadrianum I.* delatâ, utrumque Pontifex Romam venire juſſit. Romam iter faciens *Autpertus*, ad Cœlum migravit d. 19 Jul. A. 778. (*h*)

Hujus *Autperti* cum laude meminit *Paulus Warnefridus* Autor coætaneus *de Geſtis Longobard.* lib. 6. c. 40. De ipſo etiam legendum Chronicon S. Vincentii de Vulturno, ex quo diſcimus (i) *Autpertum* CAROLI M.

(f) *Autperti* Epiſt. ad *Stephan.* P. *Tabl. Hiſt. & Chron. de Peg du 2. Sacrem.* Sec. VIII. m. 61. apud *Adr. Baillet* in Judic. Erud. ubi de Libris in genere *cap.* 9.

(g) *Autpertum* laudare eapropter *Adr. Baillet* & doctiſſimus *Elias Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. VIII. p. m. 108.

(h) *Baillet* in Vitis SS. & in Diction. *Morer.* verb. *Autpert.* ubi de illo accuratius agitur, quàm vulgò fieri ſolet.

(i) Apud *Nat. Alexand.* Hiſt. Eccleſ. Sec. VIII. cap. 3. art. 14. ubi *Autpertum* ait fuiſſe Ordinis Benedictini Monachum ex *Caroli M.* Imp. Archicancellario, quam dignitatem (olim ei [illegible] ſtatus) tribuit. Illud autem Chronicon (cujus Autor Anonymus vixit Sec. XI. non IX. ut perperam apud *Oudinum* in Comment. p. 1809.)

21 M. Præceptorem fuiſſe, & cùm impeditioris linguæ eſſet, expeditè loquendi faculterem, & facundiam, Deiparæ Virginis, quem piecibus interpellaverat, ipſi conſpicuæ, & labie ipſius tangentie, beneficio accepiſſe: ſeptimum fuiſſe Cœnobii S. Vincentii Abbatem poſt *S. Paldonem*: præceptum à *Carolo M.* Imp. obtinuiſſe pro ſuo Monaſterio, quo in ſuam tuitionem illud recipiebat, & Donationes Regum Longobardorum confirmabat; expleto denique in ſancto regimine anno uno, menſibus 2. & diebus 25. feliciter ed Chriſtum migraſſe anno, ut diximus 778. Indictione 2ä, & in D. Petri Eccleſiâ ſepultum.

Ab eodem S. Vincentii Chronographo, & à *Ferd. Ughello* Ital Sacr. Tom. VI. *Sanctus* appellatur. Et miratur *Adr. Baillet* Beati bujus viri nomen in Martyrologiis non legi, » attenta fecilitate quà referta » ſunt quamplurimis Sanctis, minoris famæ, & for» ſen magis dubiæ ſenctitatia, præſertim à Seculo » *Gregorii Magni* ad illud uſque quo Canonizationi » limites præſcribere coegit neceſſitas.

Neque *Autperto* noſtro locum inter Sanctos negata voluerunt *Bollandiſta* in Actis SS. ut ſupra notatum eſt *p.* 95. b.

S c r i p t a:

1. *Commentariorum in Apocalypſim D. Joannis Libri X.* Hoc opus, *propter facilitatem ipſum intelligendi*, *Speculum parvulorum* vocavit *Autpertus.* In Epiſt. Dedic. ad *Stephanum* Papem *III* multa habet contra æmulos & obtrectetores ſuos, qui ipſum à cœpto opere prohibere conati fuerant, ut ſupra innuimus, & Summo Pontifici grattae agit, qui illorum veſaniæ non præbuit aſſenſum, ſed potiùs ad continuandum laborem ipſum peramanter incitavit. Nibil *Autpertus* in ſtilo habet implicati, ait *Rich. Simonius* (k), ſed diffuſior eſt, ſuos lectores myſteria docens, ſcitu nequaquam neceſſaria. Sæpè *Primaſium* Adrumetinum in Africi Epiſcopum Sec. VI. exſcribit, alioſque Autores, quos in Præfatione ſuà nominat, in quà eos objurgat, qui Commenterios in Apocalypſim ſcribi non debere arbitrantur. Ipſum verò *Autpertum* ferè totum abbreviavit *Haymo* Helberſtedienſis Epiſcopus Sec. IX. *Autperti* opus in lucem, prodiit *Colon. Agripp.* 1536. fol. apud Cervicornum, indeque in Tom. IX. Bibl. Patrum edit. Colon. 1618. *Tom. XIII.* pag. 403. edit. Lugd. 1677. Bis MS exter Pariſ. in Bibl. S. Germeni à Pratie, Codd. optimæ notæ, & Oxonii in Bibl. Bellioleníi, Cod. 170.

Alia verò ejus Opera recenſet Chronicon S. Vincentii de Vulturno, hia verbis: » Plurimos Sanctarum Scripturarum libros expoſuit: Nam *Leviticum* » *Moſis*, *Cantica Salomonis*, *Pſalteris flores* mellifluà ſuavitate, quæ in hie divina maneant arcana » Sacramentorum, quæve uniuſcujuſque fidelis diſci» plina morum, ſive Chriſti obſervatio mandato» rum ſuorum ediſſerena patefacit documento ver» borum. Librum quoque *de Conſlictu vitiorum*, ſed & » *Homilias* aliquas *Evangeliorum*, pulchrâ ſuorum e» didit declaratione *Sermonum*. Vitam etiam Beato» rum Patrum *Paldonis*, *Tatonis* & *Jaſonis*, cum » *Hiſtoriâ* ſui Monaſterii, plenâ relatione deſcribens, » cunctie in exemplum Monechie ita proponit, ot » divinæ munere Trinitatis, tam præcipuæ charita» tis quàm unicæ pro Chriſto paupertatis, tres il» los fratres ſpeculum oſtendat eſſe, normamque vi» vendi.

2. Librum *de Conſlictu virtutum & vitiorum* ſcriptum ait *Anon. Mellicenſis* in modum *Pſychomachiæ*, quam ſcripſit Sec. IV. *Prudentius Clemens* Hiſpanus; & miſſum ad *Lantfridum* Abbatem ac Presbyterum in Bevariâ conſtitutum. Hunc autem librum *Autperto* aſſertum vid. ſup. obi de Spuriie S. *Auguſtini* Scriptie *n.* 52. *p.* 756.

3. *Colonia* pariter ac opus in *Apocalypſim* A. 1536 impreſſa *Comment. in Pſalmos* & in *Cant. Canticorum* tradit *Phil. Labbeus* (l); verùm teſtatur *Caſim. Oudinus* (m) hæc à ſe aliiſque diligentius inquiſita, nunquam reperta eſſe, nullumque horum apparuiſſe veſtigium, quòd illic impreſſa ſint: unde lapſum memoriâ *Labbeum* exiſtimat. *Comment. in Cant. Canticorum* extat MS. in Bibl Floriacenſi lit. A. 7. Ibid. lit. A. 16. ad finem Codicis habetur

4. *Autperti* Sermo prolixus *de Beatâ Virgine.*

5. *Sermo in feſto Aſſumptionis B. V. Mariæ* editus eſt inter ſpurios *S. Auguſtini* Sermones de Sanctis (n), prout incerti Auctoris, qui *Iſidorum* Hiſpalenſem (qui Sec. VI vixit) ea opere *de vitâ & obitu Sanctorum* citat. Dicunt Benedictini, *S. Auguſtini* Editores, in ſuis Codicibus MSS haberi abſque nomine Auctoris: attameo in Lovenienſium pleriſque Codd tribui *Fulberto* Carnotenſi Epiſcopo Sec. XI. Verùm alibi notent (o) laudeti Benedictini, in MSS. Caſinenſi & Cluniacenſi *Ambr. Autperto* adſcribi. » Et ſanè, ajunt, *Fulbertum* ex *Autberto* » effingere proclive fuit, maximè cùm *Fulbertus* ſa» cratiſſimæ Virginis cultui addictiſſimus ſemper au» dierit. Hinc ſuſpicio eſt, hujus *Ambroſii* non ſo» lùm libellum *de conſlictu vitiorum & virtutum*, ſed » & plures Sermones inter opera *S. Auguſtini* fuiſſe » immixtos, eique forſitan tribuendum 195. alioſ» ve, qui in MSS. nomen *Ambroſii* præ ſe ferunt; » maximè qui nec *Ambroſium* Mediolanenſem Epiſc. » nec hujus imitatorem *Maximum* Taurinenſem ſa» piunt.

Hic autem Sermo 195 (*p*) *de Annuntiatione Dominicâ* hominis eſt ineruditi, judicio Theologorum Lovanienſium. Incipit: *Caſtiſſimum Mariæ Virginis uterum* &c. Sermonis verò *de Aſſumptione* initium eſt: *Adeſt nobis, dilectiſſimi Fratres, dies valdè venerabilis*, &c. quele retulit *Oudinus* in Supplem. (†) ubi ait, hunc ad *Auguſtinum* ſpectare non poſſe, cùm ejus tempore ſolemnitas iſta Aſſumptionis nullatenus extaret in Eccleſiâ; unde à Benedictinis inter Opera incerta conjectus eſt. Convenit autem optimè, inquit, iſte Homilia cum temporibus *Ambr. Autperti*, quibus de Aſſumptione B. Virginis egi cœptum eſt, ut docet *Mabillonius* inf. cit. poſt relatum ex MS. Codice Cluniacenſi hujus Homiliæ fragmentum.

6. Vitas B. Patrum *Paldonis*, *Tatonis* & *Jaſonis* (aliis *Vaſonis*) cum *Hiſtoricâ ſui Monaſterii plenâ relatione* (q) edidit ex MSS. Codd. *Joan. Mabillonius* in Actis SS. Ord. S. Benedicti Sec. III. *T. I. p.* 423 & ſeq. Diſſerit idem *Mabillonius* de *Autperti* lucubrationibus *T. II. p.* 260. ac ſpeciatim de ejus *Homiliis.*

7. Librum *de Cupiditate* ei tribuit *Sigeb. Gemblacenſis* (qui ineunte Sec. XII claruit) lib. *de Script. Eccleſ.*

p. 1809.) *Andr. Quercetanus* (vulgò *Du Cheſne*) inter *Scriptores Hiſt. Francorum* Tom. III. Pariſ. 1641. fol. unde quæ ad *Autpertum* ſpectant excerpſit Cl. *Joan. Mabillonius* in Actis SS. Ord. S. Bened. *Sec. III P. II p.* 259 & ſeq. Pariſ. 1672.

(k) *Hiſt. Crit. des Comment du N.T.* cap

[l] *De Script. Eccleſ.* T I. p. 44. Ita & *Lipen.* Bibl. Theol. I. 310. & II. 582. Fonte utrque ſecutus *Aub. Miræum* in Schol. ad *Sigeb.* ſup. cit. *Alph. Ciaconius* in Bibl. ſuâ *ab initio mundi ad A.* 1583 p. 118. *Comment. in Cant. Canticorum* impreſſos eſſe ait, nondum verò *in Pſalterium.* Autperti meminit item *Miræus* in Auctar. *cap.* 257.

(m) In *Supplem.* & in *Comment. de Script. Eccleſ.* ad A 770.

[n] *Tom. V.* Edit. *Bened.* Serm. 208. olim 35 de Sanctis, & poſt 83. in Append.

[o] In Addend. ad pag. 203. Append. Tom. V. ad calcem Tom. XI.

[p] In Append. *Tomi V.* olim de Sanctis 18. & poſt in Append. 25.

[†] Malè in *Comment.* hunc Sermonem inſcribit *in Annuntiationem.*

[q] Hujus operis meminit ex *Paulo Diacono Ger. Jo. Voſſius* de Hiſt. Lat. *lib.* 2. *cap.* 29.

Eccleſ. cap. 91. Habetur MS. in Bibl. Collegii S. Bened. Cantabrig. *Cod.* 288. & Romæ in Vatic. In lucem prodiit curâ *Edm. Martene* & *Urſ. Durand* Bened. à Congreg. S. Mauri inter *Vetera Scripta & Monum.* Tom. IX. Pariſ. 1733. col. 219-235. ex Codice Viri Illuſtr. D. *de Chauvelin* regiorum ſigillorum cuſtodis, annorum circiter 800. in quo *Sermonis*, non *Libri* titulum habet. In Obſerv. prævià docti Editores notant, perperam nonnullos *Autpertum* CAROLI *Magni* Magiſtr. & Archicancellarium facere.

8. *Sermo de Lectione S. Evangelii, editus à Domno Autperto Presbytero atque Abbate, in Purificatione S. Mariæ* &c. Hunc non vulgatum cenſet *Mabillonius*; attamen reperitur ad calcem Operum *S. Ambroſii* edit. A. 1642 & 1665. (*r*). Idem de verbo ad verbum inſertus legitur Homiliæ de eodem argumento, quam *Alcuino* aſſerit Cl. *Steph. Baluzius* Miſcellan. T. II. p. 382. (Vid. ſup. *p.* 241. n. 48.) Noviſſimè etiam editus eſt ex duobus MSS. uno S. Germani à Pratis, altero Floriacenſi in *Collectione* Benedictin. ſup. cit. *col.* 235-249.

9. Homilia *In transfiguratione D. N. J. C.* quæ aſſervatur ad calcem *Comment. in Apocalypſim* in duobus MSS. Codd. Bibl. S. Germani Pratenſis. Edita eſt in *Collectione* ſup. cit. *col.* 249-265. ex MS. Codice Corbeienſi annorum circiter 800.

Autperto item noſtro tribuitur

10. *Oratio contra ſepties ſeptena vitia.*

11. Homilia in illud Evang. S. Marci: *Aſſumpſit* JESUS *Petrum & Jacobum, & Joannem.* Quæ in Breviario Eccleſiæ Arinenſis &c. literis Langob. in tres Lectiones diſtincta habetur ſub die 6. Aug. teſte *Jo. Bapt. Maro* in artic. ſeq. cit.

12. *Epiſtolarum ad diverſos* Lib. I.

(*r*) Rejecerunt Benedictini in edit. An. 1690. vid. ſup. p. 385. b. ubi pro *Auguſtinianis* (quæ verba ex *Actis Erud.* Lipſ. *Supplem.* Tom. II. pag. 222. nimis fideliter exſcripta ſunt) legendum eſt: *Benedictinis in Append. Tomi VI. ult. edit.* Operum *S. Auguſtini* &c.

AUTPERTUS Abbas Caſſinenſis Ord. S. Benedicti in regno Neapolitano, floruit Sæc. IX. temporibus *Lotharii* Imp. ac proinde à ſuperiore diverſus. Fuit Abbas XVII^{us}, creatus d. 16 vel 26 Oct. A. 834. Præfuit duobus circiter & ſeſqui annis, quibus elapſis obiit X Cal. Martii A. 837. & Caſini ſepultus, regnante *Lothario*. Vir fuit *diſertus & valdè eruditus, moribus compoſitus, religione præſtans, ingenio non infelix, literatura non ignobilis*, teſte *Leone* Oſtienſi *in Chron.* lib. 1. cap. 25. Suam Bibliothecam, optimis libris inſtructam, cùm è vitâ migravit, Caſinenſibus legavit.

Huic *Autperto* juniori adſcribendæ videntur *Homilia in laudem S. Matthiæ Apoſtoli, de Purificatione Sanctæ Dei Genitricis, de ejus Aſſumptione & Nativitate, Sermo in feſto omnium Sanctorum.* Qui Sermones habentur MSS. in Bibl. Caſin. Cod. 305. Forſan & non immeritò huic *Autperto* tribuuntur paucæ illæ Homiliæ quas ſeniori *Autperto* plures adjudicant.

Vid. *Petrum* Diacon. (qui ineunte Sec. XII claruit) lib. *de Viris illuſt. Caſſin.* cap. 13. cum Addit. *Jo. Bapt. Mari* Romani, S. Angeli in Foro Piſcium Canonici. *Poſſevin.* in Appar. verb. *Autbertus*, quem etiam *Ambroſium* vocat, de quo loquitur verb. *Ambroſius* & *Anſbertus*. Vid. & *Guil. Cave* in Hiſt. Litter.

Porrò iſte *Autpertus* à nonnullis appellatur *Rupertus*, quem ajunt vixiſſe A. 1040. ſed duplex his lapſus eſt, nimirum in nomine & in ætate, quippe in Caſinenſium Abbatum Catalogo nullus invenitur *Rupertus*, & A. 1040 *Richerius* Abbas Monaſterio Caſinenſi præerat.

AUTISSIODORENSE (*a*) Concilium I. circa annum 578 (ad annum 586. referendum cenſet *Carolus Cointius*, alii ad annum 590. & errore adhuc magis enormi ad annum 614. alii) ab *Aunachario* Epiſcopo (*b*), una cum pluribus Diœceſis ſuæ Abbatibus & Presbyteris, celebratum. Extant Diſciplinæ Eccleſiaſticæ *Canones XLV.* cum notis *Jac. Sirmondi* & *Sever. Binii* Conc. Tom. V. p. 956. edit. Pariſ. 1672. Notis etiam *Car. Cointii* illuſtrati in Annal. Eccleſ. ad annum 586 *Tom. II. p.* 308. (*c*).

In iſto Concilio varii ludi prohibentur, & alia multa, ut xenia dare Calendis anni, votis ſuis defungi prope fontes, ſepelire mortuum ſuper alium, baptizare infantes, excepto tempore Paſchatis, niſi in urgentiſſimo morbo; boves jungere & alia patrare die Dominico; viduis Sacerdotum & Subdiaconorum ad ſecundas nuptias convolere, vetatur fœminis manu nudâ Eucharistiam accipere, & de Dominicali mentio fit, circa quod contenditur.

(*a*) *Auxerre* urbe Ducatûs Burgundiæ in Galliâ, Archiepiſcopatûs Senonenſis ſuffraganea.

(b) *Aunacharius* ſive *Aunarius* Gallicè *S. Aunaire* Autiſſiodorenſis fuit Epiſcopus, non Turonenſis, ut ait Cl. *Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. VI. p. m. 114 *Etherio* ſive *Eleutherio* A. 572. ut creditur, vel 581. defuncto ſucceſſit in Epiſcopatu. Duobus Conciliis *Matiſcone* habitis A. 583 (alias 581) & 585 adfuit: unde qui Autiſſiodorenſe Concilium ad A. 586 referunt, in eo confirmata fuiſſe credunt ſtatuta in prioribus condita. Obiiſſe autem dicitur S. *Aunarius* circa A. 605. De eo vid. *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad d. 25 Sept. *Morer.* Diction. verb. *Aunhair.*

(*c*) Hæc *Guil. Cave* in Hiſt. Litter.

AUTISSIODORENSE Concilium II. anno 695 (*a*) habitum. In quo ſtatutum eſt qualiter Abbates, vel Archipresbyteri in Eccleſiâ S. Stephani divinum perſolverent Officium. Extat *Conſtitutio* hâc de re facta apud *Car. le Comte* Annal. Eccleſ. *Tom. IV. p.* 316.

Aliud memoratur Autiſſiodorenſe Concilium A. 1147 habitum adverſùs *Gilbertum Porretanum* (vulgò *de la Porée*) Pictavienſem Epiſcopum, qui in eo ſuam expoſuit doctrinam. Hujus Concilii meminit *Otho* Friſingenſis Epiſc. *lib.* 1. de geſtis *Friderici Barbaroſſæ* Imp.

Varii hujus Eccleſiæ Præſules Statuta Synodalia condiderunt, v. g. *Franciſcus de Donadieu* A. 1622. teſte *Morer.* Diction. verb. *Auxerre.*

(*a*) Illud à *S. Tetrico* Autiſſiod. Epiſcopo celebratum fuiſſe ſcribit Cl. *Cave* in Hiſt. Liter. verùm ſanctus ille circa A. 662 vitâ functus eſt, ut teſtatur *Jac. Le Long* in Bibl. Hiſt. Galliæ n. 4129. ubi de illo citantur *Godef. Henſchenii* Notæ Hiſtoricæ in Actis SS. ad d. 12 April. & *Acta SS. Bened.* Tom. III p. 101.

AUTISSIODORENSIS (*Guilielmus*) Vid. verb. GUILIELMUS *de Seligniaco.*

AUTORIANUS. Vid. ARSENIUS.

d'AUVERGNE (*Petrus*) Vid. ſup. de ALVERNIA p. 362. Duos hujus nominis Autores diſtinguit *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. XIII. p. m. 76. & Sec. XIV. p. 63. Seniori, quem Dominicanum facit & ad A. 1280 collocat) tribuit Supplementum ad Summam *S. Thomæ*. Juniori (quem A. 1320 floruiſſe ait, ſcil. Eccleſiæ Pariſienſis Canonicum) *Summam Quæſtionum Quodlibeticarum*, quam ſervari teſtatur MS. in Bibl. Colbert. Cod. 963. Inde *Morer.* Diction. verb. *Pierre d'Auvergne* p. m. 856. Sed rem ampliùs diſquirendam relinquimus verb. PETRUS de Alvernia.

R. AWDRAHAM ſive ABUDRAHAM (*David* fil. *Joſephi*) Judæus Hiſpanus, diſcipulus R. *Mardochai* Provincialis, floruit A. M. 5100. C. 1340. & ſcripſit *Explicationem precum per totam annum receptarum*, ubi etiam de ratione anni Judaici, noviluniis, emboliſmis *&c.* diſſerit. Ex variis libris ritualibus collectus eſt liber iſte, editusque dicitur *Venetiis* A. 5326. C. 1566. 4. & A. 5330. C. 1570. ac priùs CPoli 274. C. 1514. fol. In Bibl. *Oppenheim.* Hannoveræ extat editio A. 306. C. 1546. *Bartoloccius* illam precum expoſitionem ab illuſtratione Kalendarii diſtinguit tanquam librum ſingularem. Idem liber ſervatur MS. in Bibl. Bodl. inter Cod. Huntington. 0. 311. ubi Auctor vocatur *David ben Abi Drahem.*

Alia

Alia item ei tribuuntur *Aſtronomica.* Conf. *Bartolocc.* Bibl. Rabb. P. II. n. 412. *Ja. Chriſt. Wolfii* Bibl. Hebr. 2. 471.

AVVHAB vel ABOAB (*Elias*) Judæus, qui *Pſalterium* Hebr. edidit Amſtelod. 1654. in 32. teſte *Wolfio* ſup. cit. *p.* 148.

R. AVVIBAU (*Iſaac*) vulgò *Abubab*, vel potiùs *Aboab*, diſcipulus R. *Iſaaci Kanpanton*, Judæus, vixit Sec. XV. Habitavit in Regno Caſtellæ, ſed inde A. C. 1492 ejectus cum totâ Judæorum gente, obiit in Luſitania ſeptimo menſe poſt exilium A. M. 5253. C. 1493. ætat. 60. teſte *Abrah. Zacuto* in libro *Jechaſie* p. 134. 2. ubi eundem Præceptorem ſuum appellat. Conf. de illo *Imman. Aboab* (de quo nos ſup. *p.* 17.) *Nomologiam* p. 209. & inprimis p. 286. ubi eum *Rabbi* abſolutè per totam Hiſpaniam dictum eſſe ſcribit, & libros ejus recenſet. » Fuit vir inter Hebræos » doctus & eruditus, ait *Bartoloccius*, ſcripſitque » librum omni Rabbinicâ eruditione repletum, quo » de vitâ Judæorum inſtituendâ, eloquentiâ planè » prodigioſâ, & methodo incomparabili doctè per» tractat.

SCRIPTA:

1. Menuràth hammaòr (*Candelabrum luminaris*) ex Exod. XXXV. 14. & Num. IV. 9. Eſt liber moralis, quem in ſeptem *Lucernas* (v. Exod. XXV. 37.) ſive Tractatus, diviſit, quorum ſinguli in certa capita diſtribuuntur. Sic v. g. in *Lucerna I.* de rebus illicitis fugiendis, de ſtudio & concupiſcentiâ divitiarum *&c.* diſſeritur. Hujus operis argumentum fuſiùs exponit *Bartolocc.* Bibl. Rabb. Tom. III. n. 911. Tanto autem apud Judæos in pretio eſt, ut publicè in Scholis prælegatur, & familiari teratur uſu, cùm veterum doctrinam & ſententias ex *Gemara, Aggadòth & Medraſchim* collectas referat. Scriptus fuit A. 5130. C. 1470. teſte *Ganzio* in *Zemach David*, & pluries prodiit. *Venet.* 304. C. 1544. fol. & ibid. auctior 355 C. 1595. *Cracov.* 357. C. 1597. iterum *Venet.* 383 C. 1623. fol. ex quâ editione ſublata ſunt varia loca in Chriſtum injuria. Hanc editionem *Mantuanam* vocat *Jechaſin*, quam *Venetam* fecit *Bartolocc.* et in Catal. Bibl. Bodl. *p.* 4. affertur *Mantuaea* A. 323. C. 1563. Lucem quoque vidit *Francf.* ad Mœnum A. 447. C. 1687. (*a*) ac denique *Amſtelod.* 461. C. 1701. cum diffuſo Commentario, qui Textui ſubſtratus eſt, R. *Moſis* fil. *Simeonis*, ſub tit. *Aurma Juda.* MS. extat in Bibl. Bodl. n. 3756. fol.

2. *Candelabrum aureum* eidem tribuit *Eiſenmengerus* in Indice Scriptorum quem *Judaiſmo detecto* præmiſit, cujus nemo præter eum meminit, tanquam à Noſtro exarati.

3. Nahàr Piſciòn *Fluvius Piſon* (ex Geneſ. I) Conciones partim in Scripturam, partim in dicta Talmudica habitæ. Hunc librum ab Auctore adhuc juvene ſcriptum eſſe teſtetur *Aboab* Nomolog. *p.* 286. *CPoli* editus eſt A. 289. C 1529. 4. In Catal. Bibl. Bodl. *p.* 4. annus dicitur 1538.

4. Eidem R. *Schabtai* tribuit librum ſecundùm Decalogum diſpoſitum, qui Indicem ſiſtit rituum & inſtitutorum omnium ex idoneis Talmudis utriuſque locis deducendorum. Additus eſt duplex Commentarius, alter ſub tit. *Arca teſtimonii* (Exod XXV. 22) ubi veterum Doctorum ſententias repetit, alter ſub tit. *Menſa facierum* (Sìulchàn happanim) ex Levit. IV. i. e. explicatio *Orach chajim.* Liber non prodiit.

5. Comment. *in Pentateuchum* (vel potius, quod monent *Ganzius* & *Aboab* loc. cit.) Expoſitio in Comment. R. *Moſis Bar Nachmae* ſuper Pentateuchum. Extat in edit. Pentateuchi *Venetâ* A. 308. C. 1548. & *Cracov.* 347. fol. in quâ & *Raſchii* & *Nachmonida* Commentarii leguntur. Non dubitat Cl. *Wolfius*, hunc eſſe Comment. illum MS. qui in partem legis ſub nomine *Abubab* in Bibl. Bodl. n. 5908. inter Huntington. n. 162. extare dicitur.

6. *Plantavitius* eundem in *Mizrachi* ſcripſiſſe teſtatur; forte dicere voluit in *Raſchium*, vel potius in *Nachmanidem.* Fieri enim hoc non potuiſſe videtur, cùm Noſter, ut diximus, obierit A. 1493. *Elias* verò *Miſrachi* ſuas in *Raſchium* animadverſiones anno tantùm 1491 exaravit CPoli, unde ad R. *Avvhab* in Caſtella commorantem intra hoc temporis ſpatium perveniſſe vix potuerint.

7. *Aboab* Nomolog. *p.* 287. tradit, vidiſſe ſe Commentationes Noſtri MS. in Sectiones quaſdam Talmudicas, eundem verò in ſenectute commentari cœpiſſe in *Arba Turim*, ſed non perfeciſſe deſtinete; formaſſe autem diſcipulos & multos & egregios. Hæc Cl. *Jo. Chriſt. Wolfius* Bibl. Hebr. Tom. I. num. 1139. Ibid. n. 1140 loquitur de alio *Iſaaca Aboab* qui *Paraphraſe in Pentateuchum* Hiſpanicè edidit Amſtelod. A. M. 5441. C. 1681. In Præfatione extremâ Auctor promittit *Philoſophiam Legalem*, qui Tractatus forte non diſſimilis futurus erat ab illo quem ſub tit. *Nomologia* edidit *Imman. Aboab.* Noſter autem *Iſaac Aboab* (cujus meminimus ſup. *p.* 18) in Cabbala egregiè verſatus, librum Cabbaliſt. *Abrahami Cohen Irira* Hebraicum fecit ex Hiſpanico, ut jam ex ipſo *Wolfio* monuimus ſup. *p.* 29. b. Lege de eo *Barrios* Vitam *Iſaaci Hezich*, & Cl. *Jac. Baſnage* Hiſt. des Juifs *Tom. V. p.* 2105. qui monet eundem triumphum Moſis carmine heroico celebraſſe. Forte, inquit laud. *Wolfius* n. 1183. poſterior iſte *Abebab* idem erit cum R. *Iſaaca* Bar *David Avvhau*, quem *Bartolocc.* P. III. n. 934. compoſuiſſe ait Canticum in laudem libri *Penè Rabbà* qui titulus eſt Indicis locorum S. Scripturæ, quæ citantur, & exponuntur in *Medràſc Rabbòth*, & in quinque parva Volumina. Reperitur in principio hujus libri excuſi *Amſtelod.* ex typogr. *Manaſſe* Ben *Joſeph* Ben *Iſraelis* A. M. 5388. C. 1628. in 4.

AVUINAS (*Aidanus*) de quo ſup. *p.* 171. Pauca hic emendanda & ſupplenda occurrunt. Hunc pius Northumbriorum Rex *S. Oſwaldus*, à Scotorum Rege *Donualda*, pro inſtruendâ plebe, per Legatos petiit, & pariter ille eum eo, ob Anglicæ linguæ imperitiam, altero ſemper è ſuggeſtu interpres prædicabat. Porrò fuit *Aidanus* Cœnobii Huyenſis in Hiberniâ Monachus, Lindisfarnenſis Epiſcopus creatus anno circiter 635, cùm paucos ante annos huc tranſlata fuiſſet Sedes Eburacenſis, quæ hodie eſt Archiepiſcopalis. Plura de illo dabit *Joan. Balem* de Script. Briton. *Adr. Baillet* in Vitis SS. ad d. 31 Aug. ex Ven. *Beda* Hiſt. Eccleſ. Vid. & *Moreri.* Diction. verb. *Aidan.* Quod autem ait *Poſſevinus* in Appar. *eum in Sanctorum numerum aggregatum fuiſſe A.* 651. *prid. Kal. Sept.* (non *Dec.* ut perperam diximus) forte id de die emortuali, non de canonizatione intelligit. Ejus quoque meminit *Alph. Ciaconius* in Bibl. ſuâ, verb. *Aidanus Avinius* p. 52.

AUVRÆUS Theologiæ Doctor Sorbonicus. Sob hoc nomine edita eſt *Cenſura* libri cui tit. *Prædeſtinatus, ſeu Prædeſtinatorum Hæreſis*, *& libri S. Auguſtino temerè adſcripti Refutatio, ab Auctore ante annos M. CC. conſcripta, nunc autem in lucem primùm edita* ex MS. Remenſi, curâ & ſtudio *Jac. Sirmondi* Soc. Jeſu *Pariſ.* 1643. in 8. Prodiit, inquam, *Cenſura* Gallicè 1644. in 8. (*a*). Latinè verſa A. 1645. in 8. recuſa eſt in Belgio cum *Prædeſtinato.* Hunc libellum

(*a*) Vid. *Acta Erud*, Lipſ. Suppl. Tom. II pag. 44.

[a] *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres* Tom. XVII. pag 173. ubi de *Sirmondo.* Plura *Ellies Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Tom. XVII. p.* 209. in 4.

bellum cùm *non leve cauſa ſua præjudicium*, ut in Admonitione datâ menſe Jan. A. 1645. monet Editor, *aſſerre poſſe Sorbonici animadverterent*, *unum ex ipſorum numero* Auvræus, *vir, ut apparet, non indoctus, atro Cenſuræ ſuo calculo eum notare aggreſſus eſt; qui oſtendere nititur*, nullam fuiſſe unquam Prædeſtinatorum hæreſin, &, quod ibi refutatur*, Prædeſtinati *ſcriptum, à refutatore Semi-Pelagiano aut Pelagiano eſſe confictum, & multis illius Sectæ erroribus inquinatum*. Quis autem ſub *Auvrai* nomine lateat, non planè conſtat. Alii *Ant. Arnaldum*, alii *Blondellum* (*Davidem* ſcilicet, virum inter Reformatos illuſtrem, non *Franciſcum*, ut perperam habet *Placcius* in Indice Autorum Pſeudon.) latere crediderunt, uti ex *Hug. Grotii* Epiſt. 699. Part. II. notat *Thom. Ittigius* in Differt. de Hæreſiarchis Apoſtolicæ, & Apoſtolis proximæ ætatis (*b*); At ſub hac larvâ latere *Mart. de Barcos* Abbatem San-Cyranum, ſcribit *Adr. Baillet* in Autoribus larvatis. Atque eidem hæc *Cenſura* tribuitur in *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 1368. Ad Auctorem *Prædeſtinati* quod attinet, de eo *Diſquiſitionem Hiſtorico-Theologicam* edidit *Patavii* 1686. in 4. *Seraph. Pastinatdus* Brixienſis Ord. Præd. Patavinus Theologus tum primarius. Hujus ſummam referemus verb PICINARDUS, quæ interea legi poteſt apud *Joan. Clericum* in Bibl. Univerſ. *Tom. III. p.* 257-274. ex Diario Parmenſi, & in *Actis Erud.* Lipſ. A. 1687. p. 271-276. De eodem etiam diligenter agit Cl. *Ittigius* ſup. cit. Legenda quoque *de Prædeſtinatianorum* hæreſi, *Sam. Wardi* ad *Jac. Uſerium* Archiep. Armachanum Epiſtola A. 1630 ſcripta (*c*), quæ & ad illuſtranda à nobis de ARNOBIO *juniori* ſuo loco adducta (*p. 615*) multùm conferre poterit.

[*b*] Apud *Placcium* de Pſeud. n. 305. Hæc *Ittigii* Diſſertatio edita eſt *Lipſiæ* A. 1690. Vid. *Acta Erud.* hujus anni *p.* 304.
[*c*] Habetur inter *Uſerii* & aliorum ad ipſum Epiſtolas cum ejus Vitâ *Anglicè* ab ejus Capellano *Rich. Parrio* edita *Londini*, 1686. fol. Vid. *Cleric.* ubi ſup. *T. II. p.* 255 &c.

AUVRAY (*Joannes*) Presbyter Gallus, SCRIPSIT vernaculè Vitam *Joannæ Abſolut à S. Salvatore*, Religioſæ Fontis Ebraldi Monaſterii *de Haute-Bruiere*, A. 1637 defunctæ, *Pariſiis* editam 1670. in 4. Ex *Jac. Le Long* Bibl. Hiſt. Galliæ *n.* 6381.

d'AUVRE' (*Benedictus*) Gallus, Ord. Ciſtercienſis Religioſus ſtrictioris obſervantiæ, in Regali monte in Normanniâ, SCRIPSIT *Vitas* aliquot *Sanctorum* ſui Ordinis, quas nondùm publici juris feciſſe ait *Carolus Viſchius* in Bibl. Script. Ciſt. *p.* 34. *Vivit adhuc*, inquit, *hoc anno* 1648 (quo nempè primùm ſuam edidit Bibliothecam) *in flore ætatis conſtitutus, cujus vivax ingenium plura egregia nobis cum tempore promiſit*. Non alia ad notitiam noſtram venerunt.

AWRNHAMMER (*Dominicus*) Ord. FF. Præd. Teuto, patriâ profeſſioneque Conſtantienſis, S. Theologiæ præſentatus promotus in cap. gen. Romæ A. 1650. & poſtea Magiſterii laureâ donatus, Conventui ſuo præerat Prior A. 1655. ſimul Vicarius Nationalis per Helvetiam. In lucem emiſit opus cui tit.

Connubium pietatis cum ſapientiâ: h. e. *Apparatus Philoſophicus Norbertino-Thomiſticus tripartitus, rationalis, naturalis & tranſnaturalis*, &c. Conſtantiæ 1655. (*a*) in 12. Prodiit poſtea ſub tit. *Apparatus Philoſophicus in tres partes diſtinctus, ſcilicet rationalem, naturalem & tranſnaturalem*. Duaci apud Bellerum 1660. in 12.

Ex his diſcimus Auctorem pluribus annis apud Præmonſtratenſes Cœnobii Marchtallenſis è ſuperiori loco Philoſophiam tum & Theologiam docuiſſe, eodemque munere apud Sodales Conſtantienſes publicè extraneiſque multis accurrentibus, & auditoribus functum. Hæc *Jac. Echard.* in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 593. indeque *Morer.* Diction. edit. Baſil. p. 680.

(*a*) Malè 1635 apud *Lipen.* Bibl. Philoſ. I. 85. qui in Bibl. Theol. II. 496. memorat editionem *Lucern.* 1656.

AUX (*Ludovicus Diez de*) Hiſpanus, nobili familiâ natus in Aragoniæ Regno, orbeque Cæſaraguſtâ Sec. XVI facili ſtylo uſus tam pedeſtri, quàm rhythmis ligato, SCRIPSIT

1. *Las Fieſtas de Zaragoza a la ſanta Madre Tereſa de J. H. S.*

2. *Fundacion de la Capilla de Nueſtra Señora del Pilar* Cæſarauguſtæ an. 1593. Simulque, ut creditur,

3. *El Catalogo de los Obiſpos y Arçobiſpos de Zaragoça*: quem tribuit ei *Vincentius Blaſcus* in Hiſt. Aragoniæ lib. ult. cap. 37.

4. *Aurelio Prudencio Hymnos traducidos*. Cæſaraug. 1619. in 8.

5. *Compendio de las fieſtas de Zaragoça por la promocion del M. Fr. Luis de Aliaga en Inquiſidor general*. Ibid. eod. anno in 4. Ex *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Tom. II. p. 26.

AUXBOEUFF. Vid. ſup. verb ADBOVES.

AUXILIUS Scriptor quidam *Formoſi* Papæ Synchronus, claruit circa A. 894 (*a*). Ex eo habentur

Libri duo *de Ordinationibus à Formoſo PP. factis*.

Hos Libellos reperit *Joan. Morinus* Bleſenſis, Oratorii Presbyter, in vetuſto Codice Bibl. Illuſtr. Præſulis D. *Car. de Montchal* Archiep. Toloſani, cùm eam A. 1641 perluſtraret. Poſtea cum eruditiſſimo Viro *Hieron. Vignerio* ſuæ Congreg. Presbytero colloquutus, is *Morinum* monuit ſe hos *Auxilii* libellos habere manu ſuâ exſcriptos ex Codice antiquo, quem in Monaſterio quodam Lotharingico deprehenderat; ſe poſtea (*Vignierium*) apographum ſuum cum alio antiquo codice, quem penes ſe habebat *Jac. Sirmondus* Soc. Jeſu, contuliſſe: Exemplar ſuum *Vignierius* conceſſit *Morino* utendum & edendum. In lucem igitur dedit *Morinus* ad calcem Operis ſui *de Sacris Eccleſiæ Ordinationibus* (b) Pariſ. 1655. fol. *Part. II. p.* 348. Inde prodierunt in Bibl. Patrum *Tom. XVII.* edit. Lugd. 1677. poſteaque inter *Vet. Analecta* Cl. *Jo. Mabillonii* Tom. IV. pag. 610. edit. Pariſ. 1685. in 8. *p.* 28-72 edit. An. 1723. fol. Liber prior habet Capp. XL. alter XXXII. prout exhibent Codices quibus uſus eſt *Morinus*, nam triginta tantùm novit Card. *Baronius*, quorum titulos à *Papyrio Maſſono* ſibi tranſmiſſos, Annalium Tomo XII inſeruit, integra verò capita 29 & 30 unà cum *Auxilii* Epiſt. nuncupatoriâ ad *Leonem* Nolanum in regno Neapolitano Epiſcopum, quam præfixam habet liber poſterior, qui *Infenſor & Defenſor* dicitur, de quo ita *Sigeb.* Gemblacenſis (c): » *Auxilius* ſcrip-
» ſit Dialogum ſub perſonâ *Infenſoris & Defenſoris*,
» Divinis & Canonicis exemplis munitum, contra in-
» teſtinam diſcordiam Romanæ Eccleſiæ, ſcilicet de
» Ordinationibus, Exordinationibus & Superordina-
» tionibus Romanorum Pontificum, & Ordinatorum
» ab eis Exordinationibus & Superordinationibus.

Poſterior iſte Liber repertus quoque fuit in MS. Cod. Fiſcamnenſi, ſed loco prioris à *Morino* editi præmiſſum habebat Dialogum, ſub tit. *Liber cujuſdam requirentis & reſpondentis, ſuper causâ & negotio Formoſi Papæ*. Hunc *Mabillonius* ejuſdem *Auxilii* eſſe non dubitans, in publicum protulit cum duobus prioribus,

[a] *Guil. Cave* in Hiſt. Liter.
[*b*] Male *de Ordinationibus ſanctorum* inſcribit Cl. *Geſnerus* in Bibl. Eccleſ. *p.* 98.
[c] *De Script. Eccleſ.* cap. 110 non 12. uti apud *Morer.* ſup. cit.

bua; in *Analect.* p. 28-32. edit. in fol. » Hæc O-» puſcula, inquit *Caſim. Oudinus* (d), ſiquidem Pro-» teſtantes illa in lucem protraxiſſent; ſtatim Pontifi-» cii apertis clamoribus, ſuppoſitionis accuſaſſent; ſed » producta à clariſſimis Pontificiæ factionis homini-» bus & religioſiſſimis, atque ex Bibliothecis Pon-» tificiis, os omne Pontificiorum obſtruunt, *Formo-» ſum*que Papam Chriſtianæ fidei & Romanæ commu-» nioni fuiſſe perincioſiſſimum, fateri coguntur. » Non mirum igitur, quòd monuerit *Morinus* in Præf. ad *Auxilii* libellos, *nonnulla in his eſſe, quæ cautè legenda ſint*, utpote *evidenter à veritate aliena* (e). Notat v. g. diſtinctionem quam facit *Auxilius* lib. 2. cap. 28. inter Apoſtolicam Sedem, & in eâ Præſidentes, ut cautius explicandam. » Prætextu enim, ait *Mo-» rinus*, honoris conſervandi throno Apoſtolico de-» biti, habenæ laxantur convitiatoribus Pontificum, » unde neceſſariò & evidenter convitia in Sedem ip-» ſam reflectuntur. » Ex his autem libellis (*f*) multa erui poſſe docet, ad illuſtranda geſta Pontificum *Formoſi*, *Stephani VII*, *Joannis IX* & *Sergii III*, quæ obſcurè admodum Hiſtoricorum illius temporis partim negligentiâ, partim penuriâ, nobis tradita ſunt. Hinc conſtat, ſi *Morino* credimus, Pontifices *Stephanum* & *Sergium* non adeo fuiſſe ſceleratos, nec *Formoſum* adeo ſanctum, ut multi ſibi perſuadent; *Stephanum* & *Sergium* probabiles cauſas, imò in ſpeciem graves, exauctorandi *Formoſi* ordinationes, habuiſſe *&c.* Sed hac de re nos in *Formoſo* pluribus agemus. Nunc pauca de *Auxilio* poſt *Morinum* obſervanda.

Quis fuerit Scriptor ille, non admodum liquet. Italum non fuiſſe, colligitur ex initio *cap.* 32. *lib.* 2. ubi ita ſibi objicit: *Porrò cùm ſis homo exteræ gentis, & apud nos humanæ vitæ ſubſidiis indigeas, quid ad te pertinet noſtris reſiſtere diſceptationibus?* Et paulò poſt: *Si advenis & peregrinis, Eccleſiæ Præpoſitos accuſare licet, vel judicare, aut præjudicare* &c. Hoc autem non diſfitetur, imò reſponſo ſuo ſupponit: dicit enim tantùm ſe eſſe ex eo genere quod Apoſtolus *Petrus* vocat *genus electum*, *regale Sacerdotium*, *gentem ſanctam*, *populum acquiſitionis*; hoc ſibi ſufficere, ut à teſtimonio hâc in cauſâ perhibendo excludi non poſſit. Francum autem fuiſſe vix dubitari poteſt; ſed ejus tempore *Franci* nomine, Germani non ſecus ac Galli intelligebantur. In fine tamen *cap. cit.* videtur negare, ſe exterum eſſe, quod initio conceſſerat. Presbyter autem erat, atque à *Formoſo* Papâ ordinatus, ut ex initio ejuſd. cap. colligi poteſt.

Neſcio quis ille ſit AUXELIUS Presbyter, cujus *Quæſtiones* 137 *in Hexaemeron* in Bibl. Caſſin. extare ait *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* m. 610. ex Notis ad *Petrum* Diac. *p.* 24.

[d] *Comment. de Script. Eccleſ.* Tom. II. pag. 372. ubi de *Formoſo* Papâ. *Auxilii* meminit ipſe *Oudinus* in Supplem. *Bellarmini* ad A. 900. pag. 295.

[e] Ex *Morino* idem advertit *Nat. Alexander* Hiſt. Eccleſ. *Sec. IX.* cap. 3. art. 34.

[*f*] Horum (ſcil. duorum à *Morino* editorum libellum enim à *Mabillonio* evulgatum ignoravit) excerpta dedit Cl. *Elias Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. IX. p. 154-157. in 4. qui eos magnâ cum animi firmitate ac libertate ſcriptos eſſe judicat, ac pro Autoris ætate ſat eruditos. Ex *Du Pinio* Diction. *Morer.* edit. Baſil.

AUXIMANUS (*Nicolaus*) natione Italus, patriâ Picenus ſive Marchiæ Anconitanæ, claruit Sec. XV. Ord. Minorum alumnus, S. *Bernardino* Senenſi familiaris extitit. Vir pius, nec indoctus quidem, multa pro Ordine ſuo geſſit, variaque obiit munera: imprimis verò Vicariatu Provinciæ S. Angeli, & locorum Terræ Sanctæ Præfecturâ functus eſt. Poſt Hieroſolymitanam peregrinationem, quam juſſu MARTINI V Pont. Max. ſuſcepit, Romam reverſus, obiit in Cœnobio Aræ-Cæli * Hæc *Henr. Wharton* in Append. ad Hiſt. Litter. *Guil. Cave* p. 87. Vid. etiam *El. Du Pin* Bibl. des Auteurs Eccleſ. *Tom. XII. p.* 90. Poſſevin. in *Appar. Sacr.* verb. *Nicolaus.*

SCRIPTA:

1. *Supplementum ad Summam Piſanellam*, Mediol. 1444. Sic *Wharton*, ſed malè, nam apud *Echardum* (a) reperitur quod *Minorita* noſter in fine ſui operis dicit *Supplementum* ſe perfeciſſe Mediolani ad S. Angelum Ann. 1444. non autem quod fuerit excuſum eodem anno; Mediolani enim Typographi tantum A. 1470. publici juris facere libros inceperunt, juxta *Orlandi* Origine e progreſſi della Stampa *p.* 100. Addit præterea *Wharton* Venet. 1469. in 4.

2. *Interrogatorium Confeſſorum.* Venet. 1489. 8.

3. *Summa Caſuum Conſcientiæ*, Venet. 1484. juxta *Wharton* & ibidem 1494. juxta *Poſſevin.*

4. *Commentarii in Regulam FF. Minorum*, vernaculâ linguâ conſcripti.

5. *Liber Lege Canonica*, ſeu *Juris Canonici Epitome.*

6. *Sermonum* Liber, &

7. *Quadrageſimale*; Quæ quidem quatuor ultima Opera ab eodem conſcripta eſſe refert *Lucas Waddingus* in Script. Ord. Minor. *p.* 263. ſed nondum in lucem prodiiſſe videntur, teſte *Wharton*, ſup. cit.

(*a*) Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 624.

AXEL (*Joan. Honorius van*) Belga, Ultrajectinus, Dominus de Senis, claruit Sec. XVII. Multis annis Romæ Advocatum, ſeu Patronum cauſarum egit. In concives ſuos Romæ peregrinos & nudos, aliterve ejus egentes operâ benignus & ſumptuoſè munificus fuit. Edidit

1. *Totius Juris Canonici Compendium*, *ſive Brevem Summam in Libros V. Decretalium*, *Concil. Trident. Decretis accommodatam.* Colon. Agrip. 1628 & 1630, 4 (*a*). *Lovanii* 1656. 4. (b)

2. *Praxim Beneficiorum* (c).

(*a*) *Aub. Miræus de Script. Sec.* XVII. p. 239. *Allatius in Apibus Urb.* pag. 224.

(b) *Lipenii* Bibl. Jurid. *pag.* 91. & 137 & *Fontanis* Bibl. Legalis *Tom. I. pag.* 49.

(c) Du Pin *Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ.* Tom. II. pag. 1810. ubi eum *Alexium* vocat, ſive van *Axel Doſenſ.*

AXONIUS (*Joachimus*) natione Belga, patriâ Gravianus in Brabantia, claruit Sec. XVI. J. U. Doctor, Poëta & Philoſophus, utriuſque linguæ peritus, Belgicis Principibus à Conſiliis maritimis. Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Græciam, Mediam, & Terram Sanctam perluſtravit. Obiit Antverpiæ A. 1605. VIII. Kal. Sept. plenus dierum.

SCRIPTA:

1. *De Libero Hominis Arbitrio*, *contrà Mart. Lutherum & Joban. Calvinum.*

2. *Maximi Planudis Orationem in Sepulchrum Chriſti*, è Græco vertit *Dilingæ* 1559. 4. Item

3. *Gregorii Palamæ Philoſophi Græci Dialogum*, cui titulus: *Lis inter Corpus & Animam*, *& Dei Judicium illam dirimens.* Pariſ. *Græcè*, & Lugd. *Latinè.*

4. *Agapeti* (a) *Præcepta Morum ad Juſtinian. Imperatorem* Antverp. 1562. in 8. (*b*) & ibid. 1578. (*c*)

[a] De *Agapeto* vid. ſupra p. 138 b.
[b] *Fabricii* Bibl. Græca *Tom. VI. pag.* 572.
[c] *Swertii* Athenæ Belgicæ *pag.* 384.

AYALA (*Petrus Lupus ſive Lopez de*) nobili genere ortus, quem *virum Hiſpaniæ fortiſſimum*, *nec minus doctum*, *atque diſertum*, *pace ac bello parem*, prædicat *Nic. Antonius*, claruit Sec. XIV. Quatuor hic Caſtellæ Regibus, non minùs ob ſanguinis & munerum apud eos geſtorum commendationem, quàm ob eximias animi & corporis dotes, charus in paucis vixit. Caſtellæ igitur fuit Cancellarius major, Ar-

chimeta-

chimetator, & Comes cubiculariorum Regibus fuit; quorum primo dicto munere conſpicuum omnes nôrunt, qui à *Ferdinando Perezio Gezmanio* confectum lectiſſimi bujus viri elogium, aliaqua biſtorierum æqualium monumenta conſuluère. Summâ extitit atque prudentiâ; nec dictu facile, quibuſnam, aulæne ac militiæ rebus, an litteris ac libris magis aptus. Vehementer enim ſtudia, præſertim moralis Philoſophiæ, rerumque olim geſtarum, ſuo tempore amavit ferè ſolus & excoluit. *Titum Livium* præcipuè in profanis, & *S. Gregorium* in Sacris Scriptoribus charos & aſſiduos habuit. Atque ut Scriptorum gentis ſuæ augeret numerum, Regum quatuor Caſtellæ & Legionis, PATRIS nempe, HENRICI II, JOANNIS I & HENRICI III res geſtas eleganti, prout ætas ferebat, ſtylo, ſummâque fida hiſtoricæ telæ commiſit. Sed de hoc opere, aliuſque ejus lucubrationibus Hiſtoricis dicere non eſt inſtituti noſtri. Id tamen annotare liceat, primum *Titi Livii* Hiſtoriarum libros manu exaratos Hiſpaniæ invexiſſe, & in Hiſpanam linguam convertiſſe. Quæ quidem interpretatio *Salmantica* abſque auctoris nomine A. 1497. in fol. prodiit, rurſuſque additis poſtremis quinque libris quintæ Decadis, alio quodam Interprete, qui & ipſe nomen ſuum reticuit, *Colonia* ex officinâ Birckmannianâ A. 1552 vel 1553 PHILIPPO Hiſpaniarum Principi CAROLI V filio dicata.

Hunc verò Autorem Scriptoribus Eccleſiaſticis accenſemus ob verſionem Hiſpanicam *Moralium S. Gregorii in Jobum*, quam ei adſtruit *Joan. Alph. de Zamora* JOANNI II Regi à ſecretis. Hanc autem ignoravit, ſive inſuper hebuit, ut novam procuderet, *Alphonſus Alvari à Toleto*, quum eidem verſioni *Moralium* ſeſe accinxit, quæ anno 1514 *Alphonſo Manriquio* S. R. E. Cardinali & Hiſpalenſi Epiſcopo, nuncupata, *Hiſpalenſibus* poſtea typis prodiit A. 1534.

Dicitur & vertiſſe Noſter *Iſidori* Hiſpalenſis Libros III *de Summo Bono*, qui ex *Gregorii* Papæ *Moralibus* ferè ſunt excerpti. Obiiſſe illum in Calagurritana urbe anno 1417 ætat. 75. & in monaſterio de *Quexana* familiæ ſuæ ſepulchro conditum fuiſſe, ait *Guzmanæ* Autor Sec. XV. in egregio illo quod conſcripſit, ejus elogio, ad calcem Hiſtoriæ JOANNIS II Regis Caſtellæ.

De cæteris *Ayala* noſtri operibus conſulendus *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. vet. *lib.* 10. *cap.* 1.

AYALA (*Balthazar* de) Hiſpanus quidam, Dominicanis accenſetur ab *Altamura* ad A. 1538. ex fide *Valerii Andrea*, indeque apud *Echard.* in Script. Ord. Præd. *Tom. II.* p. 104. & dicitur edidiſſe opus *de B. Virgine* Dertuſæ 1538. Hunc autem vel ignoravit vel omiſit *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. in quâ tamen meminit cujuſdam *Balth. de Ayala* ortu Hiſpani, ſed incolatu Belgæ, viri nobilis & eruditi, A. 1583 mortui. An ejuſdem familiæ fuerit Noſter, diſcutiant alii.

AYALA (*Martinus Perez* de) Hiſpanus, Archiepiſcopus Valentinus, vixit Sec. XVI. Patriam habuit *Hieſte* oppidum diœceſis Carthaginenſis, natus A. 1504. nobilibus quidem, ſed inopis parentibus. Quare primoribus literis & Grammaticâ inſtructus, banc artem, ut ſibi ac viduæ matri victum quæreret, docere coactus eſt. Compluti dein Philoſophiæ, Theologiæque dedit operam, necnon Salmanticæ in Collegio S. Jacobi equeſtris ordinis, admiſſus paulò ante ad Ucleſianam Religioſorum hujus militiæ familiam. Quo in Gymnaſio *Franciſcum Victoriam* Dominicanum præceptorem ſortitus eſt. Toleti Philoſophiam, Granatæ etiam Theologiam docuit, Academicis profeſſionis inſignibus utrobique ſuſceptis. Uſque dum à Giennenſi Antiſtite D. *Franciſco à Mendoza* evocatus ad Confeſſoris munus, utque ipſius vice Epiſcopatum regeret, patronum paulò poſt in Italiam ſecutus, Lovaniique in Belgio reſiſtens, Hebraicæ ac Græcæ linguis addiſcendis vacavit; indeque cum quodam Lovanienſi Doctore, poſt Giennenſis obitum, deſtinatus, Wormatiam ivit pro Romanâ religione tuendâ, cum Proteſtantibus congreſſurus. In Belgium poſtea reverſus, Antverpiæ in quodam fratrum cœnobio interpretatus eſt D. Paulum Apoſtolum, atque ſcribere cœpit celebres ſuos in defenſionem Apoſtolicarum Traditionum Commentarios. Profectus inde juſſu Imp. *Caroli V.* ad Tridentinam Synodum, interfuit Seſſioni, quæ de Juſtificatione Divinæ Gratiæ Romana expoſuit dogmata. Unde in Germaniam revocatus delegi promeruit ab eodem Imp. anno 1548. in Accitanæ (*a*) Eccleſiæ Præſulem: quod munus gerens, interfuit ſecundò Tridentini Concilii denuò convocati à *Julio III* P. M. tribus Seſſionibus, translatus poſt novem annos ad Segovianis Eccleſiæ ſedem. His infulis ornatus tertiò Tridentum ivit, magnum illum virum *Benedictum Ariam Montanum* ejuſdem ſecum religioſæ familiæ in comitatu ducens, anno 1562. In reditu Valentinæ Archiepiſcopali Eccleſiæ Paſtor datus fuit, cui adhæſit ab anno 1564 ad (*b*) 1566. Nonis Aug. Valentiæ obiens ætat. anno 61. nondum completo; Vir longiori vitâ dignus, ejuſdemque *Ariæ Montani* elogio in Præf. Itinerarii *R. Benjamini* Tudelenſis, *doctiſſimus ſimul ac piiſſimus, nec lingua Hebraica ignarus*; item *Bern. Gomezii à Miedes* Albarrazinenſis Epiſcopi. *Vir acerrimi judicii & ingenii, religione, litera & doctrinâ clariſſimus*, meritò nuncupatus.

SCRIPTA:

Præcipuum ab eo relictum opus, iſtud eſt:

1. *De Divinis, Apoſtolicis, atque Eccleſiaſticis Traditionibus, deque authoritate ac vi earum ſacroſanctæ aſſertiones, ſeu Libri decem:* ad PHILIPPUM Hiſpaniarum Principem. *Colon.* 1549. & *Pariſ.* eod. anno, poſteaque *Venetiis* 1551 (c) & *Pariſ.* 1562. (d). de quo *Mich. Medina* Franciſcani, viri doctrinâ celeberrimi, lubet elogium ſubjungere. » *Martinus Ayala* Segovienſis Epiſcopus (ait lib. 1. *de rectâ in Deum fide* cap. 4.) » vir præter integrum animum & excellens in» genium, veteris eccleſiaſticæ lectionis conſultiſſi» mus; quibus dotibus ſic urget hæreticos opere illo » *de Eccleſiaſticis Traditionibus*, ut niſi Diabolo obſi» dente oculis animi capti eſſent, apertè viſuri ſint, » quantùm impiæ illæ novationes à veteris illius Ec» cleſiæ moribus diſtent. »

Reliqua ſunt, Latina quidem

2. *Commentaria in Univerſalia Porphyrii*, Granatæ 1537. fol. Hiſpana verò

3. *Compendio y declaracion de lo que ſon obligados à guardar los Cavalleros de la Orden de Sant Jago, aſſi por los votos, fin de ſu Orden, y diſpoſicion de ſu Regla, como por los eſtatutos y loables uſos y coſtumbres della.* Huic accedit

4. *Un breve Tratado para bien confeſſar.* Mediol. 1551. in 8.

5. *El Catecumeno, ò Chriſtiano inſtruido.* Mediol. 1552. in 8.

6. *Aviſos de bien morir.* Mediol. 1552. in 8.

7. *Doctrina Chriſtiana para los que entienden la algo mas de lo que a los niños ſe les ſuele enſeñar comunmente, por modo de Dialogo.* Mediol. 1554. in 8.

Joannes de Ribera Archiep. Valentinus edi curavit, quaſi antea ineditum, & in ſchedis *Martini* noſtri repertum, neſcio an diverſum à laudatis librum de quo inf. n. 10.

8. *Con-*

(a) *Acci* vel *Guadicia* vulgò *Guadix* in regno Granatenſi.
(b) Malè igitur circa A. 1550. factum Archiep. Valentinum ait *Du Pinius* loc. cit.
(c) Poſſevin. *in Appar.* verb. *Martinus Peroſius.*
(d) Ellias Du Pin *Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ.* Tom. III. pag. 182.

8. *Compendio para examinar la conciencia.* Velentiæ 1582. *Antverpiaque* epud Plantinum in e6. altas *Conſeſſionario.* Pinciæ 1604. & *Pampilone* 1612. eddità inſuper

9. *La Proteſtacion de la fide del Maeſtro Caſtaliza.*

10. *Catecismo*, formâ quoque Dialugiſticâ, *Valentia* 1599. in 4. Ei etiam tribuitur

11. *Concilium Valentia celebratum A.* 1565. *Synodusque ſequenti*; quæ duo typis edidit *Valentia* Jo. Mey A. 1566. necnon & ex ajus Schadis cullectum aliud,

12. *Doctrina Chriſtiana en lengua Arabiga y Caſtellana para inſtrucion de los nuevamente convertidos del Reino de Valencia.* Ibid. 1566. in 8.

13. MS. quoque reliquit *Vita ſua Relationem*, quâ uſua fuie *Ægidius Gonzales Davila* in ajus fotmando elogio inter Segovienſis Eccleſiæ Præſules, ac *Didacus Colmenares* in ejuſdem urbis Hiſtoriâ.

14. Item *Vitam & res geſtas Petri Alphonſi* Sodalis, qui Præfectus fuit domorum S. Marci & Ucleſii integritate morum venerabilis. Henc Ucleſienſes edſervare aſſerit *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. unde hæc deprompta ſunt. Ex eo meminit *Morer.* Diction. verb. *Ajala.* Ant. Baldaſſarri *Vite di Perſonaggi illuſtri* p. 290.

AYALA (*Philippus* de) Hiſpanus, nobili loco natus, Franciſcanus, Provinciæ Caſtellæ regularis Obſervantiæ, S. Theologiæ Profeſſor, & Miniſter S. Officii Judicum, ſive Conſultor, Lector emeritus, SCRIPSIT hujus tituli opus:

1. *Caſo mayor y punto de conciencia acerca de como ſe a de predicar, tratar y hablar en publico en nueſtros tiempos de la puriſſima Concepcion de la Virgen Maria Nueſtra Señora*: ſimulque *un Sermon del miſmo Myſterio.* Toleti 1616. Nec non teſte Luc. *Wadingo*

2. *Comentario ſobre la regla de los Frailes Menores.*

Ex *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. Omiſit ille quendem *Petrum* de AYALA Ord. S. Dominic. Hiſpanum vel Aregonum S. Theol. Magiſtrum, qui Barcinone *Sermonem* à ſe habitum Hiſpenicè in leudem *S. Thomæ Aquinatis* in die Incarnetionis A. 1618. edidit typis Petri Lecavalleria in 4. Hujus meminit *Jac. Echard.* in Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 453.

AYALA FAXARDO (*Joannes* de) Hiſpanus, edidit vernaculè librum de quatuor finibus hominis: *Poſtrimerias del hombre*, Matriti 1638. in 8. teſte *Nic. Anton.*

AYALA (*Antonius de*) Hiſpanus, patriâ Hiſpalenſis, Jeſuita, prælo paretam habuiſſe dicitur à *Phil. Alegambe* in Bibl. S. J.

Roſam Jericho: Opus nempè *de Beata Virgine.* Vixiſſeque adhuc anno 1643. teſtis *Hippol. Maraccius* in *Biblioth. Mariana* apud *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.

AYALA (*Lucas Fernandez* de) Ord. Prædic. Hiſpanus, Tarraconenſis, Murciæ natus, & ibidem Ordinem amplexus, Theologiam docuit epud ſuos, Conventumque Orani (vulgò *de Oran* in Berbarie) regebat Prior A. 1644. quo, in Comitiis Ordinis Romæ habitis, Prædicatoris generalis titulo eſt inſignitus; Sancti Officii etiam Conſultor & Commiſſarius aſcitus eſt. Hæc eb eo prodierunt:

1. *Hiſtoria de la perverſa vida y horrenda muerte del Antechriſto.* Murciæ 1635. & poſtea *Matriti* 1649. in 4.

2. *Hortus Auguſtiſſimi nominis Mariæ, variis areolis & aromatibus moralibus conſitus*; ſive *Elucidario ad verba Lucæ* I. 27. *Et nomen Virginis* Maria. *Matriti* 1648. 4.

Auctorem in muneribus ſimul Lectoris, Concionatoris & Confeſſarii vitum indefeſſum præſtat *Benedictus Alonſo* Prior Conventûs S. Dominici Carthaginenſis, qui aliàs ejus fuerat in Tirocinio Megiſter, hæcque ſe abinde attentis ejus ſtudiis prævidiſſe teſtetur.

Ejus meminerunt *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. *Hyacinthus de Parra* in Memorielibus MSS. eb *Echardo* citetis in *Script. Ord. Præd.* Tom. II. p. 562. Ex eo *Morer.* Diction.

AYALA (*Didacus Corle de*) Hiſpanus, Presbyter Matriti degens, edidit *Sermones de Adviento*, duabus partibus. Quos Italicè vertit *Hieronymus Bruſſonius*, ac *Venetiis* publicevit 1664. in 4. teſte *Nic. Anton.*

AYBERTUS Abbas Ord. Ciſtercienſis in Hiſpenia, SCRIPSISSE dicitur *de Viris ſanctitate illuſtribus ſui Ordinis* maximè Hiſpanis, ſi fides hebende eſt *Chryſoſt. Henriquez* in Menologio Ciſterc. ed d. 13. Sept. xt Oct. & 1 Nov. referente *Carolo Viſchio* in Bibl. Ciſt. *p.* 9. & ex eo *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp. vet. *Tom. II. p.* 161. ubi de Script. incerti temp.

AYGLERIUS (*Bernardus*) De eo diximus ſub tit. *Aiglerius* p. 172. Sed quædam hîc ſunt obſervande.

1º Cœnobii Lerinenſis Abbatem conſtitutum fuiſſe circa A. 1256. Caſſinenſis A. 1263. 2º Cerdinelem creatum à *Clemente IV* qui ab A. 1265 ad 1268 Romanam tenuit Sedem (*a*); unde liquet, quantum erreverit *Eggſius*, quem incautè ſecuti ſumus, dum Cœnobio Caſſinenſi ennis prope 20 *Ayglerium* præfuiſſe tradit, cum ad Purpuram fuit evectus (*b*).

Idem error admiſſus eſt in Diction. *Morer.* edit. Belil. verb. *Aiglier.* De eo iterum verb. *Bernardus* Montis Caſſini *p.* 212. ubi perperem vixiſſe dicitur circa A. 1340. quo etiam collocavit *Phil. Labbeus* in Chronol. Script. Eccleſ. *Poſſevin.* in Appat. verb. *Bernardus* Gallus, S. R. E. Card. &c. *p.* m. 216. eandem, quem ei tribuimus, ætatem eſſignat, eundemque eſſe exiſtimat, quem *Guil. Eiſengreinius* floruiſſe ait A. 1347. & ex eo ipſe paulò ſup. verb. *Bernardus* Caſſinenſis. Ita & Cl. *Ellias Du Pin* Bibl. Eccleſ. *Sec. XIV. p.* 78. & *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* T. I. p. 741. omnes *Trithemium* ſecuti de Script. Eccl. c. 602. Ex eo item refert meminit *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 397. ſed *Bernardi* ætetem omiſit. Ad A. 1330 *Caſim. Oudinus* in Supplem. *p.* 622. at ſeipſum emendavit in Comment. ad A. 1260. *p.* 474. Rectè quoque Cl. *Guil. Cave* in Hiſt. Liter. *P. II.* ed A. 1263. quem ſecutus eſt *Jo. Gottfr. Olearius* in Bibl. Eccleſ. *p.* 126. non advertens *Ayglerium* è ſe jam laudatum *p.* 98.

[*a*] Aſſerunt nonnulli Cardinalibus adlectum fuiſſe *Ayglerium* ab *Urbano IV.* alii verò, quod probabilius, a *Clemente* ejus ſucceſſore, quâ de re imprimis legendus *Jo. Bapt. Marus* in Notis ad *Placidi* Diac. *Supplem.* de Viris illuſt. Caſſin. *cap.* 2.

[*b*] Potuit equidem huic Cœnobio præfuiſſe ad mortem uſque, ſcil. A. 1282. h. e. per novendecim circiter annos.

AYGUANUS (*a*) (*Michael*) Carmelita, natione Italus, patriâ & profeſſione Bononienſis (*b*), unde vulgò *Michael de Bononia* dictus, claruit Sec. XIV. Ordinem emplexus, ſtuduit in Univerſitate Pariſienſi, in quâ & Doctoratus gredum accepit. In Capitulo generali ſui Ordinis Ferrerienſi A. 1354. Burdigalenſi 1358 & Trevirenſi 1362 deſignatus eſt Lector publicus in Conventu Fratrum ſuorum Pariſienſi, quo munere dum fungebatur, ſuos in *Sententias* Commentarios elucubrevit. Capitulo generali Aquis-Sextiis in Provinciâ A. 1371 habito adfuit Provinciæ Bononienſis Diffinitor, eb eoque tempore *Magiſtri* titulo inſignitus, i. e. Theologiæ Doctoris,

[*a*] Aliis *Angrianus*, *Aygrianus*, *Aiguanus*, *Aiguanus* &c. ſed minus rectè.

[*b*] Eſſe qui ex Lombardiâ oriundum velint, notat *Wharthonus* inf. cit.

Doctoris, ac deinceps in Cap. gen. Aniciensi (vulgò *du Puy en Velay*) A. 1375. & Brugenſi in Flandriâ A. 1379. quibus interfuit, Provinciæ ſuæ Provincialis.

Schiſma poſt mortem Papæ *Gregorii XI* exortum multa quoque diſſidia inter Ordines Religioſos excitavit, ac præcipue inter Carmelitanos, quorum plurimi Conventus *Urbanum VI* Romanum Pontificem ſalutarunt, alii verò pro Antipapâ *Clemente VII* ſteterunt. Huic quoque adhæſit *Bernardus Olerſis* ſiva *Olerius* Ordinis Carmelitarum Generalis XVII. eamque ob cauſam ab *Urbano VI* munere depoſitus, qui Capitulo Brugenſi A. 1379 congregato mandavit, ut alium eligeret Ordinis Magiſtrum, è regionibus Eccleſiaſticæ ditionis aſſumptum *Urbani* mandatis Capitulum obtemperans, *Michaelem* noſtrum elegit ſub titulo Vicarii Generalis, quem confirmavit Pontifex Bullâ XIII Kal. Maji, i. e. 19 April. 1380 datâ: verum totius Ordinis Magiſtrum Generalem unanimi conſenſu proclamavit Capitolum Veronenſe (*c*) A. 1381. eademque dignitas ei confirmata fuit in Cap. gen. Bambergæ in ſuperiori Germaniâ A. 1385 habito. Verùm anno ſequenti 1386 Genoam profectus ad Papam *Urbanum*, ipſo munere depoſitus eſt, ſed quam ob cauſam ignoratur; niſi forte, ut aliqui aiebant, quòd amicus eſſet & intimus quibuſdam Cardinalibus quos circa id tempus Pontifex captivos tenebat, diriſque ſuppliciis afflictos (*d*); vel, ut alii exiſtimabant, ob quaſdam ſuſpiciones Papæ in Archidiaconum Brugenſem, qui fuerat *Ayguani* diſcipulus. *Ayguanus* ſuâ dignitate ſpoliatus Bononienſem Conventum ſeceſſit, in quo ea, quæ reliquit opera, elaboravit ac perfecit.

Non obſtante tamen ejus à Generalatu depoſitione, ipſum Provinciæ Bononienſis Vicarium Generalem conſtituit Papa *Bonifacius IX* A. 1394. cum plenariâ eandem gubernandi ac reformandi poteſtate, ejuſdemque Provinciæ Diffinitor adfuit Cap. gen. Placentino A. 1396. Obiit Bononiæ d. 16 Nov. A. 1400 (*e*). vel A. 1416 juxta alios (*f*). Prior ſententia magis congruere videtur cum Epitaphio quod legitur in Eccleſiâ Carmelitarum S. Martini Bononienſis, quodque ita ſe habet, tumulo marmoreo ante majus altare poſito inſcriptum:

MICHAEL *Doctor hic eſt* AYGUANA *Bononias illum*
Stirps dat, Carmeli, quem tulit Ordo, caput.
In David ejus erat calamus; ſtupor eſtque Latinis,
Et Gallis virtus, ingeniumque Senis.
Bis ſeptingentos annos, patet eſſe Novembrem,
Atque bis octonos explicuiſſe dies.

Præclaria eum ornarunt elogia eruditi non pauci. *Wernerus* Carthuſianus (*g*) eum *totius Chriſtianitatis luminare* nuncupat. *Sixtus* Senenſis (*h*) *ſummum Theologum, Philoſophum & Canoniſtam &c.*

SCRIPTA:

1. *Quæſtiones diſputatæ in Libros IV. Sententiarum* (*i*) Mediol. primum ex officinâ *Leon. Vegii* A. 1510. charact. Goth. poſtea *Venetiis* 1623. fol. emendatæ, auctæ & editæ per *Leonem Priolum* ejuſd. Ordinis. Extat hujus operis Codex MS. in Bibl. S. Antonii Patavinâ, ut habet *Jac. Phil. Thomaſinus* in Catal. Bibl. Patav. *Utini* A. 1639. edito; item in Bibl. Veneta S. Antonii de Padua, *Ayguanus* in tertium Sententiarum, teſte eod. *Thomaſino* in Catal. Bibl. Venetarum A. 1650 edito.

2. *Commentaria in Pſalmos*, quibus, ait *Whartonus*, univerſum Pſalterium methodô Scholaſticâ, non infelici tamen, explicat (*k*). *Opus eximium, perſonandum*, inquit Orlandus, *ab omnibus, quos hucuſque viderim, laudatum.* Primùm prodiit Compluti (*Alcalæ* in regno Toletano) A. 1524. curante *Joanne Jonſica* Burgenſi Epiſcopo, ex MS Codice Bibl. Monaſterii S. Hieronymi *Los Totos de Guiſando*. In eo quoniam Autoris nomen non legebatur, *Incogniti* nomen ſortitus eſt, quocum etiam prodiit *Lugduni* A. 1588 (*l*) & 1603. Verùm R. P. *Baſilius Auguſſola* alius Carmelita (*m*) reperit A. 1600 in Bibl ſui Ordinis Bononienſi MS. Codicem in quinque Tomos diviſum, cujus ad calcem hæc legebantur: *Explicit lectura prima, ſecunda &c. partis Pſalterii, compilata per F. Michaelem de Bononia Ord. B. M. de Monte Carmelo inter Theologos Doct. Pariſienſes minimum.* Circa idem tempus alium invenit in Bibl. Carmel. Venetiis, cujus pars altera ſcripta erat A. 1397. altera A. . . . . . (*n*), in quinque pariter volumina diſtinctum, quorum initio hæc legebantur: *Incipit lectura ſuper Pſalterium, edita & compoſita per Fr. Michaelem de Ayguanis de Bononia S. Theol. Doctorem eximium Ord. Fratrum S. Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo.* Unumquodque volumen depictum in fronte gerebat Profeſſorem in Cathedrâ ſedentem, Carmelitico habitu indutum, cum Auditoribus infra Cathedram diverſimodè veſtitis; ad calcem verò, Autoris quoque nomen habebat notatum. Utrumque & Venetum & Bononienſe exemplar Venetorum Patriarchæ, & Bononienſi Archiepiſcopo fuit oblatum, qui viris idoneis curam demandarunt utriuſque conferendi cum Commentario *Lugduni* ſub nomine *Incogniti in Pſalmos* impreſſo. Quâ collatione factâ, cum hæc inter ſe congruere aſſertum eſt, virorum fide dignorum teſtimonio, de novâ hujus operis editione procurandâ actum fuit, juxta hæc exemplaria, aliaque authentica & vetuſta MSS, in variis Bononienſibus Bibliothecis (*o*) reperta, iiſdem inſcriptionibus notata. Hoc igitur examine inſtituto ſequentes prodierunt Editiones cum nomine genuini Autoris: *Venetiis* apud Joan. Guerilium, III vol. in 4. I. A. 1600. II & III A. 1602. *Pariſ.* 1616. II vol. fol. prout *Lugdun.* 1652 & 1673. Alias adducit *Le Long* ſup. cit. *Venetam* Ann. 1608. *Pariſ.*

(*c*) Malè legitur *Verone* apud *Niceronium* inf. cit. indeque in Diction. *Moreri* edit. Baſil. 1731 verb. *Anguanus*, ubi ſubnexo ejus Operum Catalogo, *hæc omnia non fuiſſe impreſſa* dicitur: attamen qui *Niceronium* legit, ex eo diſcit edita fuiſſe *Comment. in Pſalmos* & in *Sententias*.

(*d*) Vid. *Franc. Pagi* Breviar. geſtorum Pontif. Rom. *Tom. IV* pag. 273.

(*e*) Ita *Dan. a Virgine Maria* in Specul. Carmel. *Tom. II.* n. 3052. p. 854. & n. 3715. p. 1069. De eo item *Tom. I.* nu. 627. p. 143. *Coſim. Cudin.* in Comment. ad A. 1350. *Orlandi* Carmel. Bonon. *degli Scritt. Bologneſi* p. 212. edit. A. 1714. ubi eum à *Bonifacio IX* tum creatum fuiſſe Cardinalem tradit: quâ in re erraſſe non dubito: *Ayguanum* enim nuſquam alibi Cardinalibus annumeratum vidi.

(*f*) In his *Henr. Whartonus* in Append. ad Hiſt. Liter. *Guil. Cave*; & Cl. *Elias Du Pin* Bibl. Eccleſ. Sec. XIV. p. 88. in 4. aliique plures, *Trithemium* ſecuti de ſcript. *Eccleſ.* cap. 674. ſed qui graviter errat, dum *Ayguanum* A. 1416 obiiſſe vult ſub *Bonifacio IX* ſiquidem *Bonifacius* A. 1404 vitâ functus eſt. Ad eundem annum 1416. refert *Poſſevinus*, cui aſſentitur *Poſſevinus* in Appar. Sac. verb. *Michael Anguianus*. Ita & *Jac. Le Long* Bibl. Sac. p. m. 610. *Ant. Baldaſſarri* Vite di Perſonaggi illuſtri p. 293. *Poſſevinus* autem ejus quoque meminit verb. *Bernardus Angrianus* p. m. 214. prout *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ p. 307.

(*g*) In *Faſcic. temp.* ad A. 1414.

(*h*) Bibl. ſancta lib. 4. p. m. 279. ubi *Ayguanum* A. 1396. mortuum dicit, at certè fallitur, ut ex dictis liquet.

(*i*) Miror Cl. *Du Pin.* hoc opus inter Deperdita enumeraſſe in *Tab. Univ. Autor. Eccleſ.* Tom. II. p. 785. at *Venetam* editionem memorat *Tom. III.* p. 182. ubi perperam *Ayguanum* A. 1413 mortuum refert.

(*k*) Audiendus & *Aug. Calmet* in Diction. S. Script. p. 34. b. edit. Venetæ: *Ejus opus* (ſcil. in Pſalmos) *moralem potius quam literalem ſenſum complectitur, ſuam meretur laudem; ſtylo tamen eſt duro, Scholaſticorum more, quorum methodum imitatur.* Idem *Ayguanum* A. 1406 mortuum dicit, ſed perperam.

(*l*) Edit. *Lugd.* A. 1582 & 1603. adfert *Du Pinius* ſup. cit. aliique.

(*m*) De eo vid. ſup. p. 467. ubi ejus ætas ſupplenda, tum nobis ignota. Mirum quòd illius non meminerit *Franc. Ariſius* in Cremona Liter. de quo ſup. p. 541.

(*n*) Apud *Niceronium* annus notatur 1424. verùm erroneum hunc irrepſiſſe neceſſe eſt, quoniam *Ayguani* vitam nemo ultra annum 1416 protrahit: niſi dicas poſteriori manu ſcriptam fuiſſe hanc ejus operis partem.

(*o*) Alium Codicem MS. Bibl. S. Juſtinæ Patav. memorat *Thomaſinus* ſup. cit.

Pariſ 1613 (*p*) & 1616 (forſan pro 1626)

Porrò hæc ſi ita ſint, neſcio quibus argumentis innixus hoc opus *Ayguano* abjudicare voluit D. *Mich. Ximenez Barranco* Mauritenſis, Diſſertatione Latinâ cui tit. *Incognitus per ſe cognitus* &c. in 8. quâ oſtendere conatur, *Incognitum in Pſalmos* eſſe *Petrum Berchorium* Pictavienſem, Ord. S. Bened. qui A. 1362 obiit: *Barranco* aliam Diſſertationem oppoſuit *Joannes à S. Angelo*, quâ idem opus *Ayguano* reſtituit. Illius adverſarius reſpondit lib. cui tit. *Incognitus apertiùs cognitus*, ſeu *Petr.* BERCHORIUS *ſecundò aſſertus Autor Commentarii in Pſalmos*, Incogniti *nomine vulgati, contra primas à S. Angelo objectiones* 1722. in 8. Tandem A. 1728 idem *Barranco* controverſiæ finem ſe imponere credidit libello hujus tituli in 8 *Concluſio allegationis in lite ſuper certitudine Autoris* Incogniti *in Pſalmos*, *ſeu Supplementum duplicis Tractatûs pro* Petro Berchorio *vero Autore editi* (*q*).

OPERA Inedita:

3. *Ad Cardinalem* (*r*) *S. Mariæ trans Tyberim inſigne opus & præclarum de Conceptione S. Mariæ.* Quod his phraſibus ſimilibuſque eſſe refertum ait *Arnold. Boſtius* Carmelita: *Tota pulchra, tota formoſa eſt Maria, amica ſpiritûs almi, verbi divini Genitrix, Æterni Patris compatentalis, eundem cum eo filium habens; & macula originalis non eſt in eâ.*

4. *Lectura ſuper Michaam.* Citat *Ayguanus* in Pſal. LXVII. ℣. 8.

5. *Poſtilla ſuper Joannem.* Hanc citat in Pſal. LXXVI. ℣. 1. 13.

6. *Poſtilla in Apocalypſim.* Citantur in Pſ. LXXVII.

7. *Sermones Quadrageſimales.* Citantur eod. loco.

8. *Dictionarium Divinum.* Eſt Dictionarium Biblicum, in quo verba omnia explicantur, quæ citantur in Sacrâ Scripturâ, ſed literas tantùm A. B. C. complevit, morte enim præventus hic ſtetit. Eximium hoc opus, æquè ac quatuor proximè memorata MSS. ſervari dicuntur in Bibl. Carmel. Bonon. & Ferrar.

Alia item ſcripſiſſe dicitur, quorum ſolus forſan titulus ſupereſt:

9. *In Quatuor Evangeliſtas* (*s*).

10. *Lecturam in Pſalmos Pœnitentiales* in 8. quam *Genevæ* in Bibl. Carmel. extare ait *Le Long* ſup. cit. ſed legendum *Genuæ*.

11. *Quæſtiones Sententiarum* Lib. I.

12. *Tabulam Moralium S. Gregorii Papæ.*

13. *Tabulam Decreti* à Gratiano *compilati.*

14. *In Ethicam Ariſtotelis.*

15. *In Valerium Maximum.*

16. *Sermonum* Lib. 1.

De *Ayguano* præ cæteris accurata eſt notitia quam *Niceronus* Tomo V ſuorum Commentariorum inſeruit. *Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres*, Pariſ. 1728.

(*p*) *Lipen.* Bibl. Theol. II. 582.
(*q*) Ex *Diar. Trevolt.* Junii 1728. pag. 1118. ubi perperam *Ayguanus* vocatur *Aurnano*.
(*r*) Is fuit *Philippus de Alenſonio* Gallus, qui An. 1378. Cardinalis creatus purpuram ſimul ac vitam reliquit A. 1397. vir Eccleſiaſticis dignitatibus plurimum conſpicuus. De eo vid. *Morer.* Diction. verb. *Philippe* d'Alençon.
(*s*) Lud. Jacob *in Bibl. Carmel.* apud *Le Long* ſup. cit.

AYLESBURY (*Thomas*) Presbyter Anglus, SS. Theol. Baccalaureus. Hujus vidimus *Diatribas de æterno Divini beneplaciti circa Creaturas intellectuales Decreto, ubi Patrum conſulta, Scholaſticorum ſcita, & moderniorum placita ad S. Scripturæ amuſſim & Orthodoxæ Eccleſiæ tribunal deferuntur.* Cantabrig. 1659 in 4.

AYLETT (*Robertus*) Anglus, cujus habetur ex *Lipen.* Bibl. Theol. II. 797.

Suſanna or Arraignment of the 2 Elders, in Verſe. Lond. 1622. 8.

AYLEWORTH (*Guilielmus*) cujus alicubi memoratas vidi *Diſputationes Metaphyſicas ſeu Metaphyſicam Scholaſticam de Ente & Deo.* Duaci 1712. fol.

AYLIFFE (*J.*) Doctor Anglus, in lucem edidit *Londini* A. 1726. *Parergon Juris Canonici Anglicani.* Eſt Commentarius Anglicus in Canones & Conſtitutiones Eccleſiæ Anglicanæ, è Jure Civili & Canonico depromptus, atque etiam ex ſtatutis, & communibus hujus regni Legibus. * *Hiſt. Liter. de l'Europe* edit. Hagæ Com. *Jul.* 1726. p. 270.

AYLLON (*Franciſcus* de) Ord. Prædic. Hiſpanus, Provinciæque Hiſpaniæ alumnus, S. Theol. Magiſter, aliquando primariæ Cathedræ in Academiâ Compoſtellanâ Moderator, Magiſtri F. *Petri de Godoy* Oxomenſis (*a*) Epiſcopi amicus familiariſſimus & commenſalis, SCRIPSIT

Proœmium veluti *Apologeticum* ad propellendum à dicto *Petro de Godoy* plagium, ipſumque, ſi quod eſt, in *Jo. Bapt. Gonet* ejuſd. Ord. Biterrenſem, refundendum, qui (*Gonetus*) ex Tractatibus Theologicis MSS. prioris *Clypeum* ſuum *Thomiſticum* locupletavit ac roboravit, auctore quidem citato, ſed ut *Ayllonio* videtur, non quantùm juris erat & ingenuitatis, ſat laudato. Præfixum eſt initio Tom. III. in I Partem *S. Thomæ* præfati *Godoy*, Oxomi 1671. in fol. Hæc *Jac. Echard.* in Script. Ord. Præd. ad A. 1671. p. 638.

(*a*) *Oſma* urbs Epiſcopalis, Archiepiſcopatûs Toletani Suffraganea.

AYLMER (*a*) *Joannes*) Anglus, Epiſcopus Londinenſis, floruit Seculo XVI. Ex optimâ familiâ in Comitatu Norfolcienſi circa A. 1521 natus, & peragrato Cantabrigiæ ſtudiorum curriculo, domum *Henrici Grey* Ducis Suffolcienſis ingreſſus eſt, & in ea vices obiit Præceptoris *Joannæ Grey* (*b*) ipſius filiæ, quæ deinde poſt mortem EDUARDI IV, inaugurata fuit Ann. 1553. quamvis invita, Anglorum Regina. Porrò hæc nobiliſſ. Adoleſcentula tantùm in litteris profecit, ut linguæ Latinæ & Græcæ, tanti Magiſtri curâ non mediocrem ſanè ſibi compararet notitiam. Undè facilè *Demoſthenem Platonemve* intelligebat, tantâque legebat animi voluptate, audiebatque Noſtrum, ut venationem, & ſpectacula, aliaque hujus generis, Magnatibus aſſueta, oblectamenta ſperneret. Poſtea Noſter, cùm inter Eruditos non infimum obtinuiſſet locum, & Theologico potiſſimùm incubuiſſet ſtudio, aliquo temporis intervallo in Liceſtrienſi Provinciâ ſolus è Concionatoribus verba fecit ad hujus Regionis incolas, quos convertiſſe fertur. Eodem A. 1553. Stowienſis (vulgò *Stow*) in Lincolnienſi Comitatu) Archidiaconi dignitate inſignitus fuit, primo anno Reginæ MARIÆ Imperii Comitiis Cleri interfuit. Et in hâc quidem Synodo Noſter & alii quinque Theologi, quamvis centum circumvenirentur armatis, audacter publicam cum univerſis Angliæ Doctoribus propoſuerunt Diſputationem Scriptis *Theodoreti* utentes, Dogma Tranſubſtantiationis aggreſſi ſunt (*c*). Undè Noſter Archidiaconatu ſuo cedere, & ut perſecutionem vitaret, in Germaniam, cum aliis Theologis, & Laicis, ſe recipere fuit coactus. Argentinæ, & deindè Tiguri commorans, ſtudia continuavit, & Magiſtrum audivit Celeb. *Petrum Martyrem*, Adoleſcentes in Liberalibus Artibus docuit & in Religione educavit. Hinc Univerſitatum Italiæ & Germaniæ pleramque partem viſitans, cum pluribus Litteratis Viris conſuetudinem junxit. Jenenſis Profeſſor Hebraicus renunciatus fuiſſet, niſi in Angliam remeaſſet poſtquam Argentinæ Librum Anglico exaratum idiomate ty-

pis

(*a*) De eo *Morer.* Diction. Verbo *Almer.*
(*b*) De ea vide Diction. *Morer.* verb. Gray.
(*c*) Hæc Diſputatio reperitur in Actis & Monum. *Joan. Foxii*, editis A. 1684. in fol. 3 Tom.

pis excudi feciſſet, qua Opus Celeb. *Joan. Knoxii* Scoti perfugi refellebat (*d*), qui, ex Scripturæ Sacræ verbis, *fœminis regnare vetitum eſſe* contenderat. Paucis exindè diebus Noſter electus fuit cum ſeptem aliis Theologis, pro diſputatione ineunda Weſt-Monaſterii (vulgò *Weſtminſter*) cum totidem Catholicis Epiſcopis in præſentiâ plurium ſuperioris Ordinis Virorum, quam poſt primam vel ſecundam Collationem vitaverunt dicti Præſules. A. 1562. Lincolnienſi Archidiaconatû donatus, Celebri hujus ævi Synodo interfuit, in quâ Doctrina & Eccleſiæ Anglicanæ Diſciplina firmatæ ſunt. Aſſiduâ ſuâ in Lincolnio præſentia (ubi Pacis Judicis & Commiſſarii Eccleſiaſtici Vices implebat) Reginæ ELIZABETHÆ executione Eccleſiam Cathedralem, quæ, ex ipſiſſimis *Joan. Strype* verbis, *Avium immundarum erat Nidus*, accuratè mundavit, & tum Concionibus ſuis, tum Mandatorum Reginæ plenâ executione Reformationem in universâ Lincolnienſi Provinciâ firmavit. Indè A. 1573. Baccalaurei & Theologiæ Doctoris Gradum obtinuit, & triennio poſt Londinenſis Epiſcopus (tertius in Ordine) renunciatus, copioſo Auditorum numero & applauſu. In Cathedrali Eccleſiâ frequentiſſimas habuit Conciones. De quo hoc ſingulare refertur, quod cùm quadam die Auditores ſuos minus attentos vidiſſet, verba Concionis relinquens, Biblia Hebraica non ſine, ex rei novitate ſuſcitatâ populi attentione, legere incœpit. Tum Noſter reſumpſit Concionem, poſtquam auditores compellaſſet ſequentibus verbis: » Oh quanta in vobis elucet » ſapientia! Cùm nullum ex verbis meis intelligere » poteſtis, aſſiduam mihi præbetis attentionem, & » cùm vernaculâ linguâ, ea quæ ad animarum veſtra» rum ſalutem potiſſimùm attinent, vobis nuntio, » ſoporati eſtis. »

Vix Epiſcopalis Dignitatis munia obtinuerat, cùm Doctrinam & Eccleſiæ Anglicanæ Diſciplinam conſervare ſollicitè ſtuduit, unde non mediocre Catholicorum, Nonconformiſtarumve odium ſibi comparavit. Ordines ſacros nonniſi probè inſtructis conferre ſolit, plerique enim (teſte *Joanne Strype*) antiqui Parochi ſeu Curati magis ad pulſationem Tympani vel Tibicinæ cantum, quàm ad verbi Divini prædicationem videbantur idonei. Obiit A. 1594 ætat. 73.

Ex ejus Hiſtoria Anglicè ſcriptâ (*e*) per *Joannem Strype* Artium Magiſtrum, apud D. *Mich. de la Roche* inf. cit. (*f*)

(*d*) Huic Operi titulus: *A Blaſt againſt the Government of Women.*
(*e*) Prodiit *Londini* 1701. in 8.
(*f*) *Memoires Litter. de la Gr. Bretagne* A. 1724. Tom. XVI. pag. 517-531.

AYLON (*Ludov.* de) Hiſpanus, cujus meminit *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p. m.* 620. ut qui ſcripſerit *Elucubrationes Biblicas literales, morales & Theologicas*, fol. *Londini* 1675. & *Hiſpali* 1676 editas.

AYMERICUS *Placentinus*. Vid. verb. AIMERICUS p. 173. Hunc prid. Non. Jul. A. 1322 mortuum perperam ſcribit *Alph. Ciaconius* Bibl. ſuæ *p.* 52. nec primum omnium per Capita diſtinxiſſe *S. Auguſtini* opus *de Civitate Dei*; id enim, ut diximus, ante illum fecit *Rob. Kilwardby*. Vid. ſup. *p.* 767. n.

AYMERICUS *de Peyraco*. Vid. PAYRACO.

AYMO natione Gallus, patriâ *de Landacob* in Britanniâ minori, Ord. Ciſterc. Monachus Cœnobii Savigniacenſis (*a*), vir, (teſte *Seguino* lib. 3. c. 67. *de Viris illuſtr. Ord. Ciſt.*) ſcientiâ Scripturarum celebris, & vitæ converſatione ſanctiſſimus. Plura ſcripſit præclara opera, quæ XII voluminibus digeſta, in Savigniaco aſſervari dicunt. Vid. *Angel. Manriquez* Annal. Ciſt. Tom II. ad A. 1148. cap. 7, n. 6 & 7. ubi refert illum obiiſſe anno 1174 (*b*).

Neſcio an is ſit *Haimo*, cujus duæ ad *S. Bernardum* Claræ-vallenſem habentur Epiſtolæ, ordine 432 & 433. in edit. Pariſ. 1690. ſecundis curis Cl. *Joan. Mabillonii*. Hunc porrò *Haimonem* Archidiaconum *de Châlons* vocat *Ell. Du Pin* (*c*), an Catalaunenſem in Campaniâ, an Cabilonenſem in Burgundiâ, non addit.

Plures alii ſunt hujus nominis Autores, de quibus dicemus verb. BONJOANNIS & HAYMO. Id modò hus monitum velim, *Ama* de quo nos ſup. *p.* 397. ex *Jac. Le Long* Bibl. Sac. *p.* m. 607. eundem eſſe cum *Haymone* Monacho Fuldenſi, deinde Abbate Hersfeldenſi, ac demum Halberſtadienſi Epiſcopo, qui medio circiter Sec. IX claruit.

[*a*] *Cœnobium* Diœceſis Abrincenſis in Normannia; alia enim eſt ejuſdem nominis Abbatia Ord. S. Benedicti, in diœceſi Lugdunenſi, ut rectè monet Diction. *Morer.* verb. *Aimon*.

[*b*] Hæc *Car. Viſchius* Bibl. Script. Ciſt. p. 12. edit. A. 1656.
[*c*] *Bibl. Eccleſ.* Sec. XII. pag. 78. in 4.

AYMON (*Joannes*) Theologiæ Doctor & Juriſconſultus, natione Gallus, patriâ Lugdunenſis, natus eſt A. 1651. patre *Henrico Aymonio Publicio*, matre *Joannâ Arthand* quæ avunculum habuit illius urbis Conſulem, ſive, ut vocant, Scabinum, (vulgò *Echevin*). *Aymo* ille *Publicius* originem ducebat ex nobili familiâ *de Saviliano* & *de Geniola* in Pedemontio; cujus ex poſteris unus in Gallias venit anno 1548. qui Volumen de Conſuetudinibus Arverniæ in *fol.* edidit aliaque Opera (*a*) quæ in Parlamento Pariſienſi fuêre approbata. Senatus enim ille tum temporis iſtiuſmodi Privilegia concedendi facultatem habebat. Alius ejuſdem familiæ Jurium Doctor *Conſilia mille Juridica*, quæ ipſe variis Principibus aliiſque Europæ Magnatibus ſcripto dederat, in lucem emiſit *Francof.* 1611. fol. cum Privilegio Imperatoris *Rudolphi II.* duobus Tomis complexa.

Alia item in plurium Bibliothecarum Catalogis reperiuntur doctorum hujus familiæ virorum Opera. Sed ad *Joannem* noſtrum redimus. Is Theologiæ & Canoniſtæ munere functus apud *Innocentium* Papam *XI*, Juriumque Doctor renunciatus, cum Diplomate Protonotarii Apoſtolici, Supremi Senatûs Gratianopolitani Decreto d. 30 Julii A. 1687 Actis mandato, Reformatæ Religionis causâ apud Batavos ſeceſſit, quam ſecurè profitetur ſub auſpiciis Illuſtrium Hollandiæ Ordinum, qui annuâ penſione illum donarunt ab anno 1700. Ibi tum in elucubrandis, cum in vertendis plurimis Operibus MSS. Anecdotis pro rebus Religionis non ſecus ac Politicis magni momenti, aſſiduè invigilavit, ut liquet ex ſubſequenti Catalogo qui reperitur in Diario Gallico cui tit. *L'Europe Savante* Tom. IX. p. 183. &c.

SCRIPTA Gallica:

1. *Metamorphoſes de la Religion Romaine, qui ont donné lieu à pluſieurs Queſtions agitées dans une Lettre envoyée au Cardinal Le Camus par le Sr Aymon* &c. Hagæ Comitum 1700 in 12. h. e. *Metamorphoſes Eccleſiæ Romanæ, quæ occaſionem præbuerunt plurimis Quæſtionibus in Epiſtolâ ad Cardinalem* Le Camus (Gratianopolitanum tunc temporis Epiſcopum) a D. *Aymonio miſſâ agitatis.* Laudat hunc librum Cl. *Jac. Bernardus*

(*a*) Ejuſdem Autoris hæc vidimus ſic inſcripta: *Aymonis Cravettæ à Saviliano, ex Geniolæ Dominis, & Juriſconſultorum archipræfecti* Reſponſum pro Genuo &c. editum in Ducali Typographiâ Montis Regalis (vulgò *Mondovi* in Pedemontio) A. 1564. in 4. *Conſiliarium* in illud Reſponſum, *ibid.* eod. anno excuſum, in cujus titulo autor vocatur *Juriſconſultorum citra controverſiam Antiſtes.* Neſcio an idem ille ſit *Aymon Cravetta, Juriſconſ. Eminentiſſ. in Fer-rarienſi, Ticinenſi, Monteregalenſi, ac poſtremò in Taurinenſi Gymnaſio Anteceſſor primarius*, hic e veſpertinis *Jura publicè profitens*, cujus extant *In primam & Secundam ff. Novi Repetitæ Prælectiones*, ſive *Repetitiones acutiſſimæ & ſubtiliſſimæ*, quæ in lucem edita ſunt Auguſtæ Taurin. apud J. Dominic. Tarinum 1606. fol. Plura recenſet *Lipen.* in Bibl. Jurid.

nardus inf. cit. (*b*). Videtur, inquit *p.* 679. D. *Aymonius* vir multæ lectionis, Eccleſiæ quam reliquit Dogmata & Cærimonias apprimè noſſe, deque illius, quam nunc profitetur, veritate ex animo perſuaſiſſimus: neque modò Theologum aſſe addit, ſed & Mathematicum, quod teſtantur aliquot ejus lucubrationes de quibus hic tacemus.

2. *Lettres addreſſées à tous les Archiprêtres de France, & à l'Abbé Bidal* (c), *avec ſes Reponſes, au ſujet d'un Projet de Reunion des Proteſtans avec les Catholiques Romains, mis en deliberation à la Cour de France & à celle de Rome*: i. e. Epiſtolæ directæ ad omnes Archipresbyteros Galliæ, & Abbatem *Bidal* unà cum ejus Reſponſis, circa conſilium de reconciliatione Proteſtantium cum Pontificiis, in Curiâ Galliæ & Romanâ propoſitum. A. 1704. in 12 editæ ſunt.

3. *Tableau de la Cour de Rome*: Curiæ Romanæ deſcriptio. *Haga-Com.* 1707. in 8.

4. *Lettre Apologetique addreſſée à un Theologien Anonyme touchant divers Ecrits que le dit Sr Aymon doit encore faire imprimer.* Epiſtola Apologetica ad Theologum Anonymum de variis Scriptis quæ D. *Aymonius* editurus eſt, A 1707. in 4 impreſſa.

5. *Monumens Authentiques de la Religion des Grecs, & de la fauſſeté de pluſieurs Confeſſions de Foi des Chrêtiens Orientaux* &c. i. e. Monumenta authentica Religionis Græcorum, & falſitatis plurium Fidei Confeſſionum Chriſtianorum Orientalium, adverſus Theologos Reformatos à Præſulibus Galliæ, & Portûs Regii Doctoribus in celebri Opere de Perpetuitate Fidei Eccleſiæ Catholicæ productarum. Omnia juridicis argumentis demonſtrata, ex MSS. Autographis Concilii Hieroſolymitani (A. 1672 convocati) duarumque Synodorum Græcarum (*d*) depromptis; adjectâ eorundem Verſione Gallicâ, plurimiſque Epiſtolis autographis Anedotis quæ variis linguis ſcriptæ ſunt, prætereaque Commentariis arcanis Legatorum Chriſtianorum ad Turcas, curioſiſſimis item Nunciorum Apoſtolicorum in Orientem Relationibus, aliiſque variis Monumentis maximè authenticis, quæ inſerviunt deſtruendis pluſquàm quingentis falſis teſtimoniis in controverſiis Cleri Gallicani contra Reformatos adhibitis; præcipuorum dogmatum, quæ adverſus Romanam Eccleſiam Proteſtantes tuentur, veritati ſtabiliendæ; quodque ipſis cum fide Græcorum non Latinorum (*non Latiniſez*) conſentaneum ſit, demonſtrando Hic titulus operis, quod *Haga-Comitum* excudit Carolus Delo A 1708. in 4. Ejus excerpta legi poſſunt in Ephemeridibus inf cit. (*e*).

6. *Tous les Synodes Nationaux des Egliſes Reformées de France, auxquels on a joint des Mandemens Roiaux, & pluſieurs Lettres Politiques, ſur ces Matiéres Synodales* &c. » Acta Eccleſiaſtica & Civilia omnium Synodorum Nationalium ab Eccleſiis Galliæ Reformatis habitarum. Adjecta ſont Regia mandata, plurimæque de his Synodalibus materiis Epiſtolæ Politicæ inſcriptæ: Doctrina, Cultus, Moralis, Diſciplina, Caſus Conſcientiæ, Errores, Impietates, Vitia, Perturbationes, Apoſtaſiæ, Cenſuræ, Suſpenſiones, Anathemata, Querimoniæ, Appellationes, Concertationes, Actiones, Decreta, & Judicia Decretoria, quæ ſpectant ad Edicta Pacificationis, eorumque Infractiones, Arces (*Places de ſeureté*) & earum Gubernatores, Judiciales Cameras, & earum Conſiliarios, æquali utriuſque Religionis numero aſſumptos (*les Chambres mi-parties,*) Conventus Politicos, eorumque Privilegia, Univerſitates & earum Profeſſores, Collegia & eorum Regentes, Eccleſias & earum Paſtores, Conſiſtoria & eorum Membra, Colloquia & eorum Partitiones (*Departemens*), Synodos & earum Moderatores, Adjunctos, Commiſſarios, Deputatos & Secretarios, à quibus hæc Acta fuerunt approbata. » Opus editum fuit *Haga-Com.* 1710 in 4. II vol. In quo ſane quam plurima, (judice Cl. Viro D. *Bernarde* inf. cit. *p* 85), curioſa continentur, iſque inprimis omninò lectu neceſſaria, qui Hiſtoriam, Diſciplinam, præcipuaque Eccleſiarum Galliæ Reformatarum placita noſſe cupiunt. Excerpta prolixa reperies in variis Ephemeridibus (*f*).

Præmiſit huic Operi Cl *Aymonius* Epiſtolas L. Italico idiomate ſcriptas (quibus adjunxit verſionem Gallicam) à Cardinali *Proſpero de S Cruce* Pii IV. P. M. ad Catharinam Mediceam Nuntio, ad Card. *Borromæum* à d. 16 Oct. A. 1561 uſque ad d. 16 Sept. A. 1565. Hiſce in Epiſtolis deſcribitur ſtatus Religionis Reformatæ, qui per illos annos fuit in Gallia: adeoque hinc multa depromi queunt ad Hiſtoriam illorum temporum illuſtrandam Porrò eaſdem illas eſſe arbitror, quas Autor ipſe in Memorialibus MSS inſcribit: *Lettres Anecdotes du Cardinal de Ste Croix, au ſujet de ce qui ſe paſſoit en France, lorſque les premiere fondemens de la Reformation commençoient à ſ'y établir, parmi divers tumultes*, Ital. & Gall. 1719. in 4.

7. *Maximes Politiques du Pape Paul III touchant ſes demelez avec l'Empereur Charles V au ſujet du Concile de Trente* &c Placita Politica Papæ *Pauli III* de ſuis cum Imperatore *Carolo V* quod ad Concilium Tridentinum attinet, contentionibus: deprompta ex Epiſtolis Anecdotis D. *Hurtado de Mendoza* Imperatoris ad Papam Legati, Hiſpanico & Gallico ſermone à D. *Aymonio* vulgata. Accedit comparatio inter dictum Pontificem & *Clementem XI.* circa diverſas hodierni temporis materias, cum Conſiderationibus criticis D *de Gueudeville* (*g*) acumine & libertate jucundis. *Haga Com.* apud Scheurleer 1716. in 12.

8. *Lettres Anecdotes & Memoires Hiſtoriques du Nonce Viſconti, Cardinal préconiſé, & Miniſtre ſecret de Pie IV & de ſes Creatures, au ſujet de ſes Negociations & des Intrigues ſecrettes des Prelats Deputez au Concile de Trente* Epiſtolæ Anecdotæ & Commentarii Hiſtorici Nuncii *Caroli Viſconti* Vintimilienſis Epiſcopi, de negotiis ab ipſo geſtis, deque occultis artibus Prælatorum qui Tridentino Concilio adfuerunt. *Amſtled.* 1719 apud Werſtenios, II Tom. in 8. Ital & Gall. Harum Epiſtolarum excerpta dedit Cl. *Joan. Clericus* (h).

9. *Lettres Hiſtoriques, contenant ce qui s'eſt paſſé de plus important en Europe depuis l'an 1712 juſqu'en 1718. avec des Reflexions Politiques ſur diverſes matieres*, Tomis XII. in 12.

10 *Memoires & Negociations de divers Ambaſſadeurs* ab A. 1709. ad 1719. Tomi VII. in 12. Anonymi.

11. *Nouvelle methode pour l'étude du Droit Civil & Canonique* An. 1719 in 12. Lat. & Gall. Nova methodus ad ſtudium Juris Civilis & Canonici, ſuppreſſo quoque nomine edita.

12. Nova aliquot Inventa Phyſica & Mathematica in Diariis Litterariis inſerta ad hunc uſque annum 1734. quo etiamnum vegetus vivit Vir Cl. *Aymonius*, ætatis annum agans 73. Vivit, inquam,

(b) *Nouv. de la Rep. des Lettres* Dec. 1700. p. 677.
(c) An ſit ille *Joſephus Bidal* Abbas d'*Arſeld* mihi non ſatis conſtat.
(d) Synodus nimirum CPolitana ſub *Cyrillo* Berrhœenſi A. 1639. & Moldavienſis ſub *Parthenio* Patriarchâ A. 1642. habita.
(e) *Nouv. de la Rep. des Lettres* Aug. 1708. p. 203-217. *Hiſt. des ouvr. des Sçav.* Nov. ejuſd. anni p. 497-516. *Acta Erud.* Lipſ. Nov. 1709. p. 497-503.

(f) Jac Bernard *Nouv. de la Rep. des Lettres* Jul. 1710. pag. 57-85. Joan. Clerici *Bibl. Choiſie* Tom. XXI. Part. II. p. 377-424. *Acta Erud.* Lipſ *Suppl.* Tom. V pag. 375-383.
(g) Vid. *Journ. Litter.* A 1716 Tom VIII. p. 238. 239.
(h) *Bibl. Anc. & Mod.* Tom. XI p. 127-154.

quam, apud Hagienſes, ubi Verbi Divini Miniſterio non ſine laude fungitur in eo nunc occupatus, ut egregium perficiat librum cui tit. *L'Art de parler & de ſe taire convenablement ſur les matiéres de Religion & les Affaires d'Etat, ſelon les differens charactéres des Savans, des Politiques & des Ignorans*: ſive *Ars opportunè loquendi & tacendi in materiis Religionis, & rebus Politicis, juxta diverſos Doctorum, Politicorum & Indoctorum characteres.* Non admodum abſimilis argumenti videtur liber quem edidit Abbas *Monet* Gratianopoli apud Ribou A. 1728. in 8. hoc tit. *Maximes propres à regler le Silence & les Diſcours de toutes ſortes de Perſonnes en matiére de Religion*: cujus cum elogio meminit Vir de Republica Literariâ benemeritus D *Armandus de la Chapelle* (i), qui impreſſum ab ipſo *Aymonio* de rebus ſuis Commentarium ad nos perhumaniter tranſmiſit ſub finem menſis Martii hujus anni 1734. Præter illa verò quæ jam memorata ſunt, docent *Acta Erud.* Lipſ A. 1713 p 46 *Aymonium* noſtrum integram editionem meditatum fuiſſe MS^ti quod ipſe aſſervabat; quodque penes ipſos Jeſuitas Pariſienſes & Antverpienſes fuerat, ſed qui *partem ejus mutilam ediderunt* Pariſ. 1687. fol. (k) Inſcribitur autem hoc opus: *Obſervatio circa Scientiam univerſalem Sinenſium, in libro* Confucii, *in charta Sinenſi duobus ſpiſſis majoris formæ voluminibus ſcripto, exhibitam.*

(i) *Bibl. Raiſonnée* Tom. I. p. 88.
(k) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A 1688. p. 254. &c.

AYROLI (*Jacobus Maria*) Italus, Soc. Jeſu in Collegio Jeſuitarum Romano, linguarum Orientalium Profeſſor, claruit hoc Seculo XVIII.

SCRIPTA:

1. *Diſſertatio Biblica in quâ Scripturæ Textus aliquot inſigniores adhibitis Linguâ Hebraicâ, Syriacâ, Chaldaicâ, Arabicâ, Græcâ, & Latinâ, dilucidantur.* Romæ 1704. 4. (a).

2. *De Præſtantiâ Linguæ Sanctæ Oratio.* Ibid. 1705. 4 (b).

3. *Synopſis Diſſertationis Biblicæ in LXX. Danielis Hebdomadas* Clementi XI P. M. dicatæ. Ibid. apud Georg. Blachi, 1705 (c).

4. *Grammaticam Hebraicam P. Eduardi Slaughteri Angli & Soc. Jeſu* Amſtelodami *editam an.* 1699. accuratiorem & præſtantiorem Typis mandari fecit Romæ 1706 (d).

5. *Oratio* de ſup. dict. LXX *Danielis Hebdom.* cujus ſatis longam Analyſin videre eſt in *Diar. Trevoltian.* (e) Hanc 15. Septemb. an. 1712. habuit in dicto Collegio, ſummo tum plauſu Magnatum, & populi concurſu, quam præceſſit docta Collectio Eruditorum aliquorum ad ediſcendam Linguam Hebraicam congregatorum ſub nomine Academiæ Hebraicæ in hoc-ce Gymnaſio, curâ & labore Authoris noſtri. Prodiit in lucem laudata Oratio fuſiùs & ſub hoc titulo:

Liber 70 Hebdomadum reſignatus, ſeu Danielis (Cap. IX) *Vaticinium celeberrimum, ex vulgata editione & Hebraico Textu enodatum, & illuſtratum.* Ibid. 1714. Apud Georg Blachi. 4. (f) » Ex quo Opuſculo, aiunt authores *Act. Erudit* Lipſ (g) » præclara atque ſingularis Authoris noſtri non tan» tum in Philologicis, ſed & Chronologicis ac Hi-» ſtoricis doctrina apparet, quæ cujuſvis cupiditatem » accendit, eandem materiam uberiùs diductam & » ab adverſariorum technis liberatam in opere ipſius » quadripertito, cui hæc reſervavit, conſpiciendi, » quo ut propediem feliciter abſolvat, magnoque » eruditi & Chriſtiani orbis emolumento edat, eni» xè optamus.

6 *Explicatio primi verſiculi Cap. 12. Lib. 1. Regum* (h)

[a] *Diar. Trevolt.* Nov. 1705. p. 1842. ubi refertur prolixa analyſis. & *Le Long* Bibl. Sacr. pag. 620.
[b] *Diar. Trevolt.* ſup. cit p. 1840. ubi invenies analyſim hujus Orationis.
[c] Ibid. An. 1706. pag 330.
[d] Ibid. pag 1805.
[e] Febr. 1713 p. 296. *Giorn. de' Letterati* Tom. XI. p. 416. *Diar. Erud.* Pariſ. Tom. IV pag 93.
[f] *Diar. Venet.* Tom. XIX. pag. 306.
[g] An. 1717. pag. 428.
[h] Extat in *Diar. Trevolt.* An. 1727. pag. 1269.

AYTO. Vid. ATTO p. 698. item verb. HATTO & HAYTO.

AZAGRA (*Antonius Martinez* de) Sacerdos Eccleſiæ Calagurritanæ (vulgò *Calahorra* in Caſtellâ veteri) Theologuſque, SCRIPSIT teſte *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.

Camino a la anima, y comunion con Dios, recogida de diverſos Autores de la Compania de I. H. S. Compluti 1630. in 8.

AZARIA (R *Samuel* ben) Iſmaelita, Ex-Judæus, Librum contra Judæos ſcripſit, indito nomine *Aphcham al Jehud*, denigratio ſuper Judam. *Juchaſin* p. 149. b. apud *Bartolocc.* Bibl. Rebb. *P. IV. p.* 401.

R. AZARIAS Abu *Samuel* Librum ſcripſit *de Præceptis Legis & anno Judaico*, Arabicè MS. inter Codd Huntington. a. 298. teſte Cl. *Joan. Chriſt. Wolfio* Bibl. Hebr. *T. I. p.* 945.

R. AZARIAS Ben *Ephraim* PIGO vel *Pigio*, vixit medio Sec. XVII. & Concionatorem egit Venetiis, SCRIPSITque

1. *Sepher binah laettim*, i. e. *Librum intelligentiæ temporum* ex I. Chron. XII 32. Sunt LXXII. Conciones in Feſta, aliaque argumenta, v. g. VII. ſub initium novi anni VI. de pœnitentiâ, III. in Feſtum Tabernaculorum, aliæ de Circumciſione, luctu &c *Venet.* A 5408 C. 1648. f.

2. *Ghedulè Therumà* i. e. *Magnificentia oblationis*, ſeu *Oblatio magnifica*. Commentarius eſt diffuſus in R. *Baruch Garmiſenſis* Librum *Therumoth* R. *Schemuel* Venet A. 403. C. 1643. non 413. C. 1653. ut ait *Bartoloccius* P. IV. p. 284. *Wolfius* ubi ſup.

AZARIAS *de Hadomim*, i. e. *de Rubeis.* De eo vid. ſup. p 630. Adde *Bartolocc.* P. IV n. 1314 & *Morer.* Diction. Hujus autem Rabbini opus cui tit. *Meor Enajim* excuſum eſt *Mantuæ* A. M 5334. non 394. ut diximus.

R. AZARIEL *Aà Aazari*, Judæus in Agriâ urbe Hungariæ natus, claruit Seculo XV. & ſcripſit

Aliquot *Laudes & Cantica quolibet die canenda.* Reperiuntur MS. in fine Libri *Pſalmorum* in pergameno in Bibliothecâ Vaticanâ. Scriptus eſt hic Codex an. C. 1420. ut notatur ſub n. 27. * *Bartolocc.* Bibliot. Rabbin. Tom. IV. p. 284. n. 1364.

R. AZARIEL ſeu ASARIEL Ben *Menachem* Cabbaliſta, Scripſit

Sepher hammillouim *Librum impletionum*, argum. Cabbaliſtici, qui allegatur in calce Libri *Jezira* edit. Mantuanæ.

Forte ab eo non diverſus R. AZARIAS Cabbaliſta Catalanus, qui ſcripſit *Comment. in Legem*, MS. Romæ in Vatic. De eo *Bartolocc.* P. IV. p. 284.

R. AZARIEL filius *Moſis*, Archi-Synagogus Tarnegrodenſis, Levita, Germanus, SCRIPSIT

Librum hereditatis Aſarielis, id eſt, Conciones allegoricas in Pentat. ex *Gemara*, *Toſephoth* & *Medraſchim*. Francof. ad Viadrum Ann. 451. C. 1691. 4. curâ *Simſonis* fil. *Chajim*. Sunt & alii ejuſdem nominis, à *Wolfio* ſup. cit. laudati, ut R. *Azariel Hakkohen*

cui

cui *Bartolocc.* P. IV. pag. 285. tribuit librum ſub titulo *Aarugàth babbòſem*, i. e. *Areola Aromatu* ex Cantic. V. 13. quem ait eſſe *Grammaticum*, cui nditus ſit Tractatus de accentibus & punctis, nec minus *Hymnos* & *Cantica*, quæ 10 feſtis à Judæis Germanis cantantur, MS. in Vatic. At *Wolfius* putat hunc Auctorem non *Aſariel*, ſed *Hakkalir* vocandum eſſe, & librum hunc non eſſe Grammaticum, ſed Poëticum, qui meris Hymnis & Canticis inter Judæos Germanos receptis conſtet. Cauſam erroris à *Bartoloccio* commiſſi notat, quòd ſcilicet ejuſdem tituli liber, iſque Grammaticus à *Samuele Arkevolti* exaratus ſit, de quo vid. ſup. p. 566.

AZARO (*Antonius* de) Italus, Parmenſis, Ord. Prædic. claruit ſub initium Sec. XIV. Inter Sacri verbi Oratores illoſtres laudatur à *Leandro Alberto*, diciturque optimus Concionator. Annum quidem quo floruerit, non addit, ſed ſuo more ſatis indicat, eum cum *Joanne à S. Geminiano* ajuſd Ord. (qui circa An. 1314 florebat) collocans. *Luſitanus* refert ad An. 1515, ſed fallitur, nec rectiùs *Altamura* ad 1404. *Rovetta* verò propiùs ad 1303. *Leander* autem eum profert,

Sermones Morales ſuper Evangelia portantem. Duplex prodiit editio: In hoc tit. *Incipit poſtilla notabilis* F. Antonii de Parma *ſuper Evangelia Dominicalia quæ leguntur per circulum anni.* Coloniæ 1482. fol. Altera ſub titulo *Medulla Sermonum recognita & emendata per* FF. Joannem Lancelli & Joan Nocart *ejuſd. Ord.* (a) Pariſ. apod Regn. Chaudiera 1515. in 8. Inde forſan *Luſitanus* hallucinatus ex hujus editionis anno ætatem Auctoris ſuſpicatus eſt.

Extat horum Sermonum Codex MS. Venetiis ad SS. Joan. & Paulum teſte *Jac. Phil. Tomaſino* in ſuis Bibl. Venet. Titulus: *F. Antonii Parmenſis Ord. Præd. Sermones.* Tria alia exempla MS. ſe vidiſſe teſtatur *Petrus de Alva* Sol. Verit. *Rad.* 336. *col.* 1144. Primum Coloniæ apud Prædicatores. Alterum Patavii apud Erem. Auguſtin. Sed cujus initium eſſe ait: *Ecce rex tuus* &c. Editi verò incipiunt: *Cùm appropinquaſſet Jeſus Hieroſolymam* &c. Recenſentur etiam à *Tomaſino* in Bibl. Patav. *Sermones Quadrageſimales F. Antonii Parmenſis Ord. Præd.* in 8. membr. Tertium vidit *Alva* Auguſtæ Vindel. ad S. Walderici. Quoad omnia alia impreſſa, conveniunt cum MS A *Bandello* & ſequacibus citantur hi Sermones, nec falsò citatos arguit *Alva*.

Alia ipſi opera tribuunt *Luſitanus*, *Altamura* & *Rovetta*, ſed falluntur: perperam enim dant illi quæ, ſi cautiùs *Leandrum* legiſſent, ab eo vidiſſent *Hieronymo Foroliviensi*, ejoſdem cum *Azario* ætatis, aſſeri, de qoo continenter agit.

Verùm hic quibuſdam difficultatibus obviam eundum. Primam ſubminiſtrat *Leander*, qui duos ejuſdem nominis videtur diſtinguere. Nam præter hunc *Azarium*, alterum ſuperiùs inter illuſtres ſolvendis Theologalibus nodis ſic laudaverat: *Nota* &c. *Antonium Parmenſem, virum rarum, prudentem, ſolertem & literatum*; cùmque collocet inter F. *Jacobum de Regno* generalem ſub *Eugenio IV* Ordinis Procuratorem, & F. *Joan. Capreolum* Ann. 1415 jam clarum, videtur hunc *Parmenſem* ad eadem tempora revocare, & ab *Azario*, quem centum circiter annis antiquiorem exhibet, ſecernere. Utut ſit, (doos enim ejuſdem nominis *Parmenſes* variis temporibus, imò iiſdem claruiſſe, nihil prohibet) cùm ſoli *Azario* tribuat opera *Leander*, nulla verò alteri *Parmenſi*, nec iſte *Echardo* viſus eſt Scriptoribus ſuis annumerandus, licèt *Luſitanus*, & eum excipientes, *Pius*, *Fernandez*, *Altamura* ad 1314 & 1404. duos diſtinguant, quibus eadem opera aſſerunt, & liberalior aliis *Rovetta*, quatuor exhibeat, ſed operibus indiſtinctos, ad 1303, 1317, 1403, 1516. Id unum ex his concludas, non uſquequaque certam eſſe hujus *Azarii* ætatem, niſi quid accuratius ex ſuis antiquis monumentis proferant Parmenſes.

Altera major difficultas eſt: nimirum fuit quidam, ut volunt, F. *Antonius de Parma* Camaldolenſis Ordinis Prior Generalis, quem & Concilio Conſtantienſi A. 1414. congregato adfuiſſe narrant, de quo ſic *Leand. Albertus* Deſcriz. d'Italia fol. 301. b. in Bojis, ubi de Parma: *Uſcirono quindi altreſi* &c. *Antonio Camaldulese ornato di lettere Greche e Latine, ſi come fece prova, nel Concilio di Coſtanza.* Idem habent *Trithemius* (b) & *Jac. Philippus* Bergomenſis (c): ſed & F. *Auguſtinus Florentinus*, cognomine *Fortunius*, Monachus Camald. *Hiſt. Camald.* lib. 2. c. 64. pag. 237. edit. A. 1575. *Antonium* ſcribens ab anno 1410. circiter ad 1419. Ordini præfuiſſe, exindeque poſtea Epiſcopum Ferrarienſem aſſumptum. Qui verò *Sermones* ſub nomine *Azarii* Dominicani fuerunt editi, eoſdem Camaldulenſi aſſeront. Sic enim *Trithemius* jam cit. *Antonius de Parma Ord. Camaldulenſium Prior Generalis* ſcripſit *Sermones de Tempore, de Sanctis, & per Quadrageſimam.* Pr. *Cùm appropinquaſſet* &c. Excipiunt *Bergomenſis*, *Cont. Geſnerus* (d) & *Auguſtinus* Florentinus ſup. cit. *Joſias Simlerus*, *Guil. Eiſengreinius*, *Ant. Poſſevinus* (e), ac tandem Cl. *Petrus Lambecius* de Bibl. Cæſar. Vindob. *Tom. II. pag.* 775. *num.* 36. à quibus omnibus ita *Azarius* Dominicanus eſt omiſſus, quaſi nullus fuerit (*f*).

Tantorum Virorum auctoritate preſſus *Echardus* (g), aliqoantulum ſe dubium hæſiſſe fatetur, ſed re penitiùs inſpectâ, hæc Lectorem monenda ipſi viſa ſunt. Primò hujus *Antonii* Camaldulenſis incertam eſſe omninò famam; quod enim narrat *Auguſtinus* Florent. ad Sedem Ferrarienſem fuiſſe promotum, falſum evinci à *Ferd. Ughello*, in Ital. Sac. qui *Petrum Bojardum* præſtat ab Ann. 1401. ibi ſediſſe ad 1431. quo abdicatâ dignitate ſucceſſorem nactus eſt B. *Joannem de Toſſiniano*, qui ſedit ad Ann. 1446. Hanc immediatam ſucceſſionem probac *Ughellus* Diplomate Pontificio *Eugenii IV.* VI Kal. Nov. An. 1431 dato; ita ut nullus ſit Camaldulenſi locus. Præterea quod dicunt, iſtum Concilio Conſtantienſi adfuiſſe, in eoque tum Græcè tum Latinè peritum multum claruiſſe, non eſſe extra dubium ait *Echardus*, cùm in Indice ſat accurato tot Abbatum, ac omnium Congregationum Religioſarum Præfectorum generalium, qoi huic Concilio adſtiterunt, nulla ſit ejus mentio (*h*). Unde ſuſpicatur *Leand. Albertum*, cujus teſtimonio innixi id alii aſſerunt, forſan ſcripſiſſe *Antonium* pro *Ambroſio Camaldulenſi*

[a] Uterque Flander, & profeſſione Inſulenſis; prior quidem *Lancelli* vulgò *Lanceau* Pariſiis obiit An. 1534. d. 9 Jan. de quo *Echardus* Tom. II. pag. 90. de altero (*Nockartum* dico) loquitur ad An. 1540. p. 108.

[b] *De Script. Eccleſ.* cap. 747. ad A. 1430.

[c] Ita ille in Supplem. Chron. ad a. 1415. p. 363 apud Fr. *Dion. Camuſat* in Obſerv. ad Bibl. *Alph. Ciaconii* pag 867. *Antonius de Parma, Camald. ordinis Generalis Prior, Literarum divinarum humanarumque eruditiſſimus, ingenio excellentiſſimo, & eloquio diſertiſſimus, hac tempeſtate in Concilio Conſtantienſi perſonaliter claruit.*

[d] *Bibl. Univerſ.* fol. m. 63.

[e] In *Appar. Sac* verb. *Antonius Parmenſis*, poſtea Ciacon. ſup. cit. pag. 219. qui p. 181. *Antonium Azarium* Dominicanum ex *Leandro* memorat.

[*f*] Omiſit & inter recentiores Cl. *Ellias Du Pin* qui Camaldulenſis tantùm meminit *Bibl. Eccleſ* Sec. XV. p. m. 157.

[*g*] Hæc ex *Script. ord. Præd* ad A. 1314. Secutus eſt *Echardus* in Diction. *Morer.* edit *Baſil.* verb. *Antonio de Parma.*

[*h*] Vid. *Acta Concilii Conſtans.* Tom. V. P. II. pag. 10. & ſeq.

Camaldulenſi viro ſanè Græcè Latinèque peritiſſimo, quem quidem Conſtantienſi Synodo adfuiſſe nemo certò refert, ſed qui jam circa hæc tempora florebat, & *Martino V.* quem, eo jubente, operis *Manuelis Calera* ſuſceperat è Græco verſionem, nuncupavit. Florebat autem *Calecas* Ord. Præd. vergente Sec. XIV. Tertiò, *Leand. Albertus*, qui cæteris accuratior, utriuſque *Azarii* Dominicani & Camaldulenſis cum laude meminit, cur nullos, ait *Echardus*, huic Sermones aſſerit, bene autem illi, niſi quòd Codices omnes *Antonii* Ord. Præd. nomine inſcriptos, nullum Camaldulenſis viderit? Et ſane nullum *Bergomenſis*, *Geſnerus*, *Auguſtinus* Camald. *Simlerus*, *Eiſengreinius*, *Poſſevinus* codicem indicant MS. *Antonii* Præpoſiti Camaldulenſis nomine inſignitum; unius *Trithemii*, qui in hoc falli potuit, omnes auctoritate utuntur: ipſe *Lambecius* in Codice Cæſareo *Camaldulenſis* nomen non haberi ſatis innuit, nec ei adſcribit niſi ex *Trithemio* ad quem remittit. Plures verò Codices MSS. *Antonii Parmenſis* Ord. Præd nomine inſcripti proferuntur, quos ſupra indicavimus: adde *Petrum de Alva* pleroſque vidiſſe, expendiſſe, ejuſdemque eſſe fateri; quod invictum, inquit *Echardus*, argumentum nullum ab eo dubitandi locum animadverſum, alioquin non omiſiſſet, & lubens *Camaldulenſi* vindicaſſet.

Alios itaque concedit illi Sermones ſcripſiſſe *Camaldulenſem*, ſed non hos ſupra relatos editos & MSS. ne quidem in Cod Cæſareo, qui incipiunt, *Cùm appropinquaſſet* &c quos *Azario* ſuo aſſerit. » Porrò hi Sermones, *addit*, Auctorem ſuum arguunt » eruditum, ſapientem, clarum, Evangelio cuilibet » integrè juxta utrumque ſenſum literalem & mora- » lem explicando attentum, nihil extra dicentem, » adeo ut ejus ætatis inter meliores & utiliores fa- » cile cenſeas. Stilus humilis, & qualis eorum qui » Conciones linguâ vernaculâ dicendas Latinè ſibi » ante ſcribunt. Græcè ſciviſſe ægrè aſſentiar, nec » enim id probat ejus oratio, quod novum argu- » mentum *Camaldulenſis* illius *Antonii* opus non eſ- » ſe, Græcis Latiniſque literis, ut ajunt, orna- » tiſſimi.

De *Antonio Parmenſi* egit præter citatos *Caſim*. *Oudinus* in Commeot. ad Ann. 1400. cui videtur primùm Ordinem Præd. amplexus, inde autem ad Camaldulenſes tranſiiſſe, cùm plures illis temporibus inſtituto uno Regulari, quod profeſſi fuerant, relicto, aliud quod magis ipſis arridebat, abſque ſcrupulo amplexarentur. Ad quam mentem ſe adduci ait ex Sermonibus MSS. *Antonii Parmenſis*, quem Codices nuoa Ord. Præd. nunc Camaldulenſium deſignant, niſi tamen, *inquit*, duo ejuſdem nominis & cognominis, atque occupationis extiterint, quorum unus in Ordine Præd. alter apud Camaldulenſes ob Conciones ſuas claruerit. Quod autem ſcripſit *Ger. Jo. Voſſius* (i) *Ambroſium* Camaldulenſem *obiiſſe Conſtantiæ, & defunctum funebri oratione decoraſſe diſcipulum ejus* Poggium *Florentinum*, id refellit *Oudinus*, quia neque *Poggii* Magiſter unquam fuit *Ambroſius*, neque ante *Poggium*, ſed multò poſt ipſum mortuus eſt. Verum equidem eſt *Ambroſium* non obiiſſe Conſtantiæ, at planè fallitur *Oudinus*, dum *Poggio* eum ſuperſtitem fuiſſe aſſerit, ſiquidem *Ambroſius* deceſſit An. 1439 (k), *Poggius* anno tantùm 1459. (l) ut ipſe *Oudinus* habet in *Ambroſio* ad Ann. 1440. pag. 2438. ubi *Poſſevinum* ſequitur, qui cum aliis non paucis *Ambroſium* A. 1490. defunctum credidit. An revera ejus diſcipulus fuerit *Poggius*, nemo tradit; at veriſſimum id eſſe ait *Oudinus* de *Antonio Parmenſi*, » qui ante *Ambroſium* Ordinem Camaldulen- » ſem adminiſtravit, atque in Concilio Conſtantien- » ſi, cui interfuit, mortuus legitur: cujus eum » *Poggius*, qui illic etiam aderat, diſcipulus extitiſſet, » nullus dubitat *Oudinus*, quin Magiſtrum ſuum in » illo Patrum conſeſſu celebrem, oratione funebri » poſteris ſimul ac præſentibus commendaverit. » Mortuus ergo *Antonius Parmenſis*, juxta *Oudinum*, circa annum 1418. Quæ ſi ita ſint, neceſſe eſt ut Camaldulenſem à Dominicano diſtinguas, ſi revera ille integro Seculo antiquior fuerit, ut aliqui contendunt. Sed nodum aliis, artis Criticæ peritioribus, diſſolvendum relinquimus.

(i) *De Hiſt. Latin.* lib. 3. cap. 6. p. m. 556.
(k) Vid. ſup. *pag.* 375. a. Adde *Niceronium* Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres *Tom. XIX.* Pariſ. 1732.
(l) De eo *Niceronius* Tom. IX. edit. An. 1729.

AZELINUS Gallus, Remenſis in Campaniâ Monachus, incerti temporis Auctor, SCRIPSIT, teſte Cl. Viro *Claud. Salmaſio* (a), Carmen *Cœna* nuncupatum, & S. *Cypriano* Carthaginenſi Epiſcopo Sec. III. falsò adſcriptum. Opuſculum omnium judicio ineptum, inſulſumque, ac riſu prorsus dignum, cujus Auctorem, ut potè Italiæ Vinorum ſolertiſſimum, Italum fuiſſe ſuſpicatur *Pamelius* (b). Eſt itaque hoc Carmen veluti Synopſis Hiſtoriæ cùm Veteris tum Novi Teſtamenti, in quâ, ſub Nuptiarum emblemate, ſuam ſinguli Actores perſonam agunt. Inducitur v. g. *Cainus*; aratro aſſidens; *Abel* vaſi egitando lacti apto; *Noe* Arcæ; CHRISTUS puteo; *Jobus* fumo; Citreum pomum *Adamus* comedit; *Noe* uvam; *Jonas* cucurbitam; JESUS acetum bibit aqua dilutum; argenteâ *Judas* veſte indutus eſt; *Raab* purpureâ; *Cainus* ferreâ; ut luderis propè verſibus opus conficere non abs re omninò *Azelinus* fecerit. Horum duos citat *Salmaſius* loc. cit.

> *Helchia pulchra filia ſecura*
> *Per pomeria fert caſtaneam.*

Jam ab aliquot retrò Seculis conditum erat hoc Carmen, *Salmaſii* tempore.

* Hæc nobis communicavit Celeb. *Jacob. Lenfant* Boruſſ. Reg. à Sacris Domeſticis Ann. 1728. defunctus.

(a) Annot. in *Flav. Vopiſcum* pag. 396. inter *Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores*, edit. *Pariſ.* 1620 fol. & *Lugd. Bat.* 1670. in 8.
(b) *Jac. Pamelius* Brugenſis qui S. *Cypriani* editionem *Antverpiæ* A. 1568 procuravit.

AZEVEDO (*Sylveſter* de) Luſitanus, Ord. Præd. Chriſtianæ fidei propagandæ ſtudio accenſus è civitate Malaca tranſmiſit in regnum Camboiæ circa annum 1570, ſicque multâ ſuâ patientiâ effecit, ut tandem Regis animum emollierit, ab eoque prædicandi Evangelii libertatem obtinuerit. Infideles multos, in iiſque quoſdam ex Aulâ ad Chriſtum adduxit, & moriens circa Ann. 1589 id habuit ſolatii, quòd oſtium ſuis ad Evangelium in eo regno prædicandum reliquit apertum. De quo legendus *Souſa* ejuſd. Ord. *Hiſt. Prov. Portug.* P. III. lib. 5. cap. 1. & ſeq. Scripſerat juſſu Regis jam ab A. 1585.

Librum de myſteriis fidei Chriſtianæ linguâ regni Camboiæ vernaculâ, quam optimè ſibi comparaverat. Vid. loc. cit. *p.* 406. * Hæc *Echardus* de Script. Ord. Præd. *Tom. II. p.* 295. indeque *Morer.* Diction. edit. Baſil.

AZEVEDO (*Antonius* de) Hiſpanus, Aurienſis (*d'Orenſe*) in Gallæcia, Eremitarum S. Auguſtini Sodalis, Sac. Theolog. Magiſter, Prior Bilbilitanos (a), (vulgò *Barbula* in Aragoniâ, Scripſit

1. Catteciſmo de los myſterios de la Fee, con la Expoſicion

(a) *Phil. Elſſius* in Encom. Auguſtin. pag. 82.

Expoſicion del Simbolo de los SS. Apoſtoles. Barcinone, 1589. *Perpiniani* 1590. *Cæſarauguſtæ*, 1592. in 4.

2. *Cronica de la Orden de ſan Auguſtin*, 1607. ſi *Thoma de Herrera* Alphabeto Auguſtiniano credimus apud *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.

Addit *Elſſius* ſup. cit. *Mariale.* Verùm opus eſt *Ludovici* ejuſd. Ordinis, de quo inf.

AZEVEDO (*Ludovicus* de) Hiſpanus, Gallæcia parentibus Medinæ-campi (in regno Legionenſi) natus, Auguſtinianus de Salmantina domo, *Scripſit*

1. *Marial*, *Diſcurſos morales en las Fieſtas de Nueſtra Señora.* Valliſoleti 1600. & Olyſſipone 1601. in fol.

2. *Vida del Sancto Fr. Tomas de Villanueva.*

3. *Vida del V. Padre Fr. Luis de Montoia.*

Hæc tribuit ei opera *Thomas de Herrera* in Hiſtoria Domûs Salmantinæ Auguſtinianorum.

4. Promiſerat item *De las Dominicas del Año*, alia editurus niſi immatoen fato extinctus fuiſſet anno 1600. (*a*) vel 1601 (*b*) ætat. 38.

(a) *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.
(b) *Phil. Elſſius* in Encom. Auguſtin. *pag.* 446.

AZEVEDO (*Ludovicus* de) Jeſuita, natione Luſitanus, patriâ oppido *Chaves* contermino Gallæciæ, adſcitus in Societatem A. 1589. ætatis 16. Abſolutis Goæ (in India Orientali in Regno Decan) ſtudiis, fuit ibi Magiſter Novitiorum, tum Rector Tanaenſis, poſtea miſſus in Æthiopiam unà cum *Laurentio Romano*, & aliis circa annum 1604. ſtrenuum ſe ibi operarium ſpatio annorum undetriginta præſtitit, emiſsâ profeſſione quatuor votorum ibidem Ann. 1609. atque ibi demum è vita migravit die 22. Febr. Ann. 1634. Eum impensè laudat Patriarcha Æthiopiæ *Alphonſus Mendez* in ſua Hiſtoria MS. *de expeditione Æthiopica.* Utriuſque Linguæ Æthiopicæ tam vulgaris quàm Biblicæ notitiam exactam comparaverat. Numerari ægrè poterant multa animarum millia, quæ ex idololatriæ tenebris, ad lumen Fidei extraxit, & quæ ex Ethnicis Agaorum ſuperſtitionibus ad Chriſti Eccleſiam aggregavit. Denique, licèt ætate & morbis fractus, non ſolùm voce populos illos, ſed & lucubrationibus ſcriptis erudire conatus eſt * *Nathan. Sotuel*, Bibl. Soc. Jeſu.

OPERA:

1. *Commentaria Franciſci Toleti Cardinalis in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos*, & *Franciſci Ribera* (utriuſque Soc. Jeſu) *in Epiſt. ad Hebræos* (a) in Chaldæam Linguam tranſtulit A. 1617.

2. Item *Horas Canonicas*, *& Horas B. Virginis.*

3. *Exorciſmos contra Tempeſtates.*

4. *Annotationes imaginum Vitæ Chriſti Domini*, ab *Hieronymo Natali* Jeſuitâ Hiſpano factas.

5. *Annotationes Imaginum Apoſtolorum & Eremitarum* A. 1625.

In Æthiopicum, ſeu Amaranum ſermonem, qui Curialis in Æthiopia eſt, tranſtulit

6. *N. Teſtamentum*, illudque unà cum *Ludovico Caldeira* Soc. Jeſu Luſitano recenſuit. Item ex Luſitano ſermone dedit

7. *Catechiſmum.*

8. *Grammaticam* quoque hujus linguæ Amaranæ

(*a*) Hic *Nic. Antonius*, qui *Alegambium* exſcripſit, lineam omiſit integram, ubi ſic habet: *Comment. Fr. Toleti in Epiſt. ad Hebræos*; etenim in hanc D. Pauli Epiſtolam non ſcripſit *Toletus*, ſed *Ribera*, quod tamen *Riberæ* opus ſuo loco prætermiſit, licèt ab *Alegambio* memoratum.

à ſe prius compoſitam novis curis recenſuit, illuſtravitque.

9. *Pratum ſpirituale Concionum ſupra Symbolum Apoſtolorum pro Parochis* digeſſit materiâ deſumptâ ex *Roberti* Cardinalis *Bellarmini* Explicatione Symboli, & ex Catechiſmo Romano, A. 1626. * *Alegamb.* Bibl. S. J. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp.

AZEVEDO (*Franciſcus* de) Hiſpanus, Pincianus, (de *Valladolid* in Caſtellâ veteri) Jeſuita, SCRIPSIT, teſte *Jac. Le Long*

Commentarios literales & morales in Matthæum, ſeu potius in quatuor Evangeliſtas, Lugduni 1670. fol.

AZEVEDO (*Petrus* de) Vid. verb. GONZALEZ.

AZHARI, ſeu *Azheri* cognomen *Manſor Mohammed* Ben *Ahmed*, Mahometanus, & in urbe Hemeth Provinciæ Chorasaniæ in Perſiâ natus, optimus fuit Grammaticus, Orator & Juriſconſultus, Univerſam Arabiam circuivit ut ipſius idioma perfectiſſimè calleret. Scripſit

In Alcoranum Commentarium cui Titulus: *Taſſir.* Quam plurima alia diverſa edidit, inter quæ unum notatur in Dict. *Morer.* p. 702. ſub hoc titulo: *Tahadhib* & complectitur X vol. Ex *Herbeloti* Bibl. Orient.

AZITORES (*a*) (*Andreas* de) Hiſpanus, Palentiolanus, (oppidi nomen *Palenzuela* eſt Diœceſis, ut credo, Palentinæ) Monachus Ciſtercienſis ædis ſacræ Vallis-Eccleſiarum in regno Toletano, Theologus Profeſſor, ad hæc Philoſophus eximius, magno vir ingenio, & maturo judicio, claruit Sec. XVI. & obiit in monaſterio S. Claudii regni Gallæciæ anno 1599. EDIDIT

1. *Theologiam Symbolicam, ſive Hieroglyphicam pro totius Scriptura Sacra juxta primarium & genuinum ſenſum commentariis, aliiſque ſenſibus, facilè hauriendis.* Salmanticæ 1597 vel 1598. in 4. Primus hic erat Tomus deſtinatione Authoris, qui quidem complectebatur opus integris aliis ſeptem ab hoc diverſis voluminibus, eo è vivis ſublato ineditis relictis in Monaſterio jam laudato Vallis Eccleſiarum, quod eidem fuit natale ſolum religioſæ vivendi normæ. Item

2. *Vitam S. Bernardi* eleganti carmine conſcriptam, (an Latinè, an Hiſpanicè, non dicunt,) tribuit noſtro *Chryſoſt. Henriquez* in *Phœnice reviviſcente*, & ex eo *Carolus Viſchius* in *Bibl. Ciſterc. pag.* 20.

(*a*) Ita vocat *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. at *Viſchius* ſup. cit. *Azoritem.*

AZLI Author eſt Compendii Libri cujuſdam cui Titulus: *Giawaher Alcoran.* * D'Herbelot *Bibl. Orient.* apud *Diction.* Morer.

AZNAR & EMBID CARDONA (*Hieronymus*) Hiſpanus, Aragonius, in Communitatis, ut vocant, Bilbilitanæ oppido Aniñon prognatus, Eremita Auguſtinianus, Concionatorque inter ſuos emeritus; Scripſiſſe affirmatur præter librum de expulſione Maurorum ex Hiſpaniâ, ſub Rege *Philippo III.*

De la Concepcion de Nueſtra Señora. Oſcæ, an. 1620. in 4. Vid. *Nic. Anton.* Bibl. Hiſp.

AZNAR (*Paulus* de) Hiſpanus, vir Deo ſacer in cœnobio Cæſaraoguſtano, Ord. SS. Trinitatis, S. Theologiæ (ut vocant) Præſentatus; obiit Barcinone A. 1634. & edidit, ut legitur in monumentis ejus Ordinis,

1. *Exercicios*

Digitized by Google

1. *Exercicias eſpirituales.* Barcinone 1623. in 8.
2. *Milagros de Nueſtra Señora del Remedio de Valencia* (†). Ibid. 1626.

(†) Hunc librum *Vincentio Agnario* tribuit *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. *pag.* 260. quem prius huic *Paulo* tribuerat *p.* 126.

AZOR (*Joannes*) Soc. Jeſu, Hiſpanus, ex oppido *Lorca* (in Regno Murciæ,) diœceſis Carthaginenſis, puer ſtudiis deditus, & in Societate, quam Compluti anno 1559. iniit, pene educatus, in omnibus honeſtis diſciplinis continenter verſatus eſt, quæ etiam præclarè auditoribus enucleavit, & Compluti, Placentiæ, & Romæ Divinas Litteras, & S. *Thomæ* Theologiam ac Moralem per multos annos profeſſus eſt, magno ingenio, excellenti memoria, aſſidua lectione, & egregiâ Linguarum peritiâ Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, hanc quoque Compluti aliquando profeſſus. Habuit omnis generis Hiſtoriarum notitiam, & in iis ſuo loco, ac tempore recenſendis miram felicitatem. Collegiorum Placentini, Oſcaniensis, & Complutenſis Rector fuit. Romæ ſtudiorum Præfectum egit. Inter hæc vir fuit moribus integerrimis, ac inſigni pietate conſpicuus. Magno doctis viris, ac bonis omnibus ob præclaras animi dotes relicto ſui deſiderio, annis gravis, laboribus fractus, obiit Romæ d. 19 Febr. A. 1603. (*a*) 32do ab emiſſa profeſſione quatuor votorum. *Azorii* virtutes pro munere laudant *Phil. Alegamb.* & *Nathan. Sotuel* in Bibl. Soc. Jeſu. *Nobis*, ait *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. *ingenium præſtans, miram eruditionem, reliquaſque perfectiſſimi Scriptoris dotes, monumenta ejus magno apud omnes gentes pretio habita abundanter oſtendunt* (b).

SCRIPTA:

1. *Inſtitutionum Moralium de Caſibus Conſcientiæ* Tomi III. in quibus (*c*) ea eſt perſecutus copioſè & accuratè, quæ ad conſcientiam ſpectant, rectè aut pravè factorum. Sic tamen, ut materiam univerſam redigat ad decem Divinæ Legis præcepta, ad ſeptem Eccleſiæ Sacramenta, ad tres Eccleſiaſticas cenſuras, & alias pœnas, quibus delicta puniuntur, & ad Indulgentias; denique ad ea, quæ de ſtatu hominum, ac de bonorum & malorum finibus diſputantur. Primum autem Tomum Autor emiſit in lucem *Romæ* apud Aloyſium Zannettum 1600. fol. Reliqui duo poſthumi prodierunt *Lugd.* & *Brixiæ* 1604. (*d*) item *Lugd.* 1607 1612. (*e*) & 1625. (*f*) ac ſæpius recuſi ſunt *Romæ*, *Venetiis*, *Coloniæ* 1608. & *Ingolſtadii*. Opus hoc (*g*) quamvis ſingulari Pontificis *Clementis VIII* privilegio fuerat munitum, propoſitionum ſcandaloſarum & in praxi pernicioſarum poſtulavit *Innocentius XI* peculiari Bullâ Ann. 1679. d. 2 Martii. Recenſet *Azorii* Inſtitutiones & ob methodum laudat *Scherzerus* in Collegio Biblioth. Cod. LVII. teſtimoniaque nonnulla veritatis circa æqualitatem Epiſcoporum & Presbyterorum ex illis adducit; ubi & *Hulſemanni* de iſthoc *Azorii* labore judicium habes, quod Bibliothecæ Moralis Pontificiæ vices abundè implere poſſit. Cui addo elogium *Hottingeri* (h): *In Caſuiſticis Azorius loco multorum eſſe poteſt, ſive molem ſpectes, ſive curam & ſtudium.* Eundem inter Principes moralis doctrinæ laudat Cl. *Morhofius.* » Hoc opus, ait (i), magnâ diligen» tiâ conſcripſit, non è principiis Ariſtotelicis & » Thomiſticis tantum (*Thomæ* enim, ut omnes, » methodum ſequitur,) ſed adhibitis in conſilium » Juris Canonici ac Civilis Interpretibus, & Scrip» turâ ipsâ. » Addit prodiiſſe Partem I & IIIam *Brixiæ* Ann. 1617. apud Thebald. IIam verò *Mediol.* eod. anno.

2. *In Canticum Canticorum Commentaria*, Hiſtoricum primò ſenſum, deinde Allegoricum continentia.

3. Extat Autographum ejuſdem in Archivio Generali Romæ, *de Votis, quæ emittuntur in Societate, unà cum expoſitione Conſtitutionis Gregorii XIII.* quæ incipit: *Aſcendente Domino*, in 4. cum ejuſdem Exemplari MS. in fol.

[a] Non igitur floruit ſub *Paulo V* ut ſcribit *Lud. Jacob.* in Bibl. Pontif. *pag.* 313. ſiquidem anno tantùm 1605 Romanus Pontifex ille creatus eſt.

[b] Ejus quoque meminit præter citatos *Aub. Miræus* de Script. Sec. XVII. *cap.* 156.

[c] *Poſſevin.* in Appar. Sac.

[d] Aliqui dicunt 1602. tum verò ſuperſtite Autore lucem vidiſſe dicendum, niſi mortuus ſit An. 1601. ut ſcribit Cl. *Du Pin* inf. cit.

[e] *Ellias Du Pin* Tab. Univ. des Auteurs Eccleſ. *Tom. II.* *pag.* 1472.

[f] *Lipen.* Bibl. Theol. II. 103.

[g] Ex *Jo. Frid. Mayeri* Bibl. Script. Theol. Moral *pag.* 351. edit. Lipſ. 1708.

[h] *Joh. Henr. Hotting.* Bibl. quadrip. *lib.* 3. *cap.* 4. in fine.

[i] *Polyhiſt. Philoſ.* lib. 1. c. 14. §. 61.

AZPILCUETA ſive ASPILCUETA (*Martinus* de) Doctor *Navarrus* vulgò nuncupatus, Canonicæ totius doctrinæ lumen fulgentiſſimum, claruit Sec. XVI. *Varaſoaye* regni Navarræi oppido haud longè à Pampelone diſſito natales referebat acceptos, originem vero duabus familiis nobilibus. Natus eſt d. 13 Dec. A. 1491. Annis adhuc tener inſtituto Canonicorum Regularium S. Auguſtini initiavit ſe in Monaſterio Roncisvallis in Montibus Pyrenæis, cujus religioſum habitum nunquam dimiſit, & aliquando *Villaris* Præceptoriam, ſive Commendam, (quæ prope *Villagra* Legionenſis diœceſis oppidum eſt) obtinuit, ut ipſe alicubi refert (*a*). Primùm Compluti liberalibus artibus, Philoſophiâ naturali & morali, prætereaque documentis Magiſtri Sententiarum Theologicis inſtructus, ad doctrinam Juris ediſcendam in Galliam ſe contulit, ſive, ut videtur, Hiſpaniam non ſponte reliquit, unà cum *Joanne de Albreto* Navarræ paulò ante Rege, quem authoritate Apoſtolici *Ferdinandus* Hiſpaniæ Rex cenſuris innodatum (*b*) regno dejecerat. Ejus quippe partes ſequuti ſunt ſanguinis regii Proceres *Petrus de Navarra* ejuſdem Regni Mareſchallus, ac *Franciſcus* ejus frater, cui quidem *Martinus* noſter (ut ipſe de ſe alicubi ait) cum comes, tum Doctor, quatuordecim integris annis ab eo tempore adhæſit, intereaque tam ei quàm fratri prudentibus & gravibus perſuaſit officiis, ut Galliæ renunciantes ac perditæ *Albretani* cauſæ, in patriam & Imp. *Caroli V* (qui *Ferdinando* avo ſucceſſerat) ditionem & gratiam redirent. In Galliis igitur cùm verſaretur *Martinus*, Toloſæ & Cadurci (vulgò *Cahors*) ſacros docuit Canones. Toloſæ adhucdum degebat A. 1520. quo ſe ibi repetitionem habuiſſe, ſive Diſſertationem pacificam, meminit ipſe in Epiſt. Apologet. ad Ducem Albuquerquenſem. Porrò *Franciſcum à Navarrâ*, perpetuum ſibi patronum, *Carolo V* reconciliatum, Hiſpaniæque reſtitutum ipſe *Navarrus* poſt biennium ſequutus eſt Galliâ relictâ, Salmanticæque iterum ædem ſe conjunxit, cœpitque ſtatim ab ingreſſu ſuo in hanc Scholam rara cujuſdam virtutis exiſtimatione imbuere omnium mentes, & ad principatum Canonicæ doctrinæ conſequendum eniti: tumque dicebat, è Toloſanâ

[a] *De Redit. Eccleſ.* Quæſt. 3. monito 20.

[b] *Joannem de Albret*, cum uxore *Catharinâ Fuxienſi* excommunicaverat *Julius* Papa II. tanquam fautores *Ludovici XII.* Galliarum Regis, quem Eccleſiæ hoſtem declaraverat Pontifex.

Tuioſanâ ſe in Salmanticenſem Academiam verè ſolidam ac perurilem Juris Pontificii ſapientiam tuvexiſſe. Sacrorum equidem Canonum doctrinam in hac Univerſitate magno cum ſucceſſu exulenavit; ſuumque maeue cum ſingulari ejus Scholæ plauſu atque Auditorum concurſu exequutus eſt è Decretorum, atque inde ex primariâ Juris Pontifici Cathedrâ, quæ ſuffragatorum ac totius Gymnaſii conſeſſu eltera poſt elteram ei obvenerant. Fama eſt, & in Collegio S. Selvatoris *Ovetenſi* ejuſd. Univerſit. Sodalem fuiſſe *Azpilcuetam*. Meminit ipſe in *Relectione* Cap. *Vovit*, de Iodiciis *norab.* 3. *illat.* 27. ſolennis cujuſdam concertationis Ann. 1518 è ſe ibidem habitæ, de poteſtate regiâ jure naturali in Univerſitare reſidente, ex præſcriptâ nuper Academiæ Profeſſoribus lege à D. *Petro Pacheco* Viſitetore ec Reformatora, qui Giennenſia Epiſcopus & S. R. E. Cardinalis, cùm ſcripto hæc noſter conſignaret, aſſumptus jam fuerat, argumentorum tela in propugnatorem vibrantibus maximæ dignitatie ac famæ viris D. *Franciſco de Bobadilla & Mendoza* ejuſdem Scholæ tunc Præfecto, (qui ex Caurienſi Antiſtite inter Purpuratos quoque Patres) & D. *Didaco de Alava* tunc Juris Canonici Profeſſore, de quo ſup. *p.* 178. Jam verò Salmanticæ à 14 ennis docens *Navarrus*, nihil aliud meditebatur, quàm abſoluto vicennio à prælectionibue abſolvi, emeritâque mercede exhibitus domi ſtudiis vacare, eum circa dictum ennum 1528 Salmantinam primæ horæ Cathedram cum Conimbricenſi ejuſdem Profeſſionie & ordinis commutare habuit neceſſe. Conimbricæ enim Univerſitati ſtabiliendæ pervenerat *Joannes III* Portugalliæ Rex, eò ut *Navarrus* tranſferret ſe communis Hiſpaniæ Magiſter, ſtudiique ſui ebſque ullâ controverſiâ princeps, majori quidem honorario quam ſive in Hiſpania, ſiva in Gallie elicui hactenus Profeſſori obtigeret, remunerendus. Sedecim (c) ibi integris annis continuavit adhuc profeſſionis munus uſquedom ed emeritorum partem tot vigiliis quietem Scholâ dimiſſue, io Caſtellam, & aliquando in patriam rediit, nepribus ex fratribus præmortuis proſpecturus: ibique & in Caſtellæ Curiè duodecim aliis manſit annis, operâ & conſilie, ut ipſe eit in Apologii, publicæ rei deſerviens. Dum etiam in Caſtellâ habitaret, *Joanna* Principis Portugalliæ, ejuſque nepotibus, Bohemiæ Principibus fuit è Confeſſionibus. Tandem cùm Portugalliam denuò cogitaret, graviſſimum ſubire munue à Rege *Philippo* juſſus fuit, qui vix elium credidit maximi ponderis negotio præfici oportere. Eo nimirum tempore *Barthol. de Carranza* Ord. Prædic. Archiep. Toletanus, cauſam dicere debuit coram generali Hiſpaniarum Inquiſitore. Deſiderabatur æqualis cauſæ ae reo patronus, nec alii fas erat ſummæ dignitatis virum quàm ſummæ exiſtimationis & doctrinæ viro defendendum committere. Pinciæ hunc priùs, deinde Romæ, quò ſe juſſu Summi Pontificis contuleret *Carranza*, magno Doctor *Navarrus* (f) patrocinatus eſt induſtriâ: Hac in urbe poſitus noſter, nil viderur ultra cogitaſſe, quàm ſede hic ſibi fixâ commorandi, ſtudiorom fructue concipere novos, aot ſaltem renovatos & maturiores literatis aommunicare. Scripſerat enim, dum inter ſuos verſabatur, plura Hiſpanicè, quæ ad exteras nationes eum utilitate non mediocri à ſe transferri poſſe, nec ignorabat, nec ſibi, quominus aliis in labore iſto interpretandi locupletandique verera ſua commentaria proficeret, imperare poterat. Romæ magnâ vixit exiſtimatione, ite ot nemini privatos inter conſtitotum major & illuſtrior contingere poſſet. Benevolè eum advenientem excepit Papa *Pius V.* juſſitque ut *Franciſco Alciata* Cardinali Pro Pœnitentiario aſſiſteret. Eum *Gregorius XIII*. (ſi *Ægidio Gundiſ. Davila* fides) cum comitatu aliquor Cardinalium in propriâ ejus domo adiit. Quid? quod refert (d) *Janus Nicius Erythræus* huic Pontifici tanto fuiſſe *Martinum* honori, ut cùm per Urbem iter agens, ante ejus ædes obequitaret, (quod ſemper, decrepitus licèt, fecit) continuò eum foras evocare juberet, & integram ferè horam in viâ detineret. Pari eum purpurati Patres ubique honore ac eximiâ reverentiâ omnes proſequebantur. Teſtatur & *Erythræus* ed tantam noſtrum deveniſſe famam, ut ex ſuo oomine, honoris gratiâ, quicumque io aliquâ facultate excelleret, *Navarrus* appellaretur. Et domus ejus, eodem *Erythræo* teſte, non onius modò civitatis, ſed totius orbis terrarum oraculum babebatur, quò omnes confugerent, unde in dubiis ſuis reſponſum referrent, quodqua dictum ab eo eſſet, non aliundè quàm ex Apollinis ore veluti prolatum acciperent. Omnibus conſilii ſoi indigentibua præſlò fuit, dum Romæ vixit, atque id quidem nullâ acceptà mercede, quem nec experivit, nec oblatam accepit. Miſericordiam præ cæteris virtutibus mirè ſemper exercuit, qui de re extat pium æquè ac feſtivum *Jac. Phil. Thomaſini* teſtimonium in ejue elogio, quod nimirum vehebatur Doctor *Navarrus* per Urbem ſeniore mulâ, ut viribus jam deficientibus parceret, quæ quidem ſeſſoris tanquam conſcie largitatis & moria, ad obvium quemque in viâ pauperem conſiſtebat, donec miſericordiæ officium dominoe exequeretur. Id eutem maximè oſtendit, parvo apud ipſum honores in pretio fuiſſe, quòd ed excipienda quævis reipublicæ tam Eccleſiaſticæ quàm Sæcularis munere ubique fuit inexorabilis. Priuſquàm enim Salmanticæ olim ed Cathedras majores aſcenderet, ad Senatoriom locum Curiæ Pampelonenſis invitatus, ſimulque ad hujus Eccleſiæ Canonicum Sacerdotium, Academicam profeſſionem ſtudieque forenſibus negotiis prætulit; quemadmodum & poſtquam Conimbricæ Magiſter eſſe deſiit, & in Caſtellam reverſus fuit, bonè Regis *Philippi II* gratiâ inter Patres aggregari recuſevit, qui rerum hojue regni univerſalem curam gerunt, necnon & in ſummum S. Inquiſitionis Senatum eſſumi. Totus enim io eo tum temporie erat, ut cùm pangendis commentariis, tum ampliandie & expoliendis, quæ olim panxiſſet, vecans, emeritis jam eonis proprio arbitrio frueretur. Idemque ſtudiorum amor, cùm in Luſitaniâ eſſet, *Joanni* Regi & *Catharina* uxori chariſſimus, ipſum vetuit ne ad Epiſcopales infulas in eo regno gerendas, quod iia in voto erat, ſe promoveri permitteret. Hunc tandem virum meritis ac repudiatie quàm geſtie honoribus illuſtriorem mors ebſtulit Romæ An. 1586. 21. Jun. dom ætatis annum egeret 95. non centenario majorem, quod quibuſdam excidit. Demortui fuous ducere juſſit *Sixtus V* Pontifex Religioſorum & quorumcumque Sacerdotum cunctos Ordines, S. Rotæ Auditores, Prælatoſque omnes, quod Romæ tunc præſens *Davila* refert. Illius ſepulchro honorificum adjectum eſt Epitaphium.

Navarri

(c) Mſſ. 26 apud *Ant. Teiſſierium* in Addit. ad Elogia *Jac. Aug. Thuani* Tom. III. p 381.

(f) Romam deductus fuit *Carranza* An 1567. quem comitatus eſt *Navarrus* noſter, tum ætatis annum agens 72. non 80. ut plures dixerunt. In his *Morer.* Diction. edit. Baſil. verb. *Azpilcueta*. Niceronius in Comment [*Mem. pour ſervir à l'Hiſt. des Hommes illuſtres*] Tom. IV pag 258. ubi de *Carranza* & Tom. V. pag. 4. ubi de *Navarro*. edit Pariſ. 1728. Quod autem una cum Archiep. Toletano Romam iter fecerit *Azpilcueta*, id extra dubium eſſe videtur, quoniam ibi An. 1568. Latinè ſuum *de Redditibus Eccleſiaſticis* librum edidit, de quo inf. n. 9.

(d) *Pinacoth.* I. *cap.* 5.

Navarri certè laudibus plena ſunt æqualium atque inferiorum commentaria, quoties mentio ejus incidit. Laudatur ab omnibus ferè Canoniſtis & Caſuiſtis, apud quos multæ eſt auctoritatis; aliquando tamen, judice Cl. *Du Pin* (e), morum doctrinam habet remiſſiorem; neque politè, neque jucundè ſcribit. Vitam ejus & res geſtas *Simon Magnus Ramletam* Belga, Leodii ad S. Petrum Canonicus, ejus olim familiaris, unà cum ipſius *Azpilcueta* Manuali *Romæ* & *Coloniæ* edidit, eo adhuc ſuperſtite; qui tamen, teſte *Valer. Andrea* in Bibl. Belg. (f), ſibi eam diſplicuiſſe ſcripſit ad Editorem. Idcirco, *Nic. Antonii* judicio, ea præferenda eſt, quam *Julius Roſcius* Hortinus (g) vir eloquens præfixit primæ *Navarri* Operum Editioni Romanæ, à *Michaele Azpilcueta*, (qui neſcio quo ex latere nepos Martino fuit,) A. 1590 procuratæ. Rei enim Romæ intentus, ubi defuncti tunc manebant propinqui, falſa ab iis incertave haurire, aut iiſdem intrudere vix potuit. Præter hos, eximii viri laudes panegyrico ſtilo dixit parentali ipſo die in S. Antonii æde ſacrâ *Thomas Correa* Conimbricenſis (h), celebris eo tempore in Gymnaſio Romano Eloquentiæ ac Rethoricæ artis Profeſſor. Eleganter quoque viri famam poſteritati commendarunt præter jam laudatos *Guido Pancirolus* de claris Legum Interp. lib. 4. *Aub. Miræus* de Script. Sec. XVI cap. 119. *Ant. Poſſevinus* in Appat. Sac. *Andr. du Sauſſay* Tullenſis Epiſc. in *Contin.* Bellarmini *de Script. Eccleſ.* p. 81. *Italicè* verò *Hieron. Ghilinus* in Theatro litteratorum hominum, *Hiſpanicè* Alph. *Villegas* in 3. vol. Floris Sanctorum, ac *Luſitanè* demum *Georg. Cardoſus* in Agiologio Luſitano, die 6 Junii. Quicquid verò de ſe ac rebus ſuis modeſtè potuit *Navarrus* ipſe docere alios, id ex eâ Epiſtolâ Duci *de Alburquerque* directâ petendum eſt, quâ is pro defenſione ſui nominis adverſus malevolorum quaſdam impoſturas copioſè ac luculenter agit, multaque in librorum ſuorum præfationibus, huc pertinentia delumi poſſunt. * *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp.

S C R I P T A:

1. *Manuale* ſive *Enchiridion Confeſſariorum & Pœnitentium*, in quem librum quicquid ſcivit, aut alibi ſcripſit, ſe conjeciſſe *Navarrus* ipſe *Hortino*, qui vitam ejus ſcripſit, ut ſuperius diximus, affirmavit. Complectitur univerſalem particularemque omnium ferè dubiorum deciſionem, quæ contingere conſueverunt in Peccatis, Abſolutionibus, Reſtitutionibus, Cenſuris, & Irregularitatibus (i). Prodiit *Hiſp.* Salmant. ſub tit. *Manual de Confeſſores y Penitentes* 1557. in 4. item Addiciones al Manual *Pincia* A. 1569. unà cum libris *de Uſura & Simoniâ*. Poſtea *Lat.* Antverp. typis Plantin. 1579. & 1629. & *Colon.* Arn. Mylii 1600. in 8. Polivit aliquantò ſtylum, atque additionibus illuſtravit *Sim. Magnus* ſupra laudatus, edidit que *Pariſ.* apud Rovillium 1587. in 8. Additionibus quibuſdam auxit Latinè à ſe redditum *Franciſcus de Sepè* J. C. Bilbilitanus (vulgò *de Baubula*) in Aragoniâ, *Venet.* 1573. in 8. *Wirtzburgi* (ſeu *Herbipoli* in Franconia) 1586. & 1591. in 8. item *Moguntia* 1601. (k) *Andreas* item *Victorellus* Presbyter Baſſanenſis in Marchiâ Treviſanâ, Notas & Appendices addidit, Cardinali *Burghesio* nuncupatas, *Venet.* apud Guarinum in 4. *Manualis compendium* reliquit, teſte *Wadingo*, *Franc. Panigarola* Mediolanenſis, Ord. Minor. Epiſc. Aſtenſis, qui ſub finem Sec. XVI floruit. *Cominius Ventura* aliud edidit Bergomi 1593. in 24. *Steph. d'Avila* Soc. Jeſu, aliud in Indiâ Occidentali elaboravit, ordine alphabetico digeſtum, ſed poſthumum prodiit *Lugd.* 1609. & *Pariſ.* 1620. (l) At quidem aliud fecit *Petrus Alagona* Soc. Jeſu, (de quo ſup. p. 179). quod non ſemel *Romæ* & alibi emiſit Latinum, ſed poſtea ipſum Italicè fuit converſum & editum, teſte *Poſſevino*.

2. *De Horis Canonicis & Oratione*, Hiſp. *Cæſaraug.* 1560. & *Conimbr.* 1561. in 8. deinde *Lat.* Lugd. 1580 & *Roma* 1586. Adjunguntur huic Tractatui

3. *Miſcellanea centum de Oratione, præſertim de Pſalterio & Roſario Virginis Mariæ, & de inſtitutione rectâ Oratorum, & actu quibuſdam eorum, & de pertinentibus ad illa.*

4. *Commentarius brevis de Silentio in divinis officiis, præſertim in choro, ſervando* ad Cap. *In loco benedictionis* V. Quæſt. IV. ex *Manuali* ferè collectus.

5. *Commentarius in Cap.* Inter verba XI. Quæſt. III. *in quo de gloriâ, honore, laude ac bonâ famâ deque ingloriâ, vituperio, infamiâ, detractione famæ* &c. *tractatur.* Primùm *Hiſp.* hoc tit. *Commentario en Romance a manera de Repeticion Latina y Eſcolaſtica de Juriſtas ſobre el Capitulo* Inter verba XI. Quæſt. III. *Conimbr.* 1544. fol. & *Pincia* 1572. poſtea *Lat.* edidit Autor *Roma* 1584. in 4. *vel* 1585 (m).

6. *De Regularibus* Commentarii tres *ſuper Cap.* Scilicet, *Cap.* Non dicatis, *Cap.* Cui Portio XII. Quæſt. I. *Cap.* Nullam XVIII. Quæſt. II. *Cap.* Statuimus XIX. Quæſt. III. *Roma* 1576. in 4. poſtea ab ipſo Authore recogniti. *Commentarium tertium* qui *eſt de Inſtitutionibus & poteſtatibus Prælatorum*, Romæ 1585. in 4. editum ait *Lipen.* Bibl. Jurid. p. 445. qui p. 484 utramque editionem memorat ſub tit. *Comment. IV. de Regularium fine, paupertate, dominio & inſtitutoribus.*

7. *De alienatione rerum Eccleſiaſticarum, at de Spoliis Clericorum Commentarius*, in principium & gloſſ. Summæ XII. Quæſt. II. *de Spoliis Clericorum*, ſuper Cap. *Non liceat Papæ*, eâdem cauſâ & quæſtione. *Roma* 1573. in 8. Recognovit idem poſtea & locupletavit (n).

8. *Comment. reſolutivus de Uſuris*, in Cap. *Si fœneraveris* XIV. Quæſt. III. *Hiſp.* unà cum *Additionibus ad Manuale* Pinciæ 1569. *Lat.* Romæ 1585. in 4. *Venet.* 1595. & *Antverp.* 1600. in 8. (o).

9. *De Reditibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ubi docetur, quibus uſibus ſint impendendi, & quibus perſonis dandi aut relinquendi*: ſuper Cap. *Quoniam quidquid* XVI. Quæſt. I. ſive, ut primùm prodiit, *De Reditibus Eccleſiaſticis* Romæ 1568 & 1574 (p) ad *Pium V* Rom. Pont. Vernaculus & is Commentarius fuit ab Authore conceptus, ac *Philippo II* Regi dicatus, cum hoc tit. *Tratado de las rentas de los Beneficios Eccleſiaſticos para ſaber en que ſe an de gaſtar*, Pinciæ 1566. Hujus operis ſcopus eſt, ut doceat, Eccleſiaſticos viros non ex præſcripto miſericordiæ, ſed ex

(e) Bibl. Eccleſ. *Tom. XVI. pag.* 135. in 4. Exemplum laxioris doctrinæ *Navarri* ex ipſius *Conſil. lib.* 5. *conſ.* 6. adfert *Petrus Jurieus* in Hiſt. Papiſmi *part.* 1. *l.* 1. *c.* 10. & ex eo *Teiſſerius* ſup. cit. p. 882.

(f) Hujus quoque *Sim. Magni* meminit *Franc. Swertt.* in Athen. Belg. p. 676. qui eum vocat *virum pium & eruditum*, & *ſupra quam dici poteſt*, *bonarum litterarum ſtudiis delectatum.*

(g) *Orti* perantiquum in Faliſcis oppidum, hodie in Patrimonio S. Petri. *Roſcii* cum laude meminit *Aub. Miræus* de Script. Sec. XVI. cap. 143.

(h) Ejus Oratio eodem quo habita fuit, anno 1586 edita eſt *Roma* typis Jac. Tornerii in 4. etiam in Italicum idioma tranſtulit *Mercurius Landrevilla*, teſte *Nic. Antonio* verb. *Thomas Correa*.

(i) *Jo. Frid. Mayerus* in Bibl. Script. Theol. Mor. *pag.* 852. edit. Lipſ. 1708.

(k) *Lipen.* Bibl. Theol. I. 395. Jurid. p. 100

(l) *Mayer.* ubi ſup. p. 858. *Lipen.* Bibl. Jurid. p. 341. ubi aliam adfert *Manualis* editionem *Auguſtæ* 1617.

(m) Adde *Lipen.* in Bibl. Jurid. I. 124 edit. *Venet.* 1595, qui p. 193. [illegible] *Tract. de detractione famæ ejuſque reſtitutione.*

(n) Hauterus & inter [illegible] Tractatus *de Spoliis Eccleſiaſticis* Romæ 1610. fol. teſte *Lipen.* Bibl. Jurid. p. 531.

(o) Idem *pag.* 587.

(p) Idem p. 479 habet 1573. addeque 1585.

ex lege ac præcepto juſtitiæ ad id obſtrictos eſſe, ut bona Eccleſiaſtica in pauperum ſuſtentationem, exceptis tantùm ſibi pro ſtatu ſuo neceſſariis, erogent. Cui cùm oppoſuiſſet D. *Franciſcus Sarmiento de Mendoza*, Rotæ per id tempus Judex, librum ſuum *de Reditibus Eccleſiaſticis*, eidem *Pio* Pontifici nuncupatum (*q*), arctam illam *Navarri* viam Eccleſiaſticis monſtratam, aſperitatis ac nimii rigoris plenam eſſe in eo perſuadere contendens, defendit ſeſe *Navarrus* inſcripto item illi Papæ

10. *Apologetico* pro libro ſuo *de Reditibus Eccleſiaſticis*, Romæ 1570. & *Antverpiæ* 1574. Ex utroque opere poſtea formavit Commentarium iſtum, quem primo loco laudavimus, editusque fuit in Romanâ Editione A. 1590 & fortè prius 1585. in 4. Adjunguntur eidem Commentario Epiſtolæ duæ magnorum virorum, *Navarri* ſententiam approbantium, *Franciſci* nempe *Turriani* Soc. Jeſu ad *Gundiſalvum Herreram* Laodicenſem Epiſcopum (*r*), & *Achilis Statii* Luſitani ad ipſum *Navarrum* directæ (*s*) unà cum ejuſdem reſponſione.

11. *Commentarius in Cap.* Humanæ aures *XXII. Quæſt. V. de veritate reſponſi partim verbo expreſſo, partim mente concepto, redditi*, ad *Gregorium XIII.* Pont. Max.

12. *Comment. de Finibus humanorum actuum*, *in Cap.* cùm Miniſter XXIII. Quæſt. V. *Lugd.* 1563. vel 1573. in 8. *Romæ* 1585 in 4. cujus argumenti occaſione, quia ob multiplicem bonum finem deſiderare famam & bonum nomen poſſumus, adjunxit huic Tractatui

13. *Epiſtolam Apologeticam* ad Ill. & Exc. D. D. *Gabrielem à Cueva* Ducem Alburquerquenſem, Mediolani Gubernatorem: pro ſe, adverſus illos, qui falſò contendebant, atque connixi ſunt probare, Romæ infenſum ſibi eſſe Regem *Philippum* II. Hæc Epiſtola eſt ſynopſis, uti jam monuimus, vitæ ipſius, rerumque ab eo geſtarum luculentiſſima.

14. *Commentaria in ſeptem Diſtinctiones de Pœnitentiâ.* Ediderat olim *Conimbr.* A. 1542 in tres Diſtinctiones, Vam VI & VII. deinde *Matriti* cum Additionibus 1566. tandem *Lugd.* 1569 Quibus tribus Diſtinctionibus adjunxit poſtea quatuor alias à ſe illuſtratas.

15. *Comment. de Anno Jubilæo & Indulgentiis omnibus*: in § *in Levitico* Cap. *ſi quis aliquando*, *de Pœnit. Diſt.* 1. &c. *Conimbr.* 1550. auctior deinde *Romæ* 1576. in 4. *Mediol.* 1579 in 8.

16. *Relectio Cap.* Ita quorundam, *De Judæis*, *in quâ de rebus ad Saracenos deferri prohibitis & cenſuris ob id latis* Conimbr. 1550. in 8. & *Lugd.* 1589 fol. cum Comment. Decretalium (*t*)

17. *Comment. de datis & promiſſis pro juſtitiâ vel gratiâ obtinenda*: in Extrav. *Ab ipſo*, Greg. XIII. P. M. quâ innovatur Extrav. *Bonifacii VIII* eâ de re olim edita. *Romæ* 1576. in 4.

Opera hucuſque enumerata, præter alia quædam Juridica, quæ huc conſultò omittimus, ſimul collecta prodierunt *Romæ* apud Jac. Tornerium A. 1590. *Lugd.* 1597. & *Venetiis* apud Joan. Guerilium 1602. (*u*) tribus Tomis *in fol.* Editioni Venetæ hæc inter alia acceſſerunt:

18. *De Simonia mentali.*

19. *De neceſſitate defendendi proximum ab injuriâ.*

20. *De incompatibilitate Beneficiorum.*

21. *De Eleemoſyna.*

22. *Conſiliorum ſeu Reſponſorum Libri V.* Lugd. 1591. II Tom. in 4. & *Romæ* 1602. fol. item *Antverp.* 1619 (*x*) Horum *Summam* dediſſe dicitur *Venet.* A. 1601. *Greg. Sayrus* Anglus, Monachus Benedict. Congreg. Caſſinenſis, Ann. 1602 defunctus.

Compendium omnium *Navarri* Operum Latino ſermone elaboravit *Jac. Caſtellanus* Tarviſinus, Theologus, ediditque *Venetiis* Ann. 1598. in 4. quod emendatum, declaratumque, & variis adjectionibus auctum fuiſſe à *Petro Antonio de Lazzaro* Papienſi Philoſopho ac Theologo, docuit diligens atque eruditus vir *Carolus Cartharius* Advocatorum Sacri Conſiſtorii Decanus, in eorum *Syllabo* pag. 166.

Azpilcueta librum *de Voto Paupertatis* Romæ 1575 editum neſcio unde habuit *Lipenius* qui hunc memorat *Bibl. Theol.* II. 448.

(*q*) Excuſus eſt *Romæ* apud Jul. Accoltum 1569. in 8.
(*r*) Hæc *Turriani* Epiſtola data eſt Romæ A. 1574. d. 20 April. juxta *Poſſevinum* in Appar. & *Alegamb.* in Bibl. S. J. vel 1584. juxta *Nic. Anton.* in Bibl. Hiſp. qui eandem *Romæ* editam fuiſſe credit A. 1587. in 8.
(*s*) *Statii* Epiſtola inſcripta eſt *de Reditibus Eccleſiaſticis, qui Beneficiis & penſionibus continentur*; creditque *Nic. Antonius* eandem eſſe cum hac Epiſtolâ *commentarium de Penſionibus* Romæ editum A. 1581. iterumque 1611. in 8.
(*t*) Lipen. *Bibl. Jurid.* p. 269.
(*u*) Alias *Navarri* Operum editiones memorat Lipen. *Bibl. Jurid.* p. 392. Venet. 1588. *Lugd.* 1589. Tomis V. *Venet.* 1600. *Colon.* 1616.

(*x*) Lipen. *Bibl. Jurid.* p. 106. qui p. 392. habet 1615.

AZRAK, hoc eſt Cæruleus, (*Joannes*) Natione Syrus, Neſtorianus, Hirtæ Epiſcopus, claruit Seculo VIII. ſub *Ananjeſu* I. Patriarchâ (*a*), ſub quo *Jejunium* quod Syri Neſtoriani *Virginum* appellant, inſtitutum eſſe dicitur. Vixit uſque ad tempora *Photionis* Tirhanæ Epiſcopi, & *Abæ* Patriarchæ Syrorum, ut refert *Amrus* in vitâ ejuſdem *Photionis*. Hinc *Joannem* noſtrum in vivis fuiſſe neceſſe eſt anno 748.

Scripta:

1. *Liber adhortationum.*
2. Alter *de directione.*
3. 280 *Epiſtolæ.*

Hæc *Aſſeman* Biblioth. Orient. Tom. III. p. 182.

(*a*) De eo vide ſupra p. 409. a.

AZZÓGUIDI (*Petrus*) Italus, patriâ Bononienſis, Canonicus S. Petronii A. 1475. verſibus ſcripſit

La Vita della B. Catarina Vegri da Bologna, quæ fuit impreſſa, ut probatur ex Libro Canoniſationis ejuſd. Sanctæ, edito Romæ A. 1679. teſte *Orlandi* Scrittori Bolog. *p.* 231.

AZZOGUIDI (*Valerius Felix*) Natione Italus, patriâ Bononienſis, claruit hoc Seculo XVIII. Edidit

Chronologicam & Apologeticam Diſſertationem ſuper quæſtiones in Sacra Geneſis Hiſtoriam excitatas. Bononiæ apud Roſſi 1720. 4.

Duas potiſſimum difficultates Chronologiæ Sacræ doctiſſimus Autor novâ quadam ratione expedire conatur, quarum una ad annum vocationis Abrahami, altera ad tempus commorationis Iſraelitarum in Ægypto ſpectat (*a*).

Ex eodem habetur *Chronologica diſquiſitio de Origine & vetuſtate Civitatis Bononiæ, priſca Regum Etruſcorum Sedis* &c. Bononiæ typis Roſſi, 1716. in 4. (*b*).

(*a*) Vid. *Acta Erud.* Lipſ. A. 1721. p. 246.
(*b*) *Diar. Venet.* Tom. XXIX. p. 315.

Digitized by Google

AZZOLINUS (*Joannes*) Italus, patriâ Meſſapienſis (apud Salentinos in Regno Neapolitano) floruit Seculo XVII. Clericus fuit Regularis in urbe Litianâ (vulgò *Lecce*) A. 1612. Obiit Surrenti Anno 1655.

SCRIPTA:

1. *Sacrarum Orationum Pars prima.* Neap. 1645. 4. recuſa *Venet.* & alibi ſæpè.

2. *Orationum Pars altera* inſcripta: Paradoxa Rhetorica *Neap.* 1647. 4. deinde Venet. & alibi.

3. *De Conſolatione Puſillanimi* Neap.

4. Quædam *Ludovici Bloſii* Abbatis Lætienſis Ord. S. Bened. in Belgio opuſcula ex Latinâ in Linguam Italicam tranſtulit. * *Toppi* Bibl. Neap. p. 115.

AZZOLINUS (*Decius*) natione Italus, dictus *Junior* quia diverſus eſt ab ejuſdem nominis Cardinali cognomento *Seniori* (a) SIXTO V. Pontifici acceptiſſimo. Claruit noſter Seculo XVII. Patriam habuit Firmum (urbs eſt antiqua & clara in Marchiâ Anconitanâ) in quâ ex Nobili proſapiâ originem duxit 11 Aprilis 1623. Expletis in dictâ urbe omnibus Scholarum agonibus, & Romam profectus, recenſitus eſt in Commenſalem *Joannis Jacobi Pancirolii* (a) Patriarchæ titularis Conſtantinopolitani quem *Urbanus VIII.* Nuncium Apoſtolicum in Hiſpaniam dirigebat tunc temporis, & cui *Decius* ſe itineris comitem præbuit, & fuit à ſecretis, cujus etiam Cardinalis renunciati ſub titulo S. Hadriani anno 1643. & in Patrum Purpuratorum Congregatorum Conclavi poſt obitum *Urbani* Miniſter familiaris adfuit, & in tantâ benevolentiâ ut cùm ab *Innocentio X.* electus fuiſſet *Pancirolus* in Principalem Præfectum, *Decium* noſtrum in Publicæ rei adminiſtratorem ſeu à Secretis ſubſtitui curavit, quem & Summus Pontifex unum ex ſuis Camerariis honorificis nominavit, reſervatâ priori dignitate cujus munus obibat, ut vocant, *per interim.* Deinde *Apoſtolicorum Brevium* ad Reges & Principes fuit à Commentariis, & tam proſpero exitu ut hunc Papa nominaret *Aquilam ſuam.* Quaſcumque enim ſcripſit *Epiſtolas*, hujus diſertiſſimi viri ingenii Nobilitatem, facundiorem eloqoentiam, & amœnam urbanitatem in tantum redolebant, ut bis plurieſve ſine tædio legerentur. Et non minor erat *Azzolini* noſtri in adminiſtrandis publicis rebus ſolertia & diligentia: ipſe eſt enim qui detectâ verſutâ machinatione molitâ Cardinalem *Aſtallinum* INNOCENTII Nepotem adoptivum inter & Publicum Hiſpaniæ Oratorem, eam dicto Pontifici retulit, & tunc Cardinalium numero meruit adſcribi 9. Martii A. 1654. CLEMENTI IX. carus fuit, & iterum ab eo in publicæ rei Secretarium adſcriptus, in tanto pretio habitus fuit à Cardinalibus ſuæ partis, quam *expeditam*, ſeu *volantem turam* vocabant, ut in quatuor Conclavibus ejus operâ & induſtriâ *Alexander VII. Clemens IX, Clemens X* & *Innocentius XI* ſe in numerum Summorum Pontificum electos agnoverint. Hunc *Alexander VII. Chriſtina* quondam Suecorum Reginæ obrulit ut ſuæ Domus Principalis foret Miniſter, quod munus tam feliciter, fideliter & diligenter eſt aggreſſus ut in gratitudinis & benevolentiæ pignus *Azzolinum* in Hæredem univerſalem & præcipuum *Chriſtina* nuncupaverit. Sed 50 tantùm dies effluxerant poſt acceptam hujus Reginæ munificentiam, cùm è vivis deceſſit hydropicus 8 Junii 1689 annos natus 66 & reconditus in Eccleſiâ S. Philippi * *Moreri* Diction. p. 701. & *Eggs* Purpura Docta *Lib. VI. p.* 434.

Prodiit in lucem Liber qui ad *Azzolinum* pertinet, & cui Titulus: *Candidatus Capitis Dignitatis ejuſdemque Promotor probe instructus*, hoc eſt: *Eminentiſſimi Cardinalis Azzolini Aphoriſmi Politici, quæ in Conclavi obſervanda habeat Cardinalis Pontificium axioma ambiens, hujuſque deſiderio favens. Opus incomparabile ex Italico in Latinum tranſlatum à Joachimo Henningio.* Oſnabrugi, apud Liebezeit, 1691. in 4.

Azzolinus noſter reliquit, teſte *Eggio* ſup. cit. egregium volumen *Epiſtolarum* & Manuſcripta pluſima ad Jus utrumque ſpectantia, *Orationes, Carmina, Inſcriptiones*, &c.

(a) De *Azzolino* Seniore vid. Eggs ſupplem. Purp. Doctæ p. 44.

(b) De illo vid. apud eundem *Eggſium* Lib. VI. pag. 373.

FINIS TOMI I.

Quædam Sphalmata inter legendum obſervata ſic emendabit BENIGNUS LECTOR.

Pag.	col.	art.
5.		*Aaron Selig.* lit. γ & δ *Indicem*: lege *Index.*
17.	a.	*Ablavius.* lin. 3. *Chryſanthus*: leg. *Chryſanthus*: lin. 4. *Novatiorum*, leg. *Novatianorum.*
38.	a.	*Abucara.* lin. 6. *Buchnus*: leg. *Inſignus.*
39.	a.	ibid. cit. (b) Delenda hæc nota; obſervandum enim duas habere Partes Opus Cl. *Cave*, quarum poſterior Supplementa continet ad priorem; non igitur duplicem facit *Abucaram*, cùm de illo in utrâque Parte loquitur.
51.	b.	*Achardus* Philoſophus. Notæ huic articulo ſubjectæ, ad priorem referendæ ſunt.
77.	a.	*Acta Sanctorum* lin. 6. *ſoritus* lege *ſoritum.*
113.	a.	*Adalboldus* cit. (d) A. 1911. lege 1611.
133.	a.	*Æginus* (Joan.) *Symmacho Flacio Illyrico*: lege συμμάχῳ, i. e. *pugnæ ſocio.* Autor enim iſte non *Symmachum*, ſed *Matthiam* prænomen habet.
172.	b.	*Aiglerius.* Error hic commiſſus emendatus eſt verb. *Ayglerius.*
178.	a.	*Aimericus*: 3. Concilio *Viunenſi*: lege *Viennenſi.*
230.	a.	*Albrecirus* lin. 3. *Nerolingenſium*: lege *Nordlingenſium.*
247.	b.	*Aligamb.* lin. 16. poſt verb. *accipi* adde: *tanquam ab Apoſtolicâ Sede examinata atque approbata, ſed tanquam &c.*
275.	b.	*Alexander VII.* lin. 4. *Immacata*: lege *Immaculatam.*
304.	a.	§. 2 lin 6. *Herodis Antipapa*: lege *Antipa.*
381.	b	circa med *Auguſtiniani in Append. Tomi VI* &c. Error eſt emendatus in *Aufperto* pag. 815. a. not. (r).
472.	b.	n. 19 Liber hic notatus non eſt *Annati*, ut obiter monuimus in *S. Auguſtino* pag. 769. b. ſub finem. Ad calcem ejuſd. pag. 472. poſt verb. *temporibus*, adde *& variis in locis.*
505.	a	Antonius *Senenſis.* Obiit A. 1463. lege 1363
562.	a	*Ariſteas.* lin. 1. *Philadelphi*: lege *Ptolomæi Philadelphi.*
575.	b.	*Armoricum in Britannia*: adde *Concilium.*
768.	b.	*S. Avitus* cit. h. *Homiliarum*: lege *Homiliæ*: vel adde *Liber.*

39 361830

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAESTRELLI
LEGATORE
Via delle Terme

Digitized by Google

Digitized by Google